





12 florins 1732.

BVRCARDI GOTTHELFFII STRUVII

CORPVS HISTORIÆ GERMANICÆ.

BVRCARDI GOTTHELFFII STRVVII
ICTI,
SERENISSIMIS SAXONIÆ DVCIBVS LINEÆ ERNESTINÆ ET SERENISSIMO MARCHIONI BRANDENBVRGICO-CVLMBACENSI A CONSILIIS AVLICIS HISTORICI SAXONICI PROFESSORIS IVRIS ET HISTORIARVM IN ACADEMIA SALANA ORDINARII

CORPVS HISTORIÆ GERMANICÆ

A
PRIMA GENTIS ORIGINE AD ANNVM VSQVE M DCC XXX
EX GENVINIS
HISTORIARVM DOCVMENTIS
COAEVORVM SCRIPTORVM MONVMENTIS
DIPLOMATIBVS ET ACTIS PVBLICIS
ILLVSTRATVM
CVM VARIIS OBSERVATIONIBVS ET FIGVRIS ÆNEIS
ADIECTO
INDICE LOCVPLETISSIMO ET OPVSCVLIS
AD
HISTORIAM GERMANICAM
FACIENTIBVS.
PRÆMITTITVR
CHRISTIANI GOTTLIEBI BVDERI
BIBLIOTHECA
SCRIPTORVM RERVM GERMANICARVM
EASDEM VNIVERSIM ILLVSTRANTIVM.





IENÆ
SVMPTIBVS IOAN. FELICIS BIELCKII
M DCC XXX.

SERENISSIMO ET POTENTISSIMO
REGI AC DOMINO

DOMINO

GEORGIO II.

BRITANNIÆ MAGNÆ
FRANCIÆ ET HIBERNIÆ

REGI


FIDEI DEFENSORI

BRVNSVICENSIVM AC LVNEBVRGENSIVM
DVCI

SACRI ROMANI IMPERII
ARCHITHESAVRARIO
ET
ELECTORI


PIO, FELICI, AVGVSTO,
PACIS ARBITRO

FELICITATEM PERENNEM!



SERENISSIME AC POTENTISSIME
REX

DOMINE CLEMENTISSIME

Oncede, REX MAGNE, vt, ſolio, in quo plenus Maieſtate conſides, TVO adpropinquans, ſacramque quam poſſim demisſiſſime adorans purpuram, Hiſtoriæ, quod vides,

Corpus, AVGVSTISSIMO consecratum NOMINI TVO, ad pedes TVOS venerabundus deponam. REGEM TE cultior orbis suspicit, non terra solum ac mari longe lateque imperantem & populis dispensantem fata: sed HERCVLEM etiam MVSARVM veneratur, cuius auspiciis, mitissimo patrocinio ac regali prorsus clementia & efflorescit læte res litteraria, & noua in dies maioraque capit incrementa. Neque enim satis TIBI est, quanquam est omnino maximum, diuino illo pectore TVO complecti pacis bellique artes omnes, omnia MAIORVM TVORVM, heroumque omnis æui omnium magna & præclara exempla: sed non minus regium arbitraris tueri & in ampliorem locum promouere bonas litteras, atque illa quidem æternitatis instrumenta immortalibus clementiæ inusitatæ documentis identidem honestare. Ex quo quum luculenter pateat, quo loco apud TE sint Musæ liberales, tum speciatim, quæ est excelsæ mentis TVÆ magnitudo, amas historiam vel inprimis eam, qua REGVM, PRINCIPVMque res fortiter & gloriose gestæ hominum memoriæ sem-

ſempiternæ commendantur. Atque illa ipſa temporum teſtis, illa veritatis lux, illa memoriæ vita, AMOREM TE ac DELICIVM fuisſe generis humani, commemorabit poſteris, quicunque futuri vnquam ſunt, TEque, prædicabit, elogium illud vnicum, & cunctis adeo tropæis nobilius, nulla re alia, quam ſumma & perfectiſſima quadam bonitate, promeruiſſe. Iuſtis eadem laudibus celebrabit ſanctum illum, & ad quem nihil accedere poſſit, religionis amorem, eiusdemque oppugnatæ tutelam ac præſidium, in morem REGIÆ GENTIS TVÆ verſum. Agnoſcis enim, REX AVGVSTISSIME, agnoſcis, quantum religio momentum trahat, &, niſi eam præ ceteris ad ſe pertinere putent PRINCIPES, ne conſiſtere quidem rempublicam vllam poſſe, nedum beata eſſe queat, ſapientiſſime iudicas. Ibit igitur in faſtos religioſiſſima hæc ſacrorum cura TVA, quique pietatis & iuſtitiæ fructus eſt, temporis & imperii TVI FELICITAS, immortalibus ingeniorum monumentis illuſtrabitur. Quam tutam tranquillamque,

)(3 pro-

prouidentia TVA, pacem trahant populi TVI, quanta ope fueris nisus nuper admodum, vt dulcissimum idem & pulcherrimum pacis nomen, publico Germaniæ omnis bono, BRITANNIÆ TVÆ redderes: id vero annales olim loquentur, dicentque, TE rem publicam administrante vere auream terris TVIS ætatem rediisse. Videmus, vt ipsi etiam artifices, qui corporis simulacra ignotis nota faciunt, elaboratis solertia mirabili statuis atque imaginibus, gloriæ TVÆ deseruire certatim studeant: verum, quin historia in TE, REX MAGNE, laudando omnes omnium statuas & imagines sit superatura, dubitari non debet. Quod quum ita se habeat, in spem ingredior, futurum, vt hoc etiam Historiæ Corpus, quod TIBI, REX AVGVSTISSIME, demississimo animi cultu sacrum esse volui, clementer admissum placido serenoque vultu respicias. Fulgent in eo veluti magna sidera prisci GVELPHI ILLI, tot tantorumque & Imperatorum & Regum SANGVIS AVGVSTVS, de quibus quidquid dixero, minus fuerit. Ab

his

his vero diuinis HEROIBVS TV quum habeas ortum; in ipſorum exempla ita intueris, vt omnem non modo EORVM virtutem, omnem veram laudem, omne decus, conſerues, ſed nouis ſubinde cumules decoribus atque ornamentis plurimis maximisque. Habeas itaque, REX MAGNE, hoc TIBI corpus hiſtoriæ monumentum & pignus æternum ſummæ illius pietatis & reuerentiæ, qua proſequi TE ſoleo, ac dum viuam, ſic proſequar, vt obſequii ſanctitate nemini prorſus, quisquis ille fuerit, intelligar concedere. Quo quum animo ſim: ſuſceptis pro ſalute ac felicitate TVA, pro DOMVS AVGVSTÆ incolumitate & fortuna, votis, diuino numini religioſe ſupplico, vt TE, REX MAGNE, maximum & optatiſſimum terrarum DECVS, ſaluum atque optimis rebus beatum quam diutiſſime nobis ſupereſſe iubeat: vt plurimos adhuc videas vitæ TVÆ annos, proſperrimis lætos ſucceſſibus: vt felici TIBI ac prouidentiæ TVÆ felicitatem temporum populi porro debeant: vtque cœlo, vnde es in has terras demiſſus, recepto TE, ſed ſero, conſeruatrix publicæ ſalutis

lutis


lutis REGIA PROLES TVA floreat ac perennet; immortalis vero NOMINIS TVI GLORIA perpetua ſit comes æternitatis

SACRATISSIMÆ MAIESTATI TVÆ

IENÆ, feſto Georgii die, 1730.

ſemper dicatiſſimus deuotiſſimusque

BVRCARD GOTTHELF STRUVE



LECTORI SALVTEM!



Vum plura ſint boni ciuis officia, tum illud, meo quidem animo, non vltimum debet duci, patriæ excolere Hiſtoriam, deque incrementis eiusdem atque ornamentis ſerio cogitare. Feci igitur ipſe etiam, quod meum eſſe putabam, & quamprimum intelligere aliquid poſſem, mentem animumque in eo habui, vt non modo cognoſcerem omnis ætatis res geſtas, inprimis autem noſtræ reipublicæ; ſed pro virili etiam ornarem. Cuius operæ meæ multiplicem vberrimumque fructum cepi; Eſtque illi is quoque honos habitus, vt publica mihi in hac Academia docendæ hiſtoriæ prouincia daretur. In qua adminiſtranda ita me geſſi, vt primo quidem leui ſimplicique, quod Imperator ait, via vterer, nec initio ſtatim rudes ſtudioſorum infirmosque animos multitudine ac varietate rerum obruerem. Deinde vero, vt in hac diſciplina prouectiores quoddam quaſi doctrinæ pabulum & ipſi haberent, cura diligentiori omnia exiſtimabam tractanda ac interpretanda luculentius. Ex eo vero labore, atque disputationibus variis, quibus ingenia iuuenum, honeſta ſtudia æmulantium, exercueram, enatum fuit & concinnatum SYNTAGMA hiſtoriæ Germanicæ. Id quam beneuole a doctis hominibus fuerit exceptum, non eſt noſtræ frontis hoc loco pluribus verbis commemorare. Vnum non

prætermittimus, Teutonice non ſolum vertiſſe nobiliſſimum virum Io. Ehrenfr. Tſchackwizium, ſed & bina ex eo confecta fuiſſe COMPENDIA, quæ literarum ſtudioſis adoleſcentibus prodesſent. Atque his veluti principiis ac elementis hoc debetur CORPVS hiſtoriæ Germanicæ, quod iam in manus hominum peruenire patior, tuisque, Lector, exhibeo oculis: in quo quid præſtiterim, breui ſaltim ſignificare, & tua, & mea, interfuerit. Igitur neque hic mihi is, quem in ſyntagmate ſupra dicto, ſequutus eram, ordo diſplicuit; ita tamen a me fuit ſeruatus, vt diſtinctius diſtributiusque in hoc opere Hiſtoriæ Germanicæ periodos perſequerer. Videlicet inde vsque a principio repetitis Germanorum originibus ad ætatem noſtram ſic progredior, vt multa magnaque cura collecta pleraque omnia, quæ ad nomen gentis noſtræ, fines, antiquitates ſacras, ciuiles, militares & œconomicas attinent, optima fide exponam. Quæ profecto ſingula non poſſunt non plenam cuiusdam voluptatis varietatem ſuppeditare, &, vt ille ait, animos hominum in legendo ſcripto retinere vehementer. Ipſam hiſtoriam in decem tributam periodos cognoſces; quarum quæ princeps eſt, liberam complectitur Germaniam, a primis Germanorum temporibus ad ætatem C. Iul. Cæſaris; Daturque a me opera, vt perſpicere pateat, qui ſtatus fuerit, quæ bella, quæ migrationes, qui reges, Duces & Principes priſci Germaniæ Populi, aureæ libertatis omnium amantiſſimi ac retinentiſſimi. Quumque primus Romanorum, Iulius ille, Germaniam armis tentauit, idemque deinceps fecerint, qui poſt eum ſummo cum imperio eſſent: de eo quidem articulo rerum ALTERA exponitur periodo. Armorum enim in Germania progreſſum commemoramus, artes, quibus vſi ſint illi, bella etiam cum Germanis, victorias, clades, enarramus, & attentatos ſæpius ab Romanis Germanos, nunquam autem bello domitos fuiſſe & ſubactos, rebus vincimus manifeſtis. TERTIA ſequitur; eius nempe memoria temporis, quo Franci Germaniæ imperabant: quorum de origine, nomine, populis, bellis, quæ cum Germanis geſſere, ad Caroli M. tempora, plurima in medium adferuntur. QVARTA docemus, quæ Carolingis rerum potientibus, & Carolo quidem magno, ipſiusque Succeſſoribus Germaniæ fuerit conditio: vt Ludouici Germanici tempeſtate, celebri illo Verdunenſi pacto ſeparatio illa regni fa-
cta

cta ſit, hisque exponendis ad tempora vsque Conradi I. materno genere Carolingos attingentis, progredimur. Excipit iſtam periodus QVINTA: Germania ſcilicet ſub Saxonicis Imperatoribus, inde ab Henrico Aucupe, ad Henricum II. SEXTA Germaniam habet, vt fuit ſub Francicis Imperatoribus a Conrado II. qui Salicus vocatur, ad Henricum V. poſtque Saxonem Lotharium intermedium, SEPTIMA rempublicam Germanicam ab Imperatoribus Sueuicis adminiſtratam, a Conrado III. ad Conradum IV. & annum 1254. illuſtramus: OCTAVA vero de triſtiſſimo, quod eo durauit, vsque dum Rudolphus Habsburgicus 1273. rempublicam capeſſeret, Interregno, ita dicimus, vt datæ toto eo tempore turbæ, omnes mutationes, mala omnia, deſcribantur. Sic vero ad NONAM delati periodum Imperatorum Habsburgico - Luxenburgicorum tempora, quæque iisdem extiterit Germaniæ ratio, in clara luce ponimus. Et procedit ea quidem narratio ab Rudolpho Habsburgico ad Sigismundum Imperatorem, exceptoque Adolpho Naſſouico & Ludouico Bauaro, ſolos vel Habsburgicos Imperatores, vel Luxenburgicos continet. VLTIMA tandem Periodo referuntur ſerie non interrupta Imperatores Auſtriaci, idque ab Alberto II. ad eum, quem noſtra videt Aetas, & o diu videat! CAROLVM VI. Auguſtisſimum. Imperatorum Regumque hiſtoriam tradentes, & rerum geſtarum ordinem ſequimur, & temporum veluti gradus; non neſcii, eam inprimis ſcribendi viam ac modum Annalium probari conditoribus. Ordinis itaque quam facilis tam grati conſeruatione dici in hoc opere perſpicies, quæ ad ortum, vitam, geſta ciuilia, eccleſiaſtica, bellica, familiam & mortem perſonarum principum pertinent, & quæ vllo modo aut vitam cuiusque aut mortem reddidere illuſtriorem. Sed ne dubie quidquam aut temere exponi à nobis videri poſſet, ideoque minor eſſet fides, minor auctoritas: Omnia muniuimus teſtimoniis ſcriptorum aut æqualium, aut aliorum, ſed quorum tamen neutiquam ſubleſta fides eſt; diplomatum item & Actorum publicorum, quæ quidem vbicunque e re noſtra id eſſe videretur, ſeuere ac diligenter examinauimus; nec nusquam noſtra confirmamus ſcriptis nondum editis; ſuntque copioſe admodum vbique laudati Autores, qui ſingula pluribus exſequuntur, ſi forte inueniantur, qui maiorem etiam noſtra copiam

ament.

ament. Reddi quoque vtilius posse existimauimus & ornatius corpus nostrum, si accederet ei Bibliotheca quædam scriptorum de rebus Germanicis exponentium. Eam igitur, vt hic legitur, instructam scias erudito non minus, quam diligenti labore, a clarissimo viro, CHRISTIANO GOTTLIEB BVDERO, Iurium Doctore & Præfecto Bibliothecæ nostræ Academiæ præclare merito. Ad hæc quum facere ad Historiæ Germanicæ illustrationem arbitraremur dissertationes, quas ante complures annos iuuenes ingenii laude florentissimi, Io. Caspar Brechenmacher, Augustanus, nunc in beatis, necnon Martinus Diefenbachius, me præside, in publica Philosophorum cathedra defenderunt: fecimus, vt illæ etiam reliquis iungerentur. Tandem operi additus est Index rerum multo locupletissimus atque ita comparatus, vt singulæ quærentibus materiæ sub adspectum facile veniant. Formam habes Lector, atque speciem quandam Operis nostri; Quod vt amplius ornemus ipsi, TIBI que commendemus, aut ambitiosius aucupemur gratiam tuam, nostra ingenuitas & pudor quidam naturalis non concedit. Liberum cuique est iudicium suum, sitque omnibus, qui nostra hæc volent adspicere; qui, bene nobiscum actum esse autumabimus, si censuerint quod religio, quod fides, æquitasque patitur; idque ab optimo quoque & rerum intelligenti iure nobis videmur postulare posse, non modo sperare. Famam benefactis collectam illam quidem, etsi sapiens nemo aspernatur, tamen mea mihi conscientia, quæ in veris bonisque sufficit, quam famæ celebritas, pluris est; eiusque vere possum dicere me suauissimum, perducto ad exitum hoc corpore, fructum cepisse. Vale!

IENAE, EXCVDEBAT PETRVS FICKELSCHERR.

CHRISTIANI

No. 1.
S. CAROLI M.



ex Schannat.

2.
S. LUDOVICI Imperatoris



ex Schannat.

3.
S. LOTHARII Augusti.



ex Schannat.

4.
S. CAROLI Calvi.



ex Balluzii Capp.

5.
N. LUDOVICI. II.



ex Strada.

6
S. LUDOVICI Regis.



ex Schannat.

7
LUDOVICI III.
Germaniæ Regis



ex Schannat.

8.
CAROLI CRASSI
Imperat:



ex Schannat.

9.
S. ARNOLFI. Regis.



ex Schannat.

10.
S. LUDOVICI Infantis.



ex Schannat.

11.
S. CONRADI I Regis.



ex Schannat.

12.
S. HENRICI I Regis



ex Schannat.

14.
S. OTTONIS II. Regis



ex Schannat.

13.
S. OTTONIS I Regis



ex. Schannat.

Krügner sc. Lips.

15.

S. OTTONIS III. Regis



ex Schannat.

16.

S. HENRICI II. Imperat:



ex Schannat.

17.

S. CUNRADI II. Regis.



ex Schannat.

18.

S. HENRICI III. Imperator.



ex Schannat.

19.

S. HENRICI IV.



ex ZYLLESII. Def. Abb. S. Max

Kr. sc.

20.

S. HENRICI V.



ex Zyllesio

No. I.

21.
S. LOTHARII.



ex Meichelbeckio.

24.
S. OTTON. IV.



ex Heineccio.

22.
S. FRIDERICI I. Barbarossæ




ex Zyllesio.

23.
S. HENRICI VI.



ex Heineccio.

25.



26.
S. FRIDERICI II.



ex Heineccio.

Krügner sc.

27. S. CONRADI IV.



ex Zyllesio.

S. WILHELMI. 28.



ex Gundlingio Vita Wilh.

29.

S. RICHARDI.



ex Gundlingio.

30.

N. ALPHONSI.



ex Strada.

31.

S. RVDOLFI. Habsburgi.



ex Zyllesio.

32.

N. ADOLPHI.



ex Strada.

33.

N. ALBERTI I.



Kr. sc.

ex Strada. No. II.



34.

S. HENRICI VII.



ex Meichelbeckio.

35.

S. FRIDERICI Austriaci.



ex Fuggero.

36.

S. LUDOVICI. IV.



ex Fuggero.


38.

S. WENZESLAI.



ex Fuggero.

39.



S. AUREÆ BULLÆ. CAROLI. IV.

37.





ex Thulemario

Krügner sc. Lips.

40.
N. SIGISMUNDI.



ex Strada.

41.
N. ALBERTI. II.



ex Strada.

42.
S. FRIDERICI. III.



ex Kulpisio.

43.
S. MAXIMILIANI. I.



ex Fuggero.

44.
N. CAROLI. V.



ex Luckio.

45.
S. FERDINANDI. I.



ex Vredo.

Krügner sc. Lips.

No. III.

N. MAXIMILIANI. II.

46.



ex Luckio.

47.

S. RUDOLPHI. II.



ex Vredo.

48.

S. MATTHIÆ



ex Vredo.

49.

S. FERDINANDI II.



ex Vredo.

J. G. Krügner fc.

FERDINANDI. III. 50



ex Vredo.

52.

N. IOSEPHI.



ex Rinckio

51.

S. LEOPOLDI.



ex Beemanno



53.

N. CAROLI. VI.



ad annum 1711.

CHRISTIANI GOTTLIEB BVDERI D.

BIBLIOTHECA SCRIPTORVM RERVM GERMANICARVM

EASDEM VNIVERSE ILLVSTRANTIVM.

IENAE,
SVMPTIBVS IO. FELICIS BIELCKII.
M DCC XXX.


LECTORI
CORDATO ET BENEVOLO
S. D.
CHRISTIANVS GOTTLIEB BVDER D.



on plenam abſolutamque numeris ſuis TIBI do Hiſtoricorum Germaniae omnis generis Bibliothecam, quam deſtinatae huic operae meae pauciores plagulae non caperent, qui ſane labor multorum annorum otium atque inſignia ſubſidia poſcit, ſed breuem ſaltim Scriptorum Res Germanas vniuerſe illuſtrantium, deſignationem. Fontes nimirum, cum veteris, tum mediae cumprimis Hiſtoriae patriae, quantum in hac temporis anguſtia fieri potuit, fideliter indicaui, Corporum inprimis & Collectionum, vt vocant, Scriptorum Rerum Germanicarum partes omnes, ſingillatim enumeraui, de cuius rei vtilitate longam hic expoſitionem facere neceſſarium haut putaui, cum intelligentibus ſatis pateat. Permultos inde de Antiquitatibus variis Germanicis Scriptores & minutiora ac rariora doctiſſimorum hominum opuſcula, non ſine labore commemoraui, quibus inſignis lux rebus & iuribus patriis fuit accenſa. De vita rebusque Imperatorum & Regum noſtrorum ſingulares commentationes annotaui, plures daturus, ni numerus plagularum fuiſſet definitus. Magnam auctorum, quos excitaui partem, ipſe inſpexi, legi & in manibus habui, quosdam tamen cordatorum Virorum fidem & iudicium ſecutus, annotaui. Qui vel mea feſtinatione, aut ignoratione admiſſi, vel typographorum culpa, qui recte ſaepe poſitos numeros peruertunt facti errores, beneuolus Lector emendet benigne, neque tamen vitioſum ſtatim putet, quod cum librorum exemplis, quae in oculis habet, non conueniat, rei enim librariae mediocriter peritis conſtat, quantae per librariorum conſilia fiant inſcriptionum titulorumque mutationes. Ceterum, vt Germaniae noſtrae, quis ſimilem Longianae Scriptorum Francicorum Bibliothecae Collectionem faciat, opto, viroque illi docto & induſtrio otium illud liberale & egregia praeſidia, qualia habuit praeclare de patria ſua meritus, quem laudaui Longus, pie voueo. Vale L. B. & conatibus meis faue. Scribebam Ienae d. VI. Febr.

A. R. S. MDCCXXX.

BIBLIO-



BIBLIOTHECA
SCRIPTORVM RERVM GERMANICARVM
EASDEM VNIVERSIM ILLVSTRANTIVM.

§. I.



Ondum expleta sunt, aeuo nostro literatissimo, pia sapientissimorum Virorum, *Danielis Georgii Morhofii* maxime, vota, Polyhistoris Literarii *Lib. I. c. XVIII.* desiderantis: *Vtinam in Germana Gente esset, qui hoc patriae suae pietatis praestaret colligeretque accuratam Scriptorum & Auctorum suae Gentis Historiam, certe numero vinceremus omnes.* Viderant necessitatem Operis, cordati illi Viri, *Collegii Imperialis Historici*, imperante Leopoldo *Collegae*, qua de caussa Legem inter ceteras huius societatis, *XXXIII.* condidere talem: *Si quis è Collegis hoc tempore Bibliothecarii munus subire voluerit, officium eius erit, ut Librorum, Collegio huic necessariorum, notitiam sibi comparet, atque secundum temporum seriem conscribat, qui Autores ab origine Gentis nostrae usque ad hac tempora, Germaniae historiam conscripserint, eosque sic componat, ut, ubi autores inceperint ac desierint, alii vero continuauerint, perspicue cognosci possit. Deinde inuestiget, in quibus Bibliothecis Autores illi reperiantur, talemque Catalogum quamprimum perficiat, atque per Bibliopolam Collegii imprimi curet, quo Collegae eo uti possint.* Sed, labor hic, cum ipso Collegio, in herba, periit. Dolendum itaque insigniter neminem eam adhibuisse in recensendis tot Rerum Germanicarum MSCtis & impressis egregiis auctoribus curam, qualem de Scriptoribus *Hispanis* Nicolaus Antonius, *Francicis* Iacobus Longus, *Britannicis* Wilhelmus Nicolsonus, *Hibernicis* Iacobus Waraeus, *Siculis* Antonius Mongitores, patriae quisque suae & historiae omnis solidioris cultoribus, magna accuratione comprobarunt. Habemus tamen quosdam, qui vel primas veluti lineas Operis huiuscemodi utilissimi duxerunt, vel sententias & consilia de condendis Commentariis utilissimi argumenti dixerunt. Vt enim, *Martinum Zeillerum*, cuius *Historici, Chronologi, & Geographi celebres*, tribus Partibus, *Vlmae 1652. & 1657. 8.* editi, & *Gerardi Ioannis Vossii* de *Historicis Latinis* Libros Tres, ex *Editione altera* eaque emendatiore & duplo auctiore *Lugduni Batauorum*, ex officina Ioannis Maire 1651. 4. procusos, atque *Supplementa & Obserua-*

Scriptores, qui de Scriptoribus Rerum Germanicarum exposuerunt.

Obseruationes ad Vossium cum Praefatione, meritissimi de omni re literaria Viri *Ioa. Alberti Fabricii, Hamburgi 1709. 8.* edita, nec minus *Ioannis Christophori Neu Accessiones* ad *Degorei Wheari* Relectiones Hiemales, cumprimis *Partem II.* qua Historiae Germanicae Particularis Scriptores potiores exhibentur, *Tubinga 1704. & 1708. 8.* quique primo loco ponendi, illustres Viri *Burcardus Gotthelf Struvius, Bibliothecae Historicae* Capitibus VII. & XVII. & *Ioannes Burchardus Menckenius, Catalogo Historicorum Fresneiano*, emendato & aucto a N. XXXVII. ad L. aliosque mittam, qui varios Scriptores ad *Res Germanas* facientes immixtos habent, laudabilem sane operam fecit, de historia germana editis variis libris immortaliter promeritus Consiliarius Archi Palatinus MARQVARDVS FREHERVS, qui *Directorium in omnes fere, quos superstites habemus Chronologos, Annalium Scriptores, & Historicos, potissimum Romani Germanicique Imperii*, concinnauit, quod ad pernoscendos fontes & principes Historiae Germanicae scriptores in iusta serie sua, prouti, intuitu temporis, quod quisque scriptis suis illustrauit, se inuicem excipiunt, perutile sane commodumque. Praefixum est *Tomo Primo* Scriptorum aliquot eius Rerum Germanicarum, utriusque Editionis *primae*, & *Struuianae*. Inde *Philippus Glaserus* D. Iuris & Historiarum Professor Argentoratensis, illud adiunxit auctuarii vice edito a se Argentorati *A. 1611. 4. Syngrammati Historiae Theoreticae*, & Catalogo Historicorum insigniorum tam vniuersalium quam particularium, a *Io. Bodino* inchoato, a se vero recognito & complurium accessione scriptorum locupletato. Post eum *Samuel Rachelius*, Kiloniensis Professor, hunc *Indicem Freherianum*, non solum subiunxit distinctae *Notationi suae Caesarum Romanorum Germanorumque a nato Christo*, metro compendiose descriptae & evulgatae, *Helmestadii 1666. f.* verum etiam inseruit, postea Holsaticus administer factus, scriptae a se *Introductioni* ad *Ius Publicum Germanicum cap. XIV. p. 113.* quae & sub nomine *Otii Noviomagensis* est nota, hoc addito elogio, quod libellus ille multum conferat, ne quis ignoret, qua quisque Historicorum Germanicorum aetate, vel seculo post natum Christum floruerit, quorum Principum temporumque historiam collegerit, quod eius sit initium, & quibus annis illam finiuerit. Demum *Ioannes Christianus Neu*, Historiarum Professor Tubingensis, Mantissam suam ad Degorei Wheari Relectiones Hiemales, Directorio hoc, exornauit, ut in compendio iuuenes historiae patriae cupidi haberent, quaecunque faciunt ad pleniorem notitiam fontium, ex quibus ea hauritur. Quoties vero hunc in modum Directorium Freheri prodiit, toties primam suam formam retinuit, absque ulla vel alterius recognitione vel additione, dum omnes ab eo aut corrigendo, aut interpolando, abstinuerunt, cum tamen in eo occurrerent necessario emendanda, non pauca supplenda ex editis post Freheri fata Scriptorum Rerum Germanicarum voluminibus, ne manca historicorum serie laboraret. Quod ergo ab aliis neglectum fuit, cum laude multaque accurratione perfecit, *Ioannes David Koelerus*, Historiarum & Politices Professor Altorfinus & Vniuersitatis Bibliothecarius, vir de re historica & genealogica egregie meritus, cuius maxime verbis, libellum hunc Freherianum laudaui, qui perdiligenter sane recognouit, errores varios ex eo sustulit, multisque ac variis chronicis, historiis, & annalium Scriptoribus, ex Corporibus Rerum Germanicarum recentioribus locupletauit, vberiora quoque supplementa petiit ex voluminibus historicis Gallorum, Pithoei, Quercetani, Labbei, d' Acherii, Baluzii, Martene & Durandi, in subsidium quoque vocauit Anglorum Collectiones, quales prodierunt Sauilii, Twisdeni, Seldeni, Galei aliorumque, quoniam Francici & Anglici Scriptores non vulgaria de rebus Germanicis diuersorum temporum commemorarunt; Neque tantum ex iis insigniores tantum scriptores attulit, suisque quemlibet annis inseruit, verum etiam nullum fere praetermisit Chronicon, quamuis exiguum, quoniam vel ad temporis supputationem accuratiorem, vel ad melius cognoscendas quasdam rerum gestarum circumstantias aliquem vsum afferre potest. Nouas quas addidit intercalationes a Freherianis verbis distinguendas curauit minore charactere, ita ut Textus Freherianus maioribus typis expressus emineat. Ne quid iuuenibus ad cognoscendos Historiae Germanicae fontes deesset Casparis Sagittarii Historiarum Professoris Ienensis Dissertatiunculam de praecipuis Scriptoribus Historiae Germanicae, *Ienae* primum *1685. 4.* cum demandatam Historiarum Professionem auspicaretur, promulgatam, addidit, *Ienae* inde

inde cura *B. G. Struuii* recusam, quam diligentissimus Sagittarius Commentariolo de *Scriptoribus Historiae Germanicae* confecto, olim illustrauit suis Auditoribus, qui MSCtus delitescit. *Directorium* vero *Freberiano-Kœlerianum Altorfii 1720. 4.* prodiit. Pleniorem & in certos quosdam titulos & sedes digestum Historicorum Germaniae recensum dedit MICHAEL HERTZIVS, Historiarum quondam Professor Erffurtinus, postea Verbi diuini minister Buckouiensis *Bibliotheca Germanica*, siue *Notitia Scriptorum Rerum Germanicarum*, *Erfurti 1678. f.* qua quidem multos Scriptorum tum vniuersalium, & Historiam Impp. ac Regum illustrantium, tum singularium Germaniae Prouinciarum & Ciuitatum, multo labore congestos recensuit, atque ut ipse in Præfatione fatetur, ad *Freberi* Directorium, variosque in eo occurrentes defectus respexit, sed eandem, quam Freherus, non tenuit viam, auctores in classes quasdam conduxit, sed iustis vt videtur præsidiis destitutus ipsos libros non semper adhibuit, postque eius fata amplissimus Historicorum Germaniae apparatus in lucem fuit expositus. Inde ampliorem & curatiorem Scriptorum Germanicorum recensionem, vt historiae patriae studiosi maxime libris destituti certiorem, ac vberiorem inde fructum capere possent, adgressus est, atque Operi huic ampliori præmisit *Germaniæ Gloriosae*, *seu Bibliothecae Germanicae Editionis repetita Sciagraphiam*, quæ impensis Auctoris *Lipsiæ 1693. 4.* prodiit, qua dispositionem & Titulorum seriem exhibet, opusque hoc, priorem Editionem, vltra Germaniae Exegesin, accessione noua aliquot millium librorum, tractatuum & dissertationum superaturum scribit, qua de caussa ampliora subsidia rogat, quibus in loco haud celebri vivens, destitutus fuisse videtur, periit ergo labor, vel in herba, vel collectanea viri perdiligentis forte inter pulueres iacent. Manca admodum est illa & nuda saltim ad Res Germanicas pertinentium Scriptorum recensio, quam egregius alias harum cultor IVSTVS GEORGIVS SCHOTTELIVS, Consiliarius Brunsuicensis Guelferbytanus dedit sub elogio: *Bericht*, *von denen bekandten und gelebrten Leuten und Auctoribus*, *welche von Teutschland und von den Teutschen*, *von Teutschlands Zustand und VVesen*, *vorgegangenen Geschichten und sonderlich der Teutschen Sprache und die in derselben etvvas sonderliches und merckvvürdiges* , *sovvohl vormahls als in Neulichkeit geschrieben*, quæ operis laboriosi *von der Teutschen Hauptsprache Libro* V. inseruit. Vsibus Recitationum Academicarum & memoriae iuuandae caussa, saltim conscripta videtur, illustris hodie Viri & non vno nomine de patriis Antiquitatibus meriti IOANNIS GEORGII ECCARDI, tum, cum hanc scriberet, Professoris Historiarum Helmstadtini *Breuis ad Historiam Germaniae Introductio*, *Helmstadii*, sine temporis mensione, vti tamen ex Catalogo Scriptorum Eccardinorum vidi, *1712.* quinque plagulis 4. impressa, nomina Scriptorum absque temporis & formae librorum annotatione compilata, exhibens. Maiori cura digestam & amplissimo apparatu instructam & suasit sapientissimis consiliis, & promisit idem celeberrimus Vir, exarata absque nomine addito, ad illustrem Virum *Burcardum Gotthelfium Struuium* vernaculo sermone Epistola, quam inscripsit: *Vnmaßgeblicher Vorschlag*, *vvie eine Bibliotheck der Teutschen Geschichtschreiber verfertiget vverden solle*, *und vvas sie vor sonderlichen Nutzen habe*, *vvoraus zugleich ein Liebhaber der Geschichte mitler Zeit sehen vvird*, *vvie er denselben schvveren und doch sehr nüzlichen Theil der Historie angreiffen und geschickt ergründen koenne*, *entvvorffen von Einem auffrichtigen Teutschen*, (Hanouer) *1705. 8.* duabus plagulis, vbi p. 13. *seq.* sibi, aliisue tale opus tentantibus, has veluti Leges dixit: Perficiendam esse accuratissimam, quantum fieri possit, Scriptorum omnium ad Res Germanas pertinentium, veterum & nouorum, recensionem, non quoad titulum saltim, sed neruosam rerum omnium, maxime singularium expositionem, dandam. Annotandas solerter diuersas Editiones, harumue virtutes & vitia, quae sincerae sint aut castratae indicandas. Quinam Scriptores locum in tali Bibliotheca mereantur, copiose indicat. Suadet inde, addendas huic recensioni varias de memorandis rebus Obseruationes, Errores communes refutandos, abstrusas veritates fideliter detegendas, Vitam Scriptoris cuiuslibet & accuratam reliquorum eius Scriptorum notitiam studiose conquirendam; Monet porro non esse contemnendas Breues Narrationes, pauciorum pagellarum, libellos cito alias perituros, Dissertationes Academicas, grandioribus sæpe libris, quod ad argumentum & studium elaborationis pretiosiores; Auctores medii aeui, cum Codi-

Codicibus MSCtis conferendos accurate, cum plures vitiose descripti sint ac editi, nominaque personarum & locorum turpiter corrupta, locaque integra sæpe vel omissa vel studio vitiata; Indicandos non minus Codices ineditos historicos, Chronica MSCta, Diplomata & omnis generis monimenta, quæ in Archiuis, Monasteriorum Chartulariis, scriniisque priuatorum sæpe inter pulueres & blattas iaceant, quorum accurati Catalogi addito solerter initio & Datis ac Subscriptionibus conficiendi; Monimentorum Sepulcralium ceterasque Inscriptiones, vetustas imagines, nummos, Sigilla, conquirenda & omni adhibita cura aeri incidenda; Libellos illustrium Controuersiarum, Deductiones caussarum, Instrumenta Pacis Foederumque & alia Pacta indicanda & excerpenda; Itineraria, aliosque libros, qui sub Bibliothecarum, Miscellaneorum, Spicilegiorum, Analectorum, Diariorum, titulis prodeunt, ad hæc vicinarum gentium, de rebus germanicis narrationes peruestigandas, quum singularia multa inde pateant. Rationem modumque inde præscribit, qua in lucem prodire possit, absolutissima eiusmodi Rerum Germanicarum Bibliotheca, sub *Thesauri Rerum Germanicarum* elogio. Vellem tamen atque optarem, admouisset præclaro operi manus, celeberrimus Vir, qui tot præsidia ad hoc argumentum necessaria habuit habetque. Huiusmodi amplissimae *Bibliothecae Germanicæ* spem quoque fecit GOTFRIDVS RÜHLMANNVS, Historicus Schwarzburgicus, scripta ad Celsissimum Principem Schwarzburgicum Dominum Guntherum, a. 1715. f. *Epistola*, qua natalem diem gratulatur, & de *necessario erigenda recteque ordinanda Bibliotheca Historica in Palatio cuiuslibet Principis, aut in Re publica libera*, præclare egit, simulque *p.* 7. aperuit, qualem apud Hannoueranos in Perillustris *Leibnitii* consortio degens, *Bibliothecam Historicam*, cumprimis Germanicam, componere fuerit meditatus. Cuius Bibliothecae Tomus alter Diplomatibus erat destinatus. Vtilissimus sane labor, quem tamen variis librorum subsidiis destitutus & viuis ereptus dare non potuit. IOHANNES quoque HENRICVS HEVBELIVS, Serenissimo Slesuicensium Duci a Consiliis aulicis, & per tempus breue in Academia Kiloniensi Professor in colligenda *Bibliotheca Germania Historica*, siue, *Scriptorum Rerum Germanicarum omnium Notitia Chronologica & Geographica*, instituto Itinere Literario, multum operæ & laboris impendit, qua vitas eorum, & Scripta edita, inedita vel etiam deperdita, non solum exponeret, diiudicaret, emendaret, sed fragmenta etiam historici potissimum argumenti, maximam partem vel primum in lucem prolata, vel auctiora insereret, hisque Diplomatum, Chartarum, Sigillorum, Nummorum hinc inde dispersorum vel etiam adhuc latentium & antiquitates atque res Germanicas illustrantium, Indices adderet. An vero condiderit perfeceritque præstantissimum opus Heubelius, nescimus. Iuuenibus maxime Historiae Patriae studiosis vtilem sane operam nauauit anonymus, vir doctus, qui, *Breuem Introductionem in Historiam Rerum Germanicarum Literariam Lipsiæ 1727. 4.* formis excudendam curauit, qua compilatione, *Hermanni Dieterici Meibomii*, maiorum suorum aemuli, tum Historiarum Professoris Helmstadtini, praeclaram Orationem inauguralem, de *genuinis Historiae Germanicae Fontibus*, cum Professionem Historicam in Academia Iulia auspicaretur d. VIII. Aprilis Anni MDCCI habitam, singulatimque additis copiosis notis in 4. impressam; *Casparis Sagittarii Dissertatiunculam de praecipuis Scriptoribus Historiae Germanicae*, iam laudatam; *Conringiana varia*, de Fontibus Rerum Germanicarum ex *Praefationibus* summi Viri ad Tacitum de Moribus Germanorum, excerpta; *Anonymi* Breuem Introductionem ad Historiam Literariam Rerum Germanicarum, cui titulum *Analectorum* præscripsit, ac denique *Accessiones & Supplementa* ad *Meibomii* inauguralem Orationem ex Recitationibus vti coniicio doctissimorum Virorum, decerpta, exhibuit. Si quid vota mea valerent Patriae meae similem *Longianae* Gallicae optarem Bibliothecam, eaque subsidia, quae Vir ille laboriosissimus habuit, quæ & desideria fuere *Io. Alberti Fabricii, Bibliothecae Latinae Volumine III. Lib. IV. c. IV. p. 561.* vbi quosdam eorum Auctorum memorauit, qui de singularium Germaniae Prouinciarum Scriptoribus notitias dederunt.

§. II.

§. II.

Monimenta Historiae Veteris Germanicae domestica.

Monimenta *veteris Historiae Patriae* duplicia *domestica* & *peregrina*. *Domestica*, quod ad vetustissima Germaniae tempora attinet ἄγραφα fuere, *Carmina*, nimirum, *antiqua*, *quod vnum*, teste *Tacito* de *Moribus Germaniae* Cap. II. *apud illos memoriae & annalium genus fuit*, quæ a BARDIS composita, & memoriae beneficio seruata, posterisque praecinendo tradita, ac diebus festis & solemnibus, in conuiuiis porro ac praeliis cantando repetita fuere; & *Oralis*, rerum sapienter, iuste, fortiterque gestarum, a Senioribus & vsu peritis facta *Narratio*. De quibus accurate exponit ac grauiter iudicat, exquisitissimae vir doctrinae *Hermannus Conringius*, in aurea illa & sapientissima Praefatione, qua Christiano Ludouico Brunsuicensium & Lynæburgensium Duci inscripsit Taciti de Moribus Germaniae libellum, his verbis: *Horum* (*Patriae monumentorum historicorum*) *autem duo quasi genera recensentur: alia enim numeris sunt inclusa, alia sine isthoc vinculo vulgi sermonibus & memoria constant. Neque enim haec potuerunt maioribus nostris deesse, quum quasi natura mortales omnes actorum aliquam memoriam circumferamus. Vt autem de posterioribus primum verbo aliquid moneam, nemini non apparet, quantum illis sit fidei tribuendum. Notum quippe, maiores nostros, vt ingenio non excultos, ita posteritatis parum curiosos fuisse. Neque enim tam gloriae in longum extendendae fuerunt studiosi, quam recti conscientiae; optimus quisque facere, quam dicere: sua ab aliis benefacta laudari, quam ipse aliorum narrare solebat, Sallustius de Bell. Catil. Porro in quam famam omnes consenserunt eam haud de nihilo esse fatendum sane est, at quae paucis constat auctoribus parum profecto certi habet. Itaque licet fortassis nobis affirmare, nihil eorum temere credendum esse, quae traditione huiuscemodi duntaxat subnixa, Christianismi initia annis ducentis antecedunt: quoniam hoc cumprimis spatio fides talis memoriae circumscripta est, quemadmodum & supra diximus. Ast Carminum certior forte est veritas. Et sane est hoc antiquissimum nobis annalium genus. Neque enim tantum vno in loco C. Cornelius Tacitus asseruit, sed & alibi Arminii gesta maioribus cantata idem affirmauit. Laudat cantilenas Gothorum Ansibus dictas Iernandes, Germanicorum scriptorum antiquissimus. Earum in Longobardica historia meminit & Paulus Warnefridus. Ex iisdem Wasthali historiam ad Clodoueum vsque per annos IↃ CCCCXXVI. continuasse memoratur Francus Hunibaldus. Nec raro iis vtitur in Danica sua Historia Saxo Sialandicus, & avorum memoria in Annalibus Boioaricis Ioannes Auentinus, vt alios nunc silentio praeteream. Sunt enim haud pauci & in doctorum ordine, qui non dubitant illorum fidem Graecorum Latinorumque testimoniis in ambiguo anteferre. Sed nemo quidem temere illa Carmina reiecerit: Si enim nullo alio saltim vetustate se commendant, & dubio procul nonnihil quoque trahunt ex vero. At vim certae sententiae in iis collocare, nescio an non fuerit vestigia in lubrico ponere. Quis enim a Poëtis veram exigat rerum fidem, quorum ars omnis in fictione est? Quis veritatem credat seruatam integram infido paucorum, plerumque vanorum partiumque studiis deditorum, testimonio? Porro laborasse iam olim Carminum nostrorum fidem, vel ex eo constat, quod Taciti tempestate, celebrarint Tuisconem Deum terra editum, & filium eius Mannum, alia adhuc plures Deos ortos, originem gentis nostrae conditoresque: quae falsi damnant sacri Hebraeorum codices, fictionis ob vetustatis licentiam ipse Cornelius accusat. Tacco illa, quae ex iis siue Hunibaldus, siue Saxo, siue Auentinus, siue alii adducunt, aut nullius esse momenti, aut eius notae vt fidem iis habere sit Romanis detrahere. Neque vero haec sententia in maiorum vergit dedecus: similis enim conditio & aliarum est cultissimarum gentium. Quippe antiquissimae Graecorum res fabularum tormentis sunt iactatae; quare & C. Lactantius Lib. VII. c. XXII. poëtas multo antiquiores, ait, esse, quam historicos & oratores & cetera genera Scriptorum. De Britannorum Bardis hunc in modum canit Lucanus:*

Vos quoque qui fortes animas belloque peremtas
Laudibus in longum vates diffunditis aeuum,
Plurima securi fudistis carmina Bardi.

Quid vero de iis, vt & illis, quos nunc Scoti Seneciones appellant, sentiendum sit, perdocte grauis auctor G. Buchananus Rer. Scot. Lib. II. dudum exposuit. Ferme, autem gemini hi fuerunt, nostris illis maiorum vatibus: vt idem de iisdem iudicium

sit ferendum. Igitur iam patet hinc in vniuersum, quanti facienda sint, quae aut exteris Scriptoribus indicta, aut contra quam illi tradidere, ex maiorum monumentis nonnulli deprompta sibi profitentur. Nempe aut fabulosa esse ac commentitia aut saltim dubia ac incomperta. Proinde, vt suarum rerum tempora Graeci olim in ἄδηλον, μυθικὸν καὶ ἱστορικὸν *distinxerunt; ita fortassis haut absurde, si intra domestica sit standum, nobis quoque memoriae historicae cognomento sola illa, quae literis a Christianismi initio vsque est consignata, appellanda est: Carminum aliarumque narrationum* ἀγράφων *fides fabulosa, reliqua spissae tenebrae sunt aestimanda.*

Recte quidem & sapienter, grata tamen essent Antiquitatum patriarum perscrutatoribus; vel tenuia rerum antiquissimarum monimenta, & vel nuda nomina Heroum, Ducum, Iudicum Germanorum, quorum notitiam dare poterant huiusmodi Carmina. Qua de causa praedicanda omnino est Caroli M. prouida posteritati industria, qui memorante *Eginharto* de *vita Caroli M.* Cap. XXIX. *Barbara & antiquissima Carmina*, (qualia, eius tempore, post varias forte mutationes erant) *quibus veterum Regum actus & bella canebantur, scripsit, memoriaeque mandauit.* Quae augustalis compilatio periit fortassis. Nam ea Carmina, ad quae *Auentinus*, maximo in *Annalium* suorum *versione Germanica*, cura *Simonis Schardii Francofurti 1566. f.* & auctiore Editione per *Nicolaum Cisnerum*, Francofurti *1580. f.* formis impressa, Libro I. aliique prouocant, antiquitatum eorum, quorum Tacitus mentionem fecit, non sapiunt, ipseque Capitibus Rerum Germaniae suae *illustratae*, quae ad *Ioachimum Vadianum* misit, quaeque inter *Epistolas Philologicas* a *Goldasto* vulgatas *p. 188.* extant, ita sentit, verbis: *In primo Libro haec dicentur:* De Carminibus antiquis, *quod vnum apud maiores nostros, quin etiam adhuc militum nostrorum memoriae & annalium genus est, quibus Cornelius Tacitus vsus est, & quae Carolus M. auxit, quidam recentiores corruperunt.* Addatur, qui de his Carminibus copiosius exponunt *Daniel Georgius Morhofius im Vnterricht von der Teutschen Sprache und Poesie Cap. VI.* & IOANNES LAVTERBACH, Rector Scholae Senatoriae Ienensis Dissertatione I. de *Carminibus Veterum Germanorum, 1696. 4.* proposita.

§. III.

Monimenta priscae Historiae Germanicae peregrina 1) Graecorum.

Quum itaque *domestica* monimenta deficiant, cuius rei caussas H. *Conringius*, ea, quam modo laudaui cultissima Praefatione indagauit, externa, veniunt breuiter indicanda *Graecorum* scilicet ac *Romanorum*. *Ex Graecis tamen,* vt Conringianis aptissimis verbis argumentisquae haec exponam, *non multum fortassis praesidii quis caeperit. Etsi enim illa gens mirandae fuerit ad extera pariter ac domestica cognoscenda curiositatis; tamen multis demum post florentissimas res Aegyptiorum, Chaldaeorum, Ebraeorum & Phoenicum seculis, excoli literis coepit. Itaque, vt recte scribit* FLAVIVS IOSEPHVS *Lib. I. contra Apionem, primi qui historias apud eos conscribere tentauere Cadmus Milesius & Acusilaus Argiuus & post hunc quicunque alii fuisse memorantur, paululum Persarum contra Graecos expeditionem praecessere. Quin constat, nullam illis certam temporum seriem ante illa ludicra Iphiti instituta fuisse obseruatam. Ergo, sicuti suis in antiquitatibus infantes fuere, (quod iure olim exprobratum Soloni ab Aegyptiis est) ita peregrinorum in rebus minus sapuerunt quam infantes, adeoque frustra ab illis primordia rerum nostrarum expectaueris. Deinde, ne tum quidem quando omni doctrinarum genere claruerunt, ea quae ad septemtriones aut alias paulo remotiora erant, habuerunt comperta: quod cum res ipsa loquitur, tum vero non dubitauit fateri locupletissimus testis Strabo Amasenus L. I. & XII. Omnes enim aquilonares atque occidentales Populi vno confuso Scytharum nomine comprehensi sumus donec paulatim distinctiora illa Celtarum Iberorumque cognomenta inualuerunt. Neque enim nos priscis illis Graecis alio nomine, quam Celtarum aut Scytharum vsurpamur; Germanorum appellatione, plane tunc ignorata, & multo post demum reperta. Apud primum Aristotelem Lib. I. Meteor. c. XIII. legimus memoratos Hercynios montes: ne quis laudem hanc cum Iulio Caesare Eratostheni eat adscriptum. Post hunc Pytheam Massiliensem de succini in Germaniae littoribus collectione haud multum vero absimilia prodidisse ex Plinio discimus. Tametsi enim illum mendacii nugarumque accuset Strabo Lib. I. apud illum tamen principem cernere est Teutonorum, Guttonumque, Basiliae item seu (quod Timaeus maluit,) Balthiae insulae memoriam. Praeter haec, vix quidquam, nostrarum rerum in antiquis Graecorum*

scriptis

scriptis reperimus: cum, quod alias ea tempestate prae feritate morum raris commerciis humanum genus sibi inuicem fuerit notum: tum vero quoniam praeter succinum & ferarum pelles (horum enim vetustissima mercatura est) nihil illo tempore habuerit Germania, quo alliceret emptorem. Ex sequioribus autem Scriptoribus Graecis, qui sua a Romanis ex parte acceperunt, adhibita tamen multa cautione, euoluendi STRABO, Amasenus, qui Augusti & Tiberii aetate floruit, *Rerum Geographicarum* Libris *XVII*, e quibus in *Libro IV. & VII.* quaedam ad res nostras pertinent, cumprimis in septimo Libro, quo Germaniam, Getas, Illyrios, Tauricam Chersonesum & Epirum descripsit. Hic condendi Operis sui caussa varias quidem peregrinationes fecit Ægyptumque, Asiam & Graeciam atque Italiam, Sardiniam quoque & alias Insulas perlustrauit, quorum itinerum ipse mentionem iniicit; Germaniam tamen nostram non vidit, qua de re, quae adfert, spernenda quidem non sunt, attamen parum iuuant & accepta sunt incertiore fide, quoniam illa aetate Germania nostra caeperat primum innotescere Romanis, & vulgi sermonibus frequenter fabulosis creditum tunc fuit, inde est quod perturbatorie has Regiones describat, variosque errores admittat, quae peregrino homini condonandi. Alia sententia *Ægidio Tschudo* fuit, quam scripta ad *Beatum Rhenanum* Epistola, declarauit, quae inter *Philologicas* a *Goldasto* editas, *p. 224.* prostat; vbi, comparationem inter Strabonem & Tacitum instituit atque scribit: *Primo, Strabo diligentius conscripsit Alpes, Alpinas gentes, Rheni ortum, lacum Podamicum, Heluetiorum, Rhaetorum, Vindelicorum, Gallorum, Germanorum, Italorum, atque aliorum populorum regiones, quam vllus fecerit latinus auctor, diligentissime singulorum Populorum loca & situs commonstrans, non quod sua persona has regiones omnes lustrauit, sed Germani quidam & Galli, haec omnia sibi suppeditauerunt, aut certe ingeniosi quidam Milites, qui bellorum occasione omnes istas lustrarunt regiones. Vide quaeso quam oscitanter Caesar describat ortum Rheni, & cursum eius negligens, & Rhaetos apud quos oritur, & lacum Podamicum quem efficit. Tacitus quoque & Ptolemaeus nullam faciunt mentionem de hoc lacu: & Mela obiter meminit nominis eius. At Strabo diligenter eum describit, referens etiam qui Populi & Regiones ad illum vsque pertingant. Si ergo Vir ille in minutiis his disquirendis tam diligens fuit, quis dubitet eum non diligentiorem fuisse in inquisitione magni illius Germanorum nominis? Et hic quidem nihil ex cerebro suo, sed quod alii experti viri ei suggesserunt, hoc scripsit. Commendanda igitur est huius Graeci Viri diligentia, & magnis praeconiis extollenda & nequaquam tantus auctor contemnendus, quod longe a nobis dissitus fuit.* Quod latius inde persequitur. Varia de *Strabone* memoranda editionesque accurate annotauit *Ioannes Albertus Fabricius*, *Bibliothecae Graecae Libro IV. c. I. p. 5. seqq.* eminent inter eas Graeco Latinae cum *Xylandri* versione & *Isaaci Casauboni* eruditis animaduersionibus *Geneuae 1587. f.* & ex Editione luculentiore & meliore, *Federici Morelli* notis, ad pauca quaedam Strabonis loca additis, & locupletissimo indice instructa *Lutetiae Parisiorum 1620. f.* omnium vero, si ordinem notarum & apparatum spectes praestantissima, curis *Theodori Iansonii* ab *Almeloveen*, *Amstelodami 1707. f.* non Casauboni saltim & Morelli ordinatis rectius, sed integris quoque Xylandri, & quae Iacobus Palmerius in Exercitationibus ad optimos auctores Graecos Straboni illustrando annotauerat, praeterea delectis e scriptis Virorum Geographiae antiquae gnarissimorum Pauli Merulae, Philippi Cluuerii, L. Holstenii, Claudii Salmasii, Samuelis Bocharti, Isaaci Vossii, Ezechielis Spanhemii, Christophori Cellarii, Ioannis item Meursii & aliorum Obseruationibus, est illustrata. Alter Geographorum Graecorum, qui huc maxime pertinet est, CLAVDIVS PTOLEMAEVS, Ægyptius Pelusiensis, qui sub M. Aurelio Antonino Imp. vixit, *ac Geographiae Libros VIII.* condidit. Germaniam ipse non inspexit, aliorum inque his mercatorum, fidem & annotationes, opus maxime Geographicum *Marini Tyrii* abs se emendatum, secutus. *Etsi vero*, iudice *Conringio*, laudata saepius Praefatione, *iam imperante Marco Antonino Germania vniuersa Romanis erat sic satis explorata, adeoque potuerint Ptolemaeo saltim chorographica nostra plenius quam ante narrari, liquet tamen, frequenter fuisse in hisce aberratum. Non potuerunt porro non, in nominum & numerorum designatione ab imperitis librariis errores isti cumulari, cum praesertim nihil adesset, quo corrigerentur. Sed & Populis Germaniae Magnae isthac tempestate raro fuerunt constan-*

constantes sedes, sed modo huc, modo illuc, isti commigrabant, & vicos suos in solitudinem ipsimet flamma redigebant: adeoque hac etiam de causa incerti nos sumus, num quae a Ptolemaeo prodita sunt re ipsa habuerint sese ita nec ne. Vtut vero sit, fatendum omnino venit, complura in Ptolemaicis istis reperiri ad populorum, fluminum, montium, syluarum situm, pertinentia, nostra quoque aetate comprobata, quorum in omnibus aliis antiquis monumentis ne vestigia quidem inuenire est. Ac proinde multum nos debemus Ptolemaeo, quantumuis omni ex parte tuto ipsi credi nequeat. Legendus nempe est nobis Ptolemaeus cum aliqua reuerentia, non autem superbe explodendus, vt nec secure admittendus. Tabulas operi huic Geographico postmodum additas, Ptolemaei mentem presse secutus delineauit *Agathodaemon*, Mechanicus Alexandrinus, qui itidem Germanas oras nunquam adspexerat. Dedit, quem iam saepe laudauimus *Fabricius* diligentem Editionum Ptolemaei recensum, *l. c. Lib. IV. c. XIV.* quas inter optima atque perrara, quae cum *Gerardi Mercatoris* notis, edente *Petro Bertio*, Galliarum Regis Ludouici XIII. Cosmographo, sub *Theatri Geographiae Veteris*, nomine, *Lugduni Batauorum*, typis *Isaaci Elzeuirii*, sumtibus *Iudoci Hondii 1618. fol. mai.* splendide procurata, Graece & Latine prodiit, quo *Tomo I. Ptolemaeus* comparet, additis Tabulis elegantibus. *Posteriore* vero *Tomo*, qui *Amstelodami* locum, & *Iudoci Hondii* nomen, annumque *1619.* praefert: 1.) Itinerarium *Antonini* Imp. terrestre & maritimum; 2.) Prouinciarum Romanarum libellum; 3.) Itinerarium a Burdigala Hierosolymam vsque; 4.) Tabulam Peutingerianam cum Notis *Marci Velseri* ad Tabulae eius partem; & 5.) *Abrahami Ortelii* Geographiae Veteris Tabulas aliquot, exhibet, eodem *Bertio* edente. *Geographiae Veteris Scriptores Graeci Minores*, quos, post *Hoeschelianas* curas, accuratae diligentiae *Ioannis Hudsoni*, Bodlejanae Bibliothecae Praefecti, debemus, in Theatro Sheldoniano nitide excusos, quorum *Volumen I. Oxoniae 1698. II. ibid. 1703. III. 1712. IV. ib. 1712. 8.* prodiere, paucissimis locis Germanica attingunt, nec tamen plane fuere omittendi. Idem dicendum de STEPHANO BYZANTINO de *Vrbibus*, qui graece & latine ex versione *Thomae* de *Pinedo*, cum obseruationibus editus, *Amstelodami 1678. f.* & cura *Berkelii*, ac cum *Gronouii* Notis *Amstelodami 1688. f.* quae est optima.

§. IV.

Monimenta priscae Historiae Germanicae peregrina

2) Latinorum, & quidem Scriptorum deperditorum.

Apud Scriptores *Romanos* de *Germanicarum Gentium* rebus ante Bellum *Cimbricum* nihil memoriae proditum reperitur, ea vero irruptione facta, cum damno suo, notitiam quorundam Populorum adquisiuerunt. Dolendum tamen quam maxime, quosdam de rebus Germanorum cum Romanis gestis Scriptores, maximam partem Latinos, iniuria temporum ac negligentia hominum deperditos. Enimuero, ASINIVS QVADRATVS, Vir Italus, testibus *Strabone*, Geograph. *Lib. IV.* & *Agathia Historiar. Lib. I.* de *Terra Germaniae*, graeco sermone exposuit. Quanta voluptate legeremus, quae indicibus grauissimis viris, C. SVLLA & Q. CATVLVS, de acerrimo proelio cum *Cimbris*, cui vterque interfuit, annotarunt. Ipse enim *Plutarchus* Vita *Marii f. 419.* ad *Sullae* Commentarios prouocat; *Catulum* autem sui Consulatus, quo proelium factum, commentarios condidisse, testem habemus *Ciceronem* in Bruto *c. XXXV. iam Q. Catulus, non antiquo illo more sed hoc nostro eruditus. Multae literae, summa non vitae solum atque naturae, sed orationis etiam comitas, incorrupta quaedam latini sermonis integritas, quae perspici cum ex Orationibus eius potest, tum facillime ex eo* Libro, *quem* de Consulatu & de rebus gestis suis, *conscriptum molli & Xenophonteo genere sermonis misit ad A. Furium Poetam.* Quam suauia nobis essent, ARCHIAE Poetae, de *Bello* illo *Cimbrico* Carmina, teste etenim eodem *Cicerone* Oratione *pro Archia Cap. IX. Cimbricas res adolescens attigit: ipsi illi C. Mario, qui durior ad haec studia videbatur, iucundus fuit.* CATO quoque confirmante *Plinio* Historia *Naturali* Librum de *Germania* scripsit, qui non amplius extat. T. LIVII Historiarum *Liber centesimus quartus* inter deperditos a nobis Germanis maxime desideratur. Ipse C. PLINIVS Senior, *Bellorum Germaniae* Libros *XX.* collegerat, quorum *Plinius* Iunior, Epist. *Lib. III. Epist. V. Suetonius* Vita *Plinii*, mentionem faciunt, horumque vltimus testatur: *Bella omnia quae* vnquam *cum* Germanis *sunt* viginti Voluminibus *comprehendit.* Quae *Q. Aurelius Symmachus Lib. IV. Epist. XVIII.* ad Protadium, priscas Gallorum Memorias

morias expetentem rarissimis libris adscripsit: *Enitar, si fors votum iuvet etiam* Plinii Secundi Germanica Bella *conquirere. Gesnerus*, erronea, vel mala fide persuasus, hos Plinianos Commentarios Augustae Vindelicorum MSCtos extare asseruit. Nec omittendus AVFIDIVS BASSVS, cuius memoriam seruauit M. Fab. *Quinctilianus* Instit. Orat. Lib. X. Cap. I. Edit. Burmann. *p. 914.* his verbis: Seruilius Nonianus, alii (Nouianus) *clari vir ingenii, & sententiis creber, sed minus pressus, quam Historiae auctoritas postulat. Quem paullum aetate praecedens eum* Bassus Aufidius *egregie, utique in* Libris Belli Germanici, *praestitit genere ipse probabilis in omnibus, sed in quibusdam suis ipse viribus minor. Superest adhuc, & exornat aetatis nostrae gloriam, vir seculorum memoria dignus, qui olim nominabitur, nunc intelligitur. Habet amatores, nec imitatores, vt libertas, quanquam circumcisis quae dixisset, ei nocuerit. Sed elatum abunde spiritum, & audaces sententias deprehendas.* Vellem, Rhetorum magister quoque de argumento operis clarius exposuisset. *Marquardus Freherus*, Notis in *Petrum* de *Andlo* ad Praefat. *p. 110. Valerium Bassum* Poetam appellat. Addatur *Franciscus Irenicus* Germaniae Exegeseos *Voluminis I. Capite I.* vbi plures ex veteribus, qui de Germanis quaedam annotarunt, hodie deperditos.

§. V.

Inter eos Scriptores Romanos, qui hodie extant, integri, vel quod ad aliquam partem, res nostras attigerunt, primum locum habeat, qui cum Germanis ipsis manus conseruit C. IVLIVS CAESAR *Commentariorum de Bello Gallico Libris VII.* exque his Libro maxime *IV.* & *VI.* Qui ipsius sunt *Memoriae*, ut hodie Galli appellant. In graecam linguam transtulit *Maximus Planudes*, siue quis alius. Editiones varias quam diligentissime recensuit *Ioannes Albertus Fabricius*, Bibliothecae Latinae, *Libro I. Cap. X.* praestantissimae *Godofredi Iungermanni Francofurti 1606. 4. Ioannis Georgii Graevii 1697. 8.* nitida & figuris aeneis illustrata, sed non emendatissima, & *Ioannis Dauisii, Cantabrigiae 1706. 4.* quae praestantissimorum Virorum in Caesarem Obseruationes exhibent. Audiamus veterum de his Commentariis iudicia, quae *Suetonius* in *Iulio* Cap. *LVI.* adfert: *De Commentariis Caesaris Cicero in eodem Bruto sic refert: Commentarios scripsit valde quidem probandos, nudi sunt, recti, & venusti, omni ornatu orationis, tanquam veste detracta: sed dum voluit alios habere parata vnde sumerent, qui vellent scribere historiam, ineptis gratum fortasse fecit, quia illa volunt calamistris inurere, sanos quidem homines a scribendo deterruit.* De iisdem Commentariis *Hirtius* ita praedicat: *Adeo probantur omnium iudicio, vt praerepta non praebita facultas scriptoribus videatur. Cuius tamen rei maior nostra, quam reliquorum est admiratio. Ceteri enim quam bene & emendate, nos etiam quam facile & celeriter, eos perscripserit, scimus. Pollio* vero *Asinius, parum diligenter, parumque integra veritate compositos putat: cum Caesar pleraque & quae per alios erant gesta, temere crediderit: & quae per se, vel consulto, vel etiam memoria lapsus, perperam ediderit: existimatque rescripturum & correcturum fuisse.* Certe, quae de nostris rebus adfert, non quidem spernenda sunt, sed cum hostis esset & fines tantum Germaniae vidisset, eas plene perspicere haut potuit. Huic succedat POMPONIVS MELA, e Baetica prouincia Hispanus, qui de sententia eruditorum virorum sub Claudio floruit, cuius *Cosmographiae* siue, de *Situ Orbis Libri Tres*, res nostras tangunt. Editiones vide apud *Fabricium l. c. L. II. c. VIII.* quarum optimae, quas debemus industriae, ingenio, doctrinae cum *Isaaci Vossii, Hagae Comitis 1658. 4.* ac *Franequerae 1701. 8.* tum *Iacobi Gronouii*, qui Vossianas obseruationes sub rigidum examen vocauit, *Lugduni Batauorum 1685. 8.* multisque cum accessionibus *Lugduni Batauorum 1696. 8.* tandemque *Abrahamo Gronouio* curante excusi *Lugduni Batauorum 1722. 8. mai.* qua in Editione Notae integrae *Hermolai Barbari, Petri Ioannis Oliuarii, Fredenandi Nonii Pintiani, Petri Ciacconii, Andreae Schotti, Isaaci Vossii, Iacobi Gronouii* extant. Accessere *Iulii Honorii* Oratoris, Excerpta Cosmographiae; Cosmographia falso *Æthicum* auctorem praeferens; cum variis Lectionibus ex MSCto; *Rauennatis* Anonymi Geographia ex MSCto Leidensi suppleta. Quae autem annotauit de rebus Germanicis *Mela*, iudice Conringio, accepta sunt incertiore fide, quoniam eius & Caesaris aetate Germania nostra coeperat curatius innotescere Romanis, & vulgi sermonibus frequen-

3) Latinorum, hodie extantium.

frequenter fabulosis creditum tunc fuit. Quae C. PLINIVS SECVNDVS, Veronensis, Maior, sub Tiberio natus, sub quo iuuenis contra Germanos militauit, contubernio vsus castrensi Titi post Augusti ac praefectus alae, de Chorographia Germaniae obseruauit, atque thesauro *Historiae Naturalis*, maxime Libro *IV.* inseruit, acceptissima quidem sunt, in tantis rerum nostrarum antiquarum tenebris, plura tamen & exactiora forte, *Bellorum Germaniae* Libris *XX.* deperditis & frustra vsque huc inquisitis. Editiones *Historiae* huius *Naturalis* vide apud Fabricium l. c. *Lib. II. c. XIII.* §. *4.* optima est *Ioannis Harduini* S. I. *Parisiis 1685. 4. V. Voll.* quae editione *Secunda*, *Parisiis* prodiit *1723. f.* 3. Voll. His recentior est C. IVLIVS SOLINVS, Grammaticus, patria forte Romanus, quique post Vespasianos vixisse videtur. Hic *Collectanea rerum memorabilium*, siue, *Polyhistorem*, ad Amicum, *Capitibus LVII.* perscripsit. Quae huc alias pertinent, vide sis in *Fabricii B. L. L. II. c. XIII.* Praestantissima Editio est, quam eruditissimis Commentariis *Exercitationum Plinianarum* elogio signatis, dedit *Claudius Salmasius*, Parisiis 1629. apud *Claud. Morellium*, splendide recusa *Traiecti ad Rhenum 1689. f.* duobus Voluminibus prodiit, cui Editioni de *Homonymis Hyles Iatricae* Exercitationes antehac ineditae, nec non de *Manna & Sacchara*, accesserunt. *Huic Grammatico homini*, iudicium adscribo *Conringii*, *videtur praecipue fuisse curae, admirandarum naturae rerum commemoratio, fere, qualis inter Graecos fuit Antigonus Carystius: merito etiam non in illo minus quam in hoc iudicium limatum desideraueris. Nec vero ex eo quod Claudius Salmasius, summi nominis auctor, vasti Voluminis commentario libellum Solini est prosecutus, licet magnam de Scriptore illo spem facere: in diuersissimis enim Salmasius est occupatus & quae ad Solinum pene nihil faciunt, vt non nisi vestigia Solini eminus sit secutus. Germaniae sane vetera perquam parce ex Solino poteris mutuari. Vetus* illa *Orbis Descriptio*, quae sub Constantio & Constante conscripta videtur, quamque primus *Iacobus Godofredus* graece & latine edidit, & eruditissimis notis illustrauit *Geneuae 1628. 4.* non plane est reticenda, licet perexigua sint, quae Germanum lectorem iuuare possint, solam Treuerim concernentia, Gothorum quidem meminit, sed plane alieno loco, vtpote qui isthac tempestate non Rheno fuerunt propinqui & Galliae, sed Istro & Thraciae. Qui sub Constantio & proximis Imperatoribus vsque ad Theodosium vixit, AMMIANVS MARCELLINVS, adiungendus, homo quidem Graecus, & Valesio obseruante Antiochenus, e cuius *Historiarum* siue *Rerum gestarum*, a Neruae principatu ad excessum vsque Valentis Imp. *XXXI.* Libris, qui post *Tredecim* primos soli aetatem tulerunt postremi *duo de viginti* rerum Germanicarum studioso saepiuscule sunt euoluendi; *grauis enim*, iudice *G. I. Vossio*, *hic scriptor, plane ac serius & dignus qui ab omnibus ac Germanis praecipue ametur*, mirifice enim illustrat Germaniae situm, illoque tempore scripsit, quo, vt Conringius annotauit, Franci, Alemanni & Burgundiones aliique Germanici Populi plurimum negotii facessebant Romanis in Gallia, Rhaetia, Vindelicia, Norico & Pannonia, habuitque ille, quamuis gente Graecus res Germaniae satis notas, quia iam sub Constantio & Iuliano Augustis stipendia meruit aduersum Germanos militans. Editiones vide apud Fabricium Libro III. c. XII. §. II. omnium optima *Iacobi* est *Gronouii*, qua Lindenbrogii & Valesiorum Notis, suas obseruationes, & variorum nummorum monimentorumque veterum Ammianum illustrantium icones addidit, prodiit *Lugduni Batauorum 1693. f.* & simul minori typorum charactere in *4.* Nec plane est negligendum, quod post Marcellinum vel conscriptum vel interpolatum est *Itinerarium* ANTONINI, siue vt quidam volunt Antoninus Augustus ipse sit auctor, siue, vt in quibusdam Codd. MSCris appellatur *Antonius Augustulus*, vel *Augustalis*, vel *Iulius Honorius* Orator, vel vti Barthianus Codex habuit *Antoninus Aethicus*, de quibus videndus *Fabricius Bibliothecae Latinae* L. I. c. X. p. 171. Licet enim in eo nihil contineatur, quod illustret Germaniam Magnam, *Conringii* verbis iterum scribo, siue illam quae Romanis fuit trans Rhenum ac Danubium posita, sed duntaxat illas Galliae & Rhaetiae prouincias, in quas Germaniae populi penetrarunt sedesque locarunt, circa illa tamen loca, quae ad Germanos tum pertinebant, vsui esse potest. Huius Itinerarii Editio, quae cum HIERONYMI SVRITAE Commentariis *Coloniae 1600. 8.* edita, rarissima est. Accurata tamen quoque & praestans est illa, quae Tomo II. *Theatri Geographiae Veteris Bertii* exhibetur. Illud quoque MARCVS VELSE-

RVS,

RVS, *Augustanarum rerum* praeclaro opere emendauit. Quod itinerarium, insignesque Germaniae partes multum illustrat *Tabula Itineraria*, quam ex illustri PEVTINGERORVM Bibliotheca, prouidentia MARCI VELSERI, summi Viri, depromtam, *Antwerpiae* octauis segmentis aeri incisam edidit celebris Typographus *Ioannes Moretus*; postmodum Tomo II. *Theatri Bertiani*, vt supra iam indicaui, insertam. *Segmenta Tria priora*, cum primis addito ad priora duo Segmenta Commentario Velseriano huc maxime pertinent. Enimuero ex omni aeuo vetere nulla Tabula alia Geographica superest, fide dignior Ptolemaicis, quae Agathodaemoni Grammatico feruntur accepta. Quibus tribus e Segmentis Germanica Prouinciarum Galliae, Rhetiae & Pannoniae itinera petere licet. Prioris in melioribus editionibus adpendix est *Libellus Prouinciarum* Galliae, qui nonnullis itidem *Itinerarii* nomine venit, Prouincias Germaniae Gallicas sistens, quo nomina Ciuitatum illarum Prouinciarum, cum a Romanis tum Germanis ipsis indita exprimuntur, cuiusmodi quid haut reperias alibi, modo, quae Conringii suspicio est, non sint a manu recentiore vernaculae nostrae istae appellationes. Quaedam quoque praesidia dant *Cosmographia* latini & Christiani Scriptoris *Aethico* communiter tributa, de quo legendus Fabricius l. c. L. I. c. X. §. 10. & Lib. II. c. VIII. §. 2. n. 1. atque cumprimis *Cosmographiae Libri Quinque* quos Auctor Gothus Christianus, Iornande longe iunior, patria *Rauennas*, vnde *Geographus Rauennas* communiter audit, in fratris sui gratiam saeculo post Christum natum septimo, scripsit, quemque primus cum notis vulgauit *Placidus Porcheron* S. I. *Parisiis 1688. 8.* vtrumque & Aethicum, & Anonymum hunc, *Pomponio Melae*, cum aliis monumentis addiderunt *Iacobus & Abraamus Gronouii*, editionibus praestantissimis, quae *Lugduni Batauorum 1696. 8. & 1722. 8.* lucem viderunt; adiungenda demum, quae his antiquior omnino est, Seculo Christiano V. Theodosio iuniore imperante conscripta, *Notitia vtriusque Imperii*, eruditissimo *Guidi Panciroli* commentario illustrata, atque *Venetiis 1593. f. Lugduni 1608. f.* Geneuae *f.* edita, demum Thesauro Antiquitatum Romanarum Graeuiano *T. III.* inserta. Quae quidem haec notitia seruat, nihil nos docent ad Germaniam Magnam pertinens, ostendunt tamen, quemadmodum quasi agonizans sese in Galliis habuerit Romanum Imperium, Rhaetia, Vindelicia ac Norico a Germanis iam fere totis occupatis, & quia simul memorant praecipuas tum adhuc a Romanis possessas vrbes. Quorundam iam recensitorum auctorum, de rebus Germanicis narrationes excerptas dedit IOANNES PAPPVS Theologus, in vsum Scholarum historicarum Academiae Argentoratensis, sub elogio *Germaniae veteris Descriptionis*, ex probatissimis auctoribus Latinis & Graecis, scilicet Ammiano Marcellino, Antonini Itinerario, Notitia Dignitatum &c. *Argentorati 1591. 8.* apud *Antonium Bertram.* Copiosiora tamen & exactiora magis sunt horum auctorum Excerpta, quae *Hermannus Conringius* Taciti de Moribus Germaniae, Editioni, quam mox recensebimus, subiunxit.

§. VI.

Tacitus de moribus Germanorum inque Eundem variorum Commentarii.

Qui sub Vespasiano Imp. rationes Galliae Belgicae, vicinae Germaniae procurauit, atque A. C. XCVIII. Consulatu secundo Traiani, vti e Capite XXXVII. patet, scripsit C. CORNELIVS TACITVS, optimam de vetustis patriae rebus, quantum a peregrino homine fieri potuit, noticiam conseruauit, praeclaro *de Moribus Germanorum* libello, cui plura Germania, quam Plinio, Straboni, Ptolemaeo debet. Aureum hunc nobis Germanis libellum primum forte edidit, *Andreas Iacobi*, Katharensis, qui *Diodori Siculi* Libris VI. a *Poggio* latine versis subiunxit *Venetiis 1476. f.* Excusus inde singulatim cura *Ioannis Rhagii*, Aesticampiani, *Lipsiae*, in aedibus *Melchioris Lotteri 1509. 4.* porro *Basileae, 1519. 8.* sumptibus *Ioannis Frobenii*, cui ex amicis quidam *Commentariolum* dedit, in quo paucis aperitur, quorum veterum Populorum qui noui Populi hodie sedes teneant, quem adiecit. An idem ille sit cum Glareani commentariis, iis definiendum relinquo, quibus hanc inspiciendi editionem occasio subnata fuit, nam ipse eam non vidi. De Tacito & pluribus in huius libellum *Commentatoribus* recte sapienterque iudicauit *Christianus Thomasius* acerrimi vir iudicii, Dissertatione *de Hominibus propriis & liberis Germanorum*, *Halae 1701. 4.* edita, §. *VI. p. 3. Non pauci in aureum istum libellum commentati sunt multaque notatu digna obseruarunt. Pauci tamen, & forte ne hi quidem, iustas & legitimas interpretandi re-*

di regulas ad Tacitum attulerunt. Consideranda est intentio scribentis, peritia & bona fides. Primaria intentio Taciti fuit, comparare mores Romanorum & Germanorum adeoque non tam omnes Germanorum mores velle describere, sed ostendere maxime differentiam a moribus Romanorum. Hinc vbique alterum mentis oculum ad suos, alterum ad Germanos intendit. Id omnes paginas ac omnes prope lineae loquuntur. Peritiam morum Germanicorum habuit aliquam, non adeo magnam & exactam. Neque enim ad intimiora Germaniae accessit. De iis multa retulit ex auditu, multa indicauit ex moribus Germanorum, Romanorum finibus proximorum, quos tamen ab his corruptos fuisse saepius annotat ipse. Multa etiam iudicauit ex moribus mancipiorum Germanorum ad mores Romanos non accurate comparatorum, eosque incaute ad mores Germaniae applicauit. Ita bona fide quidem scripsit quae de Moribus Germanorum tradidit, sed saepe etiam bona fide errauit. Qualia idem Dissertatione *de Iure dandi ciuitatem*, §. 17. iam obseruarat. Memorauit diligenter excussitque, post *Michaelis Hertzii Bibliotheca Germanica* No. XXIII. & seqq. ac *Ioannis Alberti Fabricii Bibliothecae Latinae Vol. I. p. 471.* & *Vol. II. p. 751.* curas, hos *Commentatores Conradus Fridericus Reinhardus*, Iuris & Philosophiae in Academia Halensi quondam Professor, erudita Praefatione *Opusculis* Iuridico-Historico-Philologicis, *Ioannis Strauchii* Parti Primae, praefixa, quos, additis recentioribus, ipsius quidem vestigia secuti, adhibitis tamen ipsis, qui ad manus sunt libris, dabimus. Primus, ni fallor, est HENRICVS GLAREANVS, Heluetius, Philosophiae Professor in Academia Basileensi doctrina magis, quam moribus ornatus, qui Tacitum de moribus Germanorum Commentariolo illustrare adgressus, nihil quidem fere de publica re & moribus veterum Germanorum consignauit, aperuit tamen breuiter, quorum veterum Populorum qui noui diuersique Populi sedes hodie teneant. Extant hae obseruationes *Glareani* nomine, sub *Commentarioli vetusta Germaniae Populorum vocabula paucis, & obiter alia quaedam explicantis*, titulo in *Simonis Schardii* Scriptoribus Rerum Germanicarum *Tomo I. f. 179. 199. Edit. I. fol. 70. 76. Edit. 2.* Attulit quoque aliquam Tacito lucem PHILIPPVS MELANTHON, communis Germaniae praeceptor, dum vocabula Regionum ac Gentium, quae recensentur in hoc Taciti libello, pro ea, qua pollebat rerum patriarum notitia breuiter explicaret, qui libellus *Augustae V. 1579. 8.* editus atque *Schardiano Tomo I.* est insertus *f. 193.* vsque *199.* & in altera Editione *fol. 77.* Quo tempore prodierint primum in lucem illae *Castigationes*, quas conscripsit BEATVS RHENANVS, Selestadiensis, industrius rerum patriarum scrutator, nescio, quum primam harum editionem non viderim, ante Althamerum scripsisse puto, sunt vero ipsius *Rerum Germanicarum* Libris Tribus, Editionis *Argentoratensis Zetzneri 1610. 8. p. 375.* ad *404.* additae, quibus Taciti textum variis in locis emendat, & pro insigni rerum patriae vetustarum, qualis tum erat, peritia, diuersis locis non temnendas adfert illustrationes. His prolixior est ANDREAS ALTHAMERVS, ortu Palatinus *Brenzius*, in *Scholiis* siue *Commentariis* suis varia doctrina refertis, quibus Germaniae situm, limites, fertilitatem, populos, vrbes, vicos, nemora, fluuios, montes, priscorum cultorum originem, vocabula, mores, studia, religionem, mutatos deinde colonos nouosque habitatores, ea ratione indicauit, qua tum fieri poterat cum tot subsidia non adessent scripturis, varia tamen admiscuit, quae ad Taciti sententias inuestigandas non adeo necessaria nobis videntur. Extant *Schardiano* laudato *Tomo I. f. 1. seqq.* singulatimque ex *prima* forte *Editione*, licet Ioan. Albertus Fabricius Editionem *Noribergensem* An. *1529. 8.* memoret, quae magnanimis Principibus Georgio & Alberto iuniori Brandenburgi Marchionibus inscripta est, *Noribergae* apud *Ioa. Petreium 1536. 4.* recusa saepius, scilicet curis *Simonis Fabritii*, *Augustae Vindelicorum*, *1580. 8. Ambergae*, typis *Michaelis Forsteri 1609. 8. Francofurti 1627. 8.* Idem fere de IODOCI WILLICHII, Resselliani, in Academia Viadrina, Medicinae Professoris, *Commentariis* pronunciandum, quibus, praeter Historias Zythi Germanici contra multos Scriptores, Succini contra plerosque, & Sueui fluminis contra omnes Geographos, multa a Taciti narrationibus in maiorem lucem ponendis aliena, sunt inserta, prodiere, *Francofurti ad Viadrum*, per Ioannem Eichorn *1551. 8.* adiecti quoque *Beati Rhenani* Rerum Germanicarum Libris Tribus, Edit. Argentoratensis, *Lazari Zetzneri 1610. 8. p. 405. Schardiano* non minus *Tomo I. f. 73. 178.* &

f. 38.

f. 38. inserti. MICHAELIS BEVTHERI, Consiliarii Ecclesiastici Ottonis Henrici Electoris Palatini, & Historiarum in Academia Argentoratensi, *Commentarii*, absolutissimi quidem in titulo audiunt, sed non nisi vulgaria exhibent, post mortem etiam demum Viri, a *Ioanne Michaele Beuthero*, auctoris F. ex Schedis paternis, vna cum Notis ad marginem, *Argentinae 1594. 8.* editi. IVSTI LIPSII *Obseruationes*, magnam partem criticae sunt ad emendandum textum comparatae, singulatim editae, praefixa Praefatione *Hermanni Conringii, Helmstadii 1635. 8.* & saepiuscule cum aliis in omnia Taciti Opera Lipsianis commentariis, quas Editiones curate, vt solet omnia, recenset celeberrimus Vir, *Ioannes Albertus Fabricius, Bibliothecae Latinae Volumine altero, Capite XXI.* quibus Lipsianis Notis heic adiungendae *Pompeii Lampugnani Collationes Notarum Lipsianarum, cum manu scripto Codice Mirandulano, Bergomi 1602. 8.* editæ p. 57. Laudem quoque eruditi Commentarii meretur CHRISTOPHORI COLERI, doctissimi in Academia Altorfina Iurisconsulti ac Philologi, *Hanouiae 1602. & 1618. 8.* quo loca dubia & deprauata emendare & restituere conatus, eademque more suo erudite illustrauit atque e Scriptoribus cum Graecis tum Latinis ad Tacitum in luce ponendum varia studiose conduxit Germanorumque mores ac instituta cum aliarum Gentium apte comparauit. Maiori apparatu & exquisitissima diligentia, illustrationem Taciti adgressus, PHILIPPVS CLVVERIVS, natione Porussus, ad percolendam Geographiam multis itineribus rite praeparatus, qui omnia quae ad Germaniae priscae rationes collustrandas facere possunt multo labore comparauit Operique ingessit, quod *Germaniam Antiquam* inscripsit, quo de patriae finibus, populorum ortu, migrationibus, cultu, habitu, moribus, religione, re publica, consuetudinibus, re oeconomica, & quae ad notitiam gentis conducere videntur, congestis antiquorum scriptorum testimoniis iisdemque collustratis *Tribus Libris* exposuit, prodiit *Lugduni Batauorum 1616. f. 1624. f.* ex Officina Elzeuiriana & *1630. f.* alii *1631. f.* accessit singulari titulo praefixo eiusdem *Vindelicia & Noricum*, estque cum cura legendum omni rerum nostrarum veterum ingenue curioso, curateque expendendum; Compendium inde dedit IOANNES BVNO *Guelpherbyti 1663. 4.* De virtutibus & vitiis Libri praestantissimi, inter alia multa addo iudicium *Hugonis Grotii* in literis ad *Ioannem Isaacium Pontanum* an. 1616. *Roterodami* datis, quae Grotianis ceteris in Adpendice *n. XI. p. 755.* est addita, vbi: *Quantum Germaniam Cluuerianam inspexi, non possum non probare diligentiam, quae egregii aliquid solet parturire vbi vires suas colligens vni operi affigitur. Ceterum, etsi aliquid remisisse videtur de ferocia, quae in libello (Commentario, scilicet, de tribus Rheni alueis &c.) ante hac edito, apparebat, multum tamen audaciae retinet. Cuius insigne documentum est, quod saepe voces delet, aut immutat, nullis librorum vestigiis, sola ingenii sui fiducia. Deprehendendi quoque alios, magna eum tenet prurigo. Quem morbum eo patientius, in ipso, qui viuunt, ferre debent, quod Caesar, quod Strabo, aliique praestantissimi auctores saepe ab illo supinae ignorantiae aguntur rei, cum quibus vna culpari, id vero mihi videtur esse laudari.* Quibus iungenda, quae summus vir, *Prolegomenis ad Historiam Gothorum, Vandalorum, & Longobardorum p. 7.* his monuit verbis: *Cuius* (Cluuerii) *ego diligentiam & eruditionem sic laudo, vt audaciam tamen, spernentis saepe sine vllo firmo satis argumento codicum auctoritatem, consensumque vetustatis, & acceptas ab vltimis seculis famas, multaque fingentis ex inanibus valde coniecturis nec probauerim vnquam, nec sim probaturus. Quod semel mihi de illo, qui plurimis contradicendo, necessitatem nobis vt ipsi contradiceremus imposuit, praefandum censui, gratiam ceteroqui ei pro labore, vbi neque studiis, neque inuidia abreptus fuit, liberaliter paratus redaere.* Indice *Ioanne Alberto Fabricio Bibl. Lat. L. II. c. XXI. p. 751. Michael Virdungus, Notas* dedit, *Noribergae 1637. 8.* formis expressas, quas nunquam vidi. MATTHIAE vero BERNEGGERI Historiarum in Academia Argentinensi Professoris; *Ex C. Cornelii Taciti Germania & Agricola Quaestiones Miscellaneas* eodem moderante, Academicis Exercitationibus singulatim disputatas vnum in Corpus certumque ordinem ex B. Soceri mandato institutoque tributas, ipsiusque Annotationibus MSCtis passim auctas, edidit IOANNES FREINSHEMIVS, *Argentorati 1640. 8.* recusas *ibidem 1669. 8.* quibus non tam *Tacitum* atque relatas ab eo res explicauit, quam eiusdem narrationes ad Politicorum regulas examinauit atque petitis ex Historia Romana & Graeca variis exem-

emplis, collustrauit. Elegantissimae illae *Tres* IOANNIS STRAVCHII, ICti Ienensis eruditissimi *Dissertationes*, de *Indigenatu* scilicet *Germanorum*; De *modis acquirendi priscorum Germanorum*; *deque Armis Germanorum priscorum, eorumque ad Rempublicam vsu*, quos eo tempore, quo Lipsiae latinam linguam & historias publice docebat, ex ipsis fontibus deduxit, mirifice hisce in articulis Tacitum illustrant. Sed Ienam ad ornandam Iurisprudentiam euocatus, hanc telam quam scitissime erat exorsus, deserere, quod dolemus, fuit coactus. Prodiere eaedem primum *Lipsiae* annis *1650.* & *1651. 4.* inde vero ex Autographo Auctoris auctae & emendatae, cura *Ioannis Georgii Kulpisii* Strauchiano *Specimini Institutionum Iuris publici*, *Francofurti 1683. 8.* additae; *Tertium*, formis repetitae inter *Strauchii Opuscula Iuridico-Historico-Philologica* rariora, procurantibus *Reinhardo* & *Knorrio*, *Halae 1729. 4.* Parte I. Quae cura HERMANNI CONRINGII prodiit Editio, ex praestantissimis est. Praeter Notas enim Criticas, quibus ope & fide optimorum Codicum libellum emendauit, Collectionem selectam exhibet Monumentorum veterum de antiquo statu Germaniae rebusque quales fuerunt donec quinto Christiano Seculo Imperii Romani Occidentalis Prouinciae a Gentibus Germanicis fuerunt nouo & perpetuo dominatu occupatae, quaeque terras, mores, rem publicam & populorum varia discrimina recensent, nimirum 1.) ex Caii *Iulii Caesaris* Libro IV. & VI. de Bello Gallico Commentariorum Excerpta; 2.) Excerpta ex *Strabonis* Geographiae Libro IV. & VII. 3.) Excerpta ex *Pomponii Melae* Libro Tertio; 4.) Excerpta ex C. *Plinii* Libro IV. naturalis Historiae; 5.) Excerpta ex C. I. *Solini* Cap. XIX. & XX. 6.) Excerpta ex *Claudii Ptolomaei* Libro II. Geographiae; 7.) Excerpta ex *Ammiani Marcellini* Lib. XV. & XXVIII. 8.) Excerpta ex Itinerario *Antonini*; 9.) Excerpta ex Libello Prouinciarum & Ciuitatum Galliae; 10.) Excerpta ex totius Orbis Expositione; 11.) Excerpta ex Notitiae Imperii vtriusque Libro Secundo & Guidi Panciroli Commentario; 12.) Excerpta ex *Philippi* Cluuerii Introductionis in Geographiam Libro tertio. De quibus omnibus praemissis cultissimis Praefationibus, deque vario antiquae historiae in rei publicae nostrae negotiis vsu, grauiter & accurate exposuit obtrectatoresque tum non infrequentes scite confutauit. Prodiit *Helmstadii* primum *1635. 4.* inde *1652.* & ex tertia prioribus locupletiore editione *1679. 4.* inde *1687. 4.* qua sane rem pergratam iis praestitit, qui sumtibus necessariis destituuntur, quo minus tot sibi scriptores comparare queant. Excitatus magno hoc exemplo monitisque Conringianis GEORGIVS CASPAR KIRCHMAIERVS, in Academia Wittenbergensi Professor, qui in *C. C. Taciti de Germania* libellum, *Commentarium*; suis sumtibus *Wittebergae 1664. 8.* edidit res moresque Germanorum veterum a suis Originibus per Notas Criticas, historicas politicasque ac similes exhibentem, quas inter aliquot sunt fructuosae ac dignae habitae, quas *Ioannes Fridericus Gronouius* acris Criticus iudicii doctissimorum hominum Commentariis adscripsit Operum Taciti editione praestanti sane, quae *Amstelodami 1685.* duobus voluminibus in *8.* prodiit. Qui ad hunc libellum *Exercitationes XXV. seu Politico-Philologicos Discursus* congessit GABRIEL ACKELET *Sorae*, typis *Henr. Krusii 1646. 8.* & CYRIACVS LENTVLVS in Academia Marpurgensi Professor, cuius *Germania cum vita Iulii Agricolae Politicorum in Tacitum Commentariorum* Complementum, *Marburgi 1666. 8.* prodiit, huiusmodi obseruationes habent, quae ad scriptoris scopum parum faciunt. Breuiter de vtilitate libelli, huiusque illustrandi ratione disseruit, HENRICVS MEIBOMIVS, iunior, *Programmate* docto, *publicis in Taciti Germaniam* Lectionibus praemisso, *Helmstadii 1686. 4.* Obseruationes plenae optimae frugis sunt, quae GODEFRIDVS GVILIELMVS LEIBNITIVS patriae egregius scrutator historiae, *Excerptis veterum Auctorum* inque his *Taciti* etiam, *de Populis ad Visurgim & Albim* habitantibus, *Tomo Primo Scriptorum Rerum Brunsuicensium Hanouerae 1707. f.* edito, insertis, addidit; IOANNIS vero CHRISTOPHORI VETTERI Notae *Christian-Erlangae 1714. 8.* editae, decerptae sunt ex antea indicatis, iuuenumque captui accommodatae. Maiorem eruditionem omnino spirat laudemque praecipuam meretur IVSTI CHRISTOPHORI DITHMARI Historiarum & Politices in Academia Viadrina Professoris Ordinarii & Societatis Scientiarum Berolinensis Sodalis *Perpetuus & Pragmaticus Commentarius*, *Francofurti ad Viadrum 1725. 8.* editus, rerum patriarum cultoribus enixe commendandus.

Etenim,

Etenim doctissimus Vir, qui vsum antiquae Germanorum historiae, suis, Conringii & aliorum sapientissimorum Virorum argumentis scite commendauit, Commentarium hunc, ad illustris Thomasii, quae retuli monita, diligenter adornauit, idque erudite egit, vt Germanorum & Romanorum mores exponeret & inter se conferret: ex priscis dein Germanorum institutis, variorum Iurium & Consuetudinum in Germania origines, atque riuulos inde dimanantes progressu temporis, aperuit: Populorum denique non solum designatas probabiliter sedes, nominum ipsorum etymologicam disquisitionem ac res gestas memorabiles, sed & qui & quando factum fuerit, vt in Allemannorum, Francorum, Saxonum, aliasque Societates magnas coaluerint, ea, qua in vetustissimis eiusmodi rebus fieri potest accuratione commonstrauit, vtque vsui in re publica esse posset lectio, elaborauit. In textu *Conringii* Notas Criticas fere secutus, easdemque reliquis praetulit, inque Appendice ea de caussa integras recensuit. Notas insuper *Aegidii Lacarrii* e Societate Iesu Claromontini, ex eius *Historia Coloniarum a Gallis in exteras Nationes missarum, Montalbani 1649. 4.* edita, atque *Godefridi Guilielmi Leibnitii* ex eius Tomo Scriptorum Rerum Brunsuicensium primo, vt & quasdam obseruationes ex *Iacobi Gronouii* Oratione *de Batauorum in Insulam suam immigratione*, cum integram *p. 172.* Commentarii promissam, dare haut licuerit adiecit: Tabulas ad postremum Geographiam Germaniae Veteris & Medii aeui & Antiquitatum Germanicarum Ius praesertim Germanicum Publicum & Priuatum illustrantium Descriptionem, & C. Cornelii Taciti Vitam promittit, quas Commentationes omnes, qui viri doctrinas norunt, auide expectant. *Versionem Germanicam*, nouam, post IACOBI MYCILLI, *Francofurti ad Moenum 1612.* & MELCHIORIS GROTNIZII, *ibidem 1657. 8.* editas, cultiorem elegantioremque dedit IOANNES THEODORVS IABLONSKY, Regi Porussiae a Consiliis Aulicis & Societati Scientiarum Berolinensi a Secretis, in omnibus tamen locis genuinum sensum adsecutus haut videtur doctissimus Vir, in primis sub finem *Cap. XIX.* Notae, quas ad collustrandam Taciti mentem, ex optimis Commentatoribus decerpsit, breues quidem sunt, sed electae.

§. VII.

Scriptores Antiquitatum & rerum Germanicarum, recentiores generales.

Post instauratas auspicato in Germania bonas literas aeuo Friderici III. & Maximiliani I. Augustorum, excitati fuere, magni animo, ingenio, doctrinaque Viri, qui ex romanis, graecis, atque domesticis, quae tum extabant monimentis, de variis patriae antiquitatibus, nullo certo scopo intenti, commentarios condiderunt. Quod argumentum tractarunt CONRADVS CELTES, qui *Germaniam Illustratam* habuit in manibus, ita enim Vir summus dedicatione Operum Hroswithae, ad Fridericum Sapientem Saxoniae Electorem: *Accessit mira mihi quaedam* historiarum germanicarum vicinarumque nobis nationum *cupido, vt si quos inuenissem de Regibus & Imperatoribus nostris codices, aut illorum clare gesta aut dicta ab externis vel nostratiis literis mandata, illos in lucem ederem, aut ad* Illustratam nostram Germaniam, *quae in manibus est, insererem, aut argumenta scribendi acciperem;* inque Praefatione, qua *Libros quatuor Amorum* Maximiliano I. Imp. dedicauit, sub finem de eodem opere subiungit: *Ego non minori gloria hominem Germanum philosophiae studiosum dignum existimo, qui patriae suae linguae fines & terminos, gentiumque in ea diuersos ritus, leges, linguas, religiones, habitum denique & affectiones corporumque varia lineamenta & figuras viderit & obseruauerit, illaque omnia in illustrata Germania nostra, quae in manibus est, fauentibus germanis nostris numinibus & tuae inclytae Maiestatis praesidio & auxilio* Quatuor Libris particularibus Gentium Tabulis, *explicemus.* Sed praeclarum hoc opus non fuit perfectum, praeterque ea quae de Germaniae rebus & Hercynia sylua in his *Quatuor Amorum Libris*, poeta attigit, *Germaniam Generalem*, vti inscripsit, siue de *Situ & Moribus Germaniae* Poema dedit, primae Editioni Librorum Amorum, quae *Noribergae 1502. 4.* prodiit subiunctum, inde vero SIMON SCHARDIVS *T. I. f. 445. Germaniae antiquae illustratae* inseruit. Qui manibus ac pedibus laborauit, nocte dieque cogitauit, quonam pacto Germania nostra ac partim Gallia pro sua dignitate illustrari queant IOANNES AVENTINVS, vti hisce verbis ad *Ioachimum Vadianum* Vrbis S. Galli Decurionem ac Consulem a. 1530. scribit, quae *Epistola* in Centuria Vna Philologicarum a *Gol-*

a *Goldasto* editarum Epist. *XLIX. p. 187.* extat, summo studio congessit Opus *Illustratae Germaniae* Libris *X.* vide *Capita Rerum quibus illustrabitur Germania ab Auentino, modo contingat benignus Mecaenas*, excitatae Epistolae subiuncta *p. 188.* Sed praeclarissimum opus non vidit lucem. Sic circa eadem tempora, habitos in prandio erudito apud *Matthaeum Langium*, Maximiliani I. administrum principem, eruditorum sui aeui Maecenatem, sermones, annotauit curiose & erudite CVNRADVS PEVTINGER, Augustanus, non huius vrbis tantum, sed Germaniae decus, quos inde *Conuiuales* inscripsit, qui *Sermones Conuiuales, in quibus multa de mirandis Germaniae Antiquitatibus referuntur*, prodierunt primum *ex officina litteratoria Ioannis Prus, Argentinae, in aedibus Thiergarten, recognoscente Matthia Schurerio 1506. 4.* recusi *Argentorati 1530. 4.* SCHARDII quoque *Tomo* laudato *f. 404.* inserti, a GEORGIO SCHVBARTO, V. C. demum *Ienae* cum aliis bonae notae eiusdemque fere argumenti opusculis, *1683. 8.* in manus eruditorum, reductos, quibus quatuor capita sunt per *δειπνοσοφιστὰς* Langianos, interprete Peutingero, disputata. Nimirum I.) Leonis IX. Pont. Max. testimonio comprobatur Ossa diui Dionysii Areopagitae, non in Gallia, sed Ratisbonam inde translata, ibique ad S. Emeranum condita fuisse. II.) Paulum Apostolum vxoratum extitisse, quodam Epistolae D. Ignatii Martyris ad Philadelphienses loco euincitur. III.) Ex veterum quorundam auctorum Plinii, Melae & aliorum relationibus adseritur, Indiae Orientalis incolas pridie, vel tempestatis vi compulsas, vel commerciorum caussa ad Occidentalium Germanorum littora subinde adpulisse; neque adeo insoliti aliquid committere Lusitanos, qui hac tempestate primi illorum oras ob idem negotium frequentare tentauissent. IV.) Denique eoque amplissimo Capite, & quod maximam libelli partem absoluit, praeeunte *Iacobo Wimphelingio* operose, & cum insigni doctrinae adparatu ostendit: *Quod Cisrhenanae Ciuitates ab Agrippina ad Argentinam & aliae a C. Iulii Caesaris Dictatoris & superiori tempore non Gallis, sed vel Germanis, vel Romani Imperii Caes. Aug. vel Regibus semper paruerint.* Eruditam & ampliorem libri recensionem lege in V. C. LOTTERI *Historia Conradi Peutingeri, p. 47.* BILIBALDI PIRCKHEIMERI, Norici, Consiliarii Maximiliani I. *Germaniae ex variis Scriptoribus perbreuis Explicatio*, quae *Hermanno Nuenario* Comiti inscripta est, de populis, Prouinciis, ciuitatibus, harumque nominibus, montibus, syluis, fluminibus, finibus vltra Vistulam & ad Tanaim vsque, ea qua tum fieri poterat ratione, exponit, sed ipse modestus vir eam *σχεδίασμα* appellat, edita est cum aliis viri Opusculis cura *Melchioris Goldasti Francof. 1665. f.* editis *f. 94.* atque a SCHARDIO Tomo I. f. 200. inserta. Huc quoque pertinent, IACOBI WIMPHELINGII, Selestadiensis, *Epitomes Germanicarum Rerum*, singulatim, *Hagenoiae 1524. & Marpurgi 1562. 8.* editae, quae & in *Tomo I. Schardiano, f. 349.* comparet, priora Capita. Copiosiores sunt BEATI RHENANI, itidem Selestadiensis, *Rerum Germanicarum*, Libri Tres, quibus rogatu quorundam amicorum, de Prouinciis Romanis, quas a sinistra Rheni fluminis, a dextra Danubii ripa, contra veterem Germaniam, Romani possederunt, & illarum statu, quo videlicet gubernatae sint modo, praesertim sub posterioribus Imperatoribus, qui videlicet Constantinum illum Magnum insecuti sunt, tum, quemadmodum illae sint, collabente iam Imperio Occidentali, non a Francis modo, sed & ab Alemannis, siue Sueuis, Marcomannis, Nariscis ac Quadis occupatae; proinde populorum istorum emigrationes, & mutatas in ipsa ante Germania veteri sedes, quantum ipsi, tum possibile fuit, explicuit. Porro de veteribus Francis, Alemannis, Saxonibus & ceteris paulo prolixius egit, nihil tamen attulit, quod non ex auctoribus quos habeat sit sumtum, eaque persecutus est, quae postquam illi Romanorum inuasere prouincias, accidisse comperit, tum de cultu specieque earum gentium pauca. Princeps horum Librorum editio ex officina *Frobeniana* prodiit *Basileae 1531. f.* reuisi & emendati praemissa Vita ipsius Beati Rhenani, a *Ioanne Sturmio* eleganter conscripta, *Argentorati*, sumptibus *Lazari Zetzneri 1610. 8.* cum adfinibus ipsius *Rhenani*, *Willichii*, *Pirckheimeri*, *Nouiomagi*, & *Celtis*, & ex parte iam laudatis Opusculis atque ad Taciti Germaniam commentationibus, tertium cura *Ioanis Ottonis*, *Vlmae 1693. 4.* recusi, additis notis, quae quidem compilator Otto iuxta primarium Collegii Historici Imperialis scopum adornare voluit tamen maximam partem aliena & proletaria attulit. Huiuscemodi

modi generales antiquitates tractant quoque ex parte FRANCISCI IRENICI, gentilitio nomine Friedlieb dicti, Ettelingiacensis, tum Collegii diuae Catharinae Heidelbergensis moderatoris, *Germaniae Exegeseos* Volumina duodecim, *Hagenoae* typis & formulis praesente castigatoreque auctore ipso *1518.* impressa *Francofurti* 1570. f. sed non adeo plene, recusa, & nuper etiam cum rariora essent cura & studio IOANNIS ADAMI BERNHARDI, Scholae Hanouiensis Rectoris, *Hanouiae 1728. f.* cum Variis Notis in manus eruditorum reducta. Sistunt hi libri Germaniam veterem, mediam & nouam, maxime vero huc spectant, bini priores, qui raram eo tempore viri lectionem commonstrant, e graecis enim ac latinis scriptoribus conduxit, quae huc faciunt. Qui, sub titulo *Farraginis Antiquitatum Alamannicarum* de *Collegiis & Monasteriis Germaniae veteribus*, commentatus fuit Consul Sangallensis rei germanicae peritissimus IOACHIMVS VADIANVS, ab hac classe librorum plane non est excludendus, ipsa enim pleni bonae frugis libri inspectio docebit, plura eum exponere, quae primas patriae antiquitates illustrare possunt, adhaeret hic commentarius Rerum Alamannicarum Scriptoribus *Goldastinis.* Plura huius argumenti capita tractauit patrio stilo IOHANNES IACOBVS WAGNER de WAGENFELS, Eques Ordinis Christi, Augustissimi Romanorum Regis, cui a studiis historicis fuerat, Historicis & Politicus *im Ehrenruff Teutschlands, der Teutschen und ihres Reichs*, *Viennae 1692. f.* quo de Origine Germanorum, bonis naturalibus regionum, ciuitatibus, aedificiis, lingua, moribus, ingenio, opibus, viribus virtuteque bellica, potentia Imperatorum Domus Austricae, Carolo M. & sequentibus inde Impp. ad Leopoldum M. Regum Galliae cum Germanis contentionibus & Regno Germanorum agit, nouis antiqua miscens. Nuper prodiere CASPARIS ABEL, *Teutsche und Saechsische Alterthümer der Teutschen und Sachsen*, *Brunsuici 1729. 8.* quo libro auctor res veteres Germanicas, maiores, nomen, originem, primas patriasque sedes, migrationes, bella, diuersos populos & regna, Reges, Principes, illustres Familias, Pagos, Prouincias, Religionem, mores, instituta veterum Germanorum & Saxonum exponere voluit, sed destitutus fuisse videtur, vir diligens & eruditus, iustis librorum subsidiis.

§. VIII.

Scriptores, qui Res Germaniae veteris a Graecis Romanisque Scriptoribus memoratas, singularibus Scriptis illustrarunt.

Praeter hos generales Antiquitatum patriarum Scrutatores, *Scriptorum Graecorum Romanorumque* locis variis, quibus *res Germanae* memorantur, lux insignis adfusa est singularibus scriptionibus, maxime academicis, a doctissimis Viris elaboratis, minoribus quidem illis, bonae tamen frugis, quarum quasdam indicabimus. Primam Germanorum in Romanas prouincias excursionem ex graecis & latinis auctoribus succincte exposuit CHRISTOPHORVS CELLARIVS de *Cimbris & Teutonis, Halae 1701. 4.* Doctissimus enim Vir, cum ad bonas literas & historias docendas in nouam tum Academiam Fridericianam euocatus esset, & barbarae ac inficetae latinitatis Scriptores mediae aetatis formidaret, vt muneri ex parte satisfaceret, antiquissima Germaniae percolenda sibi sumsit, inde Eiusdem Dissertationes: *de Bello Iulii Caesaris aduersus Ariouistum; Halae 1702. 4.* (de quo *Ariouisto* & Praeside IOANNE GEORGIO KVLPISIO, Dissertatio proposita fuit *Tubingae* 4. quae tamen inter collectas viri illustris non extat, & forte respondentem auctorem habet,) de *Claudii Drusi Expeditionibus maxime Germanicis Halae 1702. 4;* de *Caesare Germanico, Halae 1704. 4;* alia: *Initia cultioris Germaniae*, ostendit *Halae 1703. 4.* Cellarii discipulus ANDREAS IVLIVS DORNMEIERVS, Dissertatione de *Germania nunquam a Romanis subacta, Halae 1705. 4.* scite ex antiquis scriptoribus docuit Germanos inter se grauiter dissidentes, atque non semper foederum vinculo nexos singulatimque pugnantes a Romanis quidem subinde victos, & triumphatos specie saepe magis quam veritate, nunquam tamen plene sub iugum missos. *Arminii Cheruscorum Ducis*, Patriae Liberatoris, varios laudatores singulari §. dabimus. *Vannii* Regis, a Romanis *Quadis* dati res & regionem inter Marum Chusumque amnem adsignatam illustrauit FRIDERICVS WILHELMVS SOMMERVS, Tractatione, quam *Regnum Vannianum* inscripsit, *Vratislauiae 1722. 4.* simul antiquae Historiae Silesiacae primordia complexus. De *Italo, Cheruscorum Rege*, ex *C. Taciti Annal. XI. 16.* qui Romae educatus atque a Claudio Imp. suffultus, libertati pa-

triae grauis fuit, expoſuit ſingulari Diatriba ADAMVS RECHENBERGIVS Hiſtoricus tum Lipſienſis, quae ſingulatim in 4. prodiit poſtea Diſſertationibus ipſius *Hiſtorico-Politicis* in 8. P. I. n. IX. inſerta. Quod *Tacitus Annalium Libro XIII. c. 57.* breuiter, more ſuo, memorauit, proelium acerrimum de Salinis Cattos inter & Hermunduros, variis eruditis coniecturis plenius definire voluit GEORGIVS CASPAR KIRCHMAIERVS Diſſertatione *de bello praelioque de Salinis Cattos inter & Hermunduros, Wittebergae 1688. 4.* Nec omittenda eſt *Columna cochlis M. Aurelio Antonino Aug. dicata*, eius *rebus geſtis in Germanica atque Sarmatica expeditione inſignis, breuibusque annotationibus illuſtrata a* IOANNE PETRO BELLORIO *Romae*, ex Chalcographia *Dominici de Rubeis 1704. f.*

§. IX.

Collectores Lapidum & Inſcriptionum Romanarum in Germania.

Seruant quoque *Romanorum* in *Germania* memoriam varia eorundem monimenta, Lapides, Inſcriptiones, quarum ſolertem inquiſitionem debemus viris de poſteritate egregie meritis. Enimuero iuſſu mandatoque diui Imperatoris *Maximiliani*, ſtudiorum hiſtoricorum inſtauratoris in Germania maximi, ope Societatis literariae Auguſtanae CVNRADVS PEVTINGERVS *Romanae vetuſtatis Fragmenta in Auguſta Vindelicorum & eius Dioeceſi*, collegit, quae *Anno Chriſt. Salut.* M. D. V. *VIII. Kls Octobr. Erhardus Ratoldus Auguſtenſis impreſſit* fol. plag. 3. & dimidia. Quam *primam* Editionem excepit *ſecunda*, hoc indice ſignata: *Inſcriptiones vetuſtae Romanae & eorum Fragmenta in Auguſta Vindelicorum & eius Dioeceſi; cura* & diligentia CHVONRADI PEVTINGER *Auguſtani antea impreſſae, nunc denuo reuiſae, caſtigatae & auctae: excuſae in aedibus Ioannis Schoeffer, Moguntiae menſe Auguſto Anno MDXX. fol.* Locupletiorem horum monimentorum editionem parauit MARCVS VELSERVS inſcriptam: MARCI VELSERI, *Matthaei F. Inſcriptiones antiquae Aug. Vind. duplo auctiores quam antea editae, cum notis; cum priuilegio Venetiis an. CIↃ IↃ XC. apud Aldum 4.* Poſt haec, cum quadriennii ſpatio expleto, idem ſummus vir, typis *Venetis*, ſuos *de rebus Auguſtanis* Commentarios, primum ſubmiſiſſet, retractauit ſimul haec monumenta, &, mutatis, correctis, additis haut paucis, *Appendicis* inſtar illis adiunxit, denique *vltimum*, impreſſa illa fuerunt, inter omnia Velſeri Opera *Chriſtophori Arnoldi* ſtudio edita *Norimbergae 1682. f. p. 357.* ad *p. 436.* Denuum, cum MATTHIAS FRIDERICVS BECKIVS *Monumenta Iudaica Auguſtae Vindelicorum reperta*, ibidem *1686. 8.* ederet, Mantiſſae titulo, *III. Monumenta Romana in Supplementum* Operis Velſeriani, addidit. Quam Editionum curatam recenſionem debemus V. C. *Lottero, in pererudita Hiſtoria Conradi Peutingeri p. 44. ſeq.* Peutingeriano nobili exemplo excitati praecipuarum Germaniae Vrbium eruditi, qui veteris aeui reliquias res Romanorum in Germania geſtas illuſtrantes, vel memoriam conſeruantes, conquiſiverunt, commentariisque eruditis illuſtratas ediderunt. Quod in primis fecit IOANNES HVTTICHIVS, qui *Collectanea Antiquitatum in vrbe & agro Moguntino repertarum, Moguntiae ex aedibus Ioannis Schoefferi* Menſe Martio MDXX. fol. plag. 10. vulgauit, tabulis ligneis inciſa; PETRVS vero APIANVS poſtea in *Inſcriptionibus ſacroſanctae vetuſtatis, Ingolſtadii* anno *1534. f.* euulgatis *f. 465.* ad *484.* iterum expinxit. Quae *Huttichiana Collectanea*, quum rariſſima eſſent, celeberrimus vir *Georgius Chriſtianus Ioannis* aeri inciſa, doctiſſima praefatione illuſtrata, *Tomo III. Scriptorum Rerum Moguntinarum* inſeruit, praeterque breues ad haec monimenta adnotatiunculas tria adiecit additamenta, nimirum, I.) quae de Mole glandiformi, (*Eichelſtein*) ſiue vt quidam putant *Cenotaphio Druſiano, Wilhelmus Erneſtus Tenzelius* in Dialogis vernaculis An. *1689.* menſe Auguſto editis ſenſit; II.) *Druſilacii*, ſeu potius Pyramidis illius, in agro extra moenia Moguntina Druſi in honorem olim, vt volunt, poſitae, figuram, quam *Ioannes Crato Hiegell* Archiater Confluentinus, e Matthiae Dieſſenbachii Catalogo Abbatum D. Iacobi in Monte ſpecioſo deſumſit, ac aere expreſſam *Collectaneorum* ſuorum *Specimini Tab. I. n. 2.* inſeruit, vna cum vlteriori, quam e documentis confecit eruditiſſimus *Ioannis*, illius Deſcriptione; III.) Monumenta aliquot alia, tum in vrbe Moguntia, cum in agro illi circumiecto reperta, quae Huttichius non habuit, *Browerus* vero, *Hiegellius*, aliique ſeruauere. De eadem mole glandiformi CHRISTIANVS quoque GOTTHELF BLVMBERGIVS V. D. M. tum caſtrenſis in obſi-

obsidione Moguntina exposuit libello lingua latina edito hoc titulo: *Monumentum Drusi Moguntiae obuium 1690. 4.* & deinde *Chemnitii*, germanica lingua iterum edito auctoque 1697. recuso *1700. 12.* quo in sententia fuit, eam molem non opus quoddam esse manu extructum, sed natiuam quandam viuamque rupem, quam confutarunt, qui opus accurate inspexerunt *Tenzelius* & *Hiegell* iam laudati. *Impp. P. Ael. Adriani & M. Aur. Probi Vallum & Murum, vulgo, die Pfal-Heck, Pfalrayn, item, die Teuffels-Mauer, dictum*, illustrauit IOANNES ALEXANDER DOEDERLEIN, Schediasmate historico erudito, *Norimbergae 1723. 4.* edito, cuius muri & valli rudera, in Agris Nordgauiensibus, Bauaria citeriore, Episcopatu Aureatensi, seu Aichstadiensi, Agris Ordinis Teutonici, Marchionatu Brandenburgico-Onoldino & adiacentibus Terris Sueuicis conspicienda, putatque ad agrorum Nordgauiensium aduersus Germanos defensionem fuisse extructa.

§. X.

Scriptores de Origine, Nomine & antiquissimo statu Germaniae & Germanorum.

De *originibus & migrationibus Gentium antiquissimarum*, hasque inter Germanicarum maxime, ingeniosae sunt Meditationes summi Viri & hisce in rebus sane curiosi, GODOFREDI GVILIELMI LEIBNITII, quae insertae sunt Miscellaneorum Berolinensium T. I. Ab Hermete Trismegisto, qui S. Moysi, ex auctoris opinione est *Chanaan*, Tacito *Tuito*, Mercuriusque scriptoribus ceteris gentilibus, Celtis *Dites*, Germanicae gentis origines, repetere conatus fuit WILHELMVS CHRISTIANVS KRIEGSMANNVS, Consiliarius quondam Leiningensis & Hasso-Darmstadtinus, *Coniectaneorum de Germanicae Gentis origine*, Libro Vno, post fata viri, cura *Ioa. Vlrici Pregizeri, Tubingae 1684. 4.* edito, quo virorum doctorum opinationes, qui *Ascenatem* Germanorum conditorem faciunt, Philippum scilicet Melanchthonem & Cluuerium confutat. *Persicam originem* Germanis tribuit PICCARTVS, Oratione, qua Germanos Persarum fratres esse, docere voluit, quam tamen non vidi; in Professoris enim Altorfini Collectione *Orationum Academicarum* ea non prostat. *Germanos indigenas* esse, scripta ad *Petrum Iacobi, Arlunensem*, Epistolica Dissertatiuncula opinatus HENRICVS BEBELIVS, Iustingensis, quae cum aliis Bebelianis edita, *Tomo I. Schardiano f. 237. ad f. 241.* comparet. De *Originibus Germanicis*, siue temporibus Germaniae priscis, obscuris maximam partem & fabulosis, breues theses historicas, in vsum Auditorum & supplementum compendiorum Historiae Germanicae, concinnauit Giessensium Professor Historicus CHRISTOPHORVS FRIDERICVS AYRMANN, *Giessae 1724. 4.* *Primam Germanorum Notitiam* in scriptoribus antiquis inuestigauit ANDREAS IVLIVS DORNMEIERVS Dissertatione *Halae 1705. 4.* habita *de prima Germanorum Notitia.* De *Germaniae* Nominis origine, qui ad *Taciti* de moribus Germanorum *Caput II.* commentati fuere, sententias varias protulerunt. Qui vero singulatim scripsere, hic aliquot indicandi. IOANNES HENRICVS EGGELINGIVS, Reipublicae Bremensi a Secretis Cancellariae, eruditus & diligens patriarum antiquitatum perscrutator, *Miscellaneis Germaniae Antiquitatibus* Dissertatione Prima, de *Vocabulo Germaniae, Bremae 1694. 4.* edita, vbi *Cimbros* primum, cum a Mario caesi, *Plutarcho* in *Vita Marii* teste, per *Legatos* SIBI, FRATRIBVS*que agrum & oppida poscerent, quae ad sedes suas ponendas essent satis*, GERMANOS vocatos fuisse censet. Singularis sententiae auctor, WILHELMVS HIERONYMVS BRUCKNERVS Iurisconsultus Ienensis, pietate & doctrina insignis, qui Programmate Decanali *Friderici Henrici Graffii*, Lipsiensis, Dissertationi auspicali, de more *Ienae 1709.* d. 20. Nov. praemisso, Quaestionem tractauit: *An Iustinianus Imp. recte vsurpauerit Titulos* Germanici, *& Alemannici*, hacque occasione, nouam deriuationem Vocis *Germanorum* proposuit, quam a *Gera* Thuringiae fluuio, deduxit, statuens; *Thuringos* primum *Germanos* a *Gera* fuisse dictos, supponens Tungros, quorum Tacitus meminit esse Thuringos, quam opinionem ampliori expositione veri similem se facturum mihi promisit. Idemque eruditissimus Vir FRIDERICVS ZOLLMANNVS Schediasmate inedito fecit.

§. XI.

De Diis Sadiar.

Rerum Germanicarum vetustarum expositiones eruditas a Religione or-

cris & Sacerdotibus veterum Germanorum.

diar. Introductionis quasi loco in argumento *Germaniae Sacrae veteris* esse poterit nobilissimum opus Domni IACOBI MARTINI (*Jacques Martin*) Monachi Benedictini e Congregatione S. Mauri, cuius Specimen sub titulo: *La Religion des Gaulois, tirée des plus pures Sources de l'Antiquité, Parisiis 1727. 4.* fuit editum, quo de Principiis Religionis Nationum Celticarum vetustissimarum, quibus cum veteribus Gallis, Britonibus aliisque ab Ibero ad Boristhenem populis, Germani nostri continebantur, magna ingenii & eruditae industriae laude exposuit, inprimis vero a publica Religione arcanam illam & philosophicam *Druidum* separauit. Idem argumentum, maxime de *Diis Germanorum vniuersalibus*, exemplo Seldeni excitatus, ante eum tractauit ELIAS SCHEDIVS, qui de *Diis Germanis, siue de veteri Germanorum, Francorum, Britannorum, Wandalorum Religione*, Syntagmata quatuor collegit, *Amstelodami 1648. 8.* apud *Elzeuirios*, edita, quibus, iuuenis tum, varia erudita compilauit, quandoque tamen digressionibus longioribus & paullo alienioribus & coniecturis indulsit, quod tamen auctori iuueni tractanti rem vetustatis caligine oblitam, condonandum, quae iusto digerere iudicio sexto & vicesimo aetatis anno morte praeuentus haut potuit, paterque non, vt scribit Iacobus Longus Bibliotheca Francica, filius, *Georgius Schedius* Scholae Gustrouiensis tum Rector partum postumum publicauit. Cum vero Liber perrarus esset, praemissa V. C. *Ioannis Alberti Fabricii* Praefatione, additisque copiosa allegata referentibus *M. Ioannis Iarkii*, Stadensis, Notis & Obseruationibus & Appendicis loco adiecta *Io. Georg. Keysleri Dissertatione*, De *cultu Solis, Freii & Othini* editus fuit, *Halae 1728. 8.* Huc quoque apprime faciunt plenae egregiis doctrinis IOA. GEORGII KEYSLERI, Societatis Regiae Londinensis Socii, *Antiquitates Selectae Septentrionales & Celticae*, quibus plurima loca Conciliorum & Capitularium explanantur, Dogmata Theologiae Ethnicae Celtarum Gentiumque Septentrionalium cum Moribus & Institutis Maiorum nostrorum circa Idola, Aras, Oracula, Templa, Lucos, Sacerdotes, Regum Electiones, Comitia & Monumenta Sepulchralia vna cum reliquiis Gentilismi in Coetibus Christianorum, ex monimentis optimis & potissimum ineditis praeclaro studio, conquisitae & figuris aeneis illustratae *Hanouerae 1720. 8.* nitide editae, quibus insertae doctissimi Auctoris: Exercitatio de DEA Nehalennia, cum Conspectu Operis edendi de Germania veteri Gentili; Conspectus Operis de Diis Maiorum nostrorum; Dissertatio de Visco Druidum; Disquisitiones: De interdicto Carnis equinae esu; De Compotationibus sacris Maiorum nostrorum; De Mulieribus fatidicis Veterum Celtarum Gentiumque Septentrionalium, speciatim de Matronis & Matribus, Druidibus Foeminis, Volis, Geniis, Alirunis; Velleda, Aurinia, Ganna, Iettha &c. Iure Cunnagii reliquiisque Gentilismi in Coetibus Christianorum; Descriptio vrnae Sepulchralis in Agro Neilingensi Veteris Marchiae, mense Septembri 1719. erutae. *De Germanorum Antiquorum Idololatria* ad loca quaedam Taciti, pro ratione temporum, quibus Germanica nondum culta, generaliter disputarunt M. SEBASTIANVS KIRCHMAIER Vffenheimensis & Respondens M. IOA. CHRISTOPH. SCHWEIGGER Onoldinus, *Wittebergae 1663. 4.* *Originem & incrementa cultus Idololatrici Veterum Germanorum, Giessae 1727. 4.* breui Dissertatione, qua aliorum sententias strictim refert, commonstrauit CHRISTOPHORVS FRIDERICVS AYRMANNVS, Historiarum ibidem Professor. Vti in aliis rebus, ita etiam de Diis & sacris Caerimoniis ad Taciti libellum prouocatur, huius vero tanquam hominis peregrini de mysteriis huiusmodi narrationes, non adeo magni ponderis esse demonstrare conatus CHRISTIANVS BARTHOLOMAEVS RICHARDVS, Bibliothecae Ienensis Praefectus, obseruatione singulari, *De Tacito in Historia Germanorum DEOrum dubio & fallaci, Ienae 1720. 4.* non addito auctoris nomine, locique mentione omissa, prodiit. Multum ad illustrandam curatius de *Sacris Germanorum* rem, contulit curiosa *Deastrorum* cum *Vniversalium* tum *singularium & topicorum* peruestigatio, quam plures doctissimorum hominum susceperunt. Vt a *Saxonibus*, nobilissima gente, incipiam, vniuersim de *prisco Saxonum gentilismo* HENNINGIVS exposuit, cuius tamen commentationem non vidi. De *septem veterum Saxonum Deastris* VERSTEGANI Angli Cogitata, ex Anglico transtulit CHRISTOPHORVS ARNOLDVS. De famosissimo Saxonum Idolo, *Irmensula Saxonica*, hoc est eius Nominis Idoli siue Numi-

nis

nis Tutelaris apud antiquissimos Saxones paganos culti & a Carolo M. destructi *Descriptione* rebusque variis huc pertinentibus HENRICVS MEIBOMIVS, Senior, Professor Historiarum Helmstadtinus praeclarum condidit Commentarium, *Helmaestadii 1612. 4.* & inter opuscula a Nepote in 4. iunctim edita atque *Tomo III. Rerum German.* eiusd. Nepotis, atque doctus Iurisconsultus Westphalus, ERNESTVS CASIMIRVS WASSERBACHIVS Dissertatione *de Statua illustri Arminii, Liberatoris Germaniae, vulgò Hiermensul, Lemgouiae 1698. 8.* in origines huius cultus inquisiuit, eosque confutauit auctores, qui a Mercurio vel Marte deriuarunt, ac probatum iuit, illa numina Germanis haut cognitá fuisse, de loco, luco, sede ac Fano *Herminsulae*, quod in monte *Hermiensburg* ad flumen Ambram non procul a Schiderenburgo & pago Hagen, designauit, de structura, figura ac forma, cultu, thesauro, abolitione subiungens. De *Ostera Saxonum*, docti Viri LVNEBVRGI MVSHARDI breuis Disquisitio extat. De *Idolis* cultis in faucibus montium Hercyniae, *Pustero, Vetere Germanorum Idolo*, IMMANVEL WEBERVS *Giessae 1716. 4.* deque alio *Crodone* Hartesburgi IOANNES MICHAEL HEINECCIVS, Disquisitione singulari, quae ipsius ac *Leuckfeldii* Scriptoribus Rerum Germanicarum fuit inserta, egerunt. De *cultu religioso arboris Iouis praesertim in Hassia*, erudita, vt alia omnia, prostat Dissertatio V. C. IO. HENRICI SCHMINCKII, *Marburgi 1714. 4.* qua primum de Lucis & arboribus sacris Germanorum, in primis Quercu, deque Sacrificiis in nemoribus immolatis agit, post ea vero de Quercu siue Robore magnitudinis mirae in Hassia, quo anno fuerit destructa atque de loco *Geismar*, vbi steterit, curiose inquirit, quod ante eum, sed breuiter fecerat HENRICVS VAGEDES, Historiarum & Eloquentiae in Academia Rintelensi Professor, *Quaestione IV. Historicarum Quaestionum*, Operibus Academicis insertarum, *p. 293.* inscripta: *Quid de Arbore Iouis (von der alten Eichen bey Geißmahr a S. Bonifacio in Hassia prope Geismariam succisa statuendum sit?* quique earundem Quaestionum prima commonstrarat, *Iodutam*, vocem Saxonicam non a DEA, sed a trophaeo Lotharii II. Saxonis in loco proelii cum Henrico V. Imp. positi, cui S. Adiutorii nomen inditum fuit, esse deriuandum, quam sententiam an fuerit amplexus GERARDVS a MASTRICHT Bremensium quondam Syndicus doctissimus *Epistola* de *Ioduta MSCta*, iis indicandum relinquo, quibus inspiciendi eam data fuit potestas. Qui *Sueuiam Gentilem*, Dissertatione Academica, adumbratam dedit GEORGIVS IACOBVS MELLINVS, Lindauia Acronianus, *Ienae 1695. 4.* vulgaria fere maximam partem de Diis Germanorum attulit; De *Tanfana* DEA, culta in templo quodam, quod Germani Romanis finitimi ad huius gentis exemplum, annis plusquam LXXX. ante Taciti tempora extruxerant, & postea, teste Tacito L. I. Annal. a Romanis fuit solo aequatum, cogitationes varias publicauit PETRVS WINSLOVIVS *Farragine Arctoa, Hafniae 1704. 8.* edita. *Nebalenniae* priscae *Zelandorum DEAE* numen & nomen docti apud Belgas viri illustrarunt, ex quibus hic memoramus binos libellos belgica lingua scriptos: MARCI ZVERII BOXHORNII, Eloquentiae & Historiarum Professoris, sub titulo: *Bedieninge van tot noch toe onbekende Afgodinne Nebalennia; over ettelike hondert Iaren onder t' sant begrauen, ende onlangs entdeckt, op het Strandt van Walcheren*, Tot *Leyden 1647.* insertus est hic libellus a *Blancardo Collectaneis Medico-Physicis*, vel *Ephemeridibus Belgicis*, Centur. III. Observ. XI. alter prodiit hac inscriptione: *Antwort op de Vragen, voorgestelt over de Bedieninge van de gemeine Herkomste van de Griecken, Romeynen ende Duytsche tale uyt den Schyten duydelick bewesen, ende verscheyden Outheden van dese Volckeren ontdeckt ende verklaert worden*, ibid. *1648.* plures excitauit iam laudatus IOA. GEORG. KETSLERVS, qui de *Dea Nebalennia numine veterum Walachrorum topico* Exercitationem Historico-Philologicam luculentam composuit, ex secunda correctiore editione *Antiquitatibus Septentrionalibus & Celticis*, insertam.

His de *Diis Germanorum* scriptoribus iungendi, qui *de Gentium Borealium, & Slauicarum Deastris* exposuere, quum hae gentes cum Germanicae linguae fuerint, tum diuersas Germaniae regiones tenuerunt, & varias paganias & superstitiones reliquerunt. Generalem rerum ad paganismum *Cimbriae* & varios quoque Deastros ipsius Germaniae pertinentium, farraginem compilauit TROGILLVS ARNKIEL Praepositus quondam in Holsatia Apenradensis, scripto germanico

nico Hamburgi edito hac inscriptione: *Cimbrische Heyden-Religion, was unsere Vorfahren, Cimbrischer Nation die Sachsen, Güthen, Wenden und Fresen, nebst ihren Religions-Verwandten denen Teutschen und Nordischen Voelckern für Goetter, Opffer, Goezendienste, Gebete, Fest-Tage, Altarn, Haynen, Kirchen, Priester, Obrigkeit, Ehestand, Schulen, Zaubereyen, Weissagungen, Oraculn, Tauffe, Leich-Begaengnisse und Begraebnisse gehabt, desgleichen, was sie von der Welt Schoepffung und Regierung, von guten und boesen Engeln, von Landstraffen und Trübsalen, vom Tode und der Seelen Unsterblichkeit, der Auferstehung der Todten, Untergang der Welt, und ewigen Seeligkeit, auch Verdamniß geglaubet*, *Hamburgi* duabus Partibus, quarum prior *1690.* alter *1704. 4.* prodiit, quo opere inter varia aliena, & dubia, bona & singularia mixta. Alios de veterum Septentrionalium Idololatria recensuit V. C. *Nicolaus Petrus Sibbern Bibliotheca Dano-Norvegica* c. IX. §. II. seqq. quales sunt ARNGRIMI IONAE, Islandi, Epistola *de Diis Populorum Borealium*, ad Stephanum Ioannem Stephanium a. *1632.* scripta & ab eodem Stephanio in Notis ad Saxonem Grammaticum *p. 141.* edita. *Taurolatriam Cimbrorum* expositurus est THOMAS BRODERVS BIRCHERODIVS, Ottoniensis in Fionia Gymnasii Professor, qui prelo maturum seruat librum, quem *Taurum Cimbricum* inscripsit, quo XXX. Capitibus Animalis huius cultum apud antiquos Gothos, Cimbros, Septentrionales aliosque orbis terrarum Populos vsitatum olim fuisse docuit. *Idola Slauorum* erudita Dissertatione, iuuenis tum enarrauit IOANNES PETRVS A LVDEWIG, quae singulatim edita est Disquisitio *Wittebergae* & illata Opusculis, Viri illustris *Miscellis Opusculis* cui iungendum HECTORIS GODOFREDI MASII, Schediasma Historico-Philologicum, de *Diis Obotritis, seu Idolis Mecklenburgensium* & praecipue de *Radegasto*, celebri olim Idolo, cuius in oppido Gadebusch reliqua vestigia, cum Notis Andreae Borrichii *Hafniae 1688. 8.* & inter Dissertationes eius Academicas, *Hamburgi 1719. 4.* editas, *p. 1040.* Nomina *DEOrum a Romanis cultorum*, insimul vero quorundam Germaniae locorum antiquitates, egregie illustrauit, celeberrimi vir nominis IOANNES GEORGIVS ab ECKHART, Dissertatione *de Apolline Granno Mogouno, in Alsatia nuper detecto, VVirceburgi*, typis Henrici Engmann, *4.* qua lapidem Romanum Horburgi, quod oppidum in Alsatia ad illum fluuium, inuentum & inscriptione: Apollini Granno Mogouno, conspicuum, post Cl. Morelli Mauturii, explicationem exponit, atque Deos locales varios, Thermarum item Aquisgranensium, & Wisbadensium, nec non Colmariae, Argentariae, Argentorati, aliorumque Alsatiae & Germaniae locorum antiquitates quasdam breuiter exponit.

§. XII.

Scriptores de Reliquiis Paganismi inter Germanos Christianos, earumque abrogatione aliisque adfinibus.

Huius *Idololatriae*, introducta licet christiana doctrina, variae hinc inde, maxime apud plebem rusticam *Reliquiae*, de quibus extirpandis variae prostant Leges. Maxime huc facit *Indiculus Superstitionum & Paganiarum Seculi VIII.* a Reuerendissimo Paderbornensium Praesule FERDINANDO FÜRSTENBERGIO, ex Bibliothecae Vaticanae Palatinis Membranis primum editus, *Monimentisque* ipsius *Paderbornensibus additus* & ab Hermanno Conringio de Origine Iuris Germanici Libro, Edit. III. & *Stephano Baluzio* Capitularibus Regum Francorum, atque *Caspare Sagittario* Antiquitatibus Gentilismi ac Christianismi Thuringiaci insertus, quem erudito Commentario operose illustrauit, HERMANNVS ADOLPHVS MEINDERS, Iurisconsultus Bilefeldensis Westphalus, Rerum patriarum non leuiter peritus, Tractatu *de Statu Religionis & Reipublicae, sub Carolo M. & Ludouico in veteri Saxonia siue VVestfalia & vicinis regionibus, Lemgouiae 1711. 4. p. 144. seqq.* qui varia doctrina refertus Tractatus ad argumentum §. praecedenti tractatum & Paganismi in Germania abrogationem quam maxime facit. In hunc *Indiculum*, *Commentariolum*, pro insigni illa in rebus patriis notitia sine dubio egregium confecit IOANNES GEORGIVS ECCARDVS, qui tamen, quod dolemus, MSCtus in scriniis celebratissimi Viri latet. Aliam *Paganiam* luce doctrinae suae, quam in rebus patriae habuit egregiam, illustrauit doctissimus Gymnasii Guelpherbytani Rector IOANNES REISKIVS Diatriba, quam inscripsit; *Kurze sowohl historische als vernunfftmäßige Untersuchung, des beym alten Teutschen gebraeuchlichen Heydnischen Nodfyrs, und des daher aufgekommenen heutigen NothFeurs, ingleichen des Oster- und Iohannis-Feuers, Francofurti & Lipsiae*

& Lipsiae 1696. 8. quod argumentum, breui primum Programmate Scholastico, postea copiosius, hac vernacula scriptione tractauit, Indiculumque Paganiarum Saxonicarum retulit, & singulatim de fine & ratione huius ignis ex ligno vel funibus, vi ad depellendos morbos animalium quadrupedum a ruricolis, excitati, historice & physice egit. Quaestionem: *An ipsa nocte Cal. Maii annuus Strigum conuentus habeatur?* peruestigauit, HENRICVS VAGEDES, quae *Quaestionum Miscellanearum* est V. Operum Academicorum *p. 282.* vbi inter alia originem a conuentu ad aedem Walpurgis virginis Anglicanae A. C. DCCL. mortuae atque in coenobio Heidenheim sepultae, ad cuius tumbam die Kalend. Maii ingens mulierculärum & hominum turba confluxerit, repetere voluit. Qualis sit MARTINI DIEFENBACHII Commentatio *de Nedfri* indicare non possum, quum eam non viderim.

§. XIII.

Scriptores de Theologis ac Philosophis veterum Gallorum ac Germanorum Druidibus, horumque studiis adhaec de Literatura hor. Populorum.

Si *Philippo Cluuerio*, Germaniae Antiquae *Libro I. c. XXIV.* Locum Diogenis Laertii Proemio, his verbis: παρά τε κέλτοις καὶ Γαλάταις τὰς καλουμένους Δρυΐδας καὶ σεμνοθέους εἶναι φασι, de Germanis interpretanti, aut *Auentino* Annal. Boiorum *L. II. c. VI.* fides adhibenda, Germania quoque, quos Gallia olim aluit, habuit suos *Druidas, Theologos & Philosophos*, magnae quoque in Republica auctoritatis, haberentque illi *Scriptores*, qui de his Gallorum *Druidibus* commentarios fecerunt, heic quoque locum. Quem sane merentur, dum hi auctores, quando de Druidibus exponunt, varia admiscent, quae ad *Literaturam omnium Gentium Celticarum* adeoque *Germanicarum* facere videntur. Dedit iam talium librorum, laboriosissimus Presbyter Oratorii, huiusque Congregationis Parisiis Bibliothecarius *Iacques le Long*, *Bibliotheque Historique de France* Libro I. Cap. III. curatam expositionem, vnde, additis meis, aliqua decerpam. Praeter iam laudatum supra p. 20. IACOBI MARTINI *de Religione veterum Gallorum* Commentarium, quo ingeniose & curate Philosophiam & Theologiam Druidum exponit, memorandi IOANNIS PICARDI, Toutretiani, *de prisca Celtopaedia* Libri Quinque, quibus admiranda priscorum Gallorum eruditio ostenditur, *Parisiis 1556. 4.* Idem exponunt: *Les Fleurs & Antiquitez des Gaules, où il est traité des anciens Philosophes Gaulois, appellez Druides, avec la Description des Bois, Forests, Vergers & autres Lieux de plaisir situez près la Ville de Dreux,* par *Iean* le FEVRE Prêtre natif de Dreux, *Paris 1532. 8.* atque in primis: *Histoire de l' Etat & Republique des Druides, Eubages, Sarronides, Bardes, Vacies, anciens François, Gouverneurs du Païs des Gaules, depuis le Deluge jusqu' à la venüe de Iesus Christ, avec leur Loix, Police, Ordonnances & Coûtumes,* par *Noel* TAILLEPIED, Cordelier, *Paris 1585. 8.* IANI CAECILI FRET *Philosophia Druidarum*, inter Opuscula alia viri latina, *Parisiis 1646. 8.* edita est. THOMAE SMITH Angli, *Syntagma de Druidum moribus & institutis*, *Londini 1664. 8.* atque e nostris Germanis IOANNIS FRIDERICI SCHARFII, Prof. Lipsiensis, Meletema Historicum *de Gallorum Druidis*, Dissertationis Academicae forma *VVittebergae*, sine temporis mentione 4. propositum, idemque egit ESAIAS PVFENDORF, illustris postea Suecorum administer, tum apud Lipsienses artium magister docta Dissertatione de *Druidibus*, *Lipsiae 1650. 4.* edita, postea Opusculis summi Viri curante *Ioanne Petro Ludewigio*, iunctim editis *Halae 1699. 8. p. 30. seqq.* inserta, & VLRICVS OBRECHTVS, qui breui sed docta, de *Philosophica Celtica*, Dissertatione, respondente *Ioa. Caspare Kuhn*, *Argentorati 1676. 4.* habita, post modum Academicis viri Opusculis *No. XIII. p. 270.* illata, varia scriptorum antiquorum loca collegit sciteque illustrauit, ac denique CONRADVS SAMVEL SCHVRZFLEISCHIVS, *Veterum Instituta Druidum*, itidem ex scriptoribus Graecis & Latinis, more suo, accurate & eleganter excutiens, quae scriptiuncula *VVittebergae 1697. 4.* alias proposita extat *Disputationum Historico-Ciuilium* Tomo *Edit. Lipsiens.* N. LIV. *Berolin.* vero N. LVI. Quibus coniungendus diligens olim patriae antiquitatum inuestigator CHRISTOPHORVS WAEGEMANNVS Pastor Pagi Vnter-Aspach prope oppidum Gunzenhusam, in Opusculo germanico non inerudito: *Entwurff von dem Druiden Fuß am Haynen Kamm und an der Altmühl*, quo breuem Sciagraphiam amplioris Operis sistit. De *Visco Druidum*, germine scilicet quercubus adnascente, Germanis *Mistel*, horumque Philoso-

pho-

phorum circa viscum superstitionibus, eruditam ad D. *Iacobum Douglas* scripsit Dissertationem IOANNES GEORGIVS KEISLERVS, ipsius *Antiquitatibus Septentrionalibus & Celticis p. 303.* insertam, qua occasione variorum rituum in patria nostra origines indicauit, scripserat ante eum FRANCISCVS MEINARDVS, in academia Pictauiensi orationem de *Visco Druidarum*, quae prima est Orationum ipsius legitimarum *Augustoriti-Pictonum 1614. 8.* editarum, qua Iurisprudentiam a Druidibus sub Visci simulacro fuisse adumbratam, persuadere voluit, comparationemque parum scite instituit. Doctrinas potiores *Druidum*, si recte percepit, *Caesar* de *Bello Gallico* L. VI. c. XIV. commemorauit. In *Philosophiam moralem Germanorum medii aeui* inquisiuit, qui rerum huius temporis peritissimus est IOANNES GEORGIVS SCHERZIVS, ICtus Argentoratensis Dissertatione *Argentorati* exposita. Ad locum vero Taciti de Moribus Germanorum Cap. XIX. solide commentatus, electissimae eruditionis Vitembergensium Polyhistor, IOANNES GVILIELMVS BERGERVS, scita Dissertatione, quam: *Priscus Germanus non illiteratus*, inscripsit, *VVitebergae 1722. 4.* qua docuit, ea verba, non de notis & characteribus scribendi, sed de libellis amatoriis interpretanda. Quas literas amatorias ignorasse Germanos breui scripto asserere voluit KOENIGSMANNVS de *Literarum amatoriarum apud Germanos ignoratione*, quod non vidi. *Veterum recentiorumque Germanorum Scholas, solitas & solidas*, ex antiquitate & monimentis medii aeui adumbrare voluit, Praeside IOANNE DAVIDE KOELERO, Professore Historiarum Altorfino *Carolus Christianus Hirschius*, *Altorfii 1725. 4.* cuius laborem, addita doctissima Epistola, suppleuit Praeses eruditissimus, de re scholastica medii aeui commentans. Quas mediae aetatis Scholas, Franco-Germanicas ampliore apparatu ex optimis Scriptoribus commemorauit, IOANNES LAVNOTVS Constantiensis, Theologus Parisiensis cordatus doctissimusque praeclaro Libro *De Scholis celebrioribus, seu a Carolo M. seu post eundem Carolum per Occidentem instauratis*, *Parisiis 1672. 8.* quem cum *Ioa. Mabillonii Itinere Germanico*, addita Praefatione recusum dedit *Ioannes Albertus Fabricius.* V. C. *Hamburgi 1717. 8.* Alios Auctores qui de *vetustissimis Galliarum Scholis* agunt, quique de re literaria Germanorum antiqua quandoque quaedam exponunt, lege apud *le Long*, *Bibliotheque Historique de France* Lib. IV. Cap. IV. Art I.

Nec deerant antiquissimis Germanis *Poetae.* Nam *Bardi*, teste *Ammiano Marcellino* L. XV. c. IX. *Fortia virorum illustrium facta heroicis composita versibus cum dulcibus Lyrae modulis cantitarunt.* Sed periere carmina illa antiqua, de quibus *Ioannes Auentinus*, teste *Gesnero* in Bibliotheca sua agere voluit *Germaniae suae illustratae & in X. Libros distinctae*, Libro primo, putauitque se inspexisse talia, quibus Tacitus quoque fuerit vsus, quae Carolus M. conscripserit, recentiores corrupere, sed insignis illius viri tractatio non est edita, habuitque forte recentiora Auentinus. Non pauca erudite de veterum Germanorum Poesi commentatus GEORGIVS DANIEL MORHOFIVS *im Vnterrichs von der Teutschen Sprache*, Capite VI. *p. 279.* seq. M. CAROLVS ORTLOB, Silesius, docta Dissertatione de *variis Germanae Poeseos aetatibus*, *Lipsiae 1654. 4.* egit & post hosce paucula ex antiquis, & recentioribus auctoribus compilauit M. IOANNES LAVTERBACH, Scholae Ienensis Rector, Dissertatione *de Carminibus Veterum Germanorum*, *Ienae 1696. 4.* iam laudata, plures a docto Viro editas fuisse, non reperi. *Historiam Poetarum Germanorum*, ab vltima antiquitate, vsque ad finem Seculi decimi quinti sub manibus se habere scribit, atque promittit IOANNES GEORGIVS ECCARDVS Praefatione ad Historiam Studii Etymologici Linguae Germanicae, quae an fuerit perfecta, nescio.

§. XIV.

Scriptores qui de Lingua Germanica vicinarumque Gentium egere.

In notitiam eorum *Scriptorum*, qui de *Lingua Germanica* vicinarumque fuere commentati, egregie introducit, Viri de lingua veteri Germanica insigniter meriti IOANNIS GEORGII ECCARDI, Professoris tum in Academia Iulia, *Historia Studii Etymologici Linguae Germanicae hactenus impensi*, *Hanouerae 1711. 8.* vbi Scriptores plerique recensentur & diiudicantur, qui in origines & antiquitates Linguae Teutonicae, Saxonicae, Belgicae, Danicae, Suecicae, Norwegicae & Islandicae, veteris item Celticae, Gothicae, Francicae atque Anglo-Saxonicae inquisiuerunt, aut Libros studium nostrae linguae criticum promouentes alios edide-

ediderunt, quibus accessere notationes quaedam de Lingua Venedorum in Germania habitantium, tandemque proprium de Lexico Linguae Germanicae Etymologico componendo consilium aperitur. Commentarius sane egregius multorum & reconditorum in hoc studii genere librorum notitiam recludens. Idem illustris Viri GODOFREDI GVILIELMI LEIBNITII *Collectanea Etymologica illustrationi Linguarum Veteris Celticae, Germanicae, Gallicae aliarumque inseruientia*, cum Praefatione docta in lucem produxit *Hanouerae 1717. 8.* duabus Partibus, quibus sane praeclara Linguam patriam & alias Antiquitates illustrantia variorum Auctorum monimenta rariora, vel plane nondum edita, prostant. Ante eum GEORGIVS DANIEL MORHOFIVS ediderat: *Vnterricht von der Teutschen Sprache und Poesie deren Fortgang und Lehrsätzen, Kilonii 1682.* & praefatione erudita auctum *Lubecae 1700. 8.* quem pulcherrimum Commentarium, ipse peritissimus iudex Eccardus vocat, quo praestantiam & antiquitatem linguae nostrae attollit, atque ab ea Graecam Latinamque deducere voluit, exemplis sententiam quam elegerat confirmans; quam sententiam quod ad *Latinam*, IOANNES LVDOVICVS PRASCHIVS Senatus Ratisbonensis Princeps *Dissertationibus de origine Germanica Latinae Linguae, Ratisbonae 1686. 4.* editis tueri annisus fuit, putauitque Germanicam linguam habere se instar matris, Latinam filiae; imo Germanicam esse, quae radices veras latinae linguae possideat, putat ille, non Tuscos solum, à quibus Germanica vocabula in Latium transierint, sed Gallos quoque & Galatas, Hispanos, Britannos, Celtas & Scythas Germanicam originem habere: & bella Celtarum cum Italis crebra, commercia, hospitia & colonias Germanicas voces in Italiam detulisse, aliquas deinde radices statuit, ex quibus plurima Latina & Germanica vocabula deducit, vide alia viri doctissimi argumenta apud *Eccard.* c. l. *p. 243.* Ad Celticam originem asserendam Linguae patriae inclinat CHRISTIANVS GRÜBELIVS Gymnasii Mindensis Rector, scripta ad *Rudolphum Cublemannum* & *Senatum Mindensem* Disquisitione, erudita sane & multae lectionis, de *Lingua Germanorum veteri & hodierna, Mindae 1690. 4.* qua post expositas variorum de linguae Germanicae origine sententias, eandem *Celticam* antiquam esse coniicit, indeque de modis conseruandi & propagandi Linguam Germanicam, de mutationibus & variis Linguae Teutonicae aetatibus atque dialectis disseruit. Vernaculam nostram omnino e *Scytica* ortam expositis primum, vti fieri solet, aliorum opinionibus docuit de *Originibus Linguae Germanicae*, breui Dissertatione IOHANNES LAVTERBACH, Philosophicae Facultatis Adiunctus, & Scholae Senatoriae Ienensis Rector, *Ienae 1689. 4.* Adsiduus adhuc fuit in condenda lingua patria *Historia Linguae Germanicae* IOHANNES AVGVSTINVS EGENOLFF, Scholae Grimmensis doctus Magister, cuius *Parte Prima*, quae *Lipsiae 1716. 12.* fuit edita, post laudatos breuiter egregios quosdam viros, qui de Lingua Germanica vsque huc scripserunt, docet Linguam Germanicam e confusione Babylonica haut esse repetendam. *Altera Parte*, quae *Lipsiae 1720. 12.* prodiit, disquirit de natura, indole, figura literarum & scripturae Germanicae a primo hominum in oras Germanicas aduentu ad vsque Caroli M. tempora, adseritque omnes Europae incolas germanico idiomate vsos, pluraque vocabula linguae huius primae in hodierna nostra vernacula superesse. In concinnanda *Tertia* & *Quarta* huius Opusculi *Parte* elaborat, quibus commonstrabit, vsitatas hodie in Europa linguas omnes filias esse matris linguae Iapheticae, siue Cimbricae; Ætates praeterea varias Linguae Germaniae huiusque indolem qualis nunc est docebit, *Literatorem* quoque *Celtam* promittit, quae expectamus auctorique pererudito subsidia atque otium optamus. *Treuirorum*, veteris Germaniae Populi, singularem *Linguam* singulari diligentia inuestigauit CHRISTOPHORVS BROWERVS, Socius Iesu, *Annalium Treuirensium*, magna cura scriptorum *Proparasceues Cap. X.* Dissertatione inserta, de *Veteris Populi Treuirorum Lingua*, a *Simone Paulli*, solerti Argentoratensium Bibliopola *Miscellis Antiquae Lectionis monumentis*, Numero III. adiecta, qua eam non fuisse Francorum linguam, quae modo Gallis vsitata, neque Graecam, neque Germanicam, sed eandem, quae Galatarum in Asia, adiecit inde Legem Ludouici Pii A. & Lotharii Caesaris F. lingua Francica scriptam, atque ex MSCto Bibliothecae primarii Templi Treuerici editam. Cuius *Francicae Linguae* indolem illustrauit speciminis veluti loco breuiter, MARQVARDVS FREHERVS, dum *Tomo Pri-*

mo Primo Rerum Germanicarum Scriptor. f. 71. Formulas Foederis Ludouici Germaniae & Karoli Galliae Regum Pii Filiorum, Magni Nepotum, quod apud Argentoratum Anno DCCCXLII. percussum est, vtriusque Linguae monimentum antiquissimum ex Archetypis restitutum & παραλλήλως Notis expositum, inseruit, & Quaestionem adiunxit, *qua proprie Lingua Francorum Reges vsi?* quod quidem elegans est, nostris tamen temporibus copiosiorem apparatum non Linguae tantum, sed omnis Antiquitatis patriae in pretiosissimo illo Thesauro habemus, quem ad gloriam non sui nominis tantum, sed Germaniae omnis adornauit magnis curis IOANNES SCHILTERVS, inscriptus: *Thesaurus Antiquitatum Teutonicarum Ecclesiasticarum, Ciuilium, Litterariarum* Tomis Tribus, *Vlmae 1728. f. Primus* Sacra continet Monumenta: Francica, Alemannica, Saxonica: Biblica & Ecclesiastica. *Alter:* Ciuilia, Leges, Bella, Triumphos &c. Morales item Alemannorum Paraeneticos. *Tertius*, qui huc maxime facit, *Glossarium Teutonicum* Schilterianum, non Scriptoribus solum & Linguae inseruiturum, sed & Antiquitatibus abundans. Opus tot votis expetitum e Museo *Ioannis Christiani Simonis*, ICti & Syndici Campodunensis, qui illud aere suo a Schiltero redemerat, prodiit, curauit vero, plurima monimenta ad Codices MSCtos studiose castigauit & emendauit, Notas & aliorum & suas plurimas magno studio addidit IOANNES GEORGIVS SCHERZIVS ICtus Argentoratensis eruditissimus, Praefationes egregia doctrina refertas praemisit IOANNES FRICKIVS nominis celebratissimi Theologus. Iam vero Lipsiae in nouo Glossario condendo nauiter elaborat V. C. IOANNES GEORGIVS WACHTERVS tot Linguarum Septentrionalium peritia ceterisque praesidiis, quae linguarum studium poscit, praeclare instructus, qui Specimen *Glossarii Germanici* Lipsiae 1727. 8. dedit.

§. XV.

Scriptores de habitu Corporum, moribus & quibusdam ritibus Germanorum.

Habitum Corporum Germanorum, descripsit oculatus *C. Tacitus* de M. G. *Cap. IV.* ipseque caussas virium corporis *Cap. XX.* ex parte aperuit; magis tamen solicite inquisiuit, doctissimus Medicus & Historicus HERMANNVS CONRINGIVS singulari Libro de *Habitus Germanicorum Corporum antiqui & noui caussis, Helmstadii*, 1666. 4. & nuper cum Annotationibus historico-medico-physicis *Ioannis Philippi Burggrauii* Doctoris Medici, *Francofurti ad Moenum 1727. 8.* quo docet vir summus, doctissimusque commentator, simplicitatem ciborum & potus, moderatam venerem, exercitia corporis, tolerantiam frigoris, pronitatem in cibum & somnum, frequentissimas lotiones, proceritatis virtutisque corporum caussas extitisse, quae peregrino luxu introducto, cuius species variae indicantur, mutata sint mirifice. *Rem vestiariam* & quae adfinia sunt, erudite illustrauit celeberrimus Helmstadiensium Professor GOTTLIEB SAMVEL TREVERVS, *Anastasi Veteris Germani Germanaeque cum integro vestitu comparentis, quorum effigies rarissima in vrna prope Bostampium* (in Marchia) *cum aliis reliquiis*, figuris aeneis exhibitis, *inuenta, Helmstadii 1729. 4.* Morum, virtutumque Germanorum laudator per omnem libellum idem *Tacitus*, quae laus ab hoste profecta sane est multum aestimanda. Conquisiuit ad argumentum hoc facientia plura, dum *ad verba Taciti de Moribus Germanorum Cap. XIX. n. 6. Plus ibi valent boni mores, quam alibi bonae leges, Discursus suos Historico-Politicos* conderet M. CHRISTIANVS GRÜBELIVS, Magister tum Ienensis, postea Osnabrugensis Gymnasii Rector, quorum *Prior Ienae 1668. 4. Posterior, ibid.* eod. anno prodiere. De Pudicitia, & *literarum amatoriarum apud Germanos ignoratione* extat scriptio KOENIGSMANNI, quam tamen non vidi. *Varias Virtutes Germanorum*, ad ductum huius Taciti, commonstrare voluit IOA. HENRICVS LOEDERVS, Lipsiensis Magister, Dissertatione Historico-Morali, de *Germanorum veterum Gloria e suis Moribus, Lipsiae 1689. 4.* In Ritum Germanis Rheni accolis ab Epigrammatista Graeco *Lib. I. c. XL.* tributum, quod pater natum infantem fasciis constrictum in Rheni fluentis alueum praecipitarit, pudicitiam matris, vim & robur parentis an soboles referret exploraturus, docte inquisiuit, is quem saepe laudauimus iam CHRISTIANVS GRÜBELIVS, *de probatione liberorum per Aquam, an ea vsu recepta fuerit apud veteres Germanos ideo, vt per eam foetum spurium a legitimo secernerent, Ienae 1671. 4.* de quo & breui scriptiuncula exposuit

fuit *Koenigsmannus* de *immersione Infantum in Aquis Rheni.* De Ritibus forensibus Scriptiones inter Forenses res indicabimus.

§. XVI.

Scriptores de Statu coniugali; Dominico & Seruorum apud Germanos.

Statum Coniugalem, & quae circa eundem ex antiquitate obseruanda, mirifice illustrat cultissima illustris Viri NICOLAI HIERONYMI GVNDLINGII, de *Emtione Vxorum, Dote & Morgengaba*, Dissertatio, quae *Halae 1722. 4.* est edita. Ante eum diligens monimentorum Germanicorum inuestigator MARCVS WAGNERVS, Frimariensis, breui vernaculo scripto exponere voluit: *Der uralten Teutschen Ehestandt, sampt einer Propheзeyung Elgeri Grafen zu Hohnstein von Teutschlandt, Erfordiae 1583. 4.* quo nuptiis Friderici Wilhelmi I. Ducis Saxoniae & Sophiae Wirtenbergicae gratulatur & ex veteri & media historia inter alia quaedam castitatis & priscae continentiae exempla collegit. Quaedam argumenta de *diuersis* Germanorum *Statibus* attigit Anonymus, vernaculus Scriptor, qui *Gedancken von dem Vrsprung und Vnterscheid des Adelichen Burger und Bauerstandes in Teutschland, eines zwar Vnteutschen* (ita fingit A.) *jedoch grossen Liebhabers der Teutschen Antiquitaeten, Coloniae ad Rhenum* (locus itidem fictus) *1710. 4.* *Nobilitatis Germanicae* conditionem ad varia Taciti aliorumque veterum Scriptorum loca commentando erudite eruit DANIEL GEORGIVS STRVBE Dissertatione *de Origine Nobilitatis Germanicae & praecipuis quibusdam eius Iuribus, Lugduni Batauorum 1718. 4. Halae* recusa. Quaedam huc facientia & IOANNES WILHELMVS GOEBEL Dissertatione *de Statu Nobilitatis Germanicae, Helmstadii 1719. 4.* edita, obseruauit. De *dominica* in *Seruos* apud Germanos cum veteres tum medios potestate Seruorumque meliore, quam apud Romanos fuit, conditione, varias easdemque plenas bonae frugis & obseruationum singularium habemus Commentationes. MELCHIOR GOLDASTVS, qui res patrias perspectissimas habebat, tractauit olim fructuosum argumentum, deque *Seruitute Germanorum antiqua & noua* Libros promisit *Notis* ad *Burcardi Casus S. Galli cap. VII. p. 131.* sed non perfecit, collectanea forte in Bibliotheca Magnifici Senatus Bremensis latent. Dolendum quoque, editumne an promissum VDALRICI ZASII, magni in Germania Friburgi in Brisgouia Iurisconsulti, *de Germanorum Seruis* libellum periisse, vixerat enim Zasius in iis prouinciis, vbi frequentissima moris patrii vestigia, atque singulariter erat doctus. Bene tamen est, quod haec materies a doctissimis nostro aeuo viris sit curate pertractata. IOANNES enim NICOLAVS HERTIVS, eruditissimam de *Hominibus Propriis* Dissertationem *Giessae 1682. 4.* proposuit, qua de Seruitute sub Francorum Imperio, Seruorumque Conditione post Merouingicum & Carolidarum Regnum in Germanico Imperio, & de hodierni temporis hominibus propriis, more suo solide fuit commentatus. Extat Opusculorum Voluminis I. Tomo II. p. 157. vel aemulatione motus CHRISTIANVS THOMASIVS, vel vt plenius extaret hoc argumentum, iterum tractauit de *Hominibus propriis & liberis Germanorum, Halae 1701. 4.* Dissertatione, vbi generalia primum de origine Seruitutis reperias, inde vero à §. *LIX.* narrationes Scriptorum Romanorum de Seruis Germanis, ad regulas, quas de interpretandis his cumprimis Tacito sub initium opusculi dedit, ingeniose illustratas. Demum illustris IVSTVS HENNINGIVS BOEHMERVS *de Iure & Statu Hominum propriorum a Seruis Germaniae, non Romanis deriuando, & de vsu huius doctrinae, Halae 1716. 4.* disputans, quae ad antiquitates faciunt, ex fontibus more suo erudite deriuauit. Doctissimi sunt, praeter has, IOACHIMI POTGIESERI, eruditissimi militis, de *Conditione & Statu Seruorum apud Germanos tam veteri, quam nouo*, Libri Tres, *Coloniae 1707. 8.* editi, quibus statum eorundem, sub Francis maxime, accurate docuit. De *Hominibus propriis Hassiacis* ad antiquum statum subinde respiciendo, extat IOANNIS WILHELMI WALDSCHMIDT Marpurgensis ICti praeclara Dissertatio, *Marpurgi 1716. 4.* *De origine, natura & conditione hominum propriorum & bonorum emphyteuticorum;* nec non *de manumissionibus & redemtionibus hominum propriorum* duabus Dissertatiunculis tractauit HERMANNVS ADOLPHVS MEINDERS, quae ipsius Dissertationi de *Iurisdictione Colonaria*, Lemgouiae editae 1713. 4. sunt subiectae, adiungenda CASPARIS ACHATII BECKII ICti Ienensis celeberrimi erudita *de manumissionibus in Ecclesia* Dissertatio, Ienae 1711. 4. Insunt certe huius-

 cemodi

cemodi Academicis opuſculis obſeruationes, quae in magnis Voluminibus, more Interpretum veterum ſcriptis, fruſtra exquiras. De *Solduriis ſiue Deuotis apud C. I. Caeſarem, Athenaeum, Plutarchum*, quos cum Vaſallis quidam conferunt, colligendo quaedam obſeruauit EBERHARDVS ADOLPHVS ROTH, Rector Gymnaſii Vlmenſis, breui Diſſertatione *Vlmae 1681. 4.* & V. C. IO. PETR. ANCHERSEN *Annotationibus de Solduriis & Origine militiae apud Celtas, Halae 1729. 4.*

§. XVII.

Scriptores de Re publica Veterum Germanorum.

De Re publica Antiqua Veterum Germanorum, huiusque forma, commodis & vitiis, ex vetuſtis Scriptoribus apte & ſapientiſſime diſſeruit & tractatione plena prudentiae legislatoriae iudicauit HERMANNVS CONRINGIVS, ſingulari Diſſertatione, quae *Helmeſtadii 1654. 4.* fuit propoſita. Idem vir rei Germanicae peritiſſimus, in *Exercitationibus* illis *Academicis*, quas de *Republica Imperii Germanici*, primum ſingillatim, poſtmodum iunctim *Helmeſtadii 1674. 4.* & *Lipſiae 1677. 4.* edidit, nouemque Expoſitiones, de *Germanici Imperii Ciuibus, Imperatore, Vrbibus, Ducibus & Comitibus, Septemuiris, Iudiciis, Conſtitutione Epiſcoporum Germaniae, Comitiis, Negotiis praecipuis in Conuentibus Imperii Germanici Ordinum & hodiernum tractari ſolitis, Officialibus Imperii Romano Germanici*, continent, multa cura & accurato iudicio elaboratas, quibus quidem medii aeui & recentioris ſtatum Germaniae dat, antiquiſſimam tamen Reipublicae noſtrae rationem vbique attingit & illuſtrat. Quod faciunt etiam omnes illi, qui de Republica noſtra & Iure publico Syſtemata, Compendia, & alias Scriptiones, ediderunt, quae alibi, atque in *Burcardi Gotthelſii Struuii* Bibliotheca Iuris Selecta Capite XIV. §. XLII. ſeqq. indicantur.

§. XVIII.

De Legibus antiquis Germanorum Populorum, harumque Collectionibus.

Apud veteres Germanos *nullae Leges ſcriptae*, teſte enim *Tacito* de Moribus Germanorum, *Cap. XIX. plus ibi boni mores valebant, quam alibi bonae Leges*, neque vllum ſcriptarum Germaniae antiquae Legum apud Scriptores veſtigium apparet. Antiquiſſimae certe Germanorum calamo exaratae Leges ſunt *Francorum Salicae*, quarum & ceterarum varias Editiones vide in *Burcardi Gotthelſii Struuii, Bibliotheca Iuris Selecta* Cap. V. §. 1. 2. atque in *Hiſtoria Iuris Germanici*, quae Caput *VI.* facit *Hiſtoriae Iuris, Ienae 1718. 4.* editae, quae ex ipſis fontibus eſt petita, & *Ioannis Alberti Fabricii, Bibliothecae Latinae* Volum. III. L. IV. c. X. *p. 831.* vbi & de aliis Legum Germanarum collectionibus exponunt. Inſignis & praeſtantiſſima ad veteres libros & editiones Heroldinam maxime exacta, egregiisque ex patria antiquitate & linguae germanicae theſauris repetitis obſeruationibus exornata eſt ea editio, quam IOANNES GEORGIVS ECCARDVS procurauit, inſcripta: *Leges Francorum Salicae & Ripuariorum, cum Additionibus Regum & Imperatorum, Hanouerae 1719. f.* Acceſſerunt huic editioni Formulae veteres Alſaticae, *G. G. Leibnitii* libellus de origine Francorum, auctior cum reſponſis ad obiectiones doctorum quorundam virorum; Annales Francici Regni a *Theodorico Ruinarto* ex Gregorio Turonenſi, Fredegario, aliisque collecti, demum *Friderici Roſtgaardi* Emendationes Otfridianae ex Codice Palatino Vaticano. Idem illuſtris ECCARDVS edidit *Conſpectum Codicis Legum veterum*, partim Gentium Germanicarum, *Hanouerae* fol. & a celeberrimo *Fabricio* l. c. *p. 832.* inſertum, rogandusque eſt vir nominis celebratiſſimi, qui omnia praeſidia ad tale opus neceſſaria habet, vt vota Germanorum ICtorum, qui patriae inſtituta amant, tandem aliquando expleat. Poſt Eccardinam hanc editionem, in pretioſo illo IOANNIS SCHILTERI *Theſauro Antiquitatum Teutonicorum, Tomo Secundo, Vlmae 1727. f.* editus: *Antiquiſſimae Legis Salicae Textus vetuſtior*, ex Bibliotheca Pariſienſi Regia deſcriptus, quo voces quaedam Germanicae retentae ad inſtar vetuſtiſſimarum Reliquiarum Francicae Linguae, recenſuit & editioni parauit *Schilterus*. Adiuncta eſt accurata Subnotatio variationum inſignium, tum ex Editione *Baſilii Ioannis Heroldi*, quae in non paucis differt a Schilteriana, tum ex alia vetuſta, quam e Codice Guelferbytano eruit illuſtris *Eccardus*; Accedit *Pactus Legis Salicae* textus recentior, ex Editione Stephani *Baluzii*, vna cum eiusdem, vt & *Franciſci Pithoei* ac *Hieronymi Bignonii* Notis textui cuique ſubiectis. Praemiſſae egregiae *Schilteri* & *Frickii* Praefationes. Qui Salicae Legis ita editus Textus Pariſienſis, non in lectionibus modo variis, ſed & in ipſis ti-

tulis,

tulis, siue ordinem, siue numerum, siue contentas res ipsas combinatas aut diuisas varie spectes, ab Heroldina & Eccardina mire discrepat, vti laboriosissime instituta collatione ad vsus publicos ostenderunt praeclare sane meriti Editores Vlmenses. Has Francicas aliasque populorum Germanicorum veteres, ex collatione exemplarium, vt editor scribit, quae vetustissimis, nec non ante septingentos annos depictis characteribus expressa erant, descriptas, emendatas, in lucem edidit, auspiciis & benignitate *Wolffgangi* Abbatis Principis Fuldensis, BASILIVS IOANNES HEROLDVS, sub titulo: *Originum ac Germanicarum Antiquitatum Libri*, Leges videlicet, Salicae, Ripuariae, Allemannorum, Boioariorum, Saxonum, Westphalorum, Angliorum, Werinorum, Thuringorum, Frisionum, Burgundionum, Longobardorum, Francorum, Theutonum, *Basileae* per *Henrichum Petri 1557. f.* quae editio iam est per rara, & licet Lindenbrogiana copiosior sit atque instructior, in pretio tamen est apud eruditos, cum vsus fuerit antiquis codicibus, quos ab amicis, quorum nomina auersa post titulum pagina laudat, accepit, atque in genuinarum lectionum inuestigatione huius codicis non contemnendus sit vsus. Aliam ac locupletiorem Legum veterum Collectionem magna cura adornauit FRIDERICVS LINDENBROGIVS Hamburgensis, cuius *Codex Legum antiquarum, Francofurti 1613. f.* editus magnoque intelligentium plausu fuit exceptus, hodieque in tabernis librariis itidem eximiae raritatis, dignus sane, qui recudatur. Continetur eodem: Codex Legum Wisigothorum, Edictum Theodorici Regis, Lex Burgundionum, Codex Legis Salicae, Lex Alamannorum, Lex Baioariorum, Decretum Tassilonis Ducis Baioariorum, Additamenta a Carolo ad Leges Baioariorum addi iussa, Lex Ripuariorum, Lex Saxonum, Lex Angliorum & Werinorum, Lex Frisionum, Lex Longobardorum, Constitutiones Siculae siue Neapolitanae, Capitula Caroli M. & Hludouici Impp. collecta ab Ansegiso & Benedicto Leuita, adiectis aliis eorundem Regum & Caroli Calui Capitulis, Marculfi Formulae Solennes. Additae Lindenbrogii Castigationes, variae Lectiones & Glossarium. Digna sane est perrara Collectio, quae ad veteres Codices reuisa, recuderetur. Egit de eadem copiose doctissimus AVCTOR *vitae Lindenbrogiorum*, quae *Hamburgi 1723. 8.* edita, p. 41. *Capitularia Regum Francorum*, qui & Germaniae ex parte imperarunt, omnium optime & accurate curauit STEPHANVS BALVZIVS, splendissima Editione iam perrara, quae *Parisiis 1677. f.* de qua vide praeter *Struuianam* Iuris auctorum Bibliothecam, *Iacobi* le *Long* Bibliothecam *Historicam Franciae*, Lib. III. Cap. V. Art. III. §. II. *p. 585.* vbi Capitularium Editiones antiquiores, multo labore enumerat. *Varias Imperatorum & Regum Romano-Germanicorum Leges* & Constitutiones, ex editis & ineditis libris congessit MELCHIOR GOLDASTVS, quae ex instituto recensitae in illustris *Burcardi Gotthelfii Struuii*, *Bibliotheca Iuris Selecta*, Capite *XIV*. §. *IV*. quae cum in omnium sit manibus, quae ibi memorata sunt, huc adferre superuacaneum puto. Cuius libri Capite *V*. §. *III. IV. V.* antiquiores *Legum Prouincialium* priuata auctoritate factae *Collectiones*, *Weichbildici* Iuris, *Speculorum Saxonici & Sueuici*, indicatis variis Editionibus memorantur. Editionibus *Sueuici* Iuris ibi laudatis coniungenda, egregia illa, quae inserta est *Thesauro Antiquitatum Teutonicarum* SCHILTERIANO, Tomo Secundo hoc elogio: *Ius Prouinciale Alemannicum, alias sub nomine Speculi Sueuici comprehensum:* ex insigni Codice MSCto Membranaceo perillustris Domini *Raymundi Krafft de Delmensingen* Reipublicae Vlmensis Consulis. Hunc Codicem cum aliis Codicibus XI. MSS. vt & IX. impressis, summa cura contulit, Lectiones variantes praecipuas excerpsit, & latina versione iuxta textum Codicis Krafftiani donauit: notis plurimis, quibus & aliquae *Schilteri* accessere, illustratum orbi erudito dedit, literatissimus ICtus *Ioannes Georgius Scherzius*. Qui plura desiderat, legat HERMANNI CONRINGII egregium de *Origine Iuris Germanici* Tractatum, *Helmstadii 1649. 4. ibid. 1665. 4.* & *Ienae 1719. 4.* Quinta Editione recusum, qui Historiam Iuris patrii tam generalis, quam particularis solide exposuit multorumque errores confutauit & emendauit, quocum lectione iungendus omnino illustris CHRISTIANI GODOFREDI HOFFMANNI, ICti iam in Academia Viadrina primarii, *Specimen Coniecturarum Politicarum de Origine & Natura Legum Germanicarum priuatarum antiquarum earumque ad Statum praesentem Prouinciarum Germaniae, inprimis ad Terras Protestantium habitu*, *Lipsiae 1715. 4.* quo de anti-

antiquarum Gentium Germanicarum Legibus, harumque origine, fatis, conditione ex Historiarum monimentis, iusti, aequi ac prudentiae legislatoriae regulis fructuose disserit. Praeclarae sunt obseruationes, quas fecit IVSTVS GEORGIVS SCHOTTELIVS Tractatu vernaculo: *Von unterschiedlichen Rechten in Teutschland, Francofurti 1671. 8. & 1702. 8.* particularia maxime Iura in diuersis Germaniae prouinciis vsitata concernentes, vtpote *das Mann-Recht, Gan-Recht, Hagenstolzen-Recht, Baar-Recht* & similia, huius spicilegium dare voluit IOANNES WILHELMVS GERICKEN in *Schottelio illustrato & continuato, Lipsiae & Guelferbyti 1718. 8.* quae autem collegit ex scriptoribus recentioribus potissimum sunt desumta. Addatur STEPHANVS BALVZIVS Praefatione *Capitularibus Regum Francorum* praemissa; & IOANNES FRICKIVS culto Praefamine *Tomi Secundi* Thesauri Antiquitatum Teutonicarum Schilteriani.

§. XIX.

De Iudiciis, Magistratibus, poenis, variisque ritibus & rebus forensibus Germanorum veteris & medii aeui.

Iudiciorum apud Germanos Veteres vsitatorum rationes, vt alia omnia, egregie sane illustrata dedit HERMANNVS CONRINGIVS, ea Dissertatione, quam de *Iudiciis Reipublicae Germanicae* vniuersim scripsit, quaeque inter laudatas de *Republica Imperii Germanici* Exercitationes, comparet, §. *V.* vsque *IX.* quae ad antiquiora tempora faciunt, exponens, inde ad eorundem statum medio & recentiori tempore progreditur. Egregias plane ad hoc argumentum obseruationes exhibet CHRISTIANI THOMASII Dissertatio de *Iurisdictione & Magistratuum differentia secundum mores Germanorum, Halae 1703. 4.* Multa quoque capita rerum iudicialium Germaniae reperire licet in egregio HERMANNI ADOLPHI MEINDERS ICti Bielfeldensis Westphali, Tractatu Historico-Politico-Iuridico *de Statu Religionis & Reipublicae sub Carolo M. & Ludouico Pio in veteri Saxonia siue Westfalia & vicinis regionibus, Lemgouiae 1711. 4.* licet ad medium aeuum cumprimis faciat. Eruditissima sane est eiusdem Viri Dissertatio de *Iudiciis Centenariis & Centumuiralibus siue Criminalibus Veterum Germanorum imprimis Francorum & Saxonum*, qua simul de vera origine, natura & progressu Iudiciorum occultorum Westphalicorum, disquisitionem instituit, suaque ex Scriptoribus idoneis, Legibus & Moribus, documentisque vetustis & quandoque ineditis deriuauit, *Lemgouiae 1715. 4.* dignus omnino libellus qui a Iurisprudentiae Germanicae cultoribus legatur. Adiungenda *Eiusdem* Dissertatio Singularis de *Iurisdictione Colonaria & Curiis Dominicalibus Veterum Francorum & Saxonum, Lemgouiae 1713. 4.* qua, dum demonstrat, quod nobiles & reliqui Domini proprietarii Iurisdictionem quandam inferiorem, siue colonariam, praediariam & solariam in homines proprios, colonos & rusticos, seruilis conditionis olim habuerint & priuata auctoritate exercuerint, in antiquitatum Germanicarum campum se diffundit. *Iudiciorum Westphalicorum*, quorum origines ad tempora Carolingica referunt, quorumue magna olim & infinita fere vt putabant erat auctoritas, inuestigatio, plurimum ad res Iudiciorum medii aeui maxime criminalium & abusuum, conducit. Quam operam scite & erudite percoluit MARQVARDVS FREHERVS Commentariolo *de secretis Iudiciis in Westphalia aliisque Germaniae partibus olim vsitatis*, quo de horum origine, personis, appellationibus, degeneratione, & abolitione, varia memoranda obseruauit. Additae Formulae Concessionum Caesarearum de Sedibus liberis & Frygrauiatus Officio; *D. Ioannis de Francofordia* in eos Scabinos, Feymeros dictos, Disputatio & inuectiua; Reformationes Caesarum & Principum super illis Iudiciis enumeratae, cum nonnullis in has notis. Editio Noua huius Opusculi edita, cura *I. G. W. Helmestadii, 1663. 4.* Historia, & abusus horum Iudiciorum admixtis variis obseruationibus Ius patrium illustrantibus patent quoque e CHRISTIANI THOMASII Dissertatione de *vera origine, natura, progressu, & interitu Iudiciorum Westphalicorum, Halae 1711. 4.* Iudicum Westphalicorum statum & vitia describit docta Dissertatio, quam Praeside *Ioanne Burchardo Menckenio* habuit GEORG. GVSTAV. DIFENBACHIVS Iunior, de *Feimeris, Lipsiae 1707. 4.* De *Iudicio Femico* Disquisitio MSCta in scriniis Viri celeberrimi IOANNIS GEORGII *ab* ECKHART, cuius singularis rerum mediae aetatis peritia nil nisi singularia promittit. De *Iudicibus Germanorum* habemus praeclaras Commentationes, FRIDERICI nimirum BRVMMERI ICti Lipsiensis eruditissimi, qui iuuenis periit, Exercitationem Historico-Philo-

Philologicam, De *Scabinis antiquis, aeui medii & recentioribus*, *Lipsiae 1662. 4.* sub Praesidio *Iacobi Thomasii* propositam & sub nomine auctoris demum editam, post *Opusculis Brummerianis* cura *Georgii Beyeri Lipsiae 1712. 8.* collectis, insertam, qua in primis tot eruditis viris tum quo haec scribebat praetermissus Taciti locus de Centenis, Comitibus, germanae scripturae ex ingenio Reinesii (cui inscripta est) vindicatur & explicatur. Huic coniungenda omnino perdocta HERMANNI ADOLPHI MEINDERS Dissertatiuncula de *Gograuiorum & Scabinorum Officio ac munere, nec non de Iudicum antiquorum differentiis*, Dissertationi de *Iudiciis Centenariis* a. *p. 249.* ad *p. 267.* inserta. Iudiciis secularibus coenobiorum praesidebant remque oeconomicam tractabant *Aduocati Monastici*, de quibus ex monimentis vetustis CHRISTIANI FRANCISCI PAVLLINI extat Discursus Historico-Politicus de *Aduocatis & Oeconomis Monasticis*, *Ienae 1686. 4.* singulatim editus, reuisus & auctus, ipsius *Syntagmati Rerum Germanicarum* adiectus, atque per modum adpendicis Praefationi eruditissimae *Burcardi Gotthelfii Struuii*, *Magero* de *Aduocatia Armata*, praemissae, additus. De rebus ac ritibus Iudiciorum cum ciuilium tum criminalium Germanicorum, atque vsitatis poenis praeclarae in lucem editae sunt a doctissimis viris Disquisitiones, vnde multa aliis patriae rebus lux oritur, quarum aliquas memorabimus; Sic de *pignore per Chirothecam* opusculum condidit ALKEMADE mihi tamen nondum visum. Simplicem & promptam procedendi rationem in Iudiciis Germanicis, multo egregioque labore ex antiquitatibus & Historiis medii aeui succincte & erudite, commonstrauit IACOBVS WENCKERVS F. de *Iustitia indilata, in Actis dicta Vnuerzogene Rechten*, *Argentorati 1722. 4.* Barbaro & militari aeuo, quum studiis mentem illustrantibus destituta fere esset patria, ad probandam innocentiam, *Ordalia*, probationesue vulgares per *ferrum candens*, *aquam frigidam*, aliaeque superstitiose erant introductae, de quibus erudite egit illustris Vir BVRCARDVS GOTTHELF STRVVIVS *Historiae Iuris Cap. IX. §. V. seqq.* hucque facit non contemnenda IOANNIS PHILIPPI LEITERSBERGERI Dissertatio inauguralis de *Ordaliis* siue *Purgatione vulgari*, *Argentorati 1716. 4.* proposita. Idem argumentum eodem fere tempore tractarunt & GVILIELMVS IVCH, Dissertatione Historico Morali, *de modis probandi innocentiam apud Veteres*, *Ienae 1709. 4.* ad Germanicos Populos maxime directa; & qui plenior est CHRISTIANI EBELINGII, Logices & Philosophiae Moralis in Academia Rintelensi Hassiaca Professoris, Tractatus eruditus *de Prouocatione ad Iudicium Dei*, *siue de Probationibus*, *Lemgouiae 1709. 4.* eas ex antiquitatibus refert, quae fieri solebant per Iuramentum, per Duellum seu Monomachiam; Ignem seu ferrum candens; Aquam feruentem, per Aquam frigidam, Symbolum Crucis, Eucharistiae perceptionem, Panem consecratum Caseumque, Sortem, cruentationem Cadauerum occisorum & denique per Citationem ad Tribunal Dei. Antiquissimum & frequentissimum apud gentes cumprimis militares, probationis genus erat *Duellum* siue *Lex Duellionum*, *Iudicium Capionum*, quo innocentia demonstrata, grauissimaeque caussae dubiae decisae, de quo varii Auctores in STRVVII *Historis Iuria c. l. p. 749.* excitantur, e quibus ii heic saltim indicandi qui ex patriis monimentis suas cogitationes illustrarunt, nimirum IOANNIS IOACHIMI MADERI de *Duello & Ordalei quondam Specie* Dissertatio, cui adiectae sunt *Petri Gregorii* Tholosani, Commentatio *de Duello seu Monomachia* ex Syntagmate ipsius Iuris Vniuersalis L. XLVIII. c. XVI; *Olai Wormii*, de *Foris Veterum Danorum*, *& varia dirimendarum litium ratione*, ex Libro I. Monumentorum Daniae, Cap. IX. & X. *Henrici Bangerti de Duello & Iudicio diuino* Commentatio ex Commentario ipsius ad Librum II. Arnoldi Lubecensis; PHILIPPI CAMERARII, de *singulari certamine & Duello* Meditationes, ex Centuria II. Meditationum Historicarum. Exempla Monomachiae ex *Marci Vulsoni* Theatre d' Honneur; Et *von dem Kampff-Platz zu Schwebisch-Hall im Kocher-Thal*, ex Münsteri Cosmographiae Libro III. *Helmstadii, 1679. 4.* M. EBERHARDI RVDOLPHI ROTHII Dissertatio Historico-Politica *de antiquissimo illo more, quo veteres innocentiam suam per Duella probare nitebantur*, *Vlmae 1678. 4.* & maxime pereruditа Dissertatio EPHRAIMI GERHARDI Ienensis, de *Iudicio Duellico, vulgo, vom Kampf-und Kolben-Gerichte*, *Ienae 1711. 4.* qua ritus & antiquitates Germaniae aliarumque Europaearum Gentium, admixtis variis obseruationibus iuris, exposuit. Nec minus in caussis crimina-

minalibus & dubiis *Iudicium* fiebat per *ferrum candens*, de quo egere, idem, quem iam excitauimus, EBERHARD RVDOLPHVS ROTH, Rector Gymnasii Vlmensis Dissertatione Historico Politica *de more, quo rei olim apud plerosque Europaeos Populos per Ferrum candens, ardentes prunas, rogumque probabantur, Vlmae 1676. 4.* CHRISTIANVS GRÜBELIVS de *Probatione Rerum dubiarum per ignem, Ienae. 4.* & CASPAR LOESCHER de *probatione Rerum dubiarum per ignem facta, Lipsiae 1695. 4.* Idem, quem iam laudauimus, ROTHIVS de *antiquissimo illo more, quo plurimi Europaei Populi Reorum innocentiam culpamue Iudicio Crucis permisere, Vlmae 1677. 4.* & *de antiquissimo illo more, quo veteres innocentiam suam, per S. Eucharistiam, Panem execratum, Caseumue probasse leguntur, ibid. 1677. 4.* binis Dissertatiunculis non inerudite egit. Poena illustrium & nobilium olim erat ignominiosa Canis Portatio, de qua erudita ad Ioannem Marquardum, *de κυνοφορία siue Canum portatione ignominiosa*, extat Epistola HENRICI MEIBOMII, *Helmstadii 1661. 4.* a *Groschupfio, Nouae Librorum Rariorum Collectioni Fasciculo III. N. V.* inserta, & IOANNIS ANDREAE CRVSII Discursus Historicus de *κυνοφορία, siue Canum portatione, poena antiquis temporibus apud Saxones aliosque Populos vsitata*, qui inter *Opuscula* eius Politico-Iuridico-Historica, *Mindae 1668. 4.* iunctim edita *N. V.* comparet.

§. XX.

Scriptores de Nummis Germanorum, cumprimis mediae aetatis.

Quem insignem vsum res nummaria historiae adferat, illustrissimus *Ezechiel Spanhemius* nobilissimis de praestantia & vsu Numismatum antiquorum Dissertationibus, quarum Tomus Primus, *Londini 1706. f.* Secundus curante *Isaaco Verburgio, Amstelodami 1717. f.* prodiere, copiose docuit atque illae Scriptiones demonstrant, quibus Res nummaria medii maxime aeui Germanica fuit collustrata, aperte loquuntur. Magna certe lux accensa fuit historiae Francicae per eruditissimum Commentarium FRANCISCI BLANCI *(le Blanc) Traité historique des Monnoies de France, depuis le commencement de la Monarchie* iusque à present *a Paris 1690. 4.* & *Amsterdam 1692. 4.* cum figuris nummorum aeneis, quo nummi Regum, primae & secundae stirpis illustrantur. Altera huius operis pars, de nummis Procerum Galliae exponens, in MSCto latet. Idem edidit *Traité historique de quelques Monnoies de Charle Magne, de Loüis le Debonnaire, de Lothaire & de leurs Successeurs, frappées dans Rome, Paris 1689. 4.* ex quibus, aduocatis in subsidium historicorum testimoniis, supremum horum in vrbem Romam Imperiumque Romanum ius commonstrauit. Alios eruditissimos libellos de variis nummis rarioribus ad historiam Francicam facientibus, cum editos, tum ineditos, vide apud le LONG *Bibliotheque historique de la France L. III. §. VI.* Ergo de Germanorum Nummaria re quidam adiungendi. MELCHIOR GOLDASTVS Librum de *Nummis Germanorum vetustis* aut perfecit aut parauit, eundem enim ipse *Glossis ad Walafridum Tomo I. Rerum Alamannicar. f. 250.* excitauit, qui forte in Bibliotheca illustris Reip. Bremensis delitescit. M. TILEMANNVS FRIESE, Ciuis Goettingensis, libro vernaculo *Münz-Spiegel* inscripto, atque *Francofurti ad Moenum 1592. 4.* formis expresso, multa vtilia & curiosa, de Marcis & valore veterum Nummorum Germanicorum ad euellendos rationum scrupulos, annotauit. Medii aeui & *Bracteatorum* nummorum difficilem materiam exponere multa diligentia adgressi illustris Vir IOANNES PETRVS LVDEWIGIVS *Introductione ad rem nummariam medii aeui*, vernaculo sermone scripta & *Halae 1709. 8.* edita, qua & Scriptores rei huius nummariae recenset, deque iis iudicat, & in Adpendice Hallenses & Magdeburgicos Bracteatos illustrat. In hunc doctissimum libellum accuratas Animaduersiones edidit, celeberrimus Vir IOANNES IACOBVS MOSER, *Anmerkungen über Herrn von Ludewig Einleitung zu den Teutschen Münzwesen mittlerer Zeiten, Stutgardt und Leipzig 1722. 8.* editas. Nec tamen vterque abstrusum argumentum exhausit. Praeclaras obseruationes referunt M. IOANNIS CHRISTOPHORI OLEARII, *Isagoge ad Numophylacium Bracteatorum, Ienae 1694. 4.* & OTTONIS SPERLINGII Consiliarii Danorum Regis & ICti *de Nummorum bracteatorum & cauorum nostrae & superioris aetatis origine & progressu, Lubecae 1700. 4.* qui Olearii labore excitatus fuerat, variasque regulas ad dignoscendos curate hosce nummos praescribit, ad quas OLEARIVS singulari in hunc libellum animaduersione quaedam erudite monuit.

nuit. Qui OLEARII, pater & Filius feliciſſimi & oculatiſſimi horum nummorum interpretes, variis ſcriptiunculis paucarum pagellarum argumentum hoc in maiori luce collocare anniſi ſunt. Huc pertinent IOANNIS CHRISTOPHORI OLEARII *Spicilegium antiquitatis Nummos XXV. ſuggerens Bracteatos cum breviſſima eorundem Explicatione figurisque adiectis, Ienae 1702. 4.* Ei. *Spicilegium Antiquitatis ſecundum, Brunſuico-Luneburgenſes Nummos exhibens Bracteatos IX, Ienae 1703. 4.* & Tertium, *Halberſtadienſes Nummos tradens bracteatos XV. Ienae 1703. 4.* Idem: *Catalogum L. bracteatorum in Nummophylacio Arnſtadtenſi extantium,* Ienae dedit. De *Anaſtaſi Agneſae Abbatiſſae Quedlinburgenſis* Filiae Conradi M. Marchionis Miſniae, ſimul huius Nummos X. bracteatos illuſtrauit germanica ſcriptione *Ienae 1699. 4.* Eiusdem diligentiſſimi Viri, nummariae quaedam Epiſtolae annotandae, ſcilicet: *Epiſtola, qua nummum Gardolphi Epiſcopi Halberſtadienſis,* ex Cimeliarchio Arnſtadio-Schwarzburgico *Arnſtadiae 1700. 4.* exponit; Schediaſma de *Nummo argenteo in memoriam Norberti* AEpiMagdeb. *ibid. 1704. 4.* Epiſtola de *Bracteatis Neſſelriedae repertis,* pauciorum ſingulae paginarum. Laudanda quoque eſt in excutiendis nummis diligentia IACOBI a MELLEN, Lubecenſis, qui tunc Ienae ſtudiorum cauſſa agebat, poſtea Eccleſiae Lubecenſis Archi-Diaconus, qui *Epiſtola de antiquis quibusdam Nummis Germanicis, Hiſtoriam Thuringicam praecipue illuſtrantibus,* quae ad *Caſparem Sagittarium Ienae 1678. 4.* eſt perſcripta, a quo eosdem acceperat, egit. *Nummos Bracteatos Numburgo-Cizenſes & Pegauienſes,* ſcite illuſtrauit ac *Mauritio Guilielmo* Poſtulato Adminiſtratori Epiſcopatus Numburgenſis dedicauit, IOANNES ANDREAS SCHMIDT, *Ienae 1695. 4.* De *nonnullis* vero *Bracteatis Nummis Haſſiacis, deque iſtorum vſu in Locis Rheno, ſic & Franconiae viciniorïbus* IOANNES GEORGIVS LIEBKNECHT Diſſertationem Epiſtolicam ſcripſit ad *Ioannem Andream Schmidium,* quae cum *Schmidiano* Reſponſo, *Helmſtadii 1716. 4.* prodiit. *Breuem Deſignationem Moguntinenſium quorundam moduli maioris aliorumque cum vetuſtiorum, tum recentiorum Nummorum,* germanico ſermone confecit WILHELMVS ERNESTVS TENZELIVS *Gothae 1696. f.* quam, lima politam breuibusque annotatiunculis illuſtratam & auctam, additis NICOLAI SEELAENDERI *Sylloge Bracteatorum Moguntinenſium aeri inciſorum;* & CAROLI GVSTAVI HERAEI *Serie Numiſmatum Moguntinenſium e Gazophylacio Caeſareo depromtorum,* Scriptorum Hiſtoriae Moguntinenſi cum maxime inſeruientium Tomo *Nouo,* ſiue *Tertio* Num. VI. VII. VIII. inſeruit V. C. IOANNIS. Egregie plane de re omni nummaria maxime *mediae aetatis* fuit meritus, eiusdem ſcientiae peritiſſimus CHRISTIANVS SCHLEGELIVS Numophylacio Gotliano, quod in Germania fere pretioſiſſimum eſt, olim praefectus, qui cumprimis Nummos Terrae Thuringiae & Miſniae illuſtrauit, extant enim ipſius de *Nummis Altenburgenſibus* ad Wilhelmum Erneſt. Tenzelium Epiſtola, *Dresdae 1696. 4.* De *Nummis Salfeldenſibus, Arnſtadienſibus & Ienenſibus, Dreſdae 1697. 4.* inde prodiit EIVSDEM de *Nummis antiquis Iſenacenſibus, Mulhuſinis, Northuſinis & Weiſſenſeenſibus* Exercitatio Hiſtorica, *Ienae 1703. 4.* qua ſimul Landgrauiorum Thuringiae Arelatenſis Lineae Hiſtoria ſuccincte exponitur. De *Nummis antiquis Gothanis, Cygneis, Coburgenſibus, Vinarienſibus & Merſeburgenſibus* Diſſertationes, in quibus ſimul breuiter de *Nummis quibusdam priſci aeui Altenburgenſibus, Auguſtanis, Halenſibus, Francofurtenſibus, & Vlmenſibus* egit, *Francofurti & Lipſiae 1717. 4.* atque de *Nummis Abbatum Hersfeldenſium, Gothae 1724. 4.* Commentationes, quae varia doctrina plenae, hiſtoriasque harum vrbium & maxime Thuringiae omnis mire illuſtrant. Idem praeſtanti Commentario de *Cella* veteri, *Ditionis ac Dioeceſeos Miſnenſis, inclyto quondam Ciſtertienſis Ordinis Monaſterio ac illuſtri Marchionum Miſnenſium Conditorio, Dreſdae 1703. 4.* edito, aliquot *Bracteatos Miſnenſes* illuſtrauit. Idem exarata Epiſtola *de Numo Henrici Comitis Blanckenburgenſis* a *Io. Andr. Schmidtio* olim poſſeſſo, poſtea in Theſaurum Arnſtadienſem illato, *Arnſtadii 1701. 4.* edita, ſententiam dixit, eundemque Schwarzburgico-Blanckenburgenſi in Thuringia Comiti adſcripſit, nummosque aliquot Comitum Thuringiae Mansfeldenſium, Hennebergenſium ſimul adduxit; SCHMIDIVS vero ſcriptione ſingulari, ſub titulo: *Nummus Bracteatus Henrico II. Seculi VIII. Comiti Blancenburgico ante Hartonem vindicatus* in aliam ſententiam abiit, *Helmſtadii 1718. 4.* cui laudatus SCHLEGELIVS, ſcripto vernaculo: *Weitere Ausführung*

daß die Münze Heinrichs, Grafens von Blanckenberg, mehr dem Grafen dieses Nahmens in Thüringen als dem am Harze zuzuschreiben sey. Gothae 1720. 4. respondet, qua plures sententiae suae rationes & Diplomata aliquot attulit. *Syllogen Numorum Goslariensium antiqui pariter & recentioris aeui solidorum aeque ac bracteatorum* conquisiuit eruditeque de iis & aliis argumentis disseruit, IOANNES MICHAEL HEINECCIVS, quae in Collectione Scriptorum Rerum Germanicarum *Heineccio-Leuckfeldiana*, extat.

Ad augendam ornandamque bracteatorum notitiam multum certe conferunt IOANNIS GEORGII LEVCKFELDII *Antiquitates Nummariae* siue Descriptio historica diuersorum Bracteatorum Episcoporum Halberstadiensium, Archi-Episcoporum Magdeburgensium & Quedlinburgensium Abbatissarum, germanico sermone editae *Lipsiae & Guelferbyti 1721. 4.* quo opusculo & de recensitis Scriptoribus nummariis iudicium tulit & varia Diplomata attulit. Has supplent Eiusdem: *Fernere historische Nachricht von einigen alten und raren silbern Bracteaten oder Blechmünzen einiger Magdeburgischen Erz-Bischoefe, Halberstadii, 1723. 4.* & *Historische Nachricht von einem sehr raren und schoenen Merseburgischen Bracteaten, so vor mehr denn 500. Iahren ein Merseburgischer Bischoff hat schlagen lassen, Halberstadii 1723. 4.* Nuper argumentum hoc fructuosum diligenter & erudite tractavit V. C. IOANNES ALEXANDER DOEDERLEIN, Lycei Weissenburgensis in Noricis Rector, Commentatione Historica, de *Nummis Germaniae Mediae, quos vulgo Bracteatos & Cauos, vernacule Blech- und Hohl-Münzen, adpellant, nec non laminaribus quibusdam medii aeui bilateralibus, Norimbergae 1729. 4.* Nummos hos, maximam partem Weissenburgi in Noricis inque vicinis agris erutos doctus vir, aeri incisos, illustratos dedit, deque Pecuniae medii aeui valore, Numorumque nostrae aetatis origine Disquisitionem addidit, atque in primordio libri de scriptoribus nummariis Germanis sententiam dixit. Grossorum Germanicorum seriem, variasque obseruationes de valore pecuniae medii aeui, vide *Gründliche Nachricht, von Ankunfft, Gepraege, Gewicht und Werth derer in Sachsen, Thüringen und Meißen gemünzten Groschen, sowohl von denen daselbst im Handel und Wandel vormalen gebräuchlichen Schock-Groschen, als auch von denen daher entstandenen Steuer-Schocken, zur Erkaentniß derer darauf gerichteten Stifftungen und Diplomatum, auch darnach bewilligten Steuern und Schatzungen, VVittebergae 1728. 4.* De *Iohanneis Vratislauiensibus*, grossis Iohannis imagine insignibus, prostat GODOFREDI RHONII Exercitatio Historica, *Vratislauiae 1693. 4.* Argenteum Nummum Friderici II. Imp. scripta ad M. *Zachariam Goezium*, Gymnasii Osnabrugensis Rectorem, docta Epistola eruditis notum reddidit M. DIEDERICVS ANDREAS KELLERHAVS, Lipstadiensis, *Ienae 1701. 4.* De *tribus argenteis Nummis* (Germanicis) *iisque Vncialibus antiquissimis* Austriaco Sigismundi Archi-Ducis, Saxonico siue Misnico Friderici sapientis, Georgii & Iohannis, & Bohemico Schlickensi egit SAMVEL RETHER ICtus & Mathematicus Kiloniensis, *Kiliae 1695. 4.* Alios scite caelatos docte exposuit IACOBVS A MELLEN *Sylloge Nummorum ex argento vncialium vulgo Thalerorum siue Imperialium quos Impp. & Reges Romanorum nec non Austriae Archi-Duces signari iusserunt, Lubecae 1698. 4.* a Friderico III. incipiens. De *Nummis Sereniss. Saxoniae Ducum* Dissertationes VI. siue Programmata, conquisiuit PAVLVS MARTINVS SAGITTARIVS, Gymnasii Altenburgensis Rector. *Altenburgi 1679. 4.* *Nummos Bracteatos Tigurinos* studiose conquisiuit DAVID HOTTINGERVS *Tiguri 1702. 4.* Nec hic plane omittendae I. DANIELIS MAIORIS Disquisitiones de *numo Odonis*, quam viri docti memorant ego non vidi, & alia de *Roma in numis Augustalibus Germanizante, Kiliae 1684. 4.* atque IOANNIS GEORGII ECCARDI Dissertatiuncula de *nummis Attilae, Hunnorum Regis, & aliis ei falso attributis* quae in Actis Eruditorum Lipsiensibus Anni 1720. *p. 214.* extat; Eiusdem vero *Epistola* de *Nummis quibusdam sub Regimine Theodorici Ostro-Gothorum Regis in honorem Imperatorum Zenonis & Anastasii cusis*, ad maxime reuerendum D. *Anshelmum Bandurum*, Monachum Benedictinum & Magni Etruriae Ducis Bibliothecae Praefectum, exarata, formis excusa fuit, *Hanouerae 1720. 4.* Idem celeberrimus Vir Epistola de *Nummis quibusdam explicatu difficilioribus* ad *Gerbardum* Abbatem Luccensem, *Lipsiae 1722. 4.* edita, egit, quos inter vnum, cum nomine *Athalarici* Regis, exposuit. Anno quoque 1722. ad Studii historici Fautores & Cultores exarato epistolio significauit, se in

se in colligendis *Numis Brunsuico-Luneburgensibus* esse occupatum, quod tamen forte studium cum statione Hanouerana, missum fecit.

§. XXI.

Scriptores de ritibus Sepulturae & Vrnis veteris Germaniae Populorum.

Qui de *ritu Sepulturae Germanorum paganorum*, doctis commentationibus disseruerunt, occasione erutarum e terra Vrnarum variarumque priscae Germaniae reliquiarum, multa simul praeclara de re domestica & vtensilibus, armis quoque, argumenta tractarunt. Qua de re operae me pretium facturum puto, si & heic tales Commentationes indicauero. Primus hoc argumentum attigit GEORGIVS AGRICOLA, magnorum in patriam meritorum Vir de *Natura rerum fossilium* Libro VII. c. XXIII. & PAVLLVS HACHENBERGIVS *Germaniae Mediae* Diss. XII. In agris *Moguntinis* erutas *Vrnas & monimenta* varia *Sepulcralia* maxime *Romanorum*, dedit insignis antiquitatis scrutator doctissimus Medicus IOANNES CRATO HIEGELL singulari Descriptione, *Moguntiae 1697. 4.* edita, & *Collectaneorum suorum Specimine*, *Confluentiae*, formis impresso, indeque decerpta quaedam monimenta *Rerum Moguntinarum Tom. III.* f. 342. inseruit V. C. IOANNIS. De *Vrnis Sepulcralibus & Armis Lapideis veterum Cattorum*, pererudite disseruit IOANNES HERMANNVS SCHMINCKIVS *Marburgi 1714. 4.* IOANNES CHRISTOPHORVS OLEARIVS, Diaconus tum & Bibliothecarius Arnstadiensis, sub titulo: *Mausolei in Museo*, erudite descripsit insignes aliquot Vrnas, Ierichouii in Ducatu Magdeburgico, Coethenis in Principatu Anhaltino, Arnstadti & Rudislebii erutas, atque in Museo suo adseruatas, qui & de ruderibus artificiosi aedificii Canstadii in Ducatu Wirtenbergico reperti, germanico sermone exponit, *Ienae 1701. 4.* Varia antiquitate refertum est IODOCI HERMANNI NVNNINGH ICti & Canonici Scholastici Vredensis in Westphalia *Sepulchretum Westphalico-Mimigardico-Gentile*, *Francofurti & Lipsiae 1714. 4.* editum, cuius prima Sectione, *de Vrnis*, in altera de *Lapidibus Ethnicorum Sepulcralibus*, additis geminis eiusdem argumenti epistolis, & Figuris aeneis, disseritur, accessit *Ioannis Henrici Cohausen*, Medici, *Ossilegium Historico-Physicum*, quo, de Vrnis ac Lapidibus Gentilium Westphalorum Sepulchralibus in Tractatu Nunnigiano, exposita, variis circa cineres & ossa obseruationibus physicis, illustrantur. In *Terris Marchicis* erutos descripserunt, AVCTOR Obseruationis *de Vrnis apud Seebusum in veteri Marchia repertis*, quae in Nouis Literariis Maris Balthici Anni MDCCIX. p. 323. extat & M. GOTTHILFF TREVER in der *kurzen Beschreibung der Heidnischen Todten Toepffe, in welchen die Heiden ihrer verbrannten Todten überbliebene Gebein und Aschen aufgehoben, unter der Erden beygesetzet und bey den ietzigen Zeiten in der Chur- und Marck Brandenburg Hauffenweise ausgegraben werden*, *Norimbergae 1688. 4.* De *Vrna Nilingensi Veteris Marchiae* pererudita est Disquisitio IOANNIS GEORGII KETSLERI, ipsius *Antiquitatibus Celticis* addita. *Vrnam prope Bostampium* inuentam cum effigie rarissima & aliis reliquiis, illustratam dedit V. C. GOTTLIEB SAMVEL TREVER, *Helmstadii 1729. 4.* quam cultissimam scriptionem iam laudaui. *Heynenses* luce antiquitatis adspersit CHRIST. ADOLPHVS BALDVINVS *Obseruationibus circa Vrnas Gentilium Germanorum*, *Heynae 1648. 4.* De *Stolpensibus Pomeranicis* IACOBVS COLBERGIVS *Nouis literariis Maris Balthici* An. 1699. p. 129. seq. indicauit. *Eilenburgenses* in Misnia posteritati descripsit, habita Praeside *Valentino Alberti* Dissertatione, *de Vrnis feralibus*, IOHANNES GEORGIVS FRANCKIVS; *Lutherstedtenses* DAVID SIGISMVNDVS BÜTTNERVS Diaconus Querfurtensis, scriptiuncula germanica, *Beschreibung des Leichen-Brandes, und Todten-Krügen*, *Eislebiae 1695. 8.* De *Vrnis in Silesia Lignicensibus atque Pilgramsdorfensibus* praeclara Dissertatione egit CHRISTIANVS STIEFF V. C. *Vratislauiae 1704. 4.* edita atque *Michaeli Iosepho Fibigero* inscripta, qui in *Henelii Silesiographia* suis accessionibus aucta *Tom. I. p. 371.* varias Vrnas memorauit; vt & de *Maslauiensibus* in Oelsnensi Principatu detectis LEONARDVS DAVID HERMANNVS *Maslographia*, *Briegae 1711. 4.* formis excusa, exposuit. De *Lusaticis Vrnis* extat copiosa expositio GODEFRIDI HECHTII *Miscellaneorum Lipsiensium*, *Tomo VII.* p. 158. Has inter vrnas, quae in Terris olim a Slauis habitatis repertae, Slauicarum gentium permultae. Vere Germanicae sunt *Cimbricae*, de quibus praeclara multa annotarunt IOANNES DANIEL MAIOR, Kilonien-

loniensis Professor, nobilissimo opere quod: *Bevoelkertes Cimbrien* inscripsit, *Ploenae 1692. f.* edito, atque TROGILLVS ARNKIEL *Tertio Tomo* Commentariorum de Rebus religiosis *Cimbriae paganae* iam excitatae, cumprimis laudandae CHRISTIANI DETLEV, & ANDREAE ALBERT RHODE Patris & Filii, quorum primus Praepositus & Inspector Ecclesiarum Insulae Femerae, alter itidem ordinis sacri fuit, obseruationes, siue *Cimbrisch-Hollsteinische Antiquitaeten Remarques, oder accurate und umstaendliche Beschreibung, derer in denen Grab-Hügeln derer alten Heydnischen Hollsteiner der Gegend Hamburg gefundenen Reliquien, Hamburgi 1728. 4.* quibus de ritibus sepeliendi Germanicis, vrnis, armiss ornamentis variis & annulis erudite edisserunt. Praemissa est commentariis hi, breuis quidem sed elegans Praefatio, laboriosissimi Reipublicae Germanicae Bibliothecarii, IOHANNIS ALBERTI FABRICII, qui, vti video, ea omnia opuscula, quae studiosissime conquisiueram, & alios scriptores multos, qui vberem hanc materiam tractarunt, recensuit. Adiectae sub finem *Ottonis Sperlingi*, celebrisque nominis aliorum Antiquariorum de argumento hoc ineditae Epistolae. Eruditissimi Viri RICHET laudatas aliis *Obseruationes antiquarias de Tumulis sepulcralibus & Vrnis Holsaticis*, qua forma prodierint, nescio, nec BLVMII *Vrnas Bremenses* vidi. In laudatis supra Nouis Literariis Maris Balthici occasione erutarum Vrnarum insertae sunt doctissimorum Virorum *Rhodii, Mellenii, Sperlingii, Prinzii* Obseruationes; IACOBI A MELLEN *Historia Vrnae Sarmaticae* Ienae 4. est edita, puto & inter Silesiacas multas esse Sarmaticas.

§. XXII.

Scriptores qui de Populis quibusdam Germaniae antiquae & mediae exposuerunt.

Qui de variis *Germaniae* Magnae *singularibus Populis* & nationibus, quas *Tacitus* aliique Scriptores nominant, horumque sedibus, migrationibus, re publica, rebus gestis & fatis fuere commentati, de multis Historiae & antiquitatum patriarum capitibus praeclare sunt meriti. Primum, viris iuuenibusque legenda IOANNIS NICOLAI HERTII, qui lumen non Gissenae saltim Academiae sed Germaniae omnis fuit, exquisito iudicio scripta *Notitia Veteris Germaniae Populorum*, qua de veteris Germaniae Populis vsque ad Seculum a Christo nato secundum & paulo post vniuerse; deque iisdem Populis Germaniae veteris singulatim, quales ante Seculum a Christi natiuitate secundum & paulo post fuerunt, de Populis nimirum Germaniae cum Cisrhenanis, tum Germaniae illius magnae, ordine Alphabetico, breuiter quidem sed erudite, atque de fontibus, inde digressus ad eos, qui in Germania, Italia, Gallia, Francorum tempore, a quibus tandem subiugati floruerunt, Alemannos; Baioarios; Saxones; Thuringos; Frisios; de Burgundionum Regno in Germania prima & Gallia, de Vesi-Gothorum Regno in Gallia & Hispania; de Ostrogothorum Regno in Italia; de Langobardorum Regno in Italia copiosius exponens. Edita haec Notitia Giessae 1709. 4. & *Commentationum atque Opusculorum* Volumini Secundo, primo loco inserta. Galliae Celticae & Belgicae Populi *Morini* & *Eburones* ac *Tungri*. De *Morinis quidem & Morinorum rebus, Syluis, Paludibus, Oppidis, Comitibus, Episcopis, ab An. Christi 309. ad an. 1553*, quae reperire potuit, congessit IACOBVS MALBRANCQ, e Societate Iesu, *Tornaci 1639-1654.* tribus Voluminibus. 4. De *Tungris & Eburonibus aliisque Germaniae Inferioris Populis*, praeclarus est Commentarius HVBERTI THOMAE, Leodii, *Leodii 1630. 8. & Tomo I. Schardiano p. 637.* addatur PETRVS DIVAEVS, Louaniensis, Brabantiae historicus, *de Galliae Belgicae Antiquitatibus*, statum eius, quem sub Romanorum Imperio habuit, complectens, *Antwerpiae*, ex Plantiniana, *1566. & 1584. 8.* atque in eodem *Tomo I. Schardii p. 668.* De *Toxandris, Batauis, Caninefatibus, Frisiis, Marsacis aliisque Belgicis Populis* plura annotata in *Antiquitatibus Inferioris Germaniae Prouinciarum vnitarum*, quae ex Museo PETRI SCRIVERII Partibus Tribus, prodiere *Lugduni Batauorum 1611. 4.* De *Triboccis*, qui in Germania prima & Alsatia hodierna sedes habebant, disseruit HENRICVS BEBELIVS, Argentoratensis tum Professor. *Cimbrorum & Gothorum origines, sedes, migrationes* inuestigauit NICOLAVS PETREIVS, *Lipsiae 1695. 8.* & copiosius IOHANNES DANIEL MAIOR *im bevoelckerten Cimbrien, oder, die zwischen der Ost- und VVest-See gelegene Halb Insul Deutschlandes, nebst dero ersten Einwohnern, und ihren eigentlichen durch viel und grosse Vmwege geschehenen Ankunfft, Ploen 1692. f.* *Chaucorum*,

orae

orae maritimae inter Amasum & Albim incolarum, antiquitates inuestigarunt IOANNES SCHILDIVS de *Caucis, nobilissimo veteris Germaniae Populo*, Libris Duobus, *Lugduni Batauorum 1649. 8.* quibus de immigrationibus Chaucorum in Terram, quam incolebant, hodie maximam partem Bremensem, natura & indole regionis, Coloniis Caucorum eorundemque habitationibus, de Brema, Stada, Embda Ciuitatibus, harumque antiquitate; De Republica Caucorum, populi moribus ac institutis, religione, Diis, Heroibus, Romanorum expeditionibus aduersus eos susceptis, ortisque a Chaucis populis erudite disseruit. Coniungantur ERPOLDI LINDENBROGII Res gestae Chaucorum, *Geschichte der Chaucorum* germanice scriptae, additae Chronicae ipsius Bellorum Cimbricorum, *Hamburgi 1589. 4.* impressae, atque IOANNES HENRICVS EGGELINGIVS Exercitatione Secunda de *Miscellaneis Germaniae Antiquitatibus*, quae ad loca *Taciti* Germaniae Cap. *XXXV.* & *Plinii* Histor. Nat. Lib. *XVI.* Sect. I. est directa. Idem doctissimus Vir *Bremensis* Vrbis, cui merebat, antiquitates inuestigauit Exercitatione Tertia laudatorum Miscellaneorum, quae est ad Claudii Ptolemaei Geographiae Librum II. Cap. II. & Tab. Europae IV. *Φαβιρανον*, qua sub hoc Phabirano, recensitis aliorum opinionibus Bremam intelligit, huiusque vrbis vetustatem tuetur. De *Hermunduris* singularis scriptor ARNOLDVS, mihi nondum visus, suspicor tamen Academicam esse Dissertationem; IOANNES vero NEVWALDVS, Lemgouiensis ipse Westphalus, de *antiquis Westphaliae Colonis* Commentarium composuit, qui auctus & notis marginalibus locupletatus, Editione secunda, priori correctiore, prodiit *Osnabrugi 1674. 4.* vbi de antiquis Westphaliae limitibus, antiquis incolis, Ariouisti Germanorum Ducis patria, de Sueuis, Vbiis, Tenchteris & Vsipetibus, Sicambris & Ambronibus, Bructeris, Chamauis, Angriuariis, Chaucis, Langobardis, Francis, Saxonibus, Westphalis, Hunnis & Wendis quaedam annotauit, non adeo singularia. Iungenda IOANNIS IVSTI WINCKELMANNI, Consiliarii & Historici Hassiaci, & Oldenburgici, *Notitia Historico-Politica veteris Saxo-VVestphaliae finitimarumque Regionum,* quatuor Libris absoluta, *Oldenburgi 1667. 4.* Nomen *VVestphaliae*, variasque connexas antiquitates inuestigauit, scripta de nomine *VVestphaliae*, nobilissimique inter Saxones populi Dissertatione, CASPAR SAGITTARIVS, quae *Ienae 1686. 4.* proposita; postmodum *Nouae variorum Scriptorum Conlectioni*, quae Halae 1716. 8. prodiit, Fasciculo primo, *p. 159.* illata. De *VVestphalorum, siue antiquorum Saxonum situ, moribus, virtutibus & laudibus*, Libris III. ipse Saxo luculenter scripsit WERNERVS ROLEVINCK, qui *Tomo III.* Scriptor. Rerum Brunsuicensium Leibnitii extat. In eorundem *Saxonum* magnae, ac libertatis auitae tenacissimae gentis, origines, quantum fieri tum poterat, sagaciter indagauit REINERVS REINECCIVS, Steinheimius, Commentatione de *Saxonum Originibus*, hisque implicata atque annexa de vrbe & Ducatu Brunsuicensi, exquisitione, occasione controuersiae Ducum Brunsuicensium cum Ciuitate huius nominis, iussu Superiorum, ex Auctoris autographo expressa, *Helmaestadii 1612.* & *1620. 4.* adiecta, quae huc pertinet, eiusdem Auctoris de *Angriuariis*, Saxonum populo & *Angaria* oppido, Commentatiuncula. Idem quoque, vir historiae Patriae perstudiosus de *Misenorum origine, rebus gestis, mutationibus, variis dominatibus & aduentu in Germaniam Lipsiae 1576. 4.* germanice scripsit, qui Commentarius in latinum translatus studio *Eliae Reusneri*, additus Fabricii originibus Saxonicis Edit. *Nic.* & *Eliae Reusnerorum.* PAVLVS quoque CYPRAEVS Slesuicensis, de *origine, nomine, priscis sedibus, lingua prisca, moribus antiquissimis, rebus gestis & migrationibus Saxonum, Cimbrorum, Iutarum & Anglorum* commentatus, quem libellum ex Pauli huius Bibliotheca edidit *Hieronymus Cypraeus*, Slesuicensis, *Hafniae 1622. 4.* & hodie est rarus. *De mixtione Populorum in Thuringia*, breuiter disseruit IOANNES SIMON PVRGOLD, *Ienae 1698. 4.* antiquos *Thuringos* a *Doriis* Graeciae populo deducere non adeo verosimiliter conatus; IOANNES IVSTVS WINCKELMANNV sedidit *gründlichen Bericht und Beweiß von Vrsprung und Anfang der Thüringer, Bremae 1694. 8.* Summo vero labore antiquitatum Thuringicarum indagator fuit CASPAR SAGITTARIVS, cuius operae auspicium fecit, edita Epistola, *de antiquo statu Thuringiae, sub indigenis, Francorum Germaniaeque Regibus, vt & Ducibus, Comitibus, Marchionibus, vsque ad ortum Landgrauiorum* ad Ioannem Schilterum, *Ienae 1675. 4.* Post eam datis in lucem *Antiqui-*

Antiquitatibus Gentilismi & Christianismi Thuringici, *Ienae 1685. 4.* inde *Antiquitatibus Regni Thuringici*, *Ienae 1685. 4.* demum, *Antiquitatibus Ducatus Thuringici*, *Ienae 1688. 4.* argumentum hoc grauiter, quantumque Theologus poterat, percoluit, variasque lucubrationes de aliis *Antiquitatibus Thuringiae* MSCtas reliquit, quas indicat IOA. ANDREAS SCHMIDIUS, Vita *Casparis Sagittarii*. *Origines* quoque *Doringicas* post Sagittarium peruestigare voluit MARTINUS CHRISTOPHORUS LAURENTIUS, Scholae Senatoriae Naumburgensis Rector, cuius *Origines Doringicae*, siue *Monumenta Sueuorum in Doringia*, *Numburgi 1706. 4.* prodiere. Nomen Thuringorum bonus vir ab Oberringer deducit, migrationes inde statumque Thuringicum describit, maiore ingenio, quam iudicio, iustisque praesidiis destitutus. Idem *Monumenta Romanorum in Thuringia* commonstrare voluit, *Gothae 1704. 4.* seductus similitudine nominum quorundam in vicinia Gothanae vrbis locorum. *Disquisitionem* pereruditam *de origine Thuringorum* accurate condidit amplissimus & eruditissimus Vir FRIDERICUS ZOLLMANNUS Consistorii Saxo Vinariensis Adsessor, qua simul multa singularia de Tungrorum, Germanorum, Hermundurorum & Burgundionum ortu annotauit, atque Mappam Geographicam adiunxit, digna certe quae formis impressa extet. De *Nariscis* quaedam compilauit CHRISTOPHORUS PHILIPPUS A WALDENFELS, Eques Voigtlandus, Monumento Historico, de *Maioribus nostris & Voigtlandis Nariscis*, *1662. 12.* De *Sueuis*, variis Populis Germaniae sub hoc generali nomine complexis, horumque migrationibus & fatis, studiosissime ex optimis scriptoribus commentatus IOANNES CASPAR BRECHENMACHER, *Notitia Sueuiae antiquae*, quam Dissertationis forma, Praeside *Burcardo Gotthelsio Struvio*, *Ienae 1716. 4.* proponebat, inde praefixo auctoris nomine, *Augustae Vindelicorum*, quae Auctoris patria erat, forma eadem 1716. anno 4. prodiit, qua ortum & progressum Sueuorum ab eo temqore, quo mentio eorum fit, ad infelix cum Francis ad Tolbiacum proelium & A. C. 496. exposuit. *Origines Alamannicas* ingeniose & docte inuestigauit, V. C. IOANNES GEORGIUS WACHTERUS, quae faciunt Dissertationem praeliminarem *Annalium Alamannicorum*, quos erudito orbi promisit. Editae hae origines in *Gundlingianis*, quae *Halae* 1723. 8. prodiere, Parte XXX. *p. 373.* Inde, eruditissimus Argentoratensium orator & historicus IOHANNES DANIEL SCHOEPFLIN *Alemannicas Antiquitates*, Commentatione Historica, ex optimis monimentis, dedit, eademque fata Veterum Alemannorum, vsque ad extinctam eorundem rempublicam annumque C. 496. tradidit. Coniungenda quae antea lucem viderat, de *Sueuia Gentili*, Dissertatio historica GEORGII IACOBI MELLINI, Lindauia Acroniani, *Ienae 1695. 4.* edita, sed ea accuratione, qua praecedentes, non est exarata. De *Sueuis* quoque Dissertationem inter Schedas manu exaratas seruat illustris I. G. ECCARDUS *Alpinas* aliquot *gentes*, harumque Tractum, cum descriptione priscae & verae Alpinae Rhaetiae concinnauit AEGIDIUS TSCHUDUS, quae Tomo I. Schard. f. 519. extat. *Triboccorum* veteris Germaniae Populi res cum Alsaticis attigit VLRICUS OBRECHTUS *Prodromo Rerum Alsaticarum* Volumine Primo, *Argentorati 1681. 4.* De *Boiorum Migrationibus* breuiter praefatus est, qui de *Claris Boehmeris* ad Ludouicum Philippum Boehmerum Dissertationem Epistolicam scripsit IOACHIMUS MEIERUS, Goettingensis Gymnasii Professor, *Goettingae 1701. 4.* Res vero Boiorum sub Carolingis eleganter exposuit IOANNES GUILIELMUS IANUS, Historiarum tum Professor Vitembergensis, de *Boioaria Francis subiecta*, Dissertatione, *Vitembergae 1715. 4.* Antiquorum *Silesiae* hodiernae habitatorum *Quadorum*, *Lygiorum*, *Elysiorum* nomina, sedes, migrationes, res, magno studio excussit historiae Silesiacae peritissimus MARTINUS HANKIUS cum Libro, quem inscripsit *de Silesiorum Nominibus*, quo apud veteres veniunt, *Antiquitates*, *Lipsiae 1702. 4.* tum altero: *De Silesiorum Maioribus Antiquitates*, ab orbe condito ad Annum Christi 550. *Lipsiae 1702. 4.* quibus subsecutae: *De Silesiorum rebus ab Anno C. 550. ad an. 1170. Exercitationes*, *Lipsiae 1705. 4.* Alii viri docti Gentium Germanicarum e patrio solo egressarum, varias cum Septentrionis, tum Romani Imperii orientem, occidentem & meridiem versus prouincias occupantium res scripsere. Quae ad Septentrionem migrarunt vel inde fuere progressi primum memorabo. Facit huc CONRADI PEUTINGERI de *inclinatione Romani Imperii & exterarum Gentium praecipue Germanorum commigrationibus Epitome* pauculas lineas

& vix

& vix dimidiam maximae formae pagellam complens, quam Beati Rhenani precibus inductus composuit; inde adiecta *Procopio* de rebus Gothorum, Persarum & Vandalorum, cum Praefatione *Rhenani* ex officina *Ioa. Heruagii*, *Basileae 1531. f.* edito *p. 687.* & denuo curante Georgio Schubarto cum *Sermonibus Conuiualibus* vulgata. Quo ex Schediasmate, plures, *duos peculiares libellos effinxerunt*; ita, vt vnum *de Imperii inclinatione*; alterum, *de Gentium migrationibus* Conradum edidisse persuadere lectoribus suis perperam voluerunt, vti erudite obseruauit V. C. *Lotterus Historia Conradi Peutingeri* p. 52. ROBERTI SHERINGHAMI Cantabrigiensis, Collegii Gonuilii & Caii Socii de *Anglorum Gentis Origine* Disceptatio, *Cantabrigiae*, *1670. 8.* edita. De *Originibus Gothicis*, praeter ea, quae Rerum Germanicarum Libris Tribus consignauit, singillatim scripsit BEATVS RHENANVS Dissertatione Epistolica ad *Bonifacium Amerbachium* ICtum, Scriptoribus Historiae Gothicae praemissa, postea vero *Peutingeri* Sermonibus Conuiualibus Edit. Ienensis subiuncta. GEORGII SCHVBARTI, Historici Ienensis, de *Gothorum ortu* Dissertatio, *Ienae 1676. 4.* per est erudita, & nitide scripta, vt omnia viri eruditissimi. Proposuerat sibi Descriptionem Reipublicae Suecicae, quam delineatam vidi ab eius manu, cuius caput facere debebat haec Disquisitio, in tabernis librariis hodie rara; Huc spectat quoque MATTHAEI PRAETORII *Orbis Gothicus*, typis *Monasterii Oliuensis 1688. f.* quo de originibus, sedibus, lingua, regimine, moribus, ritibus, &c. Gothorum exposuit. *Origines Langobardicas* ex membrana peruetusta edidit & Commentario ingenioso & praeclara eruditione pleno egregie illustrauit clarissimus vir IOANNES FRIDERICVS CHRISTIVS, qui CONRADI a LICHTENAV *Historiam Langobardorum* e Codice MSCto Ienensi emendatam & ex aliis Scriptoribus Excerpta quaedam addidit, prodiit libellus *Halae 1728. 4.* *Origines quoque Langobardicas* inter tot patriae vetustis rebus illustrandis inseruientes labores adornauit illustris IOANNES GEORGIVS ab ECKHART, quas in scriniis MSCtas delitescere, cum aliis merito dolemus. V. C. *Toenneri*, Sueci, de *Regno Longobardorum in Italia* Dissertatio aliis laudata, mihi nondum visa, qua simul, vti alii memorant, in origines gentis inquisiuit, migrationesque indicauit. De *Burgundionibus* egregie CONRAD SAMVEL SCHVRZFLEISCH *Historia Veteris Regni Populique Burgundionum* inter Dissert. H. C. N. X. *Origines Nationum & praecipue Saxonicae in Transiluania*, eruit curate, & nonnullas alias obseruationes ad nobilis huius prouinciae Iura spectantes adiecit VALENTINVS FRANCKIVS a FRANCKENSTEIN, Gubernii Regii in Transyluania Consiliarius intimus, Saxonicae Nationis Comes, & Ciuitatis Cibiniensis Iudex Regius. Opusculum primum prodiit *Cibinii 1696.* recusum cura *Ioannis Fabricii Helmstadii 1697. 4.* quibus adiungendi M. MARTINI KELPII Holduilagiensis Saxo-Transyluani, *Natales Saxonum Transsyluaniae* Dissertatione Academica, *Lipsiae 1684. 4.* *Vandalicas* res, & qui in horum oras immigrarunt *Slauorum* excussere, qui post NICOLAI MARESCHALLI, Consiliarii Megapolitani, *Annales Herulorum ac Vandalorum* Libris VII. *Rostochii 1521. f.* editos hodieque rarissimos, res patrias perquirendas putarunt, HECTOR nimirum GODOFREDVS MASIVS *Antiquitatum Mecklenburgicarum* Schediasmate Historico-Philologico, quod cum notis *Andreae Borrichii*, *Lubecae 1700. 8.* prodiit, qui tamen res sacras potissimum tractauit. *Origines Pomeranicas* docte perquisiuit CHRISTOPHORVS HARTKNOCHIVS singulari Dissertatione, quae de Republica Polonica Libris duobus doctissimi Viri fuit subnexa, p. 962. & MARTINI RANGONIS, ICti, *Pomeraniae Diplomaticae* siue *Antiquitatibus Pomeranicis*, *Francofurti ad Viadrum 1707. 4.* editis, addita, vbi & CONRADI SAMVELIS SCHVRZFLEISCHII *Origines Pomeranicae*, quae & inter Dissertationes Historico-Ciuiles extant; & AEGIDII van der MYLEN de *antiqua Pomeranorum Republica*, Disquisitio comparent, quae scriptiones omnes de Populis & Germanicis & Slauicis huius orae habitatoribus, memorant. De *Rugia Insula Maris Balthici* exstat Dissertatio, GEORGII GREENII, Professoris tum Historiarum Vitembergensis, *Wittebergae 1678. 4.* qua inter alia de Vandalis aliisque habitatoribus disquirit. Alii de Slauicis aliis Populis Scriptores sunt, GEORGIVS siquidem KRÜGERVS Dissertatione de *Serbis*, *Venedorum natione*, *vulgo dictis die Wenden*, *Vitebergae 1675. 4.* habita, ab illustri *Hoffmanno Scriptoribus Rerum Lusaticarum* Tom. II. *p. 237.* illata; IOANNES etiam GEORGIVS KVNSCHKIVS Disser-

Dissertationibus aliquot de *Lusatia*, *Witembergae* 1713. 4. egit, quarum prima, Sectione tertia de *variis Incolis Lusatiae* exponit, quae in laudata Collectione *Tom. II. p.* 293. comparent.

§. XXIII.

De Francis, nobilissimo Germaniae Populo aliquot Scriptores.

Francorum, nobilissimi inter Populos Germaniae ceterorumque victoris, origines, res, atque rempublicam multi eruditissimorum hominum descripserunt, quorum accuratissimum recensum instituit IACQVES le LONG *Bibliotheque Historique de la France*, *Parisiis* 1719. *f.* amplissimo volumine. Nos quosdam saltim, qui de originibus Gentis in Germania nostra petendis, & memorabilibus quibusdam, agunt, breuiter delibabimus. Primum enixe commendamus IOANNIS NICOLAI HERTII, qui non Giessenae Academiae, sed Germaniae omnis decus fuit, elaboratissimam *Notitiam Regni Francorum Veteris*, *a prima eius origine vsque ad excessum Ludouici Pii*, Imp. *Giessae*, 1710. 4. & Commentationum atque Opusculorum Volumine Secundo, *p.* 209. qua, praemissis Prolegomenis, de instituto, adiumentis, & subsidiis huius Scriptionis, de nomine Francorum & gentis regnique cum origine, tum progressu, de fine siue scopo Francorum, de personarum & rerum conditione in vetere illorum Regno, de summa potestate & subiectione, de consultationibus, imperiis & iudiciis, de bello, pace, foederibus, opibus & existimatione veterum Francorum apud exteros, de Regibus Francorum Merouingicae Stirpis, de Maioribus Domus & de Pipino, Carolo M. & Ludouico Pio accurate magno cum iudicio & selectu disserit. De *origine Francorum* libelli praestantiores sunt HERMANNI Comitis NVENARII, Praepositi Coloniensis, qui vnus ex instauratoribus bonarum artium studiorumque historicorum in Germania aeuo Maximiliani I. & Caroli V. erat, *breuis Narratio de origine & sedibus priscorum Francorum*, *Coloniae* 1521. 4. Eginharto, Editionis Nuenarii addita, *Collectioni Heruagianae*, *Basileae* 1532. *f.* & Tomo I. Scriptorum Rerum Francicarum du *Chesniano p.* 171. inserta; ANTONII SCHONHOVII, Canonici Regularis, *Commentatio Epistolica de origine & sedibus Francorum*, deque *Chamauis*, *Bructeris*, *Tencteris aliisque & quodnam vocis:* Germanus, *Etymon* ad Cornelium Gualterum, olim, cum nondum prostaret, magni habita, ab *Antonio* vero *Matthaeo*, *Analectorum veteris aeui* Tomo I. *p.* 57. *seq. Lugduni Batauorum* 1698. 8. edito, in manus eruditorum tradita; quae breuis est Germanasque origines Francis merito tribuit. In primis huc referendae IOANNIS ISAACI PONTANI *Originum Francicarum Libri VI. Harderuici* 1616. 4. qui raro hodie prostant, in quibus praeter Germaniae & Rheni Chorographiam, Francorum origines & primae sedes, aliaque ad Gentis in Galliam transitum, variasque victorias, instituta & mores pertinentia, ordine deducuntur, a prima origine ad mortem Clodouaei I. annumque Christi 511. Eruditissimus est discursus AEGIDII LACARRII S. I. Presbyteri, *de origine Francorum*, *qui trans & cis Rhenum habitauerunt*, *quique alii sint a Gallis antiquis*, illatus *Historiae Coloniarum* ipsius, *Claromontii* 1677. 4. editae. Nostro aeuo a doctissimis Galliae Germaniaeque viris *origo Francorum* curatius peruestigata. Etenim inter Academiae Regiae Inscriptionum Acta extat: *Dissertation dans la quelle on tache de demeler la veritable origine de François*, *par une parallele de leurs moeurs avec celles des Germains par* RENÉ D'AVBER DE VERTOT. Summus Vir GODEFRIDVS GVILIELMVS LEIBNITIVS, edita *de origine Francorum* paucularum pagellarum Disquisitione, celeberrimi nominis literis saltim initialibus signata, *Hanouerae* 1715. 8. antiquas Francorum sedes, antequam Romanis noscerentur, ad mare Balthicum in Holsatia, Ducatibus Lauenburgico, Mecklenburgico & Pomeraniae parte quaerendas, censuit, secutus Geographum Rauennatem, quem Porcheronus & Iacobus Gronouius ediderunt. Quae singularis sententia sub examen eruditum vocata, dans *Reflexions* de PIERRE IOSEPH de TOVRNEMINE Iesuite, *sur la Dissertation de Mr. Leibnits touchant l'origine de François*, quae extant dans les Memoires de Trevoux Art. II. Mensis Ianuarii, 1716. atque ab illustri & exquisitissimae doctrinae Iurisconsulto & Historico NICOLAO HIERONYMO GVNDLINGIO *in Gedancken über des Herrn Baron von Leibnitz Schrifft*, *de Origine Francorum*, Gundlingianorum P. III. *p.* 234. cumque *Leibnitius* Responsionem parasset, quae ab ipso *Gundlingio*, Parti Sextae *Gundlingianorum p.* 62. illata, dedit Parte Nona *p.* 295.

Replic,

Replic, auf die von dem Herrn von Leibniz beschehene Antwort de Origine Francorum. Ipse Leibnitius ad obiectiones quasdam Turnemini gallice respondit, quam Responsionem IOA. GEORGIVS ECCARDVS, cum patroni sui laudata Disquisitione curis posterioribus aucta & abs se annotatiunculis illustrata, Legibus Francorum Salicis & Ripuariorum *Hanouerae 1720. f.* editis, adiecit, qui & Sententias Leibnitianas illustrauit. Multa lumina ex Antiquitatibus Francicis petenda, & libris IOANNIS IACOBI CHIFLETII, Equitis, Regii Hispanici Archiatrorum Comitis & Archi-Ducalis Medici primarii, maxime vero ex ipsius *Anastasi Childerici Francorum Regis, siue Thesauro Sepulchrali Tornaci Nerviorum effosso & Commentario illustrato, Antwerpiae 1655. 4.* quo libro, post breue historiae Francicae ad Carolum M. vsque compendium, Thesaurum sepulchralem Childerici a. 1653. repertum, togam, instrumenta belli & ornamenta, Annulum Signatorium, Graphiarium, Pugillares, Gladium, Securim, Frameam, Equum bellatorem huiusque instructum, Aurum Argentumque signatum Regis Idolum mirae superstitionis, Apum aurearum symbola, opere caelato scite exhibita, eruditissime illustrauit; adiungenda EIVSDEM de *Ampulla Remensi noua & accurata Disquisitio,* cui additum Parergon de *Vnctione Regum*, contra *Iacobum Alexandrum Tenneurium, Antwerpiae 1651. f.* qua, dum controuersiam de Praerogatiua ordinis inter Francorum & Hispaniarum Reges agitatam, pro Hispano tractat, fabulam Ampullae Remensis aliasque res & antiquitates Francicas exponit. De *Iuramentis* veterum Francorum, culta est Dissertatio *sur les Sermens usitez chez les François*, par RENÉ d' AVBER de VERTOT Academiae Inscriptionum Francicae Socium, quae extat dans *Actes & Memoires de l' Academie des* Inscriptions, Eiusdemque *Discours sur l' origine de Loix Saliques l. c. T. IV.* & de Sepulturis Regum Francorum veterum *Discours sur les anciennes Sepultures de Rois de France* par Dom IEAN MABILLON Monachum Benedictinum e Congregatione S. Mauri, quae dans *les Memoires de Literature*, Tomo IV. reperitur. Plures huiusmodi Scriptores Antiquitatum Francicarum copiosissimo adparatu Longus recenset, indicata *Bibliotheca Historica Franciae*, instructissima.

§. XXIV.

Geographia veteris & medii aeui Germaniae a doctissimis quidem viris exposita, plene tamen cum primis quod ad Germaniam *mediam*, nondum est perculta, atque vota sunt concipienda pro felici successu laboris patriae fructuosi, quem docti viri promittunt. *Tabulae*, illustrando *veteri Orbi*, antiquis temporibus adparatae, paucae sunt superstites. AGATHODAEMON quidem Alexandrinus, Geographicas Ptolemaei rationes in tabulas digessit, sed vt recte censet *Christophorus Cellarius* Praefatione ad Lectorem Volumini primo Notitiae Orbis antiqui praemissa, *tantum habet fidei, quantum ipse Ptolemaeus*, de quo iam p. 7. egi. Seruata tamen fuit VETVS TABVLA PEVTINGERIANA, vulgo adpellata, item *Augustana*, & a quibusdam *Theodosiana,* de cuius constitutione, fatis & pretio cultissima *vitae atque meritorum historia* CONRADI PEVTINGERI, Augustani, qui possessor Tabulae fuit, erudite egit clarissimus Vir IOANNES GEORGIVS LOTTERVS, *Lipsiae 1729. 4. §. X. p. 61.* Est illa carta aliqua itineraria (quales apud veteres Romanos in Bibliothecis fuerunt, de quibus Propertius Libro IV. Elegia III. v. 36. Cogor & è tabula pictos ediscere mundos, & vti Suetonius Domitiano c. X. depictum orbem Terrae in membrana, memorat, addatur Eumenius Panegyrico c. XX.) Theodosio I. Magno imperante, circa Seculi IV. finem delineata, *qua*, Lotteri mei verbis scribo, *itinera Exercitus Romani illa tempestate per magnam occidentalis Imperii plagam facta describuntur. Auctoris nomen quamuis ignoretur, patet tamen intelligentibus, illam neque a quopiam erudito, & Geographicae artis perito conditam, neque hunc in finem concinnatam fuisse, vt orbis, quae tunc erat, terrarum faciem depictam exhiberet: quin potius a Metatore aliquo, qualium, tunc frequens Romanis vsus, descriptam esse, vt delinearet viarum stationumque rationes, instituendas Romanae militiae per varias Imperii prouincias, atque hinc demum conligi, male facturos esse, quicumque illam perfectae cuiusdam Tabulae Geographicae loco existimare praesumerent; tum vero illos iterum minus rectum pretium ipsi constituere, qui plane negligendam putarent, quin immo egregium quoddam vetustatis monumentum iure illam censeri, cuius beneficio*

tam multa Geographiae istius temporis vniuersim, quam celebratissimo praesertim illi Antonini Itinerario (de quo supra p. 10.) *lux commodari queat. Ceterum Peutingerianae adpellatio ex hoc ipsi haesit, quod Peutingerus, a Conrado Celte, qui primus illam casu in Coenobii cuiusdam Germanici Bibliotheca detexit, siue dono, siue pretio acceptam seruauit sollicite inter sua κειμήλια, non autem multorum more, ipsius inspiciendi copiam eruditis inuidit, sed amicis aduenisque litteratis aliis iucunde ostendit inter hos non postremus Beatus Rhenanus, in Commentariis Rerum Germanicarum plurimis locis, Tabulae istius mentionem fecit, vnde maxima doctos cupido incessit typis illam aliquando communi curiosorum vsui descriptam videndi, neque deesse voluisse nostrum ipsorum desideriis, sed serio in animo habuisse illius vulgandae curam, luculento prorsus indicio est Diploma aliquod Caesaris, quod iam anno MDXI. de illa edenda impetrauerat, interim abiecisse Peutingerum consilium illud insequenti tempore, euentus docuit; quamuis causa plane incomperta habeatur; nisi forte publica negotia, quae otium fere omne ipsi surripuerunt. Haec interim iactura ferenda erat aliquantum aequiori animo doctis, nisi grauior mox reddita fuisset, quum post Conradi obitum nullum amplius tabulae vestigium adpareret, ideoque illis spem omnem suam delusam conquerendi ansam praeberet, rediit vero tantisper animus, vbi interposito quadraginta & quod excedit annorum spatio contingeret, vt inter supellectilis litterariae Peutingerianae reliquias detegerentur Schedae duae, quas hanc ipsam desideratam adeo, totque votis expetitam tabulam esse indubiis plane argumentis existimabatur. mox illae ad manus illustris viri Marci Velseri perlatae, quamvis pro ea, qua in his literis ad miraculum vsque excellebat sagacitate deprehenderet facile, non esse schedas hasce verum illud atque genuinum Itinerarii ἀυτογραφον; sed fragmenta tantum ipsius ex maiori opere delineata, non tamen inuidenda illa eruditorum oculis censuit, quos praesentibus etiam libenter vsuros pernoscebat. igitur summa fide atque accuratione descripta ad Aldum Venetias transmisit, vt typis ibi ederet; atque explicationes addidit admodum luculentas, quibus tum librariorum errores emendauit, ab auctore inconcinnius posita commode interpretatus est, dubia vero aut incerta stabiliuit atque confirmauit. libri index hic est: Fragmenta Tabulae antiquae, in quis aliquot per Rom. prouincias itinera, ex Peutingerorum bibliotheca edente & explicante M. Velsero, Matthaei filio, Aug. Vind. cum priuilegio Venetiis* CIↃ IↃ XCI. *apud Aldum,* 4. *dedicationem ad virum ill. & nobil. Iacobum Curtium a Senfftenau S. R. I. Procancellarium, sequitur Praefatio, qua quae ad libri institutum cognoscendum pertinent, edisseruntur, interim iteratis vicibus repetita est horum Fragmentorum editio. etenim non multo post Velserum illa aeri incidi denuo curauit & Antuerpiae typis Ioannis Moreti* MDXCVIII. *vulgari* ABRAHAMVS ORTELIVS. *post hunc Theatro Geographiae veteris* PETRI BERTII *Amstel. anno* MDCXVIII. *f. inserta fuerat; quod idem fecit* IOANNES IANSONIVS *in accuratissima Orbis antiqui delineatione cum Tabulis Peutingerianis, Amstel.* MDCLIII. *fol. reg. denique comparent etiam in editione Operum Velseri Norimbergensi a.* p. 705. *ad* 772. *equidem recentiori aetate Claudius Nicasius, Menso Altingius, Adrianus Relandus, Henricus Christianus Henninius, & forte plures alii cogitationem susceperunt Fragmenta ista cum nouis iisdemque amplissimis Commentariis denuo exscribendi; nisi potentior mortis vis illorum destinata discussisset. interim dum sic, vel ipso Velsero praeeunte, aut omnis plane spes decollasset, aut minima certe superesset apud eruditos, veri aliquando Tabulae Peutingerianae exempli ἀυτογραφου detegendi, accidit aetate nostra mirabili fortunae fauore, vt ex obscurae illius noctis vinculis, quibus per ducentos fere annos constrictum in puluere & squalore delituerat, in lucis auras, inuidendo maioribus nostris euentu, protraheretur. & seruasse omnino videbatur illius inueniendi gloriam arcana fati prouidentia alicui, qui cum generis tum doctrinae atque meritorum ornamentis, antiquitatis praesertim studio aetatis suae Peutingerum exacte referret atque adeo dignissimus foret, qui cum Peutingero ob seruatum tam insigne vetustatis monimentum in immortalis laudis societatem veniret, est ille illustris atque amplissimus Vir Volfgang Iacob Sulzerus, filius, qui dum Augustae Anno* MDCCXIV. *mense Iulio forte Bibliothecam Peutingerianam curiosius perlustraret, in hanc tabulam simul incidit, atque instituta sollicite cum Apographis Velserianis comparatione, obseruatisque curate, quae Velserus descripserat, integri exemplaris indiciis atque propriis characteribus, veram illam esse atque genuinam Tabulam Peutingerianam detexit. nunciata haec res statim per literas publicas,*

(*Neue*

(*Neue Zeitungen von gelehrten Sachen An. 1715. p. 116.*) *mirum, quantum apud intelligentes excitauit gaudium. accidit interim, vt non multo post famigerabilis apud Augustanos bibliopola Paulus Kuhzius prudentiorum consilio illam a Desiderio Ignatio Peutingero salubri admodum pretio redimeret, venum iterum expositurus si emtor opportunus contingeret, nec defuisse plures Helenae huius proci dicuntur; quos inter tamen vnus omnium Serenissimus Sabaudiae Princeps* EVGENIVS, *heros maximus, idemque Musarum Hercules incomparabilis, reportauit, cuius inter gazas litterarias, vel regibus inuidendas, adeo iam adseruatur κειμήλιον hocce praestantissimum, paremque Velsero commentatorem expectat.* Haec de nobilissimo Geographiae Veteris monimento LOTTERVS. Quae non ingrata erunt iis, quorum in manus, libelli Academici Germanorum rarius peruenire solent. Iam vero illi indicandi veniunt, qui dum *omnem Geographiam veterem* tradunt, Germaniam quoque attigerunt, nimirum ABRAAMVS ORTELIVS, Regis Hispaniarum Geographus, qui *Theatro* suo *Orbis Terrarum, Antuerpiae 1592.* & curatius *ibidem 1624. fol. reg.* edito, *Parergon Geographiae veteris* adiecit, Germaniam quoque complexum. *Sed quidquid est huius operis*, iudicat Cellarius, laudato iam libro *non absolutum id habendum est, sed quod ipse Ortelius Conatus tantum Geographicos vocauit: cui si quis curam intenderit maiorem, illico perspiciet, quae addi sane vel immutari, vel abiici etiam postulent. Eadem*, eodem iudice perito, *ratio* est PHILIPPI BRIETII, *minorum Tabularum*, quae *Parallelis Geographiae Veteris & Nouae, Parisiis 1648. 1649. 4.* editis, insertae. PETRI BERTII insigne *Theatrum Geographiae Veteris Amstelodami 1618. f.* reg. editum supra p. 8. recensui, cuius *Libri Tres Commentariorum Rerum Germanicarum, Amstelodami 1632. 4.* editi, pro temporum subsidiorumque ratione sunt egregii. De PHILIPPI CLVVERII Germania antiqua, quae potissimum hucfacit, iam *p. 13.* exposui. IOHANNES IANSONIVS, NICOLAVS SANSONIVS aliique, qui de vetere Geographia commentati alibique in Catalogo Historicorum Fresnojo-Menckeniano N. VIII. indicati, huc ex parte faciunt, cumprimis autem CHRISTOPHORI CELLARII *Notitia Orbis Antiqui*, cuius Tomus I. *Lipsiae 1701. 4.* Tom. II. *ibid. 1706. 4.* editi, prior recusus *Cantabrigiae 1703. 4.* qui Libri *II.* Cap. *II. V.* cumprimis & *VII.* quae de Germania adsidua diligentia in Scriptoribus graecis ac romanis reperire poterat, laboriosissimus Vir, congessit, Tabulasque emendatiores exhibuit. Multum ad illustrandam Geographiam Germaniae sub Romanis Scriptiones eae conferunt, quae de castellis, stationibus, Coloniis Romanorum in Germania exponunt. Quasdam harum inuestigare coepit IOANNES BASILIVS HEROLDVS, Hochstatensis, non vno labore de communis patriae rebus meritus, Commentariolo, de *Romanorum in Rhaetia literali stationibus, ac ex iis vicorum, municipiorum & villarum qui hodie supersunt Originibus*, singulatim olim editus, inde Schardiano *Tomo I. f. 585.* illatus, vbi & *f. 577.* AEGIDII TSCHVDI extat ad *Beatum Rhenanum* Epistola de *Lentiensium Germanorum, Augustae Vindelicorum Octodori Veragrorum, Equestris Coloniae nomine & situ, cum explicatione nominum aliorum quorundam in Germania locorum.* Iungi potest STEPHANI BROELMANNI Agrippinensis JCti, *Ciuilium Rerum memoria dignarum Ciuitatis Vbiorum & Coloniae Claudiae Agrippinensis Commentarii Pars I.* quae est *Originum deque veteribus trans Rhenum Sedibus, Republica, moribus, potentia* vsque Foedus cum Romanis & Annum Romanae V. C. IↃCXCV. cum Mappis Geographicis *f.* omne hoc opusculum XI. plagulis constat, & praefixus postea titulus: *Epideigma* siue *Specimen Historiae veteris omnis & purae florentis atque amplae Ciuitatis Vbiorum & eorum ad Rhenum Agrippinensis oppidi, S. B. A.* apud *Coloniam Claudiam Augustam Agrippinensem*, sumtibus auctoris *1608. f.* Qui singularium quidem Prouinciarum Germaniae Geographiam peruestigarunt FERDINANDVS FÜRSTENBERGIVS Praesul & Princeps Paderbornensis, Monumentis Paderbornensibus, quae nitidissima Editione *Amstelodami 1672. 4.* edita, *Francofurti & Noribergae 1713. 4.* & *Lemgouiae 1714. 4.* recusa, veterem *Saxoniam & Westphaliam*; MENSO ALTINGIVS *Descriptione secundum antiquos Agri Batavi & Frisii, vna cum conterminis, siue Notitia Germaniae Inferioris cis & vltra Rhenum, qua hodie est in ditione VII. Foederatorum, Tabulis Geographicis V. & Commentario repraesentata, Amstelodami 1697. 2.* Voll. accuratissime *Bataniam & Frisiam*, illustratam exhibuit, qui Duumviri omni Germaniae insignem, quod intelligentibus notum, lucem attulerunt. Ex his ipsisque

 fonti-

fontibus graecis & romanis profluxit, exquisito labore confecta IACOBI CAROLI SPENERI Professoris tum Halensis postea Vitembergensis, *Notitia Germaniae antiquae, ab ortu Reipublicae ad Regnorum Germanicorum in Romanis Prouinciis stabilimenta, Germaniae & Germanicarum Ciuitatum Statum & Conditionem plene declarans, Halae Magdeburgicae 1717. 4.* Liber certe praeclarus, in *sex* Libros diuisus, quorum *primus* Fines veteris Germaniae, & *alter* naturales eius notas, puta, siluas, fluuios & montes, enarrat; Libro *tertio* Populorum Germaniae instituitur consideratio; *quartus* Occidentalem, & *quintus* Orientalem & Aquilonalem Germaniam veterem repraesentat; *Sextus* excurrit extra Germaniae veteris limites & Germanos ostendit, qui in Sarmatia, Pannoniis, Norico, Rhaetia, in Italia atque in Belgica, antiquitus commorati sunt. Tabulas nouas Geographicas addidit, quarum vna omnes Germaniae veteris vicissitudines sistit, altera tertiaque Noricum Rhaetiamque atque Belgicam exhibent, quarta Germania exhibetur medii aeui, priorum Seculorum rationibus attemperata, etenim doctissimus Vir Conspectum Germaniae mediae, qualis Seculo VI. & post paulo sequentibus fuit, adiecit. Germaniae mediae notitiae quum magna sit inopia, vsusque tamen in grauissimis negotiis plane necessarius, magnae habendae sunt gratiae viris eruditissimis, qui vel primas Geographiae mediae lineas duxerunt, vel editis particularibus scriptionibus grauissimi laboris quaedam adiumenta dederunt. Quorsum pertinent PAVLI HACHENBERGII, Professoris Heidelbergensis, dum viueret, celeberrimi, *Germania Media*, publicis Dissertationibus in Academia Heidelbergensi proposita, in qua res mediorum Seculorum, quae a Traiano ad Maximilianum I. fluxere, ex priscis auctoribus recensentur, mores, ritus, leges, sacrae profanaeque ceremoniae illustrantur, dubia obscuraque Scriptorum Germanicorum loca explicantur, prodiit ex *Editione Secunda. Ienae 1686. 4.* & *Tertia, Halae 1709. 4.* quam GVILIELMVS TVRCKIVS curauit, qui Dissertationem de *Geographia Medii aeui* adiecit. Hachenbergii hic Liber quidem maxime ad eos Scriptores pertinet, qui generalem Germaniae descriptionem, & maxime veteris illius dederunt, habet tamen & argumenta, quae huc faciunt. Laudandus praeter hos insignis conatus CHRISTIANI IVNCKERI Historiographi Saxonici & Gymnasii tum Isenacensis Rectoris declaratus *Introductione ad Geographiam mediorum temporum*, maxime *Germaniae*, idiomate germanico scripta & *Ienae 1712. 4.* edita, apte satis disposita, variisque obseruationibus, quae viri lectio & apparatus ferebant, illustrata. Sed primae saltim, vt ipse Auctor modeste agnoscit, sunt Lineae, laborque hic arduus latissimeque patens, graues habet difficultates, quas expendit breui sed docto Programmate, quo suum de Geographia medii aeui conscribenda Consilium aperuit SIMON FRIDERICVS HAHNIVS, *Helmstadii 1717. 4.* edito, vbi, alioque loco Praefatione scilicet Tomi I. Historiae Imperii Germanici, Geographiam medii aeui, exacte inuestigatam promittit, cui labori idoneus in primis erat, in monimentis cartisque medii aeui versatissimus, quem tamen aliosque eximios labores mors turbauit. Illustris Vir IACOBVS PAVLLVS a GVNDLING Praefatione *Vitae Henrici VII. Imp.* praemissae *p. 2.* indicat, se pleniorem *Geographiam medii aeui*, labore absoluto in scriniis seruare, aliquando forte in lucem manusque eruditorum producendam, qua de caussa rogandus est vir eruditissimus, vt moras rumpat, atque ad tam necessarium opus, quae obseruauit, lubens conferat. Historiam *Finium* Germaniae mutatorum subinde egregie quidem, sed ita tamen vt suppleri & emendari & possit & debeat, dedit HERMANNVS CONRINGIVS erudito Tractatu de *Finibus Imperii*, qui ex auctiore ceteris & optima editione prodiit *Helmstadii 1696. 4.* & praeclare quoque hoc argumentum tractauit IACOBVS CAROLVS SPENERVS *Historia Germaniae Vniuersali & pragmatica* sub singulis Impp. & Regum periodis. *De Finibus vero Germaniae nunquam mutatis* egit Dissertatione Academica IOANNES MICHAEL WEINRICHIVS, *Erfurdiae 1710. 4.* qua inter alia docuit neque Germaniam antiquam maiorem fuisse praesenti, neque praesentem antiqua minorem. De *Veteris Heluetiae Finibus* exponit scripta ad illustrem *Godofredum Guilielmum Leibnitium* Dissertatione Epistolica IOANNES CONRADVS SCHWARZIVS Professor Coburgensis humanissimus, *Coburgi 1710. 4.* Magnam huius Geographiae mediae Germaniae nostrae partem conficit, accuratior *Pagorum & Gouarum* inuestigata consideratio. Pagos octoginta Germaniae superioris ex char-

ex chartis antiquis, quorum insignem numerum viderat & legerat enumerauit MARQVARDVS FREHERVS, Consiliarius Archi-Palatinus, *Originibus Palatinis*, quarum optima *Editio Secunda*, quae typis *Gotthardi Voegelini 1613. f.* prodiit. Idem *Voegelinus* in Tabula Chorographica quam *Freheri* Commentariolo *de Lupoduno* siue Ladenburgo, *antiquissimo Alemanniae oppido*, opusculo postumo curis & typis Voegelinianis edito *1615. f.* praefixit, aliquot Rheni Pagos indicauit. CXXX Pagos detexit diligentia HENRICI MEIBOMII Senioris, cuius Disquisitio *de vtriusque Saxoniae & vicinarum quarundam regionum Pagis* in opusculis viri Historicis variis *Helmstadii 1660. 4.* cura Filii editis *p. 82.* extat, eademque Rerum Germanicarum Scriptorum ab eodem Filio iunctim editorum Tomo III. inserta. Priscas quoque chartas studiose excutienti CHRISTIANO FRANCISCO PAVLLINI aliqui oblati, de quibus hi viri nihil omnino, seu parcius annotarunt, inde de *Pagis inprimis antiquae Saxoniae* Libellum ex vetustis tabulis confectum dedit, qui ipsius *Rerum & Antiquitatum Germanicarum* Syntagmati est illatus. *Antiquitates Pagorum & Comitatuum Principatus Anhaltini*, a temporibus Carolinis in quibus tamen terris Slaui sedes occuparunt ex Diplomatibus Archiui Coethensis solide exposuit CHRISTIANVS KNAVT, Doctor Medicus & Archiater Anhaltinus in Anhaltina historia egregie versatus. Veteribus noua quaedam miscent Scriptores de quibusdam Germaniae Regionibus & ciuitatibus, vtpote ADAMVS RECHENBERGIVS Dissertatione de *vetere Osterlandia*, de nomine amplissimae regionis, incolis Hermunduris, Sorabis, statu prouinciae exponens, quae *Dissertationum Historico-Politicarum* Volumine, Parte II. N. *XVIII. p. 510.* reperitur. De *Terra Aduocatorum, dem Voigtlande* IOANNES GEORGIVS PERTSCHIVS de *origine Voigtlandiae, Wonsidelae 1668. 4.* EHRENFRIED DVRRIVS, Dissertatione Academica, qua *Lineamenta Historiae de Terra Aduocatorum*, non indiligenter duxit *Ienae 1675. 4.* atque doctissimus Anonymus, Schediasmate vernacula scripto *Historische Nachricht vom Voigtlande, Ienae 1725. 8.* Nec omittendi qui sedes & pagos Slauicorum Populorum, qui in Germanicas Prouincias irruptiones fecerunt, variisque vrbibus, oppidis, villis nomina dederunt, studiose designarunt, quales FRIDERICI STRVNZII Disquisitiones *de duobus antiquis Saxoniae Pagis Nisani ac Daleminci*, qui Soraborum erant pagi, *Vitembergae 1714. 4.* atque CASPAR HENRICVS GRAVNIVS de *Dalemincia Slauorum*, primum a *Paullini* de Pagis Germaniae edita, inde hanc de antiquissimo hoc Pago eruditam Disquisitionem illustris *Hoffmannus*, *Scriptoribus Rerum Lusaticarum, Tom. IV. p. 155.* ad *p. 167.* inseruit.

§. XXV.

Scriptores Choro- & Topographici Germaniae vniuersales, recentiores.

Praeter FRANCISCVM IRENICVM, cuius *Exegesin Germaniae* iam pag. 17. laudaui, *Chorographicam Germaniae* omnis recentiorum temporum descriptionem, multo labore, vti iis, qui primas ducunt lineas, vsu venit, adgressus SEBASTIANVS MÜNSTERVS Linguae sanctae Basileensis Professor, vir diligentissimus, *Cosmographiae Vniuersalis*, Libris VI. quae latine *Basileae 1559. f.* vsque eundem annum continuata & Germanice, *ibidem 1534. f.* fuit edita aucta inde & emendatior reddita. E melioribus Editionibus Germanicis ea, quae *Basileae* 1588. f. prodiit, atque ad eundem annum *1588.* est continuata. Scio quidem, multa inesse huic operi, fabulosa minusque accurate inuestigata, annotauit tamen ex relatione praestantissimorum hominum quandoque singularia, quae alibi haut reperias. Prima editio, & ea quam iam memoraui Basileensis plura Monogrammata Regum & Imperatorum in Diplomatibus obuia, sistit. GABRIEL BVCELINVS Monachus Benedictinus, Weingartensis, *Germania Topo-Chrono-Stemmatographica, Augustae Vindelicorum, & Vlmae 1655. 1662. 1672. 1678.* IV. Voluminibus edita, summa quidem industria ex parte hoc argumentum attigit, credulus tamen saepe fuit, neque vnus vir operi par erat. Germania nostra merito superbit Voluminibus sumtuosis *Topographiarum* MARTINI ZEILLERI, *XXX. Tomis editarum, Francofurti ad Moenum 1649. seqq.* quibus Zeillerus, qui omnes Germaniae oras peragrauerat, regionum ac prouinciarum, vrbium, arcium fere omnium patriae nostrae, descriptiones dedit, in iis enarrandis accuratior & copiosior vbi subsidia accepit, vti in *Brunsuicensibus* factum, prodiit inpensis *Matthaei Meriani* caelatoris celeberrimi, qui figuras vrbium, locorumque memorabilium niti-

nitidissime procurauit, licet in multis rerum facies hodie insigniter sit mutata. An. 1692. Indice generali instructum fuit nobilissimum opus, qui f. editus. Summa capita inde, adiectis aliis dedit idem ZEILLERVS in *Itinerario Germaniae* d. i. *Reisebuch durch Hoch- und Nieder-Teutschland, auch angraenzende und benachbarte Koenigreiche Fürstenthüme und Laender, als Vngarn, Polen, Daennemarck, Schweden, so vor Alters zu Deutschland gerechnet worden sind, Argentorati & Francofurti 1674. f.* & minori adhuc Compendio, vtilissimo sane libro, quem inscripsit *Tractatus de X. Circulis Imperii Romano Germanici*, germanice, *Vlmae* ex Editione II. *1665. 8.* in quo emendauit quaedam, & suppleuit HIERONYMVS DICELIVS, edito iterum opusculo hoc Zeilleriano, sub elogio: *Reichs-Geographie, Lipsiae 1659. 8.* Extant quoque *Circulorum* aliquot, in quos diuisum est Germaniae regnum, *Descriptiones*, sed non ea qua debebant accuratione factae, optandumque omnino esset tales fieri publica auctoritate, collatisque peritorum hominum operis, tunc certe haberemus accuratiorem Patriae Geo-Choro- & Topographicam Descriptionem. Arcium montanarum aliarumque vel dirutarum iam, vel adhuc extantium descriptiones ex annalibus librisque vulgaribus dedit, qui varios libellos sub MELISSANTIS nomine edidit industrius Vir IOHANNES GODOFREDVS GREGORII, *Francofurti 1721. 8.*

§. XXVI.

Scriptores Historiae Naturalis Germanicae.

Post Geographicos Germaniae praestantiores auctores, breuiter laudandi qui Statum naturalem nobilissimae & tot bonis naturae felicis regionis descripserunt. De Germaniae Montibus, Fodinis Metallicis, Syluis, Hortis, Plantis, Fluminibus, Thermis & Acidulis diligenter collectum auctorum, qui tum extabant Catalogum, confecit laudatus supra MICHAEL HERTZIVS *Bibliotheca* Germanica *P. I. Sect. IV.* quem suppleuit multisque auxit celeberrimi Medicus & Physicus nominis IOHANNES IACOBVS SCHEVCHZER *Bibliotheca Scriptorum Historiae Naturali omnium Terrae Regionum inseruientium*, quae tanquam Historiae Naturalis Heluetiae Prodromus, *Tiguri 1716. 8.* lucem vidit, qua a p. *17.* ad *81.* amplo apparatu, ordine alphabetico, qui huc faciunt Scriptores indicantur, quos inde describere non necessarium duxi, quum libellus is in omnium sit manibus, nobisque haud constitutum sit dare, hic plenam omnium ad res Germanicas facientium librorum seriem. E nostris libellis adiungimus, quos alii non annotarunt doctas commentationes FRIDERICI STRVNZII Professoris Wittebergensis, de *Sylua Hercynia* ad illustrandum locum Claudiani in Carmine Panegyrico de quarto Honorii Consulatu vers. CCCCLI. sequent. Dissertationem, *Vitembergae 1717. 8.* editam; & CHRISTIANI FRIDERICI ATRMANNI de *Montis Tauni vero in Hassia Situ*, *Giessae 1723. 4.* Disquisitionem. *Origines* vero *Metallifodinarum in Germania*, doctissimus apud Helmstadienses Professor Humanitatis ERHARDVS REVSCHIVS inquisiuit, culto Schediasmate, *Helmstadii 1725. 4.* *Danubii* cum Rheno maximi fluuiorum Germanicorum, scaturigines, stilo historico illustrauit VRBANVS GODOFREDVS BVCHER libello *vom Vrsprung der Donau in der Landgraffschafft Fürstenberg 1720. 8.* operosiori vero splendidissimoque Opere descripsit ALOYSIVS FERDINANDVS Comes MARSILIVS sub titulo: *Danubius Pannonico-Mysicus, obseruationibus Geographicis, Astronomicis, Hydrographicis, Historicis, Physicis perlustratus & in Sex Tomos digestus, Hagae Comitum 1726. f.* VI. Voll. forma regia augusta. Optandum & eas partes, quas in Germania alluit, ita illustrari posse, qua Pannonicae & Imperii Turcici, sunt collustratae.

§. XXVII.

De Heroibus & viris illustribus Germaniae veteris & sequioris aeui.

Heroum Germaniae & illustrium bello & pace Virorum seriem si dare vellem, commemoranda mihi esset magna pars omnis historiae patriae. Nulla enim est illustris Familia, quae non habeat exempla virtutis in illustri posita, & ad omnem posteritatem laudanda. Indicandi tamen ex numerosissima serie aliquot literarum monimentis commendati. HENRICVS equidem OSTERDINGVS aliis ab AFFTERDINGEN, patrio sermone dedit das *Heldenbuch*, post aliquot veteres Editiones postremo auctior cum figuris recusus *Francofurti ad Moenum 1560. f.* quo *Arminii* aliorumque virtutes praedicat, fabularum maxime architectus & propagator. Tales de *Heroibus* Germaniae Narrationes, carmine maxi-

maxime complexae, inter Codices Bibliothecarum Germaniae hinc inde latent, si non ob res certe ob verba in lucem producendae, de quibus *Marquardus Freberus Originum Palatinarum* P. II. c. XIII. iudicium facit: *Hinc antiquissimae fabulae rythmis vernaculis consignatae, nescio quem Gybiconem Regem Wormatiae imperantem, nescio quod rosetum, (Rosengarten) virginea Crimhildis manu excultum, invictorumque heroum armis contra inuasores defensatum, crebrisque duellis & concertationibus sanguinolentum nobis decantant. Praesertim vero Sigefridi cuiusdam gigantis, quem ab immani robore & duritie telis imperuia, non vt Pelops ille humero fuit eburneo, sed totum Corneum dixere (Hürnin Seyfrid) fama ad miraculum increbuit: qui ludis Olympicis a Crimhilde illa regali puella indictis, & Theodorico Veronense (Dieterich von Bern) cum veteranis prouocato, consertis manibus multoque vtrinque sanguine fuso, Cadmea prope victoria inter alios depugnarit; ibidemque tandem sepultus, ceu alter quidam Hector, famosum monumento suo locum fecerit. Cuius etiam pro hasta ingens pinus ibidem ostentatur, ceu illa olim Pelia hasta, &*

nulli extra dominum vibrabilis ornus Achillei.

Quas naenias non tantum Henricus Osterdingus quidam, auctor monstrosae fabulositatis libri Heroici superiori saeculo confecti, lingua vernacula descripsit; sed & antiquissimo quodam Anonymi carmine Latino non absimile nugamentum de Gybicone Francorum Rege Wormatiae residente, eiusque filio Gunthario, tum Walthario Aquitano, & Haganone descriptum in membrana habeo: quod cum aliis eius farinae in Tomo Francicorum *ἀνεκδότων propediem edere meditor.* Sed non dedit vir summus, qui inde coniecturam facit, haec de Sigefrido fabulosa, forte de Sigeberto Maiore Domus, sub Theodorico Rege Francorum, qui cum vxore Crimhilde Wormatiae habitauerit, intelligenda. Certiora paulo sunt, quae de *Arminio* Cheruscorum Duce patriae suae liberatore, ex ipsius hostibus scriptoribus Romanis & Graecis, Tacito, Floro, Strabone, Velleio, Plinio, Suetonio, Dione Cassio, Seneca &c. annotauit illustrauitque ERNESTVS CASIMIRVS WASSERBACHIVS singulari Dissertatiuncula, quae ipsius libello de *Statua Harminii, Lemgouiae 1698. 8.* est subnexa. Huius Herois res pereleganti *Dialogo* laudauit, qui pro libertate sacra & ciuili egregie animatus erat, excellentis ingenii Eques Francus VLRICVS HVTTENVS, quo interlocutores sistuntur Arminius, Minos, Scipio, Hannibal, Cornelius Tacitus, qui Dialogus post mortem auctoris prodiit *Hagenoae 1529. 8.* inde *Wittebergae 1557.* apud *Io. Lufft*, cura *Philippi Melanchthonis*, & in *Simonis Schardii Tomo I.* Rer. Germ. *f. 425.* Edit. Basil. additus quoque *Ioa. Henr. Hagelgans* Dissertationi de *prisca Germanorum aetate Coburgi 1635. 12.* editae, & iterum *Lipsiae & Francofurti 1724. 8.* Historiam porro Arminii lingua germanica composuit GEORGIVS SPALATINVS, sub titulo: *Von den teuren Deutschen Fürsten Arminio ein kurzer Auszug aus glaubwürdigen lateinischen Historien, durch G. S. zusammen getragen und verteutscht, Wittebergae 1535. 4.* eandem Narrationem in romanum sermonem transfudit *Petrus Kenlerus*, quo habitu *Tomo I. Schardiano* Rerum Germ. *f. 501.* comparet. Iungenda CHRISTOPHORI ADAMI RVPERTI de *Arminio* Oratio, *Noribergae 1663. 12.* atque Dissertatio historico politica CONRADI SAMVELIS SCHVRZFLEISCHII, *Wittebergae 1677. 4.* & inter Dissertationes Historico-Politicas. DANIELIS CASPARIS de LOHENSTEIN opus heroicum, germanice, grauiter & accurate de *Arminii* & vxoris *Thusneldae* rebus & virtutibus scriptum, cuius *Tomus Primus Lipsiae 1689. 4. Secundus 1690. 4.* prodiit, linguae patriae cultoribus magis inseruit quam historiae, rebus enim vere gestis ingeniosae admixtae sunt fictiones, insignem tamen variae doctrinae apparatum ostendit. *Wittekindi*, magni Saxonum belli Ducis virtutes & res, docti viri certatim celebrarunt. Actorum Sanctorum Antwerpiensium *Ianuario* Mense, Tomo *Primo* prostat vita *VVittekindi M. Saxonum Ducis.* REINERVS porro REINECCIVS *VVittekindi, magni Regis* (vt errore putat) *Saxonum, Dynastae Angriuariorum* Effigiem, insignia, versus epitaphii, duabus Epistolis descripsit, deque eius *Monimento & oppido Angario* egit, quae Scriptiones *Helmstadii 1583.* f. & saepius editae, atque a *Iohanne Goes, Opusculis variis de VVestphalia* p. *193. 201.* cum Goesii Animaduersionibus in hanc commentatiunculam, insertae. Praeclarae sunt Dissertationes IOANNIS HENRICI BOECLERI de *VVitikindo, Argentorati 1671. 4.* & inter iunctim editas *Tomo II. p. 83.* CONRADI

SAMVE-

SAMVELIS SCHVRZFLEISCHII, de *VVittikindo M. VVitebergae 1698. 4.* & inter Dissertationes Historico-Politicas N. XXX. Edit. Berol. XLIV. qua solide probauit eum nec Regem, nec Ducem Saxonum territorialem & hereditarium fuisse. IACOBI ANDREAE CRVSII *VVittekindus M.* siue de vita rebusque eius Liber singillatim *Mindae 1679. f.* editus, atque Collectioni *Heineccio-Leuckfeldianae* N. V. insertus. De *Statura VVittekindi M.* Dissertatiunculam scripsit ERNESTVS CASIMIRVS WASSERBACHIVS, eademque inquisiuit, vtrum ob rerum gestarum celebritatem, an ob magnitudinem corporis nomen Magni fuerit adeptus? Adde illustrissimi Praesulis FÜRSTENBERGII, *Monumenta Paderbornensia.* Ex medio aeuo, plura Heroum exempla inter Scriptores de Regibus & Imperatoribus dabimus. Qui de *illustribus Germaniae Viris Catalogum* confecit HIERONYMVS ZIEGLERVS, *Ingolstadii 1562. 4.* aliorum indicio de Imperatoribus & Ducibus Germanorum agit, mihi nondum visus. HENRICVS PANTALEON Physicus Basileensis in *Prosopographia Heroum* atque *illustrium Virorum totius Germaniae Basileae 1565. 1566. f.* edita inter ingenio claros, & heroicis factis illustres, ex omni aeuo quosdam breuiter commemorauit. Heroum & Belli Ducum insignium Seculi XVII. horumque maxime qui Bello illi Germaniae fatali motibus Bohemicis, Danicis &c. interfuerunt, vitas & res memorabiles patrio stilo consignatas dedit NICOLAVS BELLVS in *Teutscher Nation und Kriegs Helden-Buch*, siue, vti etiam inscribitur: *Kayserlicher Triumpff-VVagen und Victoria*, cum imaginibus, *Francofurti ad Moenum 1632. 4.*

§. XXVIII.

Scriptores de Apostolis & Sanctis Germaniae & Germania Sacra.

Sanctorum Germaniae & doctorum christianismi, interque hos propagatorum potentiae papalis, nimirum Apostolorum sic nominatorum Germaniae, *Bonifacii* Saxonum, Frisonum & Thuringorum; *Kiliani* Francorum; *Emerani, Seuerini* ac *Ruperti* Boiorum; *Seruatii* Tungrorum; *Amandi, Florentii & Arbogasti* Alsatorum; *Galli & Columbani* Heluetiorum, multorumque inter Francos Occidentales, quorum Vitas exquire apud le LONG *Bibliotheque Historique de la France* Lib. II. c. II. Artic. II. seqq. atque aliorum, quorum nomina Scriptores & res Franco-Germanicae loquuntur, horum de vita & rebus ac martyriis Narrationes ex parte dant splendida & sumtuosissima illa volumina inscripta: *Acta Sanctorum, quotquot toto orbe coluntur, vel a Catholicis Scriptoribus celebrantur, quae ex latinis & graecis monumentis* collecta notisque illustrata Collectoribus *Iohanne Bollando, Godefrido Henschenio, Daniele Papebrochio, Francisco Baërtio, Conrado Ianningio, Ioanne Baptista Sollerio, Ioa. Pinio, Guil. Cupero, Petro Boschio* & aliis e Societate Iesu Presbyteris Theologis, quae secundum dies & menses digesta *Antwerpiae 1643. 1725.* hoc ordine prodierunt: *Ianuarius* Tomi II. f. *Antwerpiae 1643. Februarius* III. *ibid. 1658. Martius* Tomi III. *ibid. 1668. Aprilis* Tomi III. ibid. *ibid. 1675. Maius* VIII. *ibid. 1680. 88. Iunius* VII. *ibid. 1695. 1717. Iulius* IV. ibid. *1719. 1725.* XXX. Voll. Quae insignia volumina *Acta* vulgo *Sanctorum Antwerpiensia* audiunt & a studiosissimis Historiae Germanicae cultoribus cumprimis *Habnio* laboriose perquisita non solum integros tractus & libros, ad Historiam patriam perutiles seruant, sed singulares quoque circumstantias promunt, memorandarum rerum de personis illustribus horumque genere & fatis, inque ordinanda chronologia obseruationes dederunt, dabuntque inposterum. Enimuero magni illi Viri, qui Sanctorum titulos a posteris accepere, multum in republica nostra valuere Archi-Episcopi, Episcopi, Abbates, Principes Regni, Cancellarii & Administri Aulae fuerunt, grauissimarum & arcanarum rerum actores, consultores, promotores, testes. Idem pronunciandum de Domni LVCAE DACHERII, & Domni IOANNIS MABILLONII Monachorum Benedictinorum, e Congregatione S. Mauri, celeberrimi nominis, egregiis plane *Actis Sanctorum Ordinis S. Benedicti*, quae cum amplissimis eruditissimisque Praefationibus, *Parisiis* ab an. *1669. Nouem Voluminibus*, f. prodierunt. De quibusdam horum sanctorum ex numerosa serie, libellum ordine alphabetico compilauit, *de Sanctis Germaniae & Doctoribus, qui Germaniam ad Christi religionem conuerterunt* inscriptum, PETRVS MERSSAEVS, CRATEPOLIVS, *Coloniae 1592. 8.* CHRISTOPHORVS BROWERVS, doctissimus in Societate IEsu Vir, *Sidera illustria Sanctorum virorum qui Germaniam ornarunt*, congessit *Moguntiae 1616. 4.* luci

luci exposita, vbi extant: Commemoratio de *S. Bonifacio* atque Gregorio; *Vita S. Ludgeri*, primi Episcopi Mimigarnafordensis, seu *Monasteriensis*, ab Auctore coaeuo scripta; *Vita S. Pyrminii* Episcopi, descripta per *Othlonum* Monachum Fuldensem; *Vita* denique S. *Sturmii* primi Abbatis *Fuldensis*. Multos in primis S. *Bonifacius*, alias *Winfridus*, inter veteres & recentiores accepit praecones; Hos ex parte laudauit, qui in rebus Bonifacii multa notauit CASPAR SAGITTARIVS *Antiquitatibus Christianismi & Gentilismi Thuringiaci* L. III. c. XXVIII. p. 344. Primus ex veteribus est, WILIBALDVS, qui sororius erat Winfridi & Episcopus Eichstadensis, *Vitam* huius doctoris & martyris composuit, quae in *Henrici Canisii* Lectionibus antiquis *Tomo V.* Edit. in 4. *Tomo* vero *II.* Edit. *Iac. Basnage.* extat, atque *Epistolis* Bonifacii a *Nicolao Serario*, *Moguntiae 1605. 4.* vulgaris est addita, inserta quoque *Actis Sanctorum* Ordinis Benedicti *Tomo IV.* f. 1. cum Notis *Mabillonianis* & in *Actis Antwerpiensibus* cum Commentariis *Henschenianis* Mensis Iunii d. XV. *Altera Vita* Bonifacii, auctore *Presbytero S. Martini* Vltraiecti, scripta, qui eodem, quo Wilibaldus tempore vixit, prostat in *Actis Antwerpiensibus* ad d. V. Iunii; *Tertia*, auctore OTHLONO Monacho *Fuldensi* composita initio Seculi XII. & edita est a *Canisio* Lection. antiqu. *Tom. III.* Edit. nou. & in *Actis Sanctorum* Ordinis S. Benedicti *Tomo IV.* Res quoque Bonifacii a protestantium sacris addictis viris cum laudatae, tum sub examen reuocatae. Eodem tempore CYRIACI SPANGENBERG editus est *Bonifacius oder Kirchen-Historie von Thüringen*, *Schmalkaldiae 1603. 4.* & formis impressae IOHANNIS LEZENERI, Hardessiani, *Historiae S. Bonifacii des Deutschen Apostels genannt*, duabus Partibus, ex impressis & manu exaratis libris, intermixtis aliquot Epistolis Bonifacii, decerptae, *Erfurti 1603. 4.* Quaedam attigit IACOB WEBERVS *in XIV. kurtzen Historischen Predigten von Bekehrung der Teutschen und Thüringer wie auch der Stadt Ohrdruf*, editis per filium *Stephanum Weberum*, *Ienae 1606. 4.* Pereruditae & ex ipsis fontibus petitae sunt binae Dissertationes Historico-Theologicae de *Bonifacio Germanorum Apostolo*, quas V. Reuerendissimo IVSTO CHRISTOPHORO BOEHMERO Praeside, proposuit doctissimus Vir HENRICVS PHILIPPVS GVDENVS, Ecclesiae Cellerfeldensis in Hercynia Pastor primarius & vicinarum Superintendens, *Helmstadii 1720. 4.* Sancti LVLLI Archi-Episcopi *Moguntini*, *Vita* exquirenda *Tomo IV. Actorum Sanctorum* Ordinis Benedicti. Magna suo tempore in literas merita erant Beati RABANI MAVRI, cuius *Vita*, auctore RODVLPHO Monacho *Fuldensi*, eius discipulo, cum Commentario praeuio *Godefridi Henschenii* extat in *Actorum Antwerpiensium* Mense Februario ad d. IV. & cum Notis *Io. Mabillonii Tomo IV.* Actor. Benedictinorum. Multa cura & diligentia *de vita & doctrina* huius *Hrabani Magnentii Mauri*, Praeside IOANNE FRANCISCO BVDDEO disseruit M. IOHANNES CHRISTIANVS IVNGIOHANN, *Ienae 1724. 4.* *Coloniensium Sanctorum* plures *Vitas* diligentissimus rerum Coloniensium scrutator AEGIDIVS GELENIVS elaborauit, qui ipse Dedicatione Librorum IV. de admiranda *sacra & ciuili Coloniae magnitudine*, *Coloniae 1645. 4.* edita, ab se compositos memorat: *S. Engelbertum* Coloniensem, *illustratum ex Archiuis*, editum 1633; *Pretiosam Hierothecam in XII. SS. Coloniensium Episcoporum vita explicanda occupatam*; 1634. *Par S. S. Suibertum & Plectrudim 1640*; & alia ad hoc argumentum Opuscula huius perrara hodie, quae ibi excitat. Vitas Sanctorum *Treuirensium* diligenter recenset IACQVES le LONG *Bibliotheque Historique de la France* Lib. II. §. XXII. *p. 204.* quos sequuntur Metenses & alii Suffraganeorum. Ad *Salisburgenses* facit *Historia de Corpore S. Amandi Salisburgum translato*, *Salisburgi 1661. 4.* formis expressa & *Disquisitiones in vitam S. Vitalis Episcopi Sal. & Abbatis Monasterii S. Petri Salisburgensis*, *ibid. 1663. 4.* *Diuos Bambergenses*, Vitam nimirum *S. Henrici Imp. II.* & *S. Cunegundis* atque *Ottonis* illustrauit singulari libro IACOBVS GRETSERVS, doctus S. I. qui *Ingolstadii 1611. 4.* & vt quaedam exempla praeferunt *Augustae Vindelicorum 1612. 4.* editus, quum rarissimus inuentuque difficillimus esset, ab illustri de LVDEWIG Volumini *Scriptorum Rerum Bambergensium* recte illatus fuit, vbi & ANDREAE Abbatis *Bambergensis* de *Vita S. Ottonis* Libri IV. e membranis editi, cum *Gretserianis* collati atque illustrati obseruationibus *Valerii Iaschii*, Pomerani, Theologiae Licentiati, *Colbergae* alias editi *1681. 4.* comparent. NICOLAI SERARII S. I. *Notae & Animaduersiones ad Vitam S. Kiliani*

 Aucto-

Auctore anonymo scriptam, *VVirzburgi 1598. 4.* editae, quae magis curatae inter Opera Viri extant, a Domino de LVDEWIG Collectioni *Scriptorum Rerum VVirzburgensium f. 966.* illatae. *Vita S. Burcardi* Episcopi *VVirzburgensis;* item S. *VVillibaldi* Eichstadiensis; & *S. Adalberti;* MEGINFREDI & ARNOLFI Vitae *S. Emmerammi;* ANONYMI Vitae *S. Kiliani*; *Colomanni* & *Germani* it. *S. Guntheri* aliorumque *Tomo III.* Lectionum Antiquar. *Canisii* Edit. recent. prostant. IACOBI GRETSERI *Diui Eichstadenses, Ingolstadii 1617. 4.* primum editi, alteram editionem quam ipsis illustris de LVDEWIG promisit, expectant. *Vitam S. Vdalrici*, Augustanorum Vindelicorum Episcopi, auctore incerti Nominis, & *Vitam S. Seuerini* ab EVGIPPIO scriptam, edidit & illustrauit MARCVS VELSERVS, quae iam inter Opera viri summi *Noribergae 1682. f.* iunctim edita, leguntur. *Vita* Beati *Perpetui*, *Leodiensis* Episcopi & Confessoris, qui floruit Anno post Christum natum sexcentesimo, ex officialibus Ecclesiae Dionantensis Libris collecta, *Leodii 1601. 4.* prodiit. Alias plures iam mitto, quae cum tot editis nostro tempore Scriptoribus, condendae, quam multi promittunt, omnes intelligentes desiderant, GERMANIAE SACRAE egregia subsidia praebent. Quem arduum amplissimumque laborem nuper adgressus MARCVS HANSIZIVS S. I. *Germaniae Sacrae* Tomo Primo, *Augustae Vindelicorum 1727. f.* edito, quo Metropolim *Laureacensem* cum Episcopatu *Patauiensi* exhibet. Perelegans Germaniae Sacrae illustris compendium iudiciosa breuitate dedit celeberrimi nominis Iurisconsultus IOANNES IACOBVS MASCOVIVS de *Primatibus, Metropolitanis, & reliquis Episcopis Ecclesiae Germanicae, Lipsiae 1729. 4.*

§. XXIX.

Consilium Thomae Fritschii de Thesauro Antiquitatum Germanicarum edendo.

Ex his, quos memorauimus, maximam partem minoribus libellis aperte constat, quanto studio, docti viri Germaniae res curiose perquisiuerint quantique labores fuerint collocati, vt patrias antiquitates eruerent, & ita perficiendae Historiae Germaniae Iurisque patrii, cum publici tum priuati originibus noscendis, iusta subsidia pararent. Vti autem grauiter accurateque, elegantissimus Vir, qui Fritschiana Consilia de colligendo *Thesauro Antiquitatum Germanicarum*, Praefatione ornauit, censet: *Quam copiose id a singulis per longam temporum seriem praestitum, tam difficile, ne dicam desperatum, discendi cupidis adhuc fuit, omnia quae vsui hoc in argumento esse possint Scripta conquirere, ipsa non modo copia librorum eiusmodi, sed & raritate plerorumque desiderium hoc morantibus.* Quod igitur Romanarum Graecarumque rerum notitiae iuuandae Viri Celeberrimi *Graeuius* atque *Gronouius* fecerunt, vt in vnum quisque Corpus colligeret, quicquid ad alterutrius gentis Antiquitates illustrandas praestantissime compositum unquam inuenirent, id ad promouendum Historiae Germanicae studium, cuius tot ac tam strenui vindices hoc aeuo praesertim oriuntur, effectum dare constituit THOMAS FRITSCHIVS, Bibliopola Lipsiensis quondam clarissimus, acri vir ingenio, reique librariae peritissimus. Is THESAVRVM GERMANICARVM ANTIQVITATVM parabat, SELECTVM, in quem studiose conditurus, quae quouis tempore a Viris ingenii perspicacioris vi praeditis hoc in genere elaborata deprehendi potuerunt, ita, vt elaborata vere dici mereantur. Rationem eorum libellorum vberiorem reddere, & solidum de singulis ferre cogitabat iudicium, in Introductione praemittenda Operi, a Viro egregie docto variisque doctrinae monumentis iamdudum publice noto, IOANNE, nimirum GEORGIO ECCARDO, cui totum hoc Syntagma detulerat. Catalogum, hunc in finem, singulorum, quae Operi vniuerso constituendo collegerat, edita schedula in forma 8. historici & antiquarii studii Cultoribus inscripta, cum publico communicauit, eo consilio, vt omnes vbique eruditi ferre sententiam suam de hoc instituto, &, si quid amplius augendo huic Thesauro sit in ipsorum potestate, conferre, possint. Excitatus hac inuitatoria doctus vir, qui nominis literas saltim initiales prodidit B. L. R *Dissertationemque Epistolicam ad Thomam Fritschium Bibliopolam maxime inclytum* de *Thesauro Antiquitatum Germanicarum augendo & promouendo 1721. 4.* datam ex A. B. d. 14. Dec. 1720. formis inpressam, scripsit, qua quaedam de ordine argumentorum curatius faciendo, primum monuit, inde Catalogum bene longum adiungit variarum scriptionum dignarum, quae Thesauro huic illatae, vsui & ornamento essent. Dedissem vtrumque *Catalogum* & *Fritschia-*

Fritschianum & *Anonymi* hunc supplentem, nisi in superioribus fere omnia iam annotassem, additis locis & tempore impressionis, quandoque & breui iudicio. Quam vero omnes patriae antiquitatum cultores, conceperant de Thesauro hoc pulcerrimo & exquisitissimo spem eximiam, ea, cum morte *Fritschii* Reipublicae literariae sane funesta, fere decollauit. Bene tamen est, quod collecta iam studio Fritschiano opuscula rariora, Thesauro inferenda, vti indicio eruditissimi Viri cognoui, peruenerint in manus felices, Thesaurumque librarium instructissimum, Perillustris Viri, Domini HENRICI de BÜNAV, Consilii supremi Ecclesiastici Saxonici Electoralis Praesidis eminentissimi, qui adhuc Germaniam & Saxoniam cultissimis scriptis ornauit, nominisque immortalitatem sibi comparauit, cuius auspiciis & auctoritate vtinam prodiret tandem THESAVRVS ille, cuius opes Germani, Britanni, Franci Occidentales & qui ad Septemtriones sunt, originis Germanae nationes, magno desiderio expectant.

§. XXX.

Collectores Scriptorum Rerum Germanicarum, medii cumprimis aeui, & quidem prima Heruagiana.

Iam ad res medii aeui nobis est progrediendum. De qua Historiae Patriae parte praeclare cum maxime meriti, cordati illi sapientissimique Viri, qui Scriptores historicos varios, cum de rebus Germaniae vniuersim, tum de singulari prouincia, vrbe, memorabili re ac euentu, singulatim exponentes, post renatas in Germania literas, & diuinum artis typographicae beneficium inuentum, formis iam expressos, vel in puluere, exaratos manu delitescentes, in lucem euocatos, in certa *Corpora* & *Collectiones* redegerunt, vulgoque *Scriptores Rerum Germanicarum*, audiunt. PRIMVS, quantum ego quidem scio, vtilem hanc publicae rei, cum profanae, tum sacrae operam nauauit, tot editis emendate & nitide scriptoribus graecis ac latinis, clarum nomen adeptus Basileensium typographus IOANNES HERVAGIVS, qui ex sua officina dedit Volumen inscriptum: *VVittekindi Saxonis Rerum ab Henrico & Ottone I. Impp. gestarum Libri III. vna cum aliis quibusdam raris & antehac non lectis diuersorum Autorum historiis* ab anno *salutis D CCC. vsque ad praesentem, Basileae 1532. f.* Quae prima Collectio sequentes habet:

I. *VVitichindi* Saxonis Historiarum Libros Tres, cum annotationibus in eundem per *Martinum Frechtum* scriptis f. 1.
II. *Vitam Henrici IV.* Imp. a quodam eius temporis conscripta f. 53.
III. *Epistolas* aliquot *Henrici IV.* Imp. ad Pontificem & alios Principes f. 73.
IV. *Conradi Vecerii* libellum de gestis Imp. *Henrici VII.* f. 84.
V. *Hermanni* Comitis *Nuenarii*, Breuem Narrationem de origine & sedibus priscorum Francorum f. 102.
VI. *Eginhardi*, Vitam & gesta Caroli M. f. 107.
VII. *Aeneae Sylvii* de Bohemorum & ex his Impp. aliquot origine & gestis, ex codice MSCto, optimae notae f. 126.
VIII. *Liuthprandi* Ticinensis Ecclesiae Leuitae Rerum ab Europae Imperatoribus & regibus gestarum Libros Sex. f. 219.
IX. *Iacobi VVimpfelingii* Selestadiensis Epitomen Impp. Germanicorum, per eruditum quendam recognitam f. 315.
X. *Conradi* Episcopi Chronicon Rerum Maguntiacarum. Praemissus singulis Index Rerum & verborum memorabilium.

Quae quidem Collectio, licet minus sit ordinata, quia tamen prima est, & magnorum Impp. res complectitur obseruanda, raritate tamen maxime se commendat.

§. XXXI.

Collectio Secunda Rerum Germanicarum Simonis Schardii.

ALTERAM, debemus SIMONI SCHARDIO, Camerae Spirensis adsessori, de patria communi & iudicando & res eius illustrando singulariter omnino merito, cuius cura prodierunt: Quatuor celebriores vetustioresque Chronographi earum descriptionem ab orbe condito vsque ad tempora Henrici IV. imperatoris patriae imperiique vindicis & propugnatoris acerrimi, singulari fide & diligentia, quasi continua successione deducentes, ad publicam Historiae studiosorum vtilitatem in lucem reuocati, & longe emendatius quam antea *impressi*, *cum nouo Indice*, Francofurti ad Moenum, apud Georgium Coruinum, Sigis-

mundum Feyrabend & Haeredes Wigandi Galli 1566. f. Scriptorum nomina sunt:

I. *Ioannes* Turpinus de vita Caroli M. & Rolandi. f. 1.
II. *Rheginonis*, Abbatis Prumiensis Chronicorum Libri Duo f. 14.
III. *Sigeberti Gemblacensis* Coenobitae, Chronographia eiusque Continuator Robertus de Monte f. 59.
IV. *Lambertus Schaffnaburgensis*, alias *Hirsfeldensis* dictus f. 168.

§. XXXII.

Collectio Tertia Scriptorum Rerum Germanicarum Petri Pithoei.

TERTIAM publico dedit, iurisprudentiae elegantioris & rerum Francico-Germanicarum insignis cultor PETRVS PITHOEVS, hoc Titulo:

I.) *Ottonis*, Episcopi *Frisingensis*, Leopoldi Pii Marchionis Austriae F. Chronicon, siue Rerum ab Orbe condito ad sua vsque tempora gestarum Libri Octo;
II.) Eiusdem, de gestis Friderici I. Caesaris Aug. Libri duo, *Radeuici*, Frisingensis Canonici, de eiusdem Frid. gestis Libri II. prioribus additi;
III.) *Güntheri* Poetae, Ligurinus, siue de gestis Friderici Libri X;
Addita sunt & alia, cum ad Friderici, tum ad posteriorum Imperatorum Historiam pertinentia, quorum Catalogum proxima pagina notavimus. Ex quibus quaedam nunc primum, reliqua integriora longe quam antea eduntur, adiectis etiam notis & indice accurato, *Basileae* apud *Petrum Pernam 1569. f.*

Scripta ad *Iacobum Cuiacium* Epistola, quae huic Volumini est praemissa, de Typographo, cui auctor fuerit, vt omnes omnino, qui quidem alicunde recuperari possent, Germanicae Historiae supra nostram patrumque memoriam, Latinos Scriptores duobus Voluminibus concluderet, quorumue hoc primum est, subiungit: *Quid posthac praestiturus sit, cum in tempore, tum maxime in studiosorum hominum, qui hunc pro Repub. susceptum ab eo laborem, cum suis exemplaribus iuvare possunt, candore & liberalitate situm est.* Quod an vnquam prodierit, cum ignarissimis scio.

§. XXXIII.

Collectio quarta Scriptorum Rerum Germanicarum Henric-Petrina siue Simonis Schardii.

Hos antesignanos patriae amatores, alii maiori apparatu secuti. Enimuero, vrgente Typographo Basileensi, celebri *Henrico Petri*, idem ille SIMON SCHARDIVS nouae compilationi Praefationes praemisit, quam QVARTAM numero, quae a Typographo forte, nam hi quandoque lucri cupidi titulorum sunt inuentores, eulogium tale accepit: *Historicum Opus in Quatuor Tomos diuisum.*

Tomus Primus, *Germaniae antiquae illustrationem continet, in qua veterum Auctorum Descriptiones tam generales, quam speciales, cum doctissimorum Virorum elaboratis commentariis explicantur, omissae ab antiquis recentiorum studio & industria supplentur, praecipuae historiae Germaniae antiquae & nouae describuntur, Populorum migrationes indicantur, Regionumque ac Gentium appellationes recentes veteribus accommodantur, & aliae quam plurimae res liberali cognitione dignissimae continentur*, nimirum:

a. *Andreae Althameri* in Taciti Germaniam Scholia f. 1.
b. *Iodoci Willichii* in eundem libellum Commentaria f. 73.
c. *Henrici Glareani* in eundem libellum commentariolus f. 179.
d. *Philippi Melanthonis* Explicatio de vocabulis Regionum & Gentium, quae recensentur a Tacito f. 193.
e. *Bilibaldi Pirckheimeri* breuis Explicatio Germaniae ex variis Scriptoribus f. 200.
f. *Henrici Bebelii* Oratio ad Maximilianum I. Caesarem de eius atque Germaniae laudibus, f. 221.
g. *Eiusdem*, Carmina & Epistolae quaedam f. 235. 237.
h. *Eiusdem* Demonstratio Germanos esse indigenas f. 238.
i. *Eiusdem* Apologia pro defensione Imperatorum contra Leonhartum Iustinianum & alios, qui nomen Imp. extenuant f. 242.
k *Eiusd.* Assertio Imperatorem Christianum iure Christianissimum esse dicendum f. 254.
l. *Eiusd.* Opusculum de laude, antiquitate, Imperio, victoriis, rebusque gestis veterum Germanorum f. 256.

m. *Eiusd.*

m. *Eiusd.* de laude Sueuorum & Vdalrici Ducis Wirtembergensis & de proditione & captiuitate Ducis Mediolanensis f. 287.
n. *Ioa. Tritbemii* Epitome de origine Francorum f. 301.
o. *Iacobi VVimphelingii* Epitoma Rerum Germanicarum f. 349.
p. *Conradi Peutingeri*, Sermones Conuiuales ad illustrationem Germaniae pertinentes f. 401.
q. *Vlrici Hutteni*, Arminius Dialogus, siue de laude Germanorum f. 415.
r. *Hieronymi Gebwileri* Libertas Germaniae s. de origine Francorum eorumque Regibus, quos Germanos fuisse, vt & Ciuitates & Populos Transrhenanam ripam incolentes probat f. 433.
s. *Conradi Celtis* Opusculum de situ & moribus Germaniae f. 445.
t. *Æneae Syluii* Germania, in qua vrbes, Ecclesias, Principatus, Familias Nobiles Germanorum describit f. 449.
u. *Sebastiani Munsteri* Descriptio Germaniae vniuersalis & particularis veteris & nouae pro Tabula Nicolai Cusae intelligenda f. 467.
x. *Georgii Spalatini* de Arminio Germanorum Duce contra Romanos f. 501.
y. *Aegidii Schudi* Descriptio priscae & verae Alpinae Rhaetiae cum cetero Alpinarum Gentium tractu f. 519.
z. *Eiusdem* Epistola ad Beatum Rhenanum de Lentiensium, Germanorum, Augustae Vindelicorum, Octodori Veragrorum Equestris Coloniae nomine & situ, cum explicatione nominum aliorum quorundam in Germania locorum f. 577.
aa. *Ioannis Heroldi* Commentarius de Romanorum in Rhaetia litorali stationibus, ac ex iis de Vicorum, Municipiorum & Villarum &c. originibus f. 585.
bb. *Henrici* Glareani Descriptio Heluetiae cum Commentario *Oswaldi Molitoris*, Lucerini f. 598.
cc. *Eiusdem* Panegyricon, in laudem IV. Pagorum & XIII. Vrbium Helvetiorum, cum eiusdem *Molitoris* Commentario. f. 618.
dd. *Huberti Thomae*, Leodii, Commentarius de Tungris & Eburonibus aliisque Germaniae inferioris populis f. 637.
ee. *Petri Diuaei*, Louaniensis, de Galliae Belgicae Antiquitatibus, statum eius, quem sub Romanorum Imperio habuit, exponens f. 668.
ff. *Monachi* cuiusdam *Herueldensis* Chronicon, siue *Lambertus Schaffnaburgensis*, f. 694.
gg. Antiquitatis Studiosi siue *Martini Lutheri*, de Nominibus propriis Germanorum f. 816.

Tomus SECVNDVS, comprehendit ea, quae sub imperio Caroli V. Imp. in diuersis locis ac regionibus acciderunt, vsque ad inaugurationem Ferdinandi I. Imp. vna cum resignatione Imperii R. G. a Carolo V. facta, hosque libellos:

1.) *Georgii Sabini* de Electione & Coronatione Caroli V. cum *Hermanni* Comitis *Nuenarii* Epigrammatis quibusdam f. 827.
2.) *Hartmanni Mauri*, Opusculum de Coronatione Caroli V. Imp. apud Aquisgranum f. 852.
3.) *Hieronymi Balbi*, Episcopi Gurzensis, Vaticinium, de futuris Caroli V. Imp. successibus f. 872.
4.) *Ioannis Tetbingeri*, Pedii, Wirtenbergiae Libri duo, siue de Vlrici Wurtenbergici gestis in eo potissimum bello, quod ei a foederatis Sueuis illatum fuit. f. 875.
5.) *Eiusd.* Commentarius de Wirtenbergiae rebus gestis Vlrico principe f. 908.
6.) *Iustini Gobleri* Narratio de Bello Hildensheimensi inter Ericum Brunsuicensem & Episcopum Hildesheimensem Anno 1519. f. 949.
7.) *Auctoris incerti*, Narratio Succincta Rerum gestarum, quae in Dania & Suetia aliisque his finitimis locis ab Anno 1510. vsque ad annum 20. Christierno II. Rege Sueciae imperante acciderunt: quibus adiecta est eiusdem Regis vitae & Coronationis breuis Descriptio f. 955.
8.) *Iacobi Fontani*, Brugensis, de Bello Rhodio Libri Tres, f. 961.
9.) *Bartholemaei Latomi*, Arlunensis, Actio memorabilis Francisci ab Sickingen cum Treuirorum obsidione, tum exitus eiusdem f. 1019.

 10.) *Petri*

10.) *Petri Gnodalii* Historia rusticorum Tumultuum anno 1525. excitatorum & a Magistratibus repressorum f. 1031.

11.) *Galeatii Capellae* Commentariorum de rebus pro restitutione Francisci II. Mediolanensium Ducis Libri VIII. f. 1104.

12.) *Stephani Broderici* de clade Ludouici II. Hungariae Regis f. 1177.

13.) Commentarius de *capta* vrbe *Roma* a. 1527. ductore *Carolo Borbonio* cum Praefatione *Ioachimi Camerarii*, f. 1197.

14.) *Carolus* siue *Vienna* Austriaca, Poema, f. 1202.

15.) *Carolus* siue *Tunete*, Poëma f. 1204.

16.) *Viennae Austriae* Vrbis a Solymanno Sultano obsessae Historia f. 1207.

17.) *Michaelis Soiteri* a *Vinda* Belli Pannonici per Fridericum Comitem Palatinum contra Solymannum gesti, Liber vnus f. 1226.

18.) *Henrici Cornelii Agrippae* Narratio de duplici Coronatione Caroli V. Imp. apud Bononiam a. 1530. f. 1256.

19.) *Ioannis Dantisci*, Episcopi Culmensis, Victoria Sigismundi I. Regis Poloniae contra Waiwodam Muldauiae f. 1275.

20.) *H. Eobani Hessi*, gratulatoria Acclamatio ad Philippum Hessorum Principem de victoria *Wirtenbergensi*, f. 1277.

21.) *Nicolai As. Barbati* Oratio de expulso & restituto Duce Wirtenbergensi Vlricho f. 1284.

22.) *Michaelis Augusti* Wirtenbergensis Gratulatio ad Patriam de reditu Principis Vlrici f. 1301.

23.) *Lamberti Hortensii*, Montfortii, Tumultuum Anabaptisticorum, Liber Vnus f. 1305.

24.) *Antonii Coruini* Libellus ad Georgium Spalatinum de miserabili Monasteriensium Anabaptistarum obsidione, memorabilibus rebus, tempore obsidionis in vrbe gestis f. 1331.

25.) *Ioannis Etropii* Diarium Expeditionis Tunetanae a Carolo V. Imperatore anno 1535. susceptae f. 1341.

26.) ex *Pauli Iouii* Historiarum sui temporis Libro XXXIII. Fragmentum, eadem de re quibusque artibus Hariadenus Barbarossa Regno Tunetano potitus sit. f. 1382.

27.) *Nicolai Villagogni*, Equitis Rhodii, de Caroli V. Caesaris Expeditione in Africam ad Argieram f. 1419.

28.) Epigrammata varia de *Aphrodisio*, quod vulgo Africam vocant, expugnato f. 1428.

29.) *Ioannis Christophori Calueti Stellae* Commentarius de Aphrodisio expugnato f. 1429.

30.) *Christophori Richerii*, Thorignei de rebus Turcarum ad Franciscum I. Gallorum Regem Libri V. f. 1447.

31.) de Origine *Turcarum* & ortu Ottomanni Commemoratio f. 1483.

32.) Ordo ad disciplinam Turcicae militiae f. 1487.

33.) Commemoratio causarum a Schmalkaldici Foederis Sociis edita *Belli* a se contra *Henricum Brunsuicensem* Anno 1542. suscepti, cum expositione Historiae quomodo ab iisdem ducatu exutus & captus sit f. 1513.

34.) *Mauritii* Ducis Saxoniae iisdem de rebus Narratio, cum Epistolis eorumque consiliariorum f. 1536.

35.) ex *Pauli Iouii* Libris XLIV. Historiarum sui temporis de Bello *Iuliacensi* Fragmentum f. 1548.

36.) *Ioa. Martini Stellae* de Turcarum in Regno Hungariae Anni 1543. & 44. successibus ad Fratres Epistolae Quatuor a f. 1555. ad 1569.

37.) *Eiusdem* Descriptio & Munitiones *Altenburgi* Arcis Dotalis Reginae Mariae f. 1571.

38.) *Eiusdem* Descriptio & munitio vrbis *Viennae* f. 1574.

39.) *Lamberti Hortensii*, Montfortii, de Bello *Germanico* Libri VI. f. 1578.

40.) Descriptio Pugnae, qua Ioannes Fridericus Elector Saxoniae a Caesare non procul a *Mülberg*, Saxoniae oppido, die 24. Aprilis Anno 1547. captus est, f. 1664.

41.) *Nico-*

41.) *Nicolai Mamerani* Narratio de Inuestitura Regalium Mauritio Duci Saxoniae 24. Febr. anno 1548. facta f. 1667.
42.) *Sebastiani Besselmeieri* Historia Belli Magdeburgensis Anno 1550. & 1551. gesti f. 1684.
43.) *Ioannis Sambuci*, Narratio Rerum ad Agriam anno 1552. gestarum f. 1717.
44.) Expugnatio arcis *Temeswari* ab eodem descripta a. 1552. f. 1734.
45.) Historia Expeditionis ab Henrico II. Rege Francorum in Germaniam susceptae & occupatae ab eadem Vrbis *Metensis* & a Carolo V. obsessae, desumta ex Libro XXIV. Commentariorum *Ioannis Sleidani*, f. 1740.
46.) *Thomae VVinzeri* Dresdensis Historia infelicis pugnae inter *Mauritium* Electorem Saxoniae & *Albertum* Marchionem Brandenburgicum, vna cum Mauritii Funeris & sepulturae descriptione, addita Georgii Fabricii Epigrammata f. 1769.
47.) Epigrammata alia in eundem Electorem & Ecloga de eius morte f. 1787.
48.) *Ioachimi Camerarii* Oratio ad eiusdem funus Lipsiae cum praeduceretur 13. Calend. Iul. habita f. 1790.
49.) *Iacobi Basilii Marcheti* Despotae Sami Narratio & Dialogus, de *Morini* quod *Therouanam* vocant & *Hedini* expugnatione deque proelio ad *Rentiacum* & omnibus inter Caesareanos & Gallos vsque ad annum 1555. vario euentu gestis f. 1803.
50.) *VVolffgangi Lazii* breuis Descriptio rei contra *Turcas* a. 1556. gestae, cum adiecta Chorographia f. 1810.
51.) *Basilii Ioannis Heroldi*, Historiola, Dialogo confecta, Rerum contra Turcas auspiciis *Ferdinandi* Austriaci Caesaris F. an. 1556. in Interranensi Pannonia gestarum, f. 1816.
52.) *Nicolai Mamerani*, Relatio siue Epitome rerum *Caroli V.* Imp. gestarum, ab ipsius Electione anno 1519. mense Iunio facta, vsque ad annum 48. f. 1840.
53.) *Eiusdem* Epigramma de laboribus *Caroli V.* f. 1849.
54.) *Hadriani Barlandi*, Professoris Louaniensis Narratio historica *Papiensis* Obsidionis, & eorum quae in ea acciderunt f. 1849.
55.) Narratio, quomodo a Caesareano exercitu 6. Maii Anno 1527. *Roma* capta & direpta sit f. 1855.
56.) *Ioannis Stapbssti* Oratio de causis excidii Vrbis *Romae* a. 1527. ad Rotae auditores f. 1858.
57.) *P. M.* Oratio de capta & direpta Vrbe *Roma*, a. 1527. f. 1860.
58.) *Gerardi Bucoldiani*, Physici Regii, breuis narratio de puella, quae sine cibo & potu vitam per annos aliquot egit f. 1866.
59.) *Damiani* de *Goes* Equitis Lusitani, de obsidione Louanii, & captiuitate sua ad Carolum V. narratio f. 1869.
60.) *P. V.* Narratio de vicissitudine rerum, quae anno 1553. mense Iunio in Regno *Britanniae* acciderunt, f. 1883.
61.) Narratio eorum, quae in *Regno Anglicano* conuentu Londini habito, inter Reges, Cardinalem Polum, & Populum, de Religione Pontif. restituenda acta sunt, f. 1891.
62.) *VVilhelmi Godeleuaei*, Historiola, de abdicatione seu renunciatione Imperii & Regnorum a *Carolo V.* Imp. Anno *1555.* & Electione *Ferdinandi* Imp. Anno *1558.* facta, rebusque, quae inter vtramque acciderunt, f. *1893.*

Tomus TERTIVS Historias complectitur, quae venerunt in gubernationem *Ferdinandi I.* Imp. vna cum Epitoma rerum gestarum, in variis orbis terrarum partibus, à confirmatione eiusdem Imperatoris videlicet ab Anno *1558.* vsque ad finem anni *1564.* hosce:

I. *Petri Lorichii II.* Narratio historica, de caede Melchioris *Zobelii* Wirzburgici Episcopi f. *1933.*
II. *Caspari Stiblini* Satyra in Sicarios, qui hunc Zobelium interfecerunt, f. 1939.
III. *Guilielmi Paradini* de motibus Galliae, & expugnato receptoque *Itio Caletorum*, f. 1944.

IV. Va-

IV. Varia Carmina & Gratulationes de *Calisio* hac capta f. 1961. vsque 1974.
V. *Michaelis Hospitalii* Carmen de Theauilla capta f. 1972.
VI. *Ioannis Aurati* varia Carmina in Ducem *Guisium* Henricum II. Regem F. & in *Ferrariani* Principis victoriam de Ducis *Parmensis* copiis f. 1973.
VII. *Dauidis Georgii*, Haeresiarchi vita & doctrina cadauerisque & librorum post mortem fata f. 1975.
VIII. Descriptio tertii Belli, quod Magnus *Ruthenorum* Princeps contra *Liuones* gessit a. 1558. f. 1989.
IX. Historia Belli *Dithmarsici* gesti a. 1559. a Friderico Rege Daniae & Slesvici ac Holsatiae Ducibus Eiusd. Regis Friderici Coronatio carmine descripta auctore *Hieronymo Hosio* f. 2002.
X. Elogia & Epitaphia varia in Ioannem *Ranzouium* Equitem Holsatum, auratum f. 2042.
XI. *Christophori Kellinghausen* de sepultura & exequiis huius *Ranzouii*, narratio f. 2045.
XII. Narratio, quomodo *Maximilianus II.* electus fuerit in Regem Romanorum a. *1562.* f. *2063.*
XIII. Narratio de ipsius Coronatione eodem loco & anno f. *2066.*
XIV. Conuiuii Caesarei Descriptio eodem die celebrati f. *2069.*
XV. *Adami & Nicolai Heydenorum* Historia de electione & inauguratione Maximiliani II. Romanorum Regis f. 2071.
XVI. *Ioannis Postbii, Martini Huberi, & Io. Lauterbachii* Carmina gratulatoria & Epigrammata ad Maximilianum II. huiusque electionem & coronationem f. 2078. 2084.
XVII. *Ebraimi Strotschenii*, Solymanni Turcici Caesaris legati ad Ferdinandum I. Imp. Sermo in conuentu Electorum & Principum d. *27.* Novembris *1562.* recitatus, cum Exemplo Literarum creditoriarum f. *2086.*
XVIII. Catalogus Electorum, Principum, Legatorum, Comitum &c. qui inaugurationi *Maximiliani II.* interfuerunt f. *2095.*
XIX. Expositio caussarum, quibus *Elizabetha* Angliae Regina commota est, cur militem coegerit, intuitu motuum Gallicorum f. *2111.*
XX. Ad confessionem, siue indicium *Ioa. Poltronii*, de caede *Francisci Guisii* Ducis Responsio Amiraldi Franciae & reliquorum, quorum nomina in eo indicio edita iactantur f. *2115.*
XXI. *Simonis Schardii* Epitome rerum gestarum in variis orbis partibus a confirmatione Ferdinandi Imp. sub eiusdem imperio ab anno *1558.* ad an. *1564.* f. *2123.*

Tomus QVARTVS, res gestas in se continet, quae incurrerunt in Maximiliani II. Imperium, sequentesque libellos:

a.) *Hieronymi* Comitis *Alexandrini*, Rerum a Turcis in Insula Melitae gestarum, tractatio, f. *2221.*
b.) *Ioannis Sambuci*, Expugnatio Arcis *Tokaji* Anno *1565.* per *Lazarum* a *Schwende* receptae f. *2257.*
c.) Historia *Sigethi* Slauoniae propugnaculi a *Solymanni* Turcarum Imp. exercitu An. *1566.* capti f. *2261.*
d.) Epitaphia varia in *Nicolai Zeriniae* Comitis mortem praesidium Sigethium &c. f. *2272. 2274.*
e.) *Huberti Langueti* Historica Descriptio susceptae a Caesarea Maiestate executionis, contra proscriptos, eorumque receptatorem, & captae *Gothae*, soloque aequati castri *Grimmenstein* An. *1567.* f. *2275.*
f.) *Simonis Schardii*, Epitome rerum gestarum, in variis orbis partibus sub Maximiliano II. Imp. ab Anno *1565.* vsque ad Anni *1572.* diem *21.* Iulii, f. *2285.* seq.

Singulis his Quatuor Tomis Indices Rerum praemissi. Editi *Basileae* ex Officina Henricpetrina *1574. f.* Constituerat equidem *Simon Schardius*, Wolffgangi Comitis Palatini Veldentini primum Consiliarius, inde per septem fere annos Camerae Imperialis Assessor, vti ex Praefationibus patet, amplissimum *collectorum Scriptorum Germaniae rerum Corpus dare*, sed morte ereptus, quartum Tomum vix absol-

absoluit atque illam, quae hunc claudit Epitomen, ad anni 1572. diem 11. Iulii saltim elaborando perduxit, quo anno ad meliorem vitam abiit. Typographus, qui sumtus fecerat supra laudatus, antequam Collectionem hanc in lucem ederet, *Nicolaum Cisnerum*, Adsessorem itidem Iudicii Cameralis, rerum Germanicarum peritissimum, rogauit, vt, quae ad opus tale patriae profuturum & absolvendum & ornandum haberet, adderet. Motus precibus & publicae vtilitatis cogitatione *Cisnerus*, singulari Epistola, quam *Quirinus Reuterus* ceteris Viri *Opusculis p. 467.* inseruit, addita praefatione, qua huius Dissertationis Epistolicae occasionem indicauit, qua de Schardii hisce Tomis sincere & libere iudicat, quidue in iisdem, quod ad materiam & ordinem desideret, quaque iusta ratione rerum Germanicarum Scriptores collocandi digerendique sint, exponit atque talem ordinatum magis & selectum Historiae patriae *Thesaurum* promittit, quem rebus humanis exemtus dare haut potuit. Schardianorum Tomorum Basileensis editio quum perrara esset, minutioribus typis, iterum prodiit, *Giessae Hassorum*, 1673. *f.*

§. XXXIV.

Quintam variorum ad res germanas libellorum congestionem faciunt multi, REINERI REINECCII, Steinhemii, in Francofurtana & Helmstadtiensi Academia Historiarum Professoris, qui varia opuscula historica, vel suo stilo elaborata, vel ex manu exaratis codicibus repetita singulatim diuersis annis *Francofurti ad Moenum 1580. 1581.* maxime edidit, quorum Bibliopolae quaedam exempla in vnum Syntagma, praefixo generali titulo *Scriptorum Rerum Germanicarum*, conduxerunt, cui compilationi, *Francofurti ad Moenum* locus, tempusque annorum 1577. 1580. 1581. *f.* adsignatum, credo tamen, saltim titulum esse mutatum, vti fieri solet a bibliopolis, nouos saepiuscule libros per rubrum producentibus. Insunt plerumque haec Opuscula: *Collectio Quinta Scriptorum R. G. Reineri Reineccii.*

1.) *Reineri Reineccii* Oratio de Historiae dignitate.
2.) *Wittechindi* Monachi Corbeiensis Annales; addita breuis Appendix de Familia & rebus gestis *Palatinorum Saxoniae*, e Chronico Gozecensi. It. Historia *Henrici Leonis* excerpta de Annalibus Helmoldi, Arnoldi & Saxonia Kranzii.
3.) *Ditmari*, Episcopi Merseburgensis, Chronici Libri VII. praemissa est vita Ditmari. Additae Expositiones de *veteribus Misniae Marchionibus* vsque ad Conradum Timonis F.
4. *Helmoldi* Chronica Slauorum, cum Supplement. *Arnoldi Lubecensis* & Historia Henrici IV. & Hildebrandi.
5.) *Monachi Peganiensis*, Historia de vita & rebus gestis *Viperti* Marchionis *Lusatiae*, Burggrauii *Magdeburgensis*, Comitis *Groicensis*.
6.) *Ioannis Garzonis* de Bellis *Friderici Admorsi* Landgrauii Thuringiae.
7.) Historia de vita & rebus gestis *Adolfi II.* Comitis *Nordalbingiae Holsatorum & Stormariorum*, excerpta de Annalibus *Helmoldi*. Add. e *Kranzii* Saxonia Synopsis de gente *Schaumburgia*.

Adiectae in quibusdam exemplaribus:

8.) *Reineri Reineccii* Origines Stirpis Brandenburgicae & Welforum prosapia, ex germanica lingua in latinam conuersae; It. Commentarius de Marchionum & Electorum Brandenburg. generis enucleatione per *Zollerenses* e *VVelforum* progenie deducta. It. *Georgii Sabini* Historia de vita *Hugonis & Theodorici* Marchionum *Brandenburgensium*, & de appellatione, situ, moribus ac populis *Marchiae Brandenburgensis*, & de *Brandeburgo* Metropoli Marchiae.

Quandoque adhaeret *Anonymi* vita *Henrici IV.* Imp. & *Bennonis* Vita *Hildebrandi*, *Francofurti* 1581. Venere tamen in manus meas exempla, vbi vnum alterumue horum opusculorum desiderabatur.

§. XXXV.

Sextam, eandemque multi vsus Collectionem, e Bibliothecis & Monasteriorum scriniis dedit IOANNES PISTORIVS, Nidda-Hassus, Medicus professione, Theologiae tamen & Historiae deditus, primum Protestantium, inde Pontificiorum sacris adscriptus, Constantiensis porro Canonicus & Ecclesiae Cathe- *Collectio Sexta Scriptorum R. G. Iohannis Pistorii.*

 dralis

dralis Vratislauiae Praepositus, Protonotarius, vti vocant, Apostolicus, Praelatus Pontificis domesticus & Rudolphi II. Imp. Consiliarius, quae his titulis primum inscripta: *Illustrium veterum Scriptorum, qui Rerum a Germanis per multas aetates gestarum Historias vel Annales posteris reliquerunt*, Tomus Vnus, *Francofurti apud Haeredes Andreae VVechelii*, *1583. f.* Secutus fuit *Tomus Alter*, *Francofurti 1584. f.* Demum, *Tertius* hoc elogio: *Rerum Germanicarum Veterum iam primum publicati Scriptores VI*, *Francofurti 1607. f.* Priores Tomi recusi fuere *Hanoniae 1613. f.* Vltimus vero *Francofurti* 1653. f. Cui postmodum nouus Titulus sequens fuit praefixus, vt forte Tomus hic singulatim vendibilis esset: *Rerum Familiarumque Belgicarum Chronicon Magnum, collectore ac editore Ioanne Pistorio, Francofurti ad Maenum, sumptibus Casparis VVaechtleri Bibliopolae 1654. f.* licet illa prior videatur esse Editio. Egregie quidem hac opera meritus de Patria *Pistorius*, id tamen adgnoscendum, ipsum errores, Scriptorum iam editorum non sustulisse, nec semper in Codicibus accurate edendis, eam, quae necessaria erat, curam, adhibuisse, quod Tertium cumprimis Tomum vtriusque Editionis qui corruptissimus est, conferentibus, facile patebit. Quum vero raro Tomi hi *Pistoriani* integri prostarent, operae sane pretium fecit illustris VIR *Burcardus Gotthelf Struuius*, qui emendatiores & instructiores ad vsus publicos Editione *Tertia* reduxit *Ratisbonae 1726. f. Tribus Tomis*, sub titulo: *Rerum Germanicarum Scriptores aliquot insignes, qui Historiam & Res gestas Germanorum, medii potissimum aeui, inde a Carolo M. ad Carolum V. vsque literis consignarunt.* Sedulus in eo fuit illustris editor, vti hi Scriptores emendatius excuderentur. *Siffridum* enim, & *Historiam Landgrauiorum Thuringiae*, cum Codicibus manu scriptis contulit: *Reginonem* antea corruptissimum, ex aliis Scriptoribus, vnde sua ille desumserat, emendauit, eademque ratione ceteris monimentis manum medicam caute adhibuit. Enimuero emendationum rationes in notis addidit, variasque obseruationes illustrandis Scriptoribus & Historiae eius temporis inseruituras adiecit, in iis maxime argumentis, quae ad res Germaniae spectabant. Parciores hae sunt in Tomo secundo & tertio, ea de caussa, dum saepe ad iam primo Tomo datas potuit prouocare, eas vero res, quae exteras gentes potissimum tangerent, Historiae patriae in maiore luce collocandae hoc labore vnice intentus, missas fecit. Praefationem, singulis Scriptis, de auctore huiusque & libri fatis, MSCtis ac editionibus strictim exponentes, praemisit, copiosioresque Indices, opitulante *Christiano Gottlieb Budero* confectos, adiunxit. Insunt vtilissimis hisce Tomis haec monimenta:

TOMO PRIMO:

1.) *Reginonis*, Monachi Prumiensis Annales, f. 1.
2.) *Hermanni* Contracti, Comitis Veringensis Chronicon f. 117.
3.) *Lambertus Schaffnaburgensis*, Hirschfeldensis Monachus de rebus gestis Germanorum f. 301.
4.) Appendix ad *Lambertum* scripta ab *Erphesfordensi* quodam Monacho f. 425.
5.) *Mariani Scoti*, Monachi Fuldensis, Chronicorum Libri Tres, f. 448.
6.) *Dodechini*, Abbatis in Monasterio S. Dysibodi ad Chronica Mariani Scoti continuatae Historiae Appendix f. 657.
7.) *Sigeberti* Gemblacensis Coenobitae Chronographia f. 689.
8.) *Roberti* de *Monte* Complementum ad Sigebertum, f. 864.
9.) *Siffridi* Presbyteri Misnensis, Epitomes Libri II. f. 1020.
10.) *Anonymi* Compilatio Chronologica, de diuersis Chronicis Pontificum & Imperatorum, ab initio mundi ad annum 1474. f. 1057.
11.) *Pauli Langii*, Episcoporum Citicensis Ecclesiae historia f. 1120.
12.) *Anonymi Erphesfordiensis* Historia de Landgrauiis Thuringiae f. 1296.
13.) *Annales Breuissimi*, de veterum Landgrauiorum Thuringiae origine, nuptiis, liberis, rebus gestis, f. 1366.
14.) *Ioa. Pistorii*, Genealogia Landgrauiorum omnium Thuringiae & Hassiae f. 1373.

TOMO SECVNDO:

1.) *Godefridi Viterbiensis* Pantheon f. 1.

2.) *VVer-*

2.) *Werneri Rolewinck* Fasciculus Temporum, omnes antiquorum Chronicas complectens f. 397.

3.) *Ioannis Linturii* Appendix ad Fasciculum temporum Werneri Rollewinck f. 577.

4.) *Hulderici Mutii* de Germanorum prima origine, moribus, institutis, legibus & memorabilibus pace & bello gestis Libri XXXI. f. 609.

TOMO TERTIO:

1.) *Magnum Chronicon Belgicum* collectore Ordinis S. Augustini Canonicorum regularium prope Nussiam religioso f. 1.

2.) *VVippo*, Presbyter de vita Cunradi II. Salici Imp. f. 457.

3.) *Traditionum Fuldensium* Libri Tres, f. 487.

4.) *Sigismundi*, religiosi Chronicon Ecclesiasticum f. 655.

5.) *Iacobi Manlii*, Brigantini Chronicon Episcopatus Constantiensis, postea ab alio auctum, adiectis Episcoporum Familiis f. 687.

6.) *incerti auctoris* Chronicon Episcoporum Mindensium f. 807.

§. XXXVI.

Collectio Septima Scriptorum R. G. Iusti Reuberi.

Septima Collectio prodiit cura IVSTI REVBERI, Consiliarii Archi-Palatini, qui *Veterum Scriptorum Tomum vnum* dedit *Francofurti ad Moenum 1584. f.* heredum Wechelianorum sumtu, quo Scriptores quosdam antiquos, lectu dignos, nec tamen eo tempore passim in tabernis librariis obuios, partim cum codicibus manu exaratis collatos, partim perquisitius & diligentius recensitos, typis denuo exscribi curauit. Quae tanto applausu excepta, vt breui tempore, nullis amplius exemplis in tabernis librariis venalibus, noua procuranda fuerit editio, quam *Hanouiae 1619. f.* e typographeo *VVecheliano*, suis dedere impensis, qui tum societatem inter se inierant, *Aubrii*, *Daniel* & *David*, nec non *Clemens Schleichius*. Sed & huius iteratae exemplaribus diuenditis, noua expetita fuit ab iis, quos omnes Collectiones Scriptorum Rerum Germanicarum possidendi tenuit desiderium, licet fatendum omnino sit, plures scriptorum in hunc Tomum relatorum, singillatim editos esse atque eruditis notis illustratos. Promiserat talem, *Immanuel VVeberus* Giessensium Historicus & ICtus, dedit vero *Georgius Christianus Ioannis*, V. C. qui hosce Scriptores, profligatis operarum erroribus elimauit, plerosque diuisit in Sectiones, tam minores quam maiores, vt commodius memoranda euolui & enotari queant, nouis maxime iisque luculentis auxit accessionibus. Praeter enim, quod I) ad *Turpinum*, duo Supplementa e *Lambecii* Commentario de Bibliotheca Caesarea Vindobonensi, attulit, II) *Roberto Monacho*, tum Notas *Barthianas* adiecit, tum etiam *Boamundi* Principis Antiochiae, ceterorumque sacri belli Ducum ad *Vrbanum* Papam *II.* Epistolam subiunxit. III) incerti Auctoris de Electione *Lotharii Saxonis* dedit narrationem; IV) Scholiis *Spiegelii* in *Guntheri* Ligurinum, tum *Conradi Rittershusii*, tum *Casparis Barthii* adnotationes inseruit. Nec V) negligendas putauit *Friderici II.* Imp. *Manfredi* Siculi, *Conradi IV.* Caesaris, & *Henrici* Regis aliquot Epistolas; quod ad res illorum cognoscendas facere videret. VI) *Henrici VII.* & *Ludouici IV.* Acta historiae magis illustrandae nonnulla huc retulit, illius quidem a) *Nicolai* Episcopi *Botrontiensis* Relationem de itinere ipsius Italico ad *Clementem* Papam *IV*; b) *Albertini* item *Mussati*, Historiam eiusdem Caesaris, nec non *Anonymi* Gesta *Balduini*, Comitis de *Lucenburg*, Archi-Episcopi Treuirensis, quippe quibus, plura res Henrici spectantia immixta sunt. Huius vero Ludouici, dicti *Mussati Ludouicum Bauarum*. Praeterea, Praefationes eruditas vnicuique Scriptorum & principio *Iusti Reuberi* breue elogium, praefixit, iisdemque memoranda multa de ipsis Auctoribus aperuit, notulas etiam quasdam hic illic adspersit atque Indicem per *Henricum Christianum Senckenberg*, Moeno-Francofurtensem, iam I. V. D. literatissimum, magna cura adornatum tabulamque Collationis paginarum editionis secundae cum nouissima commode monstrantem eodem auctore confectam, adiici curauit, vt adeo, ob has insignes accessiones, priores Editiones multum vincat, accedit quod, recenter licet impressa, rarior fiet, quan-

 do fa-

do fatali librorum incendio Francofurtensi; plura huius editionis exempla fuerint consumta. Insunt huic, praeter memorata iam luculenta additamenta:

1.) *Eginhardi* vita & gesta Caroli M. ad editionem Schminckianam f. 9.
2.) *Annales* Regum Francorum Pipini, Caroli M. & Ludouici a quodam eius aetatis *Astronomo*, Ludouici Regis domestico, conscripti f. 35.
3.) *Ioannis Turpini*, de vita Caroli M. & Rolandi Historia f. 97.
4.) *Liuthprandi*, Ticinensis Ecclesiae Leuitae Historiarum Libri VI. f. 137.
5.) *Hroswithae*, Sanctimonialis Gandersheimensis, Panegyris in laudem & res gestas Ottonis I. Imp. f. 226.
6.) *Henrici IV.* Imp. Vita, a quodam eius temporis conscripta. Eiusd. *Henrici* Epistolae aliquot ad Pontificem Romanum, aliosque Principes. f. 256.
7.) *Anonymi*, de Henrici IV. Imp. Bello contra Saxones. Historia carmine heroico scripta & Libris IV. comprehensa f. 287.
8. *Roberti Monachi*, de Christianorum Principum, in Syriam profectione a 1096. instituta & post deuictos Saracenos regni Hierosolymitani occupatione Libri IX. f. 308.
9.) *Guntheri* Ligurinus, f. de gestis Friderici I. Imp. Libri X. cum notis Spiegelii, Rittershusii, Barthii f. 446.
10.) *Conradi* Episcopi, Rerum Moguntiacarum Chronicon f. 761.
11.) *Conradi Vecerii*, de rebus gestis Henrici VII. libellus, f. 777.
12.) *Albertini Mussati*, Historia Augusta Henrici VII. Imp. f. 844. nouae huic editioni adiecta.
13.) Gesta *Balduini* de Luczenburch Archi-Episcopi Treuirensis & Henrici VII. Imp. f. 956.
14.) *Albertini Mussati* Ludouicus Bauarus ad Filium f. 991.
15.) *Ricardi Bartholini*, Perusini, de Bello Norico, Austriados Libri XII. cum Scholiis Iacobi Spiegelii f. 1007.

§. XXXVII.

Collectio Octaua Scriptorum Rerum Germ. Christiani Vrstisii.

Octauam Collectionem adornauit CHRISTIANVS VRSTISIVS, apud Basileenses Mathematum Professor, *Germaniae Historicorum illustrium, quorum plerique ab Henrico IV. Imperatore vsque ad annum Christi 1400. gentis eius res gestas memoriae consecrarunt*, fide & studio suo *duobus Tomis* in lucem edens, *Francofurti 1585. f. apud haeredes Andreae VVecheli*, recusos *Francofurti 1670. f.* non tamen eo, quo prima typorum nitore, nuper *Tertia Editio*, promissa fuit, nondum tamen vsque huc publicata. Praestans sane est Collectio, cum suo corpore septem nunquam antea editos Scriptores, hosque inter grauissimum prudentissimumque historicum *Ottonem Frisingensem* sistat. Ordo Scriptorum, hoc Volumine contentorum.

Tomo Primo:

1.) *Ottonis*, e Marchionibus Austriae, Episcopi *Frisingensis* Chronicon, a principio Mundi vsque ad tempora Friderici I. Imp. & a. 1146. f. 1.
2.) *Ottonis* de *S. Blasio* ad Librum Septimum Chronici *Frisingensis* continuatae historiae appendix, ad annum 1210. f. 197.
3.) *Hermanni Contracti*, è Comitibus Veringensibus, maioris *Augiae* monachi, Chronicon, in quo veteri Editioni alia quaedam priore & locupletior & emendatior e regione respondet ad a. 1054. f. 231.
4.) *Bertholdi* Presbyteri Constantiensis, Poenitentiarii Apostolici, Chronicon, de rebus post Hermanni Contracti obitum gestis ab amo 1054. vsque ad eius saeculi finem & an. 1100. f. 341.
5.) *Henrici IV.* Imp. Vita paulo post mortem eius, a quodam familiari conscripta, vna cum Epistolis ad an. 1106. f. 361.
6.) *Otto Frisingensis* Episcopus, de rebus gestis Friderici I. Barbarossae ad an. 1156. f. 403.
7.) *Radeuici*, Canonici Frisingensis Continuatio Historiae Ottonis F. ad an. 1160. f. 477.
8.) *Vetusti cuiusdam Auctoris* Appendix ad Radeuicum ad an. 1170. f. 558.
9.) *Conradi* Episcopi Rerum Moguntiacarum Chronicon ad an. 1250. f. 567.
10.) *Monachus S. Iustinae* Paduae, de rebus sub Ottone IV. & Friderico II. in Longobardia & vicina Marchia gestis, ad an. 1270. f. 581.

Tomo Secundo:

11.) *Dominicanorum Colmariensium* Fasti continentes Rerum Alsaticarum Annales, earundemque vberiorem enarrationem ad an. 1303. f. 5. & 37.

12.) *Conradus Vecerius*, de vita Henrici VII. Imp. vna cum Epistola eiusdem Caesaris f. 63.

13.) Fragmentum historicum *Aucteris incogniti* M. Alberti Argentinensis Chronico in MSCtis Codicibus praefigi solitum f. 74.

14.) *M. Alberti Argentinensis* Chronicon, (cuius antea non nisi Fragmentum extabat) integrum a Rudolpho Caesare, vsque ad annum 1378. f. 97.

15.) Eiusdem (vt videtur) M. *Alberti* Commentarius, de *Bertoldi* e Comitibus *a Buchecke* Episcopi *Argentinensis* rebus gestis ad a. 1353. f. 167.

16.) Sententia exauctorationis & priuationis *Wenceslai* Romanorum Regis lata an. 1400. f. 179.

§. XXXVIII.

Nonam Collectionem, magna cura ex thesauris literariis Palatinis, & suis, adornauit, ad res patrias curate percolendas natus MARQVARDVS FREHERVS, cuius *Rerum Germanicarum Scriptores aliquot insignes, qui gesta sub Regibus & Imperatoribus Teutonicis, iam inde a Carolo M. vsque ad Fridericum III. Imp. perpetua fere serie, suis quique Seculis, literis mandata posteritati reliquerunt*, prodierunt Tribus Tomis. *Primus Tomus, Francofurti ad Moenum 1600. f.* editus, varios Scriptores complectitur eorum temporum, quae in generali titulo iam memorata. *Secundus, Francofurti 1602. f.* illos sistit, qui res in Germania & Imperio Romano *Friderico III.* & *Maximiliano I.* AA. gestas, memoriae commendarunt. *Tertius* vero itidem *Francofurti 1611. f.* excusus, praemissis quibusdam ad Historiam Seculi XIV. pertinentibus, Scriptores de rebus a *Carolo V.* gestis memorantes, vel eundem laudantes, exhibet. *Quartum Tomum* tot inedita monimenta voluens *Freherus*, animo conceperat, inque Elencho Scriptorum secundo tertioque Tomis complexorum, illos iam designarat, eidem inferendos, at enimuero ille lucem non vidit. Reculi vtilissimi, & praestantissimis auctoribus, maxime in primum, relatis, referti Tomi, *Francofurti* sumtu *Wechelianorum* heredum, *Tomus* nimirum *Primus 1624. f. Tomus Secundus 1637. f.* Quae horum Tomorum iterata impressio, primae plane conuenit. *Tertius Tomus* iterato impressus haut videtur. Quum autem haec *altera Editio* per etiam rara facta esset, & ob *Tomum Primum*, vnde magna lux Historiae Imperatorum Carolingicorum, Saxonicorum, cumprimis Francicorum & Sueuicorum nec minus primorum Austriacorum haurienda, patriarum historiarum cultoribus pernecessaria esset, rem sane publicis commodis gratissimam fecit illustris Vir BVRCARDVS GOTTHELF STRVVIVS, quando nouam prioribus omnino praestantiorem, eandemque *Tertiam Editionem*, magno sane studio & labore, procurauit. Enimuero optimus Vir, singulorum fere Scriptorum textum, cum ex codicibus manu exaratis, tum vetustis exemplis cum cura impressis studiosissime emendauit, *Chronicon* nempe *Australe* antiquum & *Chronicon Augustense* ex Codice *Neostadtiensi*, *Annales Nazarianos* e membranis Bibliothecae *Guelferbytanae*, *Brunonis* Historiam Belli Saxonici ex Codice chartaceo Bibliothecae Lipsiensium *Paulinae*, meliores fecit, vtque illos Scriptores in maiori luce collocaret, coaeuos historicos maxime, atque ex recentioribus illos, qui relatas res plenius vel exposuere vel examinarunt, in subsidium vocauit, & quod nemo vsque huc fecerat in margine summa industria notatis locis parallelis, legentibus laborem euoluendi facillimum reddidit, loca obscuriora, eruditis notis collustrauit, contrarias narrationes prouide conciliauit. Adhaec singulis monimentis Praefationem praemisit, qua vel conditio scriptoris & libri, vel alia, quae ad illustrationem harum rerum faciunt, copiose multoque eruditionis apparatu exponuntur, varia quoque Scripta, quae ob argumenti similitudinem Freherianis conuenire videbantur, atque haec inter quaedam a *Frebero* ipso *Quarto*, quem promiserat, *Tomo* destinata, commode inseruit. *Primo* siquidem *Tomo* ex Rerum Francicarum Scriptoribus addidit *Formulam Foederis* inter *Ludouicum* Germaniae & *Carolum* Franciae Occidentalis Reges initi, quae *Annales Fuldenses* illustrat. Ex *Tolnero* & *Helwichii* Antiquitatibus *Laurisbamensis* Coenobii,

Collectio Nona S. R. G. Marquardi Freheri.

nobii, plura Diplomata huius Monasterii res illustrantia, protulit, adiecit ex Codice MSCto *Georgii Vogelii* relationem de Fundatione & fatis opimi huius Monasterii. Ea Scripta, quae Freherus in Appendicem reiicere coactus fuerat, suis locis restituit. *Alteri Tomo* accessit *Nicolai Lanckmanni* de *Falckenstein* Historia Desponsationis *Friderici III.* Imp. & *Eleonorae* Lusitanicae, ex scripto exemplo, licet iam formis fuisset expressa; quae tamen editio rarissima est, quam Freherus ipse olim frustra peruestigauerat: Historiam & Acta Appellationis *Sigismundi* Austriae Ducis a Papa ad Concilium ex Goldasti Monarchia S. R. I. auxit: *Ioannis Tritbemii* Historiam Belli *Bauarici* ex Annalibus Hirsaugiensibus cum notis singillatim olim editam, inseruit. Tertio vero Tomo, varia ad historias *Caroli V.* addere non consultum duxit, quum eiusmodi Opuscula *Schardianis* in Tomis iam extent, supra recensita. Id non omittendum cum Tomo Primo *Glossarium* vocum quarundam obscuriorum accessisse, tum Indicem vniuersalem, B. *Vlrico Marbachio* & *Christiano Gottlieb Budero*, auctoribus. Quae auctor, *Bibliothecae Miscellae, (der vermischten Bibliothec)* quae Halae edita, Parte I. No. I. monuit, de omissa annotatione paginarum priorum editionum & aliis, leues sunt naeui in praestantissimo sane Corpore. Iam indicandi libelli:

Tomo *Primo*:

1.) *Annales* Francorum *Fuldenses* rerum sub Pipino, Carolo M. eiusque posteris vsque ad excessum Arnulphi Imp. gestarum ab anno 714. ad annum 900. Hos ex Codice veteri, bonae notae emendauit Vir doctissimus IOANNES FRIDERICVS CHRISTIVS quae Emendationes ipsius *Noctium Academicarum*, Halae 172. 8. editarum P. III. extant f. 1. seq.

2.) Formula *Federis* inter *Ludouicum* Germaniae, & *Carolum* Galliae Reges f. 71.

3.) Annales *Nazariani*, ab An. 740. ad an. 826. f. 77.

4.) Chronicon *Laurishamense* a prima origine sub Pipino Rege ad an. 1179. f. 83.

5.) *Georgii Vogelii* breuis Relatio de fundatione, consecratione, incremento & decremento Coenobii Laurissensis f. 163.

6.) *Bruno* de Bello Saxonico & vita Henrici IV. Imp. ab a. 1073. ad an. 1082. f. 171.

7.) *VValtrami*, Episcopi Numburgensis, de vnitate Ecclesiae conseruanda, Liber, f. 233.

8.) *Burchardi* Notarii Imperialis Epistola de victoria & triumpho Friderici I. Imp. & clade Mediolanensium f. 327.

9.) *Godefridi* Monachi ad S. Pantaleonem, intra Muros Coloniae Agrippinae Annales ab An. 1162. ad a. 1237.

10.) *Tagenonis* Descriptio Expeditionis Asiaticae Friderici I. f. 405.

11.) *Friderici I.* Epistolae quaedam, tempore Schismatis inter Papas Victorem, Paschalemque & Rolandum scriptae f. 417.

12.) *Matthaei* Mareschalci de *Pappenheim* Chronicae Australis antiquae Excerptum ab an. 852. ad a. 1327.

Eiusd. Historiae Australis pars plenior de Rudolpho Rege Ro. & seq. ab a. 1276. ad a. 1302. & Continuatio ad an. 1344. f. 429.

13.) *Chronicae Augustensis* antiquae Excerptum per eundem *Matthaeum* Mareschalcum ab a. 873. ad an. 1104. It. Pars Chronicae *Monasterii SS. Vdalrici & Afrae* apud Augustam Vindelicorum ab An. 1152. ad a. 1165. f. 491.

14.) *Henrici Steronis* Monachi in Altaich inferiore Excerpta ex Chronica Coenobii sui ab a. 1266. ad an. 1300. f. 551. cum Appendici *Vlrici & Conradi VVellingorum* Fratrum ad an. vsque 1325. f. 581.

15.) *Henrici* Monachi in *Rebdorff* Annales ab an. 1295. ad an. 1363. f. 597.

16.) Historia Mortis *Henrici VII.* Imp. f. 645.

17.) Ludouici IV. Bauari Imp. Scripta Publica f. 651.

18.) Chronicon *Elwangensis* Monasterii excerptum per praedictum Matthaeum Mareschalcum ab an. 1095. ad a. 1477. f. 673.

Tomo Secundo:

1.) *Beneuenuti de Rambaldis*, Liber Augustalis siue Vitae Impp. a Iulio Caesare ad-

re ad Wencealaum cum supplemento *Aeneae Syluii* ad Fridericum III. Imp. f. 1.

2.) *Aeneae Syluii* ad Alphonsum Siciliae Regem super connubio *Friderici III.* Imp. & Leonorae Lusitanae, Oratio gratulatoria f. 23.

3.) *Iacobi Mozii*, Legati Friderici III. Imp. coram Alphonso Rege Portugalliae pro filia eius *Leonora* eidem Friderico desponsanda, & eandem Orationes f. 31.

4.) *Aeneae Syluii* Oratio pro *Coronatione* Friderici III. ad Nicolaum V. P. R. cum petitione pro congregando Concilio generali f. 34.

5.) *Eiusd.* Oratio suasoria ad eundem Nicolaum V. vt Fridericum Imp. in Turcos *Passagium* parantem iuuare velit. f. 38.

6.) *Thadaei Quirini* Patricii Veneti, ad Fridericum III. Imp. Roma a Coronatione venientem, *nomine suae Reipublicae* Oratio gratulatoria f. 42.

7.) Oratio pro *Vicario Cremonae* ad eundem Fridericum III. aduentantem, habita An. 1452. f. 44.

8.) *Michaelis Apostolii*, Byzantini, Oratio Panegyrica Graeca ad Fridericum Imp. *Aristonymi* Byzantini nomine scripta circa an. 1457. f. 47.

9.) *Nicolai Lanckmanni* de *Falckenstein*, de Friderici III. & Eleonorae desponsatione, benedictione & coronatione, tum de *Maximiliani* Regis eiusque Sororis Kunegundae natiuitate Historiola f. 51.

10.) *Aeneae Syluii*, de his, quae Friderico III. imperante, in *Germania* & per totam Europam memorabiliter gesta sunt, vsque ad a. 1458. Commentarius, f. 81.

11.) *Venturae de Perusio Pontani*, ad Stephanum de Nardinis Protonotarium, de *Sigismundi* Ducis Austriae aduentu ad *Constantiam* ciuitatem a. 1459. f. 171.

12.) *Sigismundi* Ducis *Austriae*, eiusque aduocati *Gregorii Heimburg* Appellatio & Apologia contra censuram & excommunicationem Pii II. P. R. an. 1460. f. 183.

13.) De *Leodiensium* Dissidio cum Episcopo suo Ludouico Borbonio & de Leodii Ciuitatis excidio a. 1468. Narratio Historica a Iacobi Piccolominei Cardinalis Papiensis Commentariorum Libro IV. f. 261.

14.) *Incerti Auctoris* Epistola de *Caroli* Burgundiae Ducis laudibus & victoriis, nec non Leodiensium clade & excidio, f. 278.

15.) De Friderici III. Imp. in *Italiam profectione votiua* & honorifico ad Vrbem aduentu quidque ibi cum Paulo II. P. R. a. 1469. egerit Narratio, ex Iacobi Picolominei Cardinalis Papiensis Commentariorum Libro VII. f. 284.

16.) *Augustini Patricii* de Comitiis Imperii sub Friderico III. apud *Ratisponam* celebratis anno 1471. Commentariolus, f. 288.

17.) *Ioannis Antonii Campani* ad Iacobum Cardinalem Papiensem ex iisdem Comitiis, de rebus ibi gestis Epistolae familiares f. 292.

18.) *Rodulphi Agricolae*, Frisii, de Congressu Friderici III. Imp. & Caroli Ducis Burgundiae apud Treuerim anno 1474. Historiola, f. 302.

19.) *Petri Danbussoni* Rhodiorum militum Magistri, de seruata vrbe praesidioque suo, & insigni contra Turcas victoria ad Fridericum III. Imp. relatio an. 1480. f. 305.

20.) *Sixti IV.* P. R. Passagium, siue Bulla exhortans Principes Christianos ad Sacram Expeditionem in Turcas suscipiendam, missa Philippo Palatino a. 1481. f. 310.

21.) *Matthiae Coruini* Hungariae & Bohemiae Regis Oratorum ad Principes Imperii *Norlbergae* congregatos, pro *auxilio contra Turcos* ferendo, Imploratio a. 1482. f. 315.

22.) *Eiusd.* de denegata Audientia & ope querela ad Henricum Episcopum Ratisbonensem scripta an. 1483. f. 319.

23.) *Ioannis Trithemii* Historia Belli Bauarici ex Annalibus Hirsaugiensibus f. 321.

24.) *M. Antonii Torquati* Prognosticon de Europae euersione, quod Mat-

thiae Regi Hungariae direxit anno 1480. vsque ad annum 1538. Euentibus insignioribus quos ibi praedixit, ad marginem annotatis f. 383.

25.) Apophtegmata Imperatorum Romanorum Rudolphi, Caroli IV. Sigismundi, Alberti, Friderici III. per *Poggium Florentinum*, *Aeneam Syluium* & *Henricum Bebelium* consignata f. 394.

26.) *Friderici III.* Imp. Epistolae aliquot, f. 402.

27.) *Eiusd.* Formula precationis ad DEVM pro Imperii incolumitate f. 404.

28.) *Hermolai Barbari*, Legati Veneti, ad Fridericum III. Imp. & Maximilianum I. Rom. Regem recens creatum Oratio gratulatoria, habita a. 1486. f. 408.

29.) *Q. Aemyliani Cimbriaci*, Poetae, Encomiasticon ad *Fridericum* Imp. & *Maximilianum I.* Reg. Romanor. Lib. V. quibus praecipue *Electio* praedicti Regis, resque eorum gestae apud *Brugas Flandrorum* An. 1488. celebrantur. f. 415.

30.) *Conradi VVengeri*, Canonici Brixinensis, de Bello inter *Venetos*, & *Sigismundum* Austriae Archi-Ducem gesto An. 1487. Commentarius f. 445.

31.) *Pallantis Spangel* Oratio extemporalis habita ad Maximilianum Rom. Regem, cum anno 1489. apud Philippum Comitem Palatinum *Heidelbergae* pernoctaret, nomine Vniuersitatis ibidem f. 459.

32.) *Vdalrici Zasii* ad Eundem Oratio, habita Vniuersitatis *Friburgensis* nomine f. 466.

33.) *Iasonis Mayni*, Legati Mediolanensis, ad Maximilianum I. in eius & *Blancae Mariae* Mediolani Vice-Comitis nuptiis Epithalamion prosa scriptum f. 468.

34.) *Pandulphi Collenutii*, Legati Ducis Ferrariae ad Maximilianum Rom. Regem Oratio dicta Ispruchis in auditorio Caesaris f. *476*.

35.) *Henrici Glareani*, Heluetii, P. L. ad Maximilianum I. Panegyricon f. *481*.

36.) Literae Credentiales & instructio Ambasiatoris Regis Poloniae super *irruptione Turcorum* in eius dominium ad Conuentum Principum sub Maximiliano Rege in *Friburgo* exhibitae An. *1498*. f. *484*.

37.) Priuilegium & erectio Collegii *Poetarum & Oratorum* in *Viennensi* Gymnasio per Maximilianum Imp. An. *1501*. cum Panegyrico de eadem re *Vincentii Longini* Eleutherii Silesitani, f. *488*.

38.) *Ioannis Francisci Pici* Mirandulae & Concordiae Domini, *Staurostichon* de Mysteriis dominicae crucis passim in Germania delapsis a. *1503*. ad Maximilianum Aug. f. *493*.

39.) *Henrici Bebelii* Ecloga triumphalis de victoria Caesaris Maximiliani contra *Bohemos*, f. *507*.

40.) *Ludouici Heliani*, Vercellensis, Francici Legati, in conuentu Germanorum Principum apud *Augustam* an. *1510*. Oratio in *Venetos* inuectiua, f. *522*.

41.) *Michaelis Coccinii*, Tubingensis, de Bello Maximiliani Imp. cum *Venetis* gesto an. *1511*. Commentarius f. *537*.

42.) *Ioannis Pierii Valeriani*, de honoribus D. *Matthaeo Langio* Episcopo Gurcensi & Caesareo totius Italiae Vicario, Vrbem ingredienti habitis an. *1512*. ad *Petrum Crispum* Epistola; Item Panegyris eidem Episcopo dicata per *Ianum Franciscum Vitalem*, Panormitanum, f. *569*.

43. *Hieronymi Nogaroli*, Comitis, ad Maximilianum Aug. pro *Vicentinis* Oratio, habita ad illum pro templi foribus, cum a Patauina obsidione Vicentiam venisset, f. *583*.

44.) *Ioannis Cuspiniani*, Praefecti Vrbis Viennensis, Diarium de *Congressu* Maximiliani Imp. & trium Regum, Vladislai Hungariae, Ludouici Bohemiae, & Sigismundi Poloniae, apud Viennam Austriae, a. *1515*. f. *587*.

45.) *Ricardi Bartholini* Hodoeporicon, siue Itinerarium, *Matthaei* Cardinalis Gurzensis &c. quaeque in *Conuentu* Maximiliani Imp. & Regum Vladislai, Sigismundi & Ludouici memoratu digna gesta sunt. f. *613*.

46.) *Grauamina* Nationis Germanicae contra *Sedem Romanam*, cum remediis & auisamentis ad Maximilianum Imp. & cum eiusdem Edicto f. *673*.

47.) *Iacobi VVimphelingii* Selestadiensis, Theologi de *Germanicae* Nationis & Im-

& Imperii *Grauaminibus* contra *Sedem & Curiam Romanam*, Tractatus Maximiliani I. iussu scriptus, f. *684*.

48.) *Eiusd.* super eodem argumento contra *Aeneae Syluii* Cardinalis Tractatum Replicae ad Albertum Archi-Episcopum Moguntinum scriptae anno *1515*. f. *686*.

49.) *Leonis X.* P. R. Legatorum, Oratio coram Maximiliano Imp. & Ordinibus Imperii, pro colligendis *Decimis* in Expeditionem contra Turcas, a. *1519*. & huic opposita Viri cuiusdam clarissimi dissuasoria: Ne Principes in *Decimae* praestationem consentiant, f. *698*.

50.) *Iacobi Manlii*, Caesarii Historiographi & Consiliarii, Epistola duorum Actuum a. *1518*. in vrbe Augusta celebratorum Narrationem continens: I.) Inuestiturae *Cardinalitiae* dignitatis *Alberto* Brandenburgico, Archi-Episcopo Moguntino collatae: II.) *Gladii* & *Pilei* per Pontificis Legatum Maximiliano Imp. oblati f. *705*.

51.) F. *Iacobi Fabri* Augustani Praedicatoris, Oratio Funebris in Depositione Maximiliani I. Imp. in oppido *Welss* Austriae f. *717*.

52.) *Georgii Sauromani* ad Carolum V. Imp. & Ferdinandum germanos, Oratio post Maximiliani I. eorum aui obitum f. *743*.

53.) *Petri Aegydii*, in Eundem Threnodiae cum Scholiis *Spiegelii* f. *760*.

54.) *Vdalrici Zasii*, IC. super eodem Oratio Funebris; *Eiusd.* Oratio in Funere Blancae Mariae Coniugis Imp. f. *770*.

Tomo Tertio:

1.) *Georgii Sabini*, de Caesaribus Germanicis, Libri Duo, Carmine Elegiaco f. 1.

2.) *Antonii Panormitae* & *Iannotii Maneti*, Orationes in Coronatione Friderici III. Imp. habitae, f. 5.

3.) de Friderici III. Imp. in *Italiam profectione votiua* An. *1468*. suscepta Narratio, f. 19.

4.) Descriptio accurata *Electionis* Maximiliani I. Regis Romanorum Anno *1486*. factae, itemque *Coronationis*, Aquisgrani subsecutae, f. 21.

5.) *Henrici VII.* Angliae Regis, ad Maximilianum Regem, & Principes in Comitiis habitis *Confluentiae* An. *1492*. Legatio, cum Eorundem Responsoria f. *42*.

6.) *Bilibaldi Pirckheimeri*, Bellum *Suitense*, seu *Helueticum* Maximiliani I. Caes. An. *1498*. gestum, f. *47*.

7.) *Ioannis Iacobi Ghilini* Expeditio Italica An. *1497*. a Maximiliano I. suscepta f. *91*.

8.) *Ioannis Trithemii* Belli Bauarici anno *1504*. gesti, Historia f. *111*.

9.) *Hulderici Zwinglii* de gestis inter *Gallos* & *Heluetios* ad *Rauennam*, *Papiam* & alia loca, deque *Conuentu* apud *Thermas Helueticas*, an. *1512*. Relatio, f. *137*.

10.) *Aloysii Marliani*, in *Comitiis Aurei Velleris* Serenissimi Caroli Regis Catholici Anno *1517*. habita Oratio f. *146*.

11.) *Iacobi Ziegleri*, Attentata *Christierni II.* Daniae Regis in *Sueciae* Regnum, & crudelitas perpetrata in Holmam, Anno *1517*. f. *149*.

12.) Acta Electionis *Caroli V.* f. 157.

13.) *Leonis X.* P. R. Epistolae Tres, super *obitu Maximiliani I.* Imp. & noui *Electione* facienda, ad Ludouicum Electorem Palatinum a. *1519*. f. *161*.

14.) *Francisci* Regis Francorum, Legatio ad Principes Electores Francofurtum missa pro suffragiis ad Imperium conciliandis a. *1519*. f. *167*.

15.) *Hermanni* Comitis *Nuenarii*, in eisdem Comitiis ad Senatum Electorum, *pro Carolo electo Rege Romanorum* Oratio; itemque ad ipsum Regem, Gratulatio, f. *173*.

16.) *Iacobi Sobii*, ad eundem Caesarem exhortatoria nobilibus apud Francofurdiam iubentibus, f. 183.

17.) *Principum Electorum* Legatio ad Carolum Regem Hispaniarum, Decretum *Electionis* ad Romanum Imperium ei insinuans, cum *Responsiua* eiusdem Regis f. *187*.

18.) *Flandriae* Ordinum Legatio ad *Carolum* Regem in Hispaniam edita per *Stephanum* Comitem Bellocassum f. *195*.

19.) *Petri Aegydii*, Hypotheses Spectaculorum apud *Antwerpiam* in honorem *Caroli V.* Caesaris editorum f. *205*.

20.) *Gerhardi Nouiomagi*, *Philippus* a *Burgundia*, Philippi Burgundiae Ducis F. Episcopi Vltraiectini vita & obitus: it. EDMVNDI DINTERI, Genealogia Ducum Burgundiae f. *217*.

21.) *Petri Criniti Belli Rustticani* in Germaniae diuersis partibus An. *1525*. excitati & a Magistratibus feliciter sedati Historia f. *233*.

22.) *Ioannis Atrociani*, de eodem querela, Carmine Elegiaco f. *278*.

23.) *Huberti Thomae*, Leodii, de eodem Bello, Historia illo tempore descripta f. *283*.

24.) *Eiusd.* Historiola de *Francisci* a *Sickingen* Equitis, rebus gestis, seu potius ausis, & calamitoso exitu, f. *297*.

25.) *Ioannis Seruilii*, Coniuratio Geldro-Gallica in Ciuitatem *Antwerpiam*, duce Martino a Rosheim a. *1544*. f. *313*.

26.) *Francisci* Regis Galliarum Actitata per Legatos & Literas, cum Imperii Principibus, atque etiam separatim cum Foederatis Smalkaldicis in diuersis Comitiis & aliter ab An. *1534*. vsque ad *1543*. f. *347*.

27.) *Paulli Riccii*, de vitae emendatione & bello in Turcas suscipiendo, in conuentu Spirensi, An. *1544*. habita Oratio f. 447.

28.) *Ioachimi Camerarii*, *Smalkaldici Belli* inter Carolum V. Caesarem & Protestantium Duces A. *1546*. gesti, Origo, Progressus & Exitus graece, cum interpretatione latina *Simonis Stenii* f. *457*.

29.) *Martini Crusii*, de eodem Bello, & in eo superatis parentum suorum Graeco-Latina Narratio f. *429*.

30.) *Simonis Stenii*, Vita Mauritii Saxoniae Electoris, graece & latine f. *521*.

31.) *Ioachimi Camerarii*; Adnotatio Rerum praecipuarum ab An. *1550*. ad An. *1561*. f. *535*.

32.) *Iulii Pflugkii* & *Ioannis Antonii Viperani* Orationes in mortem Caroli V. Imp. f. *591*.

§. XXXIX.

Decima Collectio Scriptorum R. G. Melchioris Goldasti.

Decimam Collectionem non immerito, numero, MELCHIORIS GOLDASTI, Haiminsfeldii, cui nobili Heluetio, tot egregia monimenta debet communis patria, iunctim editos: *Rerum Alamannicarum Scriptores aliquot vetustos*, a quibus Alamannorum, qui nunc partim Sueuis, partim Heluetiis cessere, Historiae, tam Seculares, quam Ecclesiasticae traditae sunt, *Tribus Tomis*, *Francofurti 1606*. f. & iterum *Francofurti*, impensis *Ioannis Martini Porssii 1661*. f. habet haec plura monimenta, quae communibus Patriae rebus plenius enarrandis seruiunt, antiquitates varias sacras atque profanas mirifice illustrant, nempe:

Tomo Primo:

1.) *Hepidanni* Coenobitae S. Galli *Annales breues* Rerum in *Alamannia* gestarum ab an. *708*. ad a. *1050*. f. 2.

2.) *Ratperti*, Monachi S. Galli, de origine & diuersis casibus Monasterii *S. Galli* in Alamannia f. 1. 9.

3.) *Ekkehardi* Iunioris, Coenobitae S. Galli, de Casibus Monasterii *S. Galli*, Liber f. 12.

4.) *Burckhardi*, Monachi S. Galli, de Casibus Monasterii *S. Galli*, Liber f. 61.

5.) *Cunradi* de *Fabaria*, Presbyteri S. Othmari, de Casibus Monasterii S. Galli Liber f. 73.

6.) *Eiusd.* Catalogus Abbatum, qui praefuerunt Monasterio S. Galli f. 87.

7.) Anonymi Annotatio Officialium S. Galli f. 88.

8.) *Bertholdi* Monachi, Annotatio de Abbatibus Monasterii S. Galli f. 88.

9.) *Ioachimi Vadiani* Chronologia Abbatum Monasterii S. Galli, f. 89.

10.) *Nicolai* de *Tinsburg* Ephemerides Monasterii S. Galli, f. 91.

11.) *Ioannis Georgii Tibiani*, Panegyricon super laudibus *Acronii* lacus, & eius Ciuitatum, poetice f. 98.

12.) *Wa-*

12.) *Walafridi Strabi*, Abbatis Augiensis, de vita *B. Galli* confessoris f. 142.
13.) *Eiusd.* de vita S. Othmari, Abbatis f. 177.
14.) *Isonis* Magistri, Coenobitae S. Galli, de Miraculis S. Othmari, Abbatis f. 182.
15.) *S. Theodori* Eremitae Campidonensis, de vita S. Magni Libri II. f. 190.
16.) *Ermenrici*, Elwangensis Supplementum f. 201.
17.) *Anonymi* Historia de vita *S. Findani*, Confessoris f. 204.
18.) *Hepidanni* Coenobitae S. Galli, de vita S. Wiboradae Virginis & Martyris Christi Libri II. f. 207.
19.) *Ekkehardi* Minimi, de vita B. Notkeri Balbuli Liber, f. 217.
20.) *Anonymi*, S. Fridolini, Confessoris Historia f. 254.
21.) *Melchioris Goldasti* Notae in Walafridum de vita S. Galli f. 248.

Tomo Secundo:

1.) Lex Alamannorum f. 11.
2.) Chartarum Centuria, f. 26.
3.) *Ioachimi Vadiani* Epistola de obscuris Verborum significationibus f. 59.
4.) *Ruodeperti*, Magistri S. Galli, Epistolae f. 63.
5.) *Rabani Mauri* Abbatis Fuldensis, Glossae Latino barbaricae de partibus humani Corporis, f. 64. 66.
6.) *Eiusd.* de inuentione Linguarum ab Hebraea vsque ad Theodiscam & Notis Antiquis, f. 66.
7.) *Keronis*, Monachi S. Galli Interpretatio vocabulorum barbaricorum in Regulam S. Benedicti f. 69.
8.) Catalogus Nominum propriorum, quibus Alamanni quondam appellati f. 92.
9.) Antiquitatum Alamannicarum P. II. complectens Res Ecclesiasticas, quas Monachi appellant *Interiores*, f. 119.
10.) Catalogus Scriptorum Alamannicorum, qui duobus hisce in Tomis desiderantur f. 152.
11.) Genealogia Kyburgensium Comitum in Alamannia f. 193.

Tomo Tertio:

1.) *Ioachimi Vadiani*, Consulis San-Gallensis Farrago Antiquitatum Alamannicarum, siue de *Collegiis & Monasteriis Germaniae veteribus*, vt in Regno Francorum & insecutorum Principum aliquot Seculis habuerunt Libri II. f. 1.
2.) *Bartholomaei Schobingeri*, ICti, Additiones ad *Vadiani* Farraginem, f. 81.
3.) *Ioannis Comandri*, Epistolae ad *Vadianum* de Antiquitatibus *Curiae* in Rhetia prima, f. 112.
4.) *Ioachimi Vadiani*, Liber de *Christianismi* aetatibus, f. 117.
5.) *Eiusd.* de Coniugio *Seruorum* apud Alamannos, f. 141.
6.) *Ioannis Zuickii*, Constantiensis, Epistolae ad *Vadianum* f. 150.
7.) *Leonis Iudae* Epistolae de Diuortio f. 151.
8.) *Ioannis Kesleri*, Bibliotheca Sanct-Gallensis, f. 152.

§. XL.

VNDECIMA COLLECTIO est ERPOLDI LINDENBROGII, Hamburgensis. Produxerat vir ille doctissimus in lucem singulatim aliquot *Rerum Septentrionalium Scriptores*, quorum editiones accurate indicauit eruditissimus ANONYMVS itidem Hamburgensis, Vita Lindenbrogiorum, germanice *Hamburgi 1725. 8.* edita *p. 7.* Cum horum exempla fuissent distracta, iunctim additis variis edidit sub titulo: *Scriptorum Rerum Germanicarum Septentrionalium, Francofurti ad Moenum, 1609. f.* exiguo Volumine. Quod cum factum esse rarissimum & sumtuosissimum, curis V. C. IOANNIS ALBERTI FABRICII, copiosiori adiecto adparatu *Hamburgi 1706. f.* prodiit habetque sequentes Scriptores: *Vndecima Collectio S. R. G. Erpoldi Lindenbrogii.*

1.) *M. Adami* Historiam Ecclesiasticam, continentem Religionis propagatae gesta, quae a temporibus Caroli M. vsque ad Henricum IV. in locis *Septentrionalibus* acciderunt, f. 1.

2.) *Eiusdem* Libellum de *Situ Daniae* & reliquarum, quae trans Daniam sunt regionum, f. 55.

3.) Incerti Auctoris Historiam Archi-Episcoporum *Bremensium* a tempore Caroli M. vsque ad Carolum IV. f. 69.

4.) Vetus Scriptum de Ecclesia *Bremensi*, f. 116.

5.) Narratio, de Benedicto V. Pontifice Romano, Hamburgum ab Imp. in exilium relegato f. 117.

6.) Poema antiquum de Episcopo *Vicelino*, f. 118.

7.) Priuilegia Archi-Ecclesiae *Hammaburgensis*, f. 125.

8.) Auctuarium Priuilegiorum & Diplomatum Veterum, Collectioni Lindenbrogianae recens adiunctum f. 177.

9.) Incerti Auctoris Chronica *Slauica* f. 189.

10.) *Helmoldi* Presbyteri *Buzouiensis*, Chronicae Slauorum Supplementum, quod in antiquioribus Editionibus desideratur ex MSCto Codice redintegratum, f. 248.

11.) Incerti Auctoris *Annales* siue Chronica *Slauica* f. 251.

12.) *Erici Daniae Regis*, Wratislai VII. Ducis Pomeraniae F. Historica Narratio de origine Gentis Danorum & de Regibus eiusdem Gentis, deque Eorundem rebus gestis f. 262.

His additi, cum rariores essent, a Fabricio:

13.) *Petri Lambecii* Originum *Hamburgensium* Libri II. cum Vita S. *Anscharii* primi Archi-Episcopi Hamburgensis.

14.) *Eiusd.* Catalogus Scriptorum propriorum.

15.) *Theodori Anckelmanni* Inscriptiones Vrbis *Hamburgensis* cum Auctuario.

§. XLI.

Duodecima Collectio S. R. G. Boecleri, Kulpisii & Schilteri.

DVODECIMA COLLECTIO illa est, quam *Triumuiri* in republica germanica celebratissimi IOANNES HENRICVS BOECLERVS, IOANNES GEORGIVS KVLPISIVS & IOANNES SCHILTERVS curarunt. Semel formis impressa haec est Collectio, sed diuersis temporibus, nouos titulos, vt emtores inveniret, accepit. Scilicet, quem iam laudaui Argentoratensium polyhistor BOECLERVS, *Aeneae Syluii*, *Historiae Rerum Friderici III. Imp.* optimae notae codicem acceperat, quem editurus, non solum annotationum quarundam, historicam narrationem Syluianam, illustrantium primordia, sed etiam varia a *Friderico III.* Principibus & Statibus Imperii, concessa *Diplomata*, documenta & acta publica, additis quibusdam figuris, imaginibus, nummis in aes incisis, quibus res eae illustrarentur, parauit, ast dum ampliora Vienna subsidia expectaret, operi imperfecto immortuus est. Post cuius obitum, gener Boecleri VLRICVS OBRECHTVS coepta perficere optauit, variis autem impedimentis, & grauioribus denique negotiis ingruentibus consilium istud interuertebatur. Suasor tamen, bibliopolis sumtus facientibus fuit, vt Scriptores aliquot, ad res Germanas pertinentes, tum rariores, plagulis formis iam expressis iungerent, vt iustum volumen fieret, huius itaque monitis obtemperantes, dederunt hanc congeriem hoc titulo: AENEAE SYLVII, *Episcopi Senensis, postea Pii Papae II. Historia Rerum Friderici Tertii Imperatoris ex MSCto optimae notae, nunc primum edita, cum Specimine Annotationum Io. Henrici Boecleri in eandem, accesserunt Diplomata & Documenta varia rebus Friderici III. illustrandis, vt & figurae, imagines, nummi. Subiuncti praeterea alii ad Germanicam Historiam pertinentes Scriptores nonnulli rariores. Ioannes* vero *Georgius Kulpisius*, hederam suspendit praemissa Praefatione, qua de fatis huius Collectionis candide exposuit, *Argentorati 1685. f.* Demum, quum exempla quaedam ad nouum possessorem fuissent delata, is IOANNEM SCHILTERVM permouit, vti nominis celeberrimi adnotatione, iterum rubrum ornaret, atque Praefationem nouam praemitteret, quod fecit, hacque facie *Argentorati 1702. f.* quaedam exempla venum fuere exposita. Qui hasce titulorum mutationes ignorarunt emtores, *bis* vnum volumen redemerunt, quo quidem exhibentur:

I.) *Aeneae Syluii*, Episcopi tum Senensis, postea Pii Papae II. Historia Friderici III. Imp. f. 1.

II.) *Ioa.*

II.) *Ioa. Henrici Boecleri*, Specimen Annotationum in *Aeneae Sylvii* hanc Historiam S. f. 121.
III.) *Diplomata* & Documenta varia Rebus Friderici III. illustrandis, vt & Figurae, Imagines, Nummi D. f. 1.
IV.) *Anonymi Poetae* Annales de gestis Caroli M. A. f. 3.
V.) *Karoli* M. Imp. Vita, descripta, vt videtur, magna ex parte a *Monacho* Coenobii *Egolismensis* S. Eparchii A. f. 45.
VI.) *Thegani*, Chor-Episcopi Treuerensis de gestis Ludouici Pii, Imp. A. f. 67.
VII.) *Nithardi*, Angilberti F. Karoli M. ex Bertha F. nepotis de Dissensionibus filiorum Ludouici Pii ad a. vsque 843. Libri IV. A. f. 83.
VIII.) *Ludouici* Germaniae Regis, Pii F. Diploma *Ratoldo Argentoratensi* Episcopo datum, A. f. 111.
IX.) Formulae Foederis *Ludouici* Germaniae & *Caroli* Calui Francorum Regum, apud *Argentoratum* A. 841. percussi, cum Notis *Marquardi Freberi* A. f. 113.
X.) *Erckenbaldi* Argentinensis Episcopi, sub Ottone M. de Antecessoribus suis in Episcopatu Carmen A. f. 120.
XI.) *Alberti* Stadensis Abbatis, *Chronicon*, a condito orbe vsque ad A. C. 1256. St. f. 123.
XII.) *Martini Poloni*, Chronicon Romanorum Pontificum & Imperatorum P. f. 337.
XIII.) *Andreae*, *Ratisbonensis*, Presbyteri, Chronica de Principibus Terrae *Bauarorum* R. f. 1.
XIV.) Index Diplomatum *Friderici III.* & Documentorum variorum eo pertinentium.
XV.) Index praecipuarum rerum & verborum.

§. XLII.

DECIMA TERTIA COLLECTIO, eademque ad res maxime Inferioris Saxoniae comparata est, quam exhibuit, aui & patris Meibomiorum aemulus HENRICVS MEIBOMIVS Iunior, Medicus & Historicus Professor Helmstadiensis, *Rerum Germanicarum* Tomos Tres, *Helmstadii 1688. f.* publicans, quibus *I.) Historicos Germanicos* ab *Henrico Meibomio* Seniore, auo, primum singulatim editos, & illustratos, nunc auctiores; *II.) Historicos Germanicos* ab ipso *Henrico Meibomio* Iuniore, è MSCtis nunc primum editos & illustratos; & *III.) Dissertationes Historicas* varii argumenti vtriusque *Meibomii* sistit. En Syllabum Scriptorum & Opusculorum: *Decima Tertia Collectio S. R. G. Henrici Meibomii.*

Tomo Primo:
1.) *Theoderici* de *Niem*, Secretarii Apostolici, Episcopi Verdensis, deinde Cameracensis, Historia de vita *Iohannis XXIII. P. R.* cum Notis, f. 1.
2.) *Gobelini Personae*, Decani Bilfeldensis & Officialis Paderbornensis, *Cosmodromium*, siue Chronicon Vniuersale ab O. C. vsque ad A. C. 1418. cum Notis, f. 53.
3.) *Neuoldi* a *Northof*, Equitis Marcani & Canonici Leodiensis, Origines *Marcanae*, siue Chronicon Comitum de *Marca* & *Altena*, cum Notis, f. 375.
4.) *Gerhardi*, Praepositi *Stederburgensis*, Narratio Historica de *Henrici Leonis* Bauariae & Saxoniae Ducis postremis rebus gestis & obitu, f. 430.
5.) *Anonymi* breue Chronicon *Stederburgense*, sub eodem Praeposito conscriptum f. 440.
6.) *Henrici Meibomii* Oratio Panegyrica de *Henrico Leone* f. 456.
7.) *Andronici* II. Imp. Constantinopolitani *Aurea Bulla*, data *Henrico*, Henrici Mirabilis F. Alberti Magni N. Duci Brunsuicensi ante annos 337. cum Notis & Narratione de Principis illius posteris f. 469.
8.) *Hermanni* de *Lerbecke* Monachi Dominicani, Domus S. Pauli Mindensis Chronicon Comitum *Schaumburgensium*, cum Notis f. 493.
9.) *Anonymi* Chronicon Mindense, ab A. C. 780. vsque ad A. 1474. cum Additionibus, f. 550.

10.) *M. Iustini* Lippiensis, Lippifiorium f. Poema de Primordiis Comitatus *Lippiensis* & rebus gestis aliquot Comitum *Lippiensium*, f. 578.

11.) *Henrici Aquilonipotensis*, Adolphus, siue Historia Comitum *Schaumburgensium* ac *Hamburgensis* Ciuitatis, f. 599.

12.) *Eiusdem*, de Primordiis Vrbis *Lubicanae*, f. 605.

13.) *VVittichindi*, Monachi *Corbeiensis*, Annalium Libri Tres, cum luculentis Notis, f. 629.

14.) *Hrosvitae* Monialis in laudem & gesta Ottonis M. Imp. Panegyris versu hexametro cum Notis f. 709.

15.) Erectio Ecclesiae *Magdeburgensis*, f. 731.

16.) Diplomata *Ottonis* M. Imp. f. 739.

17.) *Anonymi* Chronicon *Corbeiense*, cum Notis, f. 755.

18.) de Translatione *S. Viti* & institutione nouae *Corbeiae* f. 763.

19.) *Henrici Rosläe*, Nienburgensis, *Herlingsberga*, siue Poemation de Bello inter *Henricum* mirabilem & confoederatos *Saxoniae* Principes ob arcem Herlingsbergam gesto, cum Notis. f. 775.

additus copiosus Index.

Tomo Secundo:

1.) *Leuoldi à Northof*, Equitis Marcani, Comitis Leodiensis, Catalogus Archi-Episcoporum *Coloniensium*, f. 4.

2.) *Henrici Wolteri*, Canonici S. Anscharii Archi-Episcopatus Bremensis, Chronica *Bremensis* f. 19.

3.) *Anonymi* Bremensis Chronicon *Rastadense* f. 89.

4.) *Ioannis Sciphoweri* Chronicon Archi-Comitum *Oldenburgensium* f. 123.

5.) *Erdwini Erdmanni*, Consulis Osnabrugensis, Chronicon Episcoporum *Osnabrugensium*, *f.* 195.

6.) *Anonymi* Chronicon Archi-Episcopatus *Magdeburgensis*, cum Notis & Diplomatibus quibusdam antiquis *f.* 269.

7.) *Anonymi*, Narratio de rebus gestis *Alberti* ex Ducibus Brunsuicensibus Episcopi *Halberstadtensis* XIX. *f.* 381.

8.) *Alberti Crummedyckii*, Episcopi *Lubecensis*, Chronicon Episcoporum *Lubecensium*, cum Continuatione Anonymi & Notulis quibusdam, *f.* 391.

9.) *Andreae Hoppenrodii* Annales *Gernrodensis* Abbatiae & Historia Abbatissarum, cum Notis, *f.* 417.

10.) *Henrici Bodonis* Monachi Benedictini in Coenobio Clusa de constructione Coenobii *Gandersheimensis*, eiusque perfectione & Historia Abbatissarum, *f.* 479.

11.) *Iohannis* de *Polda*, Chronicon Ecclesiae *Hamelensis*, *f.* 513.

12.) *Anonymi* Chronicon Monasterii S. Michaelis in *Hildesheim*, *f.* 517.

13.) *Anonymi* Chronicon Monasterii in *Lothen*, Dioecesis *Mindensis* post in oppidum Lemgo, translati *f.* 525.

14.) Chronicon Monasterii *Huiesburgensis*, *f.* 533. sequitur Index.

Tomo Tertio; quo Meibomiorum Dissertationes variae Historicae iunctim exhibentur.

1.) *Irmensula* Saxonica i. e. Idoli seu Numinis Tutelaris apud Saxones paganos culti Descriptio *f.* 6.

2.) *Vindiciae Billinganae*, seu Demonstratio *Hermannum Billingum*, primum ab Ottone M. *Saxoniae Borealis* institutum Ducem, ex illustri Familia Saxonica oriundum fuisse, *f.* 37.

3.) Demonstratio *Saxoniam* etiam ante *Hermannum Billingum* habuisse Duces. *f.* 45.

4.) *Bardeuicum*, siue Historia Vrbis illius omnium Germanicarum antiquissimae, conditae, florentis & deletae *f.* 51.

5.) De *Bardewico* destructo, Carmen Heroicum, *f.* 81.

6.) Commentariolus de *vtriusque Saxoniae* & vicinarum quarundam Regionum Pagis, *f.* 93.

7.) Apologia pro *Ottone IV.* Imp. contra falsas criminationes & conuitia, quibus eum insectati sunt Historici nonnulli, *f.* 111.

8.) Dis-

8.) Dissertatio de *Iure Inuestiturae Episcopalis* Imperatoribus Romanis a Pontificibus per vim ademtae f. 169.
9.) Dissertatio super quodam antiquo & antiquato Caesarum Germanicorum iure, in decedentium maiorum Praelatorum relictis Possessionibus, f. 183.
10.) *Thassilonis* Boiorum vltimi Ducis Diploma, quo Monasterium Chrembsmünster abs se conditum dotat, cum Notis f. 191.
11.) Ducatus *Brunsuicensis & Lunaeburgensis* Erectionis Historia, cum ipsis Caesareis tabulis & Diplomatibus Erectionis Principatus *Hennenbergensis*, Ducatus *Lucani* in Italia, *Lutzenburgici*, & *Holsatiae f.* 201.
12.) Oratio de Academiae *Iuliae* primordiis & incrementis, *f.* 215.
13.) Oratio de origine *Helmstadii*, *f.* 225.
14.) De Origine, dignitate & Officio *Cancellariorum Academicorum f.* 239.
15.) Chronicon Monasterii *Marienthalensis*, *f.* 245.
16.) Chronicon Monasterii *Bergensis* ad Albim, *f.* 286.
17.) Chronicon Monasterii *Riddagesbusen*, *f.* 335.
18.) Henrici Meibomii Iunioris de *Friderico* Duce Brunsuicensi & Lunaeburgensi in Imp. electo, Dissertatio *f.* 419.
19.) Eiusdem de *Hugonis de S. Victore*, celeberrimi Seculo XII. Theologi patria Saxonia contra Mabillonium, Dissertatio *f.* 429. additus itidem Index.

§. XLIII.

DECIMAM QVARTAM COLLECTIONEM numero, quam iunctis consiliis & labore dedere, de rebus patriae non leuiter promeriti, IOANNES MICHAEL HEINECCIVS, tum apud Goslarienses, inde Halenses, verbi diuini minister primarius, atque IOANNES GEORGIVS LEVCKFELDIVS Groeningensium in Principatu Halberstadensi, pastor, sub *Scriptorum Rerum Germanicarum*, specioso elogio, varia Scripta exhibentes, quae hoc nomen omnia mereri haut videntur, *Francofurti ad Moenum 1707. f.* quorum series:

Decima Quarta Collectio S.R.G. Io. Michaelis Heineccii & Ioa. Georgii Leuckfeldii.

1.) *Ioannis Michaelis Heineccii*, Antiquitatum *Goslariensium* & vicinarum Regionum Libri Sex, vsque ad Pacem Osnabrugensem.
2.) *Eiusdem* de *Crodone* Harzburgico, Idolo.
3.) *Eiusd.* Sylloge Numorum Goslariensium antiqui pariter & recentioris aeui solidorum aeque ac bracteatorum.
4.) *Henrici Turckii*, e Societate Iesu, *Fasti Carolini*, seu Rerum a Carolo M. Imp. gestarum, series, *f.* 1.
5.) *Iacobi Andreae Crusii*, *Witikindus*, siue de huius Herois Saxonici, vita rebusque gestis, Liber, *f.* 67.
6.) *Eginhardi* vita & gesta *Caroli M.* it. *Nuenarii* Comitis Breuis Narratio de origine & sedibus Francorum. It. *Anonymi* Monachi Benedictini Annales Pipini, Caroli & Ludouici Regum Francorum, ab a. 747. ad a. 798. *f.* 121.
7.) *Gulielmi Budaei*, Doctoris Medici Quedlinburgensis, Thanatologia, siue Expositio de Dynastis, horumque Coniugibus & liberis atque eruditis viris, qui Seculo XVI. sunt mortui, horumque fatis *f.* 177.
8.) Capitulatio Episcopatus *Osnabrugensis* Noribergae a. 1650. condita, it. Catalogus Praelaturarum & Coenobiorum vtriusque sexus & Templorum Euangelicorum Episcopatus dicti.
9.) Acta Formulae Concordiae in Coenobio Bergensi a. 1577. reuisae. it. *Simonis Friderici Hahnii* Oratio de ortu, incrementis & fatis Coenobii *Bergensis*.

Adiecit *Genschius* Bibliopola sed parum apte, augendi voluminis caussa;

10.) *Casparis Abels* Gründlichen Bericht von denen nach einander empor gekommenen und wieder gestürzten vielen Monarchien a Nimrodo ad Cyrum, cum Adpendice: Von dem gefaehrlichen Koenigs Vbel de monarchischen Herrsucht hoher Potentaten. & Eiusd. *Abelii* Diarium Belli ob Successionem Hispanicam gesti, ab an. 1701. vsque 1707.

§. XLIV.

§. XLIV.

Decima Quinta Collectio S. R. G. maxime Brunsuicensium Godofredi Guilielmi Leibnitii.

Eodem anno lucem adspexit nobilissima Scriptorum Collectio, quae quum titulum respicimus, ad particulares pertinere videtur, merito tamen DECIMVM QVINTVM *locum* inter vniuersales meretur, quam magnis sumtibus Augustae Domus Guelfo-Brunsuicensis collegit, iudiciose digessit atque curauit Germaniae Ornamentum GODOFREDVS GVILIELMVS LEIBNITIVS praefixo Titulo: *Scriptorum Rerum Brunsuicensium*, quorum Tomus Primus, *Hanouerae 1707. f. Secundus*, ibidem *1710. f.* & *Tertius*, ibidem, *1711. f.* prodierunt.

Tomo Primo, praemissa eruditissima *Leibnitii* Introductione in Collectionem *Scriptorum Historiae Brunsuicensi inseruientium*, qua de eorum conditione exponit, & nobilissimae argumenti Historici Saxonici maxime materiae, pertractantur, extant:

1.) Excerpta *veterum Scriptorum* de Populis ad *Albim* & Visurgim, f. 3.
2.) Lex *Saxonum*, *f.* 77.
3.) Lex *Angliorum* & *VVerinorum*, *f.* 81.
4.) *Altfridi* Vita S. *Ludgeri f.* 85.
5.) Excerptum ex Litaniis Rythmicis, vitam S. Ludgeri continentibus *f.* 100.
6.) Chartularium *VVerthinense f.* 101.
7.) Poetae Saxonis Annales *Caroli M. f.* 120.
8.) Vita S. *Idae f.* 171.
9.) Translatio S. *Pusinnae f.* 181.
10.) Legenda de Martyribus in *Ebbekestorp* reconditis f. 184.
11.) Fragmentum ex Martyrum in *Ebbestorp* quiescentium Passione *f.* 191.
12.) Supplementum hiatus Annalium *Fuldensium*, *f.* 192.
13.) Vita *Mathildis* Reginae Germaniae *f.* 192.
14.) Summa Capitum, ex quibus constant tres Libri *VVidukindi* Corbeiensis, qualis legitur in Codice antiquo Bibliothecae *Casinensis f.* 208.
15.) Variae Lectiones ex *VVidukindi* Codice Archiui Electoralis Dresdensis *f.* 211.
16.) Historiae *VViticbindi*, editae Basileae apud Ioannem Heruagium A. 1532. collatio cum MSCto Codice Bibliothecae Casinensis *f.* 221.
17.) Litaniae binae in *Corbeia* Saxoniae vsurpatae, *f.* 233.
18.) Incerti Auctoris Carmen Panegyricum in laudem *Berengarii* Augusti *f.* 235.
19.) Translatio Reliquiarum Corporis S. Epiphanii ex Italia in *Hildesheim. f.* 257.
20.) De Fundatione quarundam Saxoniae Ecclesiarum, a temporibus Caroli M. ad Ottonem M. *f.* 260.
21.) Vita S. *Adelheidis* Imperatricis, autore *Odilone f.* 262.
22.) Vita D. *Brunonis* Coloniensis Archi-Episcopi a *Ruotgero* scripta *f.* 273.
23.) Testamentum *Brunonis* cum Eiusdem Epitaphio *f.* 289.
24.) Testamentum de Domno *Brunone* ex vita Gerhardi Abbatis Broniensis, *f.* 290.
25.) Narratio de translatione S. *Euergisli* Coloniensis olim Episcopi ex Tungrensi vrbe ad Metropolin, procurata a Brunone, *f.* 291.
26.) Vita *Theodorici I. Metensis* Episcopi, ex stirpe Witikindea scripta à *Sigeberto* Leuita S. Vincentii *f.* 293.
27.) De Venerabilibus Palatinis Rheni, *Ehrenfrido* seu *Ezone* & *Mathilde* eorumque filia B. *Richeza*, Regina Poloniae, narratio a Monacho Brunwillerensi conscripta *f.* 313.
28.) *Ditmarus* restitutus, siue *Ditmari* Episcopi Merseburgensis gesta Saxonum, Libris VIII. comprehensa, quibus Caesarum ex antiqua Domo Brunsuicensi ortorum historia continetur, *f.* 323.
29.) Vita *Ditmari* ex Codice Manuscripto cuiusdam Chronici Antistitum Merseburgensium *f.* 427.
30.) Vita *Henrici* S. Imp. ab *Adelboldo* conscripta *f.* 430.
31.) Vita *S. Bernwardi* XIII. Hildesheimensis Ecclesiae Episcopi, auctore *Tangmaro*, *f.* 441.
32.) Narratio de Canonisatione & Translatione *S. Bernwardi*, *f.* 469.

33.) Com-

33.) Compendium Vitae S. *Bernwardi*, *f. 481.*
34.) Vita S. *Godehardi* Episcopi Hildenshemensis *f.* 482.
35.) Historia Canonisationis *S. Godehardi* & Translationis eius Corporis *f.* 505.
36.) Vita *Meinwerci* Episcopi *Paterbrunnensis*. *f.* 517.
37.) Vita B. *Heimeradi*, Presbyteri & Confessoris, auctore *Egberto* *f.* 565.
38.) Pontifices Romani gente Saxones *f.* 576.
39.) *Guilielmi Appuli* Historicum Poema de rebus Normannorum in Sicilia, Apulia & Calabria gestis, vsque ad mortem Roberti Guiscardi Ducis *f.* 578.
40.) *Donnizonis* Vita *Mathildis* celeberrimae Principis Italiae, carmine scripta *f.* 629.
41.) Vita *Mathildis* oratione soluta comprehensa, *f.* 689.
42.) De S. *Autore* & Translatione Reliquiarum eius in Regionem Brunsuicensem *f.* 701.
43.) *Reinhardi Reinehusensis* Abbatis Opusculum de Familia *VVinzenburgensi* & Reinhardi Episcopi Halberstadiensis *f.* 703.
44.) *Auctoris incerti*, Imperatorum ab Henrico Aucupe ad Henricum V. res gestae, *f.* 707.
45.) *Annales Hildenesheimenses* ab anno Incarnationis domini 714. ad an. vsque 1138. *f.* 710.
46.) Chronicon Episcoporum *Hildesheimensium* *f.* 742.
47.) Excerpta ex Necrologio *Hildesheimensis* Ecclesiae veteri *f.* 763.
48.) Indiculi Confraternitatum & Episcoporum *Hildenesheimensis* Ecclesiae *f.* 767.
49.) Nomina Archi-Episcoporum & Episcorum qui primum in *Hildesheimensi* Ecclesia Cathedrali Canonici fuerunt *f.* 768.
50.) Excerpta ex Libro Donationum Ecclesiae *Hildesheimensi* factarum *f.* 770.
51.) Fragmentum de reliquiis quibusdam Ecclesiae Cathedralis *Hildesheimensis* *f.* 771.
52.) Catalogus Episcoporum *Hildenesheimensium* sumtus de Chronico *Eggehardi* Vragiensis Abbatis *f.* 772.
53.) Versus antiqui de venerabili *Vicelino* Episcopo *Altenburgensi* *f.* 774.
54.) Compendium Vitae & Translationis Venerabilis *Vicelini*, *f.* 780.
55.) *VVeingartensis* Monachi Chronicon de Guelfis Principibus, *f.* 781.
56.) Eiusdem Chronicon à Christo nato vsque ad annum 1197. *f.* 794.
57.) Arbor Genealogica praefixa antiquo Codici membranaceo MSCto Historiae de Guelfis Principibus *f.* 800.
58.) *Ladislai Sundheimii* ex oppido Rauensburg Canonici Viennensis, Familia Welphorum *f.* 801.
59.) *Othonis Morenae & Acerbi* Othonis F. rerum Laudensium tempore Friderici Aenobarbi Historia *f.* 806.
60.) Chronicon *Stederburgense*, cui inserta *Gerhardi* Praepositi de Henrici Leonis postremis rebus gestis historica Narratio *f.* 849.
61.) Excerpta ex Narratione de *Godescalci* visionibus *f.* 870.
62.) Excerpta ex *Rogerio Houedeno* de rebus gestis *Henrici Leonis* Saxoniae Ducis & Filii eius *Ottonis IV.* Imp. *f.* 876.
63.) *Geruasii Tilberiensis*, Arelatensis Regni Marescbalci Otia Imperialia ad Ottonem IV. Imp. *f.* 881.
64.) Variae Lectiones & Emendationes Ditmari, serius annotatae *f.* 1005.

Tomo vero Secundo, qui *Hanouerae* 1710. editus, prostant:

1. Vita S. *Conradi* ex Guelfis Episcopi Constantiensis *f.* 1.
2. Chronicon vetus Ducum *Brunsuicensium* & *Lüneburgensium* *f.* 14.
3. Fragmentum Genealogiae Ducum *Brunsuicensium* & *Lüneburgensium* *f.* 18.
4. *Theodorici Engelhusii* Genealogia Ducum *Brunsuicensium* illorum, qui Eimbeck, Osterrot & Duderstat cum attinentiis possederunt *f.* 20.
5. Narratio *Altahabensis* de quorundam Ducum *Bauariae* Genealogia & incrementis, *f.* 21.

6. *Gerardi Maurisii* Historia Dissidiorum Marchionis *Estensis* cum *Ecelino* de *Romano*, *f. 23.*
7. Sententia Arbitralis *Iohannis* Regis *Franciae* super controuersia honoris & appellatione ad Duellum inter *Ottonem* Ducem in *Brunswich* & *Henricum* Ducem *Lancastriae* 9. Decembr. 1351. f. 47.
8. Excerpta de gestis *Ottonis Tarentini* Ducis *Brunsuicensis* ex *Theodorico* de *Niem* & *Gobelino Persona*, f. 50.
9. Excerpta Chronologica de Ducibus *Brunsuicensibus* & de Reliquiis Ecclesiae Collegiatae S. Blasii f. 59.
10. Compilatio Chronologica a temporibus Caroli M. ad An. 1410. f. 62.
11. Chronicon *Riddagshusanum* ad Annum vsque 1508. continuatum, f. 68.
12. Duae diuersae Chronici *Engelhusani* f. 84.
13. *Telomonii Ornatomontani* Descriptio Belli inter *Henricos* Iuniorem & Seniorem Duces Brunsu. & Luneburg. *Ciuitatemque Brunsuicensem* circa Annum 1492. gesti, f. 88.
14. Excerpta ex Monasterii S. Michaelis *Hildensemensis* Necrologio f. 103.
15. Chronicon Ecclesiae *Halberstadensis* f. 110.
16. Historia *Alberti II.* Episcopi *Halberstadensis*, nati ex Ducibus *Brunsuicensibus* ab An. 1324. ad 1349. conscripta f. 148.
17.) Catalogus Episcoporum *Hildesheimensium* ab An. 822. f. 153.
18. Praecepta *Ludouici* Primi & *Henrici* Sancti Impp. super terminatione & circumscriptione finium Ecclesiae *Hildensemensis*, f. 155.
19. *Hermanni* de *Lerbecke* Chronicon Episcoporum *Mindensium* f. 157.
20. Chronicon Episcoporum *Verdensium*, *f.* 211.
21. Vita *S. Swiberti* dicti Episcopi *Verdensis* falso attributa *Markelmo* Presbytero f. 222.
22. *Ludgeri* primi Episcopi Monasteriensis Relatio de *Canonizatione S. Swiberti* supposititia, sed tamen non recens f. 243.
23. Excerpta ex Opere *Iohannis Rhode* Archi-Episcopi *Bremensis*, quod a nonnullis Chronicon appellatur & inscribitur: Registrum Bonorum & Iurium Ecclesiae *Bremensis* f. 253.
24. Chronicon Saxonum *Quedlinburgense* f. 272.
25. Annales antiqui *Corbeiae Saxonicae* subinde continuati f. 296.
26. Roswithae Carmen de Primordiis & Fundatoribus Coenobii Gandersheimensis f. 319.
27. *Henrici Bodonis* Chronici Gandeshemensis Supplementum f. 330.
28. Selecta ex Chronico *Clusino Henrici Bodonis* f. 345.
29. Diplomata *Gandersheimensia*, aut ex iis excerpta f. 371.
30. Narratio de Fundatione & restauratione Monasterii *S. Michaelis in Lüneburch* f. 380.
31. *Ottonis Kultzingi* Praepositi in *Hilgenthal* Narratio de Fundatione & Translatione Monasterii sui in Lüneborch, f. 383.
32. Chronicon Coenobii S. *Michaelis in Hildesheim* Ordinis S. Benedicti f. 399.
33. *Iohannis Legatii* Chronicon Coenobii *S. Godehardi in Hildesheim*, f. 404.
34. Narratio de origine Monasterii *Montis S. Mariae* prope *Helmstede* f. 426.
35. Narratio de origine Monasterii *Mariae Fontis* f. 431.
36. *Hinrici* de *Bernten* Chronicon Monasterii *Marienrode* f. 432.
37. Narratiuncula de Fundatione Coenobii *S. Crucis* apud *Brunsuic.* f. 469.
38. Excerpta ex Ordinario Ecclesiae *S. Matthaei* in *Brunsuic.* f. 470.
39. M. *Iohannis Buschii* Liber Reformationis Monasteriorum quorundam Saxoniae f. 476.
40. *Monachi Hamerslebiensis* Narratio de Basilica Goslariensi eiusque Praepositis f. 506.
41. *Iohannis* de *Polda* Chronicon Ecclesiae *Hamelensis* suppletum, f. 508.
42. Excerpta Historiarum memorabilium *Caesarii Heisterbacensis*, Monachi Ordinis Cistertiensis loca, quae agunt de rebus Ottonis IV. & contemporaneis f. 516.
43. Disputatio carmine conscripta inter Romam & Papam de Ottonis IV. Destitutione f. 525.

44. Chro-

44. Chronicon paruum Ecclesiae SS. Simonis & Iudae *Goslariensis*, cum recensione Reliquiarum f. *535*.

45. *Helmoldi* Presbyteri Bosouiensis & *Arnoldi* Abbatis Lubecensis Chronica Slauorum, collata cum Chronico Corneri MSCto & subinde emendata f. *537*.

46. Loca in *Hermanni Corneri* Chronico inedito ex *Helmoldo*, vel *Arnoldo* citata, quae tamen apud eosdem, quales extant, vel plane non, vel aliter leguntur, f. *743*.

47. Emendationes & Supplementa Otiorum Imperialium *Geruasii Tilberiensis* Tomo Primo editorum f. *751*.

48. Chronica Episcoporum *Hildensheimensium* nec non Abbatum Monasterii *S. Michaelis* cum Supplementis ex binis Catalogis Episcoporum Hildes. f. *784*.

49. *Iohannis Buschii*, Canonici regularis Libri II. de reformatione Monasteriorum complurium per Saxoniam & vicinas regiones, vbi supplentur & emendantur iam supra edita a p. *476*. ad *506*.

50. Designatio Monasteriorum Ordinis S. Benedicti Congregationis *Bursfeldensis* per Germaniam, virorum duntaxat f. *972*.

51. *Theodorici Engelhusen* Noua Chronica, f. *978*.

Tomo Tertio *Hanouerae* 1711. f. edito:

a.) Chronicon Principum *Brunsuicensium* Rhythmicum antiquum sermone vernaculo antiquo, tum Saxonica, tum (ex editione Gobleri) alia dialecto scriptum, tempore *Henrici Mirabilis* & *Alberti II.* eius fratris f. *1*.

b.) Apographum Tabulae vernaculae, in Basilica *S. Blasii* Brunsuicensi suspensa de rebus Ducum *Brunsuicensium* f. *148*.

c.) *Eberhardi* Presbyteri de fundatione & incrementis *Gandesbemensis* Ecclesiae versus Saxonici antiqui scripti circa annum Domini *1216*. f. *149*.

d.) Chronicon *Lüneburgicum* vernacula Saxonum dialecto ab initio Ducatus Lüneburgici ad An. *1421* f. *172*.

e.) Excerpta Chronici *Hermanni Corneri* ab An. *1371*. inclusiue ad vrbem *Lüneburgicam* pertinentia cum Continuatione ad Annum Domini *1466*. Dialecto Saxonica, f. *199*.

f.) Alia Continuatio *Hermanni Corneri* ab A. D. *1435*. inclusiue ad An. *1438*. Dialecto Saxonica f. *203*.

g.) Fragmentum Chronici *Bardewicensis* Dialecto Saxonica f. *216*.

h.) Narratio vetus de Ducis *Magni* Iunioris, vulgo *Torquati* fatis, Dialecto Saxonica f. *219*.

i.) Notitia quaedam rei nummariae *Lübecensis* ab An. *1325*. ad an. *1525*. f. *222*.

k.) *Henricus Lange* de origine Controuersiae Praelatorum Lunaeburgicae circa medium Seculi XV. Dialecto Saxonica f. *223*.

l.) Oda Saxonica breuis & Carmen Saxonicum prolixius, quibus Bellum *Hildeshemense* Anni *1519*. & sequentium vulgo (Stifftische Fehde) a contemporaneis describitur, f. *254*. f. *256*.

m.) Fragmentum Chronici *Hildeshemensis* vernaculo Saxonum sermone scripti f. *261*.

n.) *Iohannis Stadwegii* Poppendicensis Chronicon vernaculum, omissa sunt anteriora vsque ad Pipinum Regem, procedit vsque ad A. D. *1441*. f. *263*.

o.) Chronicon *Brunsuicensium* picturatum, dialecto locali conscriptum, authore *Conrado Bothone* Ciue Brunsuicensi, cum Appendice addita ex MSCto vsque ad A. D. *1540*. f. *277*.

p.) Chronicon breue Principum Romanorum, qui *Goslariae* aut in vicinia egerunt & Ecclesias priuilegiis ornaverunt, dialecto Saxonica f. *426*.

q.) Catalogus vernaculus Reliquiarum Ecclesiae Collegiatae *Goslariensis*, vulgo das Münster, dictae f. *431*.

r.) Antiquissimae *Leges* Municipales Ciuitatis *Brunsuicensis*, quae tempore Ottonis I. Ducis Brunsuicensis confectae videntur f. *434*.

s.) Ordinarius Senatus Brunsuicensis, iussu ipsius conscriptus A. D. *1408*. qui continet Formam Reipublicae, quemadmodum eo tempore in vrbe administrabatur. f. 446.

t.) *Leges* Antiquae Municipales *Cellenses* A. D. 1301. *f.* 483.
u.) *Leges* antiquae Ciuitatis Imperialis *Goslariensis f.* 484.
x.) Leges *Metallicae* Montis *Rammelii* prope *Goslariam*, quales in vsu erant circa medium Seculi XV. *f.* 535.
y.) Chronica S. Aegidii in *Brunsuic*, ad An. D. 1474. alias notus Liber sub titulo Compilationis Chronologicae *f.* 558.
z.) Syllabus Abbatum *Werthinensium* & *Helmstadiensium* auctore Fratre *Henningo Hagen*, *f.* 600.
aa.) *Vffingi* Monachi Werthinensis in laudem *Werthinae* Carmen *f.* 604.
bb.) *VVerneri Roleuinkii* de antiquorum Saxonum situ & moribus Libri Tres, *f.* 606.
cc.) Additiones & Emendationes ad Vitam Beatae *Mathildis* Reginae Germaniae, quae extat Tomo I. *f.* 192. Additiones hic *f.* 653.
dd.) Emendationes & Supplementum Chronici *VVeingartensis* Monachi iam Tomo I. *f.* 781. illati de *Guelfis* Principibus *f.* 657.
ee.) Excerpta de Guelfis ex *Viti Arenbeck* Presbyteri Frisingensis Chronica Bauarorum inedita *f.* 660.
ff.) Breuis Narratio belli, quod *Magnus* iunior Dux eiusque filii cum Luneburgensibus gesserunt, a Ciue, vt apparet Brunsuicensi, Saxonico idiomate conscripta *f.* 675.
gg.) Excerpta ex Collectaneis poeticis *Theodorici Blockii*, Brunsuico-Hildesemensis Medici, circa finem Seculi XV. florentis *f.* 677.
hh.) Chronologia Abbatum *Ilsineburgensium*, Monasterii ad Hercynios montes Dioeceseos Halberstadiensis, *f.* 684.
ii.) De Origine & Abbatibus Monasterii *Luccensis* in Territorio Hanouerano *f.* 690.
kk.) De Abbatibus S. Michaelis *Lunaeburgensis f.* 699.
ll.) *Henrici Bodonis* Syntagma de Ecclesia *Gandersheimensi* correctius ex MSCto *f.* 701.
mm.) *Arnulfi* Archi-Episcopi Mediolanensis, Gesta *Mediolanensium f.* 727.
nn.) Excerpta ex Necrologio Monasterii *VVerthinensis*, *f.* 747.
oo.) Excerptum ex Chronico Opere *Andreae Dandoli* Ducis Venetiarum *f.* 748.
pp.) Lacuna Chronici *Magdeburgensis* editi, ex MSCto suppleta *f.* 749.
qq.) Legum *VVisbyensium* ab *Henrico Leone* confirmatarum Praefatio. *f.* 750. *Eiusd.* Priuilegium *VVisbyensibus* datum, Praefationi Tomi III. n. 3. insertum.
rr.) Excerpta ex Chronico MSCto Ecclesiae *Goslariensis*, Dialecto Saxonica *f.* 750.
ss.) Leges antiquae Ciuitatis *Lüneburgensis* de haereditatibus *f.* 754.
tt.) Excerpta Necrologii *Fuldensis* antiquissimi, *f.* 759.

§. XLV.

Decima Sexta Collectio Scriptorum R. G. I. P. Dni de Ludewig.

DECIMAM SEXTAM COLLECTIONEM debemus prouidentiae illustris Viri IOANNIS PETRI de LVDEWIG, qui, hanc e Bibliothecae instructissimae thesauris edendo, omnino posteritati prospexit, inscriptam: *Volumen Secundum complectens Scriptores Rerum Germanicarum*, est hoc additum *Volumini Primo* complectenti *Scriptores Rerum Episcopatus Bambergensis*, quod infra recensebimus, & formis expressum *Francofurti & Lipsiae 1718. f.* refert quidem, libellos singulatim alias typis impressos, sed illos perraros & adeo difficiles inuentu, vt eodem fere pretio cum manu exaratis codicibus aestimari mererentur, multique omnino vsus in historia patria, quibus plures ex MSCtis addidit, nimirum:

I.) *Chronicon Schwarzacense*, Coenobii Dioeceseos Wirzburgensis, ab anno 815. ad annum 1590. ex Codd. MSCtis *f.* 4.
II.) Origines Coenobii *Banzensis*, Dioeceseos Bambergensis, *f.* 48.
III.) *Cunradi Dinneri*, Vita Ioannis Burchardi Abbatis Coenobiorum Schwarzach, Banz, S. Stephani in Wirzburg. ab an. 1562. ad a. 1595. *f.* 69.
IV.) *Chronicon Reicherspergense* Monasterii Salisburgensis Dioeceseos, a principio ad an. 1200. cum Diplomatibus & Diplomatum codicillo adpendice. *f.* 127. inpressum alias *Monachii* 1611. 4.

V.) *Hi-*

V.) *Historia Oettingensis* Coenobii in Bauaria cum Diplomatibus, cura Ioannis Auentini f. *380.* edita iam Noribergae *1518. 4.*

VI.) *Origines Murensis* Monasterii in Heluetiis Ord. S. Benedicti, seu Acta Fundationis cum breui Chronico, Seculi XII. f. *399.* excusae alias Spirembergi *1618. 4.*

VII.) *Dominici Tschudi* Abbatis Murensis, Origines & Genealogia Comitum de Habsburg Monasterii Murensis fundatorum, f. *451.*

VIII.) *Petri VVuiae s. Iurgen Valentini VVintheri*, Historia Episcopatus *Caminensis* in Pomerania, ab origine annoque *1124.* ad an. *1618.* e Cod. MSCt. f. *498.*

§. XLVI.

DECIMAM SEPTIMAM COLLECTIONEM facit IOANNIS GEORGII ECCARDI nobilissimum *Corpus Historicum medii aeui, siue Scriptores res in orbe uniuerso praecipue in Germania, a temporibus maxime Caroli M. Imp. vsque ad finem Seculi post C. N. XV. gestas enarrantes aut illustrantes*, exhibens, duobus Tomis *Lipsiae 1723.* f. *Decima Septima Collectio Ioan. Georg. Eccardi.*

Tomus Primus sistit:

1.) *Fastos Consulares*, Romanos ex Bibliotheca Caesarea descriptos vsque ad Constantium VII. & Constantium III. Coss. hoc est ad annum C. *354.* f. *1.*

2.) Catalogus Praefectorum Vrbis, f. *18.*

3.) Depositio Martyrum & Episcoporum a Lucio P. R. siue A. C. *269.* ad Iulium Papam & A. *352.* f. *23.*

4.) Catalogus Pontificum Romanorum vetustissimus a Petro ad Liberium, f. *25.*

5.) Catalogus Imperatorum Romanorum, a C. Iulio Caesare ad Licinium f. *29.*

6.) Catalogus Consulum Romanorum, a C. Iul. Caes. ad Albinum f. Annum C. *493.* f. *33.*

7.) Alius Catalogus Consulum Romanorum, ad An. *534.* f. *42.*

8.) *Erchemperti* Monachi Benedictini Historia Longobardorum Beneuenti f. *49.*

9.) *Alperti*, Monachi S. Symphoriani, Metensis, libellus de diuersitate temporum, ad Burchardum Wormatiensem Episcopum f. *92.*

10.) Annalista Saxo, siue *Eckehardi Vragiensis* Chronicon, quo res gestae ab initio Regni Francorum ad annum *1139.* enarrantur, ob Genealogicas Saxoniae notitias maxime habendum f. *133.*

11.) Monachorum S. Pantaleonis Ord. Bened. Chronica Regia Coloniensis, vsque in annum *1161.* continuata f. *683.*

12.) *Chronicae Regiae*, Regum Imperatorumque Germaniae ab Henrico Aucupe, vsque ad captum a Friderico I. Mediolanum continuatae, versio vetus Germanica f. *945.*

13.) *Annales Bosouienses*, ab anno *1125.* ad annum *1198.* continuati f. *1007.*

14.) Gesta Friderici II. Imperatoris eiusque Filiorum Conradi & Manfredi Regum f. *1025.*

15.) *Ricobaldi Ferrariensis* Historia Imperatorum Romano-Germanicorum a Carolo M. vsque ad annum *1298.* producta, f. *1149.*

16.) *Eiusdem* Historia Pontificum Romanorum vsque ad Clementem IV. f. *1189.*

17.) *Eiusdem* Compilatio Chronologica ad annum vsque *1312.* procedens f. *1225.*

18.) *Philippi* de *Lignamine* Continuatio Chronici Ricobaldini f. *1299.*

19.) *Chronicon Lüneburgicum* Saxonica lingua conscriptum atque ad Wilhelmum Regem Germaniae extensum f. *1315.*

20.) Continuatio Chronici *Martini Poloni* Austriaca, a Rudolfo I. Imp. vsque ad annum *1343.* historiam enarrans f. *1413.*

21.) *Theodorici* a *Niem* Vitae Pontificum Romanorum a Nicolao IV. vsque ad Vrbanum V. & inde ab Anonymo vsque ad annum *1418.* continuatae, additis Imperatorum gestis f. *1461.*

22.) *Martini*, Minoritae Flores temporum ab *Hermanno Iauensi* continuati vsque ad Carolum IV. Imp. f. *1551*.

23.) *Martini Fuldensis*, Chronicon vsque ad annum *1379*. productum f. *1641*.

24.) *Ioannis Vitodurani*, Chronicon a Friderico II. Imp. ad annum *1348*. procedens f. *1733*.

25.) *Andreae Ratisbonensis* Chronicon, a *Ioa. Chrafft* Praedicatore Cambensi interpolatum & vsque ad annum *1490*. continuatum f. *1931*.

Tomo Secundo continentur:

a.) *Vdalrici Babenbergensis* Codex Epistolaris, continens variorum Pontificum & Imperatorum Romanorum, vt & Cardinalium & Imperii Principum Ecclesiasticorum Seculariumque Epistolas circa A. C. *1125*. collectus & in vnum volumen redactus f. *1*.

b.) *Hincmari* Remensis Archi-Episcopi Epistolae f. *375*.

c.) *M. Hermanni Corneri*, Ord. Praedicat. Chronica nouella vsque ad annum *1435*. deducta f. *431*.

d.) Descriptio Itineris in Terram Sanctam f. *1346*.

e.) Breuis Historia occupationis & amissionis Terrae Sanctae f. *1350*.

f.) *Oliuerii Scholastici*, Historia Regum, Terrae Sanctae f. *1355*.

g.) *Eiusdem* Historia Damiatina f. *1398*.

h.) Relatio de Dauide Rege Tartarorum Christiano f. *1451*.

i.) Poema Germanicum vetus de amissione Sanctae Terrae f. *1455*.

k.) *Alexandri Benedicti* Veronensis, de rebus a Carolo VIII. Galliae Rege in Italia gestis f. *1578*.

l.) Catalogus Pontificum Romanorum non diu post An. *1048*. confectus f. *1630*.

m.) *Amalrici Augerii* de *Biterris* Actus Pontificum Romanorum vsque ad Iohannem XXII. siue annum *1321*. f. *1642*.

n.) *Ioannis Trithemii* Nepiachus, i. e. libellus de studiis & scriptis propriis a pueritia repetitis f. *1826*.

o.) *Prophetiae Satyricae* in Papas aliquot Seculi XIII. & XIV. f. *1846*.

p.) Magistri *Vulgerii* Versus in Bonifacium VIII. Papam & mores Cleri f. *1850*.

q.) Excerpta *Iohannis Hussi* condemnationem concernentia f. *1859*.

r.) *Stephani Infessurae*, Senatus Populique Romani Scribae, Diarium Vrbis Romae f. *1863*.

s.) *Ioannis Burchardi* Ceremoniarum Magistri Diarium Curiae Romanae sub Alexandro VI. Papa f. *2018*.

t.) *Norberti* Abbatis Iburgensis, Vita *Bennonis* Episcopi Osnabrugensis anno *1118*. conscripta f. *2162*.

u.) *Mauri Rost* Abbatis Iburgensis Vita Bennonis Episcopi metrica f. *2195*.

x.) *Golscheri* & Anonymi cuiusdam Gesta Archi-Episcoporum Treuirensium ab anno *1132*. vsque ad annum *1259*. continuata f. *2198*.

y.) Catalogus Episcoporum *Augustanorum* & Abbatum S. *Afrae* vsque ad Friderici I. Imp. aetatem f. *2239*.

z.) Breue Chronicon Episcoporum *Ratisbonensium* ex Chronica *Conradi* de Monte Puellarum confectum, f. *2243*.

aa.) Anonymi Authoris Chronicon Episcoporum *Ratisbonensium* a. *1377*. confectum f. *2254*.

bb.) Chronica Praesulum *Spirensis* Ciuitatis f. *2258*.

cc.) Catalogus Episcoporum *Spirensium* f. *2274*.

Ab eodem celeberrimo Viro paucis ante hanc Collectionem annis, in lucem producta: *Veterum Monumentorum Quaternio*, *Lipsiae*, siue potius *Hanouerae 1720*. *f.* extant ibi.

1.) *Agii* Vita *Hathumodae* Abbatissae *Gandersheimensis* primae, cum Dialogo Poetico de obitu eius.

2.) *Anonymi* Narratio de Electione *Lotharii* Ducis Saxoniae in Imperatorem.

3.) Fragmentum Poematii in laudem *Henrici Comitis* Palatini ad Rhenum Henrico Leone nati.

4.) Varia

4.) Varia Cantica in *Ottones*, *Henricum* Sanctum, Conradum II. Henricum III. Impp. aliosque cum egregiis Notis Genealogico Historicis Editoris.

§. XLVI.

Decima octava collectio Ioh. Fried. Schannat.

Iure meritoque inter *Collectiones* Rerum Germanicarum scriptorum & monimentorum DECIMO OCTAVO NVMERO refero, insignis & de rebus Fuldensibus imo omni Germania meriti praeclare viri, Historici Fuldensis IOANNIS FRIDERICI SCHANNAT *Vindemias Literarias*, hoc est *Veterum monumentorum ad Germaniam sacram praecipue spectantium*, Collectiones Binas, boni gustus frugibus plenas. *Collectione Prima*, quae *Fuldae & Lipsiae 1723. f.* prodiit, continentur:

1.) *Necrologium* Ecclesiae Metropolitanae *Moguntinae* f. 1.
2.) *Anonymi* Series, Abbatum Monasterii *Weissenburgensis* f. 5.
3.) Vetus Diptycon *Fuldense* f. 16.
4.) Anonymi Chronicon Coenobii *Schütterani* f. 17.
5.) *Necrologium Lauresbamensis* Monasterii f. 23.
6.) Antiquitates Coenobii *S. Michaelis Bambergae* f. 41.
7.) Traditiones Veteres Coenobii *S. Stephani* Herbipoli f. 53.
8.) *Anonymi* Chronicon Erfordiense f. 91.
9.) Chartarium *Reinhardsbornensis* Coenobii in Thuringia f. 106.
10.) Excerpta Necrologii veteris *Abbatiae Mollenbeccanae* f. 138.
11.) Notitiae Monasterii omnium Sanctarum.
12.) Rudera Abbatiarum Albae Dominorum & Albae Dominarum in Ducatu Wirtenbergico f. 142. 151.
13.) *Anonymus* de origine & Abbatibus Coenobii *S. Ioannis in Rhingania* f. 154.
14.) Dotationes Coenobii *S. Petri in Nigra sylua* f. 160.
15.) Necrologium Abbatiae Lucidae vallis f. 164.
16.) Diplomata varia & Epistolae, multi variique vsus f. 173.

Additus Conspectus trium vetustissimorum Codicum ex illis, quos in ipso sui Martyrii campo, vbi S. Bonifacius Archi-Episcopus cum sociis occubuit, manus fidelium collegerunt ac Fuldam deportarunt, ad rem literariam medii aeui faciens.

Collectione Secunda, harum *Vindemiarum*, quae itidem *Fuldae & Lipsiae 1724. f.* prodiit habentur:

a.) Traditiones veteres Coenobii *S. Petri Erfordiae f.*
b.) Excerpta ex Necrologio eiusdem Coenobii, f.
c.) *Anonymi* Chronicon *VVirtembergense* f.
d.) *Anonymus* de origine & Abbatibus Coenobii *Combergensis* f.
e.) Necrologium Monasterii *S. Michaelis Bambergae* f.
f.) Burchardi Chronicon Ecclesiae Collegiatae *S. Petri VVinpinensis* f.
g.) *Dietheri* de *Helmestat* Continuatio eiusdem Chronici f.
h.) Necrologium Ecclesiae Collegiatae Winpinensis f.
i.) *Anonymi* vita B. *Lamberti* Can. Regg. Noui operis iuxta Halas Saxonicas primi Praepositi f.
k.) Translatio Reliquiarum S. Alexandri Martyris ad idem *Noui Operis Monasterium*, f.
l.) *Ioannis Tylich* Monasterii *S. Mauritii* extra Muros *Nuemburgenses* Praepositi, Chronicon Misnense f.
m.) *Anonymi* Series Chronologica Episcoporum *Virdunensium* f.
n.) *Diplomata* & Epistolae variae f.

Quae, quidem maximam partem ad res Germaniae sacras & ecclesiasticas facere videntur, qui tamen oculo rite edocto inspexerit, singularia multa vniuersalem patriae historiam collustrantia inueniet. Quod in primis verissimeque pronunciandum, de alio viri laudatissimi opere, circa haec tempora edito, sub elogio:

Corpus Traditionum Fuldensium, ordine Chronologico digestum, complectens omnes

omnes & singulas, Imperatorum, Regum, Principum, Comitum, aliorumque fidelium pias Donationes in Ecclesiam Fuldensem, *collatas ab Anno Fundationis* suae DCCXLIV. ad finem vsque Seculi XIII. *Lipsiae 1724. f.* nitide expressum.

Thesaurum merito dixeris Antiquitatum Germanicarum has vetustissimo Monasterio concessas Traditiones, quas equidem *Iohannes Pistorius* Tomo III. suae Collectionis quamuis indigeste & non emendate satis primus inseruit, easdem vero non solum emendatiores, sed & quadruplo auctiores, earumque aliquot ex veterrimo Codice Seculi IX. edidit, notationes quasdam non obuias, cum Sigillorum Ectypis rarioribus, inseruit, adhaec Patrimonium S. Bonifacii siue Buchoniae Veteris Descriptionem, ex iisdem traditionibus erutam, aliisque monumentis Fuldensibus auctam & illustratam, cum praefixa Mappa Geographica adiecit, qua quidem opera eximia parti Geographiae medii aeui Germanicae, insignis lux adfunditur.

§. XLVII.

Decima nona collectio Ioh. Burch. Menckenii.

Insignis DECIMA NONA est COLLECTIO, quam prouidae curae debemus illustris & de Republica literaria praeclarissime meriti IOANNIS BVRCHARDI MENCKENII Regis Poloniarum & Electoris Saxoniae Consiliarii Aulici & Historici, Historiarum in Academia Lipsiensi Professoris, inscriptam: *Scriptores Rerum Germanicarum praecipue Saxonicarum* Tomis duobus, *Lipsiae 1728. f.* qui vel primum in lucem protracti, vel cum Codicibus MSCtis collati notulisque fuerunt illustrati, cum figuris quibusdam aeneis.

Tomi Primi hae sunt partes:

1.) *Auctoris Anonymi* Chronicon vetus ex libris Pentheon excerptum de Impp. Romanis a Carolo M. ad mortem Friderici II. *f.* 1.

2. Chronici *Alberici*, Monachi trium fontium, Lectiones emendatiores & auctiores, vel eius Continuatio ab Anno 960. ad an. 1241. *f.* 35.

3.) *Andreae* Presbyteri, Itali, Chronicon breue, hactenus ineditum ab An. 568. vsque ad mortem Ludouici II. Imp. & An. 874. *f.* 89.

4.) Annales *Francorum* vetusti a Carolo M. & An. 801. ad An. 822. *f.* 101.

5.) *Petri Saxii*, Arelatensis Ecclesiae Canonici, *Pontificium Arelatense* seu Historia Primatum Ecclesiae Arelatensis, ex Editione Aquis Sextiis 1620. 4. vulgata, quae rarissima erat, *f.* 107.

6.) Diplomata Abbatiam *Chomburgensem* prope Halam Sueuorum sitam, concernentia ab An. 1090. ad An. 1480. plusquam CCCC. selecta, praemissus Catalogus Abbatum Chomburgensium, *f.* 379.

7.) Diplomata LV. res Comitum *Gleichensium* ab An. 1217. ad An. 1508. illustrantia ex Historia Comitum Gleichensium MSCta *Casparis Sagittarii* *f.* 533.

8.) Diplomata *Bremensia* XVII. anecdota e Chronico Bremensi maiori, dialecto Saxonica conscripto, inedito, decerpta *f.* 583.

9.) Diplomata Monasterii *Oldeslebensis* CXCVII. e libro Copiali qui Gothae seruatur, *f.* 614.

10.) Diplomata *Capellendorfensia* CLXXXVIII. ex quibus inprimis Genealogiae Burggrauiorum Kirchbergensium illustrari potest *f.* 675.

11.) Diplomata XXXVI. varia *Misniae & Thuringiae* Monasteria concernentia; item: *Conradi* Marchionis Diplomata duo, seu Donationes S. Sepulchro & Hospitali Hierosolymitano factae, vt & Compositiones aliquot Principum, ex quibus inter alia auctoritas *VVilhelmi* Saxoniae Ducis patet, *f.* 763.

12.) *Donati Acciaioli* Vita Caroli M. plenius e MSCto edita *f.* 813.

13.) Legenda Patroni Germaniae *S. Bonifacii* Libris II. & alia Legenda *Bonifacii* vernacula, cum Notis *f.* 833.

14.) *Ermoldi Nigelli*, Abbatis Anianensis, de rebus gestis *Ludouici Pii* Imp. ab An. 781. ad An. 826. Carmen elegiacum cum Notis *Ludouici Antonii Muratorii*. *f.* 865

15.) *Benzonis* Episcopi Albiensis, Panegyricus Rythmicus, seu Commentariorum

riorum de rebus Henrici III. seu IV. Regis Germaniae Libri VI. cum notis *Iacobi Augusti Franckensteinii f.* 957.

16.) *Eberhardi VVindeckii*, Moguntini, Historia *Sigismundi* Imp. vernacula, nunc primum edita *f. 1073.*

17.) *Antonii* de *Musica*, Antwerpiani, Commentarii rerum a *Carolo V.* Imp. apud *S. Digerium* gestarum, *f. 1289.*

18.) *Achillis Pirminii Gassari*, Lindauiensis, *Annales Reipublicae Augustburgensis*, siue Augustanae Vindelicorum *f. 1315.*

19.) *Cosmae*, Pragensis Ecclesiae Decani, *Chronicae Bohemorum* Libri Tres; praefixa Ducum ac Regum Bohemiae Elogia versibus decantata a *Mart. Cuthenio* & *Caspare Cropacio*, *f. 1967.*

Tomo Secundo:

a.) *Pauli Langii* Monachi Benedictini in Monasterio Posauiensi Cronica *Neumburgensis* s. Naumburgensis Ecclesiae ab Ottone M. ad Carolum V. Imp. & An. *1535. f. 1.*

b.) Anonymus de Fundatione & benefactoribus Ecclesiae *Pegauiensis*, cum Catalogo Abbatum *Pegauiensium* & Diplomatibus, item Calendario Pegauiense *f. 102.*

c.) Calendarium siue Necrologium Monasterii S. Mariae in *Kemniz f. 155.*

d.) Chronicon *Montis Sereni*, seu, *Lauterbergense*, cum egregio Codice MSCto & Chronico *Vetero-Cellensi* collatum, addita Versione vernacula, *f. 166.*

e.) Chronicon Terrae *Misnensis*, *f. 313.*

f.) Annales *Vetero-Cellenses* continentes Historiam *Misniae* Marchionum, cum variis Lectionibus, & duplici versione Germanica inedita *f. 377.*

g.) Res *Misnicae* ab An. 1426. ad An. 1488. versioni Germanicae Chronici Vetero-Cellensis additae & *Ioanni Puchelero* adscriptae. *f. 417.*

h.) Chronicon *Vetero-Cellense* minus, it. Monumenta quaedam vetusta, vt & Dedicationes variorum Altarium & Capellarum in Cella veteri, *f. 435.*

i.) *Erphurdianus* Antiquitatum variloquus a fundata ciuitate *f. 461.*

k.) *Theodorici Engelbusii* Chronica Erfordensis Ciuitatis *f. 561.*

l.) Chronicon & Annales Torgauienses ab An. 1296. ad an. 1601. incerto Auctore eoque recentiore *f. 565.*

m.) *Georgii Spalatini* Chronicon, siue Annales, a mense Augusto Anni 1513. ad finem fere Anni 1526. *f. 589.*

n.) *Abrahami Thammii* Chronicon vetustissimae arcis & vrbis *Coldicensis*, e vernacula in latinam versum, *f. 663.*

o.) *Pauli Martini Sagittarii*, Dissertatio de *Rochlitio f. 753.*

p.) *Eiusd.* de Nummis Saxoniae Ducum Dissertationes Sex; *Ei.* Syllabus Monetae cupreae Saxonicae ineditus; Eiusd. Dissertatio de Comitis Palatini dignitate in Fridericum Sapientem Electorem collata, *f. 763.*

q.) Eiusd. Dissertatio de Locis sepulchralibus Familiae Wittikindeae ab excessu Ottonis Diuitis, *f. 797.*

r.) *Samuelis Reyheri* Monumenta Landgrauiorum *Thuringiae* & Marchionum *Misniae*, cum *Friderici Hortlederi* & *VV. E. Tenzelii* Notis & additionibus adhuc ineditis; Accessere passim Monumenta Ducum Saxoniae ex *Andr. Sennerti* Athenis & Inscript. VVittenb. vt & *Dauidis Schirmeri* Conditorio Saxonico Freibergensi, *f. 809.*

s.) *Wilhelmi Ernesti Tenzelii* Fridericus Fortis rediuiuus, h. e. Vita & fata *Friderici Admorsi* Landgrauii *Thuringiae*;

Iohannis Garzonis Rerum Saxonicarum Libri Duo;

Philippi Melanthonis Oratio de *Friderico* Admorso, cum notis, animaduersionibus & figuris aeneis. *f. 880.*

t.) *Georgii Spalatini* Vitae aliquot Ducum & Electorum Saxoniae a Friderico I. vsque ad Iohannem Fridericum e vernacula in latinam translatae *f. 1067.*

u.) *Georgii Arnoldi* Vita *Mauritii* Ducis & Electoris *Saxoniae*, ex authentico

Latino MSCto primum edita & cum versione germanica *Dauidis Schirmeri* & variis MSCtis collata, *f.* 1151.

x.) *Ioachimi Camerarii* Orationes X. Funebres in *Mauritium* D. & Elect. *Saxoniae*, *f.* 1257.

y.) Epistolae Arcanae XXXIII. pleraeque gallico idiomate ab Henrico II. Galliae Rege ad ministros & amicos suos & ab his vicissim ad Regem An. 1548. & 1553. datae, quibus praesertim ea, quae ad *Foedus Mauritii* Electoris *Saxoniae* cum Gallis eiusdemque mortem & res paulo post in Germania gestas spectant, describuntur, *f.* 1391.

z.) Excerpta Saxonica, Misnica & Thuringica, ex *Monachi Pirnensis*, seu vero nomine *Iohannis Lindneri* siue *Tiliani* Onomastico vernaculo autographo, *f.* 1447.

aa.) Monachi *Isenacensis*, vulgo *Iohannis Rohte* Chronicon *Thuringiae* vernaculum, alias *Isenacense*, vel *Erfordiense* dictum *f.* 1633.

bb.) De S. *Bennone* Episcopo Misnensi in Saxonia & Slauorum Apostolo Scripta varia, in primis *Hieronymi Emseri* Vita *S. Bennonis*, cum Notis *Godefridi Henschenii* & *Danielis Papebrochii*.

cc.) *Theoderici* de *Thuringia*, seu de *Apoldia* variae Lectiones & Supplementa Vitae S. Elisabethae. *f.* 1987.

dd.) Libellus de dictis IV. ancillarum *S. Elisabethae*, siue Examen miraculorum eius. *f.* 2007.

ee.) *Auctor* rythmicus vernaculus de vita *Elisabethae* Landgrauiae Thuringiae *f.* 2033.

ff.) Peregrinatio seu Passagium ad Terram Sanctam *Alberti* Ducis Saxoniae vernacula exaratum, *f.* 2103.

gg.) *Iohannis Rathalter* de meritis *Alberti* Ducis Saxoniae Locum tenentis generalis per Brabantiam in Domum *Burgundicam*, lingua vernacula *f.* 2113.

hh.) *Georgii Spalatini* Dissertatio Genealogico-historica de liberis Alberti Ducis Saxoniae, lingua vernacula *f.* 2123.

ii.) Addenda ad Annales *Vetero-Cellenses* Tom. II. Num. VI. editos, *f.* 2175.

§. XLVIII.

Collectiones Scriptorum Rerum Germanicarum, Prouinciarum singularium tam Ecclesiasticarum quam Secularium, in primis Rerum Moguntinarum Ioannis.

Magna quoque lux vniuersalibus Germaniae rebus accensa est, per productos e situ & tenebris Scriptores singularium *Germanici* Regni Prouinciarum & locorum cum Ecclesiasticarum, tum Secularium, quas heic memorare consultum duximus, primum *Prouinciarum sacrarum* & diuersarum Dioecesium collectos in certa Corpora Scriptores indicaturi. *Rerum*, sic *Moguntiacarum* Volumina Tria egregia, publicae luci exposuit celeberrimus & perinsignis Vir GEORGIUS CHRISTIANVS IOANNIS, quorum bina priora *Francofurti ad Moenum* sumtu *Ioannis Maximiliani a Sande* 1722. *f.* prodierunt, *Tertium* vero ibidem 1727. f. fuit editum, quo in Corpore colligendo auxiliatrices manus dederunt illustris ac generosissimus Vir Valentinus Ferdinandus de Gudenus & amplissimus apud Francofurtenses Senator Zacharias Conradus ab Vffenbach. *Volumini primo*, doctissimam de Scriptoribus Rerum Moguntinarum antiquioribus ac recentioribus editis & ineditis Praefationem praemisit, eodemque exhibuit *Nicolai Serarii*, Societatis Iesu, Theologiae Doctoris & in Academia Moguntina Professoris *Moguntiacarum Rerum* Libros Quinque, ab initio, vsque ad Ioannem Suicardum Archi-Episcopum Electorem, *Moguntiae* 1604. 4. typis editos, quibus non modo vrbis Moguntinae natales, fata, decora, idque genus alia, verum etiam Sanctorum Moguntinensium, nec non Episcoporum & Archi-Episcoporum vitas resque gestas, ceteris Scriptoribus plenius & curatius pertractauit. Hos libros Serarianos doctissimus editor, eruditis & magno labore collectis Annotationibus illustrauit, suppleuit, multis in locis in rebus Moguntinis emendauit, vitamque & res vltimorum Archi-Episcoporum Electorum, Georgii Friderici, Anselmi Casimiri, Ioannis Philippi, Lotharii Friderici, Damiani Hartardi, Caroli Henrici, Anselmi Francisci, Lotharii Francisci, suo stilo & ingenio scite prudenterque composuit. *Volumine secundo* continentur:

a.) Ex-

1.) Excerpta ex Patrum Antverpiensium Actis Sanctorum nec non *Ioannis Mabillonii Actis Sanctorum* Ordinis Benedictini ad quorundam Sanctorum & Antistitum *Moguntinensium* Historiam facientia. f. 1. seq.

2.) *Anonymi* de Caede *Arnoldi* Archi-Episcopi *Moguntini* Narratio, e vernaculo in latinam linguam conuersa f. 80.

3.) *Conradi* siue potius Christiani II. Archi-Episcopi Moguntini Chronicon Rerum Moguntiacarum, ab an. 1141. ad an. 1251. cum Notis Helwichii f. 97.

4.) *Georgii Helwichii* Moguntia deuicta, siue de Dissidio Moguntinensi quod fuit inter duos Archi-Episcopos *Dietherum* Isenburgium, & *Adolfum* Nassouium, de Archi-Episcopatu contendentes Narratio f. 134.

5.) *Iacobi Manlii* Historia collatae Cardinalitiae dignitatis in Albertum Moguntinum f.

6.) *Georgii Helwichii* Elenchus Nobilitatis Moguntinae, h. e. omnium Praelatorum ac Canonicorum Ecclesiae Moguntinae Metropolitanae a primordio ipsius ad an. 1623. breuis enumeratio f. 207.

7.) Syllabus *Praelatorum* ac *Canonicorum* Ecclesiae Moguntinae Metropolitanae plenior & accuratior. f. 270.

8.) Elenchus *Suffraganeorum* Moguntinensium, siue Pontificii muneris in Partibus Rheni Dioeceseos Moguntinae Vicariorum f. 421.

9.) Chronica Ecclesiarum *Collegiatarum* quae Moguntiae sunt, recens concinnata. f. 459.

10.) *Georgii Helwichii* Chronicon Monasterii, iam vero Collegiatae Equestris ad S. Albanum f. 717.

11.) *Ioannis Antonii Witlichii*, Catalogus Abbatum Monasterii Diui Iacobi in monte specioso f. 803.

12.) Breues Dissertationes de origine, fatis, statuque variorum *Coenobiorum*, & Parthenonum extra & intra Moena Moguntina f. 831.

13.) Additiones ad *Helwichii* de Dissidio Moguntino libellum, & eiusdem Elenchum, iamque memoratos Catalogos f. 883. seq.

Volumine Tertio, seu, vti inscribitur: *Scriptorum Historiae Moguntinensi cum maxime inseruientium* Tomo Nouo, eodem *Georgio Christiano Ioannis* curante, *Francofurti ad Moenum 1727. f.* edito, continentur,

1.) *Georgii Helwichii* Antiquitates Coenobii *Laurishamensis* f. 1.

2.) *Ioannis Mauricii Gudeni* Historia *Erfurtensis* f. 123.

3.) *Ioannis Andreae Schmidii* de Conciliis *Moguntinis* Dissertatio f. 281.

4.) *Ioannis Huttichii* Collectanea Antiquitatum in Vrbe atque Agro *Moguntino* repertarum, f. 315.

5.) *Monumenta Sepulcralia* Anno 1714. Moguntiae eruta, cum Scholiis *Caroli Gustaui Heraei*, f. 345.

6.) *Wilhelmi Ernesti Tenzelii*, *Moguntinensium* moduli maioris, aliorumque cum veterum, tum recentiorum *Nummorum* breuis Designatio, f. 355.

7.) *Nicolai Seelaenderi*, Sylloge Bracteatorum *Moguntinensium*, f. 372.

8.) *Caroli Gustaui Heraei*, Series Archi-Episcoporum *Moguntinensium*, monimentis numismatum Caesarianorum posteris seruata, f. 389.

9.) *Theodorici Gresemundi* Historia & Carmen de S. Cruce prope Moguntiam violata f. 393.

10.) *Ioannis Arnoldi Bergellani*, de Chalcographiae inuentione Poema Encomiasticum, f. 421.

11.) S. Sedis *Moguntinae* Collegiique Metropolitani Facies, sub initium Anni 1568. ex *Aegidio Periandro.* f. 441.

12.) *Georgii Christiani Ioannis* de Patriciorum veterum Moguntinensium Familiis, discrimine, iuribus, contentionibus, fatis Commentariolum, f. 449.

§. XLIX.

Multa cura festiuoque apparatu, de omni Historia Germanica non leuiter meritus illustris Vir IOANNES PETRVS de LVDEWIG, Regalis Curiae & Regiminis Magdeburgici tum Consiliarius Iurium & Historiarum Professor in Aca- *Scriptores Bambergensium Rerum Dni Io. Petri de Ludewig.*

Academia Halensi ac Archiuarius Tabularii Magdeburgici *Scriptores Rerum Episcopatus Bambergensis*, aliquot, cum multi lateant, cuius caussas cultissima Praefatione aperuit, e tenebris eruit, ipseque de editis his laudata Praefatione iudicium tulit, sunt autem sequentes:

a.) *Martini Hoffmanni* Annales *Bambergensis* Episcopatus ab origine ad An. *1440*. f.

b.) *Iacobi Gretseri*, Diui Bambergenses, Ingolstadii primum *1611. 4.* editi, cui insunt vitae Henrici S. Imp. Kunigundae Imperatricis f.

c.) *Andreae* Abbatis Bambergensis, de vita S. Ottonis Libri IV. cum Gretserianis collati atque illustrati obseruationibus Valerii Iaschii, f.

d.) *Martini Hoffmanni*, Vrbs Bamberga & Abbates Coenobii Benedictinorum S. Michaelis supra montem, versibus elegiacis f.

e.) *Iusti Veracii* Libellus consuetudinum Bambergensis Principatus f.

f.) *Andreae Goldmeyeri*, Mathematici, Descriptio Bambergae Historica, Astrologica f.

g.) *Ioannis Petri Ludewig* Bambergensium Episcoporum nouissimi Seculi Continuatio ab Anno *1600*. ad an. *1718*. cum Annotationibus, f.

h.) Diplomatum *Bambergensium* Codicillus adpendix f.

De singulis curate iudicauit, illustris Editor, fata scriptorum libellorumque exposuit, atque vsum eorundem in singulari & omni Germaniae historia ac iurisprudentia, vti solet, eleganter commonstrauit, indicemque adiici curauit. De addito huic, vt iustum Volumen fieret, *altero Tomo*, inter *Collectiones vniuersales Rerum Germanicarum*, supra iam p. *76*. exposui.

§. L.

Scriptores Rerum Wirzburgensium Ioa. Petri de Ludewig.

Paucis ante annis idem Vir summus, vrgente laudabile institutum *Thoma Fritschio* acris iudicii bibliopola, ediderat Scriptores Rerum Episcopatus Wirzburgensis, vernaculo maxime idiomate exaratos, sub titulo: *Geschicht-Schreiber von dem Bischoffthum VVirtzburg, Francofurti 1713. f.* praemissa bonae frugis plenissima praefatione, quae de insignibus emolumentis, quae patriae historiae & maxime prudentiae Iurispublici singularium Prouinciarum praebent, huiuscemodi Scriptores. Praefixa alias, eleganter curateque germanico idiomate scripta atque ex ipsis fontibus cum iudicio petita *Praeparatio* siue *Introductio* ad *Historiam specialem Franciae Orientalis*, qua cum curatior expositio Geographiae veteris & ex parte mediae Germaniae nostrae, variarumque Gentium eius migrationum, tum succincta rerum Populi Francorum narratio, ad ea tempora vsque, quo in Germaniae Regno singularis prouincia, quae Orientalis Franciae nomen accepit fuit exorta, continetur, cuius auctorem eruditissimum Virum *Ioannem Dauidem Koelerum* Professorem Altorfinum Historicum faciunt, inde ordine sequuntur:

1.) *Iohannis Mülleri* Inuestigatio, de origine & Francorum & Episcopatus VVirzburgici, germanice f. *353. 359.*

2.) *Laurentii Friese*, Consiliarii & Secretarii Wirzburgici, Historia Episcoporum Wirzburgensium, itidem germanico idiomate f. *373.*

3.) *Ioannis Reinhardi*, Excerpta Chronici Wirzburgici Laurentii Frisei, f. *866.* germanice.

4.) *Anonymi* Continuatores Historiae Episcoporum Wirzburgensium ab an. *1546*. ad a. *1712*. f. *935*.

5.) *Casparis Bruschii* Catalogus & Vitae Episcoporum VVirzburgensium, germanice. f. *951.*

6.) *Nicolai Serarii*, ad Vitam *S. Kiliani*, auctore anonymo, scriptam, Notae & Animaduersiones, latine f. *966.*

7.) *Ioannis Trithemii* Historia Coenobii Wirzburgensis, ad *S. Iacobum*, latine f. *993.*

8.) *Idem* de origine Francorum, f. *1011.*

9.) *Anonymi* Chronicon *VVirzburgense*, ex *Baluzii* Miscellaneorum T. I. f. *1004.*

Idem perillustris Dominus de LVDEWIG ex insigni illo, quem magnis sumtibus comparauit, codicum manu & formis exscriptorum adparatu, promitit, *Scripto-*

Scriptores Eichstadenses; *Argentoratenses*; & *VVormatienses*, illorum nempe spem fecit in Praefatione ad *Bambergenses* §. *VIII. & IX. p. 5.* istorum, in Praefatione ad *Reliquias MSCtorum* §. *XXXIX. p. 100.* horum in eodem Praefamine §. excitato annotatione XIX. *p. 100.* IOANNIS FRIDERICI SCHANNAT, *Scriptores Rerum Fuldensium*, sub prelo sudant, quos illosque promissos, patriae historiae cultores, magnis desideriis expectamus.

§. LI.

Multum certe lucis & ornamenti communis patriae historia accipit ex rebus *Austriacis*, ex quo in lucem producti *Scriptores Rerum Austriacarum veteres & genuini*, quos ex Austriae vicinarumque Prouinciarum bibliothecis & tabulariis magno labore perlustratis, aut primum publicos in vsus vindicauit, aut ex MSS. Codicibus auctiores & emendatiores fecit, & necessariis notis, obseruationibus & animaduersionibus illustrauit Summe venerabilis Domnus P. HIERONYMVS PEZIVS Austriacus Ipsensis antiquissimi & exemti Monasterii Mellicensis in Austria inferiore professus, qui cum Fratre celeberrimo BERNARDO Ordini S. Benedicti & Germaniae ornamento est. *Tomus* horum *Primus* potissimum veteres & sinceros Scriptores refert, qui res a prima gentis Austriacae origine vsque ad Seculum XIV. in re publica & ecclesia praeclare & sancte gestas, narrationes etiam genealogicas veterum Marchionum & Ducum Stirpis *Babenbergensis* complectuntur, quibus accesserunt antiqua & originaria monumenta ex Libris MSS. depromta, quibus non solum Austriae, sed etiam adsitarum Prouinciarum historiae antiquae lux amplior accenditur & conciliatur, *Lipsiae 1721. f.* *Scriptores Rerum Austriacarum Domni Hieronymi Pezii M. B.*

Offeruntur nempe Tomo *Primo*:

1.) S. R. *Pezii* Editoris in hunc Tomum Dissertationes Prooemiales sex, in quibus de variis & ad penitius cognoscendam Historiam Austriacam necessariis capitibus, disputatur.

2.) Auctoris *incerti* breue Chronicon *Laureacensium* & *Pataviensium* Archi-Episcoporum & Episcoporum f. 5. ad 8.

3.) Anonymi *Poetae* vetustissimi versus de ordine Comprouincialium Pontificum, vbi & de primis Episcopis *Pataviensibus* a f. 9. ad 10.

4.) Indiculus peruetustus eorundem Antistitum *Pataviensium* a *VVivilone* vsque ad *Conradum* S. Leopoldi Marchionis Austriae F. f. 11.

5.) Alius Indiculus perantiquus *eorundem* Episcoporum a *VVivilone* vsque ad *Bernardum* a col. 12. ad 14.

6.) *Bernardi* Norici Coenobitae Cremifananensis seu Crembsmunstrensis Chronicon de *Laureacensibus* & *Pataviensibus* Pontificibus a f. *1297.* ad *1310.*

7.) Catalogus recentior saepe dictorum *Laureacensium* & *Pataviensium* Antistitum a Wivilone vsque ad Ernestum a f. 15. ad 20.

8.) Auctoris *Anonymi* Vita *S. Maximiliani* Archi-Episcopi *Laureacensis* & Martyris a f. *22.* ad *34.*

9.) *Anonymi* vetustissimi Vita *S. Floriani* Martyris & Principis Officii a f. *36.* ad *37.*

10.) Alia eiusdem *S. Floriani* vita, a quodam *incerti nominis* Canonico regulari, vt videtur, Sanct-Florianensi conscripta, a f. *39.* ad *50.* accesserunt veteres duo Hymni cum totidem collectis seu Orationibus de eodem Sancto a f. *51.* ad *53.*

11.) Alia Vita eiusdam *S. Floriani* metrice composita ab Auctore anonymo sed perantiquo a f. *53.* ad *61.* accessit Rhytmus peruetustus de Eodem a f. *61.* ad *62.*

12.) Vita *S. Seuerini* Noricorum Apostoli, auctore *Eugipio* eiusdem Sancti discipulo a f. *64.* ad *93.*

13.) Vita *S. Colomanni* Martyris & Tutelaris Austriae Patroni ab *Erchenfrido*, tertio Abbate Mellicensi scripta a f. 99. ad 104. Accessere veteres Hymni, Sequentiae & Collectae de eodem *Colomanno* a f. 104. ad *106.*

14.) Martyrium eiusdem *S. Colomanni* Sapphico Carmine a *Iohanne Stabio* editum & ab alio innominato Auctore continuatum, a f. *106.* *109.*

 15.) *Fer-*

15.) *Ferdinandi* Dapiferi Monachi Mellicensis Vita B. *Gothalmi* Peregrini, a f. *110.* ad *112.*

16.) Acta Beati *Altmanni* Episcopi *Pataviensis*, auctore Anonymo Coenobita Gottwicensi, a f. *115.* ad *135.*

17.) Alia Acta eiusdem B. *Altmanni* auctore *Ruberto* Abbate *Gottwicensi* a f. *138.* ad *163.*

18.) Antiquum Chronicon Monasterii *Mellicensis* a Christo nato ad vsque annum eiusd. *1564.* a f. *166.* ad *288.*

19.) *Conradi* de *Wizenberg* I. Abbatis *Mellicensis* breue Chronicon Stemma resque gestas veterum *Austriae* Marchionum & Ducum Stirpis *Babenbergensis* a Leopoldo I. illustri, vsque ad Leopoldum VI. Victoriosum, complectens, f. *290.* ad *294.*

20.) Anonymi *Mellicensis*, Historia Fundationis Coenobii *Mellicensis* a f. *297.* ad *301.*

21.) Vetus *Necrologium* eiusdem Monasterii *Mellicensis* a f. *304.* ad *312.*

22.) Inscriptio veteris Lapidis sepulchralis, quo antiquorum *Austriae* Marchionum & Marchionissarum ossa in Monasterio *Mellicensi* condita quondam tegebantur additis vtrorumque Epitaphiis, a f. *313.* ad f. *314.*

23.) Antiquum Chronicon *Salisburgense*, longe diuersum ab eo quod *Henricus Canisius* Tomo VI. Lect. Antiq. euulgauit, a primo anno aerae Christianae, vsque ad A. *1398.* a f. *317.* ad *434.*

24.) Chronicon *Claustro-Neoburgense* ab Anno Chr. *218.* ad An. *1348.* a f. *436.* ad *492.*

25.) Excerpta ex perantiquo Necrologio *Claustro-Neoburgensi* a f. *492.* ad *494.*

26.) Vita Beati *Hartmanni* ex I. Praeposito *Claustro-Neoburgensi* Ord. Can. Reg. S. Augustini, Episcopi Brixinensis, auctore anonymo Canonico Regulari Claustro Neoburgensi a f. *497.* ad *518.*

27.) Chronicon *Zwetlense* vetustius, ab Anno Christi *1075.* ad *1129.* a f. *520.* ad *523.* accessit Fragmentum Historicum Anonymi *Zwetlensis* de Fundatoribus Monasterii Zwetlensis Ord. Cisterc. a f. *524.* ad *525.*

28.) Chronicon *Zwetlense* recentius, ab ortu Christi vsque ad Annum eiusdem *1349.* a f. *527.* ad *542.* Accesserunt Additamenta ad praedictum Chronicon ab An. *1349.* ad *1457.* a f. *542.* ad *546.*

29.) Auctoris *incerti* Chronicon *Austriacum*, ab Anno primo aerae Christianae ad *1189.* a f. 548. ad 567.

30.) Auctoris *anonymi* Narratio historica de electione *Lotharii* Ducis Saxoniae in Imperatorem Romanorum, Moguntiae An. C. *1125.* habita, vbi de S. *Leopoldo* Austriae Marchione, delatam sibi Imperii dignitatem recusante a f. *570.* ad *573.*

31.) Auctoris *anonymi* Narratio Genealogica posterorum *S. Leopoldi*, a f. *574.* ad *576.*

32.) *Francisci Patani* Oratio de *S. Leopoldo Austriae* Marchione a f. *577.* ad *592.*

33.) *Iohannis Francisci* de *Pavinis* de Padua Summarium Canonizationis *S. Leopoldi* a f. *593.* ad *672.*

34.) Bulla Canonizationis *S. Leopoldi* a f. *673.* ad *678.* accesserunt antiquae Collectae seu Orationes, Sequentia & Hymnus de eodem Sancto.

35.) Auctoris *incerti* breue Chronicon *Austriacum*, res a veteribus *Austriae* Marchionibus & Ducibus Stirpis *Babenbergensis* gestas, vsque ad *Rudolfum* I. Imperatorem, complectens a f. *684.* ad *687.*

36.) *Bernardi Norici* Ascetae Cremisanensis Chronicon *Austriacum*, ab eiusdem gentis origine vsque ad An. C. *1308.* perductum a f. *690.* ad f. *696.*

37.) Necrologium Monasterii *B. Mariae* virginis, vulgo ad *Scotos*, Viennae Austriae, a f. *699.* ad *704.*

38.) *Paltrami*, seu *Vatzonis*, Consulis Viennensis Chronicon *Austriacum* a primo nati Seruatoris anno vsque ad *1301.* inde a *Nicolao Vischel* Coenobita San-Crucensi vsque ad An. *1310.* continuatum, denique ab Anonymo quodam ad An. *1455.* productum, a f. *727.* ad *738.*

39.) Historia Inuentionis SS. Reliquiarum duorum Anonymorum Sanctorum apud Sanctum Hippolytum, Austriae Inferioris vrbem, vulgo *Sanct-Poelten* a f. 744. ad *750.*

40.) Ano-

40.) Anonymi *Leobiensis* Chronicon Libris Sex comprehensum a Christo nato, vsque ad An. *1343.* a f. *756.* ad *966.* accessit breuis Continuatio ab An. *1345.* ad *1347.* a f. *967.* ad *972.*

41.) Anonymi, Coenobitae *Zwetlensis* Chronica *Austriae* ab A. C. *928.* ad an. *1386.* a f. *974.* ad *1001.*

42.) Anonymi Scriptoris Narratio de Proelio *Empbingensi* inter *Fridericum Pulchrum* & *Ludouicum Bauarum* Impp. an. C. *1322.* habito, a f. *1002.* ad *1003.*

43.) Tabulae *Claustro-Neoburgenses* de primis *Austriae* Marchionibus & Ducibus *Stirpis Babenbergensis* eorumque Coniugibus & liberis, auctoribus, *Ladislao Suntbaimio* & *Iacobo* Praeposito *Claustro-Neoburgensi* a f. *1005.* ad *1044.*

44.) *Mattbaei* cuiusdam, vel *Gregorii Hagenii* Germanicum *Austriae* Chronicon, a condito Mundo vsque ad Ann. C. *1398.* a f. *1052.* ad *1158.*

45.) Appendix ad Chronicon proxime praecedens ab Anno C. *1365.* ad *1493.* a f. *1160.* ad *1166.*

46.) *Viti Arenpeckii* Presbyteri Secularis Chronicon *Austriacum*, a primordiis Gentis *Austriacae*, vsque ad tempora Friderici Imp. III. a f. *1174.* ad *1295.*

Tomo vero *Secundo*, qui *Lipsiae 1725.* f. prodiit, comparent:

1. Vita Beati *Adalberonis* Episcopi *Herbipolensis* & Fundatoris Coenobii *Lambacensis*, Ord. S. Bened. in Austria superiori, auctore anonymo Benedictino *Lambacensi*, a f. 1. vsque *17.*
2. Miraculorum B. *Adalberonis* Episcopi *Herbipolensis* libellus, f. *17.* ad *39.*
3. *Eiusd.* B. *Adalberonis* Vita metrica, a f. *39.* ad *43.*
4. Bulla *Alexandri* Papae *III.* Monasterio *Lambacensi* concessa, a f. *43.* ad *45.*
5. Catalogus Abbatum *Lambacensium* ab *Ekkeberto* vsque ad Conradum, qui sub Ann. *1289.* eidem loco praefuit a f. *45.* ad *51.*
6. Catalogus Abbatum *Cremisanensium*, auctore *Bernbardo Norico* eiusdem loci Coenobita, a f. *51.* ad *63.*
7. *Eiusd. Bernbardi Norici* Chronicon *Bauariae* f. *63.* ad *73.*
8. Auctoris *incerti* Chronicon *Bauaricum* a f. *73.* ad *81.*
9. Vita B. *Bertboldi* Abbatis Coenobii *Garstensis*, Ord. S, Benedicti in Austria superiore, autore Anonymo Garstensi a f. *81.* ad *130.*
10. Epitaphia, Hymni, Orationes &c. de *B. Bertboldo* Abbate Garstensi a f. *136.* ad *141.*
11. Excerpta ex veteri Chronico *Garstensi* a f. *141.* ad *147.*
12. Chronicon Monasterii *Admontensis* anno I. aerae Christianae ad *1253.* ab anonymo, vel Abbate vel Coenobita loci eiusdem Anno *1205.* conditum & continuatum a f. *147.* ad *198.*
13. Excerpta ex duobus peruetustis Necrologiis Admontensibus a f. *198.* ad *210.*
14. Anonymi vetus Carmen de Coenobii *Admontensis* Abbatibus, f. *210.*
15. Vita venerabilis *Wilbirgis* virginis, inclusae San-Florianensis Ord. Can. Reg. S. Aug. auctore *Eynwico* Praeposito Sanflorianensi, a f. *212.* ad *276.*
16. Vitae eiusdem *VVilbirgis* Compendium, auctore anonymo Canonico San-Florianensi f. *276.*
17. Catalogus Abbatum *Gottwicensium* ab Hermanno vsque ab Michaelem Herrlich, siue ab An. *1094.* ad *1604.* a f. *278.* ad *287.*
18. Anonymi Poema Germanicum vetus de Historia fundationis Parthenonis *S. Bernbardi* a f. *287.* ad *301.*
19. Historia Fundationis Monasterii Seitenstettensis Ord. S. Benedicti in Austr. inf. auctore *Gundackero* eiusdem Loci Abbate a f. *301.* ad *319.*
20. Catalogus Abbatum *Altenburgensium*, a f. *319.* ad *323.*
21. Historia Fundationis *Collegii Hospitalensis* ad Pirum Montem a f. *323.* ad *328.*
22. Catalogus Abbatum *Vlvacensium*, a f. *329.* ad *334.*
23. Historia Cartusiae *Maurbacensis* auctore *Leopoldo Brennero* Priore Maurbacensi, a f. *334.* ad *370.*
24. Chronicon *Alberti* Ducis Austriae *II.* vulgo contracti, auctore Anonymo Carthusiano *Gemnicensi*, a f. *370.* ad *381.*

25. Frag-

25. Fragmentum Historicum de quatuor *Albertis* Austriae Ducibus a *f.* 382. ad 386.
26. Historia de particula Sanctae Crucis *Mellicensis*, auctore Anonymo Mellicensi, a *f.* 386. ad 401.
27. Excerpta ex vetustiori Chronico Coenobii Weichen Stephanensis Ord. S. Bened. in Bauaria *f.* 401. ad 407.
28. Excerpta ex Catalogo Romanorum Pontificum & Imperatorum Conradi Coenobitae *Schyrensis* a *f.* 407. ad 415.
29. Chronicon Ludouici IV. Imp. auctore Anonymo aequali *f.* 415. ad 425.
30. Breue Chronicon Bauaricum ab An. 1412. ad 1454. *f.* 425.
31. Chronicon *Salisburgense* a *S. Rudberto* vsque ad Annum C. 1495. auctore Anonymo S. Petrensi Coenobita a *f.* 427. ad 445.
32. Itinerarium Patris *VVolffgangi* de *Styra* Benedictini *Mellicensis* ab An. 1414. ad 1485. a *f.* 445. ad 457.
33. Breue Chronicon Monasterii *Stamensis* in Tiroli auctore Anonymo eiusdem loci Coenobita *f.* 457. ad 461.
34. Anonymi *Mellicensis* Breue Chronicon *Austriae* a *f.* 461. ad 467.
35. Anonymi *Rotensis* breue Chronicon ab An. 1482. ad 1485. *f.* 467.
36. Anonymi *Tegernseensis* breue Chronicon *Austriae* *f.* 469.
37. Necrologium Patrum Minorum Conuentualium *Viennensium* *f.* 471. ad 519.
38. Statuta Synodi *San-Hippolytensis* in Austria An. 1274. a *f.* 519. ad 533.
39. Anonymi Auctoris breuis Narratio de nefanda Haeresi Adamitica in variis *Austriae* locis Seculo XIV. grassante a *f.* 533. ad 537.
40. Excerpta ex Chronico vniuersali *Iohannis Enikelii* a *f.* 537. ad 547.
41. Anonymi *Viennensis* breue Chronicon *Austriacum* ab Anno 1402. ad 1443. a *f.* 547. ad 551.
42. Narratio *Captiuitatis* Maximiliani I. Imp. apud *Brugenses* a *f.* 551. vsque 555.
43. Fragmentum historicum de *Blanca* altera Maximiliani I. Imp. Coniuge *f.* 555.
44. Instrumentum Compositionis inter *Fridericum* Imp. *III.* & *Vngaros* ac Austriacos initae Anno 1453. a *f.* 557. ad 561.
45. Ordinatio Ingressus Friderici Imp. III. in vrbem Romam, a *f.* 561. ad 569.
46. Historia Desponsationis & Coronationis *Friderici III.* Imp. & *Eleonorae* ipsius Coniugis, auctore *Nicolao Lanckmanno* de *Valckenstein*, *f.* 607.
47. Descriptio aduentus Friderici III. Imp. ad *Paulum* Papam *II.* auctore *Augustino Patricio*, Senensi, *f.* 609. ad 623.
48. Diploma Eleonorae Augustae, *Nicolao Lanckmanno* de *Valckenstein* datum, *f.* 607.
49. Senatorium siue Dialogus Historicus *Martini* Abbatis Scotorum Viennae Austriae, a *f.* 623. ad 675.
50. Anonymi aequalis Historia de morte & euentibus felicis recordationis quondam *Alberti* Romanorum, Vngariae, Bohemiae Regis, nec non *Austriae* &c. Ducis *f.* 675. ad 679.
51. *Anonymi* Synchroni Lessus in obitum *Ladislai* Postumi a *f.* 679. ad 682.
52. *Thomae Ebendorfferi* de *Haselbach* Chronicon *Austriacum* Libris V. comprehensum, ab eiusdem gentis origine ad annum vsque 1463. a *f.* 682. ad 987.
53. Narratio de Dissensione Prouincialium *Austriae* post obitum Maximiliani I. Imp. orta *Viennae*, & quae subsecuta sunt Serenissimo Principe *Ferdinando* Austriae prouincias moderante An. 1522. auctore anonymo coaeuo *f.* 987. ad 1005.
54. Chronicon *Bohemiae* ab eius gentis origine vsque ad tempora Caroli IV. Imp. autore *Neplachone*, Opatouicensis in Bohemia Monasterii Abbate Ord. S. Bened. a *f.* 1005. ad 1041.
55. *Christophori Hoffmanni*, Benedictini Emmeramensis Ratisbonae Chro-

nicon

nicon *Bohemiae*, a Gentis Bohemicae primordiis vsque ad An. C. *1320.* perductum, a *f. 1041.* ad *1112.*

57. *Anonymi* breue Chronicon *Bohemiae* a *f. 1112.* ad *1115.*

§. LII.

Austriacis merito iungimus quos collegit & adornauit FRIDERICVS WILHELMVS a SOMMERSBERG, Eques Silesius, *Silesiacarum Rerum Scriptores aliquot adhuc ineditos*, *Lipsiae 1729. f.* accesserunt Codicis *Silesiae* Diplomatici Specimen & Diplomatarium Bohemo-Silesiacum, quibus historia ab origine gentis vsque ad Imperium Caroli VI. illustratur, insertae binae *Dissertationes* meritissimi Editoris, quarum prior Historiae *Silesiacae* Diplomaticae Specimen, altera Historiam Genealogicam Ducum Silesiae sistit. Alterum quoque Volumen eiusdem magnitudinis promisit.

Tomo hoc habentur:

I.) *Ioannis* Chronica *Polonorum*, an. *1359.* confecta ex MSCto *f. 1.*

II.) *Anonymi* Chronica Principum *Poloniae* cum eorum gestis, sub finem Sec. XIV. scripta ex MSCto *f. 13.*

III.) *Sigismundi Rositzii* Chronica & Numerus Episcoporum *VVratislauiensium* ex MSCto *f. 64.*

IV.) *Danielis Rapoldi* ICti, Historia de illustrissimo *Silesiae* Ducatu, imperante Ferdinando I. Imp. circa An. *1560.* confecta ex MSCto, *f. 98.*

V.) Excerpta ex *Nicolai Henelii* ab *Hennenfeld* Chronico Ducatus *Monsterbergensis* & Territorii *Francosteinensis* notis & obseruationibus necessariis aucta *f. 114.*

VI.) *Friderici VVilhelmi Sommeri* de *Sommersberg*, Dissertatio historica, quae res vniuersae *Silesiae* & Ducatuum singulorum vices ac fata, Diplomatica fide ad nostram vsque aetatem illustrat, *f. 256.*

VII.) *Eiusd.* Dissertatio Genealogica, quae VII. Tabulis Genealogicis ex Monumentis fide dignis superioris & inferioris *Silesiae* Duces, a Piasto Duce Poloniae & Przemislao III. Ottocaro Rege Bohemiae oriundos, ab initio Seculi XII. ad finem vsque XVII. sistit *f. 297.*

VIII.) *Nathanaelis Tilesii* a *Tilenaw* Tabula Genealogica Gentis *Kurtzbachiorum*, Wratislauiae alias edita ad Genealogicam Tab. II.

IX.) *Danielis Zepken* Gynaeceum Silesiacum *Ligio Bregense f. 481.*

X.) Eiusd. *Ascania* Connubiorum vinculo fato quasi connexa pluries cum priscis Silesiae Ducibus Domus *Ligio Bregensis f. 426.*

XI.) *Iohannis Schrammii*, Lignicensis Cancellarii, Genealogia Ducum Silesiae *Lignicensium*, *Bregensium* & *Goldbergensium*, *f. 645.*

XII.) *Eleasari Tilischii* kurtze Verzeichnis, Bericht und Auszug von dem Stammling und Ankunfft der Herzoge zu *Teschen* und *Gros - Glogaw* *f. 723.*

XIII.) Tabula vetus Monasterii ad *S. Claram* Wratislau. vsque huc inedita *f. 745.*

XIV.) Codicis *Silesiae* Diplomatici Specimen. *f. 773.*

XV.) Diplomatarium *Bohemo-Silesiacum* siue Diplomata CCVIII. *Bohemiae*, *Morauiae* & *Silesiae* res illustrantia & confirmantia *f. 917.*

§. LIII.

Huc quoque pertinent *Scriptores Rerum Lusaticarum antiqui & recentiores*, seu opus in quo Lusaticae gentis Origines, res gestae, temporum vices, & alia ad Slauicarum Lusaticarum & vicinarum Gentium antiquitates & historiam facientia monumenta recensentur, quidam nunc primum ex Manuscriptis eruti, ex Bibliotheca *Senatus Zittauiensis* editi, quos Praefatione doctissimaque in Scriptores Introductione ornauit illustris Vir CHRISTIANVS GODOFREDVS HOFFMANNVS Professor tum Lipsiensis, iam vero Ordinis Iuridici primus in Academia Viadrina celeberrimus, *Lipsiae & Budissae 1719. f.* atque in *Quatuor Tomos*, vno Volumine distinxit. *Scriptores Rerum Lusaticarum Christiani Godofredi Hoffmanni.*

Tomi *Primi* Parte *Priori* habentur:

1.) Vita *Viperti* Comitis *Groicensis* & *Lusatiae* Marchionis auctore Monacho *Pegauiensi*, *f. 1.*

2.) *Ioannis Garzonis* Bononiensis, de Bellis *Friderici Admorsi*, seu de rebus *Saxoniae*, *Libonotriae*, *Misniae* & *Lusatiae* Libri Duo, f. 29.

3.) *Casparis Peuceri* Idyllium, Patria, quod repetit Historiam eius regionis, quae olim dicta Prouincia *Nissana*, nunc Hexapolis & *Lusatia* Superior vocatur, f. 54.

4.) *Christophori Manlii* Commentariorum Rerum *Lusaticarum* Deigma, f. 73. 98.

5.) *Eiusd.* Commentariorum Rerum *Lusaticarum* Libri VII. f. 127.

Tomi *Primi* Parte Secunda:

a.) *Martini Mylii* Annales *Gorlicenses* f. 2. 49.

b.) *Ioachimi Meisteri* Vrbis *Gorlicensis* Descriptio f. 94. 101.

c.) *Abrahami Gastii* Annalium *Gorlicensium* breuis Deductio, f. 101. 114.

d.) *Bartholomaei* Andreade Sacrum Saluatoris nostri Cenotaphium, prout illud a *Georgio Emerico* Consule quondam Gorlicense, Hierosolymis lustratum, ad Prototypon studiosissime effigiatum atque *Gorlicii* eiusdem cura & impensis excitatum f. 114. 126.

e.) *Melchioris Gerlachii* Oratio & elegia de horrendo quingentarum aedium vrbis *Zittae* 7. Iunii An. 1608. incendio f. 126. 146.

f.) Excerpta ex Epitome Historiae *Rosenthalensis* a *Iacobo Ticino* conscripta f. 147.

g.) *Christiani Gottlob Pitschmanni* Memoriae Gersdorffiorum Familiae f. 154.

Tomo Secundo extant.

1. *Augusti Adolphi* ab Haugwitz Prodromum *Lusaticum* f. 1. 22.
2. *Abrahami Frencelii* Lusatiae vtriusque Nomenclatorem f. 23. 63.
3. *Ioannis Petri Ludouici* Dissertationes Historicae Tres de Idolis *Slauorum* f. 63. 84.
4. *Abrahami Frenzelii* Commentarium Philologico-Historicum de Diis *Soraborum* aliorumque *Slauorum* f. 83. 236.
5. *Georgii Krugeri* Disputatio Historica de *Serbis* Venedorum Natione, vulgo dictis die *Wenden* f. 237.
6. *Ioa. Bartholomaei Becmanni* Disputatio Chorographica de *Lusatia* f. 243.
7. *Casparis Sagittarii* Historia *Lusatica* f. 249.
8. *Conradi Samuelis Schurzfleischii* Dissertatio de Lusatia f. 265.
9. *Michaelis Henrici Griebneri* Programmata duo, quorum primum de Iure Ciuitatis Germanicae *Lusatiae* competente; alterum de Marchione *Gerone* f. 273.
10. *Adami Erdmanni Miri* Oratio de rebus Lusatorum f. 280.
11. *Ioannis Georgii Kunschki* Dissertationes Historicae de Lusatia f. 293.
12. *Samuelis Grosseri* Dissertatio de Bullis Imperatorum aureis in primis iis quae in Gorlicensi adseruantur Curia f. 310.
13. *Petri Iaenichii* Conspectus *Lusatiae* Literatae, seu Eruditorum, qui nati sunt in Lusatia inferiore f. 326.
14. *Christophori Staudii* Parnassus Gorliciorum f. 354.
15. *Christiani VVeisii* Oratio secularis de ortu & progressu Scholarum per Lusatiam Superiorem f. 368.
16. *Christiani Funccii* de Coenobii Gymnasiique *Gorlicensis* ortu & progressu f. 379.

Tomus Tertius, quaedam de Iuribus Prouincialibus refert:

I. *Ioannis Petri Ludewig* Differentias Iuris Feudalis communis & Lusatici f. 3.

II. *Eiusd.* Differentias Iuris Communis & *Lusatici* in Legitima atque Dote f. 38.

III. *Samuelis Strykii* Dissertationem de Feudis *Lusatiae* Superioris f. 54.

IV. *Christophori Dobndorffii* Diss. de Iurisdictione Ecclesiastica Lusatica f.

V. *Ioannis Balthasaris VVernheri* Diss. de Iure circa Honores Senatorios Senatibus in genere speciatimque Hexapolitanis competente f. 98.

VI. *Christiani VVilduogelii* Collationem Statutorum *Budissinensium* cum Iure Ciuili & Saxonico communi f. 116.

VII. *Hen-*

VII. *Henrici Bodini* Differentias Iuris Statutarii *Zittauiensis* a Iure Ciuili f. 116.
VIII. *Godofredi Nicolai Schleenstein* Consensus Successionis ab intestato inclytae Reipublicae *Zittauiensis* cum Iure Ciuili & Saxonico f. 160.
IX. *Andreae Mylii* de Morgengaba *Zittauiensi*, f. 174.
X. *Ioa. Christophori Stbacheri* Diss. de hominibus glebae adscriptis *Lusatiae* Superioris f. 184.

Tomo vero *Quarto*, Scriptores Rerum Germanicarum extant, qui hinc inde mentionem tantum Rerum Lusaticarum faciunt, nimirum:
1.) Chronicon *Montis Sereni* siue *Lauterbergense* f. 31. 106.
2.) Liber de Fundatione Monasterii *Gozecensis* f. 106.
3.) Libellus de Fundatione Coenobii *Bigaugiensis f. 118.*
4.) Fundationes quorundam *Germaniae Monasteriorum* collectae quondam per Monachum Benedictinum *f. 128. 137.*
5.) Slesia Bresla seu totius *Silesiae* & deinde vrbis *VVratislauiensis* poetica Descriptio *f. 137.*
6.) Excerpta ex *Andreae Hoppenrodii* Annalibus *Gernrodensibus f. 144. 155.*
7.) *Casparis Henrici Graunii* Dalemincia Slauorum *f. 155. 167.*
8.) Appendix Diplomatum atque Documentorum *f. 168. 222.*

§. LIV.

Consulendi a cultore historiae Germanicae subinde *Bohemiae* Historici, qua de re gratiae habendae MARQVARDO FREHERO, qui *Rerum Bohemicarum Antiquos Scriptores aliquot insignes partim hactenus incognitos*, vno Volumine congestos, cum Indicibus Rerum & Verborum, ac breui Glossario praemisso, *Hanouiae 1602. f. typis VVechelianis* apud Claudium Marnium & haeredes Ioannis Aubrii, edidit, qui gentis originem & progressum, variasque regni vices, & Regum aliquot vitam resque gestas, Hussitarum denique sectae historiam, & haec inter permulta ad res Germanas, literis tradiderunt. Sunt autem hi Auctores: *Scriptores Rerum Bohemicarum Marquardi Freheri.*

1.) *Cosmae* Pragensis Ecclesiae Decani, Chronica *Bohemorum*, in qua gentis origo, & prisci Duces vsque ad *VVratislaum* primum Regem creatum sub *Henrico IV.* Imp. ad Annum *1086. f. 1.*
2.) *Incerti Auctoris* de conversione *Boioariorum* & *Carenthanorum* ad fidem Christianam, item de *Iuuauiensis* siue *Salisburgensis* Ecclesiae origine & Dioecesi Fragmentum peruetus scriptum circa Annum Domini *858. f. 15.*
3.) Chronica *Aulae Regiae*, Coenobii eo nomine in Bohemia, de *Iohanne* Rege Bohemiae, & sub eo in Regno, nec non in *Germania* actis ab An. *1317.* vsque ad Annum *1333.* accuratam historiam continens. Sed opus mancum, cuius prima & tertia pars, media tantum superstite, desideratur, *f. 22.*
4.) *Caroli* Bohemiae Regis & postea Imp. *IV.* de vita sua Commentarius ab ipso scriptus *f. 86.*
In *Eiusdem* obitum Sermo funebris per Iohannem II. Archi-Episcopum Pragensem habitus *f. 107.*
5.) De iure Electoratus in Romano Imperio Regibus *Bohemiae* competente *Rudolfi* & *Caroli* Romanorum Regum, & *Ruperti* Palatini Senioris Attestationes *f. 115.*
6.) *Aeneae Syluii* Cardinalis Senensis, postea Pii II. P. R. Historia *Bohemica*, ab origine gentis incipiens, omnesque per ordinem *Duces* & *Reges* designans, sed sub *Sigismundo* Imp. & *Hussitarum* Secta potissimum se diffundens, vsque ad *Fridericum III.* Imp. Quo tempore hanc scripserit vide in Pii II. Commentariis L. I. *f. 29. f. 118.*
Inserta suis locis eiusdem *Aeneae* Narratiuncula, quo modo Bohemi vocati productique sunt ad Concilium *Basileense*, & quid illic egerint. Item Petitiones Bohemorum postremo propositae Anno *1438.* mense Nouembri, cum Responsionibus ad eas ordinatis. Item, Eiusdem *Aeneae* Episcopi & legati Caesarei, cum Thaboritis habita collatio.
7.) *Iacobi Piccolominei* Cardinalis Papiensis, de *Hussitis*, & *Georgio Podiebracio* Bohemiae Rege, historica Narratio ex Commentariorum Libro VI. desumta *f. 206.*

8.) De *VValdensium* doctrina & moribus, Liber, a Pontificio Doctore, *Reinerium* quidam putant, scripta Narratio *f. 222.*

9.) Epistola *Bohemorum* & *Morauorum* ad Christi fideles Anno *1481.* emissa *f. 233.*

10.) Constantinopolitanae Ecclesiae Epistola ad *Bohemos* scripta Anno *1451.* biennio ante vrbem a Turcis expugnatam, *f. 235.*

11.) Confessio Fidei fratrum *VValdensium* Regi *Vladislao* ad Hungariam missa. *Eorundem* Oratio & Excusatio contra binas literas Doctoris *Augustini* datas ad Regem, *f. 238.*

Adhaeret

12.) *Iohannis Dubrauii* Olomuzensis Episcopi Historia Bohemica ab origine Gentis vsque ad Ferdinandi I. Imp. & Regis auspicia, cum tabulis Genealogicis & Annotationibus *Thomae Iordani*, Medici.

§. LV.

Collectiones Scriptorum & monimentorum Historiae Germaniae inseruientium in Quarta Forma.

Post recensitas *maiores* illas rerum patriarum Scriptorum *Collectiones* & illae indicandae, quae minori *quatuor* vel *octo pagellarum forma* prodiere. Enimuero, quem saepius iam laudauimus summus Vir GODEFRIDVS GVILIELMVS LEIBNITIVS Scriptores antiquos ad Germanicam cumprimis Historiam spectantes, nec typis tum exscriptos, vt omnium vsui paterent, in certa volumina distributos, edere suscepit. Quo animo dedit *Accessiones Historicas*, *quibus vtilia superiorum temporum historiis illustrandis scripta monumentaque nondum hactenus, edita, inque iis Scriptores diu desiderati continentur*, Lipsiae *1698. 4.* quibus *quatuor* Auctores a viris doctis iam lecti & memorati, preloque dudum destinati, exhibentur:

1.) *Chronographus Saxo*, ab illustri editore ita dictus, quia a nato Christo ad an. 1188. Saxonica prae ceteris tradit,

2.) *Anonymi*, vel ex *Goldasti* sententia *Golscheri*, *Gesta Treuirorum*

3.) *Ioannis Vito Durani Chronicon* suorum (vixisse autem Ludouico IV. & Carolo IV. AA. dicitur) & paulo superiorum temporum, ad Rudolphum Habsburgicum

4.) *Anonymi* Chronicon vetus *Holsatiae* s. Continuatio Chronici Slauorum *Helmoldi*

Accessionum harum *Historicarum*, *Tomus II. Hanouerae 1698. 4.* editus, refert *Alberici* Monachi trium Fontium Coenobii Dioeceseos Leodiensis Ordinis Cisterciensis, *Chronicon* a Mundo Condito ad An. C. *1241.* qui Tomus recensetur Actis Erud. Lat. Anni 1696. p. *353.* vbi p. *354.* quaedam in Praefatione per festinationem typographi transposita & omissa corriguntur & supplentur.

Eodem tempore, varios Scriptores historicos valde expetitos e tenebris sordibusque produxit variasque Dissertationes atque Notas a semetipso contextas addidit CHRISTIANVS FRANCISCVS PAVLLINI *Rerum & Antiquitatum Germanicarum Syntagmate, Francofurti ad Moenum 1698. 4.* quo continentur:

1.) *Christiani Francisci Paullini*, Historia *Isenacensis*, variis documentis antea non visis illustrata.

2.) *Petri Visselbeccii* Chronicon *Hüxariense* cum Continuatione *Gregorii VVittehenne* vsque ad a. *1498.* cum Additionibus *M. Nic. Erbenii* & Notis *Paullini.*

3.) *Bussonis VVatenstedii* Canonici Hamelensis, Chronicon *Mindense* cum Notis *Paullini*; *VVedechindi Duldorps* in Praesules *Mindenses* Poëmata; *Alberti Fryschmeds* de Polle in Effigies eorum Disticha.

4.) *Iacobi Reutelii*, Pastoris Einbeccensis, *Hillesbemia* in Episcopis suis repraesentata, cum Notis *Paullini.*

5.) Acta & Facta Praesulum *Nuenburgensium* ab An. 968. ad an. *1493.*

6.) *Cunradi Euermot* Presbyteri Razeburgici, Chronicon Episcoporum *Aldenborgensium* in Wagria cum Notis.

7.) *Christ. Francisc. Paullini*, Chronicon Coenobii Virginum *Ottbergensis* ad Netham Congregationis Cisterciensis nunc in *Valle* Dei. It. *Henrici Swartii* minutum Chronicon *eiusdem* Monasterii.

8.) *Eiusd.*

9.) *Eiusd.* Chronicon Congregationis *Badeslebiensis Marienbeck* dictae Ordinis Augustiniani, Dioeceseos Halberstad.
10.) *Ioannis Cramer* Parua Chronica Monasterii *S. Petri in Monte Crucis* ad Werram Ordinis Benedictini.
11.) *Werneri Hackii* de *Comitibus Templimontanis* s. Kirchbergensibus in Thuringia Chronica.
12.) *Anonymi Monachi* Annales *Corbeienses* a prima fundatione ad an. 1471.
13.) *Fr. Cornelii* Breuiarium Fuldense, in quo omnium Archimandritarum ortus, potiora facta & obitus vsque ad an. 1479. narrantur.
14.) *Christ. Fr. Paullini* Disquisitio de *Walone* Abbate *Corbeiensi* XV. ab Henrico II. Imp. officio priuato a. 1065.
15.) Decretum *Synodi Moguntinae* sub Luitberto Archi-Episcopo A. 888. in qua Iura & Immunitates *Corbeiensium* & *Herefordensium* confirmantur.
16.) *Chr. Fr. Paullini* Exercitatio de *Aduocatis Monasteriis*, emendata & aucta.
17.) *Eiusd.* de *Pagis* inprimis *antiquae Saxoniae.*
18.) *Christophori Elschlebii* de *Brunsburgo* Carmen, ad *Wicbaldum* Corbeiensem a. 1152.

Singula haec opuscula laboriosis *Paullini* notis illustrata, ad Germaniam quidem Sacram potissimum faciunt, dant tamen quandoque & scintillam lumini Ciuili. Multae quoque gratiae habendae sunt celeberrimis Ordinum religiosorum Viris, qui ex Archiuorum suorum & Chartulariorum scriniis, laudabili industria, fructuosa patriae monimenta producunt, quorum in numero est RAIMVNDVS DVELLIVS, Reg. S. Augustini Canonicus & Bibliothecarius Sand-Hippolytensis, qui *Miscellaneorum, quae ex Codicibus MSS.* collegit *Libros II.* dedit. Prior, *Augustae Vindelicorum & Graecii 1723. 4.* Alter, *ibid. 1724. 4.* editi. Exstant

Tomo Primo 1.) Fr. *Arnonis* Scutum Canonicorum Regularium.
2.) Chronicon breue *VValdhusanum.*
3.) M. *Pauli* Presbyteri Summa de poenitentia.
4.) Antiqua *Statuta* Canonicorum Regularium metrice cum glossulis.
5.) Charta Fundationis Collegii *Ardacensis.*
6.) *Statuta* Collegii *Ardacensis*, & Confirmationes eorum.
7.) *Petri* de *Aluarotis* Oratio coram *Ruperto* Romanorum Rege An. 1401. habita.
8.) Duae Collationes *Matthaei* de *Cracouia*, quas 1403. habuit coram Papa pro *Coronatione Ruperti* R. R.
9.) Charta Fundationis Monasterii B. Virginis in *Tirnstain.*
10.) Enchiridion Rerum memorabilium Canoniae *Tirnstainensis* collectum studio *Honorii Arthoffer* Praepositi in Tirnstain. A. D. 1676.
11.) Necrologium *Tirnstainense.*
12.) Constitutiones *Sororum poenitentium* S. Mariae Magdalenae.
13.) Constitutiones Sororum S. Mariae Magdalenae.
14.) Charta Reformationis Monasterii *S. Mariae Magdalenae*, quod erat Viennae ante Portam Scotensem.
15.) *Stephani* Praepositi ad S. Dorotheam Responsio ad Epistolam scrupulosi.
16.) Copia Instrumenti Domus *Slesitarum* Viennae.
17.) Epistola *Ioannis Troester* ad Scribam Caesaris *VVolffgangum Forchtenauer*, de remedio Amoris.
18.) *Iohannis Rollii* Annotationes Chronicae, cumprimis de Maximiliani I. carcere *Brugis.*
19.) *Christophori Mülleri* de *Prannckenheim* Introductio in Historiam Canoniae Sand-Hippolytensis.
20.) Adpendix Diplomatica.

Tomo Secundo:
I.) Monumentum Benedicto-Buranum ab an. 740. ad an. 1033.
II.) Debita seu Statuta *Equitum Theutonicorum.*
III.) Statuta Canonicorum Wiennensium, & Ecclesiae S. Stephani Wiennensis.

IV.) Fasciculus Epistolarum Saeculi XV.

V.) Monumenta Sand-Hippolytensia Saec. XIV. & XV.

VI.) Chronicon *Saltzeburgense* ab a. *1403.* ad a. *1494.*

VII.) Necrologium Praedicatorum in *Retza.*

VIII.) Chronicon *Rottenburgense.*

IX.) Historia Monasterii *Chombergensis.*

X.) Catalogus Episcoporum Patauiensium.

XI.) Duae Chartae Historiam Episcoporum *Patauiensium* Georgii II. & Friderici illustrantes.

XII.) Statuta Ordinis S. Augustini iuxta Regulam Canonicorum secundum obseruantiam Pragensis Dioecesis.

XIII.) Res Sand-Andreanae Canoniae cis Transenam in Austria ab a. 998. ad 1721. *Augustini Erath* Diss. de *Ottone III.* Imp. huius Canoniae primo fundatore, & vindiciae huius Diplomatis. Bullae & Diplomata Pontificum, Imperatorum, Archi-Ducum Austriae.

XIV.) Catalogus Abbatum Collegiatae Cann. Regg. D. Augustini ad S. Mariam in Arena Ecclesiae *Vratislauiensis.*

XV.) Fragmentum Chartularii *Sand-Hippolitensis* membranei.

Editione & emendatione veterum ad res patrias monimentorum prodesse voluit, eruditissimus IOHANNES IACOBVS MOSER, qui dare coepit *Bibliothecam Manuscriptorum maxime anecdotorum eorumque Historicorum Norimbergae 1722.4.* qua *Prima Parte* exhibentur:

1.) *Euerardi VVassenbergii*, *Ratisbonensis* Dioeceseos illustratae, quae VII. Voluminibus in f. constat, breuis Recensio.

2.) *Valentini Preuenhuberi*, Annalium *Styrensium* Libris VII. strictim facta expositio.

3.) *Io. Iosephi Ganzenmilleri* Matricula Dioeceseos *Ratisbonensis*, per summa capita, quae contineat, exhibita.

4.) Volumen variorum Iurium, Priuilegiorum & Diplomatum antiquorum, Austriaca praesertim continens copiosius recensitum, cumprimis Speculum Sueuicum collatum & varia Diplomata exhibita.

Rogamus Virum celeberrimum, velit plures huius Bibliothecae Partes egregio publico dare.

§ LVI.

Collectores Scriptorum Rerum Germanicarum in Octauo.

Sic quoque forma octaua paruarum, editae sunt Collectiones Scriptorum variorum, quos inter diuersi reperiuntur Res Germanas illustrantes. Quorsum refero: *Opus Historiarum nostro Seculo conuenientissimum, in quo multa scitu & admiratione digna tum veterum tum recentiorum circa Vrbes, Arces, & insulas habentur, Basileae* apud Bartholomaeum Westhemerum, *1541. 8.* est compilatio libellorum historicorum, ad Res Europaeo-Germanicas variarum tempestatum illustrandas, hos inter ad patriam faciunt:

Ioannis Garzonis, Bononiensis, de rebus *Saxoniae*, Thuringiae, Libonotriae, Misniae & Lusatiae.

Gerardi Nouiomagi Historia *Batauica.*

Antonii Coruini Libellus de *Monasteriensium* clade.

Iacobi Micylli Narratio Stragis Heidelbergensis editae a disiecta turri veteris Arcis.

Sequenti Anno, alia, hac forma edita Collectio hoc titulo: *Germanicarum Historiarum illustratio, Marburgi 1542. 8.* qua haec continentur Opuscula:

1.) *Ioachimi Vadiani* Germaniae Descriptio;

2.) *Iacobi Ziegleri* Germaniae Encomia.

3.) *Gerardi Listrii* Descriptio *Vltraiectinae* Regionis.

4.) *Gerardi Nouiomagi* Historia Episcoporum *Vltraiectensium.*

5.) *Henrici Bomelii* Bellum *Traiectinum*, & *Maximiliani* Reg. Romanor. ad Ordines *Flandriae* literae cum respons. *Philalethis.*

Pertinere etiam huc videntur Opuscula minora, quae BILIBALDI PIRCKHEIMERI *Descriptioni Germaniae vtriusque, Antverpiae 1585. 8.* editae, adhaerent, nimirum:

1.) *Gerar-*

1.) *Gerardi Nouiomagi* Germaniae inferioris Historia;
2.) *Hermanni* Comitis *Nuenarii* de Sedibus & origine *Francorum*; it. de Gallia Belgica.
3.) *Huberti Thomae*, Leodii, de *Tungris* & *Eburonibus*;
4.) *Petri Diuaei* Antiquitates *Galliae Belgicae* & *Abraami Ortelii* ac *Ioan. Viuiani* Itinerarium Galliae Belgicae.

Praestantiora sunt ANTONII MATTHAEI ICti Bataui, de Iurisprudentia & Historia praeclare meriti *Veteris aeui Analecta, seu vetera aliqua Monumenta, quae hactenus nondum visa*, quae collegit & edidit primus, notisque eruditis, vt omnia viri huius sunt, illustrauit *Tomis X.* ab An. 1698. quo *primus Lugduni Batauorum in 8.* prodiit ad An. 1710. *Tomo Primo*, qui saepius reperitur, ceteri enim perrari sunt, cum Auctoris sumtibus fuerint excusi, magnamque partem saltim Auditoribus suis distributi, exhibentur:

1.) *Antonii Ponti* Hariadenus Barbarossa, siue Bellum Tunetanum, quod Carolus V. a. 1535. cum illo pirata Turcico gessit.
2.) *Antonii Schonhouii* Commentatio Epistolica ad Corn. Gualterum, de origine & Sedibus *Francorum*.
3.) Auctoris incerti Chronicon *Belgicum*, idiomate Belgico scriptum, ab a. 1285. ad a. 1479.
4.) *Iohannis* de *Lemmege* Chronicon *Groeninganum*.
5.) *Henrici* ab *Erp* Annales vernaculi *Traiectenses*. Anonymi Conclaue *Vltraiectinum*.
6.) *Gerardi Nouiomagi* Philippus *Burgundus*.
7.) Rationarium Aulae *Caroli* Audacis.
8.) *Guilielmi Hermanni*, Hollandiae Gelriaeque Bellum circa an. 1507.
9.) *Petri Scriuerii* Epistolae aliquot.

Tomo II.
1.) *Anonymi* Annales *Hollandiae* & *Vltraiecti* An. 1481. 82. 83.
2.) Excerpta e *Thomae Basini* Historia Gallica.
3.) *Ioannis* a *Leydis* de origine Dominorum de *Brederode* cum appendice Actorum veterum & Testamentis antiquis.
4.) *Antonii Matthaei* Praelectiones ad Tit. C. de Pign.

Tomo. III. 1.) *Emonis* & *Menconis* Chronica Abbat. I. & III. in *Werum* ab An. 1203. ad an. 1273.
2.) Anonymi Expeditio Comitis Hollandiae aduersus Saracenos. 1217.
3.) *Ioannis a Castro* Descriptio Sinus *Arabici*, Excerpta ex *Ioa.* de *Barros* & *Suleimanni* Itiner. & aliis it. Testamenta & *Ioannis Isaacii Pontani* & *Petri Scriuerii* Epistolae.

Tomo IV. 1.) *VVilhelmi Egmondani* Chronicon ab A. 647. ad a. 1333. cum Notis & obseruationibus.
2.) Anonymi Conclaue Vltraiectinum.
3.) *Anton. Matthaei* Praelect. ad Tit. Cod. in quibus caus. pign.

Tomo V. 1.) *Ioannis* de *Beka* Chronicon Vltraiectinum, Belgice, cum Continuatione, Notis & Obseruationibus.

Tomo VI. 1.) Fundationes & fata aliquot sacrarum aedium in Hollandia, Zelandia, Gelria, Frisia.
2.) *Brunonis Fabricii* Vitae Abbatum Monasteriorum SS. Petri & Pauli *Paderbornae*.
3.) *Sibrandi Leonis Frisii*, Vitae Abbatum in *Lidlum*.
4.) *Zuederi* de *Culenburch* Origines *Culenburgicae*, belgice.
5.) *Seruii* Grammatici Glossae Graeco Latinae.
6.) *Anonymi* Chronica diuersorum gestorum.
7.) *Adriani VI. P. Scriuerii* & *J. J. Pontani* Epistolae.
8.) Vetus ius Transisalanicum.

Tomo VII. 1.) *Eggerici Beningha* (Eggerück Beningha) Chronicon *Frisiae* Orientalis, lingua vernacula.

Tomo

Tomo VIII. 1.) *Arnoldi* de *Beuergerne* & Anonymi Chronica *Monasteriensia* belgice.
2.) *Matthaei Tympii* Catalogus Episcoporum *Monasteriensium.*
3.) *Anonymi* Vitae Dominorum de *Arckel.*
4.) *Sibrandi Leonis Frisii*, Vitae Abbatum in *Mariengard* apud Frisios.

Tomo IX. 1.) *Anonymi* Chronica de *Traiecto* & ortu *Frisiae*, it. de *Hollant* & eius Comitatu, cum Obseruationibus.

Tomo X. 1.) *Anonymi* Chronicon Equestris Ordinis *Teutonici*, belgice cum Continuat. latina; Obseruationes ad libellum de Praefectis *Vltraiectensibus*; Modus creandi Equitem *Teutonicum*: Constitutio Scalunensis
2.) *Anonymus* de equestri Ordine Melitensi.
3.) *Pontani* Epistolae.

Vestigia *Matthaei* legit GERARDVS DVMBAR, cuius *Analecta, seu vetera aliquot Scripta inedita* Tomis Tribus edita *Dauentriae*, Tomus I. 1719. Tomus II. 1721. Tomus III. 1722. 8. 3. Voll.

Tomus *Primus* varias Vitas illustrium *Hollandiae* virorum & procerum, aliaque ad Historiam Hollandicam spectantia, cumprimis vero *VVilhelmi Nagge* Rym-Chronick van *Holland.*

Tomus II. habet: 1.) *Henrici Romani* Res Transisalanas & descriptionem *Isalae*; 2.) Anonymi Chronicon *Transisalaniae*, belgice.

Tomus III. 1.) *Reinici Fresingae*, Memorien van *Friesland*, *Overysel*, *Omlanden*, *Drenthe*, *Grueningen* en *Lingen.*
2.) *Anonymi* Bellum inter Transisalanos & Geldros,
3.) *Alberti Snavel* Chronicon.

Omnes hasce Compilationes vincet, illustris Viri IOANNIS PETRI a LVDEWIG, cuius merita in patriae nostrae res plane sunt insignia, *Reliquiae Manuscriptorum omnis aeui Diplomatum ac Monumentorum ineditorum*, quarum *Tomi* VIII. ab an. 1720. ad a. 1727. *Francofurti* & *Lipsiae* s. potius *Halae Venedorum*, 8. mai. cum figuris aeneis prodierunt, pluresque Tomos ex thesauro MSCtorum Viri summi, expectat orbis eruditus. Ex praeclara hac congestione ea tantum indicabo, quae cummaxime ad Historiam Germanicam facere videntur.

Tomo etenim *Primo*, cui praemissa est eruditissima Praefatio de Re & arte Diplomatica, bellisque variis Diplomaticis & Scriptoribus ad nobilissimum hoc argumentum facientibus, comparet Codex Diplomaticus, insignis Monasterii *Dobrilucensis* in Lusatia inferiore, cuius Codex membranaceus, vnde haec accepit illustris de *Ludewig* in Bibliotheca publica Academiae Ienensis custoditur, refertus Impp. Ducum, Marchionum, Comitum Diplomatibus & Chartis magni momenti, quibus alia ab illustri editore addita.

Tomo *Secundo*, qui 1720. prodiit, habentur:
1.) Chronicon *Kirschgardense* Reipublicae *Wormatiensis.*
2.) Diplomatarium *Boico-Venedum.*
3.) Diplomatarium *Viennense* Lambecianum.
4.) Diplomatarium *Peganiense* & Miscellum.

Tomo *Tertio*, *eodem* anno edito comparent:
Medii aeui Glossaria & Commentaria ad Scriptores *Bongarsianos* Gestorum Dei per *Francos*, quos inter *Germani.*

Tomo *Quarto*, quem *Austriacum* ipse appellat:
1.) Ius Germanicum *Austriaci* Ducatus a. 1190.
2.) Codex *Zwettalensis* Diplomatibus Caesarum, Austriae Ducum, Pontificum ac Dynastarum instructus ab anno 1139. ad an. 1328.
3.) Codicillus *Garstensis* an. 1082.
4.) Diplomata Tabularii *Admontensis* Austriae Coenobii ab a. 1184.
5.) *Diplomatarium miscellum* ab a. 1150. ad an. 1400. refertum inuestiturae, foederum, pactorum, inaugurationum, edictorum codicillis Caesarum, Pontificum, Ducum ac Dynastarum.

6.) Chro-

6.) Chronicon *Merseburgense* ab an. 968. ad an. 1500. eiusdemque Adpendix ad an. 1722. additis Imaginibus Episcoporum.

Tomo *Quinto*, qui 1723. formis impressus, exstant:

1.) Diplomatarium Praepositurae Noui Operis *Newenwercke* Coenobii inter *Halam* & *Giuekenstein* Ordinis S. Augustini Canonicorum regularium ab an. 1160. ad a. 1590.

2.) Diplomatarium Commendaturae Fratrum Ordinis Hierosolymitani Teutonicorum S. Cunigundae iuxta pontem Halensem.

3.) Chartularium miscellum Epistolarum illustrium dignitate & doctrina Virorum.

4.) Diplomatarium *Bohemo-Silesiacum*, in quo Codicilli Imperatorum, Regum, Papae, Principum, de rebus quandoque *Silesiae*, *Austriae*, *Carinthiae* ab an. 1200. ad an. 1400. valde momentosi.

Tomo *Sexto*, qui 1724. prodiit, habentur:

1.) Diplomatarium *Bohemo-Silesiacum*, cuius Codicilli Pontificum, Caesarum, Regum, Principum.

2.) Epistolae Galliae Regis Caroli VIII. & Electoris Palatini ab An. 1495.

3.) *Laurentii Byzynii* Diarium Belli Hussitici ab An. 1414. ad an. 1422. & alia ad res exterorum.

4.) Diplomatarium *Griffouiense*, Silesiae Coenobii ab An. 1140. ad An. 1399.

Tomo *Septimo* a. 1726. in lucem edito, illata:

1.) Diplomatarium Ludouici *Brandenburgici* Ducis & Marchionis ab An. 1330. ad An. 1345.

2.) Leges Normannicae, Germano Saxonicis fere consentientes, cum Commentariolo de caussis huius harmoniae.

3.) Diplomatarium *Halberstadiense* ab An. *911.* ad *1400.*

4.) Capitulatio *Friderici II.* Imp. d. a. *1232.* eiusque Aurea Bulla cum Commentario.

5.) *Brandenburgica* Aquila biceps Imperialis auctor & origo.

6.) *Brandenburgicarum* Monetarum Syllabus.

Tomo *Octauo* a. *1727.* edito, comparent:

1.) *Sigismundi Meisterlini* Chronicon *Noribergense* ad a. *1360.*

2.) Genealogia Welponis Ducis Bauariae ad a. *800.*

3.) Historia Veteris *Saxoniae.*

4.) Chronicon Landgrauiorum *Thuringiae* & *Misniae* Marchionum ad a. *1340.*

5.) Catalogus *Hauelbergensium* Episcoporum ab a. *946.* ad an. *1600.* cum plurimis Diplomatibus & Sigillis.

6.) *Lamberti Ardensis* Historia Comitum *Ardensium* & *Guisnensium* ab an. *800.* ad a. *1200.*

7.) De aureo Ludouici IV. Imperatoris nummo Commentariolus.

Singulis fere Tomis praemissa est Praefatio, plena singularibus doctrinis, & erudita demonstratione vtilitatis editorum monimentorum in historia ciuili & sacra, studioque Iuris publici, feudalis, communis, prouincialis & ecclesiastici. Paratos plures Tomos, pretiosarum huiusmodi Reliquiarum habet illustris Dominus de LVDEWIG in Thesauro suo insigni & priuati sortem egresso, Codicum MSCtorum omnis aeui, quos boni omnes auide expectant. Motus vtilitate quam publicae rei adferunt collecta veterum & mediorum scriptorum monimenta, praeceptorisque sui exemplo SIMON FRIDERICVS HAHNIVS, dedit *Collectionem Monumentorum veterum & recentium, ineditorum, ad Codicum fidem restitutorum, selectiorum & rariorum, Antiquitates, Geographiam, Historiam omnem* (maxime vero Germanicam) *ac nobiliores Iuris partes illustrantium*, duobus Tomis, quorum *Primus Brunsuigae 1724.* 8. mai. *Alter*, ibid. *1726.* ead. forma, prodierunt. Dabimus vtriusque Syllabum.

Tomo *Primo* extant: 1.) *Aegidius Romanus* de re militari veterum.

2.) Diplomata viginti & quod excurrit cum Sigillis, haec inter Thuringiaca.

3.) Quinquaginta Bullae Pontificum & totidem Diplomata Imperatorum, Regum, Principum aliorumque illustrium.

4.) *Thomas* Romanae Ecclesiae Presbyteri Cardinalis Dictator, Epistolas multas complectens.
5.) Catalogus Archi-Episcoporum *Coloniensium* vetustus.
6.) *Guteti* de *Mirigia* Carmina & Literae de Electionis dissidio inter Alphonsum & Richardum.
7.) *Iohannis Fistenportii* Continuatio Hermanni Ianuensis.
8.) *Aeneae Sylvii* Historia Amorum Eurioli & Lucretiae, seu arcana narratio illorum, quae *Caspari Schlickio* Senis acciderunt.
9.) *Iacobi Vnresti* Chronicon *Carinthiacum*.
10.) *Eiusdem* Chronicon *Austriacum*.
11.) *Anonymi* Chronicon *VValdeccense*.
12.) *Ioachimi* à *Rusdorff* Epistolae arcanae tricennalis belli Historiam illustrantes.

Tomo vero *Secundo*:
1.) *Georgii Tyskiewicz* Responsio ad libellum famosum Anonymi.
2.) *O. VVexionii* Descriptio Sueciae.
3.) Monachus Sangallensis de vita *Caroli M.*
4.) Ordinatio Iudicii Westphalici.
5.) Chronica der Graffen von *Cilly*.
6.) Chronicon *Salzburgense*.
7.) *Ludouici Camerarii*, vel *Ioachimi* a *Rusdorf* Consultationes Politicae.

Qui tot egregiis scriptis patriae historias ornauit GEORGIVS CHRISTIANVS IOANNIS, Collectionem edere coepit inscriptam: *Tabularum Litterarumque veterum, vsque huc nondum editarum Spicilegium idque Primum, Francofurti ad Moenum 1724. 8.* mai. complectens:

1.) Chartularium *Coloniense*; 2.) Diplomatarium *Disibodenbergense*; 3.) Chartularium Collegialis Ecclesiae *Aschaffenburgensis*; 4.) Diplomatarium *Eppensteinense*; 5.) *Breubergense* & Miscellum; accessit Dodecas eiusdem generis Epistolarum Miscellanearum, ad rem literariam pertinentium, quae omnia doctis Praefationibus & multo labore concinnoque ordine factis indicibus instruxit. Aliam eandemque praestantissimam *Syllogen variorum Diplomatariorum monumentorumque veterum ineditorum adhuc, & res Germanicas in primis vero Moguntinas illustrantium*, publicae rei dedit, qui ad ipsum Archiuum Imperii, quod Moguntiae adseruatur, accessum habuit perillustris Dominus VALENTINVS FERDINANDVS de GVDENVS Immediati Ordinis Equestris circa Rhen. Super. *Francofurti ad Moenum 1728. 8. mai.* quo volumine complectuntur:

1.) Codex Diplomaticus Monasterii quondam *Schonaugiensis* prope Heidelbergam, ab anno *1142.* vsque ad an. *1295.*
2.) Codicillus Diplomatum Parthenonis *Beurensis* in Eichsfeldia cum Sigillis aeneis.
3.) Recensus Codicum antiquorum cumplurium, tam Manuscriptorum quam impressorum, Moguntiae in Capituli Metropolitani Bibliotheca latitantium, Pars Prima.
4.) Manipulus Chartarum Diplomaticarum Coenobii dicti *Schwarzach* Ordinis S. Benedicti.
5.) Chartae Diplomaticae Ciuitatis Imperialis *VVezlariae*.
6.) Elenchus Cancellariorum Electoralium *Moguntinensium* ab A. *1093.* vsque ad An. *1728.*
7.) Diplomatum promiscuorum authenticorum Decades IV.

Chartas has illustris Editor notis historicis, Diplomaticis, insignique Praefatione qua diuersas Rei Diplomaticae cumprimis Germanicae obseruationes fecit, ornauit.

§. LVII.

Qui ex veteribus Bibliothecis & thesauris literariis varias scriptiones produxerunt *Collectiones*que *Miscellaneas* dederunt doctissimi & de posteritate & omni eruditionis parte egregie meriti Viri, multa eademque praeclara ad res Germanas ornandas monimenta patriae historiae cultoribus in manus dederunt. Quod in primis fecit HENRICVS CANISIVS ICtus Ingolstadiensis, qui *Lectiones Antiquas*

tiquas ex variis Monasteriorum, Bauariae cumprimis Bibliothecis & chartulariis compilauit, atque *Sex Tomis* edidit, quorum *Primus Ingolstadii 1601. 4.* formis expressus.

Hos Tomos, cum rarissimi essent, meliore eodemque quantum fieri poterat chronologico ordine, digessit, cum Codicibus manu exaratis collatos emendavit, suppleuit, praefationibus & notis eruditis illustrauit IACOBVS BASNAGE praefixo elogio: *Thesauri Monumentorum Ecclesiasticorum, seu* HENRICI CANISII *Lectiones Antiquae, Tomis IV. Antwerpiae* 1725. IV. Voluminibus. Quae huc non pertinent argumenti Ecclesiastici, heic non memorabo, sed ea solum, quae ad res historicas patriae & antiquitates facere videntur:

Tomo, siquidem, Primo, Editionis *Basnagii* exstant:

1.) *Tironis Prosperi* Aquitanici Chronicon cum Continuatione *Victoris* Episcopi *Tunnensis*, & *Iohannis* Abbatis *Biclariensis*.
2.) *Eugippii* Epistola de S. *Seuerino*.

Tomo *Secundo*:

1.) *Bedae* Carmen de gestis *S. Cuthberti*.
2.) Vitae *VVillibaldi* & *VVunibaldi* item S. *Lamberti*.
3.) *Iulii Africani*, *Idatii*, *Theromachi* & *Fredegarii* Collectio Historico Chronologica.
4.) *S. VVillibaldi* Vita *S. Bonifacii*, Germanorum Apostoli.
5.) *Adriani* P. R. Epitome Canonum Carolo M. oblata.
6.) *Flacci Alcuini* Epistola, Homilia in Natalem S. *VVillibrordi* & de Vita eius Carmen.
7.) *Anonymi* Carmen de *Carolo* M. & *Leonis* Pontificis ad eum aduentu.
8.) Fragmentum Annalium *Francicorum* ab An. 741. ad 793.
9.) *Anonymi* Synodus regia *Ticina* cum Ticinensi conuentu & Genealogia *Caroli M.*
10.) Monachi *San-Gallensis* de gestis *Caroli M.* ad *Carolum Crassum*.
11.) Hymni sacri monastici *S. Galli*.
12.) *VVolffhardi* Vita S. *VValpurgis*.

Tomo *Tertio*:

1.) *Anonymorum* Vita S. *Burchardi*; it. S. *VVillibaldi*; & S. *Adalberti*.
2.) Synodus *Engilenhemensis* & *Augustana*.
3. *Odilonis* Cluniacensis de *Adelhaide* Ottonis I. Imp. Coniuge Libri II.
4.) *Meginfredi* & *Arnolfi* Vitae S. *Emmeranni*.
5.) *VViponis* Panegyricus in Henricum III. Imp.
6.) *Anonymi* Vitae S. *Kiliani*, *Kolomanni*, & *Germani*, item S. *Guntheri*.
7.) *Hermanni Contracti* Chronicon auctius.
8.) *Othlonis* Vita S. *Bonifacii*.
9.) *S. Anshelmi* Defensio Gregorii VII. & Collectanea.
10.) *Adelboldi* Vita & res gestae S. Henrici Imp.
11.) *Anonymi* Vita S. *Ottonis*; S. *Tyemonis* seu *Theodemari*.
12.) *Anonymi* Officium de S. *Carolo M.*
13.) Relatio de Fundatione Monasterii *VVindbergensis*.
14.) Chronicon a. N. C. ad An. 1167.
15.) Monumenta *Salisburgensia* varia.
16.) *Anonymi* Expeditio Asiatica *Friderici* Barbarossae Imp.
17.) *Anonymi* Vitae S. Mechtildis Virginis & B. *Notkeri* Balbuli.
18.) *Anonymi* Historia de *Guelfis* Principibus & Chronicon *VVeingartense*.

Tomo *Quarto*:

1.) Constitutiones Concilii *Viennensis* a. 1267. & *Salisburgensis* a. 1274.
2.) *Theodorici* Thuringi Libri VIII. de S. *Elisabetha*.
3.) *Henrici Steronis* Annales ab an. 1152. ad an. 1300.
4.) *Eberhardi Altahensis* Annales an. 1273. ad 1305.
5.) *Philippi* Vita S. *VValpurgis*.
6.) Concilia bina *Salisburgensia*.
7.) *Anonymi* Epitome Bellorum pro recuperatione Terrae Sanctae.
8.) *Hussitica* variorum Auctorum; it. Disputatio de *Hussitarum* controuersiis.

9.) *Anonymus* de Fundatione Ecclesiae *Ilminensis* & *Tegernseensis*.
10.) Canonizatio B. *Notkeri*.

Similem Collectionem ex Franciae Occidentalis maxime bibliothecis procurauit Domnus LVCAS DACHERIVS (d' Achery) e Congregatione S. Mauri Monachus Benedictinus magni nominis, inscriptam *Veterum aliquot Scriptorum, qui in Galliae bibliothecis latuerant* SPICILEGIVM, *Parisiis 1665. XIII.* in 4. Voluminibus *1677.* absolutis & nitide curatis. Rarior facta, cum maximi pretii esset, iterum edita fuit & expurgata per *Ludouicum Franciscum Iosephum de la Barre*, adiectis Scriptorum, quos *Spicilegium* hoc refert, variis Lectionibus, per *Stephanum Baluzium*, & *Edmundum Martene* collectis, *Parisiis 1723.* f. III. Voluminibus. Extat Tomo II. Edit. II. 1.) *Anonymi* Historia *Treuirensis*; 2.) Chronicon Episcoporum *Metensium*; 3.) *Bercarii* Historia Episcoporum *Virdunensium*; 4.) *Anonymi* Historia Monasterii *Gladbacensis*, quae proprie Franciam Orientalem tangunt, ex ceteris vero ad Occidentalem maxime pertinentibus Chronicis, Epistolis, Diplomatibus, quorum insignis adest apparatus, multa pars eorum res & iura Imperii RGermanici illustrant & decerptae magno sunt studio ab iis, qui res patrias adhuc cum cura tractarunt, singularum memorandarum rerum annotationes.

Huiusmodi cimelia fausto sidere ex latebris producta in IOANNIS MABILLONII *veteribus Analectis*, IV. Tomis, *Parisiis 1685. 8.* cum eiusdem *Itinere Germanico*, editis, atque recusis cum vita *Mabillonii Parisiis 1723. f.* quae nouae Editioni *Spicilegii Dacheriani* iungi solent. Promunt haec Analecta varia veterum Opuscula argumenti maxime ecclesiastici, praefationes, Epistolas, Diplomata, Conciliorum fragmenta, carmina, in quibus subinde mentio fit rerum & personarum Germanicarum, inter alia ipsius *Mabillonii* Disquisitio de anno mortis *Dagoberti* I. & *Chlodouaei* iunioris F. R. annotanda.

Qui doctissimorum Monachorum ex laudata saepius Congregatione S. Mauri Benedictinorum EDMVNDI MARTENE e VRSINI DVRAND, laboribus congestus fuit egregius plane *Thesaurus nouus Anecdotorum*, *Parisiis 1717. f. V.* Voluminibus magnae formae amplisque editus complectitur *Tomo I.* Regum, Principum ac illustrium Virorum *Epistolas*, & *Diplomata*; ab a. *508.* ad *1504.* Tomo *II. Epistolas* Pontificum maxime Auenionensium, aliaque Acta, Tomo III. *Chronica* varia; Tomo porro *IV.* diuersa *Concilia* & horum Decreta; *V.* denique SS. Patrum opuscula, in quibus omnibus maxime quatuor primis, varia & memorabilis Rerum Germanicarum mentio. Inter multos huc pertinent singillatim: 1.) *Radulphi Cadomensis* gesta *Tancredi*; 2.) *Odonis*, *Ernestus*, seu carmen de varia *Ernesti* Ducis *Bauariae* fortuna; 3.) *Anonymus* de morte *Ottonis IV* Imp. 4.) *Anonymi* Genealogia Comitum *Flandriae*; 5.) Chronicon Episcoporum *Basileensium*, quae monimenta Tomo III. extant.

Iidem doctissimi & studiosissimi Patres *Edmundus* MARTENE & *Vrsinus* DVRAND *Veterum Scriptorum & Monumentorum historicorum*, *moralium* aliam *amplissimam Collectionem* luci & industriae scrutatorum exposuerunt *Tribus Tomis*, *Parisiis 1724. f.* orsi his *Tomis* amplissimum vastumque Anecdotorum opus, cuius hi *Primam Classem*, *Epistolas* scilicet & *Diplomata* sistunt; *Secunda*, historica; *Tertia* & *Quarta* Moralia & Dogmatica exhibebit. His in Epistolis & Chartis non raro germanica offendes, vtpote Tomo *II.* in *Philippi Augusti* Regis Gall. chartario; Tomo *II.* in veteribus monumentis Imperialis Monasterii Stabulensis in Arduenna; & cumprimis *Friderici II.* Imperatoris Epistolis; Tomo *III.* in *Thomae Volsaei* Cardinalis Epistolis. Quas aliasque multas in Tomis hisce relatas *Ioannes Mabillonius* in Itinere suo Italico collegerat.

Excitatus his illustribus exemplis & sua virtute Domnus BERNARDVS PEZIVS Monachus Benedictinus Mellicensis in Austria, Germaniae Mabillonius, qui *Thesaurum Anecdotorum nouissimum, Augustae Vindelicorum 1721. 1723. f.* IV. Tomis, egregie comparauit & edidit, quo praeter Theologica, Moralia Scholastica, Mathematica & Vitas Sanctorum continentur:

Tomo Primo:
1.) *Notkeri Balbuli* Notatio de illustribus Viris.
2.) Codex Diplomaticus *Ratisbonensis* egregius.
3.) *Angeli Rumpleri* Historia Monasterii *Formbacensis*.

4.) *Iodoci Mezleri* de viris illustribus *San-Gallensibus.*
5.) *Iohannis Egonis* de viris illustribus Monasterii *Augiensis.*

Tomo Secundo:
1.) *Henrici*, Archi-Diaconi Salzburgensis Historia Calamitatum Ecclesiae suae sub *Friderico I.* Imp.
2.) *Anonymi* Epistola de rebus Anni 1456.

Tomo Tertio:
1.) *Viti Arnpeckii* Chronicon *Boioariae.*
2.) Monumenta vetera Historiam Monasterii *Tegernseensis*; porro *Benedicto-Burani* in Bauaria illustrantia.
3.) Codex Diplomaticus Monasterii *Admontensis* in Styria.

Tomo Quarto:
1.) *Reineri* Monachi S. Laurentii *Leodiensis* de claris Scriptoribus Monasterii sui, item de Vita *Evrachi* & *Reginardi* Episcoporum Leodiensium.
2.) *Andreae* Presbyteri ad S. Magnum Ratisbonae Chronicon generale a C. N. ad An. 1422.
3.) *Æneae Sylvii* postea Pii II. P. R. Pentalogus de rebus Ecclesiae & Imperii.
4.) Chronicon *Elwacense* integrum a C. N. ad An. 1474.

Eximiam farraginem monimentorum ad res Francico-Germanicas exhibuit STEPHANVS BALVZIVS *Miscellaneorum* Libris Septem *Parisiis* in forma *octava* mai. typis excusis, Liber *I.* 1678. Liber *II.* 1679. Liber *III.* 1680. Lib. *IV.* 1683. Liber *V.* 1700. Lib. *VI.* 1713. Liber *VII.* 1715. *Voll. VII.* Praeter varia Ecclesiastica, Vitas Sanctorum, Epistolas & Diplomata extant nostrarum rerum haec subsidia: Tomo I. 1.) *Anonymi* Gesta *Balduini* de *Luzenburg* Treuirensis Archi-Episcopi; 2.) *Iohannis* Reg. Bohemiae Epistola de morte *Henrici VII.* Imp. 3.) Acta Electionis *Conradi IV.* Imp. 4.) *Friderici II.* Imp. *Conradi* Imp. & Siciliae Regis, & *Manfredi* Siciliae Regis Epistolae; 5.) Chronica Monasteriorum *S. Galli*; *Augiensis*; *Würziburgensis* & *Kemperlegiensis*. Tomo II. 1.) *Ludouici IV.* Bauari Imp. Submissio Pontifici facta; Tomo IV. 1.) Alcuini Epistolae ad Carolum M. 2.) *Arnoldus* Episcopus Halberstadiensis de institutione Episcopatus *Bambergensis*; Tomo VI. *Sallas Malaspina* Rerum *Sicularum* Libri Quinque ab An. 1250. ad 1276. Tomo VII. Vitae Pontificum Romanorum.

§. LVIII.

Collectiones & Corpora Scriptorum Rerum Italicarum & Sicularum, cumprimis Ludouici Antonii Muratorii atque Io. Georgii Graevii & Petri Burmanni.

Quum Germaniae & Italiae Regna, cum Imperio Romano, ab Ottonis M. temporibus, aeterno sint vinculo coniuncta, Regesque nostri & Principes magnas memorabilesque in Italia res gesserint, cuiuis, qui vel obiter rerum Italicarum Scriptores inspexerit, patere scio, notitiam Historicorum Italorum cum Germanis esse coniungendam. Quorum, quum amplissimus sit numerus, eos, qui exactiorem horum recensionem desiderant, ad doctas de Historicis Italis commentationes, dimitto, quas laudauit p. *11.* & *12.* *Conspectus Thesauri Literarii Italiae* eruditissimus IOANNES ALBERTVS FABRICIVS, quem nuper *Hamburgi 1730. 8.* dedit. Superbit, princeps olim Europae regio tribus Collectionibus suorum Historicorum, quorum binae posteriores omnium sunt maximae & splendidissimae, quas hic indicare fructuosum erit. Enimuero, qui nostro aeuo insigne Italiae ornamentum est, LVDOVICVS ANTONIVS MVRATORIVS, Serenissimi Ducis Mutinensis Bibliothecae Praefectus, *Rerum Italicarum Scriptores ab Anno aerae Christianae quingentesimo ad millesimum quingentesimum*, quorum potissima pars nunc primum in lucem prodit, ex Ambrosianae, Estensis, aliarumque insignium Bibliothecarum Codicibus collegit, ordinauit & Praefationibus auxit, in cuius laudis & de patria meritorum societatem venerunt MEDIOLANENSES PALATINI SOCII, qui Scriptorum permultos ad MSCtorum fidem exactos summoque labore & diligentia castigatos, variis lectionibus & notis, tam editis veterum Editorum, quam nouis auxerunt, inprimis vero Specimina veteris scripturae Codicum MSCtorum in aes incisa ad augmentum criticae rei medii aeui, laudabili consilio addiderunt *Corpus*que hoc *Mediolanense Scriptorum Italiae* splendidissimo habitu, ad perpetuam nominis Itali gloriam produ-

produxerunt, cuius Praefationes plures *Philippus Argelatus*, nitido stilo condidit. Vidit lucem Tomus *Primus Mediolani 1723. f.* ex Typographia Societatis Palatinae in Regia Curia, vnde & ceteri peruenere; Tomi huius *Primi*, Pars *Secunda*, *ibid. 1725. f.* Tomus *Secundus*, *ibid. 1723. f.* Tomi *Secundi* Pars *Secunda*, *ibid. 1726.* Tomus *Tertius*, ibid. *1723. f.* Tomus *Quartus 1723.* Tomus *Quintus 1724.* Tomus *Sextus 1725.* Tomus *Septimus 1725. f.* Tomus *Octauus 1726.* Tomus *Nonus 1726. f.* Tomus *Decimus 1727. f.* Tomus *Vndecimus 1727. f.* Tomus *Duodecimus* siue Volumen XIV. 1728. f.

Scriptores singulos indicare necessarium duxissem, nisi his diebus editus esset laudatissimi FABRICII iam excitatus *Conspectus*, quo omnes ordine recensuit, additis diligenter prioribus Editionibus, qui cum in omnium sit manibus de charta in papyrum scribere nolui, eos tamen, qui singulariter de Augustis nostris memorant, infra annotabo. Alterum insigne Scriptorum Italicorum Corpus est, quod sumptibus PETRI van der AA Bibliopolae & Typographi Leidensis celebratissimi, adornare coepit IOANNES GEORGIVS GRAEVIVS absoluit PETRVS BVRMANNVS vterque de republica erudita insigniter meritus: Tomi a Graeuio curati hoc elogio insigniti: *Thesaurus Antiquitatum & Historiarum Italiae Mari Ligustico & Alpibus vicinae, quo continentur optimi quique Scriptores, qui* LIGVRVM *&* INSVBRVM *seu* GENVENSIVM *&* MEDIOLANENSIVM *confiniumque Populorum ac Ciuitatium Res antiquas, aliasque vario tempore gestas memoriae prodiderunt, collectus cura & studio* IOANNIS GEORGII GRAEVII, *Lugduni Batauorum, apud Petrum van der Aa 1704. f.* cum Praefatione IACOBI PERIZONII, quia, dum opus excudebatur, Graeuius viuis excesserat. Tribus constat Tomis, quilibet vero Tomus in duas Partes diuisus. VI. Voll. Quum vero post ea ad solertissimum *Petrum van der Aa*, praestantissimi rarissimique Libri Historiam Italiae illustrantes confluxissent, maximis sumptibus, prodiit: *Thesaurus Scriptorum Italiae* Graeuianus ex consilio & cum Praefationibus Viri celeberrimi PETRI BVRMANNI *continuatus*, sumtibus eiusdem qui Graeuianum curauit *Petri van der Aa*, hac Tomorum & temporum serie Tomus *Quartus*, *Lugduni Batauorum 1722. f.* Tomi *Quarti* Pars *Secunda ibid. 1722.* Tomus *Quintus 1722. f.* Tomi *Quinti* Pars *secunda* & *tertia 1722. f.* Tomi *Quinti* Pars *Quarta*, *1722. f.* Tomus *Sextus 1722. f.* Tomi *Sexti* Pars *Secunda 1722.* Tomi Sexti Pars *Tertia* & *Quarta 1722.* Tomus *Septimus 1722. f.* Tomi *Septimi* Pars *Secunda 1722. f.* Tomus *Octauus 1723. f.* Tomi *Octaui* Pars *Secunda 1723. f.* Pars *Tertia 1723.* Pars *Quarta 1723.* Tomus *Nonus 1723.* Tomi *Noni* Pars *Secunda 1723.* Pars *Tertia 1723.* Pars *Quarta 1723.* Pars *Quinta 1723.* Pars *Sexta 1723.* Pars *Septima 1723.* Pars *Octaua 1723.* His iungitur *Thesaurus Scriptorum atque Antiquitatum Siciliae* siue *Thesauri Italiae* Tomus *Decimus*, *Lugduni Batauorum*, Volumen Primum *1723. f.* Tomi *Decimi* Volumen Secundum *1723.* *Tertium 1723.* *Quartum 1723.* *Quintum*, *Sextum*, *Septimum*, *Octauum*, *Nonum*, *Decimum 1723.* *Vndecimum 1725.* *Duodecimum*, *Decimum Tertium*, *Decimum Quartum*, *Decimum Quintum & vltimum 1725. f.* Omnes & singulos auctores, pretiosissimo hoc Corpore complexos erudita manu recensuit *Fabricius* libello citato. Olim prodierat, his duabus, quas memorauimus non comparanda Collectio, hoc indice: *Italiae illustratae, seu Rerum, Vrbiumque Italicarum Scriptores varii notae melioris*, curante ANDREA SCHOTTO S.I. *Francofurti 1600.* & vt quaedam exempla praeferunt, *1605. f.* ex officina *Andreae Camberii.* FERDINANDVS quoque VGHELLVS *Italiae Sacrae*, quae *Romae 1644. 1662. f. IX.* Voll. & *Venetiis 1717. 1722.* cura *Nicolai Coleti* X. Voll. f. iterum prodiit, varia monumenta vetera anecdota dedit, in prima editione sparsim in Secunda vero iunctim Tomo X. in quibus singularia multa ad historiam Regum & Imperatorum nostrorum Stirpis cumprimis Sueuicae, horum tamen Anecdotorum Vghellianorum pleraque studio eruditissimi *Muratorii* emendatius Corpori Mediolanensi illata. Nec reticendae Collectiones *Sicularum* Rerum qualis, ex officina *VVecheliana*, edita: *Sicularum Rerum Scriptores in vnum corpus redacti Francofurti 1579. f.* Sed plenior longe & instructior, post *Antonii Amici* & *Michaelis* de *Iudice* factas spes, IOANNIS BAPTISTAE CARVSII *Bibliotheca Historica Regni Siciliae*, *siue Historicorum*, *qui de rebus Siculis a Saracenorum inuasione vsque ad Aragonensium Principatum illustriora monumenta reliquerunt amplissi-*

ma

ma Collectio, *Panormi* 1720. 1723. Tomi Duo. Licet pauciora sint, quae ad res germanas faciant.

§. LIX.

Qui in condenda atque ornanda Historia omni Germanica elaborant, ad *Scriptores Gentium vicinarum*, ex parte feudali vel tributario nexu olim deuinctarum prouocare solent. Qua de caussa praecipue talium Scriptores collecti & ordine nonnullo digesti, sed praeter Francicos, breuiter saltim & per summa capita indicandi veniunt. *Francicarum Rerum Scriptores*, in certa quaedam *Corpora* conducti, huc inprimis faciunt, & curatius ceteris enumerandi, partem etenim nobilem Scriptorum Rerum Germanicarum constituunt, quum eiusdem originis fere sint *Franci Orientales*, hodie *Germani*, & magna pars *Francorum Occidentalium*, perque tempus longum vnius imperio gubernati. *Francicos*, magni momenti auctores primus edidit e sua bibliotheca PETRVS PITHOEVS nobile Iurisprudentiae & historiae ornamentum, hac inscriptione: *Annalium & Historiae Francorum ab anno Christi DCCVIII. ad ann. DCCCCXC. Scriptores coaetanei XII.* primum *Parisiis* 1588. 8. editi, *Francofurti* apud *Andreae Wecheli* heredes Claudium Marnium & Ioannem Aubrium 1594. 8. recusi, qua vtilissima collectione continentur:

Scriptores Rerum Germanis vicinarum vnde rebus Germ. multa lux, inprimis Francicarum.

1.) *Annales Francorum* ab anno incarnationis Domini 714. ad an. 883. Maguntiae, vt videtur, sub ditione Lotharii & Ludouici filii scripti temporibus *Rhabani Mauri* Archi-Episcopi, p. 1.

2.) *Frodoardi*, Presbyteri Ecclesiae Remensis *Annales* siue Chronicon aetatis suae, ab An. C. 919. ad annum 966. cum appendice annorum aliquot p. 109.

3.) Continuatio ab Anno 977. ad annum 999. ex Chronicis *Willelmi Nangii* Monachi S. Dionysii p. 207.

4.) *Odoranni* Monachi S. Petri Viui Senonensis Chronicon, quod ille iam sexagenarius collegit p. 214.

5.) Fragmentum gallici Scriptoris ex *Conrado* Abbate ad An. 922. p. 216.

6.) *Genealogia* B. *Arnulfi*, Metensis Episcopi ex antiqua membrana eiusdem Ecclesiae p. 219.

7.) Fragmentum veteris Scriptoris de *Maioribus Domus Regiae* ex Codice Floriac. Coenobii p. 226.

8.) *Vita Karoli M.* descripta, vt videtur, magna parte a *Monacho* S. Eparchii *Egolismensis* ex annalibus plebeio & rusticano sermone compositis, quos & *Regino Prumiensis* sequutum se ait ad an. 814. nonnullis interpolatis, paucis etiam additis p. 230.

9.) *Charta Diuisionis Imperii*, quae in quibusdam exemplaribus Karolo Magno adscribitur, non certa fide p. 283.

10.) *Fragmentum* ex historia *Pauli Warnefridi* Longobardi Filii, Diaconi Foroiuliensis de Episcopis Mediomatricum Ecclesiae p. 288.

11.) *Constantini Manassis* de Karolo Imp. versus politici p. 290.

12.) *Thegani* Chorepiscopi *Treuirensis* de gestis *Ludouici Pii* Imp. cum Praefatione *Walafridi Strabonis* Abbatis Augiensis p. 295.

13.) Acta impiae & nefandae *Exauctorationis* eiusdem *Ludouici* Imp. apud *Compendium* Anno 822. p. 322.

14.) Praeceptum eiusdem *Imperatoris* de *Diuisione* inter *Filios* p. 330.

15.) Vita eiusdem *Ludouici* Pii, incerto Scriptore, sed tamen coaetaneo p. 336.

16.) Chartae Priuilegiorum ab *eodem Imp.* concessorum *Hispanis*, qui ad ipsum Saracenorum metu confugerant, ex Tabulario Ecclesiae Narbonensis p. 427.

17.) *Nithardi* Angilberti F. Karoli M. Imp. ex Bertha F. nepotis de *Dissensionibus filiorum Ludouici Pii* Libri Quatuor, p. 433.

18.) Libellus Proclamationis *Karoli* Regis aduersus *Guenilonem* Archiepiscopum Senonum oblatus Synodo Tullensi seu Saponariae An. 859. cui subiuncta est Epistola eiusdem Synodi ad Episcopos Britanniae siue Armoricanae Prouinciae p. 491.

19.) Acta Coronationis *Karoli* Imp. Ludouici Filii, p. 498.

20.) Sacramentum eidem Imp. praestitum ab Archi-Episcopis, Episcopis, Abbati-

batibus, Comitibus ac reliquis Italiae optimatibus p. *506.* item alia Fidelitatis Sacramenta eidem Regi a Francis praestita p. *508.*

21.) Fragmentum Historiae Francicae a *Ludouico Balbo* ad *Hugonem* Regem, ex vetusta membrana Floriacensis Coenobii p. *510.*

22.) Aliud Fragmentum *Aquitanicae* Historiae ex peruetusta scida Lemouicensi a morte *Caroli Calui* ad Hugonem Regem p. *517.*

23.) *Epitaphia* quorundam *Regum* ex vetustis monumentis p. *427. 524. 525.*

24.) *Abbonis* Leuitae de obsidione vrbis *Parisiorum* a Normannis ad *Gozlinum* fratrem, Libri duo. p. *530.*

Qui inde eiusdem PETRI PITHOEI curis prodierunt *Historiae Francorum ab A. DCCCC. ad MCCLXXXV. Scriptores veteres XI.* quique in Germania *Francofurti 1596. f.* excusi seriem indicatae Collectionis continuant, & ad res Franciae Occidentalis maximam partem spectant, extrema Stirpis Carolinae & Capetiorum Regum res gestas vsque ad Philippum S. Ludouici filium explicantes; ita tamen sunt comparati, vt in iisdem & res Germanorum subinde reperias, sunt autem sequentes:

I. *Glabri Radulphi* Historia ab Anno *1000.* ad *1045.*

II. *Helgaldi* siue *Helgaudi* vita Roberti Regis. Fragmentum Historiae Aquitanicae.

III. *Sugerii* vita *Ludouici Crassi* R.

IV. *Anonymi* gesta *Ludouici* Minoris.

V. *Rigordi* gesta *Philippi Augusti.*

VI. *Guillermi Britonis* Philippidos Libri XI.

VII. Fragmentum de gestis *Ludouici VIII.*

VIII.) *Guilielmi* de *Nangis* gesta *S. Ludouici* R.

IX.) Anonymi gesta *Philippi Audacis* R.

Porro lucem vidit *Corpus Francicae Historiae veteris, & sincerae,* quod debemus prouidae curae MARQVARDI FREHERI Consiliarii Archi-Palatini, qui Dedicatoriae Inscriptioni ad Ludouicum XIII. F. R. initiales saltim literas celeberrimi nominis: M. F. subscripsit, prodiit *Hanouiae* typis *VVechelianis* apud haeredes *Ioannis Aubrii 1613. f.* eodemque Scriptores historiae veteris Francicae & Germanicae Scriptores Merouingorum & Carolingorum Regum Acta continentes hactenus miris modis in omnibus editionibus deprauati & confusi, emendatiores & pro ordine temporum dispositi, Pseudepigrapha veris auctoribus suis restituta omnia denique Notis marginalibus perpetuis illustrata, exhibentur, nimirum:

Parte Voluminis huius *Prima:*

1.) *Iuonis Carnotensis* Episcopi Excerpta Chronica de gestis quorundam Regum & *Imperatorum* vsque ad Ludouicum Pium, *f. 1.*

2.) *Eiusdem* Chronicon de Regibus *Francorum, f. 51.*

3.) S. *Gregorii Turonensis* Episcopi Gesta *Francorum* epitomata *f. 57.*

4.) Annalium Fragmentum ex MSCto *Nazariano* p. *86.*

5.) *Gregorii Turonensis* Excerpta Chronica per *Fredegarium* Scholasticum *f. 90.*

6.) *Pauli VVarnefridi* Chronicon de Episcopis Metensibus *f. 171.*

7.) *Epistolae* Francicae *Regum* & *Episcoporum* variorum, tempore *Clodouaei* primi Regis scriptae, *f. 182.*

Parti vero *Secundae* illata:

I.) *Gregorii Turonensis* Episcopi Historiarum Libri X. e Palatino aliisque Codd. MSCtis passim emendati *f. 1.*

II.) *Aimoini* Monachi Benedictini, Historiae Francorum Libri IV. antehac a *Ioanne Nicotio* libellorum supplicum in Regia magistro, recensiti & emendati & capitibus distincti *f. 247.*

III.) *Adelmi* s. *Ademari* Benedictini, Annales Francorum Regum, *Pipini, Caroli M.* & *Ludouici Pii* Impp. per annos continuos LXXXVII. *f. 381.*

IV.) *Einhardi* siue *Eginhardi* Notarii regii, de vita & gestis Caroli M. Commentarius, nunc primum ad fidem Codd. MSC. integritati suae restitutus *f. 433.*

V.) *Ludo-*

V.) *Ludouici Pii* Imp. Vita per *Anonymum* quendam & incertum sed tamen coaeuum fidumque scriptorem *f. 445.*

VI.) *Francorum Regum* sequentium Continuatio, vsque ad natiuitatem *Philippi Augusti*, e diuersis & incertis per *Compilatorem quendam* minime recentem coagmentata & pro parte *Aimoini* Historiae hactenus falso obtrusa *f. 477.*

His accesserunt:

VII.) *Michaelis Ritii* Neapolitani, de Regibus Francorum Libri Tres *f. 531.*

VIII. *Donati Acciaioli* de vita *Caroli M.* Commentarius, *f. 549.*

Maiori autem apparatu Scriptorum *Rerum Francicarum* editionem aggressus erat dum viueret ANDREAS du CHESNE Regi Franciae a Consiliis & Historiographus, & post Patrem quoque persequutus est ac parauit Filius FRANCISCVS du CHESNE, Regis eiusdem Christianissimi Consiliarius & Historicus. Quo consilio laudatus *Andreas* du *Chesne* edidit repetitis vicibus Seriem & Conspectum Scriptorum Rerum Francicarum, quos collegerat, & tandem *Bibliothecam Chronologicam Scriptorum ab Originibus Regni Francici ad sua vsque tempora, siue Seriem Auctorum omnium, qui de Francorum Historia & rebus Francicis, cum ecclesiasticis tum secularibus scripserunt in XXIV. Tomos congesta, & in duas partes diuisa ab exordio Regni ad nostra vsque tempora*, quae ex tertia Editione auctiore ac copiosiore *Parisiis 1663. 12.* fuit edita & recusa in Germania, cura *Ioannis Alberti Fabricii, Isagoges* in *Notitiam Scriptorum Historiae Gallicae, Hamburgi 1708. 8.* editae, partem primam facit. Quam editis his speciminibus fecerant spem & ciuibus suis & exteris ex parte tamem fatis impediti expleuerunt optimi & industrii maxime Viri. Enimuero ANDREAS du CHESNE Geographus, vt titulus fert Regius, *Historiae Francorum Scriptores coaetaneos aliquot* Tomis, in lucem produxit. *Tomus Primus Lutetiae Parisiorum*, sumptibus *Sebastiani Cramoisy* Typographi Regii *1636. f.* editus, Scriptores ab ipsius gentis origine ad *Pipinum* vsque Regem, sistit; *Tomus Secundus, ibidem*, eodem 1636. anno prodiit Scriptores a *Pipino* Caroli M. Imp. Patre vsque ad *Hugonem Capetum* Regem, habet; *Tomus Tertius Lutetiae Parisiorum 1641. f.* auctores a *Carolo Martello* Pipini R. Patre vsque ad *Hugonis* & *Roberti* Regum tempora exhibet editus post *Andreae* funestum obitum opera & studio filii *Francisci* du *Chesne* in suprema Parisiensium Curia Patroni & Geographi Regii; *Tomus Quartus L.P. 1541. f. Tomus Quintus, L.P. 1649. f.*

Ipse primus Editor *Andreas* hanc breuem maximi Operis, quod laboriosissimis curis & vigiliis adornauerat & in Tomos *XXIV.* pro temporum & rerum ordine distribuerat dedit descriptionem *Praefatione* Tomi Primi, his vsus verbis: *Quorum primis X. Auctores coaetaneos comprehendi, qui de Regum Franciae gestis sinceri aliquid scriptis mandarunt. In sequentes IV. illos reieci, qui generalem Francorum historiam ab ipsius Gentis initio ad suum quisque Seculum texuere. Reliquis vero X. complexus sum eos, qui praeclariorum Regni Ducum aut Comitum facinora, nec non insignium Ecclesiarum & Monasteriorum acta fideliter scripserunt.*

Quum rarissima & sumtuosissima sit haec *DuChesniana* Collectio, & monimenta seruet maximi in rebus & iuribus Germanicis vsus, operae pretium esse visum mihi fuit heic dare seriem horum Scriptorum.

Tomo itaque *Primo*, habes

Notitias & Descriptiones antiquas Galliarum.

1.) Notitia Dignitatum Imperii tam ciuilium, quam militarium per *Gallias*, antequam eas *Franci*, Burgundiones & Gothi occuparunt. f. 1.

2.) Notitia Prouinciarum & Ciuitatum *Galliae*, Honorii Aug. vt videtur, temporibus condita, cum *Gallias* & Septem Prouincias distingui mos erat f. 4.

3.) Capitulatio de Nominibus *Galliae* f. 6.

4.) Nomina Regionum & Ciuitatum *Galliae* f. 8.

5.) Nomina Prouinciarum vel Ciuitatum Regionis *Galliae* f. 12.

6.) Nomina Prouinciarum & Ciuitatum Galliae ex veteri membrana Alexandri *Petauii* f. 14.

7.) *Galliae* Situs ex Libro III. Historiae Ecclesiasticae *Hugonis* de *S. Maria* Monachi Benedictini Floriacensis f. 16.

8.) Diuisio *Galliae*, ex Chronico *Roberti Monachi S. Mariani* Autissiodorensis, quod desinit in anno 1210. f. 17.
9.) Descriptio *Galliarum* ex *Geruasii Tilberiensis* Otiis Imperialibus f. 19.
10.) Descriptio alia *Galliarum*, ex Chronico MSCto *Bernardi Guidonis* Ordinis Praedicatorum, Episcopi Lodouensis f. 22.
11.) Notitia Episcopatuum *Galliae*, ex Codice MSCto Historiae Francorum Monasterii S. Dionysii f. 24.
12.) Notitia alia Episcopatuum *Galliae* scripta paulo post An. 1321. ex membrana veteri *Alexandri Petauii* f. 26.
13.) *Iosephi Iusti Scaligeri* Notitia *Galliae* f. 28.
14.) Quaedam loca in C. Iulii Caesaris Commentariis ab eodem discussa f. 39.
15.) Notitia Episcopatuum *Galliae* qua *Francia* est, auctore *Papirio* Massono f. 45.

De Galliis & de Francorum veterum in eas aduentu & origine.

16.) *Papirii Massoni* Historia Calamitatum *Galliae*, quas sub aliquot Principibus Christianis inuita pertulit, a Constantino Caesare vsque ad Maiorianum, qui vicit in Atrebatibus Clodionem Regem Francorum Pharamundi successorem f. 72.
17.) *Iohannis Parisiensis* de *Gallica* regione & origine Regnorum & Gentium regionis eiusdem, f. 128.
18.) *Nicolai Vignerii* Tractatus de statu & origine veterum *Francorum* f. 134.
19.) *Hermanni* Comitis *Nuenarii* breuis Narratio de origine & sedibus priscorum *Francorum* f. 172.
20.) *Philippi Cluuerii* Disquisitio de Francis & Francia f. 175.

Scriptores Coaetanei
ab aduentu Francorum in Gallias vsque ad Pippini Regis tempora.

21.) *Idatii* Episcopi Lemouicensis Chronicon ex Edit. Sirmondi f. 183.
22.) *Prosperi* Aquitani Chronicon, longe aliud ab eo, quod hactenus beati *Hieronymi* Chronico subiunctum fuit, editore Pithoeo f. 196.
23.) *Prosperi* Aquitani Chronicorum ab Orbe Condito *Pars Posterior* Eusebii & Hieronymi Chronicis adiungi solita, multo quam in vulgatis exemplaribus emendatior & auctior f. 201.
24.) *Marii* Auenticensis seu Lausanensis Episcopi Chronicon, a tempore quo *Prosper* Aquitanus desinit vsque ad Annum vulgaris aerae 581. f. 210.
25.) Appendix ad *Marii* Chronicon, Auctore incerto, sed perantiquo f. 216.
26.) Excerpta ex Appendice ad *Marcellini* Comitis Chronicon f. 217.
27.) Excerpta ex Chronico *Iohannis Biclariensis* f. 218.
28.) Fragmenta de veterum Francorum moribus & gestis a Constantino M. vsque ad Regem Clodoueum I. eiusque liberos, ex Constantini ipsius Constitutione, Libanio Sophista, Prisco Rhetore, Iornande, Procopio, Agathia, Menandro Protectore, & aliis f. 219.
30.) Laus *Francorum* ex antiquo Codice MSC. Bibliothecae Thuanae f. 250.
31.) *Gregorii Turonensis* Episcopi Historiae *Francorum* Libri X. f. 251.
32.) Venantii Honorii Clementiani *Fortunati*, Episcopi Pictauiensis Carmina historica de Regibus *Francorum*, Reginis, Episcopis, Ducibus, Comitibus, & aliis illustribus sui Seculi viris f. 460.
33.) Epitaphia vetera Reginarum, Pontificum, Patriciorum & aliquot aliorum, ex Petauii Codice f. 513.
34.) Fragmenta de Regum *Francorum* rebus pie gestis a *Clodouaeo* vsque ad *Dagobertum* M. Clotharii II. F. f. 520.
35.) Gesta Domni *Dagoberti* Regis *Francorum*, filii Chlotharii II. scripta a Monacho Coenobii S. Dionysii anonymo quidem sed contemporaneo f. 572.
36.) Epitaphium *Dagoberti* Regis, & Versus alii de eodem f. 590.
37.) Vita *Sigeberti* III. Regis *Austrasiae* Filii Dagoberti I. cuius Auctor etsi coaetaneus non fuit, eam tamen ex veteribus Historiis & Sanctorum vitis se collegisse testatur f. 591.
38.) Vita Beati Pippini Ducis, qui fuit Maior Domus *Austriae* sub Chlothario, Dagoberto & Sigeberto Regibus f. 594.

39.) Vita

39.) Vita S. *Leodegarii* Augustidunensis Episcopi & Maioris Domus *Franciae*, in qua plurimae res sub *Childerico* & *Theodorico* Regibus Clodouei II. Filiis fideliter describuntur f. 600.

40.) Vita alia S. *Leodegarii* Episcopi Augustidunensis, auctore *Vrsino*, qui eam iubente *Ansoaldo* Pictauorum Pontifice scripsit f. 617.

41.) Passio S. *Ragneberti* Martyris Filii *Radeberti* Ducis, quem *Ebroinus* Maior Domus Theodorici Regis interfici iussit f. 625.

42.) Fragmenta de rebus pie gestis *Dagoberti* Regis, Filiorum eius ac Nepotum f. 627.

43.) Epitaphium *Theodorici I.* Regis Francorum f. 687.

44.) Gesta Regum *Francorum* partim e *Gregorii* Turonensis Historia, cuius & nomen in vetustissimis Codicibus praeferunt, partim aliunde desumta & vsque ad Regem Theodoricum II. perducta, *Auctore incerto*, sed qui eiusdem Theodorici tempore vixit. f. 690.

45.) *Gregorii* Episcopi Turonensis Excerpta Chronica siue Historia Francorum Epitomata ex Fredegarii Scholastici Historia Miscella f. 722.

46.) *Fredegarii* Scholastici Chronicon, quod ille procurante *Childebrando* Comite Pippini Regis patruo scripsit, & a fine Historiae *Gregorii* Turonensis vsque ad *Pippini* ipsius Consecrationem perduxit, hactenusque nomine *Appendicis* ad eundem Gregorium additae vulgatum est. Subiungitur & Appendix altera a *Pippini* Consecratione ad annum vsque DCCLXVIII. auctoritate Viri illustris *Nibelungi* itidem Comitis Childebrandi filii scripta, f. 740.

47.) *Erchamberti* Fragmentum, ex Breuiario Regum Francorum & Maiorum Domus f. 780.

48.) Chronicon breuissimum a *Theodorico* I. vsque ad *Hildericum*, cui *Pippinus* successit f. 781.

49.) Chronicon aliud item breuissimum a *Chlotario II.* vsque ad obitum *Pippini* f. 781.

50.) Fragmentum historicum Auctoris incerti a *Dagoberto* I. vsque ad Pippinum Regem f. 782.

51.) Fragmenta alia, de rebus *Eudonis* Aquitanorum, & *Caroli Martelli* Francorum Principum, ac de ficta eiusdem Caroli Martelli damnatione f. 785.

52.) Genealogia Regum *Francorum* a *Faramundo* vsque ad *Pippinum* f. 793.

53.) Genealogia posterorum *Clodionis* Regis, qui hactenus ignoti fuerunt f. 793.

54.) Genealogia altera Regum *Francorum* a *Merouaeo* vsque ad vnctionem *Pippini* & filiorum eius. f. 794.

55.) Chronica Regum *Francorum* breuiter digesta, a primo Francorum eorundem ortu vsque ad *Ludouici* Pii Imp. filios, f. 797.

Appendix I. ad Tomum I.

56.) Gesta *Francorum*, ab ipsius Gentis origine ad obitum vsque *Clodouei I.* Regis, auctore *Roricone* quodam Monacho, f. 799.

57.) Chronologia & series *Gothicorum* Regum, qui tam in *Gothia Gallica*, quam in Hispaniis vsque ad *Caroli Martelli* tempora regnarunt f. 818.

58.) Historia *Wambae* Regis Toletani, edita a Domino *Iuliano* Toletanae Sedis Archi-Episcopo, de expeditione & victoria, qua rebellantem contra se Galliae prouinciam celebri triumpho perdomuit, f. 821.

59.) Iudicium in perfidos ac rebelles promulgatum eodem *Iuliano* auctore, f. 831.

60.) Diuisio terminorum Episcopatuum Prouinciae *Narbonensis* dum Gothis parebat, ex Diuisione Dioecesium & Parochiarum Hispaniae a Wamba Rege facta, f. 834.

Appendix II. ad Tomum I.

continens Epistolas, quae ad Historiam primae Stirpis Regiae pertinent.

61.) *Auiti* Episcopi Viennensis Epistola ad *Chlodoueum* Regem Francorum, de suscepta ab eo Christi fide, atque baptismo f. 835.

62.) *Clodouei* Regis Epistola ad Episcopos post bellum scripta, de captivis ipsorum arbitrio relaxandis f. 836.

63.) *Theodorici* Regis Italiae Epistolae ad Chlodoueum Regem *Francorum*, *Gundobaldum* Regem Burgundionum & alios f. 837.

64.) Epistolae *Remigii* Episcopi Remensis ad *Chlodoueum* Regem & alios. Item aliorum Regum, Reginarum, Episcoporum, Abbatum, Ducum, & variarum illius aeui personarum illustrium, f. 847.

65.) *Desiderii* Episcopi Cadurceni, Epistolae ad diuersos, Reges, Principes ac Episcopos. Item Regum, Episcoporum, & Abbatum ad eundem, f. 875.

66.) *Gregorii M.* Papae I. Epistolae ad Reges Francorum, Reginas, Patricios, Episcopos, & alios illustres in Gallia viros, f. 889.

Tomo *Secundo:*

1. De *Maioribus Domus* Regiae libellus vetusti Scriptoris, f. 1.
2. Annales *Francici* breues ab Anno Christi 707. vsque ad annum 790. in Monasterio S. *Nazarii* iuxta Rhenum scripti f. 3.
3. Annales alii *Francorum* ab Anno 708. vsque ad An. 800. f. 6.
4. Annales *Francorum* auctiores, ab Anno Chr. 708. ad Ann. vsque 808. quo Auctor se vixisse testatur, f. 11.
5. Fragmentum Annalium ab Anno 769. vsque ad Annum 806. f. 21.
6. Annales Rerum *Francorum*, quae a *Pippino* & *Carolo M.* Regibus gestae sunt ab Anno post Christum natum 712. vsque ad An. 814. ex vetusto Exemplari MS. *Antonii Loiselii*, f. 24.
7. *Karoli M.* Regis Francorum & Imp. Vita. Ex Annalibus illis plebeiis, qui praecedunt, ab incerto quidem Scriptore, sed coaetaneo, vt videtur, composita, f. 50.
8. *Karoli Magni* Vita alia, descripta, vt videtur, magna ex parte a Monacho Coenobii *Egolismensis* S. Eparchii, ex Vita & Annalibus superioribus, nonnullis tamen interpolatis, quibusdam etiam additis, & a Petro Pithoeo primum in lucem emissa, f. 68.
9. Carta *Diuisionis* Imperii Francorum, quam *Karolus Magnus* fecit pro pace inter Filios suos conseruanda, f. 88.
10. De *Eginhardo* Caroli M. Notario, & eius scriptis f. 91. 232.
11. *Vita* & conuersatio gloriosissimi Imperatoris *Karoli* Regis Magni atque inuictissimi Augusti edita ab *Eginhardo* sui temporis impense doctissimo, nec non liberalium experientissimo artium Viro, educato a praefato Principe propagatore & defensore Religionis Christianae f. 93.
12. De gestis *Caroli M.* Regis Francorum & Imperatoris Libri Duo ad *Carolum Crassum* Imp. eiusdem Caroli pronepotem. Scripti a quodam *S. Galli* Monacho, quem nonnulli *Notkerum Balbulum* fuisse putant, ex relationibus *VVerinberti* Sacerdotis & Adelberti militis patris eius. f. 107.
13. Annalium de gestis *Caroli M.* Imperatoris Libri V. opus Auctoris quidem incerti, sed Saxonis, & Historici, ac Poetae antiquissimi, id est Arnulfo Imperatori aequalis f. 136.
14. Fragmenta veterum Scriptorum de *Pippino* & *Carolo Magno* Francorum Regibus, & primo de rebus *Pippini* Regis in Aquitania f. 185.
15. Capitula *Caroli M.* Imp. Anno II. f. 186.
16. Versus de *Carolo M.* Rege Francorum, ex Libro Euangeliorum, quem iussu ipsius Caroli scripsit Godescalcus anno 788.
17. Epistola *Caroli M.* Regis ad Fastradam coniugem de victoria Auarica Anni 791. f. 187.
18. De *Carolo M.* Versus Domini Magistri in Aula f. 645.
19. Versus alii de Carolo M. & eius liberis, ex Poemate MSCto *Theodulphi* Aurelianensis Episcopi f. 647.
20. Versus de Legibus seu Capitulis institutis a *Pippino*, *Carolo Magno* & aliis Francorum Regibus, f. 653.
21. Versus eiusdem *Theodulphi* Episcopi de *Fulrado* Abbate S. Quintini f. 648.

22. Epi-

22. Epitaphia *Fastradae* Reginae *Caroli M.* coniugis, ex Broweri Antiquitatibus Treuirensibus, f. 648.
23. Versus de *Geroldo* Comite, fratre *Hildigardis* Reginae Caroli M. coniugis, qui in certamine contra Hunos caesus est Anno *799.* ex Poemate *VValafridi Strabi* Abbatis Augiensis *f. 649.*
24. Epitaphium eiusdem *Geroldi* Comitis, auctore eodem *VValafrido f. 649.*
25. De *Carolo Magno* Rege & *Leonis* Papae ad eundem aduentu, Poëma, quod videtur esse maioris operis fragmentum, & forsitan ipsius Caroli M. vitae, quam ab *Alcuino* scriptam, nonnulli veterum annotarunt, *f. 188.*
26. De rebus *Caroli M.* cum Imperatore Constantinopolitano ex Chronographia Theophanis, *f. 198.*
27. Versus de *Carolo M.* Imperatore ex Constantini Manassis Chronica Synopsi ad Irenem *f. 199.*
28. Fragmentum de *Caroli M.* Regis *Maioribus*, ac eiusdem liberis, ex Libro Pauli Warnefridi, de Episcopis Metensis Ecclesiae, *f. 201.*
29. Epitaphia Filiarum *Pippini* & *Caroli M.* nec non *Hildegardis* Reginae, *f. 202. 203.*
30. De rebus *Pippini* & *Caroli M.* in Italia, ex Lib. VI. Historiae Langobardorum eiusdem *Pauli Diaconi*, cum appendice ab An. 776. ad annum vsque *825. f. 205. 206.*
31. Fragmenta alia de rebus Pippini & Caroli M. in Italia, ex Historia Pontificia *Anastasii* Bibliothecarii *f. 208.*
32. De rebus *Caroli M.* Regis cum *Hunis* & *Slauis*, seu *Boiariis* Fragmentum, ex Historia conuersionis Boiorum & Carentanorum ad fidem Christianam, quae circa annum 858. scripta fuit *f. 220.*
33. De rebus *Caroli M.* Imp. cum *Anglorum* Regibus, ex Vita Aelfredi Anglorum Saxonum R. quam Asser Meneuensis scripsit & Lib. I. de gestis Regum Anglorum Willelmi Malmesburiensis *f. 221. 222.*
34. Chronici *Noualiciensis* Excerptum, de expeditione *Caroli Magni* aduersus *Langobardos*, & aliis eiusdem in Italia gestis, *f. 223.*
35. De Statura *Caroli M.* Φιλοπόνημα Marquardi Freheri *f. 230.*
36. Annales Regum Francorum *Pippini*, *Caroli Magni*, *Ludouici Pii*, ab Anno C. 741. ad An. vsque 829. auctore *Eginhardo* ipsius *Caroli M.* Notario, postea Abbate, *f. 233.* Emendationes ex MSCto in fine Tomi II. extant.
37. Fragmentum de *Ludouico Pio* Imp. & *Einardo* Abbate *f. 650.*
38. Fragmenta alia ex Libris de translatione SS. Martyrum *Marcellini* & *Petri* in Franciam, auctore eodem *Einhardo* Abbate *f. 651.*
39. *Thegani* Chorepiscopi Treuirensis de gestis Ludouici Pii Imp. cum Praefatione *VValafridi Strabonis* Abbatis Augiensis *f. 274.*
40. Vita & actus *Ludouici Pii* Imp. Karoli M. F. incerto Auctore, sed qui se professione Astronomum & in Palatio ipsius Imp. versatum declarat *f. 286.*
41. Epitaphium *Ludouici* Regis & Imp. F. Karoli M. *f. 320.*
42. Epitaphium *Drogonis* Episcopi Metensis Filii eiusdem Karoli *f. 320.*
43. Cartae Priuilegiorum a *Ludouico Pio* concessorum *Hispanis*, qui ad ipsum Sarracenorum metu confugerant, *f. 321.*
44. Constitutum de *Monasteriis* Regni Francorum, quae regi militiam, dona, vel solas orationes debent, a *Ludouico Pio* Imp. sancitum Anno *817. f. 323.*
45. Fragmentum de expeditione *Ludouici Pii* in Britanniam & de Fundatione Monasterii Rothonensis *f. 324.*
46. Fragmentum aliud de *Missis* a *Ludouico Imp.* per Episcopatus & Comitatus Regni sui ordinatis, *f. 325.*
47. De translatione diuinorum Librorum in *Theudiscam* linguam iussu *Ludouici Pii* facta, *f. 326.*
48. Versus *Theodulphi* Episcopi Aurelianensis de *Ludouico Pio* Imp. *f. 326.*
49. Praeceptum *Ludouici Pii* de Diuisione Regni sui inter Filios *f. 327.*
50. De Diuisione Imperii Francorum inter heredes *Ludouici* Imp. *Agobardi* Archi-Episcopi Lugdunensis flebilis Epistola *f. 329.*

51. Acta impiae & nefandae Exauctorationis *Ludouici Pii f. 331.*
52. Deuotio & munificentia, quam *Ludouicus Pius*, erga S. Sebastianum martyrem exhibuit, cum in Monasterio S. Medardi Suessionensis a Lothario Filio suo detineretur, Auctore incerto Monacho S. Medardi sed contemporaneo *f. 334.*
53. Conquestio Domni *Ludouici* Imp. de crudelitate & defectione & fidei ruptione Militum suorum, & horrendo scelere filiorum suorum, in sui deiectione & depositione patrato *f. 336.*
54. Versus *VValafridi Strabonis* Abbatis Augiensis; de exilio *Iudith* Imperatoris Ludouici Pii coniugis ad Ruadbernum laicum *f. 338.*
55. Narratio Clericorum Remensium, qualiter Ebbo Remorum Archi-Episcopus, quod in Ludouicum Pium Imp. conspirauerat, ab Episcopis depositus an. 835. & post ipsius Ludouici mortem Sedi suae restitutus & deinde iterum deiectus est *f. 340.*
56. De Constructione Monasterii *nouae Corbeiae* in Saxonia, quae cum imperio & voluntate *Ludouici* Pii Imp. facta est: & de Translatione *S. Viti* ad idem Monasterium, Libellus antiqui Scriptoris *f. 344.*
57. Versus antiqui de Translatione *S. Viti* in Saxoniam per *Warinum* Abbatem Corbeiensem *f. 350.*
58. De *Adelhardo* Abbate Corbeiensi & de eius fratribus ac sororibus Caroli M. propinquis Narratio auctore *Paschasio Radberto* p. *652.*
59. De *Nithardo Caroli M.* nepote ac tota eiusdem *Nithardi* prosapia, breue Syntagma e *Pauli Petauii* bimestri rerum prolatarum Otio *f. 351.*
60. *Nithardi* Angilberti Filii Caroli M. ex Bertha F. nepotis de Dissensionibus filiorum *Ludouici Pii* ad An. vsque *843.* Libri IV. ad Caluum Francorum Regem *f. 359.*
61. Formulae Foederis *Ludouici* Germaniae & *Karoli* Galliae Regum, Pii Filiorum, Magni Nepotum, quod apud Argentoratum An. *842.* percussum est, cum Notis *Marquardi Freheri*, cuius accessit Resolutio Quaestionis: *Qua potissimum Lingua Francorum Reges vsi? f. 381. 385.*
62. Fragmentum de Bello *Britannico* inter *Rainaldum Caroli Calui* Ducem & *Lambertum* Comitem, & de direptione Vrbis *Namneticae* per Normannos, ex veteri Registro Monasterii S. Sergii Andegauensis *f. 386.*
63. Fragmentum de *Normannorum* gestis circa *Parisiacam* vrbem & de diuina in eos vltione tempore *Caroli Calui* Regis ex *Aimoini* Libris Miraculorum S. Germani *f. 655.*
64. Fragmentum *Chronici Fontanellensis* s. S. *VVandregisili* ab Anno Christi *841.* vsque ad An. *856. f. 387.*
65. Excerpta Libri Reuelationum, quas *Audradus Modicus* scripsit Anno C. *853. f. 390.*
66. Fragmenta de rebus *Lotharii* & *Ludouici* II. Impp. in Italia ex Historia *Anastasii* Bibliothecarii *f. 394.*
67. Epitaphia *Lotharii* Imp. & *Irmingardis* Augustae, auctore *Rhabano Mauro f. 398.*
68. Epitaphium *Ludouici II.* Lotharii Imp. F. Ludouici Imp. N. quod in Ecclesia *S. Ambrosii* Mediolani extare dicitur, *f. 399.*
69. Fragmentum de factionibus *VVilhelmi M.* & Comitis Sancii Sancionis aduersus Carolum Caluum ex Epistola Eulogii Presbyteri Cordubensis *f. 399.*
70. Fragmentum aliud de incursu *Normannorum* in Wasconiam & de Prouinciae eiusdem Ducibus tempore *Caroli Calui* ex Libello MSCto *f. 400.*
71. Qualiter *Normanni* ciuitatem Andegauensem ceperunt, & ab ea per *Carolum Caluum* expulsi sunt, ex Chronico Monasterii S. Sergii Andegauensis *400.*
72. Fragmentum Historiae Francicae a morte *Ludouici Pii* vsque ad Regem Ludouicum II. Caroli Calui filium, ex MSC. Codice Bibliothecae Thuanae *f. 401.*
73. *Caroli Calui* Francorum Regis & Imperatoris Capitula in diuersis Synodis ac Placitis generalibus edita. Non omnia quidem nec integra, sed ea dun-

ea duntaxat, quae ad eiusdem Regis historiam pertinere visa sunt, aliquibus etiam aliunde adiectis, *f. 406.*

74. Quomodo *Nomenoius* Tyrannus Brittonum de quatuor Episcopatibus fecit septem tempore *Karoli Calui* Regis Francorum, *f. 407.*

75. Consilium *Hincmari* Archi-Episcopi Remensis, de poenitentia *Pippini* iunioris, olim Regis *Aquitaniae f. 414.*

76. Coronatio *Iudith*, *Caroli* filiae, cum Regi Anglorum desponsata est *f. 423.*

77. Libellus proclamationis *Caroli R.* aduersus Wenilonem Archi-Episcopum Senensem *f. 436.*

78. Epistola Synodalis ad *VVenilonem* Archi-Episcopum *f. 437.*

79. Epistola Synodi eiusdem ad Episcopos Brittonum qui a Metropolitano suo desciuerant *f. 439.*

80. Consecratio *Hirmintrudis* Reginae Caroli Calui coniugis *f. 446.*

81. Consecratio *Caroli Calui* Regis quando in Regno Lotharii coronatus est *f. 449.*

82. Diuisio Regni Lotharii facta An. *880.* inter Reges *Carolum* & *Ludouicum* fratres, *f. 453.*

83. Excerptum Epistolae *Hincmari* Remensis ad Dioecesis Remensis Episcopos & Regni Primores, qua cum *Carolus Caluus* in Italiam Coronae Imperialis obtinendae caussa concessisset & *Ludouicus* Rex Germaniae frater eius tentaret, eo absente Regnum Franciae inuadere, quid in tanto discrimine facto opus esset, rescribit *f. 456.*

84. Electio *Caroli Calui* Imperatoris ab Italici Regni Episcopis, & ceteris optimatibus confirmata *f. 458.*

85. Exactio Normannis constituta tempore *Caroli* Regis, vt ab ipsius Regno recederent *f. 460.*

86. Gesta qualiter Electio *Caroli Calui* Imp. confirmata fuit *Romae* mense Februario Anno C. *877. f. 467.*

87. *Herici* Monachi S. Germani Autissiodorensis ad *Carolum Caluum* Epistola, qua praecipue multiplex eiusdem Caroli erga quaeque optimarum artium ac disciplinarum studia, tum beneficiorum, tum auctoritatis fomentum commendat, *f. 470.*

88. Inscriptiones de *Carolo Caluo* Imp. ex veteri Codice Euangeliorum S. Dionysii, *f. 659.*

89. Epitaphium Caroli Calui Regis Francorum & Imp. quod in Nantuacensi Monasterio illi positum fuit ex Nomenclatura Abbatiarum Gall. *Roberti*, *f. 660.*

90. Epitaphium aliud eidem Carolo Caluo positum in Ecclesia *S. Dionysii* Martyris *f. 472.*

91. Consecratio *Ludouici II.* Francorum Regis Caroli Calui F. quando Compendii coronatus est *f. 473.*

92. *Hincmari* Remorum Archi-Episcopi Epistola ad *Ludouicum II.* Francorum Regem dictum *Balbum*, qua suum illi de adeunda pacifica Regni administratione consilium suppeditat *f. 475.*

93. Conuentio inter Reges *Ludouicum* filium *Caroli Calui* Imp. itemque *Ludouicum* F. *Ludouici* Regis Germaniae, in loco qui vocatur *Furonis*, ipsis & communibus fidelibus ipsorum fauentibus & consentientibus, facta est anno *879. f. 478.*

94. Conuentus *Mantalensis*, in quo Regis nomen *Bosoni* ab Arelatensis Regni Episcopis Proceribusque delatum est An. C. *879. f. 480.*

95. Fragmentum de rebus *Ludouici III.* & *Carolomanni* Regum *f. 483.*

96. *Hincmari* Remensis Archi-Episcopi ad *Carolum III.* Crassum Imp. Epistola, qua illi inter alia commendat, vt Ecclesiam Gallicanam pene collapsam restituat, Regni dissidia tollat ac *Ludouici Balbi* liberis e Regni Primoribus idoneos institutores & consiliarios attribuat *f. 484.*

97. *Eiusd.* ad Episcopos Franciae Epistola, quam pro recta noui ac iuuenis Regis Carolomanni institutione scripsit, ac ex *Adalbardi* Abbatis Corbeiensis, Libello accurate exposuit, quis ordo & modus non in *Palatio* solum

solum *Regio*, sed toto etiam Regno pacifice administrando, deberet obseruari, *f. 487.*

98. De Regno *Caroli Crassi* Imp. in *Francia*, & de diuisione Imperii Francici post eius obitum, Fragmentum ex vita Aelfredi Anglorum Regis *f. 497.*

99. *Abbonis* Monachi S. Germani Parisiensis Libri Duo, de Bellis Parisiacae Vrbis & *Odonis* Comitis post Regis aduersus Nortmannos vrbem ipsam obsidentes sub Carolo Crasso Imp. & Rege Francorum, *f. 499.*

100. Chronicon de gestis *Normannorum* in Francia ab An. *833.* vsque ad An. *896. f. 524.*

101. Conuentus *Valentinus* in quo Regis nomen *Ludouico* Bosonis Regis Filio ab *Arelatensis* Regni Episcopis & Proceribus delatum est Anno C. *890.* Ottonis Regis Anno III. *f. 530.*

102. Annales Francorum *Fuldenses* ab Incarnatione Domini *714.* ad An. *900.* in coenobio Fuldensi sub ditione *Ludouici* Fratris Caroli Calui Regis incoepti & vsque ad excessum *Arnulphi* Imp. continuati, ab incertis, sed illius aeui Auctoribus *f. 531.*

103. Epitaphia *Arnulphi* & *Ludouici III.* Impp. quae extant *Ratisponae* in Choro Ecclesiae *S. Emmerammi*, *f. 585.*

104. Excommunicatio hominum *Balduini* Comitis *Flandriae*, propter occisionem Fulconis Remensis Archi-Episcopi ab illis perpetratam *f. 585.*

105. Fragmentum Gallici Scriptoris de Rege *Carolo* dicto Simplice *f. 586.*

106. Pactum *Karoli* & *Henrici* Regum, ex Libro Capitularium Caroli Calui, *f. 587.*

107. Poenitentia iniuncta his, qui Bello Suessionico inter *Karolum* & Robertum Reges interfuerunt *f. 588.*

108. Fragmentum historicum, de Destructionibus Ecclesiae *Corbeiensis f. 588.*

109. *Frodoardi* Presbyteri Ecclesiae Remensis Chronicon ab Anno *919.* ad An. *966.* cum Appendice aliquot annorum *f. 590.*

110. Somnia siue Visiones *Flotildae f. 624.*

111. Continuatio ex alio Chronico, quod *VVillelmi Nangii* Monachi S. Dionysii videtur, *f. 626.*

112. Epitaphia *Lotharii* Francorum Regis, *Gerbergae* Reginae matris eius & aliquot aliorum *f. 628. 629.*

113. Fragmentum Historiae Francorum a *Ludouico II.* Caroli Calui F. vsque ad Hugonem cognomento Capetum *f. 630.*

114. Aquitanicae Historiae Fragmentum *f. 632.*

115. *Odoranni* Monachi S. Petri viui Senonensis Chronicon, quod ille iam Sexagenarius cum aliis Opusculis suis in vnum Corpus collegit a. *1045. f. 636.*

116. Genealogia *B. Arnulphi* Metensis Episcopi quae ex Regibus Francorum sumpsit originem & Reges Imperatores & Principes viros multos dedit *f. 642.*

Appendix ad Tomum II.

continens Epistolas, quae ad Historiam secundae Stirpis Regiae pertinent.

117. *Bonifacii* Archi-Episcopi Moguntini Epistolae Historicae *f. 651. 854.*

118. *Incertorum* & *Cathwulphi III.* Epistolae ad Pipinum & Carolum M. Reges *f. 664.*

119. *Albini Flacci* Alcwini Abbatis Epistolae Historicae *f. 668.*

120. Eiusd. *Alcuini* Epitaphia *Fulradi* & *Maginarii* Abbatum S. Dionysii & alii versus historici, *f. 690. 691.*

121. Epistola *Caroli M.* ad *Pipinum* F. in Italia regnantem, *f. 694.*

122. *Eginhardi* Abbatis Epistolae, nunc primum editae *f. 695.*

123. *Frotharii* Episcopi Tullensis Epistolae, recens in lucem emissae *f. 712.*

124. *Lupi Abbatis* Ferrariensis Epistolae ex editione *Papyrii Massoni f. 726.*

125. *Gerberti*, siue *Syluestri II.* Epistolae, *f. 789.*

126. *Eiusd.* Epistolae aliae ex MSCto in lucem editae *f. 828.*

Tomo

Tomo Tertio habes Lector:

a.) *Aimoini* Monachi Floriacensis Historiae Francorum Libros IV. *f. 1.*
b.) Chronicon breue a Mundi exordio vsque ad annum C. *810. f. 125.*
c.) Excerpta Chronici veteris, (Moissiacense a Codice MSC. dicti) ab initio regni Francorum vsque ad An. Christi *819. f. 130.*
d.) Fragmentum Chronici, quod a *Guillelmo Catel* Senatore Tolosano refertur in Commentariis rerum Gothiae seu Septimaniae *f. 538.* & videtur esse ex iis, quae desunt in praecedenti Chronico *Moissiacensi f. 148.*
e.) Inscriptio vetus de capta *Arelate*, & Sarracenis ab ea expulsis, & de instauratione Monasterii Montis Maioris per *Carolum M. f. 149.*
f.) Annales Regum *Francorum*, a tempore quo *Carolo Martello* defuncto *Carolomannus* & *Pipinus* Fratres regnum adepti sunt, vsque ad Annum C. *882. Bertiniani* dicti a Codice qui Monasterii S. Bertini fuit *f. 150.*
g.) Annales (*Metenses*) rerum Francicarum ab Anno C. *687.* vsque ad Annum *904.* in Monasterio S. *Arnulfi* Metensis scripti *f. 262.*
h.) Fragmentum Historiae Francicae a *Ludouico Pio* Imp. vsque ad Regem *Robertum* Hugonis Capeti F. ex Codice *Guidonis Loiselii*, *F. f. 334.*
i.) Fragmentum Chronici fratris *Hugonis* Monachi Floriacensis Coenobii a *Carolo* Rege dicto Simplice, vsque ad *Hugonem Capetum f. 347.*
k.) Chronicon *Auctoris incerti* ab Anno C. *688.* vsque ad An. *1015. f. 348.*
l.) Chronicon *Floriacense f. 354.*
m.) Chronicon breue ex Codice veteri Bibliothecae *Tilianae f. 356.*
n.) Chronicon aliud breue ab initio Regni *Francorum* vsque ad Annum *1137. f. 357.*
o.) Fragmentum de regibus *Francorum* & *Anglorum* ex *Geruasii Tilberiensis* Otiis Imperialibus *f. 363.*
p.) Fragmentum de Regibus *Francorum* & eorum circa Sanctos & Ecclesias, & cultum Dei gestis a *Carolo Martello* Regis *Pippini* Patre vsque ad *Robertum* Hugonis Capeti filium *f. 374.*
q.) Excerpta Historica ex libris *Miraculorum S. Benedicti* quos Adreualdus, Adelerius & Aimonius Floriacenses Monachi scripserunt a Carolo Martello patre *Pippini* Regis, vsque ad *Hugonem* & *Robertum* Reges ex Bibliotheca Floriacensi Ioannis a Bosco *f. 439.*
r.) Excerpta alia Historica ex Libro II. S. *Genulfi* Confessoris, cuius Auctor anonymus, sed vetustus & eruditus, ab initio Regni Francorum vsque ad Regem *Hugonem Capetum*, ex eadem Bibliotheca. *f. 455.*

Chronica Scriptorum aliquot Germanorum in quibus de Francorum & Alamannorum rebus promiscue agitur.

s.) Chronicon breue in Monasteiro *S. Galli* scriptum ab Anno C. 748. vsque ad An. *926. f. 466.*
t.) *Hepidanni* Monachi S. Galli, Annales breues ab An. C. *709.* vsque ad an. *1044. f. 471.*
u.) Excerpta librorum de origine & diuersis Casibus Monasterii *S. Galli* in Heluetia, auctoribus *Rasperto* & *Ekkehardo* iuniore S. Galli Monachis *f. 481.*
x.) Fragmentum Chronici *Lauresbamensis* Monasterii, a prima ipsius loci fundatione per *Cancronem* Comitem Rhenensem sub *Pipino* vsque ad An. *920.* f. *490.*
y.) Chronicon *Hildensheimense* ab Anno Incarnationis Domini *714.* ad An. vsque 1138. *f. 504.*

Scriptores Italici, qui de rebus ad Francorum Historiam pertinentibus tractarunt.

z.) *Petri Bibliothecarii* Historia Francorum abbreuiata, ab Anno C. *715.* vsque ad An. *898.* f. *540.*
aa.) Historia de Fundatione Monasterii *Casauriensis*, quod *Ludouicus II.* Imperator Augustus in Italia condidit, f. *544.*
bb.) Epistola Apologetica *Ludouici II.* Imp. Lotharii F. Ludouici Pii N. ad Basilium orientalem Imperatorem missa Anno C. *871.* f. *555.*

cc.) *Luitprandi* Ticinensis ecclesiae Leuitae Rerum ab Europae Imperatoribus & Regibus, ipsius praesertim tempore gestarum, Libri Sex, f. 512.

dd.) Fragmenta Chronici *Noualiciensis* Monasterii, a tempore potissimum *Hugonis* & *Lotharii* Regum Italiae, in quibus *Liutprandus* desinit vsque ad Imperatorem *Conradum* cognomento *Salicum* f. 635.

ee.) Fragmenta de gestis Regum & Principum Francorum in Italia ex *Leonis Marsicani* Libro I. Chronici Monasterii Cassinensis f. 644.

ff. Excerpta Chronici Monasterii *Acutiani*, siue *Farrensis* in Ducatu Spoletano f. 650.

gg.) Excerpta alia Chronici Monasterii *S. Vincentii* prope *Vulturnum* fluv. in Prouincia Capuana f. 672.

Appendix ad Tomum III.

hh.) Epistolae summorum Pontificum *Gregorii* III. *Stephani* III. *Zachariae* I. *Pauli* I. *Stephani IV*. *Adriani* I. & Pseudopapae *Constantini* ad Principes & Reges Francorum Carolum Martellum, Pippinum & Carolum Magnum, a *Carolo M.* Imp. collectae, & a *Iacobo Gretsero* publici iuris factae f. 703.

ii.) Epistolae *Nicolai* I. *Adriani* II. & *Ioannis* VIII. f. 828.

Tomo Quarto, illati *Scriptores* quidem maximam partem Scriptores rerum & regum *Franciae Occidentalis* sunt, quia tamen in hisce & multa rerum Germanicarum mentio, Seriem eorundem Lectoribus, quibus non ad manus est Du Chesniana Collectio, futuram haut ingratam putaui, sunt autem sequentes:

1.) *Glabri Rudolphi* Cluniacensis Monachi historiarum sui temporis Libri Quinque, ab electione potissimum *Hugonis Capeti* in Regem ad Annum vsque 1046. f. 1.

2.) *Helgaldi* siue *Helgaudi* Floriacensis Monachi Epitome Vitae *Roberti* Regis f. 59.

3.) Epitaphium *Hugonis* Magni *Roberti* Regis Filii, quod fecit *Girardus* Aurelianensis f. 79.

4.) *Aquitanicae* Historiae Fragmentum ex peruetusta Scheda f. 80.

5.) Historiae Francicae Fragmentum a *Roberto* ad mortem Philippi I. Regis, ex veteri exemplari Floriacensi a f. 630. vsque 633.

6.) Chronici veteris Excerptum ab Anno Christi 986. vsque ad annum 1109. f. 96.

7.) Fragmenta diuersorum Scriptorum de gestis *Hugonis Capeti*, *Roberti*, *Henrici*, & *Philippi* I. Regum; de pietate *Hugonis* Ducis, postea Regis Francorum, ex Libro IV. Miraculorum S. Richarii, f. 99.

8.) Historia Depositionis *Arnulphi* Remensis Archi-Episcopi, ob ipsius a fidelitate Regum *Hugonis* & *Roberti* defectum f. 101.

9.) *Hugonis* Regis Epistola ad Ioannem Papam, f. 107.

10.) Item Epistola *eiusdem* Regis ad eundem Papam, f. 113.

11.) Vita Domni *Burchardi* venerabilis Comitis, qui sub Regibus *Hugone* Capeto & eius filio *Roberto* floruit, auctore *Odone* Monacho *Fossatensi*, qui eam scripsit Anno incarnati verbi 1058. f. 115.

12.) Pars Vitae *S. Abbonis* Floriacensis Abbatis & Martyris, in qua res aliquot *Hugonis* & *Roberti* Regum exponuntur, auctore *Aimoino* Floriacensi Monacho, f. 125.

13.) Excerpta historica de gestis sub *Hugone* & *Roberto* Regibus ex Libro Tertio Miraculorum S. Benedicti *Aimoini* Floriacensis f. 135.

14.) Fragmentum Chronici fratris *Hugonis* Monachi Floriacensis ab Anno C. 987. vsque ad An. 1034. f. 142.

15.) Fragmenta alia de Roberto Rege *Hugonis Capeti* Filio, ex textu inuentionis Corporis *B. Iudoci*, *f.* 144.

16.) De *Henrico I. Rege* Filio *Roberti*, fragmentum Historiae MS. f. 148.

17.) De detectione Corporum Sanctorum *Dionysii*, *Rustici* & *Eleutherii*, quae iussu *Henrici I.* Regis facta est, anno 1050. ad confutandam Germanorum de S. *Dionysii* corpore assertionem f. 157.

18.) De

18.) De rege *Philippo* I. Henrici I. filio. Ordo qualiter Philippus I. in Regem consecratus est, f. *161*.
19.) Epitaphia *Philippi I.* Francorum Regis *167*.
20.) Epistolae *Historicae* summorum Pontificum, Episcoporum, Ducum, Comitum & aliorum, quae ad res Francicas pertinent, a *Roberto* rege vsque ad *Ludouicum VI.* cognomento *Grossum* f. *169*.
21.) Fulberti Episcopi Carnotensis Epistolae Historicae f. *172*.
22.) Epistolae *Stephani* X. *Nicolai* II. & *Alexandri* II. Pontificum Romanorum ad *Geruasium* Remensem Archi-Episcopum f. *198*.
23.) *Gregorii VII.* Papae Epistolae Historicae f. *207*.
24.) *Iuonis Episcopi Carnotensis* Epistolae Historicae f. *217*.
25.) *Hildeberti* Episcopi *Cenomanensis* Epistolae Historicae f. *248*.
26.) *Baldrici Andegauensis* Abbatis Burguliensis Carmina historica f. *251*.
27.) Vita *Ludouici VI.* Regis Philippi F. qui *Grossus* dictus, auctore *Sugerio* Abbate B. Dionysii Areopagitae f. *281*.
28.) Veterum Scriptorum Fragmenta de rebus *Ludouici Grossi* Regis f. *322*.
29.) Versus de Ludouico VI. Rege cognomine *Grosso*, f. *327*.
30.) *Hugonis* de *Cleriis* militis Andegauensis; *Fulconis* Comitis ad *Ludouicum VI.* Regem, legati, commentarius de *Maioratu* & *Senescalcia* Franciae Andegauorum olim Comitibus hereditaria f. *328*.
31.) *Sugerii* Abbatis S. Dionysii Liber de rebus in administratione sua gestis, in quo multa ad Historiam *Ludouici Grossi* & *Ludouici* iunioris pertinentia, annotantur, f. *331*.
32.) *Sugerii* Abbatis S. Dionysii libellus alter de consecratione Ecclesiae a se aedificatae, & translatione Corporum *S. Dionysii* & Sociorum eius facta Anno *1140*. f. *350*.
33.) Chronicon *Morigniacensis* Monasterii ab Anno C. *1108*. vsque ad An. *1147*. quo Rex *Ludouicus* VII. in terram sanctam profectus est, auctoribus *Teulfo* & aliis eiusdem loci Monachis f. *359*.
34.) Gesta *Ludouici VII.* Regis filii *Ludouici Grossi* f. *390*.
35.) Historia gloriosi Regis *Ludouici*, filii *Ludouici Grossi* ab Anno C. *1137*. ad an. vsque *1145*. f. *412*.
36.) Veterum Scriptorum Fragmenta de rebus *Ludouici VII.* Regis cognomento Iunioris ex Libro IV. vitae Beati Bernardi Clareuallensis Abbatis, f. *420*.
37.) Fragmenta alia ex Historia MSCta *Vizeliacensis* Monasterii, quam *Hugo Pictauinus* scribere aggressus est f. *424*.
38.) Fragmentum ex Libro III. Chronicorum Anonymi Scriptoris f. *443*.
39.) Epitaphia *Ludouici VII.* Regis, f. *443. 444*.
40.) Epistolae Historicae, quae ad res *Ludouici Grossi* & filii eius Ludouici Iunioris Regum illustrandas pertinent, ex Codice MSto Epistolarum *Petri* Prioris S. Iohannis Euangelistae *Senonensis* f. 445.
41.) *S. Bernhardi* Abbatis Clareuallensis Epistolae Historicae f. *448*.
42.) *Petri* Venerabilis Abbatis *Cluniacensis* Epistolae Historicae f. *458*.
43.) *Petri* Abbatis *Cellensis* Epistolae, f. *462*.
44.) *Petri Blesensis* Bathoniensis in Anglia Archi-Diaconi Epistolae Tres, f. *462*.
45.) *Iohannis Saresberiensis*, Episcopi Carnotensis Epistolae Historicae f. *453*.
46.) *Traimundi* Monachi *Clarevallensis* Epistolae Historicae, quas nomine *Ludouici VII.* Regis, *Petri* & *Henrici* Abbatum *Clareuallensium* & aliorum conscripsit, f. *477*.
47.) *Sugerii* Abbatis S. Dionysii Epistolae ad *Eugenium III.* Papam, *Ludouicum VII.* Regem, & alios Franciae Maiores ipsorumque ad eundem, dum regnum administraret de grauioribus negotiis conscriptae f. *491*.
48.) Abbatis *Clareuallensis* ad Papam *Eugenium*, de laude Domini *Sugerii* Abbatis Epistola f. *493*.
49.) *Sugerii* Abbatis S. Dionysii Constitutiones & Testamentum f. *546*.
50.) *Epistolarum* Volumen, quas *Pontifices* Romani, Imperatores, Reges, Cardinales, Episcopi, Abbates, Duces, Comites, & alii Orbis Christiani illustres viri ad *Ludouicum VII.* Franciae Regem, & alios, de re-

bus praecipue statum Regni Francorum concernentibus, scripserunt *f. 557.*

51.) *Epistolae* aliae Historicae ex Codice veteri Bibliothecae S. Victoris Parisiensis, *f. 762.*

52.) *Gestorum Dei* per Francos Scriptores Quatuor, *f. 770.*

53.) Ad *Petri Tudebodi* Sacerdotis Siuracensis Historiam de Hierosolymitano itinere *f. 773.*

54.) *Petri Tudebodi* Sacerdotis Siuracensis historia de Hierosolymitano Itinere *f. 777.*

55.) *Fulcherii* Carnotensis Historia *Hierosolymitana* ab An. 1095. ad an. vsque *1127. f. 816.*

56.) Historia gestorum viae nostri temporis *Hierosolymitanae*, cuius Libri tres priores a *Fulcone* quondam, reliqui a Domno *Gilone* Parisiensi editi sunt, *f. 890.*

Tomo demum *Quinto*, quo Scriptores a *Philippo Augusto* Rege vsque ad *Philippi* IV. dicti Pulchri tempora, extant, hi continentur:

a. Gesta *Philippi Augusti* Francorum Regis, *Ludouici* Iunioris F. descripta a *Rigordo*, seu *Rigoto* ipsius Regis Chronographo ab anno primo inunctionis eiusdem, vsque ad vigesimum octauum Regni annum *f. 1.*

b.) *Guillelmi Armorici* Regii Capellani Historia de vita & gestis *Philippi Augusti* Francorum Regis post *Rigordum, f. 68.*

c. *Willelmi Britonis* Armorici, *Philippidos* Libri XII. siue Gesta *Philippi Augusti* Regis Franciae, versibus heroicis descripta *f. 93.*

d. Epitaphium *Philippi Augusti* Francorum Regis, *f. 257.*

e. Gesta alia *Philippi Augusti* Francorum Regis, *f. 257.*

f. Testamentum *Philippi Augusti* Francorum Regis, *f. 261.*

g. Epitaphium *Ingeburgis* seu *Isenburgis* Reginae Francorum *f. 262.*

h. Epitaphium *Petri Carloti* Episcopi Nouiomensis *Philippi Augusti* Filii *f. 262.*

i. Nomina Militum Franciae ferentium *Banerias* tempore *Philippi Augusti* *f. 262.*

k. Nomina prisionum qui in Bello *Bouinensi* capti An. *1214.* traditi sunt Praepositis Parisiensibus, per manum magistri *Guarini* & *Ioannis* Paalee *f. 268.*

l. Nomina militum & armigerorum, qui pro aliquibus dictorum prisionum se plegios & hostagios erga *Philippum* Regem constituerunt, *f. 270.*

m. *Guidonis* de *Basainuilla* Domorum militiae Templi Hierosolymitani praeceptoris Epistola de rumoribus partium transmarinarum Regis *Philippi Augusti* tempore *f. 272.*

n. *Hugonis* Comitis *S. Pauli* Epistola ad *Henricum* Ducem *Brabantiae* de Constantinopolitanae Vrbis expugnatione per Latinos facta An. *1202. f. 272.*

o. *Eiusdem* Epistola altera ad *Coloniensem* Archi-Episcopum, de capta eadem Ciuitate, & de *Balduini* Comitis Flandriae in Imperatorem Constantinopolitanum electione *f. 275.*

p. *Balduini* Imperatoris Epistola ad omnes Christianos de eiusdem Vrbis Constantinopolitanae expugnatione f. *278.*

q. Epistola responsiua summi Pontificis ad *Balduinum* Imp. f. *283.*

r. Auctoris incerti gesta *Ludouici VIII.* Regis Franciae *Philippi Augusti* F. f. *284.*

s. Fragmentum de vita eiusdem *Ludouici VIII.* f. *288.*

t. *Nicolai* de *Braia* gesta alia *Ludouici VIII.* heroico carmine f. *290.*

u. Fragmenta de *Ludouico* VIII. Rege & de Parisiensibus litteratis ex Karolino Aegidii Parisiensis scripto ad instructionem eiusdem *Ludouici. f. 323.*

x. Testamentum *Ludouici VIII.* Regis Francorum, f. *324.*

y. *Guillelmi* de *Nangiaco* Monachi S. Dionysii Gesta S. *Ludouici IX.* Francorum Regis f. *395.*

z. Fragmentum de matrimonio *Ludouici Regis* cum *Margaretha*, *Berengarii* Comitis Prouinciae Filia f. *406.*

aa. *Galteri Cornuti* Historia susceptionis Coronae spineae *IEsu Christi*, quam *Ludouicus Rex* a *Balduino* Imperii Constantinopolitani haerede obtinuit ac Parisiis reportauit a. *1239.* f. *407.*

bb. Epi-

bb. Epistolae *Innocentii* IV. Papae super professione *Ludouici* IX. Regis in subsidium Terrae sanctae & super eius captione per Saracenos. f. 413.
cc. Indulgentiae variae concessae a summo Pontifice *Vrbano* huius nominis *IV.* in fauorem *Ludouici IX.* Francorum Regis & *Philippi* eiusdem Ludouici primogeniti f. 418.
dd. Constitutiones *S. Ludouici* Francorum Regis de Haereticis, excommunicatis & decimis Ecclesiarum f. 420.
ee. Statutum eiusdem *Ludouici Sancti* Francorum Regis de Iudaeis f. 421.
ff. Litterae S. *Ludouici* Francorum Regis de Eleemosyna Quadragesimae f. 422.
gg.) Litterae eiusdem *S. Ludouici* Francorum Regis, quibus dat potestatem *Stephano* Episcopo Parisiensi Ecclesiastica conferendi beneficia tam ratione Regalium, quam alio quocumque iure Regi pertinentia, quamdiu ipse *Ludouicus* extra Regnum commorabitur f. 423.
hh.) Epistola *Balduini* Imp. ad *S. Ludouicum* Francorum Regem super donatione a se facta de terra de *Curtiniaco* Principi Achaiae & super Dotalitio vxoris suae *Mariae* Imperatricis f. 423.
ii.) Epistola eiusdem *Balduini* Imperatoris ad *Blancham* Reginam Franciae super matrimonio Soldani de Iconio cum eiusdem Balduini Imp. nepte f. 424.
kk. *Eiusd. Blanchae* Reginae ad Comitissam Campaniae de Bello inter Christianos Epistola f. 426.
ll. Fragmentum de Bello inter Christianos f. 427.
mm. Epistola *S. Ludouici* Regis de captione & liberatione sua f. 428.
nn. Fragmentum ex libro de Statu *Saracenorum*, post *Ludouici* Regis de Syria reditum, quem frater *Guillelmus* Tripolitanus scripsit ac *Theodoldo* Leodiensis Ecclesiae Archi-Diacono nuncupauit, f. 432.
oo. Contractus nauigii Domini Regis cum Venetis factus An. 1268. postquam idem Rex secundo ad acquisitionem Terrae Sanctae proficisci statuit, f. 435.
pp. Testamentum *Ludouici IX.* Regis, quod in Terram Sanctam secundo profecturus condidit An. 1269. f. 438.
qq. Epistola publicata super obitu *Ludouici IX.* Regis f. 440.
rr. Epitaphia Fratrum & Liberorum Sancti *Ludouici* Regis f. 442.
ss. *Gaufridi* de *Belloloco* Vita & sancta conuersatio piae memoriae *Ludouici IX.* Regis Francorum, f. 444.
tt. *Guillelmi Carnotensis* Ordinis Praedicatorum eiusdem Regis Capellani, de vita & actibus inclytae recordationis Regis Francorum *Ludouici* IX. & de miraculis, quae ad eius sanctitatis declarationem contigerunt. f. 466.
uu. Miracula facta in Domo Fratrum Praedicatorum *Ebroicensium* praesidio Beati *Ludouici* Confessoris, quae fuit prima Ecclesia in Regno *Franciae* dedicata in nomine Sancti Regis f. 477.
xx. *Bonifacii* VIII. Papae Sermones duo, de Canonizatione Regis Ludouici S. f. 481.
yy. Bulla Canonizationis *B. Ludouici* Regis Francorum f. 486.
zz. Indulgentia pro *S. Ludouico* in translatione corporis eius vnius anni & quadraginta dierum, concessa a *Bonifacio* VIII. P. *R.* f. 492.
aaa. *Ioannis Raulin* Oratio ad laudem diui Ludouici Francorum Regis f. 493.
bbb. *Christophori Longolii* Oratio de laudibus diui *Ludouici* Francorum Regis f. 500.
ccc. *Guilielmi* de *Nangiaco* Monachi S. Dionysii Gesta *Philippi III.* Audacis Regis Franciae *F.* Ludouici IX. f. 516.
ddd. Fragmentum de vita eiusdem *Philippi Audacis Fr. R.* f. 549.
eee. Nomina militum & Armigerorum, qui venerunt in exercitum *Philippi* III. Regis apud *Apamiam*, cum aduersus Comitem *Fuxi* profectus est An. 1271. f. 550.
fff. Taxatio Expensarum & emendarum contra Nobiles qui submoniti non venerunt in exercitum Fuxensem f. 553.

Appendix Primus ad Tomum V. continens Rerum Albigensium Scriptores

ggg. *Petri*, Monachi Coenobii Vallium Cernai, Ordinis Cisterciensis Historia *Albigensium* & Sacri belli in eos suscepti An. *1209. f. 554.*

hhh. Magistri *Guillelmi* de *Podio* Laurentii Chronica super Historia negotii Francorum apud *Albigenses*, quod actum est in Prouinciis Narbonensi, Albiensi, Ruthenensi, Cadurcensi, Agennensi Dioecesibus pro tuenda fide Catholica *f. 666.*

iii. *Innocentii* III. P. R. Epistolae ad Regem & Principes Galliae & Rescripta eiusdem Papae super negotio *Albigensium f. 706.*

kkk. *Eiusd.* Ordinatio Expeditionis pro recuperanda Terra sancta *f. 749.*

lll. De Subuentione Terrae Sanctae, *f. 756.*

mmm. Praeclara Francorum facinora variaque ipsorum certamina pluribus in locis, tam contra orthodoxae fidei, quam ipsius Franciae gentes non impigre gesta ab Anno Domini *1201.* vsque ad An. *1311.* quae vulgo Chronici *Simonis* Comitis *Montisfortis* nomine designatur, *f. 764.*

nnn. *Innocentii* III. P. R. & aliorum Epistolae, super negotio Terrae Sanctae, *f. 792.*

Appendix secundus ad Tomum V. continens Rerum Sicularum Scriptores.

ooo. Ordinationes, Tractatus & Statuta *Ludouici* Noni Francorum Regis, *Raymundi* Comitis Tholosae & Legati Papae, pro extirpatione Haeresis *Albigensium f. 810.*

ppp. Descriptio victoriae, quam habuit *Ecclesia Romana* An. *1266. 4.* Martii sub Clemente Papa IV. per brachium *Caroli* Regis *Siciliae* Ducatus Apuliae, Principatus Capuae almae Vrbis Senatoris, Andegauiae, Prouinciae & Forcalquerii Comitis, qui fuit frater *S. Ludouici f. 826.*

qqq. Epistolae summorum Pontificum *Honorii* III. *Gregorii* IX. *Innocentii* IV. *Alexandri* IV. *Vrbani* IV. & *Martini* IV. ad Principes & Reges Francorum, & super negotio Regni *Siciliae*, *f. 851.*

rrr. Excerpta ex Chronicis Fratris *Ptolemaei* de *Luca* Ordinis Fratrum Praedicatorum, super Genealogia & posteritate *Caroli* Regis Siciliae fratris *Ludouici IX.* Francorum Regis ad an. *1370. f. 893.*

§. LX.

Scriptores Rerum per Francos & Germanos in Oriente gestarum, Iacobi Bongarsii.

Multas quoque de Germanorum illustrium virtute, calamitatibus, & interitu magnorum Principum narrationes dedit vsque huc dabitque Lectoribus intelligentibus, insignis illa Collectio Rerum in Oriente a Francis & Germanis in *Expeditionibus* illis *Cruciatis* fatalibus gestarum, quam conquisiuit Regis Galliarum Henrici IV. legatus & minister IACOBVS BONGARSIVS, quae inscribitur: *Gesta DEI per Francos*, seu Orientalium Expeditionum & Regni Francorum Hierosolymitani Historia a variis, sed illius aeui scriptoribus, litteris commendata, *Hanouiae*, typis Wechelianis 1611. *f.* Tom. II. hodie rara, qua sequentes extant:

Tomo *Primo*

1.) *Anonymi*, forte Itali, Gesta Francorum & aliorum Hierosolymitanorum *f. 1.*

2.) *Roberti* Monachi Historia Hierosolymitana, *f. 30.*

3.) *Baldrici* Episcopi Dolensis, Historia Hierosolymitana *f. 81.*

4. *Raimondi* de *Agiles* Canonici Podiensis Historia Francorum, qui ceperunt Ierusalem *f. 139.*

5. *Alberti* Canonici ac Custodis Aquisgranensis Historia Hierosolymitana super Passagio *Godefridi* de *Bullione* & aliorum Principum *f. 184.*

6.) *Fulcherii* Carnotensis Gesta peregrinantium Francorum cum armis Hierusalem pergentium, *f. 381.*

7.) Gauterii Bella Antiochena *f. 441.*

8.) Guiberti Abbatis Monasterii S. Mariae Nouigenti Historia, quae dicitur Gesta Dei per Francos *f. 467.*

9.) Gesta Francorum expugnantium Hierusalem *f. 561. 594.*

10.) *Willermi* Tyrensis Archi Episcopi Historia rerum in partibus transmarinis gestarum a tempore Successorum Mahumeth vsque ad An. C. *1184. f. 625.*

11.) *Iaco-*

11.) *Iacobi* de *Vitriaco* Acconensis Episcopi Historia Hierosolymitana *f.* 1047.
12.) Auctoris incerti Historia Hierosolymitana *f.* 1150.
13.) Epistolae Regum & Principum variae has Expeditiones concernentes *f.* 1172.

Tomo vero *Secundo* extat:

Marini Sanuti dicti *Torselli*, Patricii Veneti, Liber Secretorum Fidelium Crucis super Terrae Sanctae recuperatione & conseruatione.

§. LXI.

Rerum, non minus *Britannicarum* Scriptores, saepe consulendi, Germanorum historico, cum propter Anglo-Saxonum in fortunatam illam Insulam emigrationem, quae noua per tempus Saxonia fuit, tum ob necessitudinem magnorum patriae nostrae Principum cum Angliae Regibus, atque electionem *Richardi* in Germaniae Romanorumque Regem, ceterasque res, quas gessere nostri Reges cum Anglis. Qua propter *Octo* illas praestantissimas Scriptorum vetusti & medii aeui Britannicorum, memorabo *Collectiones*. *Prima* est, quae ex Bibliotheca illustri Palatina curis & sumptibus HIERONYMI COMMELINI prodiit hoc titulo: *Britannicarum Rerum Scriptores vetustiores & praecipui, Heidelbergae 1587. f.* licet & quaedam exempla Lugduni in Galliis nomen, & alterius bibliopolae, qui ea a Commelino acceperat, praeferant. Qua continentur:

1.) *Galfridi Monumetensis* de origine & gestis Regum Britanniae.
2.) *Pontici Virunnii* Historia Britannica.
3.) *Gildae* Sapientis Epistola de excidio & conquestu Britanniae.
4.) *Bedae* Historia Ecclesiastica Gentis Anglorum cum Continuatione Anonymi.
5.) *Guilielmi Neubrigensis* de rebus Anglicis.
6.) *Ioa. Froissardi* Epitome de bellis Anglorum & Gallorum.

Alteram faciunt: *Anglicarum rerum Scriptores post Bedam praecipui*, editi a HENRICO SAVILE, *Londini 1596.* f. & recusi *Francofurti 1601.* f. qua secunda anglici idiomatis quaedam verba non adeo curate expressa. Huic insunt:

a.) *Wilhelmi Malmesburiensis* de gestis Anglorum.
b.) Historiae nouellae & de gestis Pontificum Anglorum.
c.) *Henrici Huntindoniensis* Historia Anglicana.
d.) *Rogerii Houedeni* Annales.
e.) *Ethelwerdi* Chronica.
f.) *Ingulphi Croylandensis* Historia.
g.) Fasti Regum & Episcoporum Angliae vsque ad Wilhelmum Seniorem.

Tertiam: *Anglica, Normannica, Hibernica & Cambrica a veteribus scripta*, & edita e Bibliotheca GVILIELMI CAMDENI, *Francofurti 1603. f.* qua exstant:

1.) *Asser Meneuensis* de gestis Ælfredi.
2.) *Thomae Walsingham* Historia ab Eduardo IV. ad Henricum V.
3.) *Eiusd.* Hypodigma Neustriae.
4.) *Guilielmus Gemeticensis* de Ducibus Normanniae.
5.) *Silv. Giraldi* Cambrensis Topographia Hiberniae, *Eiusd.* Itinerarium Cambriae.

Quartam: *Historiae Anglicanae Scriptores Decem* ex Editione ROGERII TWYSDEN & IOANNIS SELDENI, *Londini 1652. f. II.* Tomi, qua prostant:

a.) *Simeon* Monachus *Dunelmensis*.
b.) *Ioannes* Prior *Hagustaldensis*.
c.) Richardus Prior Hagustaldensis.
d.) *Ailredus* Abbas *Rieuallensis*.
e.) *Radulphus* de *Diceto* Londonensis.
f.) *Iohannes Brompton* Iornallensis.
g.) *Geruasius* Monachus *Dorobornensis*.
h.) *Thomas Stubbs* Dominicanus.
i.) *Guilielmus Thorn* Cantuariensis.
k.) *Henricus Knighton* Leicestrensis.

Quintam: *Rerum Anglicarum Scriptorum* Tomus I. editore IOANNE FELL Episcopo Oxoniensi, Oxonii 1684. f. qui complectitur:

1.) In-

1.) *Ingulfi Croylandensis* Historiam, cum *Petri Blesensis* & *Anonymi* continuatione.
2.) Chronicam de *Mailros*.
3.) Annales Bustonenses.

Ceteros Tomos, quos destinarat, morte impeditus non edidit.

Sextam: Historiae Britannicae, Saxonicae, Anglo-Danicae Scriptores quindecim, a THOMA GALE *collecti* Tomus Primus, *Oxonii 1691. f.* hoc Tomo, qui post secundum prodiit, habentur vetustiores Scriptores: *Gildas, Eddius, Nunnius, Asserius. Ran. Higden; Wilhelmus* Malmesburiensis; *Thomas* Elyensis, *Io. Wallinford, Radulphus* de *Diceto, Ioannes Fordun, Alcuinus Flaccus.* Ante hunc Tomum lucem viderant: *Historiae Anglicanae Scriptores quinque nunc primum editi* a T. G. h. e. THOMA GALE *Oxoniae 1687. f.* qui Tomum II. faciunt, quo habes:

1.) Annales *Marganenses*; 2.) *Thomae VVikes* Chronicon; 3.) Annales *VVauerleienses*; 4.) *Gaufridi Vinisauf* Richardi Iter Hierosolymitanum; 5.) *VValteri Hemingford* Chronicon Regum Angliae.

Septimam & recentissimam: *Historiae Anglicanae Scriptores varii e Codicibus MSS nunc primum editi*, editore IOSEPHO SPARKE, *Londini 1723. f.* qua continentur. 1.) *Ioannis* Abbatis S. Petri de Burgo Chronicon Angliae ab A. 654. ad 1259. cum Continuat. *Roberti* de *Buston* ad An. 1368. 2.) Hugonis *Candidi*; Roberti *Swaphami*; Walteri de *VVhitleseye* & Anonymi Historia Coenobii Petriburgensis; Wilhelmi *Stephanidis*, Iohannis *Sarisberiensis* Vita S. Thomae Archi-Episcopi Cantuariensis.

Nec omittenda heic regia illa & sumtuosissima Collectio, mandato & auspiciis *Annae* Reginae, vrgente *Halifaxio* ex archiuis turris Londinensis & Bibliotheca Cottoniana regiis sumtibus edita, quae inscribitur: *Foedera, Conuentiones, literae & cuiuscunque generis Acta Publica inter Reges Angliae & alios Principes ab Anno 1101. ad nostra vsque tempora, siue Annum 1625. tractata* cura THOMAE RYMER & ROBERTI SANDERSON *Londini 1727.* seqq. *Tomis XVII. f.* quorum Tomos priores *XV.* Rymerus solus, Tomum *XVI.* idem cum *Sandersono*, & vltimum solus Sanderson edidit. Operis huius pretiosissimi, in quo plura documenta ad res Germanas occurrunt, 200. tantum exemplaria formis excusa. Altera vero Editio hoc Anno 1729. prodiit *Londini*, non minus rara futura, quum, vti fama est, 150. exempla tantum fuerint expressa. Potiora tamen huius magnae collectionis documenta *Corpori Diplomatico* Domini du MONT, quod XII. Tomis in F. nuper in Belgio prodiit, & magnam partem Actis ad Germaniam facientibus constat, fuere inserta.

§. LXII.

Aliarum Gentium vicinarum, & Germaniae olim vario nexu addictarum, Scriptores, quos Rerum Germanicarum plenos commentarios condituri consulere debemus paucissimis indicabo: *Rerum* nimirum *Polonicarum Scriptores* selectos Tomis Tribus collegit supra laudatus IOANNES PISTORIVS *Basileae 1582. f. Rerum* vero *Hungaricarum Scriptores varii Historici & Geographici Francofurti 1600. f.* impressi, & hodie perrari, editorem agnoscunt IACOBVM BONGARSIVM summum Virum.

§. LXIII.

Indicatis sic praecipuis Fontibus, vnde deducendi limpidi Historiae patriae riuuli, & aliae indagandae scaturigines, vnde haurienda ad pleniorem rerum ab Imperatoribus Regibusque nostris gestarum expositionem facientia subsidia. Enimvero cum veteres Scriptores ex parte iam laudati, tum recentiores doctissimi sane viri, praeclaras de *singulis* fere *Imperatoribus & Regibus* condiderunt commentationes, vnde & Germanicae Historiae & Iuri publico multa oritur lux. De his ergo, intermixtis tamen & veteribus multis ad seriem imperantium, breuiter strictimque exponam. Imperatores & Reges nostri, vel ex stirpe sunt *Carolingorum*, vel *Saxonici*, vel *Franconici*, vel *Sueuici*, *Luxenburgici* & omnium fortunatissimi *Austriaci*. Extant autem Scriptores, qui vel *omnium Stirpis* cuiusdam *Imperatorum* Vitas resque gestas, vel *vnius* tantummodo descripserunt.

§. LXIV.

Scriptores Imperatorum Carolingicorum in genere.

Praeter veteres illos & aequales *Familiae* Imperatorum *Carolingicae* historicos, quos supra p. 108. indicaui, ex recentioribus CHRISTOPHORVS OTTVS ador-

adornare voluit *Laurum Carolinam de gestis Caroli M. & sequentium Caesarum, Ingolstadii 1654. 4.* quae vulgaria dat. Maiori adparatu, prudentia & ad rem publicam & iura applicatione argumentum hoc, additis Impp. Saxonicis, ad Ottonem III. vsque pragmatica fere ratione tractauit eximius Argentoratensium doctor IOANNES HENRICVS BOECLERVS, cuius *Commentarius de rebus Seculi IX. & X. per seriem Germanicorum Caesarum a Carolo M. ad Ottonem III. Argentorati 1656. 4.* editus, inde *Dissertationum* ipsius *Academicarum* Tomo *Tertio* a *p. 1.* ad *293.* inserta, quo natales, mores, res gestas, statum politicum, ecclesiasticum & quae ad curatam rerum expositionem pertinere videntur, graui stilo ex optimis scriptoribus narrat, specimenque conditae accurate historiae dedit. Ex Voluminibus IOHANNIS PALATII Veneti, qui Commentarios hieroglyphicis inscriptionibus oneratos de cunctis Imperatoribus dedit, huc facit Volumen vnum: *Aquila inter lilia* inscriptum, *Venetiis 1671. f.* Carolingorum res ad Conradum I. vsque sistens, sed vix historici nomen meretur compilatio vera fictis miscens. Qui elogia, hieroglyphica, symbola, numismata, quae inter tamen multa sunt ficta, & sine vsu splendorem amat, illi commendamus Volumina Palatina. *Catalogum Imperatorum Francicorum*, a Carolo M. ad Ludouicum infantem Dissertatione, quae sexta *Dissertationum Circularium Iuris Publici* est, dedit IO. CHRISTOPHORVS WAGENSEIL, *Altorfii 1675.*

§. LXV.

Scriptores de Carolo M. Imperatore.

CAROLI M. sapientissimi fortissimique Imperatoris virtutes & res a veteri & nouo aeuo multis celebratae. Coaeuos coaeuisque proximos magnam partem p. *103. 108.* iam excitaui. EGINHARDVS princeps rerum Caroli historicus, elegans & fide dignus. De cuius vita & scriptis primum legenda *Ioannis Hermanni Schminckii* Dissertatio historica, editioni quam mox laudabimus, praemissa. *Vndecim* Editiones potissimi huius Historici abs se visas & collatas, recenset doctissimus *Schminckius*, quas inter prima & memorabilis ea est quae *Coloniae Agrippinae 1521. 4.* prodiit ab instauratore illo studiorum historicorum & bonarum artium *Hermanno* Comite a *Nuenare* curata. Extat inter Scriptores *Reuberianos* supra p. *60.* Corpore Historiae Francicae sincerae *Freheriano* s. p. *103.* Collectione Scriptorum Francicorum Du Chesniana supr. *p. 108.* Actis Sanctorum Antwerpiensibus Tomo II. Ianuarii; & inter Scriptores Rerum Germanicarum *Heineccio Leuckfeldianos*, vide supr. p. *71.* Egregia sane erat Editio, quam dedit M. FRIDERICVS BESSELIVS Tilsa Borussus, cuius *Eginhardus* de Vita Caroli Magni doctissimis sane Animaduersionibus illustratus, *Helmstadii 1667. 4.* forma Dissertationis Academicae propositus fuit. Quod sane institutum insigniter laudandum. Omnium tamen praestantissima est, IOHANNIS HERMANNI SCHMINCKII *Eginhardus de vita & rebus gestis Caroli Magni*, quae *Traiecti ad Rhenum 1711. 4.* formis expressa. Omni studio id operam dedit celeberrimus Vir, vt textus quam emendate prodiret, quem in finem illum cum variis Editionibus, quas recenset, & MSCtis Codicibus quatuor contulit, textui elegantissimum *Io. Friderici Besselii* Commentarium subiecit, quasdam ex *Iohannis Bollandi* annotationibus ad vitam S. Caroli XXVIII. Ianuarii Actorum Sanctorum conscriptis, excerpsit & Besselianis addidit, tandemque *Melchioris Hamenueltonis Goldasti* ineditas in Eginhardum animaduersiones adiunxit. Adhaeret *Marquardi Freheri* doctum φιλονόημα de *Statura Caroli M.* cum florum sparsionibus & Notis *H. G. Thulemarii* satis vberibus & erudita de *sedibus & lingua* priscorum Francorum Dissertatio *Hermanni* Comitis *Nuenarii* ad Carolum V. Imp. cum variantibus nonnullis MSS. lectionibus. Praeterea de *vita & scriptis Eginharti* Dissertationem suam praefixit, atque librum Imagine *Caroli M.* delineata ex libro rarissimo *Tristani* inscripto *Traite du Lis* variisque nummorum ectypis, ornauit. Varia de *Eginharto* compilauit, nec tamen semper cum iudicio IOANNES WEINCKENS Abbatiae Seligenstadtensis Professus Sacerdos Theologus Protonotarius Apostolicus & Poeta laureatus Caesareus, libro cuius haec inscriptio: *Vir fama super aethera notus Eginhartus quondam Caroli M. Cancellarius, dein antiquissimae & regalis nostrae Ecclesiae Seligenstadiensis fundator, sub patrocinio sanctorum Martyrum Marcellini & Petri nunc autem illustratus & contra quosdam authores vindicatus, Francofurti ad Moenum*

num 1714. f. in fine adiectae sunt eiusdem *Eginharti* Epistolae & quaedam Diplomata. IDEM in *Nauarchia Seligenstadiana* siue Historia huius Abbatiae epico carmine complexa *Francofurti* ad *Moenum 1714. f. Eginhartum* primum Abbatem laudat, sed nihil memorabile adfert. IOANNIS IOACHIMI FRANTZII *Historia Caroli M.* cum *Eginharto* & *Ioannis Henrici Boecleri* Notis *Argentorati 1644. 4.* fuit edita.

Auctoris incerti Annalium de gestis Caroli M. Imperatoris Libros V. optimo consilio primus e Bibliotheca Guelferbytana edidit REINERVS REINECCIVS *Helmstadii 1594. 4.* ligato sermone ex optimis historiae Carolinae scriptoribus repetitos, qui in du *Chesniana Collectione* supr. *f. 108.* & in Collectione Boeclero-Kulpisio-Schilteriana sup. p. *69.* indicati, prostant.

IOANNIS TVRPINI de *vita Caroli M. & Rolandi* fabulis referta historia, si modo eum meretur titulum a *Iusto Reubero* edita vid. supr. p. 60.

Monachi Egolismensis Coenobii S. Eparchii *Vitam Caroli M.* dederunt *Petrus Pithoeus*, vid. p. *103.* idemque in Collectione *Boeclero-Kulpisiana* p. *71.* prostat.

Monachus *Sangallensis*, qui de *gestis Caroli M.* Libros duos ad *Carolum Crassum* scripsit; & *Alcuinus* de *Genealogia Karoli M.* atque *Incerti Auctoris* Carmen de *Carolo M. & Leonis Papae ad eum aduentu*, cura *Henrici Canisii* seruati & iam p. *99.* indicati. Consule quoque illos praeclaros Scriptores, quos *Tomus Secundus* du *Chesnianus* seruat. Recentiores adiungo MARCVS siquidem WAGNERVS Frimariensis Thuringus, Centuriarum Magdeburgensium Compilatorum, per magnam Europae partem legatus & antiquitatum inuestigator, inter alia multa quae patrio stilo condidit opuscula, compilauit: *Auserlesenes Chronicon von den herrlichen wunderlichen und grossen Thaten Caroli M. Magdeburgi 1579. 4.* vulgaribus quandoque obseruationes curiosas immiscens. Idem institutum seruat ERPOLDVS LINDENBROGIVS siue *Lindenbruch*, cuius *neuvermehrte Chronica von dem Großmaechtigsten ersten teutschen Kayser Carolo M. Hamburgi 1593. 4.* edita, multam quidem industriam vetera & recentiora scripta excerpendo comprobauit Lindenbrogius; Turpini tamen fabulas parum cautus quandoque admisit, nec semper curate citauit testes ex memoria forte ad eos prouocans, apud quos tamen ea quae inde expromere voluit, vti obseruarunt eruditi Viri, haut extant, Saxoniae inferioris tamen multas Antiquitates data occasione admiscet. Idem fere pronunciandum de commentario, quem IOANNES LETZENERVS tot scriptorum historicorum compilatione notus parochus in Iber, dedit hoc elogio: Historia Caroli Magni des Grosmechtigsten Christlichen Roemischen und Teutschen Keysers, *Hildesheimii 1602. 4.* in quo multae fabulae immixtae veris historiis, meliores obseruationes de quorundam locorum Inferioris Saxoniae rebus, ex codicibus MSCtis, quos laudat Letzenerus petitae, sed quandoque ineptis glossis foedatae. DONATVS quoque ACCIAIOLVS, Florentinus, *Vitam Caroli M.* compto stilo composuit, secutus quidem saepe Eginhartum; habet tamen quae vel apud hunc minime, vel paulo aliter expressa inueniuntur, inserta extat *Georgii VVicelii Hagiologio f. 178. b.* formis repetita, in *Corpore Francicae Historiae Freheriano* Parte Secunda *f. 549.* & ex MSCto ducentorum circiter annorum ab illustri *I. B. Menckenio Scriptorum Rerum Germanicarum & Saxonicarum* Tom. I. *f. 814.* plenius edita. HENRICI TVRCKII S. I. Presbyteri, *Fasti Carolini* siue *rerum a Carolo M. Imp.* Series, ab *Heineccio* & *Leuckfeldio* Collectioni S. R. G. supra laudatae *f. 1.* illata. PETRVS a BEECK *Aquisgrano* suo, *seu Historicae narrationi de Ciuitatis Aquisgranensis origine & progressu*, *Aquisgrani 1620. 4.* editae commodo loco inseruit Commentationes de *Caroli M. Imperatoris Regis & Principis Vita togata*, qua Eginhardum sequitur expositione; deque *Caroli M. rebus gestis*. Sunt quoque qui electa singulari methodo res magni Imperatoris attingunt. IOANNES enim GVILIELMVS STVCKIVS Stilo oratorio *Carolum M. rediuiuum* exhibuit, huiusque cum *Henrico IV.* M. Franciae & Nauarrae rege comparationem facere voluit, editam *Tiguri 1592. 4.* Huius commatis sed leuis momenti est IOACHIMI PASTORII *Tacitus Germano-Belgicus* seu Flosculi historico-genealogici de origine & rebus gestis bello-politicis *Carolorum, Magni*, Audacis, Quinti, aliorumque Germaniae & Belgii Principum, *Coloniae 1658. 8.* Proletarium opusculum est CHRISTIANI WEISII *Discursus Politicus, de Carolo M. quatenus vitam eius describunt Claudius Fauchetus & Ioannes Serres, VVeisenfelsae 1674. 4.* a quibus certe

res

res Caroli non sunt repetendae. Meliorem censuram meretur docti ANONYMI *Lebens-Beschreibung Caroli des Grossen, nebst Abbildung des alten Sachsen-Landes, Hamburgi 1723. 4.* Singularia Historiae *Carolinae* capita doctissimi quidam viri, ita tractarunt, vti hac opera multam omnis historia Imp. lucem inde acciperet. Principio enixe laudanda & commendanda, quae & ad Maiores Caroli M. facit egregia IOANNIS DAVIDIS KOELERI Exercitatio Genealogica, *de Familia Augusta Carolingica*, antiquorum monumentorum autoritate innixa, *Altorfii 1725. 4.* quae prima est Dissertationum accuratarum, qua Genealogias Augustas illustravit. Ante eum multo tempore LAVRENTIVS FRIESE composuerat *Stammbaum Kayser Carl des Grossen*, de quo illustris Dn. de *Ludewig Praefat. Script. Rer. VVirzb.* indicium fecit. De *Statura Caroli M.* elegans & eruditum φιλοτίμημα MARQVARDI FREHERI iam laudaui, quod & *Noribergae 1657. 4.* in Collectione, quae *Repraesentatio Reipublicae Germanicae* inscribitur, ac singillatim *Heidelbergae 1662. 4.* fuit editum cum notis & florum sparsione HENRICI GVNTHERI THVLEMARII, cuius de *Sororibus Caroli M.* erudita Dissertatio *Heidelbergae 1681. 4.* est formis exscripta. IOANNIS GEORGII ECCARDI de *Imaginibus Caroli M. & Carolomanni Regum, in gemma & nummo Iudaico repertis* cultissima Disquisitio singularia multa promit *Lunaeburgi 1719. 4.* & haud obuia. De *Eruditione Caroli M. eiusque meritis in rem literariam*, exponere & faciem historiae literariae illorum temporum illustrare Dissertatione scholastica voluit IOANNES HENRICVS BOCRISIVS, Gymnasii Sueuophordiensis Professor, *Suinfurti 1726. 4.* sed iustis destitutus fuit subsidiis vir cetera doctus. Maiorem eruditionem spirat IOANNIS DAVIDIS KOELERI *de Bibliotheca Caroli M. Imperatoris Augusti gloriosissimi ad Eginharti de vita eiusdem Cap. XXXIII.* ex tot Scriptoribus conquisita cultissima Commentatio, *Altdorffii 1727. 4.* De *Religione* quoque *Caroli M.* inter diuersae fidei socios orta est disputatio. Ediderat enim CHRISTIANVS NIFANIVS *Ostensionem, quod Carolus M. formaliter non fuerit Papista, Francofurti 1670. 8.* qua scriptione asseruit Carolum M. in Ecclesiis Saxonicis ordinasse, quae ritibus Pontificiorum parum sint conformia, a Luthero vero per reformationem renouata. Non tulit haec aequo animo NICOLAVS SCHATENIVS doctus alias S. I. qui dedit *Carolum M. Imperatorem Romanorum & Francorum Regem Romano Catholicum aduersus Nifanium, Nihusii 1674. 4.* NIFANIVS reposuit *Carolum M. veritatis euangelicae Confessorem denuo exhibitum atque ab impugnationibus Schatenii vindicatum, Francofurti 1679. 8. Nifanio* quoque suppetias tulit IOANNES HENRICVS HEIDEGGERVS *Carolum M. testem veritatis* Dissertatione sistens, quae Tomo II. Dissertationum Viri doctissimi extat *Tiguri 1680. 4.* Tanquam pontificium sed dubia fide depingit HENRICVS THANA im *Leben des H. Caroli Roemischen Teutschen Kaysers, als ein Spiegel aller Kayser, Koenige, und Potentaten, Coeln, 1666. 12.* Eo progressi Pontificii, vti & ederent: *Caroli M. Bethbuch, samt kurzer Beschreibung seines Lebenslaufs, Ingolstadii 1584. 8. Pietatem Caroli M. qua in conuersione Saxonum ad Christianismum sacra vsus est*, laudauit M. CAROLVS GOTTL. HOFFMANNVS, Dissertatione praeliminari, quam *C. S. Schurzfleischii Fundamentis Historiae Germanicae mediae* e MSCto editae praemisit *Sneebergae 1728. 8.* Magis proficuum cultoribus historiae & artis criticae medii aeui fuit eruditum certamen, de *Diplomate* quodam *Carolino*, quod mouit illustris IOANNES GEORGIVS ECCARDVS. Ediderat vir hic artis diplomaticae peritissimus omisso nomine & praefixis literis A. I. & titulo: *Diploma Caroli M. Imperatoris de Scholis Osnabrugensis Ecclesiae graecis & latinis critice expensum, Anno 1717. 4.* loco quidem non indicato scio tamen *Hanouerae* prodiisse, quod dubiae fidei variis argumentis facit, eruditorum virorum sententias ea scriptione elicere studens, quum vero Halae doctus vir quaedam obiecisset, atque *Iodocus Hermannus Nunninghius* Canonicus & Scholasticus Vredensis vindicias Diplomati huic parasset, tres scriptiones edidit celeberrimus vir plenas bonae frugis rerumque ad aeuum Carolinum, primam, quae latine de hoc Diplomate scripserat repetiit & additis variis, germanico sermone iterum edidit sub titulo: *Gründliche Vntersuchung eines alten Carolinischen Schenck-Briefes in welchem der Griechischen und Lateinischen Schule zu Osnabrück gedacht ist, durch einen Liebhaber der VVarheit, 1719. 4.* Secutae: *Verthaedigung der VViderlegung des Carolinischen Schenck-Briefes, welcher dem Osnabrückischen Bischoff VVihoni im*

 Jahr

Iahr 804. den 20. Decembr. zu Aachen gegeben seyn soll, gegen den Herrn Abgesonderten Bibliothecarium zu Halle, Osnabrück 1721. 4. & demum: *Censuram Diplomatis Carolini de Scholis Osnabrugensis Ecclesiae graecis & latinis ab obiectionibus Iodoci Hermanni Nunninghii, Helmstadii 1721. 4.* cuius Schediasmatis quibusdam in exemplis, Diplomatis ipsius pars, secundum autographum accuratissime depicta, aeri incisa, exhibetur. Egregius est & doctus HERMANNI ADOLPHI MEINDERS *Tractatus* historico politico-iuridicus *de Statu Religionis & Rei publicae sub Carolo M. & Ludouico Pio in veteri Saxonia, siue VVestfalia & vicinis regionibus*, cui accessit *Commentarius ad Capitulationes binas* Caroli M. *de partibus Saxoniae, Lemgouiae 1711. 4.* editus, & iam supra laudatus.

§. LXVI.

Scriptores de Ludouico Pio Imp.

LVDOVICI PII Imp. vitam & res ipso superstite vsque ad annum Imperii XXV. diligenter annotauit THEGANVS Chor-Episcopus Treuirensis, quem *Petrus Pithoeus* vid. sup. p. *103.* & *Andreas* du *Chesne* vid. *p. 109.* ediderunt. Hunc librum *VValafridus Strabo* in Capita LVIII. secuit, & singulis argumentum praemisit. ANONYMI *Vita Ludouici Pii* explicatius consignata, qua & extrema infelicis Principis commemorantur, in Collectionibus *Pithoei* vid. p. *103. Reuberi* supr. p. *60.* Corpore Historiae Francicae Freheriano, sup. *105.* & du *Chesne* vid. p. *109.* extat. In laudata Pithoeana & aliis Rerum Francicarum collectionibus plura monimenta ad res Ludouici Pii extant supr. p. *109. 110.* relata, quae cum aliis diligenter recensuit *Iacques le Long Bibliotheque Historique de France* L. III. Cap. II. §. III. p. 330. seq. ERMOLDI NIGELLI, Abbatis vt videtur, Anianensis, *de rebus gestis Ludouici Pii Augusti, ab A. 781. ad 826. Carmen elegiacum*, a Marquardo Frehero primum forte detectum, & a *Lambecio, Nesselio & Gentilotto* promissum, beneficio reuerendissimi Gentilotti, a celeberrimo LVDOVICO ANTONIO MVRATORIO *Scriptorum Rerum Italicarum* Tomo II. Parte II. editum & Praefatione, qua de praestantia edisserit, ornatum, inde commodo Germanorum repetiit illustris IO. BVRCHARDVS MENCKENIVS *Scriptorum Rerum Germanicarum & Saxonicarum, Tomo Primo N. XIII.* Certe hoc Nigelli synchroni scriptoris carmine, multi illius aeui mores & gesta in primis Ludouici, satis alioqui confusa, illustrantur. *Vitam* huius Imperatoris, incerto Auctore, qui se professione ASTRONOMVM & in Palatio ipsius Imp. versatum testatur, editionemque huius recognitam dedit *Andreas* du *Chesne* Tomo II. f. 286. Facit quoque ad res Ludouici Pii *Chronicon Casauriense*, seu *Historia fundationis Monasterii Casauriensis* seu *Piscauiensis in Italia, quod Ludouicus II. Imp. in Italia condidit*, quod *Tomo III. Du Chesniano* f. 544. reperitur. Ex recentioribus res Ludouici more suo, hoc est multa aliena immiscens exposuit IOANNES LEZENERVS *Chronica* und historische Beschreibung des Lebens, der Haendel und Thaten Ludouici Pii, germanico sermone, cum adiuncta historia Monasterii *Corbeiensis* in Saxonia & triginta Nobilium Familiarum Vasallorum Coenobii *Hildesheim 1604. 4.* Vxoris secundae *Iudithae Augustae Francicae Elogium historicum*, breui sed cultissimo Schediasmate historico *Lipsiae 1720. 4.* proposuit elegantissimus Lipsiensium ICtus GEORGIVS CHRISTIANVS GEBAVERVS, de eadem praeclara quaedam annotata in GVNDLINGIANIS *P. VII.* vide & supra p. 110. n. 54.

§. LXVII.

Scriptores de Ludouici Pii Imp. Filiis, horumque Diuisionibus.

Funestas Franciae omni inter *Ludouici Pii Filios* Lotharium, Ludouicum & Carolum Caluum controuersias memorat NITHARDVS Angilberti Filius, Caroli M. Imp. ex Bertha filia nepos, Abbas S. Richerii Libris Quatuor de *Dissensionibus Filiorum Ludouici Pii* ab A. 817. ad a. 843. a Pithoeo editi vid. supr. p. *103.* & a mendis & corruptionibus innumeris expurgati, partimque ope vetustissimi MSCti Codicis, partim coniecturis a sensu Historiae desumptis, repetiti in Collectione du Chesniana T. II. p. 359. vid. supr. *p. 109.* vbi & alia praeclara monimenta ad haec infelicia tempora indicantur, extant quoque in Collectione *Boeclero-Kulpisio-Schilteriana f. 83.* De Foedere *Ludouici Germanici* & *Caroli Calui* vid. *supr. p. 110.* n. 61. vbi & quae ad res *Lotharii* Imp. & *Ludouici II.* Imp. facere possunt vetusta monimenta indicantur, quae & recenset le *Long* l. c. *f. 333.* Ex optimis Scriptoribus *Diuisionem Imperii Karolini* illustrauit Disquisitione singulari CONRADVS SAMVEL SCHVRZFLEISCHIVS, quae inter ipsius Disputationes *N. III.* Edit. Lips. comparet.

§. LXVIII.

Scriptores de Conrado I. Germaniae Rege.

CONRADI I. Germaniae Regis Genealogiam, more suo erudite & accurate excussit de *Familia Augusta Franconica* Dissertatione Genealogica V. C. IOANNES DAVID KOELERVS, *Altorfii 1722. 4.* qua Regis huius ortum Carolingicum, a multis confidentius traditum negauit, aliaque ad illustrandas res germanas vtilia annotauit. Statum vero rei publicae, regnante Conrado, originesque momentosorum Iuris Publici & Feudalis argumentorum, contrario sed vtili consilio illustrarunt Duumviri Halenses, illustres ICti & Historici. Etenim NICOLAVS HIERONYMVS GVNDLINGIVS, de *Statu Reipublicae Germanicae sub Conrado I. Halae 1706. 4.* Dissertatione proposuit; IOANNES vero PETRVS LVDEWIGIVS de *Germania Principe sub Conrado I. Halae 1720. 4.* exposuit, quae & *Opusculis* ipsius *Miscellis* fuit inserta. Vterque facta ex optimis scriptoribus rerum Conradi expositione, easdem ad principia Iuris publici & feudalis, quae adseruit & defendit suis doctrinis applicat, atque inprimis illustris Dominus de Ludewig, Superioritatem Territorialem pleniorem, illis temporibus, ab Archi-principibus adquisitam & cum potentatu quodam in vsum deductam adseruit, in quo aliisque doctrinis aduersus ipsi & hac Dissertatione & alia quam mox laudabimus fuit Gundlingius, ambo tamen multas egregiasque obseruationes cum iudicio adhibendas fecerunt.

§. LXIX.

Scriptores Imperatorum Saxonicorum generales.

In *Saxonicorum Imperatorum* rebus exponendis primus locupletissimusque testis est WITICHINDVS Monachus Corbeiensis Familiae Benedictinae *Annalium libris tribus*, quibus Henrici Aucupis atque Ottonis M. res breuiter quidem, sed cordate & grauiter atque ita exponit, vt multum in facie reipublicae demonstranda adferat vsum, quod in ecclesiastici ordinis historicis raro obserues. Editus, cum *annotationibus* in eundem per *Martinum Frechtum* scriptis in Collectione *Heruagiana* supr. *p. 51.* & cum luculentis notis, quae instar Commentarii sunt, opera & studio *Henrici Meibomii*, *Francofurti 1621. f.* idem, cum in *Meibomiana*, tum *Leibnitiana* Collectione prostat. Dedit quoque IOACHIMVS IOANNES MADERVS in *Antiquitatibus Brunsuicensibus*, *Helmaestadii* ex iterata editione *1661. 4.* editis aliquot vetera monimenta, quae huc faciunt: THEODORICI nimirum ENGELHVSII Scriptoris Sec. XV. *Vitas Imperatorum e Domo Brunsuicensi p. 23.* IOA. CHRAWS Presbyteri Ratisbonensis *in Motznig Vitas eorundem Impp. p. 79. Monachi Hamerslebiensis*, *Vitas Impp. ab Henrico Aucupe ad Henricum V. p. 135. Eiusd. Gregorium* Papam V. *Saxonem.* p. 144. Adiecta insignia quorundam horum Impp. & Ducum Brunsuicensium Diplomata XII. Singillatim edita THEODORICI ENGELHVSII *Historia Imperatorum e Domo Brunsuicensi*, *Helmstadii 1671. 4.* Multa industria, quae in Scriptoribus aequalibus vel aequalibus proximis & recentioribus reperire poterant, conduxerunt sub certis capitibus IOANNES CONRADVS DIETERICHVS, Historiarum Professor Giessenus, *Historia Imperatorum Germanicorum Familiae Saxonicae Henrici I. Ottonis M. Ottonis II. Ottonis III. Henrici II. Giessae 1666. 4.* per Dissertationes sigillatim proposita, & qui vastum Historiae Germanicae opus compilauit IOANNES PHILIPPVS a VORBVRG *Historia rerum Germanicarum sub Ottone M. Ottone II. & Ottone III. gestarum*, post fata auctoris edita, *Francofurti 1709. f.* sed in vtroque accuratus lector selectum, ordinem, iudicium pragmaticum merito desideret. IOANNIS PALATII *Aquila Saxonica Venetiis 1672. f.* oculos, non animum fidis & seuerioribus adsuetum, pascere poterit. Leuis momenti est CHRISTIANI CALDENBACH *Pentas Imperatorum Romano Saxonum*, *Tubingae 1675. 4.* & edita sermone vernaculo PAVLI HOFMANNI *der Saechsischen Kayser und Koenige Chronica*, *Lipsiae 1676. 8.*

§. LXX.

Scriptores de Henrico Aucupe Germaniae Rege.

Singulatim de *Henrico Aucupe*, quaedam annotauit breui libello ERNESTVS BROTTVFF Ciuis Martisburgensis, qui multos codices antiquos vidit & legit in Historia *Heinrichen des I. des Namens Roemischen Keysern*, *Herzogen zu Sachssen*, *Westphalen*, *Engern*, *Thüringen*, *Hessen und Herrn zu Braunschweig und Tanquerode*, vernaculo sermone *Lipsiae 1556. 4.* qua scriptione & de loco proelii cum Hunnis,

nis, de originibus Coenobii & Scholae Portensis in Thuringia strictim exponit. De eodem *Henrico Aucupe Hunnorum prope Martisburgum victore* disputauit M. CONRADVS HÜLSE *Lipsiae 1686. 4.* Praeclarus est NICOLAI HIERONYMI GVNDLINGII de *Henrico Aucupe Franciae Orientalis Saxonumque Rege*, Liber singularis, *Halae Magdeb. 1711. 4.* in quo vera Reipublicae Germanicae facies e fontibus, diplomatibus & scriptoribus aequalibus in lucem collocata, multi errores clarorum virorum confutati, noua multa ex medii aeui Geographia atque Historia deducta, & quae nota iam erant melioribus argumentis atque testimoniis fuere illustrata. Coniungenda pereruditа Dissertatio: *Henricus Auceps historia anceps* inscripta, quam moderatore illustri IOANNE PETRO LVDEWIGIO, tanquam maioris operis Epitomen, ad doctrinas Ludewigianas Gundlingianis quandoque contrarias concinnauit & proposuit *Simon Fridericus Hahn*, clarissimi post nominis historicus, *Halae 1713. 4.* Quum vulgo auspicia Torneamentorum *Henrico* nostro tribuantur, & heic laudanda erit, quae multum sane ad res aeui Henrici illustrandas facit eruditissima Dissertatio, auctore GEORGIO SCHVBARTO respondente BVRCARDO GOTTHELF STRVVIO, qui praeceptorem fama nominis & meritorum superauit, *Ienae 1689. 4.* proposita & cum rara esset cum notulis quibusdam Schubarto-Struuianis, cura *D. E. D.* qui vitam Schubarti praemisit, *Halae 1725. 4.* recusa.

§. LXXI.

Scriptores de Ottone M. & III. Ad.

Ad res *Ottonis I. & Magni* praeter veteres *Witikindum*, Auctorem Vitae *Mathildis* & alias iam laudatos, facit HELENAE A ROSSOW vulgo HROSWITHAE Monialis Gandersheimensis, (cuius vitam lege in *Leuckfeldii* Antiquitatibus Gandersheimensibus *Capite XXIV.*) *Panegyricus de rebus gestis Ottonis M.* ligato stilo, qui primum inter cetera nobilissimae virginis Opuscula procurante *Conrado Celte Noribergae 1501. f.* formis excusus, iterum cum eruditissima *Henrici Leonhardi Schurzfleischii* Praefatione *Wittebergae 1707. 4.* fuit editus. Extat porro Tomo *Reuberiano* atque inter Scriptores *Meibomianos* Tomo *I.* cum Notis. Multam rebus *Ottonum* lucem adfundunt LVITPRANDI Subdiaconi Toletani, Ticinensis Diaconi tandemque Cremonensis Episcopi *Libri Rerum gestarum ab Europae Imperatoribus & Regibus*, inprimis Libri *IV. V. VI.* atque *Legatio* eius ad *Nicephorum Phocam Imperatorem Constantinopolitanum pro Ottonibus Augustis & Adelhaida* primum ab *Henrico Canisio Ingolstadii 1600. 4.* edita, quae cum ceteris *Luitprandi* Operibus, cura P. *Hieronymi de la Higuera*, *Antwerpiae 1640. f.* prodierunt, quam *Historiam & Legationem*, *Ludouicus Antonius Muratorius* cum nonnullis emendationibus *Tom. II.* f. 417. *476.* Corporis Mediolanensis inseruit. Nec hic praetermittendi quod ad res Ottonum *Italicas* ARNVLPHVS Mediolanensis *Rerum sui temporis* Libri V. ab a. 925. ad 1076. scripti circa an. 1085. a *Leibnitio* Scriptorum Brunsuicensium Tomo III. f. 727. editi, inde *Graeuio-Burmanniano* Thesauro *Tomo* IV. sed Libri saltim IV. illati, demum ad fidem Codicum MSC. castigati, adiectis variantibus lectionibus & historicis atque criticis notis *Leibnitii*, *Muratorii*, & aliorum illustrati praemisso ex Codicibus characterum specimine aere descripto, plenius comparent *Tomo IV.* Corporis *Mediolanensis* f. 1. vbi plures huius aeui egregii & Ottonum facta memorantes Scriptores reperiuntur. ODILONIS de *S. Adelhaide* Ottonis M. vxore Libri II. reperiuntur apud *Canisium* Tom. III. & *Leibnitium* S. R. B. *T. I. p. 262.* & alii supra *p. 72.* Addo, licet vix locum hunc mereri videatur, NICOLAI HIERONYMI REMLINGII Dissertationem de *Ottone M. Wittebergae 1680. 4.*

De *Ottone III.* Imp. extat non incomto stilo scripta NICOLAI CISNERI Camerae Imperialis Assessoris Oratio, quae cum aliis argumenti Historici Orationibus *Argentorati 1608. 8.* prodiit, qua contra Onuphrium Panuinium, Romano Pontifici Italisque Ius in Electione Imp. Romani tribuentem in libro de Comitiis Imperatoriis, disputat, & varia de statu eorum temporum sapienter monet. Reperitur quoque haec oratio in *Opusculis* Cisneri *historicis* iunctim editis, cura *Quirini Reuteri Francofurti 1658. 8.*

§. LXXII.

Scriptores de Henrico II. Sancto Imp.

Quae communiter ADELBOLDO adscribitur Vita S. HENRICI II. Imp. apud *Laurentium Surium* Actorum Sanctorum *Iulio* Mense p. 190. *Henricum Canisium*

nisium Lectionis antiquae *Tomo II.* Edit. pr. & *Tomo III.* nouae in *Leibnitiano* Tomo I. f. 430. atque inter *Gretseri* Diuos *Bambergenses*, reperitur. Vita S. *Chunegundis* ex MSCtis Monasterii Rebdorffiensis apud *Surium* legitur Mense *Martio f. 42.* & in Actis SS. *Antwerpiensibus* Martii Mensis *T. I. f. 266.* Add. Acta SS. *Benedictin.* T. I. f. 451. seq. Est quoque *Vita & Legenda Henrici & Kunegundis* e latino in germanicum idioma translata per NONOSIVM Custodem Coenobii in Monte Monachorum (Michelsberg) Ordinis Benedicti, Bambergensi in *eodem Monasterio 1511. 4.* formis cum figuris ligno incisis expressa. Ex *Historia Henrici Sancti Imp. Rom. Germanici selecta quaedam Capita* duabus Dissertationibus proposuit IOANNES HENRICVS FELZIVS Professor Argentinus, *Argentorati 1712. 1714. 4.* Castitatem *Cunegundis* Vxoris Henrici II. vindicare docte conatus CONRADVS SAMVEL SCHVRZFLEISCHIVS Dissertatione de *Innocentia Cunegundis Wittebergae 1700. 4.* Sed reposuit ad Schurzfleischianas vindicias multa ingeniose & erudite, qui varia Historiae Henrici II. capita simul attingit, NICOLAVS HIERONYMVS GVNDLINGIVS Obseruatione vernacula: *von der heiligen Kunegunda und derselben vermeinter Keuschheit*, quae *Otiorum* Parte III. p. 151. exstat. *& Kunigunda.*

§. LXXIII.

Tertia Imperatorum ac Regum Germanicorum familia est *Francica* siue *Salica*, cuius auctor CONRADVS II. siue *Salicus*. Curate fideliterque eius vitam & res ex coaeuis narrauit WIPPO Sacellanus ipsius, quem in lucem produxit *Pistorius* S. R. G. Tomo *Tertio*. De *vera origine & stemmate Conradi II.* libellum condidit hodie perrarum FRANCISCVS GVILLIMANNVS Historicus prudens, qui *Friburgi* Brisgoiae *1609. 4.* est editus. Maiori cura & adparatu maiores Cunradi inuestigauit SIMON FRIDERICVS HAHNIVS Oratione auspicali de *genuino & Salico Cuonradi* II. *Imp. Aug. ortu & vera falsaque Salicae Stirpis cum Guelphis conuenientia*, *Helmstadii 1717.* recitata, ibidemque cum allegatis & adnotationibus copiosis *4.* edita. IDEM Dissertatione de *Regia & Caesarea Chuonradi II. electione & coronatione*, *Helmstadii 1719. 4.* proposita, ex accurata Scriptorum huius aetatis lectione singularia multa obseruauit. *Tmemata quaedam selectiora de Conrado* II. Dissertatiuncula, quae inscripta est *Promulsis Commentarii Historici de rebus Seculi* XI. exhibuit IOANNES CHRISTIANVS NEV, *Tubingae 1709. 4.* Pereruditа est Dissertatio CONRADI SAMVELIS SCHVRZFLEISCHII *de Conrado Imp. Augusto eiusque Diplomate quod de Expeditione Romana inscribitur*, *vero* (huic) *Auctori vindicato*, *Vitembergae 1702. 4.* atque cum rara esset *Ioannis Schilteri* Institutionibus Iuris Feudalis notis *Georgii Christiani Gebaueri*, ICti Lipsiensis celeberrimi, illustratis, adiecta, quae *Lipsiae 1728. 8.* prodierunt. HENRICI III. Nigri Imp. laudes refert *Carmen* sub *Tetralogi* titulo, quod *Wipponi* tribui solet, atque a *Canisio* Tomo II. Edit. vet. & Tomo III. nouae fuit editum. Verum quum *VVippo* ipse de hoc libro scribat: *quidam de nostris in libello*, *quem* Tetralogum *nominauit*, inde patere videtur alius hunc Panegyricum poeticum esse Auctoris. *Scriptores de Conrado II. Salico & Henrico III. Impp.*

§. LXXIV.

De HENRICI IV. Augusti Imp. omnium infelicissimi vita, rebus & fatis multi ex veteribus extant Scriptoribus, qui tamen iudicio rite adhibito sunt legendi, quum vel Imperatoris addicti sint partibus, vel Pontificibus horumue adseclis faueant. LAMBERTVS tamen SCHAFFNABVRGENSIS licet & ille Pontificiam causam subinde tueri ob ordinis rationes videatur, satis cordatum se praebuit. Extat *Lambertus* Tomo *primo Pistoriano*, vbi in iterata Editione Struuianoque Praefamine de praestantia operis & editionibus erudite atque cordate iudicatur, prima Editio, sub titulo: *Lamberti Schaffnaburgensis Germanorum res praeclare olim gestae*, *Tubingae 1533. 8.* prodiit. Egregie de Augustis ac Imperio sacro promeritus fuit MELCHIOR GOLDASTVS collectis fideliter & animose *Apologiis pro D. N. Henrico IV. Imp. Aug. Patriae Patre aduersus Gregorii VII. Papae cognomento Hildebrandi & aliorum Patriae hostium impias & malignas criminationes*, quae additae Goldastinae *Replicationi pro Sacra Caesarea Maiestate & Imperii Ordinibus*, *aduersus Iacobi Gretseri crimina laesae Maiestatis*, *Hanouiae 1611. 4.* editae. Scriptiones, his ita nominatis *Apologiis* insunt sequentes: 1.) *Bennonis* Cardinalis de vita & rebus *Scriptores de Henrico IV. Imp.*

gestis *Hildebrandi* Papae Libri II. *p. 1.* 2.) *Ottonis* Frisingensis Fragmentum de *Hildebrando* Papa, *p. 18.* 3.) *Anonymi* de Henrici *IV.* Imp. Bello contra Saxones Libri III. *p. 20.* 4.) *Alboini* Presbyteri de Coniugio Sacerdotum per *Hildebrandum* damnato Epistolae II. *p. 40.* 5.) Episcoporum & Clericorum *Imperialium* Apologetica pro *Imperatore* contra Papae Excommunicationem *p. 46.* 6.) *Conradi* Episcopi *Traiectensis* Oratio pro *Imperatore* contra Papam dicta in Comitiis *p. 48.* 7.) *Waltrami* Episcopi *Numburgensis* Epistola ad Landgrauium *Thuringiae* pro *Imp.* fidelitate contra Papam *p. 51.* 8.) *Eiusdem* Apologiarum pro *Imperatore* Libri III. *p. 53.* 9.) *Iuonis* Episcopi *Carnotensis* Epistola de *Inuestituris* Episcoporum & Abbatum *p. 183.* 10.) Ecclesiae *Leodiensis* Epistola a *Sigeberto* Gemblacensi Abbate scripta contra Epistolam Paschalis Papae p. 188. 11.) *Otberti* Episcopi *Leodiensis* Epistola parentatoria de vita & obitu *Henrici IV.* Imp. *p. 204.* 12.) *VValtrami* Episcopi Naumburgensis Tractatus de *Inuestitura* Episcoporum & Abbatum *p. 226.* 13.) Decani & Conuentualium Abbatiae *Laurisbamensis* libellus supplex ad Henricum *V.* Imp. contra *Hildebrandinos* Monachos de *Hirsaugia* p. 233. 14.) *Eberhardi* Archi-Episcopi *Salisburgensis* Oratio de Hildebrandi Anti-Christiano Imperio, recitata in Comitiis *p. 237.* *Ferdinandi* & *Maximiliani II.* Impp. sacris Rescriptis confirmata sententia, de *Clerogamia* per *Hildebrandum* Papam damnata *p. 240.* Haec *Goldastus.* In *Edmundi Martene* & *Vrsini Durand Thesauro Anecdotorum nouo* Tomo I. *p. 214.* extat *Theodorici Virdunensis* Episcopi ad Gregorium VII. Epistola An. 1080. scripta, atque ex MSCto Gemblacensi edita, qua ab eo petit, quid respondere debeat iis, qui eius censuram de incontinentia Clericorum, de Inuestituris Laicorum & alia ipsius Acta impugnabant. Haec Epistola editoribus iniuriosa, nobis cordata videtur. Praeter IACOBI GRETSERI Opuscula pro *Gregorio VII.* quae prodierunt *Ingolstadti 1609. 4.* aliam talium Scriptorum Collectionem, quod in BibliothecarioCaesareo sane mireris, dedit SEBASTIANVS TENGNAGELIVS quae itidem *Ingolstadti 1612. 4.* lucem vidit, quam hac vice adhibere non potui, est enim rarissima. *Vitam Henrici Imperatoris eius Nominis IV.* a quodam eius temporis conscripta, cum Eiusdem Imperatoris ad diuersos *Epistolis* produxit *Christianus Vrstisius* Tomo Vno, *f. 379.* Acerbissimam de rebus quibusdam Henrici IV. & in multis ob euidens odium suspectam narrationem fecit BRVNO de *Bello Saxonico*, qui Tomo I. *Freberiano*, vbi in editione *Struuiana* iudicium editoris omnino legendum. BENZONIS vero Episcopi Albiensis in Italia, auctoris coaeui, *Panegyricum rythmicum*, seu *Commentariorum de rebus Henrici III. Imp. seu IV. Regis Germaniae Libros VI.* e membrana Bibliothecae Vpsaliensis beneficio summe venerabilis *Erici Benzelii*, primus in lucem produxit illustris *Menckenius* S. R. G. & S. Tom. I. f. *957.* qui *Benzo* maximum pro Imperatore contra Pontificem Zelum prodit & testem sane veritatis agit. IOANNIS STVMPFII vernaculo sermone scripta: *Historie Kayser Henrich des IV. Tiguri 1556. f.* mihi nec visa nec lecta & non vbiuis est obuia. Idem dicendum de IOANNIS AVENTINI *Vita Henrici IV. Imp. cum eiusdem Imperatoris Epistolis, Augustae Vindelicorum 1518. 4.* Specimen vitae prudenter & eleganter scriptae sane est elegantissima Dissertatio GEORGII SCHVBARTI hoc elogio: *Henricus IV. exemplum turbatae Reipublicae, Ienae 1680. 4.* & *Halae 1727. 4.*

De *Rudolfo Sueuico* Anti-Caesare, cuius manus in praelio amputata, Merseburgi, in templo Cathedrali asseruatur, eruditae positiones historicae extant IOANNIS SAMVELIS STRAVSSII *Lipsiae* forma Dissertationis primum propositae, cum annotationibus & figura aenea cenotaphii Rudolfini iterum editae *Halae Magdeb. 1728. 4.*

§. LXXV.

Scriptores de Henrico V. Lothario II. & Conrado III.

Res HENRICI V. & LOTHARII II. Saxonis AA. multum illustrat ANNALISTA SAXO siue ECKEHARDVS VRAGIENSIS, quem primus edidit illustris *Ioannes Georgius Eccardus* Corpore historico medii aeui *Tomo I. f. 133.* Eidem debemus ANONYMI *Narrationem de Electione Lotharii Ducis Saxoniae in Imperatorem*, quam primum *Veterum monimentorum Quaternioni, Lipsiae 1720.* f. n. 2. inseruit, post modum & *Bernardus Pezius*, Scriptoribus Rerum Austriacarum *T. I.* addidit. De *Donatione Mathildina Pontifici R. facta*, quae Henrici V. curas auxit & ingentes motus concitauit breui quidem sed pereruditа Dissertatione egit & iu-

& indicauit IOANNES DAVID KOELERVS V. C. *Altorfii 1715. 4.* De grauissimo vero proelio cum Saxonibus an. 1115. in tractu Mansfeldensi singularem & brevem, rarum hodie libellum composuit CYRIACVS SPANGENBERG inscriptum: *Vrsache und Handlung des Saechsischen Kriegs bey dem VVelphesholz, VVittenberg 1555. 8.*

De gestis CONRADI III. R. ex antiquis inprimis adhibendus OTTO *Frisingensis* Libro I. de *gestis Friderici I. Imp.* vbi multas res memorabiles Conradi enarrat. De iisdem *rebus a Conrado III. Franciae Orientalis Rege tertio gestis*, adhibitis diligenter coaeuis testibus, exposuit Dissertatione ARNOLDVS HENRICVS a TRESKOW, Eques Magdeburgicus, *Halae Magdeburgicae 1709. 4.* Consulendi quoque sunt in huius historia Scriptores Gestorum Dei per Francos, siue Orientalium Expeditionum, quos iam p. recensui. Quae sub Henrico IV. ortae & sub iam memoratis Regibus auctae magis fuere Gibellinorum & Guelphorum partes praeter omnes Scriptores huius aetatis singularem accepere Scriptorem BENEVENVTVM de S. GEORGIO e Comitibus BLANDRATE, qui *de origine Guelphorum & Gibellinorum* libellum edidit *Basileae 1519. 4.* hodie inuentu rarum.

§. LXXVI.

Scriptores de Friderico I. Barbarossa Imp.

Quartae Impp. & Regum Germanicorum Familiae *Stauffensis* s. *Suevicae* auctor est FRIDERICVS I. Ahenobarbus, *de cuius gestis*, dignus tanto Imperatori historicus OTTO Episcopus FRISINGENSIS Lupoldi Pii Marchionis Austriae F. fide, accurate, grauiter scripsit *duobus Libris*, desinentibus a. 1156. cum quibus iungendi RADEVICI, Ecclesiae Frisingensis Canonici de *rebus gestis Friderici I. Romanorum Imp. continuatae ad Ottonem Historiae* Libri Duo, vsque ad a. 1160. accessit *Vetusti Scriptoris* Appendix ad *Radeuicum* XI. annorum annales ab an. 1146. ad 1209. complectens, vna cum quibusdam Epistolis. Extant haec praeclara monimenta post Editionem *Io. Cuspiniani 1515. f.* factam in *Vrstisii* Tomo vno, edita quoque ad fidem MSCtorum Codicum Bibliothecae Caesareae Vindobonensis castigatius, praemissa *Friderici* Imp. ad Ottonem Frisingensem patruelem suum Epistola in *Muratorii* Corporis Mediolanensis Scriptorum Italiae *Tomo VI.* quo & alii insignes ad Friderici res pertinentes Scriptores extant, nimirum: 1.) *Epistola* BVRCHARDI Notarii Imp. ad Nicolaum Sigebergensem Abbatem de *victoria Friderici Imp. & excidio Mediolanensi* peracto An. 1161. ex Editione Freheri cum Notis *Struuianis* T. I. *p. 236.* Edit. nouae, *Tomo* vero hoc *VI.* f. *913.* 2.) Magistri BONCOMPAGNI Florentini, Professoris Bononiensis, clari circa Annum Christi 1118. Liber de *Obsidione Anconae a copiis Friderici I. Imp.* ex MSCto Codice *Philippi Argelati* Bononiensis, cum Praefatione *Muratorii f. 919.* 3.) OTTONIS eiusque filii ACERBI MORENAE *Historia rerum Laudensium*, in qua res gestae a *Friderico I.* recensentur ab A. C. *1153.* ad *1168.* edita primum a *Felice Osio*, Professore Patauino, *Venetiis 1639. f.* & cum eruditis eius notis recusa *Thesauri Antiq. & Historiarum Italiae Graeuiani Tomo III. Parte II.* & sine illis *Tomo I.* Leibnitiano *f. 806.* sed in *Corpore Mediolanensi* longe diuersa in multis ex Codicibus Bibliothecae Ambrosianae cum editione *Osiana* ex aduerso posita, & in *Osii* notarum locum adiunctis nouis *Iosephi Antonii Saxii* Bibliothecae Ambrosianae Praefecti & *Anonymi* Ord. S. Benedicti Monachi, qui est Dominus *Caspar Beretta* f. 948. 4.) *Sire* RAVL siue RADVLPHI *Mediolanensis*, auctoris Synchroni, *de rebus gestis Friderici I. in Italia* Commentarius, ab A. C. *1154.* ad *1177.* f. *1174. 1195.* Ex *Tomo VII.* pretiosissimi huius *Corporis* inprimis huc facit: *Chronicon* ROMVALDI, Archi-Episcopi *Salernitani*, ab orbe Condito ad A. C. 1178. plene nunc editum *f. 1.* Sunt vero vtrique Tomi VI. & VII. a cultore Historiae *Friderici* studiosius rimandi, nam & alia in eosdem relata Chronica & monimenta, quae res Imperatoris huius memorant. Ligato sermone res *Friderici*, inprimis Expeditiones in Mediolanenses, copiose & admixtis multis, quae ad ius publicum faciunt, grauiterque laudauit GVNTHERVS Poeta, qui Libros suos X inscripsit *Ligurinus*, ob bella in *Liguria* gesta, quae describit. Repertus in *Eberacensi* coenobio, quod est in Franconia a *Conrado Celte*, primum editus impensis Societatis litterariae *Augustanae*, promouente *Cunrado Peutingero*, *Augustae Vind. 1507. f.* cum Scholiis vero *Iacobi Spigelii* a *Reubero* Tomo vno insertus, & eruditissimo *Conradi Rittershusii* Commentario illustratus, *Tubingae 1598. 8.* editus. In noua Editione

Reuberi, quam curauit V. C. *Ioannis* & *Spiegelianae* & *Rittershusianae* Annotationes poemati subiunctae, est quoque erudita de *Gunthero*, Dissertatio praemissa. TAGENONIS Patauiensis Decani, qui socius Imp. fuit, *Descriptio Expeditionis Asiaticae Friderici* I. extat *Freberiano* Tomo I. *Edit. nou. f. 407.* Cum eadem in plerisque conuenit ANONYMI sed coaeui, *Expeditio Asiatica Friderici Barbarossae*, quae in *Canisii* Lectionum antiquarum *Tomo V*. Edit. I. *Tomo III*. secundae, reperitur. In *Vrstisiana* Collectione *f. 560.* extat *Epistola Expeditionis Asiaticae*, pericula & labores atque *Friderici I.* mortem enarrans. *Friderici I. Imp. & aliorum quasdam Epistolas* tempore Schismatis inter Papas Victorem Paschalemque & Rolandum scriptas, quas *Freberus* Friderico II. per errorem adscripserat, nostro restituit ill. *Struuius* nouae Editionis *Freberianae* Tomo I. *f. 419.* Ex antiquis perierunt forte CHRISTIANI Archi-Episcopi Moguntini & Archi-Cancellarii, *de vita & gestis Friderici Imp. Barbarossae dicti* Liber, cuius *Trithemius* & *Vossius* mentionem fecere, & AMANDI Secretarii Imp. *de vita & rebus* eius Commentarius, quem in manibus habuisse videtur *Christophorus Gewoldus*. Inter recentiores multi virtutes & res Barbarossae commemorarunt. CVNRADVS siquidem RITTERSHVSIVS culta Oratione *de Friderico I. Imperatore cognomento Barbarossa, seu Aenobarbo*, cum interpretationem Feudalium placitorum adgrederetur, exposuit. Non vbiuis obuia quidem, sed in multis, cumprimis ad iura publica facientibus inepte scripta IOHANNIS ADELFFII siue ADELPHI expositio germanica, hoc titulo: *Barbarossa, oder eine wahrhafftige Beschreibung des Lebens, und der Geschichten, Kayser Friedrichs des Ersten, genannt Barbarossa durch Ioannem Adelffen der Stadt Artzet zu Schaffhausen erstmahls in Latein versammlet, und aus glaubwürdigen Geschrifften und Historien der alten Chroniquen, und aber ietzo in teutsche Zungen treulich bracht, Argentorati 1530. f.* & primum *Schaffhausen 1530. 8.* Idem iudicium meretur IOANNIS ECKII *Friderici Sueui cognomento Barbarossae Imp. Vita*, quae MSCta in Bibliotheca amplissimi Senatus Lipsiensis seruatur, qui auctor Ottonem Frisingensem non viderat. Quam indicat Catalogus *Bibliothecae Menckenianae* p. 358. Edit. II. *Historiam Friderici Imperatoris magni, huius nominis primi, Ducis Sueuorum & parentelae suae.* Sine loco & anno 4. editam, cui Menckeniano exemplo a manu recentiore Annus *1470.* adscriptus, non vidi, annotauit tamen illustris Possessor, hunc auctorem vbique fere secutum Abbatem Vrspergensem. Elegantissima vero siue stili nitorem, rerum ordinem, fidem, siue prudentiam & Iurium patriorum intimiorem notitiam desideres, est sane omnium iudicio, perillustris Domini, HENRICI de BÜNAV *Probe einer genauen und umständlichen Teutschen Kayser und Reichs-Historie, oder Leben und Thaten Friederichs des Ersten Roemischen Kaeysers, Lipsiae 1722. 4.* cuius cultissima praefatione, de subsidiis ad hanc vitae expositionem necessariis, accurate edisserit acrique iudicio sententiam dicit, festiuam Diplomatum seriem Friderici I. Imp. & aliorum sub eius Imperio subnectit, octo quoque Gibellinae Stirpis & coniunctarum huic Familiarum Genealogias subiungit ex optimis Scriptoribus & monimentis comprobatas, quibus addi meretur IO. DAVIDIS KOELERI exacta & iustis probationibus instructa *Genealogia Familiae Augustae Stauffensis*, quae forma Dissertationis prodiit *Altdorffii 1721. 4.* & curis posterioribus correctior & auctior *Altorfii 1727. 4.* Non contemnendae binae Dissertationes de *Friderico Aenobarbo*, quas ELIAS WEIHENMAIERVS *Vitembergae 1689. 4.* habuit. Commentationes illae, quae controuersum illud argumentum: *An Alexander Papa III. conculcauerit collum Friderici I.* pertractant, aliquam rebus magni Imperatoris adfundunt lucem. Sunt autem sequentes, quas ego quidem noui: GEORGIVS nimirum REMVS Pro-Cancellarius Altorfinus in Actu doctoreo solemni Dissertationem recitauit, quam *Alexandrinam* appellat, & primum *Noribergae 1625.* fuit edita, qua *Commentum esse putidum calcasse collum Imperatoris Friderici I. Abenobarbae Alexandrum III. Pontificem Romanum* ostenditur, recusa haec & notulis passim inspersis aucta ac emendata prodiit in Germania, forte *Altorfii*, 4. licet *Lugduni Batavorum* locum designauerit editor. IEREMIAS autem HOFFMANNVS Dissertatione historica *de tyrannica ignominia, quam Friderico Aenobarbo intulit Alexander III. Wittebergae 1661. 4.* adfirmatiuam tenuit. LVDOVICVS LIEBHARDVS *Apologiam pro Friderico Imp. quem a Romano Pontifice pedibus conculcatum esse nonnulli scribunt*, composuit, *Baruthi 1668. 4.* editam & *Altorfi 1722. 4.* recusam.

sam. In adfirmantium partes inclinauit IOANNES DANIEL ARTOPOEVS in Dissertatione Anti-Baroniana: *num Alexander III. Fridericum Barbarossam calcauerit pedibus*, Lipsiae 1673. 4. qua Baronio, qui Alexandrum Papam III. a superbiae nota liberare factumque negare voluit respondet, sed turpi plagio, sua de hoc themate ex *Ioannis Gerhardi* Confessione Catholica fere omnia descripsit. Negarunt solide facinus IOANNES BVRCHARDVS MAIVS Disquisitione de *Imperatore Friderico I. Aenobarbo ab Alexandro III. Pontifice pede non conculcato*, *Kiliae* 1701. 4. quae annotationibus quibusdam auctior recusa *ibid*. 1729. 4. atque CHRISTOPHORVS AVGVSTVS HEVMANNVS breui & erudita Dissertatiuncula *Isenaci* proposita. Quibus adiungendus scriptor Italus FORTVNATVS VLMVS (Olmo) Casinensis in *Historia della Venuta a Venetia occultamente nel 1177. di Papa Alessandro III. e della Vittoria ottenuta da Sebastiano Ziani Doge*, in Venetia 1629. 4. quem in multis ad res Friderici Venetiis gestas confutauit FELIX CONTELORIVS *Concordiae inter Alexandrum III. summum Pontificem & Fridericum I. Imp. Venetiis confirmatae Narratio ad veritatis scriptum stabilita.* Criminationes ab Auctore *Actorum Alexandri III. & Chronico Romualdi Archi-Episcopi Salernitani depulsae. Caesaris Card. Baronii auctoritas a Calumniis vindicata ex notis & animaduersionibus* (Felicis Contelorii) *ad Fortunati Vlmi libellum de Alexandri III. occulto aduentu Venetias an. 1177. Parisiis 1632. 4.* Fabulas vero miscet GIROLAMO BARDI *Vittoria nauale ottenuta dalla Republica Venetiana, contro Otthone, figliuolo di Federico Primo Imperadore per la restitutione di Alessandro Terzo, Pontefice Massimo venuto a Venetia* in *Venetia* 1584. 4. captiuitas autem haec Ottonis Friderici F. quam adferit Bardus, pro fabula merito habetur.

§. LXXVII.

PHILIPPI *Sueui* post scriptores veteres, quales sunt *Otto de S. Blasio*, *Conradus Vrspergensis*, *Godefridus* Monachus ad S. Pantaleonem Colon. *Chronicon Montis Sereni*, *Arnoldus Lubecensis*, familiam, corporis animique dotes, res, statumque Imperii sub eo, erudite eleganterque enarrauit perillustris Vir IACOBVS PAVLVS de GVNDLING im *Leben Philippi Sueui*, vernaculo sermone, quae expositio a fratre *Nicolao Hieronymo Gundlingio* Otiorum *Parti Secundae p. 13.* illata, qui *Nicolaus* de subsidiis historicorum singularibus ad hanc historiam accurata commemoratione praefatus est. Magna pars fatorum *Philippi* huius vt & OTTONIS IV. *Guelfi*, in Epistolis *Innocentii* Papae *III.* vel ad eundem scriptis maxime iis, quae in *Registro de Negotio Imperii habentur* extant, quarum Libros X. vna cum *Anonymi* FVXENSIS *Gestis Innocentii III.* in quibus & multa rerum Germanarum mentio, quae & in *Carusii* Bibliothecae Historicae *Siculae Tomo II. f. 31.* extat, edidit *Stephanus Baluzius*, *Parisiis* 1682. *f.* 2. *Tomis.* Adhibendi quoque praeter Scriptores Germanos & *Brunsuicenses*, horum temporum rerum *Anglicanarum* historici *Rogerius Houedenus*, *Matthaeus Parisiensis*, Acta Publica Regni Anglicani *Rymeri*. Praecipua vitae & rerum capita complectitur HENRICI MEIBOMII *Apologia pro Ottone IV. Imp. contra falsas criminationes & conuitia, quibus eum Conradus Vrspergensis & alii insectari non sunt veriti*, sigillatim primum edita, *Helmstadii* 1624. 4. inde Tomo III. *Meibomiano S. R. G. p. 114.* seq. illata. Vindicem quoque nominis *Ottoniani* egit LEIBNITIVS *Introductione* ad Tomum II. *Scriptorum Rer. Brunsuicens. p. 48.* Adiungenda M. HERMANNI WICHORST de *iniqua expulsione Ottonis IV. Imp. e regno*, *Lipsiae* 1690. 4. habita Dissertatio.

Scriptores de Philippo Sueuo & Ottone IV.

§. LXXVIII.

In rebus FRIDERICI II. exponendis diligens fuit NICOLAVS de IAMSILLA *Historia de rebus Friderici Imperatoris, Conradi & Manfredi Regum eius filiorum* ab An. C. 1210. ad 1258. Annectitur *Anonymi* Supplementum de rebus gestis eiusdem *Manfredi*, *Caroli Andegauensis* & *Conradini* Regum ab An. C. 1258. ad 1265. quem ex Codice MSC. vetusto edidit FERDINANDVS VGHELLVS, *Italiae Sacrae* Tomo VIII. p. 752. *Tomo X.* vero Editionis *Venetae Coleti f. 562.* eundem *Ioannes Georgius Eccardus* Corpori Historico medii aeui *T. I. f. 1025.* inseruit. Extat quoque ex Codice Messanensi castigatus in *Ioannis Baptistae Carusii* Bibliothecae Historicae Siculae *Tomo II. p. 675.* & a plurimis mendis liberatus *Corporis Mediolanensis* Tomo VIII. *p. 489.* Pertinent huc CHRONICON FOSSAE NOVAE aucto-

Scriptores de Friderico II. Imp. & Henrico Raspone.

auctore *Anonymo*, quod *Ferdinandus Vghellus* sub IOANNIS de CECCANO nomine *Italiae Sacrae Tomo I.* Appendice *p. 450.* & *Tomo X.* Edit. nouae p. 1. edidit, iam vero etiam purgatum ab innumeris mendis *Corporis Mediolanensis Scriptorum Italiae*, *Muratorii* Tomo VII. *f. 851.* extat, vbi RICHARDI de S. GERMANO *Chronicon rerum per Orbem gestarum* ab excessu *Guilielmi* Siciliae Regis anno scilicet Domini 1189. ad annum vsque 1243. extat, quo multa *Friderici* nostri memorantur. Edidit illud ex Codice Bibliothecae Casinensis *Ferdinandus Vghellus* Italiae Sacrae *Tomo III. f. 953.* & Edit. nouae *Tomo X. p. 173.* & ab innumeris fere mendis purgatum *Muratorius* laudato *Tomo VII. f. 963.* Huius splendidissimi Corporis Tomo VIII. *f. 661.* MONACHI PATAVINI *Chronicon de rebus gestis in Lombardia praecipue & Marchia Taruisina* ab An. C. 1207. vsque ad An. 1270. legitur, secundum Editionem Venetam 1636. f. ex *Felicis Osii* Schedis curatam, sed emendatum & auctum ope MSCti Codicis Bibliothecae Ambrosianae, quod & in Tomo *Vrstisiano* comparet. Eodem *Tomo* ac *sequenti* varia Italicarum rerum *Chronica*, quibus singularia multa ad historiam Friderici nostri extant, reperiuntur. Nec omittendae *Friderici II. Epistolae* IX. e *Stephani Baluzii* Miscellaneis T. I. *p. 446. 471.* cum *Testamento* eius e vetusto Codice Marchionis Iarratanae emendato, a *Ioan. Baptista Carusio Bibliothecae Historicae Regni Siciliae* T. II. cum aliis Historiae Impp. Sueuicorum monimentis illatae, vbi & MANFREDI *Epistolas* II. *de morte Friderici II. Imperatoris* ad *Conradum IV.* Regem Romanor. & alias tres ad Doctorem Decretorum Iustitiarium Neapolitanum & quendam Castellanum, legas. PETRI de VINEIS *Epistolae Friderici II. Imperatoris*, cura *Simonis Schardii*, qui masculam Praefationem praemisit primum *Basileae 1566. 8.* inde *Ambergae 1609. 8.* recusae, partem Diplomatum & publicorum Scriptorum Imperatoris nomine vel ad eundem scriptorum, referunt. Quarum, quum rarae sint, nouam editionem a celeberrimo *Schminckio* promissam, auide omnes expectant. Seruat earum codicem membranaceum Bibliotheca publica Academiae Ienensis. Elegans ea est oratio, de *Friderico* II. quam NICOLAVS CISNERVS composuit, & quae cum iis de Ottone III. & Conradino edita *Argentorati 1608. 8.* & inter Opuscula Cisneri historica iunctim edita, praeclaras enim de eorum temporum statu sententias habet. Doctissimus & historiae naturalis amantissimus erat Fridericus II. cuius rei monimentum sunt *Reliqua Librorum Friderici II. Imp. de arte venandi cum auibus cum* Manfredi *Regis additionibus*, edita *Augustae Vindelicorum 1596. 8.* Anti-Caesaris primi Friderico II. artibus Pontificis R. oppositi HENRICI *Rasponis* vitam complexus breui vernacula scriptione CASPAR SAGITTARIVS hoc titulo: *Gründlicher Bericht von Landgraf Heinrichs in Thüringen Roemischen Koenigs Wahl, Ienae 1692. 4.*

§. LXXIX.

Scriptores de Conrado IV. & Conradino.

Magnam partem gestorum & fatorum CONRADI IV. Regis Romanorum illi Scriptores annotarunt, quos superiore §. maxime ex *Corpore Mediolanensi* & *Carusii* Bibliotheca Historica *Sicula* excitaui. *Acta Electionis Conradi IV.* edidit *Stephanus Baluzius* Miscellaneorum Tomo Primo. His adiungendus MATTHAEVS PARIS cordatissima sua *Historia Maiore a Guilielmo Conquestore ad vltimum annum Henrici III. Londini 1640. f. Parisiis 1644. f. & optime Londini 1684. f.* edita, qua rebus Anglicis Germanicas & Sacri Imperii, Sueuicorum maxime Impp. magna fide & libertate addidit. Res quoque magni Gibellinorum viri *Eccelini* s. *Ecccrini* Conradi IV. Imperium illustrant, de quibus GERARDI MAVRISII Ciuis & Iudicis Vicentini *Historia de rebus gestis Eccelini de Romano* ab An. C. 1183. ad An. circiter 1237. legenda, quae ex *Osii* schedis cum *Albertino Mussato* & aliis *Laurentius Pignorius*, *Venetiis 1636. f.* vulgauit, repetiit *Leibnitius* Tomo II. *Script. Brunsuicensium*, & *Muratorius* cum aliis horum temporum & de hoc *Ezerino* monimentis, *Corporis Mediolanensis* Tomo *VIII.* f. 1. dedit. Breuis quidem, accurata tamen & prudenter scripta est expositio, quam dedit IACOBVS PAVLVS de GVNDLING in *Geschichten und Thaten Kayser Conrad des IV. aus dem Geschlecht der Herzogen von Schwaben*, *Berolini 1719. 8.*

Infelicia fata patris & filii CONRADINI vltimi Sueuicae Familiae patent ex SALLAE siue SABAE MALASPINAE, Decani Melitensis, *Rerum Sicularum Libris Sex* ab anno C. 1250. vsque ad An. 1276. quos *Stephanus Baluzius* Miscellaneorum

neorum *Tomo VII. p. 197.* *Petrus Burmannus* Thesauri Siciliae Parti V. *Carusius* Bibl. Hist. Siciliae *Tomo II.* *Muratorius* Corporis Mediolanensis *Tomo VIII.* inseruerunt, addendus *Auctor Anonymus* supr. p. *131.* indicatus, & alii eorum temporum Scriptores, qui locis citatis in sumtuosissimis illis Collectionibus extant. Legenda non minus NICOLAI CISNERI Oratio de *Conradino*, cum aliis duabus *Argentorati 1608. 8.* edita & inter eius Opuscula recusa. Egregia & singularia sunt, quae de infelici hoc Principe NICOLAVS HIERONYMVS GVNDLINGIVS *Gundlingianorum* Parte V. *p. 419.* obseruauit, ex optimis & coaeuis scriptoribus petita, de quibus erudite sententiam dixit.

§. LXXX.

Scriptores de Interregno, Wilhelmo Hollando, Richardo & Alphonso.

Interregni illius magni & patriae nostrae fatalis vicissitudines, singularem eiusmodi tractationem, vbi origines iurium publicorum curate inuestigatae fuerunt, si maiora Syntagmata & Systemata omnis historiae Germanicae excipias, nondum acceperunt, quae enim IOANNES IOACHIMVS ZENTGRAVIVS Dissertatione de *interregno Imperii Germanici ab excessu Conradi IV. vsque ad Rudolphum Habsburgicum*, *Wittebergae 1668. 4.* annotauit, iuueniliter sunt scripta. Regum in his discordiis electorum res magnam tristissimae huius tempestatis partem complectuntur. Ex *Matthaeo Parisiensi*, *Monacho Paduano* aliorumque Italiae & Germaniae Scriptorum testimoniis, IACOBVS PAVLLVS de GVNDLING grauiter & eleganter concinnauit *Geschichte und Thaten Kayser Wilhelms aus dem Geschlechte der Grafen von Holland*, quae narratio addita est opusculo de *Conrado IV.* iam laudato. Eadem ratione, admixtis variis Obseruationibus Iuris Publici eorum temporum scripsit *Geschichte und Thaten Kaiser Richards aus dem Geschlechte der Koenige in Engelland*, quae tempora Historiam Interregni vulgo appellant, *Matthaei Parisiensis* fide & auctoritate maxime vsus, & multa de rebus *Alphonsi* R. Castiliae, a quibusdam Germaniae Regis electi admiscens, *Berolini 1719. 8.*

§. LXXXI.

Scriptores de Rudolpho Habsburgico, Alberto Austriaco, & Adolpho Nassouio.

Reparatoris Germaniae RVDOLPHI I. *Habsburgici* qui Augustissimae Familiae *Austriacae* Periodum auspicatur res ex *Annalibus Colmariensibus*, *Alberto Argentoratensi*, *Henrico Sterone*, Historia Australi pleniori, *Ioanne Vitodurano*, Scriptoribus quibusdam Rerum Austriacarum *Pezianis*, *Roo*, atque *Fuggero* repetendae, dignissimae certe quae ex Archiuis & Bibliothecae Caesareae thesauris a magno ingenio illustrarentur. Quae enim de sapientissimo Principe vsque huc edita sunt singularia scripta res & merita non exhauriunt. CASPARIS DORNAVII Panegyricus historicus de *Rudolpho Habsburgico Gorlicii 1677. 4.* vulgaria habet. Melior quidem & cultior IOANNIS HENRICI BOECLERI de *Rudolpho Habsburgico Germaniae instauratore* Dissertatio *Argentorati 1682. 4.* edita, & Volumini Secundo *Dissertationum Academicarum* p. 247. illata, prudenter quidem scripta, sed absque testibus, quaeque vix vltra vulgaria adscendit. *Rudolphum I. Habspurgicum, tanquam exemplum restauratae Reipublicae* descripsit Dissertatione Historico-Politica IVSTVS HENRICVS CALEMBERG, *Erfordiae 1724. 4.* PETRVS LAMBECIVS Caesareae Bibliothecae Praefectus, in *Syntagmate* suo, cuius spem orbi literato fecit *Rerum Germanicarum*, inter alia promisit *Codicem Epistolarum Imp. Rudolphi I. partim ab ipso, partim ad ipsum, & de ipso scriptarum, cum Notis Ioannis Seyfridi & propriis.* Addere quoque voluit alium Codicem *Diplomata Rudolphi* continentem; OTTOCARI de HORNECK item *Chronicon Germanicum rythmicum* rerum gestarum *Rudolphi* I. & *Alberti* I. quae vtinam ad gloriam Augustae Domus darent, qui hos thesauros custodiunt. *Albertum I. Austriacum* panegyrico celebrauit excitatus iam CASPAR DORNAVIVS.

Qui hos inter medius erat ADOLPHVS Nassouius infelicia fata expertus. De cuius iniusta depositione cum expositione de vita rebusque ceteris NICOLAI HIERONYMI GVNDLINGII pereruditа extat Obseruatio ordine IV. sub titulo: *Adolphus Nassouius Imp. iniuste depositus* Obseruationum Selectarum ad Rem literariam

riam spectantium latino sermone editarum *Tomo I.* eodemque vnico *Francofurti & Lipsiae 1707. 8.* edito, *p. 91.* De eadem *Imperatoris Adolphi Nassouii Depositione* additis historiae circumstantiis ex Iure Publico disputauit IOANNES GEORGIVS SCHERZIVS, *Argentorati 1711. 4.*

§. LXXXII.

Scriptores de Henrico VII. Imp.

Primus ex familia *Lucemburgensi* Rex & Imperator HENRICVS *VII.* magni animi Princeps. Cuius gestis praemittenda eruditissima Disputatio Genealogica IOANNIS DAVIDIS KOELERI inscripta: *Familia Augusta Lucemburgensis, Altorfii 1722. 4.* qua & maiores Henrici VII. & posteri Augusti cumprimis huius Familiae, eorundemque descendentes ex fide dignis monimentis & Scriptoribus exponuntur. Princeps testis, in primis quod familiam & electionis negotium attinet AVCTOR *Anonymus Gestorum Balduini Archiepiscopi Treuirensis*, cui multum in electione sua promouenda debebat, editus fuit a STEPHANO BALVZIO *Miscellaneorum Tomo I.* Vtilis non minus in Henrici VII. historia est ALBERTINVS MVSSATVS siue MVXATVS, Paduanus Senator & Historiographus ac Poeta Laureatus, qui circa A. C. 1330. obiit, cum *Historiae Augustae de gestis Henrici VII. Caesaris Libris XVI.* comprehensae, tum *de gestis Italicorum post mortem Henrici VII, Libris XII.* scriptor fidus, prudens & disertus. Prodierunt cum *Laurentii Pignorii* Spicilegio, *Nicolai Villani* castigationibus, & notis *Felicis Osii Venetiis 1636. f.* praemissis variis superiorum temporum Chronicis. Quum vero rarissima, & quae supererant quandoque foede castrata essent exempla, rem historicis gratam fecit celeberrimus *Burmannus*, quod grauissimi iudicii historicum *Thesauri Antiq. & Histor. Italiae* Tomi VI. Parti Secundae, cum aliis Scriptis Mussati intulerit. Easdem Historias ad fidem Codicum MSCtorum Bibliothecae Estensis & Ambrosianae castigatiores dedit *Muratorius* Corporis Mediolanensis *Tomo X. f. 1. & f. 569.* NICOLAVS Episcopus *Botrontinensis* egregiam *Relationem* scripsit de *Itinere Italico Henrici VII. Imp. ab An. C. 1310. ad 1313.* ad Clementem Papam V. a quo in Aulam Imp. Caesaris rebus obseruandis missus, qui perspicue & multis circumstantiis ea, quae notarat ad herum suum retulit, dolendumque has notationes ad mortem vsque Augusti non fuisse continuatas. Edidit *Stephanus Baluzius* adiectam *Tomo II. p. 1143. Vitarum Pontificum Auenionensium, Parisiis 1693. 4.* quae vitae ad illustrandam Henrici VII. historiam singularia multa pandunt, inde desumsit laudatam narrationem *Muratorius Corporeque Mediolanensi* Tomo IX. *f. 883.* iterum exhibuit. Huc quoque facit IOANNIS de CERMENATE, Notarii Mediolanensis, *Historia de situ, origine & cultoribus Ambrosianae Vrbis ac de Mediolanensium gestis sub Imperio Henrici VII. Caesaris*, ab Anno C. 1307 ad 1313. quam celebratissimus *Muratorius Anecdotorum Latinorum* Tomo II. *Mediolani 1698. 4.* edito p. 31. primum inseruerat, inde repetitas dedit *Corporis Mediolanensis* Tomo IX. *f. 1221.* additis variantibus Lectionibus & Supplementis ad eandem historiam depromtis e codice MSCto Comitum de Capitaneis. IOANNIS VILLANI Florentini *Historiam rerum Henrici VII.* italice fideliter scriptam & a perillustri *I. P. Gundlingio* lectam & laudatam nunquam vidi, ille certe obseruauit CONRADI VECERII, qui Maximiliano I. fuit a secretis, *de rebus gestis Henrici VII.* libellum, *Hagenoae* 1531. 8. editum, & *Reuberiano* ac *Vrstisiano* Tomo illatum, magnam partem ex *Villano* esse translatum. Legenda est erudita V. C. *Ioannis* Praefatio, in noua editione Reuberiani Voluminis Vecerio praemissa, vbi cordate iudicat. Ex citatis supra aequalibus Henrico scriptoribus variisque hinc inde dispersis Diplomatibus, prudenti stilo concinnatae IACOBI PAVLLI de GVNDLING *Geschichten und Thaten Kaeyser Heinrichs des Siebenden, Halae Sax. 1719. 8.* De *morte* per venenum a Monacho quodam Praedicatorum Ordinis Henrico VII. datum, procurata testes supersunt vel coaeui, vel coaeuis proximi. Quales sunt *Anonymi, Rythmi* Monachales *de Henrici VII. obitu*, quos e tenebris primum produxit *Matthias Flacius* ediditque inter *varia doctorum piorumque Virorum de corrupto Ecclesiae Statu Poemata, Basileae 1557.* Parte IV. *p. 470.* inseruit quoque *Freherus* S. R. G. Tomo Primo Edit. nov. *p. 647.* Plures testes fide dignos multo labore conduxit MARTINVS DIEFENBACH erudito Commentario *de vero mortis genere, quo Henricus VII.* obiit, *Francofurti 1685. 4.* quorum plerique sceleris ministrum Monachum Dominicanum faciunt. Quos quidem liberare voluit, *Iohannes* Bohemiae Rex Henrici F. data

data Monachis Dominicanis *Epistola de morte Henrici VII. Imp.* quae edita fuit a *Stephano Baluzio* Miscellaneorum *Tomo Primo.* *Epistola* alia *Henrici VII. ad Ioannem de Elnbogen,* Coenobii Waldsassiensis in Noricis Abbatem; *Sententia* item, *in Robertum Siciliae Regem lata in conuentu Principum Pisis a. 1311.* extat apud *Goldastum,* Constitutionum Imperialium T. I.

§. LXXXIII.

Scriptores de Ludouico IV. Bauaro Imp. & Gunthero Schwarzburgico.

LVDOVICI BAVARI res maxime Italicas cordate grauiterque memorauit laudatus superiore §. ALBERTINVS MVSSATVS singulari ad Filium Libro, quem *Ludouicus* Bauarus inscripsit, editus ille est cum ceteris viri scriptis, quorum varias Editiones iam laudaui. Archiui Boiici, quod Monachii adseruatur amplissimis subsidiis instructus, atque publica Maximiliani Bauariae Ducis postmodum Electoris auctoritate munitus, magna grauitate, iudicio, ciuiliumque & Germanicarum rerum peritia, res Ludouici exposuit IOANNES GEORGIVS HERWARTVS ab HOHENBVRG, Ducis Consiliarius intimus & Ordinum Bauariae Cancellarius, praeclaro Libro, cuius hoc est elogium: *Ludouicus IV. Imperator defensus; Bzouius iniuriarum postulatus Monachii 1618. 4.* duobus Tomis; enimuero Bzouius iste gloriosum hunc Bauariae Ducum progenitorem, in mendosissimis Annalibus suis contra ius, fas & aequum, insectatus erat, grauissimisque calumniis onerauerat, quas confutauit Cancellarius atque magni momenti Diplomata ex autographis protulit, optimamque historiae Ludouici & Friderici Austriaci competitoris partem scite ornauit. Nitide non minus & pragmatico fere stilo multaque aduersus Pontifices R. libertate exarata est NICOLAI BVRGVNDI ICti tum Bauari, *Historia Bauarica* siue *Ludouicus IV. Imperator, Ingolstadii* primum *1636. 4.* inde *Amstelodami 1645. 4.* edita & recusa, quumque esset insigniter rara, cultissimum opusculum in manus eruditorum tertium dedit ornatum eleganti Praefatione celebratissimi vir nominis *Iustus Christophorus Boehmerus, Helmstadii 1705. 4.* PHILIPPI MELANCHTHONIS Oratio de *Ludouico Bauaro* Imp. Declamationibus ipsius T. III. Edit. Argent. inserta, sapientes grauesque sententias de ipsius gestis refert. Eximia quoque & docta est IOANNIS FRANCISCI BVDDEI *de Ludouico IV. Bauaro Imp.* Dissertatio Academica *Ienae 1689. 4.* proposita, postmodum *Parergis Historico-Theologicis*, beati Viri inserta. In grauissimis illis cum Pontificibus certaminibus intrepidos nactus est defensores, *Marsilium* Patauinum, *Ockamum, Michaelem* Caesenatem, quorum Scripta bono quidem animo condita, sed non iustis semper argumentis instructa exhibet *Melchior Goldastus* Monarchiae Sacri Rom. Imp. Tomo II. *Francofurti 1614. f.* edito, aliter de iis sentit *Christianus Thomasius* Historia contentionis inter Sacerdotium & Imperium, p. *99.* Varia *Ludouici IV. Scripta Publica & Diplomata* Tomo I. *Freberiano f. 655.* Nouae Edit. de quibus diligenter illustris Editoris Praefatio legenda. *Ludouici IV.* Imp. *Submissio* Pontifici facta Tomo II. Miscellaneorum *Baluzii* extat.

GVNTHERVM *Schwarzburgicum Imperatorem Romanum,* Discursu historico ex Archiuis Schwarzburgicis exhibuit AHASVERVS FRITSCHIVS, Cancellarius Rudolstadiensis, quod Schediasma *Lipsiae & Ienae 1677. 4.* editum, recusum cura *Schubertbi Lipsiae 1721. 4.* cum variis editoris Annotationibus, quibus res Guntheri copiosius exposuit. *Syntagma Historicum de Gunthero Schwarzburgico, Wezlariae 1703. 4.* formis excusum, a multis *Hulderico Eybenio*, Camerae Imperialis Adsessori adscribitur.

§. LXXXIV.

Scriptores de Carolo IV. Wenceslao, Ruperto, Iodoco, Sigismundo Impp. & Regibus.

Plures eosdemque raros vitae rerumque gestarum CAROLI IV. Imp. Scriptores indicat & recenset *Bohuslaus Balbinus Miscell. Bohem.* Lib. VII. Sect. II. *p. 161.* Ipse *Carolus IV. Commentarium de vita sua* ad Filios scribere coepit, cuius fragmentum *Marquardus Freherus* Rerum Bohemicarum Scriptoribus *f. 86.* inseruit. Additus *f. 107. Ioannis* Archiepiscopi *Pragensis* Sermo, post mortem *Caroli IV.* feria quarta post Epiphaniam habitus. Idem sermo atque laudatum Fragmentum cura *Reineri Reineccii*, vna cum *Vecerio* de Vita Henrici VII. singulatim edita, *Helmstadii 1585. 4.* *Quod Carolus IV. non dissipauerit Imperii patrimonium quoad Regnum Arelatense,* cuius coronam accepit, singulari Dissertatione contra Gallos com-

commonstrauit CONRADVS SAMVEL SCHVRTZFLEISCHIVS, quae inter iunctim editas LXIX. est ordine. Ad res *Wenceslai* illustrandas quodammodo facere potest CHRISTIANI THOMASII Quaestio: *An Imperator Wenceslaus legaliter sit depositus & tantis vitiis contaminatus, vt vulgo creditur?* quae Programmatis vice prodiit, cum ad Celeberrimi Autoris de Ratione Status Dissertationem III. & IV. d. 3. Aug. 1693. disputaret, quae Programmata in 4. iunctim edita. Maiori doctrinae apparatu ornata V. C. HERMANNI SCHMINCKII Dissertatio Historica de *Wenceslao Rege Romanorum, Marburgi Cattorum 1718. 4.* qua quidem vindicias pro Wenceslao parauit, sed non eo animo, vt in omnibus hic Rex possit defendi, multa enim certe egit, quae probari nequeunt, sed saltem ostendere voluit calamitates illas, quibus ea aetate vexabatur Germania, ei soli non esse tribuendas. IACOBI quoque WENCKERI Collectioni, quam *Apparatum & Instructum Archiuorum* inscripsit, atque *Argentorati 1713. 4.* edidit, praeclara insunt monimenta ad Historiam & regimen Wenceslai facientia. Quum de Wenceslao deponendo consultaretur, ad Imperium a quibusdam destinatus fuit *Fridericus* Dux Brunsuicensis, atque eo consilio Francofurtum euocatus, sed in itinere redux occisus, de quo legenda HENRICI MEIBOMII de *Friderici Brunsuicensis in Roman. Imperatorem Electione & misera caede, Helmstadii 1681. 4.* & inter Tomos *Meibomianos* Tertio. Inde a maiore parte Collegii Electoralis *Rupertus* Elector Palatinus Rex Romanorum renunciatus, cuius res cum Imperii tum prouinciarum hereditariarum diligentissime conquisitas docta dissertatione exhibuit amplissimus Vir FRIDERICVS BENEDICTVS OERTEL, *Lipsiae 1720. 4.* Quo mortuo Electione dissidiosa, a quibusdam *Iodocus* Morauiae Marchio, ab aliis *Sigismundus* Hungariae Rex electus. Ad priorem faciunt egregie *Vindiciae Electionis dubiae Iodoci Imperatoris contra Sigismundum*, quas more suo solide instituit ac hac occasione egregia aliquot monimenta produxit IOANNES DAVID KOELERVS, *Altorfii Noricorum 1726. 4.* SIGISMVNDI vero singularia fata & multas res arcanas aperuit, qui intimioris apud eum fuit admissionis EBERHARDVS WINDECK, Moguntinus, *Historia Imperatoris Sigismundi*, vernaculo sermone, multa libertate scripta, quam e vetustissimo & fere coaeuo Codice Bibliothecae Ducalis Saxo-Gothanae primus edidit, cum codice MSCto recentiori diligenter conferendam & ad iustam annorum seriem reducendam curauit, ac *Tomo Primo* Scriptorum *Rer. Germ. & Saxon.* inseruit illustris *Menckenius* f. 1073. Inde adhibitis quoque aliis rerum Germanicarum, Bohemo-Hungaricarum Scriptoribus Dissertationem suam *de Sigismundo Romanorum Imp. Germaniae, Hungariae & Bohemiae Rege, Lipsiae 1723. 4.* concinnauit V. C. CAROLVS GVILIELMVS GAERTNERVS. AENEAE quoque SYLVII *Historia Bohemica*, quae in rebus Sigismundi Imp. & Hussitarum potissimum se diffundit, aliique Hussiticarum Rerum Scriptores Theobaldus &c. sed cum iudicio, quum quilibet Sectae suae seruiat, legendi. Cumprimis vero adhibenda insignia *Acta Magni oecumenici Constantiensis Concilii*, studio HERMANNI von der HARDT, *Francofurti 1700. f.* edita, quibus multa Acta Comitiorum Constantiensium, quae cum Concilio ibi agebantur, insunt.

§. LXXXV.

Scriptores de Alberto II. Austriaco & Friderico III. Imp.

Familiae AVSTRIACAE, quae exinde perpetuam Augustae dignitatis possessionem, ex libera tamen electione tenuit, cuique perennitatem vouemus, primus, longiorique vita omnino dignissimus fuit ALBERTVS II. cuius rerum mentionem faciunt Scriptores Rerum *Austriacarum* Tomo II. *Peziano*, inprimis *Chronicon Alberti Ducis Austriae vulgo contracti*, auctore anonymo Carthusiano *Gemnicensi;* Anonymus *Mellicensis* Breui *Chronico Austriae;* Thomas Eberndorfferus de Haselbach *Chronico Austriaco* ceterique. *Eberhardus* etiam *Windeckius* circa finem Historiae Sigismundi de eodem quaedam annotauit.

FRIDERICI III. quem alii IV. nonnulli V. numerant, res plerique Scriptorum Rerum Austriacarum, quos *Tomo II. Peziano* habemus, attigerunt. Ipse Augustus *Diarium Vitae* consignauit, quod ex Codice Bibliothecae Vindobonensis *Diario Sacro Itineris Cellensis* inseruit *Petrus Lambecius;* prodiit hocce primum *Vindobonae 1666. 4.* additum quoque *Prodromo Historiae literariae* eius, Editionis *Fabricianae*, *Hamburgi 17 f.* editae. Primos annos Imperii, Coronationem R. & Nuptias ad

motus

motus Hungaricos vsque exposuit, qui Friderici rerum callentissimus erat Secretarius nimirum & arcanorum particeps AENEAS SYLVIVS *Historia rerum Friderici III*, quam ex MSCto optimae notae cum doctissimis *Io. Henrici Boecleri* animaduersionibus, additis variis Diplomatibus Friderici III. nummis, imaginibus & monimento sepulcrali edidit *Ioannes Georgius Kulpisius* primo loco Collectionis S. R. G. quae Boeclero-Kulpisio-Schilteriana audit. Tomo *II. & III.* Freherianae Collectionis S. R. G. plura monimenta, orationesque Fridericianas res illustrantes exhibentur, quas supra a p. *62.* ad *65.* singulatim recensui. De Vita domestica & priuata moribusque Friderici annotauit quaedam singularia IOSEPHVS GRVNBECK Maximiliano I. Imp. a consiliis intimis & confessionibus in der *Lebens-Beschreibung Kayser* Friderich des III. (V) vernaculo sermone, licet latino primum scripta videatur, quam V. C. IOANNES IACOBVS MOSER, *Tubingae 1721. 8.* edidit. *Anonymi Epistola* historica *de rebus Anno 1456. gestis* in Conuentu inprimis Noribergensi, Imperatori propemodum exitiali extat *Tomo III.* Thesauri Anecdotorum nouissimorum *B. Pezii.* Res *Comitiorum & Imperii* sub Friderico III. accurate, grauiter, admixtis variis vtilibus & eruditis obseruationibus & magna actorum & monimentorum copia, ex Archiuis Vinariensibus, celeberrimi vir nominis IOANNES IOACHIMVS MVLLERVS in *S. R. I. Nationis Germanicae Theatro Comitiorum sub Friderico III. Imp.* ab anno 1440. ad an. 1493. vernaculo eodemque culto stilo tribus Partibus descripsit, quod egregium opus *Ienae 1713. f.* prodiit. Promiserat *Petrus Lambecius* in Sciagraphia Syntagmatis Rerum Germanicarum, aliquot ad historiam *Friderici* insignia monimenta, ex quibus quaedam sunt edita iam, alia in thesauris Caesareae Bibliothecae adhuc latent, nimirum 1) IOANNIS de ZREDNA *Epistolae historicae de rebus gestis inter Imperatorem Fridericum V. & Regnum Hungariae ab An. C. 1445. ad 1451. collectae, & notis marginalibus illustratae a* Paulo Iwanich; 2) Adnotationes COLVMBANI de PONCVMOLO ad *Nicolai Lanckmanni* de *Falckenstein*, Historiam Desponsationis Imp. Friderici V. & Coniugis Eleonorae, quod Lanckmannianum opusculum, Tomo II. *Freheriano*, & Tomo II. *Peziano* extat. 3) Acta *publicae rebellionis Austriacorum contra Imperatorem* Anonymi cuiusdam coaetanei, quae forte eadem cum illa, quam R. P. *Pezius* Tomo II. S. R. A. dedit. 4) Descriptionem Exequiarum Imp. Friderici. 5) BERNHARDI BERGERI Orationem in funere Friderici ad Maximilianum I. publice habitam, & 6) *Diplomata* varia vsque huc inedita ad Imp. Friderici III. res facientia.

§. LXXXVI.

Scriptores de Maximiliano I. Imp.

Fortitudinem ac prudentiam & illustria bello paceque facta MAXIMILIANI I. Imperatoris, multi memorarunt & laudarunt, quales sunt, quos, *Tomis II. & III. S. R. G.* inseruit *Freherus* & *p. 64. 65.* longa serie indicati extant. Exantlatos labores & superata pericula Maximiliani I. herois, dictione germanica & metrica, Scripto heroico complexus MELCHIOR PFINTZINGIVS, Ecclesiarum S. Albani Moguntiae & Sebaldi Norimbergae Canonicus, quod hunc habet titulum: *Die Geuerlichkeiten und eins teils der Geschichten des loeblichen streitbaren und hochberühmten Helds und Ritters Tewrdannckhs*, quo nomine ficto Maximilianus I. insignitur. Prima & princeps editio curata *Noribergae* per typos *Iohannis Schoensperger 1517. f.* cum figuris ligno incisis elegantissimis *Iohannis Scheiffelein*, pictoris & sculptoris Nordlingensis celeberrimi, vti docuit, qui de auctore, nomine, argumento partitione, forma carminis, editionibus veris & spuriis doctissime commentatus IOANNES DAVID KOELERVS Disquisitione *de inclyto libro poetico Theuerdanck*, quae *Altorfii* primum *1714. 4.* proposita, iterum excusa *ibidem 1719. 4.* cui nouae editioni auctiori adiecta duplex Clauis libri huius *Pfinzingiana & Franckiana*, Editiones operis §. XI. laudati opusculi recensentur. *Tertiae* Libri Theuerdanck *Editioni*, quam parauit obscurus quidam *Burcardus Waldisius*, textumque interpolauit & immutauit, quaeque *Francofurti 1553. f.* prodiit & aliquoties repetita fuit, subiunctum est breue germanicum *Chronicon* Maximiliani res gestas enarrans, & *Philippi Melanchthonis* Oratio funebris in eius honorem habita, in vernaculam translata. In ea porro Editione, quae curante *Matthaeo Schultes* Sculptore Vlmensi, *Vlmae 1679. & 1693. f.* prodiit, quaeque in multis est mutata, annexa comparet satis prolixa *Vitae Maximiliani Descriptio* germanica incerto auctore consignata. IVSTI-

NI GOBLERI *Chronica der Kriege Maximiliani I. gegen die Venediger und Franzosen 1508. geführt,* germanice *Francofurti 1566. f.* in paucorum est manibus & inprimis actiones bellicas *Ernesti* Ducis Brunsuicensis & *Casimiri* Marchionis Brandenburgensis aliasque singulares narrationes, acta publica & literas principum refert. Illustrationi historiae Maximilianeae quodammodo inseruit: *Currus triumphalis honori & memoriae immortali D. Maximiliani dicatus* inuentore BILIBALDO PIRCKHEIMERO delineatus ab *Alberto Durero,* in tabula aenea, cum quibusdam explicationibus reperitur inter Opera *Pirckheimeri* a *Goldasto, Francofurti 1610. f.* edita, sed maioris vtilitatis est, quod in iisdem operibus extat, & Tomo III. *Freheriano* comparet *Bellum Helueticum,* scriptore *Pirckheimero,* qui bello interfuit. In *Tomo Primo, Orationum & Elegiarum in Funere illustrissimorum Principum Germaniae ab obitu Maximiliani I.* qui *Francofurti ad Moenum 1566. 8.* cura SIMONIS SCHARDII, additis postea duobus aliis prodiit, reperitur p. 1. *Anonymi Oratio post Maximiliani I. Caesaris obitum* ad Nepotes; & p. *29. b.* PAVLI ab OBERSTEIN, Carni, Viennensis Praepositi, de Maximiliani I. Imp. laudibus ad *Carolum Ruinum* ICtum Epistola, & alia huiusmodi Epicedia a coaeuis grauiter quandoque & cum veritatis specie scripta. IOSEPHI GRÜNBECKS, *Lebens-Beschreibung Kaysér Maximiliani I.* quae patris est adiuncta & a *Mosero, Tubingae 1721. 8.* edita, mores & vitam priuatam libere describit. Historiam *Coronationis Maximiliani in Regem Romanorum celebratam Aquisgrani* reperias in Collectione, inscripta: *Inauguratio, Coronatio Electioque aliquot Imperatorum, nempe a D. Maximiliano Primo ad D. Matthiam, Hanouiae 1613. 8.* Res Imperii & Regni Germaniae Maximiliano I. imperante, tanquam specimen insignis Theatri Comitiorum, ex Actis publicis, historicis & archiui subsidiis complexus erudite atque prudenter V. C. IOANNES IOACHIMVS MVLLERVS *in des Heil. Roemischen Reichs Teutscher Nation Reichs-Tags-Staat von An. 1500 bis 1508, Ienae 1709. 4.* quo res Comitiorum, Regimenti Imperii, Conuentuum Electorum ac Principum, & Vicariatus Friderici III. Sapientis, Electoris Saxoniae, commemorauit. Cui successit *Reichs-Tags-Theatrum, wie selbiges unter Kaysers Maximiliani I. allerhoechsten Regierung gestanden,* Pars Prima, *Ienae 1718. f.* edita, Comitiorum res & Acta ab An. *1486.* ad *1496.* refert; Pars vero Secunda *Ienae 1719. f.* edita, ab hoc Anno *1496.* ad An. *1500.* pertingit, in reliquis huius Imperatoris Comitiis illustrandis iam strenue occupatus est Vir celeberrimus seruatque iam elaboratos Tomos: *III.* qui Comitia Anni *1500. IV.* qui Annos *1501. 1502. 1503. 1504. V. 1505. 1506. 1507. VI. 1508.* & *1509. VII. 1510.* & *1511.* sistunt. In adornando Tomo *VII.* cui res anni 1512. ad 1515. destinatae, elaborat, designauitque operi nobilissimo praeter hos Tomum *IX.* annorum *1516.* & *1517.* & Tomum *X.* An. *1518.* & *1519. XI.* demum Tomus vniuersali Indici est destinatus. Quam notitiam literis amplissimi Viri debemus, cui vires operi absoluendo pia mente vouemus. De *Maximiliano I. Imp. Pontificatum adfectante* cultissimam dedit Dissertationem, quae singularia multa refert summe venerabilis ERNESTVS SALOMO CYPRIANVS, quae excusa *Ienae 1716. 4.* In Bibliotheca Caesarea, varii indice *Lambecio* extant Codices MSS. res Maximiliani I. illustrantes, nimirum: 1) *Volumen ingens Germanicum chartaceum,* quo continetur *Historia vitae & rerum gestarum Imp. Friderici V. & Imp. Maximiliani I.* ab ipso Maximiliano I. prosa oratione composita a Secretario eius *Marco Treitszsauerwein ab Ehrentreitz* pure descripta atque elegantissimis figuris ligno incisis exornata, cuius operis titulus: *der weise Koenig;* 2) *Volumen germanicum chartaceum,* quo continentur varia antiqua *monimenta* ad Imp. Maximiliani I. vitam & res gestas pertinentia, ex *ipsius dictantis ore* a *Secretario* eius anno 1512. excepta; 3) Descriptio *Triumphi,* quem Imp. *Maximilianus I.* in honorem & memoriam rerum a se gestarum habere voluit; Descriptio *Arcus triumphalis,* quem Imp. *Maximilianus* erigi voluit, in memoriam suae pietatis & sacrarum suarum fundationum; Catalogus *cognatorum* & *affinium* Imp. Maximiliani I. secundum gradus cognationis & affinitatis; Catalogus *Imperatorum* & *Regum,* qui *bene* imperarunt; Catalogus *vrbium,* quas Imperator *Maximilianus I.* in Belgio, Burgundia, Austria inferiori, Italia, Goricia, & Carniola armis expugnauit; Catalogus *exercitiorum* aliquot *Equestrium* Imp. *Maximiliani I.* Catalogus *Librorum* ab ipso Imp. *Maximiliano I.* compositorum; *Maximiliani I.* inuenta quaedam artis gladiatoriae; Annotationes quaedam miscellaneae Maximiliani I. quas ex ore dictantis excepit eius Secretarius. Extant in eadem Bibliotheca alia quaedam Maximiliani I. *Opuscula* quatuor,

quatuor, quorum tituli germanice: *Gaertnerey, Falcknerey, Iaegerey, Kellerey*; Volumen, in quo continetur: *Descriptio omnium lacuum, piscium & amnium pisciferorum in Comitatibus Teriolensi & Goricensi* iussu Maximiliani I. composita a WOLFGANGO HOHENLEITERO; Volumen, in quo continentur *variae antiquae tabulae Topographicae* ad res gestas Imp. *Maximiliani I.* pertinentes.

§. LXXXVII.

Scriptorum Rerum CAROLI V. Imp. magna sane est copia, quos *Caspar Sagittarius* Introductione ad *Historiam Ecclesiasticam Cap. XXIV.* §. *53.* copiose diligenterque, atque illustris *Menckenius* Introductione, quae Dissertationi ipsius de *Naeuis Politicis Caroli V. Imp. Lipsiae 1706. 4. editae*, praemissa est, cum iudicio & selectu, recensuerunt. *Epitomen regii ac vetustissimi ortus Sacrae Caesareae & Catholicae Maiestatis* (Caroli V.) *& Ferdinandi Vngariae & Bohemiae Regis* HIERONYMVS GEBVILERVS edidit *Libris Sex*, *Haganoae 1530. 4.* qui pro aetatis ratione, quo scripsit, fabulas multas admiscuit. De *Caroli V. Genealogia* commentatus IOANNES GVILIELMVS RVCHIVS, *Antwerpiae 1536. 8.* quam tamen non vidi. De *Electione & Coronatione Caroli V. Imp.* varia Scripta vtiliter collegit CHRISTIANVS EBERHARDVS, *Helmstadii 1660. 4.* qua, *Georgii Sabini*, siue, quem verum auctorem laudant aliqui, *Philippi Melanchthonis* de electione hac & coronatione *Historia* comparet, sequuntur inde Narrationes ex historicis eorum temporum de eadem, decerptae & Acta varia publica. Talis Collectio etiam hoc titulo prodiit: *Selectum Historicum* h. e. HARTMANNI MAVRI & GEORGII SABINI *Descriptio Coronationis Caroli V.* accessit *Descriptio Coronationis eiusdem Imperatoris Bononiae a Clemente VII. a. 1530*, *Francofurti 1612. 4.* Huiusmodi opuscula varia, rerum vel ab ipso Carolo V. vel imperante eo, gestarum, ab inauguratione sua ad abdicationem, Tomo *Secundo Schardiano* extant, cuius recensionem exquire supra *p. 53.* & in Tomo *Tertio Freberiano* vid. supra *p. 65. 66.* Pleniores rerum Caroli V. Commentarios certatim *Hispani*, *Itali*, *Belgae* & *Germani* dederunt. Inter *Hispanos* praecipuus *Prudentius* de *Sandoual*, Philippi III. Historicus, *Historia de la Vida y Hechos del Emperador Carlos V.* cuius princeps editio hispanice facta *Pampelonae 1614. 3.* Voll. in fol. repetita *Amberes 1681. 2.* Voll. *f.* anglice per *Ioh. Steuens*, *Londini 1703. 8.* actionum Carolinarum singulares multas circumstantias aperit, ita tamen vt adfectibus indulgeat omniaque probet & magni faciat more Hispanorum, dignam meritus censuram, quam in eum ingeniosissime exercuit Gallus scriptor magni nominis *la Mothe le Vayer* singulari Discursu de historia hac *operum* Tom. II. p. 139. Edit. in 8. Ex versione latina Historiae Sandouali, quam fecit *Tobias Eberti* Professor Historiarum Francofurtanus vita & moribus Hispanus, prodiit Fragmentum sub titulo: *Historia Captiuitatis Francisci I. nec non vitae Caroli V. in monasterio*, item LVDOVICI de CABRERA de Cordua *Relatio vitae mortisque Caroli Infantis Philippi II. R. H. Mediolani* siue potius *Amstelodami 1715. 8.* PETRVS SALAZAR composuit *Cronica del Emperador Carlos V*, *Hispali 1552. f.* qui potissimum in Bello Smalkaldico enarrando occupatus fuit, sed aduersus Protestantes animum hostilem prodidit. ANTONII de VERA & FIGVEROA *Historia Caroli V.* hispanice scripta *Madriti* 1613. 1624. & 1654. 4. prodiit in gallicum sermonem per *Perron le Hayer* translata & edita *Parisiis 1633. 4.* & *Bruxellis 1667. 12.* Ex *Italis* indicandi LVD. DOLCE *Vita di Carolo V. Imperadore*, *Venetia 1561. 4.* & ALFONSO VLLOA *Vita di Carolo V. Imperadore*, *Venetia 1566. 4.* Inprimis vero GREGORIO LETI *Vita di Carolo V.* IV. Tomis, *Amstelodami 1700. 8.* IV. Voll. atque ex culta versione germanica *Iusti Gotthardi Rabeneri*, *Lipsiae 1713. 8.* 2. Voll. qui singularia quidem multa annotauit, neque tamen in omnibus fides tuto ipsi haberi potest. Ineptiarum plenus est WILHELMVS ZENOCARVS vulgo *Snouckart* a *Schauwenburgo* Belga, de *vita, republica & moribus Caroli V. Antwerpiae 1595. f.* de quo recte illustris *Menckenius* pronunciauit, ineptiorem librum haud facile editum vnquam fuisse, cuius fere commatis est *Ioannis Vorthusii Phoenix*, seu *Apotheosis consecrationis Augustae, qua Caroli M. & Caroli V. res gestae, consilia & euentus describuntur*, *Antwerpiae 1562. 4.* Scribendi ratione se commendat *Iacobi Masenii* S. I. *Anima historiae huius temporis*, *h. e. Historia Caroli V. & Ferdinandi I. Coloniae 1676. 4. & 1709. 4.* Mirifice res Caroli V. & S. R. I. illustrant ii Scriptores, qui vel *Bella*, vel *Comitia* & motus ob *Religionem* descripserunt. Perpetua

Scriptores de Carolo V. Imp.

fere *Bella* cum Francisco I. Galliarum Rege aemulo habebat. Quorsum pertinent: *Francisci Regis Galliarum Actitata per Legatos & Literas cum Imperii Principibus atque etiam separatim cum Foederatis Smalkaldicis in diuersis Comitiis & aliter ab An. 1534. vsque ad annum 1543.* quae Tomo III. *Freberiano f. 347.* seqq. extant. Similiter huc faciunt: *Epistolae duae altera Clementis VII. Papae ad Carolum V. altera Caroli V. responsoria a. 1527. & pro Carolo V. ad Epistolam Francisci I. Galliarum Regis ad Imperii Principes transmissam, nec non ad Apologiam Madriticae Conuentionis dissuasoriam Responsio*, Antwerpiae 1527. 8. Eiusdem argumenti est: *Recueil d' aucunes Lettres & ecritures par les quelles se comprend la verité des choses passées entre l' Empereur Charles V. & François I.* Antwerpiae *1536. 4.* De gestis Exercitus Caesarei aduersus Pontificem Clementem VII. varii extant Scriptores: CAESARIS nimirum GLORIERII *Historia expugnatae & direptae vrbis Romae per exercitum Caroli V, Parisiis 1538. 4.* item: *Commentarius* Anonymi *captae vrbis, Ductore Carolo Borbonio, Parisiis 1538. 4. Ausführlicher Bericht von Eroberung der Stadt Rom, Francofurti 1625. 4.* Narratio *de direptione expugnatae vrbis Romae ab exercitu Caroli V.* versa ex italico in latinum per *Casparem Barthium, Cygneae 1660. 8.* & inprimis ADAMI REISNERI Commentarius vernaculo sermone scriptus *de vita & rebus gestis Georgii & Casparis Frundsbergiorum* Dominorum in Mundelheim qui ordines in exercitu Caesareo ducebant *Francofurti 1568. f.* vbi sane singularia multa ex ore & annotationibus MSC. horum virorum, obseruata. De Expeditionibus Caesaris *Africanis* habemus *Rerum a Carolo V. in Africa bello gestarum a. 1535. & seqq. Commentarios, ex variis Scriptoribus in vnum congestos*, edente CORNELIO SCEPPERO, *Antwerpiae 1554. 4.* & *ibid. 1555. 8.* qua collectione *Ioa. Christophori Calueti Stellae; Ioannis Etropii; Nicolai Villagogni; Pauli Iouii*, de his bellis narrationes extant, quas & Tomo II. *Schardiano*, cum aliis reperies. De *Morini*, seu *Terouanae & Hedini expugnatione*, Narratio, in secunda iam indicatae Collectionis editione adiecta habetur, quae & singulatim *Antwerpiae 1558. 8.* fuit edita. ANTONII de MVSICA Antwerpiani, *Commentarios rerum ab Imp. Carolo V. Imp. apud S. Digerium gestarum* ad Henricum VIII. Angliae Regem scriptos, e Codice Bibliothecae Regiae Londinensis *Scriptorum Rerum Germ. & Sax.* inseruit *Menckenius* Tom. I. *f. 1289.* Leuis momenti est CORNELII SCRIB. GRAPHEI *Descriptio Pacis inter Carolum V. & Franciscum I. ad Aquas mortuas initae*, carmine facta, *Antwerpiae 1540. 8.* De *congressu Bononiensi Caroli V. & Clementis Pontificis Rom.* Oratio PAVLI DVMERICHII extat *Witebergae 1559. 8.* habita. De Tumultibus *Monasteriensibus*, varios Scriptores seruat Tomus II. *Schardianus;* De Bello vero *Rustico*, Tomo III. Freheri supra *f. 66.* & T. II. Schardii supr. *f. 54. Gnodalii Historia rusticorum Tumultuum*, quae l. c. Schardianae Collectionis extat in germanicum translata per *Iacobum Schlüsserum*, prodiit *Basileae 1575. f.* Res religionis caussa in Germania motas, exortasque hac occasione grauissimas controuersias, nobilioremque historiae Carolinae partem ex actis publicis, Archiuis Protestantium & Senatus Argentoratensis, relatione summorum virorum, qui negotiis interfuerant, *Iacobi Sturmii* inprimis, summa fide, prudentia, accuratione & culto stilo complexus IOHANNES SLEIDANVS *Commentariorum de Statu Religionis & Reipublicae Carolo V. Caesare* Libris XXVI. quibus lectu dignissimam Apologiam praemisit. Varie quidem de fide Sleidani iudicatum fuit, notaeque sunt Caroli V. & *Carolouitii* Administri Mauritiani, sententiae, quam posteriorem memorat *Matthaeus Dresserus* Oratione *de ordine, veritate & vsu in Historiarum lectione spectando*, sed triumphauit veritas, & qui acta eorum temporum vel leuiter inspexerit, de fide Sleidani, qui ob eandem in summis vitae periculis fuit, non dubitabit. Editum saepiuscule nobilissimum opus, in quibusdam Editionibus quoque ex bibliopolarum forte consilio mutationes factae. Praestantissimae editiones *Argentorati 1555.* in f. & 8. sumtu *Ribelii* factae, cumprimis vero illae quoad quotidianum vsum praestant, quae annotationes & remissiones marginales habent, ideo necessariae, cum per seriem annalium scripti hi Commentarii, ideoque narrationes negotii cuiusdam diuersis sub annis requirendae. Vernacula lingua prodiit ex versione & cum continuatione *Gotthardi Arthusii*, ad an. C. 1618. *Francofurti 1618. f.* & *Oseae Schadaei* Argentoratensis in cathedrali templo Diaconi, Supplemento, *Francofurti 1620. f.* qui sua fere ex *Thuano continuato*, in Francofurtana editione adiecto, desumsit. Sleidano iungendus omnino VITI LVDOVICI a SECKENDORF

DORF

DORF Equitis Franci & Consiliarii intimi Saxonici & Brandenburgici immortaliter meriti *Commentarius Historicus & Apologeticus de Lutheranismo* siue *de Reformatione Religionis*, *Ludouici Maimburgii* Iesuitae *Historiae Lutheranismi* Libris tribus oppositus, ex Archiuis Saxonicis maximam partem & tot scriptis coaeuis, quae ex parte fere perierunt, magna itidem integritate & prudentia deductus, vbi de rebus Caroli V. & consiliis, moribus itidem multae & has inter arcanae quandoque expositiones adnotatae, editus hic commentarius, *Lipsiae 1692. f.* In germanica versione, quam *Elias Frickius* curauit, *Lipsiae 1714. 4.* accesserunt quidem ad res religionis singulares quaedam narrationes, sed ea, quae huc faciunt, maiore ex parte fuere omissa, vt adeo Latina Editio princeps sit & fidem mereatur. Praeclarum Seckendorffianae Historiae Supplementum ex Archiuo Vinariensi parauit IOANNES IOACHIMVS MÜLLERVS *Historie von der Euangelischen Staende Protestation und Appellation wieder und von dem Reichs-Abschiede zu Speyer 1529. dann der darauf erfolgten Legation in Spanien; wie auch ferner dem zu Augspurg auf dem Reichstage 1530. übergebenen Glaubens-Bekentniß die Augspurgische Confession genannt, Ienae 1705. 4.* Ad Comitiorum Augustanorum an. 1530. historiam, quod ad res inprimis religionis varia singularia acta compilauit GEORGIVS COELESTINVS Ecclesiae Coloniensis in Marchia Praepositus Historia Comitiorum Anno 1530. Augustae celebratorum *Francofordiae cis Viadrum 1577. f. Quatuor Tomis* vno Volumine, qua praecipuas de religione deliberationes, consilia, postulata, responsa, pacis & concordiae media, pompas, inuestiturarum maxime, Epistolas caussam religionis concernentes, & tam Pontificiorum, quam Euangelicorum Scripta varia, exhibet. Magni non minus momenti in Caroli V. rebus germanicis exponendis vtilissima illa est Collectio, quam FRIDERICVS HORTLEDERVS, Consiliarius Vinariensis, magna cura adornauit, illustrauit obseruationibus & eruditis notulis atque inscripsit: *Handlungen und Ausschreiben von Vrsachen des Teutschen Kriegs, unter Carln V. im Iahr 1546. und 1547. Francofurti ad Moenum 1617. & 1618. f.* duobus spissis Voluminibus. Referunt ea apto ordine, publicos libellos in controuersiis eorum temporum a partibus expositos, quos multis adnotationibus historicis harum rerum peritissimus in luce posuit, varias Consultationes Theologorum, ICtorum & Politicorum de Reformatione, Concilio, Secularisatione Bonorum Ecclesiasticorum, Potestate & Iuribus Cæsaris, Subiectione & Officiis Ordinum, insunt de Bello Smalkaldico & inde exortis turbis variae consultationes, narrationes, multaque alia eorum temporum Acta publica, quumque libellos, in forma vt vocant, integros dedisset bona fide, eo stilo, licet quandoque acerbo satis, quo primum conscriptae fuerant, aegre tulit iteratam horum editionem Dux Brunsuicensis, vtque supprimeretur omnis ea compilatio postulabat, *Hortledero* institutum grauiter defendente, vti ex *Electis Iuris Publici*, *Ienae* in octauo editis, Tomo V. patet. Locupletior editio, in qua tamen acerbiora quaedam omissa, plurimae vero notae Hortlederianae & Acta quaedam accesserunt, curante genero ipsius *Zacharia Prüschenckio, Gothae 1645. f.* duobus itidem Voluminibus, edita est, coepta quoque Continuatio *Motus Grumbachianos* potissimum exhibens, quae tamen iussu publico inhibita, & quae iam prelo exierant, suppressa fuere. Ceteri *Belli Smalkaldici* scriptores, sed non ea fide sunt LVDOVICVS ab AVILA & *Zunniga* Militiae Alcantarensis Praefectus, de quo multum sibi gratulatus Caesar, quique nihil quod ad laudem eius pertinet praetermisit, sed Germanicae nationi infestus fuit *Commentariorum de Bello Germanico, a Carolo V. Caesare maximo gesto* Libris duobus, hispanice scriptis & latine redditis ac editis *Antwerpiae 1550. 8.* HIERONYMVS FALETVS de eodem Bello exposuit *Venetiis 1572. 8.* & LAMBERTVS HORTENSIVS, Montfortius, de *Bello Germanico Libris VII. Basileae 1560. 4.* qui & Tomo II. Schardiano illati; IOACHIMVS CAMERARIVS graece scripta *Narratione*, quae cum interpretatione *Simonis Stenii* Tomo II. *Freberiano* extat; IOANNES demum PEDIONEVS de *Bello Germanico* Libro carminico, *Ingolstadii 1547. 4.* Faciunt huc quoque NICOLAI MAMERANI Fecialis Caesarei *Catalogus Expeditionis rebellium Principum ac Ciuitatum Germaniae sub Ioanne Friderico & Philippo contra Carolum V. A. 1546. Coloniae 1550. 8.* Eiusdemque *Iter Caesaris ex inferiore Germania vsque Augustam Rhaeticam an. 1545 - 1547. Augustae Vindelicorum 1647. 8.* Belli *Magdeburgici Historiam* ab an. 1550. ad 1551. composuit SEBASTIANVS BESSELMEIER, quam Tomo II. Schardiano reperias. Praestat vero

HENRICI MERCKELII, Secretarii Ciuitatis, qui omnibus consiliis interfuit *Warhafftiger ausführlicher und gründlicher Bericht von der alten Stadt Magdeburg Belagerung* germanice *Magdeburgi 1587. 4.* quo libro sane multa singularia de Carolo V. inprimis de causis Abdicationis obseruauit. De *Bello Imperatori Carolo V. a Mauritio illato* erudita extat Disquisitio IOA. CHRISTOPHORI BARTENSTEINII, *Argentorati 1710. 4.* Qui ex immoderato religionis zelo Sleidani Commentariis, alios de *rebus in orbe gestis ab anno 1500. ad 1566.* opposuit LAVRENTIVS SVRIVS, *Coloniae 1566. 1574. 8.* editos, vel a suis pro mendace habitus fuit, & vix precibus & lacrymis censuram publicam auertere potuit. De *Historia abdicationis & renunciationis Imperii & regnorum a Carolo V. facta Anno 1553.* & electionis *Ferdinandi* rerumque, quae inter vtrumque gestae exposuit WILHELMVS GODELEVAEVS, qui & Tom. II. Schardiano extat. De *Morte Caroli V. Imperatoris Euangelica* collectam e variis auctoribus Dissertationem ad *Ioa. Adamum Osiandrum* scripsit IOANNES FRIDERICVS MATERVS, *Gryphiswaldiae* 4. editam. Quaedam de hoc obitu attigit GEORGIVS HENRICVS GOEZIVS Dissertatione de *Imperatoribus Romano-Germanicis, qui fidem Lutherano-Euangelicam morte confirmarunt, Dresdae & Lipsiae 1701. 4.* Virtutes & res Caroli V. doctorum virorum Orationibus quoque celebratae quales in SCHARDII *Orationum Funebrium* Tomo I. prostant, nimirum *Andreae Rapitii p. 256. Francisci Robortelli p. 144. Ioa. Baptistae Hadriani p. 270. Ludouici Madrucii p. 129. Pauli Fabricii p. 237.* cum multis doctissimorum virorum carminibus. *Anonymi* & *Ioannis Antonii Viperani* Laudationes Tomo III. *Freberiano* habes. *Anatolii* des *Barres, Immortalitas Caroli V. Louanii 1559. 12.* edita, atque a *Ludouico Dulci* italice expressa. Egregia & quae singulares aliquot de vita moribusque circumstantias refert est clarissimi historici DAVIDIS CHYTRAEI Oratio *de Carolo V. Imp.*, quae inter Orationes iunctim *Hanouiae 1614. 8.* editas prima est, & antea cum aliis de Ferdinando I. & Maximiliano II. *Wittebergae 1583. 8.* prodierat. IOANNIS MICHAELIS BRVTI Panegyricus *de rebus Caroli V. Antwerpiae 1558. 8.* & in Collectione *Schardii p. 190.* De Exequiarum *Caroli V. Imp. & Mariae Hungaricae* sororis solennibus *Augustae* habitis extat singularis Narratio *Augustae V. 1559. 4.* edita. GEORGII EDERI Oratio funebris pro *D. Carolo Romanorum Imperatore*, reperitur inter *Orationes funebres in morte Pontificum Imperatorum &c. Hanouiae 1613. 8. p. 241.* quae in Schardiana Collectione p. 215. extat. Licet autem omnes harum orationum in laudes Principum dictae fidem historicam non habeant, insunt tamen iisdem singulares quandoque circumstantiae, quas alibi haut reperias, qua de caussa eas omittere nolui.

§. LXXXVIII.

Scriptores de Ferdinando I. Imp.

FERDINANDI I. Imp. elegantem animi corporisque, qualis nempe aetate virili erat, nam feruidior eius iuuentus, descriptionem dedit AVGERIVS GISLENIVS BVSBEQVIVS, vir prudentissimus & Caesaris ad Aulam Turcicam legatus, *Epistola Itineraria Turcica IV.* p. m. 300. Edit. ap. Wechel. hered. in 8. Varias de rebus motibusque in Imperio, gubernante Ferdinando, ortis, Narrationes inprimis *Simonis Schardii Epitomen rerum gestarum sub Ferdinando I.* ab anno 1558. ad an. 1564. exquire supra f. *55. 56.* Tomo III. *Schardiano*. De *Ferdinando Caesare Archi-Duce Austriae* Oratio, quae DAVIDEM CHYTRAEVM auctorem habet, eiusque inter *Orationes p. 41.* comparet, a *Sigismundo* a *Sarah* vero recitata fuit, verae historiae laudem meretur. MICHAELIS CASPARIS LVNDORPII *Continuatio Sleidani ab anno 1555. vsque ad 1610*, Tomis Tribus *Francofurti 1619. 8.* edita, res quidem Imperii, Hungaricas & prouinciarum hereditariarum memorat, sed non ea accuratione, iudicio, prudentia, nec ea stili concinnitate, qua scripserat Sleidanus. Res bellicae in Hungaria, cumprimis aduersus Turcas patent ex MELCHIORIS SOITERI de VINDA *Belli Hungarici Libris II;* IO. MARTINI STELLAE *de Turcarum in Vngaria successibus An. 1543. & 1544;* WOLFFGANGI LAZII *rei contra Turcas An. 1556. gestae breui Descriptione;* BASILII IOA. HEROLDI *rerum contra Turcas a. 1556. gestarum historiola;* PETRI BIZARI *Bello Pannonico An.* 1556. quae Scripta omnia inter BONGARSII *Scriptores Rerum Hungaricarum* reperiuntur, quaedam eorum quoque *Tomo II.* Schardiano habentur. Res Ferdinandi I. exponere conati bini

exteri

exteri ALPHONSVS VLLOA *Vita di Ferdinando I. Venetia 1565 4.* & LVDOVICVS DOLCE *Vita di Ferdinando I. in Venegia 1568. 4.* sed in rebus Imperii & religionis ieiuni & parum accurati, copiosiores & fide magis digni *Sleidanus* & *Seckendorfius* iam laudati. Nescio, quae habeat scriptio IOANNIS IESSENII hoc titulo: *Progenies augusta diuorum Imperatorum Ferdinandi I. & Maximiliani II. Francofurti 1613. 8.* *Funebres* in Ferdinandum I. *Orationes* non omittendae, nimirum in excitata iam aliquoties *Schardiana* Collectione *Tomo I.* extant: *Iohannis Artopaei* Spirensis ICti, Friburgi Brisgoiae habita *p. 336*; *Francisci Forgatz* Episcopi Varadiensis, Caesarei Consiliarii, Viennae dicta *p. 349.* *Basilii Ioannis Heroldi* Caesaris, vt se nominat familiaris & Historici *p. 380.* qui & *pro rebus contra Turcam feliciter gestis* anno 1556. Panegyricum Ferdinando dixerat res eius ample commemorantem, quem inter *Orationes gratulatorias, Hanouiae 1613. 8.* iunctim editas, reperies.

§. LXXXIX.

Scriptores de Maximiliano II. Imp.

Res sub MAXIMILIANO II. Imp. mitissimi ingenii Principe, gestas, per *Epitomen* exhibere ab Anno 1565. ad Anni 1572. diem 21. Iulii conatus fuit SIMON SCHARDIVS, quae cum aliis Scriptoribus de rebus Imperii & Hungariae commemorantibus Tomo IV. *Schardiano* iam *p. 56.* indicatae. Tomo vero II. laudatae Schardianae Collectionis varia de Electione Maximiliani II. in Regem Romanorum Acta & Orationes gratulatoriae occurrunt, vide eas supra *p. 56.* quibus add. CHRISTOPHORI BRVNI de *Electione Maximiliani II.* gratulatio *Monachii* 1566. 12. *Motuum Grumbachianorum* Acta annis 1566. 1567. 4. edita, a curiosis adseruantur, nam eorundem Collectio, quam *Prüschenckius* in supplementum operis *Hortlederiani* moliebatur, vti iam obseruaui, fuit suppressa. HVBERTI LANGVETI *Historica Descriptio susceptae a Caesarea Maiestate executionis contra Sacri Romani Imperii rebelles eorumque Receptatorem: & captae vrbis Gothae, soloque aequati castri Grimmenstein, Anno Domini M. D. LXVII. XIII. April*, quae in 4. & 8. latine, & germanice in 4. singillatim edita fuerat, a *Schardio* quoque auctoris nomine haut indicato Tomo IV. illata, eam *Wilhelmus Ernestus Tenzelius* Supplementis reliquis Historiae Gothanae ab anno 1440 ad 1700. addidit, breuiterque de fatalibus his motibus commemorauit, quae *Supplementa* cum Praefatione summe venerabilis *Ernesti Salomonis Cypriani*, *Ienae 1716. 4.* prodierunt. Laudes optimi Caesaris, sed admixtis parum apte aliis, commemorauit BASILIVS IOANNES HEROLDVS, qui in excitatis *Orationibus gratulatoriis* p. 255. comparet. Melior & prudenter magis scripta DAVIDIS CHYTRAEI Oratio *de Maximiliano II. Imperatore Augusto*, dicta a *Ioanne Cyriaco* Barone a *Polheim & Wartenburg*, quae inter ceteras *Chytraei* Orationes p. 61. legitur. Culto stilo scripta PETRI VICTORII in *Maximilianum II. Caesarem mortuum*, Florentiae 1574. habita inter *Orationes Funebres*, Hanouiae 1613. 8. editas p. 391. IOANNIS IVSTINIANI *Commentariolum memorabilem facti Maximiliani Bohemiae regis, Basileae* 1554. 12. atque ALPHONSI VLLOA *Beschreibung des letzten Vngarischen Zugs Kayser Maximiliani II. wieder Solimannum, Basileae* 1568. 4. & IOANNIS HANTSCHMANNI *de Symbolo Maximiliani II. Dominus prouidebit* Libros II. *Lipsiae* 1591. 4. non vidi, annotare tamen aliorum fidem secutus, volui.

§. XC.

Scriptores de Rudolpho II. Imp.

Ingenium & mores RVDOLPHI II. Imp. magna libertate delineauit DANIEL EREMITA, *Itinere Germanico*, quod primum *Statui particulari regiminis Ferdinandi II. Imp.* in Belgio 1637. in 24. excuso, inde *Opusculis* eius *variis* cum Praefatione *Ioannis Georgii Graevii*, *Vltraiecti 1701.* 8. editis, accessit: Eosdem mores & res Imperii exhibuit Dissertatione Academica IMMANVEL WEBERVS *de Rudolpho II. Rom. Imp. Giessae* 1707. 4. Opusculum non magni momenti est ABRAHAMI HOSMANNI *Klag- und Trauer-Schreiben wegen toedlichen Abtritts Roemisch-Kayserlicher Maiestaet Rudolphi II. Lipsiae* 1612. 4. AVBERTI MIRAEI *Laudatio funebris Rudolphi II. Imp. Aug.* in Orationibus Funebribus *Hanouianis* p. 516. extat. *Codicem Epistolarum Rudolphi II.* in Syntagmate Rerum Germanicarum promisit quidem *Lambecius*, sed non dedit. *Augerii Gislenii Busbequii Epistolae*, quas Legatus in Aulam Gallicam ad Rudolphum II. scripsit, exhibentur in

Editione

Editione Operum *Busbequii Elzeuiriana, Lugduni Batauorum* 1634. in 24. vt & in *Lipsiensi*, quae in 12. prodiit.

§. XCI.

Scriptores de Matthia & Ferdinando II. Impp.

Ad res MATTHIAE Imp. enarrandas faciunt Liber inscriptus: *Actus Electionis & Coronationis Matthiae atque Annae Austriacae, Francofurti ad Moenum 1612.* 4. editus, & BERNHARDI PRAETORII de *electione & coronatione Matthiae Imp.* Commentarius *Noribergae 1617. 4.* atque IESSENII Coronatio *Matthiae Regis Hungariae, Hamburgi 1609. 4.* Selecta est *Sylloge Rerum praecipuarum tempore Matthiae Caesaris in Europa,* (Germania maxime) *gestarum* forma Dissertationis exhibita ab IMMANVELE WEBERO, *Giessae 1701. 4.* quae *ibid.* 1721. recusa. Laudauit eum mortuum insigni Oratione PETRVS VICTORIVS, quae *Florentiae 1619. 4* edita. Sub hoc Imperatore non grauissimae solum controuersiae in Germania iam sub Rudolpho II. fratre motae, fuere continuatae, sed turbae quoque fatales *Bohemicae* exortae, *quarum gratia tantus,* eruditissimi *Christiani Gryphii* verbis scribo, *Schediasmatum, dissertationum, narrationum & satyrarum prodiit cumulus, vt vel Anthaeus, aut Enceladus quidam sub eorum onere ingemiscat.* Vir autem ille doctissimus, qui Bibliothecae *Logauianae* in argumento historico instructissimae, Vinariam postea translatae, praeerat, praecipuos & lectu maxime dignos, sine odio & gratia indicauit & recensuit, in laborioso *Apparatu,* siue *Dissertatione Isagogica de Scriptoribus Historiam Seculi XVII. illustrantibus,* quae *Lipsiae 1710. 8.* edita fuit *Capite II.* §. *X. p. 88. seqq.* & §. *XI. p. 97. seqq.* Proposuerat sibi *Fridericus Hortlederus* de motibus Bohemicis amplam Collectionem, qua de caussa omnia, quae haberi poterant, conquisiuit diligenter, quae collectanea in illustris viri *Ioannis Ludouici Zollmanni,* Consiliarii Saxonici Ducalis intimi, Bibliotheca vidi. Multa quidem in MICHAELIS CASPARIS LVNDORPII *Acta publica* idiomate potissimum germanico, *Francofurti ad Moenum 1622. 1623.* apud *Iohannem Fridericum Weiß IV. Tomis,* vno volumine in 4. illata fuere, sed plura acerbioris maxime stili & argumenti ibi vix reperias, nec in iteratis & spissioribus voluminibus laudatae Collectionis, quae recensentur cum suis Continuationibus *Bibliothecae Iuris Selectae* Struuianae *Cap. XIV.* § *VII. p.* 558. Hic tamen non omittendum ex actis stilo historico, sed non accurato & iudicioso scriptum eiusdem LVNDORPII *Bellum Sexennale Ciuile Germanicum siue Annalium & Commentariorum historicorum nostri temporis de Statu Religionis & Reipublicae* Libri III. ab A. C. 1617. ad an. 1623. *Francofurti 1623. 4.* an ab eo diuersum sit eiusdem Viri, quod excitatur scriptum hoc titulo: *De Belli Bohemo-Germanici initio, causa & progressu, cum Actis publicis, Francofurti 1621. 4.* adfirmare haut possum, vltimum enim non vidi. Ceteros huius Belli, Scriptoribus Germanici, quod sub Ferdinando II. flagrauit, iungam.

FERDINANDI II. Imperium, consilia, bella, multi Scriptores illustrarunt, ex quibus tamen omnes dare instituti huius ratio non permittit. De ipsius *parentela, electione & coronatione in Regem Romanorum* Libros III. composuit IOANNES FRIDERICVS MATENESIVS *Coloniae* 1621. 4. Virtutes obseruauit, qui a sacris confessionibus fuit socius Iesu GVILIELMVS LAMORMAINVS, *Viennae* mox post obitum Augusti, germanice 1637. 4. libello edito *Virtutes Ferdinandi II.* inscripto, qui recusus latine *Coloniae 1639. 24.* & iterum *ibid. 1658.* cum inscriptione *Idea Principis Christiani*; & *hispanice Madriti* 1640. Hispanus *anonymus* patrio sermone *Formam Austriacam* seu Vitam *Ferdinandi II. Barcinone 1648.* in 8. edidit. Sed haec minoris momenti. Maiori apparatu conditi a viro rerum Ferdinandi II. peritissimo & Legationibus maxime Hispanicis adhibito FRANCISCO CHRISTOPHORO Comite KHEVENHVLLER, *Annales Ferdinandei* ab Anno 1598. ad An. 1639. compositi, iisque qua erat prudentia non tantum ea, quae ad vitam & imperium Caesaris facere videbantur, sed & de grauissimis negotiis habitas consultationes, instructiones, vitas illustrium personarum, maxime Domus Austriacae administrorum & belli ducum, & nobilem historiae vniuersalis Europeae eius aeui partem intulit. Expressa formis primum ob arcanas res, quae tum hoc opere continebantur pauca exempla, multi 40 tantum impressa volunt, alii & hunc numerum minuunt. Tomi IX. *Ratisbonae* partim *Viennae* impressa IX. vero non fuit plene absolutus; *Tres* vero *Tomi* MSCti cum in heredum manibus,

manibus, tum in Caesarea Bibliotheca, cum cura adseruati. De raritate horum *Tomorum*, oeconomia, pretio & fatis exemplarium quorundam videantur *Acta Eruditorum*, quae germanico stilo *Lipsiae* edita, *P. XV. p. 185.* & *Ioachimi Friderici Felleri* Monumenta varia inedita *Trimestri I. p. 37.* Cum nulla fere rarissimi sane operis edendi spes esse videretur, expleuit praeter opinionem eandem, venia impetrata, *Weidemannus* Bibliopola Lipsiensis percelebris nominis, atque impressos *IX.* & *tres* manu exaratos, splendide procuratos typis dedit, hoc elogio: *Annales Ferdinandei, oder wahrhaffte Beschreibung Kayser Ferdinandi II. Thaten* XII. Tomis, *Lipsiae 1721. 1726.* siue X. Voluminibus, cum multis figuris aeneis maxime imaginibus illustrium virorum & foeminarum. De gestis bellicis Bohemo-Germanicis, arcte connexis, intermixtis tamen rebus ciuilibus sequentes commemorarunt. Ad *Bellum Bohemicum* maxime faciunt ANDREAE ab HABERNFELD, auctoris personati *Bellum Bohemicum, Lugduni Batauorum 1646. 24.* Austriacis addictus AVBERTVS MIRAEVS *Historia Belli Bohemici, Lugd. Bat. 1621. 12.* & cum auctuario *Coloniae 1622. 8.* cui adiungendus NICOLAVS BELLVS *im Oesterreichischen Lorbeer-Krantz*, Libris XII. ab anno 1617. ad an. 1627. qui *Francofurti ad Moenum* 1627. *f.* sermone patrio & latino editus cum multis figuris. Edita, ni fallor, antea haec Laurea Austriaca, erat sub titulo: NICOLAI BELLI *Historische Beschreibung aller denckwürdigen Sachen unter der Regierung der Kayser Matthiae und Ferdinandi II. von 1617. bis 1625*, *Franckfurt* 1625. *f.* quae inde continuata fuit hoc elogio: *Belli, Kriegs- und Friedens-Handlung Ferdinandi II. und III. von 1619. bis 1640*, insertis variis Actis publicis, *Francofurti 1640. f.* Prodiit & minori forma & compendio quasi NICOLAI BELLI *Kayserlicher Triumph-Wagen und Victoria*, & in ipso textu inscriptionem habet: *Teutscher Nation und Kriegs Helden-Buch*, & res bellicas maxime ab anno 1617. ad an. 1631. refert, *Francofurti ad Moenum* 1632. *4.* Bibliopolae enim cum res nouae essent varios titulos & formas huiuscemodi historicis relationibus dederunt. Bohemicas & Germanicas res spissis voluminibus complexus IOANNES PETRVS LOTICHIVS *de rebus Germanicis ab anno* 1617. *ad an.* 1643. inscriptis, sed iudicibus magnis viris parum apte & prudenter sunt exarata, prodierunt cum figuris aeneis, quae tamen & aliis huius argumenti insertae, *Francofurti* Tomus I. *1646.* Tomus II. *1650. f.* Amplis his voluminibus praefero minutulum libellum, sed magno iudicio & singulari libertate scriptum, quem PAPPO, Canonico Constantiensi, tribuunt, inscriptum: *Epitome Rerum Germanicarum ab Anno MDCXVII. ad Annum MDCXLIV. gestarum.* Anno Christi 1644. sine loci mentione in *24.* editum. Adiungenda ob singulares narrationes omnino *Ambassade des Messieurs le Duc de Angoulesme & de Chateauneuf, avec les Observations Politiques de Mr. de Bethune, Paris* 1667. *f.* liber certe egregius, ex quo patet, quibus consiliis & artibus administri hi ad Ferdinandum II. Imp. & Principes Germaniae missi, Principes Vnioni Euangelicae addictos distraxerint, Pactumque Vlmense Friderico V. Palatino & Bohemis fatale, procurauerint. Iam ii commemorandi, qui *Belli* per omnem Germaniam gesti, coniunctorumque negotiorum politicorum commentarios scripserunt, probe secundum partes, quibus fuere addicti, secernendi. E Caesaris & Pontificiorum partibus sunt EVERHARDVS WASSENBERGIVS, Embricensis, cuius *Florus Germanicus de Bello inter Imperatores Ferdinandos II. & III. & eorum hostes gesto, ab anno* 1617. *ad annum* 1640. *Francofurti* 1640. 12. & alibi editus, vulgaria saltim refert odioque totus in Protestantes flagrat, vix hic laudandus, ni germanica eius versio *Francofurti* vel potius in Belgio *Amstelodami* 1647. 12. edita fuisset, quae tamen perrara est, cui *Ludouici Furstenbergii* Comitis, insignis belli Ducis inter Caesareanos, notae & animaduersiones accesserunt, qui maximis rebus adhibitus fuit, & plerasque res, testis oculatus, commemorat, qua de caussa *Gryphius* l. c. Cimelii instar librum hunc habendum, putat. PETRVS BAPTISTA BVRGVS *de Bello Suecico Commentariorum* Libros Tres ab anno 1618. ad a. 1632. scripsit candide, & cordate de virtutibus, hostium inprimis Gustaui Adolphi iudicans, editi sunt *Leodii* 1633. 4. & iterum ibid. 1643. 12. cum iconibus satis venustis, video & annotatam editionem *Coloniensem* 1644. 12. & translationem gallicam, *Parisiis* 1653. 8. editam, cuius auctor de *Maucroy* appellatur. IOSEPHI RICCII, Itali, Canonici regularis, *de Bellis Germanicis ab anno* 1618. *ad an.* 1648. Libri X. verbis magis quam rerum prudenti & fide digna expositione se legentibus commendant inque notitia Status Germanici parum versatus fuit,

prodiere *Venetiis* 1649. 4. IACOBI DAMIANI *Bellum Germanicum*, *Duaci* 1648. 4. editum nunquam legi. Non adeo magni est momenti, a multis quidem laudata SIGISMVNDI FREYBERGERI, vel quisquis ille sit, *Germania perturbata & restaurata*, patrio stilo exposita V. Partibus *Francofurti 1650. 1653. 4. 2. Voll.* Ex Italis sequentes Bellum illud ferale, descripserunt, suosque commentarios variis meditationibus politicis ornarunt, nimirum: PIETRO POMO *de' Saggi d' Historia, overo Guerre di Germania dall' Invasione del Re di Svetia sino alla morte di Wallestein*, Venetia *1640. 4.* PAGANINO GAVDENTIO *le Singolarita delle Gverre di Germania*, Fiorenza *1640. 4.* MAIOLINO BISACCIONI *Memorie historiche della Mossa d' Armi di Gustavo Adolfo in Germania nel l' anno 1630*, Venetia 1642. 4. GALEAZZO GVALDO *Historia delle Guerre di Ferdinando II. & Ferdinando III. dall' anno 1630. fin all' anno 1636.* Venetia 1646. 4. & ALESSANDRO de NORIS *Guerre di Germania dall A. 1618. fino alla Pace di Lubeca*, Bologna 1640. 4. in ipsa tamen rerum bellicarum & politicarum expositione, rei Germanicae non satis periti, impingere solent. Vitae & fatorum *Wallensteinii* insignis imperatoris commemoratio magnam belli huius partem complectitur, cuius res exposuit GALEAZZO GVALDO *Historia della Vita d' Alberto Valstain Duca di Fridland*, *Lione 1643. 4.* cuius Libri translationem latinam fecit *Iosuas Arndius*, adiectam vt plurimum Ducis *Robanei*, *Trutinae Statuum Europae*, quae ex ipsius interpretatione latina *Rostochii 1668. 8.* lucem vidit. Ex Protestantibus, singulari prudentia ac stili grauitate Bellum & nexas actionibus militaribus res exposuit, qui alias sub *Hyppolithi* a *Lapide* larua latet, Christinae Suecorum Reginae germanicus Historiographus BOGISLAFF PHILIPPVS a CHEMNIZ, qui *Historiam belli a Gustauo Adolpho gesti Königlichen Schwedischen in Teutschland geführten Krieg* duobus voluminibus, descriptam dedit. Volumen primum germanico idiomate *Stetini 1648. f.* lucem vidit, *eodemque anno* latine ab auctore conuersum, prodiit; *alterum*, quod ex *Axelii Oxenstiernae* rerum Suecicarum viuo & mortuo Rege in Germania arbitri, commentariis desumtum, *Holmiae 1653. f.* nitide excusum & ad annum 1636. vsque Suecorum res memorat, primum & rerum grauitate & stili nitore vincit & non semper est obuium. Reliqua Historiae huius Chemnitianae volumina formis non fuere expressa, sed in Archiuo regio adseruata, visa sine dubio & tractata cum ceteris egregiis subsidiis a SAMVELE PVFENDORFIO, qui vere pragmaticos *Commentariorum de rebus Suecicis* Libros XXVI. magna prudentia concinnauit, ab expeditione Gustaui Adolfi Regis in Germaniam ad abdicationem vsque Christinae, iisdemque & Belli & Pacis Westfalicae Historiam complexus, quod opus quoad elaborationis diligentiam cetera Pufendorfiana historici argumenti opera vincit, editum *Vltraiecti 1686. f.* & recusum Francofurti *f.* vtraque editio a mendis typographicis non libera. Versio germanica parum diligenter & venuste est facta. Magni Herois *Bernhardi*, Ducis Saxo Vinariensis, res gestas consignarunt MATTHAEVS LVNGWITIVS, germanico stilo *Lipsiae 1634. 4.* & GEORGIVS ENGELSÜSS, Concionator Castrensis, opusculo: *Weimarischer Feldzug Herzog Bernhards, Francofurti 1648. 8.* *Bernhardum* quoque *Magnum* breui Dissertatione historica proposuit IOANNES CHRISTIANVS LINCK, *Ienae 1672. 4.* Sed hae scriptiones non respondent magnitudini rerum gestarum *Bernhardi*. Singularia magis promunt *Aduersaria* illa *Historica*, *quibus Bernhardi Magni Ducis Saxoniae Vinariensis vita & Germanici Suecorum Belli funestissima Periodus illustrantur*, quae ex Tabulario Gothano edidit summe venerabilis ERNESTVS SALOMO CYPRIANVS, *Gothae 1729. f.* Consecrationi Ernesti Pii a Serenissimo Friderico II. Gothano, peractae addita. Copiosas, saepe tamen contrarias narrationes rerum Belli huius funesti, cuius tot Scriptores vsque huc indicaui, dant THEATRI, si ornatum externum spectes, satis splendidi EVROPAEI Tomi, qui ad annos fatalis huius tempestatis pertinent. Vastae huius farraginis, cuius ab a. 1617. *XIX.* Tomi f. elegantissimis *Matthaei Meriani* figuris aeneis cumprimis priores exornati, prostant, varii fuere collectores, dispar inde elaboratio. *Primus* Tomus, qui a *Iohanne Philippo Abelino* editus, sua laude non caret, iudice *Gryphio*; sic *Tomum II.* cuius auctor *Ioa. Georgius Schlederus* plane contemnendum esse negat; Ast in *Tomo III.* editoribus haerere aquam putat, & *Tomum V.* tam malum esse, vt annalibus Volusianis merito comparari possit, ex nunciis hebdomadariis vel nouellis tam inepte contextus, vt saepe repugnantia statuat. Nec a reliquis est, quod multum tibi boni

boni promittas, cum vt plurimum ex relationibus, vt appellant, semestralibus Francofurtensium & Lipsiensium consarcinati sint. Excipiendi tamen Tomi recentiores XVI. XVII. XVIII. XIX. quos maxime reuerendus *Schneiderus*, Pastor tum Laubacensium primarius, compilauit, qui ad quaedam volumina adornanda insignia subsidia accepit ex apparatu actorum illustrissimi Comitis FRIDERICI ERNESTI de SOLMS, Camerae Praesidis, qui, dum viueret, & iustitiae stator & literarum promotor erat. Amplissimae huic collectioni, subiungimus binos libellos, ex quibus singulares multarum sub imperio *Ferdinandi II.* momentosarum rerum circumstantiae patent. CAROLI scilicet CARAFAE, Episcopi Auersani, Nuncii Apostolici in Aula Ferdinandi II. *Germaniam Sacram restauratam*, quae a Carafa ipso ad annum 1629. est continuata. *Prima* Editio, si verbis crederes *Coloniae Agrippinae* apud *Cornelium* ab *Egmond*, *1639. 8.* procurata, vere, nitidissimis typis Batauis excusa, *altera* vero *Francofurti 1641. 12.* rudioribus quidem & oculo ingratis literis excusa, sed addita est *p. 405.* Continuatio, nescio quo auctore, quam *Partem Secundam* appellant vsque ad annum *1641.* Certe, hic Carafae liber dignus est, qui cum cura legatur, multa enim arcana consilia, quorum erat particeps, aperuit, hinc parum gratiae apud Pontificios iniit, quorum multi operam dederunt, vt supprimeretur; Alter libellus non vbiuis obuius, inscribitur: *Status peculiaris Regiminis Ferdinandi II.* editus in Belgio *1632.* forma *24.* vt rebuspublicis *Elzeuirianis* iungi posset. Quae *Ferdinandum II.* inter & Ioannem Georgium I. Saxoniae Electorem *Pragae 1635.* facta est *Pax*, magnis motibus & variis scriptis occasionem dedit, quae inter acerbe quidem, erudite tamen scripta auctore IVSTO ASTERIO s. *Ioanne Stella, Deploratio Pacis Germanicae*, siue *Dissertatio de Pace Pragensi tam infauste quam iniuste inita Pragae* Bohemorum, *iuxta exemplar Lutetiae Parisiorum*, vt titulus vult, excusa *1636. 4.* alios de hac *Pace* vide in *Bibliotheca Iuris Selecta* Struuiana *Cap. XIV. §. XXV. p. 603.* Breuiter res Ferdinandi II. complexus Dissertatione Academica IMMANVEL WEBERVS *Sylloge rerum tempore Ferdinandi II. in Europa gestarum, Giessae 1713. 4.* *Funebres* & Panegyricae *Orationes* plures in *Ferdinandum II.* habitae, ex quibus notamus IOANNIS HAFFENECKERI Orationem Parentalem *in exequiis Ferdinandi II. Linzii 1637. 4.* AVGVSTINI MASCARDI *Romae 1637. 4.* FERDINANDI MONTEGNANAE *Graecii 1636. 4.* & SYLVESTRI PETRA SANCTA *Romae 1637. 4.*

§. XCII.

Res bellicas & imperii FERDINANDI III. Imperatoris ex parte memorarunt laudati §. sup. Scriptores. *Pro electione eius in Regem Romanorum Ferdinandi III.* Discursum dixit ALEXANDER MACCHVS, *Mediolani 1637. 4.* Electioni ipsi acriter se opponebant Galli, a quibus auctore IVSTO ASTERIO siue *Ioanne Stella*, qui Residens Gallicus Argentorati erat, elegans sed acerbum nimis editum: *Examen Comitiorum Ratisbonensium* siue *Disquisitio Politica de nupera Electione nouissimi Regis Romanorum*, iuxta exemplar *Hanouiae 1637. 4.* cui respondit PETRVS OSTERMANNVS *legitima corona Ferdinando III. Ratisbonae imposita, seu Examine Comitiorum Ratisbonae 1640. 4.* Multi nominis apud Italos scriptor Comes GALEATIVS GVALDVS, (Galeazzo Gualdo) culto patrio stilo res praecipuas Ferdinandi III. Imp. commemorauit, *Historia di Ferdinando III.* Vienna *1672. f.* cum aeneis figuris. EBERHARDVS WASSENBERGIVS Panegyricum ad Ferdinandum III. *de Pace & Bello* dedit *Coloniae 1647. 12.* AEternam memoriam Ferdinando conciliauit *Pax Westphalica*, Palladium Germaniae, cuius *Historiam* primus dedit TOBIAS PFANNERVS, Consiliarius Saxonicus, multo iudicio, sed non ea quam multi desiderant stili perspicuitate, quae primum, & iterata quoque Editione, sine ipsius nomine prodiit, in *tertia* vero, quae *Gothae* 1697. *8.* est edita & insigne augmentum Historiae octaui Electoratus accepit, fuit illud expressum. Adiungendii *Commentarii* de rebus Suecicis *Pufendorfiani*, & Pseudonymi ADAM ADAMI, qui Pontificii scriptoris personam sumsit *Arcana Pacis VVestphalicae, Francofurti* 1698. *4.* & *Relationis* titulo 1707. 4. edita. Grauissimas Caussas Comitiorum annis 1652. 1653. 1654. habitorum, vbi inprimis reseruatae in Tractatione Westphalica causae acerrime disputatae fuerunt, multo iudicio & acumine instituta ex Actis narratione, exposuit idem quem supra laudauimus PFANNERVS *Ienae 1694.* 8. Inter Funebres *Ferdinando III.* habitas Orationes cognitae mihi ARNOLDI ANGELI *Oratio*

Scriptores de Ferdinando III. Imp.

tio in obitum Ferdinandi *III. Pragae* 1657. 4. & MAXIMILIANI REICHENBERGERI *Orationes in Ferdinandi III. & IV. obitum, Pragae* 1657. 4.

§. XCIII.

Scriptores de Leopoldo I. Imp.

LEOPOLDI I. Imp. Acta Electionis IOANNES AVGVSTINVS PASTORIVS compilauit opusculo, cui titulum dedit *Laurus Actorum Publicorum Annis 1657. & 1658. emissorum, Electionem Leopoldi I. praecipue spectantium, Francofurti 1658. 4.* quo maxime Acta circa Capitulationem Leopoldinam insunt, & alio, quod inscripsit: *Theatrum Electionis & Coronationis Romano-Caesareae, oder Roemischer Adler, aus der A. B. gezogen, Francof. 1657. 4.* Sunt tamen haec omnia illata Tomis *Actorum Londorpianorum*, qui ad haec tempora faciunt. Alia Acta Publica, imperante *Leopoldo I.* edita eiusdemque res illustrantia idem *Pastorius* alia forma ab Anno 1658. ad 59. dedit sub elogio: *Europaeischer Neuer Teutscher Florus*, cuius Tomus I. *Francofurti 1659. 12.* prodiit, quem secutae fuerunt *quatuor* Continuationes & quidem *quarta Francofurti 1661. 12.* edita, secuta quoque *Flori* huius *Continuatio Actorum Publicorum vom Augusto 1658. bis 1659. Ratisbonae & Francofurti 1659. 12.* Copiosiorem Actorum sub Leopoldo cum in Imperio tum reliqua Europa editorum Apparatum habemus in Collectione illa insigni, quae DIARIVM EVROPAEVM appellatur, cuius primus Compilator PHILEMERVS IRENICVS ELISIVS, siue MARTINVS METERVS. Pars Prima *Diarii Europaei* elogio Francofurti *1659. 4.* est edita, quam secuta Continuatio I. *1659. 4.* & hanc plures aliae vel singulis semestribus vel annuo spatio elapso, promulgatae. Noua Periodus quasi huius Diarii cum Tomo XXX. coepit, quae ad Annum 1681. & Tomum XLV. qui vltimus est, fuit continuata, & XXXV. Volumina efficit. Sistit compilatio haec historicam narrationem rerum per Germaniam & Europam gestarum, quae maximam partem ex relationibus hebdomadariis consarcinata & saepe ieiuna est, sed addita singulis Tomis sunt horum temporum Acta cum Germaniae Ordinum controuersias tum omnis Europae negotia belli pacisque concernentia, quae sane pretium operi conciliarunt & recensentur in *Catalogo Bibliothecae Menckenianae* Edit. II. *p. 263. seqq.* Facit huc quoque IOANNIS CHRISTIANI LÜNIGII *Sylloge Publicorum Negotiorum* edita *Francofurti 1694. 4.* quae varia Germaniae & Europae sub Imperio Leopoldi, edita latino sermone acta, ab An. *1674.* ad *1694.* exhibet, & *Continuatione ac Supplemento, Francofurti 1702. 4.* ab *An. 1674. ad 1697.* Sunt & in *Monathlichen Staats-Spiegel*, seu Collectione Actorum Publicorum, quae *Augustae Vindelicorum* ab Anno *1698.* ad *1709. 8.* XI. Voluminibus prodiit, atque in ANTONII FABRI *Europaeischen Staats-Cantzley* Tomis *Nouem* prioribus egregia monimenta ad res Leopoldi, de quibus Collectionibus exponit copiose *Bibliotheca Iuris Selecta* Struuiana *Cap. XIV. §. VIII. p. 562. seq.*

Stilo vero historico res gestas *Leopoldi* exposuerunt Comes GALEATIVS GVALDVS, Prioratus, cuius *Historia di Leopoldo Caesare*, Tribus Tomis prodiit in *Vienna 1670. 1674. f.* 3. Voll. cum multis figuris aeneis, & raro inuenitur, qui non parcus fuit in meritis Leopoldi laudibus. Ex hoc opere amplo breuem rerum maxime memorandarum Leopoldi ad ann. *1670.* vsque stilo compto fecit epitomen, historiogragraphus Caesareus IOANNES BAPTISTA COMAZZI *Istoria di Leopoldo I. Imperadore, Vienna 1689. 1697. 8.* quae & germanice prodiit *Augustae Vindelicorum 1690. 8.* ANONYMVS, vir doctus & multis notitiis instructus, qui sub literis *D. M. G. P.* latere voluit, hispanico sermone exarauit opus inscriptum: *Historia de la vida y hechos del Emperador Leopoldo Primero* tribus Tomis *Mediolani 1696. f.* & *Amberes 1716. f.* cum aeneis figuris, atque ab iis, qui legerunt, laudatur ob singulares rerum gestarum, quas auctor recenset, circumstantias. *Anglus* quoque ANONYMVS patrio sermone composuit *the Life of Leopold late Emperor of Germany, Londini 1706. 8.* in quo ordo laudandus & admixta quaedam singularia, quem stilo germanico culto exhibuit, quos admiserat maxime in nominibus personarum & locorum errores emendauit, in multis suppleuit & continuauit celeberrimi vir nominis IOANNES BVRCHARDVS MENCKENIVS, qui inde *Leben und Thaten Kaeysers Leopold des Ersten, Lipsiae 1710. 8.* dedit. CAROLI IOSEPHI MARIAE REINA *Vita & Imperio di Leopoldo I. Mediolani 1710. 8.* eleganti compendio exhibita. Lectu amoenissima, & scribendi genere nitido exarata, multisque singularibus de aula Viennensi referta est

est ea Leopoldi Vita, quam EVCHARIVS GOTTLIEB RINCK, Professor in Academia Altorfina celeberrimus, adornauit, quae in IV. Partes distributa & edita sub Titulo: *Leopolds des Grossen Roemischen Kaysers wunderwürdiges Leben und Thaten, Coloniae* siue potius *Lipsiae 1708. 8.* & ex iterata & auctiore editione *1713. 8. 2 Voll.* licet seueriores quidam censores omissa quaedam velint, quae ad res magni Caesaris facere minime videntur. Grauis & accurati historici laudem, duplicem licet censuram expertus, meretur FRANCISCVS WAGNER *Historia Leopoldi Magni Caesaris Augusti*, cuius Pars Prima *Augustae Vindelicorum 1719. f.* sed res tantum ad annum vsque 1686. memorat, quorum Commentariorum continuationem desideramus. Magnam Imperii Leopoldini partem illustrant SAMVELIS de PVFENDORF *Res gestae Friderici Wilhelmi Magni Electoris Brandenburgici, Berolini 1695. f.* editae, ex Archiuis petitae & tot arcanis narrationibus refertae. Historiam Legationis Caesareae post Pacem Visuariensem in Aulam Ottomannicam 1665. missae, sub inscriptione: *Caesareae Legationis Walteri Comitis de Leslie*, exposuit PAVLVS TAFFERNER S. I. Oratoris Capellanus *Viennae 1672. 8.* *Belli* vltimi *Turcici* imperante Leopoldo mutationes eleganter exposuit Italus CAMILLVS CONTARINVS *Istoria della Guerra di Leopoldo I. Imp. e de' Principi collegati contro il Turco dall A. 1683. sino alla Pace, Venetiis 1710. 4.* duobus Tomis. Cuius adiungendi *Annali delle guerre d' Europa per la Monarchia delle Spagne*, cuius *Pars Prima* prodiit *Venetiis 1720. 4.* Religiosissimae Coniugis Augustae, vita & virtutes scripto propositae ab anonymo Societatis Iesu Presbytero, germanico sermone: *Leben und Tugenden Eleonorae Magdalenae Theresiae Roemischen Kayserin, VVien 1721. 8.* quae & italice legitur: *Vita dall' Imperadrice Leonora Magdalena Theresa, Lucca 1722. 8.* & gallice: *La vie de l' Imperatrice Eleonore mere de l' Empereur regnant, dediée a l' Infante Reine, a Paris 1723. 12.*

§. XCIV.

IOSEPHI I. cuius breue Imperium fortunatum fuit, Solemnitates Electionis & Coronationis in Regem Romanorum a. 1690. C. L. THVCELIVS siue *Ioannes Christophorus Leuchtius*, sub titulo: *Austria S. R. Imperii Coniux*, germanico stilo descripsit, *Augustae Vindelicorum 1690. f.* cum figuris aeneis, & SIGISMVNDVS SCHMIDT, s. *Ferrarius*, im *eroeffneten Teutschen Audienz-Saal, darinnen die gebraeuchlichsten Curialien und Ceremonien enthalten sind, welche bey Kaeys. und Koenigl. VVahl und Croenungs-Solennitaeten beobachtet zu werden pflegen, absonderlich was bey der VVahl und Croenung der Roemischen Kaeyserin und Roemischen Koenigs Eleonorae und Iosephi allen Vmstaenden nach vorgegangen, Francofurti & Lipsiae 1697. 4.* Ante hanc electionem Corona Hungarica redimitus fuerat *Iosephus*, quem ritum scita narratione exposuit Comes IOANNES BAPTISTA COMAZZI *Coronazione del Rè dell Vngaria Giuseppe* Vienna *1697. 8.* Acta Publica sub Iosepho I. edita in recentissimis harum Collectionibus *Fabri* Cancellaria Imperii, *Electis Iuris Publici* hic Ienae *XX.* in *8.* Tomis ad an. *1709.* ad *1724.* editis reperiuntur. Binae eodem tempore, germanico sermone editae, de vita rebusque Iosephi Narrationes, prima est, cuius auctorem se profitetur edito Scriptorum Catalogo IOANNES EHRENFRIED ZSCHACKWITZIVS atque inscribitur: *Leben und Thaten Iosephi I. Lipsiae 1712. 8.* Apparatus est actorum variorum, ad res Imperii Iosephinas, obseruationibus quibusdam illustratorum; Alteram *Iosephs des Sieghafften Roem. Kaeysers Leben und Thaten*, duabus Partibus *Coloniae* siue potius *Lipsiae 1712. 8.* debemus celeberrimo Viro EVCHARIO GOTTLIEB RINCKIO, qui de educatione, animi corporisque dotibus Augusti, in primis singularia quaedam obseruauit. Conf. *Bücher- und Staats-Cabinet*, Halae editum, vbi & vita Augusti strictim exhibita. Augusta iura sua contra *Clementem XI. P. R.* quem aduersum sibi maxime expertus, magno animo defendit Iosephus, ad quas concertationes illustrandas pertinent prudenter & grauiter scriptae: *Remarques nouvelles sur le Bref de Sa Sainteté a S. Maj. l' Imperatrice Mere, & sur l' explication qu'on y a donne a Rome*, Franckfort 1713. 8. & pio magis animo quam erudite exarata IOANNIS WOLFFGANGI IAEGERI *Defensio Imperatoris Iosephi contra Curiae Romanae Bullas, Tubingae* 1709. 4. Addantur Scripta in caussa Comacliensi controuersa, quae *Bibliotheca Iuris Selecta* Struuiana *Cap. XIV.* §. *LI. p. 679.* recensentur.

Scriptores de Iosepho I. Imp.

§. XCV.

Scriptores de Carolo VI. Imp.

Magnitudo rerum CAROLI VI. Imp. constanter, fortiter, iuste prudenterque gestarum, scriptorem poscit antiquis parem, cuiusque labor omnem aetatem ferre possit. Celebrantur quidem res fortunatissimi & summa auctoritate administrati imperii bonorum omnium ore, pauciores tamen augustae virtutes habuere laudatores, nam plures rerum grauitas deterruit & subsidiorum defectus, quae ex parte in Archiuis latent. De fortunata Electione & Coronatione, Francofurti 1711. peracta memorat: *Vollstaendiges Diarium, alles dessen, was vor, in und nach denen hoechst ansehnlichen VVahl- und Croenungs - Solennitaeten Caroli VI. sowohl im gantzen Roemischen Reich, als auch in der freyen Reichs - und VVahl-Stadt Franckfurt am Mayn vom Anfang bis zum Ende passiret ist, Franckfurt am Mayn 1712. f.* huius *Diarii* Continuatio *Francofurti ad Moenum* itidem edita *1712. f.* Coronationem describit. Promisit quidem perillustris vir BERNHARDVS de ZECH, iunior, iam Potentissimi Poloniarum Regis & Electoris Sax. Consiliarius intimus, accuratiorem auspicatissimae huius Electionis & Coronationis historiam, grauioribus vero muneribus admotus eam vix dare poterit. Particulas quasdam Actorum Imperii dant omnibus noti Collectores, superioribus §§. indicati, quibus nouiter accessit IOANNIS IACOBI MOSERS *Reichs-Fama*, quae selecta & nouissima acta exhibet cum eruditis & vtilibus obseruationibus, cuius iam *Quinque Partes* prostant *Francofurti 1727. 28. 29. 30. 8.* editae. Operi ad illustrandam recentiorem historiam perutili, quod *Halae Saxonum* est editum & *Bücher- & Staats-Cabinet* inscribitur, cuiusque plures *Partes* auctorem V. C. IOANNEM IACOBVM SCHMAVSSIVM agnoscunt, exhibent *Rerum* in Hispania & Imperio Carolo VI. imperante *Narrationes*, per diuersas Partes diuisas. Idem SCHMAVSSIVS, res magni Imperatoris breuiter strictimque, sed eleganti sane compendio ad an. 1715. exhibuit, in libro germanico, cuius titulus: *Historisches Staats- und Helden-Cabinet Ersten Eroeffnung* a p. *1.* ad *240.* Verissimas Caroli VI. laudes graui & cultissima *Oratione genethliaca* exposuit Celeb. Vir CHRISTIANVS GOTTLIEB SCHWARZIVS, *Altdorfii 1716. f.* Varia subsidia actorum ad vitam Caesaris facientia conduxit IOANNES EHRENFRIED ZSCHACKWIZ *Leben und Thaten Caroli VI. Roemischen Kaysers, Francofurti 1723. 8.* Idem antea compilauerat varia ad res Belli, ob successionem Hispanicam gesti, sub titulo: *Leben Koenig Carls des Dritten in Spanien, 1709. 1710. 8.* IV. Partibus. Breuiter vicissitudines acerrimi huius Belli, cum fundamentis Iurium Augustae Domus Austriacae in Monarchiam Hispanicam exposuit IOANNES IOACHIMVS MÜLLER im *Koeniglich Spanischen Vermaehlungs-Saal, Francofurti & Lipsiae 1710. 8.* Publica auctoritate scriptas Iurium Austriacorum Expositiones, & priuatorum Schediasmata, diligenter collegit & exhibuit CASSANDER THVCELIVS, siue *Io. Christophorus Leuchtius, Actorum Publicorum Seculi XVIII.* Tomo I. & II. Francofurti 1715 & 1716. editorum. Ex optimis ad hanc caussam facientibus scriptis, quod singulatim exstat & Thucelius non exhibuit, est IOANNIS ALVAREZ de COSTA *Aquila Augusta trisulco obarmata fulmine, seu Carolus Tertius Austriacus, Rex Hispaniarum assertus, Amstelodami 1705. f.* Bellicos euentus memorat *Auctor Anonymus*, qui indicio quorundam est Marchio de *Suffenage* in libro inscripto *La Guerre d'Espagne, de Baviere & de Flandres* a *Cologne* 1708. 8. Tomo maxime *II.* & opus anglicum, cuius titulus: *A compleat History of the VVart in Flandres, Italy, Spain, Portugal and on the Rhein, or the Command of John Duke of Marlborough. Lord Peterborough and the Earl of Galloway, London 1707. 12.* & Apologiae Britannicorum in Hispania Belli Ducum, ex anglico in gallicum sermonem translatae: *La Conduite du Comte de Galloway, 8.* & *La Conduite du Comte de Peterborough, 8.* quibus singulares Belli Lusitano-Hispanici circumstantiae indicantur, adiungenda, quod ad res bellicas in Belgio gestas: *Histoire du Prince d'Orange*, a *Lewarde 1715. 8.* cum figuris actionum bellicarum & oppugnationum aeneis scite factis, cuius auctor est *Lamigue*, praeceptor quondam Principis, in castra eundem consiliarii dignitate, postea secutus. Quae Augustissimus Imperator circa vindicanda & instauranda sua & sacri Imperii Iura Dominii Directi in *Magnum Etruriae Ducatum, Parmam* quoque & *Placentiam*, immortali nominis gloria

ria perfecerit, patent, cum ex iis Scriptionibus, quas viri doctissimi de hac caussa ediderunt, atque recensentur *Bibliotheca Iuris Selecta* Struuiana *Cap. XIV.* §. *LI. p. 683.* tum ex libro gallico: *Memoires pour servir a l' Histoire de Cambray, avec un Traité historique sur les Investitures de quelques Etats d' Italie 1723. 4.* *Pacificationum* Instrumenta, quibus pro summa illa animi moderatione Pacem Europae procurauit CAROLVS VI. notis illustrata dederunt, in vtili Opere: *Rube des ieztlebenden Europa, dargestellet in Sammlung der neuesten Europaeischen Friedens-Schlüsse, Coburgi 1726. 1727. 4.* edito, doctissimi Collectores vir dignitate, virtute, eruditione & meritis grauissimus IOANNES IACOBVS ZINCKIVS, Consiliarius Aulicus Saxonicus, atque amplissimus Musisque notissimus IOANNES FRIDERICVS CHRISTIVS. Pars horum Instrumentorum extat in: *Recueil historique d' Actes, negotiations, memoires & Traites depuis la Paix d' Vtrecht jusqu' au second Congres de Cambray* par ROVSSET a la *Haye 1728. 8.* 3. Voll. *Historiam Magnae legationis Augustae ad Aulam Ottomannicam* summo splendore peractam scripsit Secretarius Legationis GEORGIVS CORNELIVS von den DRIESCH, quae *Coloniae Agrippinae 1722. 8.* latine est edita, germanice quoque omissis tamen aliis ad rem parum facientibus, sub titulo: *Beschreibung der Kayserlichen Gesandschafft Damian Hugo Grafens von Virmond an den Sultan, Augustae Vindelicorum 1722. 8.* & splendidiore habitu cum figuris aeneis *Noribergae 4.* Prouidentia Augustissimi Caesaris pro posteris euidenter patet ex ordinata *Successione* in *Regna* & *Prouincias hereditarias* sapienter facta, quae gallice edita, hoc elogio: *Lettres patentes de la Sanction pragmatique & Loy perpetuelle à l'egard de la regle & l'ordre de la Succession & Vnion indivisible de tous les Roiaumes, Provinces & Etats hereditaires de S. Majeste Imperiale & Catholique du 6. Decembr. 1724.* a Bruxelles 1725. 4. quae & in Collectione laudata: *Rube von Europa* Supplemento comparent. Priuilegii de exercendis commerciis a Belgii Austriaci incolis in Indias, maxime Orientalem, a. 1722. concessi, vindicias dederunt & iustitiam commonstrarunt prudentes doctissimique Viri, Anonymi. Auctor gallici libelli: *La verité du fait, du droit, & de l'Interèt de tout ce, qui concerne le Commerce des Indes etabli aux Pais-Bas Autrichiens, 1726. 4.* Alter hac inscriptione: *Vindiciae luculentae Iuris & Priuilegii in Indias atque Africam nauigandi ibique Commercia colendi, Belgii Austriaci incolis nouissime concessi*, Lipsiae *1724. 4.* FRIDERICI LVDOVICI de BERGER *Erweisung, daß Kayserliche Majestaet in denen Oesterreichischen Niederlanden nach Belieben Commercia zu stabiliren berechtiget*, Ratisbonae *1723. 4.* atque PATINI Consiliarii in magno Senatu Mechlinensi: *Mare liberum ex iure naturae, gentium & ciuili assertum, vindicatum, rediuiuum*, cuius docti Libri versionem gallicam fecit Abbas *Hermanvillius 1728.*

§. XCVI.

Ex his Fontibus, quos breuiter strictimque indicaui, studio & opera doctissimorum Seculi maxime XVIII. Virorum, inprimis vero Iurisconsultorum quorundam celeberrimorum, deducti ad vsus Reipublicae riui, *Compendia* nimirum & *Systemata* Historiae Rerum Germanicarum. Sunt quidem Seculis superioribus, XVII. maxime compositi editique varii libelli de rebus Caesarum exponentes, & soluto & ligato sermone, lingua romana & vernacula, quales diligenter indicat recensetque *Michael Hertzius, Bibliotheca Germanica* Parte Tertia, sub initium, quae tamen paucis exceptis omnes aut non ex ipsis fontibus repetiti, aut rerum vulgarium, & ex parte fabularum pleni, aut ad iuuandam memoriam saltim conscripti & ita comparati, vt ad parandam Reipublicae nostrae notitiam & Iura Publica illustranda parum aut nihil fere faciant. Quem in censum non refero IOHANNIS CVSPINIANI, Archiatri, Consiliarii ac Historici Maximiliani I. Imp. de *Imperatoribus* Commentarium a Iulio Caesare ad Maximilianum I. *Francofurti ad Moenum 1601. f.* editum, qui in proximiorum ipsius aetati Caesarum vitis, singularia multa obseruauit. Iungi debent CAROLI SIGONII de *Regno Italiae Libri XX. Hanouiae 1609. f.* qui ab anno *570.* ad *1286.* ita res Regni huius stilo cultissimo & multa prudentia exposuit, vt simul magnam Imperatorum & Regum Germaniae Historiae partem traderet, in multis tamen Pontificibus Romanis addictus. Nec laude sua, quam optime meruit, hic defraudandus CHRISTOPHORVS LEHMANNVS, qui edito *Chronico Spirensi*, titulo quidem inclytae

Historiae Germanicae Systemata.

tae Ciuitatis Imperialis res salum promisit, in ipsa tamen narratione Germaniae omnis & Imperatorum ac Regum nostrorum historias ad Maximilianum I. vsque, additis egregiis monimentis & obseruationibus, quae multa iuris nostri publici argumenta illustrant, exposuit, in rebus quidem antiquioribus & Francicis, non vbique fuit accuratus, sed id non viro, sed tempori adscribendum, quo multa subsidia nondum erant edita, in recentioribus vero e tabularis Ciuitatensibus iusta praesidia habuit, prodiit praeclarum hocce Chronicon *Francofurti ad Moenum 1612. f.* quae optima est Editio, recusa *ibid. 1662. 4.* non eadem cura, sunt qui in hac secunda quaedam omissa asserunt, & *tertium Francofurti 1698. f.* cum annotationibus *Ioa. Michaelis Fuchsii,* quae tamen non adeo magni sunt momenti, nec Lehmanniano labori respondent. Vastae molis Systema Germanicarum Historiarum congerere adgressus, IOHANNES PHILIPPVS A VORBVRG, Praepositus Monasterii Grandis Vallis ad Basileam, Electorisque Moguntini Consiliarius intimus, cuius *Historia Romano-Germanica, Francofurti ad Moenum ab anno 1645.* ad *1660.* XII. Tomis, IV. vastis in *f.* voluminibus edita, quibus tamen res a prima origine Germanorum ad Ann. 877. saltim continentur, incredibilem quidem vim locorum & testimoniorum, interque ea, quod pretium aliquod facit his voluminibus, varia diplomata & monimenta ex Monasteriorum chartulariis conduxit, atque varias haut contemnendas obseruationes hinc inde inseruit, nec tamen ordinem iustum seruauit, nostroque aeuo, quo tot fontes patent, in turbido riuo multo labore aurum excutere meo quidem animo, vix consultum existimarem. Sumtuosis aliquot voluminibus, variis ornamentis aeri incisis, nummisque saepe auctoris ex ingenio factis nitentibus omnem Historiam Imperatorum nostrorum a Carolo M. ad Leopoldum I. exponere voluit IOANNES PALATIVS, cuius *Aquila inter lilia, Venetiis 1671. f. Aquila Saxonica,* ibid. *1673. f. Aquila Sueuica,* ibid. *1679. f. Aquila Bauarica,* ibid. *1679. Aquila Austriaca,* ibid. *1679. f.* prodierunt, sed cordatus prudensque lector compendii, iudicio scripti, lectionem, splendidis & nullius, quod ad vsum, fere momenti voluminibus, praetulerit. Dedit quoque Epitomen vastorum suorum Voluminum, pluribus figuris aeneis exornatam & inscriptam: *Aquila Romana, overo Monarchia Occidentale da Carlo M. fin' alla Coronatione di Leopoldo I.* da GIOVANNI PALAZZI, *Venetiis 1679. f.* Ex quo autem nostro aeuo tot Rerum Germanicarum Scriptores, Diplomata, Acta Publica, ex latebris suis felicissima anastasi producta & Iurisconsulti, vti iam monui, ad tractandam & ornandam historiam accesserunt nostro tempore, memorandarum & vtilium in re publica rerum plenae prodierunt rerum patriarum Expositiones. Insignem sane & summo labore conquisitum Rerum Germanicarum adparatum dedit celeberrimi Vir nominis IOANNES FRIDERICVS PFEFFINGERVS, Equestris Academiae Luneburgensis Inspector & Professor Publicus meritissimus, *Vitriarii Institutionum Iuris Publici nouis Notis illustratarum Tomo Primo* Editione Tertia triplo auctiore, *Gothae 1712. 4.* edito, quae quidem Obseruationes iustum Systema & Compendium haut praebent, aliis tamen conquirendi laborem leuiorem reddiderunt. In Academia Fridericiana Halensi, docendo, scribendo, tot Scriptores Rerum Germanicarum e tenebris producendo insignem rebus patriis lucem excitauit laude mea maior Dominus IOANNES PETRVS A LVDEWIG, qui nullum quidem Compendium, vel Systema condidit, primas tamen operis lineas exhibet ipsius *Entwurff der Reichs-Historie, Halae 1706. & 1710. 8.* de quo libello tamen profitetur summus Vir, has calamo auditorum saltem fuisse exceptas, quandoque longe ab animo & palato auctoris in Collegio differentis. Huiusmodi fundamentales Historiae Germanicae positiones dedit quoque NICOLAVS HIERONYMVS GVNDLING, inscriptas: *Abriß zu einer rechten Reichs-Historie, Halae 1708. 8.* egregia Praefatione ornatas, easdemque multos per annos copiose & erudite illustrauit, cuius recitationes multae lectionis apparatu & singularibus obseruationibus refertae in manibus Auditorum MSCtae adseruantur. Laudem primi & plenissimi summo studio, iudicio, selectu conditi & ad vsus rei publicae comparati Systematis, boni omnes tribuunt iure meritoque illustri & de patria communi meritissimo Viro BVRCARDO GOTTHELFFIO STRVVIO, cuius *Syntagma Historiae Germanicae a prima Gentis Origine ad Annum vsque 1716. Ienae 1716. 4.* editum, quum ex ipsis coaeuorum scriptorum verbis & testimoniis fide dignis fideliter compositum esset, a Germanis & exteris auidissime exceptum

exceptum fuit, vt breui tempore exempla distracta essent, multisque profuit, qui scriptiones suas plumis Struuianis, magno labore conquisitis, exornarunt. Quum autem distractis ante plures annos exemplaribus noua nobilissimi praestantissimique operis editio expetita fuisset, illustris auctor recensuit hoc Syntagma, emendauit plura, ex editis his annis tot Scriptoribus Rerum Germanicarum & veterum monimentis summa cura, suppleuit & ad hunc annum 1710. continuauit, atque inscripsit: *Corpus Historiae Germanicae, Ienae 1730. f.* duobus voluminibus, cui haec mea qualiscunque Scriptorum Germanicorum designatio est praefixa. Hoc sane Corpus Struuianum succum & neruos melioris notae rerum patriarum scriptorum & monimentorum habet fontesque Iuris nostri Publici aperit. In germanicum sermonem Syntagma hoc prioris editionis transtulit *Iohannes Ehrenfried Zschackwitz* breuemque aliquot annorum continuationem adiecit, *Ienae 1720. 4.* cui tamen versioni ipsa coaeuorum Scriptorum verba non sunt addita, loca tamen excitata. Inde prodiit FRIDERICI GLADOVS *Versuch einer vollstaendigen und accuraten Reichs-Historie von Teutschland, Lipsiae s. Halae 1717. 4.* Editum hoc Specimen post fata auctoris, cui vltimam limam dare haut potuit. Ordine sane apto procedit auctor, atque ex recitationibus *Ludewigianis*, *Gundlingianis* atque *Hahnii*, singulares multas obseruationes & de scriptoribus iudicia excerpsit, sed ipsos fontes non adiit, inque hoc labore postumo vix dimidia pars excitatorum scriptorum accurata est, vt alios chronologicos maxime errores iam praetermittam, quae optimo viro, iustis praesidis destituto, post fata non imputanda. Maiori fide, accuratione, studio, excussis ipsis fontibus, patrio sermone nouum Systema dedit SIMON FRIEDRICVS HAHNIVS, Historiarum quondam Professor Helmstadiensis, Consiliarius inde Regis Magnae Britanniae & Historicus Hanoueranus celeberrimus, inscriptum: *vollstaendige Einleitung zu der Teutschen Staats- Reichs- und Kayser-Historie und dem daraus fliessenden Iure Publico*, Quatuor Partibus. *Prima Halae & Lipsiae 1721. Secunda* ibid. *1721. Tertia* ibid. *1723.* & *Quarta* ibid. *1724.* 4. mai. Omissis antiquioribus Germaniae rebus a Carolo M. expositionum primordia fecit, summa cura scriptores coaeuos & monimenta excussit & testimonia ipsis auctorum verbis maximam partem longa serie, adscripsit, in chronologia curate constituenda elaborauit, singularesque multas circumstantias, annotauit. Dolendum omnino, curatum hunc laborem ad res saltim *Wilhelmi* Hollandi fuisse perductum, doctissimumque virum rebus humanis ereptum, qui ad ornandam Guelficam Historiam fuerat euocatus. Quam insignem & voluptatem & vsum adferat patriarum rerum ab originibus inuestigatio rem intelligentibus patet, motus hac vtilitate, celeberrimi vir nominis amplissimusque Lipsiensium Senator, IOANNES IACOBVS MASCOVIVS, dedit *Geschichte der Teutschen bis zu Anfang der Fraenckischen Monarchie, in zehen Bücher verfasset, Lipsiae 1726. 4.* qui Commentarii ex ipsis fontibus Graecis latinisque scriptoribus, quorum selecta loca textui subiiciuntur, eleganti grauique stilo exarati, nobile excultae curatissime apud Germanos historiae specimen praebent. Qua de caussa alterum elegantissimi operis Tomum, a primordiis regni Chlodouei ad Imperium Caroli M. magno desiderio omnes expectamus. Ornare res patrias amplo Systemate coepit in decus Patriae communis natus Perillustris Dominus HENRICVS de BÜNAV, supremi Senatus Rerum Ecclesiasticarum in Electoralibus Sax. Terris Praeses, tot ingenii monimentis & meritis exsplendescens, qui puro cultissimoque stilo dedit *Genauen und umstaendlichen Teutschen Kayser und Reichs-Historie, aus den bewehrtesten Geschicht-Schreibern und Vhrkunden zusammen getragen, Ersten Theil, Leipzig 1728. 4.* quo, duobus prioribus libris res patrias a primis originibus ad mortem vsque Clodouei, Francorum Regis, commemorauit ex ipsis fontibus, quos accuratissime excitauit, antiquitatesque patriae Reipublicae profuturas, multoque iudicii lumine illustratas ex vetustis scriptoribus, Commentariis his, summo studio factis, intulit; *Libro* vero *Tertio* firmatam itidem testimoniis veterum auctorum recensionem praecipuorum Germaniae antiquae Regum, Principum, belli Ducum & illustrium virorum, exhibuit, ex quorum commemoratione insignis rebus patriae vetustissimis lux fuit accensa. Controuersias aliquot notabiles secundum ordinem Imperatorum & Regum nostrorum attigit & illustrauit celeberrimus vir ADAMVS FRIEDERICVS GLAFEY *Historia Germaniae Polemica*, quae germanice edita, *Francofurti & Lipsiae 1722. 4.* eademque vsum patriae historiae iuridicum commonstrare apud animum constituit.

§. XCVII.

Compendia Historiae Germanicae. Tandem quoque *Compendia* Historiae Germanicae melioris notae indicanda. CASPARIS SAGITTARII, Historici Ienensis, *Nucleus Historiae Germanicae*, *Ienae 1682. 12.* breuis quidem est, eo tamen tempore, quo rarior rerum Germanicarum cultura & germanis & exteris acceptus, sed iuuenibus tantum scriptus & primas saltim lineas exhibens. Quae vernaculo sermone conscripta est & acrioris ingenii viris apprime placuit, Introductio ad Historiam Romano-Germanicam, *Einleitung zur Roemischen und Deutschen Historie*, *Lipsiae 1699. 8.* & *ibid. 1721. 8.* recusa, auctores habet CHRISTIANVM GOTTFRIDVM FRANCKENSTEIN, I. V. D. Lipsiensem, qui primas huius opusculi lineas methodo per quaestiones duxit, atque GODEFRIDVM OLEARIVM, Theologum postea Lipsiensem celeberrimum, inque graecorum & latinorum scriptorum lectione versatissimum, qui a bibliopola Fritschio rogatus, iusta & cohaerente narratione, stilo eleganti, copiose luculenterque a Franckensteinio breuiter indicata, elaborauit, sed fontes, ex quibus sua hausit, non indicauit. Idem laudatus FRANCKENSTEINIVS aliud compendium composuit, quod post ipsius mortem per *I. Weberum*, *C. Leuinum v. Ambeer* praefixo titulo: *Einleitung zu der Teutsch-Europaeischen Staats-Historie*, editum fuit *Francofurti ad Moenum 1716. 8.* & ita est adornatum, vt breui rerum germanicarum narrationi, quae ad Ferdinandum III. fuit perducta, Regnorum Europae concinna historia sit connexa figuramque habeat Compendii Historiae Europae Vniuersalis. Breue quidem, sed praecipuas Imperii Romano-Germanici mutationes, quae a Iuris publici cultore curate sunt obseruandae, apte monstrans erat compendium, quod dederat de patria historia immortaliter meritus BVRCARDVS GOTTHELF STRVVIVS vernaculo sermone: *kurtzer Bericht von Veraenderungen Teutschen Reichs, als ein Begriff Teutscher Historie, aus bewerthen Scribenten dargethan*, *Ienae 1712. 4.* hoc expositione vberiore additisque multis selectis testimoniis iterum formis excusum hac inscriptione: *Kurtzer Begriff Teutscher Reichs-Historie*, *Ienae 1725. 8.* Pleniorem rerum germanicarum, compendiariam tamen enarrationem, adlegatis optimis testibus, exhibuit IDEM, inscriptam: *Einleitung zur Teutschen Reichs-Historie*, *Ienae 1724. 8.* Multis apprime placuit IOHANNIS IACOBI SCHMAVSSENS, Consiliarii Marchionis Badensis Durlaceni Aulici, *Kurtzer Bericht der Reichs-Historie*, *Lipsiae 1720. 8.* & iterum *ibid. 1729. 8.* qua paucula Praefatione Secunda indicata, mutauit & addidit, ordine chronologico & concinna ac neruosa scribendi ratione ita ad an. 1714. exposita, vt ad habendas recitationes academicas satis sit accommodata. Narrationum quarundam ab aliorum expositionibus discrepantium probationem nuper denuo promisit, quam expectamus. Summarium, multo selectu factum, auditoribus suis scripsit, saepe iam nobis laudatus IOANNES IACOBVS MASCOV, cui titulus: *Abriß einer vollstaendigen Historie des Roemisch-Teutschen Reichs*, *Lipsiae 1722. 4.* Tale quoque adornauit forma quodammodo tabulari V. C. MARTINVS SCHMEITZELIVS, Professor Ienensis, cuius *Abriß zu einer vollstaendigen Reichs-Historie*, *Ienae 1728. 4.* praeter historiam vniuersalem, potiora Familiarum illustrium momenta adnexa habet. Sermone Romano, eoque nitido, magna cura excitatis semper fontibus, edita IACOBI CAROLI SPENERI *Historia Germaniae Vniuersalis & pragmatica*, cuius *Tomus I. Lipsiae & Halae 1716. 8.* alter *ibid. 1717. 8.* prodiere, qua inprimis historiam mutationis finium Germaniae solerter obseruauit. Atque haec ex tanto Scriptorum Rerum Germanicarum numero, hac vice sufficiant.

S. D. G.



INDEX AVTO-

INDEX AVCTORVM.

Abbo Monachus 104. 112
Abel Caspar 17. 71
Abelinus Ioannes Philippus 146
Acciaiolus Donatus 80. 105. 122
Ackeley Gabriel 14
Acta Appellationis Sigismundi ArchiD. Austriae 62
Acta Electionis Conradi IV. R. 101
- Electionis Maximiliani I. & Caroli V. A. A. 65
- Formulae Concordiae 71
- Sanctorum Antwerpiensia 48
- Benedictinorum 48
Adalbardus Corbeiensis 110. 111
Adam Adami 147
Adami (M) Historia Ecclesiastica 67. 68
Adelboldus 126
Adelffus Ioannes 130
Adelmus Benedictinus 104
Ademarus 104
Adolphus Nassouicus Rex 133
Adrianus P. R. 99
Aegidius Romanus 97
Aegydius Petrus 65. 66
Aethici Cosmographia 9. 10. 11.
ab Affterdingen, Henricus 46
Agathias 106
Agathodaemon Alexandrinus 8. 41
de Agiles Raimondus 118
Agius 78
Agobardus Archiepiscopus Lugdudunensis 109
Agricola Georgius 35
Agricola Rudolphus 63
Agrippa Henr. Cornelius 54
Ailredus Rieuallansis 119
Aimoinus 104. 105. 113. 119
Albericus Monachus trium Fontium 80. 92
Albertinus Mussatus 59. 60
Albertus I. Rex Ro. 133
Albertus II. Rex Ro. 136
Albertus Aquisgranensis 118
Albertus Argentoratensis 61. 133
Albertus Stadensis 69
Alcuinus Albinus Flaccus 99. 101. 109. 112. 120. 122
Alexandrinus Comes, Hieronymus 56
Alexander Veronensis 78
Alkemade 31
Alpertus Monachus 77
Alphonsus Rex Castiliae & R. 133
Alfridus 72
Althamerus Andr. 12. in Tacit. Germ. 52
Altingius Menso 41
Altmannus 86
de Aluarotis Petrus 91
Amalricus Augerius de Biterris 78
S. Amandus 48. 49
Amandus Secretarius Frid. I. Imp. 130
von Ambeer Leuinus 154
Ammianus Marcellinus 10. 14
Anastasius Bibliothecarius 109. 110
Ancherson Ioannes Petrus 28
Anckelmann Theodorus 68
Andreas Bambergensis 49. 84
Andreas Ratisbonensis Presbyter 69. 78. 80. 101.
Andreades Bartholomaeus 90
Andronicus Imp. 69
Angelus Arnoldus 147
Annales antiqui Corbeiae Saxonicae 74
- Bertiniani 113
- Bosouienses 77
- Breuissimi de Landgrauiis Thuringiae 58
- Bustonenses 120
- Colmarienses 61. 133
- Corbeienses 93
- Francorum varii in Duchesnianae Collectione 108. 109. seq.
- Francorum Astronomi 60. 72. 108
- Francici ab An. 714. ad 883. 103
- Francici ab An. 741. ad 793. 99
- Fuldenses 62. 72. 112
- de gestis Karoli M. 69
- Hildesheimenses 73
- Hollandiae & Vltraiectini 95
- Loiseliani 108
- Metenses 113
- Nazariani 61. 62
- Rebdorffenses 62
- Slauici 68
- Vetero Cellenses 81. 82
Annalista Saxo 77. 128
Anonymi Narratio de nefanda Haeresi Adamitica in Austria 88
Rudera Abbatiarum Albae Dominarum in Ducatu Wurtenbergico 79
Historia de morte & euentibus Alberti II. Regis Ro. 88
- de IV. Albertis Austriae Ducibus Fragmentum historicum 88
- Alberti Ducis Saxoniae Passagium in Terram Sanctam 82
- de rebus gestis Alberti Ducis Brunsuicensis 70
Anonymi
- Historia Alberti II. Ducis Brunsuicensis Episcopi Halberst. 74
- Narratio de caede Arnoldi Archiep. Moguntini 83
- Fragmentum historicum Alberto Argentoratensi praefigi solitum 61
- de S. Autore & eius translatione in terras Brunsuicenses 73
- Narratio de Austriae Prouincialium Dissensionibus post obitum Maximiliani I. 88
- Gesta Balduini ArchiEpiscopi Treuirensis 59. 60. 101. 134.
- de Benedicto V. Pont. R. Narratio 68
- Carmen Panegyricum in Berengarium Imp. 72
- de Canonisatione & Translatione Bernuuardi Hildeshemensis 72
- compendium vitae S. Bernuuardi 73
- Fragmentum historicum de Blanca altera Maximiliani I. coniuge 88
- de conuersione Boiorum & Carentanorum 91
- vetus scriptum de Bremensi Historia 68
- Historia Bremensium ArchiEpiscoporum 68
- excerpta chronologica de Brunsuicensibus Ducibus 74
- compilatio Chronologica de temporibus Caroli M. 74
- carmen de Carolo M. & Leonis Pontificis ad eum aduentu 99
- Vita Caroli M. per monachum Egolismensem 69
- Epistola de laudibus Caroli Burgundiae Ducis 63
- Narratiuncula de fundatione Coenobii S. Crucis apud Brunsuicenses 74
- de origine & Abbatibus Comburgensis Coenobii 79
- relatio de Dauide Tartarorum Rege 78
- libellus de dictis IV. Ancillarum S. Elisabethae 82
- auctor rythmicus de vita Elisabethae Thuringiae Landgrauiae 82
- Narratio de proelio Emphingensi inter Fridericum Pulchrum & Ludouicum Bauarum 87

Anonymi

Anonymi
- *Erphurdensis* 58
- Historia de vita *S. Findani* 67
- *Friderici I.* Imp. Expeditio Asiatica 99. 130
- Narratio de *Friderici III.* Imp. profectione votiua in Italiam 65
- *Flandriae* Comitum Genealogia 100
- Annotatio officialium *S. Galli* 66
- Historia Monasterii *Gladbacensis* 100
- Historia Canonisationis *S. Godehardi* 73
- Historia de *Guelfis* Principibus 99
- de gestis Impp. ab *Henrico Aucupe* ad *Henricum V.* 73
- vita *Henrici IV.* Imp. 57
- de Bello *Henrici IV.* Imp. contra Saxones 60. 61. 62
- Rythmi de obitu *Henrici VII.* Imp. 134
- Fragmentum Poematii in laudem *Henrici* Comitis Palatini 78
- Historia Inuentionis Reliquiarum apud *S. Hippolytum* 86
- Expeditio Comitis *Hollandiae* aduersus Saracenos 95
- de origine & Abbatibus Coenobii *S. Iohannis* in Rhingouia 79
- de Fundatione Ecclesiae *Illminensis* & Tegernseensis 100
- Chronologia Ilsineburgensium Abbatum 76
- Narratio Genealogica posterorum S. Leopoldi 86
- Narratio de electione Lotharii Ducis Saxoniae in Regem & Imp. 59. 78. 86. 128
- de Monasterio *Luccensi* in Territorio Hannouerano 76
- Gesta *Ludouici* Minoris Regis Franciae 104
- Narratio Belli, quod *Magnus* iunior Dux cum Luneburgensibus gessit 76
- Fragmentum veteris Scriptoris de *Maioribus* Domus 103
- de gestis *Manfredi*, Caroli Andegauensis & Conradini 131
- Narratio de origine Monasterii *Montis Mariae* prope Helmstedt 74
- Narratio de origine Monasterii *Mariae Fontis* 74
- Historia Carthusiae *Maurbacensis* 87
- Narratio captiuitatis *Maximiliani I.* ap. Brugas 88
- Historia Fundationis Coenobii *Mellicensis* 86
- de particula S. Crucis *Mellicensis* 88
- de equestri ordine *Melitensi* 96
- Excerpta ex Necrologio Monasterii *S. Michaelis* Hildesh. 74

Anonymi
- Narratio de Fundatione Monasterii *S. Michaelis* in Luneb. 74
- de Abbatibus *S. Michaelis* Luneburgensibus 76
- Acta & facta Praesulum *Nuenburgensium* 92
- Disputatio inter Romam & Papam de Destitutione *Ottonis IV* Imp. 74
- de morte Ottonis IV. Imp. 100
- Monachorum *S. Pantaleonis* Chronica Regia 77
- de fundatoribus Ecclesiae *Pegauiensis* 81
- gesta *Philippi* Audacis Franciae Regis 104
- historia Fundationis Collegii ad *Pirum* montem 87
- Appendix ad *Radeuicum* 60
- Commentarius de vrbe *Roma* capta a. 1527. 54
- Historia veteris *Saxoniae* 97
- Poema vetus de amissione *Terrae Sanctae* 78
- breuis Historia occupationis & amissionis *Terrae Sanctae* 78
- Descriptio Itineris in *Terram Sanctam* 78
- Epitome Bellorum pro recuperatione *Terrae Sanctae* 99
- Synodus regia *Ticina* 99
- versus antiqui de *Vicelino* Altenburgensi Episcopo 68. 73
- Series chronologica *Virdunensium* Episcoporum 79
- relatio de fundatione *Windbergensis* Monasterii 99
- series Abbatum *Weissenburgensis* Monasterii 79
- Epistola de rebus Anni 1456. 101

Antiquitates Alamannicae 67
- *Lauresbamenses* 61

Antonini Imp. itinerarium 8. 10. 11. 14
Apianus Petrus 18
de *Apoldia* Theodoricus 82
Apostolius Michael 63
Appulus Guilielmus 73
Archias Poeta 8
Arenpeck Vitus 76. 87. 101
Arnkiel Trogillus 21. 36
Arno frater 93
Arnoldus 37
Arnoldus Christophorus 20
- - Georgius 81
- - *Halberstadiensis* 101
- - *Lubecensis* 75. 131

Arnolfus 99
Arnolfus auctor vitae S. Emerani 50
Arnulphus Germaniae Rex 112
Arnulphus Mediolanensis 76. 126
Arthoffer Honorius 93
Arthusius Gothardus 140

Artopaeus Ioannes 143
- - Ioannes Daniel 131

Asinius Quadratus 8
Asser Meneuensis 109. 119
Asserius 120
Asterius Iustus 147
Astronomi Annales Francorum 60
Atrocianus Ioannes 66
Audradus Modicus 110
Auentinus Ioannes 6. *Germ. illustr.* 15. 16. *Hist. Oeting.* 77 de *Henr. IV.* Imp. 128
Aufidius Bassus 9
Augustani Episcopi 78
Augustus Michael 54
Auitus Viennensis 107
Auratus Ioannes 56
S. *Auctor* 73
Ayrmann Christoph Fridericus 19. 20. 46
Balbus Hieronymus 53
Baldricus Dolensis 118
Balduinus Christoph. Adolphus 35
Baluzius Stephanus *Capitular.* 29. 30. *Miscell.* 100. 101
Banzense Coenobium 76
Barbarus Hermolaus 64
Barbatus Nic. Ass. 54
Bardi Girolamo 131
Barlandus Hadrianus 55
de la *Barre* Ludou. Franciscus 100
des *Barres* Anatolius 142
des *Barros* Ioannes 95
Bartenstein Io. Christoph. 142
Barthius Caspar 59. 60
Bartholinus Richardus 60. 64
Basinus Thomas 95
Basnage Iacobus 99
Bassus Aufidius 9
Bebelius Henricus 19. 36. *varia opusc.* 52. 64
de *Becka* Ioannes 95
Beckius Caspar Achatius 27
Beckius Matthias Fridericus 18
Becmannus Ioa. Bartholom. 90
Beda Venerabilis 99. 119
a *Beeck* Petrus 122
Bellocassius Comes Stephanus 66
Bellorius Ioannes Petrus 18
Bellus Nicolaus 48. 145
Beneuenutus de Rambaldis 62
Beningha Eggericus 95
S. *Benno* Misnensis Episcopus 82
Benno Cardinalis 57. 127
Benzelius Ericus 128
Benzo Albiensis Episcopus 80. 128
Bercarius 100
Berengarius Imp. 72
Bergellanus Ioann. Arnoldus 83
Berger Bernhard 137
Berger Ioannes Guilielmus 24
de *Berger* Fridericus Ludouicus 151
Bernardus Coenobita Cremifanensis 85
Berneggerus Matthias 13
Bernhard Ioan. Adam 17

Bernhardus M. Dux Saxo Vinariensis 146
de *Bernten* Henricus 74
S. *Bernvvardus* Hildesiensis Episcopus 72
Bertholdus Constantiensis 60. 66. 72
Bertius Petrus *Theatr. Geogr.* 8. 10. 11. 41. 42.
Besselius Fridericus 121
Besselmeier Sebastian 55. 141
de *Bethune* 145
de *Beuergerne* Arnoldus 96
Beurensis Monasterii Diplomata 98
Beutherus Michael 12
Beyer Georgius 31
Bircherodius Thomas Broderus 22
Bigaugiensis Monasterii fundatio 91
Bisaccioni Maiolino 146
de *Biterris* Amalricus Augerius 78
Bizarrus Petrus 142
le *Blanc* Franciscus 32
Blandrate Comes Beneuenutus a S. Georgio 129
Blockius Theodoricus 76
Blumberg Christianus Gotthelf 18
Blumius 36
Bocrisius Io. Henr. 123
Bodinus Henricus 91
Bodo Henricus 70. 74. 76
Boeclerus Henricus 133. *Script. Rer. Germ.* 68. 69. *de Wittekindo* 47. *Comment. de Reb. Sec. IX.* 121
Boehmerus Iustus Christoph. 49
Boehmerus Iustus Henningius 27
Bollandus Ioannes 121
Bomelius Henricus 94
Boncompagnus Florentinus 129
Bongarsius Iacobus, *Gesta Dei* 96. 118. *Rer. Hung.* 120. 142.
S. *Bonifacius* huius Legenda 80. 112
Botho Conradus 75
Boxhornius Marcus Zuerius 21
Brechenmacher Ioa. Casp. 38
Bremensis Archiepiscopatus Scriptores 74
Brietius Philippus 41
Brodericus Stephanus 54
Broelmannus Stephanus 41
Brompton Ioannes 119
Brotuff Ernestus 125
Browerus Christophorus 25. 48
Brücknerus Wilhelmus Hieronymus 19
Brummerus Fridericus 30
Bruno Coloniensis ArchiEpisc. 72
Bruno Monachus 60. 61. 62. 128
Brunsuicensis vrbis scriptores quidam 75
Bruschius Caspar 84
Brunus Christophorus 143
Brutus Ioannes Michael 142
Bucelinus Gabriel 45
Bucher Vrbanus Gottfried 46
Bucoldianus Gerardus 55
Budaeus Guilielmus 71
Buddeus Ioan. Franciscus 49. 135
S. *Burcardus* Wirzburgensis 50
Burchardus Ioannes 78
Burchardus Monachus 66. 79
Burchardus Notarius 129
Burggrauius Ioannes Philippus 26
Burgus Petrus Baptista 145
Burgundus Nicolaus 135
Burmannus Petrus, *Thesaur. Hist. Italiae* 102
Busbequius Augerius Gislenius 142. 143
Buschius Ioannes 74
de *Bünau* Henricus 51, de *Frid. Barbar.* 130. *System. Hist. Germ.* 153
Buno Ioannes 13
Buttnerus Dauid Sigismund 35
Byzynius Laurentius 97
Bzouius Abrahamus 135
de *Cabrera* Ludouicus 139
Caesenas Michael 135
Caldenbach Christianus 125
Calemberg Iustus Henricus 133
Caluetus Stella Ioa. Christoph. 54
Camdenus Guilielmus 119
Camerarius Ioachimus 55. 66. 82. 141
Camerarius Philippus 31
Camerarius Ludouicus 31
Campanus Ioannes Antonius 63
Canisius Henricus 98. 99
Cantica historica varia 79
Capella Galeatius 54
Capitulatio Episcopatus Osnabrugensis 71
Carafa Carolus 147
Carmina veterum Germanorum 5. 6
Carolomannus Rex Fr. Occ. III.
Carolus M. Imp. de eo varii Scriptores 108. 109. 121
Carolus Caluus Imp. 103. 104. 110. 111
Carolus Crassus Imp. 112
Carolus IV. Imp. 135
Carolus V. Imp. 65. 66. 139
Carolus VI. Imp. 150
Carolus Simplex, Rex Franciae occid. 112
Carusius Ioannes Baptista 102
a *Castro* Ioannes 95
Catalogi varii Pontificum & Impp. Romanorum 77. 78
Catalogus Episcoporum *Hildesheimensium* 74
- - Abbatum *Altenburgensium* 87
Cathwulphus 112
Cato 8
Q. *Catulus* 8
de *Ceccano* Ioannes 132
Cellarius Christophorus 17. 41
Celtes Conradus *Germ. illustr.* 15. 16. *de situ & morib. Germ.* 53
de *Cermenate* Ioannes 134
a *Chemniz* Bogislaff Philippus 146
du *Chesne* Andreas & Franciscus 105
Chiffletius Ioannes Iacobus 41
Chraws Ioannes 125
Christianus ArchiEpiscopus Moguntinus 130
Christius Ioannes Fridericus 39. 62
Chronicon breue in Monasterio *S. Galli* scriptum 113
- breue Principum Romanor, qui Goslariam ornauere 75
- breuissimum, a Theodorico I. ad Childericum 107
- Monasteriorum *S. Galli*; *Augiensis*; *VVirzburgensis*; & *Kemperlegiensis* 101
- vetus ex Libris *Pentheon* excerptum 80
- a Nato C. ad An. 1167. 99
- *Admontensis* Monasterii 87
- *S. Aegidii* Brunsuicense 76
- *Augustanum* 61
- *Augustense* 62
- *Aulae Regiae* Coenobii in Bohemia 91
- *Australe* 61
- *Austriacum* auctoris incerti 86
- *Austriacum* breue 88
- *Austriae* Tegernseense 88
- *Austriacum* breue Viennense ab an. 1402 ad 1443. 88
- *aliud* ab an. 1482. ad 1485. 88
- *Alberti II. Austriae* Ducis 87
- *Bardeuicense*, huius fragmenta 75
- *Basileensium* Episcoporum 100
- *Bauaricum* breue 88
- *Belgicum* auctoris incerti 95
- *Belgicum* magnum 59
- *Bergensis* Monaster. ad Albim 72
- *Bohemicum* breue Anonymi 89
- *Bohemiae* ab origine Gentis ad Carolum IV. 88
- *Brunsuicense* picturatum 75
- *Brunsuicensium* Principum rythmicum 75
- *Brunsuicensium* & Luneburgensium Principum 73
- *Cillensium* comitum 98
- *Coloniensis* Regia & huius versio germanica 77
- *Corbeiense* 70
- *Elwacense* 101
- *Elwangense* 64
- *Erfordiense* 79
- *Floriacense* 113
- *Fossae nouae* 131
- *Fontanellense* 110
- *Garstense* 87
- *Goslariensis* Ecclesiae 76
- *Gozecense* 57
- *Halberstadtensis* Ecclesiae 74

 Chroni-

INDEX AVCTORVM.

Chronicon
- *Hildesheimense*, huius fragmentum 75
- *Hildesiensium* Episcoporum 73.75
- *Holsatiae* vetus Anonymi 92
- in *Huiesburg* Monasterii 70
- *Kirschgardiense* 96
- *Laureacensium* & Pataniensium Episcoporum 85
- *Laurishamense* 62
- *Lauterbergense* 81.91.131
- *Leobiense* 87
- in *Lothen* Monasterii Dioeceseos Mindensis 70
- *Ludouici IV.* Imp. 88
- *Luneburgicum* saxonica lingua 75.77
- *Magdeburgense* 70
- *Marienthalense* 71
- *Merseburgense* 97
- *Metensium* Episcoporum 100
- *S. Michaelis* Monasterii in Hildesheim 70.74
- *Mindense* Anonymi 69
- *Mindensium* Episcoporum 59
- *Misnensis* Terrae 81
- *Montis Sereni* s. Lauterbergense 81.91.131
- *Moguntinum* Christiani II. ArchiEpiscopi 83
- *Moguntinarum* Ecclesiarum Collegiatarum 83
- *Moissiacense* 113
- Claustro *Neoburgense* 86
- *Noualiciense* 109
- *Poloniae* Principum 89
- *Quedlinburgense* 74
- *Rastadense* 70
- *Reichersperg ense* 76
- *Reinhardsbornense* 79
- *Riddagesbusanum* 71. 74
- *Rottenburgense* 94
- *Salzburgense* 98
- *Salzburgense* aliud antiquum 86
- *aliud* ab an. 1403 ad 1494. 94
- *aliud* a S. Rudberto ad Ann. 1495. 88
- *Schütterani* Monasterii 79
- *Schwarzacense* 76
- *SS. Simonis* & Iudae Goslariensis Ecclesiae 75
- *Slauicum* incerti auctoris 68
- *Stamensis* Monasterii 88
- *Stedernburgense* 69. 73
- *Teutonici* ordinis equestris 96
- *Thuringiae* Landgrauiorum & Marchionum Misniae 97
- *Torgauiense* 81
- de *Traiecto* & ortu Frisiae & & de Hollant 96
- *Transisalaniae* 96
- *Verdensium* Episcoporum 74
- *Vetero Cellense* 81
- *VValdeccense* 98

Chronicon
- *VValdhusanum* 93
- *VVeichenstephanensis* Monasterii 88
- *VVeingartense* 76. 99
- *VVinpinensis* Eccles. S. Petri 79
- *VVirtembergense* 79
- *VVirzburgense* 84
- *Zvvetlense* vetustius & recentius 86. 87.

Chronographus Saxo 92
Chytraeus Dauid 142. 143
Cimbriacus Q. Aemylianus 64
Cisnerus Nicolaus 57. de *Ottone III.* 126. de *Frid. II.* 132. de *Corradino* 133
Clodonaeus Rex Francorum 107. 108
Cluuerius Philippus *Germ. ant.* 13. 14. 41. 106
Coccinius Michael 64
Coelestinus Georgius 141
Cohausen Ioannes Henr. 35
Colbergius Iacobus 35
Colerus Christophorus 13
Collenutius Pandulphus 64
S. Colomannus 50. 85
Colonienses ArchiEpiscopi 98
Columbanus de Poncumolo 137
Comander Ioannes 67
Comazzi Ioannes Baptista 148. 149
Commelinus Hieronymus 119
Confessio Fidei Waldensium 92
Conradinus Rex 132
Conradus I. Rex Germaniae 125
Conradus II. Salicus Imp. 127
Conradus III. Germaniae R. 129
Conradus IV. Rex Rom. 132
Conradus Episcopus Moguntinus 51. 60. 83
Conradus de Fabaria 66
Conradus Traiectensis 128
Conradus Vrspergensis 131
Conringius Hermannus II. *Taciti Germania* 14. 15. *de habitu Corp. G.* 26. *de rep. vet. Germ.* 28. *de origine Iur. G.* 29. *de Iud. Reip. G.* 30. *de Finib. Imp.* 44
Constantinus Manasses 103. 109
Contelorius Felix 131
Contarinus Camillus 149
Cornelius Fuldensis 93
Corninus Hermannus 75. 78
- - Antonius 54. 94
Cosmas Pragensis 81. 91
de *Costa* Ioannes Aluarez 150
de *Cracouia* Matthaeus 93
Cramer Ioannes 93
Crinitus Petrus 66
Cropacius Caspar 81
Croylandensis Ingulphus 120
Crummedyckius Albertus 70
Crusius Martinus 66
Crusius Iacobus Andreas 32. 66. 71
de *Culenburch* Zuederus 95

Cuspinianus Ioannes 64. 151
Cuthenius Martinus 81
Cyprianus Ernestus Salomo 138. 143. 146
Dacherius Lucas 48. *Spicileg.* 100
Dagobertus Rex Francorum 106
Damianus Iacobus 146
Danbussonus Petrus 63
Dandolus Andreas 76
Dantiscus Ioannes 54
Dauid Georgi 56
Desiderius Cadurcensis Episcopus 108
Diarium Europaeum 148
Dicelius Hieronymus 46
de *Diceto* Radulphus 119. 120
Dieterichus Ioannes Conradus 125
Difenbach Martinus 23. 134
Difenbach Georgius Gustauus 30
Dinner Conradus 76
Dinterus Edmundus 66
Diplomata varia 79
Diplomata Admontensis Coenobii 96. 101
- *Bremensia* 80
- *Capellendorfensia* 80
- *Chomburgensis* Monasterii 80
- *Friderici III.* Imp. 69
- *Gandersheimensia* 74
- *Garstensia* 96
- *Ghehensia* 80
- *Misniae* & *Thuringiae* Monasteriorum varia 80
- *Oldislebensis* Monasterii 80
- *Ottonis* M. Imp. 70
- *Ratisbonensia* 100
- *Silesiaca* 89
- *Zvvettalensia* 96

Diplomatarium miscellum 96
- *Aschaffenburgense* 98
- *Bohemo-Silesiacum* 97
- *Boico-Venedicum* 96
- *Brandenburgicum* 97
- *Breubergense* 98
- *Disibodenbergense* 98
- *Eppensteinense* 98
- *Griffoniense* 97
- *Halberstadiense* 97
- *Noui Operis* Praepositurae Hallense 97
- *Pegauiense* 96
- *Schvvarzachense* 98
- *Viennense* Lambecianum 96

Diptycon vetus Fuldense 79
Dithmarus Iustus Christoph. 14
Ditmarus Ep. Mersebur gensis 57. 72. 73
Dinaeus Petrus 36. 53. 95
Dodechinus 58
Doederlein Iohannes Alexander *de Adrian. & Probi Impp. Vallo* 19. *de Nummis Ger.* 34
Dohndorff Christophorus 90
Dolce Ludouicus 139. 142. 143
Donnizo 73
Dornauius Caspar 133

Dorn-

Dornmeier Andreas Iulius 17. 19
Dotationes Coenobii S. Petri in Nigra Sylua 79
von den *Driesch* Georgius Cornelius 151
Drogo Episcopus Metensis 109
Dubrauius Ioannes 92
Duellius Raimundus 93
Duldorp Wedechindus 92
Dumbar Gerardus 96
Dumerichius Paulus 140
Durand Vrsinus 100. 128
Durer Albertus 138
Durrius Ehrenfried 45
Ebbesdorpenses Martyres 72
Ebbo Archiep. Rhemensis 110
Ebeling Christianus 31
Eberndorffer Thomas 88. 136
Eberhardus Altahensis 99
- - *Gandersheimensis* 75
- - *Salisburgensis* 128
Eberhardus Christianus 139
Eccardus (ab *Eckhardt*) Ioa. Georgius *Introd. ad script. Rer, Germ.* 3. *Bibl. Script, Ger.* 3. *de Apoll. Granno* 22. 24. 28. *de Iudic. Vehm.* 30. *de Numm. Attil. & Theod.* 34. *Origg. Langob.* 39. *de Orig. Francor.* 41. 50. *Corp. med. aeui* 77. *de Imag. Carol. M.* 123. *de Diplom. Carol. Osnabr.* 123.
Eckehardus Vragiensis 73. 77. 128 vide *Ekkehardus*.
Eckius Iohannes 130
Ederus Georgius 142
Eddius 120
Egbertus 73
Egenolf Ioannes Augustinus 25
Eggehardus Vragiensis, vide *Eckehardus*.
Eggelingius Ioannes Henricus 19. 37
Eginhardus de Vita Caroli M. 51. 60. 71. 104. 108. 121. *Annales* 109. *Epistolae* 112
Egmondanus Wilhelmus 95
Ego Iohannes 101
Egolismensis Monachus 69. 103. 108. 122
Ekkehardus Iunior Monachus 66. 67
Elschlebius Christophorus 93
Elyensis Thomas 120
S. *Emmeranus* 50
Emo Abbas 95
Emserus Hieronymus 82
S. *Engelbertus* 49
Engelhusius Theodoricus 73. 74. 75. 81. 125. 146.
Engelfüß Georgius 146
Enikelius Iohannes 83
S. *Epiphanius* 72
Epistolae Francicae tempore *Clodouaei* 104
- *Friderici I.* Imp. 62. 130
Epistolae
- *Friderici II.* Imp. Conradi IV. & Manfredi 59. 60. 64. 100. 101. 132
- *Friderici III.* Imp. 64
- *Henrici IV.* Imp. 51
- *Caroli VIII.* Galliae R. 97
- arcanae ab *Henrico II.* Galliae Rege scriptae 82
Erchempertus Monachus 77. 107
Erckenbaldus Argentoratensis Ep. 69
Erath Augustinus 94
Erdmannus Erdwinus 70
Eremita Daniel 143
Ermenricus Elwangensis 67
Ericus Rex Sueciae 68
ab *Erp* Henricus 95
Erphesfordensis Monachus 58
Erphurdianus Antiquitatum variloquus 81
Ethelouerdus 119
Etropius Ioannes 54. 140
Evermot Cunradus 92
Eudo Dux Aquitaniae 107
Eugippius 50. 99
S. *Evergislus* 72
Eybenius Vdalricus 135
Eynvvicus Sanflorianensis 87
Eto Comes Palatinus 72
Faber Antonius 148. 149
Faber Iacobus 65
Fabricius Bruno 95
Fabricius Ioannes Albertus *Suppl. Voss.* 2. *Lindenbrog S. R. S.* 67. *Conspect. Thes. Liter.* 101
a *Falckenstein* Lanckmann Nic. 62. 63
Faletus Hieronymus 141
Fasti Consulares 77
Fastrada Caroli M. vxor 108. 109
Fell Ioannes 119
Feltzius Ioannes Henricus 127
Ferdinandus I. Imp. 142
Ferdinandus II. Imp. 144
Ferdinandus III. Imp. 147
Ferdinandus Mellicensis 86
le *Fevre* Iean 23
Fistenportius 98
Flacius Matthias 134
S. *Florianus* 85
Forchtenauer Wolffgangus 93
Fordun Ioannes 120
Forgatz Franciscus 143
Fortunatus Venantius Honorius Clementianus 106
Fragmentum Aquitanicae historiae 104
- - Annalium Nazarianorum 104
- - Historiae Francicae a Ludouico Balbo ad Hugonem R. 104
- - de gestis Ludouici VIII. 104
Franciae Occidentalis veteres Scriptores 105
Franciscus I. Galliar. Rex 65. 66. 140
Franckenste'n Christianus Godofredus 154
- - Iacobus Augustus 81
Franckius Ioannes Georgius 35
Franckius a Franckenstein, Valentinus 39
Frantzius Ioa. Ioachimus 122
Frechtus Martinus 51. 125
Fredegarius Scholasticus 99. 107
Freherus Marquardus 121. *Directior. Hist. G.* 2. *de lingua Franc.* 25. *de secretis Iudic. Westph.* 30. *Origg. Palat.* 45. *Collect. S. R. G.* 61. *Script. Rer. Boh.* 91. 135. *Corp. Hist. Franc.* 104. *de Statur. Car. M.* 123.
Freinshemius Ioannes 13
Frencelius Abrahamus 90
Fresinga Reinicus 96
Frey Ianus Caecilius 23
Freyberger Sigismundus 146
Frickius Elias 141
Frickius Ioannes 26. 30.
Fridericus I. Imp. Barbarossa 129
Fridericus II. Imp. 131. 136
Fridericus Brunsuicensis Dux destinatus Rex Rom. 136
Friese Laurentius 84. 123.
Friese Tilemannus 32
Fritschius Ahasuerus 135
Fritschius Thomas, huius Thes. Antiq. Germ. 50
Frodoardus Rhemensis 103. 112
Froissardus Ioannes 119
Frotharius 112
Fulcherius Carnotensis 118
Fuldenses Traditiones 59
Funccius Christianus 90
de *Fürstenberg* Ferdinandus Episc. Paderbornensis 41. 48
de *Fürstenberg*, Comes Ludouicus 145
Fuxensis Anonymus 131
Gaertner Carolus Guilielmus 136
Gale Thomas 120
Galfridus Monumetensis 119
Galli, de his varii Scriptores 105. 106
Ganzenmiller Ioa. Ioseph. 94
Garzo Iohannes 57. 81. 90. 94
Gassarus Achilles Pirminius 81
Gastius Abraham 90
Gaudentio Paganino 146
Gauterius 118
Gebauerus Georgius Christianus 124. 127
Gebvilerus Hieronymus 53. 139
Gelenius Ægidius 49
Gemeticensis Guilielmus 119
Genealogiae variae veterum Franciae Regum 107

 Genealogia

Genealogia B. *Arnulfi* Metensis Episcopi 103. 112
- *Bauariae* Ducum 73
- *Brunsuicensium* & Luneburgensium 73
- *Flandriae* Comitum 100
- *Guelfica* 73
- *Kyburgensium* Comitum 67
- *Thuringiae* Landgrauiorum 58
de S. *Georgio* Beneuenutus 129
Gerbertus 112
Gerhardus Stedernburgensis 69. 73
Gerhard Ephraim 31
Gericken Ioannes Wilhelmus 30
Gerlachius Melchior 90
de *Germano* Richardus 132
S. *Germanus* 50
Geruasius Dorobornensis 119
Geruasius Tilberiensis 73. 75
Gesta Friderici II. Imp. eiusque Filiorum 77
Ghilini Ioan. Iacobus 65
Gildas Sapiens 119. 120
Giraldus Syluester 119
Glaber Radulphus 104
Gladov Fridericus 153
Glafey Adamus Fridericus 153
Glareanus Henricus 64. in *Tacit. Germ. 12. 52. De script. Heluet.* 53
Glorierius Caesar 140
Gnodalius Petrus 54. 140
Goebel Ioa. Wilhelmus 27
Gobellinus Persona 74
Gobler Iustinus 53. 75. 138
Godfridus Viterbiensis 58
Godefridus Monachus 62. 131
S. *Godehardus* 73
Godeleuaeus Guilielmus 55. 142
B. *Godescalcus* 73
de *Goes* Damianus 55
Goezius Georgius Henricus 142
Goldastus Melchior, *de Seruit. Ger. 27. Constitt. Imp. 29.* de *Nummis Germ. 32. Notae ad Walafr. Strab. 67. Collect. Script. R. A. 66. 121. Collectio de Henr. IV. 127. 135.*
Goldmeyer Andreas 84
Golscherus 78. 92
Gozecensis Monasterii Fundatio 91
Graeuius Ioannes Georgius 102
Grapheus Cornel. Scriban. 140
Grauamina Nationis Germanicae contra Sedem Romanam 64
Graunius Caspar Henricus 45. 91
Greenius Georgius 39
Gregorii Ioan. Godofredus 46
Gregorius M. P. R. 108
Gregorius VII. P. R. 57
Gregorius Turonensis 104. 106. 107.
Gresemundus Theodoricus 83
Gretserus Iacobus, *Diui Bamberg.* 49. 84. *de Gregorio VII.* 128
Griebner Michael Henricus 90
Gronouius Iacobus 15
Grosser Samuel 90
Grotius Hugo 13
Grotniz Melchior 15
Gribelius Christianus 26. de *Lingua Germ. 25. 31*
Grünbeck Iosephus 137. 138
Gryphius Christianus 144
Gualdus Galeatius *Histor. delle Guerre 146. Hist. Ferd. III. 147. Hist. di Leopoldo 148*
Gudenus Ioannes Mauritius 83
Gudenus Henricus Philippus 49
de *Gudenus* Valentinus Ferdinandus 82. 98
Guibertus de Nouigento 118
Guido Bernardus 106
Guilielmus Neubrigensis 119
Guillermus Brito 104
Guillimannus Franciscus 127
Gundacherus Seittenstettensis 87
de *Gundling* Iacob Paullus, *Geogr.* med. 42. 44. *de Philippo Sueuo 131. de Conrado IV. 132. de Wilhel. & Richardo 133.* de *Henr. VII.* Imp. 134
Gundling Nicolaus Hieronymus *de emt. vxor. 27. de Henr. Auc. 126. de Adolpho Nassouico 133. Abriß der R. H. 152. 40. 125. 127. 133*
Guntherus Schwarzburgicus Rex 135
Guntherus Poeta 52. 59. 60. 129
Habernfeld Andreas 145
Hachenberg Paulus 35. 42
Hackius Wernerus 93
Hadriani Ioannes Baptista 142
Hagelgans Ioannes Henricus 47
Hagen Henningus 76
Hagenius Gregorius siue Matthaeus 87
Haffeneckerus Ioannes 147
Hahnius Simon Fridericus 42. 44. 71. *Consil. de Geograph. media 44. Collectio Monimentor. 97.* de *Conrado II. 127. Syst. Hist. Germ. 153*
Hanckius Martinus 38
Hansizius Marcus 50
Hantschmannus Ioannes 143
von der *Hardt* Hermannus 39
de *Haselbach* Thomas 88. 136
Hauelbergenses Episcopi 97
ab *Haugwiz* Augustus Adolphus 90
Hechtius Godofredus 35
Heideggerus Ioannes Henr. 123
Heisterbacensis Caesarius 74
Heimburg Gregorius 63
S. *Heimeradus* 73
Heineccius Ioannes Michael, de *Nummis Goslar. 34. Coll. S. R. G. 71. 21*
Helgaldus s. Helgaudus 104
Helianus Ludouicus 64
de *Helmestadt* Dietherus 79
Helmoldus Bosauiensis 57. 68. 75
Helwichius Georgius 83
Henelius ab Hennenfeld Nicolaus 89
Henningius 20
Henricus Auceps Germaniae Rex 112. 125
Henricus II. Sanctus Imp. 126
Henricus III. Imp. 127
Henricus IV. Imp. 127
Henricus V. Imp. 128
Henricus VII. Imp. 134
Henricus VII. Angliae Rex 65
Henricus Raspo, Thuringiae Landgrauius 132
Henricus Aquilonipotensis 70
Henricus Rebdorffensis 62
Henricus Salzburgensis 101
Henricus Stero 99. 133
Henschenius Godefridus 82
Hepidannus Coenobita 66. 67
Heraeus Carolus Gustauus 33. 83
Hericus Monachus 111
Hermannus Contractus 58. 60. 99
Hermannus Guilielmus 95
Hermannus Ianuensis 78
Hermannus Leonardus Dauid 35
Hertius Ioan. Nicolaus, de *Hominibus propriis 27. Notitia Vet. Germ. 36. Notitia Regni Franciae 40*
Hertzius Michael 3
Heroldus Basilius Ioannes *Leges Germ. 28. 29. de Romanor. Station. 41. 53. de reb. Ferd. I. in Hung. 55. res contra Turcas 142. Orat. in Max. II. 143. Orat. in Ferdin. I. 143*
Heruagius Ioannes 51
Hessus H. Eobanus 54
Heubel Ioannes Henr. 4
Heumannus Christophorus Augustus 131
Heydeni Adamus & Nicolaus 56
Hiegell Iohannes Crato 18. 35
Hieronymus 106
Higden Ran. 120
Hildesheimensis Episcopatus Scriptores varii 73. 74. 75
Hincmarus Rhemensis ArchiEpiscopus 78. 110. 111
Hoeschelius Dauid 8
Hoffmannus Carolus Gottlob 123
Hoffmannus Christianus Godofredus 29. *Script. Rer. Lus.* 89
Hoffmannus Christophorus 88
Hoffmannus Ieremias 130
Hoffmannus Martinus 84
Hoffmannus Paulus 125
ab *Hohenburg* Herwartus 135
Hohenleiter Wolffgangus 139
Hondius Iudocus 8
Hoppenrodius Andreas 70. 91

de

de *Horneck* Ottocarus 133
Hortensius Lambertus 54. 141
Hortleder Fridericus 81. 141. 144
Hoslus Hieronymus 55. 56
Hofmannus Abrahamus 143
Hospitalius Michael 56
Hottinger Dauid 34
Hovedenus Rogerius 73. 119
Hroswitha Monialis 60. 70. 74. 126
Hubertus Martinus 56
Hudson Ioannes 8.
Hugo Candidus 120
Hugo Floriacensis 113
Hugo de S. Victore 71
Hülse Conrad 126
Huntindoniensis Henricus 119
Hussitica varia 99
Hussus Ioannes 78
ab *Hutten* Vlricus 47. 53
Huttichius Iohannes 18. 83
Iablonsky Ioannes Theodorus 15
Iaeger Iohannes Wolffgang 149
Iaenichius Petrus 90
Iarkius Iohannes 20
Ianfonius Ioannes 41. 42
Ianus Iohannes Guilielmus 38
de *Iamfilla* Nicolaus 131
Iaschius Valerius 49
Idatius Lemouicensis 99. 106
Ieffenius Ioannes 143. 144
Infessura Stephanus 78
Ingulphus Croylandensis 119. 120
Innocentius III. P. R. 131
Ioannes Archiepiscopus Pragensis 135
Ioannes huius Chronica Polonorum 89
Ioannes Abbas S. Petri de Burgo 120
Ioannes Prior Hagustaldensis 119
Ioannes Biclariensis 99. 106
Ioannis Georgius Christianus *Renber. Script.* 59. *Collect. Rer. Mog.* 82. *Collect. Tabul. vet.* 98
Ionas Arngrimus 22
Iordanus Thomas 92
Iornandes 106
Iosephus I. Imp. 149
Iouius Paulus 140
Irenicus Franciscus 17. *Exegesis Germ.* 45
Irmingardis Augusta 110
Irmintrudis Regina 110
Isenacensis Monachus 82
Iso Magister 67
Iuch Guilielmus 31
Iulianus Toletanus Archiepiscopus 107
Iulius Africanus 99
C. *Iulius* Caesar 9. 14
C. *Iulius* Solinus 10. 14
Iulius Honorius 9. 10
Iuncker Christianus 42
Iungiohann Iohannes Christianus 49
Ius Germanicum Austriaci Ducatus 96
Iustinianus Iohannes 143
Iustinus Lippiensis 70
Iuo Carnotensis 104. 128
Kellerhaus Fridericus Andreas 34
Kellinghausen Ioannes 56
Kelpius Martinus 39
Kero Monachus 67
Kesler Iohannes 67
Keysler Iohannes Georgius 20. 21 24. 35
de *Khevenhuller* Comes, Franciscus Christophorus 144
S. *Kilianus* 50
Kirchmaier Georgius Caspar 14. 18
Kirchmaier Sebastianus 20
Knaut Christianus 45
Knighton Henricus 119
Koeler Ioannes Dauid, *Director. Freher.* 2. *de Scholis Germ.* 24. *Introd. ad hist. Fr. Orient.* 84. *Geneal. Caroli M.* 123. *de Bibl. Caroli M.* 123. *Famil. Francica* 125. *de Donat. Mathild.* 129. *de Familia Stauffensi* 130. *de Familia Lucemb.* 134. *de Iodoco* 136. *de Libro Theuerd.* 137
Koenigsmannus 24. 26
Kriegsmannus Wilhelmus Christianus 19
Krügerus Georgius 39. 90
Kulpisius Ioannes Georgius 17. S. R. G. 68. 137
Kulzingius Otto 74
Kuntschkius Ioannes Georgius 39. 90
Lacarrius Ægidius 15. 40
Lambecius Petrus *Origg. Hamb.* 68. 133. 136. 137. 138
Lambertus Ardensis 97
Lambertus Schaffnaburgensis 52. 53. 58. 127
Lamigue 150
Lamormainus Guilielmus 144
Lauckmann a Falckenstein Nicolaus 62. 63. 88. 137
Lange Henricus 75
Langius Paulus 58. 81
Languetus Hubertus 56. 143
Latomus Bartholomaeus 53
Launoyus Ioannes 24
Laurentius Martinus Christophorus 38
Laurishamenses Antiquitates 61
Lauterbach Ioannes 6. 24. 25. 56
Lazius Wolffgangus 55. 142
Legatius Ioannes 74
Leges Alamannorum 67
- *Angliorum* & Werinorum 72
- *Brunsuicenses* antiquissimae 75
Leges
- *Cellenses* municipales 76
- *Goslarienses* 76
- *Lunaeburgenses* antiquae 76
- *Normannicae* 97
- *Wisbyenses* 76
Lehmannus Christophorus 151
Leibnitius Godofredus Guilielmus 14. 15. 19. 25. *de orig. Francor.* 40. *S. R. Br.* 72. *Access. Hist.* 92
Leitersberger Iohannes Philippus 31
de *Lemmege* Ioannes 95
Lentulus Cyriacus 14
Leo X. P. R. 65
Leo Iudas 67
Leo Sibrandus 95. 96
Leodius Hubertus Thomas 36. 66. 95
S. *Leopoldus* 86
Leopoldus I. Imp. 148
de *Lerbecke* Hermannus 69. 74
Leti Gregorio 139
Leuckfeld Ioannes Georgius *Antiq. Nummar.* 34. 71
Leuchtius Ioannes Christoph. 149
a *Leydis* Ioannes 95
Leznerus Ioannes 49. 122. 124
Libanius Sophista 106
a *Lichtenau* Conradus 39
Liebhardus Ludouicus 130
Liebknecht Ioan. Georg. 33
de *Lignamine* Philippus 77
Lippiensis Iustinus 70
Lipsius Iustus 13
Lindner Ioannes 82
Linck Ioannes Christianus 146
Lindenbrogius Erpoldus, *res Chaucor.* 37. *Script. Rer. Ger.* 67. *de Carolo M.* 122
Lindenbrogius Fridericus *Cod. LL. Germ.* 29
Linturius Ioannes 59
Listrius Gerardus 94
Loederus Ioannes Henricus 26
Loiseliani Annales Francorum 108
de *Lohenstein* Daniel Caspar 47
le *Long* Iacques 40
Lorichius Petrus 55
Lotharius I. Imp. 110
Lotharius II. Imp. 128
Lotichius Ioannes Petrus 145
Lotterus Ioannes Georgius 41
de *Luca* Ptolemaeus 118
de *Ludewig* Ioannes Petrus, *Introd. ad rem numm.* 32. *Coll. S. R. G.* 76. *Script. Rer. Bamb.* 83. 84. *Wirzb.* 84. 90. *de Idolis Slauor.* 22. 90. *Reliq. MSCt.* 96. *Germ. Princ. sub Conr.* 125. *de Henr. Auc.* 126. *Entw. der Reichs-Hist.* 152
S. *Ludgerus* 72
Ludouicus Pius Imp. 109. 110. 124

Ludouicus II. Imp. 110
Ludouicus Germanicus Rex 69. 124
Ludouicus Rex Francorum Balbus 111
Ludouicus III. Rex Francorum 111
Ludouicus Bosonides Rex 112
Luitprandus Ticinensis 126
Lullus Archiepiscopus Moguntinus 49
Lunderpius Michael Caspar 142. 144
Lungwitzius Matthaeus 146
Lünig Ioannes Christianus 148
Lupus Seruatus 112
Lutherus Martinus 53
Mabillonius Ioannes 41. *Acta ord. S. Bened.* 48. *Analecta* 100
Macchus Alexander 147
Maderus Ioannes Ioachimus *de Duello* 31. 125
Madrucius Ludouicus 142
Magnus Torquatus, Brunsuicensis Dux 75
Maior Ioannes Daniel 34. 35. 36
Mains Ioannes Burchardus 131
Malbranqu Iacobus 36
Malmesburiensis Wilhelmus 120
Mameranus Nicolaus 55. 141
Manetus Iannotius 65
Manfredus Rex 132
Manlius Christophor. 59. 90
Manlius Iacobus 65. 83
Marbachius Vlricus 62
Marcellinus Comes 106
Marchetus Ioannes Basilius 55
Mareschallus Nicolaus 39
Marianus Scotus 58
Marinus Sanutus 119
Marius Auenticensis 106
Markelmus Presbyter 74
Marlianus Aloysius 65
de *Marsigli* Comes, Aloysius Ferdinandus 46
Marsilius Pataninus 135
Martene Edmundus *Thes. Anecd.* 100. 128
Martin Iacobus 20. 23
Martinus Fuldensis 78
Martinus Minorita 78
Martinus Polonus 69. 77
Mastardus Augustinus 147
Mascouius Ioannes Iacobus de *Primatibus* 50. *Hist. Germ.* 153. *Comp. Hist. Germ.* 154
Masenius Iacobus 139
Masius Godofredus 39
Masius Godofredus Hector 22
Massonus Papirius 106
a *Mastricht* Gerardus 21
Matthaei Antonius 95
Matthaeus Mareschalcus a Pappenheim 62
Matthias Imp. 144
Matthias Coruinus Hungariae Rex 63
Mathenesius Ioannes Fridericus 144
Maurisius Gerardus 132
Maurus Hartmannus 53. 139
Mayer Ioannes Fridericus 142
Maynus Iason 64
S. *Maximilianus* 85
Maximilianus I. Imp. 137
Maximilianus II. Imp. 143
Meginfredus 50. 99
Meibomius Henricus P. & F. *ad Tacit. Germ.* 14. *de Irmensula* 21. *de Canis portat.* 32. *de Pagis Sax.* 45. S. R. G. 69. *Opuscula minora* 70. 71. *Apologia pro Ottone IV.* 131. *de Frid. Brunsuic.* 136
Meier Ioachimus 38
Meinardus Franciscus 24
Meinders Hermannus Adolphus 22. *de Iurisd. Colonar.* 27. *de Statu Rel. & Reip.* 30. 124. *de Gograuiis & Scabinis* 31
Meister Ioachimus 90
Meisterlinus Sigismundus 97
Melanchthon Philippus 12. 81. 135. 137
Melissantes 46
a *Mellen* Iacobus 33. 34. 36
Mellicensis Anonymus 136
Mellinus Georgius Iacobus 21. 38
Menander Protector 106
Menckenius Ioannes Burchardus, *Catal. du Fresn.* 2. *Coll. S. R. S.* 80. *Vita Leopold.* Imp. 148
Menco Abbas 95
Mercator Gerardus 8
Merckelius Henricus 142
Merssaeus Petrus, Cratepolius 48
Meyerus Martinus 148
Mezler Iodocus 101
Micyllus Iacobus 94
Mindensis Episcopatus scriptores 74
Miraeus Aubertus 143. 145
Mirus Adamus Erdmannus 90
de *Mixigia* Guterus 98
Moguntini Scriptores 82. 83
- - Cancellarii 98
Monachus Hamerslebensis 74
- - *Hersfeldensis* 52. 53
- - *Paduanus S. Iustinae* 60
- - *Pegauiensis* 57
- - *Weingartensis* 73
Monasteriorum variorum Germaniae Translationes 91
Monteguana Ferdinandus 147
Morenae Otto & Acerbus 73. 129
Morhofius Georgius Daniel 24. 25
Moser Iohannes Iacobus, 32. *Bibl. MSC.* 94. 137. 150
Mozius Iacobus 63
Müller Iohannes Ioachimus *de Frid. III.* 137. *de Maximil. I.* 138. *Hist. Protest.* 141. *Span. Vermaehl. Saal* 150
Münster Sebastianus *Cosmogr.* 45. *Descript. Germ. vniu.* 53.
Muratorius Ludouicus Antonius *Corp. Hist. Med.* 101
Murensis Monasterii Origines 77
Mushard Lüneburg 21
de *Musica* Antonius 81. 140
Mussatus Albertinus 134. 135
Mutius Huldericus 59
Mycillus Iacobus 15
Mylius Andreas 91
van der *Mylen* Ægidius 39
Mylius Martinus 90
Nagge Wilhelmus 96
de *Nangis* Guilielmus 103. 104
Necrologium Admontense 87
- *Bambergense* 79
- *Erfordense* S. Petri 79
- *Hildesheimense* 73
- *Kemnizense* Monasterii S. Mariae 81
- *Lauresheimense* 79
- *Lucidae Vallis* Abbatiae 79
- *Moguntinum* 79
- *Mollenbeccanae* Abbatiae 79
- Claustro *Neoburgense* 86
- *Patrum Minorum* Viennensium 88
- in *Retza* Praedicatorum 94
- *Tirstainense* 93
- B. *Virginis* Monasterii, vulgo ad Scotos Viennae 86
- *Werthinense* 76
- *Winpinense* 79
Neplacho Optauocensis 88
Neu Ioannes Christophorus, *Access. ad Whear.* 2. 127
Neuwaldus Ioannes 37
Nicolaus Botrontiensis Episcopus 59. 60. 134
de *Niem* Theodoricus 69. 74. 77
Nifanius Christianus 123
Nigellus Ermoldus 80. 124
Nithardus Angilberti F. 69. 103. 110. 124
Nogarolus Hieronymus 64
Nonosius 127
Norbertus Iburgensis 78
Noricus Bernhardus 86. 87
de *Noris* Alessandro 146
Normanni de eorum gestis Scriptores varii 110. 111. 112
a *Northof* Neuoldus 69. 70
Notkerus Balbulus 100. 108
Nouiomagus Gerardus 66. 94. 95
de *Nuenar* Comes Hermannus 40. *de orig. Francor.* 51. 53. 65. 95. 106. *Eginh.* 121
Nunnimgh Iodocus Hermannus 35
Nunnius 120


Oberstein

Oberstein Paulus 138
Obrechtus Vlricus 23. 38. 68
Ockamus Wilhelmus 135
Odilo Cluniacensis 99. 126
Odo 100
Odorannus Monachus 103. 112
Oertel Fridericus Benedictus 136
Olearius Godofredus 154
Olearius Ioannes Christoph. P. & F. 32. 33. 35
Oliuerius Scholasticus 78
Ortlob Carolus 24
Ornatomontanus Telomonius 74
Ortelius Abrahamus 8. 41. 42
Ofius Felix 132. 134
Osterdingus Henricus 46
Ostermannus Petrus 147
Otbertus Leodiensis 128
Othlonus Monachus 49. 99
Otto M. Imp. 126
Otto III. Imp. 126
Otto IV. Imp. 74. 131
S. *Otto* Bambergensis 49
Otto Frisingensis 52. 60. 128. 129
Otto Tarentinus Dux Brunsuicensis 74
Otto de S. Blasio 60. 131
Ottus Christophorus 120
Oxenstierna Axelius 146
Palatius Ioannes 121. 125. 152
Paltramus 86
Pancirolus Guidus 11
Panormita Antonius 65
Pantaleon Henricus 48
Papebrochius Daniel 82
Pappus Ioannes 11
Pappus Canonicus Constantiensis 145
Paradinus Guilielmus 55
Paris Matthaeus 132
Parisiensis Ioannes 106
Pastorius Ioachimus 122
Pastorius Iohannes Augustus 148
Patauienses Episcopi 85. 94
Patauinus Marsilius 132
Patinus Consiliarius Mechliniensis 151
Patricius Augustinus 63. 88
de *Pauinis* Ioannes Franciscus 68
Paullini Christianus Franciscus *de Aduocat. Monast.* 31. 93. *de Pagis Saxon.* 45. 92
Paulus Presbyter 93
Paulus Warnefridi Diaconus 103. 104. 109
Peganiensis Monachus 57
Periander Aegidius 83
Perizonius Iacobus 102
B. *Perpetuus* 50
Persona Gobellinus 69
Pertschius Iohannes Georgius 45
de *Perusio* Pontanus Ventura 63
Petra Sancta Syluester 147
Petreius Nicolaus 36
Peucerus Caspar 90
Peutinger Conradus, *Serm. Conuiual.* 16. 53. *Fragm. veter. Ro.* 18. *de migrat. Gent.* 38. 39. 129
Peutingeriana Tabula 8. 11. 41. 42
Pezius Bernhardus 85. *Thes. Anecd. Nou.* 100.
Pezius Hieronymus 85
Pfannerus Tobias 147
Pfeffinger Iohannes Fridericus 152
Pfinzing Melchior 137
Pflugkius Iulius 66
Picard Iohannes 23
Piccartus 19
Piccolomineus Iacobus Cardinalis Papiensis 63. 91
Picus Mirandulae Dominus Ioa. Franciscus 64
Philemorus Irenicus Elisius 148
Philippus Sueuus Rex Rom. 131
Philippus Augustus Rex *Franc.* 100
Pirckheimer Bilibaldus, *Germ. Explic.* 16. 52. *Bellum Helu.* 65. *Descript. Germ.* 94. *Currus Triumph.* 138
Pirnensis Monachus 82
Pistorius Iohannes Coll. S. R. G. 57. *Script. Rer. Pol.* 120
Pithoeus Petrus, *Collectio Rer. Germ.* 52. *Script. Hist. Franc.* 103. 104
Pitschmannus Christianus Gottlob 90
S. *Plectrudis* 49
C. *Plinius* S. Senior 8. 10. 14.
Poggius Florentinus 64
de *Polda* Iohannes 70. 74
à *Polheim* Baro, Ioa. Cyriacus 143
Pomo Pietro 146
Pomponius Mela 9. 14
de *Poncumolo* Columbanus 137
Pontanus Ioannes Isaacius 40. 95. 96
Ponticus Virunnius 119
Pontus Antonius 95
Porcheron Placidus 11
Possbius Ioannes 56
Potgiesser Ioachimus 27
Ptolemaeus Claudius 7. 14
Praetorius Bernhardus 144
Praetorius Matthaeus 39
Praschius Ioannes Ludouicus 25
Preuenhuber Valentinus 94
Priscus Rhetor 106
Priuilegia Ecclesiae Hamburgensis 68
Priuilegium Collegii Poetarum Viennensis 64
Procopius 106
Prophetiae Satyricae in Papas aliquot 78
Prosper Aquitanicus 99. 106
Pucheler Iohannes 81
Pufendorf Esaias 23
Pufendorf Samuel, *de rebus Suecic.* 146. *de reb. Brandenb.* 149
Purgold Ioa. Simon. 37
S. *Pusinna* 72
Quirinus Thadeus 63
Rabanus Maurus Archi-E. Moguntinus 49. 67. 103. 110
Rabener Iustus Gotthardus 139
Radeuicus Frisingensis Canonicus 52. 60. 129
Radulphus Comensis 100
Radulphus Mediolanensis 129
de *Rambaldis* Beneuenutus 62
Rango Martinus 39
Rapitius Andreas 142
Rapoldus Daniel 89
Rathalter Iohannes 82
Ratisbonenses Episcopi 78
Ratpertus Monachus 66
Rauennas Anonymus, huius Geographia 9. 11
Raul Sire f. Radulphus 129
Rechenbergius Adamus 18. 45
Regino Prumiensis 52. 58. 103
Reichenberger Maximilianus 148
Reina Carolus Iosephus Maria 148
Reineccius Reinerus 37. 47. Script. R. G. 57. *Annal. Caroli M.* 122
Reinerius 92
Reinerus Monachus 101
Reinhard Ioannes 84
Reinhardus Reinchusensis Abbas 73
Reinhardus Conradus Fridericus 12
Reiskius Iohannes 22
Reisner Adamus 140
S. *Remigius* Rhomensis 108
Remling Nicolaus Hieronymus 126
Renus Georgius 130
Reuber Iustus, Collect. S. R. G. 59
Reuschius Erhardus 46
Reutelius Iacobus 92
Reyher Samuel 34. 81
Rhabanus Maurus vide *Rabanus*.
Rhagius Iohannes 11
Rhenanus Beatus, ad *Tacit. Germ.* 12. *Res Germ.* 16. *de Origg. Goth.* 39
Rhode Iohannes 74
Rhode Christianus Detleu & Andreas Albertus 36
Rhonius Godofredus 74
Riccius Iosephus 145
Riccius Paulus 66
Richardus Rex Romanorum 133

Richardus Hagulstadensis 119
Richardus Christianus Bartholomaeus 20
Richerius Christophorus 54
Richey 36
Ricobaldus Ferrariensis 77
Rigordus 104
Rinck Eucharius Gottlieb 149
Ritius Michael 105
Rittershusius Conradus 59. 60. 129. 130
Robertus de Buston 120
Robertus de Monte 58
Robertus Monachus 59. 60. 118
Robortellus Franciscus 142
Rodulphus Monachus Fuldensis 49
Rohte Ioannes 82
Rolevinck Wernerus 37. 59. 76
Rollius Ioannes 93
Romanus Henricus 96
Romualdus Salernitanus 129
Rorico Monachus 107
Rositzius Sigismundus 89
Rosla Henricus 70
Rost Maurus 78
Roth Eberhardus Rudolphus 28. 31. 32
Rousset 151
Rudolphus II. Imp. 143
Rubertus Gottwicensis 86
Ruchius Ioannes Gulielmus 139
Rudolphus I. Habsburgicus 133
Rudolphus Sueuus Rex 128
Ruhlmannus Gottfried 4
Ruodepertus Monachus 67
Rupertus Rex Romanorum 136
Rupertus Christophorus Adamus 47
a *Rusdorff* Ioachimus 98
Rymer Thomas 120
Sabas Malaspina 132
Sabinus Georgius 53. *Hist. March. Brandenb.* 57. 65. 139
Sagittarius Caspar, *Diss. de Script. Germ.* 2. 4. *de Thuring. Statu* 37. 38. *de nom. Westph.* 37. *de Antiq. Gentilis. & Christian. Thur.* 49. *de Lusat.* 90. *de Henr. Rasp.* 132. *Comp. Hist. Germ.* 154
Sagittarius Paulus Martinus 34. 81
Sallas Malaspina 101. 132
Salazar Petrus 139
Salisburgenses Archi-Episcopi 99. 101
Sambucus Iohannes 55. 56.
Sanderson Robertus 120
Sandoual Prudentius 139
Sangallensis Monachus 98. 99. 122
Sansonius Nicolaus 41
Sarisberiensis Ioannes 120
Sauile Henricus 119
Sauromanus Georgius 65
Saxius Petrus 80
Scaliger Iosephus Iustus 106
Scepperus Cornelius 140
Schacher Ioannes Christophorus 91
Schadaeus Oseas 140
Schannat Ioannes Fridericus *vind. Litt.* 79. *Trad. Fuldens.* 85
Schardius Simon *Collect. S. R. G.* 51. 52. *Epit. rer. sub Ferd. I. & Max. II.* 56. 138. *Orat. Funeb.* 142. *Epit. rer. Germ.* 143
Scharfius Ioa. Fridericus 23
Schatenius Nicolaus 123.
Schedius Elias 20
Schedius Georgius 20
Scherzius Ioannes Georgius 24. 26. 29. 134
Scheuchzer Ioannes Iacobus 46
Schildius Ioannes 37
Schilterus Ioannes, *Thes. Antiq. Teut.* 26. 28. 29. *S. R. Germ.* 68
Schirmer Dauid 81
Schlederus Ioannes Georgius 146
Schleenstein Godofredus Nicolaus 91
Schlegelius Christianus 33
Schlüsserus Iacobus 140
Schmaussius Ioannes Iacobus 150. 154
Schmeizelius Martinus 154
Schmidius Ioannes Andreas 33. 83
Schmidt Sigismundus 149
Schminckius Ioannes Henricus 21. *de Vrnis Sepul.* 45. *Eginhart.* 121. 136
Schneiderus 147
Schobinger Bartholomaeus 67
Schoepflin Iohannes Daniel 38
Schonbonius Antonius 40. 95
Schonaugiensis Monasterii Diplomata 98
Schottelius Iustus Georgius 3. 30
Schottus Andreas 102
Schrammius Iohannes 89
Schubartus Georgius 39. 126. 128
Schultes Matthaeus 137
Schurzfleischius Conrad. Samuel 23. 39. 47. 48. 90. 124. 127. 136
Schwarzius Christianus Gottlieb 150
Schwarzius Iohannes Conradus 44
Schweigger Iohannes Christoph. 20
Sciphower Ioannes 70
Scriuerius Petrus 36. 95
a *Seckendorf* Vitus Ludouicus 140
Seelaender Nicolaus 33. 83
Seldenus Ioannes 119
Senckenberg Henricus Christianus 59
Sennertus Andreas 81
Sententia exauctorationis Wenceslai Imp. 61
Serarius Nicolaus *Nota ad Vit. S. Kil. & Epist. Bonif.* 49. 84. *Res Moguntinae* 82
Seruilius Iohannes 66
Seruius Grammaticus 95
S. *Seuerinus* 50. 85. 99
Sheringham Robertus 39
Siffridus Presbyter Misnensis 58
Sigebertus Gemblacensis 52. 58. 128
Sigismundus Imp. 136
Sigismundus religiosus, huius Chronicon 59
Sigonius Carolus 151
Simeon Monachus Dunelmensis 119
Sixtus IV. P. R. 63
Sleidanus Iohannes 140
Smith Thomas 23
Snavel Albertus 96
Sobius Iacobus 65
Soterus de Vinda, Michael 54. 142
Solinus C. Iulius 10. 14
Sommer a Sommersberg, Fridericus Wilhelmus 19. 89
Spalatinus Georgius 47. *de Arminio* 47. 53. *Chronicon* 81. *Vitae Elect. Sax.* 81. 82
Spangel Pallas 64
Spangenberg Cyriacus, de *Bonifacio* 49. 129
Spanhemius Ezechiel 32
Sparke Ioseph 120
Spener Iacob. Carol. *Notit. Germ. antiq.* 42. *Comp. Hist. Germ.* 154
Sperlingius Otto 32
Spiegelius Iacobus 60. 129
Spirenses Episcopi 78
Stabius Ioannes 85
Stadwegius Ioannes 75
Staphyleus Ioannes 55
Staudius Christophorus 90
Stella Ioannes 147
Stella Ioannes Martinus 54. 142
Stella Iohannes Christophorus Caluetus 54. 140
Stenius Simon 66
Stephanides Wilhelmus 120
Stephanus Byzantinus 8
Stero Henricus 62
Steuens Ioannes 139
Stiblinus Caspar 55
Stiefe Christianus 35
Strabo Amasenus 7. 14
Strabo Walafridus 67
Strauchius Iohannes 14
Straussius Iohannes Samuel 128

Strotsibenius Ebraimus 56
Struuius Fridericus 45. 46
Strube Daniel Georgius 27
Struue Burcard Gotthelf *Bibl. Hist.* 2. 58. 61. *de Lud. Equest.* 126. *Synt. Hist. Germ.* 152. *Comp. Hist. S.* 152
Strykius Samuel 90
Stubbs Thomas 119
Stuckius Ioannes Guilielmus 122
Stumpfius Ioannes 128
Sturmius Ioannes 16
a *Styra*, Wolffgangus 88
de *Suffenage* Marchio 150
Sugerius 104
S. *Suibertus* 49. 74
C. *Sulla* 8
Suntheimius Ladislaus 73. 87
Surius Laurentius 142.
Swaphamus Robertus 120
Swartius Henricus 92
Syluester II. P. R. 112
Syluius Aeneas *Hist. Bob.* 51. 91. 63 64. 65. *Hist. Frid. III.* 68. 137. 98. 101
Tabula Peutingeriana 41. 42
Tacitus C. Cornelius, de moribus Germ. 11. sqq.
Tafferner Paulus 149
Tageno Patauiensis 130
Taillepied Noel 23
Tegernseensis Monasterii monimenta 101
Tengnagel Sebastianus 128
Tenzelius Wilhelmus Ernestus 18. 33. 81. 83
Testamentum Brunonis Archi-Episcopi Coloniensis 72
Tethinger Iohannes 53
Thamminus Abrahamus 81
Thana Henricus 123
Theatrum Europaeum 146
Theganus Chor-Episcopus Treuirensis 69. 103. 109. 124
Theodoricus Ostro-Gothorum Rex 108
Theodoricus Thuringus 99
Theodoricus Virdunensis 128
Theodorus 67
Theodulphus Aurelianensis 108. 109
Thomas Cardinalis 98
Thomas Hubertus, Leodius 36. 53. 66. 95
Thomasius Iacobus 31
Thomasius Christianus 11. *de domin. propr.* 27. *de Iud. Westph.* 30. *de Iurisd. Germ.* 30. 136
...n Guilielmus 119
...machus 99
Thuringia Theodoricus 82
...lius C. L. 149
...lius Cassander 150
...marius Henr. Gunther. 121. 123
Tibianus Iohannes Georgius 66
Ticinus Iacobus 90
Tilesius a Tilenaw Nathanael 89
Tilischius Eleasar 89
Tiro Prosper 99
de *Tiufburg* Nicolaus 66
Toenner 39
Torquatus Marcus Anton. 63
Torsellus Marinus Sanutus 119
de *Tournemine* Petrus Ioseph 40
Traditiones Erfordenses S. Petri 79
- *Fuldenses* 59
- *Fuldenses* ex edit. Schannati 79. 80
- *Herbipolenses* S. Stephani 79
Treitszsauerwein ab Ehrentreiz Marcus 138
a *Trescow* Arnoldus Henricus 129
Treuer Gotthilff 35
Treuer Gottlieb Samuel 26. 35
Tritbemius Iohannes 53. 62. 63. 65. 78. 84
Troester Iohannes 93
Tschudi Dominicus 77
Tschudi Aegidius 38. 41. 53
Turckius Guilielmus 42. 44
Turckius Henricus 71. 122
Turpinus Ioannes 52. 59. 60. 122
Twysden Rogerius 119
Tylich Iohannes 79
Tympius Matthaeus 95
Tyskiewicz Georgius 98
Vadianus Ioachimus 17. 66. 67. 94
Vagedes Henricus 21. 23
Valerianus Ioannes Pierius 64
Valerius Bassus 9
Vatzo Consul Viennensis 86
Vdalricus Babenbergensis 78
Vecerius Conradus 51. 60. 61. 134
Velserus Marcus 18. 50
Ventura de Perusio Pontanus 63
de *Vera* & Figueroa Antonius 139
Veracius Iustus 84
Verdensis Episcopatus script. 74
Versteganus 20
de *Vertot* René d' Auber 40. 41
Vetter Iohannes Christoph. 14
ab *Vffenbach* Zacharias Conradus 82
Vffingus Monachus 76
Vghellus Ferdinandus 102. 131
Vicelinus Altenburgensis Episcopus 73
Victor Tununensis 99
Victorius Petrus 143. 144
Vignerius Nicolaus 106
Villagognus Nicolaus 54. 140
Villani Iohannes 134
a *Vinda* Michael Soiterus 54
de *Vineis* Petrus 132
Viperanus Ioannes Antonius 66. 142
Vischel Nicolaus 86
Visselbeccius Petrus 92
Vita Adalberonis Herbipolensis Episcopi 87
- S. *Adalberti* 99
- S. *Adelheidis* Imp. 72
- *Bennonis* Osnabrugensis Episcopi 78
- S. *Bernwardi* Hildesheimensis Episcopi 72
- B. *Bertholdi* Garstensis Abbatis 87
- S. *Bonifacii* 99
- S. *Brunonis* Coloniensis Archi-Episcopi 72
- S. *Burchardi* 99
- *Caroli M.* Imp. 108
- *Caroli IV.* Imp. 91
- S. *Colomanni* 85. 99
- S. *Conradi* Guelfi 73
- *Ditmari* Merseburgensis Episcopi 72
- S. *Elisabeth* Thuringiae Landgrauiae 99
- S. *Emmerammi* 99
- S. *Floriani* 85
- S. *Germani* 99
- S. *Godehardi* Hildesheimensis Episcopi 73
- S. *Gothalmi* 86
- S. *Güntheri* 99
- B. *Hartmanni* 86
- B. *Hathumodae* Quedlinburgensis Abbatissae 78
- B. *Heimeradi* Confessoris 73
- S. *Henrici II.* Imp. 72. 99. 126
- *Henrici IV.* Imp. 51. 57. 60. 72
- S. *Idae* 72
- S. *Kiliani* 99
- S. *Kolomanni*, vide *Colomanni*.
- B. *Lamberti* 79. 99
- S. *Leodegarii* 107
- S. *Ludgeri* 72
- *Ludouici* Pii Imp. 103. 105. 109. 124
- B. *Mathildis* Reginae Germaniae 72. 76. 126
- *Mathildis* Principis Italiae 73
- S. *Maximiliani* 85
- S. *Meinwerci* 73
- S. *Mechtildis* 99
- B. *Notkeri* Balbuli 99. 100
- S. *Ottonis* 99
- *Pippini* Maioris Domus 106
- S. *Seuerini* 85
- *Sigeberti III.* Austrasiae Regis 106
- S. *Suiberti* 74
- S. *Theodomari* 99
- *Theodorici* Metensis Episcopi 72
- S. Tye-

Vita
- S. *Tyemonis* 99
- *Viperti* Groicensis 57. 89
- S. *Viti* 70
- S. *Walpurgis* 99
- *Wilbirgis* inclusae 87
- S. *Willibaldi* 99
- S. *Willibrordi* 99
- S. *Wunibaldi* 99
Vitalis Ianus Franciscus 64
Vitoduranus Iohannes 78. 91
de *Vitriaco* Iacobus 119
Vlloa Alphonsus 139. 143
Vlmus Fortunatus 131
Vnrestus Iacobus 98
Vogelius Georgius 62
Volsaeus Thomas, Cardinalis 100
a *Vorburg* Ioannes Philippus 125. 152
Vorstbusius Ioannes 139
Vossius Gerardus Iohannes 1.
Vrsinus 107
Vrstisius Christianus 60
Vulgerius Magister 78
Wachter Ioannes Georgius *Gloss.* 26. *Origg.* Alam. 38
Waegemann Christoph. 23
Wagenseil Iohannes Christophorus 121
Wagner Franciscus 149
Wagnerus Marcus, Thuringus 27
Wagner Marcus, S. I. 122
Wagner de Wagenfels Ioa. Iacobus 17
VValdisius Burcardus 137
VValafridus Strabo 103. 109. 110
VValdschmidt Iohannes Wilhelmus 27
VVallinford Iohannes 120
VValsingham Thomas 119
VValtramus Numburgensis Episcopus 62. 128
VVassenbergius Euerardus 94. 145. 147
VVasserbachius Ernestus Casimir. 21. 47. 48
VVatenstedius Busso 92
VVeberus Iacobus 49
VVeberus Immanuel, de *Pustero* 21. 59. *de Rudolph. II.* 143. *de Matth. Imp.* 144. *de Ferdinando II.* 147. *Comp. Hist. G.* 154
VVeihenmaier Elias 130
VVeinckens Ioannes 121. 122
VVeingartensis Monachus 73. 76
VVeinrichius Ioannes Michael 44
VVeisius Christianus 90. 122
VVellingi Vlricus & Conradus Fratres 62
VVenceslaus Imp. 136
VVencker Iacobus 136
VVencker Iacobus F. 31
VVengerus Conradus 64
VVerinbertus Sacerdos 108
VVernher Ioh. Balthasar 90
VVexionius O. 98
VVetzlariae Vrbis Diplomata varia 98
de *VVhitlesseye* Walterus 120
S. *VViborada* 67
VVichorst Hermannus 131
VVildvogel Christianus 90
VVilhelmus Rex Romanor. 133
VVilhelmus Malmesburiensis 109. 119
VVillelmus Nangius 112
VVillelmus Tyriensis 118
S. *VVillibaldus* Eichstadiensis 49. 50
VVillichius Iodocus, 12. 16. 52
VVimphelingius Iacobus, *Epit. rer. Germ.* 16. 51. 53. 64
VVinckelmannus Ioa. Iustus 37
VVindeck Eberhardus 81. 136
VVinslouius Petrus 21
VVinther Iurga Valentin 77
VVinzer Thomas 55
VVippo Presbyter 59. 99. 127
VVittebenne Gregorius 92
VVittichindus Corbeiensis Monachus 51. 57. 70. *Emend. Leibnit.* 72. 125
VVislichius Ioannes Antonius 83
de *VVizenberg* Conradus 86
VVolffhardus 99
VVolter Henricus 70
VVuia Petrus 77
Zasius Vlricus 27. 64. 65
Zeillerus Martinus, *Histor. Chron.* 1. *Topogr.* 45. *Itiner. & de Circ.* 46
Zenocarus Wilhelmus 139
Zentgravius Ioh. Ioachimus 133
Zepken Daniel 89
Ziegler Iacobus 65
Ziegler Hieronymus 48
Zinckius Ioh. Iacobus 151
Zollmannus Fridericus 19. 38
Zschackwiz Ioa. Ehrenfried 149. 150. 153
de *Zredna* Ioannes 137
Zuickius Ioannes 67
Zvvinglius Huldericus 65



PROLEGO-



Krügner sc. Lipsiæ

PROLEGOMENA.

SECTIO PRIMA
DE
GERMANORVM ORIGINE, NOMINE ET FINIBVS.

§. I. Veteres incertas ſuas origines a diis potiſſimum ducebant. §. II. Germani originem Tuiſtoni & Manno tribuebant, qui nam iſti, an Tuiſto Mercurius? §. III. Tuiſtonem Germanorum regem antiquiſſimum fuiſſe, improbatur. §. IV. Germani an ab Aſcenatze ortum trahant. §. V. Germani nec a Thogarma, nec a Chananais, nec ab Hercule Aegyptio oriundi. §. VI. Nec Germani ex Scandinauia oriundi. §. VII. nec a Troianis, nec a Gallis. §. VIII. Germani indigenæ non fuerunt. §. IX. Germani ex Aſia, & præſertim a Scythis oriundi. §. X. Germaniæ populis nullum olim nomen commune, quod ante Cæſaris tempora demum ortum. §. XI. Germanorum nomen nec ab Ebræis nec a Thogarma ortum. XII. Germani nec a Carmanis, nec a gigno & imoenia, nec a germinando, nec a geren, nec a Gertin, nec a guerra, nec a gar & mann ducuntur. XIII. nec a Gera, Thuringiæ fluuio ignobili. XIV. Locus Gregorii Turonenſis de Diſpargo in finibus Thuringorum ſito, explicatur. §. XV. Germanorum nomen latinum, idem notat ac fratres. XVI. Hoc cum Taciti verbis conuenire demonſtratur. §. XVII. qui nam Tungri. §. XVIII. Tungri communne dicti Atuatici, Eburones, Condruſii, Cæræſi, Pæmani. §. XIX. Hoc Germanorum nomen a populis Rhenum transeuntibus ad vniuerſam gentem fuit extenſum. §. XX. Germanorum vox non a Teutonibus, ſed Romanis oriunda, quod vlterius probatur. §. XXI. de Alemannorum nomine diuerſorum etymon. §. XXII. Alemanni an nomen habeant ab Almona Nordgouiæ fluuio. §. XXIII. Nec Alemanni dicuntur, quia communes agros poſſiderunt, quod vocatur Allmannig, ſed quia conuenæ, vndique mixti, quaſi allerley Mann. §. XXIV. Alemanni ex Gallis Sueuisque fuerunt mixti. §. XXV. Alemanni a diverſis Impp. fuerunt deuicti. §. XXVI. Alemanni modo Germanos modo Suenos notant. §. XXVII. Teutoni olim gens Danica. §. XXVIII. Teutonorum nomen vnde ortum? §. XXIX. Lingua Theotiſca a Theud populo idem ac vulgaris, inde Germani ab Italis Theotiſci dicti. §. XXX. Teutonici regni nomen Germaniæ datum, poſtquam ſub Ludouico Germanico proprium regnum fuit factum. §. XXXI. Goldaſtus refellitur, qui Teutonicum regnum in tres partes diuidit Alemanniam, Rhætiam & Germaniam. §. XXXII. Germani media ætate etiam Nemetes dicti. §. XXXIII. Germaniæ fines antiqui. §. XXXIV. medio aeuo mutati. §. XXXV. Germaniæ diuiſio in cisrhenanam & transrhenanam, in primam & ſecundam, ſuperiorem & inferiorem.

§. I.

Rigines gentium antiquiſſimarum eſſe ignotas, ipſa ratio dictitat, cum priorum temporum in ſcribendo ſterilitas nobis non niſi dubia reliquerit, atque incerta. Antiquiſſimis equidem temporibus credebatur, homines non ſecus ac alia animalia terra fuiſſe genitos. Poſtquam vero gentes inter ſe æmulæ prærogatiuam præ aliis adfectarent, non defuerunt, qui ad maiorem ſibi conciliandam auctoritatem, 1) Deum quendam gentis conſtituerent auctorem, quod idem erat, ac gentis originem incertam redarguere. 2) Sic Romani a Ve-, Aegyptii ab Iſide, Thuringi a Thore ſiue Ioue, Gothi a Godan ſiue Mercurio ſuam re volebant originem. 3)

) Sic enim DIODORVS SICVLVS *lib. I. p. 7.* ixagora:
na cœlo forma cum terra fuit.
fecerant a ſeſe vbi diuortium
cuncta gignunt, inque lucem dant feras
, ſoloque quæ viuunt, & arbores, Mortalium-
que genus.

Adde IO. STRAVCHII *diſſ. in Taciti de Mor. German. cap. priora IV. diſſ. I. §. 1. 2.*

2) Id quod licentiam vetuſtatis vocat TACITVS *Germ. c. II.*

3) Ridet talem inſaniem BODINVS *Meth. Hiſt. cap. IX. p. 345.*

§. II. Idem de Germanis prædicat TACITVS, 4) quod celebrent carminibus antiquis Tuistonem, deum terra editum, & filium Mannum, originem gentis, conditoresque, Manno tres filios adſignant. Communis eſt opinio, Tuiſtonem eſſe Mercurium, qui Celtis Theut fuit dictus, 5) ſub quo KRIEGSMANNVS nullum alium, quam Chanaanum, Chami filium latere contendit. Verum, dum Mercurius nullibi dicatur terra editus, nec ipſius filius Mannus, minime adſentimur.

§. III. Nec deſunt, qui BEROSVM 6) ſecuti, dicunt, Tuiſtonem gigantem fuiſſe, primum Germanorum regem, qui ſtatim a diluuio, ab incompleta turri Babylonica ex Armenia venerit in Europam, amnemque Tanaim transgreſſus, Pater factus Sarmatarum Germanorumque. Hinc luſtrato omni ambitu, eundem in regna, Toparchias & Tetrarchias diuiſerit, colonias vbique deduxerit, regionesque habitatoribus adimpleuerit. 7) Hæc tamen tanquam deliramenta, ſacræ ſcripturæ & rationi diſſona omnes adgnoſcunt, 8) maxime cum Beroſi figmenta ſint in aperto. GVNDLINGIVS tamen, Callimachum ſecutus, adſeruit, quod apud veteres omnes gigantes dicti fuerint Titanes, terræ filii, quod idem cum Tuiſtone. Celtas vero ditem pro terra dixiſſe, & Tuiſtonem terra editum. 9) Attamen a vero forſan non aberrabimus, ſi reiectis hiſce, Tuiſtonem dicamus Adamum, 10) terra editum, Mannum Noachum, de cuius tribus filiis ſatis conſtat, dum primæuas mundi origines ipſi gentiles mutatis tamen nominibus tradiderint. 11)

§. IV. Sed, cum de hoc ſatis ſit certum, ad ſpecialem magis Germanorum originem erit deſcendendum. Hoc communi aſſerto conſtat, Germanos a Iapheto deſcendere, 12) cum ab ipſo potiſſimum ducantur populi occidentales. Verum, de eo adhuc dubium ſupereſt, a quonam ex filiis trahant originem. CLVVERVS Germanos ab Askenas 13) Iapheti nepote ducit, quare etiam Germani a Iudæis vocantur Askenakim 14) ſiue poſteri Askenazis, cui tamen Ieremias 15) contrariari videtur, qui regnum Askenas finitimum facit Babelis.

§. V. Alii Germanos a Thogarma ducunt, altero Iapheti nepote, 16) argumento ducto a nominis ſimilitudine non ſolum, ſed etiam quod paraphraſtes Chaldæus domum Thogarma apud Ezechielem 17) explicet de prouincia Germaniæ, 18) vtrumque tamen argumentum ſatis eſt infirmum, maxime, quod Germaniæ nomen Taciti ætate fuerit recens. Iudæi veteres Germaniæ incolas ex Chananæorum, Iſraelitas fugientium, migratione ortos dicunt

4) *de Mor. Germ. c. II.*

5) Latius hæc declarare voluit CLVVERVS *Germ. ant. lib. I. cap. IX. p. 81.* KRIEGSMANN *de Germ. gentis origine cap. VIII.* qui totus eſt in hoc demonſtrando & SAM. BOCHART *Chanaan I. c. XXIII. p. 505.*

6) Sic enim BEROSVS: *Tuiſcon Gigas Sarmatas apud Rhenum legibus informauerat.*

7) Tradit hæc VERGESTANVS *de primis Germaniæ Colonis.* AVENTINVS *Ann. Boic. lib. I. c. V.* Hinc etiam GABR. BVCELINVS *Genealog. Germ. notitia p. 6. Tuiſco, Moyſi Gen. 10. Aſcenas; Latinis poſteriori auo Aſcanius, Germanis deinceps corruptione Tuisconis, Teuſch vulgo appellatus, Homeri filius, Iapeti nepos, Noe pronepos, anno poſt cataclyſmum 131. in Europam deſtinatus, in magnam deinceps creſcens familiam ac gentem, intra Rhenum ac Danaim dominatus, ob miraculum ſapientiæ a poſteris cum ætate in varios prolapſis errores, pro Dei interprete ac nuntio habitus, quin & Diuinis honoribus coli cœpit. Deceſſit anno poſt Diluuium 307.*

8) Præcipue vero ROBERT. SHERINGAMVS *de Anglorum gentis origine cap. V.* qui in hoc refutando totus eſt.

9) *Gundlingianis P. VIII. p. 202.*

10) Idem iam olim aſſeruit CLVVERVS *p. 83.*

11) Latius illud demonſtrauit IO. FABRICIVS *de cacozelia gentilium* atque EDMVNDVS DICKINSONVS *Delphis Phœnicizantibus.*

12) Pluribus hoc demonſtrauit IOSEPHVS I. *Antiq. Iudaicarum c. VII.* ARIAEMONTANVS *in Phaleg.* BOCHARTVS *in Phaleg. lib. III.* HADR. IVNIVS *in Batauia cap. XXI.*

13) G. A. *lib. I. cap. IV.* Sequitur BVCELINVS *Geneal. Germ. not. p. 6.*

14) De hoc etiam CLVVERVS explicat locum Ioſephi Ant. Iud. I. c. VII. Γαμάρις δὲ τριῶν υἱῶν γενόμενος, Ἀσχανάζης μὲν Ἀσχανάζους ᾤκισεν οἳ νῦν Ῥηγῖνες ὑπὸ τῶν Ἑλλήνων καλοῦνται. *Gomaris autem trium liberorum parentis, vnus filius Aſchanaxes originem Aſchanaxis dedit, qui nunc Rhegines a Græcis nominantur,* vbi Rhegines per Germanos explicat.

15) IEREMIAE LI. v. 27. *conuocate contra eam* (Babelem) *regna Ararat Minas & Aſchenas. His quidem* inquit SHERINGAMVS de Angl. gentis origine cap. XVI. pag. 406. *Scriptura Aſchenas gentem eſſe non procul a Babylone disiunctam Cyroque aut vectigalem, aut confœderatam manifeſte innuit.* Contradicit etiam VOSSIVS *de Or. Idol. I. cap. XXXV.* M. FREHERVS *not. ad Petrum de Andlo in præf.* RVPERTVS *ad Synopſin Beſoldi c. I. p. 12.* WERLHOF *not. Imp. enucl. lib. I. cap. II. §. 9.*

16) de quo *Gen. X. v. 3.*

17) XXXVIII. *v. 6.* vid. B. RHENANI *rer. Germ. lib. I. ſect. II. p. 75.* SVFFRIDVS PETRI *de origine Friſiorum lib. I. c. XIV.*

18) SHERINGAMVS *c. XVI. pag. 403. Targum Ionathanis ad Ezek. XXXVIII. v. 6. pro Thogarma* גרמניא *Garmania habet, quod interpres Latinus Talmudiſtarum, vt opinor authoritate motus, nimis feſtinanter Germaniam reddidit, cum Germaniam nullus dum Hebræorum Germaniam vocauerit: Vt taceam interim Germaniæ nomen tam nuperum ea tempeſtate fuiſſe, vt vix Ionathani innoteſcere potuerit.* Et p. 406. *de Thogarma etiam quod dicitur, ſatis refelli poteſt ex eo, quod habetur Ezek. XXVII. 14. de domo Thogarma equos & equites & mulos abduxerunt o Tyre ad nundinas tuas. Germania certe a Tyro longius diſſita eſt, quam vt Mercatores ad nundinas eius mulos adducere potuerint: nec vnquam præterea Germania tam ferax mulorum fuit, vt eorum greges in alias regiones exportarentur.* Eandem traditionem refutat CLVVERVS *lib. I. cap. XIV. p. 46.* Hinc etiam GROTIVS *proleg. ad Scriptores Hiſt. Goth. pag. 22.* ait: *error quidem eſt, ſed Iudæis imputandus, qui in Chaldæo Paraphraſte pro Carmania Germaniam accepere.* Immo, quam fallax argumentum ſit a nominis ſimilitudine, docuit CONRINGIVS in erudita præfatione Tacito de Moribus Germanorum *p. 39.* præmiſſa, & poſt eum KRIEGSMANNVS *cap. III. & IV.*

cunt 19) quibus adstipulatur LATZIVS, 20) qui illud ex monumentis Hebræis prope Viennam e terra erutis demonstrare conatur, & SHERINGAMVS, 21) licet hic quasdam saltim colonias, imo etiam ex Aegypto & Africa in Germaniam ductas coniectetur. Quod tamen BOCHERTVS 22) tanquam Rabbinicum somnium merito reiicit: Licet hic Herculem Aegyptium ex Aegypto in Germaniam coloniam deduxisse arbitretur, quem etiam sequitur NICOLAVS GÜRTLERVS, 23) his quidem argumentis, quod Germanorum Tuisto nullus alius quam Aegyptiorum Theut, dein quod ipsi Herculem memorent, quem primum omnium virorum fortium ituri in prœlia canunt, 24) Sueui Isidi sacrificent, 25) ab Aegyptiis quoque Germani didicerint potum ex hordeo & frumento.

§. VI. Alii veteres Germaniæ incolas per Sarmatiam in Scandinauiam peruenisse volunt, idque ex lingua conueniente potissimum demonstrare conantur. 26) Verum, licet minime negemus, Gothos atque veteres Scandinauiæ incolas deos ritusque communes habuisse cum Germanis, contrarium tamen CONRINGIVS 27) potius testatur, Gothos ex Germania vi aut necessitate in extremum Septentrionem fuisse compulsos. Immo, facile credimus, neque Germanos a Gothis, nec hos a Germanis fuisse ortos. Sed vtrosque per diuersas migrationes communem adeptos fuisse originem.

§. VII. Nec defuerunt æque Scriptores etiam antiquiores, qui HVNIBALDVM secuti, Germanos a Francis ducerent, hos vero ex equo Troiano ortos esse putarent, qui primum Alanos a Mœotide palude expulerint, ibidem sedes ponentes, post a Valentiniano Imp. deuicti, atque expulsi in Germaniam transiuerint. 28) Verum, quam vana sit fides Hunibaldi, alibi 29) iamdum demonstrauimus, vt ideo fides omnium, qui eundem sequuntur, vacillet. Hunibaldo quidem contradicit IOANNES BODINVS, 30) in Germanos alias non adeo æquus, ast, Celtas, per quos Gallos suos intelligit, coloniarum multitudine vniuersam ait adimpleuisse Europam. Hunc tamen indulgentia magis, quam iudicio vsum fuisse testatur CLVVERVS, 31) eiusdemque argumenta satis explodit, maxime, dum probasset, sub Celtarum antiquo vocabulo comprehensas fuisse ingentes terras, Illyricum, Germaniam, Galliam, Hispaniam, insulasque Britannicas. 32)

§. VIII. TACITVS 33) Germanos dicit indigenas, aliarum gentium aduentibus minime permixtos. Rationem addit, quia nec terra olim sed classibus aduehebantur, qui mutare sedes quærebant: & immensus vltra, vtque sic dixerim, aduersus Oceanus, raris ab orbe nostro nauibus aditur. Sed, prout BODINVS 34) iamdum adnotauit, moris hoc erat gentibus, qui, dum suæ originis initia nescirent, aut peregrinorum odio dissimularent, se indigenas terræ parentis, hoc est, αὐτόχθονας & γηγενεῖς adpellarent, quem Germani fuerunt secuti. Neque Taciti rationem putarem esse sufficientem, 35) dum non adeo frequentes pristinis temporibus classes, & diuersæ terrestres migrationes, Iudæorum præcipue, plane docent 36) contrarium. Licet autem plerique Tacito adsentiuntur, 37) satis tamen ipsorum antiquorum probant testimonia, suos quoque aduenas habuisse Germanos. Ipse Tacitus 38) sibi parum constans, Marsignos, Burios, Gothinos, Osios ex linguæ disparitate iudicat esse alienigenas. De Aestiis dicit, quod ritus illorum habitusque sit Sueuorum, lingua Britannicæ propior. 39) Cæsar Volcas & Tectosages ex Gallia colonias Rhenum transmisisse 40) autumat.

§. IX. Quantum ad nos, illorum potius accedimus opinioni, 41) qui Germanos ex Asia

19) Auctor est Abneza in Abdiam, apud BOCHARTVM *Canaan I. c. XXIII. p. 505.*
20) *Chron. Vienn. I. c. I.*
21) *cap. IV.*
22) *cit. loc.*
23) *Hist. vniuers. I. c. III. §. 8.*
24) TACITVS *de M. G. c. II.*
25) TACITVS *c. IX.*
26) GROTIVS *proleg. in hist. Goth. pag. 22.* SCHEFFERI *Vpsalia antiqua c. VI. pag. 62.* SHERINGAM *§. XV.*
27) *de antiquissimo Statu Helmstadii p. 54. sqq.*
28) Plures huius sententiæ adseclas recenset IO. ISAACIVS PONTANVS *Origg. Franc. II. cap. V.* & ex eo KIRCHMAYER *notis in Taciti Germaniam cap. II. p. 27.* Inter hos præcipue est CONRADVS VRSPERGENSIS & ADO Viennensis. Inter recentiores potissimum FRANC. de ROSIERES *Stemmat. Lothar. praef.*
29) *diss. de doctis impostoribus §. VI.*
30) *Meth. Histor. cap. IX. p. 359-363.*
31) *Germania antiqua lib. I. cap. III.* Idem confirmat HERTIVS *not. Vet. Germ. Pop. cap. I. §. I.*
32) CLVVERVS I. *cap. II. & III.* IO. PICARDVS *de prisca Celtopadia lib. III. p. 92. sqq.*
33) *de M. G. c. II.*
34) *Method. Hist. c. IX. p. 345.*
35) Nec Taciti rationes pro prægnantibus habet HERTIVS *not. vet. Germ. pop. c. I. §. 2.*
36) VERSTEGANVS *de primis Germaniæ colonis.* B. RHENANVS *rer. Germ. I. sect. II.* WERLHOF I. *cap. II. §. 15.* VORBVRG *T. I. p. 41.*
37) potissimum IO. STRAVCHIVS *in Taciti cap. IV. priora diss. I.*
38) *c. XLIII.*
39) *c. XLV.*
40) VI. c. XXIV. *Germaniæ loca circum Hercyniam siluam, quam Eratostheni, & quibusdam Græcis fama notam esse video, quam illi Orciniam appellant, Volcæ Tectosages occuparunt, atque ibi consederunt.*
41) SCHEDIVS *de diis Germanorum c. I. p. 4.* Plures huius sententiæ adseclas recenset KIRCHMAYERVS *notis ad Taciti Germaniam pag. 15.* CARIONIS *Chron. lib. IV. p. 625. valde ergo consentaneum est, has gentes primas & vetustissimas sedes habuisse in Asia, indeque paulatim processisse in Europam, seu quod peregrinationibus delectarentur inquieti natura, seu quod terras quærerent vberiores & opulentiores, seu quod a tergo vrgerentur a barbaris gentibus multitudine infinitis, natura feris, lingua diuersis, qua per vastissimas illas Orientis ad Boream solitudines assidue vagantur, ac sedes subinde transferunt migrationibus turbulentissimis, sicut ostendunt Tartaricæ in Asiam minorem & Europam irruptiones.*

Asia in has regiones, & quidem per Scythiam migrasse putant, vt exinde ab Asiæ populis, Scythis potissimum, eosdem oriundos esse arbitrer. Mouet me, quod a Græcis etiam Germania Scythia fuerit adpellata. 42) Hinc GROTIO 43) obseruante, multæ voces Scythicæ, quid quod, ipsum Scytharum nomen, quod Sagittarium notat, cum Germanicis conueniat. Conueniunt rudes atque barbari Germanorum antiquorum mores. Immo, iam olim inter Persarum populos reperiebantur Germani. 44)

§. X. Sed progredimur ad Germanorum nomen, dum vel Germani dicerentur, vel Alemanni vel Teutones. Germania olim in diuersos populos erat diuisa, qui non equidem, (si paucos excipias) lingua & moribus adeo, sed nomine, finibus & regimine erant distincti, hinc vniuersale nomen non habebant. 45) Sed iam ante Cæsaris tempora generale Germanorum nomen 46) acceperunt. Vnde vero illud ortum, diuersæ sunt sententiæ. 47)

§. XI. KRIEGSMANNVS 48) Germanos ducit ab Ebræa voce גור *transgressus est de loco in peregrinum*, vnde est Ger, *peregrinus*. Mannos vero notare vniuersos Teutones. Hinc Germanos nihil aliud fuisse dicit, quam peregrinos, qui de suis regionibus in alias fuerint transgressi. Etymon hoc Germanici nominis quadrare dicit ad verba Taciti, quibus ille populos e Germania in Galliam vi transgressos, nunc Tungros, nunc Germanos dictos dicit. Accedere, ait, quod ob metum Germanorum vox hæc orta dicatur Tacito, cum radix גרה præter *peregrinari*, *metuere* etiam & *formidare* significet. Nullam tamen video rationem, cur Germani nomen suum mutuati fuerint ab Ebræis, maxime, dum recens & nuper auditum nomen dicat Tacitus, ideoque minime a primis migrationis temporibus. Hinc etiam merito eorum reiicimus sententiam, qui Germanos ab Ebræorum גרים עני *Gerim-ani*, quod *pauperes aduenas* notat, sic dictos putant, 49) vel quod ADRIANVS IVNIVS 50) contendit, a Thogarma, quem ideo confutat PONTANVS. 51)

§. XII.

42) STRABO lib. XI. p. 507. *Ἅπαντας μὲν δὴ τοὺς προσβοῤῥους κοινῶς οἱ παλαιοὶ τῶν Ἑλλήνων συγγραφεῖς Σκύθας καὶ Κελτοσκύθας ἐκάλουν. Veteres Græcorum scriptores vniuersos Septentrionales Scytharum & Celto Scytharum nomine affecerunt.* Idem confirmat *p. 511.* PLVTARCHVS *vita Marii p. 411.* Cimbros & Teutones Gallo Scythas vocat, & Scythas Germanis mixtos. Sic etiam Roxolanos inter Germanici generis populos refert STRABO *lib. VII. pag. 306.* quos tamen PLINIVS *lib. IV. c. XII.* inter Scythas refert. Immo PLINIVS Hist. Natur. lib. IV. c. XXV. *Scytharum nomen vsquequaque transit in Sarmatas atque Germanos. Nec aliis prisca illa durauit adpellatio, quam qui extremi gentium harum, ignoti prope cæteris mortalibus degunt.* Dicit etiam AVENTINVS lib. I. c. V. *pars Germaniæ in confinio Austriæ & Vngariæ Scythia nomen etiam nunc retinet.* Intelligit autem insulam Danubii Schütt, quæ tamen in Pannonia est Superiori.

43) proleg. ad Scriptores Gothicos p. 18. ait: *Scythicam linguam matricem esse Germanicæ, cuius pars Suedica ac Norwagica, multa sunt quæ credi iubeant: primum ipsum Scytharum nomen, sagittarios significans, quo illi armorum genere cæteris præstabant. deinde Mæotis palus a Scythis qui accoluere, dicta Temerinda, id est maris finis. & Caucasus mons dictus ipsis a candore Graucasus, Plinio teste, quis hoc nos de ingenio comminisci putet.* Sic etiam Chronicon CARIONIS c. l. *Græci vniuersos vno nomine Scythas nominarunt, sicut nos hodie Tartaros. Et haud scio, annon sit Germanicum vocabulum, Scytha. Sic enim iaculatorem seu Sagittarium Saxones vocant. Scythæ vero pro armis plurimum arcubus vtuntur.*

44) HERODOTVS *lib. I. p. 60.*

45) Patet hoc quodammodo ex TACITI Germania cap. II. *Manno tres filios assignant: e quorum nominibus proximi Oceano Ingæuones, medii Herminones, ceteri Istæuones vocentur. Quidam licentia vetustatis plures deo ortos, pluresque gentis appellationes, Marsos, Gambriuios, Sueuos, Vandalios affirmant: eaque vera & antiqua nomina.* Sic etiam Germaniæ gentes diuersas olim habuisse adpellationes testatur PROCOPIVS *lib. IV. p. 467. Omnes autem ista ad Rhenum nationes suo quaque nomine censentur: at commune vniuersis Germanorum vocabulum est.*

46) Constat enim hoc nomen iamdum ex Fastis Capitolinis ad a. 531. MARCELLVS. COS. DE GALLEIS. INSVBRIBVS. ET. GERMANEIS. K. MART. ISQVE. SPOLIA. OPIMA. RETTVLIT. DVCE. HOSTIVM. VIRDOMARO. AD. CLASTIDIVM. INTERFECTO. Inde IO. FREINSHEIMIVS *supplem. Liuianis lib. XX. c. LV.* ait: *hæc prima Germanorum in historia Romana mentio, qui ex transrhenanis gentibus mercede conducti, Virdomaro duce in Italiam venerant.*

47) Has diuersorum opiniones collegerunt HADR. IVNIVS *Batauia cap. XXI.* BERNEGGERVS *in Taciti Germaniam qu. VII.* B. RHENANVS *rer. Germ. lib. I. sect. II.* CHRISTOPH. PHILIPP a WALDENFELS *in sel. ant. lib. VII. cap. XIV.* VORBVRG *Tom. I. Hist. Germ.* PONTANVS *origg. Franc. lib. II. c. I.* & nuper Venerandus Collega, GVIL. HIERON. BRÜCKNERVS in progr. inaugurali *de quæstione an Iustinian. Imp. recte vsurparit titulos Germanici & Alemannici, Ienæ 1709.*

48) *Coniect. de Germanicæ gentis origine cap. XXIX.*

49) MATTH. BERNEGGERVS ad Taciti Germaniam *qu. VII.* ex quo pleraque hausit KIRCHMAYERVS *ad Taciti Germaniam cap. II. pag. 52.* Chronicon CARIONIS in diuersa abit. Nam *lib. I. pag. 144.* ait: *nomen Germaniæ congruit cum Carmania. Sed, Etymologia potest esse Gerim-ani, id est aduenæ miseri, seu pauperes* lib. II. vero pag. 327. ait: *Etymologia nominis concinna est Heermann, vir exercitus, id est, militaris,* quod etiam confirmatur *lib. IV. p. 609.*

50) Batauia c. XXI. p. 355. *In Thogarma, siue per secundam vocalem The-germa (est enim apud Orientales arbitrarius ille punctus, sicut accidit in Thira secundum Aquilæ lectionem, quod in Thora mutauit Symmachus: deinde Tau litera est adiectitia, propterea ab Hebræis Hemantica appellata) manifeste relucet origo nominis Germanorum, reiecta, vt dixi, tau adiectitia, & secunda vocali sumpta pro prima, ac si quis nostrate lingua per articulum the, efferat, the germans, id est Germans, & respondet voci etymon aptissimum & genti, quod est, garam siue geram, quod os significat & metaphorice robur, quod ossea sit gens tota & solidarum virium firmamento ac robore prædita.*

51) *Origg. Franc. lib. II. c. I.*

§. XII. Nec fidem merentur isti, qui a *Carmanis* Asiæ populis & nomen & originem gentis quærunt, vel, prout Glossatores iuris, a *gigno & immania*, vel a *gerendo & immania.* Nec adsentimur PAVLO DIACONO 52) & AENEAE SYLVIO, 53) qui hoc nomen a *germinando* ducunt, neque IO. GOROPIO BECANO, qui Germanos a *geren* ducit, siue a cogendo milite, nec ERASMO ROTERODAMO, qui Germanum idem esse dicit, quod Græci vocant γνήσιον. VORBVRGIVS 54) Germanos vocari ait quasi *Garmeinos*, veluti qui vincendo & sternendo omnia sua facerent ex vocibus *Gar* & *min* militari iactatione. Probabilior eorum esse videtur sententia, 55) qui hoc nomen ab antiqua voce *Guerra*, quod bellum notat, deducunt, vt ideo *Guermann* idem sit ac *Kriegsmann.* Verum, dum vox Guerra Gallica fuerit, haut facile adsentimur. Hinc etiam alii ab *Heermann* deriuant, vir militaris. HVBERTVS THOMAS 56) & BERNEGGERVS 57) compositum dicunt ex *Ger*, quod veteribus idem ac *gar*, prorsus, omnino, & *Man*, vt ideo Germann idem significet ac *Allemann*, totus vir. ANT. SCHONHOVIVS 58) Cæsarem 59) secutus, Aduaticos a Cimbris Teutonisque ortos, primos in Gallia ex Germanis consedisse, nomenque illud ibi primum inuenisse, putat. Hos siquidem Rhenum transgressos Galli, cum non valerent repellere, coacti fuerint in sedes proprias admittere. Hi primum a suis dicti fuerint Wermanni, & postmodum a Gallis & Italis Germani. Hanc nominis rationem ex Cæsare declarat, dum dicit: *Aduaticos multis annis pro sedibus luctatos, semper restitisse, & bellum a Gallis illatum fortiter defendisse.*

§. XIII. Recens est viri doctissimi 60) deriuatio, qui Germanos a Gera, Thuringiæ fluuio sic dictos, putat. Verum, insolitum est, a fluuio ignobili, qualis Gera est, integram nationem vel populum appellari, immo, in Germania ne vnicum quidem præsto est exemplum, quod a fluuiis, etiam maioribus dicantur, *die Donaumænner, Rheinmænner, Elbmænner.* Putat etiam illos, qui, postquam primi Rhenum fuerint transgressi, Tungri Tacito dicantur, nullos alios fuisse, quam ad Geram habitantes Thuringos. Verum, qui fieri potuit, vt Thuringi a Gera fluuio per tot territoria potentiorum etiam populorum, sine impedimento transeuntes, Rhenum transgrederentur. Immo, si a Thuringis Germanorum nomen, cur non potius Salmannos vel Vnstrutmannos se vocarunt, cum Sala & Vnstruta potiores Thuringiæ sint fluuii, Gera longe nobiliores. Et quod maximum est, plane contradicit CAESAR, testis omni exceptione maior, qui Atuaticos primum Rhenum fuisse transgressos ait. 61)

§. XIV. Ipse tamen argumentum suppeditabo, primo adspectu satis speciosum. Dicit enim GREGORIVS TVRONENSIS: 62) *tradunt enim multi eosdem* (Francos) *de Pannonia fuisse digressos. Et primum quidem litora Rheni amnis incoluisse: de hinc transacto Rheno, Thoringiam transmeasse, ibique iuxta pagos vel ciuitates Reges crinitos super se creauisse.* Et statim: *ferunt etiam tunc Chlogionem vtilem ac nobilissimum in gente sua, regem Francorum fuisse, qui apud Dispargum castrum habitabat, quod est in termino Thoringorum.* Ex hoc, Rheno finitimos fuisse Thuringos patet. Plures, etiam accuratissimi Historici 63) locum hunc corruptum arguunt, pro *Thuringorum* legendum esse *Thongrorum* autumantes. Sed THEODORI-

52) *de gestis Longob. lib. I. c. I.*

53) in Germania *c. II.* FESTVS: *Germen est, quod ex arborum surculis nascitur, vnde & Germani, quasi eadem stirpe editi.*

54) *Hist. Germ. T. I. p. 41.*

55) CLVVERVS *lib. I. G. A. c. VIII.* HADRIANVS *Glossario.* BOCHARTVS *Chanaan l. c. XL.* ... HERTIVS *not. vet. Germ. pop. cap. I. §. IV.* ...RLHOF *not. Imp. enucl. lib. I. cap. II. §. 8.* & ...BNITIVS *notis ad Taciti Germaniam Tom. I.* ...*pt. Brunsuic. p. 9.* Siue, vti CLVVERVS *lib. II.* ...*XX.* interpretatur: *redde iam igitur antiquitati vocabulum & adiice vocem man, habebis Gerre... : elisa autem vitiosa illa syllaba media, re, Ger..., quod antiquum illud, atque verum genuinumque nomen est, quo Galli ac Romani gentem nostram ...llarunt: nihil aliud significans, quam quod nunc ...io sermone dicitur ein Kriegesmann.*

56) de Tungris & Eburonibus sub initium.

57) Miscell. ad Taciti Germaniam *qu. VII.* ver...sius hæc sunt. *Ger veteribus Germanis erat, idem est gar, i. e. prorsus, omnino. Vnde pro... nostratia Gerhard, prorsus durus: Gertrud, ...o fidelis, Gerbold, totus celer. Itaque Germa... erit dictus quasi Garmann, ὁ πανανδρος & pror...r. Huic coniecturæ probabilitatem addit Ale...æ nomen, Germania quidem vocabulo recen...ttamen significatione cum eo conueniens. Nam man omnino virum significat. Quomodo etiam ...echt & Albrecht pro eodem sumta plane cele... significant.* Idem sentit IODOCVS WILLICHIVS *in Taciti Germaniam c. IV.* Adstipulatur GABRIEL BVCELINVS *in Topogr. Germaniæ notitiæ p. 1.* Verum, bene iamdum monuit Excell. BRÜCKNERVS in programmate suo; *vocem gar quidem cum adiectiuis, non vero cum solo substantiuo Mann componi solitam.* ADELARIVS EHRICHIVS *Gülich. Chronic. p. 41.* plura nomina, quæ a Ger composita recenset: *Gero, Gerbold, Gerwig, Gerlach, Gerwil, Gerhart, Germar, Gerung, Gerdraut, Gerburg, Adelger, Allger, Ludger, Volger, Holdger.*

58) *de orig. Franc. p. 70.*

59) *de B. G. lib. II. c. XXIX.*

60) Huic adstipulatur IVNCKERVS *Geogr. medii aui p. II. c. I. p. 95.*

61) *de B. G. lib. II. c. XXIX.*

62) *Hist. Franc. lib. II. c. IX.*

63) NICOLAVS VIGNIERIVS *de orig. vet. Franc. apud du Chesne Tomo I. p. 155.* FEDERICVS MORELIVS in editione sua, ex MSto antiquissimo ecclesiæ Turonensis, in quo ab eadem manu erat Tongriam vel Toringiam, legit *Tongriam.* GOTTFR. WENDELINVS *nat. solo legum Sal. c. XIII.* Hinc etiam Quercetanus in editione sua Gregorii Turonensis, in margine ponit *Tungrorum.* Hanc lectionem etiam prodit editio Ascensiana, quam IODOCVS BADIVS Parisiis 1512. procudit. Præprimis pro eadem adlaborat IO. IACOBVS CHIFLETIVS *lumine I. ad Vindicias Hispanicas Operum pag. 322.* IO. IS. PONTANVS *Origg. Franc. lib. IV. c. XII.* & pro eadem latius contendit LAVRENTII *in Monumentis Roman. in Thuringia p. altera cap. II.*

DORICVS RVINARTVS, 64) cui ob exactissimam edendi curam multum debet Turonensis, ad fidem prouocat MStorum, qui vel omnes legant Thoringorum, quod etiam tot Scriptores rerum Francicarum, 65) qui in Clodionis historia Thuringorum faciunt mentionem, confirmant. Immo, in eadem AIMOINVS 66) Thuringos & Tungrense territorium plane distinguit. Manet itaque vera lectio, Thuringos deuictos fuisse a Clodione. Neque tamen cum BVCHERIO 67) Thuringos in tres populos diuidimus, sed hæc vera erat ratio. Franci ad Rheni littora primum consederunt, licet perperam ex Pannonia istos ortos dicat Turonensis, & quidem finitimi erant Thuringorum, quos deuicit Clodio. Hinc in eorundem finibus, Dispargi, quod occupauerat, sedem suam collocauit. Hoc autem non Brabantiæ, 68) nec Cliuiæ oppidum, nec Asciburgum Morsense, sed cis Rhenum situm fuisse, patet ex eo, quod Francici Scriptores tradunt, Clodionem angustos regni fines dilatare cupientem, exploratores a Dispargo trans Rhenum 69) direxisse, & ipsum cum exercitu subsecutum Cameracum vrbem obtinuisse. Qualis vero vrbs fuerit, 70) definire non audeo, sufficit nobis dixisse cis Rhenum fuisse.

§. XV. Nobis potius videtur, Germanorum nomen latinum esse, atque idem notare, ac fratres. Mouet nos STRABO, 71) qui Germanos & moribus & victu Gallorum adsimiles esse dicit. Hinc Romani, cum eos fratres Gallorum vellent ostendere, recte eosdem dixe-

64) Verba ipsius hæc sunt: *Thoringiam habent omnes MSt. quos licuit videre, & infra Thoringorum præter Regm. qui hoc secunda vice habet Tungorum & Bad. Tungrorum. Vnde cum Thuringia trans Rhenum Galliarum respectu sita sit, Valesius legendum putat transacto Mœno, qui fluuius e Pannonia in Thuringiam properantibus transmeandus est. Aliam viam iniit R. P. Daniel Soc. Iesu in Historia Franciæ a se Gallice edita, vbi ait Rheno vocem esse retinendam eo, quod hic Gregorii locus de Francis intelligendus sit, qui post acceptas a Probo imperatore circa Pontum Euxinum sedes, per varias prouincias diuagati, tandem in patriam suam per Gallias repedarint, quo pacto Rhenum transiere, quem reuera obuium habere debuissent. Sed hæc expositio verbis Gregorii contraria videtur. Guillelmus Morelius se vidisse ait veterem codicem, in quo eadem manu scriptum erat, Thoringorum vel Tungrorum. Vnde aliqui recentiores, Francos tunc transmisso Rheno Tungrorum regionem inhabitasse putant. Sed huic lectioni non solum editi & MSs. Codices, sed & Fredegarius, auctor Gestorum Franc. &c. refragantur.*

65) AIMOINVS *lib. I. c. IV. Hist. Franc. epit. c. IX.* RORICONIS *Gesta Francorum apud du Chesne app. ad Tom. I. pag. 801.* CHRON. MOISSIAC. *ap. du Chesne Tom. III. p. 131.* SIGEB. GEMBLAC. *ad a. 431.* GERVASII *Otia Imp. in Leibnitii Tom. I. pag. 913.* Adsentitur IAC. EYNDIVS *Chron. Zel. lib. I. c. XVIII. p. 116.* qui exinde Hollandiæ vrbem *Dordrecht* in diplomatibus, oppidum *Thuridrecht* dici ait. Adsentitur ANT. MATTHAEI *de nobilitate lib. I. c. XXII.*

66) lib. I. c. IV. de Clodione dicit: *finitimus itaque bello lacessendo Thoringorum, qui Germaniam incolunt, fines depopulantes, castellum quoddam Dispargum nomine occupant, in quo Rex Chlodio sedem sui constituit Regni,* & c. VI. *Regnauit autem Chlodio per XX. annorum curricula. Qua tempestate etiam hunc Rhenum transeuntes Metis ciuitatem concremant, Treueris diripiunt. Tungrense deuastant territorium.*

67) *Belgio Romano lib. XV. c. X.* Vid. SAGITTARIVS *antiquit. Regni Thuringici lib. II. cap. II. pag. 122.*

68) Plures sententias collegit SAGITTARIVS *antiquit. regni Thuringici lib. II. cap. II.* & IO. IAC. CHIFLETIVS *anastasi Childerici p. 7.*

69) Verba sunt AIMOINI *lib. I. c. V.* CHRON. MOISS. l. c. *venientesque sagaciter in finibus Toringorum in regione Germania, Clodio remisit exploratores de Dispargo vsque ad vrbem Cameracum. Cumqueperlustrassent omnia, ipse cum multo exercitu Rhenum transiit, multo populo Romanorum prostrato fugauit.* ADO VIENNENSIS *Primus Rex Francorum Clodio a Castro Thoringiorum Disporo profectus Rhenum transiit.* Idem omnino patet ex GREGORIO TVRONENSI lib. II. c. IX. *Clodio apud Dispargum castrum habitabat, quod est in termino Thoringorum. In his autem partibus, id est ad meridionalem plagam* (*trans Rhenum*) *habitabant Romani vsque Ligerim fluuium.* Thuringos autem ad Rhenum vsque limites suos extendisse, notat AVCTOR HISTOR. LANDGR. *cap. IV.* dum ait: *hoc audientes Thuringi ab altera parte Rheni habitantes ad Orientem.* Idem confirmat SVFFRIDVS PRESBYTER lib. I. p. m. 682. *tunc*, ait, *Turingia terra spatiosa, quæ a natione Francorum (qui circa Rheni littora habitabant) protendebatur vsque ad Oceanum contra septentrionem.*

70) Plures de hoc castro sententias collegit SAGITTARIVS *antiquitatibus regni Thuringici lib. II. c. II. p. 141.* dum alii, prout IO. IAC. CHIFLETIVS *lum. I. Salico* & præcipue *Anastasi Childerici pag. 7.* Brabantiæ castrum dicunt in confiniis Tungrorum situm: GOTFRIDVS WENDELINVS *nat. solo legum Salicarum cap. XIV.* & GOTFRIDVS HENSCHENIVS *de tribus Dagobertis lib. IV. cap. VIII.* Diestheimum Brabantiæ dicunt. BVCHERIVS *Belgio Romano lib. XV. cap. X.* Heinsbergam Iuliæ. GEORGIVS HORNIVS *diss. histor. VII.* Duisburgum in Comitatu Zutphaniensi. Plerique Duisburgum Cliuiæ vrbem esse volunt, vtpote PONTANVS *lib. IV. c. XII.* SAGITTARIVS *c. l.* Verum, dum ista loca omnia trans Rhenum sita, minime adsentimur, cum cis Rhenum fuerit Clodioni Dispargum. Ideoque in sylua Buchoniensi illud quærit BROWERVS *Antiquit. Fuld. lib. I. c. II.* In Castro Desenbergi Westphaliæ AEGIDIVS GELENIVS in *Hierotheca Engelbertina pag. 119.* apud FERDINANDVM FVRSTENBERGIVM *Monum. Paderborn. pag. 154.* Nostra coniectura est, Dilsbergum castrum prope Heidelbergam fuisse. Hoc enim in Hassiæ confiniis, quæ ad Thuringiam olim spectabat, situm, haut procul a Rheno: hoc castrum est montanum, vt circumstantiæ omnino conueniant.

71) lib. VII. ineunte εὐθὺς τοίνυν τὰ ὑπὲρ αὐτοῦ Ῥήνου μετὰ τοὺς Κελτικοὺς πρὸς τὴν ἕω κεκλιμένα Γερμανοὶ νέμονται μικρὸν ἐξαλλάττοντες τοῦ Κελτικοῦ φύλου τῷ τε πλεονασμῷ τῆς ἀγριότητος καὶ τοῦ μεγέθους, καὶ τῆς ξανθότητος· τἆλλα δὲ παραπλήσιοι καὶ μορφαῖς καὶ ἤθεσι καὶ βίοις ὄντες οἵους εἰρήκαμεν τοὺς Κέλτας. διὸ δικαίως δοκοῦσι Ῥωμαῖοι τοῦτο αὐτοῖς θέσθαι τοὔνομα, ὡς ἂν γνησίους Γαλάτας φράζειν βουλόμενοι. γνήσιοι γὰρ οἱ Γερμανοὶ κατὰ τὴν Ῥωμαίων διάλεκτον *statim ergo trans Rhenum post Celticos populos orientem versus sita loca, Germani incolunt, a Gallis parum differentes, si feritatis, corporum, magnitudinis & fului coloris excellentiam spectes. Sed & forma & moribus & victu adsimiles sunt Gallorum, de quibus diximus. Itaque recte mihi videntur Romani hoc nomen eis indidisse, cum eos fratres esse Gallorum vellent ostendere. Legitimi namque fratres Romano sermone Germani intelliguntur.*

int Germanos. Licet hæc ratio mihi haut adeo certa videatur, potior est ratio, Germaniæ populi in migrationibus suis se fratres adpellarent. Patet illud ex PLV-
TO, 72) qui de Cimbris ait, quod ad Marium legatos miserint, petentes, vt *fratribus* er quos Teutonos indigitabant, regionem quandam concederet. Hoc Romanis, viderent, quod se inuicem fratres adpellarent, sine dubio ansam dedit, ipsis Germa-
n nomen imponendi.

§. XVI. Sed videamus, qua ratione hæc cum Taciti 73) verbis conueniant, qui ita tur: *Ceterum Germaniæ vocabulum recens, & nuper auditum: quoniam qui primi Rhe- transgressi Gallos expulerint, tunc Tungri nunc Germani vocati sint. Ita nationis nomen entis eualuisse paulatim, vt omnes primum a victore ob metum, mox a seipsis inuento no-*
, Germani vocarentur. Aliter quidem hunc textum legendum esse, 74) contendit pro suo CLVVERVS, quo tamen opus minime erit, cum Taciti verba ex Plutarcho po-
ium possint explicari. Scilicet, recens, respectu nominum antiquorum Germaniæ bulum fuisse, supra diximus. Isti autem, qui primi Rhenum transgressi Cimbri eutones, hinc cum transirent, communi nomine Tungri, postea Germani fuerunt vo-
75)

§. XVII. Cur autem Tungri fuerint adpellati, dubium superest. HVBERTVS THO-
76) auctor est, plures gentes Rhenum transiisse, inter quos Tungri fuerint, quibus ad-
dentes reliquæ, communi se nomine adpellarint. Verum, cum vnius nationis voca-
m omnibus haut diutius placuisset, aliud sibi nomen excogitarint. Quod autem Cæ-
Tungrorum plane nullam faciat mentionem, hanc rationem subesse putat, quod Ebu-
es horum sedes occupantes, ipsorum quoque nomen ad tempus obscurauerint. Aliam rationem subnectit PETRVS DIVAEVS; 77) quod Tungri in diuersas nationes, qua-
Cæsar in his sedibus facit mentionem, fuerint diuisi. Scilicet, dum Cæsar 78) dicit, drusios, Eburones, Cæræsos, Pæmanos, qui vno nomine Germani adpellantur, intel-
istos populos, qui Rhenum transiuerunt, primum Tungri, post Germani fuerunt ad-
ati. Tacet itaque nomen antiquius, dum recentioris faciat mentionem. Confirmat d PLVTARCHVS, 79) illos, qui primum Rhenum transeuntes Gallos expulerint, ita nomina peculiaria adeptos fuisse, dicens.

§. XVIII. Potissimam vero Tungrorum partem sine dubio constituerunt Atuatici, os Cæsar 80) ex Cimbris Teutonisque dicit esse prognatos, qui, cum iter in Italiam face-
t, his impedimentis, quæ secum agere ac portare non poterant, citra flumen Rhenum positis, custodiæ ex suis ac præsidio sex millia hominum vna reliquerunt. Hi post eo-
n obitum, multos annos a finitimis exagitati, quum alias bellum inferrent, alias illatum fenderent, consensu eorum omnium pace facta, hunc sibi domicilio locum delegerunt. tet hoc eo magis, quod Tungrorum vrbs præcipua PTOLEMAEO 81) dicatur Atuaticum. mo, dum CAESAR 82) æque in Eburonum finibus memoret Atuaticum, atque Eburo-
s, Condrusios, Cæresos, Pæmanos vno nomine Germanos adpellet, videtur commune orum gentium nomen Tongri fuisse, quo postea abolito, Germani fuerunt adpellati, quo esar eosdem vna cum singulari populorum nomine insignit.

§. XIX. Inualuit itaque nationis nomen, vt illi populi, qui Rhenum primum tran-
erunt, se fratres adpellarent, & nomen suum in prœliis sæpius exclamarent, vt metum iicerent hostibus, omnes tanquam fratres sibi inuicem esse in auxilio. Testatur hoc de mbronibus PLVTARCHVS, 83) quod suum subinde nomen inclamarint, seu mutuo se ita hortantes, seu, vt hostibus nominis sui mentione terrorem iniicerent. Hoc Romani a lingua efferentes, ipsos Germanos vocauerunt, vt indicarent, eos veros atque genui-
os inter se fratres esse. Nullo enim, vel CONRINGIO 84) teste, certo licet testimonio stendere, isthac appellatione Germanos ipsos suæ inter linguæ homines vnquam vsos.

§. XX. Sed, hoc quod STRABO & PLVTARCHVS nos docent, ab aliis etiam au-
ctoribus,

72) PLVTARCHVS *Mario*, *p.* 419. de Cimbris: καὶ τὸν Μάριον ἔτι πέμψαντες ἑαυτοῖς καὶ τοῖς ἀδελφοῖς χώραν, καὶ πόλεις ἱκανὰς ἐνοικεῖν· Ἐρομένου δὲ τοῦ Μαρίου τοὺς πρέσβεις περὶ τῶν ἀδελφῶν, Κἀκείνων ὀνομασάντων τοὺς Τεύτονας, οἱ μὲν ἄλλοι πάντες ἐγέλασαν *per legatos a Mario sibi fratribusque agrum & oppida poposcerunt, quæ ad sedes suas ponendas essent satis. Percunctante legatos Mario de fratribus, quum Teutones illi nuncuparent, ceteri omnes risere.* Adsentitur etiam IO. PICARDVS *de prisca Celtopædia lib. III. p. 98.* & PONTANVS *Origg. Franc. lib. I. c. II.*

73) *de M. G. c. II.*

74) *G. A. lib. II. c. XX.*

75) Aliter hunc locum explicat LEIBNITIVS *Script. Brunsuic. f. 9. n. 8.*

76) Sub initium Tractatus de Tungris & Eburonibus, qui continetur apud SCHARDIVM *Tomo I. pag. 358.*

77) *antiquit. Galliæ Belgicæ* apud SCHARDIVM *Tomo I. pag. 358.* & *rer. Brabant. lib. II. sub initium.*

78) *de B. G. lib. II. c. IV.*

79) *Mario p. 411.*

80) *de B. G. lib. II. c. XXIX.* Adde IO. HENR. EGGELING *Misc. Germ. ant. p. 16.*

81) *lib. II. c. IX.* hinc eosdem cum Tongris facit Atuaticos WENDELINVS *nat. solo legis Salicæ cap. VII.* CELLARIVS *not. orb. ant. lib. II. c. III. pag. 340.* EGGELING *misc. Germ. antiqq. diss. VII. pag. 7.*

82) *de B. G. lib. VI. c. XXXI. XXXIV.*

83) MARIO *pag. 416.* καὶ συνεπαλλόμενοι πάντες ἅμα τὴν αὐτῶν ἐφθέγγοντο πολλάκις προσηγορίαν Ἄμβρωνες· εἴτε ἀνακαλούμενοι σφᾶς αὐτούς, εἴτε τοὺς πολεμίους τῇ προδηλώσει προεκφοβοῦντες, *siue quo se mutuo cohortarentur, siue vt hostes nominis denuntiatione conterrerent, nomen suum intonabant identidem Ambrones.*

84) notis ad hunc Taciti locum *p. 41.*

ctoribus, aliisque argumentis confirmatur. Sic CICERO 85) Germanum fratrem & Germanum natione habet pro Synonimis. Sic in triumpho L. Munatii Planci & M. Aemilii Lepidi de Gallis, cum vterque fratrem proscribi curasset, inter militares iocos vsurpabatur. 86)

De Germaneis, non de Galleis duo triumphant consules.

vbi captatur acumen ex ambiguo, vt nomen gentis videatur, quod alterius gentis nomini opponitur, cum interim significentur fratres. 87) Immo, conuenit hoc statui Germanorum, qui adhuc in prœlio maxime, se vocare solent fratres, *ihr Brüder*. Nec concedi potest, vocem *Mann* esse Teutonicam. Quod si enim nomina, quæ a Mann, vir, descendunt, consideremus, omnia ista cum duplici n scribuntur, vt Marcomanni, Nordmanni, Alemanni. Immo, si vox Germanica originem suam haberet apud Teutones, cur saltim dialecto Romana effertur, in Teutonica dialecto semper dicitur *Teutschland*, nisi quod recentiori æuo, quoque dicatur *Germanien.* 88)

§. XXI. Altera adpellatio est ALEMANNORVM. De horum nomine diuersæ sunt Scriptorum sententiæ. Sunt enim, qui Alemannos a Limago fluuio sic dictos putant. 89) Alii a lacu Lemano, 90) aut a gentibus Alanis, quæ ex Sarmatia in Germaniam prodierint. Alii Berosum secuti, Alemannos ab Hercule Alemanno ducunt, vel a Deo gentis Manno, 91) vel a Tuistonis filio, Alemanno, 92) vel quasi *Alle Mænner* 93) omnes viros esse. WALAFRIDVS STRABO Alemanniam quasi Altimaniam a quibusdam perperam confectum esse tradit. 94)

§. XXII. Haut ita pridem IVNCKERVS 95) non adeo absone Alemannos ab Almona, hodie *Altmubl*, Nordgouiæ fluuio deducit, qui ALTHAMERO, ORTELIO aliisque dicitur Alemannus. 96) Verum, & si fluuius iste antiquis Alemannus dicatur, de quo tamen plane dubitamus, dum Annales eum vocent Almonam, 97) potius tamen prout Sueuus a Sueuis, sic Alemannus ab Alemannis nomen habet. Immo, vix reperiuntur exempla, quod a fluuiis ignobilioribus præcipue, populi fuerint adpellati. Quid quod Almona olim potius Franciæ quam Sueuiæ fluuius habebatur.

§. XXIII. Nec incongrua est doctissimi SCHILTERI 98) coniectura, dum Alemannos dicit possedisse publicos fundos, agros, syluas & lacus, qui communi omnium vsui erant

85) Philipp. XI. c. VI. *lumen & decus illius exercitus pæne præterii, Caninium Cimbrum, Lysidici filium, Lysidicum ipsum Græco verbo, qui omnia iura dissoluit, nisi forte iure Germanum Cimber occidit.*

86) VELLEIVS PATERCVLVS *lib. II. cap. LXVIII.*

87) Verba sunt BOECLERI *in Indice Velleiano.*

88) Optime hanc rem declarant verba AEGIDII TSCHVDI in epistola ad Beatum Rhenanum apud SCHARDIVM *Tomo I. p. 303.* dum ait: *Tacitus non aperte dicit, neque interpretatus est, nomen Germaniæ esse Germanicum vocabulum, vt sit idem quod Garman, id est totus vir, cum alioquin Germanica vocabula verterit in linguam Latinam, qualia sunt brecht, herd, pfriem &c. Quare igitur & præcipuum vocabulum Germanicæ nationis non vertis in Latinam linguam, si est Germanicum. Notata fuisset proinde in Maioribus nostris magna ambitio & præsumtio, si sese hoc ambitioso nomine reliquis nationibus prætulissent denominassentque Garmann. Addo & istud, vocabulum ipsum Germaniæ non sic omnino fuisse extinctum in Germania, si fuisset vox Germanica, potissimum, cum fuerit summum & præcipuum vocabulum huius gentis postea quam particularium gentium nomina non sint apud vulgares homines obliterata, qualia sunt Frisii Friesen, Sueui Schwaben, Saxones Saxen, & alia quædam & tamen populi isti solum membra fuerunt totius Germanicæ nationis, sed retinuerunt in vulgari lingua nomina sua antiqua, etiam cum illa nihil significent in Germanica lingua. Quid igitur accidit, vt interciderit Germaniæ nomen, si fuit compositum ex dictionibus Germanicæ significationis, nempe ex gar & Mann? Et certe nullus hodie in Germania inuenitur populus, qui in ipsa Germanica lingua nomen retinuerit Germaniæ, sed solum apud Latinos inuenitur, hanc nationem Germanicam vocatam.*

89) HADR. VALESIVS *not. Galliarum, voce Alamanni.*

90) OTTO FRISINGENSIS *de G. Friderici I. lib. I. c. VIII.* GÜNTHERVS *Ligurino lib. III. v. 305.*

Quæ sibi vicinas Alemannia suscipit Alpes
Nomen ab Alpino ducens vt forma Lemanno.

Hos sequitur GOBELINVS PERSONA *Cosmodr. æt. I. cap. V.* ISIDORVS *Etym. lib. IX.* HENRIC. GVNDELFING *Hist. Austr. apud Lambecium Bibl. Vindob. lib. II. c. VI. p. 503.* Contradicit vero GOTHOFREDVS VITERBIENSIS *Pantheo Part. IX. pag. 224.*

Rhenus ab antiquis describitur esse Lemannus,
Indeque nonnulli referunt dictos Alemannos.
Sed vox æquiuoca nomina falsa parat.
Illud ego nomen, alia video ratione
Quicquid prisca sonent, quod sentio, litera promet.
Lector abhinc capiat; quæ magis apta sonent.
Alle, *sonat totum.* Man *vir, si Teuthona lingua*
Hæc duo coniungat, totum vir litera signat,
L geminata, satis nomina clara facit.

91) B. RHENANVS *rer. Germ. lib. I. f. II. p. 9.*

92) Auctor est IOACHIMVS VADIANVS epistola ad Rudolphum Agricolam, hunc etiam Alemannum inter priscos Germanorum reges referri, quem sequitur BVCELINVS *Geneal. Germ. notitia pag. 6.*

93) GOTFRIDVS VITERBIENSIS *l. c.* CAR. STEPHANI *dictionario, voce Alemanni.*

94) de vita B. Galli lib. I. p. 142. *inueni ab auctore eiusdem conscriptionis terram, quam nos Alamanni vel Sueui incolimus, Altimaniam sæpius nominari. Sed ipsius nominis originem quærens apud nullum Scriptorum, quorum adhuc notitia nos respersit, eius reperi mentionem. Nisi fallor enim, ab alto situ prouinciæ idem vocabulum a modernis conuictum est.*

95) *Geographia medii æui, voce Almona p. 127.* Adsentitur tamen CHRISTOPH WAGEMANN *im Entwurf eines Tractatleins vom Druidenfus am Haynenkamm pag. 31.* quo ipse multa egregia ad patrias antiquitates nobis promittit.

96) CAR. STEPHANI *voce Alemannus.*

97) ANN. FRANC. FVLD. *ad a. 793.*

98) *Exerc. ad Pandectas IV. §. 13.*

erant destinati, ita, vt agri pro numero cultorum ab vniuersis per vices occupentur, quod apud Germanos alias non adeo infrequens. 99) Hoc autem antiquis dicebatur *Allmennig.* Hinc etiam pascua communia vocantur *Allmende.* 100) Cum tamen hæc Gothis 1) æque fuerint communia ac Alemannis, potius ab origine sua, siue turba collectitia Gallorum Sueuorumque, qui a mari Balthico huc delati, orti videntur, dum conuenæ atque vndique mixti Scriptoribus dicuntur, quasi *allerley Mann.* 2)

§. XXIV. Scilicet, exigua primum habuisse initia videntur, cum digressis ab Rheno Marcomannis atque sociis, vacuefactam regionem Galli potissimum occupauerint, quos TACITVS 3) ait decumates agros exercere. Hinc, dum Sueui etiam a mari Balthico 4) accederent, 5) caput efferre cœperunt, atque nomine antea ignoto, Alemanni fuerunt adpellati. GOLDASTVS 6) quidem auctor est, eos Francorum exemplo permotos, nouas sibi sedes armis quæsiuisse, verum, antiquiorem esse gentem SPARTIANVS 7) testatur, qui hos a Caracalla fuisse deuictos demonstrat.

§. XXV. Post hæc, variis fatis exagitati fuerunt Alemanni. Post Caracallam eosdem deuicit Proculus tyrannus, 8) hinc Aurelianus Imperator. 9) Inde Constantius Chlorus, Cæsar adhuc, eosdem apud Lingonas vicit, cæsis Alemannorum sexaginta millibus. 10) Constantius iunior istis primum pacem dedit, 11) paullo post & Lentiensibus Alemannicis pagis indictum est bellum, 12) qui tractibus Rhætiarum vicini dicuntur. 13) A Iuliano Cæsare illorum exercitus prope Argentarium fuit deletus. 14) Reparatis tamen viribus, Romanos iterum adgressi, a Iouino, Magistro Equitum per Gallias fuerunt deuicti, 15) hinc a Valentiniano. 16) Gratianus Imp. eosdem apud Argentariam superauit, cæsis triginta militum millibus. 17) Demum a Clodouæo, Francorum rege, anno 496. ad Tolbiacum victi fuerunt atque subacti. 18)

§. XXVI. Licet autem Alemanni partem saltim constituerent Germaniæ, ita, vt a reliquis Germanis 19) non solum, sed etiam in titulis Imperatorum sæpius distinguerentur,

99) TACITVS *de M. G. c. XXVI.*

100) Occurrit etiam in pacto Cleri cum Ciuitate Argentoratensi apud SCHILTERVM *not. ad Kœnigshoven p. 731. n. 6. Sie süllen och ir Allmenden besetzen unt entsetzen ane menliches Wiederrede.*

1) LOCCENIVS *antiqq. Sueo-Gothicis lib. II. cap. XIX.*

2) AGATHIAS *lib. I. Hist. p. 7.* Οἱ δὲ Ἀλαμανοί, ὥς γε Ἀσινίῳ κουαδράτῳ ἕπεσθαι, ἀνδρὶ Ἰταλιώτῃ, καὶ τὰ Γερμανικὰ ἐς τὸ ἀκριβὲς ἀναγραψαμένῳ, ξυνήλυδές εἰσιν ἄνθρωποι καὶ μιγάδες· καὶ τοῦτο δύναται αὐτοῖς ἡ ἐπωνυμία· *Alemanni, si Asinio Quadrato fides, viro Italo & Germanicarum rerum exacto Scriptori, communes sunt variis e nationibus collecti, id ipsum apud eos consignificante vocabulo.* Idem confirmat GVILLIMANNVS *de rebus Heluetiæ lib. II. cap. III.* CLVVERVS *l. I. c. VIII.* LAMBECIVS *c. l.* Adde tamen IO. DAN. SCHOEPFLINVM *Alemann. Antiquit. p. 6. 7.*

3) TACITVS de M. G. cap. XXIX. *non numeraverim inter Germaniæ populos, quanquam trans Rhenum Danubiumque consederint, eos qui Decumates agros exercent. Leuissimus quisque Gallorum & inopia audax dubiæ possessionis solum occupauere. Mox limite acto, promotisque præsidiis, sinus imperii & pars prouinciæ habentur.* Adsignat enim iis veras Alemannorum sedes inter Rhenum, Mœnum, Danubiumque. Hunc locum etiam de Alemannis explicat CLVVERVS *lib. III. cap. IV.* & CELLARIVS *lib. II. c. V.* Per decumates agros vero nullos alios intelligit, quam de quibus decimæ penduntur. Decumanus enim Romanis dicebatur, qui decimas exigit.

4) Sueuos olim maris Balthici accolas fuisse, patet ex eo, quod Tacitus mare Balthicum vocet Sueuicum, & Viader antiquis Sueuus dicatur. CELLARIVS *lib. II. c. V. & lib. III. c. IV.*

5) WALAFRIDVS STRABO *de vita B. Galli* apud GOLDASTVM Tom. I. rer. Alemann. p. 143. *quia mixti Alamannis Sueui partem Germaniæ vltra Danubium, partem Retiæ inter Alpes & Histrum, partemque Galliæ circa Ararim obsederunt.* IORNANDES de rebus Geticis cap. LV. *Theodemir Gothorum rex emenso Danubio, Sueuis improuisus a tergo apparuit. Nam regio illa Sueuorum ab oriente Baiobaros habet, ab occidente Francos, a meridie Burgundiones a septentrione Thuringos. Quibus Sueuis tunc iuncti Alemanni etiam aderant, ipsique alpes erectas omnino regentes.*

6) *pref. ad Scriptores rer. Alemannicarum.*

7) in vita Caracallæ cap. X. *nam, quum Germanici & Parthici & Arabici & Alemannici nomen adscriberet (nam Alemannorum gentem deuicerat)* distinguit itaque titulum Germanici & Alemannici. Idem confirmat AVRELIVS VICTOR Schotti: *Alamannos gentem populosam ex equo mirifice pugnantem prope Mœnum amnem deuicit.* Hinc NICOLAO VIGNIERIO minime adsentimur, qui *de origine veterum Francorum* apud du CHESNE *Tomo I. p. 167.* putat, hallucinatum fuisse Spartianum.

8) Testis est VOPISCVS *in vita Proculi cap. XIII. Alemannos, qui tunc adhuc Germani dicebantur, non sine gloriæ splendore contriuit.* Hic locus torsit & CASAVBONVM & SALMASIVM. Iste errare Vopiscum dicit, cum longe ante Alemannorum nomen cognitum: Hic Casaubonum, dicens: *quo tempore sumsit imperium Proculus, Germani nondum dicebantur Alamanni, vt scribit heic Vopiscus, qui sua ætate iam hoc obtinuisse refert, vt Germani Alamanni vocarentur.* Verum & Vopisci ætate Germani nondum vocabantur Alemanni, vt ideo hic sensus sit. Alemannos tunc adhuc sub Germanorum gente fuisse comprehensos, licet proprio nomine vterentur.

9) ZOSIMVS *lib. I. c. XLIX.*

10) EVTROPIVS *IX. cap. XV.* OROSIVS *lib. VII. c. XXV.*

11) AMMIANVS MARCELLINVS *lib. XIV. cap. X.*

12) MARCELLINVS *lib. XV. c. IV.*

13) Idem *lib. XXXI. c. X.*

14) Idem *lib. XVI. c. XII.* EVTROPIVS *lib. X. c. VII.* ZOSIMVS *lib. III. c. III.*

15) Idem *lib. XXVII. c. I. & II.*

16) Idem *lib. XXVII. c. X.*

17) Idem *lib. XXXI. c. X.* OROSIVS *lib. VII. c. XXXIII.*

18) GESTA FRANC. EPIT. *cap. XV.* GREG. TVRON. *lib. II. c. XXX.* AIMOINVS *lib. I. c. XV.*

19) Sic distinguit OROSIVS lib. VII. c. XXII. *Germani, Alpibus, Rhætia, totaque Italia penetratis, Rauennam vsque perueniunt. Alemanni Gallias peruagantes etiam in Italiam transeunt.* Distinguit etiam GVIL. BRITO *Philipp. lib. I. v. 147.*

tur, 20) haut raro tamen vel ipsi Germani 21) vocabantur, vel etiam sub Alemannorum nomine omnes intelligebantur Germani, quod ab exteris & Italis potissimum factum, 22) qui, dum gens reliquis esset potentior, etiam Italis vicinior, sub Alemannorum nomine, omnes Germanos intelligebant. Quod tamen per errorem factum esse innuit OTTO FRISINGENSIS, 23) cum potius Sueui 24) saltim sub nomine Alemannorum venirent. Hinc vna cum Francis, Boiis, Saxonibus, Lotharingis inter quinque Germaniæ populos fuerunt numerati, 25) atque proprius Ducatus factus, cuius caput erat Argentina. 26)

§. XXVII. Ad tertium nomen progredimur, TEVTONES, siue potius Teutonos, 27) quod antiquissimum quidem erat, & non vniuersæ genti, sed singulari saltim nationi concedebatur. Scilicet, Teutoni hi erant, qui cum Cimbris societate contracta, in Italiam irrumperent. Hos etiam Cimbrorum finitimos in insulis sinus Codani collocat POMPONIVS MELA. 28) PLVTARCHVS 29) vtrosque dicit Germanorum nationis, eorum quidem, qui ad Septentrionalem Oceanum pertinent. Hos etiam vna cum Cimbris immanem vim gentium Germanarum vocat VELLEIVS PATERCVLVS. 30) Hi inuicem in Italiam transierunt, sed ad Aquas Sextas gemino prœlio a C. Mario fuerunt deuicti. 31)

§. XXVIII. Horum deinde nomen vniuersæ Germaniæ commune factum manet, ita, vt media ætate dicerentur vel Teutonici 32) vel Theotisci, ex quo nomen *der Teutschen*. Vnde vero sic adpellati, diuersæ sunt sententiæ. IO. FREINSHEIMIVS 33) auctor est, quod Borealium forte regnorum incolæ proximæ sibi ciuitatis Teutonum nomen genti vniuersæ imposuerint. IO. AVENTINVS 34) a Tuistone, gentis conditore ducit, cuius tamen fabulam supra iamdum explosimus. CLVVERVS 35) latius demonstrare conatur, Theotiscos dictos fuisse a Mercurio, occidentalibus *Theut* dicto, quem ex TACITI 36) effato

Francus ab illis
Finibus egressus, valida sibi mente subegit
Germanos cum Theutonicis, nec non Alemannos,
Tungros cum Belgis, Saxones cum Lotharingis.

Hinc DIONYSIVS ALEXANDRINVS Alemannos Germanorum finitimos facit, dicens: ὅτι τοὺς Γερμανοὺς οἷς οἱ Ἀλαμανοὶ πρόσχωροι λευκὰ λέγει φῦλα. *Germanos, quibus Alamanni sunt contermini candidas ait esse gentes.* Quem sequitur STEPHANI EPITOMATOR: Ἀλέμανοι dicens, ἔθνος Γερμανοῖς πρόσχωρον. AMMIANVS MARCELLINVS lib. XXVI. cap. V. *Alemanni perrupere Germania limites hac ex caussa solito infestius moti.*

20) Sic SPARTIANVS Caracallam *c. X.* Germanicum & Alemannicum vocat. Iustinianus in procemio Institutionum dicitur Alamannicus & Germanicus.

21) Patet hoc ex VOPISCO *in vita Proculi cap. XIII.* loco ante allegato. Sic etiam AMMIANVS MARCELLINVS *lib. XXVII. cap. X.* quos modo Alemannos vocauerat, nunc Germanos vocat: *inde horrenda circumsonantibus Alamannis, id consilium ratio celeritatis admisit, vt arctoam montium partem, quam clementer diximus esse procliuem, Sebastianus cum suis occuparet, fugientes Germanos si fors ita tulisset leui negotio confossurus.* Eadem ratione CHRONICON HIEROSOLYMITANVM *lib. I. cap. IX. qua fiebat Baioariis, Alemannis cæterisque Teutonicis* c. XII. *& lib. III. c. I.*

22) ARNOBIVS lib. I. *Alemannos Scythas idcirco voluerunt diuinci, quod habitarent & degerent in eorum gentibus Christiani.* Sic etiam AVCTOR HIST. LANDGRAV. THVR. c. VI. *nota, quod partes viciniores Italicis, sicut sunt Bauaria, Sueuia, dictæ fuerint, ab Italis primo Alemannia, & homines dicebantur Alemanni, nota secundum Orosium & Solinum, quod tunc temporis Germania & Alemania habebantur pro vno & eodem. Nam Vngaria dicebatur Pannonia, & ab Vngaria vsque ad Rhenum dicebatur Germania, vel Alemania, & vltra Rhenum Gallia.*

23) de gestis FRIDERICI BARBAROSSAE lib. I. c. VIII. *a prædicto etiam Lemanno fluuio tota illa Prouincia Alemannia vocatur. Quare quidam totam Teutoniam terram Alemanniam dictam putant, omnesque Teutonicos Alemannos vocare solent, cum illa tantum Prouincia, id est Sueuia, a Lemanno fluuio vocetur Alemannia, populique eam inhabitantes solummodo vocentur Alemanni.*

24) GREGOR. TVRONENSIS lib. I. c. II. *Vandalos secuti Sueui, id est, Alemanni Galliciam adprehendunt.* PAVLVS WARNEFRIDVS lib. II. cap. XV. *inter hanc* (Liguriam) *& Suauiam, hoc est, Alemannorum patriam, quæ versus septentrionem est posita, duæ prouinciæ, id est, Rhetia prima & Rhetia secunda inter Alpes consistunt*, & lib. III. cap. XVIII. *iste ex Suauorum, hoc est Alemannorum gente oriundus.* Clarius hæc explicat WALAFRIDVS STRABO de vita B. Galli lib. I. p. 143. *antiquorum vocabulorum veritate seruata ab incolis nomen patriæ deriuemus, & Alamanniam vel Sueuiam nominemus. Nam cum duo sint vocabula, vnam gentem significantia, priori nomine nos appellant circumposita gentes, quæ Latinum habent sermonem, sequenti vsus nos nuncupat Barbarorum.* Hoc ipso innuit, Alemanniam fuisse dictam a gentibus, quæ latinum habeant sermonem, Sueuiam a barbaris, & quidem forsan a voce *Schweben*, diuagari, quia hinc inde diuagarentur.

25) Latius hæc exposui in SYNTAGM. IVR. PVBL. capite tertio.

26) apud DITMARVM *lib. V. p. 367.*

27) Sic CAESAR eos adpellat I. de B. G. cap. XXXIII. ad quem locum Fuluius Vrsinus: *sic est in vetustissimo marmoreo fragmento, quod est apud me ex Quirinali translatum ex ædibus Pomponianis.* TEVTONORVM EXERCITVM CIMBROS FVGAVIT. Ita quoque eos adpellat FLORVS & POMPONIVS MELA *lib. III. cap. III.* PLVTARCHVS vero & EVTROPIVS eos vocant Teutones.

28) *cit. loc.*

29) *Mario p. 411.*

30) *lib. II. cap. XII.*

31) PLVTARCHVS *Mario.* EVTROPIVS V. *cap. I.* WINCKELMANNI *not. Saxo-Westphaliæ lib. I. cap. VIII.*

32) CHRON. HIEROSOL. lib. I. c. VI. *tam ex regno Franciæ, quam Lotharingiæ terra, Teutonicorum simul & Anglorum & ex regione Danorum*, & lib. I. c. IX. *spe defensionis aduersus vires Francigenarum, Romanorum & Teutonicorum.*

33) *Supplem. Liu. lib. LXIII. c. XXI.*

34) In Nomenclatura Annalibus Boiicis adiecta: Thuisten, Tytsthen, Tuitzen, Tytzen *est interpretari: vnde* Tuitsho, Tuitzo, *hoc est Tuisco, conditor Germanorum & Sarmatarum. Quem maiores nostri vti nuncium interpretem Deorum venerati sunt.* Hinc etiam PONTANVS *Origg. Franc. lib. II. c. I.* a Tuistone & Manno ducit, quasi *Duytschmannen.*

35) *G. A. lib. I. c. IX.*

36) *de M. G. c. IX.*

effeto maxime coluerint Germani. Alii a Teutone, 37) quod viri cuiusdam nobilis, vel regis nomen fuerit. Hanc tamen ſententiam merito reiicit IVNCKERVS, 38) & vocem *Teutſche* forſan a Scythe originem trahere coniectatur. LEIBNITIVS 39) ducit a voce *Theud*, quod populum notat, hinc vox *Thüdde*, plebem notans, adhuc vſitata.

§. XXIX. Sed, adſentimur partim LEIBNITIO, partim etiam, quantum ad vocem Theotiſci, GOLDASTO, 40) qui nomen hoc ab Italis profectum eſſe putat, cum hæc terminatio Italis fuerit communis, apud quos erant Tuſci, Hetruſci, Volſci, atque inter Germaniæ populos Tauriſci, Nariſci, Variſci. Scilicet, media ætate Germanorum lingua vel Germanica 41) dicebatur, vel Teutonica, 42) vel vulgo Theotiſca. 43) Hæc vero lingua vulgaris erat. 44) Vox autem *Theud*, *Thiod*, *Theudis* nihil aliud notat, quam populum, 45) vt ideo lingua Theotiſca nihil aliud fuerit, quam vulgaris, popularis, ideoque ab Italis & Græcis barbara dicta. 46) Hinc Germani, qui lingua iſta vterentur, dicti fuerunt Theotiſci, 47) quod Germani ſua dialecto efferebant *die Teudiſchen* ſiue *Diutiſchen*, 48) ex quo contractior vox fuit orta *die Teutſchen*.

§. XXX. Quando vero id factum, difficile eſt dictu. Si coniectari licet, tunc demum hoc nomen fuit ortum, cum a Francis ſeparati, proprium ſibi regnum conſtituerent Germani. Patet hoc ex eo: Taciti ætate communis omnium adpellatio erat Germani. Horum pars, cum in fœdus commune coaleſcerent, atque libertatem ſuam tuerentur contra Romanos, dicti poſtea fuerunt Franci. Inde deſiit ex parte commune Germanorum nomen,

37) CLVVERVS *c. l. pag. 81.* GROTIVS prolegom. p. 21. *Teuto ſiue Tuiſto, ſiue Teutates, non Dei, ſed hominis, vnde Teuteſci orti ſunt, vocabulum eſt.*

38) *Geogr. medii æui, voce Scythæ.*

39) *Script. rer. Brunſuic. Tom. I. p. 9.*

40) Præf. ad Tomum primum Scriptorum rerum Alemannicarum.

41) Sermonis Germanici mentionem facit SVETONIVS *Caligula c. XLVII.* SIDONIVS APOLLINARIS *lib. V. ep. V.* SERVATVS LVPVS ep. XCI. *filium Guagonis nepotem meum, veſtrumque propinquum, & cum eo duos alios pueruloſ nobiles, & quandoque ſi Deus vult, noſtro monaſterio ſuo ſeruitio profuturos, propter Germanicæ linguæ nanciſcendam ſcientiam veſtræ ſanctitati mittere cupio.*

42) IACOBVS REGOIVILLANVS *Chron. lat. Ms. f. 67.* apud Schilterum epinicio Ludouici p. 26. *illi* (venatores Regis Nouientum ſpoliantes,) *vt Gallorum mos eſt, Theutonicam linguam ſubſannantes cum deriſione eos* (monachos Teutonicos) *de conſpectu ſuo abegerunt, at illi Eccleſiam ſuam ingreſſi, repulſam ſuam Domino & B. Petro commendabant.* OTTO FRISING. *de G. Friderici I. lib. I. c. XXXII.*

43) LEHMANN *Chron. Spir. lib. II. c. XLV.* decretum adlegat Synodi Turonenſis de a. 513. cuius hæc verba: *viſum eſt vnanimitati noſtræ vt quilibet epiſcopus habeat Homilias continentes neceſſarias admonitiones, & vt easdem homilias quisque aperte transferre ſtudeat in Ruſticam Romanam linguam, ac Teudiskam, quo facilius cuncti poſſint intelligere, quæ dicantur.* Mentio etiam fit linguæ Theotiſcæ in Capitulari Wormatienſi Ludouici Pii a. 829. c. 13. In Conuentu apud Argentoratum a. 842. *apud* BALVTZIVM *Tom. II. p. 39.* Capit. Caroli Calui *Tit. XIV. cap. 3.* In adnuntiatione Ludouici Regis *apud Confluentem a. 860. apud* BALVTZIVM *Tom. II. p. 142.* In Hlotarii Capit. ad Legem Longobard. *Tit. IV. c. 3.* FLODOARDVS *de Synodo apud Ingelheim a. 948.* habita: *poſt quarum litterarum recitationem & eorum propter Reges iuxta Teotiſcam linguam interpretationem.* In Charta Transactionis apud VADIANVM de Monaſteriis Germ. lib. II. p. 63. *placuit inter nos chartam pacationis ex vtraque parte alleuari, quod Tuitiſce Suonbuoch nominamus.* Sic etiam Theodiſcæ linguæ mentionem facit RVODEPERTVS in epiſtola VII. *apud* GOLDASTVM *Tom. II. rer. Alemann. pag. 63.* & in Gloſſis ſuis HRABANVS MAVRVS *p. 64.* Vid. etiam MARQVARDVS FREHERVS in quæſtione, *qua proprie lingua priſci Francorum Reges vſi.*

44) WALAFRIDVS STRABO *lib. VII. de reb. eccleſ. ſecundum noſtram barbariem, quæ eſt Theotiſca.* TRITHEMIVS in Catal. vir. illuſtr. in Otfrido: *Otfridus ex eo volumine, quo Carolus Imperator, quondam Magnus, barbariam Teutonicæ noſtræ linguæ ad regulas incoauit reducere grammaticales.* SIDONIVS APOLLINARIS Siagrio ſuo *lib. V. ep. V.* poſtquam dixerat, ſermonis Germanici notitiam ipſum tanta facilitate capuiſſe, addit: *æſtimari minime poteſt, quanto mihi cæteriſque ſit riſui, quoties audio, quod te præſente formidet facere linguæ ſuæ barbarus barbariſmum.* De B. Gallo dicit WALAFRIDVS STRABO lib. I. c. VI. *hanc a Domino gratiam meruit, vt non ſolum latinæ, ſed etiam barbaricæ locutionis cognitionem non paruam haberet, id eſt Alemannicæ.* Sic etiam POETA ANONYMVS de geſtis Caroli M. lib. I. v. 317.

Tempus transegit in aula
Nomen Heriſtalli dederat cui barbara lingua.

Hinc etiam Germani Barbari dicebantur. Sic WALAFRIDVS STRABO de vita Galli *lib. I. prol.* per Barbaros Germanos intelligit. Ita EGINHARDVS in præfatione Hiſtoriæ Caroli M. p. 8. ſe vocat *hominem barbarum & in Romana locutione perperam exercitatum.* Quare etiam Galli Germanos vocabant *Thiois*, qui *Theodo* in *Thio* contrahere ſolent, vt patet ex Theodonis villa, quam Galli vocant Thionuille.

45) Patet hoc ex Gloſſario vocum Gothicarum GROTII p. 599. in quo: Theudas *populis imperans*, Theudatus *populis æſtimatus*, Theudelapius *ad populum accurrens*, Theudelinda *populis mollis*, Theudenunta *per populos celebrata.* Theuderada *populo conſulens*, Theuderedus *populis honoratus.* Theuderichus *populis pollens.* Theudichuſa *populos eligens*, Theudigiſilus *populorum comes*, Theudigottha *populo bona*, Theudis *popularis.* Eruditiſſimus PALTHENIVS animadu. in Tatianum p. 314. Thiotono ſic explicat: In Gloſſ. Lipſ. eſt *thiat* gens, plur. *thiadon* & *thiede* gentes. Gothicum eſt *thiuda* gens, teſte Iun. in Gloſſar. itemque A-Saxonicum *theod*, a quo Iunius ſed ex ingenio format compoſitum *theodiſc.* (vere enim dicitur *theodlic.* Vid. Benſon.) gentilis, vt adeo lingua Theotiſca idem ſit, quod vernacula. Islandicus interpres habet *heidnum thiodum* quaſi gentes gentiles dicas in Cod. Vlphil. Stiernhielmiano.

46) TRITHEMIVS Chron. Hirſaugienſi ad a. 863. *Carolus Imperator quondam Magnus, in omni littera ſtudioſiſſimus, dolens linguam noſtram Teutonicam, in qua natus erat, Barbaram, & ſine decore contemni ab Italis, & Græcis, ſibi perſuaſit ad regulas eam poſſe reduci Grammaticales.*

47) Vita BERWARDI c. XXV. *meos Saxones & cunctos Theotiſcos.*

48) RYTHMVS de S. Annone n. 7. *di in Diutiſchemi lande ie Wurde.*

men, dum potentiores in Germania gentes essent Franci, Alemanni, Boii, Saxones, Thuringi, in quorum locum, cum horum terra extinctis Ducibus fuisset dissipata, postmodum successerunt Lotharingi. 49) Prioribus a Francis deuictis, omnis Germania diuisa fuit in Francos & Saxones, 50) siue in Francici iuris & Saxonici, quæ etiam diuisio mansit, deuictis licet a Carolo M. Saxonibus. Ipsa Francia vero, postquam Franci Germaniam, Saxonibus exceptis, deuicissent, diuidebatur in Occidentalem atque Orientalem, siue, quod idem erat, regnum Neustriæ & Austrasiæ, *Ostenreich* & *Westenreich*. Occidentalis Francia sub se comprehendebat regnum Franciæ proprie sic dictum. 51) Sub Orientali vero Francia comprehendebatur, quidquid Franci in Germania possidebant, & dum indies fines suos extenderent Franci, vsque dum vniuersam Germaniam occuparent, inde sub Orientali Francia comprehendebatur omnis Germania. Hæc vero, postquam sub Ludouico Germanico proprium regnum factum, a Francico distinctum, vel regnum Franciæ Orientalis, vel Teutonicum cœpit adpellari. 52)

§. XXXI. Licet autem hoc certum sit, sub Teutonico regno omnem comprehendi Germaniam, minime tamen adprobamus sententiam GOLDASTI, qui Teutoniam in tres potissimum magnas prouincias distribui dicit, Alemanniam, Rhætiam & Germaniam. Rhætiam inter Alpes Iulias & dextrum Danubii latus collocat, ad vsque Noricum, Germaniam ad Rhenum, Alemanniam vero latius patere dicit, vt sub eadem comprehendantur omnes populi, qui Germanicæ linguæ societati fuerint coniuncti. Ast, cum hæc sententia nulla firma demonstretur auctoritate, minime adsentimur. Rhætia quidem atque Aleman-

49) Memorant hos quinque populos ANNALES FRANCORVM FVLDENSES ad a. 887. vbi de Arnulphi depositione: *ab illo ergo die male inito consilio*, FRANCI *& more solito* SAXONES *&* DVRINGI, *quibusdam* BAIOWARIORVM *primoribus &* ALAMANNORVM *admixtis cogitauerunt deficere a fidelitate Imperatoris.* ANNALES BERTINIANI ad a. 823. *Francofurti mense Maio conuentus habitus, in quo non vniuersæ Franciæ primores, sed de Orientali* FRANCIA *atque* SAXONIA, BAIOARIA, ALEMANNIA, atque Alemanniæ contermina, BVRGVNDIA, & regionibus Rheno adiacentibus, adesse iussi sunt. De Arnolpho testatur ALBERTVS STADENSIS ad a. 888. *Arnulphus itaque Rex potens principabatur* BAWARIS, SVEVIS, FRANCIS *orientalibus, & post mortem Caroli Calui*, LOTHARINGIS, audacibusque SAXONIBVS. De Henrico Aucupe dicit LVITPRANDVS *lib. III. c. V. Henrici præsertim famosissimi Regis, qui, vt supra memorauimus,* BAIOARIIS, SVEVIS, LOTHARINGIS, FRANCIS *atque* SAXONIBVS *imperabat.* Apud WIPPONEM *vita Conradi Salici pag. 425.* dicitur: *consensus* FRANCORVM, LOTHARINGORVM, SAXONVM, NORICORVM, ALEMANNORVM. Idem dicit REGINO de Henrici Aucupis electione *ad a. 920.* Vide & ANNALES FRANCORVM *ad a. 840. 888.* OTTO FRISINGENSIS *lib. I. cap. XI.* ALBERICVS *ad a. 893.* SYNT. IVR. PVBL. *c. III. §. 2.*

50) WITTICHINDVS Ann. lib. I. pag. 634. *Regi Ludowico non erat filius, omnisque populus Francorum atque Saxonum quærebat Ottoni diadema imponere regni.* Et libro II. ineunte: *defuncto patre patriæ, & regum optimo maximo Henrico, omnis populus Francorum atque Saxonum iam olim designatum regem a patre filium eius Oddonem elegit sibi in principem.* Sub his autem omnem comprehendi Germaniam, patet ex OTTONE FRISINGENSI, qui *lib. VI. Chron. c. XV.* dicit, quod Otto ab omnibus fuerit expetitus, & LVITPRANDVS lib. II. c. VII. *Conradus Rex cunctis a populis ordinatur.* Vid. SYNTAGMA IVR. PVBL. *cap. V. §. 1.*

51) AIMOINVS proœm. Hist. c. V. *has omnes prouincias dum Franci occupassent, in duas tantummodo partes diuidentes, eam quæ Septentrionem versus tenditur & inter Mosam & Rhenum est Austriam: illam vero, quæ a Mosa ad Ligerim vsque pertingit, Neustriam vocauerunt.* EGINHARDVS vita Caroli M. *c. XV.* SIGEB. GEMBLACENSIS *ad a. 844.* Carolus accepit occidentalia regna a Britannico Oceano vsque ad Mosam fluuium, in qua parte ex tunc & modo nomen Franciæ remansit. OTTO FRISINGENSIS *lib. VI. c. XVII.* HADR. VALESIVS *voce Francia & Neustria* PONTANI *Origg. Franc. lib. V. c. VII.* WERLHOF *c. l. §. 90.* HOTTOMANNVS *Franco-gallia c. IV.* SYNT. IVR. PVBL. *c. III. §. V.* Hinc etiam ANDREAS ALCIATVS in libello de formula Romani Imperii: *tandem*, inquit, *factum est, vt quicunque Germani imperium Rom. detrectarent, illis* (Saliis) *se adiungerent, Francosque se, id est eorum sermone, liberos appellarent. Horum opes, oppressa a Gothis Italia, adeo creuerunt, vt traiecto Rheno, veterem Galliam occuparint, sedesque in ea fixerint. Eorumque nomine bona quoque Germaniæ pars Francia dicta est. Sed huiusmodi nomenclatura distinctio addita fuit, vt illa orientalis, quæ vero Gallica est, occidentalis vel Francia Romana diceretur. Qua ratione & Germani se Francos plerumque dixerunt, Gallos vero Francigenas: quin & hodie vulgarem linguam suam Galli Romanam vulgo vocant, quod videlicet antiquam, quæ Germanorum erat, missam fecerint.*

52) Hæc quæ dicta sunt, demonstrat OTTO FRISINGENSIS lib. VI. c. XVII. *denique vt in superioribus patet, tempore Caroli, regni Francorum tota Gallia, id est, Celtica, Belgica, Lugdunensis, omnisque Germania a Rheno scilicet vsque ad Illyricum terminus fuit. Dehinc diuiso inter filiorum filios regno, aliud Orientale, aliud Occidentale vtrumque tamen Francorum dicebatur regnum: In Orientali ergo, quod Teutonicorum dicitur, deficiente Caroli stirpe, primus, manente adhuc in Occidentali Francia ex successoribus Caroli, Carolo ex gente Saxonum successit Henricus. Cuius filius Otto, qui etiam Imperium a Longobardis vsurpatum deduxit ad Teutonicos Orientales Francos, forsan dictus est primus Rex Teutonicorum, non, quod primus apud Teutonicos regnauerit, sed quod primus post eos, qui a Carolo Carolingi, sicut a Merouco, Merouingi dicti sunt, ex alio, id est, Saxonum sanguine natus, imperium ad Teutonicos Francos reuocauerit.* Immo, Orientalem Franciam & Regnum Teutonicum vnum idemque esse idem demonstrat OTTO FRISINGENSIS *lib. VI. cap. XI.* dum ait: *porro Arnolfus totam Orientalem Franciam, (quæ modo Teutonicum regnum vocatur) id est, Baioariam, Sueuiam, Saxoniam, Thuringiam, Frisiam, Lotharingiam rexit.* Inde Ludouicus Germanicus in ANNAL. FRANCORVM FVLDENSIBVS *ad a. 850.* Rex dicitur Orientalium Francorum. Eadem ratione Henricus Auceps in pacto cum Carolo Caluo inito, vocatur Rex Francorum Orientalium apud BALVZIVM *tom. II. Capit. pag. 899.*

Alemannia partem faciebant regni Teutonici, sed Germaniam a Teutonia fuisse distinctam, istam etiam in has tres saltim partes fuisse diuisam, nullibi patet. 53)

§. XXXII. Media ætate Germani vel communi nomine Franci, vel Galli, vel NOMADES etiam ac NEMEDES adpellantur. In sacris expeditionibus Germani sæpe sub communi nomine Francorum vel Gallorum comprehendebantur, eo quod potiorem numerum hi constituerent. Venedi vero, Slaui, & qui eiusdem sunt propaginis, Bohemi, Germanos Nemedes siue Nemetzos solent vocare. 54) Immo, testatur iamdum ZONARAS, 55) Nemetzos populum Celticum de proditione Constantinopolis vrbis egisse cum Bohemis, & sub iisdem sine dubio intelligit Germanos Slauis mixtos. *Niemetz* enim Bohemice adhuc notat Germanum.

§. XXXIII. Fines veteris Germaniæ ab hodiernis plane declinant. 56) Occidentalem quidem terminum 57) omnes in Rheno 58) constituunt. Meridianum Germaniæ latus terminabat Danubii pars occidentalis, qui Germaniam a Vindelicia & Norico separabat. 59) Orientem terminabat Vistula, 60) Septentrionem Oceanus. 61) Licet hi Germaniæ fines, minime Germanorum, qui & Rhenum & Danubium transgressi, in altera ripa sedes collocauerunt. 62)

§. XXXIV. Postquam autem Carolus M. fines Germanorum ampliasset, atque Germania sub Ludouico Germanico proprium regnum esse cœpisset, fines eiusdem per accessiones & migrationes, ex parte fuerunt ampliati, ex parte vero restricti, nec enim Rhenus amplius terminus Occidentis mansit, sed fines Germaniæ vltra Rhenum fuerunt extensi, & quidem propter vini copiam. 63) Hinc partes trans Rhenum, quæ antea sub Galliæ Belgicæ nomine veniebant, Germaniæ accesserunt. Accessit etiam post mortem Lotharii, Lotharingiæ pars, quam ex æquo ad Marsnam diuiserunt Ludouicus Germanicus & Carolus Caluus. Integram vero Ludouico Iuniori cesserunt Ludouici Balbi filii, quam etiam Henricus Auceps singulari transactione Bonnæ, cum Carolo, Gallorum rege inita, Imperio vindicauit. 64) Sic etiam terminus meridionalis, adiecta Vindelicia & Norico fuit ampliatus, atque Leitha & Mura versus Hungariam termini fuerunt constituti. 65) In Oriente ni-

53) Præfatione in Tomum primum Scriptorum rerum Alemannicarum.

54) AVENTINVS Ann. Boi. lib. I. c. IV. *Teutones a Celtis Alemanni: a Venetis Nomades ac Nemetes a iaculando nominantur.* Vid. LEHMANN *Chron. Spir. lib. I. cap. I.*

55) *Tom. III. Ann. p. 233.*

56) IO. MICH. WEINRICHIVS quidem singulari dissertatione demonstrare voluit, fines Germaniæ nunquam fuisse immutatos, *Erfordiæ 1710. 4.* sed contrarium sequentia docebunt.

57) Fines Germaniæ sua ætate sic describit TACITVS de Mor. Germ. c. I. *Germania omnis a Galliis Rhætiisque & Pannoniis, Rheno & Danubio fluminibus, a Sarmatis Dacisque mutuo metu aut montibus separatur. Cætera Oceanus ambit, latos sinus & insularum immensa spatia complectens.* SOLINVS *cap. XXIII.* de Germanis sic habet: *extenditur inter Rhenum, Herciniumque saltum, & rupes Sarmatarum: vbi incipit, Danubio, vbi desinit, Oceano perfunditur.* Eadem fere sunt, quæ POMPONIVS MELA habet lib. III. c. III. *Germania hinc ripis Rheni vsque ad Alpes: a meridie ipsis Alpibus: ab oriente Sarmatarum confinio gentium: qua septentrionem spectat, Oceanico litore obducta est.* Sic etiam Caroli M. ætate Germaniæ fines describit EGINHARDVS cap. XV. *deinde omnes barbaras ac feras nationes, quæ inter Rhenum ac Vistulam fluuios, Oceanumque ac Danubium positæ, lingua quidem pene similes, moribus vero atque habitu valde dissimiles, Germaniam incolant, ita perdomuit, vt eas tributarias efficerit.* Vid. CLVVERVS *G. A. lib. I. c. XII.* FRANC. IRENICVS *Exegesi Germaniæ lib. I. c. XIV.* PONTANVS *Origg. Francic. lib. I. c. I. & II.* CELLARIVS *not. orbis antiqui lib. II. c. V.* WERLHOF *lib. I. c. II. §. 19. sqq.*

58) TACITVS, MELA, PTOLEMAEVS *lib. II. cap. XI.* STRABO *lib. VII.* ineunte. σχεδὸν δὲ τοι καὶ τοῦτο ἐστὶ τὸ ἑσπέριον τῆς χώρας πλάτος ἡ ποταμία πᾶσα *atque hic fluminis* (Rheni) *tractus, latus est Germaniæ occiduum.* CAESAR de B. G. lib. I. c. II. *vndique loci natura Heluetii continentur, vna ex parte, flumina Rheno latissimo atque altissimo, qui agrum Heluetium a Germanis diuidit.* Et Sicambri ad Cæsaris legatos lib. IV. c. XV. *populi R. imperium Rhenum finire: si se inuito, Germanos in Galliam transire non æquum existimaret; cur sui quidquam esse imperii aut potestatis trans Rhenum postularet.*

59) TACITVS, MELA, PTOLEMAEVS *lib. II. cap. XI.* τὴν μεσημβρινὴν πλευρὰν ὁρίζει τοῦ Δανουβίου τὸ δυσμικὸν μέρος *Meridianum latus* (Germaniæ) *terminat Danubii pars occidentalis.* STRABO *lib. II. p. m. 128.* de Istro: φέρεται δ' οὗτος ἀπὸ τῆς ἑσπέρας ἐπὶ τὴν ἕω καὶ τὸν Εὔξεινον πόντον ἐν ἀριστερᾷ λείπων τήν τε Γερμανίαν ὅλην ἀρξαμένην ἀπὸ τοῦ Ῥήνου, *is ab occasu ortum versus in Euxinum labens mare, ad læuam relinquit Germaniam totam a Rheno orsam.*

60) TACITVS, MELA, PTOLEMAEVS, POMPONIVS MELA lib. III. c. IV. *Sarmatia intus quam ad mare latior, ab iis quæ sequuntur, Vistula amne discreta, qua retro abit vsque ad Istrum flumen immittitur.* IORNANDES *de rebus Geticis cap. V.* de Scythia: *habet ab occidente Germanos & flumen Vistulæ.* PLINIVS *Hist. Natur. lib. IV. cap. XXVII.* tali ratione fines Germaniæ describit: *Incipit deinde clarior aperiri fama ab gente Ingæuonum, quæ est prima inde Germanicæ. Seuo mons ibi immensus, nec Riphæis iugis minor, immanem ad Cimbrorum vsque promontorium efficit sinum, qui Codanus vocatur, refertus insulis: quarum clarissima Scandinauia est, incompertæ magnitudinis, portionem tantum eius, quod sit notum, Hilleuionum gente quingentis incolente pagis, quæ alterum orbem terrarum eam appellat. Nec est minor opinione Eningia. Quidam hæc habitari ad Vistulam vsque fluuium a Sarmatis, Venedis, Sciris, Hirris tradunt.*

61) TACITVS, MELA, SOLINVS.

62) TACITVS *de M. G. c. II. XXVIII.*

63) REGINO ad a. 842. *Ludouico orientalia, scilicet omnis Germania vsque Rheni fluenta, & nonnullæ ciuitates cum adiacentibus pagis trans Rhenum, propter vini copiam.* Idem testatur MARIANVS SCOTVS, SIGEB. GEMBLACENSIS *ad a. 844.* LEHMANN *Chron. Spir. lib. III. c. XL.*

64) CONRING *de fin. Imperii lib. I. cap. VI.* SYNT. IVR. PVBL. *cap. III. §. XXIV.*

65) OTTO FRISING. lib. I. c. XXXII. *igitur Rex ad portam Mesiam, LXX. pugnatorum millia, vel amplius*

te nimium restricti fuerunt termini ad Viadrum vsque, dum vltra Slaui habitarent, 66) qui Friderico I. imperante, Germaniæ demum accesserunt. 67) In Septentrione vero Eidora Daniam versus terminus erat. 68)

§. XXXV. Diuersimode autem Germania diuiditur. Romani quidem eandem distinguebant in Cis Rhenanam & Transrhenanam. Primus ita distinxisse videtur Cæsar 69) apud Gallos agens, ideoque cis Rhenanam Romani respectu Galliæ vocabant illum tractum, quem hodie trans Rhenum vocamus. Transrhenanus vero dicebatur reliquus Germaniæ tractus. Hinc Germania CisRhenana diuidebatur in Superiorem atque Inferiorem. Superior Dioni Cassio dicitur, quæ Rheni fontibus propior est, inferior vero, quæ vsque ad Oceanum Britannicum se extendit, a Moguntia scilicet vsque ad Oceanum. 70) Superior deinceps Germania prima, inferior secunda fuit adpellata. 71) Transrhenana vero vocabatur Germania magna. 72) Media ætate iterum diuidebatur in superiorem atque inferiorem. Ista comprehendebat terram Rhenensem, Sueuiam, Bauariam, Franconiam, quæ in ludis equestribus Germanorum dicebantur *die Vier Lande*. Inferior autem comprehendebat vniuersam Saxoniam, quæ iuris Saxonici. Ex quo distinctio enata fuit in Ius Franconicum & Saxonicum. 73)

amplius habens, erupit: in campoque inter portam præfatam & fluuium Litahe, qui Teutonica lingua Viruelt & Laruelt, quod nos vacantem campum dicere possumus, castra posuit. Dux etiam cum suis non longe ex altera parte eiusdem fluuii, qui Imperii Romani, & Regni illius ex vno Danubii latere (nam ex altero Maraha fluuius) limes est, suos conuocans, ibidem castra metatur.

66) Patet hoc etiam ex DITMARO, *lib. IV. p. 350.* qui de controuersia, quæ Ottonis III. temporibus fuit cum Misecone, Slauorum Duce: *venit Bolizlaus cum nostris ad Oderam ad Mesiconem nuncius mittitur.*

67) *Datis solenniter vexillis duces Slauiæ fuerunt adpellati*, de quo nimium inuehitur SAXO GRAMMATICVS *Hist. Dan. lib. XVII. p. 375.* quod libertatem variis & fucosis dignitatum nominibus vindicauerint, cui tamen respondet CONRING. *de fin. Imperii lib. I. c. XVI.*

68) Eidoram terminum Imperii versus Daniam fuisse, Scriptores omnes docent. ANNALES FRANCORVM FVLDENSES ad a. 811. *Condita inter Imperatorem* (Carolum M.) *& Hemmingum Danorum regem pax, a duodecim primoribus vtriusque gentis, Francorum videlicet & Danorum, iuxta fluuium Egidoram vicissim secundum ritum ac morem suum datis sacramentis confirmatur.* Id quod magis adhuc illustrat ADAMVS BREMENSIS lib. I. cap. XI. *Hemmingus rex pacem cum Imperatore faciens, Egidoram fluuium regni terminum accepit.* Quæ verba repetit ALBERTVS STADENSIS *ad a. 810.* Sic etiam terminos Germaniæ sub Ludouico Germanico ita describit WITTICHINDVS lib. I. p. 637. *Ludouico*, inquit, *a Rheno vsque ad fines Illyrici & Pannoniæ ad Eidoram quoque fluuium & terminum Danorum imperium erat.* Hinc etiam secundum ANNALES FVLDENSES *ad a. 873.* Dani postulabant, vt Ludouicus legatos suos ad fluuium nomine Egidoram mitteret, qui illos & Saxones dirimit. Id quod etiam confirmat ADAMVS BREMENSIS *lib. IV. c. XLVI.* HELMOLDVS *lib. II. c. XIV.*

69) CAESAR IV. de B. G. cap. XVI. *Vbii autem, qui vni ex transrhenanis ad Cæsarem legatos miserant.* Et lib. V. cap. II. *Treuiri Germanos transrhenanos sollicitare dicebantur.* Cisrhenanos vero memorat lib. VI. cap. II. Mansit hæc diuisio etiam posteriori ætate, CAPITOLINVS enim Maximinis, mentionem adhuc facit Germaniæ Transrhenanæ.

70) DIO CASSIVS lib. LIII. pag. 503. Κελτῶν γάρ τινες, οὓς δὴ Γερμανοὺς καλοῦμεν, πᾶσαν τὴν πρὸς τῷ Ῥήνῳ Κελτικὴν κατασχόντες Γερμανίαν ὀνομάζεσθαι ἐποίησαν. τὴν μὲν ἄνω, τὴν μὲν μετὰ τὰς τῦ ποταμῦ πηγάς. τὴν δὲ κάτω μέχρι τῦ Ὠκεανῦ τῦ Βρεττανικῦ. *Nam Celtæ quidam, quos Germanos vocamus, quum omnem Celticam regionem, quæ ad Rhenum est, occupassent; effecerunt, vt ea Germania vocaretur: superior, quæ Rheni fontibus propior est, inferior, quæ ab hac vsque ad Oceanum Britannicum se extendit.* Sic etiam TACITVS Ann. I. c. XXXI. ait: *duo apud ripam Rheni exercitus erant. Cui nomen superiori, sub C. Silio legato, inferiorem A. Cæcina curabat* & I. Hist. cap. LIII. CLVVERVS Germ. Ant. lib. II. c. XXXVII. PTOLEMAEVS τῆς δὲ παρὰ τὸν Ῥῆνον χώρας ἡ μὲν ἀπὸ θαλάσσης μέχρι τῦ Ὀβρίγγα ποταμῦ, καλεῖται Γερμανία ἡ κάτω. ἡ δὲ ἀπὸ τῦ Ὀβρίγγα ποταμῦ πρὸς Μεσημβρίαν καλεῖται Γερμανία ἡ ἄνω. *Pars regionis Rheno proxima a mari ad Obringam flumen Germania dicitur inferior: pars autem ab Obringa versus meridiem vocatur Germania superior.* Sic L. Antonium superioris Germaniæ præsidem vocat SVETONIVS *Domitiano cap. VI.* PLINIVS lib. XIX. c. VIII. *corruda passim etiam montibus nascens refertis Germaniæ campis.* PAVLVS DIACONVS *lib. I. cap. I.* quamuis & duas vltra Rhenum prouincias Romani, cum ea loca occupassent, superiorem inferioremque Germaniam dixerint FRANC. IRENICVS *exeg. Germ. lib. I. cap. XV. XVI.* LEHMANN *lib. I. c. IX.* PANCIROLLI *not. Imp. Occident. cap. LXXXVIII.* HADR. VALESII *not. Galliarum voce Germania.* OBRECHTI *Prodr. rerum Alsat. cap. V.*

71) PANCIROLLI *not. dign. Imperii Occid. c. LXXXVI. p. 1992. in Grauii Tomo VII.*

72) PTOLEMAEVS *lib. II. cap. XI.* Γερμανίας μεγάλης θέσις *Germaniæ magnæ positio.* Vocabatur ista solum Barbaricum. Sic EVTROPIVS lib. VII. c. V. de Druso: *Germanorum ingentes copias cecidit, ipsos quoque trans Albim fluuium submouit, qui in barbarico longe vltra Rhenum est.* Sic etiam de Decio lib. IX. c. IV. *in barbarico interfectus.* AMMIANVS MARCELLINVS *lib. XVIII. cap. II. visus in barbarico miles.* CELLARIVS *not. orb. ant. lib. II. cap. V. pag. 448.*

73) SYNT. IVR. PVBL. *cap. V. §. III.*

SECTIO SECVNDA DE DIIS GERMANORVM ET CVLTV SACRORVM.

§. I. In rebus publicis quatuor sunt obseruanda, Status religionis, ciuilis, militaris & œconomicus. §. II. An Germani solummodo Solem, Lunam & Vulcanum, & sub iisdem Trinitatem coluerint. §. III. Antiquissimus Deorum Sol. §. IV. Sequitur Luna. §. V. Mars. §. VI. Mercurius, etiam Godan dictus. §. VII. Iupiter, Thor dictus. §. VIII. Venus, dicta Frea. §. IX. Saturnus, Sater. §. X. His septem dies hebdomadis erant dicati. §. XI. Thuringorum Busterich & Iecha. §. XII. Saxonum Crodo. §. XIII. Irmensula figura. §. XIV. In cuius honorem extructa. §. XV. Statua erat Arminii. §. XVI. Locus Irmensulæ. §. XVII. An Irmensula Corbeiæ adhuc superstit. §. XVIII. Saxonum Eostra dea, Hama, Flinna, Iodutta. §. XIX. Sueuorum Isis, Herthus & Ciza. §. XX. Hercules sub Krutzmanni nomine apud Argentoratenses. §. XXI. Castor & Pollux sub Alcis nomine culti. §. XXII. Slauorum Zuanteuitus, Rugieuitus, Porieuitus & Porenutius. §. XXIII. Slauorum Zernebock, Prono vel Prowe. §. XXIV. Ratzeburgensium Siwa, Plunensium Podaga. §. XXV. Obotritoram Radagastus. §. XXVI. Velleda, Aurinia, Ietta, mulieres fatidicæ. §. XXVII. Tansana quæ dea. §. XXVIII. Luci, colles & fontes consecrati, atque templa Germanorum. §. XXIX. Altaria Germanorum. §. XXX. Hostiæ & Sacrificia. §. XXXI. Sacerdotes. §. XXXII. Germanorum Druides & Bardi. §. XXXIII. Auguria. §. XXXIV. Initia Christianismi apud Germanos.

§. I.

AB origine, nomine & diuisione Germaniæ progredimur ad præcipuos gentis ritus, eos potissimum, qui faciunt ad Historiam illustrandam. Prout autem in rebus publicis quatuor potissimum sunt obseruanda: Status religionis, Ciuilis, militaris & œconomicus, idem quoque in Germaniæ antiquitatibus eruendis obseruamus.

§. II. Initium facientes a Statu religionis, bina obseruamus, vel Deos, vel Cultum sacrorum. Dii vel generales sunt, omnibus Germaniæ populis communes, vel speciales, a certis saltim populis culti. Communes Germanorum dii isti erant, quibus singuli dies erant destinati, ab iisdem etiam nomen adepti, ad quorum ordinem hosce explicabimus. Si quidem CAESAREM 74) sequeremur, Solem saltim, & Vulcanum & Lunam solos Germanis deos adsignare necessum haberemus, cum reliquos, eodem teste, ne fama quidem acceperint. Hinc etiam CLVVERVS 75) nugatur, dum Trinitatem Germanis fuisse cognitam, velit, ita, vt Solem intelligerent Deum Patrem, Lunam Deum filium, Ignem Deum Spiritum Sanctum. Verum, dum Cæsari primo ex Romanis Germaniam ingresso, horum Status haut adeo esset cognitus, plures potius cum Tacito aliisque apud Germanos deos reperimus.

§. III. Antiquissimus deorum SOL erat, quem homines, postquam ad naturam fuerint relapsi, tanquam inter astra præstantissimum venerari cœperunt, ita, vt dux & princeps & moderator luminum reliquorum, & mens mundi & temperatio existimaretur. 76) Ex Oriente igitur hic cultus æque ad Germanos peruenit, qui eundem præter alios deos diuinitus coluerunt. 77) Potissimum vero apud Saxones colebatur, qui eiusdem cultum ad Anglos traduxerunt. 78) Nec desunt, qui Solis fanum celeberrimum in Marchiæ oppido Soltquella, vulgo Saltzwedel, fuisse contendant, 79) quas tamen tanquam coniecturas dubias atque incertas, a sola nominis conuenientia ductas reiicit SCHEDIVS atque SAGITTARIVS

74) de B. G. VII. c. XXI. *deorum numero eos solos ducunt, quos cernunt, & quorum opibus aperte iuuantur, Solem, & Vulcanum & Lunam: reliquos ne fama quidem acceperunt.*

75) *G. A. lib. I. c. XXIX.* ideo notatus a MASIO *antiquit. Mecklenb. cap. I.* Licet CHRISTOPHORVS WAEGEMANN *im Entwurf vom Druidenfus p. 19.* velit, hæc tria numina hieroglyphica ipsorum signa fuisse, horumque nomina *Deut, Mann, Fyr.*

76) CICERO in Somnium Scipionis. Idem adfirmat MACROBIVS Saturn. *lib. I. c. XVII.* qui etiam omnes deos ad Solem referri contendit. Quanti autem Sol apud Veteres fuerit habitus, declarat PHILIPPVS a TVRRE in *Monumentis Veteris Antii*, VOSSIVS in *Theologia Gentili*, IO. OWENVS in *Theologumenis*, ANT. van DALE de *Idololatria.*

77) CAESAR VI. *de B. G. cap. XXI.* CLVVERVS *German. Antiqua lib. I. c. XXVI.* SCHEDIVS *de Diis Germanorum lib. I. c. III. & IV.* HACHENBERG *Germ. med. diss. VIII. §. IX.*

78) Testatur hoc WERNERVS ROLEFINCK *de Antiqua Saxonia lib. I. c. VI.* qui Saxonum Anglos inducit Britonum regi ita respondentes: *si vero de religione quæritur, noueris nos iuxta morem paternam solem adorare.* Sic etiam Noricorum Belenum pro Sole adgnoscit HACHENBERG *c. l.* cum tamen PHILIPPVS a TVRRE dissertatione de Beleno certius demonstrauerit, hunc nullum alium esse quam Apollinem.

79) SCHEDIVS de diis Germanorum *Syngr. IV. cap. V. cæterum ciuitatem Soldewedell in Marchia veteri quarto Planetarum Soli erectam fuisse fingunt, & a D. Iulio templum illud Soli scilicet dicatum. Forma idoli fuit hominis, qui ante pectus ambabus manibus flammantem rotam tenebat. Non inconueniens autem ipsis videtur idolum hoc Soli erectum fuisse: a Wedell enim nobis caudam significante, qualis leonum est, dicunt Solem ita dictum, a radiorum flammis, in pectore circumfusis.* Idem tradunt ENTZELIVS atque ANDREAS ANGELVS in Chronicis Marchicis, notante SAGITTARIO *Historia Marchiæ Soltwedelensis §. IX.*

TARIVS. 80) Immo, si a sole nomen adepta fuerit Soltwedel, potius Sun vel Sonnenwedel nomen esset. Hinc primus dies dictus *der Sundag*.

§. IV. Soli proxima est LVNA, quam inter Deos suos coluisse Germanos, CAESAR 81) auctor est. Hanc etiam in consiliis suis quidpiam operari putabant. Conueniebant itaque ad publica negotia pertractanda cum aut inchoabatur luna, aut implebatur, huius etiam cursum in proeliis suis considerabant. 82) Cultum eiusdem Lüneburgi maximum fuisse, Chronographi contendunt, vbi etiam templum Lunae famosissimum vna cum ipsius statua, a Iulio Cæsare erecta, a Carolo M. vero vel Egistio episcopo destructa, inde nomen vrbis ortum putant. 83) Verum, SCHEDIVS 84) auctor est, vrbem potius a praeterfluente fluuio Luna sic fuisse adpellatam; SAGITTARIVS vero a Linonibus populis. Huic secundus dies erat destinatus, qui exinde dicitur *der Maendag*.

§. V. Sequitur MARS, Soli vicinum astrum, praecipuus Deorum dictus apud Germanos, 85) Gothosque. 86) Celeberrimum eiusdem templum fuit Coloniae Agrippinae, quo A. Vitellius, postquam in Germania Imperator fuisset salutatus, pugionem, quo se Otto occiderat, misit dedicandum. 87) Hinc etiam Hassiae Marpurgum, Sueuiae Martisburgum, & Misniae Martisburgum nomen traxisse dicuntur, 88) contradicente tamen AVENTINO. 89) Dicebatur autem Mars Germanis *Thies*, hinc tertius in hebdomade dies ipsi consecratus, dicitur *der Tviesdag*. 90) Licet alii *Dingsdag* malint a *Ding* iudicium. 91)

§. VI.

80) *cc. ll.*

81) VI. *de B. G. c. XXI.*

82) TACITVS *de M. G. c. XI.* Sic etiam CONRADVS BOTHO *Chron. Brunsuic. figur. p. 282.* de Saxonibus: *sie richten sick na dem mane, dar hadden se sunderlike gesichte na wan se striden wolden.*

83) Docet hoc BOTHO Chron. Brunswic. picturato pag. 191. *Konigh Karle de toch vort up de borch to Lunenburch, unde vorstorde dar ock den Affgode de heyt Luna, den hadde Keyser Iulius dar gebat, de vant den barch in deme mane schyne, do richte he daruppe eyne sule, darup satte he eyne belde mit bogen oren, dat hadde vor sick eynem vorguldenmaen, den beden de lude an und beten one Luna. Dar wart dat slot Lunenburch na gebeten.* Licet non a Carolo M. sed ab Egistio Episcopo vel secundum aliquos a Ruperto, Verdensi Episcopo destructum fuisse idolum, & ibidem monasterium in honorem Mariae & Michaelis constructum dicatur in descriptione de fundatione quarundam Saxoniae ecclesiarum, quod reperitur apud LEIBNITIVM *Tom. I. pag. 261.* & in fragmento Chronici Bardeuicensis apud LEIBNITIVM *Tom. II. pag. 216.* Sic etiam FABRICIVS *Origg. Saxon. lib. I. pag. 62. in Turingorum Annalibus vero legitur, Iulium Caesarem in ea regione extruxisse vrbes Deorum nominibus: vt a Luna Luneburgum, a Sole Soltuedelam, a Venere Magdeburgum, ab aliis oppida alia: quae allusio in nominibus etiamsi inepta non sit; tamen quod de Iulio Caesare traditur, fabulosum existimo.* Idem confirmat FRANCISCVS IRENICVS *exegesi Germaniae lib. XII. pag. 401.* HACHENBERG *Germ. med. diss. VIII. §. X.*

84) De diis Germanorum syngr. IV. cap. VIII. *Luneburgum Lunae dedicatum scribunt, & columnam Lunae erectam, cui insidebat imago viri oblongis auribus, auream Lunae imaginem manibus tenens: quam demolitam fuisse a Carolo M. anno 800. scribunt. Sed vrbs haec nomen aliunde traxit. Dicta enim est a praeterfluente fluuio Luna vel Elmoa: vel a diuite lini copia, quod ibi crescebat: quod superioris Germaniae idiomate dicitur Lein, inferioris vero Lyn.* Hinc SAGITTARIVS Memor. Hist. Lüneburg. §. 2. *Luneburgi etymon a Linonibus malim repetere, quam ab anili fabula, Lunam pro Dea hic cultam.*

85) TACITVS de M. G. cap. IX. *Herculem & Martem concessis animalibus placant.* Idem Historiarum lib. IV. cap. LXIV. *rediisse vos in corpus nomenque Germaniae, communibus deis, & praecipuo deorum Marti grates agimus.* Eundem apud Saxones praecipue fuisse cultum testatur WITTICHINDVS lib. I. pag. 633. *mane autem facto, ad Orientalem portam ponunt aquilam, aramque victoriae construentes, secundum errorem paternum sacra sua propria veneratione venerati sunt: nomine Martem effigie columnae imitantes, Herculem loco Solis, quem Graeci appellant Apollinem. Ex hoc aestimationem illorum apparet vtcunque probabilem, qui Saxones Originem duxisse putant de Graecis, quia Hirmin, vel Hermes, Graecis Mars dicitur.*

86) PROCOPIVS lib. II. Rer. Goth. pag. 261. ed. Grotianae. *Hostiarum potissimum homo habetur, quem primum bello ceperint, eum Marti immolant, summo apud ipsos Deo.* Slesuici etiam atque apud Holsatos Martis delubra fuisse, testatur TROGILVS ARNKIEL *Cimbr. Heyden-Religion lib. I. cap. XXX. §. 8. seqq.*

87) SVETONIVS *Vitellio c. X.*

88) AENEAS SYLVIVS *Europa cap. XXX.* ANDR. ALTHAMMERVS *in Taciti Germaniam pag. 11.* qui addit: *fertur etiam Martis mons in Westphalia, vbi tria altaria olim Marti dicata adhuc superesse feruntur.* Sic FRANC. IRENICVS *exeg. Germaniae lib. XII. pag. 402. Marpurgum, vrbs Hassiae metropolis a Marte dicta, olim villa, vt historia B. Elizabet monstrat. Mons Martis zum Berg, Westualiae vrbs, a Marte dicta, olim tantum ab armigeris inhabitata est, tria illic altaria ad nostra secula peruenerunt; quae olim Marti erant initiata.* Idem de vrbe Mersburg adserit BROTVFF *Chron. Mersburg. lib. I. cap. IV. pag. 450.* Quod etiam exinde coniectandum, quod Romanorum hoc Opus dicat DITMARVS *lib. I. p. 318.*

89) ANN. BOIOR. lib. I. cap. VI. *paruit deinde Germania annos sex & quadraginta Marso, ab augmentando ita cognominato, eius opus Marsburgium oppidum Misniae.* Sequitur SCHEDIVS *lib. IV. cap. IV.* Ab eodem Marso *die Marslande* dicta putat WINCKELMANNVS *Notitia Hist. politica Saxo-Westphaliae lib. I. c. VII. n. 58. sqq.* Licet haec adpellatio potius a Marsis, populo Germanorum antiquo, qui inter Rhenum & Albim, vicinis inter Cimbros atque Sicambros regionibus habitabant. Et cum horum loca palustria essent atque aquosa, factum, vt quaeuis loca similia ita adpellarentur. Inde Dithmarsi.

90) CLVVERVS *lib. I. c. XXVIII. p. 243.*

91) GOBELINVS PERSONA *Cosmodr. at. II. cap. IV. dies Martis dicitur Dingestag. Vnde Ding in antiquo vulgari sonat iudicium, prout patet in his vocabulis, Holtgeding, Frigeding; & quia iudicium mortis gentiles attribuebant Marti, dies Martis Dingestag apud gentiles Teutonicos dicebatur.* SCHILTERVS *not. ad Koenigshoven pag. 730.* exhibet diploma Lotharii, in quo: *placitum aliquod, quod vulgo Thinch vocatur.* TROGILVS ARNKIEL vero *lib. I. c. XI. n. 1.* a Tuistone ducit: *am Dingstag beten sie den Abgott Tuisco an, ward vorgestellet*

mit

§. VI. Proximus eſt MERCVRIVS, cui certis diebus quoque humanis hoſtiis litare fas habebant Germani. 92) Hunc *Wodan* ſiue *Godan* vocare ſolebant, 93) ex quo vocem *God* deduci volunt. 94) Eidem medium in hebdomade diem, ſeu quartum dicabant, qui exinde nobis dicitur *der Mittwoch*, olim *der Wodansdag*. 95)

§. VII. Quintus erat IVPITER, deaſtrorum præcipuus, cuius cultus apud omnes gentes, Celtas præcipue, erat maximus. 96) Hi illum ſub nomine *Taranis* 97) ſiue Tonantis coluerunt, exinde gentibus Septentrionalibus dictus fuit *Thor*. 98) Huic ſingulis hebdomadibus quinta feria per deputatos ſacerdotes ſacrificia offerebant, a quo dies illa dicta erat 99) *Thorsdag*. Templum eiusdem famoſiſſimum in vicinia noſtra erat Thornburgi, quod exinde nomen adeptum. 100) Immo, Thuringi ſine dubio ab eodem denominati, cum *ingi* notet poſteritatem, vt ideo Thoringi notent Thori, ſiue Iouis poſteritatem, a quo ſe oriundos eſſe credebant. 1) Communis eſt opinio, ab Hammone Ioue nomen Hamburgo fuiſſe datum, in quo Iouis olim fanum extiterit, & duodecim cum illo deorum ſimulacra Carolus M. deſtruxerit, quod tamen tanquam fabulam KRANTZIVS ridet. 2)

§. VIII.

mit einem Scepter in der Hand, und mit der Haut eines wilden Thieres angethan. Er wird gehalten für einen Gott der Gerechtigkeit, daher an ſeinem Tage Ding, und Recht von Vhralters her iſt adminiſtriret, welcher desfalls Dingstag, ſonſten Tistag, vor Zeiten aber Twistag iſt genandt. Heſt Twistag bey den Engelländern, welche ihren Urſprung haben aus dieſem Lande. CLVVERVS quoque *pag. 242.* ait: *Germanorum nonnullis hodie dies Martis dicitur Erichtag, quæ certe vox prope ad Græcorum Ἄρη accedit: multo tamen propius ad Ἔρις. vnde etiam coniectura haud perinde vana, priſcos Germanos ſua lingua Martem vocaſſe Eric, ſiue Erich.*

92) TACITVS *de M. G. cap. IX.* idem de Gallis tradit CAESAR VI. *de B. G. cap. XVII. Deum maxime Mercurium colunt, huius ſunt plurima ſimulacra: hunc omnium inuentorem artium ferunt: hunc viarum atque itinerum ducem; hunc ad quæſtus pecuniæ mercaturasque habere vim maximam arbitrantur.* Ex hoc autem VOSSIO minime adſentimur, qui *de Idololatria lib. I. cap. XXXVII.* auctor eſt, Wodan Germanorum numen minus recte a Tacito vocari Mercurium, dum Wodan apud Germanos nec litteraturæ, nec facundiæ nec negotiationi præfuiſſet, dum contrarium pateat ex Cæſare.

93) PAVLVS DIACONVS de geſtis Longobardorum lib. I. cap. XX. *Wodan ſane, quem adiecta littera Godan dixerunt, ipſe eſt, qui apud Romanos Mercurius dicitur, & ab vniuerſis Germaniæ gentibus vt Deus adoratur.* Hunc iisdem fere verbis ſequitur GOTFRIDVS VITERBIENSIS *P. XVII. pag. 446.* GROTIVS *prolegomenis ad Scriptores Hiſtoriæ Gothicæ pag. 22. Alius ab hoc eſt Wodam, a Woden quod eſt ferocire, creditus Germanis veteribus præſidere paci ac bellis Deus, quem ob duplicem poteſtatem, Latinorum alii Mercurium, alii Martem dicere maluerunt. Idem eſt, qui omiſſa litera duriore Othinus aliis ſcribitur.* Idem tradit TROGILVS ARNKIEL *lib. I. cap. X. n. 4.* Vid. etiam CLVVERVS *lib. I. cap. XXVI. p. 223.* SAGITTARIVS *antiquit. Gentiliſmi & Chriſtianiſmi Thuringici lib. I. cap. I.*

94) GOTFRIDVS VITERBIENSIS *Chronic. P. XVII. pag. 446. Votam autem quidam Gotham adiecta litera dixerunt. Ipſe eſt, qui apud Romanos dicitur Mercurius, & tunc ab vniuerſis Germanis vt Deus adorabatur.* Idem teſtatur VOSSIVS *de origine & progr. Idol. lib. I. cap. XXXVII.* CLVVERVS *c. l.* SCHEDIVS *de diis German. Syngr. I. c. V. fin.*

95) GOBEL. PERSONA *Cosmodr. æt. II. c. IV. vnde in partibus Weſtphaliæ dicunt Godensdag, & in partibus Geldriæ & circum vicinis dicunt Wodensdag, vel per Syncopen Woanstag. In partibus Saxoniæ, quæ modo Saxonia dicitur, hic dies vocatur medium ſeptimanæ, quod Saxones videntur a Thuringis, eis vicinis traxiſſe.* Vid. & *æt. VI. c. XXXVIII.* THEOD. ENGELHVSII *Chron.* apud Leibnitium Tom. II. pag. 1061. *Colebatur in idolo* (Irmenſulæ) *Hermes, id eſt, Mercurius, quem tunc Saxones, de Græcis & Macedonibus exorti, lingua eorum Hermen nominabant, & vulgo Guddon, i. e. bonum faciens, qui & Stilbon, quaſi ſtillans bona dicitur: cuius adhuc dies apud antiquos Saxones Godensdag dicitur, & apud alios Midweeken, quia Mercurius in medio ſeptimanæ colebatur.* SCHEDIVS *Syngr. I. cap. V.*

96) CAESAR VI. de B. G. cap. XVII. de Gallis ſuis: *poſt hunc,* (Mercurium) *Apollinem, & Martem, & Iouem, & Mineruam, de his eandem fere, quam reliquæ gentes, habent opinionem, Apollinem morbos depellere; Mineruam operum atque artificiorum initia transdere: Iouem, Imperium cœleſtium tenere; Martem bella regere.*

97) LVCANVS de Gallorum diis *lib. I. v. 444.*

Et quibus, immitis placatur ſanguine diro,
Teutates, horrensque feris altaribus Heſus,
Et Taranis Scythicæ non mitior ara Dianæ.

98) M. ADAMI de Situ Daniæ n. 92. *Thor præſidet in aëre, qui tonitrua & fulmina, ventos, imbresque & ſerena, & fruges gubernat:* & paullo poſt: *Thor autem cum ſceptro Iouem exprimere videtur.* ERICVS OLAI Hiſt. Suec. lib. I. cap. I. *Thor tanquam potentiſſimus & ſummus Deorum, in medio & aliis altior reſidebat, imagine viri nudi, dextra quidem ſceptrum, ſiniſtra vero ſeptem ſtellas præferentis, inſignis.* Hinc GROTIVS Prolegomenis p. 21. *veteres Germani Deum cœli non alio nomine, quam Thorn vocarunt, quod eſt tonans, etiam nunc Danis, Taranim dixit Lucanus; at poſtquam certior illis lux affulſit, Deum boni dixere nomine, id eſt, God.* Ab hoc etiam *der Dobrsberg*, de quo MARQ. FREHERVS *Origg. Palat. P. II. pag. 62.* vbi de Gellenheim ſiue Gelheim agit, loco clade Adolphi Cæſ. nobili, *non longe ad radices montis Tauni, quem prope Vangiones collocat Tacitus: qui hodie Dobrsberg, quaſi Tonnersberg, vt vulgo volunt, quaſi Tonantis montem dicas.*

99) GOBELINVS PERSONA Coſm. æt. VI. c. IV. *dies Iouis dicitur Donnerstag, id eſt, dies tonitrui, quia gentiles poteſtatem tonandi attribuebant Ioui tanquam ſummo deorum.* ERICVS OLAI *Hiſt. Suec. lib. I. cap. I.* Hinc WORMIVS *Monum. Danicorum lib. III. p. 149. deorum primarius Thor dictus fuit, a quo quinti ſeptimanæ diei nomen Thorsdag ortum traxit, & Martio menſi Tormanet.*

100) DITMARVS lib. II. f. 339. *in VII. autem anno templum Domini in Dornburg combuſtum eſt:* LAMBERT. SCHAFNABVRGENSIS ad a. 971. *exuſtum eſt famoſum templum in Dornburg.*

1) Latius hoc demonſtrauit SAGITTARIVS *antiquit. regni Thuringici lib. I. c. III.*

2) *Metropoli lib. I. cap. XII.* Sequitur eundem SCHEDIVS *Syngr. IV. cap. III.* Hamburgum ab Hamma luco nomen habere adſerens.

§. VIII. Sextum locum occupat VENVS, amoris, voluptatumque dea. Huius cultum apud Saxones & potissimum Magdeburgi maximum fuisse traditur, sub hac figura. 3) Stabat in curru nuda fœmina, myrtea caput cincta corona, ardentem faculam gestans in pectore, in dextra, mundi figuram, in sinistra vero, mala aurea tria præferebat. Post eam tres puellæ, Charites Græci, Gratias Latini dixere, nexis manibus nudæ poma gestabant auersis inuicem vultibus dona porrigentes. Iugales quadrigæ erant, gemini cygni, totidemque columbæ. Hanc statuam Carolus M. dicitur euertisse. Septentrionalibus gentibus deus erat dictus Friico, de quo idem prædicabant, quod pacem voluptatemque largiretur mortalibus. 4) Ipsa vero Venus dicitur *Friea*, ex quo sextus dies dicitur *der Friedag*. 5)

§. IX. Sequitur demum SATVRNVS, Occidentis populis maxime cultus, 6) vulgo *Sater* dictus, ex quo vltimus septimanæ dies dicitur *der Saderdag*. 7) Hunc sub Crodonis nomine in arce Hartesburg potissimum coluere Saxones, de quo infra pluribus dicemus.

§. X. Aegyptiorum hoc erat inuentum, 8) singulis diebus certum deum adsignare, a quibus ad Occidentales peruenit & Germanos. Rationem autem, cur istis potissimum diis dies suos consecrarint, reddit GOBELINVS PERSONA, 9) quem sequemur: *Ab istis*, ait, *septem nominibus Planetarum, apud gentes diuersas nominantur dies anni. Vnde gentiles quemlibet diem nominabant a planeta, quem credebant dominari in prima hora talis diei, & credebant quemlibet Planetam dominari per vnam horam. Cum igitur Sol inter omnes Planetas clarior & efficacior eis videbatur, primam illi diem attribuebant: & in prima hora illius diei præcipue dominari dicebant. Secundam horam attribuebant Veneri: tertiam Mercurio: quartam Lunæ: quintam Saturno: sextam Ioui, & septimam Marti, & deinde octauam horam Soli, nonam Veneri, & sic ascendendo & descendendo secundum nomina Planetarum vsque ad horam XXIV. inclusiue. Ipsa hora XXIV. cedit Mercurio: Et ergo prima hora sequentis diei cedit Luna, quæ dies secunda dicebatur dies Lunæ, & sic de aliis diebus computando, dies tertia dicitur dies Martis, dies quarta dies Mercurii: dies quinta dies Iouis: dies sexta dies Veneris, & dies septima dies Saturni.* Communis etiam Chronicorum est traditio, Iulium Cæsarem, postquam Rhenum transiisset, septem vrbes in Planetarum memoriam condidisse *Solrwedel* in honorem Solis, *Luneburgum* in honorem Lunæ, *Martisburgum* in honorem Martis, *Heresburgum* in honorem Mercurii, *Hamburgum* in honorem Iouis Ammonis, *Magdeburgum* in honorem Veneris, *Saterburg* in honorem Saturni, quam tamen fabulam KRANTZIVS 10) atque SAGITTARIVS 11) satis exploserunt.

§. XI. Præter hosce deos vniuersales, erant quoque certarum gentium dii particulares. Thuringos quidem THORVM suum habuisse, iam ante dictum fuit. Præter hunc, BÜSTERICHVS erat. Idolum hoc in diruta arce montana Rotenburgica, ducentos ante annos repertum, nunc Sondershusæ adseruatur. Ex metallo ignoto est vlnam altum, abdominis peripheria vlnam cum triente habet; intus cauum est, & amphoram aquæ capit. Speciem habet pueri decennis irati, obtutu toruo, dextra capiti imponitur, sinistra in femore quiescit. In medio capite foramen est vt & in ore. Cuneis solebant hoc foramen, infusa prius in cauitatem aqua, operire, capitique imponere ardentes prunas. Sic vehementer sudabat idolum, & tandem cum impetu sonoro cuneos explodebat; hinc ex vtroque foramine, magno cum spectantium terrore veluti flammas eiaculabatur. Hac fraude imponebant sacrificuli plebi inconsideratæ. Eiusdem ectypum fabrefactum seruat etiam Lipsien-

3) KRANTZIVS *Saxonia lib. II. c. XII.* BOTHONIS *Chron. Brunsuic. pictur. ad a. 781.* GYRALDVS *Hist. deorum synt. III.*

4) M. ADAMI *de situ regionum Daniæ n. 92.*

5) GOB. PERSONA *Cosmodr. æt. III. cap. IV. dies Veneris dicebatur Fritage: vnde Venus dicebatur dea amoris, & vt mihi videtur, saluo iudicio meliori, Venus apud quosdam Teutonicos dicta est Freige, dum adhuc gentiles erant: inde habemus adhuc verbum vulgare Frien, quod est ob copulæ carnalis amorem consensum in alium vel aliam dirigere, seu ad consensum huius modi prouocare, vel saltem consensum propalare.* CLVVERVS *Germ. ant. lib. I. c. XXVII. p. 237.*

6) CICERO de diuinatione lib. III. pag. 339. *Quid enim, aiebat, si ii fratres sunt in numero deorum, num de patre eorum Saturno negari potest? quem vulgo maxime ad Occidentem colunt.* Sic etiam DIONYSIVS HALICARNASSENSIS *lib. I. Antiqq. Rom. p. 30.* auctor est, Saturnum apud Gallos, aliasque gentes Occidenti proximas fuisse cultum. Apud Slauos quoque Saturnum fuisse cultum, docet WITTICHINDVS *lib. III. p. 660.* dum scribit: *Milites Wigmanni variis poenis adflixit, vrbis* (Brandenburgi) *prædam suis militibus donauit, simulacro Saturni ex ære fuso, quod ibi inter alia vrbis spolia reperit, magnum spectaculum populo præbuit, victorque in patriam remeauit.*

7) CLVVERVS *lib. I. c. XXVI.*

8) Ingenue hoc fatetur DIO CASSIVS *Hist. Rom. lib. XXXVI. p. 37.* τὸ δὲ δὴ ἐς τὰς ἑπτὰ τὰς πλανήτας ὠνομασμένους, τὰς ἡμέρας ἀνακεῖσθαι. Κατέστη μὲν ὑπ' Αἰγυπτίων, πάρεστι δὲ νῦν ἐπὶ πάντας ἀνθρώπους, οὐ πάλαι ποτὲ, ὡς λόγῳ εἰπεῖν ἀρξάμενον. *quod autem dies ad septem sidera illa, quos planetas appellarunt, referuntur; id ab Aegyptiis haut ita dudum, vt paucis dicam, institutum ad omnes homines dimanauit:* Adstipulatur HERODOTVS *lib. II. cap. LXXXII.* Vid. etiam MARSHAMI *Can. Chron. sec. IX. p. 197.* HEINECCII *diss. de Crodone §. XVI.*

9) *Cosmodr. æt. II. cap. IV.* Sequitur eundem RICHARDVS VERSTEGANVS *in Antiquit. Angl. cap. III.* & TROGILVS ARNKIEL *Cimb. Heyden-Religion p. I. c. XI.*

10) *Saxonia lib. I. c. XXV.*

11) *March. Soltwedel. p. 6.*

Lipsiensium Bibliotheca Paulina. 12) Sic & IECHAM Thuringorum idolum Bonifacius dicitur destruxisse, 13) a quo etiam Iecheburgum, arx prope Sondershusam nomen traxisse videtur. 14) Forsan hæc Romanorum Diana, venationum dea, a venando, *iagen*, sic dicta.

§. XII. Pergimus ad Saxonum deos, inter quos antiquissimus erat CRODO. Hoc in arce 15) Hartesborg idolum coluere Saxones, senem in pisce stantem, qui rotam teneret & vrnam cum frugibus, vel rosis; in rota vnionem populi, in vrna rerum significans abundantiam. Sed Karolus illud subuertit. Remansit autem inter Saxones execrationis vocabulum, vt in detestationem rei pessimæ dicant Krodo. Communis est opinio, Crodonem esse Saturnum, ex Κρόνῳ corruptum, Kronos enim idem ac Saturnus. HAINECCIVS 16) vero, ex figura cum Saturno minime conueniente iudicat, aut veterem quendam Saxonum principem bene de gente sua meritum, aut naturam rerum hoc ipso referri. Verum, licet aliam Crodoni tribuerent figuram Saxones, ac Romani Saturno, rota tamen atque calathus frugum vel rosarum plenus Saturno conueniunt, illa ob temporis consumentis rationem: hic, quod Saturnus dicatur docuisse terram colere, vineam plantare, humanisque moribus viuere. 17) Immo, septimus hebdomadis dies Crodoni sacer, antiquis Germanis dictus *Saterdag*. Quid quod? Hartisburgum 18) quoque *Saterburg* dictum esse volunt, vt ideo antiquæ traditioni Crodonem cum Saturno eundem esse, potius adsentiamur.

§. XIII. Alterum Saxonum idolum, idemque præcipuum consistebat in IRMENSVLA, de cuius figura tamen atque cultu plurimum disputatur. FABRICIVS, 19) veteres Chronographos secutus, hoc ita describit: *imago statuæ erat vir armis terribilis, & gladio accinctus: in galea stabat gallus loco coni: in thorace expressus vrsus: in clypeo leo. Manu dextera ferebat vexillum, cum insigni rosæ rubeæ: in sinistra lancem æquilibrem, quæ item in clypeo spectabatur.* WERNERVS ROLEWINCK vero eam sic depingit: 20) *Erant in statua Hermensuel quatuor imagines, scilicet Martis, Mercurii, Herculis & Apollinis, sed tamen a Marte tanquam principaliore denominabatur locus. Hoc erat vastissimum Idolum totius Saxoniæ.* Potius tamen sequimur ADAMVM BREMENSEM, 21) ipsum Saxonem, qui truncum ligni fuisse

12) Plenius hoc idolum descripserunt HENRICVS ERNSTIVS *Var. Obs. lib. II. cap. vlt.* BENIAMIN SCHARFF in Iuniperi descriptione curiosa, SAGITTARIVS *antiq. Gentilismi & Christianismi Thuring. lib. I. cap. II.* FRANCISCVS MONCAEIVS *de Magia diuinatrice & operatrice p. 67.* TENTZELIVS *Monathl. Vnterred. 1689. pag. 718.* HENNINIVS *notis ad Tollii Epistolas Itinerarias I. pag. 35.*

13) SERRARIVS *rer. Moguntinarum lib. III. num. 21.*

14) SAGITTARIVS *c. l. §. 10.*

15) Verba sunt ALBERTI KRANTZII *Saxonia lib. II. cap. XII.* & *Metrop. lib. I. cap. III.* Sic etiam FABRICIVS Origg. Saxon. lib. I. pag. 61. *qui gentis Annales ediderunt, numen populare memorant, Crodum quendam messoris specie, qui cinctum lineum gestat; dextera ferens vasculum rosis repletum, sinistra erecta rotam currus: Pedibus nudis insistit pisci squammoso & aspero, quem percam vocamus.* Nituntur autem hæc auctoritate BOTHONIS *Chron. Brunsuic. picturati ad a. 780.* SCHEDIVS de diis Germ. *Syngr. IV. cap. II.* WORMIVS *lib. I. Monum. c. IV.* HENR. ERNSTIVS *Obs. lib. II. cap. IX.* TROGILLVS ARNKIEL *Cimbr. Heyden-Religion lib. I. c. XI. p. 74.* HACHENBERG *Germ. med. diss. VIII. §. 13.* HENNINIVS *notis ad Tollii Epist. Itin. I. pag. 31.* qui omnes etiam Crodonem pro Saturno explicant.

16) Dissertatione alias erudita *de Crodone Harzburgico §. XXVI.*

17) CICERO II. de N. D. c. XXV. *Saturnum esse voluerunt, qui cursum & conuersionem spatiorum ac temporum contineret, qui deus græce id ipsum nomen habet; Κρόνος enim dicitur, qui est idem spatium temporis & tempus illi adsignabant, & aureæ ætatis, veritatis fideique illum patrem faciebant.* MACROBIVS Saturn. I. cap. VII. *huic deo insertiones surculorum, pomorumque educationes, & omnium eiuscemodi fertilium tribuunt disciplinas: Hunc Romani etiam sterculium vocabant, quod primus stercore fœcunditatem agris comparauerit.* Idem ait ENGELHVSIVS *Chron. pag. 987. apud* LEIBNITIVM *Tom. II.*

18) HENNINIVS *c. l.*

19) *Origg. Saxon. lib. IV. p. 426.* Hausit Fabricius hæc ex KRANTZIO *Saxonia lib. II. cap. IX.* qui ait: *erat armati toto corpore effigies, cuius in dextera signum militare (nostri vexillum vocant) præferens rosam: cuius breue momentum, & facilis ortus & interitus: ita euentus præliorum. In sinistra libram expandit, dubiam pugnantium sortem, facile huc aut illuc inclinantem. Pectus inerme vrsum præferebat, interritum bellatorum animum insinuans. In clypeo leo, qui bestiis imperitat, inuictum ad fortia facta impetum monstrat: floribus consito campo in quo stabat, quod nihil iucundius solet videri fortibus, quam in acie virtutem ostendere.* Ad quæ verba DV FRESNE Glossario *voce Irmensul: hæc omnino præclara, si auctorem laudasset Cranzius: sed vereor ne sit ipse elegantis istius descriptionis architectus.* Verum, non ipse Krantzius est architectus, qui hancce descriptionem hausit ex antiquo Chronico Saxonico, quod primum Moguntiæ per Petrum Schoefferum 1492. fuit impressum, postea vero sub nomine BOTHONIS *Chron. Brunsuic. picturati* Tomo III. Scriptorum LEIBNITII Brunsuicensium fuit insertum. *ad a. 1472.* Ex KRANTZIO vero sua transcripsit MÜNSTERVS *Cosmogr. lib. III. c. 433.* Eosdem sequitur WINCKELMANNVS *not. vet. Saxo-Westphalia lib. I. c. IX. n. 110.* & *lib. III. cap. II. num. 15.*

20) *De antiqua Saxonia cap. III.* quem sequitur THEOD. ENGELHVSIVS *Chron. apud Leibnitium Tom. II. p. 1061.*

21) Hist. eccles. lib. I. c. VI. *nam & frondosis arboribus, fontibusque venerationem exhibebant. Truncum quoque ligni non parua magnitudinis in altum erectum sub diuo colebant, patria eum lingua Irminsul appellantes, quod latine dicitur vniuersalis columna.* Hunc iisdem verbis sequitur CONR. VRSPERGENSIS *Chron. f. 205.* HVLDERICVS MVTIVS *lib. XII. Rerum German. pag. 95.* dicit, *fuisse ingentis magnitudinis arboris truncum in aperto campo erectum.* B. RHENANVS *lib. II. Rer. German. p. 130.* dicit *columnam fuisse ligneam sub dio positam.* Hinc etiam POETA ANONYMVS Annalium Caroli M. *lib. I. c. 64.* canit:

Gens eadem coluit simulacrum, quod vocitabant,
Irmensul cuius factura, simulque columna,
Non operis parui fuerat pariterque decoris.

fuiſſe dicit, non paruæ magnitudinis, erectum in altum ſub dio. Trophæum igitur fuit ex trunco arboris efformatum, id quod non nomini ſolum, dum vocatur *Sul* columna, ſed etiam Germanorum priſtinæ ſimplicitati magis adhuc conuenit, qui ſtatuas diis ſuis primitus haut tribuebant. Licet haut abnuerim, poſteriori tempore hanc Irmenſulam in certam figuram fuiſſe efformatam. Nec deſunt, qui fanum quoddam fuiſſe, Irmenſulam dictam, autument 22) quod tamen dum contra morem priorum fuerit Germanorum, potius in luco quodam eandem fuiſſe conſtitutam, & ſub dio ADAMVS BREMENSIS 23) nos docet, idemque ſitus montis Arminii hodiernus, quem ſylua denſa tanquam corona cingit, declarat. 24)

§. XIV. De eo vero quam maxime diſceptatur, cuinam hic truncus arboris, vel Columna fuerit dicata. Mirum quantum inter ſe diſcrepant Scriptores. Plures ſunt, 25) qui Irmenſeul quaſi *iedermanns ſeule*, communem deorum fuiſſe ſtatuam putant. GOBELINVS PERSONA 26) ſtatuam Mercurii fuiſſe dicit, qui alias Hermes dictus. GVERNERVS ROLEWINCK 27) Martis ſtatuam fuiſſe autumat. AVENTINVS 28) Herminonis, antiquiſſimi Germanorum ducis ſtatuam fuiſſe dicit, quem fere ſequitur LEIBNITIVS, 29) qui in Irmini columna Herminonem ſiue ducem ſiue genitorem pro Deo fuiſſe cultum tradit. IO. GOROPIVS BECANVS, pro more ſuo, etiam in explicatione Irmenſulæ nugatur, dum ſenſum hieroglyphicum exinde eruere nititur. 30) HECTOR GOTFRIED MASIVS ſtatuam fuiſſe putat Dei ignoti. 31) Sequimur tamen potius GEORGIVM SPALATINVM, 32) qui Irmenſulam ſtatuam in honorem Arminii, Ducis Cheruſcorum, inſignis Germanorum herois, dicit fuiſſe erectam, idemque argumentis haut contemnendis poterit confirmari.

§. XV.

22) REGINO ad a. 772. *Carolus primo impetu Heresburg caſtrum cepit, & ad Hermanſaul vſque peruenit & ipſum fanum deſtruxit.* LAMBERT. SCHAFNABVRGENSIS ad d. a. *Carolus in Saxonia Heresburg expugnauit, & fanum eorum, quod vocabatur Irminſul, deſtruxit.* De eodem etiam fano ROLEVINCCIVS: *multa dicuntur de fortitudine illius loci, deque ſtructura & columnarum pulcritudine, atque decore illius fani.*

23) *c. l.* adde CHRON. LAMBECII *ad a. 772. Karlus in Saxonia caſtrum Heresburg expugnat, fanum & lucum earum famoſum Irminſul ſubuertit.*

24) MEINDERS *de Statu Relig. & Reip. in part. Saxon. p. 129.*

25) Auctor ſententiæ eſt ADAMVS BREMENSIS *c. l.* & qui eum ſequitur, CONRADVS VRSPERGENSIS. Hinc KRANTZIVS *c. l. Irmenſeul interpretantur nonnulli ſtatuam publicam. Coniici permittitur dictam Idermanſuel, quaſi commune profugium & aſylum omnium, & Martem communem, qui in prœlio diu vagatur incertus, diu dubius quo ponat victoriam.* Huic adſtipulatur MÜNSTERVS *Coſmogr. lib. III. cap. 433.* MVTIVS *Chron. Germ. lib. XII. pag. 95.*

26) *Coſmodrom. at. VI. c. XXXVIII.* Sequitur FABRICIVS *lib. II. p. 93.*

27) *c. l.* qui etiam Mersburgum interpretatur caſtrum Martis. Hinc Martem Irmum fuiſſe dictum contendunt: Argumentum cauſſæ ſuæ petunt ex WITTICHINDO lib. I. Ann. p. 633. *ex hoc aſtimationem illorum apparet vtcunque probabilem, qui Saxones originem duxiſſe putant de Græcis, quia Hirmin, vel Hermes, Græcis Mars dicitur: quo vocabulo ad laudem vel vituperium, vsque hodie etiam ignorantes vtimur.* Quare SPELMANNVS *Gloſſario voce Irmenſul: nos igitur* Erminſul *de columna Martis potius quam Mercurii interpretamur: nec ita ſolum, at cum etiam eſſet refugii columna, indicari illud vtique ex nomine animaduertimus. Nam vt* Irmin *a Græco* Ἑρμῆς *Mercurium ſignificat, ita* Er *ab* Ἄρης *Martem:* mun, *Saxonibus pro* mund, *tutelam, profugium: &* ſul, *(vt diximus) columnam. Sic* Ermun-ſul, *id eſt, Martis columna tutelaris ſeu profugii. Nec* Er *pro Marte dubitemus intelligere in columna idoli cum & in montis & in fani vbi colebatur nomine, eadem veniat ſignificatione.* Ersberg *enim idem eſt, quod mons Martis. Pari interpretatione apud nos dicatur priſca illa via militaris* Ermundſtreat, *quaſi via Martis immunis e multis enim olim claruit immunitatibus.*

28) Ann. Boi. lib. I. cap. VI. *ſed ad Hermionem redeo: qui ob virtutem in cælum ſublatus a ſuis, cultusque pro Deo. Eius templum ac ſignum dictum Hermanſal, hoc eſt Hermionis ſala, id eſt aula Carolus Magnus ſolo æquauit & demolitus eſt.* Et lib. IV. c. II. *Erat templum Hermionis, Saxonibus vetuſta religione auguſtiſſimum, quo frequens populus coibat, & vota reddebat. Multa ibi opulentia regum, populorumque viſebantur munera: ingens auri argentique ibi copia oſtendebatur: quæ vota reddentium grata voluntas congeſſerat. Saxones Hermanni Salam vocabant: id eſt aulam, ſiue baſilicam Hermanni, Hermioniſue. Is fuit quintus Germaniæ Magnæ Imperator, pronepos regis Manni, filii Tuiſconis, parentis, & authoris noſtri, Ipſum maiores noſtri ob bellica facinora in numerum deorum retulerunt, pro numine, & belli præſide hactenus coluerant. Eius fanum Magnus diripit, militibus aurum & argentum, opes Hermioni conſecratas diſtribuit.*

29) Notis in Taciti Germaniam p. 9. *interim agnoſco Herman & viri nomen fuiſſe, qui etiam Irmin vel Arminius, non ille Romanis bellis exercitus, ſed antiquiſſimus, quem Tacitus Manni filium facit, cuius & ſit in poſteriore repetitum nomen. Ille ergo Herminonum ſiue dux ſiue genitor pro Deo cultus eſt etiam Saxonibus in Irmin-ſul (Irmini columna) in Irmini wage (cæleſtri planſtro) quin & ab ipſo militaris quadam per Britanniam via Anglo-Saxonibus dicta Irminſtreet.*

30) *Origg. Antwerp. lib. VI. circa finem.*

31) *Antiqq. Mecklenburg. cap. I. §. 4.*

32) Hiſt. Arminii cap. XXXIII. *mibi poſtquam Hiſtoriam Arminii tractare cæpi, Irmenſuel dictum eſſe videtur, quaſi Arminii ſtatuam, quæ in eius honorem more Romanorum, aliarumque gentium ſit erecta, ac initio quidem dictam Arminii ſtatuam, poſtea tempore progrediente vocem corruptam atque in Irmenſuel mutatam.* CRVSIVS *Ann. Suev. lib. XII. P. I. c. I.* dubie loquitur, dum ait: *Arminio, Cheruſcorum quondam Duci, honoris cauſa ſtatuta columna vel templum: aut τῷ Ἑρμῇ Mercurio.* Sic etiam REINERVS REINECCIVS not. in Annales Caroli M. pag. 4. *veriſimilior coniectura, manſiſſe nomen ab Arminii, Ducis Cheruſcorum memoria, vt intelligas Arminii columnam.* Eandem ſententiam amplectitur BVCELINVS *Ann. Germaniæ ad a. 772.* WINCKELMANN *not. Vet. Saxo-Weſtphalia lib. I. cap. VIII. n. 109. & lib. III. c. II. n. 12.* Plures ſententiæ fautores recenſet MEIBOMIVS *de Irmenſula Saxonica cap. V.* qui etiam diuerſas has ſententias collegit. Hanc vero ſententiam haut ita pridem ERNESTVS CASIMIRVS WASSERBACH *de ſtatua Arminii* plenius

§. XV. Scilicet, canebatur Germanus apud gentes ARMINIVS, 33) dux Cheruscorum, ob insignem quam de Q. Varo adeptus fuerat victoriam, id quod Germanorum heroibus alias fieri solebat. Nec dubitandum, in ipsius honorem postea hanc statuam, 34) tanquam victoriæ trophæum fuisse positam, cui nomen Arminseul dederunt, ex quo vulgi dialecto *Ermenseul* vel *Irmenseul* fuit factum, cum vocabulum *Irmin* apud Germanos olim frequentissimum, quo viros & fœminas appellabant. 35) Conuenientes igitur Germani annali tempore, ad celebrandum victoriæ diem, atque laudes tanto heroi canendas, ex veneratione tacita sensim cultum introduxere, & forsan etiam columnæ in honorem Arminii primitus collocatæ posteriori tempore idolum imposuere, quod tamen primis temporibus minime fuisse, ex Tacito patet, qui nullas Germanos statuas habuisse auctor est. 36)

§. XVI. Sed, de eo adhuc non minimum superest dubium, quemnam locum, quodnam domicilium habuerit Irmensula. Veteres ANNALES FRANCORVM, 37) vbi Irmensulam a Carolo M. fuisse destructam referunt, Eresburgi eandem collocant, quod alias Heresburgum vel Meresburgum solet adpellari. Hinc dubium suboritur, an hoc Meresburgum Merseburgum Misniæ ad Salam, vrbs Saxonica, vt nonnulli contendunt, 38) an vero Eresburgum Westphaliæ. Hoc potius videtur, ea ex ratione, quod Westphalia primum sedes Saxonum, in qua bellum Caroli M. fuit gestum, & quod antiqui Scriptores Eresburgum Lupiæ fontibus faciunt vicinum. 39) MEIBOMIVS 40) vetus Eresburgum illam fuisse vrbem dicit, in tractu Coloniensi inter Paderbornam & Corbachium ad Dymelam, quæ nunc vocatur Stadtberg. IO. LETZNERVS 41) Hertzbergum, vrbem inter Ruram & Monam sitam. HAMELMANNVS 42) Mesebergam in tractu Coloniensi: TILEMANNVS FRIESE 43) Driburgum, arcem diœcesis Paderbornensis Irmensulæ domicilium facit. Verum, sequimur iterum WASSERBACHIVM, 44) qui Irmensulam in monte Arminii Hermiens-

plenius deduxit. Sequitur eosdem MART. CHRISTOPHORVS LAVRENTII *Monum. Rom. in Thuringia p. III. c. V.*

33) TACITVS Ann. II. fin. de Arminio: *Liberator haud dubie Germaniæ, & qui non primordia populi Romani sicut alii reges ducesque, sed florentissimum Imperium lacessierit: præliis ambiguus, bello non victus. Septem & triginta annos vita, duodecim potentia expleuit: caniturque adhuc barbaras apud gentes.*

34) Germanos olim statuis Heroes suos celebrare solitos fuisse patet ex TACITO de M. G. cap. XXXIV. *ipsum quin etiam Oceanum illa tentauimus, & superesse adhuc Herculis columnas fama vulgauit: siue adiit Hercules, seu, quicquid vbique magnificum est, in claritatem eius referre consueuimus.* WITTICHINDVS c. l. *secundum errorem paternum, sacra sua errore propria venerati sunt, nomine Martem effigie columnarum innitentes.*

35) MEIBOMIVS *de Irmensula cap. VI.*

36) Sic etiam VOSSIVS coniectatur *de Orig. & progr. Idol. lib. II. c. XXXII.* & WASSERBACH *de Statua Arminii cap. XIV.*

37) ANNAL. FRANC. FVLD. ad a. 772. *Carlus Saxoniam bello aggressus, Eresburgum castrum capit, & idolum Saxonum, quod vocabatur Irminsul, destruxit.* ANNALES EGINHARDI, PETAVIANI, LOISELIANI, BERTINIANI, MOISSIACENSES, METENSES. AIMOINVS *lib. IV. c. LXIX.* GOBELINVS PERSONA *Cosmodr. VI. cap. XXXVIII.* FÜRSTENBERGII *Monum. Paderborn. p. 103.*

38) KRANTZIVS quidem dubius est, dum *lib. II. cap. IX.* ait: *sed an vicino quodam loco constiterit, qui de eius vocabulo Martis mons diceretur, an in vrbe Mersborg ad Salam fluuium, parum nobis compertum est: nisi quod Gallici scriptores omnia perturbantes, & Germanicæ linguæ imperiti, confundunt omnia.* Fundamentum tamen sumi potest ex DITMARO, qui *lib. II. Chron. p. 331.* ait: *sed exercitus capta vrbe* (Merseburg) *ingressus, iuuenem præfatum vsque in Ecclesiam S. Petri, vbi prius ab antiquis Irminsul colebatur, bello defatigatum depulit.* Verum, cum WASSERBACHIO *cap. XIII.* haut sine ratione coniectamur, plura fuisse apud Saxones loca, quæ nomen hoc, forsan etiam idolum habuerint. Antiqui potius & coæui Scriptores ad Lupiam collocant. Hinc teste FÜRSTENBERGIO Monum. Paderborn. *pag. 113.* nullam, aut leuem dubitandi caussam habet, vtrum Eresburgum sit in veteri Saxonia, an ad Salam Thuringiæ flumen.

39) ANNAL. BERTINIANI ad a. 780. *Gloriosus item Carlus Rex iter peragens ad disponendam Saxoniam, ad Heresburgum castrum peruenit, & inde ad locum vbi Lippia consurgit.* Idem confirmant ANNAL. METENSES, A. EGINHARDI *ad a. 780.* Hinc poëta in vita Caroli M. *ad a. 780.*

His gestis, Rex Wormatiam remeauit ad vrbem,
Inde mouens opportuno sua tempore castra,
Saxonum rursus properauerat in regionem,
Eresburg primum petiit, post hæc vbi fontes,
Lippia flumen habet, perplurima dispositura,
In castris aliquot fertur mansisse diebus.

40) *de Irmensula c. IX.* quem sequitur FERD. FÜRSTENBERGIVS *Monum. Paderborn. pag. 94.* & WINCKELMANN *not. Vet. Saxo-Westphaliæ lib. I. cap. VIII. n. 109. & lib. III. cap. III. n. 26.* SCHATEN *Hist. Westphal. lib. VII. p. 434.*

41) *Vita Caroli M. c. XXI.*

42) Præfatione de Veterum Saxonum Idolo *n. 12. Opp. pag. 66. sed ego meo iudicio credo rectius intelligi de oppido in tractu Coloniensi sito, dictoque Meseberga, quasi Mersberga, quod oppidum etiamnum hodie Eresbergam vocant, & de loco veteri Saxonum sic dicto aliquoties in Annalibus legitur.*

43) *Müntzspiegel lib. III. c. I. p. 79.*

44) Varia sunt argumenta, quibus nititur WASSERBACHIVS. Primum est, quod Eresburgum ad Lupiam situm fuisse Annales Francici tradant, quod monti Arminii potius conueniat, qui in confinio Lippiæ situs, quam Stadtbergæ, quæ decem horarum spatio distet a fontibus Luppiæ. Secundo dicit, confines in Historia Caroli locos optime concordare cum monte Hermiensburg, Carolum enim Luidi ad Ambram, quæ semihoræ spatio a dicto monte distet, castra sua & diuersorium habuisse. Sic enim EGINHARDVS Annalibus ad a. 784. *Rex Carolus, congregato iterum exercitu, in Saxoniam profectus est, celebratoque in castris Natalitio Domini die, supra Ambra fluuium in pago Hutbage* (hodie Hagen to Lude) *iuxta Castrum Saxonum, quod dicitur Schidroburg, & locum* nominâ *Rimi* (hodie Rime,) *quo Wisera, & Wabarna confluunt, populabundus accessit.* Tertio huc facere dicit, quod Carolus M. haut pro-

miensburg ad flumen Ambram, non procul a Schilderenburgo & pago Hagen in tractu Pyrmontensi fuisse positam, non ex conueniente solum nominis ratione, sed etiam ex Annalibus Frrancorum confirmat.

§. XVII. Hoc idolum autem vna cum fano & arce Ehresburgo a Carolo M. fuit destructum. 45) Hinc facile coniectandum, quid de LETZNERI 46) traditis sentiendum, qui auctor est, Carolum idolum illud plaustro impositum ad Visurgim deuehi, eoque in loco, vbi nunc Corbeia conspicitur, terræ infodi iussisse. Ludouico autem fundamenta Corbeiæ iaciente, repertum fuisse idolum, quod trans Visurgim transuehi curasset, ne animi iterum accederent Saxonibus. Saxones, re comperta, illud insecutos, ac armatos, illud rapere conantes, a Cæsareanis tamen repulsos. Ad hunc igitur locum agricolas confluentes vicum ibidem constituisse, qui hodie adhuc Armensulæ nomen habeat, atque equestri familiæ Stockheimiorum, ditionis Brunsuicensis pareat. Cæsareani vero, profligatis Saxonibus, Irmensulam ad Inneram flumen deuexisse dicuntur, quod ansam dederit Ludouico Imp. nouam vrbem condendi, cui a vicino saltu, *der Hilles* dicto, nomen Hillesheimiæ inditum, in cuius templo cathedrali Irmensula solenni ritu prius lustrata, ante chorum posita, vbi hodie adhuc conspiciatur, sustinendis luminibus, quæ feriis solennibus accenduntur, deseruiens, quæ superiori seculo fuerit renouata.

§. XVIII. Præter hosce alii erant dii Saxonum. BEDA 47) quidem auctor est, Saxones in Britanniam transgressos, EOSTRAM deam coluisse, cui Aprilis mensis sacer. Hæc autem eadem esse videtur ac Pœnorum Astroarche, quæ HERODIANO 48) Luna dicitur. HAMAM etiam a Saxonibus cultam fuisse vult FABRICIVS, 49) de quo tamen alii Scriptores tacent, vt potius mihi videatur, a voce *Hamme* hoc ortum fuisse, sub qua Germani syluam intelligebant, 50) quam olim consecrabant. Sic etiam FABRICIVS 51) auctor est, FLINNAM, & SIBAM deam, & Attum nomine coluisse Saxones, ne noceret, quem & malum deum inauspicatumque dixerint. Celebrem quoque apud Saxones fuisse statuam *Zedut*, vel IODVTTE dictam, auctor est KRANTZIVS. 52) Statuæ, ex eiusdem effato,

cui a Scydra Saxones profligauerit, vnde non procul Scydra campus, Siegholtz dictus, qui victoriæ monumentum referat. Quarto referre Francorum Annales, quod aquæ penuria laborauerit exercitus Caroli M. dum Irmensulam destruerent, quæ vero penuria ad Dimolam, Stadtbergam præterfluentem, esse haut potuisset, Hermiensburg vero parum adhuc distare a Lupia. Et dum, secundum ANNALES FRANCORVM *ad a. 772.* in quodam torrente aquæ effusæ largissimæ, conuenire, quod in dicti montis suprema planitie, hodie adhuc adpareat torrens, quadrata forma, aqua limpidissima. Hinc etiam illud ex nummis effossis, ex ruderibus lapidum atque murorum, qui in dicto monte adhuc reperiantur, magis patere adserit. Immo Hermiensburg facile primum in Heirmsburg, hinc paullatim in Hersburg, mox etiam in Eresburg fuisse efformatum. Sequitur MEINDERS *p. 132.*

45) ANNALES FVLDENSES ad a. 772. *Carlus Saxoniam bello aggressus, Eresburgum castrum cepit, & idolum Saxonum, quod vocabatur Irmensul, destruit. Vbi, cum exercitus præ siccitate siti deficeret, subito in quodam torrente, media die diuinitus aquæ effusæ sunt largissimæ.* ANNALES BERTINIANI ad a. 772. *Prima vice castrum Heresburgum cepit, ad Ermenseul vsque peruenit, & ipsum fanum destruxit, & aurum vel argentum quod ibi repperit, abstulit.* Eadem sunt verba ANNALIVM METENSIVM, & LOISELIANORVM. ANNALES HILDESHEIMENSES ad a. 772. *Carolus in Saxonia castrum Heresburg expugnat, fanum & lucum illorum famosum Yrminsul subuertit.* Idem tradit AVTOR VITAE CAROLI M. apud du CHESNE *T. II. pag. 50. ad a. 772.* MONACHVS EGOLISMENSIS *ad a. 772.* Et licet hi de fano saltim destructo dicant, attamen præter ANNALES FVLDENSES etiam EGINHARDVS *in annalibus ad a. 772. idolum, quod Irminsul a Saxonibus vocabatur, euertit.* Hinc POETA ANONYMVS in vita Caroli M. *ad a. 772.*

Gens eadem coluit simulacrum quod barbara lingua,
Irminsul, cuius factura simulque columna,
Non operis parui fuerat, pariterque decoris,
Hoc Rex euertens.

Idem adserit omnis turba Scriptorum Germanicorum.

46) CHRON. CORBEIENSI *cap. XVIII.* Sequitur eundem MEIBOMIVS *de Irmensula c. VIII.* TVRCKIVS *Fastis Carolinis pag. 5.* Sic etiam ALB. KRANTZIVS tradit *Saxonia lib. II. cap. IX. repertum est diu post in loco Corbeia simulacrum cum inscriptione hac, Dux ego gentis Saxonum victoriam certam polliceor venerantibus.*

47) De Temporum ratione c. XIII. *Aprilis*, ait, *Eosturmonath, qui nunc Paschalis mensis interpretatur, quondam a Dea illorum, quæ Eostre vocabatur, & cui in illo festa celebrant, nomen habuit.*

48) lib. V. cap. VI. Λίβυες μὲν οὖν αὐτὴν Οὐρανίαν καλοῦσι. Φοίνικες δὲ Ἀστροάρχην ὀνομάζουσι, σελήνην εἶναι θέλοντες. *Hanc Afri Vraniam vocant, Phœnices Astroarchen, Lunam esse affirmantes.* Eandem Vraniam vocat XIPHILINVS *lib. LXXIX. p. 912.* PETRVS FABER quidem *Semestrium lib. III. cap. I.* hunc locum explicare nititur, & pro *Astroarche* reponit *Astarten.* Verum, cum Vrania potius conuenit Astroarche, quod reginam siderum aut cœli notat, cum & Orpheus Astroarchen dicat Lunam VOSSIVS *Theol. gentili lib. II. cap. XXI. & XXIV.* FVLLERVS *Miscell. lib. I. cap. XIII.* Astarte vero Venus, vel secundum alios, Luna dicebatur. SCHEDIVS *de diis German. pag. 153.* De Bonifacio tradit SERRARIVS *Rer. Mogunt. lib. III. not. XXI.* quod in loco, vbi nunc Osteroda, deastrum Astarod vocatum, destruxerit. CLVVERVS vero *G. A. lib. I. cap. XXVII. pag. 237.* deos istos coniungit, dum ait: *Estar igitur, siue Ostar, seu Aestar dea nulla alia fuit, quam quæ Astarte Sidoniis & Atargatis Assyriis dicta, id est, Terra mater, siue mater deûm & Rhea, & Iuno, & Venus, & Luna.*

49) FABRICIVS lib. I. p. 61. *coluerunt item Hamam, specie regia cum aliis diis deabusque duodecim.*

50) SCHEDIVS de diis Germ. Syngr. IV. pag. 495. *Et τὸ Hamm veteribus Germanis syluam significabat. Hinc Ditmarsi syluas suas Suderhamm & Norderhamm vocant. Frisii autem & Holsati prata vocant Hamme, vti & agros, quibus semina committuntur.*

51) *lib. I. p. 62.*

52) KRANTZIVS Saxonia lib. V. c. XXXVI. *decimo quinto deinde post centum ac mille anno, quum Impera-*

to, insistebat armati viri effigies, cuius dextera manus cœstum, acutis ferruminatum stigmatibus versabat; sinistram clypeus muniebat, cui Saxoniæ insignia, equus nempe niueus, roseo in scuto inhærebat. Verissima origo hæc dicitur, quod Saxones, cum sub Lothario, Saxoniæ Duce, insignem victoriam prope Welphesholtz, syluam Helmstadtiensi Academiæ vicinam, ab Henrico V. Imp. obtinuissent, statuam in rei gestæ & occisorum, *Zedut* siue *Tiodut* clamantium, memoriam collocarint. Deficiente posthac apud posteros rei gestæ notitia, plebs rusticana eandem pro dea Saxonum adiutrice habere, eandemque diuinis honoribus afficere cœperit.

§. XIX. Sueuorum partem etiam ISIDI sacrificasse, auctor est TACITVS. 53) Vnde vero caussa & origo peregrino sacro, parum se comperisse dicit, nisi quod signum ipsum in modum Liburnæ figuratum doceat, aduectam religionem. 54) De Reudignis & gentibus finitimis Sueuorum prope Oceanum habitantibus idem auctor est, quod HERTHVM, terram matrem colant, 55) quæ vero nulla alia fuisse videtur, quam quæ alias Cybele, mater deûm dicta, 56) quam Aestii quoque olim fuerunt venerati. 57) Sic Augustæ Vindelicorum CIZAM deam fuisse cultam tradit CONRADVS VRSPERGENSIS, 58) ex quo collis Cisenberg nomen in vrbe ducat, ipsamque vrbem 59) Zizeram dictam. Hanc pro Iside habet SCHEDIVS, 60) quod tamen plane reiicit VELSERVS, 61) nec de Cisa quidpiam adserere audens.

§. XX. Fuisse apud Germanos etiam HERCVLEM, quem primum omnium virorum fortium ituri in prœlia canebant, 62) TACITVS tradit. Non desunt quidem, qui Regem apud eosdem fuisse memorent, Herculem Alemannum dictum, 63) quod tamen antiquitati minime conuenit. Hoc certum, in templo primario Argentoratensi 64) in capella S. Michaelis vsque ad annum 1525. statuam fuisse KRVTZMANNI, eadem figura ac Herculem olim exornatam, cum claua & exuuiis Leonis. Krutzmann autem nihil erat aliud

Imperator Henricus in Saxoniam iterum duceret, Luderus dux & Reynerus episcopus Halberstadensis, ac Fridericus comes de Arnsberge iustam illi aciem obiecerant, in loco qui dicitur Welpeshold. Impares quidem numero Saxones, sed virtute & alacritate pares initio, & in fine etiam superiores sunt inuenti: nam consertis manibus, victoria penes Saxones fuit. Trophæum erexere victores in loco pugnæ, armatum claua virum, cum dependentibus armis Saxoniæ. Hanc statuam rustica plebs in superstitionem, (in qua sunt faciles) versa, cæpit velut idolum venerari, arbitrata esse antiquitatis deum, quem dixere Iodute. Eam vero quæ hodie extat conclamationem ad arma & auxilium non ab idolo ductam aut vano deo, sed esse vocem Italicam aut Gallicam, Io adiute mi, doctiores arbitrantur. Vbi intellexere viri prudentes statuam populo dare occasionem idololatriæ, deiecerunt penitus, reponentes in locum, qui nunc dicitur Weddingstede, conuentum fratrum prædicatorum post annos ex hoc tempore non minus centum. Eadem habet Metropoli *lib. VI. cap. VII.* Idem quidem narrat CYRIAC. SPANGENBERG in Tractatu *Vrsach und Handelung des Sechsischen Krieges bey dem Welpheshoitz cap. XIX.* sed paullo aliter interpretatur; Verba ipsius hæc sunt: *ist freilich auch dis das gewissest, das die bildnis des geharnischten Mannes alda zum Gedechtnis ist aufgericht worden der gehaltenen Schlacht und erlangten Siegs, also das es solte sein ein Gedeute oder bedeutnis derer ding, so alda bey dem Welpheshoitz geschehen. Weil denn die Sachssen ein bedeutung pflegen ein gedeute zu nennen, hat leichtlich das bild den namen davon also bekommen und behalten.* HELMOLDVS *Chron. Slau. lib. I.* adlegat EGINHARDI *de aduentu, moribus & superstitione Saxonum librum*, quem tamen superstitem amplius non habemus.

53) *de M. G. cap. IX.* Hanc, & Matrem deûm & terram matrem vnam lunam denotare putat CLVVERVS *lib. I. cap. XXVII. p. 230.* Sed, cum Lunam omnes in vniuersum coluerint, Isidem vero pars saltim Sueuorum, minime adsentimur: maxime, cum signum in modum liburnæ figuratum, minus conueniat.

54) Idem de cultu Isidis tradit LACTANTIVS lib. I. cap. XI. *quod certus dies habetur in fastis, quo Isidis nauigium celebratur, quæ res docet, non tranasse illam sed nauigasse.*

55) TACITVS *de M. G. cap. XL. Reudigni deinde & Auiones & Angli, & Varini, & Eudoses & Suardones, & Nuithones fluminibus aut siluis muniuntur. Nec quicquam notabile in singulis, nisi quod in commune Herthum, id est, Terram matrem colunt, eamque interuenire rebus hominum, inuehi populis arbitrantur.*

56) Hanc enim Tellurem æque adpellabant, prout iamdum docui *Synt. Antiquit. Roman. cap. I. pag. 122.* Licet HACHENBERG *Germ. media diss. VIII. §. XV.* Cererem fuisse velit.

57) TACITVS *de M. G. c. XLV.*

58) *Chron. f. 308.* de Augusta Vindelicorum: *sicut ex scriptis veterum colligitur, hæc ciuitas tria nomina accepit. Germanorum quippe gentes primum considentes in partibus Rhetiæ, quæ nunc est pars Sueuiæ, non longe ab Alpibus in planitie, loco tamen munito, propter concursum duorum rapidorum fluminum, hanc vrbem construxerunt, & non muris, sed fossatis eam firmauerunt, & ex nomine Deæ Zizæ, quam religiosissime colebant, Zizerim eam nominabant. Huius quoque Deæ templum, ex lignis Barbarico ritu constructum, etiam postquam Romani eam incolere cœperunt, inuiolatum permansit, ac vetustate collapsum, nomen colli seruauit, in quo postmodum in lapide exculpti hi versus sunt reperti:*

Quem male polluerat cultura nefaria dudum,
Gallus monticulum hunc Tibi Ziza tulit.

Vnde vsque in præsens ab incolis idem monticulus Zizenberg nominatur.

59) VELSERVS *Rer. Augustæ Vindel. lib. III. pag. 222. nam in censualibus Reipublicæ libris, cliuus Zizenberg inter D. Vdalrici & D. Dominici describitur.*

60) *de diis German. p. 155.*

61) *c. l.* Adde IO. VLR. PREGITZERI *Sueuiam Sacram p. 185.*

62) Verba sunt TACITI *de M. G. c. III.*

63) IO. AVENTINVS *Ann. Boi. lib. I. c. III. & lib. I. cap. VI. n. 19.* IOD. WILLICHIVS *Comm. in Taciti Germaniam p. 430.* Berosum secutus. Verum, eundem ideo notarunt RHENANVS III. *Rer. German.* & CLVVERVS *G. A. lib. I. cap. XXVIII.* maxime quod Alemanni nomen primis temporibus nondum fuerit notum.

64) Figuram KRVTZMANNI vna cum ipsius descriptione exhibet SCHILTERVS *ad Kœnigshovii Chronicon p. 550.*

aliud quam Grosmann. Huic Herculi etiam Boiorum Dux Theodo prope Reginoburgum lucum montemque dedicauit. 65)

§. XXI. CASTORIS & POLLVCIS numina apud Germanos culta fuisse autor est TACITVS, 66) dum ait: *apud Naharualos antiquæ religionis lucus ostenditur. Præsidet Sacerdos muliebri ornatu, sed Deos interpretatione Romani Castorem Pollucemque memorant. Eius numinis nomen Alces. Nulla simulacra, nullum peregrinæ superstitionis vestigium, vt fratres tamen, vt iuuenes venerantur.* Certe, locus admodum est obscurus. Communis est opinio, Naharualos esse Silesiorum finitimos partem Poloniæ. 67) CHRISTOPHORVS WAEGEMANNVS 68) autem Naharualos istos in Nordgouia quærit, atque vocem Alcis idem notare putat ac *Alls ist* siue omnium rerum substantia. Conuenire etiam putat Nordgoviæ pagum *Allesheim*, atque PTOLEMAEI *Alcimœnem*, quam BIRCKHEIMERVS 69) pro Nordgouiæ Weissenburgo habet. Ipsum vero Numen si Castorem & Pollucem interpretemur, conuenire videretur, quod hi Herculis fuerint socii, qui ab auo Alceo dictus fuit *Alcides.* 70) Siquidem Pythagoram apud Germanos fuisse credamus, diceremus, ab isto nomen Alcis fuisse ortum, qui sub eodem in meretricem dicitur fuisse efformatus: 71) cum quo magis adhuc conuenit, quod sacris hisce præsederit sacerdos muliebri ornatu. Verum, potius credimus, non tam Geminos, quam Genios potius hac ratione a Germanis fuisse cultos. Istos apud Cimbros dictos fuisse *Alffer*, ex Edda tradit TROGILVS ARNKIEL, 72) indeque sine dubio vox Alcis videtur esse corrupta. *Alfer* autem idem est ac *Helffer*, adiutores. Ex quo vox Alcis quoque, si eandem a Græcorum ἀλκὴ præsidium deriuemus, poterit adplicari. Licet etiam Castores σωτῆρας vocauerint Romani. 73)

§. XXII. Habebant etiam Slaui sua peculiaria numina. Inter hæc præcipuus Rugianorum erat SVANTEVITHVS a *Suanthe*, quod Slauica lingua idem quod *sanctum*, & *Witz*, quod *lumen* significat, sic dictus, 74) quatuor capita totidem colla gestans, quorum duo ad pectus inclinata, duo autem ad tergum erant reflexa, eidemque equi albi coloris erant sacrati. 75) Ipsique quotannis hominem Christianum litare consueuerant. Sacerdotum ipsius maior erat ac regis auctoritas. 76) Hunc in locum S. Viti a Rugianis ad errorem pristinum relapsis cessisse auctor est HELMOLDVS, 77) cum tamen alii velint, Zuanteuichi

65) AVENTINVS Ann. Boi. lib. III. cap. I. n. 23. *Theodo lucum & montem, proxime Reginoburgium, Danubio imminentem, more maiorum, Alemano Herculi victori, & bellorum præsidi dedicauit, eiusque nomine adpellari iussit: ibi sacris, ritu patrio Diuis operari cæpit. Ea sylua postea monachis D. Haimerani, more maiorum dicata est.* Idem etiam tradit *lib. I. cap. VI.* vbi quoque dicit: *Eius* (Herculis) *æreum signum in Richauia, Cœnobio Sueuorum hactenus seruatum, Ioannes Stabius, Historiographus iussu Imperatoris Maximiliani Cæsaris Augusti, nostra ætate transtulit Tyrollios.*

66) *de M. G. c. XLIII.*

67) CLVVERVS *G. A. lib. III. cap. XXXIII.* CELLARIVS *Not. Orb. ant. lib. II. c. V. p. 480.*

68) *Im Entwurf von Druidensus p. 17.* in quo multa egregia promittit, antiquitates Germanicas admodum illustrantia, nimium tamen mihi in quibusdam videtur indulgere coniecturis, ob nominum conuenientem rationem.

69) Nec tamen pure Weissenburgo tribuit PIRCKHEIMERVS *Germ. breui explic. in Schardii Tomo I. pag. 82.* qui ita loquitur: *Alcimœns Werd. coniect. vel Eystauia, aut albus Burgus. Et hæc omnia coniectanee.* CLVVERVS autem *lib. III. c. IV.* Ptolemæi Alcimœnnim Vlmam fuisse putat, quod tamen CELLARIVS Not. Orb. antiqui *lib. II. c. VII. pag. 522.* pro certo adserere non audet.

70) GYRALDVS *Synt. X. de diis p. 314.*

71) GELLIVS *Noct. Attic. lib. IV. c. XI. Clearchus & Dicæarchus memoria tradiderunt, fuisse eum postea Pyrandrum deinde Callicleam, deinde feminam pulchra facie meretricem, cui nomen fuerat Alce.*

72) *Cimbr. Heyden-Religion lib. I. c. XVI.*

73) teste STRABONE *Geogr. lib. V. p. 232.*

74) Latius hunc describit SAXO GRAMMATICVS *Hist. Dan. lib. XIV. p. 320.* Et qui eum sequitur DVBRAVIVS *Hist. Bohem. lib. I. pag. 53.* Hinc HELMOLDVS lib. I. cap. LIII. *inter multiformia Slauorum numina præpollet Zuanteuith Deus terræ Rugianorum, vtpote efficacior in responsis, cuius intuitu cæteros quasi semideos æstimabant. Vnde etiam in peculium honoris annuatim hominem Christicolam, quem sors acceptauerit, eidem litare consueuerunt.*

75) De hoc intelligendum est CHRON. AVGVST. ad a. 1068. *Burcardus Halberstadensis Episcopus Luiticiorum prouinciam ingressus, incendit, vastauit, ablatoque equo (quem pro Deo in Rheda colebant) super eum sedens in Saxonia rediit.* Vide ABR. FRENCELIVM *de diis Soraborum sect. II. c. I. §. XVIII.*

76) Idque olim frequens. Sic enim de Gallis DIO CHRYSOSTOMVS *orat. XLIX. absque Druidibus nihil fas erat Regibus exsequi, ac ne consultare quidem, adeo, vt re ipsa regnarent Druidæ, Reges autem essent, quasi ipsorum adparitores & ministri in exsequendis decretis.* Sic etiam HELMOLDVS *de Slauis lib. II. cap. XII. Rex apud eos modicæ est æstimationis in comparatione flaminis.*

77) *Chron. Slau. lib. I. c. VI. & lib. II. c. XII. Tenuis autem fama commemorat, Ludouicum Karoli filium, olim terram Rugianorum obtulisse B. Vito in Corbegia, eo quod ipse fundator extiterit cœnobii illius. Inde egressi prædicatores, gentem Rugianorum siue Ranorum, ad fidem conuertisse feruntur, ibique oratorium fundasse in honorem Viti martyris, cuius venerationi prouincia consignata est. Postmodum vero, vbi Rani, qui & Rugiani, mutatis rebus, a luce veritatis aberrarunt, factus est error peior priore: nam sanctum Vitum, quem nos seruum Dei confitemur, Rani pro Deo colere cœperunt, fingentes ei simulacrum maximum, & seruierunt creaturæ potius quam creatori. Adeo autem hæc superstitio apud Ranos inualuit, vt Zuanteuit Deus terræ Rugianorum inter omnia numina Slauorum primatum obtinuerit, clarior in victoriis, efficacior in responsis. Vnde etiam nostra adhuc ætate, non solum Wagirensis terra, sed & omnes Slauorum prouinciæ, illuc tributa annuatim transmittebant, illum Deum Deorum, esse profitentes. Rex apud eos modicæ æstimationis est, comparatione flaminis. Ille enim responsa perquirit, & euentus sortium explorat.* Hunc sequitur COMPILATIO CHRONOLOGICA *ad a. 1131.* BOTHONIS Chron. Brunsuic. ad a. 875. *unde behelden Sunte Vide nicht alleyne billich, wen vor eynnen hochsten*

teuithi idololatriam iam ante S. Viti ætatem fuisse. 78) Id quod etiam tanto magis ex eo videtur confirmari posse, quod reliquorum Numinum Slauicorum nomina in *vithus* terminentur, vt ideo Corbeienses monachi loco eorundem S. Vitum introduxerint. Licet Slaui relapsi in pristinos errores, Zuanteuithum reduxerint. Simulacrum idoli pretiosissimum in Rugianorum metropoli Acron reperiebatur, quod Waldemarus, Danorum Rex, subiugatis Ranis destruxit. 79) Bohemiæ Princeps vero Wendislaus reliquias S. Viti ab Ottone Imp. impetrauit, easdemque in locum Zuanteuiti subditis suis commendauit. 80) Sic etiam apud Rugianos Carentia erat, trium deorum. RVGIEVITHI scilicet, PORSVITHI, & PORENVTI ædificiis insignis. 81)

§. XXIII. Venerabantur etiam Slaui diabolum sub nomine ZERNEBOCK, quod nigrum deum notabat, ei opponentes BELBOCK, Deum bonum. 82) Iidem Slaui in loco celebri colebant Deastrum ZVTIBVRE, quem euertit Merseburgensis Episcopus, Wigbertus. 83) Inter præcipuos Obotritorum atque Wagrorum deos erat PRONO vel PRONE dictus. 84) Hoc numen sine effigie 85) erat, sed colebatur in sacro nemore inter sacras quercus ipsi dicatas, quas ambiebat atrium & sepes accuratior lignis constructa, continens duas portas, 86) vt ideo male agant, qui certam figuram tribuant. 87) Lucum autem prope vicum Wagrorum Prouenam fuisse, vult BANGERTVS, 88) qui nomen illud adhuc seruat. Hoc numen a Græcorum πρόνοια prouidentia dictum vult KRANTZIVS, SCHEDIVS vero a Bren-

sten Got, unde satten one in den tempel vor eynen Affgot unde heten ön swante Vite, dat bedudde so vele uppe ore sprake: Erwirdiger aller Godde. KRANTZIVS *Vandalia lib. II. c. XXV.* SCHEDIVS *Syngr. IV. c. XII.* MICRAELIVS *Chron. Pomer. lib. II. §. 27.* Idem etiam ECCARDVS *de vsu & præstantia studii etymol. §. II.* magis adhuc confirmat, non solum ex eo, quod *Swiety* apud Slauos *sanctum* notet, sed etiam quod Lotharius Imp. eam se S. Vito consecrasse in diplomate a. 844. dato fateatur, quod ipse adducit. Vid. etiam SCHATENII *Annales Paderborn. lib. II. ad a. 844.* HIER. EMSER *Vita Bennonis cap. XIX.*

78) MASIVS *antiqq. Mecklenb. cap. II.* dicit, *notum satis ex historia est, Zuanteuithi idololatriam iam ante S. Viti ætatem viguisse:* Eadem ratione eundem sequitur FRANC. ALB. AEPINVS *dissert. de Mecklenburg. a gentilismo ad Christianismum Conversione §. XII.*

79) SAXO GRAMMATICVS *c. l.* HELMOLDVS *lib. II. cap. XII.*

80) DVBRAVIVS *c. l.*

81) Hæc idola describit SAXO GRAMMATICVS *lib. XIV. p. 327.* Hic enim postquam dixisset, Rugiæuithum factum e quercu simulacrum fuisse, addit: *Preterea in eius capite septem humanæ similitudinis facies consedere, quæ omnes vnius verticis superficie claudebantur. Totidem quoque veros gladios cum vaginis vni cingulo appensos, eius lateri artifex conciliauerat. Octauum in dextra districtum tenebat. Hunc pugno insertum firmissimo nexu ferreus clauus astrinxerat, nec manu nisi præcisa euelli poterat: quæ res truncandæ eius occasio exstitit. Spissitudo illi supra humani corporis habitum erat: longitudo vero tanta, vt Absalon supra primam pedum partem consistens, ægre mentum securicula, quam manu gestare consueuerat, æquaret. Hoc numen perinde ac Martis viribus præditum, bellis præesse crediderant. Nihil in hoc simulacro iucundum visentibus fuit, lineamentis impoliti cælaminis deformitate sordentibus.* Et paullo post de Poreuithi simulacro dicitur: *id quinque capitibus consitum, sed armis vacuum fingebatur.* De Porenutio vero: *hæc statua quatuor facies repræsentabat, quintam pectori insertam habebat, cuius frontem læua, mentum dextera tangebat.* Adde ABR. FRENCELIVM *de diis Soraborum*, & IO. PETR. LVDEWIG *de idolis Slauorum*, qui hæc singula persequuntur vberius.

82) HELMOLDVS *lib. I. cap. LII.* Hunc exscripsit KRANTZIVS *Vandalia lib. III. c. XXXVII.* SCHEDIVS *de diis German. Syngr. IV. cap. XIII.* MASIVS *antiqq. Mecklenburg. cap. II. §. 3.*

83) DITMARVS *lib. VI. p. 285. prædicatione assidua commissos a vana superstitione erroris reduxit, lucumque Zutibure dictum ab accolis vt Deum in omnibus hortatum, & ab æuo antiquo numquam violatum, radicitus eruens, Sancto Martyri Romano in eo Ecclesiam construxit.*

84) HELMOLDVS c. l. *præter lucos atque penates, quibus agri & oppida redundabant, primi & præcipui erant, Proue Deus Aldenburgensis terræ, Siwa Dea Polaborum, Radigast Deus terræ Obotritorum. His dicati erant flamines & sacrificiorum libamenta, multiplexque religionis cultus.* Mentionem eiusdem quoque facit *lib. I. c. LXIX.*

85) Hoc enim clare innuit HELMOLDVS *lib. I. cap. LXXXIII.* dum ait: *Est autem Slauis multiplex idololatriæ modus: non enim omnes in eandem superstitionis consuetudinem consentiunt. Hi enim simulacrorum imaginarias formas prætendunt de templis, veluti Plumense idolum, cui nomen Podaga: alii syluas vel lucos inhabitant, vt est Prone Deus Aldenburg, quibus nulla sunt effigies expressæ. Multos & duobus vel tribus vel eo amplius capitibus exculpunt.*

86) Verba sunt HELMOLDI *c. l.*

87) Notis ad HELMOLDI lib. I. c. LII. *Hic Prono, virili forma in columna stabat, corona caput redimitus, oblongis atque erectis auribus, altero pede tintinnabulo insistens, ocreas etiam indutus. Dextra ferrum rubrum & q. candens tenebat: altera vexilli contum quatiebat. Ferrum qua forma fuerit, non vsque adeo certum. Vomeris speciem retulisse quidam non sine causa prodidere. Nostra illa figura ex Chronico Sax. expressa est; in quo vocatur ein proveysen, quasi dicas, ferrum probationis, forte quod in ipsius luco & fano, & ad sacras illas quercus, inter quas stabat idolum, qui criminis alicuius rei essent, contrectatione ferri aut vomeris candentis examinandi & explorandi essent. Ita enim illa examinis per ferrum superstitio in Wagriorum animis radices egerat, vt eam ne tunc quidem cum iam ad verum Dei cultum opera Episcoporum & sacerdotum erudirentur, deponere prorsus vellent.* Sequitur eundem SCHEDIVS *Syngr. IV. c. XI.* MASIVS *c. II. §. 4.* AEPINVS *§. 16.*

88) Vandalia lib. IV. cap. XI. *venit inde Vicelinus in nouam Lubicam, commanentes illic confortare: & dedicauit ibi altare Domino. Inde progrediens visitauit Aldenburgum (vbi sedes quondam fuerat episcopalis) & receptus est a barbaris habitatoribus terræ illius: quorum adhuc idolum Prone erat in honore. Mirum si non a Græcis hoc nomen est traductum, qui prone vocant prouidentiam, qua gubernatur mundus. Porro nomen flaminis qui præerat superstitioni illi, erat Myke.*

a Brenno, quem ſub deo coluerit ignara plebecula, cum potius a voce *prawo*, ius, deducat ECCARDVS, 89) vt idem notet ac iuſtitiæ præſidem. Hinc etiam haut vana eſt BANGERTI coniectura, in ipſius luco vel fano examen ferri candentis fuiſſe peractum, quam ſuperſtitionem Wagri ſeruabant. Hoc demum a Geroldo Aldenburgenſium epiſcopo fuit ſubuerſum, propriaque eius manu cum dicato ei nemore exciſum fuit, & combuſtum. 90)

§. XXIV. Polaborum ſiue Ratzeburgenſium dea fuit SIWA. 91) Stabat illa vtraque manu in tergum reiecta, altera ouum cum folio viridi, pomum aureum altera tenens. Capilli per tergum ad poplites vsque fluebant. SCHEDIVS 92) quidem hanc alias *Symbullam* corrupte *Syebam* dictam fuiſſe autumat, quæ filia Sitalcis, regis Gothorum fuerit, Anthyrio Magno Herulorum regi nupta, quæ tanquam mater magna totius ſtirpis Vandalorum diuinitus fuerit culta. Aſt, potius BANGERTVS 93) auctor eſt, hanc Polaborum fuiſſe Venerem, dum figura admodum conueniat, quæ in eodem monte fuerit culta, in quo poſtea ab Henrico Leone templum Cathedrale fuerit extructum. 94) Sic etiam Plunenſium idolum PODAGA memoratur, cuius tamen figuram Scriptores non tradunt.

§. XXV. Celebre Obotritorum numen dicitur RADEGASTVS, 95) cuius ſedes præcipua in vrbe Rethra Pomeranorum, 96) licet etiam Gadebuſchi 97) eundem fuiſſe cultum, non ſolum reliquiæ, quæ ibidem adhuc oſtenduntur, 98) ſed etiam vicus vicinus, atque amnis oppidum adluens, hoc nomine Radegaſt inſignitus, teſtantur. Immo, pluribus in locis cultum ipſum fuiſſe, haut incongruum eſt dicere. 99) Simulacrum eius auro, lectus oſtro paratus. 100) Pectus clypeus, cui nigrum bubali caput impreſſum erat, tegebat. Manus ſecuri militari armata, capiti auicula inſidebat. Varia de Radegaſti origine prædicantur, modo enim ex Græcia, modo ex Vandalia ducitur, modo ex Germania, a voce *rathen*, conſilium dare & *Gaſt*. Alii vero Radagaſtum regem dicunt veterum Herulorum, militiæ laude inſignem. 1) ECCARDVS 2) non idolum fuiſſe dicit, ſed lucum ſaltim atque ſyluam ſacram, auctoritate DITMARI non ſolum niſus, ſed etiam quod vox *Goſd* Slauis ſyluam diis ſacram denotet. Verum, cum ipſe Ditmarus fani in eadem ſylua repleti imaginibus, & ſignis Deorum Slauicorum, faciat mentionem, vix adſentimur. Potius ex ipſo

89) *c. l. §. II.*

90) HELMOLDVS *lib. I. c. LXXXIII.*

91) HELMOLDVS *lib. I. cap. LII.* ex hoc KRANTZIVS *Vandalia lib. III. c. XXXVII.*

92) *Syngr. III. c. IX.*

93) Notis ad HELMOLDVM *pag. 127.* Adſtipulatur MASIVS *cap. II. §. 6.* & ECCARDVS *c. l.* qui nomen hoc eſſe Sarmaticum dicit, *dziwa*, cuius deminutiuum *dziewic za* hodie adhuc eſſe dicit in vſu, & virginem ſignificare Polonis. Accedit AEPINVS §. 17. qui etiam Mareſchalli verba adducit in indice elucidar. voce Siwa: *Siua Dea Vandalorum Venus ipſa. Colebant illam Polabi cumprimis & Heruli, a qua Dea ciuitatula, quam nunc Siuam vel Schwaan appellant.*

94) HELMOLDVS *lib. I. c. LXXXIII.*

95) HELMOLDVS *lib. I. c. LII. Radigaſt Deus terra Obotritorum.* Sequitur KRANTZIVS *Vandalia III. c. XXXVII.*

96) ADAM. BREMENSIS Hiſt. eccleſ. lib. II. cap. XI. *Potentiſſimi omnium ſunt Retharii, ciuitas eorum vulgatiſſima Rethre, ſedes idololatriæ. Templum ibi conſtructum eſt dæmonibus magnum, quorum princeps Redigaſt. Simulacrum eius auro, lectus oſtro paratus.* Sic etiam Rethre Metropolis Slavorum Redigaſti cultu clara eidem dicitur *Hiſt. eccl. lib. IV. cap. XII.* Adamum iisdem verbis ſequitur HELMOLDVS *lib. I. cap. II.* Quænam vero hæc vrbs fuerit, adhuc diſputatur: KRANTZIVS vero *Vandalia lib. III. cap. IV.* ait: *hac in metropoli Rethre geſta ſunt IIII. Idus Nouemb. Eam nunc interpretor ciuitatem Sterigard, vltra Panim. Appellatiuum eſt enim Starigard, & inſinuat magnam, nobilem & antiquam ciuitatem.* MASIVS vero *cap. IV. §. 2.* in Marchia vrbem ſitam fuiſſe contendit, ſuoque tempore ſatis celebrem, ſed ab Ottone M. deſtructam. ECCARDVS *c. l.* Rethram conuenientiſſime collocari poſſe dicit ad Randam vel Radum fluvium; vbi iam vicus *tom Riede*, ad ſinum, qui *das groſſe Haff*, audit.

97) Autor eſt BANGERTVS *notis ad Helmoldum lib. I. c. LII. pag. 126.* quem ſequitur MASIVS *cap. IV. §. VI.* AEPINVS *§. XV.* Argumenta potiora ſunt, partim nomen, quod lucum Deorum notet, partim quod varia cultus monumenta adhuc ſuperſint.

98) Communiter dicitur, adſeruari adhuc Gadebuſchi coronam Radegaſti, ex ignoto quodam metallo, eodemque duriſſimo conflatam, ſed quadrata forma, quem feneſtræ templi verſus occidentem inſeruerint, prout MASIVS refert *cap. VIII.* Verum, ex inſpectione dictæ antiquitatis CASPAR BÜSSINGIVS ſatis demonſtrauit, coronam minime eſſe, ſed, non niſi limbum quendam feneſtræ, qualem in diuerſis templis alias reperire liceat, a quibusdam Roſas occidentales dictas. Verba ipſius ex epiſtola ad TENTZELIVM *Monatbl. Vnterred. 1695. p. 694.* hæc ſunt: *Es iſt nichts als ein ordentlicher Fenſter-Rahmen, nach alter Gothiſcher Manier in Form einer Roſen, die, weil man ſie mehrentheils unter die Thürne gegen Weſten angebracht, von einigen Roſæ Occidentales genannt werden.*

99) Sic Radegaſti cultum Mynetæ prope Mecklenburgum fuiſſe tradit ENGELHVSIVS Chronico *pag. 1069.* Mecklenburgi quoque ſedem Radegaſto fuiſſe dicatam dicit MASIVS *cap. IV. §. V.*

100) Sic deſcribunt ADAMVS BREMENSIS *lib. II. cap. XI.* & HELMOLDVS *lib. I. cap. II.* Reliqua ex Chronico antiquo Saxonico adiecit BANGERTVS & MASIVS *c. IV. §. 7.* Exinde ſine dubio caput bubuli in Megapolenſium Ducum inſignia inſertum, de quo MASIVS *cap. IV. §. IX.*

1) Varias ſententias collegit MASIVS *c. III. §. 2. & ſeq.*

2) De vſu & præſtantia ſtudii Etymologici §. 2. *linguam enim Slauicam animo voluenti, occurrit praterea vox* gosd, *quæ ſiluam diis ſacram ſeu lucum denotat, mihique index eſt, Redigaſtum idem eſſe ac Redariorum vel Rethra vrbis lucum. Confirmant coniecturam meam Wolgaſt ciuitas, olim Wolgoſt dicta, ſyluaque denſa adiacens, & duplex Radegaſtum, Ducatus Megalopolitani, & Principatus Anhaltini. Loci itaque vel luci ſacri nomen eſt Radegaſt, non Dei, vt ante me perperam tradiderunt tantum non omnes.*

ipſo Ditmaro, 3) & qui eum ſequitur, ENGELHVSIO, 4) conſtat, Slauos templum plurium deorum habuiſſe, in quibus dii repoſiti manu facti, quorum præcipuus Radegaſt.

§. XXVI. Nec minus mulieres quædam fatidicæ in dearum numero habebantur. De VELLEDA quidem auctor eſt TACITVS, 5) quod virgo fuerit nationis Bructeræ, ſub Veſpaſiano, quam numinis loco habuerint, eiusdemque reſponſa fuerint venerati. Licet ipſius auctoritas poſtmodum decreuerit, 6) ipſaque captiua facta fuiſſe videatur. 7) Huic proximam GANNAM facit DIO CASSIVS, 8) qui imperante Domitiano vixit. Talis etiam fuit AVRINIA, 9) ex quo poſtea nomen Alrunarum ſiue mulierum ſagarum fuit ortum. 10) De IETTA, mulier fatidica ad Nicri ripas culta, cui etiam collis, in quo arx Heidelbergenſis poſtea extructa, fuit dicatus, tradit Hubertus Thomas Leodius. 11)

§. XXVII. Apud Marſos Rheno finitimos, TANFANAE templum TACITO memoratur famoſiſſimum, a Germanico Cæſare euerſum. 12) CLVVERVS 13) quidem per Tanfanam notari principium omnium rerum putat, quaſi *Th' anfang*. Potius *fan* veteribus Dominum & Deum notabat, 14) inde forſan fanum, & quidem exinde dictum, quod templum

3) Lib. VI. pag. 381. *eſt vrbs quædam in pago Redariorum Riedegaſt nomine, tricornis, ac tres in ſe continens portas, quam vndique ſylua, ab incolis intacta & venerabilis, circundat magna: Duæ eiusdem portæ cunctis introeuntibus patent: Tertia, quæ Orientem reſpicit, & minima eſt, tramitem & mare iuxta poſitum, & viſu nimis horribile monſtrat. In eadem nil niſi fanum eſt de ligno artificioſe compoſitum, quod pro baſibus diuerſarum ſuſtentatur cornibus beſtiarum. Huius parietes variæ deorum dearumque imagines mirifice inſculptæ, vt cernentibus videtur, exterius ornant. Interius autem Dii ſtant manufacti, ſingulis nominibus inſculptis galeis atque loricis terribiliter veſtiti, quorum primus Luaraſici dicitur, & præ cæteris a cunctis gentilibus honoratur & colitur.* An vero hic, quem memorat Luaraſici proprium fuerit idolum, an ex Radegaſt corruptum, definire pro certo haut licet. Hoc tamen MASIVS *cap. IV.* §. 2. demonſtrauit, Adami & Helmoldi Rhethrum a Ditmari Riedegaſt fuiſſe diuerſum, id quod ex diuerſa deſcriptione ſatis pateſcit.

4) Chron. pag. 1069. *Danorum Rex inter alia deſtruxit ciuitatem Slauorum nobiliſſimam, nomine Wineta (in finibus Slauiæ, Teutonice Wentland, prope Mekelenbourg, vbi nunc Saxones ſunt ſtagnales.) Hæc ciuitas nihil non habuit iucundi ac rari. Maxima fuit ciuitatum Europæ, cuius hoſpitalitate moribusque nulla gens honeſtior aut benignior poterat inveniri. Ibi fuit templum plurium Deorum, quorum idolum principale dicebatur Redegaſt.*

5) Hiſt. IV. cap. LXI. *ea virgo nationis Bructeræ late imperitabat: vetere apud Germanos more, quo pleraſque feminarum fatidicas, & augeſcente ſuperſtitione arbitrentur deas. Tuncque Veledæ auctoritas adoleuit. Nam proſperas Germanis res, & excidium legionum prædixerat.* Idem *Hiſt. IV. c. LXV.* quod Agrippinenſes legatos cum donis miſerint ad Velledam: *ſed coram adire, adloquique Veledam negatum. Arcebantur aſpectu, quo venerationis plus ineſſet. Ipſa edita in turre delectus e propinquis, conſulta reſponſaque, vt internuntius numinis, portabat. Hanc Germani donis placabant.* TACITVS *Hiſt. IV. cap. XXII.* ipſique Romani ſibi conciliare conabantur. *Hiſt. IV. c. XXIV.* lib. V. Hiſt. c. XXII. *Multa luce reuecti hoſtes captiuis nauibus prætoriam triremem flumine Luppia donum Velledæ traxere.* KEYSLER *pag. 377. 475.* Exinde orta videtur, quæ in tractu Brunſuicenſi ac Hannouerano a vulgo efferri ſolet, *die Velde* & apud Thuringos *Frau Holle.*

6) Sic enim Bataui, dum ipſi ad obſequium Romanorum iterum admonerentur, apud TACITVM *lib. V. Hiſt. c. XXV.* aiunt: *honeſtius Principes Romanos, quam Germanorum feminas tolerari*, vbi ſine dubio Velledam atque Gannam intelligunt.

7) Sic enim STATIVS *lib. I. cap. IV. v. 90. non vacat Arctoas acies, Rhenumque rebellem captiuæque preces Veledæ &c.*

8) *Lib. LXVII. pag. 761.* Μάσυος Σεμνόνων βασιλεὺς καὶ Γάννα παρθένος (ἣ μετὰ τὴν Βελήδαν ἐν τῇ Κελτικῇ ἐθείαζεν) ἦλθον πρὸς τὸν Δομιτιανόν. *Maſyus rex Semnonum & Ganna virgo (ea poſt Veledam in Celtica vates oracula reddebat) Domitianum adierunt.*

9) TACITVS de M. G. cap. VIII. *Ineſſe enim ſanctum quid & prouidum, putant, feminis, nec aut conſilia earum aſpernantur, aut reſponſa negligunt, vidimus ſub diuo Veſpaſiano Velledam, diu apud pleroſque Numinis loco habitam. Sed & olim Auriniam, & complures alias venerati ſunt, non adulatione, nec tanquam facerent Deas.*

10) IORNANDES de rebus Geticis: *Filimer Rex Gothorum & Gandarici magni filius poſt egreſſum Scanziæ inſulæ iam quinto loco tenens principatum Getarum, qui & terras Scythicas cum ſua gente introiſſet, ſicut a nobis dictum eſt, reperit in populo ſuo quaſdam magas mulieres, quas patrio ſermone Aliorumnas is ipſe cognominat, easque habens ſuſpectas de medio ſuo proturbat, longeque ab exercitu ſuo fugatas in ſolitudinem coegit terræ. Spiritus immundi per eremum vagantes cum vidiſſent & earum ſe complexibus in coitu miſcuiſſent, genus hoc ferociſſimum edidere.* Adde AVENTINVM *Ann. Boi. lib. I. c. VII.* KEYSLERVM *p. 457.* GEORG. STIERNHIELM in præf. *de linguarum origine ad edit. Euangeliorum Vlphilæ.* MENSO ALTINGIVS *Notit. Germ. infer. pag. 101. ſqq.* SCHEDIVS *de diis Germ. Syngr. III. cap. LXIII.* GESNER *Mithridate p. 32.* ECCARD *de vſu & præſtantia ſtudii etymologici* §. 2. Inde vox *raunen.*

11) Heidelberg. antiquitat. p. 296. *quo tempore Velleda virgo in Bructeris imperitabat. Vetula quædam, cui nomen Iettha, eum collem, vbi nunc eſt arx Heydelbergenſis, & Ietthæ collem etiam nunc nomen habet, inhabitabat: vetuſtiſſimumque phanum incolebat, cuius fragmenta adhuc nuper vidimus, dum comes Palatinus Fridericus factus Elector egregiam domum conſtruxit, quam nouam aulam appellant. Hæc mulier vaticiniis inclyta, & quo venerabilior foret, raro e phano in conſpectum hominum prodiens, volentibus conſilium ab ea petere, de feneſtra, non prodeunte vultu, reſpondebat. Et inter cætera prædixit, vt inconditis verſibus canebat, ſuo colli a fatis eſſe datum, vt futuris temporibus regiis viris, quos nominatim recenſebat, inhabitaretur, coleretur & ornaretur, vallisque ſub ipſa multo populo inhabitaretur, & templis celeberrimis ornaretur.*

12) TACITVS Ann. I. cap. LI. *profana ſimul & ſacra, & celeberrimum illis gentibus templum, quod Tanfanæ vocabant, ſolo æquantur.* Adde NIC. SCHATENIVM *Ann. Weſtphaliæ lib. II. pag. 75.* IAC. SPONIVS *in aris ignot. Deor.* apud GRAEV. *Tom. VII. p. 252.* Aufanas Matronas in Pannonia Dalmatiaque notas fuiſſe tradit, TH. REINESIVS vero *Synt. Inſcr. art. CLXXV. p. 188 Taufanias* legendum eſſe putat, verum *Matronas Auſonias* ex marmoribus declarat KEYSLER *pag. 426.* quæ tamen apud Germanos non fuerunt cultæ.

13) *G. A. lib. I. c. XXVI. p. 222.*

14) In Vlphilæ Euangeliis *Matth. VII. v. 22.*

plum Tanfanæ apud Germanos esset antiquissimum. Durat adhuc nomen Tanfanæ, in veteri vico Borgholtzhausen, prope arcem vetustam siue castellum Rauensberg, vnde totus Comitatus nomen habet, quod vulgus corrupte *Dempsfsanne* vocare solent, prope ecclesiam Parochialem ibidem. 15) Marsorum autem gentem olim in Comitatu Rauensbergico sedes habuisse, demonstrat PHILIPPVS CLVVERVS. 16) Eadem ratione BADVHENNAM apud Frisios cultam 17) explicat CLVVERVS, eo quod *Bedon* Arabum lingua, notet Principium. Verum, vtrasque eiusmodi mulieres fatidicas fuisse, censeo, maxime, quod sanctum quid atque prouidum inesse fœminis putarent, quorum consilia nec aspernarentur nec responsa negligerent. 18) Id quod Frisii potissimum obseruabant. 19) Lucum autem Baduhennæ hodie dici *Sevenwolden* autumant. 20)

§. XXVIII. TEMPLA antiquissimi Germani non habebant, nec deorum statuas, 21) cum nec cohibere parietibus deos, neque in vllam humani oris speciem assimulare ex magnitudine cœlestium arbitrarentur. Lucos ac nemora 22) consecrabant, deorumque nominibus appellabant secretum illud, quod sola reuerentia videbant. Lucos autem istos arboribus vel sepibus circumdabant, vt loco sanctimonium atque ius asyli præberent. 23) Sic etiam arbores quasdam Sacriuas venerabantur, potissimum nihil quercu sacratius æstimantes. 24) Inde factum, vt postmodum publici conuentus, vbi Reges eligendi, leges ferendæ, Comitia celebranda, sub quercu annosa hoc fieret, sanctum quid inesse & inuiolabile

Managai quithand in gainamma dagai FAN, FAN, i. e. *multi mihi dicent in illa die: Domine, Domine. Marci XII. v. 29.* FAN *Goth unsar, Fan ains ist.* Dominus Deus noster Deus vnus est. Adde KEYSLERVM *Antiquit. Septentr. p. 427.* Adde GVNDLINGIVM *de feudis vexilli §. XII.*

15) Docet hoc REINERVS REINECCIVS in Comment. ad Widikindi Monumentum & potissimum HERM. AD. MEINDERS *de Statu Relig. & Reip. in partibus Saxoniæ pag. 125.* qui addit: *quod vulgus, siue incolæ Dempsfsanne vocant, prope Ecclesiam Parochialem ibidem, & putant, locum iam aquis repletum extinguendis ignibus olim fuisse consecratum: sed male, & contra vsum vocabuli Germanici. Quis enim tamen locum aquis plenum eine Dempsfsanne vocat. Vocabulum illud absque omni dubio a Tenfana celeberrimo in Marsis templo desumtum & corruptum a vulgo, Antiquitatis patriæ & vetustatis ac historiarum ignoro.*

16) CLVVERVS *p. 705.*

17) Ann. IV. cap. LXXIII. *mox compertum a transfugis, nongentos Romanorum apud lucum, quem Baduhennæ vocant, pugna in posterum extracta, confectos.* MEINDERS *p. 126.*

18) Verba sunt TACITI *de M. G. cap. VIII.* Exinde originem traxisse videtur *die kluge Frau.*

19) Prout CONRADVS KEMPIVS *de origine & situ Frisiæ* testatur *lib. I. c. VIII.*

20) teste THEOD. RYCKIO *notis ad Tacitum pag. 101.*

21) Verba sunt TACITI *de M. G. c. IX.* quæ exscripsit M. ADAMVS *hist. eccl. lib. I. cap. VI.*

22) PLINIVS enim *lib. XII. cap. I.* lucos & nemora sacra ait, templorum instar fuisse. Speciatim de Germanis CLAVDIANVS *de laudibus Stiliconis lib. I. v. 228.*

Vt procul Hercynia per vasta silentia silua
Venari tuto liceat, lucosque vetusta
Religione truces, & Robora Numinis instar
Barbarici, nostra feriant impune secures.

Talis lucus sacer erat apud Semnones Sueuos, quem TACITVS de *M. G. cap. XXXIX.* vocat *siluam auguriis patrum & prisca formidine sacram.* Sic in Insula Oceani *castum nemus Herthæ* vocat cap. XL. Apud Naharualos colebatur antiquæ religionis lucus *cap. XLIII.* Lucus Baduhennæ occurrit apud Frisios memoratus *Ann. IV. cap. LXXIII.* Saxonum lucos extirpauit Carolus M. In Archiepiscopatu Bremensi seculo XI. lucos excidit Vnwanus Archiepiscopus, prout testatur ADAMVS BREMENSIS *Hist. Eccles. lib. II. cap. LXXXVI.* Adde *Vitam Meinwerci* apud LEIBNITIVM *Tom. I. pag. 524.* ANDR. CHRIST. ESCHENBACH *de consecratis gentilium lucis.* SCHMINCK *de arbore Iouis §. III.* Herculi Alemanno locum prope Reginoburgum consecrauit Theodo, Dux Bauariæ, teste AVENTINO *Ann. Boi. lib. I. cap. III.* Pluribus hac de materia egit CLVVERVS *G. A. lib. I. cap. XXXIV.*

23) Sic TACITVS *de M. G. c. XLIII.* dicit, quod apud Naharualos fuerit antiquæ religionis lucus. De Francis GREGOR. TVRONENSIS lib. II. cap. X. *sed hæc generatio fanaticis semper cultibus visa est obsequium præbuisse, nec prorsus agnouere Deum: sibique Siluarum atque aquarum, auium bestiarumque & aliorum quoque elementorum finxere formas, ipsasque vt Deum colere, eisque sacrificia delibare consueti.* Describit eiusmodi lucum sacrum apud Slauos HELMOLDVS lib. I. cap. LXXXIII. *accidit autem vt in transitu veniremus in nemus, quod vnicum est in terra illa: tota enim in planiciem sternitur. Illic inter vetustissimas arbores vidimus sacras quercus, quæ dedicatæ fuerant Deo terræ illius Prouen, quas ambiebat atrium & sepes accuratior lignis constructa, continens duas portas. Ingressus atrii omnibus inhibitus, nisi Sacerdoti tantum, & sacrificare volentibus, vel quos mortis vrgebat periculum, his enim minime negabatur asylum. Tantam enim sacris suis Sclaui exhibent reuerentiam, vt ambitum fani nec in hostibus sanguine pollui sinant. Præter penates enim & idola, quibus singula oppida redundabant, locus ille sanctimonium fuit vniuersæ terræ, cui flamen & feriationes & sacrificiorum varii ritus deputati fuerant.* Huius locum adhuc designat ARNKIEL *lib. I. c. XXX. §. 6.*

24) Hæc probe explicat AVENTINVS Ann. Boi. lib. III. cap. I. dum ait: *extabant in ripa Danubii, & ora Germaniæ duæ vetustissimæ quercus, prodigiosæ magnitudinis, millibus passuum viginti distabant: altera superior, altera inferior, cognominabatur. Has quoque gentili caremonia Boius consecravit: eo frequens populus coiit, victimasque immolavit. Boii vbi religionem Christianam receperunt, in templa, & inde Cœnobia commutarunt: vtrumque nomen vetus seruat, Altaichiumque vocari solet, quod lingua Boia, veterem quercum significat. Nam nihil sacratius quercu maiores nostri habuere: nulla sacra sine huius arboris fronde confecere: sacrificiis, epulisque rite sub hac arbore perpetratis Deos adprecati sunt. Viscum eius e cœlo missum putarunt, signumque esse a Deo electæ arboris:* Hæc vltima verba autem AVENTINVS ex PLINIO hausit *lib. XVI. cap. XLIV.* Rationem reddit SENECA *ep. XLI. Si tibi occurrit vetustis arboribus & solitam altitudinem egressis frequens lucus, illa proceritas siluæ & secretum loci & admiratio vmbræ fidem Numinis facit.* Adde BALDRICI *Chron. Cameracense lib. II. c. IV.*

LAVR-

labile credentes. 25) Posteriori vero ætate sensim templa in lucis potissimum consecratis construebant, prout supra de fano Radegasti, aliorumque Slauicorum diximus. 26) Hinc etiam factum, vt plura loca in *hayn* desinentia cultui olim sacrorum fuerint destinata. 27) Hic tamen cultus arborum atque lucorum publicis legibus postea fuit prohibitus. 28) Nec minus colles 29) quondam & fontes sacros 30) habebant. Lapides quoque sacros & saxa antiquos Germanos fuisse veneratos, varia nos docent. 31) Statuas etiam deorum ad aliarum gentium imitationem, ex quercu sensim fuisse efformatas superiora exempla docent.

§. XXIX. De primis Germanorum ALTARIBVS non adeo constat, cum TACITVS nihil de iisdem. Rudes fuisse horum aras, ex cespite, pro more aliarum gentium erectas credimus, 32) postmodum vero factas lapideas. Testantur hoc diuersæ altarium reli-

LAVR. SEGERI *Spicileg. Antiquit. pag. 52.* KEYSLERI *Antiquit. Septentr. pag. 65.* CASPAR SCHÜTZIVS *Rer. Pruss. f. 4.* talem quercum sic describit: *die grosse Eiche zu Romowe, da sie ihren dreyen fürnembsten Gœttern ihre heußliche Wohnung verordnet hetten, war sechs Elen dicke (per diametrum zu verstehen,) ungewœhnlicher Hœhe und Breite, auch dermassen mit Esten and dicken Laub bewachsen, da kein Schnee noch Regen dadurch dringen mœchte, auch mit Blut der geschlachteten Menschen und Viehes so besprenget und begossen, daß es abschenlich und schrecklich zu sehen war, welches die Teuffels-Gespenst auch selbst vermehreten, indem sie offters umb denselben Ort grausam Ungewitter, Donner und Plitzen erregeten, und sich selbst in mancherley Art, ietzt als Menschen und Waldmanner, bald als Schlangen und Drachen, bald als Feuer, und sonst in anderer unfœrmlichen und erschrecklichen Gestalt sehen liessen, und also des Orts Heiligkeit bezeugeten.* Hic autem quercus cultus primæ erat antiquitatis. Sic enim QVINCTILIANVS *Institut. Orat. lib. X. cap. I* de Ennio sic ait: *Ennium, sicut sacros vetustate lucos, adoremus, in quibus grandia & antiqua robora iam non tantum habent speciem, quantum religionem.* Sic etiam MAXIMVS TYRIVS *diss. XXXVIII.* ait: Κελτοὶ σέβουσι μὲν Δία, ἄγαλμα δὲ Διὸς Κελτικὸν ὑψηλὴ δρῦς. *Iouem Celtæ colunt, Iouis autem apud eos simulacrum alta quercus est.* De Germanis canit CLAVDIANVS *lib. I. de Laudibus Stiliconis v. 228.*

lucosque vetusta
religione truces & robora Numinis instar
Barbarici

De quercu vetustissima, & ante omnes arbores religione sacra, & quam potissimum Dei sedem putabant, apud Lithuanos, quam succidit Hieronymus Pragensis, testatur AENEAS SYLVIVS *Europa cap. XXVI.* In Holsatia olim inter Spreng & Blumenthal permagna olim conspiciebatur quercus, vulgo *die Schweeck-Eiche* dicta, quam ob antiquam religionem Holsati maxime æstimabant, vt ex MARTINO CORONAEO refert ARNKIEL *lib. I. cap. XXX.* Potissimum vero arbor Iouis in Hassia nota est, de qua WILLIBALDVS *cap. VIII.* & OTHLONVS *vita Bonifacii lib. I. cap. XXVII.* ait: *quorum etiam consilio arborem quandam miræ magnitudinis, quæ prisco paganorum vocabulo appellabatur arbor Iouis in loco, qui dicitur Gesmere, seruis Dei secum astantibus succidere tentauit.* Locum SERARIVS definit Geismariam, Schönebergensis præfecturæ oppidum vulgo *Hof Geismer, Rer. Mogunt. lib. III. notat. XIX.* Idem sentiunt DICHILLIVS *Hess. Chron. P. I. p. 143.* WINCKELMANN *Hess. Chronic. p. II. cap. XII.* & plures alii. Verum, IO. HENR. SCHMINCKIVS in erudita dissertatione *de cultu religioso arboris Iouis præsertim in Hassia*, potius demonstrauit §. *XIX.* hanc positam fuisse Geismariæ in diœcesi Gudenbergensi ad auriferam Adranam, eandemque a Bonifacio a. 724. destructam, arborem vero Iouis dictam, quia Ioui sacrata.

25) Vide KEYSLERVM *p. 78. 319.* Sic in agro Auricano Frisiæ Orientalis reperitur Vpstallesbomum, inde Leges Vpstallesbomicæ. In terris Megapolitanis, prope Doberanum reperiuntur quercus tres annosæ, hodie dictæ *die Fürsteneichen.* In ditione Brunsuicensi haud procul Luchouia in tractu siluestri, *die Plancken* dicto, reperitur *die Kœnigseiche*, item *der schmucke Baum.*

26) Hinc HELMOLDVS *lib. I. cap. LII.* ait, quod præter lucos atque penates, quibus agri & oppida redundauerint, alios quoque deos fuerint venerati. DITMARVS vero *libro VI. pag. 381.* quod in sylua prope Riedegast fanum fuerit imaginibus deorum refertum. Vide supra §. *XXV.*

27) In vicinia nostra sunt *Blanckenhayn, Hummelshayn, Lichtenhayn, Ziegenhayn*, quæ olim etiam a cultu sacrorum gentilium claræ, e quibus postmodum in postremo loco factæ fuerunt peregrinationes religiosæ.

28) Sic in synodo Francof. 794. *de arboribus & lucis destruendis canonica obseruetur auctoritas*, & CAPIT. lib. VI. cap. 3. 6. CONCIL. ANTISSIODER. cap. 3. *non licet inter sentes aut arbores sacriuas vel ad fontes vota exoluere.*

29) De colle Herculi Alemanno dicato AVENTINVS *lib. III. cap. I.* de colle Iettæ LEODIVS *antiquit. Heidelberg. pag. 296.* Eiusmodi montem sacrum, dictum *den Cornelinsberg* prope Helmstadtum; aliumque, dictum *den Opperperg* prope Bardeuicum, memorat SCHLÖPKE *Chron. Bardeu. p. I. cap. V. §. 4.*

30) De Saxonibus ait ADAMVS BREMENSIS *lib. I. cap. VI. frondosis arboribus, fontibusque venerationem exhibebant.* Sic WILLIBALDVS *vita Bonifacii cap. VIII. de Cattis: alii etiam lignis & fontibus clanculo, alii aperte sacrificabant.* MEINDERS *p. 173.*

31) Patet hoc ex CONCILIO ARELATENSI II. a. 452. celebrato cap. 23. *si in alicuius Episcopi territorio infideles aut faculas accendunt, aut arbores, fontes vel Saxa venerentur, si hoc eruere neglexerit, sacrilegii reum se esse cognoscat.* CONCILIVM TVRONENSE *a. 567. cap. 22. Contestamur illam solicitudinem tam pastores quam presbyteros gerere, vt quemcunque in hac fatuitate persistere viderint, vel ad nescio quas Petras, aut arbores aut fontes, designata loca gentilium, perpetrare, quæ ad Ecclesiæ rationem non pertinent, eos ab Ecclesia sancta auctoritate repellant.* CAPITVLARE CAROLI M. primum incerti anni *cap. 41.* apud BALVTZIVM Tom. I. pag. 518. *vt obseruationes, quæ stulti faciunt ad arbores vel petras vel fontes, vbicunque inueniantur, tollantur & destruantur.* Adde IO. GEORG. KEYSLERI *Antiquitates Septentrionales c. II. pag. 13. c. IV. p. 71.* qui etiam huius venerationis rationem ex Edda Islandorum reddit, quod Nanos, Spirituum aut Dæmonum genus, crederent saxa inhabitare, ideoque oracula etiam viua voce e lapidibus edi sibi persuaderent.

32) VIRGILIVS *Æn. XII. v. 118.*

In medioque focos, & diis communibus aras
Gramineas, alii fontemque ignemque ferebant.

Plenius illud demonstrauit CLVVERVS *lib. I. cap. XXXV. pag. 293.* & SCHEDIVS *de diis German. Syngr. II. cap. XXVI.* De his intelligi videtur TACITVS *Ann. I. c. LXI.* dum locum cladis Varianæ describit, addit: *lucis propinquis barbaræ aræ, apud* *quas*

reliquiæ, quæ hinc inde reperiuntur. 33) Scilicet, in montibus atque collibus aræ erant extructæ, quos lapidibus circumdare solebant, vt indicarent, locum sacrum esse, quos sæpe etiam arboribus interdistinguebant. In apice montis tres, vel plures etiam magni lapides insigni quodam, eodemque lato lapide erant tecti, in quo victimas suas mactare solebant. 34)

§. XXX. SACRIFICIA Germanorum varia erant. Hostias humanas ipsos Mercurio præsertim & Marti immolasse, auctor est TACITVS, 35) ita quidem, vt hostium primores immolarent. Idem de Vandalis atque Slauis traditur, eos diis suis quotannis immolasse Christicolas. 36) Alios vero deos concessis animalibus placabant, dum cuiuis inter deos certa animalia essent destinata, quæ ipsi immolarentur. 37) Ritus sacrificii in eo potissimum constabant, vt post cæsam hostiam, sacerdos de cruore libet, vt sit efficacior oraculis capessendis: consummatis vero sacrificiis, populus ad epulas & plausus conuertebatur. 38) Inde viscerationes ortæ, quales adhuc in Regum coronationibus consuetæ. Licet certa numina singulares quoque habuerint ritus. 39)

§. XXXI. SACERDOTES apud Germanos non sacris solum præerant, sed etiam in ipsa regenda Republica præcipuæ erant auctoritatis. Hinc, neque animaduertere, neque vincire, neque verberare quidem nisi sacerdotibus permissum. 40) In Comitiis etiam silentium per sacerdotes, quibus dum & coërcendi ius erat, imperabatur. 41) Inde maior sacerdotum erat auctoritas, quam ipsorum regum. 42)

§. XXXII.

quas tribunos, ac primorum ordinum centuriones mactauerant. TROGILVS ARNKIEL quidem *lib. I. cap. XXX.* hæc de Romanis saltim intelligi debere contendit atque Græcis, non de Germanis: ast, dum mos vniuersalis fuerit gentium barbararum, facile hoc Germanis etiam concedimus.

33) In Selandia tales adhuc reperiri ex WORMII *lib. I. Monumentorum Danicorum c. III.* tradit ARNKIEL *lib. I. cap. XXX. §. 4.* plures adhuc in Holsatia reperiri dicit & in Stormaria prope Wedeliam §. 7. Id quod confirmat CHRISTIAN SCHLÖPKE *Chron. Bardeu. P. I. cap. V. §. 4.* qui etiam in monte Cornelius Berg dicto, prope Helmstadtum, eiusmodi altare adhuc reperiri tradit.

34) Eiusmodi reliquias in Drentia repertas, sic describit VBBO EMMIVS Hist. Fris. lib. I. *Commemoratione dignum videtur, notatum quoque ab aliis, quod in regione hac ingentis molis saxa complura, quæ nulla vectatione, nulla vi hominum, illuc deportari potuisse ob magnitudinem credas, congesta inueniantur, quorum ea dispositio est, vt aras referre videantur. Nam iacentibus nonnullis alia iis imposita sunt plana, relictumque foramen angustum per quod reptare homo possit. Fama fert, paganos quondam humanis hostiis litare solitos, ea per foramina mactandos homines transire coëgisse, & stercore aliisque immunditiis coniectu vulgi fœdatos in transitu, constitutosque ad aras, immolasse. Eum ritum ad Bonifacii Episcopi Vltraiectini tempora durasse. Quam ob caussam etiam nunc turpe nomen foraminibus illis apud incolas restare putatur.* Vid. etiam CONRING *de antiquissimo statu Helmstadii p. 51.* TROGILVS ARNKIEL *in Religione Ethnica Cimbrorum P. I. cap. XXX. p. 170 sqq.* KEYSLER *Antiquit. Septentr. pag. 44.* qui plures exhibet figuras.

35) De M. G. cap. IX. *deorum maxime Mercurium colunt; cui certis diebus humanis quoque hostiis litare, fas habent. Herculem ac Martem concessis animalibus placant.* Marti tamen æque humanas hostias fuisse deuotas, idem tradit, dum *Ann. XIII. cap. VII.* ait: *sed bellum Hermunduris prosperum, Cattis exitiosius fuit, quia victores diuersam aciem Marti ac Mercurio sacrauere, quo voto equi, viri, cuncta victa occidioni dantur.* Idem de Sueuorum nobilissimis Semnonibus tradit TACITVS de M. G. cap. XXXIX. *stato tempore in siluam, auguriis patrum & prisca formidine sacram, omnes eiusdem sanguinis populi legationibus coëunt, casoque publice homine, celebrant barbari ritus horrenda primordia.* Idem confirmatur *Ann. I. cap. LXI.* quod Germani ad aras lucorum mactauerint *tribunos, ac primorum ordinum centuriones, quos in clade Variana ceperant.* Sic de Druidibus Gallorum TACITVS Ann. XIV. cap. XXX. *Cruore captiuo adolere aras & hominum fibris consulere deos fas habebant.* Pluribus exemplis hæc demonstrauit CLVVERVS *G. A. lib. I. c. XXXV.* SCHEDIVS *Syngr. II. c. XXXI.*

36) De Rugianis HELMOLDVS *lib. I. c. LIII.* quod Zuanteuito in peculium honoris annuatim hominem Christicolam, quem sors acceptauerit, litare consueuerint: Idem de Vandalis KRANTZIVS tradit *lib. III. c. XXXVII.*

37) Vid. CLVVERVS *c. l.* HACHENBERG *Germania media diss. VIII. §. 31.*

38) Sic sacrificium a Slauis Radegasto suo factum describit HELMOLDVS lib. I. cap. LII. *porro solennitates diis dicandas sacerdos iuxta sortium nutum denuntiat, conueniuntque viri & mulieres cum paruulis, mactantque diis suis hostias de bobus & ouibus, plerique etiam de hominibus Christianis, quorum sanguine deos suos oblectari iactitant. Post cæsam hostiam sacerdos de cruore libat, vt sit efficacior oraculis capessendis. Nam sanguine dæmonia facilius inuitari multorum opinio est. Consummatis iuxta morem sacrificiis, populus ad epulas & plausus conuertitur.* De quo intelligendus etiam TACITVS, qui Ann. I. cap. I. *attulerant exploratores festam eam Germanis noctem, ac solennibus epulis ludicrum,* & c. LXV. *cum barbari festis epulis, læto cantu, aut truci sonore subiecta vallium ac resultantis saltus complerent.*

39) Singularis cultus erat Herthæ, de quo TACITVS de M. G. c. XL. *est in Insula Oceani Castum nemus, dicatumque in eo vehiculum veste contectum, attingere vni sacerdoti concessum. Is adesse penetrali deam intelligit, vectamque bubus feminis, multa cum veneratione prosequitur. Læti tunc dies, festa loca, quæcunque aduentu hospitioque dignatur. Non bella ineunt, non arma sumunt; clausum omne ferrum; pax & quies tunc tantum nota, tunc tantum amata; donec idem sacerdos satiatam conuersatione mortalium deam templo reddat. Mox vehiculum, & vestes, si credere velis, numen ipsum secreto lacu abluitur. Serui ministrant, quos statim idem lacus haurit; Arcanus hinc terror, sanctaque ignorantia, quid sit illud, quod tantum perituri vident.* Hic autem ritus eo magis conuenit cum sacrificio Matri deûm facto, cuius simulacrum postquam carpento vectum, æque Almonis vndis abluebatur, prout docui *Synt. Antiqq. Roman. cap. IX. p. 425.*

40) Verba sunt TACITI *de M. G. c. VII.*

41) TACITVS *de M. G. c. XI.*

42) Sic de Slauis HELMOLDVS lib. II. c. XII. *Rex apud eos modica est æstimationis comparatione flaminis.* De Rugianis lib. I. cap. XXXVII. *maior flaminis quam regis veneratio apud ipsos est.*

§. XXXII. De eo nunc disquirendum, an Germani habuerint Druides. Plane hoc CAESAR 43) negat. AVENTINVS 44) vero auctor est, Tiberium Druidas e Gallia exegisse, succisa eorum sylua, qui exinde in Germaniam trans Rhenum demigrarint. Tradit quidem PLINIVS, 45) Tiberium Druidas ex Gallia sustulisse, intelligit autem sine dubio Tiberium Claudium, de quo idem tradit SVETONIVS, 46) sed, quod in Germaniam venerint, nullus illorum memorat. Auctor vero est DIOGENES LAERTIVS, 47) fuisse etiam apud Celtas Druidas, sub quibus Germanos intelligi volunt. Verum, memorantur quidem apud Germanos Druidæ, 48) quæ mulieres istæ fatidicæ erant, de quibus antea fuit dictum: nihil vero vnquam traditur de Druidibus. Ex quo etiam vox *Druyd* siue *Druthe* orta videtur, quæ sponsam notabat, 49) atque hæc vox sine dubio primum amoris fuit, a sponsis indita, qui sponsam suam lectissimam sibi persuadebant, eandemque Druidæ instar venerabantur. Exinde vox *Drudes*, *Drudi* 50) pro fidelibus atque amicis fuit orta. Licet non denegauerim, a voce *Druidæ* vocem *Druthin* siue Truthin fuisse subortam, quæ Dominum notabat. Deo etiam tribuebatur. 51) Quare etiam Islandi atque Norwegi Deum *Druthin*, id est Dominum vocabant. 52) Licet non desint, qui Druidas a *draoithe* velint esse dictos. 53)

§. XXXII. Druidum genus a quibusdam dicuntur *Bardi*, cum tamen antiquiores Scriptores Druides, Vates atque Bardos plane distinguant. 54) Druides quidem sublimiori philosophiæ atque occultarum rerum contemplationi vacabant: Vades sacris præerant, & naturam rerum contemplabantur. Bardi vero sacerdotes non erant, sed fortia virorum illu-

43) De B. G. lib. VI. cap. XXI. *Germani multum ab hac consuetudine* (Gallorum) *differunt, nam neque Druides habent, qui rebus diuinis præsint; neque sacrificiis student.*

44) Ann. Boi. lib. II. cap. VI. *Druidas quoque Gallorum Philosophos, & vates Imperator Tiberius exegit omni Gallia, succisa eorum sylua, ipsi in Germaniam trans Rhenum demigrarunt. In sylvis, & sub quercubus de natura rerum, & Deorum philosophati sunt. Terriculamenti nocturni genus, calciamentum Philosophicum, figura Mathematica, apud nos adhuc ab his nomina seruant.* Idem fere tradit in Nomenclatura, *voce Druides.*

45) PLINIVS *Hist. Nat. lib. XXX. c. I.*

46) Claudio cap. XXV. *Druidarum religionem apud Gallos diræ immanitatis, & tantum ciuibus sub Augusto interdictam, penitus aboleuit.* Neque tamen penitus eosdem fuisse abolitos ex TACITO *Ann. XIV. cap. XXX.* patet, qui Druidarum apud Gallos adhuc facit mentionem sub Nerone. Et sub Vespasiano *Hist. IV. c. LIV.*

47) Procemio παρά τε Κελτοῖς καὶ Γαλάταις τοὺς καλουμένους Δρυΐδας, καὶ σεμνοθέους ὥς φασι, *apud Germanos quoque atque Gallos esse aiunt, qui Druidæ appellantur & religionum curatores*, vbi CLVVERVS *lib. I. cap. XXIV.* pro Celtis Germanos intelligit, qui hic Galatis siue Gallis opponantur, id quod etiam *lib. I. c. II.* demonstrauerat.

48) De Diocletiano quidem VOPISCVS Numeriano cap. XIV. *Cum Diocletianus apud Tungros* (erat populus in Germania inferiori, seu Gallia Belgica) *in Gallia quadam in caupina moraretur, in minoribus adhuc locis militans, & cum Druide quadam muliere rationem conuictus sui quotidiani faceret, at illa diceret, Diocletiane, nimium auarus, nimium parcus es: ioco non serio Diocletianus respondisse fertur, Tunc ero largus quum imperator fuero. Post quod verbum Druia dixisse fertur, Diocletiane, iocare noli: nam imperator eris quum Aprum occideris.* Tales erant Druidæ Gallicanæ, quas Aurelianum consuluisse dicit VOPISCVS *in vita cap. XLIV.* Sic LAMPRIDIVS Seuero *c. LX. Mulier Druias eunti exclamauit Gallico sermone, Vadas, nec victoriam speres, nec militi tuo credas.* Ad hasce facere videtur vetus Inscriptio in tractu Mosellæ reperta SILVANO

SACR.

ET. NVMINIS. LOCI

ARBTE. DRVIS.

ANTISTITA.

SOMNO. MONITA.

quam ex BOISSARDO protulit GRVTERVS & SCHVRTZFLEISCH *de Druidibus* §. *VII.* Vide KEYSLERVM *p. 446.*

49) Lege Salica tit. XIV. n. 10. *Si quis puellam, quæ druchte ducitur ad maritum*, vbi editio Heroldi habet: *si quis puellam sponsatam druthe ducente ad maritum.* Sic etiam Glossarium PITHOEI, LINDENBROGII, CANGII & SPELMANNI pro desponsata habent.

50) Epistola episcoporum ad Ludouicum Regem apud BALVZIVM Capit. Tom. II. pag. 104. num. 4. *& illam horam, quam certi estis, quia nullo modo poteritis effugere, quando anima vestra de corpore exiet, ante mentis oculos ponite, quando totum mundum & omnem potestatem & omnes diuitias & ipsum corpus derelinquet, & sine adiutorio vxoris ac filiorum, & sine solatio & comitatu drudorum atque vassorum nuda & desolata exibit.* Vbi SIRMONDVS in notis: *in Comitatu Drudorum, fidelium amicorum. Incertus auctor vitæ S. Vdalrici sub finem: ideo sæpius cum imperialibus muneribus eum visitauit (Ottonem Imp.) & drudes suos donis congruis sibi complacare satagebat.* Quo loco drudes exponunt gratos & consiliarios, ab antiqua voce Germanica, quæ fidem significet. Vid. Glossarium CANGII & SPELMANNI *voce Druden.* FERRARIVS *Origg. linguæ Italicæ voce Drudo.*

51) Latius hoc demonstrauit IVNIVS *notis ad Willeramum p. 74.* & PALTHENIVS *notis in Tatianum pag. 284.* Hinc WAEGEMANNO minime adsentimur, qui *pag. 12.* singularem Deum fuisse autumat. *Drüchten* siue *Drüten* dictum.

52) Hoc demonstrauit DIETRICH von STADE *notis in §. 3. Præfationis Otfredi.*

53) Vide KEYSLERI *Antiquitates Septentrionales p. 37.*

54) STRABO lib. IV. pag. 197. Παρ' ἅπασι δ' ὡς ἐπίπαν τρία φῦλα τῶν τιμωμένων διαφερόντως ἐστί, Βάρδοι τε, καὶ Οὐάτεις, καὶ Δρυΐδαι· Βάρδοι μὲν ὑμνηταὶ καὶ ποιηταί· Οὐάτεις δὲ ἱεροποιοὶ καὶ φυσιολόγοι· Δρυΐδαι δὲ πρὸς τῇ φυσιολογίᾳ, καὶ τὴν ἠθικὴν φιλοσοφίαν ἀσκοῦσι, *apud vniversos autem fere tria hominum sunt genera, quæ in singulari habentur honore: Bardi, Vates, & Druidæ: horum Bardi hymnos canunt, poëtaque sunt. Vates sacrificant & naturam rerum contemplantur: Druidæ præter hanc philosophiam etiam de moribus disputant.* Idem tradit AMMIANVS MARCELLINVS, dum *de tractu Massiliensi lib. XV. cap. IX.* ita loquitur: *per hæc loca hominibus paullatim excultis, viguere studia laudabilium doctrinarum, inchoata per Bardos, & Eubages & Druidas. Et Bardi quidem fortia virorum illustrium facta, heroicis composita versionibus cum dulcibus lyræ modulis cantitarunt.* Eadem tradit DIODOR. SICVLVS *lib. V. p. 308.*

illustrium facta, heroicis composita versibus, cum dulcibus lyræ modulis cantitabant. 55) Exinde etiam FESTO Cantores 56) dicti. Scilicet, moris erat apud gentes, in publicis & festiuis congressibus, mercatibus, ludis & similibus, poëtas adhibere, qui Carmina sua in laudem heroum composita recitarent, 57) quem Galli etiam atque Germani seruabant. Ex quo Germanorum Barritus ortum traxisse videtur, quo sibi in prœlium ituri animos accendebant, futuræque pugnæ fortunam ipso cantu augurabantur. 58) Hæc autem carmina cum originem gentis, antiquitatesque, facta etiam heroum continerent, Annalium instar habebant. 59) Hinc VALESIO 60) minime adsentimur, qui Bardos nihil aliud fuisse putat, quam parasitos, iisdemque similes, quos latini Scurras vocauerint, cum integræ omnino fuerint existimationis. Quare etiam Carolus M. eosdem fuit imitatus, 61) atque ab iisdem vetera Chronica Rythmica, 62) cantus etiam poëtarum, qui dici solent *die Meistersänger*, 63) suam trahunt originem. Licet etiam certa apud Germanos gens Bardorum 64) fuerit, quorum opus Bardeuicum fuisse videtur.

§. XXXIII. AVSPICIA, sortesque, vt qui maxime, obseruabant Germani. 65) SORTIVM consuetudo simplex. Virgam frugiferæ arbori decisam in surculos amputabant, eosque notis quibusdam discretos super candidam vestem temere ac fortuito spargebant. Mox, si publice consulatur, sacerdos ciuitatis, sin priuatim, ipse paterfamiliæ precatus Deos, cœlumque suspiciens, ter singulos tollit, sublatos secundum impressam ante notam interpretatur. Si prohibuerunt: nulla de eadem re, in eandem diem consultatio. Sin permissum: auspiciorum adhuc fides exigitur. Idque sortium genus apud alias quoque

55) DIODORVS SICVLVS cap. I. εἰσὶ καὶ παρ' αὐτοῖς καὶ ποιηταὶ μελῶν, οὓς Βάρδους ὀνομάζουσιν· οὗτοι δὲ μετ' ὀργάνων ταῖς λύραις ὁμοίων ᾄδοντες, οὓς μὲν ὑμνοῦσιν, οὓς δὲ βλασφημοῦσι, *sunt etiam apud hos carminum Melicorum poëtæ, quos Bardos nominant. Hi ad instrumenta lyris non dissimilia, aliorum laudes, aliorum vituperationes decantant.* Eadem tradit ATHENAEVS *lib. VI. p. 246.* AMMIANVS MARCELLINVS *c. l.* Hinc LVCANVS *lib. I.* canit:

Vos quoque qui fortes animas, belloque peremtos
Laudibus in longum vates dimittitis aeuum,
Plurima securi fudistis carmina Bardi.

CLVVERVS *lib. I. cap. XXIV.* GYRALDVS *hist. Poët. dial. pag. 25.* SCHEDIVS *Syngr. III. c. XLI.* BESSELIVS ad *Eginhardum de vita Caroli M. cap. XXIX.* BOXHORN *Origg. Gall. p. 17.*

56) Bardus gallice cantor appellatur, qui virorum fortium laudes canit. Hinc etiam HESYCHIVS ait: Βάρδοι ἀοιδοὶ παρὰ Γαλάταις *Bardi cantores apud Gallos.*

57) Demonstraui illud iam olim Obs. Halens. *Tom. III. Obs. I. §. 15.* Fabula igitur est, Bardum, antiquissimum Gallorum regem hunc morem introduxisse, prout AVENTINVS *Chron. Germ. lib. I. f. 47.* tradit.

58) TACITVS de M. G. cap. III. *fuisse apud eos & Herculem memorant, primumque omnium virorum fortium ituri in prælia canunt. Sunt illis hæc quoque carmina; quorum relatu, quem Barritum vocant, accendunt animos, futuræque pugnæ fortunam ipso cantu augurantur, terrent enim, trepidantue, prout sonuit acies, nec tam vocis ille, quam virtutis concentus videtur.* Sic enim DIODORVS SICVLVS lib. V. pag. 306. de Gallis: ὅταν δέ τις ὑπακούσῃ πρὸς τὴν μάχην, τάς τε τῶν προγόνων ἀνδραγαθίας ἐξυμνοῦσι, καὶ τὰς ἑαυτῶν ἀρετὰς προφέρονται, καὶ τὸν ἀντιταττόμενον ἐξονειδίζουσι καὶ ταπεινοῦσι, καὶ τὸ σύνολον τὸ θράσος τῆς ψυχῆς τοῖς λόγοις προαφαιροῦνται, *si quis contra exierit ad dimicandum: strenua maiorum facinora decantant: suas etiam virtutes deprædicant. Aduersarium contra vituperant; denique omnem animi fiduciam verbis illi detrahunt.* Idem tradit ATHENAEVS c. l. Sic Barbarorum barritum describit AMMIANVS MARCELLINVS XXXI. cap. VII. *Barbari vero maiorum laudes clamoribus stridebant inconditis: interque varios sermonis dissoni strepitus leuiora prælia tentabuntur.*

59) Hinc TACITVS de M. G. c. II. *celebrant carminibus antiquis, quod vnum apud illos memoriæ & annalium genus est, Tuistonem.* Hæc quidem de Suecis suis vult intelligi RVDBECKIVS in *Atlantica lib. IV. cap. XXIV.* sed ideo notatus fuit a MORHOFIO *tractatu de poësi Germanica cap. V. pag. 279.* IOANNES AVENTINVS libro primo Germaniæ illustratæ, teste GESNERO in Bibliotheca sua, agere voluit de carminibus antiquis, quibus Cornelius Tacitus vsus est, & quæ Carolus M. auxit, recentiores corrupere. Sed præter ipsius Annales Boiorum nihil prodiit. TACITVS Ann. II. c. fin. ait: *canitur adhuc barbaras apud gentes Arminius.*

60) *Notis ad Amm. Marcellinum c. l.*

61) EGINHARDVS in vita cap. XXIX. *item barbara & antiquissima carmina, quibus veterum regum actus & bella canebantur, scripsit, memoriæque mandauit.*

62) De his optime AVENTINVS Ann. Boi. lib. I. cap. VII. n. 24. *huiusmodi pleraque bella, poëtico more velata mysteriis fabularum apud nos, patrio sermone, & numeris scripta leguntur. Populares nostri heroum Codicem, quod Heroum Germaniæ gesta contineat, cognominant. Mea quoque memoria Imperator Maximilianus, Cæsar Augustus more maiorum fabulis res gestas suas velauit, & omnem vitæ seriem carminibus, & patriis & latinis nominibus confictis celebrandum curauit, Teurodancum vocant.* Ipse etiam sæpius ad eiusmodi carmina prouocat. Sic de Tuistone lib. I. cap. V. num. 10. *iura dedit, leges tulit, carminibusque complexus est, quæ publice & priuatim cantarentur.* Et lib. I. cap. VII. *Ingerami & Adalogerionis nomina frequentissime in fastis referuntur, ipsos more maiorum antiquis proaui celebrarunt carminibus, quæ in Bibliothecis extant.* Plura loca, quibus ad eiusmodi Annales rythmicos prouocat AVENTINVS in Chronico suo Germanico, adducit MORHOFIVS *de poësi Germanica cap. VI. pag. 284.* quæ vero loca in latina editione non reperiuntur, ex quo satis patet, versionem istam Germanicam in multis latina esse pleniorem. Huc faciunt antiqui libri, dicti, *Heldenbücher*, & diuersa Chronica Rythmica, quæ in MEIBOMII potissimum & LEIBNITII collectione reperiuntur.

63) De his plenius singulari Tractatu egit WAGENSEILIVS & MORHOFIVS *c. VII.*

64) Mentionem eiusdem facit ADAMVS BREMENSIS *lib. I. cap. III.* HELMOLDVS *lib. I. cap. XVI. XXV. XXVI.* ALBERTVS STADENSIS *ad a. 1062.* Ab his autem Bardeuicum potius deriuant MEIBOMIVS *historia Bardeuici pag. 56.* SAGITTARIVS *Hist. Bardeuici cap. I. §. 39.* Vid. latius CHRIST. SCHLÖPKE *Chron. Bardeuici p. I. c. III.* Hinc, male sibi constans KRANTZIVS, qui, postquam *Vandalia lib. III. cap. VI.* dixisset: *apud nullum tamen ceterorum lego Bardorum nomen.* Statim *cap. VII. IX. XX.* eosdem, HELMOLDVM pro more secutus, memorat.

65) Verba sunt TACITI *de M. G. c. X.*

que gentes folenne, 66) vocatur Rhabdomantia. Nec ignotum erat apud eosdem auium voces volatusque interrogare. Proprium gentis, equorum quoque præfagia ac monitus experiri. 67) Publice alebantur iisdem in nemoribus ac lucis, candidi, & nullo mortali opere contacti, quos preſſos ſacro curru ſacerdos, ac rex vel princeps ciuitatis comitantur, hinnitusque ac fremitus obſeruant. Nec vlli auſpicio maior fides, non ſolum apud plebem, ſed apud proceres, apud ſacerdotes: ſe enim miniſtros deorum, illos conſcios putabant. Simile præſagium Slauis quoque fuiſſe vſitatum, narrant Scriptores. 68) Erat quoque alia obſeruatio auſpiciorum, quo grauium bellorum euentus explorabant; eius gentis, cum qua bellum erat, captiuum quoquo modo interceptum cum electo popularium ſuorum, patriis quemque armis, committebant. Victoria huius vel illius pro præiudicio accipiebatur. Sic oracula mulierum fatidicarum conſulebant, vt antea fuit dictum. 69) Potiſſimum vero lunam obſeruabant, nihil ardui facile incoantes, niſi dum luna vel incoetur, vel impleatur. Immo mulieres fatidicæ nonnunquam interdicebant, ne prœlium ante nouam Lunam committerent, prout in bello Ariouiſti cum Cæſare factum. 70) PLVTARCHVS 71) etiam auctor eſt, in exercitu Cimbrorum atque Teutonum mulieres quasdam fuiſſe, quæ ex verticibus aquarum & fluminum euentum pugnæ qualis ſit futurus, certo ſuis prædixerint. Idem tradit STRABO, 72) quod ex inteſtinis captiuorum, quos mactauerant, mulieres fatidicæ apud Cimbros futura prædixerint.

§. XXXIV. Ab hoc ſuperſtitionum cultu ſenſim ad veram fidem Chriſtianam perducti fuerunt Germani. Multa quidem de S. MATERNO fabulantur Pontificii, quod S. Petri iuſſu peruenerit in Germaniam, cuius etiam conditorium apud Hellum, vicum tribus milliariis a Seleſtadtio diſtantem adhuc oſtendi dicit B. RHENANVS, 73) in quo iacuerit mortuus aliquamdiu, ſed mox vitæ reſtitutus, vt adhuc Treuiros Agrippinenſesque erudiret. Verum, cum hæc fabulis ſint propiora, ſufficit nobis, quod Irenæus & Tertullianus iamdum Chriſtianos in CisRhenana Germania commemorent. Licet autem in Germania magna rarior fuerit Chriſtianiſmi vſus, non defuerunt tamen apud eosdem Martyres, qui de Chriſtianæ religionis initiis teſtantur. 74) In Rhætia prima atque apud Auguſtanos AFRA reperitur, DIGNA, EVNOMIA, EVTROPIA, quæ tempore Diocletiani martyrium fuerunt paſſæ. 75) In Noricum ripenſe LAVRENTIVS quidam vel a Petro, vel Marco euangeliſta, vel huius diſcipulo Hermagora miſſus dicitur, quem plures ſecuti, potiſſimum FLORIANVS, ex tribuno militum Chriſtianus & Martyr, 76) & NARCISSVS. 77) Temporibus Commodi Imp. LVCIVS Britannorum Rex, factus Chriſtianus, vna cum Eme-

66) Simile fere apud Scythas præſagium narrat HERODOTVS *lib. IV. pag. 278.* Idem de Rugianis narrat SAXO GRAMMATICVS lib. XIV. *Rugiani, Balthici maris accolae, tribus ligni particulis, parte altera albis, altera nigris, in gremium fortium loco coniectis, candidis proſpera, furuis aduerſa ſignabant.* De Alanis AMMIANVS MARCELLINVS lib. XXX. c. II. *futura miro praeſagiunt modo, nam rectiores virgas vimineas colligentes, easque cum incantamentis quibusdam ſecretis praeſtituto tempore diſcernentes, aperte quid portendatur, norant.* Vid. etiam CLVVERVS lib. I. cap. XXXVI. SCHEDIVS *Syngr. I. c. XLIV.*

67) Iterum verba ſunt TACITI *c. l.*

68) Idem fere de Luticiis tradit DITMARVS *lib. VI. pag. 382.* Idem auſpicium Rugianos ſeruaſſe SAXO GRAMMATTICVS *Hiſt. Dan. lib. XIV.* & KRANTZIVS *Vandalia lib. V.* obſeruant.

69) §. XXVI. Adde MEINDERS *p. 178.*

70) DIO CASSIVS *lib. XXXVIII. pag. 90.* & PLVTARCHVS *Caeſare pag. 675.* ὅτι δὲ μᾶλλον αὐτοὺς ἤμβλυνε τὰ μαντεύματα τῶν ἱερῶν γυναικῶν, αἳ ποταμῶν δίναις προσβλέπουσαι, καὶ ῥευμάτων ἑλιγμοῖς καὶ ψόφοις τεκμαιρόμεναι προεθέσπιζον οὐκ ἐῶσαι μάχην τίθεσθαι πρὶν ἐπιλάμψαι νέαν σελήνην· *magis inſuper vaticinia percellebant illos fatiloquarum mulierum, quae amnium verticibus inſpectis riuorumque gyris & ſtrepitibus notatis futura praecinebant. Hae ſigna conferre antequam illuxiſſet noua luna, vetabant.*

71) *Mario p. 416.*

72) Sic enim STRABO *lib. VII. p. 294.* Ἔθος δέ τι τῶν Κίμβρων διηγοῦνται τοιοῦτον, ὅτι ταῖς γυναιξὶν αὐτῶν συστρατευούσαις, παρηκολούθουν προμάντεις ἱέρειαι πολιότριχες, λευχείμονες, καρπασίνας ἐφαπτίδας ἐπιπεπορπημέναι, ζῶσμα χαλκοῦν ἔχουσαι γυμνόποδες· τοῖς οὖν αἰχμαλώτοις διὰ τοῦ στρατοπέδου συνήντων ξιφήρεις· καταστέψασαι δ᾽ αὐτοὺς ἦγον ἐπὶ κρατῆρα χαλκοῦν ὅσον ἀμφορέων εἴκοσι· εἶχον δὲ ἀναβάθραν, ἣν ἀναβᾶσα ὑπερπετὴς τοῦ λέβητος ἐλαιμοτόμει ἕκαστον μετεωρισθέντα· ἐκ δὲ τοῦ προχεομένου αἵματος εἰς τὸν κρατῆρα, μαντείαν τινὰ ἐποιοῦντο· ἄλλαι δὲ διασχίσασαι, ἐσπλάγχνευον ἀναφθεγγόμεναι νίκην τοῖς οἰκείοις· ἐν δὲ τοῖς ἀγῶσιν ἔτυπτον τὰς βύρσας τὰς περιτεταμένας τοῖς γέρροις τῶν ἁρμαμαξῶν, ὥστ᾽ ἀποτελεῖσθαι ψόφον ἐξαίσιον· *Morem hunc fuiſſe Cimbris vſitatum ferunt. Sequentibus eos in bellum vxoribus, vates quaedam comitabantur canae, albo veſtitu, carbaſinis ſupparis deſuper fibulis affixis, cinctu aereo, pedibus nudis: ea per caſtra captiuis occurrebant ſtrictis gladiis, proſtratosque ad crateram aeneam adducebant amphoras circiter XX. capientem. Super eam pulpitum erat, quo conſcenſo vates ſublimis ſingulis ſupra lebetem eleuatis guttur incidebat: e ſanguine in crateram fuſo ſuam captabant quandam diuinationem: reliqua cadauera ſic caeſorum ſcindebant, inteſtinisque ſpectatis victoriam ſuis vaticinabantur. In praeliis pelles pulſabant cratibus curruum praetentas, quibus ſonitus terribilis edebatur.*

73) *Rer. German. lib. II. pag. 264.* & *lib. III. pag. 601.* ed. Ottonis. BROWER *Antiquit. Treuir. lib. II. ineunte.*

74) Lib. I. adu. hæreticos cap. II. & TERTVLLIANVS adu. Iudæos lib. VII. *Hiſpaniarum omnes terminos, & Galliarum diuerſas nationes, & Britannorum inacceſſa Romanis loca tum & Sarmatas & Dacos & Germanos, & Scythas, in quibus omnibus Chriſti nomen regnet.* SAGITTARIVS *antiquit. Gentil. & Chriſtian. Thur. lib. I. c. II.*

75) Inter MARCI VELSERI Opera ab Arnoldo edita reperitur *Conuerſio & Paſſio SS. Martyrum, Afrae, Hilariae, Dignae, Eunomiae, Eutropiae quae Auguſta Vindelicorum paſſa ſunt, cum ipſius Commentario.*

76) Plenius de hiſce Norici apoſtolis egit M. VELSERVS *rer. Boi. lib. III. p. 91.*

77) VELSER *Comment. ad Conuerſ. S. Afrae pag. 475.*

Emerita apud Rhætos martyrium dicitur passus. 78) Sensim tamen per Francorum potissimum victorias a seculo quinto plenius introductus fuit Christianismus, 79) vsque dum BONIFACIVS 80) prædicatione sua multos populos Thuringorum, Francorum, Orientalium & Hassorum ad fidem rectam, a qua diutius aberrauerant, reduceret, exinde Thuringorum apostolus dictus: Saxones vero Carolus M. 81) destructa Irmensula, atque fundatis episcopatibus, ad Christi sacra perduxit. Hinc introducto sensim Christianismo, quiuis populus suum nactus fuit conuersorem atque apostolum. Præter Bonifacium enim, Francorum apostolus dicitur KILIANVS, 82) Boiorum EMERANVS 83) SEVERINVS atque RVPERTVS, 84) Saxonum ANSGARIVS, 85) OTTO Bambergensis 86) Pomeranorum, SERVATIVS Tungrorum, 87) AMANDVS, FLORENTIVS & ARBOGASTVS Alsatorum, 88) GALLVS & COLVMBANVS Heluetorum. 89)

SECTIO

78) GVLERI *Rhætia lib. III. num. IX. f. 33.* VELSER *p. 91.*

79) Quis status Christianismi apud Germanos per singula secula fuerit, docet HACHENBERG *Germ. media diss. VIII.* Iungendus ipsi est ELIAS MART. EYRINGIVS dissertatione *de ortu & progressu Religionis Christianæ in Francia Orientali.*

80) Verba sunt MARIANI SCOTI ad a. 719. *Sanctus Bonifacius a præsule sedis apostolicæ Gregorio, Moguntiacæ ciuitati metropoli Germaniæ archiepiscopus ordinatur, & legatus Germanicus Romanae ecclesiae in Franciam mittitur, qui praedicatione sua multos Thuringorum populos, Hessorum & Austrasiorum ad fidem rectam, a qua diu aberrauerant, conuertit. Monasteria sexus vtriusque primo instituit Germaniae*, quem iisdem verbis sequitur GOBELINVS PERSONA *Cosmodr. at. VI. cap. XXXVII.* Eadem tradit ALBERTVS STADENSIS 755. Sic DAVID CHYTRAEVS *oratione de Westphalia p. 11.* Bonifacium appellat Germanorum Euangelistam & Apostolum, qui Euangelium docuerit in Bauaria, Franconia, Thuringia, Hassia, Frisia, quem sequitur SCHVRTZFLEISCHIVS *Vol. Disp. LXXXV. pag. 1091.* Vitam ipsius scripserunt S. WILLIBALDVS & OTHLONVS FVLDENSIS, vtrique continentur in CANISII *Tomo IV. antiquarum lectionum.* Othlonum etiam Actis Sanctorum inseruit Surius, Historiæ Moguntinæ libro tertio Serrarius. Sic etiam vernaculo idiomate eius vitam scripsit IO. LETZNERVS. Nec reticendi sunt IOHANNES de BECKA *de Episcopis Vltraiectinis p. 33.* & SAGITTARIVS *antiquitatibus Gentilismi & Christianismi Thuringici.*

81) Plenius hoc ex Caroli M. Historia patebit. De Episcopatibus vero in Saxonia a Carolo M. fundatis agit ALBERTVS KRANTZIVS in Metropoli. Facit huc etiam decretum Capit. lib. V. cap. II. *decreuimus quoque, vt secundum Canones, vnusquisque Episcopus in sua Parochia sollicitudinem habeat, adiuuante Grafione, qui defensor Ecclesiae est, vt populus Dei paganias non faciat.*

82) Plenius de hoc egit SERRARIVS *in libello S. Kiliani.* EYRING *de ortu & progressu religionis Christianae §. 7.*

83) Emerani Mausoleum Ratisbonæ adhuc monstratur, idemque singulari tractatu, vna cum ipsius historia descriptum extat *Ratisbonae 1680. 4.*

84) Sic Martyrologium Romanum ad VI. Idus Ianuarii pag. 29. ed. Baron. *Eodem die apud Noricos S. Seuerini abbatis, qui apud eam gentem Euangelium propagauit, & Noricorum dictus est Apostolus.* Vitam Seuerini descripsit EVGIPPIVS a M. Velsero editam. De eodem videri potest AVENTINVS *Ann. Boi. lib. III. cap. I. II. III.* IO. ADLZREITER *Ann. Boi. P. I. lib. V. n. 29.* BRVNNERVS *Ann. Boiic. lib. IV. num. V. pag. 115.* De Ruperto vero, quem Boiicæ apostolum vocat VELSERVS *Rer. Boi. lib. IV. p. 114.* videri possunt AVENTINVS *Ann. Boi. lib. III. cap. III.* ADLZREITER *P. I. lib. VI. pag. 142.* BRVNNERVS *P. I. lib. V. pag. 142.*

85) ADAMVS BREMENSIS lib. I. cap. XV. *Ludouicus Imperator nouam in Saxonia Corbeiam exorsus, religiosissimos Franciae monachos ad illud congregauit cœnobium, inter quos praecipuus legitur sanctissimus Pater noster Philosophus Ansgharius, vitae atque scientiae merito clarus & omni Saxonum populo acceptus.* Vitam ipsius scripserunt Rembertus & Gualdo, quos Originibus suis Hamburgensibus adiecit LAMBECIVS, notisque illustrauit.

86) Otto Pomeranos a. 1124. conuertit, ex quo hi versus:

Anno milleno centeno bis duodeno
Otto pius fanis fit apostolus Pomeranis.

HELMOLDVS lib. I. cap. XL. *in diebus illis claruit vir insignis sanctitate Otto Bauenbergensis Episcopus, qui inuitante pariter & adiuuante Bolizlao, Polonorum Duce, Deo placitam adiit peregrinationem ad gentem Slauorum, qui dicuntur Pomerani, & habitant inter Oderam & Poloniam. Praedicauitque Barbaris verbum Dei, Deo cooperante & sermonem confirmante sequentibus signis. Omnemque gentem illam cum principe eorum Wercezlauo conuertit ad Dominum, permanetque fructificatio diuinae laudis illic vsque in hodiernum diem.* Eadem fere verba sunt ALBERTI STADENSIS *ad a. 1118.* GOBELINVS PERSONA *Cosmodr. at. VI. cap. LVIII.* KRANTZIVS *Vandalia lib. III. cap. XXVIII.* BRVSCHIVS *de episc. Bambergensibus n. 7.* MICRAELIVS *Chron. Pomer. lib. II. cap. LXIX. sqq.* CRAMERVS *Chron. Pomer. lib. I.* PAVLVS FRIEDEBORN *Chron. Stetin. lib. I.* Extat eiusdem vita a coæuo Scriptore elaborata in CANISII Tomo secundo Lectionum antiquarum.

87) Vid. IO. CHAPEAVVILLE collectio de Pontificibus Tungrensibus, Traiectensibus & Leodiensibus.

88) HERTZOGS *Elsassische Chronic lib. IV. pag. 66.* KÖNIGSHOVEN *Elsassische Chronic c. IV. p. 233.* ERKENBALDI, WIMPHELINGI & GVILLIMANNI Catalogus Episcoporum Argentoratensium.

89) WALAFRIDVS STRABO *de vita S. Galli lib. I. cap. IV.* de vtrisque ita loquitur: *sancti igitur homines cum cœpissent inter illos habitare, docebant eos adorare Patrem, filium & Spiritum Sanctum, & custodire fidei veritatem. B. quoque Gallus sancti viri discipulus Zelo pietatis armatus, fana in quibus Daemoniis sacrificabant, igni succendit, & quaecunque inuenit oblata demersit in lacum.* De hisce Germanorum apostolis agit IOAN. VLR. PREGITZER *Suevia & Wurtenbergia Sacra p. 2. sqq.*

SECTIO TERTIA
DE
STATV CIVILI, MILITARI, OECONOMICO VETERVM GERMANORVM.

§. I. Ciuilis Status ipsam Reip. Germanica gubernationem comprehendit. §. II. Germania non secundum prouincias, sed secundum populos distinguebatur. §. III. In singulis populis consideranda Ciuitas, Pagus, Vicus. §. IV. Germanorum Vici. §. V. Sæpius terminantur in born, feld, wald, hayn, berg, dorf, haussen, stetten, heim, leue, ingen, brück, furt, magus, burg, stein &c. §. VI. In Germania magna primis temporibus vrbes non erant. §. VII. Romani in Germania cis Rhenana vrbes condere cœperunt. §. VIII. In Germania magna a seculo quinto castra cœperunt & emporia. §. IX. Vrbium Germania magna origo potissimum Carolo M. & Henrico Aucupi tribuenda. §. X. Constitutio terra Germanicæ. §. XI. Forma politica Germania Rerumpublicarum. §. XII. Reges & Duces Germanorum. §. XIII. Germanorum Principes. §. XIV. Classes Germanorum faciebant Nobiles, Ingenui, Liberti, Seruique. §. XV. Nobiles & stirps regia quæ. §. XVI. Ingenui qua ratione constituti. §. XVII. Serui Germanorum. §. XVIII. Comitia Germanorum. §. XIX. Leges Germanorum. §. XX. Iudicia Germanorum & Pœna. §. XXI. Militia studebant Germani & latrociniis. §. XXII. Horum æmulatio inter Duces & Comites. §. XXIII. Arma Germanorum. §. XXIV. Equi & equites. §. XXV. Castra, acies, prœlia Germanorum, & in iis mulieres præsentes. §. XXVI. Educatio Germanorum. §. XXVII. Agrorum mutatio. §. XXVIII. Lauandi mos & capitis ornatus. §. XXIX. Vestitus Germanorum. §. XXX. Cibus, potus & Conuiuia. §. XXXI. Germani venationi & otio vacabant, nandi etiam erant peritissimi. §. XXXII. Germanorum fides, hospitalitas & munera quæ capiebant. §. XXXIII. Studia illorum, metalla, commercia. §. XXXIV. Germanorum Matrimonia & Dos. §. XXXV. Adulteria rara. §. XXXVI. Heredes & agnati. §. XXXVII. Amicitiam & inimicitiam propinqui habebant communem. §. XXXVIII. Spectacula. §. XXXIX. Funera Germanorum.

§. I.

POst Statum ecclesiasticum sequitur Ciuilis, qui omnem in se comprehendit constitutionem Reipublicæ Germanicæ. Hæc vero vel generatim considerata, ipsam dispositionem Reipublicæ ciuilem vel formam politicam, vel Regimen atque administrationem publici Status concernit.

§. II. In generali Reipublicæ Germanicæ dispositione considerandum, Germaniam non integrum interque se nexum Reipublicæ Systema constituisse, prout Status est hodiernus, sed in ipsa Germania tot fuisse speciales Respublicas, quot populos. Nec enim in prouincias 1) Germania erat diuisa, prout hodie, sed in populos, quorum quisque suum constituebat Regimen speciale atque independens. Nec quidpiam inter se commune habebant Germaniæ populi, nisi in quantum speciali fœdere se inuicem sociarent. 2) Nolumus iam in recensendis Germaniæ populis, horumque sedibus adsignandis esse prolixi, cum hoc ad orbis saltim Notitiam faciat, quam non scribimus, & ab aliis iamdum fuerit præstitum, 3) saltim describemus, quid ad historiam faciat populorum.

§. III. In quolibet vero populo tria veniunt consideranda, CIVITAS, PAGVS & VICVS. CIVITAS integrum notabat populum. 4) Singulas diuidebant in certos PAGOS, hic

1) TACITVS, vbi de Germanis loquitur, semper eosdem secundum gentes distinguit. Sic, postquam in commune de Germanis dixerat, transitum facit capite XXVII. ad populos speciales his verbis: *hæc in commune de omnium Germanorum origine ac moribus accepimus: nunc singularum gentium instituta, ritusque quatenus differant: quæ nationes e Germania in Gallias commigrauerint, expediam.* Hinc nomina quidem Germanicarum gentium sunt nota, Catti, Vbii, Cimbri, Cherusci, Vsipii, Bructeri & sic porro, nunquam vero horum terra dicitur Cattia, Vbia, Cimbria, Cheruscia, Vsipia, Bructeria. Licet posteriori tempore illorum, quorum nomen antiquum fuit reseruatum, terra ab iisdem nomen sortitetur, prout videmus in Boiis, Thuringis, Francis, Sueuis, quorum terræ, postquam isti populi libertatem suam amisissent, atque sub Francorum regimen redactæ, dictæ Boioaria, Thuringia, Francia, Sueuia.

2) Adgnouit illud MONZAMBANO, dum c. I. §. 2. ita loquitur: *tam vastum terrarum spatium complures quondam populi insedere, numero inprimis & robore virorum validissimi. Quorum singuli tamen fere suam sibi ciuitatem constituebant a reliquis distinctam, nisi quas lingua morumque similitudo, communisque origo iungebat.*

3) Egerunt de hoc præter TACITVM *de Moribus Germanorum*, PHIL. CLVVERVS *in Germania antiqua*, CHRISTOPH. CELLARIVS *in Notitia Orbis antiqui*, IO. WERLHOFIVS in *Specimine primo Notitia Imperii enucleata.* IO. NIC. HERTIVS *Notitia Veteris Germaniæ Populorum.* HADRIANVS VALESIVS *notitia Galliarum*, & IACOBVS CAROLVS SPENERVS in *Notitia Germaniæ antiqua.*

4) Sic CAESAR VI. de B. G. c. XXIII. *Ciuitatibus maxima laus est, quam latissimas circum se vastatis finibus solitudines habere, hoc proprium virtutis existimant, expulsos agris finitimos cedere, neque quemquam prope se audere consistere.* TACITVS de M. G. cap. XIV. ciuitatem atque nationem habet pro synonimis, dum ait: *Si ciuitas, in qua orti sunt, longa pace & otio torpeat, plerique nobilium adolescentium petunt vltro eas nationes, quæ tum bellum aliquod gerunt.* Sic CAESAR VI. de B. G. cap. XI. dicit: *in Gallia non solum in omnibus ciuitatibus atque pagis, partibusque sed pene etiam in singulis domibus factiones sunt.* Hinc CAESAR I. de B. G. cap. XII. *omnis ciuitas Heluetia in quatuor pagos diuisa est.* Et paullo post: *quæ pars ciuitatis Heluetiæ insignem calamitatem Populo Romano intulerat.* Sic TACITVS *de M. G. cap. XLI.* ciuitatem dixit

 Hermun-

hic vero certam aliquam regionem ſiue diſtrictum denotabat, 5) qui modo maior erat, modo minor, atque idem quod Helueti vocant *ein Canton.* Hinc etiam ab antiquis ſæpe prouinciæ atque regiones adpellantur. Germani easdem vocabant *Gouas*, 6) quare tot superſunt adhuc prouinciæ atque regiones, quæ in *gau* deſinunt, vtpote *das Rheingau*, *Breysgau*, *Sundgau*, *Wasgau*, *Turgau*, *Algau*, *Ergau*, *Speiergau*, *Creichgau*, *Zürchau*, *Nordgau*, *Hennegau*, quæ ex iſtis gouis nomen & originem traxere. Quælibet Goua diuiſa erat in ſuas *Hundredas*, 7) quas Romani *Centenas* vocabant, quæ a centum circum circa familiis, quæ continebant, denominabantur, iisdemque Centeni 8) præerant: Ex quo apud Francos iudicia Centenæ, *die Centgerichte*, ſiue criminalia orta fuiſſe videntur. 9)

§. IV.

Hermundurorum de Cimbris c. XXXVII. ait: *parua nunc ciuitas, ſed gloria ingens.* Eadem ratione TACITVS *Ann. XIII. cap. LVII.* Ciuitati Iuhonum villas, vicos & arua tribuit, dum ait: *Sed ciuitas Iuhonum ſocia nobis, malo improuiſo adflicta eſt. Nam ignes terra editi, villas, arua, vicos paſſim corripiebant, ferebanturque in ipſa condita nuper Coloniæ mœnia.* Ciuitas Brigantum in Britannia eidem dicitur AGRICOLA *cap. XVII.* Sic etiam dum in Notitia Galliarum apud du CHESNE *Tom. I. pag. 4.* ſub ſingulis Prouinciis ciuitates memorantur, intelliguntur cum agro ſuo & diſtrictu, prout Belgis hodie dicitur *eine Caſtellaney.*

5) Sic diſtinguit TACITVS de M. G. *c. XXI.* pagos vicosque, dum ait: *eliguntur in iisdem conciliis & principes, qui iura per pagos vicosque reddunt.* Optime in hanc rem HENR. BEBELIVS in ſpicilegio pag. 126. *Pagus videtur a nobis dici vulgo Pach, id eſt riuus, vel villæ multæ iuxta riuos poſitæ. πηγὴ enim latine fons dicitur: & (vt dicit* SERVIVS II. *Georg.) Pagi ἀπὸ τῶν πηγῶν, id eſt a fontibus dicuntur, circa quos villæ conſueuerunt condi. Vnde non eſt credendum, quod centum tantum fuerint pagi Sueuorum, id eſt villæ, qui (vt Cæſar & multi alii teſtes ſunt) quotannis centena millia hominum in bellum mittebant: ſed Pagum intelligo tractum alicuius totius fontis & fluuii, ex quo illi pagum communiter habebant, mille homines educebantur. Quis enim crederet Sueuiam latiſſimam Germaniæ partem centum tantum pagis, etiamſi pro ampliſſimis vrbibus accipias, contentam fuiſſe?* Durauit hic mos ad mediam ætatem vsque; Hinc in diplomatibus atque donationibus monaſteriis conceſſis, ſemper pagus atque Comitatus, in quo terræ donatæ fuerunt ſitæ, exprimitur. Deſiit vero hoc nomen Pagorum, poſtquam terræ factæ fuerunt hæreditariæ, atque Pagi in Ducatus & Comitatus fuerunt immutati. Plenius de iisdem egerunt CLVVERVS *G. A. lib. I. cap. XIII. pag. 113.* ANDR. ALTHAMMERVS *in Taciti Germaniam pag. 29.* STVMPF *Chron. Helvetiæ lib. VII. cap. XXI.* MARQVARDVS FREHERVS *Origg. Palatinis lib. I. cap. V.* qui Catalogum Pagorum Germaniæ ſub Carolingis exhibet, & pagum Rhenenſem vberius explicat. De pagis Saxoniæ ſpeciatim egit HENRICVS MEIBOMIVS. De pagis Thuringiæ SAGITTARIVS *antiquit. Thur. lib. IV. cap. II.* Spicilegium addidit CHRISTIANVS FRANCISCVS PAVLLINI Tractatu ſuo de Pagis inprimis Antiquæ Saxoniæ. Vid. etiam Gloſſarium du CANGE & SPELMANNI, BIGNONIVS *notis ad Marculphum c. XXVIII.*

6) Diſtinguebantur inter ſe *au* & *gau*, illud campum ſiue paſcuum, hoc diſtrictum, regionem notabat. Ab vtraque voce regiones denominantur. De prima GROTIVS proleg. ad Scriptores Hiſt. Goth. p. 3. *ex Scandia autem addito au vocabulo quod terram ſignificat (vt oſtendunt Morau, Betau, Naſſau, Velau, aliaque infinita nomina) factum eſt Scandinauia vocabulum, ad modum nominis Batauiæ ſimiliumque, quomodo & Auſtrauia Plinio, id eſt Ooſterau, terra Orientalis ea eſt quam nunc Eſtoniam dicimus, pronuntiatione ad Saxonicam propius accedente, vt mox dicetur.* De Gouis vero egit LEHMANN *Chron. Spir. lib. I. cap. XVIII.* FREHERVS & SAGITTARIVS *c. l.* SCHOTTEL *von unterſchiedlichen Rechten in Teutſchland cap. XII.*

7) Optime hanc in rem B. RHENANVS rer. Germ. lib. II. p. 263. *regiones ipſæ per Centenas diſtinctæ erant, vnde Centenarii nomen. Is magiſtratus Centenæ præſidebat Comiti ſubiectus. Proxime Heidelbergam adhuc apparet Centenæ veſtigium in aliquot pagis, & manſit vocabulum. Nam Franci in gubernanda plebe Romanorum conſuetudinem in Galliis repertam etiam ad alios populos vna cum ipſis vocabulis tranſtulerunt.* Putat itaque vocem Centenæ a Romanis ad Germanos fuiſſe traductam. Sunt tamen e contrario alii, qui originem vocis vernaculam fuiſſe autumant, vt MARQVARDVS FREHERVS *lib. I. cap. V.* BESOLDVS *Theſ. pract. voce zehend & Centbarliche Obrigkeit* a Germanico *zehend* ducit, quod contracte *Cent* dicatur. Hinc idem ad verba diplomatis Adolphi Imp. Monaſterio Steinheimenſi conceſſo: *demum volumus & firmiter inhibemus, ne aliquis caſtrum, vel munitionem aliquam in terminis decimarum ipſius Monaſterii ædificet vel inſtauret.* Ita *Docum. Würtenberg. pag. 388.* commentatur. *Decimæ hic ſumuntur pro territorio.* Quemadmodum etiam nos hodie *eines Dorffs oder Stadt zehenden* vocamus *den Bezirck, ſo weit die Bawgüter eines Dorffs oder Stadt gehen, und der zehend daſelbſt hin gereichet wird. Et forſan hinc deſcendit Cendt, hoc eſt diſtrictus criminalis iurisdictionis.* Sequitur eundem PHIL. KNIPSCHILD *de Iure Ciuitatum Imperialium lib. II. cap. VI. n. 453.* & SCHILTERVS *Exerc. ad π. VI. §. XI.* Licet haut adeo adſentiri velit Auctor *der Lindauiſchen Deduction p. 550.* Horum opinionem quidem, tanquam abſonam reiicit SCHOTTELIVS, & vocem *Cent* radicem Germanicam eſſe putat, & vocem primitiuam, vnde multa oriantur compoſita. Verum, dum Tacitus Gouas Germanorum Romano vocabulo pagos adpellauerit, alias etiam adpellationes Romano more extulerit, facile credimus, idem cum Centenis factum, quæ Germanis dicebantur *hundreda.* Claris verbis illud Scriptores Anglorum de Aelfredo rege dicunt, quod regnum in centurias, quas *Hundred* dicebant, diuiſerit. Sic GVIL. MALMESBVR. lib. II. de G. Angl. c. IV. *& quia occaſione barbarorum indigenæ etiam in rapinas anhelauerant, adeo vt nulli tutus commeatus eſſet ſine armorum præſidio, centurias, quas Hundred dicunt, & decimas, quas Trithingas vocant, inſtituit, vt omnis Anglus legaliter duntaxat viuens haberet & centuriam & decimam.* INGVLPHVS *Comitatus in centurias, id eſt, hundredas, & in decimas, id eſt, in trithingas diuiſit.* IO. BROMTON Chronico p. 818. *Aluredus rex inter fremitus armorum leges tulit, & Centurias quas Hundredas dicunt, & decurias quas Trithingas vocant, inſtituit.* Vid. & IO. SPELMANNI *vita Aelfredi p. 74.* Quod autem in Legibus Germanorum ſemper dicatur Centena, ratio hæc eſt, quod horum leges idiomate latino erant conſcriptæ, Angli vero qui vernaculo ſermone etiam in legibus vtebantur, vocant *hundred.* Vid. du CANGE & SPELMANNI Gloſſarium.

8) TACITVS de M. G. c. XII. *Centeni ſinguli ex plebe Comites, conſilium ſimul & auctoritas, adſunt.*

9) *Lowenſteiniſch Gegenbericht contra Würtzburg*

§. IV. Succedunt VICI Germanorum, quos optime TACITI verbis describemus: 10) *nullas Germanorum populis vrbes habitari, satis notum est, ne pati quidem inter se iunctas sedes. Colunt discreti ac diuersi, vt fons, vt campus, vt nemus placuit. Vicos locant, non in nostrum morem, connexis & cohaerentibus aedificiis: suam quisque domum spatio circumdat, siue aduersus casus ignis remedium, siue inscitia aedificandi. Ne caementorum quidem apud illos, aut tegularum vsus. Materia ad omnia vtuntur informi, & citra speciem aut delectationem. Quaedam loca diligentius illinunt terra, ita pura ac splendente, vt picturam & lineamenta colorum imitentur. Solent & subterraneos specus aperire, eosque multo insuper fimo onerant, suffugium hiemi & receptaculum frugibus: quia rigorem frigorum eiusmodi locis molliunt, & si quando hostis aduenit, aperta populatur, abdita autem & defossa ignorantur, aut eo ipso fallunt, quod quaerenda sunt.* Tuguria itaque erant informia, rudi materia, & leui opera erecta, stramine tecta, qualia adhuc in pagis esse solent. 11)

§. V. Dum autem coluerint discreti, vt fons, vt campus, vt nemus placuit, occasionem hoc dedit vicorum nomina in *born*, *feld* & *wald* terminandi, 12) qualia antiquissimorum locorum adhuc supersunt. Accesserunt postea a lucis terminationes in *bayn*, a montibus in *berg*, *fels*, a vallibus *Thal*, a noualibus *Rode* 13) vel *Reuth*, vel ab ipso vici nomine vernacula in *dorf*. Saepius quoque addito populi, conditoris, domini, vel situs nomine terminantur in *hausen*, 14) *stetten*, *heim*, 15) quod idem est ac *heimath*, *leve* 16) quod idem ac *lobium*, 17) *laube*, habitaculum, domicilium. Quaedam oppida ad Rhenum & Danubium in *ingen*, 18) quod posteritatem notabat, terminantur: multae in *au*, quod pascua notat fertilia. Variae vrbes a ponte connexo terminantur in *bruck*, 19) vel a traiectu in *furd*, 20) de quo etiam Cluuerus vrbes in *Magus* vel *Magum* terminantes intelligit,

burg cap. XII. pag. 307. Lindanische Deduction p. 550. SCHOTTEL *von unterschiedlichen Rechten cap. VII.* SCHILTER *Exerc. ad* ꝟ. *VI. §. XI.*

10) *de M. G. cap. XVI.* Sic etiam aedificia Germanorum, Gallorum similia describit CAESAR VI. *de B. G. cap. XXX. sed hoc eo factum est, quod aedificio circumdato silua, (vt sunt fere domicilia Gallorum, qui vitandi aestus caussa, plerumque siluarum ac fluminum petunt propinquitates.)* HERODIANVS *lib. VII. cap. II. ita de iisdem:* λίθοι μὲν γὰρ παρ' αὐτοῖς ἢ πλίνθοι ὀπταὶ σπάνις· ὕλαι δ' εὔδενδροι, ὅθεν ξύλων οὔσης εὐπορίας, συμπηγνύντες αὐτὰ καὶ ἁρμόζοντες, σκηνοποιοῦνται, *rara apud eosdem structura e lapide ac lateribus coctilibus, densisque potius siluis, quorum confixis coagmentatisque lignis, quaedam quasi tabernacula aedificant.*

11) Sic enim de Germanis STRABO *lib. VII. pag. 291.* quod illorum mos sit ἐν καλυβίοις οἰκεῖν ἐφήμερον ἔχουσι παρασκευήν, *in casis habitare, structura in vnum diem constantibus.* De Gallis CAESAR lib. V. cap. LXIII. *ferrefacta iacula in casas, quae more Gallico stramentis erant tectae, iacere coeperunt.*

12) Vid. etiam CLVVERVS *lib. I. cap. XIII. pag. 106.* Adde HENR. MEIBOMII Programma publicis in Taciti Germaniam Lectionibus praemissum *Helmst. 1686. 4.*

13) *Rode*, Noualia, inde *umbroden.* Sic Gernrode oppidum Anhaltinum, vocatur Geronis rothe in Priuilegio Ottonis M. de a. 961. apud LÜNIGIVM *Spicil. Eccl. Tom. III. Suppl. p. 78.* In Priuilegio Ottonis IV. Monasterio Walckenriedensi apud LÜNIGIVM *p. 647. villa, quae dicitur Roth, siue nouale.*

14) Patet hoc ex *Sachsenhausen*, quod Francofurto ad Moenum per pontem iungitur, & nihil aliud erat quam Saxonum habitatio. Sic *Franckenhausen* Schwartzburgicorum, idem ac Francorum habitatio. BROTVFF *Anhalt. Geneal. lib. I. cap. XIV.* Inde etiam *Sondershausen* a diuisione Francos inter atque Saxones facta, denominatam vult SAGITTARIVS *Antiqq. regni Thuringici lib. II. cap. XII. §. 21.* A populo autem loca fuisse denominata, testatur castrum *Sachsenburg* ad Vnstrutam, de quo HIST. LANDGRAV. THVR. cap. V. *Theodoricus rex* (Francorum) *dedit duci Saxonum in terra Thuringia quicquid vltra Vnstrud situm est, versus montana Hartz, quam terram pluribus annis habuerunt, & pro defensione huius partis aedificauit castrum, quod nominauerunt secundum nomen suum Saxenburg.* Idem confirmat BROTVFF *Anhaltische Chronic lib. I. c. II.* Ab hac diuisione etiam vicum Schidingem ad Vnstrutam nomen esse sortitum autumat SAGITTARIVS *Antiqq. Regni Thuring. lib. II. c. XII. §. 15.*

15) Haec Terminatio ad Rhenum potissimum, frequens est, e. g. *Heidersheim*, *Ensisheim*, *Turckheim*, *Obernheim*, *Drusenheim*, *Rosheim*, *Sintzheim*, *Mannheim*, *Pfortzheim*, *Oppenheim*, *Germersheim.*

16) In ducatu Magdeburgico & huius vicinia, haec terminatio frequens & plerumque pronuntiari solet *leben. Arxleben*, *Ascbersleben*, *Barleben*, *Ebeleben*, *Gardeleben*, *Wandesleben*, *Todeleben.*

17) Lobium enim vox mediae aetatis saepius occurrit. FVLCVINVS *de Gestis Abbatum Lobiensium* apud du FRESNE in Glossario: *fieri iusserat obumbraculum ad temperandum solis astum, quod Lobium vocant.* Glossae MStae Florentinae *Vmbraculum, louba.* PAPIAS: *Tempes laubia vulgo dicitur, ab arborum frontibus, vulgo laub.* Inde etiam hodie adhuc dicimus *eine Sommerlaube.* Adde ECCARDVM *ad Legem Salicam pag. 101.* Licet postmodum saltus Thuringicus adpellatus fuerit *Loiba*, *Louba*, prout POLYCARPVS LEYSERVS in Commentatione *de Lachis Loubae* demonstrauit, LEIBNITIVS *Introduct. ad Script. Hist. Brunsuic. Tom. II. n. 24.*

18) e. g. *Hüningen*, *Friedlingen*, *Eppingen*, *Reutlingen*, *Leiningen*, *Finstringen*, *Criehingen*, *Putlingen:* Has a certis familiis sic denominari tradit RHENANVS rer. Germ. lib. III. p. 422. *apud Germanos vicis & arcibus nomina plerumque familiae nobiles indiderunt, vt Quendelingi in Saxonia Quendelingeburgo. Tubingi, Reutelingi, Ezelingi, Geppingi, Geiselingi in Alemannia memoriam sui reliquere vicis constructis, quae hodie oppida videmus. Nortlingi in Nordgonia habitantes, vnde & nomen nacti sunt, conlatis domiciliis Nordlingen oppidum constituerunt. Et sic de multis aliis. Non aliter oppidulum Selestadio proximum, hodie Gemar dictum, in Diplomate Caroli Magni quo Lebrabensis coenobii institutionem a Volrado factam, approbat, nominatur Gamaringa, a nobili aliqua gente Gamaringorum. Arbitror vero Colmarium primum Colmaringam appellatam a Colmaringis. Nam hac terminatione gaudebant olim Franci & Alemanni, imo Germani omnes.*

19) *Inspruck*, *Saarbrück*, *Zweybrück.* Vid. CLVVERVS G. A. lib. I. c. VII. p. 64.

20) *Francfurt*, *Sueinfurt*, *Tresurt*, *Ochsenfurt*, *Erfurt.* Belgae a voce traiectum terminant in *trecht*, vt *Maestricht* Traiectus ad Mosam, *Vtrecht*, Traiectus ad Rhenum.

21) CLV-

git, quod idem esse vult, ac vadum 21) Posteriori æuo vrbes munitæ & castella terminabantur in *burg*, 22) arces montanæ in *stein*. 23) In nostra vicinia plures vici terminantur in *itz*, 24) quæ originem suam habent a Sorabis & Vinidis.

§. VI. Vrbes sua ætate Germanis denegat TACITVS, videndum igitur, quando istæ cœperint. Sunt equidem, qui etiam Taciti ætate Germanis vrbes fuisse contendant, cum CAESAR apud Vbios, Sueuosque oppida memoret, 25) PTOLEMAEVS amplius nonaginta in Germania magna loca recenseat *πόλεων* nomine. Attamen, licet oppidum plerumque dicatur de vrbe, generalis tamen vox erat, quæ etiam locum notaret habitatum quidem, sed muris non circumdatum. 26) Sic etiam *πόλις* in generali sensu & vrbem & vicum notat. 27) Hinc potius adserimus, vrbes, siue loca muris circumdata in Germania Magna, seu trans Rhenana, quam Romani vocabant, ante Caroli M. tempora non fuisse, vicos saltim & villas, cum quibusdam castellis. Istæ iura habebant ciuitatum, ciuitates etiam media ætate dicebantur, 28) & negotia exercebant, prout in Capitularibus Caroli M. referuntur Erfurtia, Magdeburgum, Bardeuicum, 29) & vel mediatæ erant in Ducatibus, vel immediatæ in terris immediatis, atque adpellabantur villæ regiæ vel regales. 30) Immo tam exosæ erant vrbes apud Germanos, vt dum Vbii, postquam Rhenum traducti, Coloniam Agrippinensem in ripa conderent, ab ipsis postularent, vt muros coloniæ, munimenta seruitii detrahant. 31)

§. VII. Romani vero, dum in Germania cisRhenana a Iulii Cæsaris temporibus maiores indies facerent progressus, primi etiam vrbes, deductis coloniis, condere cœperunt. Plures in eadem vrbes & castella fuisse, patet ex historia Drusi, qui quinquaginta amplius castella per Rheni ripam direxit. 32) Hinc etiam Constantii Imp. temporibus Franci, & Alemanni & Saxones quadraginta vrbes ad Rhenum sitas deuastasse dicuntur. 33) Potiores inter easdem memorat AMMIANVS MARCELLINVS, Argentoratum, Brotomagum, Tabernas, Salisonem, Nemetas & Vangionas & Moguntiacum, quorum territoria quidem Germani transrhenani occupantes inhabitauerint, licet ipsa oppida vt circumdata retiis busta declinauerint. 34)

§. VIII. In Germania vero magna vix ante seculum quintum vrbes reperiemus, nisi quousque Romani venerant. Initium fiebat a castris siue burgis, quæ ad defensionem extrue-

21) CLVVERVS c. l. pag. 65. *In Germania cisRhenana Nouiomagus Batauorum, nunc Nieumagen, Nouiomagus Treuerorum, nunc Neumagen, Nouiomagus Nemetum, nunc Speir; Vbiorum Marcomagus, & Rigomagus & Durnomagus; nunc Düren, Reimagen & Dursmagen, quæ cuncta ad amnes posita.*

22) Vt *Magdeburg, Hamburg, Lüneburg, Sachsenburg.*

23) Tales ad Rhenum plures reperiuntur *Rappoltstein, Lützelstein, Fleckenstein, Rheingrafenstein, Falckenstein, Obernstein.*

24) Vt *Cunitz, Geschwitz, Closwitz, Steudnitz, Osmaritz, Beutnitz, Brisnitz.* Sorabos enim in terra Orientali inter Salam & Albim sedes suas habuisse testatur SAGITTARIVS *antiquit. Regni Thuringici lib. I. c. IV. §. 45. & antiqq. Duc. Thuring. lib. IV. cap. XX.*

25) CAESAR de B. G. IV. cap. XIX. *Sueuos, postquam per exploratores pontem fieri comperissent, more suo, consilio habito, nuncios in omnes partes dimisisse, vti de opidis demigrarent, libertos, vxores, suaque omnia in siluas deponerent*, vbi Metaphrastes Græcus *πόλεων* habet. Idem VI. de B. G. cap. X. de Vbiis, dum adhuc in Germania Magna habitarent: *Vbiis imperat, vt pecora deducant, suaque omnia ex agris in oppida conferant*, vbi Græcus Metaphrasta habet *εἰς τὰς πόλεις.*

26) Sic PLAVTVS in Persa act. IV. sc. IV. *id quod vidisti, vt munitum muro tibi visum est oppidum?* Vid. CONRING *de Vrb. German. §. XXI.*

27) Patet hoc satis clare ex HERODIANO *Lib. VII. cap. II.* qui in expeditione Maximini Germanica *πόλεις* vocat, quas modo *κώμας* dixerat. *τάς τε κώμας ἐμπιπρὰς, διαρπάζειν ἐδίδου τῷ στρατῷ· εὐαναλωτότατα γὰρ τὸ πῦρ ἐπινέμεται τάς τε πόλεις αὐτῶν ἃς ἔχουσι, καὶ τὰς οἰκήσεις ἁπάσας, vicos omnes incendendos diripiendosque militibus tradebat. Sunt autem vrbes ædificiaque illa maxime incendiis obnoxia.*

28) Hinc sæpius in Capitularibus dicitur, *vt Episcopi sint in Ciuitatibus non in villulis vel agris, vt Synodo Vernensi sub Pipino 755. Capitul. lib. I. cap. XVII.*

29) Capit. lib. III. cap. VI. *de negotiatoribus, qui partibus Slauorum vel Auarorum pergunt, quousque procedere cum suis negotiis debeant, id est partibus Saxoniæ vsque ad Bardenwich. & ad Magadeburg, & ad Erpesfurt, & ad Halaxstat, & ad Forachheim, & ad Breemberg, & ad Reginisburg & ad Lauriacum.* OTHLONVS quidem de vita Bonifacii lib. II. c. II. de Erphesfurt dicit, quæ fuit iam olim vrbs paganorum rusticorum. Ast, vixit Othlonus post medium seculi XI. quo iam multæ apud Germanos vrbes, vt ideo vrbem pro suo temporis statu adpellet, quæ tunc adhuc erat ciuitas. Idem dicendum de Bardeuico, quæ antiquissima quidem non vrbs, sed ciuitas. Hinc etiam POETA ANONYMVS *de vita Caroli M. ad a. 795.* eandem vocat vicum nobilem. Plenius de hoc egerunt MEIBOMIVS, SAGITTARIVS in *Historia Bardeuici* & CHRISTIAN SCHLÖPKE *in Chronico Bardeuicensi.*

30) MABILLONIVS *de re Diplom. lib. IV. ineunte*, du FRESNE *Glossario Tom. III. pag. 1332.* SYNT. IVR. PVBL. *cap. IX. §. 3.*

31) TACITVS Hist. IV. cap. LXIV. *sed vt amicitia societasque nostra in æternum rata sint: postulamus a vobis, muros coloniæ, munimenta seruitii, detrahatis, etiam fera animalia, si clausa teneas, virtutis obliuiscuntur.*

32) FLORVS lib. IV. c. XII. de Druso: *præterea in tutelam prouinciarum præsidia atque custodias vbique disposuit: per Mosam flumen; per Albim, per Visurgim. Nam per Rheni quidem ripam quinquaginta amplius castella direxit.*

33) ZOSIMVS *lib. III. ineunte.* LIBANIVS vero in oratione consulari ad Iulianum 45. vrbes captas fuisse dicit. Idem tradit IVLIANVS *epist. ad Athen. p. 511.*

34) Verba sunt AMMIANI MARCELLINI *lib. XVI. cap. III.* Plura de antiquissimis Germaniæ vrbibus habet B. RHENANVS *rer. German. libro tertio.*

truebant. Tale erat Dispargum, Francorum castrum, de quo superius 35) iam fuit dictum. Sic etiam Würtzburgum castellum dicitur. 36) Thuringorum vrbs munita Schidinga ad Vnstrutam. 37) Saxonum castra erant Sachsenburgum, & apud Westfalos Eresberg & Sigeberg. 38) Addidit Carolus M. per legatos suos duo castella contra Slauorum incursiones, inter hæc Huobbuocki 39) erat, quod Albertus Stadensis 40) pro Hamburgo explicat. Cis Danubium eminuit potissimum Augusta Vindelicorum. Sic Ratisbona Tiberii monumentum dicitur, Iuuauia, nunc Salisburgum Hadriani, Laureacum Aureliani. 41) Maxime vero Venedi circa vrbes exstruendas erant solliciti, inter quas potissimum Pomeraniæ Iulinum, Wineta & Arcona memoratur, licet non denegauerim, Venedos maris accolas diuersas quidem habuisse ciuitates atque emporia, has tamen vrbes fuisse non plane constat. 42)

§. IX. Maiora vero in Germania magna vrbibus fundamenta dedisse videtur, quod Carolus M. monasteria muris circumduxerit, vt eadem contra barbarorum iniurias defenderet, 43) inde Episcopis, qui in ciuitatibus saltim sedebant, 44) idem sine dubio fuit concessum. Potissimum vero vrbium fundamentum dedit Henricus Auceps. Hic enim videns, Germaniam incursionibus gentium barbararum patere, non solum ad defendendos fines, Marchias instituit, sed etiam vrbes muniuit, vt tutum præberent receptaculum, & hostes irruentes detinerent, ordinauit etiam, vt octo agrariorum ad colendum agrum in villis remanerent, nonus vero in vrbe moraretur, & quidem, vt tertia pars frugum in vrbe reseruaretur, vt in bello nihil alicui deesset, vrbesque rebus & viris plenæ essent. Inde plures vrbes ad salutem regni fabricauit, 45) inter quas Misna, Quedlinburgum & Merseburgum præcipue memorantur. 46)

§. X. Terræ Germanorum 47) aliquantum quidem specie differebant, in vniuersum tamen aut syluis horridæ, aut paludibus erant fœdæ. 48) Inter has potissimum sylua Her-

35) *Sect. I. §. 14.*

36) OTHLONVS *vita Bonifacii lib. I. c. II.*

37) WITTICHINDVS Ann. lib. I. pag. 631. *in vrbem, quæ dicitur Schidingi, sita super fluuium, qui dicitur Vnstrode.*

38) De his in historia Caroli M. vbi de ipsius bello Saxonico sermo erit, dicetur.

39) De his EGINHARDVS *Annalibus ad a. 808. Imperator vero ædificatis per Legatos suos super Albim fluuium duobus castellis præsidioque in eis contra Slauorum incursiones disposito, Aquisgrani hyemauit, Natalemque Domini & Pascha celebrauit.* Idem ad a. 810. *Castellum nomine Hochbuchi Albi flumini contiguum, in quo Odo legatus Imperatoris, & Orientalium Saxonum erat præsidium a Wilsis captum* ad a. 811. *Castellum Hochbuochi superiore anno a Wilsis destructum in ripa Albis fluminis restaurauit.* Quæ de a. 810. & 811. dicuntur, confirmant ANNALES FRANCORVM FVLDENSIVM, Eginhardum vero plane transcribunt ANNALES BERTINIANI, METENSES & REGINO. CHRONICON MOISSIACENSE vero *Et Karolus Imperator misit scaras suas ad Marchas vbi necesse fuit, & mandauit ciuitatem ædificare vltra Albiam, in loco qui dicitur Esseveldoburg, & mandauit illis hominibus, qui custodirent ciuitatem.* Et ad a. 811. *& ædificauerunt iterum castella in loco qui dicitur Abochi.*

40) ad a. 810. & 811. *Castellum Hochburi quod nunc Hamburg dicitur.* Vid. LAMBECIVS *Origg. Hamburg. lib. I. p. 2.* & Chronologia *n. I.*

41) VELSERVS *Rer. Boic. lib. III. p. 90.*

42) Multa de his tanquam vrbibus vetustissimis memorantur. Winetam quidem late describit HELMOLDVS *lib. I. cap. II.* MICRAELIVS *lib. II. num. 15.* RANGO *Pomerania diplomatica pag. 293.* Verum, licet Helmoldus Winetam vrbem vocet pro statu suorum temporum, tamen plerumque Ciuitatem vocat. Iulianum KRANTZIO *Vandalia lib. II. cap. XXXIII.* dicitur *præclarum Wandalorum emporium, tantis opibus, tantis mercatorum negotiis frequens, vt vix aliud par illi tum Europa videret.* Sic etiam hæc celebratissima emporia fuisse tradit CHYTRÆVS *Saxonia pag. 10.* Simile erat, de quo ANNALES BERTINIANI ad a. 808. *Godefridus vero priusquam reuerteretur, destructo emporio, quod in Oceani littore constitutum lingua Danorum Reric dicebatur, & magnam Regno illius commoditatem vectigalium persolutione præstabat.* Id quod etiam ANNALES METENSES confirmant. Ciuitates itaque erant emporia celebratissima, non vero vrbes muris circumdatæ.

43) Sic etiam B. RHENANVS *rer. German. lib. II. pag. 302.* arbitratur, occasione cœnobiorum, in prouinciis Germaniæ oppida fieri cœpta. Idem sub Carolingis maxime adserit CONRING *de Vrb. Germ. §. XXVIII.*

44) Hinc ZACHARIAS Papa a. 742. ad Bonifacium scribit: *meminisse debes charissime, quid in sacris Canonibus præcipimur obseruare, vt minime per villulas vel modicas ciuitates Episcopos ordinemus, ne vilescat nomen Episcopi.* LEHMANN *Chron. Spir. lib. II. c. XVIII.* Vrbes etiam iam ante Henrici Aucupis tempora, licet rariores, fuisse in Germania, patet ex eo, quod WITTICHINDVS *lib. I. p. 637.* tradit, Vngaros vrbes & oppida incendio tradidisse. DITMARVS etiam quarundam vrbium facit mentionem, in quas transfugerint Germani.

45) WITTICHINDVS Ann. Sax. lib. I. p. 639. dum ait: *Henricus Rex accepta pace ab Vngaris ad nouem annos, quanta prudentia vigilauerit in muniendа patria, & in expugnando barbaras nationes, supra nostram est virtutem edicere, licet omnimodis non oporteat tacere. Et primum quidem ex agrariis militibus nonum quemque in vrbibus habitare fecit, vt cæteris confamiliaribus suis octo habitacula extrueret, frugum omnium tertiam partem exciperet seruaretque. Cæteri vero octo seminarent, & meterent, frugesque colligerent nono, & suis eas locis reconderent. Concilia & omnes conuentus atque conuiuia in vrbibus voluit celebrari, in quibus exstruendis die nocteque operam dabant, quatenus in pace discerent, qui contra hostes in necessitate facere debuissent. Vilia autem nulla extra vrbes fuerunt munia.* Eadem habent SIGEBERTVS GEMBLACENSIS *ad a. 925.* CONRAD. VRSPERGENSIS, GOBELINVS PERSONA *Cosmodromio æt. VI. c. XLVII.*

46) DITMARVS *lib. I. p. 328.*

47) Verba sunt TACITI *de M. G. c. V.*

48) Sic TACITVS *de M. G. cap. II.* Germaniam vocat *informem terris, asperam cœlo, tristem cultu aspectuque.* Sic etiam POMPONIVS MELA *lib. III. cap. III.* terra *ipsa multis impedita fluminibus multis montibus aspera*, & magna ex parte syluis ac paludibus inuia.

a Brenno, quem sub deo coluerit ignara plebecula, cum potius a voce *prawo*, ius, deducat ECCARDVS, 89) vt idem notet ac iustitiæ præsidem. Hinc etiam haut vana est BANGERTI coniectura, in ipsius luco vel fano examen ferri candentis fuisse peractum, quam superstitionem Wagri seruabant. Hoc demum a Geroldo Aldenburgensium episcopo fuit subuersum, propriaque eius manu cum dicato ei nemore excisum fuit, & combustum. 90)

§. XXIV. Polaborum siue Ratzeburgensium dea fuit SIWA. 91) Stabat illa vtraque manu in tergum reiecta, altera ouum cum folio viridi, pomum aureum altera tenens. Capilli per tergum ad poplites vsque fluebant. SCHEDIVS 92) quidem hanc alias *Symbullam* corrupte *Syebam* dictam fuisse autumat, quæ filia Sitalcis, regis Gothorum fuerit, Anthyrio Magno Herulorum regi nupta, quæ tanquam mater magna totius stirpis Vandalorum diuinitus fuerit culta. Ast, potius BANGERTVS 93) auctor est, hanc Polaborum fuisse Venerem, dum figura admodum conueniat, quæ in eodem monte fuerit culta, in quo postea ab Henrico Leone templum Cathedrale fuerit extructum. 94) Sic etiam Plunensium idolum PODAGA memoratur, cuius tamen figuram Scriptores non tradunt.

§. XXV. Celebre Obotritorum numen dicitur RADEGASTVS, 95) cuius sedes præcipua in vrbe Rethra Pomeranorum, 96) licet etiam Gadebuschi 97) eundem fuisse cultum, non solum reliquiæ, quæ ibidem adhuc ostenduntur, 98) sed etiam vicus vicinus, atque amnis oppidum adluens, hoc nomine Radegast insignitus, testantur. Immo, pluribus in locis cultum ipsum fuisse, haut incongruum est dicere. 99) Simulacrum eius auro, lectus ostro paratus. 100) Pectus clypeus, cui nigrum bubali caput impressum erat, tegebat. Manus securi militari armata, capiti auicula insidebat. Varia de Radegasti origine prædicantur, modo enim ex Græcia, modo ex Vandalia ducitur, modo ex Germania, a voce *rathen*, consilium dare & *Gast*. Alii vero Radagastum regem dicunt veterum Herulorum, militiæ laude insignem. 1) ECCARDVS 2) non idolum fuisse dicit, sed lucum saltim atque syluam sacram, auctoritate DITMARI non solum nisus, sed etiam quod vox *Gosd* Slauis syluam diis sacram denotet. Verum, cum ipse Ditmarus fani in eadem sylua repleti imaginibus, & signis Deorum Slauicorum, faciat mentionem, vix adsentimur. Potius ex ipso

89) *c. l. §. II.*

90) HELMOLDVS *lib. I. c. LXXXIII.*

91) HELMOLDVS *lib. I. cap. LII.* ex hoc KRANTZIVS *Vandalia lib. III. c. XXXVII.*

92) *Syngr. III. c. IX.*

93) Notis ad HELMOLDVM *pag. 127.* Adstipulatur MASIVS *cap. II. §. 6.* & ECCARDVS *c. l.* qui nomen hoc esse Sarmaticum dicit, *dziwa*, cuius deminutiuum *dziewic za* hodie adhuc esse dicit in vsu, & virginem significare Polonis. Accedit AEPINVS §. 17. qui etiam Mareschalli verba adducit in indice elucidar. voce Siwa: *Siua Dea Vandalorum Venus ipsa. Colebant illam Polabi cumprimis & Heruli, a qua Dea ciuitatula, quam nunc Siuam vel Schwaan appellant.*

94) HELMOLDVS *lib. I. c. LXXXIII.*

95) HELMOLDVS *lib. I. c. LII. Radigast Deus terra Obotritorum.* Sequitur KRANTZIVS *Vandalia III. c. XXXVII.*

96) ADAM. BREMENSIS Hist. eccles. lib. II. cap. XI. *Potentissimi omnium sunt Retharii, ciuitas eorum vulgatissima Rethre, sedes idololatriæ. Templum ibi constructum est dæmonibus magnum, quorum princeps Redigast. Simulacrum eius auro, lectus ostro paratus.* Sic etiam Rethre Metropolis Slavorum Redigasti cultu clara eidem dicitur *Hist. eccl. lib. IV. cap. XII.* Adamum iisdem verbis sequitur HELMOLDVS *lib. I. cap. II.* Quænam vero hæc vrbs fuerit, adhuc disputatur: KRANTZIVS vero *Vandalia lib. III. cap. IV.* ait: *hæc in metropoli Rethre gesta sunt IIII. Idus Nouemb. Eam nunc interpretor ciuitatem Sterigard, vltra Panim. Appellatiuum est enim Starigard, & insinuat magnam, nobilem & antiquam ciuitatem.* MASIVS vero *cap. IV. §. 2.* in Marchia vrbem sitam fuisse contendit, suoque tempore satis celebrem, sed ab Ottone M. destructam. ECCARDVS *c. l.* Rethram conuenientissime collocari posse dicit ad Randam vel Radum fluvium; vbi iam vicus *tom Riede*, ad sinum, qui *das große Haff*, audit.

97) Autor est BANGERTVS *notis ad Helmoldum lib. I. c. LII. pag. 126.* quem sequitur MASIVS *cap. IV. §. VI.* AEPINVS *§. XV.* Argumenta potiora sunt, partim nomen, quod lucum Deorum notet, partim quod varia cultus monumenta adhuc supersint.

98) Communiter dicitur, adseruari adhuc Gadebuschi coronam Radegasti, ex ignoto quodam metallo, eodemque durissimo conflatam, sed quadrata forma, quem fenestræ templi versus occidentem inseruerint, prout MASIVS refert *cap. VIII.* Verum, ex inspectione dictæ antiquitatis CASPAR BÜSSINGIVS satis demonstrauit, coronam minime esse, sed, non nisi limbum quendam fenestræ, qualem in diuersis templis alias reperire liceat, a quibusdam Rosas occidentales dictas. Verba ipsius ex epistola ad TENTZELIVM *Monathl. Vnterred. 1695. p. 694.* hæc sunt: *Es ist nichts als ein ordentlicher Fenster-Rahmen, nach alter Gothischer Manier in Form einer Rosen, die, weil man sie mehrentheils unter die Thürne gegen Westen angebracht, von einigen Rosæ Occidentales genannt werden.*

99) Sic Radegasti cultum Mynetæ prope Mecklenburgum fuisse tradit ENGELHVSIVS Chronico *pag. 1069.* Mecklenburgi quoque sedem Radegasto fuisse dicatam dicit MASIVS *cap. IV. §. V.*

100) Sic describunt ADAMVS BREMENSIS *lib. II. cap. XI.* & HELMOLDVS *lib. I. cap. II.* Reliqua ex Chronico antiquo Saxonico adiecit BANGERTVS & MASIVS *c. IV. §. 7.* Exinde sine dubio caput bubuli in Megapolensium Ducum insignia insertum, de quo MASIVS *cap. IV. §. IX.*

1) Varias sententias collegit MASIVS *c. III. §. 2. & seq.*

2) De vsu & præstantia studii Etymologici §. 2. *linguam enim Slauicam animo voluenti, occurrit præterea vox* gosd, *quæ siluam diis sacram seu lucum denotat, mihique index est, Redegastum idem esse ac Redariorum vel Rethra vrbis lucum. Confirmant coniecturam meam Wolgast ciuitas, olim Wolgost dicta, syluaque densa adiacens, & duplex Radegastum, Ducatus Megalopolitani, & Principatus Anhaltini. Loci itaque vel luci sacri nomen est Radegast, non Dei, vt ante me perperam tradiderunt tantum non omnes.*

ipſo Ditmaro, 3) & qui eum ſequitur, ENGELHVSIO, 4) conſtat, Slauos templum plurium deorum habuiſſe, in quibus dii repoſiti manu facti, quorum præcipuus Radegaſt.

§. XXVI. Nec minus mulieres quædam fatidicæ in dearum numero habebantur. De VELLEDA quidem auctor eſt TACITVS, 5) quod virgo fuerit nationis Bructeræ, ſub Veſpaſiano, quam numinis loco habuerint, eiusdemque reſponſa fuerint venerati. Licet ipſius auctoritas poſtmodum decreuerit, 6) ipſaque captiua facta fuiſſe videatur. 7) Huic proximam GANNAM facit DIO CASSIVS, 8) qui imperante Domitiano vixit. Talis etiam fuit AVRINIA, 9) ex quo poſtea nomen Alrunarum ſiue mulierum ſagarum fuit ortum. 10) De IETTA, muliere fatidica ad Nicri ripas culta, cui etiam collis, in quo arx Heidelbergenſis poſtea extructa, fuit dicatus, tradit Hubertus Thomas Leodius. 11)

§. XXVII. Apud Marſos Rheno finitimos, TANFANAE templum TACITO memoratur famoſiſſimum, a Germanico Cæſare euerſum. 12) CLVVERVS 13) quidem per Tanfanam notari principium omnium rerum putat, quaſi *Th' anfang*. Potius *fan* veteribus Dominum & Deum notabat, 14) inde forſan fanum, & quidem exinde dictum, quod templum

3) Lib. VI. pag. 381. *eſt vrbs quedam in pago Redariorum Riedegaſt nomine, tricornis, ac tres in ſe continens portas, quam vndique ſylua, ab incolis intacta & venerabilis, circundat magna: Duæ eiusdem portæ cunctis introeuntibus patent: Tertia, quæ Orientem reſpicit, & minima eſt, tramitem & mare iuxta poſitum, & viſu nimis horribile monſtrat. In eadem nil niſi fanum eſt de ligno artificioſe compoſitum, quod pro baſibus diuerſarum ſuſtentatur cornibus beſtiarum. Huius parietes varia deorum dearumque imagines mirifice inſculptæ, vt cernentibus videtur, exterius ornant. Interius autem Dii ſtant manufacti, ſingulis nominibus inſculptis galeis atque loricis terribiliter veſtiti, quorum primus Luaraſici dicitur, & præ cæteris a cunctis gentilibus honoratur & colitur.* An vero hic, quem memorat Luaraſici proprium fuerit idolum, an ex Radegaſt corruptum, definire pro certo haut licet. Hoc tamen MASIVS *cap. IV.* §. 2. demonſtrauit, Adami & Helmoldi Rhethrum a Ditmari Riedegaſt fuiſſe diuerſum, id quod ex diuerſa deſcriptione ſatis pateſcit.

4) Chron. pag. 1069. *Danorum Rex inter alia deſtruxit ciuitatem Slauorum nobiliſſimam, nomine Wineta (in finibus Slauiæ, Teutonice Wentland, prope Mekelenbourg, vbi nunc Saxones ſunt ſtagnales.) Hæc ciuitas nihil non habuit iucundi ac rari. Maxima fuit ciuitatum Europæ, cuius hoſpitalitate moribusque nulla gens honeſtior aut benignior poterat inueniri. Ibi fuit templum plurium Deorum, quorum idolum principale dicebatur Redegaſt.*

5) Hiſt. IV. cap. LXI. *ea virgo nationis Bructeræ late imperitabat: vetere apud Germanos more, quo pleraſque feminarum fatidicas, & augeſcente ſuperſtitione arbitrentur deas. Tuncque Veledæ auctoritas adoleuit. Nam proſperas Germanis res, & excidium legionum prædixerat.* Idem *Hiſt. IV. c. LXV.* quod Agrippinenſes legatos cum donis miſerint ad Velledam: *ſed coram adire, adloquique Veledam negatum. Arcebantur aſpectu, quo venerationis plus ineſſet. Ipſa edita in turre delectus e propinquis, conſulta reſponſaque, vt internuntius numinis, portabat. Hanc Germani donis placabant.* TACITVS *Hiſt. IV. cap. XXII.* ipſique Romani ſibi conciliare conabantur. *Hiſt. IV. c. XXIV.* lib. V. Hiſt. c. XXII. *Multa luce reuecti hoſtes captiuis nauibus prætoriam triremem flumine Luppia donum Velledæ traxere.* KEYSLER *pag. 377. 475.* Exinde orta videtur, quæ in tractu Brunſuicenſi ac Hannouerano a vulgo efferri ſolet, *die Velde* & apud Thuringos *Frau Holle.*

6) Sic enim Bataui, dum ipſi ad obſequium Romanorum iterum admonerentur, apud TACITVM *lib. V. Hiſt. c. XXV.* aiunt: *honeſtius Principes Romanos, quam Germanorum feminas tolerari*, vbi ſine dubio Velledam atque Gannam intelligunt.

7) Sic enim STATIVS *lib. I. cap. IV. v. 90.* *non vacat Arctoas acies, Rhenumque rebellem captiuæque preces Veledæ &c.*

8) *Lib. LXVII. pag. 761.* Μάσυος Σεμνόνων βασιλεὺς καὶ Γάννα παρθένος (ἦν δὲ μετὰ τὴν Βελήδαν ἐν τῇ Κελτικῇ θειάζουσα) ἦλθον πρὸς τὸν Δομιτιανόν. *Maſyus rex Semnonum & Ganna virgo (ea poſt Veledam in Celtica vates oracula reddebat) Domitianum adierunt.*

9) TACITVS de M. G. cap. VIII. *Ineſſe enim ſanctum quid & prouidum, putant, feminis, nec aut conſilia earum aſpernantur, aut reſponſa negligunt, vidimus ſub diuo Veſpaſiano Velledam, diu apud pleroſque Numinis loco habitam. Sed & olim Auriniam, & complures alias venerati ſunt, non adulatione, nec tanquam facerent Deas.*

10) IORNANDES de rebus Geticis: *Filimer Rex Gothorum & Gandarici magni filius poſt egreſſum Scanziæ inſulæ iam quinto loco tenens principatum Getarum, qui & terras Scythicas cum ſua gente introiſſet, ſicut a nobis dictum eſt, reperit in populo ſuo quaſdam magas mulieres, quas patrio ſermone Aliorumnas is ipſe cognominat, eaſque habens ſuſpectas de medio ſuo proturbat, longeque ab exercitu ſuo fugatas in ſolitudinem coegit terræ. Spiritus immundi per eremum vagantes cum vidiſſent & earum ſe complexibus in coitu miſcuiſſent, genus hoc ferociſſimum edidere.* Adde AVENTINVM *Ann. Boi. lib. I. c. VII.* KEYSLERVM *p. 457.* GEORG. STIERNHIELM in præf. *de linguarum origine ad edit. Euangeliorum Vlphilæ.* MENSO ALTINGIVS *Notit. Germ. infer. pag. 101. ſqq.* SCHEDIVS *de diis Germ. Syngr. III. cap. LXIII.* GESNER *Mithridate p. 32.* ECCARD *de vſu & præſtantia ſtudii etymologici* §. 2. Inde vox *raunen.*

11) Heidelberg. antiquitat. p. 296. *quo tempore Velleda virgo in Bructeris imperitabat. Vetula quædam, cui nomen Iettha, eum collem, vbi nunc eſt arx Heydelbergenſis, & Ietthæ collem etiam nunc nomen habet, inhabitabat: vetuſtiſſimumque phanum incolebat, cuius fragmenta adhuc nuper vidimus, dum comes Palatinus Fridericus factus Elector egregiam domum conſtruxit, quam nouam aulam appellant. Hæc mulier vaticiniis inclyta, & quo venerabilior foret, raro e phano in conſpectum hominum prodiens, volentibus conſilium ab ea petere, de feneſtra, non prodeunte vultu, reſpondebat. Et inter cætera prædixit, vt inconditis verſibus canebat, ſuo colli a fatis eſſe datum, vt futuris temporibus regiis viris, quos nominatim recenſebat, inhabitaretur, coleretur & ornaretur, vallisque ſub ipſa multo populo inhabitaretur, & templis celeberrimis ornaretur.*

12) TACITVS Ann. I. cap. LI. *profana ſimul & ſacra, & celeberrimum illis gentibus templum, quod Tanfanæ vocabant, ſolo æquantur.* Adde NIC. SCHATENIVM *Ann. Weſtphaliæ lib. II. pag. 75.* IAC. SPONIVS *in aris ignot. Deor.* apud GRAEV. *Tom. VII. p. 252.* Auſanas Matronas in Pannonia Dalmatiaque notas fuiſſe tradit, TH. REINESIVS vero *Synt. Inſcr. art. CLXXV. p. 188* *Tanfanias* legendum eſſe putat, verum *Matronas Auſonias* ex marmoribus declarat KEYSLER *pag. 426.* quæ tamen apud Germanos non fuerunt cultæ.

13) *G. A. lib. I. c. XXVI. p. 222.*

14) In Vlphilæ Euangeliis *Matth. VII. v. 22.*

plum Tanfanæ apud Germanos eſſet antiquiſſimum. Durat adhuc nomen Tanfanæ, in veteri vico Borgholtzhauſen, prope arcem vetuſtam ſiue caſtellum Rauensberg, vnde totus Comitatus nomen habet, quod vulgus corrupte *Dempſpfanne* vocare ſolent, prope eccleſiam Parochialem ibidem. 15) Marſorum autem gentem olim in Comitatu Rauensbergico ſedes habuiſſe, demonſtrat PHILIPPVS CLVVERVS. 16) Eadem ratione BADVHENNAM apud Friſios cultam 17) explicat CLVVERVS, eo quod *Bedon* Arabum lingua, notet Principium. Verum, vtrasque eiusmodi mulieres fatidicas fuiſſe, cenſeo, maxime, quod ſanctum quid atque prouidum ineſſe fœminis putarent, quorum conſilia nec aſpernarentur nec reſponſa negligerent. 18) Id quod Friſii potiſſimum obſeruabant. 19) Lucum autem Baduhennæ hodie dici *Sevenwolden* autumant. 20)

§. XXVIII. TEMPLA antiquiſſimi Germani non habebant, nec deorum ſtatuas, 21) cum nec cohibere parietibus deos, neque in vllam humani oris ſpeciem aſſimulare ex magnitudine cœleſtium arbitrarentur. Lucos ac nemora 22) conſecrabant, deorumque nominibus appellabant ſecretum illud, quod ſola reuerentia videbant. Lucos autem iſtos arboribus vel ſepibus circumdabant, vt loco ſanctimonium atque ius aſyli præberent. 23) Sic etiam arbores quasdam Sacriuas venerabantur, potiſſimum nihil quercu ſacratius æſtimantes. 24) Inde factum, vt poſtmodum publici conuentus, vbi Reges eligendi, leges ferendæ, Comitia celebranda, ſub quercu annoſa hoc fieret, ſanctum quid ineſſe & inuiolabile

Managai quithand in gainamma dagai FAN, FAN, i. e. *multi mihi dicent in illa die: Domine, Domine. Marci XII. v. 29.* FAN *Goth unſar, Fan ains iſt.* Dominus Deus noſter Deus vnus eſt. Adde KEYSLERVM *Antiquit. Septentr. p. 427.* Adde GVNDLINGIVM *de feudis vexilli §. XII.*

15) Docet hoc REINERVS REINECCIVS in Comment. ad Widikindi Monumentum & potiſſimum HERM. AD. MEINDERS *de Statu Relig. & Reip. in partibus Saxoniæ pag. 125.* qui addit: *quod vulgus, ſiue incolæ Dempſpfanne vocant, prope Eccleſiam Parochialem ibidem, & putant, locum iam aquis repletum extinguendis ignibus olim fuiſſe conſecratum: ſed male, & contra vſum vocabuli Germanici. Quis enim tamen locum aquis plenum eine Dempſpfanne vocat. Vocabulum illud absque omni dubio a Tanfana celeberrimo in Marſis templo deſumtum & corruptum a vulgo, Antiquitatis patriæ & vetuſtatis ac hiſtoriarum ignoro.*

16) CLVVERVS *p. 705.*

17) Ann. IV. cap. LXXIII. *mox compertum a transfugis, nongentos Romanorum apud lucum, quem Baduhennæ vocant, pugna in poſterum extracta, confectos.* MEINDERS *p. 126.*

18) Verba ſunt TACITI *de M. G. cap. VIII.* Exinde originem traxiſſe videtur *die kluge Frau.*

19) Prout CONRADVS KEMPIVS *de origine & ſitu Friſiæ* teſtatur *lib. I. c. VIII.*

20) teſte THEOD. RYCKIO *notis ad Tacitum pag. 101.*

21) Verba ſunt TACITI *de M. G. c. IX.* quæ exſcripſit M. ADAMVS *hiſt. eccl. lib. I. cap. VI.*

22) PLINIVS enim *lib. XII. cap. I.* lucos & nemora ſacra ait, templorum inſtar fuiſſe. Speciatim de Germanis CLAVDIANVS *de laudibus Stiliconis lib. I. v. 228.*

Vt procul Hercynia per vaſta ſilentia ſiluæ
Venari tuto liceat, lucosque vetuſta
Religione truces, & Robora Numinis inſtar
Barbarici, noſtræ feriant impune ſecures.

Talis lucus ſacer erat apud Semnones Sueuos, quem TACITVS de *M. G. cap. XXXIX.* vocat *ſiluam auguriis patrum & priſca formidine ſacram.* Sic in Inſula Oceani *caſtum nemus Herthæ* vocat cap. XL. Apud Naharualos colebatur antiquæ religionis lucus *cap. XLIII.* Lucus Baduhennæ occurrit apud Friſios memoratus *Ann. IV. cap. LXXIII.* Saxonum lucos extirpauit Carolus M. In Archiepiſcopatu Bremenſi ſeculo XI. lucos excidit Vnwanus Archiepiſcopus, prout teſtatur ADAMVS BREMENSIS *Hiſt. Eccleſ. lib. II. cap. LXXXVI.* Adde *Vitam Meinwerci* apud LEIBNITIVM *Tom. I. pag. 524.* ANDR. CHRIST. ESCHENBACH *de conſecratis gentilium lucis.* SCHMINCK *de arbore Iouis §. III.* Herculi Alemanno locum prope Reginoburgum conſecrauit Theodo, Dux Bauariæ, teſte AVENTINO *Ann. Boi. lib. I. cap. III.* Pluribus hac de materia egit CLVVERVS *G. A. lib. I. cap. XXXIV.*

23) Sic TACITVS *de M. G. c. XLIII.* dicit, quod apud Naharualos fuerit antiquæ religionis lucus. De Francis GREGOR. TVRONENSIS lib. II. cap. X. *ſed hæc generatio fanaticis ſemper cultibus viſa eſt obſequium præbuiſſe, nec prorſus agnouere Deum: ſibique Siluarum atque aquarum, auium beſtiarumque & aliorum quoque elementorum finxere formas, ipſasque vt Deum colere, eisque ſacrificia delibare conſueti.* Deſcribit eiusmodi lucum ſacrum apud Slauos HELMOLDVS lib. I. cap. LXXXIII. *accidit autem vt in tranſitu veniremus in nemus, quod vnicum eſt in terra illa: tota enim in planiciem ſternitur. Illic inter vetuſtiſſimas arbores vidimus ſacras quercus, quæ dedicatæ fuerant Deo terræ illius Prouen, quas ambiebat atrium & ſepes accuratior lignis conſtructa, continens duas portas. Ingreſſus atrii omnibus inhibitus, niſi Sacerdoti tantum, & ſacrificare volentibus, vel quos mortis vrgebat periculum, his enim minime negabatur aſylum. Tantam enim ſacris ſuis Sclaui exhibent reuerentiam, vt ambitum fani nec in hoſtibus ſanguine pollui ſinant. Præter penates enim & idola, quibus ſingula oppida redundabant, locus ille ſanctimonium fuit vniuerſæ terræ, cui flamen & feriationes & ſacrificiorum varii ritus deputati fuerant.* Huius locum adhuc deſignat ARNKIEL *lib. I. c. XXX. §. 6.*

24) Hæc probe explicat AVENTINVS Ann. Boi. lib. III. cap. I. dum ait: *extabant in ripa Danubii, & ora Germaniæ duæ vetuſtiſſimæ quercus, prodigioſæ magnitudinis, millibus paſſuum viginti diſtabant: altera ſuperior, altera inferior, cognominabatur. Has quoque gentili caremonia Boius conſecrauit: eo frequens populus coiit, victimasque immolauit. Boii vbi religionem Chriſtianam receperunt, in templa, & inde Cœnobia commutarunt: vtrumque nomen vetus ſeruat, Altaichiumque vocari ſolet, quod lingua Boia, veterem quercum ſignificat. Nam nihil ſacratius quercu maiores noſtri habuere: nulla ſacra ſine huius arboris fronde confecere: ſacrificiis, epulisque rite ſub hac arbore perpetratis Deos adprecati ſunt. Viſcum eius e cœlo miſſum putarunt, ſignumque eſſe a Deo electæ arboris:* Hæc vltima verba autem AVENTINVS ex PLINIO hauſit *lib. XVI. cap. XLIV.* Rationem reddit SENECA *ep. XLI. Si tibi occurrit vetuſtis arboribus & ſolitam altitudinem egreſſis frequens lucus, illa proceritas ſiluæ & ſecretum loci & admiratio vmbræ fidem Numinis facit.* Adde BALDRICI *Chron. Cameracenſe lib. II. c. IV.*

LAVR-

bile credentes. 25) Posteriori vero ætate sensim templa in lucis potissimum consecratis construebant, prout supra de fano Radegasti, aliorumque Slauicorum diximus. 26) Hinc etiam factum, vt plura loca in *hayn* desinentia cultui olim sacrorum fuerint destinata. 27) Hic tamen cultus arborum atque lucorum publicis legibus postea fuit prohibitus. 28) Nec minus colles 29) quondam & fontes sacros 30) habebant. Lapides quoque sacros & saxa antiquos Germanos fuisse veneratos, varia nos docent. 31) Statuas etiam deorum ad aliarum gentium imitationem, ex quercu sensim fuisse efformatas superiora exempla docent.

§. XXIX. De primis Germanorum ALTARIBVS non adeo constat, cum TACITVS nihil de iisdem. Rudes fuisse horum aras, ex cespite, pro more aliarum gentium erectas credimus, 32) postmodum vero factas lapideas. Testantur hoc diuersæ altarium reli-

LAVR. BEGERI *Spicileg. Antiquit. pag. 52.* KEYSLERI *Antiquit. Septentr. pag. 65.* CASPAR SCHÜTZIVS *Rer. Pruss. f. 4.* talem quercum sic describit: *die grosse Eiche zu Romowe, da sie ihren dreyen fürnembsten Gættern ihre heußliche Wohnung verordnet hetten, war sechs Elen dicke (per diametrum zu verstehen,) ungewæhnlicher Hæhe und Breite, auch dermassen mit Esten und dicken Laub bewachsen, da kein Schnee noch Regen dadurch dringen mæchte, auch mit Blut der geschlachteten Menschen und Viehes so besprenget und begossen, daß es abscheulich und schrecklich zu sehen war, welches die Teuffels-Gespenst auch selbst vermehreten, indem sie offters umb denselben Ort grausam Ungewitter, Donner und Plitzen erregeten, und sich selbst in mancherley Art, ietzt als Menschen und Waldmanner, bald als Schlangen und Drachen, bald als Feuer, und sonst in anderer unfærmlichen und erschrecklichen Gestalt sehen liessen, und also des Orts Heiligkeit bezeugeten.* Hic autem quercus cultus primæ erat antiquitatis. Sic enim QVINCTILIANVS *Institut. Orat. lib. X. cap. I* de Ennio sic ait: *Ennium, sicut sacros vetustate lucos, adoremus, in quibus grandia & antiqua robora iam non tantum habent speciem, quantum religionem.* Sic etiam MAXIMVS TYRIVS *diss. XXXVIII.* ait: Κελτοὶ σέβουσι μὲν Δία, ἄγαλμα δὲ Διὸς Κελτικὸν ὑψηλὴ δρῦς. *Ionem Celtæ colunt, Iouis autem apud eos simulacrum alta quercus est.* De Germanis canit CLAVDIANVS *lib. I. de Laudibus Stiliconis v. 228.*

lucosque vetusta
religione truces & robora Numinis instar
Barbarici

De quercu vetustissima, & ante omnes arbores religione sacra, & quam potissimum Dei sedem putabant, apud Lithuanos, quam succidit Hieronymus Pragensis, testatur AENEAS SYLVIUS *Europa cap. XXVI.* In Holsatia olim inter Spreng & Blumenthal permagna olim conspiciebatur quercus, vulgo *die Schweeck-Eiche* dicta, quam ob antiquam religionem Holsati maxime æstimabant, vt ex MARTINO CORONAEO refert ARNKIEL *lib. I. cap. XXX.* Potissimum vero arbor Iouis in Hassia nota est, de qua WILLIBALDVS *cap. VIII.* & OTHLONVS *vita Bonifacii lib. I. cap. XXVII.* ait: *quorum etiam consilio arborem quandam miræ magnitudinis, quæ prisco paganorum vocabulo appellabatur arbor Iouis in loco, qui dicitur Gesmere, seruis Dei secum astantibus succidere tentauit.* Locum SERARIVS definit Geismariam, Schönebergensis præfecturæ oppidum vulgo *HofGeismer, Rer. Mogunt. lib. III. notat. XIX.* Idem sentiunt DICHILLIVS *Hess. Chron. P. I. p. 143.* WINCKELMANN *Hess. Chronic. p. II. cap. XII.* & plures alii. Verum, IO. HENR. SCHMINCKIVS in erudita dissertatione *de cultu religioso arboris Iouis præsertim in Hassia*, potius demonstrauit §. *XIX.* hanc positam fuisse Geismariæ in diœcesi Gudenbergensi ad auriferam Adranam, eandemque a Bonifacio a. 724. destructam, arborem vero Iouis dictam, quia Ioui sacrata.

25) Vide KEYSLERVM *p. 78. 319.* Sic in agro Auricano Frisiæ Orientalis reperitur Vpstallesbomum, inde Leges Vpstallesbomicæ. In terris Megapolitanis, prope Doberanum reperiuntur quercus tres annosæ, hodie dictæ *die Fürsteneichen.* In ditione Brunsuicensi haud procul Luchouia in tractu siluestri, *die Plancken* dicto, reperitur *die Kænigseiche*, item *der schmucke Baum.*

26) Hinc HELMOLDVS *lib. I. cap. LII.* ait, quod præter lucos atque penates, quibus agri & oppida redundauerint, alios quoque deos fuerint venerati. DITMARVS vero *libro VI. pag. 381.* quod in sylua prope Riedegast fanum fuerit imaginibus deorum refertum. Vide supra §. *XXV.*

27) In vicinia nostra sunt *Blanckenhayn, Hummelshayn, Lichtenhayn, Ziegenhayn*, quæ olim etiam a cultu sacrorum gentilium claræ, e quibus postmodum in postremo loco factæ fuerunt peregrinationes religiosæ.

28) Sic in synodo Francof. 794. *de arboribus & lucis destruendis canonica obseruetur auctoritas*, & CAPIT. lib. VI. cap. 3. 6. CONCIL. ANTISSIODOR. cap. 3. *non licet inter sentes aut arbores sacriuas vel ad fontes vota exoluere.*

29) De colle Herculi Alemanno dicato AVENTINVS *lib. III. cap. I.* de colle Iettæ LEODIVS *antiquit. Heidelberg. pag. 296.* Eiusmodi montem sacrum, dictum *den Cornelinsberg* prope Helmstadtum; aliumque, dictum *den Opperperg* prope Bardeuicum, memorat SCHLÖPKE *Chron. Bardew. p. I. cap. V. §. 4.*

30) De Saxonibus ait ADAMVS BREMENSIS *lib. I. cap. VI. frondosis arboribus, fontibusque venerationem exhibebant.* Sic WILLIBALDVS *vita Bonifacii cap. VIII. de Cattis: alii etiam lignis & fontibus clanculo, alii aperte sacrificabant.* MEINDERS *p. 173.*

31) Patet hoc ex CONCILIO ARELATENSI II. a. 452. celebrato cap. 23. *si in alicuius Episcopi territorio infideles aut faculas accendunt, aut arbores, fontes vel Saxa venerentur, si hoc eruere neglexerit, sacrilegii reum se esse cognoscat.* CONCILIVM TVRONENSE *a. 567. cap. 22. Contestamur illam solicitudinem tam pastores quam presbyteros gerere, vt quemcunque in hac fatuitate persistere viderint, vel ad nescio quas Petras, aut arbores aut fontes, designata loca gentilium, perpetrare, quæ ad Ecclesiæ rationem non pertinent, eos ab Ecclesia sancta auctoritate repellant.* CAPITVLARE CAROLI M. primum incerti anni *cap. 41.* apud BALVZIVM Tom. I. pag. 518. *vt obseruationes, quæ stulti faciunt ad arbores vel petras vel fontes, vbicunque inueniantur, tollantur & destruantur.* Adde IO. GEORG. KEYSLERI *Antiquitates Septentrionales c. II. pag. 13. c. IV. p. 71.* qui etiam huius venerationis rationem ex Edda Islandorum reddit, quod Nanos, Spirituum aut Dæmonum genus, crederent saxa inhabitare, ideoque oracula etiam viua voce e lapidibus edi sibi persuaderent.

32) VIRGILIVS *Aen. XII. v. 118.*

In medioque focos, & diis communibus aras
Gramineas, alii fontemque ignemque ferebant.

Plenius illud demonstrauit CLVVERVS *lib. I. cap. XXXV. pag. 293.* & SCHEDIVS *de diis German. Syngr. II. cap. XXVI.* De his intelligi videtur TACITVS *Ann. I. c. LXI.* dum locum cladis Varianæ describit, addit: *lucis propinquis barbaræ aræ, apud* quas

reliquiæ, quæ hinc inde reperiuntur. 33) Scilicet, in montibus atque collibus aræ erant extructæ, quos lapidibus circumdare solebant, vt indicarent, locum sacrum esse, quos sæpe etiam arboribus interdistinguebant. In apice montis tres, vel plures etiam magni lapides insigni quodam, eodemque lato lapide erant tecti, in quo victimas suas mactare solebant. 34)

§. XXX. SACRIFICIA Germanorum varia erant. Hostias humanas ipsos Mercurio præsertim & Marti immolasse, auctor est TACITVS, 35) ita quidem, vt hostium primores immolarent. Idem de Vandalis atque Slauis traditur, eos diis suis quotannis immolasse Christicolas. 36) Alios vero deos concessis animalibus placabant, dum cuiuis inter deos certa animalia essent destinata, quæ ipsi immolarentur. 37) Ritus sacrificii in eo potissimum constabant, vt post cæsam hostiam, sacerdos de cruore libet, vt sit efficacior oraculis capessendis: consummatis vero sacrificiis, populus ad epulas & plausus conuertebatur. 38) Inde viscerationes ortæ, quales adhuc in Regum coronationibus consuetæ. Licet certa numina singulares quoque habuerint ritus. 39)

§. XXXI. SACERDOTES apud Germanos non sacris solum præerant, sed etiam in ipsa regenda Republica præcipuæ erant auctoritatis. Hinc, neque animaduertere, neque vincire, neque verberare quidem nisi sacerdotibus permissum. 40) In Comitiis etiam silentium per sacerdotes, quibus dum & coërcendi ius erat, imperabatur. 41) Inde maior sacerdotum erat auctoritas, quam ipsorum regum. 42)

§. XXXII.

quas tribunos, ac primorum ordinum centuriones mactauerant. TROGILVS ARNKIEL quidem *lib. I. cap. XXX.* hæc de Romanis saltim intelligi debere contendit atque Græcis, non de Germanis: at, dum mos vniuersalis fuerit gentium barbararum, facile hoc Germanis etiam concedimus.

33) In Selandia tales adhuc reperiri ex WORMII *lib. I. Monumentorum Danicorum c. III.* tradit ARNKIEL *lib. I. cap. XXX. §. 4.* plures adhuc in Holsatia reperiri dicit & in Stormaria prope Wedeliam §. 7. Id quod confirmat CHRISTIAN SCHLÖPKE *Chron. Bardew. P. I. cap. V. §. 4.* qui etiam in monte Cornelius Berg dicto, prope Helmstadtum, eiusmodi altare adhuc reperiri tradit.

34) Eiusmodi reliquias in Drentia repertas, sic describit VBBO EMMIVS Hist. Fris. lib. I. *Commemoratione dignum videtur, notatum quoque ab aliis, quod in regione hac ingentis molis saxa complura, quæ nulla vectatione, nulla vi hominum, illuc deportari potuisse ob magnitudinem credas, congesta inueniantur, quorum ea dispositio est, vt aras referre videantur. Nam iacentibus nonnullis alia iis imposita sunt plana, relictumque foramen angustum per quod reptare homo possit. Fama fert, paganos quondam humanis hostiis litare solitos, ea per foramina mactandos homines transire coëgisse, & stercore aliisque immunditiis coniectu vulgi fœdatos in transitu, constitutosque ad aras, immolasse. Eum ritum ad Bonifacii Episcopi Vltraiectini tempora durasse. Quam ob caussam etiam nunc turpe nomen foraminibus illis apud incolas restare putatur.* Vid. etiam CONRING *de antiquissimo statu Helmstadii p. 51.* TROGILVS ARNKIEL *in Religione Ethnica Cimbrorum P. I. cap. XXX. p. 170 sqq.* KEYSLER *Antiquit. Septentr. pag. 44.* qui plures exhibet figuras.

35) De M. G. cap. IX. *deorum maxime Mercurium colunt; cui certis diebus humanis quoque hostiis litare, fas habent. Herculem ac Martem concessis animalibus placant.* Marti tamen æque humanas hostias fuisse deuotas, idem tradit, dum *Ann. XIII. cap. VII.* ait: *sed bellum Hermunduris prosperum, Cattis exitiosius fuit, quia victores diuersam aciem Marti ac Mercurio sacrauere, quo voto equi, viri, cuncta victa occidioni dantur.* Idem de Sueuorum nobilissimis Semnonibus tradit TACITVS de M. G. cap. XXXIX. *stato tempore in siluam, auguriis patrum & prisca formidine sacram, omnes eiusdem sanguinis populi legationibus coëunt, cæsoque publice homine, celebrant barbari ritus horrenda primordia.* Idem confirmatur *Ann. I. cap. LXI.* quod Germani ad aras lucorum mactauerint *tribunos, ac primorum ordinum centuriones, quos in clade Variana ceperant.* Sic de Druidibus Gallorum TACITVS Ann. XIV. cap. XXX. *Cruore captiuo adolere aras & hominum fibris consulere deos fas habebant.* Pluribus exemplis hæc demonstrauit CLVVERVS *G. A. lib. I. c. XXXV.* SCHEDIVS *Syngr. II. c. XXXI.*

36) De Rugianis HELMOLDVS *lib. I. c. LIII.* quod Zuanteuito in peculium honoris annuatim hominem Christicolam, quem sors acceptauerit, litare consueuerint: Idem de Vandalis KRANTZIVS tradit *lib. III. c. XXXVII.*

37) Vid. CLVVERVS *c. l.* HACHENBERG *Germania media diss. VIII. §. 31.*

38) Sic sacrificium a Slauis Radegasto suo factum describit HELMOLDVS lib. I. cap. LII. *porro solennitates diis dicandas sacerdos iuxta sortium nutum denunciat, conueniuntque viri & mulieres cum paruulis, mactantque diis suis hostias de bobus & ouibus, plerique etiam de hominibus Christianis, quorum sanguine deos suos oblectari iactitant. Post cæsam hostiam sacerdos de cruore libat, vt sit efficacior oraculis capessendis. Nam sanguine dæmonia facilius inuitari multorum opinio est. Consummatis iuxta morem sacrificiis, populus ad epulas & plausus conuertitur.* De quo intelligendus etiam TACITVS, qui Ann. I. cap. I. *attulerant exploratores festam eam Germanis noctem, ac solennibus epulis ludicrum,* & c. LXV. *cum barbari festis epulis, læto cantu, aut truci sonore subiecta vallium ac resultantis saltus complerent.*

39) Singularis cultus erat Herthæ, de quo TACITVS de M. G. c. XL. *est in Insula Oceani Castum nemus, dicatumque in eo vehiculum veste contectum, attingere vni sacerdoti concessum. Is adesse penetrali deam intelligit, vectamque bubus feminis, multa cum veneratione prosequitur. Læti tunc dies, festa loca, quæcunque aduentu hospitioque dignatur. Non bella ineunt, non arma sumunt; clausum omne ferrum; pax & quies tunc tantum nota, tunc tantum amata; donec idem sacerdos satiatam conuersatione mortalium deam templo reddat. Mox vehiculum, & vestes, si credere velis, numen ipsum secreto lacu abluitur. Serui ministrant, quos statim idem lacus haurit; Arcanus hinc terror, sanctaque ignorantia, quid sit illud, quod tantum perituri vident.* Hic autem ritus eo magis conuenit cum sacrificio Matri deûm facto, cuius simulacrum postquam carpento vectum, æque Almonis vndis abluebatur, prout docui *Synt. Antiqq. Roman. cap. IX. p. 429.*

40) Verba sunt TACITI *de M. G. c. VII.*

41) TACITVS *de M. G. c. XI.*

42) Sic de Slauis HELMOLDVS lib. II. c. XII. *Rex apud eos modica est æstimationis comparatione flaminis.* De Rugianis lib. I. cap. XXXVII. *maior flaminis quam regis veneratio apud ipsos est.*

§. XXXII. De eo nunc disquirendum, an Germani habuerint Druides. Plane hoc CAESAR 43) negat. AVENTINVS 44) vero auctor est, Tiberium Druidas e Gallia exegisse, succisa eorum sylua, qui exinde in Germaniam trans Rhenum demigrarint. Tradit quidem PLINIVS, 45) Tiberium Druidas ex Gallia sustulisse, intelligit autem sine dubio Tiberium Claudium, de quo idem tradit SVETONIVS, 46) sed, quod in Germaniam venerint, nullus illorum memorat. Auctor vero est DIOGENES LAERTIVS, 47) fuisse etiam apud Celtas Druidas, sub quibus Germanos intelligi volunt. Verum, memorantur quidem apud Germanos Druidæ, 48) quæ mulieres istæ fatidicæ erant, de quibus antea fuit dictum: nihil vero vnquam traditur de Druidibus. Ex quo etiam vox *Druyd* siue *Druthe* orta videtur, quæ sponsam notabat, 49) atque hæc vox sine dubio primum amoris fuit, a sponsis indita, qui sponsam suam lectissimam sibi persuadebant, eandemque Druidæ instar venerabantur. Exinde vox *Drudes*, *Drudi* 50) pro fidelibus atque amicis fuit orta. Licet non denegauerim, a voce *Druidæ* vocem *Druthin* siue Truthin fuisse subortam, quæ Dominum notabat. Deo etiam tribuebatur. 51) Quare etiam Islandi atque Norwegi Deum *Druthin*, id est Dominum vocabant. 52) Licet non desint, qui Druidas a *draoithe* velint esse dictos. 53)

§. XXXII. Druidum genus a quibusdam dicuntur *Bardi*, cum tamen antiquiores Scriptores Druides, Vates atque Bardos plane distinguant. 54) Druides quidem sublimiori philosophiæ atque occultarum rerum contemplationi vacabant: Vades sacris præerant, & naturam rerum contemplabantur. Bardi vero sacerdotes non erant, sed fortia virorum illu-

43) De B. G. lib. VI. cap. XXI. *Germani multum ab hac consuetudine* (Gallorum) *differunt, nam neque Druides habent, qui rebus diuinis præsint; neque sacrificiis student.*

44) Ann. Boi. lib. II. cap. VI. *Druidas quoque Gallorum Philosophos, & vates Imperator Tiberius exegit omni Gallia, succisa eorum sylua, ipsi in Germaniam trans Rhenum demigrarunt. In sylvis, & sub quercubus de natura rerum, & Deorum philosophati sunt. Terriculamenti nocturni genus, calciamentum Philosophicum, figura Mathematica, apud nos adhuc ab his nomina seruant.* Idem fere tradit in Nomenclatura, *voce Druides.*

45) PLINIVS *Hist. Nat. lib. XXX. c. I.*

46) Claudio cap. XXV. *Druidarum religionem apud Gallos diræ immanitatis, & tantum ciuibus sub Augusto interdictam, penitus aboleuit.* Neque tamen penitus eosdem fuisse abolitos ex TACITO *Ann. XIV. cap. XXX.* patet, qui Druidarum apud Gallos adhuc facit mentionem sub Nerone. Et sub Vespasiano *Hist. IV. c. LIV.*

47) Procemio παρά τε Κελτοῖς καὶ Γαλάταις τοὺς καλουμένους Δρυΐδας, καὶ σεμνοθέους εἶναι φασί, *apud Germanos quoque atque Gallos esse aiunt, qui Druidæ appellantur & religionum curatores*, vbi CLVVERVS *lib. I. cap. XXIV.* pro Celtis Germanos intelligit, qui hic Galatis siue Gallis opponantur, id quod etiam *lib. I. c. II.* demonstrauerat.

48) De Diocletiano quidem VOPISCVS Numeriano cap. XIV. *Cum Diocletianus apud Tungros* (erat populus in Germania inferiori, seu Gallia Belgica) *in Gallia quadam in caupina moraretur, in minoribus adhuc locis militans, & cum Druide quadam muliere rationem conuictus sui quotidiani faceret, at illa diceret, Diocletiane, nimium auarus, nimium parcus es: ioco non serio Diocletianus respondisse fertur, Tunc ero largus quum imperator fuero. Post quod verbum Druia dixisse fertur, Diocletiane, iocare noli: nam imperator eris quum Aprum occideris.* Tales erant Druidæ Gallicanæ, quas Aurelianum consuluisse dicit VOPISCVS *in vita cap. XLIV.* Sic LAMPRIDIVS Seuero *c. LX. Mulier Druias eunti exclamauit Gallico sermone, Vadas, nec victoriam speres, nec militi tuo credas.* Ad hasce facere videtur vetus Inscriptio in tractu Mosellæ reperta

SILVANO
SACR.
ET. NVMINIS. LOCI
ARETE. DRVIS.
ANTISTITA.
SOMNO. MONITA.

quam ex BOISSARDO protulit GRVTERVS & SCHVRTZFLEISCH *de Druidibus §. VII.* Vide KEYSLERVM *p. 446.*

49) Lege Salica tit. XIV. n. 10. *Si quis puellam, quæ druchte ducitur ad maritum*, vbi editio Heroldi habet: *si quis puellam sponsatam druthe ducente ad maritum.* Sic etiam Glossarium PITHOEI, LINDENBROGII, CANGII & SPELMANNI pro desponsata habent.

50) Epistola episcoporum ad Ludouicum Regem apud BALVZIVM Capit. Tom. II. pag. 104. num. 4. *& illam horam, quam certi estis, quia nullo modo poteritis effugere, quando anima vestra de corpore exiet, ante mentis oculos ponite, quando totum mundum & omnem potestatem & omnes diuitias & ipsum corpus derelinquet, & sine adiutorio vxoris ac filiorum, & sine solatio & comitatu drudorum atque vassorum nuda & desolata exibit.* Vbi SIRMONDVS in notis: *in Comitatu Drudorum, fidelium amicorum. Incertus auctor vitæ S. Vdalrici sub finem: ideo sæpius cum imperialibus muneribus eum visitauit (Ottonem Imp.) & drudes suos donis congruis sibi complacare satagebat.* Quo loco drudes exponunt gratos & consiliarios, ab antiqua voce Germanica, quæ fidem significet. Vid. Glossarium CANGII & SPELMANNI *voce Druden.* FERRARIVS *Origg. linguæ Italicæ voce Drudo.*

51) Latius hoc demonstrauit IVNIVS *notis ad Willeramum p. 74.* & PALTHENIVS *notis in Tatianum pag. 284.* Hinc WAEGEMANNO minime adsentimur, qui *pag. 12.* singularem Deum fuisse autumat. *Drüchten* siue *Drüten* dictum.

52) Hoc demonstrauit DIETRICH von STADE *notis in §. 3. Præfationis Otfredi.*

53) Vide KEYSLERI *Antiquitates Septentrionales p. 37.*

54) STRABO lib. IV. pag. 197. Παρ᾽ ἅπασι δ᾽ ὡς ἐπίπαν τρία φῦλα τῶν τιμωμένων διαφερόντως ἐστί, Βάρδοι τε, καὶ Οὐάτεις, καὶ Δρυΐδαι· Βάρδοι μὲν ὑμνηταὶ καὶ ποιηταί· Οὐάτεις δὲ ἱεροποιοὶ καὶ φυσιολόγοι· Δρυΐδαι δὲ πρὸς τῇ φυσιολογίᾳ, καὶ τὴν ἠθικὴν φιλοσοφίαν ἀσκοῦσι, *apud vniuersos autem fere tria hominum sunt genera, quæ in singulari habentur honore: Bardi, Vates, & Druidæ: horum Bardi hymnos canunt, poëtæque sunt. Vates sacrificant & naturam rerum contemplantur: Druidæ præter hanc philosophiam etiam de moribus disputant.* Idem tradit AMMIANVS MARCELLINVS, dum *de tractu Massiliensi lib. XV. cap. IX.* ita loquitur: *per hæc loca hominibus paullatim excultis, viguere studia laudabilium doctrinarum, inchoata per Bardos, & Eubages & Druidas. Et Bardi quidem fortia virorum illustrium facta, heroicis composita versionibus cum dulcibus lyræ modulis cantitarunt.* Eadem tradit DIODOR. SICVLVS *lib. V. p. 308.*

illustrium facta, heroicis composita versibus, cum dulcibus lyræ modulis cantitabant. 55) Exinde etiam FESTO Cantores 56) dicti. Scilicet, moris erat apud gentes, in publicis & festiuis congressibus, mercatibus, ludis & similibus, poëtas adhibere, qui Carmina sua in laudem heroum composita recitarent, 57) quem Galli etiam atque Germani seruabant. Ex quo Germanorum Barritus ortum traxisse videtur, quo sibi in prœlium ituri animos accendebant, futuræque pugnæ fortunam ipso cantu augurabantur. 58) Hæc autem carmina cum originem gentis, antiquitatesque, facta etiam heroum continerent, Annalium instar habebant. 59) Hinc VALESIO 60) minime adsentimur, qui Bardos nihil aliud fuisse putat, quam parasitos, iisdemque similes, quos latini Scurras vocauerint, cum integræ omnino fuerint existimationis. Quare etiam Carolus M. eosdem fuit imitatus, 61) atque ab iisdem vetera Chronica Rythmica, 62) cantus etiam poëtarum, qui dici solent *die Meistersænger*, 63) suam trahunt originem. Licet etiam certa apud Germanos gens Bardorum 64) fuerit, quorum opus Bardeuicum fuisse videtur.

§. XXXIII. AVSPICIA, sortesque, vt qui maxime, obseruabant Germani. 65) SORTIVM consuetudo simplex. Virgam frugiferæ arbori decisam in surculos amputabant, eosque notis quibusdam discretos super candidam vestem temere ac fortuito spargebant. Mox, si publice consulatur, sacerdos ciuitatis, sin priuatim, ipse paterfamiliæ precatus Deos, cœlumque suspiciens, ter singulos tollit, sublatos secundum impressam ante notam interpretatur. Si prohibuerunt: nulla de eadem re, in eandem diem consultatio. Sin permissum: auspiciorum adhuc fides exigitur. Idque sortium genus apud alias quoque

55) DIODORVS SICVLVS cap. I. ἐισὶ καὶ παρ' αὐτοῖς καὶ ποιηταὶ μελῶν, ὃς Βάρδους ὀνομάζουσιν· ὗτοι δὲ μετ' ὀργάνων ταῖς λύραις ὁμοίων ᾄδοντες, ὃς μὲν ὑμνοῦσι, ὃς δὲ βλασφημοῦσι, *sunt etiam apud hos carminum Melicorum poëtæ, quos Bardos nominant. Hi ad instrumenta lyris non dissimilia, aliorum laudes, aliorum vituperationes decantant.* Eadem tradit ATHENAEVS *lib. VI. p. 246.* AMMIANVS MARCELLINVS *c. l.* Hinc LVCANVS *lib. I.* canit:

Vos quoque qui fortes animas, belloque peremtos
Laudibus in longum vates dimittitis æuum,
Plurima securi fudistis carmina Bardi.

CLVVERVS *lib. I. cap. XXIV.* GYRALDVS *hist. Poët. dial. pag. 25.* SCHEDIVS *Syngr. III. c. XLI.* BESSELIVS ad *Eginhardum de vita Caroli M. cap. XXIX.* BOXHORN *Origg. Gall. p. 17.*

56) Bardus gallice cantor appellatur, qui virorum fortium laudes canit. Hinc etiam HESYCHIVS ait: Βάρδοι ἀοιδοὶ παρὰ Γαλάταις *Bardi cantores apud Gallos.*

57) Demonstraui illud iam olim Obs. Halens. *Tom. III. Obs. I. §. 15.* Fabula igitur est, Bardum, antiquissimum Gallorum regem hunc morem introduxisse, prout AVENTINVS *Chron. Germ. lib. I. f. 47.* tradit.

58) TACITVS de M. G. cap. III. *fuisse apud eos & Herculem memorant, primumque omnium ituri in prœlia canunt. Sunt illis hæc quoque carmina; quorum relatu, quem Barritum vocant, accendunt animos, futuræque pugnæ fortunam ipso cantu augurantur, terrent enim, trepidantue, prout sonuit acies, nec tam vocis ille, quam virtutis concentus videtur.* Sic enim DIODORVS SICVLVS lib. V. pag. 306. de Gallis: ὅταν δέ τις ὑπακούσῃ πρὸς τὴν μάχην, τάς τε τῶν προγόνων ἀνδραγαθίας ἐξυμνοῦσι, καὶ τὰς ἑαυτῶν ἀρετὰς προφέρονται, καὶ τὸν ἀντιταττόμενον ἐξονειδίζουσι καὶ ταπεινοῦσι, καὶ τὸ σύνολον τὸ θράσος τῆς ψυχῆς τοῖς λόγοις προαφαιροῦνται, *si quis contra exierit ad dimicandum: strenua maiorum facinora decantant: suas etiam virtutes deprædicant. Aduersarium contra vituperant; denique omnem animi fiduciam verbis illi detrahunt.* Idem tradit ATHENAEVS c. l. Sic Barbarorum barritum describit AMMIANVS MARCELLINVS XXXI. cap. VII. *Barbari vero maiorum laudes clamoribus stridebant inconditis: interque varios sermonis dissoni strepitus leuiora prœlia tentabuntur.*

59) Hinc TACITVS de M. G. c. II. *celebrant carminibus antiquis, quod vnum apud illos memoriæ & annalium genus est, Tuistonem.* Hæc quidem de Suecis suis vult intelligi RVDBECKIVS in *Atlantica lib. IV. cap. XXIV.* sed ideo notatus fuit a MORHOFIO *tractatu de poësi Germanica cap. V. pag. 279.* IOANNES AVENTINVS libro primo Germaniæ illustratæ, teste GESNERO in Bibliotheca sua, agere voluit de carminibus antiquis, quibus Cornelius Tacitus vsus est, & quæ Carolus M. auxit, recentiores corrupere. Sed præter ipsius Annales Boiorum nihil prodiit. TACITVS Ann. II. c. fin. ait: *canitur adhuc barbaras apud gentes Arminius.*

60) *Notis ad Amm. Marcellinum c. l.*

61) EGINHARDVS in vita cap. XXIX. *item barbara & antiquissima carmina, quibus veterum regum actus & bella canebantur, scripsit, memoriæque mandauit.*

62) De his optime AVENTINVS Ann. Boi. lib. I. cap. VII. n. 24. *huiusmodi pleraque bella, poëtico more velata mysteriis fabularum apud nos, patrio sermone, & numeris scripta leguntur. Populares nostri heroum Codicem, quod Heroum Germaniæ gesta contineat, cognominant. Mea quoque memoria Imperator Maximilianus, Cæsar Augustus more maiorum fabulis res gestas suas velauit, & omnem vitæ seriem carminibus, & patriis & latinis nominibus confictis celebrandum curauit, Teurodancum vocant.* Ipse etiam sæpius ad eiusmodi carmina prouocat. Sic de Tuistone lib. I. cap. V. num. 10. *iura dedit, leges tulit, carminibusque complexus est, quæ publice & priuatim cantarentur.* Et lib. I. cap. VII. *Ingerami & Adalogerionis nomina frequentissime in fastis referuntur, ipsos more maiorum antiquis proaui celebrarunt carminibus, quæ in Bibliothecis extant.* Plura loca, quibus ad eiusmodi Annales rythmicos prouocat AVENTINVS in Chronico suo Germanico, adducit MORHOFIVS *de poësi Germanica cap. VI. pag. 284.* quæ vero loca in latina editione non reperiuntur, ex quo satis patet, versionem istam Germanicam in multis latina esse pleniorem. Huc faciunt antiqui libri, dicti, *Heldenbücher*, & diuersa Chronica Rythmica, quæ in MEIBOMII potissimum & LEIBNITII collectione reperiuntur.

63) De his plenius singulari Tractatu egit WAGENSEILIVS & MORHOFIVS *c. VII.*

64) Mentionem eiusdem facit ADAMVS BREMENSIS *lib. I. cap. III.* HELMOLDVS *lib. I. cap. XVI. XXV. XXVI.* ALBERTVS STADENSIS *ad a. 1062.* Ab his autem Bardeuicum potius deriuant MEIBOMIVS *historia Bardeuici pag. 56.* SAGITTARIVS *Hist. Bardeuici cap. I. §. 39.* Vid. latius CHRIST. SCHLÖPKE *Chron. Bardeuici p. I. c. III.* Hinc, male sibi constans KRANTZIVS, qui, postquam *Vandalia lib. III. cap. VI.* dixisset: *apud nullum tamen cæterorum lego Bardorum nomen.* Statim *cap. VII. IX. XX.* eosdem, HELMOLDVM pro more secutus, memorat.

65) Verba sunt TACITI *de M. G. c. X.*

que gentes solenne, 66) vocatur Rhabdomantia. Nec ignotum erat apud eosdem auium voces volatusque interrogare. Proprium gentis, equorum quoque præsagia ac monitus experiri. 67) Publice alebantur iisdem in nemoribus ac lucis, candidi, & nullo mortali opere contacti, quos pressos sacro curru sacerdos, ac rex vel princeps ciuitatis comitantur, hinnitusque ac fremitus obseruant. Nec vlli auspicio maior fides, non solum apud plebem, sed apud proceres, apud sacerdotes: se enim ministros deorum, illos conscios putabant. Simile præsagium Slauis quoque fuisse vsitatum, narrant Scriptores. 68) Erat quoque alia obseruatio auspiciorum, quo grauium bellorum euentus explorabant; eius gentis, cum qua bellum erat, captiuum quoquo modo interceptum cum electo popularium suorum, patriis quemque armis, committebant. Victoria huius vel illius pro præiudicio accipiebatur. Sic oracula mulierum fatidicarum consulebant, vt antea fuit dictum. 69) Potissimum vero lunam obseruabant, nihil ardui facile incoantes, nisi dum luna vel incoetur, vel impleatur. Immo mulieres fatidicæ nonnunquam interdicebant, ne prœlium ante nouam Lunam committerent, prout in bello Ariouisti cum Cæsare factum. 70) PLVTARCHVS 71) etiam auctor est, in exercitu Cimbrorum atque Teutonum mulieres quasdam fuisse, quæ ex verticibus aquarum & fluminum euentum pugnæ qualis sit futurus, certo suis prædixerint. Idem tradit STRABO, 72) quod ex intestinis captiuorum, quos mactauerant, mulieres fatidicæ apud Cimbros futura prædixerint.

§. XXXIV. Ab hoc superstitionum cultu sensim ad veram fidem Christianam perducti fuerunt Germani. Multa quidem de S. MATERNO fabulantur Pontificii, quod S. Petri iussu peruenerit in Germaniam, cuius etiam conditorium apud Hellum, vicum tribus milliariis a Selestadtio distantem adhuc ostendi dicit B. RHENANVS, 73) in quo iacuerit mortuus aliquamdiu, sed mox vitæ restitutus, vt adhuc Treuiros Agrippinensesque erudiret. Verum, cum hæc fabulis sint propiora, sufficit nobis, quod Irenæus & Tertullianus iamdum Christianos in CisRhenana Germania commemorent. Licet autem in Germania magna rarior fuerit Christianismi vsus, non defuerunt tamen apud eosdem Martyres, qui de Christianæ religionis initiis testantur. 74) In Rhætia prima atque apud Augustanos AFRA reperitur, DIGNA, EVNOMIA, EVTROPIA, quæ tempore Diocletiani martyrium fuerunt passæ. 75) In Noricum ripense LAVRENTIVS quidam vel a Petro, vel Marco euangelista, vel huius discipulo Hermagora missus dicitur, quem plures secuti, potissimum FLORIANVS, ex tribuno militum Christianus & Martyr, 76) & NARCISSVS. 77) Temporibus Commodi Imp. LVCIVS Britannorum Rex, factus Christianus, vna cum Eme-

66) Simile fere apud Scythas præsagium narrat HERODOTVS *lib. IV. pag. 278.* Idem de Rugianis narrat SAXO GRAMMATICVS lib. XIV. *Rugiani, Balthici maris accolae, tribus ligni particulis, parte altera albis, altera nigris, in gremium sortium loco coniectis, candidis prospera, furuis aduersa signabant.* De Alanis AMMIANVS MARCELLINVS lib. XXX. c. II. *futura miro præsagiunt modo, nam rectiores virgas vimineas colligentes, easque cum incantamentis quibusdam secretis præstituto tempore discernentes, aperte quid portendatur, norant.* Vid. etiam CLVVERVS lib. I. cap. XXXVI. SCHEDIVS *Syngr. I. c. XLIV.*

67) Iterum verba sunt TACITI *c. l.*

68) Idem fere de Luiticiis tradit DITMARVS *lib. VI. pag. 382.* Idem auspicium Rugianos seruasse SAXO GRAMMATTICVS *Hist. Dan. lib. XIV.* & KRANTZIVS *Vandalia lib. V.* obseruant.

69) §. XXVI. Adde MEINDERS *p. 178.*

70) DIO CASSIVS *lib. XXXVIII. pag. 90.* & PLVTARCHVS *Caesare pag. 675.* ἔτι δὲ μᾶλλον αὐτοὺς ἤμβλυνε τὰ μαντεύματα τῶν ἱερῶν γυναικῶν, αἳ ποταμῶν δίναις προσβλέπουσαι, καὶ ῥευμάτων ἑλιγμοῖς καὶ ψόφοις τεκμαιρόμεναι προεθέσπιζον, οὐκ ἐῶσαι μάχην τίθεσθαι πρὶν ἐπιλάμψαι νέαν σελήνην· *magis insuper vaticinia percellebant illos fatiloquarum mulierum, quae amnium verticibus inspectis riuorumque gyris & strepitibus notatis futura praecinebant. Hae signa conferre antequam illuxisset noua luna, vetabant.*

71) *Mario p. 416.*

72) Sic enim STRABO *lib. VII. p. 294.* Ἔθος δέ τι τῶν Κίμβρων διηγοῦνται τοιοῦτον, ὅτι ταῖς γυναιξὶν αὐτῶν συστρατευούσαις, παρηκολούθουν προμάντεις ἱέρειαι πολιότριχες, λευχείμονες, καρπασίνας ἐφαπτίδας ἐπιπεπορπημέναι, ζῶσμα χαλκοῦν ἔχουσαι, γυμνόποδες· τοῖς οὖν αἰχμαλώτοις διὰ τοῦ στρατοπέδου συνήντων ξιφήρεις· καταστέψασαι δ᾽ αὐτοὺς ἦγον ἐπὶ κρατῆρα χαλκοῦν ὅσον ἀμφορέων εἴκοσι· εἶχον δὲ ἀναβάθραν, ἣν ἀναβᾶσα ὑπερπετὴς τοῦ λέβητος ἐλαιμοτόμει ἕκαστον μετεωρισθέντα· ἐκ δὲ τοῦ προχεομένου αἵματος εἰς τὸν κρατῆρα, μαντείαν τινὰ ἐποιοῦντο· ἄλλαι δὲ διασχίσασαι, ἐσπλάγχνευον ἀναφθεγγόμεναι νίκην τοῖς οἰκείοις· ἐν δὲ τοῖς ἀγῶσιν ἔτυπτον τὰς βύρσας τὰς περιτεταμένας τοῖς γέρροις τῶν ἁρμαμαξῶν, ὥστ᾽ ἀποτελεῖσθαι ψόφον ἐξαίσιον· *Morem hunc fuisse Cimbris vsitatum ferunt. Sequentibus eos in bellum vxoribus, vates quaedam comitabantur canæ, albo vestitu, carbasinis supparis desuper fibulis affixis, cinctu æreo, pedibus nudis: eæ per castra captiuis occurrebant strictis gladiis, prostratosque ad crateram aeneam adducebant amphoras circiter XX. capientem. Super eam pulpitum erat, quo conscenso vates sublimis singulis supra lebetem eleuatis guttur incidebat: e sanguine in crateram fuso suam captabant quandam diuinationem: reliqua cadauera sic cæsorum scindebant, intestinisque spectatis victoriam suis vaticinabantur. In prœliis pelles pulsabant cratibus curruum prætentas, quibus sonitus terribilis edebatur.*

73) *Rer. German. lib. II. pag. 264.* & *lib. III. pag. 601.* ed. Ottonis. BROWER *Antiquit. Treuir. lib. II. ineunte.*

74) Lib. I. adu. hæreticos cap. II. & TERTVLLIANVS adu. Iudæos lib. VII. *Hispaniarum omnes terminos, & Galliarum diuersas nationes, & Britannorum inaccessa Romanis loca tum & Sarmatas & Dacos & Germanos, & Scythas, in quibus omnibus Christi nomen regnet.* SAGITTARIVS *antiquit. Gentil. & Christian. Thur. lib. I. c. II.*

75) Inter MARCI VELSERI Opera ab Arnoldo edita reperitur *Conuersio & Passio SS. Martyrum, Afræ, Hilariæ, Dignæ, Eunomiæ, Eutropiæ quæ Augustæ Vindelicorum passa sunt, cum ipsius Commentario.*

76) Plenius de hisce Norici apostolis egit M. VELSERVS *rer. Boi. lib. III. p. 91.*

77) VELSER *Comment. ad Conuers. S. Afræ pag. 475.*

Emerita apud Rhætos martyrium dicitur passus. 78) Sensim tamen per Francorum potissimum victorias a seculo quinto plenius introductus fuit Christianismus, 79) vsque dum BONIFACIVS 80) prædicatione sua multos populos Thuringorum, Francorum, Orientalium & Hassorum ad fidem rectam, a qua diutius aberrauerant, reduceret, exinde Thuringorum apostolus dictus: Saxones vero Carolus M. 81) destructa Irmensula, atque fundatis episcopatibus, ad Christi sacra perduxit. Hinc introducto sensim Christianismo, quivis populus suum nactus fuit conuersorem atque apostolum. Præter Bonifacium enim, Francorum apostolus dicitur KILIANVS, 82) Boiorum EMERANVS 83) SEVERINVS atque RVPERTVS, 84) Saxonum ANSGARIVS, 85) OTTO Bambergensis 86) Pomeranorum, SERVATIVS Tungrorum, 87) AMANDVS, FLORENTIVS & ARBOGASTVS Alsatorum, 88) GALLVS & COLVMBANVS Heluetorum. 89)

SECTIO

78) GVLERI *Rhatia lib. III. num. IX. f. 33.* VELSER *p. 91.*

79) Quis status Christianismi apud Germanos per singula secula fuerit, docet HACHENBERG *Germ. media diss. VIII.* Iungendus ipsi est ELIAS MART. EYRINGIVS dissertatione *de ortu & progressu Religionis Christiana in Francia Orientali.*

80) Verba sunt MARIANI SCOTI ad a. 719. *Sanctus Bonifacius a præsule sedis apostolica Gregorio, Moguntiaca ciuitati metropoli Germania archiepiscopus ordinatur, & legatus Germanicus Romanae ecclesiae in Franciam mittitur, qui praedicatione sua multos Thuringorum populos, Hessorum & Austrasiorum ad fidem rectam, a qua diu aberrauerant, conuertit. Monasteria sexus vtriusque primo instituit Germaniae*, quem iisdem verbis sequitur GOBELINVS PERSONA *Cosmodr. at. VI. cap. XXXVII.* Eadem tradit ALBERTVS STADENSIS 755. Sic DAVID CHYTRAEVS *oratione de Westphalia p. 11.* Bonifacium appellat Germanorum Euangelistam & Apostolum, qui Euangelium docuerit in Bauaria, Franconia, Thuringia, Hassia, Frisia, quem sequitur SCHVRTZFLEISCHIVS *Vol. Disp. LXXXV. pag. 1091.* Vitam ipsius scripserunt S. WILLIBALDVS & OTHLONVS FVLDENSIS, vtrique continentur in CANISII *Tomo IV. antiquarum lectionum.* Othlonum etiam Actis Sanctorum inseruit Surius, Historiæ Moguntinæ libro tertio Serrarius. Sic etiam vernaculo idiomate eius vitam scripsit IO. LETZNERVS. Nec reticendi sunt IOHANNES de BECKA *de Episcopis Vltraiectinis p. 33.* & SAGITTARIVS *antiquitatibus Gentilismi & Christianismi Thuringici.*

81) Plenius hoc ex Caroli M. Historia patebit. De Episcopatibus vero in Saxonia a Carolo M. fundatis agit ALBERTVS KRANTZIVS in Metropoli. Facit huc etiam decretum Capit. lib. V. cap. II. *decreuimus quoque, vt secundum Canones, vnusquisque Episcopus in sua Parochia sollicitudinem habeat, adiuuante Grafione, qui defensor Ecclesiae est, vt populus Dei paganias non faciat.*

82) Plenius de hoc egit SERRARIVS *in libello S. Kiliani.* EYRING *de ortu & progressu religionis Christianae* §. 7.

83) Emerani Mausoleum Ratisbonæ adhuc monstratur, idemque singulari tractatu, vna cum ipsius historia descriptum extat *Ratisbonae 1680. 4.*

84) Sic Martyrologium Romanum ad VI. Idus Ianuarii pag. 29. ed. Baron. *Eodem die apud Noricos S. Seuerini abbatis, qui apud eam gentem Euangelium propagauit, & Noricorum dictus est Apostolus.* Vitam Seuerini descripsit EVGIPPIVS a M. Velsero editam. De eodem videri potest AVENTINVS *Ann. Boi. lib. III. cap. I. II. III.* IO. ADLZREITER *Ann. Boi. P. I. lib. V. n. 29.* BRVNNERVS *Ann. Boiic. lib. IV. num. V. pag. 115.* De Ruperto vero, quem Boiicæ apostolum vocat VELSERVS *Rer. Boi. lib. IV. p. 114.* videri possunt AVENTINVS *Ann. Boi. lib. III. cap. III.* ADLZREITER *P. I. lib. VI. pag. 142.* BRVNNERVS *P. I. lib. V. pag. 142.*

85) ADAMVS BREMENSIS lib. I. cap. XV. *Ludouicus Imperator nouam in Saxonia Corbeiam exorsus, religiosissimos Franciae monachos ad illud congregauit cœnobium, inter quos praecipuus legitur sanctissimus Pater noster Philosophus Anscharius, vitae atque scientiae merito clarus & omni Saxonum populo acceptus.* Vitam ipsius scripserunt Rembertus & Gualdo, quos Originibus suis Hamburgensibus adiecit LAMBECIVS, notisque illustrauit.

86) Otto Pomeranos a. 1124. conuertit, ex quo hi versus:

Annò milleno centeno bis duodeno
Otto pius fanis fit apostolus Pomeranis.

HELMOLDVS lib. I. cap. XL. *in diebus illis claruit vir insignis sanctitate Otto Bauenbergensis Episcopus, qui inuitante pariter & adiuuante Bolizlao, Polonorum Duce, Deo placitam adiit peregrinationem ad gentem Slauorum, qui dicuntur Pomerani, & habitant inter Oderam & Poloniam. Praedicauitque Barbaris verbum Dei, Deo cooperante & sermonem confirmante sequentibus signis. Omnemque gentem illam cum principe eorum Wercezlauo conuertit ad Dominum, permanetque fructificatio diuinae laudis illic vsque in hodiernum diem.* Eadem fere verba sunt ALBERTI STADENSIS *ad a. 1118.* GOBELINVS PERSONA *Cosmodr. at. VI. cap. LVIII.* KRANTZIVS *Vandalia lib. III. cap. XXVIII.* BRVSCHIVS *de episc. Bambergensibus n. 7.* MICRAELIVS *Chron. Pomer. lib. II. cap. LXIX. sqq.* CRAMERVS *Chron. Pomer. lib. I.* PAVLVS FRIEDEBORN *Chron. Stetin. lib. I.* Extat eiusdem vita a coæuo Scriptore elaborata in CANISII Tomo secundo Lectionum antiquarum.

87) Vid. IO. CHAPEAVVILLE collectio de Pontificibus Tungrensibus, Traiectensibus & Leodiensibus.

88) HERTZOGS *Elsassische Chronic lib. IV. pag. 66.* KÖNIGSHOVEN *Elsassische Chronic c. IV. p. 233.* ERKENBALDI, WIMPHELINGI & GVILLIMANNI Catalogus Episcoporum Argentoratensium.

89) WALAFRIDVS STRABO *de vita S. Galli lib. I. cap. IV.* de vtrisque ita loquitur: *sancti igitur homines cum cœpissent inter illos habitare, docebant eos adorare Patrem, filium & Spiritum Sanctum, & custodire fidei veritatem. B. quoque Gallus sancti viri discipulus Zelo pietatis armatus, fana in quibus Daemoniis sacrificabant, igni succendit, & quaecunque inuenit oblata demersit in lacum.* De hisce Germanorum apostolis agit IOAN. VLR. PREGITZER *Suevia & Wurtenbergia Sacra p. 2. sqq.*

SECTIO TERTIA
DE
STATV CIVILI, MILITARI, OECONOMICO VETERVM GERMANORVM.

§. I. Ciuilis Status ipsam Reip. Germanicæ gubernationem comprehendit. §. II. Germania non secundum prouincias, sed secundum populos distinguebatur. §. III. In singulis populis consideranda Ciuitas, Pagus, Vicus. §. IV. Germanorum Vici. §. V. Sæpius terminantur in born, feld, wald, hayn, berg, dorf, haussen, stetten, heim, leue, ingen, brück, furt, magus, burg, stein &c. §. VI. In Germania magna primis temporibus vrbes non erant. §. VII. Romani in Germania cis Rhenana vrbes condere cœperunt. §. VIII. In Germania magna a seculo quinto castra cœperunt & emporia. §. IX. Vrbium Germaniæ magnæ origo potissimum Carolo M. & Henrico Aucupi tribuenda. §. X. Constitutio terræ Germanicæ. §. XI. Forma politica Germaniæ Rerumpublicarum. §. XII. Reges & Duces Germanorum. §. XIII. Germanorum Principes. §. XIV. Classes Germanorum faciebant Nobiles, Ingenui, Liberti, Seruique. §. XV. Nobiles & stirps regia quæ. §. XVI. Ingenui qua ratione constituti. §. XVII. Serui Germanorum. §. XVIII. Comitia Germanorum. §. XIX. Leges Germanorum. §. XX. Iudicia Germanorum & Pœna. §. XXI. Militiæ studebant Germani & latrociniis. §. XXII. Horum æmulatio inter Duces & Comites. §. XXIII. Arma Germanorum. §. XXIV. Equi & equites. §. XXV. Castra, acies, prœlia Germanorum, & in iis mulieres præsentes. §. XXVI. Educatio Germanorum. §. XXVII. Agrorum mutatio. §. XXVIII. Lauandi mos & capitis ornatus. §. XXIX. Vestitus Germanorum. §. XXX. Cibus, potus & Conuiuia. §. XXXI. Germani venationi & otio vacabant, nandi etiam erant peritissimi. §. XXXII. Germanorum fides, hospitalitas & munera quæ capiebant. §. XXXIII. Studia illorum, metalla, commercia. §. XXXIV. Germanorum Matrimonia & Dos. §. XXXV. Adulteria rara. §. XXXVI. Hæredes & agnati. §. XXXVII. Amicitiam & inimicitiam propinqui habebant communem. §. XXXVIII. Spectacula. §. XXXIX. Funera Germanorum.

§. I.

POst Statum ecclesiasticum sequitur Ciuilis, qui omnem in se comprehendit constitutionem Reipublicæ Germanicæ. Hæc vero vel generatim considerata, ipsam dispositionem Reipublicæ ciuilem vel formam politicam, vel Regimen atque administrationem publici Status concernit.

§. II. In generali Reipublicæ Germanicæ dispositione considerandum, Germaniam non integrum interque se nexum Reipublicæ Systema constituisse, prout Status est hodiernus, sed in ipsa Germania tot fuisse speciales Respublicas, quot populos. Nec enim in prouincias 1) Germania erat diuisa, prout hodie, sed in populos, quorum quisque suum constituebat Regimen speciale atque independens. Nec quidpiam inter se commune habebant Germaniæ populi, nisi in quantum speciali fœdere se inuicem sociarent. 2) Nolumus iam in recensendis Germaniæ populis, horumque sedibus adsignandis esse prolixi, cum hoc ad orbis saltim Notitiam faciat, quam non scribimus, & ab aliis iamdum fuerit præstitum, 3) saltim describemus, quid ad historiam faciat populorum.

§. III. In quolibet vero populo tria veniunt consideranda, CIVITAS, PAGVS & VICVS. CIVITAS integrum notabat populum. 4) Singulas diuidebant in certos PAGOS, hic

1) TACITVS, vbi de Germanis loquitur, semper eosdem secundum gentes distinguit. Sic, postquam in commune de Germanis dixerat, transitum facit capite XXVII. ad populos speciales his verbis: *hac in commune de omnium Germanorum origine ac moribus accepimus: nunc singularum gentium instituta, ritusque quatenus differant: quæ nationes e Germania in Gallias commigrauerint, expediam.* Hinc nomina quidem Germanicarum gentium sunt nota, Catti, Vbii, Cimbri, Cherusci, Vsipii, Bructeri & sic porro, nunquam vero horum terra dicitur Cattia, Vbia, Cimbria, Cheruscia, Vsipia, Bructeria. Licet posteriori tempore illorum, quorum nomen antiquum fuit reseruatum, terra ab iisdem nomen sortiretur, prout videmus in Boiis, Thuringis, Francis, Sueuis, quorum terræ, postquam isti populi libertatem suam amisissent, atque sub Francorum regimen redactæ, dictæ Boioaria, Thuringia, Francia, Sueuia.

2) Adgnouit illud MONZAMBANO, dum c. I. §. 2. ita loquitur: *tam vastum terrarum spatium complures quondam populi insedere, numero inprimis & robore virorum validissimi. Quorum singuli tamen fere suam sibi ciuitatem constituebant a reliquis distinctam, nisi quas lingua morumque similitudo, communisque origo iungebat.*

3) Egerunt de hoc præter TACITVM *de Moribus Germanorum*, PHIL. CLVVERVS *in Germania antiqua*, CHRISTOPH. CELLARIVS *in Notitia Orbis antiqui*, IO. WERLHOFIVS in *Specimine primo Notitiæ Imperii enucleata.* IO. NIC. HERTIVS *Notitia Veteris Germaniæ Populorum.* HADRIANVS VALESIVS *notitia Galliarum*, & IACOBVS CAROLVS SPENERVS in *Notitia Germaniæ antiqua.*

4) Sic CAESAR VI. de B. G. c. XXIII. *Ciuitatibus maxima laus est, quam latissimas circum se vastatis finibus solitudines habere, hoc proprium virtutis existimant, expulsos agris finitimos cedere, neque quemquam prope se audere consistere.* TACITVS de M. G. cap. XIV. ciuitatem atque nationem habet pro synonimis, dum ait: *Si ciuitas, in qua orti sunt, longa pace & otio torpeat, plerique nobilium adolescentium petunt vltro eas nationes, quæ tum bellum aliquod gerunt.* Sic CAESAR VI. de B. G. cap. XI. dicit: *in Gallia non solum in omnibus ciuitatibus atque pagis, partibusque sed pene etiam in singulis domibus factiones sunt.* Hinc CAESAR I. de B. G. cap. XII. *omnis ciuitas Heluetia in quatuor pagos diuisa est.* Et paullo post: *quæ pars ciuitatis Heluetiæ insignem calamitatem Populo Romano intulerat.* Sic TACITVS *de M. G. cap. XLI.* ciuitatem dixit Hermun-

hic vero certam aliquam regionem siue districtum denotabat, 5) qui modo maior erat, modo minor, atque idem quod Helueti vocant *ein Canton.* Hinc etiam ab antiquis sæpe provinciæ atque regiones adpellantur. Germani easdem vocabant *Gouas*, 6) quare tot supersunt adhuc prouinciæ atque regiones, quæ in *gau* desinunt, vtpote *das Rheingau*, *Breysgau*, *Sundgau*, *Wasgau*, *Turgau*, *Algau*, *Ergau*, *Speiergau*, *Creichgau*, *Zürchau*, *Nordgau*, *Hennegau*, quæ ex istis gouis nomen & originem traxere. Quælibet Goua diuisa erat in suas *Hundredas*, 7) quas Romani *Centenas* vocabant, quæ a centum circum circa familiis, quæ continebant, denominabantur, iisdemque Centeni 8) præerant: Ex quo apud Francos iudicia Centenæ, *die Centgerichte*, siue criminalia orta fuisse videntur. 9)

§. IV.

Hermundurorum de Cimbris c. XXXVII. ait: *parua nunc ciuitas, sed gloria ingens.* Eadem ratione TACITVS *Ann. XIII. cap. LVII.* Ciuitati Iuhonum villas, vicos & arua tribuit, dum ait: *Sed ciuitas Iuhonum socia nobis, malo improuiso adflicta est. Nam ignes terra editi, villas, arua, vicos passim corripiebant, ferebanturque in ipsa condita nuper Coloniæ mœnia.* Ciuitas Brigantum in Britannia eidem dicitur AGRICOLA *cap. XVII.* Sic etiam dum in Notitia Galliarum apud du CHESNE *Tom. I. pag. 4.* sub singulis Prouinciis ciuitates memorantur, intelliguntur cum agro suo & districtu, prout Belgis hodie dicitur *eine Castellaney.*

5) Sic distinguit TACITVS de M. G. *c. XXI.* pagos vicosque, dum ait: *eliguntur in iisdem conciliis & principes, qui iura per pagos vicosque reddunt.* Optime in hanc rem HENR. BEBELIVS in spicilegio pag. 126. *Pagus videtur a nobis dici vulgo Pach, id est riuus, vel villæ multa iuxta riuos posita. πηγὴ enim latine fons dicitur: & (vt dicit* SERVIVS II. *Georg.) Pagi ἀπὸ τῶν πηγῶν, id est a fontibus dicuntur, circa quos villæ consueuerunt condi. Vnde non est credendum, quod centum tantum fuerint pagi Sueuorum, id est villæ, qui (vt Cæsar & multi alii testes sunt) quotannis centena millia hominum in bellum mittebant: sed Pagum intelligo tractum alicuius totius fontis & fluuii, ex quo illi pagum communiter habebant, mille homines educebantur. Quis enim crederet Sueuiam latissimam Germaniæ partem centum tantum pagis, etiamsi pro amplissimis vrbibus accipias, contentam fuisse?* Durauit hic mos ad mediam ætatem vsque; Hinc in diplomatibus atque donationibus monasteriis concessis, semper pagus atque Comitatus, in quo terræ donatæ fuerunt sitæ, exprimitur. Desiit vero hoc nomen Pagorum, postquam terræ factæ fuerunt hæreditariæ, atque Pagi in Ducatus & Comitatus fuerunt immutati. Plenius de iisdem egerunt CLVVERVS *G. A. lib. I. cap. XIII. pag. 113.* ANDR. ALTHAMMERVS *in Taciti Germaniam pag. 29.* STVMPF *Chron. Helvetiæ lib. VII. cap. XXI.* MARQVARDVS FREHERVS *Origg. Palatinis lib. I. cap. V.* qui Catalogum Pagorum Germaniæ sub Carolingis exhibet, & pagum Rhenensem vberius explicat. De pagis Saxoniæ speciatim egit HENRICVS MEIBOMIVS. De pagis Thuringiæ SAGITTARIVS *antiquit. Thur. lib. IV. cap. II.* Spicilegium addidit CHRISTIANVS FRANCISCVS PAVLLINI Tractatu suo de Pagis inprimis Antiquæ Saxoniæ. Vid. etiam Glossarium du CANGE & SPELMANNI, BIGNONIVS *notis ad Marculphum c. XXVIII.*

6) Distinguebantur inter se *au* & *gau*, illud campum siue pascuum, hoc districtum, regionem notabat. Ab vtraque voce regiones denominantur. De prima GROTIVS proleg. ad Scriptores Hist. Goth. p. 3. *ex Scandia autem addito au vocabulo quod terram significat (vt ostendunt Morau, Betau, Nassau, Velau, aliaque infinita nomina) factum est Scandinauia vocabulum, ad modum nominis Batauiæ similiumque, quomodo & Austrauia Plinio, id est Oosterau, terra Orientalis ea est quam nunc Estoniam dicimus, pronuntiatione ad Saxonicam propius accedente, vt mox dicetur.* De Gouis vero egit LEHMANN *Chron. Spir. lib. I. cap. XVIII.* FREHERVS & SAGITTARIVS *c. l.* SCHOTTEL *von unterschiedlichen Rechten in Teutschland cap. XII.*

7) Optime hanc in rem B. RHENANVS rer. Germ. lib. II. p. 263. *regiones ipsæ per Centenas distinctæ erant, vnde Centenarii nomen. Is magistratus Centenæ præsidebat Comiti subiectus. Proxime Heidelbergam adhuc apparet Centenæ vestigium in aliquot pagis, & mansit vocabulum. Nam Franci in gubernanda plebe Romanorum consuetudinem in Galliis repertam etiam ad alios populos vna cum ipsis vocabulis transtulerunt.* Putat itaque vocem Centenæ a Romanis ad Germanos fuisse traductam. Sunt tamen e contrario alii, qui originem vocis vernaculam fuisse autumant, VT MARQVARDVS FREHERVS *lib. I. cap. V.* BESOLDVS *Thes. pract. voce zebend & Centbarliche Obrigkeit* a Germanico *zehend* ducit, quod contracte *Cent* dicatur. Hinc idem ad verba diplomatis Adolphi Imp. Monasterio Steinheimensi concesso: *demum volumus & firmiter inhibemus, ne aliquis castrum, vel munitionem aliquam in terminis decimarum ipsius Monasterii ædificet vel instauret.* Ita *Docum. Würtenberg. pag. 388.* commentatur. *Decimæ hic sumuntur pro territorio.* Quemadmodum etiam nos hodie *eines Dorffs oder Stadt zehenden* vocamus *den Bezirck, so weit die Bawgüter eines Dorffs oder Stadt gehen, und der zehend daselbst hin gereichet wird. Et forsan hinc descendit Cendt, hoc est districtus criminalis iurisdictionis.* Sequitur eundem PHIL. KNIPSCHILD *de Iure Ciuitatum Imperialium lib. II. cap. VI. n. 453.* & SCHILTERVS *Exerc. ad π. VI. §. XI.* Licet haut adeo adsentiri velit Auctor *der Lindauischen Deduction p. 550.* Horum opinionem quidem, tanquam absonam reiicit SCHOTTELIVS, & vocem *Cent* radicem Germanicam esse putat, & vocem primitivam, vnde multa oriantur composita. Verum, dum Tacitus Gouas Germanorum Romano vocabulo pagos adpellauerit, alias etiam adpellationes Romano more extulerit, facile credimus, idem cum Centenis factum, quæ Germanis dicebantur *hundreda.* Claris verbis illud Scriptores Anglorum de Aelfredo rege dicunt, quod regnum in centurias, quas *Hundred* dicebant, diuiserit. Sic GVIL. MALMESBVR. lib. II. de G. Angl. c. IV. *& quia occasione barbarorum indigenæ etiam in rapinas anhelauerant, adeo vt nulli tutus commeatus esset sine armorum præsidio, centurias, quas Hundred dicunt, & decimas, quas Trithingas vocant, instituit, vt omnis Anglus legaliter duntaxat viuens haberet & centuriam & decimam.* INGVLPHVS *Comitatus in centurias, id est, hundredas, & in decimas, id est, in trithingas diuisit.* IO. BROMTON Chronico p. 818. *Aluredus rex inter fremitus armorum leges tulit, & Centurias quas Hundredas dicunt, & decurias quas Trithingas vocant, instituit.* Vid. & IO. SPELMANNI *vita Aelfredi p. 74.* Quod autem in Legibus Germanorum semper dicatur Centena, ratio hæc est, quod horum leges idiomate latino erant conscriptæ, Angli vero qui vernaculo sermone etiam in legibus vtebantur, vocant *hundred.* Vid. du CANGE & SPELMANNI Glossarium.

8) TACITVS de M. G. c. XII. *Centeni singulis ex plebe Comites, consilium simul & auctoritas, adsunt.*

9) *Lœwensteinisch Gegenbericht contra Würtzburg*

§. IV. Succedunt VICI Germanorum, quos optime TACITI verbis describemus: 10) *nullas Germanorum populis vrbes habitari, satis notum est, ne pati quidem inter se iunctas sedes. Colunt discreti ac diuersi, vt fons, vt campus, vt nemus placuit. Vicos locant, non in nostrum morem, connexis & cohaerentibus ædificiis: suam quisque domum spatio circumdat, siue aduersus casus ignis remedium, siue inscitia ædificandi. Ne cæmentorum quidem apud illos, aut tegularum vsus. Materia ad omnia vtuntur informi, & citra speciem aut delectationem. Quædam loca diligentius illinunt terra, ita pura ac splendente, vt picturam & lineamenta colorum imitentur. Solent & subterraneos specus aperire, eosque multo insuper fimo onerant, suffugium hiemi & receptaculum frugibus: quia rigorem frigorum eiusmodi locis molliunt, & si quando hostis aduenit, aperta populatur, abdita autem & defossa ignorantur, aut eo ipso fallunt, quod quærenda sunt.* Tuguria itaque erant informia, rudi materia, & leui opera erecta, stramine tecta, qualia adhuc in pagis esse solent. 11)

§. V. Dum autem coluerint discreti, vt fons, vt campus, vt nemus placuit, occasionem hoc dedit vicorum nomina in *born*, *feld* & *wald* terminandi, 12) qualia antiquissimorum locorum adhuc supersunt. Accesserunt postea a lucis terminationes in *hayn*, a montibus in *berg*, *fels*, a vallibus *Thal*, a noualibus *Rode* 13) vel *Reuth*, vel ab ipso vici nomine vernacula in *dorf*. Sæpius quoque addito populi, conditoris, domini, vel situs nomine terminantur in *hausen*, 14) *stetten*, *heim*, 15) quod idem est ac *heimath*, *leve* 16) quod idem ac *lobium*, 17) *laube*, habitaculum, domicilium. Quædam oppida ad Rhenum & Danubium in *ingen*, 18) quod posteritatem notabat, terminantur: multæ in *au*, quod pascua notat fertilia. Variæ vrbes a ponte connexo terminantur in *bruck*, 19) vel a traiectu in *furd*, 20) de quo etiam Cluuerus vrbes in *Magus* vel *Magum* terminantes intelligit,

burg cap. XII. pag. 307. Lindauische Deduction p. 550. SCHOTTEL *von unterschiedlichen Rechten cap. VII.* SCHILTER *Exerc. ad ϖ. VI. §. XI.*

10) *de M. G. cap. XVI.* Sic etiam ædificia Germanorum, Gallorum similia describit CAESAR VI. *de B. G. cap. XXX. sed hoc eo factum est, quod ædificio circumdato silua, (vt sunt fere domicilia Gallorum, qui vitandi æstus caussa, plerumque siluarum ac fluminum petunt propinquitates.)* HERODIANVS *lib. VII. cap. II. ita de iisdem:* λίθων μὲν γὰρ παρ' αὐτοῖς ἢ πλίνθων ὀπτῶν σπάνις· ὕλαι δ' εὔδενδροι, ὅθεν ξύλων οὔσης εὐπορίας, συμπηγνύντες αὐτὰ καὶ ἁρμόζοντες, σκηνοποιοῦνται, *rara apud eosdem structura e lapide ac lateribus coctilibus, densisque potius siluis, quorum confixis coagmentatisque lignis, quædam quasi tabernacula ædificant.*

11) Sic enim de Germanis STRABO *lib. VII. pag. 291.* quod illorum mos sit ἐν καλυβίοις οἰκεῖν ἐφήμερον ἐχούσι παρασκευήν, *in casis habitare, structura in vnum diem constantibus.* De Gallis CAESAR lib. V. cap. LXIII. *feruefacta iacula in casas, quæ more Gallico stramentis erant tecta, iacere cœperunt.*

12) Vid. etiam CLVVERVS *lib. I. cap. XIII. pag. 106.* Adde HENR. MEIBOMII Programma publicis in Taciti Germaniam Lectionibus præmissum *Helmst. 1686. 4.*

13) *Rode*, Noualia, inde *umbroden*. Sic Gernrode oppidum Anhaltinum, vocatur Geronis rothe in Priuilegio Ottonis M. de a. 961. apud LÜNIGIVM *Spicil. Eccl. Tom. III. Suppl. p. 78.* In Privilegio Ottonis IV. Monasterio Walckenriedensi apud LÜNIGIVM *p. 647. villa, quæ dicitur Roth, siue nouale.*

14) Patet hoc ex *Sachsenhausen*, quod Francofurto ad Mœnum per pontem iungitur, & nihil aliud erat quam Saxonum habitatio. Sic *Franckenhausen* Schwartzburgicorum, idem ac Francorum habitatio. BROTVFF *Anhalt. Geneal. lib. I. cap. XIV.* Inde etiam *Sondershausen* a diuisione Francos inter atque Saxones facta, denominatam vult SAGITTARIVS *Antiqq. regni Thuringici lib. II. cap. XII. §. 21.* A populo autem loca fuisse denominata, testatur castrum *Sachsenburg* ad Vnstrutam, de quo HIST. LANDGRAV. THVR. cap. V. *Theodoricus rex* (Francorum) *dedit duci Saxonum in terra Thuringia quicquid vltra Vnstrud situm est, versus montana Hartz, quam terram pluribus annis habuerunt, & pro defensione huius partis ædificauit castrum, quod nominauerunt secundum nomen suum Saxenburg.* Idem confirmat BROTVFF *Anhaltische Chronic lib. I. c. II.* Ab hac diuisione etiam vicum Schidingem ad Vnstrutam nomen esse sortitum autumat SAGITTARIVS *Antiqq. Regni Thuring. lib. II. c. XII. §. 15.*

15) Hæc Terminatio ad Rhenum potissimum frequens est, e. g. *Heidersheim*, *Ensisheim*, *Turckheim*, *Obernheim*, *Drusenheim*, *Rosheim*, *Sintzheim*, *Mannheim*, *Pfortzheim*, *Oppenheim*, *Germersheim*.

16) In ducatu Magdeburgico & huius vicinia, hæc terminatio frequens & plerumque pronuntiari solet *leben*. *Arxleben*, *Ascherslebeu*, *Barleben*, *Ebeleben*, *Gardeleben*, *Wandesleben*, *Todtleben*.

17) Lobium enim vox mediæ ætatis sæpius occurrit. FVLCVINVS *de Gestis Abbatum Lobiensium* apud du FRESNE in Glossario: *fieri iusserat obumbraculum ad temperandum solis æstum, quod Lobium vocant.* Glossæ MStæ Florentinæ *Vmbraculum, lonba.* PAPIAS: *Tempes laubia vulgo dicitur, ab arborum frontibus, vulgo laub.* Inde etiam hodie adhuc dicimus *eine Sommerlaube.* Adde ECCARDVM *ad Legem Salicam pag. 101.* Licet postmodum saltus Thuringicus adpellatus fuerit *Loiba*, *Louba*, prout POLYCARPVS LEYSERVS in Commentatione *de Lachis Loubæ* demonstrauit, LEIBNITIVS *Introduct. ad Script. Hist. Brunsuic. Tom. II. n. 24.*

18) e. g. *Hünningen*, *Friedlingen*, *Eppingen*, *Reutlingen*, *Leiningen*, *Finstringen*, *Criebingen*, *Putlingen:* Has a certis familiis sic denominari tradit RHENANVS rer. Germ. lib. III. p. 422. *apud Germanos vicis & arcibus nomina plerumque familiæ nobiles indiderunt, vt Quendelingi in Saxonia Quendelingeburgo. Tubingi, Reutelingi, Ezelingi, Geppingi, Geiselingi in Alemannia memoriam sui reliquere vicis constructis, quæ hodie oppida videmus. Nortlingi in Nordgouia habitantes, vnde & nomen nacti sunt, conlatis domiciliis Nordlingen oppidum constituerunt. Et sic de multis aliis. Non aliter oppidulum Selestadio proximum, hodie Gemar dictum, in Diplomate Caroli Magni quo Lebrabensis cœnobii institutionem a Volrado factam, approbat, nominatur Gamaringa, a nobili aliqua gente Gamaringorum. Arbitror vero Colmarium primum Colmaringam appellatam a Colmaringis. Nam hac terminatione gaudebant olim Franci & Alemanni, imo Germani omnes.*

19) *Inspruck*, *Saarbrück*, *Zweybrück*. Vid. CLVVERVS *G. A. lib. I. c. VII. p. 64.*

20) *Francfurt*, *Sueinfurt*, *Trefurt*, *Ochsenfurt*, *Erfurt*. Belgæ a voce traiectum terminant in *trecht*, vt *Maestricht* Traiectus ad Mosam, *Vtrecht*, Traiectus ad Rhenum.

21) CLV-

git, quod idem esse vult, ac vadum 21) Posteriori æuo vrbes munitæ & castella terminabantur in *burg*, 22) arces montanæ in *stein*. 23) In nostra vicinia plures vici terminantur in *itz*, 24) quæ originem suam habent a Sorabis & Vinidis.

§. VI. Vrbes sua ætate Germanis denegat TACITVS, videndum igitur, quando istæ cœperint. Sunt equidem, qui etiam Taciti ætate Germanis vrbes fuisse contendant, cum CAESAR apud Vbios, Sueuosque oppida memoret, 25) PTOLEMAEVS amplius nonaginta in Germania magna loca recenseat πόλεων nomine. Attamen, licet oppidum plerumque dicatur de vrbe, generalis tamen vox erat, quæ etiam locum notaret habitatum quidem, sed muris non circumdatum. 26) Sic etiam πόλις in generali sensu & vrbem & vicum notat. 27) Hinc potius adserimus, vrbes, siue loca muris circumdata in Germania Magna, seu trans Rhenana, quam Romani vocabant, ante Caroli M. tempora non fuisse, vicos saltim & villas, cum quibusdam castellis. Istæ iura habebant ciuitatum, ciuitates etiam media ætate dicebantur, 28) & negotia exercebant, prout in Capitularibus Caroli M. referuntur Erfurtia, Magdeburgum, Bardeuicum, 29) & vel mediatæ erant in Ducatibus, vel immediatæ in terris immediatis, atque adpellabantur villæ regiæ vel regales. 30) Immo tam exosæ erant vrbes apud Germanos, vt dum Vbii, postquam Rhenum traducti, Coloniam Agrippinensem in ripa conderent, ab ipsis postularent, vt muros coloniæ, munimenta seruitii detrahant. 31)

§. VII. Romani vero, dum in Germania cisRhenana a Iulii Cæsaris temporibus maiores indies facerent progressus, primi etiam vrbes, deductis coloniis, condere cœperunt. Plures in eadem vrbes & castella fuisse, patet ex historia Drusi, qui quinquaginta amplius castella per Rheni ripam direxit. 32) Hinc etiam Constantii Imp. temporibus Franci, & Alemanni & Saxones quadraginta vrbes ad Rhenum sitas deuastasse dicuntur. 33) Potiores inter easdem memorat AMMIANVS MARCELLINVS, Argentoratum, Brocomagum, Tabernas, Salisonem, Nemetas & Vangionas & Moguntiacum, quorum territoria quidem Germani transrhenani occupantes inhabitauerint, licet ipsa oppida vt circumdata retiis busta declinauerint. 34)

§. VIII. In Germania vero magna vix ante seculum quintum vrbes reperiemus, nisi quousque Romani venerant. Initium fiebat a castris siue burgis, quæ ad defensionem extrue-

21) CLVVERVS c. l. pag. 65. *In Germania cisRhenana Nouiomagus Batauorum, nunc Nieumagen, Nouiomagus Treuerorum, nunc Neumagen, Nouiomagus Nemetum, nunc Speir; Vbiorum Marcomagus, & Rigomagus & Durnomagus; nunc Düren, Reimagen & Dursmagen, quæ cuncta ad amnes posita.*

22) Vt *Magdeburg, Hamburg, Lüneburg, Sachsenburg.*

23) Tales ad Rhenum plures reperiuntur *Rappoltstein, Lützelstein, Fleckenstein, Rheingrafenstein, Falckenstein, Obernstein.*

24) Vt *Cunitz, Geschwitz, Closwitz, Steudnitz, Osmaritz, Beutnitz, Brisnitz.* Sorabos enim in terra Orientali inter Salam & Albim sedes suas habuisse testatur SAGITTARIVS *antiquit. Regni Thuringici lib. I. c. IV. §. 45. & antiqq. Duc. Thuring. lib. IV. cap. XX.*

25) CAESAR de B. G. IV. cap. XIX. *Sueuos, postquam per exploratores pontem fieri comperissent, more suo, consilio habito, nuncios in omnes partes dimisisse, vti de opidis demigrarent, libertos, vxores, suaque omnia in siluas deponerent*, vbi Metaphrastes Græcus πόλεων habet. Idem VI. de B. G. cap. X. de Vbiis, dum adhuc in Germania Magna habitarent: *Vbiis imperat, vt pecora deducant, suaque omnia ex agris in oppida conferant*, vbi Græcus Metaphrasta habet εἰς τὰς πόλεις.

26) Sic PLAVTVS in Persa act. IV. sc. IV. *id quod vidisti, vt munitum muro tibi visum est oppidum?* Vid. CONRING *de Vrb. German. §. XXI.*

27) Patet hoc satis clare ex HERODIANO *lib. VII. cap. II.* qui in expeditione Maximini Germanica πόλεις vocat, quas modo κώμας dixerat. τάς τε κώμας ἐμπιπρὰς, διαρπάζειν ἐδίδου τῷ στρατῷ· εὐαλωτότατα γὰρ τὸ πῦρ ἐποίησε τάς τε πόλεις αὐτῶν ἃς ἔχουσι, καὶ τὰς οἰκήσεις ἁπάσας; *vicos omnes incendendos diripiendosque militibus tradebat. Sunt autem vrbes ædificiaque illa maxime incendiis obnoxia.*

28) Hinc sæpius in Capitularibus dicitur, *vt Episcopi sint in Ciuitatibus non in villulis vel agris, vt Synodo Vernensi sub Pipino 755. Capitul. lib. I. cap. XVII.*

29) Capit. lib. III. cap. VI. *de negotiatoribus, qui partibus Slauorum vel Auarorum pergunt, quousque procedere cum suis negotiis debeant, id est partibus Saxoniæ vsque ad Bardenwich. & ad Magadeburg, & ad Erpesfurt, & ad Halaxstat, & ad Forachheim, & ad Breemberg, & ad Reginisburg & ad Lauriacum.* OTHLONVS quidem de vita Bonifacii lib. II. c. II. de Erphesfurt dicit, quæ fuit iam olim vrbs paganorum rusticorum. Ast, vixit Othlonus post medium seculi XI. quo iam multæ apud Germanos vrbes, vt ideo Vrbem pro suo temporis statu adpellet, quæ tunc adhuc erat ciuitas. Idem dicendum de Bardeuico, quæ antiquissima quidem non vrbs, sed ciuitas. Hinc etiam POETA ANONYMVS *de vita Caroli M. ad a. 795.* eandem vocat vicum nobilem. Plenius de hoc egerunt MEIBOMIVS, SAGITTARIVS in *Historia Bardeuici* & CHRISTIAN SCHLÖPKE *in Chronico Bardeuicensi.*

30) MABILLONIVS *de re Diplom. lib. IV. ineunte*, du FRESNE *Glossario Tom. III. pag. 1332.* SYNT. IVR. PVBL. *cap. IX. §. 3.*

31) TACITVS Hist. IV. cap. LXIV. *sed vt amicitia societasque nostra in æternum rata sint: postulamus a vobis, muros coloniæ, munimenta seruitii, detrahatis, etiam fera animalia, si clausa teneas, virtutis obliuiscuntur.*

32) FLORVS lib. IV. c. XII. de Druso: *præterea in tutelam prouinciarum præsidia atque custodias vbique disposuit: per Mosam flumen; per Albim, per Visurgim. Nam per Rheni quidem ripam quinquaginta amplius castella direxit.*

33) ZOSIMVS *lib. III. ineunte.* LIBANIVS vero in oratione consulari ad Iulianum 45. vrbes captas fuisse dicit. Idem tradit IVLIANVS *epist. ad Athen. p. 511.*

34) Verba sunt AMMIANI MARCELLINI *lib. XVI. cap. III.* Plura de antiquissimis Germaniæ vrbibus habet B. RHENANVS *rer. German. libro tertio.*

ii

truebant. Tale erat Disfpargum, Francorum castrum, de quo superius 35) iam fuit dictum. Sic etiam Würtzburgum castellum dicitur. 36) Thuringorum vrbs munita Schidinga ad Vnstrutam. 37) Saxonum castra erant Sachsenburgum, & apud Westfalos Eresberg & Sigeberg. 38) Addidit Carolus M. per legatos suos duo castella contra Slauorum incursiones, inter hæc Huobbuocki 39) erat, quod Albertus Stadensis 40) pro Hamburgo explicat. Cis Danubium eminuit potissimum Augusta Vindelicorum. Sic Ratisbona Tiberii monumentum dicitur, Iuuauia, nunc Salisburgum Hadriani, Laureacum Aureliani. 41) Maxime vero Venedi circa vrbes exstruendas erant solliciti, inter quas potissimum Pomeraniæ Iulinum, Wineta & Arcona memoratur, licet non denegauerim, Venedos maris accolas diuersas quidem habuisse ciuitates atque emporia, has tamen vrbes fuisse non plane constat. 42)

§. IX. Maiora vero in Germania magna vrbibus fundamenta dedisse videtur, quod Carolus M. monasteria muris circumduxerit, vt eadem contra barbarorum iniurias defenderet, 43) inde Episcopis, qui in ciuitatibus saltim sedebant, 44) idem sine dubio fuit concessum. Potissimum vero vrbium fundamentum dedit Henricus Auceps. Hic enim videns, Germaniam incursionibus gentium barbararum patere, non solum ad defendendos fines, Marchias instituit, sed etiam vrbes muniuit, vt tutum præberent receptaculum, & hostes irruentes detinerent, ordinauit etiam, vt octo agrariorum ad colendum agrum in villis remanerent, nonus vero in vrbe moraretur, & quidem, vt tertia pars frugum in vrbe reseruaretur, vt in bello nihil alicui deesset, vrbesque rebus & viris plenæ essent. Inde plures vrbes ad salutem regni fabricauit, 45) inter quas Misna, Quedlinburgum & Merseburgum præcipue memorantur. 46)

§. X. Terræ Germanorum 47) aliquantum quidem specie differebant, in vniuersum tamen aut syluis horridæ, aut paludibus erant fœdæ. 48) Inter has potissimum sylua Her-

35) *Sect. I. §. 14.*

36) OTHLONVS *vita Bonifacii lib. I. c. II.*

37) WITTICHINDVS Ann. lib. I. pag. 631. *in vrbem, quæ dicitur Schidingi, sita super fluuium, qui dicitur Vnstrode.*

38) De his in historia Caroli M. vbi de ipsius bello Saxonico sermo erit, dicetur.

39) De his EGINHARDVS *Annalibus ad a. 808. Imperator vero ædificatis per Legatos suos super Albim fluuium duobus castellis præsidioque in eis contra Slauorum incursiones disposito, Aquisgrani hyemauit, Natalemque Domini & Pascha celebrauit.* Idem ad a. 810. *Castellum nomine Hochbuchi Albi flumini contiguum, in quo Odo legatus Imperatoris, & Orientalium Saxonum erat præsidium a Wilsis captum* ad a. 811. *Castellum Hocbbuochi superiore anno a Wilsis destructum in ripa Albis fluminis restaurauit.* Quæ de a. 810. & 811. dicuntur, confirmant ANNALES FRANCORVM FVLDENSIVM, Eginhardum vero plane transcribunt ANNALES BERTINIANI, METENSES & REGINO. CHRONICON MOISSIACENSE vero *Et Karolus Imperator misit scaras suas ad Marchas vbi necesse fuit, & mandauit ciuitatem ædificare vltra Albiam, in loco qui dicitur Esseveldoburg, & mandauit illis hominibus, qui custodirent ciuitatem.* Et ad a. 811. *& ædificauerunt iterum castella in loco qui dicitur Abochi.*

40) ad a. 810. & 811. *Castellum Hochburi quod nunc Hamburg dicitur.* Vid. LAMBECIVS *Origg. Hamburg. lib. I. p. 2.* & Chronologia *n. I.*

41) VELSERVS *Rer. Boic. lib. III. p. 90.*

42) Multa de his tanquam vrbibus vetustissimis memorantur. Winetam quidem late describit HELMOLDVS *lib. I. cap. II.* MICRAELIVS *lib. II. num. 15.* RANGO *Pomerania diplomatica pag. 293.* Verum, licet Helmoldus Winetam vrbem vocet pro statu suorum temporum, tamen plerumque Ciuitatem vocat. Iulianum KRANTZIO *Vandalia lib. II. cap. XXXIII.* dicitur *præclarum Wandalorum emporium, tantis opibus, tantis mercatorum negotiis frequens, vt vix aliud par illi tum Europa videret.* Sic etiam hæc celebratissima emporia fuisse tradit CHYTRAEVS *Saxonia pag. 10.* Simile erat, de quo ANNALES BERTINIANI ad a. 808. *Godefridus vero priusquam reuerteretur, destructo emporio, quod in Oceani littore constitutum lingua Danorum Reric dicebatur, & magnam Regno illius commoditatem vectigalium persolutione præstabat.* Id quod etiam ANNALES METENSES confirmant. Ciuitates itaque erant emporia celebratissima, non vero vrbes muris circumdatæ.

43) Sic etiam B. RHENANVS *rer. German. lib. II. pag. 302.* arbitratur, occasione cœnobiorum, in prouinciis Germaniæ oppida fieri cœpta. Idem sub Carolingis maxime adserit CONRING *de Vrb. Germ. §. XXVIII.*

44) Hinc ZACHARIAS Papa a. 742. ad Bonifacium scribit: *meminisse debes charissime, quid in sacris Canonibus præcipimur obseruare, vt minime per villulas vel modicas ciuitates Episcopos ordinemus, ne vilescat nomen Episcopi.* LEHMANN *Chron. Spir. lib. II. c. XVIII.* Vrbes etiam iam ante Henrici Aucupis tempora, licet rariores, fuisse in Germania, patet ex eo, quod WITTICHINDVS *lib. I. p. 637.* tradit, Vngaros vrbes & oppida incendio tradidisse. DITMARVS etiam quarundam vrbium facit mentionem, in quas transfugerint Germani.

45) WITTICHINDVS Ann. Sax. lib. I. p. 639. dum ait: *Henricus Rex accepta pace ab Vngaris ad nouem annos, quanta prudentia vigilauerit in muniendo patria, & in expugnando barbaras nationes, supra nostram est virtutem edicere, licet omnimodis non oporteat tacere. Et primum quidem ex agrariis militibus nonum quemque in vrbibus habitare fecit, vt cæteris confamiliaribus suis octo habitacula extrueret, frugum omnium tertiam partem exciperet seruaretque. Cæteri vero octo seminarent, & meterent, frugesque colligerent nono, & suis eas locis reconderent. Concilia & omnes conuentus atque conuiuia in vrbibus voluit celebrari, in quibus exstruendis die noctuque operam dabant, quatenus in pace discerent, qui contra hostes in necessitate facere debuissent. Vilia autem nulla extra vrbes fuerunt munia.* Eadem habent SIGEBERTVS GEMBLACENSIS *ad a. 925.* CONRAD. VRSPERGENSIS, GOBELINVS PERSONA *Cosmodromio æt. VI. c. XLVII.*

46) DITMARVS *lib. I. p. 328.*

47) Verba sunt TACITI *de M. G. c. V.*

48) Sic TACITVS *de M. G. cap. II.* Germaniam vocat *informem terris, asperam cælo, tristem cultu aspectuque.* Sic etiam POMPONIVS MELA *lib. III. cap. III.* terra *ipsa multis impedita fluminibus multis montibus aspera,* & magna ex parte silvis ac paludibus inuia.

Hercynia memoratur, 49) quæ totam Germaniam videtur fuisse complexa, cum plusquam LX. dierum itinere longa, IX. dierum itinere lata fuisse dicatur. Hinc quoque sati ferax, frugiferarum tamen arborum impatiens Germania dicitur TACITO, licet hoc ob culturæ defectum potius sit intelligendum. 50) Pecorum fœcunda, sed plerumque improcera, ne armentis quidem suus honor, aut gloria frontis. Numero gaudebant, eæque solæ & gratissimæ opes, cum metalla apud ipsos adhuc ignota. 51)

§. XI. Formam politicam potiores Germaniæ populi vnam eandemque habebant, quæ democratica erat, regie vel aristocratice temperata, id quod pro statu militari, quem pro scopo habebant Germani, magis conueniebat. 52) Maiorum enim rerum arbitrium penes plebem erat, de minoribus vero Principes saltim consultabant, 53) atque in Comitiis negotia dirigebant. 54) Nisi quod Suiones monarchice fuerunt recti, 55) quod etiam de Rugiis & Lemouiis TACITVS 56) prædicauit. Eiusmodi regnum apud Germanos adfectabat Maroboduus. 57)

§. XII. Præerant itaque Germaniæ populis Reges, Duces, Principes. REGES ex nobilitate sumebant, 58) ita, vt stirpis quoque rationem haberent: 59) Duces ex virtute. Nec Regibus infinita, aut libera potestas: 60) & DVCES exemplo potius, quam imperio, si prompti, si conspicui, si ante aciem agant, admiratione præerant. Eligebantur Duces, belli tempore, cum bellum ciuitas aut illatum defendebat, aut inferebat, vt tanquam magistratus bello præsint, & vitæ necisque haberent potestatem. 61) Licet enim animaduertendi potestatem sacerdotibus saltim tribuat TACITVS, facile tamen credendum, in ipsa expeditione absolutam Ducum fuisse potestatem. Electio fiebat in communi concilio ab omni populo, & postquam communi suffragio Dux fuisset adprobatus, impositus scuto humerisque sustinentium vibratus, populo tam palmis quam vocibus plaudente, dux constituebatur. 62) Sic apud Eburones Ambiorix & Catiuulcus 63) memoratur. Maroboduus Sueuorum 64) & multarum gentium, Ariouistus 65) magnæ Germaniæ partis versus Rhenum

49) CAESAR VI. *de B. G. cap. XXIV.* Vid. B. RHENANVS *rer. Germ. lib. III. pag. 409.* CELLARIVS *not. Orb. ant. lib. II. c. V. p. 461.*

50) Idem innuit TACITVS cap. XXVI. dum ait: *nec enim cum vbertate & amplitudine soli labore contendunt, vt pomaria conserant, & prata sepiant, & hortos rigent, sola terra seges imperatur.*

51) TACITVS de M. G. cap. V. *Argentum & aurum propitii an irati dii negauerint, dubito. Nec tamen affirmauerim, nullam Germaniæ venam argentum aurumue gignere: quis enim scrutatus est? Possessione & vsu haud perinde afficiuntur.*

52) Probe illud adgnouit CONRINGIVS, cum de Vrb. Germ. §. XLV. ita loquitur: *non potuisse meram aliquam Democratiam tunc temporis vllo in populo Germanico obtinere. Vbicunque enim populus rudis est, auidus tamen bellandi, sponte sua statim abitur a pura Democratia forma, & nonnihil Aristocratici status suboritur, potestatem quamlibet maiorem ipsamet necessitate solis nobilioribus adeoque prudentioribus imponente. Itaque non potuit non commune olim fuisse omnibus Germaniæ ciuitatibus, reipublicæ formam non simplicem habere, sed ex Populari & Optimatum statu temperatam.* Adsentitur HERTIVS *not. Vet. Germ. Pop. cap. IV. §. 1. 2. 3.* CLVVERVS *lib. I. cap. XXXVIII.*

53) TACITVS de M. G. cap. XI. *de minoribus rebus Principes consultant, de maioribus omnes, ita tamen, vt ea quoque, quorum penes plebem arbitrium est, apud Principes pertractentur.*

54) TACITVS c. l. *mox rex, vel princeps prout ætas cuique, prout nobilitas, prout decus bellorum, prout facundia est, audiuntur.*

55) TACITVS de M. G. c. XLIV. *est apud illos & opibus honos, eoque vnus imperitat, nullis iam exceptionibus, non precario iure parendi.*

56) c. XLIII. *protinus deinde ab Oceano Rugii, & Lemouii: omniumque harum gentium insigne rotunda scuta, breues gladii, & erga reges obsequium.*

57) de quo VELLEIVS PATERCVLVS *lib. II. cap. CIIX. & CIX.* TACITVS *Ann. II. cap. XLIV. Maroboduum regis nomen inuisum apud populares, Arminium pro libertate bellantem fauor habebat.*

58) TACITVS *de M. G. c. VII.*

59) Patet hoc ex TACITO Ann. XI. cap. XVI. *eodem anno Cheruscorum gens regem Roma petiuit, amissis per interna bella nobilibus: & vno reliquo stirpis regiæ, qui apud Vrbem habebatur, nomine Italus. Paternum huic genus e Flauio fratre Arminii, mater ex Catumero, principe Cattorum erat.* Quæ vero ratio stirpis regiæ, plenius infra dicetur.

60) Sic etiam Ambiorix apud CAESAREM de B. G. V. cap. XXVII. fateri necessum habeat *sua esse eiusmodi imperia, vt non minus haberet in se iuris multitudo, quam ipse in multitudinem.*

61) Verba sunt CAESARIS VI. *de B. G. cap. XXIII.*

62) Sic de Brinione Caninefatum duce TACITVS Hist. IV. cap. XV. *impositus scuto, more gentis, & sustinentium humeris vibratus, dux deligitur.* Idem de Francis memorat GREGORIVS TVRONENSIS *lib. II cap. XL.* dum de Clodouæi electione ita loquitur: *at illi ista audientes, plaudentes tam palmis quam vocibus, eum clypeo euectum, super se regem constituunt:* eundem morem apud Gothos æque fuisse, patet ex CASSIODORO X. *Var. Lect. XXXI.* vbi Vitigis Rex Gothorum vniuersis Gothis suam denuntians electionem, ita scribit: *iudicamus parentes nostros Gothos inter procinctuales gladios more maiorum scutorum supposito, regalem nobis contulisse, præstante Deo, dignitatem.* Francis potissimum moris erat, regem scuto impositum aliquoties in gyrum circumferre. Sic enim de Gundobaldo GREGOR. TVRONENSIS lib. VII. cap. X. *parmæ superpositus rex est eleuatus. Sed, cum tertio cum eo gyrarent, cecidisse fertur ita, vti vix manibus circumstantium sustentari potuisset.* Id quod etiam AIMOINVS *lib. III. cap. VI.* confirmat. Hunc a Germanis morem Romanos etiam didicisse, patet ex electione Iuliani apud AMMIANVM MARCELLINVM lib. XX. c. IV. *impositusque scuto pedestri, & sublatius eminens, nullo silente, Augustus renuntiatur.* Vid. CLVVERVS *lib. I. c. XLVI.*

63) CAESAR I. de B. G. c. XXIV. *& cohortes V. in Eburones, quorum pars maxima est inter Mosam & Rhenum, qui sub imperio Ambiorigis & Catiuulci erant, misit.*

64) Mentionem eiusdem facit TACITVS *Ann. II. c. XXVI.* & *lib. II. c. XLIV.*

65) Mentionem eiusdem facit TACITVS IV. *Hist. c. LXXIII.* CAESAR *lib. I. cap. I.* DIO CASSIVS *lib. XXXVIII. pag. 81.* Vid. CELLARII diatribe Historica *de Iulii Cæsaris aduersus Ariouistum bellis.*

num superiorem Rex. Inter Duces plures memorantur. Arminius Dux Cheruscorum, 66) cuius frater Flauius dicitur, Acrumerus, 67) princeps Cattorum, Brinio 68) dux Caninefatum, Carioualda dux Batauorum. 69)

§. XIII. Ab his distincti PRINCIPES apud Germanos, qui iura per pagos vicosque redderent. 70) Præsides itaque erant iustitiæ, quibus Centeni suberant, Gastaldii, atque similes personæ iudiciariæ. Principum tamen vox etiam generalis erat, vt sub eodem Reges quoque & Duces comprehenderentur. Mos autem erat ciuitatibus vltro ac viritim conferre principibus, vel armentorum, vel frugum partem, quod pro honore acceptum, etiam necessitatibus subueniebat. Gaudebant præcipue finitimarum gentium donis, quæ non modo a singulis, sed publice mittebantur: electi equi, magna arma, phaleræ, torquesque. Iam etiam a Romanis pecuniam accipere docebantur. 71)

§. XIV. Post Magistratus considerandi sunt diuersi Germanorum ordines classesque. Quatuor autem hominum ordines apud eosdem memorantur, *Nobilium, Ingenuorum, Libertorum* & *Seruorum.* 72) Hic etiam mos ad mediam ætatem vsque transiit. 73) Licet apud Saxones tres tantum reperiamus, Adelingos, Frilingos & Lazzos, siue Nobiles, ingenuos & seruiles, 74) dum liberti posteriori ætate cessarent. Licet nec hi nec serui partem facerent ciuitatis.

§. XV. Primum dicendum, quænam illorum fuerit nobilitas. Facile credendum, Regum, Ducum atque Principum filios factos fuisse nobiles. 75) Hinc etiam factum esse putem, vt TACITVS sæpe quosdam regiæ stirpis fuisse memoret. Sic Classicum, alæ Treuirorum in Romano exercitu præfectum, regio genere fuisse tradit. 76) De Claudio Ciuili & Iulio Paulo dicit, regia stirpe illos fuisse apud Batauos. 77) Id quod de Italo magis in propatulo est, qui ex regia Cheruscorum stirpe fuisse dicitur, cui paternum genus a Flauio, fratre Arminii, mater ex Acrumero, principe Cattorum. 78) De Quadis vero atque Marcomannis idem dicit TACITVS, quod his reges manserint ex gente ipsorum, nobile Marobodui & Tudri genus, licet postea etiam exteros fuerint passi. 79)

§. XVI. Arma sumere non ante cuiquam moris, quam Ciuitas suffecturum probauerit, tum in ipso concilio vel principum aliquis, vel pater, vel propinquus scuto frameaque iuuenem ornabant. 80) Hæc apud illos toga, hic primus iuuentæ honos: ante hoc, domus pars videbantur, mox Reipublicæ, atque hic Status erat INGENVORVM. Exinde originem traxisse putem ritum Germanorum militari cingulo donandi. 81)

§. XVII. Serui 82) apud Germanos duplices erant. Alii seruitutem seruiebant, postquam alea & lusu libertatem perdidissent. Huius conditionis seruos per commercia tradebant, vt se quoque pudore victoriæ exoluant. Cæteris seruis non pro more Romanorum, descriptis per familiam ministeriis, 83) vtebantur. Suam quisque sedem, suos penates regebant. Frumenti modum dominus, aut pecoris, aut vestis, vt colono iniungebat, 84) qui media ætate dicti fuerunt casati, vt distinguerentur a non casatis, qui ministeria

66) Arminium hoc modo describit VELLEIVS PATERCVLVS lib. II. c. CXVIII. *cum iuuenis genere nobilis, manu fortis, sensu celer, vltra barbarum promtus ingenio, nomine Arminius, Sigimeri principis gentis eius filius, ardorem animi vultu oculisque præferens, assiduus militiæ nostræ prioris comes, & iam ciuitatis Romanæ ius equestremque consecutus gradum, segnitia ducis in occasionem sceleris vsus est.* Eiusdem mentionem facit TACITVS *Ann. I. c. LV. & LXIII.* Eius familiam recenset CLVVERVS *lib. III. cap. XIX.* Vitam oratorio more descripsit DANIEL CASPAR a LOHENSTEIN in *Arminio & Thusnelda:* Patruus ipsius dicitur Inguiomerus TACITO *Ann. I. cap. LX.* Flauius ipsius frater memoratur TACITO *Ann. II. c. IX.*

67) De hoc TACITVS *Ann. XI. c. XVI.*

68) De hoc TACITVS *IV. Hist. XV.*

69) TACITVS *Ann. II. c. XI.*

70) Verba sunt TACITI *de M. G. cap. XII.* qui etiam addit: *Centeni singulis ex plebe Comites, Consilium simul & auctoritas adsunt.*

71) Verba sunt TACITI *de M. G. cap. XV.* Sic etiam de iisdem loquitur HERODIANVS *lib. VI. c. VII.* τούτῳ γὰρ μάλιστα Γερμανοὶ πείθονται, φιλάργυροί τε ὄντες καὶ τὴν εἰρήνην ἀεὶ πρὸς Ῥωμαίους χρυσίου καπηλεύοντες, *sunt enim Germani pecuniæ inprimis auidi, nunquamque non auro pacem Romanis cauponantur.*

72) Hos quatuor ordines describit TACITVS de M. G. cap. XXV. LIBERTI *non multum supra* SERVOS *sunt, raro aliquod momentum in domo, nunquam in ciuitate. Exceptis duntaxat iis gentibus, quæ regnantur. Ibi enim & super* INGENVOS *& super* NOBILES *adscendunt.*

73) Sic ADAMVS BREMENSIS lib. I. cap. V. *quatuor igitur differentiis gens illa consistit, nobilium scilicet, & liberorum, libertorumque atque seruorum.*

74) NITHARDVS lib. IV. pag. 478. *Gens Saxonum omnis in tribus ordinibus diuisa consistit: sunt enim inter illos Edlingi; sunt qui Frilingi, sunt, qui Lazzi illorum lingua dicuntur: Latina vero lingua hoc sunt, nobiles, Ingenui & seruiles.* Vid. HACHENBERG *Germ. med. diss. II. §. 2.*

75) Patet hoc ex TACITO, dum *de M. G. cap. XIII.* ita loquitur: *insignis nobilitas aut magna patrum merita, principis dignationem etiam adolescentuli assignant.*

76) TACITVS Hist. IV. c. LV. *Classicus nobilitate opibusque ante alios, regium illi genus, & pace belloque clara origo.*

77) *IV. Hist. c. XIII.*

78) *Ann. XI. c. XVI.*

79) *de M. G. c. XLII.*

80) Verba sunt TACITI *de M. G. c. XIII.*

81) Vide quæ iamdum notaui *Tomo secundo Obseruationum Halensium III.*

82) Sic describit Germanorum seruos TACITVS *de M. G. c. XXV.*

83) Romanorum seruis singulis certa ministeria erant adsignata, quæ late exponit LAVRENTIVS PIGNORIVS *de seruis.*

84) Hæc species hominum propriorum obtinet adhuc apud Guestphalos, vbi Colonus domino, *dem Gutherren*, certam partem frumenti vel aliarum rerum, quæ ad victum sunt necessaria, annuatim præstare tenetur. Exinde etiam ius Wildfangiatus

F

in Pa-

nisteria domus agebant. 85) Cetera domus officia vxor ac liberi exsequebantur. Verberare seruum, ac vinculis & opere coercere, rarum, occidere solebant, non disciplina & seueritate, sed impetu & ira, vt inimicum, nisi quod impune. Liberti non multum supra seruos erant, raro aliquod momentum in domo, nunquam in ciuitate. Exceptis duntaxat iis gentibus, quæ regnantur. Ibi enim & super ingenuos & super nobiles adscendebant. Apud ceteros impares libertini, libertatis erant argumentum. 86)

§. XVIII. Hi ergo Proceres Germaniæ populorum, horum præerant Comitiis; COMITIA vel maiora erant, vel minora. De minoribus rebus Principes consultabant, de maioribus omnes, ita tamen, vt ea quoque, quorum penes plebem arbitrium erat, apud Principes pertractarentur. Coibant, nisi quid fortuitum & subitum inciderit, certis diebus, cum aut inchoaretur Luna, aut impleretur, quod agendis rebus tempus credebant esse auspicatissimum. Illud ex libertate vitium, quod non simul, nec iussi conuenirent, sed & alter & tertius dies cunctatione coëuntium absumatur. Vt turbæ placuit, considebant armati. Silentium per sacerdotes, quibus tum & coërcendi ius erat, imperabatur. Mox rex, vel princeps, prout ætas cuique, prout nobilitas, prout decus bellorum, prout facundia erat, audiebantur, auctoritate suadendi magis, quam iubendi potestate. 87)

§. XIX. LEGES Germanorum antiquissimi non habebant, cum plus apud eosdem boni mores valerent, quam apud alias gentes bonæ leges. 88) Nec enim leges habere poterant, cum ipsi litterarum secreta ignorarent. 89) Nec prius scriptas leges habere cœperunt Germani, vsque dum diuersæ gentes Germaniam vel incolentes vel permigrantes Romanorum mores induti leges scriptas vsurpare inciperent, ex quo leges Francorum, Burgundionum, Gothorum, Boiorum aliorumque ortæ fuerunt. 90)

§. XX. Licet autem Legibus scriptis destituti essent Germaniæ populi, habebant tamen sua IVDICIA ciuilia atque criminalia. In ciuilibus quidem principes regionum atque pagorum inter suos ius dicebant, controuersiasque minuebant. 91) In criminalibus vero licebat apud concilium accusare & discrimen capitis intendere. 92) Distinctio pœnarum ex delicto, proditores & transfugas arboribus suspendebant, ignauos 93) & imbelles & corpore infames, cœno ac palude, iniecto insuper crate, mergebant. Diuersitas supplicii illuc respiciebat, tanquam scelera ostendi oporteret, dum puniuntur, flagitia abscondi. Sed & leuioribus delictis, pro modo pœnarum, equorum pecorumque numero conuictos mulctabant. Pars mulctæ Regi vel ciuitati, pars ipsi, qui vindicabatur, vel propinquis eius, exsoluebatur.

§. XXI. Militaris gens erant Germani. Ingrata igitur genti quies, 94) nec arare terram, aut expectare annum adeo proni erant, quam vocare hostes, & vulnera mereri. Pigrum quinimo, & iners videbatur, sudore acquirere, quod possis sanguine parare. Hinc ciuitatibus maxima laus erat, 95) quam latissimas circa se, vastatis finibus, solitudines habere.

in Palatinatu superest, atque ius Capitale, vel caduci, *das Hauptrecht* ortum putem, vigore cuius, Dominus territorii, vbi hoc obtinet, ob mortem subditi optimum equum, aut si subditi vxor decedat, optimum quid ex induuiis exigit.

85) In CAPITVLARI LVDOVICI PII de a. 837. *hoc est terrarum, vinearum atque syluarum, seruorum qui iam casati sunt, siue caterarum rerum, quæ hereditatis nomine censentur, excepto auro, argento, & gemmis, armis & vestibus, nec non & mancipiis non casatis.* Sic Casata dicebatur habitaculum, cum certa quantitate terræ ad familiam alendam sufficiente, seruis olim Casatis tributum CAPIT. CAROLI CALVI *Tit. XXIII.* §. 7. Hinc superesse adhuc *die Cossaten*, rusticorum genus putat ZIEGLERVS *de dote Ecclesiæ cap. IX. §. 41.* quod in certis Saxoniæ pagis reperiatur, cum tamen eosdem potius fuisse *mit denen Gothsassen*, arbitrer.

86) Plenius de seruis Germanorum egerunt CHRISTIANVS THOMASIVS *de hominibus propriis & liberis Germanorum.* IO. NICOL. HERTIVS *de hominibus propriis*, & IOACH. POTGIESER *de Conditione & Statu Seruorum apud Germanos*, qui hanc rem egregie exhauriunt, qui tamen potius ad mediæ Germaniæ quam primas faciunt antiquitates.

87) Verba sunt TACITI *de M. G. cap. XI.* quem sequitur CLVVERVS *lib. I. c. XLII.*

88) Verba sunt TACITI *de M. G. c. XIX.*

89) TACITVS *de M. G. c. XIX.*

90) Has leges in Codice Legum antiquarum congessit FRIDERICVS LINDENBROGIVS. Vid. CONRING *de origine Iuris Germanici cap. II.* HAHNENBERG *Germ. med. diss. III.*

91) Verba sunt CAESARIS VI. *de B. G. cap. XXIII.*

92) Hæc & sequentia Verba sunt TACITI *de M. G. c. XII.*

93) Quinam isti fuerint, discrepant Scriptores. LIPSIVS quidem de insigni libidine intelligit. Verum, dum vox imbellis vsitata sit pro eo, qui bellis minus est idoneus, idem etiam de ignauo dici possit, potius intelligi velim tales, qui a fortitudine militari recesserint ducem relinquentes. Cum alias TACITVS *de M. G. cap. XIV.* dicat: *iam vero infame in omnem vitam ac probrosum, superstitem principi suo ex acie recessisse.* Probrosum itaque, & si nimia atque noxia fuisset desidia, capitale. Sic etiam TACITVS *de M. G. cap. XXXI.* hos fortibus opponit, dum de Cattis dicit: *super sanguinem & spolia reuelant frontem, seque tum demum pretia nascendi retulisse dignosque patria ac parentibus ferunt. Ignauis & imbellibus manet squalor.*

94) Verba sunt TACITI *de M. G. c. XIV.*

95) Verba sunt CAESARIS VI. *de B. G. cap. XXIII.* Idem IV. de B. G. cap. III. *publice maximam putant esse laudem, quam latissime a suis finibus vacare agros: hac re significari, magnum numerum ciuitatum suam vim sustinere non potuisse, itaque vna ex parte a Suevis circiter millia passuum DC. agri vacare dicuntur.* Quare TACITO IV. *Hist. cap. XVI.* Germani dicuntur *læta bello gens* POMPONIVS MELA lib. III. cap. III. *bella cum finitimis gerunt: causas eorum ex libidine accersunt, neque imperitandi, prolatandique quæ possident, nam ne illa quidem enixe colunt: sed vt circa ipsos quæ iacent, vasta sint.*

bere. Hoc proprium virtutis existimabant, expulsos agris finitimos cedere, neque quenquam prope se audere consistere. Simul hoc se fore tutiores arbitrabantur, repentinæ incursionis timore sublato. Quare etiam latrocinia apud eosdem nullam habebant infamiam, quæ extra fines cuiusque ciuitatis fiebant, atque ea iuuentutis exercendæ, ac desidiæ minuendæ caussa fieri prædicabant, atque vbi quis ex principibus in concilio se dixit ducem fore, vt qui sequi velint, profiteantur; consurgebant ii, qui & caussam & hominem probabant, suumque auxilium pollicebantur, atque ab multitudine collaudabantur, qui ex iis secuti non fuerint, in desertorum ac proditorum numerum ducebantur: omniumque rerum iis postea fides abrogabatur. 96) Alieni tamen ab hoc communi Germanorum more erant Chauci pacem & iustitiam amantes. 97)

§. XXII. Cum ventum in aciem, 98) turpe principi virtute vinci, turpe comitatui, virtutem principis non adæquare. Iam vero infame in omnem vitam ac probrosum, superstitem principi suo ex acie recessisse. 99) Illum defendere, tueri, sua quoque fortia facta gloriæ eius adsignare, præcipuum sacramentum. Principes pro victoria pugnant; comites pro principe. Si ciuitas, in qua orti sunt, longa pace & otio torpeat, plerique nobilium adolescentum petunt vltro eas nationes, quæ tum bellum aliquod gererent. Quin & ingrata genti quies, & facilius inter ancipitia clarescebant, magnumque comitatum non nisi vi, belloque tuebantur. Exigebant enim principis sui liberalitate illum bellatorem equum, illam cruentam victricemque frameam, nam epulæ, & quanquam incomti, largi tamen apparatus, pro stipendio cedebant. Materia munificentiæ per bella & raptus. Magna 100) vero inter Germanos in statu militari erat æmulatio, Principum quidem, cui plurimi & acerrimi comites; comitum, quibus primus apud principem suum locus. Hæc dignitas, hæ vires, magno semper electorum iuuenum globo circumdari; in pace decus, in bello præsidium. Nec solum in sua gente cuique, sed apud finitimas quoque ciuitates id nomen, ea gloria est, si numero ac virtute comitatus emineat. Expetebantur enim legationibus, & muneribus ornabantur, & ipsa plerumque fama bella profligabant.

§. XXIII. ARMA Germanorum haut adeo multa. Rari 1) gladiis aut maioribus lanceis 2) vtebantur. Hastas, 3) vel ipsorum vocabulo, frameas gerebant, angusto & breui ferro, sed ita acri, & ad vsum habili, vt eodem telo, prout ratio poscit, vel cominus, vel eminus pugnent. Et eques quidem scuto frameaque contentus erat: pedites & missilia spargebant, pluraque singuli, atque in immensum vibrabant, nudi 4) aut sagulo leues. Nulla cultus iactatio: paucis loricæ, 5) vix vni alteriue cassis, aut galea. 6) Scuta illorum ad sta-

96) Verba sunt CAESARIS VI. *de B. G. c. XXIII.*

97) TACITVS de M. G. *cap. XXXV.* de iisdem: *populus inter Germanos nobilissimus, quique magnitudinem suam malit iustitia tueri, sine cupiditate, sine impotentia. Quieti secretique nulla prouocant bella, nullis raptibus aut latrociniis populantur, idque præcipuum virtutis ac virium argumentum est; quod, vt superiores agant, non per iniurias adsequuntur.*

98) Verba sunt TACITI *de M. G. c. XIV.*

99) Sic etiam AMMIANVS MARCELLINVS *lib. XVI. cap. XII.* postquam Chnodomarius se dedisset: *Comites eius ducenti numero, & tres amici iunctissimi, flagitium arbitrati post Regem viuere, vel pro Rege non mori, si ita tulerit casus, tradidere se vinciendos.* Vid. CLVVERVS *lib. I. c. XLVIII.*

100) Tales Comites intelligit TACITVS Ann. I. cap. LVII. *ereptus Segestes magna cum propinquorum & clientum manu. Ann. II. cap. XLV.* dum ait: *quibus additis præpollebat, ni Inguiomerus cum manu clientum ad Marobodunm perfugisset.*

1) Pleraque TACITI sunt verba *de M. G. c. VI.* Plenius etiam hanc Germanorum armaturam explicauit CLVVERVS *lib. I. cap. XLIV.* Vid. etiam IO. STRAVCHII *diss. III. de armis Romanorum.*

2) TACITVS Ann. II. cap. XIV. Germanicum ita inducit de Germanis loquentem: *nec enim immensa barbarorum scuta, enormes hastas, inter truncos arborum, & enata humo virgulta, perinde haberi quam pila, & gladios: & hærentia corpori tegmina.* Sic etiam de Cimbris PLVTARCHVS *Mario pag. 426.* Μεγάλαις ἐχρῶντο καὶ βαρείαις μαχαίραις, *gladiis vtebantur permagnis & ponderosis.* Tales sine dubio erant, quales Gallis tribuit DIODORVS SICVLVS lib. V. pag. 307. ἀντὶ δὲ τοῦ ξίφους σπάθας ἔχουσι μακρὰς σιδηραῖς ἢ χαλκαῖς ἁλύσεσιν ἐξηρτημένας, παρὰ τὴν δεξιὰν λαγόνα παρατεταμένας, *pro ensibus spathas gerunt oblongas, ex cathenis ferreis, aut aneis in dextro femore oblique dependentes.*

3) Hastis vtebantur Germani vel ingentibus & longis, vel breuibus. De illis loquitur TACITVS, dum Cheruscis *Ann. I. c. LXIV.* hastas ingentes ad vulnera facienda quamuis procul, tribuit. Idem *Ann. II. cap. XIV.* enormes hastas vocat. Et *lib. V. Hist. cap. XVIII.* de Germanis: *immensis corporibus, & prælongis hastis fluitantem labantemque militem eminus fodiebant.* Iisdem tribuit prælongas hastas *Ann. II. cap. XXI.* Sed primam vtcunque aciem hastatam; cæteris præusta aut breuia tela fuisse, idem testatur *Ann. II. cap. XIV.*

4) Sic CAESAR in oratione ad milites suos de Germanis dicit ἐκεῖνοι δὲ δὴ γυμνοὶ τὸ πλεῖστον εἰσί, *isti vero maiore sui parte nudi sunt*, apud DIONEM CASSIVM *lib. XXXVIII. p. 89.* Pelle tamen ferina eos æque vsos fuisse, patet ex TACITO *Ann. II. c. XIV.* qui Germanis hærentia corpori tegmina tribuit. Idem de Germanico *Ann. II. cap. XIII.* quod habitu militis gregarii per castra ad noscendos militum animos oberrauerit: contectus humeros ferina pelle.

5) Sic PLVTARCHVS *Mario p. 420.* de Cimbris: Θώραξι δὲ ἦσαν κεκοσμημένοι σιδηροῖς, Loricis erant exculti ferreis. Sic DIODORVS SICVLVS *lib. V. pag. 307.* de Gallis: Θώρακας δ᾽ ἔχουσιν οἱ μὲν σιδηροῦς ἁλυσιδωτούς, οἱ δὲ τοῖς ὑπὸ τῆς φύσεως δεδομένοις ἀρκοῦνται, γυμνοὶ μαχόμενοι, *thoraces induunt ferreos & hamatos. Alii a natura tributis contenti, nudi pugnant.*

6) Hinc nuda plerumque Germanorum capita. Sic DIO CASSIVS *lib. XXXVIII. pag. 91.* ὥστε τῶν κεφαλῶν αὐτῶν (ἧπερ καὶ μόνον ἁλωτοί, ἅτε γυμναῖς αὐταῖς μαχόμενοι ἦσαν) ἐφικνεῖσθαι, *capita hostium (quibus quum nudis pugnarent, ea parte potissimum vulneribus expositi erant,) impetere.* Eadem ratione HERODIANVS *lib. VI. cap. VII.* τῶν τε τοξοτῶν ἐς γυμνὰς τὰς κεφαλὰς τοξευόντων, *sagittariis nuda Germanorum capita contingentibus.*

7) Hæc

ad ſtaturam hominum erant porrecta, 7) nec ferro quidem vel ære firmata, ſed viminum textus, vel tenues & fucatæ colore tabulæ. 8) Has enim lectiſſimis coloribus diſtinguere ſolebant. 9) Ex quo figuræ honorariæ in Heraldicis, quæ adhuc de nobilis cuiusdam familiæ antiquitate teſtantur, originem traxiſſe videntur. 10) Licet non negauerim, ſenſim figuras 11) quoque animalium in ſcuta Germanorum fuiſſe introducta. Galeas imponebant æneas, magnas appendices pro illarum habentes magnitudine, quæ ſpectantibus aliquam dabant oſtentationem. Aliis quidem cornua erant adfixa: aliis auium aut quadrupedum formas habebant expreſſas. 12)

§. XXIV. Equi illorum in proprio ſolo nati, 13) non forma, non velocitate conſpicui: ſed nec variare gyros docebantur. In rectum, aut vno flexu dextros agebant, ita coniuncti orbe, vt nemo eſſet poſterior. Ephippiis rarius vtebantur, 14) aſt phaleris & frenis. 15) In vniuerſum æſtimanti, plus penes peditem roboris: eoque mixti præliabantur, apta & congruente ad equeſtrem pugnam velocitate peditum, quos ex omni iuuentute delectos ante aciem locabant. Ipſi etiam equites ſæpius ex equis deſiliebant, ac pedibus præliabantur, equosque eodem remanere veſtigio aſſuefaciebant, ad quos ſe celeriter, cum vſus poſceret, reciperent. 16) Nec deerant iisdem exercitia militaria. 17) Definiebatur etiam numerus: centeni ex ſingulis pagis erant: idque ipſum inter ſuos vocabantur, & quod primo numerus fuit, poſt nomen & honor erat. Effigies & ſigna ſacra ferarum lucis ſacris detracta, ferebant in aciem. 18) Barbaricis more ſuo tubis 19) vtebantur, quæ horridum & bellico terrori conuenientem reddebant mugitum inflatæ.

§. XXV. Castra carris plauſtrisque munire ſolebant. 20) Acies per cuneos componebatur, 21) quos ſecundum nationes diſtinguebant. 22) Equitibus mixti erant pedites.

7) Hæc TACITVS Ann. II. c. XIV. *immenſa barbarorum ſcuta* vocat. Sic de Gallis DIODOR. SICVLVS *lib. V. p. 307.* ὅπλοις δὲ χρῶνται, θυρεοῖς μὲν ἀνδρομήκεσι πεποικιλμένοις ἰδιοτρόπως· τινὲς δὲ καὶ ζώων χαλκῶν ἐξοχὰς ἔχουσιν, οὐ μόνον πρὸς κόσμον, ἀλλὰ καὶ πρὸς ἀσφάλειαν ἐνδεδημιουργημένας, *arma illis ſunt ſcuta, ad ſtaturam hominis porrecta, & inſigni proprio variegata. Quidam æneas beſtiarum imagines, tam ad defenſionem quam ornatum affabre factas, præferunt.* Gothorum vero, Rugiorum, & Lemouiorum inſignia rotunda ſcuta, breues gladios fuiſſe, auctor eſt TACITVS *de M. G. cap. XLIII.*

8) Verba ſunt TACITI II. *Ann. c. XIV.*

9) TACITVS *de M. G. c. VI.*

10) CLVVERVS *lib. I. cap. XLIV. pag. 347.* Vid. *diſſ. de Ruta Saxonica §. II.*

11) Hinc AMMIANVS MARCELLINVS *lib. XVI. cap. XII.* Alemannis tribuit ſcutorum inſignia.

12) Sic de Gallis loquitur DIODORVS SICVLVS *lib. V. pag. 307.* De Cimbris vero tradit PLVTARCHVS *Mario pag. 420.* οἱ δὲ ἱππεῖς μύριοι καὶ πεντακισχίλιοι τὸ πλῆθος ὄντες, ἐξήλασαν λαμπροί, κράνη μὲν εἰκασμένα θηρίων φοβερῶν χάσμασι καὶ προτομαῖς ἰδιομόρφοις ἔχοντες, ἃς ἐπαιρόμενοι λόφοις πτερωτοῖς εἰς ὕψος, ἐφαίνοντο μείζους, *Equitum XV millia numero effuderunt ſe ſplendide: galeas gerebant, quæ repræſentarent ſæuarum beluarum rictus, & inuſitatas figuras: quas alatis faſtigiantes criſtis, adparebant eminentiores.*

13) TACITVS *de M. G. cap. VI.* Equis autem in proprio ſolo natis eosdem ſaltim vſos fuiſſe teſtatur CAESAR VI. *de B. G. cap. II.* dum de Sueuis dicit: *quin etiam iumentis, quibus maxime Gallia delectatur, quæque impenſo parat pretio, Germani importatis non vtuntur, ſed, quæ ſunt apud eos nata, praua atque deformia, hæc quotidiana exercitatione ſummi vt ſint laboris, efficiunt.*

14) CAESAR IV. *de B. G. cap. II.* de Sueuis: *neque eorum moribus turpius quidquam, aut inertius habetur, quam ephippiis vti. Ita eaque ad quemuis numerum ephippiatorum equitum, quamuis pauci adire audeant.*

15) TACITVS de M. G. cap. XV. *gaudent præcipue finitimarum gentium donis: quæ non modo a ſingulis, ſed publice mittuntur; electi equi, magna arma, phaleræ, torquesque.* Sic TACITVS inter munera, quibus noua nupta a ſponſo ornata, refert: *boues, frenatum equum, & ſcutum cum framea gladioque.*

16) Sic CAESAR c. l. de Sueuis: *equeſtribus præliis ſæpe ex equis deſiliunt, ac pedibus præliantur: equosque eodem remanere veſtigio aſſuefaciunt; ad quos ſe celeriter, quum vſus poſcit, recipiunt.* Hinc milites dimachi, vulgo *die Dragouner*, non recens eſſe inuentum patet, prout HERTIVS putat *elem. prud. Ciuilis p. I. c. IX. §. 12.* ſed iam antiquitus vſitatos.

17) CAESAR I. de B. G. cap. XLVIII. *Arioniſtus his omnibus diebus exercitum caſtris continuit, equeſtri prælio quotidie contendit. Genus hoc erat pugnæ, quo ſe Germani exercuerant. Equitum millia erant VI. totidem numero pedites velociſſimi, ac fortiſſimi; quos ex omni copia ſinguli ſingulos, ſuæ ſalutis cauſſa, delegerant. Cum his in præliis verſabantur; ad hos ſe equites recipiebant; hi, ſi quid erat durius, concurrebant: ſi qui, grauiore vulnere accepto, equo deciderant, circumſiſtebant: ſi quo erat longius, prodeundum, aut celerius recipiendum, tanta erat horum exercitatione celeritas vt iubis equorum ſubleuati curſum adæquarent.* De Tencteris potiſſimum prædicat TACITVS Germania c. XXXII. *Tencteri ſuper ſolitum bellorum decus equeſtris diſciplinæ arte præcellunt. Nec maior apud Cattos peditum laus quam Tencteris equitum. Sic inſtituere maiores, poſteri imitantur. Hi luſus infantium: hæc iuuenum æmulatio, perſeuerant ſenes. Inter familiam, & Penates, & iura ſucceſſionum, equi traduntur, Excipit filius, non vt cætera maximus natu, ſed prout ferox, bello, & melior.*

18) TACITVS de M. G. cap. VII. *effigies & ſigna quædam detracta lucis, in prælium ferunt.* Idem Hiſt. IV. cap. XXII. *inde deprompta ſiluis lucisque ferarum imagines, vt cuique genti inire prælium mos eſt.* Vid. CLVVERVS *lib. I. c. XLIX.*

19) DIODORVS SICVLVS *lib. V. pag. 307.* σάλπιγγας δ' ἔχουσιν ἰδιοφυεῖς καὶ βαρβαρικάς· ἐμφυσῶσι γὰρ ταύταις, καὶ προβάλλονται ἦχον τραχὺν καὶ πολεμικῆς ταραχῆς οἰκεῖον, *barbaricis etiam pro ſuo more tubis vtuntur, quæ horridum & bellico terrori conuenientem reddunt mugitum inflatæ.*

20) De Germanis quidem Scriptores hoc pure non tradunt. Verum, mos erat omnium gentium barbararum. Sic etiam de Gallis loquitur CAESAR I. de B. G. cap. 26. *pro vallo Carros obiecerunt.* Vid. CLVVERVS *lib. I. c. I.*

21) TACITVS *de M. G. c. VI.*

22) CAESAR I. de B. G. cap. LI. de acie Arioviſti, *tum demum neceſſario Germani ſuas copias e caſtris eduxerunt, generatimque conſtituerunt, paribusque*

dites. Omnem aciem ſuam rhedis & carris circumdabant: ne qua ſpes in fuga relinqueretur, eo mulieres imponebant: quæ in prœlium proficiſcentes milites paſſis crinibus flentes implorabant, ne ſe in ſeruitutem Romanis traderent. 23) Hæ etiam vulnera exugebant, cibos & hortamina pugnantibus geſtabant, inclinatas & labantes acies conſtantia precum & obiectu pectorum, & monſtrata comminus captiuitate reſtituebant. 24) Prœlium haud facile inibant, niſi ſub nouam lunam. 25) Ante prœlium, ſuos milites Duces ſolenni oratione ad fortitudinem adhortabantur. 26) Vbi ſono armorum tripudiisque dicta eſſent adprobata, ingenti clamore, ſaxis, glandibusque & ceteris miſſilibus prœlium incipiebatur. 27) Primum quidem vagis incurſibus aut disiecti per catervas agebant: poſtmodum longa adverſus Romanos militia inſueuerant ſigna ſequi, ſubſidiis firmari, dicta Imperatorum accipere, 28) qui manu, voce, vulnere pugnam ſuſtentabant. 29) Cedere loco, dummodo rurſus inſtent, conſilii potius quam formidinis arbitrabantur. 30) Sæpius fugam ſimulabant in planitiem ſaltibus circumiectam hoſtes traxere: dein coorti, & vndique effuſi trudebant aduerſus, inſtabant cedentibus, collectosque in orbem, pars congreſſi, quidam eminus proturbabant. 31) Corpora ſuorum etiam in dubiis prœliis referebant. Scutum reliquiſſe, præcipuum flagitium, nec aut ſacris adeſſe, aut concilium inire ignominioſo fas. Multique ſuperſtites bellorum, infamiam laqueo finierunt. 32)

§. XXVI. Vltimum reſtat, vt de STATV Germanorum OECONOMICO dicamus. In omni domo nudi agebant ac ſordidi atque ſic in magna corpora excreſcebant. Sua quemque mater vberibus alebat: nec ancillis aut nutricibus delegabantur. Dominum ac ſeruum nullis educationis deliciis dignoſcere licebat. Inter eadem pecora, in eadem humo degebat, donec ætas ſeparet ingenuos, virtus adgnoſcat. 33) Inde habitus corporum quanquam in tanto hominum numero idem omnibus: truces & cœrulei oculi, rutilæ comæ, magna corpora, & tantum ad impetum valida, laboris atque operum non eadem patientia, minimeque ſitim æſtumque tolerare, frigora atque inediam cœlo ſoloue aſſueuerant. 34)

§. XXVII. Agri modum quiſquam haut certum, & fines proprios habebat, ſed magiſtratus, ac principes, in annos ſingulos gentibus, cognationibusque hominum, qui vna coiuerant, 35) quantum eis, & quo loco viſum eſt, attribuebant agri; atque anno poſt alio tranſire cogebant. Hinc agri pro numero cultorum ab vniuerſis per vices occupabantur, quos mox inter ſe, ſecundum dignationem partiebantur, facilitatem partiendi camporum

busque internallis Harudes, Marcomannos, Triboccos, Vangiones, Nemetes, Seduſios, Sueuos. Clarius adhuc de Ciuili Batauorum duce loquitur TACITVS IV. Hiſt. cap. XVI. *vbi inſidiæ parum ceſſere, ad vim transgreſſus, Caninefates, Friſios, Batauos, propriis cuneis componit.* Turmas vero faciebant familiæ aut propinquitates. Sic TACITVS de M. G. cap. VII. *quodque præcipuum fortitudinis incitamentum eſt, non caſus, nec fortuita conglobatio turmam, aut Cuneum facit; ſed familiæ & propinquitates.*

23) Verba ſunt CAESARIS de acie Ariouiſti *lib. I. de B. G. c. LI.*

24) Verba ſunt TACITI *de M. G. cap. VII. & VIII.* Idem IV. Hiſt. cap. XVIII. *Ciuilis captarum cohortium ſignis circumdatus, vt ſuo militi recens gloria ante oculos, & hoſtes memoria cladis terrerentur; matrem ſuam ſororesque, ſimul omnium coniuges paruosque liberos, conſiſtere a tergo iubet: hortamenta victoriæ, vel pulſis pudorem.*

25) CAESAR de B. G. I. cap. L. *Quum ex captiuis quæreret Cæſar, quamobrem Ariouiſtus prælio non decertaret, hanc reperiebat cauſam: Quod apud Germanos ea conſuetudo eſſet, vt matresfamilias eorum ſortibus & vaticinationibus declararent, vtrum prælium committi ex vſu eſſet, nec ne: eas ita dicere, non eſſe fas Germanos ſuperare, ſi ante nouam Lunam prælio contendiſſent.*

26) Talis eſt oratio Ciuilis apud TACITVM *Hiſt. V. c. XVII.*

27) TACITVS *c. l.* Præcipue vero clamore prœlia incoabant. TACITVS Hiſt. II. cap. XXII. *ingerunt Othoniani pila aduerſus temere ſubeuntes cohortes Germanorum, cantu truci & more patrio, nudis corporibus, ſuper humeros ſcuta quatientium.* Hiſt. IV. cap. XVIII. *vt virorum cantu, feminarum vlulatu, ſonuit acies; nequaquam par a legionibus, cohortibus redditur clamor.* Sic etiam Cæſar ſuos ante prœlium cum Ariouiſto cohortans, eosdem monet, ne Germanorum impetum vel magnitudinem corporum clamoremque reformident, cum nunquam vox hominem interfecerit, apud DIONEM CASSIVM *lib. XXXVIII. p. 89*

28) Verba ſunt TACITI II. *Ann. cap. XLV.* CAESAR de B. G. lib. I. cap. LII. *Germani celeriter ex conſuetudine ſua, phalange facta, impetus gladiorum exceperunt.*

29) TACITVS Ann. II. c. XVII. *Arminius manu, voce, vulnere ſuſtentabat pugnam.*

30) TACITVS *de M. G. c. VI.*

31) Verba ſunt TACITI *Ann. II. c. XI.*

32) TACITVS *de M. G. c. VI.*

33) Verba ſunt TACITI *de M. G. c. XX.*

34) Verba ſunt TACITI *de M. G. cap. IV.* Sic CAESAR de B. G. lib. I. cap. XXXIX. *ex percunctatione noſtrorum, vocibusque Gallorum, ac mercatorum, qui ingenti magnitudine corporum Germanos, incredibili virtute, atque exercitatione in armis eſſe prædicabant, ſæpe numero ſeſe cum iis congreſſos ne vultum quidem, atque aciem oculorum ferre potuiſſe.* Sic TACITVS II. Ann. cap. XIV. *iam corpus, vt viſu toruum, & ad breuem impetum validum.* Eadem Germanis tribuit DIO CASSIVS *lib. XXXVIII. pag. 81. 90.* Sic CAESAR *Agricolæ cap. XI.* de Britannis: *Habitus corporum varii: atque ex eo argumenta; namque rutilæ Caledoniam habitantium comæ, magni artus, Germanicam originem adſeuerant.* FLORVS *lib. III. cap. X.* Germanos vocat immaniſſimos. PAVSANIAS *lib. X. pag. 647.* de Brenno & ſociis ait, quod longe alios corporum proceritate ſuperauerit. STRABO *lib. VII. pag. 290.* ipſis tribuit *πλεονασμὸν τῆς ἀγριότητος corporum magnitudinem.* Plenius de hac materia legi meretur H. CONRINGIVS *de Habitus Corporum Germanicorum cauſis.*

35) CAESAR *VI. de B. G. cap. XXII.* Idem de Sueuis lib. IV. cap. I. *priuati, ac ſeparati agri apud eos nihil eſt: neque longius anno remanere vno in loco, incolendi cauſſa, licet.*

 36) Verba

porum ſpatia præſtabant. 36) Maxime vero quotannis ſingula armatorum millia bellandi cauſſa ſuis e finibus educebant, reliqui qui domi manſerant, ſe atque illos alebant, hi rurſus inuicem anno poſt in armis erant: illi domi remanebant. Sic neque agricultura, neque ratio atque vſus belli intermittebatur. 37)

§. XXVIII. Statim e ſomno, quem plerumque in diem extrahebant, lauabantur, ſæpius calida, vt apud quos plurimum hyems occupabat, 38) nonnunquam & viri & fœminæ promiſcue in fluminibus. 39) Sueuorum inſigne, obliquare crinem, nodoque ſubſtringere. Sic Sueui a ceteris Germanis, ſic Sueuorum ingenui a ſeruis ſeparabantur. Sic in aliis gentibus, ſeu cognatione aliqua Sueuorum, ſeu imitatione, rarum & intra iuuentæ ſpatium; apud Sueuos vſque ad canitiem, horrentem capillum retro ſequebantur, ac ſæpe in ipſo ſolo vertice religabant, principes & ornatiorem habebant. 40)

§. XXIX. Tegumen omnibus ſagum, fibula, aut, ſi deſit, ſpina conſertum. Cetera intecti, totos dies iuxta focum atque ignem agebant. Locupletiſſimi veſte diſtinguebantur, non fluitante, ſicut Sarmatæ & Parthi, ſed ſtricta, & ſingulos artus exprimente. Gerebant & ferarum pelles, proximi ripæ negligenter, vlteriores exquiſitius, vt quibus nullus per commercia cultus. Eligebant feras, & detracta velamina ſpargebant maculis, pellibusque belluarum, quas exterior Oceanus atque ignotum mare gignebat. Nec alius feminis, quam viris habitus: niſi quod feminæ ſæpius lineis amictibus velatæ, quos purpura variabant, partemque veſtitus ſuperioris in manicas non extendebant, nudæ brachia ac lacertos, ſed & proxima pars pectoris patebat. 41) Qui vero nondum puberes facti, maximo frigore nudi agebant. 42)

§. XXX. Cibi Germanorum ſimplices, 43) agreſtia poma, recens fera, aut lac concretum. 44) Sine apparatu, ſine blandimentis, expellebant famem. Aduerſus ſitim non eadem temperantia. Potus humor ex ordeo aut frumento, in quandam ſimilitudinem vini corruptus, qualis noſtra eſt cereuiſia. Proximi Rheno & vinum mercabantur. Lauti cibum capiebant. Separatæ ſingulis ſedes, ſua cuique menſa. Tum ad negotia, nec minus ſæpe ad conuiuia procedebant armati. Diem noctemque continuare potando, nulli probrum. Crebræ, vt inter vinolentos rixæ, raro conuiciis, ſæpius cæde ac vulneribus tranſigebatur. Sed & de reconciliandis inuicem inimicis, & iungendis affinitatibus, & adſciſcendis principibus, de pace denique ac bello plerumque in conuiuiis conſultabant: tanquam nullo magis tempore, aut ad ſimplices cogitationes pateat animus, aut ad magnas incaleſcat. 45)

§. XXXI. Quoties bella non inibant, Germani multum venatibus, plus per otium tranſigebant, dediti ſomno, ciboque, fortiſſimus quisque ac bellicoſiſſimus nihil agens, delegata domus, & penatium & agrorum cura feminis, ſenibusque, & infirmiſſimo cuique ex familia. 46) Sic etiam nandi erant peritiſſimi. 47)

§. XXXII. Gens non aſtuta nec callida erat, aperiebat facile ſecreta pectoris, 48) ideo fidem ſeruabat. 49) Hanc ob rem etiam Romanorum Impp. inter corporis ſui cuſtodes

36) Verba ſunt TACITI *de M. G. c. XXVI.*

37) Sic CAESAR de Sueuis *c. l.* Hinc etiam CAESAR *VI. de B. G. cap. XXII.* mutationis agrorum has adfert rationes: *eius rei multas afferunt cauſſas; ne adſidua conſuetudine capti ſtudium belli gerendi agricultura commutent: ne latos fines parare ſtudeant, potentioresque humiliores poſſeſſionibus expellant: ne accuratius, ad frigora atque æſtus vitandos ædificent, ne qua oriatur pecuniæ cupiditas: qua ex re factiones, diſſenſionesque naſcuntur: vt animi æquitate plebem contineant; quum ſuas quisque opes cum potentiſſimis æquari videat.*

38) Verba ſunt TACITI *de M. G. c. XXII.*

39) CAESAR *VI. de B. G. c. XXI. promiſcue in fluminibus perluuntur.*

40) Verba ſunt TACITI *de M. G. c. XXXVIII.*

41) Verba ſunt TACITI *de M. G. cap. XVII.* Idem cap. VI. Germanos vocat nudos aut ſagulo leues. Sic CAESAR *IV. de B. G. cap. I.* de Sueuis: *in eam ſe conſuetudinem adduxerunt, vt locis frigidiſſimis neque veſtibus, præter pelles, haberent quidquam, quarum propter exiguitatem, magna eſt corporis pars aperta; & lauentur in fluminibus.* De Germanis vero in genere ait lib. VI. cap. XXI. *pellibus aut paruis rhenonum tegumentis vtuntur, magna corporis parte nuda.*

42) MELA lib. III. cap. III. *maximo frigore nudi agunt, antequam puberes, & longiſſima apud eos pueritia eſt.* Plenius de veſtitu Germanorum egit CLVVERVS *lib. I. c. XVI.*

43) Verba ſunt TACITI *de M. G. c. XXIII.*

44) Sic CAESAR IV. de B. G. cap. I. de Sueuis: *neque multum frumenti, ſed maximam partem lacte atque pecore viuunt.* De Germanis vero in genere lib. VI. c. XXII. *agriculturæ non ſtudent; maiorque pars victus eorum lacte, & caſeo, & carne conſiſtit.*

45) Verba ſunt TACITI *de M. G. c. XXII.*

46) Verba ſunt TACITI *de M. G. cap. XV.* Hinc etiam CAESAR VI. de B. G. cap. XXI. *vita omnis in venationibus atque in ſtudiis rei militaris conſiſtit*, & lib. IV. cap. I. de Sueuis: *multum ſunt in venationibus. Quæ res & cibi genere, & quotidiana exercitatione, & libertate vitæ (quod a pueris nullo officio, aut diſciplina aſſuefacti nihil omnino contra voluntatem faciant) & vires alit, & immani corporum magnitudine efficit.*

47) Sic TACITVS *Hiſt. V. cap. XIV.* Germanos vocat fluminibus ſuetos. HERODIANVS *lib. VII. cap. II.* de Germanis: εἰσὶ δὲ καὶ πρὸς τὸ νήχεσθαι ἐγγεγυμνασμένοι, ἅτε μόνῳ λουτρῷ τοῖς ποταμοῖς χρώμενοι, *ſunt autem natandi peritiſſimi, vt qui tantummodo in fluminibus lauantur.* Sic etiam POMPONIVS MELA lib. III. cap. III. *Nandi non tantum patientia illis, ſtudium etiam eſt.*

48) TACITVS *de M. G. c. XXII.*

49) Sic Friſiorum legati in Theatro Romano exclamabant: *nullos mortalium aut armis aut fide ante Germanos eſſe*, teſte TACITO *Annalium XIII. cap. LIX.*

des atque armigeros recipiebant Germanos. 50) Conuictibus & hospitiis non alia gens effusius indulgebat. 51) Quemcunque mortalium arcere tecto, nefas habebant: pro fortuna quisque apparatis epulis excipiebat. Cum defecerit, qui modo hospes fuerat, monstrator hospitii & comes, proximam domum non inuitati adibant, pari humanitate accipiebantur. Notum ignotumque, quantum ad ius hospitii nemo discernebat. Abeunti, si quid posceret, concedere moris: & poscendi inuicem eadem facilitas. Gaudebant muneribus, & videre erat 52) apud illos argentea vasa, legatis & principibus eorum muneri data, non in alia vilitate quam quæ humo finguntur: nec tamen data munera imputabant, nec acceptis obligabantur. Victus inter hospites comis. Erga exules erant benigni, in Venere temperantes, non æque sobrii.

§. XXXIII. Literarum secreta viri pariter ac fœminæ ignorabant. 53) Aurum & argentum apud eosdem nullum, ne ferrum quidem supererat, hinc rariores gladii. Quanquam proximi Rheno ob vsum commerciorum aurum & argentum in pretio habuerint, formasque quasdam Romanæ pecuniæ adgnouerint. Interiores simplicius & antiquius permutatione mercium vtebantur. Pecuniam probabant veterem & diu notam, Serratos, Bigatosque. Argentum quoque magis, quam aurum sequebantur: nulla affectione animi, sed quia numerus argenteorum facilior vsui esset, promiscua ac vtilia mercantibus. 54) Fœnus tamen agitare & in vsuras extendere ignotum: ideoque magis seruabatur, quam si vetitum esset. 55)

§. XXXIV. Sera iuuenum Venus, 56) cum intra annum vigesimum fœminæ notitiam habuisse in turpissimis haberent rebus. 57) Nec virgines festinabantur; eadem iuuenta, similis proceritas, pares validique miscebantur, ac robora parentum liberi referebant. Seuera illic matrimonia, nec vllam morum partem magis laudaueris. Nam prope soli barbarorum singulis vxoribus contenti erant; exceptis admodum paucis, qui non libidine, sed ob nobilitatem 58) plurimis nuptiis ambiuntur. Dotem non vxor marito, sed vxori maritus offert. Intersunt parentes & propinqui, ac munera probant: Hæc non ad delicias muliebres quæsita, nec quibus noua nupta comatur, sed boues, & frenatum equum, & scutum cum framea gladioque. In hæc munera vxor accipiebatur, atque inuicem ipsa armorum aliquid viro adferebat. Hoc maximum vinculum, hæc arcana sacra, hos coniugales deos arbitrabantur. Ne se mulier extra virtutum cogitationes, extraque bellorum casus putet, ipsis incipientis matrimonii auspiciis admonetur, venire se laborum periculorumque sociam, idem in pace, idem in prœlio passuram, ausuramque. Hoc iuncti boues, hoc paratus equus, hoc data arma denuntiabant. Sic viuendum, sic pereundum. Accipere se, quæ liberis inuiolata ac digna reddat, quæ nurus accipiant, rursusque ad nepotes referant.

§. XXXV. Ergo septa pudicitia agebant, nullis conuiuiorum irritationibus corruptæ. Paucissima in tam numerosa gente adulteria, quorum pœna præsens & maritis permissa. Accisis crinibus nudatam coram propinquis expellebat domo maritus, ac per omnem vicum verbere agebant. Publicatæ enim pudicitiæ nulla venia. Non forma, non ætate, non opibus maritum, inueniebat. Nemo illic vitia ridebat, nec corrumpere & corrumpi, seculum vocabatur. Melius quidem adhuc eæ ciuitates, in quibus tantum virgines nubunt, & cum spe votoque vxoris semel transigebatur. Sic vnum accipiebant maritum, quomodo vnum corpus, vnamque vitam: ne vlla cogitatio vltra, ne longius cupiditas, ne tanquam maritum, sed tanquam matrimonium ament. Numerum liberorum finire, aut quemquam ex agnatis necare, flagitium habebatur. 59)

§. XXXVI.

50) De Augusto SVETONIVS cap. XLIX. *dimissa Calagurritanorum manu, quam vsque ad deuictum Antonium: item Germanorum, quam vsque ad cladem Varianam, inter armigeros circa se habuerat.* De Nerone TACITVS Ann. XV. c. LVIII. *Germanis fidebat tanquam externis.* SVETONIVS de Galba cap. XII. *Germanorum cohortem a Cæsaribus olim ad custodiam corporis institutam, multisque experimentis fidelissimam dissoluit.* De Caracalla narrat HERODIANVS lib. IV. cap. VII. *illum validissimum quemque Germanorum inter corporis custodes recepisse.* Idem, de Maximo *lib. VIII. c. VII.*

51) Verba sunt TACITI *de M. G. cap. XXI.* Idem dicit CAESAR *VI. de B. G. cap. XXIII.*

52) Verba sunt TACITI *de M. G. cap. V.* Plura de Germanorum virtutibus & vitiis apud CLVVERVM *lib. I. c. XVIII. & XIX.*

53) TACITVS *de M. G. c. XIX.*

54) Verba sunt TACITI *de M. G. c. V.*

55) Verba sunt TACITI *c. XXVI.*

56) Verba sunt TACITI *de M. G. c. XX.*

57) CAESAR VI. de B. G. cap. XXI. *qui diutissime impuberes permanserant, maximam inter suos ferunt laudem: hoc ali staturam, ali vires, neruosque confirmari putant: intra annum vero XX. feminæ notitiam habuisse, in turpissimis habent rebus, cuius rei nulla est occultatio, quod & promiscue in fluminibus perluuntur, & pellibus aut paruis rhenonum tegamentis vtuntur, magna corporis parte nuda.*

58) Sic CAESAR *I. de B. G. cap. LIII.* duæ fuerunt Ariouisti vxores, vna Sueua natione, quam domo secum adduxerant; altera Norica regis Vocionis soror, quam in Gallia duxerat, a fratre missam. TACITVS *c. XVIII.*

59) Verba sunt TACITI *de M. G. c. XIX.*

§. XXXVI. Sororum filiis idem apud auunculum, qui apud patrem, honor. Quidam sanctiorem arctioremque hunc nexum sanguinis arbitrabantur, & in accipiendis obsidibus magis exigebant, tanquam ii & animum firmius & domum latius teneant. Hæredes tamen successoresque sui liberi: & nullum testamentum. Si liberi non sint: proximus gradus in possessione, fratres, patrui, auunculi. Quando plus propinquorum, quo maior adfinium numerus, tanto gratiosior senectus, nec vlla orbitatis pretia. 60)

§. XXXVII. Suscipere tam inimicitias seu patris, seu propinqui, quam amicitias necesse erat. Nec implacabiles durabant. Luebatur enim etiam homicidium certo armentorum ac pecorum numero, recipiebatque satisfactionem vniuersa domus. 61)

§. XXXVIII. Genus spectaculorum vnum atque in omni coetu idem. Nudi iuuenes, quibus id ludicrum erat, inter gladios se atque infestas frameas saltu iaciebant. Exercitatio artem parabat, ars decorem, non in quæstum tamen aut mercedem, quamuis audacis lasciuiæ pretium esset voluptas spectantium. Aleam sobrii inter seria exercebant, tanta lucrandi perdendiue temeritate, vt cum omnia deficerent, extremo ac nouissimo iactu de libertate & de corpore contendant. Victus voluntariam seruitutem adibat, quamuis iunior, quamuis robustior, alligari se ac venire patiebatur. Ea erat in re praua peruicacia: ipsi fidem vocabant. 62)

§. XXXIX. Funerum nulla ambitio, id solum obseruabatur, vt corpora clarorum virorum certis lignis cremarentur: struem rogi nec vestibus, nec odoribus cumulabant, sua cuique arma, quorundam igni & equus adiiciebatur. Sepulcrum cespes erigebat. Monumentorum arduum & operosum honorem, vt grauem defunctis aspernabantur. Lamenta ac lacrimas cito; dolorem & tristitiam tarde ponebant. Foeminis lugere honestum erat, viris meminisse. 63)

60) Verba sunt TACITI *de M. G. cap. XX.* Idem LI. Wisi Gothorum statutum lib. IV. Tit. II. l. II. *de successionibus eorum, qui sic mariuntur, vt nec donationem, nec vllum faciant Testamentum, nec præsentibus testibus suam ordinent voluntatem; qui gradu illis proximi fuerint, eorum obtinebunt hæreditatem.*

61) Verba sunt TACITI *de M. G. c. XXI.*

62) Verba sunt TACITI *de M. G. cap. XXIV.* Spectaculum illud ioculatoribus quandoque est vsitatum, & vocatur *der Schwerdttanz.*

63) Verba sunt TACITI *de M. G. c. XXVII.* CLVVERVS *lib. I. cap. LIII.* Ab his differebant funera Gallorum, de quibus CAESAR *VI. de B. G. cap. XIIX. funera sunt pro cultu Gallorum magnifica & sumptuosa; omniaque quæ viris cordi fuisse arbitrantur, in ignem inferunt, etiam animalia; ac paullo supra hanc memoriam, serui, & clientes, quos ab iis dilectos esse constabat, iustis funebribus confectis, vna cremabantur.* KEYSLER *Antiquit. Septentr. pag. 115. 163.* De hoc funerum ritu & monumentis potissimum sepulcralibus Germanorum sigillatim egit IODOC. HERMANNVS NVNNINGH *Sepulcreto Westphalico - Mimigardico - gentili.* Maxime, *cap. II.* refutat Io. Picardi sententiam, qui lapides & moles sepulcrales gigantibus tribuit, eo quod apud Frisios vocari soleant *Huynen Bedde* quasi ab Hunnis, cum tamen *pag. 85.* potius vox *Hunne* illis denotet cadauer, vnde & indumentum funebre *Hunnenkleid* adpelletur.

PERIODVS






PERIODVS PRIMA.
GERMANIA LIBERA.

§. I. Quinque historiæ Germanicæ generales sunt periodi: Libera, Romana, sub Francis, sub Carolingis, sub propriis Imperatoribus. §. II. Status Germaniæ a gentis origine ad Iulii Cæsaris tempora durauit. §. III. Ingens Germanorum malum, ciuiles horum discordia. §. IV. Germanorum migrationum caussæ. §. V. Reges antiquissimi. §. VI. Cimbrorum Teutonorumque migrationes, & de Romanis victoria. §. VII. Tigurini, Ambrones & Cimbri Romanos vincunt. §. VIII. dicti populi post varias victorias, coniunctis exercitibus tendunt in Italiam. §. IX. C. Marius iisdem opponitur, qui illos ad Aquas Sextias vincit. §. X. Luctatius Catulus a Cimbris vincitur. §. XI. Marius Cimbros ad Vercellas vincit. §. XII. Tigurini fuga dilabuntur. Cimbri in sedibus antiquis, reliqui Romanorum amicitiam expetunt. §. XIII. Plurium Germaniæ populorum migrationes in Galliam & Caledoniam.

§. I.



Ipsam Germaniæ Historiam consideraturi, diuersas eiusdem periodos obseruare necessum erit. Harum autem per omnem Germanorum Historiam quinque reperiemus generales. Primam facit Germania libera; alteram Germania sub Romanis, quatenus ab iisdem vel subacta fuit, vel tentata; tertiam Germania sub Francis; quartam Germania sub Carolingis; quintam Germania sub propriis Imperatoribus, secundum ipsorum familias.

§. II. Statum Germaniæ liberæ examinantes, hic erat, dum Germania in suos populos diuisa, quorum regimen populare, sed aristocratice temperatum. Hic ab origine gentis Germanorum ad Iulii Cæsaris tempora durauit. In hac autem vel ciuiles Germanorum discordiæ, vel cum exteris gesta bella veniunt consideranda.

§. III. Ingens malum dedisse ciuiles Germanorum discordias, ipse TACITVS auctor est, qui easdem ipsis fuisse exitiosas, Romanis vero proficuas, satis testatur. 1) Origo mali hæc. Gens militaris erant Germani, latrociniis dedita, fines prolatandi cupida, nullis vero fœderibus, nullo vinculo arctiori inuicem nexa. Hinc, non nisi æmulationes & rixæ inter eosdem, e quibus publicæ ortæ fuerunt contentiones bellaque. Et licet fœdera inter se haberent quidam Germaniæ populi, 2) factum tamen hoc potissimum inter ciuiles

1) TACITVS de M. G. cap. XXXIII. *iuxta Tencteros Bructeri olim occurrebant, nunc Chamauos & Angriuarios immigrasse, narratur, pulsis Bructeris ac penitus excisis, vicinarum consensu nationum, seu superbiæ odio, seu prædæ dulcedine, seu fauore quodam, erga nos, deorum. Ne spectaculo quidem prælii inuidere, non armis telisque Romanis, sed quod magnificentius est, oblectationi oculisque ceciderunt. Maneat quæso, duretque gentibus si non amor nostri, at certe odium sui: quando vrgentibus imperii fatis, nihil iam præstare fortuna maius potest, quam hostium discordiam.* Idem Ann. lib. XII. sic scribit: *aduersus validissimas gentes istas nihil pro nobis vtilius, quam quod in commune non consulant. Rara duabus tribusque ciuitatibus ad propulsandum commune periculum conuentus, hinc dum singuli pugnant, omnes vincuntur.*

2) Talis erat societas in bello ciuili inter Maroboduum & Arminium, de qua TACITVS Ann. II. cap. XLIV. *sed Suevi prætendebantur auxilium aduersus Cheruscos orantes. Nam discessu Romanorum ac vacui externo metu, gentis adsuetudine, & cum æmulatione gloriæ, arma in se verterant, vis nationum, virtus ducum in æquo: sed Maroboduum regis nomen inuisum apud populares, Arminium pro libertate bellantem fauor habebat. Igitur non modo Cherusci, sociique eorum vetus Arminii miles, sumpsere bellum, sed e regno etiam Marobodui, Sueuæ gentes, Semnones, ac Longobardi, defecere ad eum, quibus additis præpollebat, ni Inguiomerus cum manu clientum ad Maroboduum perfugisset.* Exemplum etiam præbet CAESAR IV. *de B. G. c. III.* dum ait: *Vbii, quorum fuit ciuitas ampla atque potens, vt est captus Germanorum, & paullo, qui sunt eiusdem generis,* etiam

viles discordias, ad se inuicem debellandos. Dum etiam quidam contra Romanos coirent. 3) Habebant quoque potentiores Germaniæ gentes suos clientes, qui ipsorum adgnoscerent imperium. 4)

§. IV. Nolumus iam ciuiles Germanorum discordias examinare, saltim horum migrationes atque bella cum exteris gesta considerabimus. Quod si caussam migrationum gentium Germanicarum indagemus, hæ cum aliarum gentium migrationibus plerumque erant communes: Scilicet mutandæ sedis amor, vt relictis paludibus & solitudinibus suis, foecundissimum solum possiderent. 5)

§. V. Nec etiam antiquissimi Germanorum reges nos occupabunt, quorum seriem ex BEROSO, AVENTINVS, 6) & qui eum sequitur BVCELINVS 7) nectunt, cum ipsorum historia fabulis propior videatur. Sufficit nobis hos per transennam saltim indicasse. Primus Germanorum Rex dicitur *Tuisto*, idemque auctor gentis, cuius successores recensentur *Mannus*, *Ingeuon*, *Isteuon*, *Hermion*, *Marsus*, *Gambriuius*, *Sueuus*, *Vandalus*, *Teuto*, *Alemanus*, *Hercules*. Huius filii, *Noricus*, *Hunnus*, *Heluetius*, *Boius* post eundem regnum tenuisse dicuntur. Hinc *Ingeramus* cognomento *Herminius*, eiusdemque nepos *Adalogerio*. Inde *Laërtes*; *Vlysses* & *Brennus*, cuius nepos *Franco* Francones dicitur condidisse. Post hunc, nomina regum Germanorum desinunt.

§. VI. Multa de Germanorum migrationibus Asiaticis prædicantur, quæ vero, eo quod fabulis potissimum sint obuoluta, studio hic prætermittimus: 8) Saltim ab eo incoantes, dum certiores factæ Germanorum migrationes. Migrationes Bellouesi atque Sigouesi ex Celtica in Italiam, partim etiam in Germaniam factæ, 9) Gallos potius tangunt quam Germanos, illud tamen docent, Gallos primum in Germania consedisse, atque eodem victu eodem corporis cultu fuisse adsuetos. 10) Certiores sunt Cimbrorum, qui Chersonesum Cimbricam, 11) Teutonorumque, qui vicinas insulas inhabitabant, 12) migrationes. Illorum

etiam ceteris humaniores; propterea quod Rhenum attingunt, multique ad eos mercatores venditant, & ipsi propter propinquitatem Gallicis sunt moribus assuefacti. Hos quum Sueui, multis sæpe bellis experti, propter amplitudinem grauitatemque ciuitatis, finibus expellere non potuissent, tamen vectigales sibi fecerunt, ac multo humiliores, infirmioresque reddiderunt. In eadem caussa fuerunt Vsipetes, & Tenchtheri, quos supra diximus; qui complures annos Sueuorum vim sustinuerunt ad extremum tamen agris expulsi, & multis locis Germaniæ triennium vagati, ad Rhenum peruenerunt. Sæpe Romanis accedentes populares suos cum iisdem subigebant. Sic Vbii, gens Germanicæ originis, eiurata patria, Romanorum nomine Agrippinenses vocati TACITO *Hist. IV. c. XXVIII.* Romanis contra Germanos accedebant. CAESAR *de B. G. V. cap. III.* de Treuirorum ciuitate: *in ea ciuitate duo de principatu inter se contendebant, Indutiomarus & Cingetorix: ex quibus alter, simulatque de Cæsaris legionumque aduentu cognitum est, ad eum venit, se suosque omnes in officio futuros, neque ab amicitia pop. R. defecturos confirmauit; quæque in Treuiris gererentur, ostendit. At Indutiomarus equitatum peditatumque cogere, iisque qui per ætatem in armis esse non poterant, in siluam Arduennam abditis, quæ ingenti magnitudine per medios fines Treuirorum a flumine Rheno ad initium Rhemorum pertinet, bellum parare instituit.*

3) Sic TACITVS Ann. I. c. LVI. *fuerat animus Cheruscis iuuare Cattos, sed exterruit Cæcina huc illuc ferens arma: & Marsos congredi ausos prospero prælio cohibuit.* CAESAR VI. de B. G. cap. II. *quibus rebus cognitis, Cæsar, quum vndique bellum parari videret, Neruios, Atuaticos, ac Menapios, adiunctis cis Rhenanis omnibus Germanis, esse in armis, Senones ad imperatum non venire, & cum Carnutibus finitimisque ciuitatibus consilia communicare, a Treuiris Germanos crebris legationibus sollicitari. Maturius sibi de bello cogitandum putauit.*

4) Sic Eburones & Condrusios Eburonum clientes vocat CAESAR *IV. de B. G. cap. VI.* Idem *V. de B. G. cap. XXXIX.* de Neruiis: *itaque, confestim dimissis nunciis ad Centrones, Grudios, Leuacos, Pleumosios, Gordunos, qui omnes sub eorum imperio sunt, quam maximas manus possunt, cogunt:* Et paullo post: *his circumuentis, magna manu Eburones, Atuatici, Neruii, atque horum omnium socii & clientes legionem oppugnare incipiunt.*

5) Hanc caussam in oratione sua Germanis tribuit Cerealis apud TACITVM *Hist. IV. c. LXXIII.*

6) *Ann. Boiorum lib. I. c. V. VI. VII.*

7) *Not. Geneal. Germ. pag. 6.* Sequitur eundem IAC. OTTO *notis ad Rhenani Inst. rer. Germ. lib. I. pag. 20.*

8) Legi de iisdem potest AVENTINVS *Ann. Boi. lib. I. cap. VIII. & IX.* IAC. OTTO *ad B. Rhenani lib. I. p. 28.*

9) De his late LIVIVS *lib. V. c. XXXIV.*

10) Audiamus de eo CAESAREM *VI. de B. G. cap. XXIV.* sic scribentem: *ac fuit antea tempus, quum Germanos Galli virtute superarent, & vltro bella inferrent, ac propter hominum multitudinem agrique inopiam, trans Rhenum colonias mitterent. Itaque ea, quæ fertilissima sunt, Germaniæ loca circum Hercyniam siluam, quam Eratostheni, & quibusdam Græcis, fama notam esse video, quam illi Orciniam appellant, Volcæ Tectosages occuparunt, atque ibi consederunt. Quæ gens ad hoc tempus iis sedibus se continet, summamque habet iustitiæ, & bellicæ laudis opinionem, nuncque in eadem inopia, egestate, patientia, qua Germani, permanent, eodem victu & cultu corporis vtuntur. Gallis autem propinquitas, & transmarinarum rerum notitia multa ad copiam atque vsus largitur. Paullatim assuefacti superari, multisque victi proeliis, ne se quidem ipsi cum illis virtute superant.*

11) PLINIVS lib. IV. cap. XXVII. *Promontorium Cimbrorum excurrens in maria longe peninsulam efficit.* TACITVS de M. G. cap. XXXVII. *Eundem Germaniæ sinum proximi Oceano Cimbri tenent, parua nunc ciuitas, sed gloria ingens, veterisque famæ vestigia manent vtraque ripa castra ac spatia, quorum ambitu nunc quoque metiaris molem manusque gentis & tam magni exitus fidem.* Sic etiam Mithridates in oratione ad milites apud IVSTINVM lib. XXXVIII. cap. V. *simul & a Germania Cimbros, immensa millia ferorum atque immitium populorum, more procellæ, inundasse Italiam.* Non ergo Gallica gens fuit, sed Germanica, licet illos pro Danis venditet NIC. PETREIVS *Cimbrorum & Gothorum Origg. p. 19.*

12) PTOLEMAEVS lib. II. cap. XI. pag. 23. *Post Saxones vero a Chaluso fluuio vsque ad Sueuum fluuium tenent Pharodini - - Inter Pharodinos vero & Sueuos Teutones & Auarpi.* POMPONIVS MELA *lib. III. cap. III.* ait: *Super Albim Codanus, ingens*

Illorum enim terras cum inundasset Oceanus, nouas isti sedes toto orbe quærebant. Hi trium centenorum millium numero, sine mulierum & puerorum caterua, 13) non vno, neque perpetuo impetu, sed per singulos annos progrediendo, continentem Europæ peragrabant, 14) vsque dum Rhenum transcenderent, 15) Cimbri potissimum populabundi in Illyricum venerunt, 16) atque A. V. C. 640. 17) ad Noreiam vrbem in Carnorum regione prope Aquileiam, Papirium Carbonem Consulem Romanum vicerunt. 18) Exclusi Gallia atque Hispania, cum in Italiam remigrarent, misere A. V. C. 644. legatos in castra M. Iunii Silani consulis, inde ad Senatum Romanum, vt Martius populus aliquid sibi terræ daret, quasi stipendium: cæterum vt vellet, manibus atque armis suis vteretur. Sed quas daret terras populus Romanus agrariis legibus inter se dimicaturus? Repulsi igitur, quod nequiuerunt precibus, armis petere constituunt. 19) Neque tamen arma illorum sustinuit, M. Iunius Silanus Cos. quin potius infeliciter contra eosdem pugnaret. 20)

§. VII. Circa eadem tempora Tigurini, Heluetorum populus, & horum finitimi, Ambrones, 21) æque nouas res & sedes quærebant, & dum ipsis L. Cassius, Consul Romanus

ingens sinus, magnis paruisque insulis refertus est. Hac re mare, quod gremio litorum accipitur, nusquam late patet, nec vsquam mari simile, verum aquis passim interfluentibus ac sæpe transgressis, vagum atque diffusum facie amnium spargitur: In eo sunt Cimbri & Teutoni: vltra vltimi Germaniæ Hermiones, & cap. VI. *In illo sinu, quem Codanum diximus, sex* (insulæ) *ex iis Scandinauia, quam adhuc Teutoni tenent, vt magnitudine alias, ita fecunditate antestat.*

13) PLVTARCHVS *Mario pag.* 411. ἄρτι γὰρ ἀπηγγελμένης αὐτοῖς τῆς Ἰογύρθα συλλήψεως, αἱ περὶ Τευτόνων καὶ Κίμβρων φῆμαι προσέπιπτον, ἀπιστίαν μὲν ἐν ἀρχῇ παρασχοῦσαι πλήθους τε καὶ ῥώμης τῶν ἐπερχομένων στρατῶν, ὕστερον δὲ τῆς ἀληθείας ὑποδεέστεραι φανεῖσαι· μυριάδες μὲν γὰρ αἱ μάχιμοι τριάκοντα σὺν ὅπλοις ἐχώρουν, ὄχλοι δὲ παίδων καὶ γυναικῶν ἐλέγοντο πολὺ πλείους συμπεριάγεσθαι. *Modo enim nunciatum fuerat, Iugurtham esse deuictum, quum rumores de Teutonis & Cimbris increbuere. Ferebatur eorum initio incredibilis colluuies viresque imminentium legionum, qui rumores tamen post minores vero sunt reperti. Siquidem bellatores & armati trecentena millia in agmine erant, puerorum mulierumque longe maiores cateruas dicebantur secum agere.*

14) PLVTARCHVS *c. l.* τούτους ἐξαναστάντας οὐκ ἐν μιᾶς ὁρμῆς, οὐδὲ συνεχῶς ἀλλὰ ἔτους ὥρᾳ καθ' ἕκαστον ἐνιαυτὸν, εἰς τοὔμπροσθεν ἀεὶ χωροῦντας, πολέμῳ χρόνοις πολλοῖς ἐπελθεῖν τὴν ἤπειρον. *Has domo egressas non vno neque perpetuo impetu, verum quoque anno semper porro progredientes, sub ver arma circumferendo peragrasse continentem Europæ.* Patet hoc etiam ex oratione Critognati, Aruernorum Principis apud CAESAREM *lib. VII. cap. LXXVII. quid ergo mei consilii est? facere, quod nostri maiores nequaquam pari bello Cimbrorum Teutonumque fecerunt; qui in oppida compulsi, ac simili inopia subacti, eorum corporibus, qui ætate inutiles ad bellum videbantur, vitam tolerauerunt, neque se hostibus tradiderunt. Cuius rei exemplum si non haberemus, tamen libertatis caussa institui & posteris prodi pulcherrimum iudicarem. Nam quid huic simile bello fuit? depopulata Gallia, magnaque illata calamitate, Cimbri finibus nostris aliquando excesserunt, atque alias terras petierunt: iura, leges, agros, libertatem nobis reliquerunt.*

15) VELLEIVS PATERCVLVS lib. II. c. VIII. *Tum Cimbri & Teutoni transcendere Rhenum, multis mox nostris, suisque cladibus nobiles.*

16) LIVIVS Epit. LXIII. *Cimbri gens vaga, populabundi in Illyricum venerunt, ab iis Papirius Carbo Cos. cum exercitu fusus est.*

17) TACITVS de M. G. cap. XXXVII. *Sexcentesimum & quadragesimum annum vrbs nostra agebat, quam primum Cimbrorum audita sunt arma, Cæcilio Metello ac Papirio Coss.*

18) STRABO *lib. V. pag.* 214. ἔξω δ' ἐστὶ τῶν Ἐνετικῶν ὅρων ἡ Ἀκυλεΐα. διορίζονται δὲ ποταμῷ ῥέοντι ἀπὸ τῶν Ἀλπίων ὀρῶν, ἀνάπλουν ἔχοντι, καὶ σ. σταδίων ἐπὶ τοῖς χιλίοις εἰς Νωρηΐαν πόλιν, περὶ ἣν Γναῖος ὁ Κάρβων συμβαλὼν Κιμβρίοις, οὐδὲν ἔπραξεν. *Sita est Aquileia extra Venetorum fines, pro limite est fluuius ab Alpibus delapsus, qui aduersus nauigari potest, & CIↃ CC stadiis ad Noreiam vrbem, apud quam Cn. Carbo inani conatu cum Cimbris conflixit.*

19) Verba sunt FLORI *lib. III. cap. III.* PLVTARCHVS *c. l.* γῆν ζητοῦντες ἣ θρέψει τοσοῦτο πλῆθος. καὶ πόλεις ἐν αἷς ἱδρυθέντες βιώσονται, καθάπερ πρὸ αὐτῶν ἐπυνθάνοντο Κελτοὺς τῆς Ἰταλίας τὴν ἀρίστην κατασχεῖν, Τυρρηνῶν ἀφελομένους. αὐτοὶ μὲν γὰρ ἀμιξίᾳ τῇ πρὸς ἑτέρους, μήκει τε χώρας ἣν ἐπῆλθον, ἠγνοοῦντο τίνες ὄντες ἀνθρώπων, ἢ πόθεν ὁρμηθέντες, ὥσπερ νέφος ἐμπέσοιεν τῇ Γαλατίᾳ καὶ Ἰταλίᾳ. καὶ μάλιστα μὲν εἰκάζοντο Γερμανικὰ γένη τῶν καθηκόντων ἐπὶ τὸν βόρειον ὠκεανὸν εἶναι, τοῖς μεγέθεσι τῶν σωμάτων, καὶ τῇ χαροπότητι τῶν ὀμμάτων· καὶ ὅτι Κίμβρους ἐπονομάζουσι Γερμανοὶ τοὺς λῃστάς. *Hi agros quærebant, qui tantam multitudinem alerent: & oppida, in quibus sedes ponerent ac vitam agerent: sicut olim Gallos acceperant vberrimum agrum Italiæ, expulsis Thuscis, occupauisse. Hos autem, quod nullum haberent cum aliis commercium, atque ex tractibus aduenirent longinquis, nemo nouerat qui mortalium essent, aut vnde profecti nubium modo incumberent Galliæ & Italiæ. Ex corporum vero proceritate, & cæsiis oculis maxime, nationes Germanicas coniectabant esse, Oceanum septentrionalem accolentium, & quod Cimbros Germani nominent latrones.*

20) LIVIVS *Epit. LXV. M. Iunius Silanus, consul, aduersum Cimbros infeliciter pugnauit, Legatis Cimbrorum sedem & agros, in quibus considerent, postulantibus, senatus negauit.* Singulare est, quod de hac Silani clade narrat ASCONIVS PEDIANVS *in Orat. Ciceronis pro C. Cornelio p.* 141. scribens: *M. Syllanus quinquennio ante consul fuerat, quam Domitius Tribunus pl. atque ipse quoque aduersus Cimbros rem male gesserat, quam ob caussam Domitius eum apud populum accusabat: criminabatur bellum cum Cimbris iniussu populi gessisse, idque principium fuisse calamitatum, quas eo bello populus acceperit: ac de eo tabellam quoque dedit: sed plenissime Silanus absolutus est: nam duæ sola tribus eum, Sergia & Quirina, damnauerunt.*

21) De his equidem dubium superest, quisnam populus fuerit: FERDINANDVS FVRSTENBERGIVS *Monum. Paderborn. pag.* 181. REINERVM REINECCIVM *in Comment. de origine Mysorum,* & IO. PIDERITIVM *in Chron. Lippiensi p. I. c. VI.* secutus, illarum sedem ad Ambram, *an der Emmer*, in diœcesi Paderbornensi collocat. Verum, inter Heluetos illos esse collocandos, docet nos STRABO, dum de C. Mario *lib. IV. pag.* 183. ait: Μασσαλιώταις ἔδωκεν ἀριστεῖον κατὰ τὸν πρὸς Ἄμβρωνας καὶ Τωυγενοὺς πόλεμον *Massiliensibus ob nauatam præclaram in bello contra Ambrones & Toygenos operam præmii loco donauit.* Sic etiam EVTROPIVS lib. V. ineunte: *M. Manilius & Q. Cæpio a Cimbris & Teutonibus, & Tigurinis, & Ambronibus, quæ erant Germanorum & Gallorum gentes, victi sunt iuxta flumen Rhodanum,* Cimbros scilicet & Teutonos inter Germanorum, Ambro-

manus obuiam iret, ipse cæsus, interfectus, ipsiusque exercitus sub iugum fuit missus. 22) Eodem fere tempore M. Aurelius Scaurus, legatus Consulis, a Cimbris, fuso exercitu, captus est, & quum in Consilium ab eis euocatus, deterreret eos, ne Alpes transirent, Italiam petituri, eo quod diceret, Romanos vinci non posse, a Boiorige rege, 23) feroci iuvene, occisus est. 24)

§. VIII. Post hasce victorias, dicti populi inuicem se coniunxisse videntur, Romanas prouincias inuadentes. Opponebatur iisdem C. Manlius, Consul, & Q. Seruilius Cæpio, Proconsul, verum, horum inuidia & contentione factum est, vt cum magna ignominia & periculo Romani nominis ad Rhodanum vincerentur. 25) Cimbri post hanc victoriam, vastatis omnibus, quæ inter Rhodanum & Pyrenæum sunt, per saltum in Hispaniam transgressi, ibique multa loca populati, a Celtiberis sunt fugati, 26) reuersique in Galliam, bellicosis se Teutonis coniunxerunt, atque omni Gallia vexata, soli Belgæ ipsis restiterunt. 27) Tandem ipsis consilium fuit, Italiam adeundi, verum diuiso exercitu, ita, vt Teutoni atque Ambrones per Galliam & Prouinciam, Cimbri per Rhenum transgressi, per Noricum Italiam inuaderent. Vtrique impedimentis, quæ secum agere ac portare non poterant, citra flumen Rhenum depositis, custodiæ ex suis ac præsidio VI. millia hominum vna reliquerunt. Hi, post eorum cladem, multis annis a finitimis exagitati, quum alias bellum inferrent, alias illatum defenderent; consensu eorum omnium pace facta, in Gallia sedem posuerunt, ab iisdemque orti fuerunt Atuatici. 28)

§. IX. Hæc dum ad vrbem diuersis ex locis essent nuntiata, neminem Romani meliorem reputabant, quem Cimbris opponerent, C. Mario, qui ob deuictum Mauritaniæ Regem, Iugurtham, magnum sibi nomen adquisiuerat, ideo absens contra leges iterum consul designatur, 29) idemque insequentibus binis annis, tertio & quarto fiebat. 30) Hic vbi hostes prope esse intellexit, raptim Alpes superauit, ac castris ad amnem Rhodanum communi-

Ambrones vero & Tigurinos inter Gallorum gentes numerat. Adde CHRIST. CELLARIVM *Notitia Orbis antiqui lib. II. cap. III. pag. 276.* qui Ambrones pagum Heluetiorum præ cæteris insignem, validum & bellicosum fuisse, contendit.

22) LIVIVS Epit. LXV. *L. Cassius consul a Tigurinis Gallis, pago Heluetiorum, qui a ciuitate secesserunt, in finibus Allobrogum, cum exercitu cæsus est. Milites, qui ex ea clade superauerunt, obsidibus datis, & dimidia rerum omnium parte, vt incolumes dimitterentur, cum hostibus pacti sunt.* Vberius hoc CAESAR explicat lib. I. cap. XII. de Tigurinis scribens: *Hic pagus vnus, quum domo exisset, patrum nostrorum memoria, L. Cassium, Consulem, interfecerat, & eius exercitum sub iugum miserat.* PAVLVS OROSIVS lib. V. cap. XV. *Iisdem Iugurthini belli temporibus L. Cassius Consul, in Gallia Tigurinos vsque ad Oceanum persecutus, rursumque ab iisdem insidiis circumuentus, occisus est.* Quare etiam FLORVS *lib. III. cap. III.* ait: *sed nec primum quidem impetum barbarorum Silanus, nec secundum Manlius, nec tertium Cæpio sustinere potuerunt. Omnes fugati, exuti castris.* L. Cassium vna cum C. Mario simul Consulem fuisse, testatur PLINIVS *lib. X. cap. XIII.* CASSIODORVS, & qui cum sequitur CAR. SIGONIVS hoc ad A. V. C. 646. referunt, licet Fasti Siculi ad hunc annum Longinum & Marium supponant.

23) LIVIVS Epit. LXVII. *M. Aur. Scaurus, legatus Consulis, a Cimbris, fuso exercitu, captus est, & quum in consilium ab iis euocatus, deterreret eos, ne Alpes transirent Italiam petituri, eo quod diceret, Romanos vinci non posse, a Bolo rege, feroci iuuene, occisus est.*

24) Ita LIVIVS, PLVTARCHVS *Mario p. 419.*

25) LIVIVS Epit. LXVII. *ab iisdem hostibus C. Manlius, Consul, & Q. Seruilius Cæpio, Proconsul, victi prælio, castris quoque binis exuti sunt.* PAVLVS OROSIVS lib. V. c. XVI. *Manlius, Cos. & Qu. Cæpio Proconsul, aduersus Cimbros, & Teutonos, & Tigurinos & Ambronas, Gallorum & Germanorum gentes, quæ tunc, vt imperium Romanum exstinguerent, conspirauerant, missi, prouincias sibi Rhodano fluuio medio diuiserunt. Vbi, dum inter se grauissime inuidia & contentione disceptant, cum magna ignominia & periculo Romani nominis victi sunt. Siquidem - - - - octoginta millia Romanorum, sociorumque, eadem tempestate trucidata, Antias scribit:* SALLVSTIVS *de B. Iugurthino in fine: per idem tempus aduersum Gallos a ducibus nostris, Q. Cæpione, & M. Manlio, male pugnatum est.* Huius Romanorum cladis facit etiam mentionem PLVTARCHVS *vita Sertorii p. 569.* Culpa potissimum Cæpioni imputabatur, quare LIVIVS Epit. LXVII. *Secundum populi Romani iussionem, Cæpionis, cuius temeritate clades accepta erat, damnati, bona publicata sunt.* Hunc etiam diem cladis, Romanos inter nefastos retulisse, testatur PLVTARCHVS *Lucullo p. 510.*

26) Verba sunt LIVII *Epit. LXVII.*

27) IVLIVS CAESAR lib. II. cap. IV. *solos Belgas esse, qui patrum memoria omni Gallia vexata, Teutonas, Cimbrosque intra fines suos ingredi prohibuerint.* Adde *lib. VII. c. LXXVII.*

28) Verba sunt IVLII CAESARIS *lib. II. cap. XXIX.*

29) PLVTARCHVS *Mario pag. 412.* Ταῦτα Ῥωμαῖοι πυνθανόμενοι πολλαχόθεν ἐκάλουν Μάριον ἐπὶ τὴν στρατηγίαν. καὶ τὸ δεύτερον ὕπατος ἀπεδείχθη, τοῦ μὲν νόμου κωλύοντος ἀπόντα, καὶ μὴ διαλιπόντα χρόνον ὡρισμένον, αὖθις αἱρεῖσθαι, τοῦ δὲ δήμου τοὺς ἀντιλέγοντας ἐκβάλλοντος. ἡγοῦντο γὰρ οὔτε νῦν πρῶτον εἴκειν τῷ συμφέροντι τὸν νόμον, οὔτε ἀλογωτέραν εἶναι τὴν παροῦσαν αἰτίαν ἐκείνης, δι' ἣν τὸν Σκιπίωνα παρὰ τοὺς νόμους ὕπατον ἀπέδειξαν, οὐ φοβούμενοι τὴν ἑαυτῶν ἀποβαλεῖν, ἀλλὰ τὴν Καρχηδονίων ἐξελεῖν ποθοῦντες. ταῦτα ἔδοξε. *Quæ quum ad vrbem essent diuersis ex locis nuntiata, acciuerunt ad bellum gerendum, atque iterum consulem designauerunt Marium. Quum lex autem absentem, & nisi interiecto certo spatio, vetaret denuo creari consulem, repudiauit populus aduersantes. Quippe non modo primum arbitrabantur expedienti concedere legem, neque alieniorem præsentem caussam, illa ob quam contra leges consulem creauerant Scipionem, quum non timerent vrbis suæ perniciem, sed Carthaginem cuperent euertere. Hæc sententia obtinuit.* VELLEIVS PATERCVLVS *lib. II. cap. XII. Effusa, vt prædiximus, immanis vis Germanarum gentium, quibus nomen Cimbris ac Teutonis erat, cum Cæpionem Manliumque consulem, & ante Carbonem Silanumque fudissent fugassentque in Galliis, & exuissent exercitu, Scaurumque Aurelium Cos. & alios celeberrimi nominis viros trucidassent, populus R. non alium repellendis tantis hostibus magis idoneum imperatorem, quam Marium est ratus. Tum multiplicati consulatus eius. Tertius in apparatu belli annus consumtus.*

30) PLVTARCHVS *p. 413.*

munitis, conuexit affatim eo commeatum, ne vnquam nisi postulante vsu, ex necessariorum inopia dimicare cogeretur. 31) Ad hunc promouendum, nouam egit fossam, dictam Marianam, ex Rhodano, cuius ostium difficulter adibatur, ideo per campum lapideum in lacum Mastramelum, qui prope Massiliam est 32) quam postea confecto bello, Massiliensibus, in præmium nauatæ operæ, dono dedit. 33) Obuiam Mario procedebant Teutoni cum Ambronibus, prœlio decertaturi. Ille tamen non ausus congredi statim: militem tenuit in castris, deos nondum addixisse, prætexens, donec inuicta illa rabies & impetus, quem pro virtute Germani habebant, consenesceret. Recessere igitur increpantes, &, tanta erat capiendæ vrbis fiducia, vt castra Romanorum adpropinquantes, consulerent, si quid ad vxores suas mandarent. Nec segnius, quam minati fuerunt, tripertito agmine per Alpes, id est, claustra Italiæ, ferebantur. Marius mira statim velocitate occupatis compendiis, præuenit hostem, ipsos sub ipsis Alpium radicibus adsecutus, priores Ambrones, atque hisce cæsis, altera die Teutonos adgressus, vtrosque ad Aquas Sextias prœlio oppressit. Vallum fluuiumque medium hostes tenebant. Romanis aquarum nulla copia, consultone id egerit Imperator, an errorem in consilium verterit, dubium, certe necessitate aucta, virtus caussa victoriæ fuit. Nam flagitante aquam exercitu: Viri, inquit, estis, en illic habetis. 34) Magno itaque ardore pugnatum est, magnaque cædes hostium fuit, vt cæsorum captiuorumque centum millia numerarentur. 35 Ipse rex Theutobochus quaternos senosque equos transilire solitus, vix vnum, quum fugeret, adscendit, proximoque in saltu comprehensus, insigne spectaculum triumphi fuit, quippe vir proceritatis eximiæ super tropæa sua emicuit. 36) Hæc victoria Mario quintum consulatum cumulauit. 37)

§. X. Non eadem Consulis Luctatii Catuli felicitas, qui Cimbris, ex Norico Italiam inuadentibus opponebatur. Cimbri enim, repulso ab Alpibus fugatoque Catulo, qui fauces Alpium obsidebat, Tridentinis iugis in Italiam prouoluti descenderunt. Athesin flumen non ponte, nec nauibus, sed quadam stoliditate barbarica primum corporibus aggressi: postquam retinere amnem manibus & clipeis frustra tentauerant, ingesta obrutum silua transiluere: &, si statim infesto agmine vrbem petiissent, grande discrimen fuisset: sed in

31) PLVTARCHVS *c. l.*

32) PLVTARCHVS *c. l.* τὴν δὲ κομιδὴν ὧν ἐδεῖτο τῷ στρατεύματι, μακρὰν καὶ πολυτελῆ πρότερον οὖσαν πρὸς τὴν θάλασσαν, αὐτὸς εἰργάσατο ῥᾳδίαν καὶ ταχεῖαν. τὰ γὰρ στόματα τοῦ Ῥοδανοῦ, πρὸς τὰς ἀνακοπὰς τῆς θαλάσσης, ἰλύν τε πολλὴν λαμβάνοντα καὶ θῖνα πηλῷ βαθεῖ συμπεπλασμένην, ὑπὸ τοῦ κλύδωνος χαλεπὸν, ἐπίπονον καὶ βραδύπορον τοῖς σιταγωγοῖς ἐποίει τὸν εἴσπλουν. ὁ δὲ τρέψας ἐνταῦθα τὸν στρατὸν σχολάζοντα, τάφρον μεγάλην ἐνέβαλε, καὶ ταύτῃ πολὺ μέρος τοῦ ποταμοῦ μεταστήσας, περιήγαγεν εἰς ἐπιτήδειον αἰγιαλὸν, βαθὺ μὲν καὶ ναυσὶ μεγάλαις ἔποχον, λεῖον δὲ καὶ ἄκλυστον στόμα λαβοῦσαν πρὸς τὴν θάλασσαν· αὕτη μὲν οὖν ἀπ' ἐκείνου τὴν ἐπωνυμίαν ἔτι φυλάττει. *Subuectionem eorum, quæ essent exercitui opus, quum ante longinqua & sumptuosa mari fuisset, expeditam effecit & celerem. Nam ostia Rhodani maris refluxu magna vi limi oppleta arenaque alto cœno a fluctibus adstricta, periculosum morosumque & angustum nauibus frumentariis eo reddebant decursum. Huc exercitum otiosum conuertit, fossamque grandem duxit, quo magna fluuii parte detorta deduxit illam ad opportunum littus altum ac magnorum nauigiorum patientem, qua planum haberet & tranquillum ad mare ostium. Hæc nomen ab illo etiam hodie retinet.* De eadem POMPONIVS MELA lib. II. cap. V. *fossa Mariana partem eius amnis nauigabili alueo effundit, alioqui litus ignobile, & Lapideus, vt vocant, Campus.*

33) STRABO *lib. IV. pag. 138.* de Rhodano scribens: Μάριος ὁρῶν τυφλόστομον γινόμενον ἐκ τῆς προσχώσεως καὶ δυσείσβολον, καινὴν ἔτεμε διώρυχα, καὶ ταύτῃ δεξάμενος τὸ πλέον τοῦ ποταμοῦ, Μασσαλιώταις ἔδωκεν ἀριστεῖον κατὰ τὸν πρὸς Ἄμβρωνας καὶ Τωυγενοὺς πόλεμον· ἐξ οὗ πλοῦτον ἠνέγκαντο πολυτελῆ. *Marius videns adgestione limi ostium obturari, intratuque reddi difficile, nouam duxit fossam, qua maiorem amnis partem exciperet, eamque Massiliensibus ob nauatum contra Ambrones & Tugenos operam, præmii loco donauit, vnde multum lucri acceperunt.*

34) FLORVS *lib. III. c. III.*

35) LIVIVS *Epit. LXVIII.* hostium numerum auget, scribens: *duobus deinde præliis circa Aquas Sextias eos hostes deleuit: in quibus cæsa traduntur hostium ducenta millia, capta nonaginta.* VELLEIVS PATERCVLVS *lib. II. cap. XII. Quarto* (consulatu) *trans Alpes circa Aquas Sextias cum Teutonis conflixit; amplius CLmillibus hostium priore ac postero die ab eo trucidatis, gensque excisa Teutonum.*

36) IOSEPHVS de la PISE *Tableau de l'Histoire des Princes & Principauté d'Orange p. 22.* auctor est, C. Mario eiusdemque collegæ Catulo Lutatio in Arausionensium vrbe insignem arcum triumphalem fuisse erectum, quem ad longum describit, eiusdemque figuram exhibet. Idem *pag. 25.* addit, *Sur quoy est remarquable, qu' il y a enuiron quater ans qu' vne grosse pierre qui etoit audit coin tomba, sur laquelle estoit escrit Theutobocchus, au rapport de plusieurs dignes de foy qui m' ont attesté l' avoir veüe & leüe. C' estoit donc la figure du Roy des Theutons lequel ayant fait prisonnier de Marius, en vne de ces grandes batailles, fut mené en triomphe dans Rome avec les autres prisonniers.* Verum, contradicit Autor dissertationis, *dans laquelle on examine, qui sont ceux; qui ont fait construire l' arc de triomphe, que l' on voit à Orange,* BIBLIOTHEQVE FRANCOISE *Tom. II. Part. II. pag. 210.* PETRVS GASSENDVS *vita Peireskii lib. III. pag. 153. ad a. 1613.* ait: *Ferebant enim detectum fuisse in sabuloso quodam loco, non longe ab ipso confluente Rhodanum inter, & Isaram, sepulcrum lateritium, triginta longum pedibus, latum duodecim, altum octo, cum superposito lapide, in quo hæc inscriptio THEVTOBOCHVS REX,* verum ad longum hæc refellit. Hunc vero Teutobochum ab hirco fuisse denominatum autumat IO. PICARDVS *in Vrembden en vergebenen Antiquitaten van l' oude Vriesland. Dist. XIX. pag. 89.* dum ait: *De Kœnig van dese Natie is genaemt geweest Teutobochus, da is, als wy seghen,* Teuten Bock. *Want dese oude Heydensche Menschen hebben doorgaens de Wyse gehadt, dat se hare Soons namen gaven van wilden Dieren; als: Wolf, Bock, Leeuw, Beer, Vos, Eberswin, Hengst, Raef, Valck &c.*

37) PLVTARCHVS *pag. 418.* ἐπεὶ δὲ ἐγγὺς ἦσαν ἀποπηδήσαντες, ἐδεξιοῦντο τὸν Μάριον, εὐαγγελιζόμενοι τὸ πέμπτον αὐτὸν ὕπατον γεγονέναι, *quum illi ad eum venissent, desilierunt ex equis, atque eum amplexi, nuntiauerunt læti quintum consulatum,* LIVIVS *Epit. LXVIII. Marius absens quintum Consul creatus est, triumphum oblatum, donec & Cimbros deuinceret, distulit.*

38) Ver-

in Venetia, quo fere tractu Italia mollissima est, ipsa cœli solique clementia robur elanguit, ad hoc panis vsu, carnisque coctæ, & dulcedine vini mitigatos Marius in tempore aggressus est. Cimbri enim flumen Athesin transgressi, castellum editum, quod insederat, vt Catulus relinqueret, effecerunt, 38) milites vero, qui castello impositi, cum se fortiter gessissent, tandem acceptis induciis, ad taurum æneum iurantes, fuerunt dimissi. 39)

§. XI. Propius igitur ad vrbem Cimbri accedentes Romanis terrorem incutiebant, qui Marium reuocabant. Hic cum Catulo exercitum iungens, Padum transibat. Mittebant Cimbri in Romanorum castra legatos, terram pro se & fratribus suis, agros & oppida petituri, quæ ipsis ad sedes collocandas satis essent. Percunctante legatos Mario de fratribus, cum Teutonos illi nuncuparent, cæteri omnes risere. Marius vero respondit cavillo: omittite fratres, habent enim a nobis illi datam terram, semperque habebunt. Percepto cauillo, prosciderunt eum legati conuitio, daturum pœnas confestim Cimbris & Teutonis, vbi aduenissent. At, inquit, præsto sunt, Marius, nec decet vos, nisi salutatis abire fratribus. Sic fatus, vinctos Teutonorum reges produci imperat, nam in Alpibus fuerant a Sequanis retracti. Quæ, vt relata Cimbris sunt, mouerunt e vestigio in Marium quiescentem & castra tuentem. At Boiorix, Cimbrorum rex, cum paucis ad castra prouectus, lacessiuit Marium, vt die & loco præfinito prodiret, & de solo dimicaret. Cum Marius respondisset, non esse moris Romani, vt pugnæ committendæ mutuarentur ab hostibus consilium, id Cimbris tamen se largiturum, diem statuerunt ab illo tertium, 40) locum in campis Raudiis apud Vercellas, 41) qui Romanorum equitatui erat opportunus, atque ad illorum explicandam multitudinem accommodatus. Præstitutam diem obierunt, aciesque infestas vtrinque instruxerunt. Habebat Catulus sub signis XX. millia trecentos milites, Mario parebant XXXII. millia, qui in cornua distributi, mediam aciem, quam obtinebat Catulus, complectebantur. Cimbrorum pedites ex castris composite processerunt, ac quadrata acie constiterunt. Siquidem latera aciei singula terna millia DCCL. passus obtinebant. Equitum quindecim millia numero effuderunt se splendide. Galeas gerebant, quæ repræsentarent sæuarum beluarum rictus & inusitatas figuras, quas alatis fastigiantes cristis apparebant eminentiores. Loricis ferreis erant exculti, ac candidis micabant scutis, pro telo habebant singuli telum bipenne. Pede collato, ingentibus vtebantur & grauibus gladiis. Commissa pugna fuit III. Kl. Augusti A. V. C. 652. quem diem festum Romani postea egerunt. Marius immenso excitato puluere, qui conspectum obtexit vtrinque exercituum, trahens secum copias, aberrauit ab hostibus, præuectusque aciem eorum, diu in campo errauit, in Catulum vero barbari forte delati, prœliumque potissimum constitit circa illum atque illius legiones. Profuerunt Romanis calores, solque Cimbrorum oculis obiectus, vsui quoque ad animum excitandum puluis, qui abscondebat hostes, Romanis fuit. Quippe non peruiderunt ex longinquo multitudinem eorum, sed in adversos cursu quisque delatus ante dimicauerunt cum hostibus, cominus, quam vlla fuissent trepidatione perculsi. Plurimi & fortissimi: quique de exercitu hostium eodem loco concisi sunt. Etenim ne ordines disiicerentur, longis catenis antesignani per baltheos traiectis erant colligati. Cum effusos ad castra summouissent, inciderunt in horrendissima spectacula. Ipse Boiorix Rex in acie dimicans haut impigre, nec tamen inultus occubuit. Fœminæ consistebant in plaustris pullatæ fugientesque, hæ viros, illæ fratres, parentes aliæ, interficiebant: infantes suis strangulabant manibus, & sub rotas iumentorumque pedes proiiciebant, mox trucidabant semetipsæ. Qui, quanquam ita sibi conciliarent mortem, capti tamen sunt plus LX. millia. Cecidisse bis totidem referuntur. 42) Prædam Marii

38) Verba sunt FLORI *lib. III. cap. III.* LIVIVS *epit. LXVIII.* Quam operose Alpes atque Athesin Cimbri transierint, ad longum enarrat PLVTARCHVS *pag. 418.*

39) PLVTARCHVS *pag. 418.* *οἱ δὲ βάρβαροι τὸ μὲν πέραν τοῦ Ἀτίσωνος φρούριον ἐπελθόντες, ἔλαβον. καὶ τοὺς αὐτόθι Ῥωμαίους, ἄνδρας κρατίστους γενομένους. καὶ προκινδυνεύσαντας ἀξίως τῆς πατρίδος θαυμάσαντες, ὑποσπόνδους ἀφῆκαν, ὀμόσαντας τὸν χαλκοῦν ταῦρον, ὃν ὕστερον ἁλόντα μετὰ τὴν μάχην, εἰς τὴν Κάτλου φασὶν οἰκίαν, ὥσπερ ἀκροθίνιον τῆς νίκης κομισθῆναι. Barbari autem præsidium trans Athesin adorti ceperunt, militesque qui impositi fuerant, quum gessissent se fortissime, atque ex dignitate patria decertassent, reueriti virtutem eorum, datis induciis, dimiserunt, aneum taurum iurati: quem post sub pugnam captum, in domum Catuli ferunt, tanquam victoria primitias delatum fuisse.* Male igitur Megapolensium Ducum caput bubulum inde ducitur, quasi taurus Cimbrorum fuerit insigne, cum saltim ad taurum æneum sacramenta præstarent.

40) PLVTARCHVS *pag. 419.*

41) PLVTARCHVS *l. c.* saltim dicit *χώραν τε τὸ πεδίον τὸ περὶ Βερκέλλας* locum & campum prope Vercellas. FLORVS vero *lib. III. c. III. Iam diem pugna a nostro Imperatore petierunt, & sic proximum dedit. In patentissimo, quem Raudium vocant, campo concurrere.* VELLEIVS PATERCVLVS *lib. II. cap. XII. Quinto, citra Alpes in campis quibus nomen erat Raudiis, ipse consul & proconsul Q. Lutatius Catulus fortunatissimo decertauere prælio: cæsa aut capta amplius CM. hominum.* AVRELIVS VICTOR *in C. Mario; Teutones in Gallia apud Aquas Sextias: Cimbros in Italia in campo Raudio vicit.* Adde CELLARIVM *Notitia Orbis ant. lib. II. c. IX. pag. 678.*

42) FLORVS c. l. *millia inde ad sexaginta ceciderunt: hinc trecentis minus, per omnem diem conciditur barbarus. Is hic quoque imperator addiderat virtuti dolum, sequutus Annibalem, artemque Cannarum; primum, nebulosum nactus diem, vt hosti inopinatus occurreret; tum ventosum quoque, vt puluis in oculos & ora ferretur; tum acie conuersa in Orientem, vt, quod ex captiuis mox cognitum est, ex splendore galearum, ac repercussu, quasi ardere cælum videretur. Nec minor cum vxoribus eorum pugna, quam cum ipsis fuit: quum obiectis vndique plaustris atque carpentis, alta desuper, quasi e turribus, lanceis, contisque pugnarent. Perinde speciosa mors*

Marii milites diripuere; spolia, signa militaria, tubas in castra Catuli aiunt fuisse relata, quo potissimum indicio penes se victoriam fuisse Catulum demonstrasse, licet a populo victoria Mario fuerit tributa, qui tamen vna cum Catulo coniunctim triumphauit. 43)

§. XII. Tertia Tigurinorum manus, quæ quasi subsidio Noricos insederat Alpium tumulos, in diuersa lapsi, fuga ignobili & latrociniis euanuit. 44) Cimbri vero, qui in antiquis ipsorum sedibus remanserant, famam gentis nihilominus conseruarunt, Augusti Imperatoris amicitiam expetierunt, Romanis etiam Scriptoribus, tanquam gloria ingentes memorati. 45)

§. XIII. Diuersi Germanorum populi migrationes suas trans Rhenum instituerunt, Gallos expellentes. Sic Tongri Rhenum transgressi, in Galliam Belgicam irruperunt, 46) Tribocci, relicto natali solo, Rhenoque traiecto, in Alsatia sedes posuerunt. 47) Idem de Nemetibus, Vangionibus, Neruiis, Atrebatibus, Eburonibus, Veromanduis, Condrusiis, Verocassibus, Cæræsis, Pæmanis prædicat Cæsar, quod Rhenum transeuntes in Gallia Belgica ob loci fertilitatem consederint, Gallosque, qui ea loca incolerent, expulerint, solosque esse, qui omni Gallia vexata, Teutonos Cimbrosque intra fines suos ingredi prohibuissent.

mors earum fuit quam pugna. Nam quum missa ad Marium legatione libertatem ac sacerdotium non impetrassent, (nec fas erat) suffocatis elisisque passim infantibus suis, aut mutuis concidere vulneribus aut vinculo e crinibus suis facto ab arboribus iugisque pependerunt. Boiorix rex in acie dimicans impigre nec inultus occubuit. Quæ de sacerdotio hic tradit Florus, intelligenda esse videntur de Cimbrorum vatibus, de quibus supra dictum *Sect. II. §. XXXIII.* PLVTARCHVS *pag. 421.* hæc etiam vberius recenset. Immo canes, Cimbris cæsis, domus eorum plaustris impositas, defendisse testatur PLINIVS *Hist. Natur. lib. VIII. c. XLI.*

43) Contentiones desuper exortas describit PLVTARCHVS *pag. 421.* Marium tamen potiores honores tulisse, testantur tot in ipsius honorem confectæ Inscriptiones. Talem exhibet GRVTERVS *CCCCXXXVI. 3.*

C. MARIVS. C. F. COS. VII. PR. TR. PL. Q. AVGVR. TR. MIL. EXTRA. SORTEM. BELLVM. CVM. IVGVRTHA. REGE. NVMID. GESSIT. EVM. CEPIT. ET. TRIVMPHANS. IN. SECVNDO. CONSVLATV. ANTE. CVRRVM. SVVM. DVCI IVSSIT. III. CONSVL. APSENS. CREATVS. EST. IIII. CONSVL. TEVTONORVM. EXERCITVM. DELEVIT. V. CONSVL. CIMBROS. FVGAVIT. EX. IEIS. ET. TEVTONEIS. ITERVM. TRIVMPHAVIT. REM. P. TVRBATAM. SEDITIONIBVS. TR. PL. ET. PRAETOR. VI. QVI. ARMATI. CAPITOLIVM. OCCVPAVERANT. VI. CONSVL. VINDICAVIT.

POST. LXX. ANNVM. PATRIA. PER. ARMA. CIVILIA. PVLSVS. ARMIS. RESTITVTVS. COS. VII. FACTVS. EST. DE. MANVBEIS. CIMBRICEIS. ET. TEVTONICEIS. AEDEM. HONORI. ET. VIRTVTI. VICTOR. FECIT. VESTE. TRIVMPHALI. CALCEIS. PVNICEIS.

Aliam, quæ in Comitis Francisci Moscardi Museo Veronæ reperitur, exhibet IO. MABILLONIVS *Musæo Italico Tom. I. P. I. p. 24.*

D. F.
G. M. TRVCIDATIS.
CIMBRIS. IN. F. ITA. A. V.
R. R. OB. INSIGNEM. EIVS.
MEMORIAM
S. P. Q. R.

In FASTIS PIGHIANIS ad A. V. C. 652.
C. MARIVS. C. FILIVS. CONSVL. V.
DE. TEVTONEIS. AMBRONIBVS. ET
CIMBREIS.

Quare etiam Romanis dictus *tertius Romæ conditor*, secundum PLVTARCHVM *p. 421.* CICERONI *in orat. ad Quirites post reditum cap. IV.* dicitur, *custos libertatis atque Imperii Romani, & Catilinaria IV. cap. X.* ait: *sit in æterna gloria Marius, qui bis Italiam obsidione & metu seruitutis liberauit.*

C. Marii etiam de Cimbris trophæa adhuc in Capitolio erecta conspici, testatur OLAVS BORRICHIVS *antiqua Vrbis Romanæ facie pag. 41.* de quibus SVETONIVS *Cæsare cap. XI. tropæa C. Marii de Iugurtha, deque Cimbris atque Teutonis, olim a Sylla disiecta, restituit.* Subdubitat NARDINVS *Roma vet. lib. II. cap. II.* & ALEXANDER DONATVS *lib. III. cap X.* BELLORIVS *fragm. Vet. Romæ pag. 13.* eadem pro trophæis Traiani habet. Bellum ipsum L. CORNELIVS SYLLA, qui teste PLVTARCHO *pag. 420.* inter Catuli legiones stetit, descripsit, Plutarchum etiam ipsius Commentariis vsum fuisse, ipse testatur, dum ait: ὡς Σύλλας ἀγωνισάμενος ἐκείνην τὴν μάχην γέγραφε, *ita Sylla, qui illi interfuit prælio, litteris prodidit.* Cimbricas etiam res insignem illum poëtam, ARCHIAM scripsisse, testatur CICERO *Orat. pro Archia cap. IX. nam & Cimbricas res adolescens attigit: ipsi illi C. Mario, qui durior ad hæc studia videbatur, iucundus fuit.* Q. Catulum quoque de Consulatu & rebus gestis suis scripsisse, testatur CICERO *in Bruto c. XXXV.* Adde B. RHENANVM *Rer. German. lib. I. pag. 93.* AVENTINVM *Ann. Boiic. lib. I. cap. XI.* SCHATENIVM *Hist. Westphal. lib. I. pag. 19.*

44) Verba sunt FLORI *lib. III. cap. III.*

45) STRABO *lib. VII. pag. 292.* περὶ δὲ Κίμβρων τὰ μὲν οὐκ εὖ λέγεται, τὰ δ᾽ ἔχει πιθανότητας οὐ μετρίας. οὔτε γὰρ τὴν τοιαύτην αἰτίαν τοῦ πλάνητας γενέσθαι καὶ λῃστρικοὺς ἀποδέξαιτ᾽ ἄν τις, ὅτι χερρόνησον οἰκοῦντες, μεγάλῃ πλημμυρίδι ἐξελαθεῖεν ἐκ τῶν τόπων· καὶ γὰρ νῦν ἔχουσι τὴν χώραν ἣν εἶχον πρότερον· καὶ ἔπεμψαν τῷ Σεβαστῷ δῶρον, τὸν ἱερώτατον παρ᾽ αὐτοῖς λέβητα, αἰτούμενοι φιλίαν, καὶ ἀμνηστίαν τῶν ὑπηργμένων. τυχόντες δὲ, ὧν ἠξίουν ἀπῆραν. *de Cimbris vero quædam inepte dicuntur, quædam probabilitatem habent non mediocrem. Non enim hac de causa eos vt incertis vagarentur sedibus & latrociniis victum quærerent, compulsos crediderim, quia e peninsula quam inhabitabant, diluuio fuerint eiecti; cum hodieque antiquas incolant sedes, nuperque Augusto lebetem, qui apud ipsos sacerrimus habebatur, dono miserint, amicitiam expetentes, & veniam illatarum iniuriarum, eaque consecuti domum redierint.* TACITVS de M. G. cap. XXXVII. *Eandem Germaniæ sinum proximi Oceano Cimbri tenent, parua nunc ciuitas, sed gloria ingens.*

46) TACITVS de M. G. cap. II. *quoniam qui primi Rhenum transgressi Gallos expulerint, tunc Tungri, nunc Germani vocati sint.*

47) TACITVS de M. G. cap. XXVIII. *ipsam Rheni ripam haud dubie Germanorum populi colunt, Vangiones, Triboci, Nemetes.* STRABO lib. IV. pag. 193. μετὰ δὲ τοὺς Ἐλουηττίους, Σηκοανοὶ καὶ Μεδιοματρικοὶ κατοικοῦσι τὸν Ῥῆνον, ἐν οἷς ἵδρυται Γερμανικὸν ἔθνος περαιωθὲν ἐκ τῆς οἰκείας, Τρίβοκχοι, *post Heluetios ad Rhenum sunt Sequani & Mediomatrices, in quibus Triboci gens Germanica, ex patria sua translati.*

sent. 48) De Vbiis TACITVS, 49) quanquam Romana colonia esse meruerint, ac libentius Agrippinenses conditoris sui nomine vocentur, origine erubescant, transgressi olim, & experimento fidei, super ipsam Rheni ripam collocati, vt arcerent, non vt custodirentur. Bataui, 50) Cattorum quondam populus, & seditione domestica in Rheni amnis insulam transgressi, in quibus pars Romani imperii fierent. Nec solum Rhenum transgressi Germani, quin etiam ipsum Oceanum aliosque fluuios, vt peregrinas oras transmigrarent. Sic Caledoniæ, siue hodiernæ Scotiæ incolas originis fuisse Germanicæ, docet nos TACITVS. 51)

48) CAESAR lib. II. cap. IV. *plerosque Belgas esse ortos a Germanis, Rhenumque antiquitus transductos, propter loci fertilitatem ibi consedisse, Gallosque qui ea loca incolerent, expulisse, solosque esse, qui patrum nostrorum memoria omni Gallia vexata, Teutones Cimbrosque fines suos ingredi prohibuerunt.* Et paullo post: *Condrusos, Eburones, Carasos, Pemanos, qui vno nomine Germani appellantur.*

49) TACITVS *de M. G. c. XXVIII.*

50) TACITVS *de M. G. c. XXIX.*

51) *de Vita Agricolæ c. XI.*

PERIODVS SECVNDA

GERMANIA A ROMANIS TENTATA.

§. I. Ariouistus plurium Germaniæ populorum Rex, Aeduos, Galliæ populum vincit. §. II. Cæsaris bellum cum Ariouisto. §. III. b. Cæsaris cum Germaniæ populis in Belgio. §. IV. Cæsaris bellum aduersus Vsipetes & Tencteros. §. V. Cæsar postquam Rhenum ponte iunxisset, in terram transit Sicambrorum. §. VI. Cæsar Sueuorum atque Treuirorum terras ingreditur. §. VII. M. Vipsanius Agrippa Rhenum iterum transit, Vbios trans Rhenum ducit. §. VIII. C. Carinus, Nonius Gallus, M. Vinicius Germanos vincunt. Clades Romanorum Lolliana a Germanis accepta. §. IX. Drusi in Germania progressus. §. X. Drusus gentes inter Moenum, Visurgim & Albim sitas perdomuit. §. XI. Drusus expeditioni Germanicæ immoritur, eiusdemque tumulus honorarius prope Moguntiam. §. XII. Post Drusi mortem, in Germaniam missus fuit Tiberius. §. XIII. Tiberius Caninefates, Attuarios, Bructeros, Chaucos & Longobardos deuincit. §. XIV. bellum Tiberii cum Marobodus & Sueuis. §. XV. Clades Romanorum Variana. §. XVI. ob cladem hanc Varianam magnus Romæ & Augusto metus. §. XVII. Tiberius iterum in Germaniam missus, plura consilio quam vi perfecit. §. XVIII. Post Augusti mortem, Germanicus Germanis grauis. §. XIX. Germanicus Cattos vincit. §. XX. Ciuiles inter Segestem & Arminium discordiæ. Cherusci, Bructeri & Arminius vincuntur. Romanis in clade Variana cæsis parentatur. §. XXI. Noua Germanici contra Arminium & Inguiomarum victoria, ipsius triumphus & mors. §. XXII. bellum ciuile inter Arminium & Maroboduum. Regnum Vannianum. §. XXIII. Bella Romanorum sub Caligula & Claudio. §. XXIV. Status Germanorum sub Nerone, & post eius excessum. B. Claudii Ciuilis & Batauorum. §. XXV. Status Germanorum sub Domitiano, Nerua, Traiano, Hadriano, Antonino Pio. §. XXVI. M. Aurelii victoriæ de Germanis, maxime Marcomannis & Quadis. §. XXVII. bella Commodi, Caracallæ, Alexandri Seueri & Maximini Thracis contra Germanos. §. XXVIII. bella Germanorum cum Gordiano, Valeriano, Gallieno, Posthumo, Claudio, Aureliano, Tacito, Probo, Diocletiano. §. XXIX. bella Constantini M. huius filiorum, & Iuliani cum Germanis. §. XXX. bella Valentiniani I. & II. Eugenii etiam cum Germanis. §. XXXI. Germani a Romanis nunquam fuerunt deuicti. §. XXXII. Sueuorum migrationes in Pannoniam atque Hispaniam. §. XXXIII. Marcomannorum, Vandalorum, Burgundionum, Quadorum, Longobardorum migrationes. §. XXXIV. Saxonum migrationes. §. XXXV. Germaniæ populi in ipsa Germania sæpe sedes mutarunt. §. XXXVI. Alemannorum migrationes.

§. I.

HIc status rerum erat vsque ad Iulii Cæsaris tempora. Iisdem Ariouistus plurium Germaniæ populorum ad Rhenum Rex, maiora adfectabat, Rhenum transgressus, Romanorum socios adoriebatur. Præcipue vero Aruernis Sequanisque in auxilio erat contra Aeduos, eosdem deuicit, atque in Sequanorum finibus consedit. 1) In exercitu ipsius erant Harudes, Marcomanni, Tribocci, Vangiones, Nemetes, Sedusii, Sueui. 2) Licet autem Ariouistus in Cæsaris Consulatu Rex atque amicus adpellatus fuisset Romanorum, 3) tamen Cæsar contra eundem ab Aeduis in auxilium vocatus, horum caussam cœpit agere, metuens maxime, ne Germani tanta frequentia Rhenum transeuntes, Romanis fierent periculosi. 4)

§. II.

1) Latius hoc exponit Diuitiacus Aeduorum princeps, apud CAESAREM *I. de B. G. c. XXXII.*

2) Hos in Ariouisti exercitu numerat CAESAR *I. c. LI.*

3) Hoc enim Cæsar Ariouisto per legatos exprobrat: *quoniam tanto suo populique Romani beneficio affectus, quum in consulatu suo rex atque amicus a senatu appellatus esset.* I. de B. G. cap. XXXV. DIO CASSIVS lib. XXXVIII. pag. 81. ἦρχε μὲν γὰρ Ἀριόβιστος τῶν Κελτῶν ἐκείνων, καὶ τήν τε κύρωσιν τῆς βασιλείας παρὰ τῶν Ῥωμαίων εἰλήφει, καὶ ἐς τοὺς φίλους τούς τε συμμάχους αὐτῶν ὑπ' αὐτοῦ τοῦ Καίσαρος ὑπατεύοντος ἐγεγράφατο. *Germanis illis Ariouistus imperabat, cuius Regnum Germani confirmauerant; ipsumque Cæsar in consulatu suo inter amicos sociosque Romanorum adscripserat.*

4) Caussam enim belli hanc adsignat I. de B. G. cap. XXXIII. *multæ res eum* (Cæsarem) *hortabantur, quare sibi eam rem cogitandam & suscipiendam putaret:*

§. II. Primo Cæsar, qui prior inuadere Ariouistum nolebat, nec prior ipsum inuadere volebat, legatos ad eum 5) Ariouistum mittebat, qui ab eo postularent, vt aliquem locum medium vtriusque colloquio deligeret, velle sese de Rep. & summis vtriusque rebus cum eo agere. Ei legationi Ariouistus respondit, si quid ipsi a Cæsare opus esset, sese ad eum venturum fuisse, si quid ille se velit, illum ad se venire oportere. Præterea se neque sine exercitu in eas partes Galliæ venire audere, quas Cæsar possideret, neque exercitum sine magno commeatu, atque emolumento in vnum locum contrahere posse: sibi autem mirum videri, quid in sua Gallia, quam bello vicisset, aut Cæsari, aut omnino populo Romano negotii esset. 6) His responsis ad Cæsarem relatis, denuo legatos cum nouis mandatis ad Ariouistum mittit, postulantes, ne quam multitudinem hominum amplius trans Rhenum in Galliam transduceret: deinde obsides, quos haberet ab Aeduis, redderet: neue Aeduos iniuria lacesseret; sin secus, se Aeduorum iniurias non esse neglecturum. Ad hæc Ariouistus respondit: Ius esse belli, vt, qui vicissent, iis, quos vicissent, quemadmodum vellent, imperarent: idem populum Rom. victis non ad alterius præscriptum, sed ad suum arbitrium imperare consueuisse. Si ipse populo Rom. non præscriberet, quemadmodum suo iure vteretur; non oportere se a populo Rom. in suo iure impediri. Aeduos sibi, quoniam belli fortunam tentassent, & armis congressi, ac superati essent, stipendiarios esse factos. Magnam Cæsarem iniuriam facere, qui suo aduentu vectigalia sibi deteriora faceret. Aeduos se obsides redditurum non esse: neque iis, neque eorum sociis iniuria bellum illaturum, si in eo manerent, quod conuenisset, stipendiumque quotannis penderent: si id non fecissent, longe ab his fraternum nomen populi Rom. absuturum. Quod sibi Cæsar denunciaret, se Aeduorum iniurias non neglecturum; neminem secum sine sua pernicie contendisse. Quum vellet, congrederetur: intellecturum, quod inuicti Germani, exercitatissimi in armis, qui intra annos XIV. tectum non subissent, virtute possent. Hæc eodem tempore Cæsari mandata referebantur; & legati ab Aeduis & Treuiris veniebant. Aedui, questum, quod Harudes, qui nuper in Galliam transportati essent, fines eorum popularentur: sese ne obsidibus quidem datis pacem Ariouisti redimere potuisse. Treviri autem, pagos centum Sueuorum ad ripam Rheni consedisse: qui Rhenum transire conarentur: iis præesse Nasuam, & Cimberios fratres. Quibus rebus Cæsar vehementer commotus, maturandum sibi existimauit, ne, si noua manus Sueuorum cum veteribus copiis Ariouisti se coniunxisset, minus facile resisti posset, itaque re frumentaria, quam celerrime potuit, comparata, magnis itineribus ad Ariouistum contendit. Quum tridui viam processisset, nunciatum est ei, Ariouistum cum suis omnibus copiis ad occupandum Vesontionem, quod est opidum maximum Sequanorum, contendere, triduique viam a suis finibus processisse, id ne accideret, magnopere præcauendum sibi Cæsar existimabat, namque omnium rerum, quæ ad bellum vsui erant, summa erat in eo oppido facultas, idque natura loci sic erat munitum, vt magnam ad ducendum bellum daret facultatem. Huc Cæsar magnis diurnis nocturnisque itineribus contendit; occupatoque oppido, ibi præsidium collocat, propius ad hostem Cæsar accedebat cum exercitu, tantus autem hunc inuaserat timor, vt ingentia Germanorum corpora horrentes, vulgo totis castris testamenta obsignarent. Vocata igitur concione, postquam Cæsar Germanos etiam vinci posse, Cimbrorum Teutonorumque exemplis demonstrasset, atque animos militi addidisset, hunc alacriorem factum, contra Germanos duxit. Postulati quidem nunc ab Ariouisto colloquii Cæsar copiam fecit, quod tamen infructuosum fuit, Ariouisto Romanis omni Gallia interdicente. Dum nouum colloquium postularet Ariouistus, Cæsar legatos mittere ratus, quos in catenas iste coniecit. Eodem die ille castra promouit, & millibus passuum VI. a Cæsaris castris sub monte consedit. Postridie eius diei, præter castra Cæsaris suas copias eduxit, & millibus passuum II. vltra eum castra fecit, eo consilio, vti frumento, commeatuque, qui ex Sequanis & Aeduis supportaretur, Cæsarem intercluderet. Ex eo die dies continuos quinque Cæsar pro castris suas copias produxit, & aciem instructam habuit; vt, si vellet Ariouistus prœlio contendere, ei potestas non deesset. Ariouistus his omnibus diebus exercitum castris continuit, equestri prœlio quotidie contendit. Genus hoc erat pugnæ, quo se Germani exercuerant. Vbi eum castris se tenere Cæsar intellexit, ne diutius commeatu prohiberetur, vltra eum locum, quo in loco Germani consederant, circiter passus DC. ab

ret: inprimis quod Aeduos, fratres consanguineosque sæpe numero ab senatu appellatos, in seruitute atque ditione videbat Germanorum teneri, eorumque obsides esse apud Ariouistum & Sequanos intelligebat, quod in tanto imperio populi Romani turpissimum sibi & reipublicæ esse arbitrabatur. Paullatim autem Germanos consuescere Rhenum transire, & in Galliam magnam eorum multitudinem venire, populo Romano periculosum videbat: neque sibi homines feros ac barbaros temperaturos existimabat, quin, cum omnem Galliam occupassent, vt ante Cimbri Teutonesque fecissent, in prouinciam exirent atque inde in Italiam contenderent.

5) DIO CASSIVS *lib. XXXVIII. pag. 81.* πρὸς δὲ τὴν ἐκ τοῦ πολέμου δόξαν, καὶ τὴν ἀπ' αὐτοῦ ἰσχύν, οὐδὲν αὐτοῦ ἐφρόντιζε. πλὴν καθ' ὅσον παρὰ τοῦ βαρβάρου πρόφασιν τῆς διαφορᾶς, μὴ καὶ προϋπάρχειν τι ἐς αὐτὸν νομισθῇ, λαβεῖν ἐδίωκε. *Cæsar, quod Ariouistus bello clarus potensque haberetur, parui pendebat: id tantum agebat, vt ab eo occasionem dissidii acciperet, neque prior eum inuadere videretur.*

6) Summam responsi Ariouisti FLORVS *lib. III. cap. X.* sic effert: *Quum legati dicerent, veni ad Cæsarem: quis est autem Cæsar, & si vult, veniat, inquit: & quid ad illum, quid agat nostra Germania? num ego me interpono Romanis?*

DC. ab his castris idoneum locum delegit; acieque triplici instructa ad eum locum venit. Primam & secundam aciem in armis esse, tertiam castra munire iussit, eo circiter hominum numerum XVI. millia ex peditatu, cum omni equitatu Ariouistus misit; quæ copiæ nostros perterrerent, & munitione prohiberent. Nihilosecius Cæsar, vt ante constituerat, duas acies hostem propulsare; tertiam opus perficere iussit. Munitis castris, duas ibi legiones reliquit, & partem auxiliorum: quatuor reliquas in castra maiora reduxit. Tum demum Ariouistus partem suarum copiarum, quæ castra minora oppugnaret, misit. Acriter vtrinque, vsque ad vesperam, pugnatum est. Solis occasu suas copias Ariouistus, multis & illatis, & acceptis vulneribus, in castra reduxit. Postquam vero Cæsar triplici instructa acie, vsque ad hostium castra accessisset, tum demum Germani copias suas e castris eduxerunt, generatimque constituerunt, paribusque interuallis Harudes, Marcomannos, Triboccos, Vangiones, Nemetes, Sedusios, Sueuos: omnemque aciem suam rhedis & carris circumdederunt: ne qua spes in fuga relinqueretur, eo mulieres imposuerunt, quæ in prœlium proficiscentes milites passis crinibus flentes implorabant, ne se in seruitutem Romanis traderent. Fit atrox pugna haut procul Vesontione, 7) Germani cæsi, & quidem cecidisse dicuntur horum octoginta millia. Ariouistus arrepta nauicula, Rhenum cum paucis traiecit, 8) duæ ipsius vxores vna Sueua natione, quam domo secum adduxerat, altera Norica, Regis Vocionis soror, quam in Gallia duxerat, a fratre missa, vtraque in ea fuga periit. Duæ harum filiæ, altera occisa, altera capta est. Hoc prœlio trans Rhenum nuntiato, Sueui, qui ad ripas Rheni venerant, domum reuerti cœperunt, quos Vbii, qui proxime Rhenum incolunt, præteritos insecuti, magnum ex his numerum occiderunt. 9) Ipse Ariouistus per breue tempus cladi supervixit. 10)

§. III. Insequenti anno, bellum in Belgio oriebatur, dum Bellouaci, Neruii, Atrebates, Morini, Menapii, Caleti, Velocasses & Veromandui, Atuatici vna cum Condrusiis, Eburonibus, Ceræsis, Pæmanis, qui communi nomine Germani adpellabantur, fœdus contra Romanos inirent, dum e contrario Rhemi & pars Treuirorum cum Romanis faceret. 11) Verum, dum Cæsar hostes diuidere nosset, Bellouacos atque Ambianos eo adigebat, vt ipsi se diuiderent, cum Neruiis vero, Atrebatibus & Veromanduis Cæsar ad Sabin fluuium prœlium inibat, quod sub initium anceps erat, ita, vt equites & calones iamdum fugam adriperent, atque Treuiri, qui Cæsari in auxiliis erant, tanquam re desperata, iamdum domum contenderent. 12) Verum Cæsar prœlio redintegrato, Neruios deuicit, 13) & ipsis

7) Locum prœlii definit B. RHENANVS *lib. I. pag. 59.* dum ait: *Cæsar in Sequanis cum Ariouisto conflixit, quæ pugna ad D. Apollinaris facta putatur. Is locus Milliario Germanico a Rheno & Basilea stat.* Verum, a Rheno longinquiorem prœlii locum fuisse, CAESAR nos docet, dum *lib. I. cap. LIII.* ait: *omnes hostes terga verterunt, neque prius fugere destiterunt, quum ad flumen Rhenum millia passuum ex eo loco circiter quinquaginta peruenerunt. Ibi perpauci, aut viribus confisi transnatare contenderunt; aut lintribus inuentis, salutem sibi petierunt.* Rectius igitur PHIL. CLVVERVS *German. ant. lib. II. cap. VIII.* locum illius prœlii Vesontioni facit propinquiorem, scribens: *vicus est hodie, in Burgundiæ Comitatu vulgari vocabulo Dampierre, quinque millibus passuum infra oppidum Montbeliard, situs ad confluentem Dubis, & Allii amnis in Rauracorum confinio ex monte Vogeso profluentis, qui locus egregie omnibus partibus in prælium illud Ariouisticum conuenit; huc quippe directum iter agebatur Ariouisto Vesontionem contendenti, huc recte Cæsar ab alia parte, Vesontione nimirum sex dierum itinere peruenit, septem millibus passuum pro more suo in singulos dies contributis.* Adstipulatur IO. IAC. CHIFLETIVS *Vesontione P. I. cap. XXXV. fin.* Adde CELLARIVM *diss. de b. Cæsaris adu. Ariouistum §. XVII.*

8) PLVTARCHVS *Cæsare pag. 675.* γενομένης δὲ λαμπρᾶς τροπῆς αὐτῶν, ἐπὶ σταδίους τριακοσίους ἄχρι τοῦ Ῥήνου διώξας, κατέπλησε τοῦτο πᾶν νεκρῶν τὸ πεδίον καὶ λαφύρων. Ἀριόβιστος δὲ φθάσας μετ' ὀλίγων, διεπέρασε τὸν Ῥῆνον. ἀριθμὸν δὲ νεκρῶν μυριάδας ὀκτὼ γενέσθαι λέγουσι, *fusos ingenti strage triginta septem millia quingentos passus vsque ad Rhenum insequutus, campum hunc cadaueribus & spoliis totum compleuit. Ariouistus præcepta fuga, Rhenum cum paucis traiecit. Cecidisse dicuntur octoginta millia.*

9) Hæc tradit CAESAR *I. de B. G. c. XXXIV. & sequentibus vsque ad finem:* DIO CASSIVS *lib. XXXVIII. pag. 81. sqq.* PLVTARCHVS *in vita Cæsaris pag. 717.* CELLARIVS in diatribe Historica, *de bello Cæsaris aduersus Ariouistum*, PAVLVS OROSIVS *lib. VI. cap. VII. Cæsar Ariouistum regem, excitantem inuehentemque secum incredibiles Germanorum copias apud Sequanos vicit.* IO. GEORGIVS KVLPISIVS etiam hoc bellum commentatione politica illustrauit.

10) Sic CAESAR *lib. V. cap. XXIX.* ex Titurii Sabini oratione refert: *magno esse Germanis dolori Ariouisti mortem, & superiores Romanorum victorias.*

11) CAESAR *de B. G. lib. II. cap. IV.* De his Galliæ Belgicæ populis agit STRABO *lib. IV. p. 194.* Adde etiam IACOBVM MALBRANCQ *de Morinis lib. II. cap. I. II.*

12) CAESAR *lib. II. cap. XXIV. eodem tempore equites nostri, leuisque armaturæ pedites, qui cum his vna fuerant, quos primo hostium impetu pulsos dixeram, quum se in castra reciperent, aduersis hostibus occurrebant, ac rursus aliam in partem fugam petebant, & calones, qui Decumana porta, a summo iugo collis nostros victores flumen transire conspexerant, prædandi caussa egressi, quum respexissent & hostes in nostris castris versari vidissent, præcipites sese fugæ mandabant. Simul eorum, qui cum impedimentis veniebant, clamor fremitusque oriebatur: aliique aliam in partem perterriti ferebantur. Quibus omnibus rebus permoti equites Treuiri, quorum inter Gallos virtutis opinio est singularis, qui auxilii caussa a ciuitate missi ad Cæsarem venerant, quum multitudine hostium castra nostra compleri, legiones premi, & pene circumuentas teneri, calones, equites, funditores, Numidas, diuersos dissipatosque in omnes partes fugere vidissent, desperatis nostris rebus, domum contenderunt. Romanos pulsos superatosque castris, impedimentisque eorum hostes potitos, ciuitati renunciauerunt.*

13) CAESAR *c. XXVII.*

& ipsis Comium regem instituit. 14) Atuatici qui contra Romanos erant in auxilio, post hancce cladem domum reuersi, & cunctis oppidis castellisque desertis, sua omnia in vnum oppidum, egregie munitum contulerunt, quod tamen & Romanis dedere fuerunt coacti. 15)

§. IV. Pulso Ariouisto, magno terrore perculsi fuerunt omnes Germani. 16) Alterum aduersus Vsipetes & Tencteros bellum Cæsar gessit. Hi a Sueuis pulsi, traiecto Rheno, 17) in Galliam Belgicam, maxime in Eburones magno impetu & numero se effuderunt. Hos Cæsar, ne ipsis Romanis fierent fatales, repressos, cum exercitu contra eosdem progreditur, a quibus cum paucorum dierum itinere abesset, legatos ad eum Germani mittebant, proponentes, si suam gratiam Romani velint, posse eos vtiles esse amicos: vel sibi agros attribuant, vel patiantur eos tenere, quos armis possederint: sese vnis Sueuis concedere: quibus ne dii quidem immortales pares esse possint; reliquum quidem in terris esse neminem, quem non superare possint. Ad hæc Cæsar, sibi nullam cum his amicitiam esse posse, si in Gallia remanerent, neque verum esse, qui suos fines tueri non potuerint, alienos occupare: neque illos in Gallia vacare agros, qui dari tantæ præsertim multitudini sine iniuria possint, sed licere si velint, in Vbiorum finibus considere; quorum sint legati apud se, & de Sueuorum iniuriis querantur, & a se auxilium petant. Hoc se ab Vbiis impetraturum. Et licet tridui inducias peterent Germani, ipsi tamen Romanorum equites ex improuiso adoriebantur, LXXIV. eorum occisis. Qua re cognita, Cæsar acie triplici instructa, atque itinere celeriter confecto, prius ad hostium castra peruenit, quam quid ageretur, Germani possent sentire, eosdemque in ipsis castris adoritur & magna strage conficit, 18) atque ad Mosam vsque persequitur. 19)

§. V. Confecto hoc bello, Cæsar statuit sibi Rhenum esse transeundum: inter caussas hæc ipsi videbatur iustissima, quod, cum videret Germanos tam facile impelli, vt in Galliam venirent, suis quoque rebus eos timere voluit, quum intelligerent, & posse, & audere populi Rom. exercitum Rhenum transire. Accessit etiam, quod pars equitatus Vsipetum & Tenchtherorum, qui prœlio non interfuerant, post fugam suorum se trans Rhenum in fines Sicambrorum recepissent, seque cum iis coniunxissent, ad quos cum Cæsar nuntios misisset, qui postularent, eos qui sibi, Galliæque bellum intulissent, vti sibi dederent, responderunt: Populi Rom. imperium Rhenum finire: si, se inuito, Germanos in Galliam transire non æquum existimaret, cur sui quidquam esse imperii, aut potestatis trans Rhenum postularet. Cæsar indigne ferens Sicambrorum responsionem, ab Vbiis etiam inuitatus, ponte sublicio intra decem dies facto, Rhenum transiit, atque in Sicambrorum fines contendit, qui relictis sedibus suis, in syluas se receperunt: Cæsar multis Germanorum gentibus, quæ legatos miserant amicitiam petentes, obsidibus acceptis, liberaliter respondit, & post decem octo dies, a quo Rhenum traiecerat, regressus in Galliam, discidit pontem, Germanis metu iniecto, vltis Sicambris, Vbiis obsidione liberatis. 20)

§. VI. Quartum bellum cum Treuiris Cæsar gessit atque Sueuis. Illis quidem superatis, denuo pontem in Rheno fecit, 21) atque exercitu traducto, in Sueuorum terras fuit progressus. Hi vero de Romanorum aduentu facti certiores, cum omnibus suis sociorumque copiis ad extremos fines intra syluas se receperunt. Cæsar inopiam frumenti veritus, reducto exercitu, partem vltimam pontis, quæ ripas Vbiorum contingebat, in longitudinem pedum ducentorum rescidit, atque in extremo ponte turrim constituit, quem præsi-

14) CAESAR *lib. IV. cap. XXI. & cum his vna Comium, quem ipse Atrebatibus superatis, Regem ibi constituerat, cuius & virtutem & consilium probabat, & quem sibi fidelem arbitrabatur, cuiusque autoritas in his regionibus magna habebatur, mittit.*

15) CAESAR *lib. II. cap. XXIX. Atuatici, de quibus supra scripsimus, quum omnibus copiis auxilio Neruiis venirent, hac pugna nunciata, ex itinere domum reuerterunt; cunctis opidis castellisque desertis, sua omnia in vnum opidum egregie natura munitum contulerunt. Quod quum ex omnibus in circuitu partibus altissimas rupes despectusque haberet, vna ex parte leniter accliuis aditus, in latitudinem non amplius CC. pedum relinquebatur: quem locum duplici altissimo muro munierant, tum magni ponderis saxa, & præacutas trabes in muri collocarunt.* Adde *cap. XXXI.*

16) Sic CAESAR IV. cap. XVI. de Vbiis: *tantum esse nomen apud eos, atque opinionem exercitus Romani, Ariouisto pulso, & hoc nouissimo prælio facto, etiam ad vltimas Germanorum nationes, vt opinione & amicitia pop. R. tuti esse possint.*

17) CAESAR *lib. II. cap. II. Vsipetes Germani, & item Tenchteri, magna cum multitudine hominum flumen Rhenum transierunt, non longe a mari, quo Rhenus influit.* Idem cap. IV. *ad Rhenum peruenerunt, quas regiones Menapii incolebant, & ad vtramque ripam fluminis agros, ædificia, vicosque habebant.*

18) Omnem historiam late describit CAESAR libro quarto. DIO CASSIVS *lib. XXXIX. p. 112.*

19) CAESAR *lib. IV. cap. XV. quum ad confluentem Mosæ & Rheni peruenissent.* PHIL. CLVVERVS *G. A. lib. IV. cap. XIV.* mauult *ad confluentem Mosellæ & Rheni*, quem ideo notat IO. ISACIVS PONTANVS *discept. chorogr. de Rheni diuortiis cap. V. p. 27.*

20) CAESAR *IV. de B. G. cap. XVI. XVII. XVIII. XIX.* FLORVS *lib. III. cap. X.* PLVTARCHVS *Cæsare pag. 718.* CELLARIVS *§. XXXIII. XXXIV.*

21) Facit huius pontis mentionem STRABO *lib. IV. pag. 194.* μετὰ δὲ τοὺς Μεδιοματρικοὺς καὶ Τριβόκχους, παροικοῦσι τὸν Ῥῆνον Τριηούηροι καθ' οὓς πεποίηται τὸ ζεῦγμα ὑπὸ τῶν Ῥωμαίων νυνὶ τῶν στρατηγούντων τὸν Γερμανικὸν πόλεμον. *Infra Mediomatrices & Triboccos ad Rhenum incolunt Treuiri, apud quos nostro tempore pons est factus a Romanis, qui bellum Germanicum gerunt.*

præsidio, magnisque eum locum munitionibus firmauit. 22) Posteriori tempore diuersi Germanorum populi Gallis contra Cæsarem in auxiliis erant, licet Vbii ipsi semper fideles. Immo in bello contra Pompeium, Germanorum cohortes memorantur. 23)

§. VII. Germani igitur a Cæsare quidem tentati, non vero perdomiti, inter ciuiles ipsius cum Pompeio discordias manserunt quieti. 24) Post mortem Cæsaris, dum prouinciæ Romani Imperii inter Octauianum & M. Antonium diuiderentur, atque inter alias Occidentis prouincias, Gallia, vna cum adnexa Germania, Octauiano obueniret, hic M. Vipsanio Agrippæ Galliam tradebat regendam, qui circa A. V. C. DCCXV. 25) secundus Romanorum Rhenum transiit, 26) idemque Vbios cis Rhenum olim habitantes, dum Sueuorum impetum ferre non possent, trans Rhenum duxit, 27) qui ibidem sedes collocabant, oppidum condebant, 28) in quod Agrippæ neptis, Agrippina, Claudii Imp. vxor, postea coloniam Romanam duxit, quæ inde Colonia Agrippina fuit adpellata. 29)

§. VIII. Deuicto M. Antonio, dum Octauianus Augustus solus rerum potiretur, C. Carinus Sueuos, Rhenum transgressos, profligauit. 30) Nonius Gallus Treuiros. 31) Dum Augustus bello Cantabrico occuparetur, Sicambri qui ad Ruram, Siegam & Lippiam fluuios habitabant, vna cum Tencteris & Vsipetibus, Melone duce, Romanorum prouincias inuadebant, 32) quos M. Vinicius profligauit, Augustus vero ideo octauum Imperator fuit proclamatus. 33) Denuo irrumpentes Sicambri, Vsipetes & Tenchteri primum quosdam Romanorum ipsorum regionem commercii caussa ingressos, in suo territorio deprehensos in crucem egerant: deinde Rheno transmisso, ex Gallia prædas egerant: 34) equitatum Romanorum contra se missum per insidias circumuenerant: & a fugientibus vsque ad Lollium præfectum præter opinionem suam pertracti, hunc quoque vicerant. 35) Licet maioris infamiæ clades fuerit quam detrimenti. 36) Quibus cognitis, Augustus aduersus eos expeditionem cum suscepisset, bellum nullum habuit gerendum. Germani enim, quum Lollium arma parare, Augustum exercitum adducere audirent, in suam terram regressi, datis obsidibus, pacem acceperunt. 37) Augustus vero ad firmandam magis Galliam Germaniamque in vtrasque terras multas Romanorum colonias deduxit. 38)

§. IX.

22) CAESAR *lib. V. cap. XXIX.* CELLARIVS §. *XXXV.* Hæc vero Cæsaris bella ipse describit, licet Pollio Asinius non omnem fidem ipsius Commentariis tribuat, dum SVETONIVS *Iulio cap. LVI.* ita de eodem indicet: *Pollio Asinius parum diligenter, parumque integra veritate eius commentarios compositos putat: cum Cæsar pleraque, & quæ per alios erant gesta, temere crediderit, & quæ per se, vel consulto, vel etiam memoria lapsus, perperam ediderit: existimatque rescripturum & correcturum fuisse.*

23) FLORVS lib. IV. c. II. *nam cum diu æquo Marte certaretur, iussuque Pompeii fusus a cornu erupisset equitatus, repente hinc* (a Cæsare) *signo dato, Germanorum cohortes, tantum in effusos equites fecere impetum, vt illi esse pedites, hi venire in equis viderentur. Hanc stragem fugientis equitatus, leuioris armaturæ ruina comitata est.*

24) CICERO ad Atticum lib. XIV. ep. IX. *Idem Balbus meliora de Gallia XI. die litteras habebat: Germanos, illasque nationes, re audita de Cæsare, legatos misisse ad Aurelium, qui est propositus ab Hirtio, se, quod imperatum esset, facturos. Quod quæris, omnia plena pacis, aliter, ac mihi Caluena dixerat.*

25) AEGIDIVS BVCHERIVS *Belgio Romano c. IX. §. 5. pag. 22.* hunc annum definit.

26) DIO CASSIVS *lib. XLVIII. pag. 387.* ad A. V. C. 716. de Agrippa, τοὺς γὰρ Γαλάτας αὐτὸν τὰς νεωτερίσαντας προσπολεμησάμενον ὅτε ὑπὲρ καὶ τὸν Ῥῆνον δεύτερος δὴ Ῥωμαίων ἐπὶ πολέμῳ διέβη. *Nam in Gallia quoque rebellio facta erat, & Agrippam contra eos, qui defecerunt, bellum gerentem, cuius caussa etiam secundus ipse inter Romanos, Rhenum transiuit.*

27) STRABO *lib. IV. pag. 194.* ὑπέρ δὲ ὤκουν Οὔβιοι κατὰ τοῦτον τὸν τόπον· οὓς μετήγαγεν Ἀγρίππας ἑκόντας εἰς τὴν ἐντὸς τοῦ Ῥήνου, *Trans fluuium ad ista loca habitabant Vbii, quos non inuitos Agrippa intra Rhenum traduxit.*

28) TACITVS *Hist. IV. cap. LXIII.* ait: *quod transrhenanis gentibus inuisa ciuitas opulentia auctuque.* Hinc Tencteri, missis legatis ab Vbiis postulabant, prout TACITVS contendit cap. LXIV. *sed vt amicitia societasque nostra in æternum rata sint: postulamus a vobis, muros coloniæ, munimenta seruitii, detrahatis, etiam fera animalia, si clausa teneas, virtutis obliuiscuntur.*

29) TACITVS Ann. XII. cap. XXVII. *Sed Agrippina, quo vim suam sociis quoque nationibus ostentaret, in oppidum Vbiorum, in quo genita erat, veteranos coloniamque deduci impetrat; cui nomen inditum ex vocabulo ipsius. Ac forte acciderat, vt eam gentem Rheno transgressam auus Agrippa in fidem acciperet.*

30) DIO CASSIVS *lib. LI. pag. 459.* Γάιος γὰρ Καρρίνας τούς τε Μορίνους καὶ ἄλλους τινὰς συνεπαναστάντας αὐτοῖς ἐχειρώσατο, καὶ τοὺς Σουήβους τόν τε Ῥῆνον ἐπὶ πολέμῳ διαβάντας ἀπεώσατο. *Nam C. Carinas Morinos aliosque eorum rebellionis socios domuerat, Sueuosque Rhenum aliquoties transgressos profligauerat.*

31) DIO CASSIVS *lib. LI. p. 457.*

32) STRABO *lib. VII. p. 291.* ἦρξαντο δὲ τοῦ πολέμου Σούγαμβροι πλησίον οἰκοῦντες τοῦ Ῥήνου, Μέλωνα ἔχοντες ἡγεμόνα. *Belli initium fecere Sicambri, Melone duce, Rheno vicini.*

33) DIO CASSIVS *lib. LIII. p. 514.* ὑπὸ δὲ τὸν αὐτὸν τοῦτον χρόνον Μάρκος Οὐινίκιος Κελτῶν τινὰς μετελθὼν ὅτι Ῥωμαίους ἄνδρας ἐς τὴν χώραν σφῶν, κατὰ τὴν ἐπιμιξίαν ἐσελθόντας συλλαβόντες ἔφθειραν, τὸ ὄνομα καὶ αὐτὸς τὸ τοῦ αὐτοκράτορος τῷ Αὐγούστῳ ἔδωκε. *fere hoc ipso tempore M. Vinicius Germanos quosdam vltus, qui homines Romanos ipsorum regionem commercii gratia ingressos obtruncauerant, ipse quoque nomen imperatoris Augusto parauit.*

34) DIO CASSIVS *lib. LIII. p. 534.*

35) DIO CASSIVS *pag. 536.* VELLEIVS PATERCVLVS *lib. II. cap. XCVII.* de Lollio: *accepta in Germania clades sub legato, M. Lollio, homine in omnia, pecuniæ, quam recte faciendi cupidiore, & inter vitiorum dissimulationem, vitiosissimo. Amissaque Legionis V. aquila reuocauit, ab vrbe in Gallias, Cæsarem.*

36) SVETONIVS *Augusto cap. XXIII. Graues ignominias, cladesque duas omnino, nec alibi, quam in Germania accepit, Lollianam & Varianam. Sed Lollianam maioris infamiæ, quam detrimenti.*

37) DIO CASSIVS *lib. LIV. pag. 535.*

38) DIO CASSIVS *lib. LIII. pag. 537.* τότε δὲ πόλεις

§. IX. Hinc, cum Rhæti ex vicina Gallia atque Italia prædas agerent, missi contra eosdem Tiberius atque Drusus, eosdem ad Tridentum deuicerunt. 39) Cum igitur Augustus Germaniam prouinciam facere tentaret, 40) cura belli demandata fuit Druso. Hic enim Augusti priuignus missus in Germaniam, primos domuit Vsipetes, inde Tenchtheros percurrit & Cattos. Iam Marcomannorum spoliis insignibus quendam editum tumulum in tropæi modum excoluit. Inde validissimas nationes, Cheruscos, Sueuosque & Sicambros pariter aggressus est: qui viginti centurionibus incrematis, hoc velut sacramento sumpserant bellum, adeo certa victoriæ spe, vt prædam in antecessum pactione diuiserint. Cherusci equos; Sueui aurum & argentum; Sicambri captiuos elegerant; sed omnia retrorsum. Victor namque Drusus equos, pecora, torques eorum, ipsosque præda diuisit, & vendidit, præterea in tutelam prouinciarum præsidia atque custodias vbique disposuit; per Mosam flumen; per Albim; per Visurgim. Potissimum duo castra ab eodem extructa memorantur, alterum castrum Alisonis ad Lupiæ & Elisonis confluentes, hodie Elsen, in Episcopatu Paderbornensi, alterum in Cattis ad Rhenum. 41) Immo, per Rheni ripam quinquaginta amplius castella direxit. 42) Bonnam & Moguntiam cum pontibus iunxit, classibusque firmauit. Inuisum atque inaccessum in id tempus Hercynium saltum patefecit. Ea denique in Germania pax erat, vt mutati homines, alia terra, cœlum ipsum mitius molliusque solito videretur. 43)

§. X. Sic Drusus gentes inter Mœnum, Visurgim & Albim sitas perdomuit. 44) Bructeros etiam in Amisia fluuio nauali procliui deuicit. 45) Plures etiam sub Romanorum potestatem redegisset, si Augustus militibus permisisset, vt transmisso Albi, eo rebellantes, persequerentur. Sed promtius censuit Augustus, se bellum quod erat præ manibus confecturum, si populos vltra Albim sitos ac nihil mouentes, missos faceret, neque irritatos maleficio ad societatem cum hostibus ineundam inuitaret. 46) Tantum autem terrorem Germanis incusserat Drusus, vt mala omnia cuidam imprecantes, vellent, vt Drusus ipsum perderet, *dat die die drues bestehe*, pestilentesque bubones & tumores hoc nomine adpellarent. 47)

§. XI. Sed, Drusum magna ex parte domitorem Germaniæ, plurimo eius gentis variis in locis profuso sanguine, fatorum iniquitas, consulem agentem annum tricesimum rapuit. Tiberius ad famam ægrotantis Drusi animam adhuc trahentem fratrem suum reperit, Romamque corpus defuncti attulit, portantibus id principio vsque ad hyberna centurionibus ac tribunis militum, inde singularum in itinere vrbium primoribus. Cadauere in foro proposito, duplex Drusi laudatio, vna a Tiberio in ipso foro; altera in circo Flaminio ab Augusto habita est. Drusi funus ab iis, qui ordinem equestrem cum dignitate serua-

πόλεις ἔν τε τῇ Γαλατίᾳ καὶ ἐν τῇ Ἰβηρίᾳ συχνὰς ἀπώκισε, tum vero multas in Galliam & Hispaniam colonias deduxit. Inde AEGIDIVS BVCHERIVS *lib. I. cap. XII. §. XVIII.* autumat a Augustam Treuirorum, Nemetum, Vangionum isto tempore ab Augusto Imp. ductas fuisse colonias.

39) DIO CASSIVS *lib. LIV. pag. 536. 544.* HORATIVS *lib. IV. Ode IV. & XIV.* de laudibus Drusi.

40) FLORVS lib. IV. cap. XII. *quatenus sciebat patrem suum Cæsarem, bis traiecto ponte Rheno, quæsisse bellum, in illius honorem concupiuit facere prouinciam.*

41) DIO CASSIVS *lib. LIV. p. 544.* ὥστε τὸν Δροῦσον ἀντικαταφρονήσαντα αὐτῶν, ἐκεῖ τε ᾗ ὅ τε Λουπίας καὶ ὁ Ἐλίσων συμμίγνυνται, φρούριόν τε σφίσιν ἐπιτειχίσαι καὶ ἕτερον ἐν Χάττοις παρ' αὐτῷ τῷ Ῥήνῳ, *ita vt Drusus vicissim iis contemptis, castellum contra eos ad Lupia & Alisonis fluuiorum confluentes, aliudque in Chattis ad ipsum Rhenum extruxerit.* De hoc castello latius FERDINANDVS FVRSTEMBERGIVS *Monum. Paderborn. p. 2. sqq.*

42) AEGIDIVS BVCHERIVS *Belgio Rom. lib. I. cap. XVII. §. XII. pag. 43.* ista recensere ausus est, scribens: *si 50. castellis, oppidisque Rhenum Drusus prætexuit, sane vix vlla ad Rhenum loca, veteribus Romanis scriptoribus celebrata, ab Drusinis excludi poterunt. Ita Drusenheim paulo infra Argentoratum, quasi Drusi domicilium: ita Tabernæ Rhenanæ, Vicus Iulius, Alba ripa, adhuc hodie Altrip, paullo infra Spiram, Moguntiacum, Bingium, Vesalia, Bodobriga, Confluentia, Antennacum, Rigomagus, ara Vbiorum, Nouesium, Gelduba, Asciburgium, Vetera, Arenacum, Vada, Grines, Traiectus inferior, Lugdunum Batauorum, a Druso vel condita, vel aucta fuerunt. Ad Mosam vero etiam Traiectus superior, ponte ibi muniendo.* Verum coniecturæ sunt, atque in tanta rerum vetustate, quidpiam certi concludere, difficile.

43) Verba sunt FLORI *lib. IV. c. XII.* SCHATENIVS *Hist. Westphal. lib. I. p. 40.*

44) SVETONIVS *Augusto* cap. XXI. *Germanos vltra Albim fluuium summouit: ex quibus Vbios & Sicambros dedentes se traduxit in Galliam, atque in proximis Rheno agris collocauit.* VELLEIVS PATERCVLVS lib. II. cap. XLVII. *Moles deinde eius belli translata in Neronem est, quod is sua & virtute & fortuna administrauit, peragratusque victor omnes partes Germaniæ, sine vllo detrimento commissi exercitus, quod præcipue huic duci semper curæ fuit; sic perdomuit eam, vt in formam pæne stipendiariæ redigeret prouinciæ.* Quod tamen de Tiberio potius intelligendum DIO CASSIVS *lib. LV. ineunte.*

45) STRABO *lib. VII. p. 290.*

46) STRABO *lib. VII. p. 291.*

47) CORN. KEMPIVS hist. Fris. lib. I. c. VIII. pag. 30. *de Druso execrationis vocabulum prodiit, vt in detestationem rei pessimæ vulgus dicat dat dii die drues.* CRVSIVS Ann. Sueu. lib. II. P. I. pag. 45. *Drusus quoniam magno malo ac terrori Germanis fuerat: ortum ab eo putatur dictum das dich die Drus bestehe: pestilentesque bubones & tumores hoc nomine appellantur.* ADELARIVS EHRICH *Iülichische Chronic lib. II. p. 92.* BLVMBERG *de monumento Drusi p. 68.* KEYSLERVS equidem *Antiquit. Septentrionalibus pag. 503.* hanc execrationem a Druidibus fœminis originem traxisse contendit, dum nunquam adeo fracti animi fuerint Germani, vt Drusi nomen in terrorem verterent, cum tamen Drusi gesta aliud indicent.

seruabant, & a patritiis in campum Martium est delatum, ibidemque crematum. 48) Reliquiæ in Augusti sepulcrum conditæ sunt, Germanicique cognomen ei, & filiis datum, honoresque statuarum, fornicum & honorarii ad ipsum Rhenum tumuli dati. 49) Reliquiæ etiam eiusdem tumuli honorarii Moguntiæ prope monasterium S. Iacobi adhuc visuntur, & vocari solent *der Aichelstein.* 50)

§. XII.

48) DIO CASSIVS *lib. LV. ineunte.*

49) DIO CASSIVS *lib. LV. pag. 549.* Γερμανικός τε μετὰ τῶν παίδων, ἐπονομασθεὶς, καὶ τιμὰς καὶ εἰκόνων, καὶ ἁψῖδος κενοταφίου τε πρὸς αὐτῷ τῷ Ῥήνῳ λαβὼν, *Germanicique cognomen ei, & filiis datum, honoresque statuarum fornicum & honorarii ad ipsum Rhenum tumuli dati.* SVETONIVS Claudio cap. I. *Praeterea Senatus, inter alia complura, marmoreum arcum, cum tropæis, via Appia decreuit: & Germanici cognomen, ipsi, posterisque eius.* In ipsius etiam honorem nummi cusi, in quorum vno Caput Drusi laureatum cum Inscript. Nero Claudius Drusus Germanicus Imp. In parte auersa fluuius decumbens barbatus, dextra arundinem, sinistra vrnæ aquas vomenti innixa, quem exhibet Io. Vaillant nummis familiarum p. 261. In alio eiusdem nummo aureo in parte auersa arcus triumphalis adparet cum inscript. DE GERM. Alter est æneus, ex S. C. in cuius parte prima caput Drusi, cum inscript. NERO, CLAVDIVS DRVSVS GERMANICVS, IMP. in parte auersa: statua eius honori posita cernitur cum inscript. TI. CLAVDIVS CAESAR, AVG. TR. P. IMP. P. P. apud BEGERVM *Thes. Brandenb. p. 613.*

50) De hoc monumento EVTROPIVS lib. VII. cap. VIII. *post hunc Claudius fuit, patruus Caligulæ, Drusi, qui apud Mogantiacum monumentum habet, filius.* DIO CASSIVS *lib. LV. p. m. 549.* vocat κενοτάφιον πρὸς τῷ Ῥήνῳ, SVETONIVS in vita Claudii cap. I. *Exercitus honorarium ei tumulum excitauit, circa quem deinceps, stato die, quotannis miles decurreret, Galliarumque ciuitates publice supplicarent.* Formam huius tumuli describit OTTO FRISINGENSIS *lib. III. cap. IV.* dum ait: *monstratur adhuc monumentum eius Moguntiæ in modum pyræ.* Figuram huius tumuli prout sua ætate fuit, exprimit IOANNES HÜTTICHIVS Collectaneis Antiquitatum in Vrbe atque agro Moguntino repertarum Lit. C. hac, versa pagina, adiecta descriptione: *hanc molem promiscuum hac tempestate vulgus* GLANDIS LAPIDEM *vocare solet a figura scilicet, quam hodie præfert, nam habuisse olim pyramidis figuram complures sunt qui opinentur. Altitudinem habet centum pedum, & planiciem in cacumine pedum octo, ex quo colligi facile potest, altiorem aliquanto eam fuisse, basis eius in circuitu patet CXXXII. pedes. Cuius autem honori extructa quondam fuerit, nullæ literæ extant, quæ indicarent, extitisse tamen tanti operis titulum aliquem, sed demolitos esse quosdam inerudito ante sæculo dubitandum non est: Sunt qui coniectura ducti, monimentum Aurelii Alexandri Imperatoris Romani Mamææ F. putent, hac fortasse, quod Eusebius Cæsariensis refert in chronicis Alexandrum occisum Moguntiaci tumultu militari, quodque ab Aelio Lampridio historico scribitur, Alexandrum cenotaphium in Gallia, Romæ sepulchrum amplissimum meruisse, vnde & illud quoque adiiciunt, Moguntiam nostram Germaniæ tum, atque Galliæ caput fuisse. Cæterum constans, & communis fere existimatio omnibus est,* DRVSI *id esse monimentum. Eius rei Eutropius, & Otho Frisingensis episcopus testes sunt locupletissimi, vtriusque vero sententiæ in libro quodam suorum amorum subscribit Chuonradus Celtis Germanus, primusque inter Germanos poëticam lauream meritus. Hic vt præter poëticam virtutem nullum non disciplinæ genus attigit, ita rerum Germanicarum exactissimus fuit peruestigator. Omneis in omni Germania angelos excussit vetustatis inquirendæ studio, nec vllus est locus Germaniæ, quem non terra, marique adierit. Hunc plerique eorum, qui docentem audierunt, sciunt de rebus Germanicis volumen scripsisse, quod, incertum qua vel hominum vel deorum iniquitate, cæteraque eius permulta desideramus. Ille igitur, vt erat vir integra fide, in carmen suum haud quaquam inseruisset* DRVSI *id esse monimentum, nisi plane cognitum perspectumque habuisset. Bene vale, quisquis hæc leges, & si quid novisti rectius, istis Candidus imperti.* Idem monumentum late descripsit NIC. SERRARIVS *Rer. Mogunt. lib. I. cap. XV.* qui etiam locum illius designat, his verbis: *quæ hodie in vineis S. Iacobi monasterio proximis visitur, glandis figura, Eichelstein.* Haut procul abfuisse dicit colossum Drusi triangularem & tricornem, in loco quem vocant Drusilocum Druseloch; de quo ita ait: *extat sane in hodiernum vsque diem locus quidem vulgariter vocatus Druseloch non procul a vetustissima S. Nicomedis Basilica nomen adhuc a Druso retinens, vbi & nostri monasterii S. Iacobi nonnulli agri consistunt. Vbi certissima coniectura supra nominatum Drusilocum olim constructum extitisse putamus, foris murum scilicet vrbis nostræ Moguntiaci, qui murus tunc ambiebat adaquagium pecorum, id est, Ketzergrub, leprosorum & sacrum vallem. Nunc autem Drusilocum effossum & dissipatum esse certum est.* Idem pag. 64. auctor est: *Drusi statuam cum corona, telo & paludamento in saxo esse, quod in Moguntini telonii muro exteriore, & in huius quidem angulo australi velut insitum appareat hac inscriptione:* IN MEMORIAM DRVSI GERMANICI. Hunc Drusilocum ex Catalogo Abbatum D. Iacobi MSto describit IOANNIS App. II. ad Hüttichium p. 339. *Colossus, Drusilocus seu Drusilocum, aut Drusiloch vocatus, agger fuit triangularis, atque in summitate sua tricornis, vulgariter dreyspitzig, Romanorum militum clypeis aggestus, in honore Drusi Cæsaris. Inter quæ tria cornua cupream statuam seu phalangem, & desuper nodum deauratum, Drusi viscerum cineres continentem, posuerunt. De cuius aurei coni splendore ex solis reuerberatione in oculos intuentium vibrato, homines admirati, Moguntiam appellarunt auream.* Hic etiam Ioannis figuram Drusiloci exhibet. Licet ista moles iamdudum fuerit deiecta. Prius vero monumentum adhuc superest, quod singulari tractatu describit CHRISTIANVS GOTTHILFF BLVMBERG, testis αὐτόπτης. Dum autem Blumbergius hoc opus a natura sic fabrefactum vellet, contradixit ipsi TENTZELIVS *Colloquiis Menstruis a. 1698. mense Augusto pag. 669. sqq.* cui adstipulatur IO. CRATO HIEGELLIVS, qui etiam Collectaneorum suorum naturæ, artis & antiquitatum Specimini *Tab. I. num. 2.* hanc figuram, prout hodie visitur, denuo inseruit. Blumbergium postea, sententiam suam retractando, in schediasmate suo MSto cessisse in sententiam Tentzelii, testatur GEORGIVS CHRISTIANVS IOANNIS in præfatione Generali Scriptoribus Rerum Moguntinarum præmissa §. *XIV. pag. 15.* & in *Appendice I. ad Hüttichium in Tomo nono pag. 336.* Statim etiam ab excessu Drusi ad Alisonem, Westphaliæ fluuium, præsidiariorum legionumque opera extructa Drusi ara, quæ post cladem Varianam a barbaris fuit disiecta, a Germanico vero, filio, restituta. TACITVS Annal. II. cap. VII. *tumulum tamen nuper Varianis legionibus structum, & veterem aram, Druso sitam, disiecerunt. Restituit aram honorique patris princeps ipse cum legionibus decurrit.* SCHATEN *Hist. Westph. lib. I. pag. 48.* Freinsheimius equidem ad dictum Taciti locum, aram Drusi dictam autumat, eo quod a Druso fuerit extructa. Verum, dum filius Germanicus in honorem Drusi cum legionibus ad eum decurrisse dicatur, potius ipsi erectum fuisse crederem.

§. XII. Post Drusi mortem, in Germaniam ab Augusto cum Caio Cæsare missus fuit Tiberius. Hic postquam Rhenum transiisset, plerasque gentes ad petendum pacem adegit. 51) Hinc in Sicambros duxit exercitum, quos in deditionem accepit, horumque quadraginta millia traiecit in Galliam, eosdemque iuxta ripam Rheni sedibus assignatis collocauit. 52) Hoc, dum ægre ferrent, plerique manus violentas sibi intulerunt, vt inde tota Sicambrorum gens fuerit excisa. 53) Aliis itaque gentibus in Sicambrorum fines deductis, potissimum Tencteris & Vsipetibus, Tiberius victor omnes Germaniæ partes inter Rhenum & Visurgim peragrauit, atque stipendio populis imposito, Romam ouans triumphali habitu fuit ingressus, licet Florus triumphatam potius quam debellatam dicat Germaniam.

§. XIII. Sub initium A. V. C. 747. Tiberius triumphauit, 54) paullo post coortis in Germania nouis motibus, in Germaniam iterum fuit profectus, sed parum effectum. 55) A. V. C. 754. dum Caninefates, Attuarii, Bructeri arma mouerent, primo contra eos M. Vinicius, 56) atque Domitius Ahenobarbus 57) fuerunt missi, quos Tiberius fuit insecutus, qui transito Visurgi, interiora penetrauit. Cheruscos iterum in amicitiam & fœdus recepit, 58) ita, vt Segestes, illorum princeps ab Augusto Imperatore ciuitate donaretur, 59) ipsius filius Sigismundus sacerdotium ad aram Vbiorum adipisceretur. 60) Inde Chaucos, 61) qui inter Amisam & Albim habitabant, deuicit atque Longobardos,

51) DIO CASSIVS *lib. LV. pag. 551.* ὁ δὲ δὴ Τιβέριος τὸν Ῥῆνον διέβη· φοβηθέντες οὖν αὐτὸν οἱ βάρβαροι, πλὴν τῶν Κανταβρῶν ἐπεκηρυκεύσαντο. *Tiberius autem Rhenum transit. Eorum vim metuentes barbari omnes, exceptis Cantabris, legatos miserunt pacem petentes.* Per Cantabros intelligendi esse videntur Sicambri, id quod ex sequentibus patet, quod isti pacem recusantes Romanorum vindictam fuerint experti.

52) SVETONIVS Augusto cap. XXI. *Suenos, ac Sicambros, dedentes se, traduxit in Galliam, atque in proximis Rheno agris, collocauit.* Tiberio cap. IX. *Bello Germanico, quadraginta millia dedititiorum traiecit in Galliam, iuxtaque ripam Rheni sedibus assignatis collocauit, quas ob res, & ouans, & curru vrbem ingressus est primus, vt quidam putant, triumphalibus ornamentis honoratus, nouo nec antea cuiquam tributo genere honoris.* STRABO lib. VII. pag. 291. Idem Ann. lib. II. cap. XXVI. ad Germanicum scribit: *se nouies a D. Augusto in Germaniam missum, plura consilio, quam vi perfecisse. Sic Sigambros in deditionem acceptos, sic Suenos, Regemque Maroboduum, pace obstrictum.* SCHATENIVS *Hist. Westphal. lib. I. p. 50.*

53) DIO CASSIVS *lib. LV. pag. 552.* ἐπεκηρυκεύσαντο μὲν γὰρ καὶ οἱ Κάνταβροι πρέσβεις, τοσούτου δὲ ἐδέησαν διαπράξασθαί τι, ὥστε καὶ ἐκείνους πάντας, καὶ πολλοὺς, καὶ ἐλλογίμους ὄντας, προσαπολέσθαι. ὅ τε γὰρ Αὔγουστος συλλαβὼν αὐτοὺς ἐς πόλεις τινὰς κατέθετο, καὶ ἐκεῖνοι δυσανασχετήσαντες, ἑαυτοὺς κατεχρήσαντο, *neque deinde, quum Cantabri quoque legatos misissent: quos Augustus quum per vrbes quasdam disposuisset, (erant autem multi ac praeclari inter suos) tædium rei non ferentes, manus sibi ipsis intulere.*

54) VELLEIVS PATERCVLVS Tiberii victoriis nimium tribuens, ait *lib. II. cap. XCVII. moles deinde eius belli translata in Neronem est, quod is sua virtute & fortuna administrauit, peragratusque inter omnes partes Germaniæ, sine vllo detrimento commissi exercitus, quod præcipue huic duci semper curæ fuit; sic perdomuit eum, vt in formam pæne stipendiariæ redigeret prouinciæ. Tum alter triumphus, cum altero consulatu, ei oblatus.* DIO CASSIVS *lib. LV. p. 553.*

55) DIO CASSIVS *c. l.*

56) VELLEIVS PATERCVLVS *lib. II. c. CIV.*

57) TACITVS *Ann. lib. IV. cap. XLIV.* de eo prædicat: *eum exercitu flumen Albim transcendisse, longius penetrata Germania, quam quisquam priorum easque ob res, insignia triumphi adeptum.* SVETONIVS *Nerone cap. XIV.* adpellat ipsum *ornamentis e Germanico bello triumphalibus, clarum.* Ab isto etiam Megapolitanam ad Albim vrbem, Domitiam nomen habere, auctor est BVCHERIVS *lib. I. cap. XXIV. §. 6.*

58) VELLEIVS PATERCVLVS *lib. II. c. CV. Intrata protinus Germania, subacti Caninefates, Attuarii, Bructeri, recepti Cherusci, gentes: & amnis, mox nostra clade nobilis, transitus Visurgis, penetrata vlteriora. Cum omnem partem asperrimi & periculosissimi belli Cæsar vindicaret: in iis, quæ minoris erant discriminis, Sentium Saturninum, qui tum legatus patris eius in Germania fuerat, præfecisset.* Et paullo post: *Anni eius æstiua, vsque in mensem Decembrem, perducta, immanis emolumentum fecere victoriæ.*

59) TACITVS lib. I. Ann. c. LVIII. *pacem se quam bellum probasse, & tunc a D. Augusto ciuitate Romana donatum.*

60) TACITVS *lib. I. Ann. c. LVII. Addiderat Segestes legatis filium, nomine Sigismundum. Sed iuuenis conscientia cunctabatur, quippe anno, quo Germaniæ descivere, sacerdos apud aram Vbiorum creatus, ruperat vittas, profugus ad rebelles.*

61) PTOLEMAEVS in Germania lib. II. c. XI. *Loca vero iuxta Oceanum supra Bructeros tenent Frisii vsque ad Amisium amnem; post hos Cauchi minores vsque ad Visurgim amnem: deinde Cauchi maiores ad Albim vsque flumen.* Sic etiam supra Frisios Chaucos collocat TACITVS *Annal. XI. cap. XIX.* STRABO *lib. III. pag. 291.* illos ad Oceanum ponit. Illorum statum PLINIVS *H. N.* sub initium libri XVI. tali ratione describit: *Sunt in Septentrione visæ nobis gentes Chaucorum, qui maiores minoresque appellantur. Vasto ibi meatu, bis dierum noctiumque singularum internallis, effusus in immensum agitur Oceanus, æternam operiens rerum naturæ controuersiam dubiamque terræ sit an parte maris. Illic misera gens tumulos obtinet altos, aut tribunalia structa manibus ad experimenta altissimi æstus, casis ita impositis: nauigantibus similes, cum integant aquæ circumdata: naufragis vero, cum recesserint: fugientesque cum mari pisces circa tuguria venantur. Non pecudem his habere, non lacte ali, vt finitimis, ne cum feris quidem dimicare contigit, omni procul abacto frutice. Vlua & palustri iunco funes nectunt ad prætexenda piscibus retia: captumque manibus lutum ventis magis quam Sole siccantes: terra cibos, & rigentia Septentrione viscera sua vrunt. Potus non nisi ex imbre seruato scrobibus vestibulo domus. Et hæ gentes, si vincantur hodie a populo Romano seruire se dicunt.* IO. HENR. EGGELING *de Miscell. Germ. Antiquit. Exerc. II.* quæ agit de Chaucis, hunc locum explicat vberius, tali ratione, quod vel *tumulos altos, die Sand-Dunen, so an der See und denen Flüssen sind,* vel *Tribunalia structa manibus ad experimenta altissimi æstus possederint, die nach der hœchsten Fluht-maße mit Handen auffgeworffene Bühele.* Hæc vero dicta fuisse *Wurpte*

dos, 62) & licet naues Romanorum ipsi essent in auxiliis. Albim tamen transire haut fuit ausus. Inde Imperatoris nomen Augustus atque Tiberius iterum adsumserunt. Sentio Saturnino honores triumphales fuerunt decreti.

§. XIV. Inde diuersi Germaniæ populi moti, vt Romanorum arma euitarent, in penitiores Germaniæ partes cesserunt, quod de Marsis STRABO 63) testatur. Circa eadem tempora Maroboduus 64) Roma reuersus, vbi iuuenis fuit, & ab Augusto beneficiis affectus, e priuato statu ad occupandum principatum se contulit, sponte se subiicientibus Marcomannis aliisque Sueuiæ populis, potissimum Semnonibus, 65) quos in Bohemiam duxit, ibidemque pulsis Boiis, sedes posuit. 66) Dum vero terras, quas inhabitauerant, relinquerent vacuas, Heluetí potissimum, & ex Gallis Sequani istas occupabant, 67) ex quo nomen Alemannorum, quia ex variis nationibus erant collecti, 68) ita tamen, vt Sueuorum etiam nomen maneret. Maroboduus vero, dum finitimos populos omnes aut bello domuisset, aut conditionibus sui iuris fecisset, gentibus a Romanis desciscentibus perfugium præberet, exercitumque LXX. millium peditum, quatuor equitum assiduis aduersus finitimos bellis exercendo, maiora moliebatur. Dum igitur Romanis timendus esset, eo quod Germaniam ad læuam & in fronte, Pannoniam ad dextram, a tergo sedium suarum haberet Noricos, tanquam in omnes semper venturus, ab omnibus timebatur. Hunc igitur diuersis ex partibus Tiberius adgredi statuit. Sentio igitur Saturnino mandatum, vt per Cattos, excisis continentibus Hercyniæ siluis, legiones in Bohemiam duceret, ipse a Carnuto, exercitum, qui in Illyrico merebat, ducere in Marcomannos orsus est. Præparauerat iam hyberna Cæsar ad Danubium, admotoque exercitu, non plus quam V. dierum iter a primis hostium, Saturninum admoueri placuerat, cuius copiæ pæne æquali diuisæ interuallo ab hoste, intra paucos dies in prædicto loco cum Cæsare iuncturæ erant; cum vniversa Pannonia omnibus tractus eius gentibus in societatem adductis, ex constituto arma corriperent. 69) Dum igitur parum tutum videretur, abdito in interiora exercitu, vacuam tam

Wurpte & contracte *Wurte*, inde eos fuisse adpellatos *Wurthatos*, vel, prout in Historia Archiepiscopal. Bremensium ad a. 1255. *Worthati* vel *Wort-Mannir*. Inde illos in tractu Bremensi consedisse *pag. 21.* concludit & *pag. 22.* quod ipsorum nomen postmodum in Saxonum fuerit mutatum.

62) Hæc iterum verbis magnificis effert VELLEIVS PATERCVLVS *lib. II. cap. CVI.* scribens: *perlustrata armis tota Germania est. Victæ gentes, pæne nominibus incognitæ. Receptæ Cauchorum nationes. Omnis eorum iuuentus infinita numero, immensa corporibus, situ locorum tutissima, traditis armis, vna cum ducibus suis, septa fulgenti armatoque militum nostrorum agmine, ante imperatoris procubuit tribunal. Fracti Longobardi; gens etiam Germana feritate ferocior: denique quod nunquam antea spe conceptum, nedum opere tentatum erat, ad quadringentesimum miliarium, a Rheno vsque ad flumen Albim, qui Semnonum Hermundurorumque fines præterfluit, Romanus cum signis perductus exercitus, & eodem, mira felicitate & cura ducis, temporum quoque obseruantia, classis quæ Oceani circumnauigerat sinus, ab inaudito ante mari flumine Albi subnecta, plurimarum gentium victoria cum abundantissima rerum omnium copias exercitus Cæsarique se iunxit.*

63) *lib. VII. pag. 290.* ἐστι δὲ τὰ μὲν πρῶτα μέρη τῆς χώρας ταύτης τὰ πρὸς τῷ Ῥήνῳ μέχρι τῶν ἐκβολῶν ἀπὸ τῆς πηγῆς ἀρξαμένοις. σχεδὸν δέ τι καὶ τοῦτο ἐστὶ τὸ ἑσπέριον, τῆς χώρας πλάτος, ἡ ποταμία πᾶσα. Ταύτης δὲ τὰ μὲν εἰς τὴν Κελτικὴν μετήγαγον Ῥωμαῖοι, τὰ δ' ἔφθη μεταναστάντα εἰς τὴν ἐν βάθει χώραν, καθάπερ Μαρσοί. λοιποὶ δ' εἰσιν ὀλίγοι καὶ τῶν Σουγάμβρων μέρος. *Huius partis populis Romani partim in Galliam traduxerunt, reliqui migrauerunt in penitiores Germaniæ partes, vt Marsi: sed & Sicambrorum exigua restat portio.*

64) *Marbod* s. *Meerboth*, quod nomen apud Silesios alias non ignotum, prout FRID. WILH. SOMMER *Regno Vanniano p. 17.* testatur.

65) VELLEIVS PATERCVLVS *lib. II. cap. CVIII. Nihil erat iam in Germania, quod vinci posset, præter gentem Marcomannorum, quæ Maroboduo duce, excita sedibus suis, atque in interiora refugiens, incinctos Hercyniæ silua campos incolebat. Nulla festinatio huius viri mentionem transgredi iubet. Maroboduus, genere nobilis, corpore præualens, animo ferox, natione magis, quam ratione barbarus, non tumultuarium, neque fortuitum, neque mobilem & ex voluntate parentium constantem inter suos occupauit principatum; sed certum imperium, vimque regiam complexus animo, statuit, auocata procul a Romanis gente sua, eo progredi, vbi, cum propter potentiora arma refugisset, sua faceret potentissima.* STRABO l. c. ἐν ταύτῃ δ' ἐστὶ καὶ ὁ Ἑρκύνιος δρυμὸς, καὶ τὰ τῶν Σοήβων ἔθνη, τὰ μὲν οἰκοῦντα ἐντὸς τοῦ δρυμοῦ καθάπερ τὰ τῶν Κολδούων· ἐν οἷς ἐστὶ καὶ τὸ Βουίαιμον, τὸ τοῦ Μαροβόδου βασίλειον, εἰς ὃν ἐκεῖνος τόπον ἄλλους τε μετανέστησε πλείους, καὶ δὴ τοὺς ὁμοεθνεῖς ἑαυτῷ Μαρκομάνους. Ἐπέστη γὰρ τοῖς πράγμασιν οὗτος ἐξ ἰδιώτου, μετὰ τὴν ἐκ Ῥώμης ἐπάνοδον· νέος γὰρ ἦν ἐνθάδε, καὶ εὐεργετεῖτο ὑπὸ τοῦ Σεβαστοῦ. ἐπανελθὼν δὲ ἐδυνάστευσε, καὶ κατεκτήσατο πρὸς οἷς εἶπον Λουίους τε μέγα ἔθνος, καὶ Ζούμους, καὶ Βούτωνας, καὶ Μουγίλωνας, καὶ Σιβινοὺς, καὶ τῶν Σοήβων αὐτῶν μέγα ἔθνος Σέμνωνας. *In hac Germania est etiam sylua Hercynia, & Sueuorum gentes, quarum quædam in ipsa habitant sylua, vt Colduli, in quibus est Bouiasmum Marobodui regia, in quem locum is cum alios plures transtulit, tum Marcomannos gentiles suos. Is enim Roma reuersus (vbi iuuenis fuit, & ab Augusto beneficiis affectus) e priuato statu ad occupandam dominationem se contulit, ac præter Marcomannos subiecit sibi etiam Luios magnam gentem, Zumos, Butones, Mugilones, Sibinos, & de ipsis Sueuis, magnam nationem Semnonas.* Hunc locum & Marobodui regnum vberius explicat CLVVERVS *Germ. ant. lib. III. cap. III. & c. XXX.*

66) TACITVS de M. G. cap. XLII. *Iuxta Hermunduros Narisci, ac deinde Marcomanni & Quadi agunt. Præcipua Marcomannorum gloria viresque, atque ipsa etiam sedes, pulsis olim Boiis, virtute parta.* Et quidem AEG. BVCHERIVS *Belgio Romano lib. I. c. XXV. pag. 50.* circa hæc tempora Marobodui migrationem computat.

67) TACITVS de M. G. cap. XXIX. *non numerati enim inter Germaniæ populos, quanquam trans Rhenum Danubiumque consederint, eos, qui decumates agros exercent. Leuissimus quisque Gallorum & inopia audax, dubiæ possessionis locum, occupauere. Mox limite aucto, promotisque præsidiis sinus imperii, & pars Prouinciæ habetur, vltra hos Chatti.*

68) Vide supra *Proleg. Sect. I. §. XXI.*

69) VELLEIVS PATERCVLVS *lib. II. cap. CVIII. Occupatis igitur, quos prædiximus locis, finitimos omnes aut bello domuit, aut condicionibus iuris sui fecit. Corpus suum custoditum, imperium perpetuis*

tam vicino hosti relinquere Italiam, 70) pax Maroboduo æquis conditionibus fuit concessa. 71)

§. XV. Post Tiberium, e Syria euocatus, Quintilius Varus, 72) Galliæ Germaniæque impositus est præses, custosque Rhenani limitis; inde per aliquot annos Germanis otium fuit sub lento ac imbelli præside. Romani in Germania iamdum castra vrbesque condiderant, atque mores eorum barbari sensim accipiebant, ita tamen vt morum patriorum & libertatis non penitus obliuiscerentur. Dum vero Quintilius Varus, auaritiæ nimium indulgens, eam gentem subito transformare, iisdemque tanquam seruituti subiectis imperare, pecunias vt a subditis exigere, ius pro more Romano dicere conaretur, Germani eius inceptum minime tulerunt, primoribus ipsorum amissum principatum desiderantibus. 73) Quia autem Romanorum multos inter se versari viderent, rebellionem palam tentare non audebant, hinc Varum, simulantes, se omnibus eius iussis obtemperaturos procul a Rheno in fines Cheruscorum & ad flumen Visurgim in mediam Germaniam abduxerunt. Ibi in media pace atque amicitia cum eo viuentes, Varum securum reddebant, vt mi-

petitis exercitiis pæne ad Romanæ disciplinæ formam redactum, breui in eminens & nostro quoque imperio timendum perduxit fastigium; gerebatque se ita aduersus Romanos, vt neque bello nos lacesseret, & si lacesseretur, superesse sibi vim ac voluntatem resistendi declararet. Legati, quos mittebat ad Cæsares, interdum vt supplicem commendabant, interdum vt pro pari loquebantur. Gentibus hominibusque a nobis desciscentibus erat apud eum perfugium; totumque ex male dissimulato agebat æmulum: exercitumque quem LXX. millium peditum, quatuor equitum fecerat, assiduis aduersus finitimos bellis exercendo, maiori quam quod habebat, operi præparabat. Eratque etiam eo timendus, quod, cum Germaniam ad læuam, & in fronte Pannoniam ad dextram, a tergo sedium suarum haberet Noricos, tanquam in omnes semper venturus, ab omnibus timebatur. Nec securam incrementi sui patiebatur esse Italiam: quippe cum a summis Alpium iugis, quæ finem Italiæ terminant, initium eius finium haud multo plus CCmillibus passuum abesset. Hunc virum & hanc regionem proximo anno diuersis e partibus Tib. Cæsar aggredi statuit. Sentio Saturnino mandatum, vt per Cattos, excisis continentibus Hercinia siluis, legiones Boiohæmum (id regioni,) quam incolebat Maroboduus, nomen est) duceret: ipse a Carnunto, qui locus Norici Regni proximus ab hac parte erat, exercitum, qui in Illyrico merebat, ducere in Marcomannos orsus est. Rumpit, interdum moratur proposita hominum Fortuna. Præparauerat iam hiberna Cæsar ad Danubium, admotoque exercitu non plus quam V. dierum iter a primis hostium, Saturninum admoueri placuerat. Pæne æquali diuisæ interuallo ab hoste, intra paucos dies in prædicto loco cum Cæsare iuncturæ erant; cum vniuersa Pannonia, insolens longæ pacis bonis, & adulta viribus Dalmatia, omnibus tractus eius gentibus in societatem adductis, ex constituto arma corripuit.

70) VELLEIVS PATERCVLVS cap. CX. *tum necessaria gloriosis præposita: neque tutum visum, abdito in interiora exercitu, vacuam tam vicino hosti relinquere Italiam.*

71) TACITVS *Ann. II. cap. XXVI.* Tiberium inducit, gesta sua euehentem, atque inter hæc: *Sic Sugambros in deditionem acceptos, sic Sueuos, regemque Maroboduum pace obstrictum.* Ipse Maroboduus apud TACITVM Ann. II. cap. XLVI. gloriatur: *at se duodecim legionibus petitum duce Tiberio, illibatam Germanorum gloriam seruauisse, mox conditionibus æquis discessum.*

72) De hoc, eius origine, familia & gestis sigillatim agunt GVNDLINGIANA *p. XXIV. n. I.*

73) DIO CASSIVS *lib. LVI. pag. 582.* καὶ στρατιῶταί τε αὐτῶν ἐκεῖ ἐχείμαζον, καὶ πόλεις συνῳκίζοντο, ὥστε τὸν κόσμον σφῶν οἱ βάρβαροι μετερρυθμίζοντο, καὶ ἀγορὰς ἐνόμιζον, συνόδους τε εἰρηνικὰς ἐποιοῦντο. οὐ μέντοι καὶ τῶν πατρίων ἠθῶν, τῶν τε συμφύτων τρόπων, καὶ τῆς αὐτονόμου διαίτης, τῆς τε ἐκ τῶν ὅπλων ἐξουσίας, ἐκλελησμένοι ἦσαν. καὶ διὰ τοῦτο τέως μὲν κατὰ βραχὺ καὶ ὁδῷ τινι μετὰ φυλακῆς μετεμάνθανον αὐτά, οὔτε ἐβαρύνοντο τῇ τοῦ βίου μεταβολῇ, καὶ ἐλάνθανον σφᾶς ἀλλοιούμενοι· ἐπεὶ δὲ ὁ Οὔαρος ὁ Κυιντίλιος, μετὰ τὴν τῆς Συρίας ἀρχήν, τήν τε ἡγεμονίαν τῆς Γερμανίας λαβὼν, καὶ τὰ παρ' ἐκείνοις ἐκ τῆς ἀρχῆς διοικῶν, ἔσπευσεν αὐτοὺς ἀθροώτερον μεταστῆσαι, καὶ τά τε ἄλλα ὡς καὶ δουλεύουσί σφισιν ἐπέταττε, καὶ χρήματα ὡς καὶ παρ' ὑπηκόων ἔπρασσεν· οὐκ ἠνέσχοντο, ἀλλ' οἵ τε πρῶτοι, τῆς πρόσθεν δυναστείας ἐφιέμενοι, καὶ τὰ πλήθη τὴν συνήθη κατάστασιν πρὸ τῆς ἀλλοφύλου δεσποτείας προτιμῶντες, *iis in locis hiberna Romani milites habebant, vrbes condebant, mores eorum iam barbari accipiebant, in forum conueniebant, congressusque cum iis pacatos habebant. Neque tamen patriarum consuetudinum, morum innatorum, libertatis, armorumque potentiæ obliti penitus fuerunt. Itaque dum paulatim, & via quadam, in custodia habiti ea dediscerent: mutationem vitæ suæ adeo non grauate ferebant, vt ne sentirent quidem eam. Vbi vero Quintilius Varus, Germaniæ post administratam Syriam præfectus, rebus ibi gubernandis susceptis, instituit eam gentem subito transformare. Tanquam seruituti subiectis imperare, pecuniasque vt a subditis exigere: Germani eius inceptum non tulerunt, primoribus ipsorum amissum principatum desiderantibus, vulgo consuetam rerum rationem peregrinæ dominationi anteferente.* FLORVS lib. IV. cap. XII. *postquam ille* (Drusus) *defunctus, Vari Quinctilii libidinem, ac superbiam, haud secus, quam sæuitiam odisse cœperunt. Ausus ille agere conuentum, & in castris ius dicebat, quasi violentiam barbarorum, & lictoris virgis, & præconis voce posset inhibere: at illi, qui iam pridem rubigine oblitos enses, inertesque mærerent equos, vt primum togas, & sæuiora armis iura videbant, duce Arminio arma corripiunt.* VELLEIVS PATERCVLVS lib. II. cap. CXVII. *Varus Quinctilius illustri magis quam nobili ortus familia, vir ingenio mitis, moribus quietus, vt corpore & animo immobilior, otio magis castrorum quam bellicæ assuetus militiæ: pecuniæ vero quam non contemptor, Syria cui præfuerat, declarauit; quam pauper diuitem ingressus, diues pauperem reliquit: Is cum exercitui, qui erat in Germania, præesset, concepit esse homines, qui nihil præter vocem membraque haberent hominum; quique gladiis domari non poterant, posse iure mulceri. Quo proposito mediam ingressus Germaniam, velut inter viros pacis gaudentes dulcedine, iurisdictionibus agendoque pro tribunali ordine, trahebat æstiua. At illi, quod nisi expertus vix credebat, in summa feritate versutissimi, natumque mendacio genus, simulantes fictas litium series, & nunc prouocantes alter alterum iniuria, nunc agentes gratias, quod eas Romana iustitia finiret, feritasque sua nouitate incognitæ disciplinæ mitesceret, & solitæ armis discerni iure terminarentur, in summam socordiam perduxere Quintilium, vsque eo, vt se prætorem vrbanum in foro ius dicere, non in mediis Germaniæ finibus exercitui præesse crederet.* Sic etiam nimium Germanis credidisse Q. Varum, testatur STRABO *lib. VII. p. 291.*

74) DIO

vt milites hinc inde distribueret. 74) Interim Arminius Sigimeri principis gentis eius filius, Dux Cheruscorum, adsiduus antea militiæ Romanæ comes, qui iam ciuitatis Romanæ ius atque equestrem dignitatem fuerat adeptus, 75) semper cum Varo conuersatus atque conuiva, 76) primo paucos, mox plures in societatem consilii recipit; opprimi posse Romanos, & dicit & persuadet; decretis facta iungit: tempus insidiarum constituit. Id Varo per virum eius gentis fidelem clarique nominis Segesten indicatur, 77) qui tamen fidem adhibere nolebat: Nihil igitur mali expectante Varo, repente ex composito instigante Arminio, Germani insurgunt. Contra hos proficiscentem, atque in syluis inuiis inter paludes hærentem Varum adgressus Arminius, cum tribus legionibus, totidem alis, & sex cohortibus 78) ad internecionem ceciderunt, insigni crudelitate contra victos sæuientibus Germanis, ita, vt lucis propinquis, tribunos ac primorum ordinum centuriones mactarent, 79) in caussarum potissimum patronos sæuitum, aliis oculi, aliis manus amputatæ, 80) multi captiui splendidissime nati, vel pastores vel custodes casulæ facti, 81) licet postea temporis multi redimerentur, concessa ipsorum necessariis ea conditione, vt extra Italiam manerent. 82) Varus, postquam vulnus accepisset, rebus desperatis, sibi ipsi manus inferebat, 83) corpus ipsius, quod militum pietas semiustum abdiderat, effossum, ipsique varie illusum. 84) Captæ etiam hoc prœlio 85) fuerunt duæ legionum aquilæ, tertia astu militis abscondita. 86) Locum in saltu Teutoburgiensi prope Amisiam Luppiamque amnes descri-

74) DIO CASSIVS *p. 583.*

75) VELLEIVS PATERCVLVS lib. II. cap. CXVIII. *tum iuuenis genere nobilis, manu fortis, sensu celer, vltra barbarum promtus ingenio, nomine Arminius, Sigimeri principis gentis eius filius, ardorem animi vultu oculisque præferens, assiduus militiæ nostræ prioris comes, & iam ciuitatis Romanæ ius equestremque consecutus gradum, segnitia ducis in occasionem sceleris vsus est; haud imprudenter speculatus, neminem celerius opprimi, quam qui nihil timeret; & frequentissimum initium esse calamitatis securitatem.*

76) DIO CASSIVS *p. 583.*

77) TACITVS Ann. I. cap. LV. *Segestes parari rebellionem, sæpe alias, & supremo conuiuio, post quod in arma itum, aperuit. Suasitque Varo, vt se, & Arminium, & ceteros principes, vinciret, nihil ausuram plebem, principibus amotis, atque ipsi tempus fore, quo crimina, & innoxios, discerneret.* VELLEIVS PATERCVLVS lib. II. cap. CXVIII. *Id Varo per virum eius gentis fidelem clarique nominis Segestem indicatur, sed prævalebant iam fata consiliis, omnemque animi eius aciem præstinxerant.*

78) VELLEIVS PATERCVLVS lib. II. cap. CXVII. *funesta ex Germania epistola: cæsi Vari, trucidatarumque legionum trium, totidemque alarum & sex cohortium.*

79) TACITVS Ann. I. cap. LXI. *lucis propinquis barbaræ aræ, apud quas tribunos, ac primorum ordinum centuriones mactauerant.*

80) FLORVS *lib. IV. cap. XII. nihil insultatione Barbarorum intolerabilius: præcipue tamen in causarum patronos: aliis oculos, aliis manus amputabant. Vnius os sutum, recisa prius lingua, quam in manu tenens barbarus: Tandem, inquit, vipera sibilare desiste.*

81) SENECA ep. XLVII. *Variana clade quam multos splendidissime natos, senatorium per militiam auspicantes gradum, fortuna depressit, alium ex illis pastorem, alium custodem casulæ fecit.*

82) DIO *pag. 585.*

83) TACITVS Ann. I. cap. LXI. *primum vbi vulnus Varo adactum; vbi infelici dextra, ex suo ictu mortem inuenerit.*

84) FLORVS lib. IV. cap. XII. *ipsius quoque Consulis corpus, quod militum pietas humi semiustum abdiderat, effossum.* VELLEIVS PATERCVLVS lib. II. cap. CXIX. *Vari corpus semiustum hostilis lacerauerat feritas; caput eius abscissum latumque ad Maroboduum, & ab eo missum ad Cæsarem, gentilicii tamen tumuli sepultura honoratum est.* TACITVS *Ann. I. cap. LXXI.* de Sesithaco, Segimeri filio, dicit, quod Quinctilii Vari corpus inluserit.

85) Hanc cladem Varianam descripserunt DIO CASSIVS *lib. LVI. pag. 582. 583. 584.* VELLEIVS PATERCVLVS *lib. II. cap. CXVIII. CXIX.* FLORVS *lib. IV. cap. XII.* CLVVERVS *lib. III. c. XIX.* SCHATENIVS *Hist. Westphal. lib. I. pag. 65.*

86) FLORVS lib. IV. cap. XII. *signa & aquilas duas adhuc barbari possident, tertiam signifer prius quam in manus hostium veniret, euulsit; mersamque intra baltei sui latebras gerens in cruenta palude sic latuit.* Licet autem Florus, qui Traiani temporibus vixit, dicat, duas aquilas adhuc possidere Germanos, certum tamen est, omnes tres a Romanis fuisse recuperatas. Florus igitur, prout Lipsio videtur, vel ex persona Liuii, cuius epitomen scripsit, loquitur, vel non satis iustam habuit notitiam. De prima quidem aquila recepta, auctor est TACITVS Ann. I. cap. LX. *Bructeros sua vrentes expedita manu L. Stertinius, missu Germanici fudit; interque cædem & prædam repperit vndeuicesimæ legionis aquilam cum Varo amissam.* De altera recepta, idem auctor est Ann. lib. I. cap. XXV. dum de Germanico ait: *ipse maioribus copiis Marsos irrumpit: quorum dux Malouendus nuper in deditionem acceptus, propinquo luco defossam Varianæ legionis aquilam modico præsidio seruari indicat.* Hinc idem II. Annal. cap. XLI. *fine anni (769.) arcus propter ædem Saturni ob recepta signa cum Varo amissa, ductu Germanici, auspiciis Tiberii dicatur.* DIO CASSIVS vero *lib. LVII. pag. 614.* ita loquitur: Γερμανικὸς δὲ τῇ ἐπὶ τοὺς Κελτοὺς στρατείᾳ φερόμενος, μέχρι τε τοῦ Ὠκεανοῦ προεχώρησε, καὶ τοὺς βαρβάρους κατὰ τὸ καρτερὸν νικήσας, τά τε ὀστᾶ τῶν σὺν τῷ Οὐάρῳ πεσόντων, συνέλεξέ τε καὶ ἔθαψε, καὶ τὰ σημεῖα τὰ στρατιωτικὰ ἀνεκομίσατο, *at Germanicus expeditione in Germanos prospera, ad Oceanum vsque processit: barbarisque vi deuictis, ossa eorum, qui cum Varo ceciderant, lecta humauit, signaque militaria recepit.* Tertia vero aquila ab aquilifero abscondita, demum sub Claudio Imp. fuit recuperata, teste DIONE CASSIO *lib. LX. pag. 670.* Πούπλιος Γαβίνιος Μαυρουσίους νικήσας, τά τε ἄλλα εὐδοκίμησε, καὶ αἰετὸν στρατιωτικὸν (ὃς μόνος ἔτι παρ᾽ αὐτοῖς) ἐκ τῆς τοῦ Οὐάρου συμφορᾶς ἦν) ἐκομίσατο, *P. Gabinius Marsos vicit, qui inter alia, quæ laudi ipsi essent, militarem aquilam, quæ sola a clade Variana adhuc supererat, recuperauit.* An vero hæc aquila isto tempore primum ex paludibus protracta, siue a Germanis, qui eandem olim repererant, recuperata, definire haut audeo. Vid. etiam SCHATENIVS *Hist. Westphal. lib. IV. pag. 100.* Magis tamen probabile videtur, tum demum tertiam aquilam ex paludibus fuisse protractam, cum iam antea arcus ob recepta signa cum Varo amissa, fuisset dicatus: Hinc CVSPINIANO minime adsentimur, qui *in vita Augusti pag. 7.* ita loquitur: *tres enim legiones obtruncatæ, signa & aquilæ*

describunt veteres, quem Ferdinandus Fürstenbergius designat medium inter Paderbornam & Detmoldiam vel Hornam. 87)

§. XVI. Hac igitur clade factum, vt imperium, quod in littore Oceani non steterat, in ripa Rheni staret. 88) Nuntiata eadem, Augustus excubias per vrbem indixit, ne quis tumultus existeret: & Præsidibus prouinciarum propagauit imperium, vt a peritis & assuetis socii continerentur. Vouit & magnos ludos Ioui Opt. Max. si respublica in meliorem statum venisset: quod factum Cimbrico Marsicoque bello erat. Adeo denique consternatum ferunt, vt per continuos menses barba capilloque summisso, caput interdum foribus illideret, vociferans: *Quinctili Vare, legiones redde:* diemque cladis quotannis mœstum habuerit ac lugubrem. 89) Promouebant hanc Augusti consternationem prodigia, quæ ante & post hanc cladem acciderant. 90) Germanos quoque qui Romæ obuersabantur, partim peregrinantes, partim inter stipatores recipiendos, veritus, ne quid noui molirentur, in insulas armatos amandauit, inermes vrbe exire iussit. 91) Neque tamen victoria hac ita vtebantur Germani, prout par erat, saltim munimenta Romanorum ad Amisam, Visur-

aquilæ duæ a Germanis captæ, quas hodie possidemus. Non enim biceps est Aquila, vt imperitum vulgus credit: sed duæ simul, quarum altera alteram ex passis alis obtegit. Tertiam signifer legionis tertiæ abstulit, paludeque demersit, ne in hostium manus veniret. Alioquin tres haberemus aquilas in insignibus Imperii. Nec vnquam hæ redditæ sunt Imperatoribus Romanis, quod Parthi fecerunt, sed semper in hunc vsque diem seruatæ. Miramur tamen, illustrem Monumentorum Paderbornensium Scriptorem *p. 28.* Cuspinianum fuisse secutum. Ad ea vero, quæ Cuspinianus de Imperii insignibus tradit, iam respondi SYNT. IVR. PVBL. *cap. VIII. §. XL.*

87) Mire in loco cladis variant Scriptores. Sunt, qui Augustam Vindelicorum designent, inter quos OTTO FRISINGENSIS, descripta clade Variana *lib. III. cap. IV.* ita loquitur: *tradunt Augustenses hanc cadem ibi factam, ostenduntque in argumentum collem ex ossibus mortuorum compactum, quem in vulgari Perleich, eo quod legio ibi perierit, vsque hodie vocant, vicumque ex nomine Vari appellatum monstrant.* Sequitur CONRADVS VRSPERGENSIS *pag. 309.* IO. NAVCLERVS vero Chronogr. LXIII. pag. 413. *hæc acta sunt in Sueuia apud Augustam, secundum aliquos. Strabo in 7. vult hæc acta in terra Cheruscorum, & quidem verius.* FRANCISCVS IRENICVS *Exegesi Germaniæ lib. V. c. XXI.* eundem quoque refellit, sed ipse labitur, dum hanc cladem ad Albim fuisse factam, dicit. Moguntiam designat AENEAS SYLVIVS *Germania c. XXXV.* Idem adserit ENGELHVSIVS Chron. pag. 1018. ed. Leibnit. *Claudius Drusus Moguntiam fundauit, vbi & Quintilius Varus, Præfectus Augusti, cum V. legionibus Romanorum interfectus est, nimis auarus, Germanos nimis aggrauauit.* Sed ipse contradicit SERRARIVS *Rer. Mogunt. lib. V. cap. VIII.* IO. AVENTINVS *Ann. Boi. lib. II. c. II. n. 35.* Duisburgum indicat, quem sequitur IO. TYBIVS in antiquitatibus Duisburgi. Alii Strombergam designant, vel locum ad Embsaram fluuium, vbi vicinum Cliuiæ oppidum Dinslacum visitur, diuersas opiniones adducente CASPARE HEDIONE notis ad Conradum Vrspergensem & FERDINANDO FÜRSTENBERGIO *Monumentis Paderbornensibus pag. 19.* Hic autem potissimum ex Tacito Annalium I. cap. LX. *ductum inde agmen ad vltimos Bructerorum: quantumque Amisiam & Luppiam amnes inter, vastatum: haud procul a Teutoburgiensi saltu, in quo reliquiæ Vari legionumque insepultæ dicebantur:* locum plenius designat, ita concludens: *Si itaque in mediis Germaniæ finibus, inter Rhenum & Visurgim, in Teutoburgiensi saltu, prope Amisiam Luppiamque amnes, vltimos Bructerorum, Alisonem, aram Drusi, & tumulum Varianarum legionum, duce Arminio a Cheruscis, Bructeris, Marsis & conterminis gentibus Variana clades sit facta; certum & manifestum ... eius locum assignari non posse, quam me... Paderbornam & Detmoldiam vel Hornam inter, vbi omnes expressas a Velleio, Tacito & Dione notitiones clarissime repræsentat situs. Duo præterea riuli Rubeus & Osseus, siue Rodenbecke & Knockenbecke, per Senda desertum saltui Teutoburgiensi proximum defluentes; ille ab aquis sanguine infectis, hic ab iniectis ossibus appellatus: vbi ossa humana, diuersi generis arma & numismata, in quibus Iulii Cæsaris, Octauii Augusti imagines, atque inscriptiones agnosci potuerunt, reperta, magni cum Romanis initi prælii memoriam conseruarunt.* Plures huius sententiæ adseclas adlegat, eundem vero sequitur WASSERBACH *de Statua Arminii cap. III.* Idem FÜRSTENBERGIVS pag. 24. *sed etsi culpa Vari ignominiosa clades contigerit, mansit tamen manetque in pluribus locis celebribus memoria nominis eius: nam Varisberg, vulgo Forstenberg, nobilium Virginum Collegium in Clinia, Vari Montem Pighius in Hercule Prodicio. Varburgum, insigne ditionis Paderbornensis oppidum, Variburgum* SERRARIVS *l. 3. rerum Mogunt. notat. 29. ad vitam S. Bonifacii interpretantur. Nec minori ratione sunt qui putent, Varenholtum in comitatu Lippiensi, in diœcesi Monasteriensi Varendorpium vrbem, & Varlariam Præmonstratense cœnobium a Varo appellari, atque illud Vari pagum, hoc Vari castra significare. Nomen etiamnum retinet inclytus Romana clade saltus Teuteberg: & victoria cognomine insignis campus, Wintfeld, ad oppidulum Hornam in Westphalia.* Campus hic Windfeld, a victoria dictus fuisse videtur. Hinc nugatur maxime MARTINVS CHRISTOPHORVS LAVRENTII, qui singulari tractatu de monumentis Romanorum in Thuringia, Cheruscos in Thuringia, & in hac prouincia cladem quærit Varianam, saltum Teutoburgiensem explicat pro sylua Thuringica, quosdam pagos Gothæ vicinos, Perleig, Kranberg & Romstædt Romanorum dicit esse monumenta, contra fidem Scriptorum antiquorum.

88) Verba sunt FLORI *c. l.*

89) SVETONIVS *Augusto cap. XXIII.* DIO CASSIVS *lib. LVI. pag. 585.* SPALATINVS Arminio *c. III.*

90) De quibus MANILIVS *Astronom. lib. I. vers 826.*

Extremas modo per gentes, vt fœdere rupto
cum fera ductorem rapuit Germania Varum,
infecitque trium Legionum sanguine campos,
arserunt toto passim minitantia mundo
Lumina, & ipsa tulit bellum natura per ignes,
opposuitque suas vires finemque minata est.

Quare DIO CASSIVS cit. loc. Τό τε γὰρ πάθος ἐκ δαιμονίου τινὸς ὀργῆς καὶ μέγα οὕτω καὶ ἀθρόον ἐδόκει οἱ γεγονέναι, καὶ προσέτι καὶ ὑπὸ τῶν τεράτων τῶν πρό τε τῆς ἥττης καὶ μετὰ ταῦτα συμβάντων δεινὴν ὑποψίαν ἐς τὸ θεῖον εἶχεν. *Videbatur enim ei hoc tantum ac subitum malum non sine diuina quadam ira accidisse, suspectamque deum voluntatem præterea, propter prodigia, quæ ante, ac post eam cladem euenerunt, magnopere habebat.*

91) DIO CASSIVS *lib. LVI. p. 585.*

Visurgim & Lupiam extructa diruebant, 92) & L. Asprenati, 93) Vari legato, qui duabus legionibus præerat, occasionem concedebant euadendi, atque animos gentium trans Rhenum sitarum confirmandi.

§. XVII. His auditis, ex Pannonia ad patrem reuocatus Tiberius mittitur in Germaniam, Gallias confirmat, disponit exercitus, præsidia munit, Rhenum cum exercitu transgreditur, sed insigni sollicitudine vtebatur, ne a Germanis ex improuiso obrueretur. 94) Penetrat vna cum Germanico, Drusi filio interius, aperit limites, vastat agros, vrit domos, atque hoc peracto latrocinio, nulla alias re memorabili gesta, nisi quod castella ad Rhenum præmunierit, Romam reuertitur. 95) Hinc plura consilio quam vi apud Germanos perfecit Tiberius. 96) Discordias inter eosdem seminabat, Principes illorum blanditiis in Romanorum partes transducebat, reliquosque Germanos pecuniam Romanorum sumere docebat. 97)

§. XVIII. Mortuo Augusto, læti agebant Germani, accedente potissimum legionum Germanicarum seditione. Mittebatur in Germaniam Germanicus, qui legiones vniuersas Imperatorem Tiberium pertinacissime recusantes, & sibi summam Reip. deferentes, compescuit. 98) Seditione sedata, agmine propero syluam Cæsiam 99) perrumpebat, atque nihil metuentes Marsos, festam potius noctem agentes, ex improuiso adortus, quinquaginta millium spatium ferro flammisque peruastat: non sexus, non ætas miserationem attulit: profana simul & sacra, & celeberrimum illis gentibus templum, quod Tanfanæ vocabant, solo æquantur. Sine vulnere milites, qui semisomnes, inermes aut pallantes ceciderant: Exciuit ea cædes Bructeros, Tubantes, Vsipetes, saltusque, per quos exercitus regressus, insedere: Verum, Germanicus vno impetu perruptum hostem, redigebat in aperta, cædebatque: simulque primi agminis copiæ euasere siluas, castraque communiuere. Quietum inde iter, fidensque recentibus: hinc in hiberna locabatur. 100)

§. XIX. Insequenti anno decernebatur Germanico triumphus, manente bello, quod quanquam in æstatem summa ope parabat, initio veris, & repentino in Cattos excursu præcepit. Diffidebant inter se Germanorum principes, Arminius atque Segestes. Hic, quanquam consensu gentis in bellum tractus, discors manebat, auctis priuatim odiis, quod Arminius filiam eius Thusneldam alii pactam rapuerat: gener inuisus, inimici soceri: quæque apud concordes vincula caritatis, incitamenta irarum apud infensos erant. Germanicus igitur Cattis adeo improuisus aduenit, vt quod imbecillum ætate ac sexu, statim

92) DIO CASSIVS *cit. loc.*

93) VELLEIVS PATERCVLVS lib. II. c. CXX. *Qui legatus sub auunculo suo Varo militans, naua, virilique opera duarum legionum, quibus praerat, exercitum, immunem tanta calamitate seruauit; matureque ad inferiora hiberna descendendo, vacillantium, etiam cis Rhenum gentium, animos confirmauit.*

94) Curam, quam Tiberius in bello hoc Germanico adhibuerit, describit SVETONIVS cap. XVIII. *proximo anno repetita Germania, cum animaduerteret, Varianam cladem temeritate & negligentia ducis accidisse, nihil non de consilii sententia egit: semper alias sui arbitrii, contentusque se vno, tunc praeter consuetudinem cum pluribus de ratione belli communicauit: Curam quoque solito exactiorem praestitit. Traiecturus Rhenum, commeatum omnem ad certam formulam adstrictum non ante transmisit, quam consistens apud ripam explorasset vehiculorum onera: ne qua deportarentur, nisi concessa aut necessaria. Trans Rhenum vero eum vitae ordinem tenuit, vt sedens in cespite nudo cibum caperet: saepe sine tentorio pernoctaret: praecepta sequentis diei omnia, & si quid subiti muneris iniungendum esset, per libellos daret; addita monitione, vt de quo quisque dubitaret, se, nec alio interprete, quacunque vel noctis hora vteretur. Disciplinam acerrime exegit, animaduersionum & ignominiarum generibus ex antiquitate repetitis: atque etiam legato legionis, quod paucos milites cum liberto suo trans ripam venatum misisset, ignominia notato.*

95) VELLEIVS quidem PATERCVLVS *lib. II. cap. CXX.* adulatur pro more suo Tiberio. Ast DIO CASSIVS *lib. LVI. pag. 585.* pro veritate scribit, dicens, quod Tiberius & Germanicus impressionem in Germaniam fecerint: ac populati nonnullas partes, nullo tamen proelio vicerint, neque vllum populum subegerint. Veriti enim, ne rursus cladem acciperent, haut ita procul a Rheno discesserant, sed prope eum vsque ad autumnum morati, ludis in honorem natalium Augusti actis, ac ministerio centurionum edito certamine, in Italiam fuerint reuersi. SCHATENIVS *Hist. Westphal. lib. I. p. 68.*

96) Sic ipse Tiberius ad Germanicum, apud TACITVM Ann. II. cap. XXVI. *se nouies a diuo Augusto in Germaniam missum, plura consilio quam vi perfecisse. Sic Sigambros in deditionem acceptos, sic Sueuos, regemque Maroboduum pace obstrictum, posse & Cheruscos, ceterasque rebellium gentes, quando Romanae vltioni consultum est, internis discordiis relinqui.*

97) Sic in partes suas contra Arminium Romani Segestem trahebant TACITVS *Ann. I. cap. LV.* Sic vulgus Batauorum apud TACITVM Hist. V. cap. XXV. *honestius Principes Romanorum, quam Germanorum feminas tolerari.* Idem Hist. V. cap. LXXVI. dicit: *pecunia ac donis solis corrumpi Germanos.* Idem de M. G. cap. VI. de Germanis: *iam & pecuniam accipere docuimus.* De Quadis & Marcomannis vero de M. G. cap. XLII. *raro armis nostris, saepius pecunia iuuantur.*

98) SVETONIVS *Caligula cap. I.* TACITVS *lib. I. Ann. c. XXXI. sqq.*

99) TACITVS lib. I. Ann. cap. L. *at Romanus, agmine propero siluam Caesiam limitemque a Tiberio coeptum, scindit: castra in limite locat, frontem ac tergum vallo, latera concadibus munitus.* LIPSIVS ad h. l. mauult SYLVAM HESIAM, quam apud Cliuios quaerit. CLVVERVS tamen *Germ. Ant. lib. III. cap. IX. pag. 32.* retinet Cæsiæ nomen, atque eam esse dicit, quæ nunc partim in Cliuensi ducatu, partim in Westphalia, inter oppida Wesel & Coesfeld protenditur, quem sequitur TESCHENMACHER *Ann. Cliu. p. 14.* vbi DITHMARVS in notis, quod ita dicatur, quasi *der blaue Wald*, propter opacitatem, nunc *der Weseler Wald*, hodie vbique fere culta.

100) TACITVS *Ann. I. cap. L. LI.* SCHATEN *Hist. Westphal. lib. II. p. 73.*

tim captum, aut trucidatum sit: iuuentus flumen Adarnam nando tramiserat, Romanosque pontem cœptantes arcebant. Dein tormentis sagittisque pulsi, tentatis frustra conditionibus pacis, cum quidam ad Germanicum perfugissent, reliqui omissis pagis vicisque in syluas dispergebantur. Cæsar incenso Mattio 1) (id genti caput) aperta populatus, vertit ad Rhenum: non auso hoste terga abeuntium lacessere, fuerat animus Cheruscis iuuare Cattos, sed exterruit Cæcina huc illuc ferens arma: & Marsos congredi ausos prospero prœlio cohibuit. 2)

§. XX. Ciuilibus inde inter Arminium atque Segestem discordiis, isto præualente, circumsedebatur a popularibus Segestes, sed ereptus iste magna cum propinquorum & clientium manu, inter quos vxor Arminii grauida, paullo post virilem partum enixa. Ferebantur & spolia Varianæ cladis, plerisque eorum, qui tum in deditionem veniebant, prædæ data. Arminium rapta vxor, subiectus seruitio vxoris vterus, vecordem agebant: volitabatque per Cheruscos, arma in Segestem, arma in Cæsarem poscens. Conciti non modo Cherusci, sed conterminæ gentes: tractusque in partes Inguiomerus, Arminii patruus, veteri apud Romanos auctoritate: vnde maior Germanico metus: & ne bellum mole vna ingrueret, Cæcinam cum quadraginta cohortibus Romanis, distrahendo hosti, per Bructeros ad flumen Amisiam mittit: equitem Pedo præfectus finibus Frisiorum ducit: ipse impositas nauibus quatuor legiones per lacus vexit: simulque pedes, eques, classis, apud prædictum amnem conuenere. Chauci cum auxilia pollicerentur, in commilitium adsciti sunt. Bructeros sua vrentes, expedita cum manu L. Stertinius, missu Germanici fudit; interque cædem & prædam repperit vndeuicesimæ legionis aquilam cum Varo amissam. Ductum inde agmen ad vltimos Bructerorum: quantumque Amisiam & Luppiam amnes inter, vastatum: haud procul Teutoburgiensi saltu, in quo reliquiæ Vari legionumque insepultæ dicebantur. Igitur Romanus qui aderat exercitus, sextum post cladis annum, trium legionum ossa, nullo noscente alienas reliquias an suorum humo tegeret, omnes vt coniunctos, vt consanguineos, aucta in hostem ira, mœsti simul & infensi condebant. Primum exstruendo tumulo cespitem Cæsar posuit, gratissimo munere in defunctos, & præsentibus doloris socius. Sed Germanicus cedentem in auia Arminium secutus, eundemque per Cæcinam a Germanis fere circumuentum ad Amisiam fudit, licet victoria cruenta. 3)

§. XXI. Post hæc, Germanici potentiam metuens Tiberius, eundem vt ea specie suetis legionibus abstraheret, ad bellum Armenicum euocabat. Hic vero victoriæ celerandæ intentior, ad Visurgim cum Arminio conflixit, quem victoria haut cruenta vicit, atque de armis deuictorum congeriem armorum struxit. Nouam contra Inguiomarum ad Albim victoriam obtinuit Germanicus, & laudatis pro concione victoribus, iterum congeriem armorum struxit, superbo cum titulo: DEBELLATIS INTER RHENVM ALBIMQVE NATIONIBVS EXERCITVM TIBERII CAESARIS EA MONIMENTA MARTI ET IOVI ET AVGVSTO SACRAVISSE. 4) Inde Angriuarios ad deditionem coegit, & licet Germanicus, postquam legiones classi impositas per flumen Amisiam, Oceano inuexisset, naufragium fuisset passus, ita, vt debilitatus videretur, nihilominus Cattos Marsosque improuisos inuasit, eosdemque deuicit, propinquo luco aquilam Varianæ legionis defossam recepit, copiasque suas in hyberna duxit. 5) Et licet per annum adhuc apud Germanos commorari vellet, iussu tamen Tiberii, Romam ad futuri anni Consulatum euocatus, ibidemque magno cum honore obuiam ipsi procedente populo Romano, fuit receptus. Hinc Germanicus a. d. VII. Kalendas Iunias A. V. C. DCCLXX. triumphauit de Cheruscis, Cattisque & Angriuariis, quæque aliæ nationes vsque ad Albim colunt: vecta spolia, captiui, simulacra montium, fluminum, prœliorum: Ante currum triumphalem captiui ducebantur, Arminii vxor, Thusnelda, cum filio Thumelico trienni in captiuitate nato, Sigismundus, Segestis & Sisithacus Segimeri, Cheruscorum Principum, filii, ipsius vxor Rhamis, Acrumeri, Cattorum Principis, filia, Theudorix, Sicambrorum princeps & Libys Cattorum sacerdos, aliique ex deuictis deuastatisque Germaniæ populis. 6) Bellum vero Germani-

1) vulgo Marpurgum dicunt, potissimum CLVVERVS *lib. III. cap. VII. pag. 25.* Adsentitur CELLARIVS *Not. Orb. ant. lib. II. cap. V. pag. 474.* licet contradicat MENSO ALTINGIVS *Not. Germ. Infer. P. I. pag. 122.* idque potius in Wetterauia quærat. Singularem etiam gentem Mattiacos TACITVS *de M. G. c. XXIX.* refert.

2) Verba sunt TACITI *Ann. I. cap. LV. LVI.* SCHATENIVS *Hist. Westphal. lib. II. p. 76.*

3) TACITVS *Ann. II. c. LIV. & sqq.* SCHATENIVS *Hist. Westphal. lib. II. p. 27.*

4) TACITVS *Ann. II. cap. V. ad XXII.* SCHATENIVS *lib. II. pag. 88.* Hinc etiam nummus reperitur Germanici Cæsaris, cum inscriptione: SIGNIS RECEPTIS DEVICTIS GERMANIS.

5) TACITVS *lib. II. cap. XXIII. sqq.*

6) STRABO *lib. VII. pag. 292.* Ἔτισαν δὲ δίκας ἅπαντες, καὶ παρέσχον τῷ νεωτέρῳ Γερμανικῷ λαμπρότατον θρίαμβον, ἐν ᾧ ἐθριαμβεύθη τῶν ἐπιφανεστάτων ἀνδρῶν σώματα καὶ γυναικῶν, Σεγιμοῦντός τε καὶ Σεγέστου υἱός, Χηρούσκων ἡγεμών, καὶ ἀδελφὴ αὐτοῦ, γυνὴ δ' Ἀρμενίου τοῦ πολεμαρχήσαντος ἐν τοῖς Χηρούσκοις ἐν τῇ πρὸς Οὔαρον Κουιντίλιον παρασπονδήσει, καὶ ἔτι συνέχοντος τὸν πόλεμον, ὄνομα Θουσνέλδα, καὶ υἱὸς τριετὴς Θουμέλικος· ἔτι δὲ Σεσίθακος Σεγιμήρου υἱὸς τῶν Χηρούσκων ἡγεμόνος· καὶ ἡ γυνὴ τούτου Ῥαμὶς Οὐκρομίρου θυγάτηρ ἡγεμόνος Βαττῶν, καὶ Δευδόριξ Βαιτόριγος τοῦ Μέλωνος ἀδελφοῦ υἱὸς Σούγαμβρος. Σεγέστης δὲ ὁ πενθερὸς τοῦ Ἀρμενίου καὶ ἐξ ἀρχῆς διέστη πρὸς τὴν γνώμην αὐτοῦ, καὶ λαβὼν καιρὸν ηὐτομόλησε, καὶ τῷ θριάμβῳ παρῆν τῶν φιλτάτων, ἐν τιμῇ ἀγόμενος· ἐπόμπευσε δὲ καὶ Λίβης τῶν Χάττων ἱερεὺς καὶ ἄλλα δὲ σώματα ἐπομπεύθη ἐκ τῶν πεπορθημένων ἐθνῶν, Καθύλκων καὶ Ἀμψανῶν, Βουκτέρων, Νουσιπῶν, Χηρούσκων, Χάττων, Χαττουαρίων, Λάνδων, Σουβαττίων. *Ramas ta-*

I 3 men

manicum, quia conficere prohibitus fuerat Germanicus, pro confecto accipiebatur. 7) Ipse Germanicus postea in Orientem missus, non sine suspicione veneni fuit defunctus, Antiochiæ sepultus, ipsique diuersis in locis, etiam apud ripam Rheni arcus positi, cum inscriptione rerum gestarum. 8)

§. XXII. Vacui igitur per Germanici discessum, externo metu Germani, arma in se vertebant. Aemuli erant Maroboduus atque Arminius. Illum regis nomen inuisum apud populares, Arminium pro libertate bellantem fauor habebat. Igitur non modo Cherusci sociique eorum, vetus Arminii miles, sumpsere bellum: sed a regno etiam Marobodui Sueuæ gentes, Semnones, ac Longobardi, defecere ad eum. Quibus additis præpollebant, ni Inguiomerus cum manu clientum ad Maroboduum perfugisset. Castra castris opponebantur, dum ventum ad pugnam, non alias maiore mole concursum, dum Germani signa sequi longa cum Romanis militia iamdum fuissent edocti, 9) neque ambiguo magis euentu, fusis vtrinque dextris cornibus. Sperabaturque rursum pugna, ni Maroboduus castra in colles subduxisset. Id signum perculsi fuit: & transfugis paullatim nudatus, in Marcomannos concessit, misitque legatos ad Tiberium, oraturos auxilia. Responsum est, non iure eum aduersus Cheruscos arma Romana inuocare, qui pugnantes in eundem hostem Romanos nulla ope iuuisset. Missus tamen Drusus, Tiberii filius. 10) Hic vero haut leue decus quærebat inliciens Germanos ad discordias; vtque fracto iam Maroboduo, vsque in exilium insisteretur. Erat inter Gotones nobilis iuuenis nomine Catualda, 11) profugus olim vi Marobodui, & tunc, dubiis rebus eius, vltionem ausus. Is valida manu fines Marcomannorum ingreditur, corruptisque primoribus, fines Marcomannorum, regiamque deprædatur. Maroboduo vndique deserto, non aliud subsidium quam misericordia Cæsaris fuit, a quo etiam postquam Senatui ipsius potentiam exposuisset, 12) receptus & quidem Rauennæ habitus, si quando insolescerent Sueui, quasi rediturus in regnum ostentabatur. 13) Sed non excessit Italia per duodeuiginti annos, consenuitque multum imminuta claritate ob nimiam viuendi cupidinem. Idem Catualdæ casus, neque aliud perfugium. Pulsus haud multo post Hermundurorum opibus, & Vibilio duce; receptusque, forum Iulium Narbonensis Galliæ coloniam mittitur. Germani vtrumque comitati, ne quietas prouincias immixti turbarent, Danubium vltra inter flumina Marum & Cusum locantur, dato rege Vannio gentis Quadorum. 14) Hinc Adgandesterius litteris ad Senatum datis, mortem Arminii promittebat, si patrandæ neci venenum mitteretur: responsum tamen, non fraude neque occultis, sed palam & armatum populum Romanum hostes suos vlcisci. Cæterum Arminius abscedentibus Romanis, & pulso Maroboduo regnum adfectans, libertatem popularium aduersam habuit: petitusque armis, cum varia fortuna certaret, anno ætatis trigesimo septimo dolo propinquorum cecidit. 15) Ipsius tamen memoria apud Germanos sub Irmensula fuit culta, 16) ipse quoque Romanis laudatus. 17) Monstratus

men vniuersi dederunt ac Germanico iuniori pulcherrimam triumphi materiam, in quo is illustrissimus viros ac feminas duxit: de quibus Semiguntus, & Segesti filius Cheruscorum, dux sororque eius: & vxor Arminii qui belli dux fuerat, Cheruscis, cum violatis pactis, Varum Quintilium inuaderent, atque etiamnum bellum fouet, nomine Thusnelda, ac filius tres annos natus Thumelicus: nec non Sesithacus Aegimeri F. Cheruscorum ducis, eiusque vxor Rhamis, Veromeri filia Chattorum ducis, & Deodorix Barotitis filius, qui frater erat Mellonis, Sicamber. Aegestes autem Arminii socer, cum initio sententia generi restitisset, capto tempore ad Romanos transfugerat, tumque triumphum, in quo ducerentur ei charissima, in honore ipse habitus a Romanis spectauit: ductus est in pompa etiam Libys Chattorum sacerdos, aliique multi mortales ex deuastatis populis, Cathilis, Ampsanis, Bucteris, Nusipis, Cheruscis, Chattis, Chattuariis, Landis, Subattiis.

7) Verba sunt TACITI *Ann. II. cap. XLI.* Videntur itaque post hæc Germani Gallias deuastasse, dum SVETONIVS Tiberium *cap. XLI.* inculpat, quod Gallias a Germanis vastari neglexerit, magno dedecore imperii, nec minori discrimine.

8) TACITVS *lib. II. cap. LXXXIII. arcus additi Romæ, & apud ripam Rheni, & in monte Syriæ Amano, cum inscriptione rerum gestarum, ac mortem ob rem publicam obiisse. Sepulchrum Antiochiæ, vbi crematus tribunal Epidaphnæ, quo in loco vitam finierat. Statuarum, locorumue, in quis coleretur, haud facile quis numerum inierit.*

9) TACITVS Ann. II. cap. XLV. *diriguntur acies pari vtrimque spe, nec, vt olim apud Germanos, vagis incursibus, aut disiectas per cateruas: quippe longa aduersus nos militia insueuerant sequi signa, subsidiis firmari, dicta imperatorum accipere.*

10) TACITVS *Ann. II. c. XLVI.*

11) *Cattenwald*, vel *Gothenwald.* HANCKIVS *de Silesiorum Maioribus cap. XVI. §. XXVI.*

12) TACITVS Ann. II. cap. LXIII. *Cæterum apud Senatum disseruit: non Philippum Atheniensibus, non Pyrrhum aut Antiochum populo Romano perinde metuendos fuisse. Extat oratio, qua magnitudinem viri, violentiam subiectarum ei gentium, & quam propinquus Italiæ hostis, suaque in destruendo consilia, extulit.*

13) TACITVS *Ann. II. cap. LXII. LXIII.* SVETONIVS vero *Tiberio cap. XXXVII.* Maroboduum inter eos reges refert, quos per blanditias atque promissa extractos ad se, non remiserit. Marobodui gesta etiam vberius descripsit MART. HANCKIVS *de Siles. Maioribus cap. XVI. §. VIII.*

14) TACITVS *Ann. II. cap. LXIII. XII. cap. XXIX.* Adde HANCKIVM *cit. loc. §. XXIX. seq.* Huius Vannii gesta, fata, regnum in antiqua Silesia singulari tractatu exposuit FRIDERICVS WILH. SOMMERVS *in Regno Vanniano.*

15) TACITVS *Ann. II. c. LXXXVIII.*

16) Vide supra *Prolegomena sect. II. §. XIV.*

17) TACITVS cit. loc. *liberator haud dubie Germaniæ, & qui non primordia populi Romani sicut alii reges ducesque, sed florentissimum Imperium lacesserit: prœliis ambiguus, bello non victus septem & triginta annos vitæ, duodecim potentiæ expleuit: caniturque adhuc barbaras apud gentes, Græcorum annalibus ignotus, qui sua tantum mirantur: Romanis haud perinde celebris, dum vetera extollimus, recentium incuriosi.*

ftruitur hodiedum haud procul Ludæ oppido, in comitatu Pyrmontano in diœcefi Paderbornenfi in edito abruptoque monte Harmesburgum, quam Arminii fedem gentilitiam fuiffe volunt. 18)

§. XXIII. Tiberii fucceffor Caligula, bellum contra Germanos fufcepit, & ingreffus Sueuiam, nihil ftrenue fecit, 19) nihilominus Gallos quosdam feligebat, vt de Germanis quafi deuictis triumpharet. 20) Sub Claudio Imperatore, Sulpicius Galba Cattos, P. Gabinius Marfos 21) Chaucos 22) deuicit. Sub eodem Cherufcorum gens regem Roma petebat, amiffis per interna bella nobilibus. Dabatur illis qui vnus ex ftirpe regia reliquus, qui apud vrbem habebatur, nomine Italus, Flauii filius: inde difcordiæ. Erant enim, qui, quod Romæ effet educatus, adimi veterem Germaniæ libertatem dicerent, & Romanas opes infurgere, copias itaque cogebant. Sed magno inter barbaros prœlio victor rex; dehinc fecunda fortuna ad fuperbiam prolapfus, pulfusque ac rurfus Longobardorum opibus refectus, per læta, per aduerfa res Cherufcas adflictabat. 23) Sic Chaucos etiam atque Frifios repreffit Corbulo, a Tiberio tamen reuocatus. 24) L. Pomponius Cattos Galliam Belgicam inuadentes deuicit. 25) Circa eadem tempora, A. C. 50. Claudii coniux Agrippina in memoriam Germanici patris & Drufi aui, coloniam Romanam in vrbem Vbiorum duxit, 26) quæ iuris Italici facta, 27) atque hodiedum celebratur. Poft Vannius, Sueuis a Drufo Cæfare Rex impofitus, regno pellebatur, quod Vangio ac Sido ipfius fororis filii inter fe partiuerunt. 28)

§. XXIV. Nero Cæfar Frifios atque Anfibarios compefcuit. 29) Hoc etiam imperante, inter Hermunduros Cattosque certatum magno prœlio, dum flumen gignendo fale fœcundum & conterminum vi trahebant. Sed bellum Hermunduris profperum, Cattis fuit exitiofius. 30) Poft Neronis mortem, occafione ciuilium armorum apud Romanos arma mouebant Germani. 31) Bataui, donec trans Rhenum agebant, pars Cattorum, feditione domeftica pulfi, extrema Gallicæ oræ vacua cultoribus, fimulque infulam inter vada fitam occupauere, quam mare Oceanum a fronte, Rhenus amnis tergum ac latera circumluit, inde Romanis accefferant. Hos cum Romanorum miniftri luxu atque auaritia onerarent, anfam hoc dedit Claudio Ciuili e regia ftirpe, vt primoribus gentis, & promptiffimis vulgi, fpecie epularum facrum in nemus vocatis, vbi nocte ac lætitia incaluiffe videret, iniurias & raptus & cætera feruitii mala enumerat. Magno cum adfenfu auditus, barbaro ritu, & patriis exfecrationibus vniuerfos adigit. Miffi ad finitimos Caninefates, qui confilia fociarent. His igitur atque Frifiis accitis, duarum cohortium hyberna proxima Oceano, irrumpit, capta etiam & direpta caftra, naues etiam Romanorum captæ. 32) Hinc Gallias Germaniasque Ciuilis concitat, iunguntur Bructeri, Tencterique, Vbiique, & excita nuntiis Germania ad prædam famamque. 33) Horum auxilio fuffultus caftra Romanorum oppugnat, eosdemque deuincit. Aft victus demum Ciuilis cum Tutore & Clafsico, qui ipfi accefferant, per Petilium Cerealem fub Vefpafiano, 34) ita vt pacem cum Romanis facere, adigeretur. 35)

§. XXV.

18) FERDINANDVS FÜRSTENBERG *Monument. Paderborn. pag. 30.* PIDERITIVS *Chron. Lipp. pag. 2.* WINCKELMANNVS *not. Vet. Weftphal. lib. I. cap. VIII.* SCHATEN *Hift. Weftphal. lib. II. p. 95.*

19) Verba funt EVTROPII *lib. VII. cap. VII.* TACITVS *de M. G. cap. XXXVII. mox ingentes C. Cæfaris minæ in ludibrium verfæ.* SVETONIVS *Caio cap. XLV.*

20) SVETONIVS Caio XLVII. *conuerfus hinc ad curam triumphi, præter captiuos, & transfugas, barbaros, Galliarum quoque proceriffimum quemque, & vt ipfe dicebat, ἀξιοθριάμβευτον, ac nonnullos ex principibus, legit, ac fepofuit ad pompam, coegitque non tantum rutilare, & fubmittere comam: fed & fermonem Germanicum addifcere, & nomina barbarica ferre.* Eundem adparatum defcribit PERSIVS *Sat. VI. v. 43.*

21) DIO *lib. LX. pag. 670.* καί τοι καὶ τούτῳ τῷ ἔτει ὅ τε Γάλβας ὁ Σουλπίκιος Χάττους ἐκράτησε, καὶ Πούπλιος Γαβίνιος Μαυρουσίους νικήσας, τά τε ἄλλα ηὐδοκίμησε, καὶ αἰετὸν στρατιωτικὸν (ὃς μόνος ἔτι παρ' αὐτοῖς ἐκ τῆς τοῦ Οὐάρου συμφορᾶς ἦν) ἐκομίσατο, ὡς καὶ ἀληθὲς ὄνομα αὐτοκράτορος ἀπ' ἀμφοτέρων σφῶν τὸν Κλαύδιον λαβεῖν. *Eodem anno Sulpicius Galba Chattos vicit, ac P. Gabinius Maurufios: qui inter alia, quæ laudi ipfi effent, militarem aquilam, quæ fola a clade Variana adhuc fupererat, recuperauit, quibus vtrisque verum imperatoris nomen Claudio partum eft.*

22) Dio fupra Maurufios nominat, qui tamen Africæ populus, legendum itaque potius Chaucos, de quibus SVETONIVS *Claudio* cap. XXIV. *Gabinio fecundo, Chaucis, gente Germanica, fuperatis, Chaucius cognomen vfurpare concesfit.*

23) TACITVS *Ann. XI. c. XVI. XVII. XVIII.*

24) TACITVS *Ann. XI. cap. XIX. XX.* DIO CASSIVS *lib. LX. p. 685.*

25) TACITVS *Ann. XII. c. XXVII. XXVIII.*

26) TACITVS Ann. XII. cap. XXVII. *Sed Agrippina, quo vim fuam fociis quoque nationibus oftentaret, in oppidum Vbiorum, in quo genita erat, veteranos, coloniamque deduci impetrat, cui nomen inditum ex vocabulo ipfius.*

27) PAVLVS Iureconfultus l. 2. §. 2. de Cenfibus. *In Germania inferiore Agrippinenfes iuris Italici funt.* Adde STEPH. BROELMANNVM & AEGIDIVM GELENIVM de hac Ciuitate.

28) TACITVS *Ann. XII. c. XXIX.*

29) TACITVS *Ann. XIII. c. LV. LVI.* MENSO ALTINGIVS *Germ. infer. P. I. Tab. II. pag. 6.* Anfiuarios dictos putat, quafi *Emsbauern.*

30) TACITVS *Ann. XIII. c. LVII.*

31) TACITVS de M. G. cap. XXXVII. *occafione difcordiæ noftræ & ciuilium armorum, expugnatis legionum hibernis, etiam Gallias affectauere.*

32) TACITVS *IV. Hift. c. XII. ad XVI.*

33) TACITVS *IV. Hift. c. XXI.*

34) TACITVS *IV. Hift. c. LXVIII. fqq.* SCHATEN *Hift. Weftphal. lib. II. p. 110. fqq.*

35) TACITVS *Hift. V. c. XXV.* OTTO VENIVS infignis pictor Belga, Batauorum cum Romanis bellum a Cornelio Tacito defcriptum, figuris æneis expresfit, *Antwerpiæ 1612.*

§. XXV. Domitianus in Cattos expeditionem suscepit, de iisdemque quasi deuictis triumphum egit. 36) Sed derisui fuisse falsum e Germania triumphum, emptis per commercia, quorum habitus & crines in captiuorum formam efformarentur, auctor est TACITVS. 37) Eiusdem temporibus, Chariomerus, Cheruscorum Rex a Cattis fugatus, Domitianum supplex adiit, verum, non nisi pecuniam accepit. 38) Licet postmodum Catti a Cheruscis fuissent deuicti. Sic etiam Masyas Rex Semnonum, & Ganna virgo fatidica Domitianum adierunt & honorifice ab eodem tractati Romam redierunt. 39) Sueui etiam cum Iazygibus bella gerentes, a Domitiano auxilia impetrarunt. 40) Idem Imp. contra Marcomannos & Quados, eo quod Dacorum Regi Decebalo in auxiliis essent, ex Pannonia bellum intulit, sed ab iisdem fuit victus. 41) Nerua tamen Imp. Germanos deuicit, inde Germanici nomen adeptus. 42) Sub eodem Imp. Vestricio Spurinnæ triumphalis statua a Senatu fuit decreta, eo quod Bructerorum regem vi & armis induxerat in regnum & ferocissimam gentem terrore perdomuerat. 43) Inde Chamaui atque Angriuarii vicinarum consensu nationum, Bructeros deuicerunt & cæsis illorum LX. millibus illam gentem fere exciderunt. 44) Traianus a Nerua adoptatus, imperium apud Coloniam Agrippinam suscepit, 45) vrbes cis Rhenum in Germania reparauit. 46) Hadrianus Imp. Germanis regem constituit, 47) licet incertum, cui genti, Iuuauiam etiam coloniam Romanam duxit, ex qua Salisburgensis vrbs fuit enata, 48) Antoninus Imp. præter alias gentes, Germanos quoque contudit per præsides atque legatos, 49) Quadis Regem dedit. 50)

§. XXVI. M. Aurelius Philosophus Cattos in Rhætiam irrumpentes per Aufidium Victorinum deuicit, 51) Chaucos per Didium Iulianum. 52) Potissimum inter ipsius bella erat Marcomannium, dum gentes omnes ab Illyrici limite, vsque in Galliam, atque ex Germanis Marcomanni, Narisci, Hermunduri, Quadi, Sueui, contra Romanos conspirarent, 53) & Aquileiam vsque procederent. Verum, dum M. Aurelius cum L. Vero Collega

36) SVETONIVS *Domitiano cap. VI. Expeditionem partim sponte suscepit, partim necessario. Sponte in Cattos, necessario vnam in Sarmatas.* DIO CASSIVS *lib. LXVII. pag. 760.* ἐκστρατεύσας δὲ ἐς τὴν Γερμανίαν, καὶ μηδ' ἑωρακώς που πόλεμον, ἐπανῆκε, *Domitianus profectus in Germaniam cum exercitu, hoste nusquam viso, reuertit.* Hinc etiam nummum cudi fecit cum inscriptione: GERMANIA CAPTA, & Germanicus voluit adpellari. Eius etiam fictam de Germanis victoriam cecinerunt SILIVS ITALICVS *lib. III. v. 607.* STATIVS *Syluarum lib. I. s. I. c. 5.*

37) *Agricola cap. XXXIX.* SCHATEN *Hist. Westphal. lib. II. pag. 126.*

38) DIO CASSIVS *lib. LXVII. pag. 760.* Χαριόμηρος δὲ ὁ τῶν Χερούσκων βασιλεὺς, ὑπὸ Χάττων ἐκ τῆς ἀρχῆς διὰ τὴν πρὸς Ῥωμαίους φιλίαν ἐκπεσὼν, τὸ μὲν πρῶτον ἑταίρους τινὰς παρέλαβε, καὶ κρείττων ἐν τῇ καθόδῳ ἐγένετο. ἔπειτα ἐγκαταλειφθεὶς ὑπ' αὐτῶν, ἐπειδὴ ὁμήρους τοῖς Ῥωμαίοις ἔπεμψε, καὶ τὸν Δομιτιανὸν ἱκέτευσε· καὶ συμμαχίας μὲν οὐκ ἔτυχε, χρήματα δὲ ἔλαβε. *Chariomerus autem, rex Cheruscorum, a Chattis imperio suo propter amicitiam, quam cum Romanis colebat, eiectus; primum socios sibi quosdam adiunxit, & in recuperando regno superior euasit. Postea desertus ab eis, quum Romanis obsides misisset, ac Domitianum supplex orasset, non impetratis auxiliis, pecuniam tamen accepit.*

39) DIONIS Excerpta *p. 761.*

40) *cit. loc.*

41) DIONIS *Excerpta p. 762.* ὁ αὐτὸς Δομιτιανὸς ἡττηθεὶς ὑπὸ Μαρκομάνων, καὶ φυγὼν, *Idem Domitianus a Marcomannis victus & in fugam coniectus.* Adde STATIVM *Sylu. lib. III. v. 168.* MARTIALEM *lib. VII. Ep. VII.*

42) PLINIVS *Panegyrico cap. IX.* de Nerua: *eidem cum Germaniæ præsideret, Germanici nomen hinc missum.*

43) PLINIVS lib. II. ep. VII. *heri a Senatu, Vestricio Spurinna, Principe autore, triumphalis statua decreta est: non ita, vt multis, qui nunquam castra viderunt, nunquam denique tubarum sonum, nisi in spectaculis audierunt: verum vt illis, qui decus istud sudore, & sanguine, & factis, assequebantur. Nam Spurinna Bructerorum regem vi & armis induxit in regnum; ostentatoque bello, ferocissimam gentem (quod est pulcherrimum victoriæ genus) terrore perdomuit.* Plinius equidem Principem haut nominat, quo auctore hoc fuerit factum, verum, dum ferocissima adhuc gens dicatur, facile patet, ante Traiani tempora hoc esse intelligendum.

44) TACITVS de Mor. Germ. cap. XXXIII. *iuxta Tencteros Bructeri olim occurrebant: nunc Chamauos & Angriuarios immigrasse narratur, pulsis Bructeris ac penitus excisis vicinarum consensu nationum, seu superbiæ odio, seu prædæ dulcedine, seu fauore quodam erga nos Deorum. Nam ne spectaculo quidem prœlii inuidere. Super LX. millia non armis telisque Romanis, sed quod magnificentius est, oblectatione oculisque ceciderunt.* Tacitus equidem penitus excisos dicit Bructeros, cum tamen inter illas gentes, e quibus Franci fuerunt enati, iterum memorentur. Vide infra *Period. III. §. XVIII.*

45) VICTOR Iunior Traiano: *hic imperium apud Agrippinam, nobilem Galliæ coloniam suscepit.* PAVLVS OROSIVS lib. VII. cap. XII. *apud Agrippinam, Galliæ vrbem insignia sumsit Imperii.* AELIVS SPARTIANVS *vita Hadriani cap. II.* Licet HENRICVS DODWELLVS *ad h. l.* contrarium adserat.

46) EVTROPIVS *lib. VIII.* Cum a. 1553. Darmstadti turris antiqua destrueretur, nummi Traiani reperiebantur, inde coniectura, quod olim *Traiani Stadt* fuerit dicta. WINCKELMANN *Beschreib. Hessen P. II. c. II. p. 101.*

47) SPARTIANVS *Hadriano cap. XII. Germanis regem constituit.*

48) Quæ ideo etiam Hadriana vetus fuit adpellata, IOS. METZGER *Hist. Salisb. lib. I. c. XVII.* FRANC. DÜCKHERR *Saltzburg. Chronic p. 6.*

49) IVL. CAPITOLINVS *in Vita c. V.* SCHATENIVS *Westphal. lib. II. p. 134.*

50) SPANHEMIVS *de vsu & præstantia Numism. Tom. I. diss. XIII.* nummum exhibet cum epigraphe REX QVADIS DATVS.

51) IVLIVS CAPITOLINVS *Marco c. VIII.*

52) AEL. SPARTIANVS *vita Iuliani cap. I.*

53) Gentes contra Romanos conspirantes recenset IVLIANVS CAPITOLINVS vita Marci cap. XXII. *Gentes omnes, ab Illyrici limite vsque in Galliam, conspirauerunt, vt Marcomanni, Narisci, Hermunduri, & Quadi, Sueui, Sarmatæ, Latringes & Buri: hi, aliique, cum Victoualis, Sosibes, Sicobotes, Rhoxolani, Bastarnæ, Alani, Peucini, Costobaci.* AMMIANVS MARCELLINVS lib. XXXI. cap. V. *Marco itidem moderante Imperium, vnum spirando vesania gentium dissonarum, post bellorum fragi-*

lega A. C. 166. obuiam iisdem venisset, plerique se retraxerunt, atque tumultus auctores interemerunt, Quadi etiam amisso Rege suo, non prius se confirmaturos illum, qui erat creatus, dicebant, quam id Romanorum placuisset Imperatoribus. 54) Interim Germani vsque in Italiam venerunt, quibus Marcus occurrit, Pompeiano atque Pertinace legatis exercitus factis, idemque Germanos deuicit, atque inter ipsorum cadauera, corpora mulierum armata fuerunt reperta, 55) ipse vero exinde Germanicus fuit adpellatus. 56) Postquam vero M. Aurelius Marcomannos, qui antea Marcum Vindicem præfectum, qui ipsis fuerat oppositus, interfecissent, 57) deuicisset, 58) cum Quadis ipsi adhuc A. C. 174. bellum erat, quod tamen magna non solum virtute, sed etiam felicitate transegit. Cum enim interclusus esset cum exercitu a Quadis in locis opportunis, hi etiam prœlium differrent, sperantes eos calore ac siti perituros, quos circum occupatis locis omnibus, dum multo plures essent, sic concluserant, vt aquam habere nullo pacto possent. Quumque Romani in tantas difficultates incurrissent, vt morbo, vulneribus, ardore solis ac siti vexarentur, nec ob eas res pugnare possent, aut alio secedere, sed in acie stantes, atque iis in locis constituti arderent: multæ nubes derepente ita coactæ sunt, vt maximus imber ceciderit, 59) licet de fulminibus & tonitru, quæ insimul in hostes fuerint iacta, omnia sint incerta. 60) Hæc vel precibus propriis vel legionis Christianæ, quæ in exercitu M. Aurelii, 61) indeque fulminatrix fuerit adpellata, quod tamen nomen iam Augusti ætate fuit notum,

fragores immensos &c. Diuersas gentes, quia a Romanis non receptæ, bellum ipsis intulisse, testatur IVLIVS CAPITOLINVS Marco cap. XIV. *profecti itaque sunt paludati ambo Imperatores. Victoualis & Marcomannis cuncta turbantibus: aliis etiam gentibus, quæ pulsæ a superioribus Barbaris fugerunt, nisi reciperentur bellum inferentibus.* Huc facit etiam oraculum apud LVCIANVM *Pseudomantia Opp. Tom. I. p. 775.*

54) IVL. CAPITOLINVS *Marco c. XIV.* Quare etiam M. Aurelius Ariogæsum Regem, quem auctoritate propria ipsi sibi constituerant, confirmare noluit. DIO CASSIVS p. 808.

55) DIO CASSIVS *lib. LXXI. pag. 802.* πολλοὶ δὲ καὶ τῶν ὑπὲρ τὸν Ῥῆνον Κελτῶν μέχρι τῆς Ἰταλίας ἤλασαν, καὶ πολλὰ ἔδρασαν ἐς τοὺς Ῥωμαίους δεινά· οἷς ὁ Μάρκος ἀντεπιὼν, Πομπηϊανόν τε καὶ Περτίνακα τοὺς ὑποστρατήγους ἀντικαθίστη. καὶ ἠρίστευσεν ὁ Περτίναξ, ὅστις καὶ ὕστερον αὐτοκράτωρ ἐγένετο. ἐν μέντοι τοῖς νεκροῖς τῶν βαρβάρων, καὶ γυναικῶν σώματα ὡπλισμένα εὑρέθη, *eodem tempore Germani, qui trans Rhenum incolunt, venere vsque in Italiam, attulereque Romanis maxima ac grauissima incommoda: quibus Marcus occurrit, Pompeiano atque Pertinace legatis exercitus factis. Quo in bello optime se gessit Pertinax, qui postea imperator factus est. Inter cadauera barbarorum, corpora mulierum armata reperta sunt.*

56) Sic enim sæpius in nummis, in quibus etiam Inscriptiones occurrunt, GERMANIA SVBACTA, VICTORIA GERMANICA, *de Germanis* vide IO. VAILLANT *de Nummis Impp. Tom. I. p. 82. Tom. II. p. 176.*

57) DIO CASSIVS *lib. LXXI. pag. 803.* τῶν δὲ Μαρκομάνων εὐτυχησάντων ἔν τινι μάχῃ, καὶ τὸν Οὐίνδικα τὸν Μᾶρκον ἔπαρχον ὄντα ἀποκτεινάντων, τούτῳ μὲν τρεῖς ἀνδριάντας ἔστησε· κρατήσας δὲ αὐτῶν Γερμανικὸς ὠνομάσθη· Γερμανοὺς γὰρ τοὺς ἐν τοῖς ἄνω χωρίοις οἰκοῦντας ὀνομάζομεν. *Quum autem Marcomannis in aliquo prælio bene successisset, ab iisque Marcus Vindex præfectus interfectus esset, tres ei statuas posuit: illis vero superatis, Germanicus appellatus est. Germanos enim eos, qui in superioribus locis habitant, appellamus.*

58) IVLIVS CAPITOLINVS in vita c. XVII. *contra Germanos res feliciter gessit. Specialiter ipse bellum Marcomannicum, sed quantum nulla vnquam victoria fuit, tum virtute, tum etiam fælicitate transegit, & eo quidem tempore, quo pestilentia grauis multa millia & popularium & militum interemerat.*

59) Hæc XIPHILINVS ex Dione *lib. LXXI. pag. 805.* ita refert.

60) Hoc narrat XIPHILINVS pag. 806. Sic etiam IVLIVS CAPITOLINVS in ipsius vita cap. XXIV. *fulmen de cælo precibus suis contra hostium machinamentum extorsit, suis pluuia impetrata, quum siti laborarent.* CLAVDIANVS de Consulatu Honorii VI. v. 342. sqq.

Laus ibi nulla ducum: nam flammeus imber in hostem
decidit: hunc dorso trepidum flammante ferebat
Ambustus sonipes: hic tabescente solutus
subsidit galea, liquefactaque fulgure cuspis
canduit, & subitis fluxere vaporibus enses.
Tum contenta polo, mortalis nescia teli
pugna fuit.

THEMISTIVS quoque *Or. XV.* de virtute regia ad Theodosium, idem Marci precibus tribuit. Verum, reliqui scriptores, potissimum Christiani, imbres saltim memorant, nihil de fulmine. TERTVLLIANVS *cap. IV.* nihil de fulmine, saltim ait: *Marcus quoque Aurelius in Germanica expeditione Christianorum militum orationibus ad Deum factis, imbres in siti illa impetrauit.* Et *Apologetico* cap. V. *edite aliquem debellatorem Christianorum. At nos contrario edimus protectorem, si litteræ Marci Aurelii, grauissimi imperatoris, requirantur, quibus illam Germanicam sitim Christianorum forte militum precationibus impetrato, imbri discussam contestatur.* PAVLVS OROSIVS lib. VII. cap. XV. *Exstare etiam apud plerosque dicuntur litteræ imperatoris Antonini, vbi, inuocatione nominis Christiani per milites Christianos, & sitim illam depulsam, & collatam fatetur fuisse victoriam.* Mentionem igitur Tertullianus & Orosius faciunt litterarum M. Aurelii, quas tamen ipsi non viderunt. Extat quidem M. Aurelii epistola de hoc miraculo Iustini Martyris Apologiæ adnexa, an vero ista sit genuina, merito dubitauit IOS. SCALIGER *Animadu. ad Eusebium pag. 222.* Adde SALMASIVM *ad Capitolini Marcum c. XXII.* TILLEMONT sub M. Aureliano. DAN. LARROQVANVS igitur singulari dissertatione *de miraculo legioni fulminatrici perperam adscripto*, quæ accessit MATTHAEI LARROQVANI *Aduersariis sacris*, hoc plane pro Miraculo non habet. HERMANNVS WITSIVS vero *de Legione fulminatrice Christianorum* sub M. Aurelio, pro miraculo venditat, quem defendit IO. FRICKIVS.

61) XIPHILINVS *cit. loc.* τάγμα ἐν τῷ Μάρκῳ (καλοῦσι δὲ τὸ τάγμα οἱ Ῥωμαῖοι λεγεῶνα) τῶν ἀπὸ Μελιτηνῆς στρατιωτῶν. εἰσὶ δὲ τὸν Χριστὸν πρεσβεύοντες ἅπαντες. ἐν οὖν τῇ μάχῃ ἐκείνῃ προσιόντα τῷ Μάρκῳ τὸν ἔπαρχον, ἀμηχανοῦντι πρὸς τὴν περίστασιν, καὶ δεδιότι περὶ σύμπαντι τῷ στρατῷ, εἰπεῖν λέγεται, ὡς οἱ καλούμενοι Χριστιανοὶ οὐκ ἔστιν ὅ τι μὴ δύνανται ταῖς εὐχαῖς, καὶ ὅτι παρὰ σφίσι τάγμα ὅλον τυγχάνει ἐκ τούτου τοῦ γένους. τὸν δὲ Μάρκον ἀκούσαντα, παρακαλέσαι χρήσασθαι πρὸς αὐτοὺς, ὡς ἂν εὔξωνται τῷ σφετέρῳ Θεῷ. εὐξαμένων δὲ αὐτῶν παραχρῆμα ἐπακούσαντα τὸν Θεὸν, τοὺς μὲν πολεμίους κεραυνῷ βαλεῖν, τοὺς δὲ Ῥωμαίους ὄμβρῳ παραμυθήσασθαι· ἐφ' οἷς καταπλαγέντα τὸν Μάρκον ἰσχυρῶς, τούς τε Χριστιανοὺς κατὰ δόγμα τι-

μῆσαι,

notum, vel artibus Magicis Aegyptii magi Arnuphis 62) impetrata fuisse dicuntur. Romanus igitur exercitus, postquam per imbrem recreatus, M. Aurelius insignem de Quadis obtinuit victoriam, eosdemque & Marcomanos eo adegit, vt per legatos pacem peterent & consequerentur. Itaque multos equos, & multos boues dederunt: & tredecim mille captiuos & plures etiam postea libertati restituerunt. 63) Marcomannis agri partem concessit Imperator, hac conditione, vt ad trigesimum & octauum vsque stadium sedes illorum ab Istro distarent; tum loca quædam ac dies commerciorum adsignauit, facta etiam obsides permutandi potestate. 64) Dum vero ad compescendos Quados viginti militum millia castellis finitimis Imp. imposuisset, hi vero ipsis graues essent, isti ad Sennones tota cum gente sua, mutatis sedibus migrare conabantur. Verum Imp. itinera, quibus transeundum erat, obstruxit, & hoc modo eos impediuit. 65) Superest adhuc Romæ insignis M. Aurel i columna in memoriam Antonini Pii posita, in quo tamen actiones belli, prœlia, loca & arma Germanorum repræsentantur. 66) Tandem, postquam per Paternum Germanos

manos

μένοις, καὶ τὸν λεγεῶνα κεραυνοβόλον προσαγορεῦσαι. λέγεται δὲ καὶ ἐπιστολή τις περὶ τούτων εἶναι τοῦ Μάρκου. ἀλλ' οἱ μὲν Ἕλληνες, ὅτι μὲν τὸ τάγμα κεραυνοβόλον λέγεται, ἴσασι καὶ αὐτοὶ μαρτυροῦσι, τὴν δὲ αἰτίαν τῆς προσηγορίας ἥκιστα λέγουσι. *Quum Marcus legionem vnam haberet ex militibus Melitenis, (hi omnes Christum colunt) ad eum præfectus prætorianorum venit, nescientem in illo prœlio, quid consilii caperet, timentemque toti exercitui, eique fertur dixisse; nihil esse, quod ii, qui Christiani nominantur, precibus impetrare non possint: esseque legionem vnam in exercitu hominum huius generis. Qua re cognita, Marcum ab eis petiisse, vt Deo suo supplicarent. Quod quum fecissent, Deum eos exaudisse subito, percussisseque hostes fulmine, ac Romanos pluuia recreasse. His rebus Marcum vehementer obstupefactum, edicto Christianos affecisse, ipsamque legionem fulminatricem appellasse. Atque his de rebus epistola Marci extare dicitur. Græci quidem sciunt, eam legionem fulminatricem appellari, eiusque rei testes sunt: causam vero, cur ita appellata sit, non dicunt.* Eadem dicit EVSEBIVS, APOLLINAREM secutus, *ad Scapulam, Hist. Eccl. lib. V. c. V.* ex Apollinarii παράδοξον miraculum factum esse dicens, οἰκείαν τῷ γεγονότι πρὸς τοῦ βασιλέως εἰληφέναι προσηγορίαν, κεραυνοβόλον τῇ Ῥωμαίων ἐπικληθεῖσαν φωνῇ, *congruente rei vocabulo Fulminatricem ab imperatore cognominatam esse.* Idem ZONARAS in Marco tradit. Verum, antiquius iamdum tale legioni nomen fuisse, Scriptores & Marmora nos docent. Audiamus DIONEM CASSIVM, qui, dum Augusti legiones recenset, de duodecima *lib. LV. pag. 564.* sic scribit: καὶ τὸ δωδέκατον τὸ ἐν Καππαδοκίᾳ τὸ κεραυνοφόρον, *duodecima in Cappadocia Fulminifera.* Legionis *XII.* Fulmineæ etiam mentionem faciunt Marmora antiqua apud GRVTERVM *pag. 193.* LEG. XII. FVLM. *& pag. 547. n. 6. pag. 567. n. 10.* LEG. XII. FVLMINAT. Hanc etiam a statione, Melitenam fuisse vocatam, docet Notitia Imperii, sub dispositione Ducis Armeniæ ex editione GVID. PANCIROLLI apud GRAEVIVM *Thes. Antiquit. Rom. Tom. VII. p. 173. Præfectura Legionis duodecimæ Fulmineæ, Melitenæ.* Falsum tamen est, quod idem PANCIROLLVS *pag. 1422.* tradit: *hæc legio a Vespasiano instituta, postea Christiana facta, Fulminatrix, imperante M. Antonino est cognominata.* Adde CHRIST. CELLARIVM *de primo Principe Christiano §. XV. sqq.*

62) DIO CASSIVS lib. LXXI. p. 805. καὶ γάρ τοι λόγος ἔχει, Ἀρνοῦφίν τινα μάγον Αἰγύπτιον, συνόντα τῷ Μάρκῳ, ἄλλους τέ τινας δαίμονας, καὶ τὸν Ἑρμῆν τὸν ἀέριον ὅτι μάλιστα μαγγανείαις τισὶν ἐπικαλέσασθαι, καὶ δι' αὐτῶν τὸν ὄμβρον ἐπισπάσασθαι. *Fama est, Arnuphim, magum Aegyptium, qui cum Marco erat, Mercurium præsertim illum, qui est in aëre, aliosque dæmonas quibusdam artibus magicis inuocauisse, ac per eos pluuiam extorsisse.* ANT. PAGI *Critica in Ann. Baronii ad A. C. 174. Tom. I. pag. 168.* adducit nummum argenteum ex gaza regia, in cuius parte postica cernitur Mercurius stans, qui dextra pateram, & sinistra caduceum tenet, cum epigraphe: RELIG. AVG. IMP. VI. COS. III. quem huc refert ALEXANDER DONATVS *de vrbe Roma lib. III. cap. XVI.* ideo Iouis Pluuii imaginem columnæ Marci insculptam fuisse dicit. Chaldæis illud tribuit AELIVS LAMPRIDIVS *Elagabalo cap. IX.* scribens: *Quum Marcomannis bellum inferre vellet, quos Antoninus pulcherrime profligauerat, dictum est a quibusdam, per Chaldaos & magos Antoninum Marcum id egisse, vt Marcomanni S. R. semper deuoti essent atque amici, idque factis carminibus & consecratione: quum quæreret, quæ illa essent, aut vbi essent, suppressum est.* CLAVDIANVS p. 348.

Chaldæa mago seu carmina ritu
armauere deos: seu (quod reor) omne Tonantis
obsequium Marci mores potuere mereri.

Verum, nec ipsum Marcum eiusmodi præstigiis fidem habuisse, eodem teste patet, dum de seipso *lib. I. sect. III.* testatur, se a Diogneto philosophe didicisse, τὸ ἀπιστητικὸν τοῖς ὑπὸ τῶν τερατευομένων καὶ γοήτων περὶ ἐπῳδῶν, καὶ περὶ δαιμόνων ἀποπομπῆς, καὶ τῶν τοιούτων λεγομένοις, *fidem abrogare iis, quæ de incantationibus, dæmonumque præstigiationibus, ac id genus aliis rebus, præstigiatores referunt.*

63) Verba sunt PETRI PATRICII *de Legationibus p. 24.*

64) DIO CASSIVS *p. 808.*

65) DIO CASSIVS *p. 810.*

66) Reperitur hæc columna in campo Martio. Sic enim FRANCISCVS SCHOTTVS *Admirandis vrbis Romæ pag. 259. Forum habuit Antoninus Pius Imp. in campi Martii ea parte, qua vulgo vocatur La piaza di Sciarra.* Scilicet, M. Aurelius hanc columnam in honorem D. Antonini posuerat, sed in ea imagines belli Marcomannici insculpi fecerat, prout ALEXANDER DONATVS *de vrbe Roma lib. III. c. XVI.* testatur, quem sequitur FAM. NARDINVS *lib. VI. cap. IX.* & ROGISSART *Delices de l' Italie Tom. II. pag. 351.* Patet hoc ex eiusdem inscriptione, quam refert RITTRATO *di Roma antica pag. 340.*

M. AVRELIVS IMP.
ARMENIS PARTHIS
GERMANISQ. BELLO
MAXIMO DEVICTIS
TRIVMPHALEM HANC
COLVMNAM REBVS
GESTIS INSIGNEM
IMP. ANTONINO PIO
PATRI DEDICAVIT.

Adparet etiam in nummo hæc columna cum inscriptione DIVO PIO. IOANNES VIGNOLIVS singulari tractatu hanc columnam descripsit *Romæ 1705. 4.* & IO. PETRVS BELLORIVS. Hanc columnam vetustate collapsam Sixtus V. P. M. S. Paulo Apostolo, ænea eius statua inaurata in summo vertice posita a. 1589. fecit restaurari. Vide MISSON *p. 564.* Adde FAM. NARDINVM *cit. loc.* Facit etiam huc ARISTIDIS *Orat. IX. p. 118. 118.* in memoriam huius victoriæ.

manos iterum fudiſſet, decimum Imperator fuit adpellatus, 67) atque A. C. 180. Vindobonæ defunctus. 68)

§. XVII. M. Aurelii filius æque ac ſucceſſor Commodus, inſtantibus Miniſtris, 69) atque vrbanas ad tranquillitates properans, cum aliis conditionibus, tum his præterea pacem fecit, vt transfugas & captiuos, quos ab illo tempore accepiſſent, Commodo reſtituerent, & certum frumentum quotannis penderent, quod eis poſtea remiſit. Ab ipſis etiam arma quædam exegit, & 13000. a Quadis, pauciores a Marcomannis: pro quibus tamen permiſit, vt ſingulis annis aliquos darent. Hoc etiam eis dedit in mandatis, vt neque ſæpius, neque pluribus in locis regionis ſuæ congregarentur: ſed ſemel duntaxat menſe quolibet, ac vnum in locum, centurione quodam Romano præſente. Præter hæc, ne vel Iazygas, vel Burios, vel Vandalos bello peterent. His ergo legibus eis pacem dedit Commodus, & omnia caſtella, quæ erant in regione vltra limites iis adempta, deſeruit. 70) Antonius Caracalla cum Cennis, quos vulgo pro Cattis habent, bella geſſit, quorum mulieres mori malebant, quam vendi, 71) eosdemque æque ac Alemannos deuicit, indeque Germanici & Alemannici nomen adſumſit. 72) Poſtea, Germanorum potius amicitiam ſibi conciliauit, ipſos inter cuſtodes corporis recipiens, Germanico etiam habitu vſus, 73) illisque gentibus, qui bellum minabantur, vt pacem tenerent, aurum dedit, 74) Germanici tamen titulum adſumſit. Sub Alexandro Seuero Germani Rhenum tranſientes, Gallias deuaſtabant, immo imminebant Reipublicæ Romanæ ceruicibus. Profectus contra eosdem Imperator cum mirando apparatu, a militibus quibusdam occiditur. 75) Vſus Seueri adparatu Maximinus, 76) multa quoque addebat. Ingreſſus igitur Germaniam transrhenanam per CCC. vel CCCC. millia barbarici ſoli vicos incendit, greges abegit, prædas ſuſtulit: barbarorum plurimos interemit, militem diuitem reduxit, cepit innumeros, & niſi Germani per omnes & paludes & ſyluas confugiſſent, omnem Germaniam in Romanam ditionem redegiſſet. 77)

§. XXVIII. Gordianus in monumento ſepulcrali victor Germanorum dicitur. 78) Sub

67) DIO CASSIVS *lib. LXXI. p. 814.*

68) TERTVLLIANVS *Apologetico cap. XXI.* equidem locum emortualem Sirmium fuiſſe contendit. Verum, AVRELIVS VICTOR *cap. XV.* Anno Imperii octauo decimoque æui validior, Vendobonæ interiit. Idemque PETRVS LAMBECIVS *Bibl. Caſarea lib. II. cap. II. pag. 43.* magis adhuc confirmat.

69) Prout HERODIANVS tradit *lib. I. c. VI. pag. 80.*

70) XIPHILINVS *lib. LXXII. p. 817.*

71) XIPHILINVS *lib. LXXVI. pag. 876.* ἐπολέμησε καὶ πρὸς τινὰς Κέννους, κελτικὸν ἔθνος· οἳ λέγονται μετὰ τοσούτου θυμοῦ προσπεσεῖν τοῖς Ῥωμαίοις, ὥστε καὶ τὰ βέλη οἷς ὑπὸ τῶν Ὀσροηνῶν ἐτιτρώσκοντο, τοῖς στόμασιν ἐκ τῶν σαρκῶν ἀποσπᾶν, ἵνα μὴ τὰς χεῖρας ἀπὸ τῆς σφαγῆς αὐτῶν ἀποδιατρίβωσιν· ὁ μέν τοι ἄλλα καὶ αὐτοὶ τὸ τῆς ἥττης ὄνομα πολλῶν χρημάτων ἀποδόμενος, συνεχώρησεν αὐτῷ ἐς τὴν Γερμανίαν ἀποσωθῆναι· τούτων γυναῖκες ἁλοῦσαι ὑπὸ τῶν Ῥωμαίων, ἐρωτήσαντος αὐτὰς τοῦ Ἀντωνίνου, πότερον πραθῆναι ἢ φονευθῆναι βούλονται, τοῦθ' εἵλοντο· ἔπειτ' ἀπεμπολήθησαν, πᾶσαι μὲν ἑαυτὰς, τινὲς δ' αὖ καὶ τὰ τέκνα ἀπέκτειναν. *Bellum geſſit cum Cennis, gente Celtica; quos ferunt tanta ira incitatos in Romanos irruiſſe; vt tela, quibus illi ab Oſroenis vulnerati erant, dentibus euellerent ex corporibus, ne manus in illis cædendis defatigarent, permiſerantque ei redempto libertatis nomine magno pecunia, vt ſaluus ſe in Germaniam reciperet. Horum capta a Romanis vxores, interrogata ab Antonino, vtrum vendi, an occidi mallent; mori ſe malle, responderunt. Quumque eſſent poſtea venditæ, omnes mortem ſibi conſciuerunt; nonnullæ vna filios interfecerunt.*

72) AVRELIVS VICTOR: *Alemannos, gentem populoſam, ex equo mirifice pugnantem, prope Mœnum amnem deuicit.* SPARTIANVS *Caracalla cap. X. quum Germanici, Parthici, Arabici, & Alemannici nomen aſcriberet, nam Alemannorum gentem deuicerat.*

73) HERODIANVS *lib. IV. cap. VII.* ᾠκειώσατο δὲ καὶ πάντας τοὺς ἐπέκεινα Γερμανοὺς, ὥστε φιλίαν ἐπηγγέλλετο, ὡς καὶ συμμάχους παρ' αὐτῶν λαβεῖν, καὶ τοῦ σώματος ἑαυτοῦ φρουροὺς ποιήσασθαι, γενναίους τε καὶ ὡραίους ἐπιλεξάμενος. πολλάκις δὲ καὶ τὴν Ῥωμαϊκὴν ἀποθέμενος χλαμύδα, ἠμφιέννυτο τὰ Γερμανῶν περιβλήματα· ἔν τε χλανίσιν, αἷς εἰώθασιν, ἀργύρῳ πεποικιλμέναις, ἑωρᾶτο· κόμας τε τῇ κεφαλῇ ἐπετίθετο ξανθάς, καὶ ἐς κουρὰν τὴν Γερμανῶν ἠσκημένας. τούτοις δὲ χαίροντες οἱ βάρβαροι ὑπερηγάπων αὐτόν. *Cæterum Germanos illic ſibi omnes adiunxit atque in amicitiam conciliauit, ſic vt ex his ſocios bellorum, & cuſtodes corporis, validiſſimum quemque & pulcherrimum ſibi adſciuerit. Sæpe etiam Romano cultu depoſito, veſtem Germanicam induebat, atque in eorum ſagulis argento variegatis conſpiciebatur: etiam flauam capiti cæſariem imponens, ad modum Germanicæ tonſuræ. Quibus læti barbari, mirifice eum diligere.* DIONIS fragmenta *lib. LXXVIII. pag. 890.* ἐν γὰρ τῇ Συρίᾳ τῇ δὲ Μεσοποταμίᾳ κελτικοῖς καὶ ἐσθήμασι καὶ ὑποδήμασιν ἐχρῆτο. *In Syria quidem ac Meſopotamia, tam veſtibus quam ſubligaculis Germanicis vtebatur.*

74) DIONIS Excerpta pag. 751. *multi quoque ex iis gentibus, quæ ad ipſum Oceanum, circa Albis oſtia, ſita ſunt, legatione ad eum miſſa, pacem poſtularunt, vt aurum acciperent. Quando enim agere ita inſtituerat, innumeri eum adorti ſunt bellum minantes, quibus ille omnibus pecuniam dedit. Etſi enim quædam ipſis minus grata dicebat, tamen cum aureos viderent, mulcebantur, ac manus dabant.*

75) LAMPRIDIVS Alexandro cap. LIX. *ad Germanicum bellum profectus eſt, deducentibus cunctis per centum & quinquaginta millia. Erat autem grauiſſimum reipublicæ atque ipſi, quod Germanorum vaſtationibus Gallia diripiebatur. Pudoremque augebat, quod victis iam Parthis ea natio imminebat Reipublicæ ceruicibus, quæ ſemper etiam minuſculis imperatoribus ſubiecta videbatur.* HERODIANVS *lib. VI. cap. VII.*

76) LAMPRIDIVS Alexandro cap. LXI. *ſed omnis apparatus militaris, qui poſtea eſt ductus in Germaniam a Maximino, Alexandri fuit.*

77) Verba ſunt CAPITOLINI *Maximinis cap. XI.* Plenius hæc deſcribuntur ab HERODIANO *lib. VII. cap. II.* Hinc etiam EVTROPIVS *lib. IX. cap. I.* de eo, quod bellum Germanicum feliciter geſſerit.

78) CAPITOLINVS *Gordiano cap. XXXIV.* hoc tali ratione refert: *Diuo Gordiano, victori Perſarum, victori Gothorum, victori Sarmatarum, depulſori Romanarum ſeditionum, victori Germanorum, ſed non victori Philipporum.*

Sub Valeriano Francorum nomen primum fuit auditum, quos tamen per Aurelianum, tribunum militum repressit. 79) Decrescentibus vero Romanorum sub Gallieno rebus, Germani Rauennam vsque perueniunt, immo in ipsam penetrant Hispaniam, Tarraconam expugnantes, 80) Italiamque excursionibus adfligentes. Sed, cum ingenti iam multitudine, perexiguus ipse copias habens, bellum gereret, in angustum iam coacta res ipsius erat, cum inito fœdere cum quodam de gentis Germanicæ principibus, & aliqua parte periculum minuisse visus fuerit. 81) Posthumus etiam Germanos deuicit, ideo Germanicus Maximus dictus. 82.) Claudius Imp. aduersum aciem Alemannorum, qui Italiam inuaserunt, dimicans, tantam multitudinem fudit, vt ægre pars dimidia superfuerit. 83) Sub Aureliano Imp. postquam Alemanni cum remotis & finitimis nationibus, Italiam diuexare decreuissent, in Pannonia agens, versus Italiam perrexit, & in extremis ad Istrum partibus conserto prœlio, multa illorum millia deleuit. 84) Idem Imp. Marcomannos Italiam inuadentes, atque omnia circa Mediolanum grauiter vastantes, 85) ipsum etiam Imp. ad Placentiam fundentes, 86) tribus prœliis apud Placentiam, iuxta Metaurum amnem, ac fanum Fortunæ, demum Ticinensibus in campis deuicit. 87) Vandali etiam ab ipso fuerunt superati, 88) ipsique nomen Germanici Maximi datum. 89) Inde Germanos ex Gallia, 90) atque Rhætia dimouit. Aureliani successor, Tacitus Imp. Germanos in Galliam irrumpentes repulit. 91) Inter Romanorum turbas, magnam Galliæ partem Germani occupauerunt. Probus vero omnem Galliam recuperauit, cæsaque ingenti Germanorum multitudine, eos ad petendam pacem adegit, quæ etiam his conditionibus fuit data, vt prædam cum captivis, quos habebant, redderet. Dum vero impetrato, quod postulauerant, non omnia restituerent, indignatus Imp. discedentes adortus, merito supplicio mulctauit, ipsis trucidatis, & Igillo duce capto. Quotquot viuos in potestatem redigere poterat, in Britanniam misit; qui sedes in ea insula nacti, quoties deinde seditionem aliquis moliretur, vtiles Imp. fuerunt 92) reliquias vltra Nicrum & Albim remouit, vallum & castra limitanea extruxit, eademque præsidiis firmauit, ita vt nouem Germaniæ Principes ipsi se subiicere necessum haberent. 93) Dum Proculus atque Bonosus contra Probum arma mouerent, cum hoc faciebant

79) VOPISCVS *Aureliano cap. VII.* de quo infra.

80) EVTROPIVS *lib. IX. c. VI.* AVRELIVS VICTOR *cap. XXXIIII.* OROSIVS *lib. VII. c. XXII.*

81) ZOSIMVS *lib. I. c. XXX.* TILLEMONT *pag. 721.* autumat, hunc principem Attalum, Marcomannorum Regem fuisse, de quo AVRELIVS VICTOR *cap. XXXIII. expositus Salonina coniugi, atque amori flagitioso filio Attalisci Germanorum* (Epit. Victoris Marcomannorum) *Regis.*

82) TREBELLIVS POLLIO XXX. Tyrannis c. III. *siquidem nimius amor erga Posthumum omnium erat in Gallica gente populorum, quod submotis omnibus Germanicis gentibus, Romanum in pristinam securitatem reuocasset imperium.* Germanici Maximi Inscriptio occurrit apud FABRETTVM *p. 866.*

83) Verba sunt Epitomes AVRELII VICTORIS *cap. XXXIV.* Eodem referenda esse videntur verba VOPISCI Aureliano cap. XVII. *item Aurelianus contra Sueuos, & Sarmatas, iisdem temporibus vehementissime dimicauit, ac florentissimam victoriam retulit.* Inde in nummis ipsius: VICTORIA GERMANICA.

84) Verba sunt ZOSIMI *lib. I. c. XLIX.*

85) FL. VOPISCVS *Aureliano cap. XVIII. accepta est sane clades sub Aureliano, a Marcomannis, per errorem. Nam dum is a fronte non curat occurrere subito erumpentibus, dumque illos a dorso persequi parat, omnia circa Mediolanum grauiter euastata sunt, postea tamen ipsi quoque Marcomanni superati sunt.*

86) VOPISCVS cap. XXI. *Quum autem Aurelianus vellet omnibus simul, facta exercitus sui constipatione, concurrere, tanta apud Placentiam clades accepta est, vt Romanum pene solueretur Imperium. Et caussa quidem huius periculi perfidia & calliditas Barbarici fuit motus. Nam cum congredi aperto Marte non possent, in siluas se densissimas contulerunt; atque ita nostros, vespera incumbente, turbarunt. Denique nisi diuina ope, post inspectionem librorum, sacrificiorumque curas, monstris quibusdam, speciebusque diuinis impliciti essent Barbari, Romana victoria non fuisset. Finitimo prælio Marcomannico, Aurelianus, vt erat natura ferocior, plenus irarum Romam petit.* Eodem referenda est AVRELII VICTORIS epitome cap. XXXV. *Italiam repetiuit, cuius vrbes Alamannorum vexationibus affligebantur.*

87) AVRELIVS VICTOR cit. loc. *Ipse in Italia tribus prœliis victor fuit, apud Placentiam, iuxta amnem Metaurum, ac Fanum fortunæ, postremo Ticinensibus in campis.*

88) Excerpta DEXIPPI *p. 12.*

89) GRVTERVS *n. CCLXXVI.*

90) AVRELIVS VICTOR *cit. loc. Germanis Gallia dimotis.*

91) VOPISCVS Tacito cap. III. *limitem trans Rhenum Germani rupisse dicuntur, occupasse vrbes validas, nobiles, diuites, & potentes.*

92) ZOSIMVS *lib. I. c. LXVII.*

93) VOPISCVS *Probo cap. XIII. His gestis, cum ingenti exercitu Gallias petit: quæ omnes occiso Posthumio, turbata fuerant, interfecto Aureliano, a Germanis possessæ. Tanta autem illic prælia feliciter gessit, vt a Barbaris sexaginta per Gallias, nobilissimas reciperet ciuitates: prædam deinde omnem, quæ illi præter diuitias etiam efferebatur ad gloriam. Et quum iam in nostra ripa, imo per omnes Gallias securi vagarentur, cæsis prope quadringentis millibus qui Romanum occupauerant solum, reliquias, vltra Nicrum fluuium & Albam remouit, tantum his prædæ Barbaricæ tulit, quantum ipsi Romanis abstulerant: contra vrbes Romanas & castra in solo Barbarico posuit: atque illic milites collocauit. Agros & horrea, & domos, annonam Transrhenanis omnibus fecit, iis videlicet, quos in excubiis collocauit: nec cessatum est vnquam pugnari, quum quotidie ad eum Barbarorum capita deferrentur, iam ad singulos aureos singula, quamdiu reguli nouem ex diuersis gentibus venirent, atque ad pedes Probi iacerent: quibus ille primum obsides imperauit, qui statim dati sunt; deinde frumentum, postremo etiam vaccas atque oues. Dicitur iussisse his acrius, vt gladiis non vterentur, Romanam expectaturi defensionem, si essent ab aliquibus vindicandi. Sed visum est id non posse fieri, nisi si limes Romanus extenderetur, & fieret*

ciebant Germani, 94) quos tamen Proculus contriuit, 95) verum ad Coloniam fuit oppressus. 96) Maximianus Herculius Burgundiones, Alemannos, Chaibones, Erulosque deuicit. 97) Carausius mare, quod Franci atque Saxones infestabant, pacauit. 98) Maximianus Francos, 99) Diocletianus Alemannos deuicit. 100) Constantius inde Francos 1) atque circa Lingonas in Gallia sexaginta fere millia Alemannorum cecidit, eosdem inde ad Vindonissam apud Heluetos deuicit. 2) Diocletianus etiam Germanos Rhenum transire molientes repressit. 3)

§. XXIX. Constantius Chlorus adminiculantibus Alemannis, Imperium cepit. 4) Huius filius, Constantinus M. cæsis Francis atque Alemannis, captisque eorum regibus, Ascarico, Regaisoque, hos etiam bestiis, cum magnificum spectaculum muneris parasset, obiecit, 5) atque in memoriam huius victoriæ ludos Francicos instituit. 6) Inde Bructeros.

vet Germania tota prouincia. Maxime tamen, ipsis regibus consentientibus, in eos vindicatum est, qui prædam fideliter non reddiderunt. Accepit præterea sedecim millia tironum, quos omnes per diuersas prouincias sparsit, ita vt numeris, vel limitaneis militibus quinquagenos & sexagenos intersereret, dicens sentiendum esse non videndum quum auxiliaribus Barbaris Romanus iuuatur. Extant reliquiæ eiusmodi valli apud Sueuos, ad Nicrum vsque, de quibus LEDERLINVS *de vallo & muro Adriani & Probi.* Quare etiam ipse Probus litteris ad Senatum, apud VOPISCVM cap. XIX. *ago Diis immortalibus gratias, patres conscripti, quia vestra in me iudicia comprobarunt. Subacta est omnis, qua tenditur late, Germania; nouem Reges gentium diuersarum ad meos pedes, imo ad vestros, supplices, stratique iacuerunt. Omnes iam Barbari vobis arant, vobis iam seruiunt, & contra interiores gentes militant. Supplicationes igitur vestro more decernite. Nam & quadringenta millia hostium cæsa sunt, & sedecim millia armatorum nobis oblata, & septuaginta vrbes nobilissimæ, captiuitate hostium vindicatæ, & omnes pene Galliæ liberatæ.* Et paullo post: *Volueramus, P. C. Germaniæ nouum Præsidem facere, sed hoc ad pleniora vota distulimus, quod quidem credimus conferre, cum Diuina prouidentia nostros vberius secundarit exercitus.*

94) VOPISCVS Probo cap. XIX. *vnum sane sciendum est, quod Germani omnes, cum ad auxilium essent rogati a Proculo, Probo potius perseruire maluerunt, quam cum Bonoso, & Proculo esse.*

95) VOPISCVS in Proculo cap. XIII. *non nihilum tamen Gallis profuit. Nam Alemannos qui tunc adhuc Germani dicebantur, non sine gloriæ splendore contriuit, nunquam aliter, quam latrocinandi pugnans modo. Hunc tamen Probus fugatum, vsque ad vltimas terras, & cupientem in Francorum auxilium venire, a quibus originem se trahere ipse dicebat, prodentibus Francis, quibus familiare est ridendo fidem frangere, vicit & interemit.* Errare hic Vopiscum, dicunt CASAVBONVS, SALMASIVS atque EZ. SPANHEIMIVS de vsu & præst. numism. *Tom. II. diss. XII. pag. 508.* qui etiam locum hunc ab alio insertum fuisse arbitratur, eo quod Alemannorum nomen iam longe ante hæc tempora fuerit notum. Verum, sub Alemannorum nomine, non gentem illam particularem Sueuicam hic intelligi putem, sed omnes Germanos, prout docui *Prolegom. Sect. I. §. XXVI.*

96) EVTROPIVS *lib. IX. cap. XI.*

97) CLAVD. MAMERTINVS *Panegyrico I. cap. V. cum neque solum Burgundiones & Alemanni, sed etiam Chaibones Erulique, viribus primi barbarorum, locis vltimi, præcipiti impetu in has prouincias irruissent, quis Deus tam insperatam salutem nobis attulisset, nisi tu adfuisses.* Et paullo post: *ita cuncti Chaibones, Erulique cuncti tanta internecione cæsi interfectique sunt, vt exstinctos eos relictis domi coniugibus ac matribus non profugus aliquis e prælio, sed victoria tua gloria nuntiaret.* Chaibones isti illi ipsi esse videntur, quos TACITVS *de Mor. Germ. cap. XL.* Auiones vocat, & Anglorum, Varinorumque finitimos facit. Vide CLVVERVM *lib. III. cap. XXVII.*

98) EVTROPIVS *lib. IX. cap. XIII.* EVMENIVS *Panegyr. c. XII.*

99) MAMERTINVS *c. VI. VII.*

100) MAMERTINVS cap. IX. *Ingressus est nuper illam, quæ Ratis est obiecta, Germaniam; similique virtute Romanum limitem victoria protulit.* Adde MAMERTINI *Genethliacum cap. V. & VII.* Inde etiam Diocletianus Francici, Alemannici, Germanici cognomen fuit adeptus.

1) EVMENIVS *Paneg. II. cap. VI. Quid loquar rursus intimas Franciæ nationes, non iam ab his locis, quæ olim Romani inuaserant, sed a propriis ex origine suis sedibus, atque ab vltimis barbariæ litoribus auulsas, vt in desertis Galliæ regionibus collocatæ, & pacem Romani imperii cultu iuuarent, & arma dilecta.* Idem cap. XVII. *enimuero, Cæsar inuicte, tanto deorum immortalium tibi est addicta consensu victoria omnium quidem, quos adortus fueris, hostium; sed præcipue internecio Francorum.*

2) EVTROPIVS lib. IX. c. XV. *per idem tempus a Constantio Cæsare in Gallia pugnatum est circa Lingones: die vna aduersam & secundam fortunam expertus est. Nam cum repente barbaris ingruentibus, intra ciuitatem esset coactus tam præcipiti necessitate, vt clausis portis in murum funibus tolleretur; vix quinque horis mediis, adueniente exercitu, sexaginta fere millia Alamannorum cecidit.* EVMENIVS cap. VI. *Quid commemorem Lingonicam victoriam, etiam imperatoris ipsius vulnere gloriosam? quid Vindonis campos, hostium strage completos, & adhuc ossibus repertos.*

3) EVMENIVS Paneg. cap. VI. *Quid immanem ex diuersis Germanorum populis multitudinem, quam duratus gelu Rhenus illexerat, vt insulam, quam diuortio suo idem amnis amplectitur, pedestri agmine ausa transmittere, repente laxato flumine clauderetur, &, demissis statim obsessa nauigiis, ita se dedere cogeretur, vt, quod difficilius est, sorte communi, eligeret ex se, quos captiuitati traderet, relatam cum reliquiis suis infamiam proditionis suorum.*

4) AVRELIVS VICTOR *Epit. cap. XLI. cunctis, qui aderant, annitentibus, sed præcipue Erroco Alemannorum rege, auxilii gratia Constantium comitato, imperium cepit.*

5) Verba sunt EVTROPII *lib. X. c. II.* Quare etiam EVMENIVS Paneg. VI. cap. X. *adiecisti pœna temeritatis reges ipsos Franciæ, qui per absentiam patris tui pacem violauerant: non dubitasti vltimis punire cruciatibus: nihil veritus gentis illius odia perpetua & inexpiabiles iras. Cur enim vllam reputet iustæ seueritatis offensam imperator, qui quod fecit, tueri potest.* Paullo post *cap. XI.* Reges memorat, scribens: *hæc est tua, Constantine, de Ascarici Regaisique supplicio quotidiana atque æterna victoria, omnibus quondam secundis prœliis anteponenda. Semel acie vincitur, sine fine documento cladem suam, quamuis multi pereant, vulgus ignorat: compendium est, deuincendorum hostium duces sustulisse.*

6) In veteri Kalendario apud GRAEVIVM *Tom. VIII.*

ros, Chamauos, Cheruscos, Vangiones, Alemannos, Tubantes deuicit, vicos illorum igne consumsit, plurimos captiuos fecit, eosdemque ad pœnam spectaculo dedit, atque fæuientibus bestiis obiecit. 7) Idem Imp. apud Agrippinam ponte super Rhenum structo, 8) omnes Germanos terruit, atque eodem tempore castrum Tuitiense extructum fuisse dicitur. 9) Inde Francos iterum irruptionem tentantes, denuo repressit. 10) huius etiam filius Crispus Francos atque Germanos deuicit, 11) Post Constantini M. mortem, Constans Francos in Romanorum fines incurrentes, iterum repressit. 12) Occiso a. 350. Constante, Magnentius Francorum ope, purpuram sumsit, 13) quem tamen deuicit Constantius. Syluanus etiam Boniti filius, Francos ex Gallia eiecit. 14) Constantius postea contra Gundomadum & Vadomarium fratres arma moturus, quorum crebris excursibus vastabantur confines limitibus terræ Gallorum. 15) Emensis itaque difficultatibus multis, & nunc obrutis collibus pluribus, vbi prope Rauracum ventum est, ad supercilia fluminis Rheni, resistente multitudine Alemanna, pontem suspendere nauium compage, Romani vi nimia vetabantur, ritu grandinis vndique conuolantibus telis, 16) id quod pacem cum Alemannis promouit. 17) Syluanus, dum calumniis apud Imp. premeretur, sibi metuens, Francorum ope, ad Coloniam Agrippinam purpuram sumsit, statim iterum oppressus. 18) Constantius Iulianum, in Galliam mittebat, hic cum audiret, quod Alemanni Argentoratum, Brocomagum, Tabernas, Salisonem, Nemetas & Van[…]onas, & Moguntiacum ciuitates, occuparent, Brocomagum recuperauit, Germanos pugnam intentantes retudit, 19) Coloniam Agrippinam nullo repugnante, recuperauit, eoque Francorum principes adegit, vt cum ipso pacem facerent. 20) Anno 357. Constantius Sueuos Quadosque Romanas prouincias inuadentes repulit. 21) Circa eadem tempora, Iulianus Alemannos in Gallia deuicit. 22) Hi vero, postquam Barbationem, ipsius Ducem militarem, dum Rhenum vsque Basileam nauibus iungere tentaret, profligassent, atque fugientes ad Rauracos vsque fuissent persecuti, 23) Iuliano, Alemanni, ducibus Chnodomario atque Serapione, obuiam procedebant, 24) qui tamen cruento prœlio ad Argentoratum cædebantur, ipsorumque dux Chnodomarius factus fuit captiuus. 25) Iulianus vero in illorum terras irrumpens, Alemannos ad

Tom. VIII. pag. 100. ad XIII. Kl. Augusti reperiuntur LVDI FRANCICI, quos PETRVS LAMBECIVS *ad h. d. pag. 100.* ad hanc victoriam refert.

7) NAZARIVS Paneg. IX. cap. XVIII. *quid memorem Bructeros? quid Chamauos? quid Cheruscos, Vangionas, Alamannos, Tubantes? bellicum strepunt nomina, & immunitas barbariæ in ipsis vocabulis adbibet horrorem. Hi omnes sigillatim dein pariter armati conspiratione fœderatæ societatis exarserunt. Tu tamen imperator, cum tantam belli molem videres, nihil magis timuisti, quam ne timereris.* Et paullo post: *innumeræ simul gentes ad bellum coactæ, sed vno impetu tuo fusæ, dum collatiuam vim comparant, compendiosam victoriam præstiterunt.* Adde EVMENII *Panegyr. c. XII.*

8) EVMENIVS *c. XIII.*

9) Prout RVPERTVS *Tuitiensis vita S. Heriberti Opp. Tom. III. pag. 887.* tradit, atque tabulam lapideam inter fragmenta murorum repertam, in testimonium vocat, in qua: CONSTANTINVS. PIVS. ROMANORVM. IMPER. AVGVSTVS. DEVICTIS. FRANCIS. CASTRVM. DITENSIVM. IN. TERRIS. EORVM. FIERI. IVSSIT. MILITES. TVRRIM. CVM. INTERTVRRIO. FECERVNT. Licet BROWERVS *Ann. Treuir. lib. III. c. CXIV.* inscriptionem aliter referat, atque legat: CASTRVM DIVITENSIVM. Agit de hoc ponte AEGIDIVS GELENIVS *Colonia Sync. IX.* Figuram pontis exhibet STEPHANVS BROELMANNVS in *Colonia Vbiorum.*

10) Panegyricus incerti VIII. cap. XXII. *ruperat fidem gens leuis & lubrica barbarorum, & robore atque audacia, lectis eruptionis auctoribus, institisse Rheno nuntiabantur. Illico obuius adfuisti, & præsentia tua, ne auderent transitum, terruisti.*

11) NAZARIVS *Paneg. IX. c. XVII.*

12) SOCRATES *lib. I. cap. X.* ἔθνος οἱ Φράγγοι κινήσαντες, τοῖς περὶ γαλλίαν κατέτρεχον ῥωμαίοις. *Francorum gens in Gallias irruptione facta, Romanorum agros vastauit.* Constantem tamen Francos deuicisse, auctor est IDATIVS, qui ad a. 341. Marcellino & Probino Coss. scribit: *His Coss. pugna facta est cum gente Francorum a Constante augusto in Galliis* ad a. 342. Constantio III. & Constante II. Coss. *His Coss. victi Franci a Constante aug. seu pacati.* Et ad a. 343. *Franci a Constante perdomiti, & pax cum eis facta.*

13) IVLIANVS *Orat. I. p. 34. Orat. II. p. 56.*

14) AMMIANVS MARCELLINVS *lib. XIV. cap. V. pag. 83.*

15) AMMIANVS MARCELLINVS *lib. XIV. cap. X. pag. 52.*

16) Verba sunt AMMIANI *cit. loc. p. 54.*

17) AMMIANVS *cit. loc.*

18) AMMIANVS *lib. XV. c. V.* IVLIANVS *Panegyrico, Constantio dicto p. 48.*

19) AMMIANVS *lib. XVI. c. II. circa fin.*

20) AMMIANVS lib. XVI. cap. III. *nullo itaque posthæc repugnante, ad recuperandam ire placuit Agrippinam, ante Cæsaris in Gallias aduentum excisam, per quos tractus nec ciuitas vlla visitur, nec castellum: nisi quod apud Confluentes, locum ita cognominatum, vbi amnis Mosella confunditur Rheno, Rigomagum oppidum est, & vna prope ipsam Coloniam turris. Igitur Agrippinam ingressus, non ante motus est exinde, quam Francorum Regibus furore mitescente, perterritis pacem firmaret. Reipublicæ interim profuturam, & vrbem reciperet munitissimam.* Adde LIBANIVM *pag. 272.* IVLIANVM *ad Athenienses p. 278.*

21) AMMIANVS *lib. XVI. cap. IV.*

22) AMMIANVS *lib. XVI. c. X.*

23) AMMIANVS lib. XVI. cap. XI. *Multitudo barbarica rumorem nimia velocitate præuersa, Barbationem cum exercitu, quem regebat, Gallico vallo discretum, impetu repentino aggressa, sequensque fugientes adusque Rauracos, & vltra quoad potuit, rapta sarcinarum & iumentorum cum colonibus parte maxima redit ad suos.*

24) AMMIANVS lib. XVI. cap. XII. *ductabant autem populos omnes pugnaces & sæuos Chnodomarius, & Serapio, potestate excelsiores ante alios reges.*

25) Hanc Iuliani victoriam amplissime describit AMMIANVS *cit. loc.* addens pag. 163. *ceciderunt autem in hac pugna Romani quidem CCXL. & III. rectores vero IV. Bainobaudes Cornutorum Tribunus, adeque Laipso, & Innocentius Cataphractarius*

ad decem mensium inducias adegit. 26) Idem redux factus, Francos profligauit, 27) Salios atque Chamauos 28) Suomarium atque Hortarium Alemannorum principes ad petendam pacem adegit, 29) atque castra Romanorum ad Rhenum restaurauit. 30) Hinc Rhenum transiens, in Alemannorum atque Burgundionum terras irrumpit, Macrianum & Hariobaudum, fratres Germanos, Alemannorum Principes, Vadiomarium, Vrium, Vrsicinum & Vestralpum, alios horum Principes ad petendam pacem coegit. 31) Postquam iste factus fuisset Imperator, a. 360. Attuarios Francorum populum iterum deuicit, 32) atque contra Alemannos Constantio fauentes, iterum pergit.

§. XXX. Valentinianus Imp. A. C. 365. Alemannos Galliam inuadentes, postquam Chariettum, Ducem Romanorum militarem fuderant, 33) per Iouinum Magistrum Equitum ad Scarponam Lotharingiæ deuicit, 34) inde ad Catalaunum 35) Rex etiam illorum a militi-

vios ducens, & vacans quidem Tribunus, cuius non suppetit nomen: ex Alamannis vero sex millia corporum inuenta sunt in campo constrata, & inæstimabiles mortuorum acerui per vndas fluminis ferebantur. LIBANIVS *Orat. parent. in Iulianum cap. XXVII. XXVIII. XXIX.* octo millia refert. ZOSIMVS *lib. III. cap. III.* ἓξ μὲν ἐν αὐτῇ τῇ μάχῃ μυριάδων ἀναιρεθεισῶν, ἑτέρων δὲ τοσούτων ἀλλομένων κατὰ τοῦ Ῥήνου, καὶ διαφθαρεισῶν ἐν τῷ ῥεύματι, *sexaginta millibus hominum in ipso prælio deletis, & aliis totidem in Rhenum præcipitatis, atque in flumine extinctis.* Verum VALESIVS *ad h. l.* putat, apud Zosimum legendum esse, χιλιάδων non μυριάδων. Sane, Ammiano magis credendum esse, nobis suadet, quod iste *pag. 156.* in Alemannorum exercitu saltim fuisse armatorum millia triginta & quinque dicat. Adde IVLIANVM *ad Athenienses p. 279.* De hac victoria AMMIANVS lib. XVII. cap. I. pag. 169. *hoc memorabili bello, comparando quidem Punicis & Teutonicis, sed dispendiis rei Romanæ peracto leuissimis, vt Faustus Cæsar exsultabat & felix.* ZOSIMVS vero *cit. loc.* hanc Alexandri aduersus Darium pugna haut fuisse inferiorem, tradit.

26) AMMIANVS *cit. loc.* LIBANIVS *Orat. II. in Iuliani necem c. XXXII.*

27) AMMIANVS lib. XVII. cap. VIII. *quibus paratis, petit primos omnium Francos, eos videlicet, quos consuetudo Salios appellauit, ausos olim in Romano solo, apud Toxandriam locum, habitacula sibi figere prælicentes.*

28) AMMIANVS lib. XVII. cap. VIII. *Chamauos itidem ausos similia adortos, eadem celeritate partim cecidit, partim acriter repugnantes, viuosque captos compegit in vincula: alios præcipiti fuga trepidantes, ad sua, ne militem spatio longo defatigaret, abire interim permisit innocuos: quorum legatis paulo postea missis precatum, consultumque rebus suis, humi prostratis sub obtutibus eius, pacem hoc tribuit pacto, vt ad sua redirent incolumes.* Adde ZOSIMVM *lib. XVII. cap. XI.*

29) AMMIANVS *lib. XXVII. cap. I.*

30) AMMIANVS lib. XVIII. cap. II. *nam & horrea veloci opere surrexerunt, alimentorumque in iisdem satias condita: & ciuitates occupatæ sunt septem; Castra Herculis, Quadriburgium, Tricesimæ, Nouesium, Bonna, Antunnacum & Bingio.* Oppida Neus, Bonn, Andernach & Bingen satis sunt nota, Quadriburgium MENSO ALTINGIVS *Notit. Batauiæ pag. 112.* explicat oppidum in Batauis, vulgo *Burginatium* a Germanico *Waterburg*, cui tamen contradicit CELLARIVS *Notit. Orb. ant. lib. II. cap. III. pag. 349.* De castris Herculis ALTINGIVS *pag. 29.* agit vberius. Adde PETRVM DIVAEVM *Antiquit. Belg. c. XIX.*

31) AMMIANVS lib. XVIII. cap. II. pag. 207. *Statimque difficultate omni depulsa, ponte constrato, sollicitarum gentium opinione præuenta, visus in barbarico miles, per Hortarii regna transibat intacta. Vbi vero terras infestorum etiam tum tetigit Regum, vrens omnia rapiensque per medium rebellium solum grassabatur intrepidus. Postque sæpimenta fragilium penatium inflammata, & obtruncatam hominum multitudinem, visosque cadentes multos, aliosque supplicantes, cum ventum fuisset ad regionem cui Capellatii vel Palas nomen est, vbi terminales lapides Alamannorum & Burgundiorum confinia distinguebant, castra sunt posita: ea propter vt Macrianus & Hariobaudus Germani fratres & Reges, susciperentur impauidi; qui propinquare sibi perniciem sentientes, venerant, pacem anxiis animis precaturi. Post quos statim Rex quoque Vadomarius venit, cuius erat domicilium contra Rauracos: scriptisque Constantii Principis quibus commendatus est artius, allegatis, leniter susceptus est, vt decebat olim ab Augusto in clientelam rei Romanæ susceptus. Et Macrianus quidem cum fratre inter aquilas admissus, & signa stupebat armorum viriumque varium decus, visa tunc primitus, prope suis orabat. Vadomarius vero nostris coalitus, vt pote vicinus limiti, mirabatur quidem apparatum ambitiosi procinctus, sed vidisse se talia sæpe ab adolescentia meminerat primo. Libratis denique diu consiliis, concordi assensione cunctorum, Macriano quidem & Hariobaudo pax est attributa: Vadomario vero, qui suam locaturus securitatem in tuto, & legationis nomine precator venerant pro Vrio & Vrsicino & Vestralpo Regibus, pacem itidem obsecrans responderi non poterat, ne vt sunt fluxioris fidei barbari, post abitum recreati nostrorum, parum acquiescerent per alios impetratis. Sed cum ipsi quoque missis legatis post incensas & habitacula, captosque plures & interfectos, ita supplicarent, tamquam ipsi hæc deliquissent in nostros; pacem condicionum similitudine meruerant. Inter quas id festinatum est maxime, vt captiuos restituerent omnes, quos rapuerant excursibus crebris.*

32) AMMIANVS lib. XX. cap. X. *Rheno exinde transmisso, regionem subito peruasit Francorum, quos Atthuarios vocant, inquietorum hominum, licentius etiamtum percursantium extima Galliarum. Quos adortus subito nihil metuentes hostile, nimiumque securos, quod scruposa viarum difficultate arcente, nullum ad suos pagos introisse meminerant Principem, superauit negotio leui; captisque plurimis & occisis, orantibus aliis qui superfuere, pacem ex arbitrio dedit, hoc prodesse possessoribus finitimis arbitratus. Vnde reuersus pari celeritate per flumen, præsidiaque limitis explorans diligenter & corrigens, ad vsque Rauracos venit, locisque recuperatis, quæ olim barbari intercepta retinebant, vt propria iisdemque pleniore cura firmatis, per Besantionem Viennam hiematurus abscessit.*

33) AMMIANVS *lib. XXVII. c. I.*

34) Idem c. II. *Iouinus equitum Magister accingitur: & instructus paratusque, cautissime obseruans vtrumque sui agminis latus, venit prope locum Scarponna: vbi inopinus maiorem barbarorum plebem antequam armaretur, temporis breui puncto præuentam ad internecionem exstinxit.* VALESIVS *ad h. l. quod castrum duodecimo a Mettensium vrbe milliario situm est, vt scribit Paulus Diaconus de Episcopis Mettensibus.* Hodie vicus est prope Pontimussum.

35) Idem paullo post: *exsultantes innoxii prælii gloria milites ad alterius globi perniciem ducens, sensim-*

litibus captus, patibulo fuit suffixus. 36) Idem Imp. Francos, Galliam, Saxones, Britanniam inuadentes represſit, 37) Alemannos, quorum Princeps Rando die festo, Moguntiacum occupauerat, deuicit, 38) eosdemque, occupato Lupoduno, vltra Nicrum fugauit. 39) Dum vero Rhenum omnem a Rhætiarum exordio adusque Oceanum magnis molibus communiebat, castra extollens altius, & castella, turresque adsiduas, per habiles locos & opportunos, qua Galliarum extenditur longitudo: nonnunquam etiam vltra flumen ædificiis positis, subradens barbaros fines. 40) Munimentum etiam insigne ad Nicrum multa cura & labore extruxit, 41) dum vero in Alemannorum solo in monte Piri munimentum extrueret, 42) Alemanni Romanorum milites præsidiarios occidebant. Dum ipso imperitante, Saxones Romanas terras inuaderent, Seuerus Peditum Magister, qui contra ipsos missus, eos adeo terruit, vt pacem poscerent, quæ etiam ipsis, datis ex conditione proposita, iuuenibus multis, habilibus ad militiam, discedere permissi sunt. 43) Idem Imp. Alemannos irrumpere tentantes, per Burgundiones compescuit, 44) dum vero Regem illorum Macrianum capere tentaret, illorum terras inuadens, iste ipsius manibus subducebatur, 45) & dum Quadi contra ipsum bellum gererent, Alemannis pacem dare fuit coactus. 46) Sub Valentiniano II. Arbogastes, a Marcomero & Sunnone, Francorum Regibus, impetratis ex more obsidibus, inducias prorogauit. Eodem tamen anno Arbogastes, Sunnonem & Marcomerum, Francorum subregulos, Francorum gentilibus odiis insectans, Agrippinam, rigente maxime hieme, petiit: ratus, tuto omnes Franciæ recessus penetrandos, vrendosque; cum decussis foliis, nudæ atque arentes syluæ insidiantes occidere non possent. Collecto ergo exercitu, transgressus Rhenum, Bructeros ripæ proximos, pagum etiam, quem Chamaui incolunt, depopulatus est, nullo vnquam occursante, nisi quod pauci ex Ampsiuariis & Cattis, Marcomere duce, in vlterioribus collium iugis apparuere. 47) Eugenius Scrinii Magister, postquam occiso Valentiniano II. Imp. fuisset declaratus, renouato cum Alemannorum & Francorum regibus fœdere, Gallorum Francorumque viribus exundauit. 48) Gothorum tamen ope captus fuit atque occisus.

§. XXXI. Inter hasce clades, nunquam penitus subacti fuerunt Germani, quin potius Rhenum transeuntes, Gallias, Romanorum prouinciam, sæpius infestarent. Metuebant itaque Romani, dum Rheni alueum imminueret diu serena tempestas, vel si glacies ripas iunxisset, Germanorum impetum, qui transitum tentabant, 49) ideoque preces atque suppli-

sensimque incedens rector eximius speculatione didicit fida, direptis propius villis, vastatoriam manum quiescere prope flumen: iamque aduentans, abditusque in valle densitate arbustorum obscura, videbat lauantes alios, quosdam comas rutilantes ex more, potantesque nonnullos. Et nactus horum impendio tempestiuam, signo repente per lituos dato latrocinalia castra perrupit: contraque Germani nihil præter inefficaces minas iactanter sonantes & fremitum, nec expedire arma dispersa, nec componere aciem, nec resurgere in vires permittebantur, vrgente instanter victore. Quocirca forati pilis & gladiis cecidere complures, absque iis, quos versos in pedes texere flexuosi tramites & angusti. Hoc prospero rerum effectu, quem virtus peregerat & fortuna, aucta fiducia Iouinus militem ducens, diligenti speculatione præmissa, in tertium cuneum qui restabat, propere castra commouit: & maturato itinere omnem prope Catelaunos inuenit ad congrediendum promptissimum.

36) AMMIANVS cit. loc. pag. 521. *Regem hostilium cum paucis captum ab Ascariis, quos ipse per iter aliud ad diripienda tentoria miserat Alemannica, suffixum patibulo.*

37) AMMIANVS lib. XXVII. cap. VIII. *Gallicanos vero tractus Franci & Saxones iisdem confines, quo quisque erumpere potuit terra vel mari, prædis acerbis incendiisque, & captiuorum funeribus hominum violabant.*

38) AMMIANVS MARCELLINVS lib. XXVII. cap. X. *Sub idem fere tempus, Valentiniano ad expeditionem caute vt rebatur, profecto, Alamannus regalis, Rando nomine, diu præstruens quod cogitabat, Moguntiacum præsidiis vacuum cum expeditis ad latrocinandum latenter irrepsit. Et quoniam casu, Christiani ritus inuenit celebrari sollemnitatem, impræpedite cuiusque modi fortunæ, virile & muliebre sexus, cum suppellectili non parum indefensum abduxit.*

39) AVSONIVS *Mosella v. 420.*
nec præmia in vndis
sola, sed Augusta veniens quod mœnibus vrbis
spectauit iunctos natique, patrisque triumphos,
hostibus exactis Nicrum super & Lupodunum,
& fontem Datiis ignotum annalibus detri.
Adde BVCHERIVM *Belgio Romano lib. XI. c. II.* §. 4. Et MARQVARDVM FREHERVM *de Lupoduno pag. 6. & Origg. Palatinis lib. I. c. IV.*

40) Verba sunt AMMIANI *lib. XXVIII. cap. II.*

41) AMMIANVS *cit. loc.* FREHERVS *cit. loc.* pro Manheimo habet. Adsentitur IO. SEB. FABRICIVS *Manhemio sect. VI.* qui etiam Cluuero secus sentiendi abunde respondet.

42) quod FREHERVS habet pro Heidelberga.

43) AMMIANVS *lib. XXVIII. c. V.*

44) AMMIANVS *loc. cit. pag. 417.* HIERONYMVS *Chron. ad a. 374. Burgundionum 80. fere millia, quot nunquam ante ad Rhenum descenderunt.*

45) AMMIANVS *lib. XXIX. c. IV.*

66) AMMIANVS *lib. XXX. c. III.*

47) GREGORIVS TVRONENSIS *lib. II. c. IX.* ex Sulpicio Alexandro. *Dehinc Eugenius, tyrannus, suscepto expeditionali procinctu, Rheni limitem petiit, vt cum Alamannorum & Francorum regibus, vetustis fœderibus ex more initis, immensum ea tempestate exercitum gentibus feris ostenderet.*

48) PAVLVS OROSIVS *lib. VII. c. XXXVI. & nunc, cum aduersus eundem Theodosium, collectis Gallorum Francorumque viribus exundauit, nixus etiam præcipuo cultu idolorum, magna tamen facilitate succubuit.*

49) MAMERTINVS Panegyrico primo ad Maximianum: *quis vnquam ante vos, principes, non gratulatus est Gallias Rheno amne muniri, quando non cum summo metu nostro Rheni alueum imminuit diu serena tempestas? quando non cum securitate nostra illius diluuia creuerunt?* Factum id iam TACITI ætate, qui Hist. IV. cap. XXVI. ita loquitur: *Rhenus, incognita illi cœlo siccitate, vix nauium patiens arti commeatus: dispositæ per omnem ripam stationes,* qui

plicationes instituebant. 50) Hinc, dum circa Rhenum saltim haererent Romanorum arma, cum solis populis, qui Rheno erant finitimi, bella gesserunt, quales Franci erant atque Alemanni. Hi quidem a Iuliano Caesare saepius victi, hinc a Valentiniano atque Gratiano Impp. prout superius iam fuit demonstratum. A seculo quarto potentiores Germaniae populi erant, Franci, Alemanni, Boii, Thuringi, Saxones, qui reliquos fere Germaniae populos, quorum perplures memorat Tacitus, absorpserant. 51) Hi quidem Romanorum armis saepius deuicti, nunquam vero plene subacti. 52) Ciuilibus tamen discordiis inter se fuerunt attriti. Potissimum vero, dum Diocletiano imperante, Germanae gentes alternis dimicationibus & insidiis sese ipsos lacerarent, 53) hoc ipso faciliorem Romanis victoriam praebuerunt. Sic Burgundiones Alemannorum agros occupauerunt, sed sua quoque clade quaesitos. 54) Gothi Burgundiones penitus exsciderunt, Thuringi atque Taifali aduersum Vandalos Gepidasque egerunt. 55) Postquam enim de imperio inuicem decertarent, omnes isti, si Saxones excipias, a Francis fuerunt deuicti, horumque imperium subire coacti. Carolus M. demum, deuictis etiam Saxonibus, omnem Germaniam Francorum subiecit potestati.

§. XXXII. Neque tamen sola haec Germanorum bella cum Romanis, quin etiam diuersorum Germaniae populorum migrationes atque traductiones in alias terras sunt considerandae. Inter has celebrantur historicis Sueuorum migrationes. Claudius Impp. Vannium, Sueuorum regem, cum suis per triginta annos praefuisset, a Vibillio, Hermundurorum rege pulsum, vna cum clientibus & popularium parte in Pannoniam, datis agris iussit recipi. 56) Iidem quoque sub Valeriano & Gallieno in Hispaniam transierunt, regnum ibidem constituentes. 57)

§. XXXIII. Marcomannorum a M. Antonino bello deuictorum plurimos in Italiam fuisse traductos, auctor est IVLIVS CAPITOLINVS. 58) Vandali imperante Honorio, in Hispaniam penetrarunt, Galliciam possederunt, & Betiam, exinde vero Gothorum metu in Africam concesserunt. 59) Sub Theodosio iuniore Burgundiones ab Alemannis pulsi, in Sequa-

quae Germanos vado arcerent: eademque de caussa minus frugum, & plures qui consumerent: Apud imperitos prodigii loco accipiebatur ipsa aquarum penuria, tanquam nos amnes quoque, & vetera Imperii munimenta deserent. Hinc EVMENIVS Paneg. Constantino dicto cap. VI. *neque enim Rheni iam gurgitibus, sed nominis tui terrore munimur. Quamlibet ille aut arescat aestu, aut resistat gelu, neutro hostis audebit vti vado. Nihil enim tam insuperabili vallo natura praecludit, quod non penetrat audacia, cui aliqua conandi spes relinquatur. Ille est inexpugnabilis murus, quem extruit fama virtutis.*

50) De hoc latius PONTANVS *Origg. Franc. lib. I. cap. III.*

51) Sic plures Germaniae populi sub Sueuis comprehendebantur, quod TACITVS nos docet *de M. G. cap. XXXVIII. nunc de Sueuis dicendum est, quorum non vna gens: maiorem enim Germaniae partem obtinent, propriis adhuc nationibus nominibusque discreti, quanquam in commune Sueui vocentur.* Quare OROSIVS *lib. I. cap. II.* inter Sueuos LIV. & *lib. VI. cap. X.* centum populos numerat. Idem docet exemplum Francorum.

52) Demonstrauit illud singulari dissertatione ANDREAS IVLIVS DORNMAYER *de Germania nunquam Romanis subacta.*

53) MAMERTINVS Paneg. cap. XVI. *illud vero, non suggeratur licet, quoquo modo dicam, antequam desinam: tantam esse imperii vestri felicitatem, vt vndique se barbarae nationes vicissim lacerent, & excidant, alternis dimicationibus & insidiis clades suas duplicent & instaurent, Sarmaticas vestras, & Raeticas & transrhenanas expeditiones furore percita in semet incitentur.* Idem cap. XVIII. *Barbari ad arma concurrunt, sed inuicem dimicaturi: vicere barbari, sed consanguineos suos.*

54) Idem cap. XVII. *Gothi Burgundiones penitus exscindant. Rursum pro victis armantur Alamanni: itemque Thuringi, pars alia Gothorum, adiuncta manu Taifalorum, aduersum Vandalos Gipedesque concurrunt.*

55) Idem cit. loc. *Burgundiones Alamanorum agros occupauere, sed sua quoque clade quaesitos, Alamanni terras amisere, sed repetunt.*

56) TACITVS Ann. XII. c. XXIX. *per idem tempus Vannius Sueuis a Druso Caesare impositus, pellitur regno: prima imperii aetate clarus acceptusque popularibus: mox diuturnitate in superbiam mutans, & odio accolarum, simul domesticis discordiis circumuentus. Auctores fuere Vibilius Hermundurorum rex, & Vangio ac Sido sorore Vannii geniti. Nec Claudius, quamquam saepe oratus, arma certantibus barbaris interposuit, tutum Vannio perfugium promittens si pelleretur, scripsitque P. Atellio Histro, qui Pannoniam praesidebat, legionem ipsaque e prouincia lecta auxilia, pro ripa componeret, subsidio victis, & terrori aduersus victores, ne fortuna elati, nostram quoque pacem turbarent. Nam vis innumera Ligii, aliaeque gentes aduentabant, fama ditis regni, quod Vannius triginta per annos praedationibus & vectigalibus auxerat. Ipsi manus propria pedites, eques e Sarmatis Iazygibus erat, impar multitudini hostium: eoque castellis sese defensare, bellumque ducere statuerat. Sed Iazyges obsidionis impatientes, & proximos per campos vagi, necessitudinem pugnae attulere, quia Ligius Hermundurusque illic ingruerant. Igitur digressus castellis Vannius, funditur praelio: quamquam rebus aduersis laudatus, quod & pugnam manu capessiit, & corpore aduerso vulnera excepit. Ceterum ad classem in Danubio opperientem perfugit. Secuti mox clientes & acceptis agris, in Pannonia locati sunt. Regnum Vangio ac Sido inter se partiuere, egregia aduersus nos fide: subiectis suone an seruitii ingenio, dum adipiscerentur dominationis multa caritate, & maiore odio postquam adepti sunt.*

57) Gothorum, Vandalorum & Sueuorum in Hispania gesta singulari Chronico exposuit ISIDORVS Hispalensis.

58) In vita M. Aurelii cap. XXII. *accepitque in deditionem Marcomannos, plurimis in Italiam traductis.*

59) PROCOPIVS lib. I. pag. 9. *Vandali ad Maeotidem veteres habuerunt sedes: inde fame pressi ad Germanos, qui nunc Franci dicuntur, Rhenique partes se tulere, adscitis Alanis, Gotthica & ipsa natione, inde Godigisilo duce in Hispania consederunt, quae prima est ab Oceano Romanorum prouincia.* Plenius IO. VASAEVS Chron. Hispaniae cap. XIV. *Vandali, Sueui, Alani Scythicae originis populi, atque a Gothis pulsi suis sedibus e patria in Pannoniam, quam a Constantino acceperunt, inde euocati a Stilicone in Galliam transierunt. E Gallia metu Gotho-*

Sequanos & Heduos e Germania transgressi, sedibus apud eosdem a Valentiniano III. adsignatis, Burgundiæ nomen in Galliis reliquerunt. 60) Quadi sub Constantino Imp. Valeriam Pannoniæ partem ingressi, omnia latrociniis suis impleuerunt. Longobardi Audoëno rege in Pannonia 61) consederunt, eosque Narses in auxilium contra Gothos in Italiam euocauit, 62) vbi sedes suas & regnum constituerunt, 63) postmodum a Carolo M. deletum.

§. XXIV. Præ ceteris, Saxonum migrationes in historiis celebrantur, inter quas præcipua, quæ in Britanniam fuit facta. Vortigerus enim Britonum rex, quo se contra Pictos Scotosque tueretur, Anglos in auxilium vocabat, 64) quæ ipsi Hengisto & Horstio 65) ducibus, sub medium seculi quinti 66) præstabant, nec infeliciter res cedebat. Dum vero insulæ amœnitas Saxones inuitaret, consilium capiunt de inuadendo illius imperio, pace etiam cum Pictis Scotisque inita, ipsos Britannos, sub prætextu, quod debitum militibus stipendium haud persoluerint, bello adoriuntur, iisdemque successu temporis deuictis,

rum in Hispaniam se receperunt, quæ, post miserandam duorum annorum stragem, tripartito inter se diuisa, Vandali & Sueui Galliciam possederunt. Vandali, Silingi Beticam, Alani Lusitaniam & Celtiberiam, quæ sola in Romanorum permanserat fide, & Reges habuerunt, eos qui sequuntur: Sueui Hermericum, Alani Athacem, Vandali Silingi Gundericum. IORNANDES *cap. XXXI.* IDATIVS *Chron. ad Honorii A. XVII.* Hunc sequitur IO. MARIANA *de rebus Hispanicis libro V. c. I.* RHENANVS *lib. I. pag. 125.* Plenius singula exponit ISIDORVS Hispalensis *in Chronico.*

60) PROSPER Chron. A. 414. *Burgundiones partem Galliæ propinquantem Rheno, obtinuerunt.* CASSIODORVS Chron. ad consulat. Luciani. *His Coss. Burgundiones partem Galliæ Rheno tenuere coniunctam.* Hæc latius describuntur a NICOLAO VIGNIERIO *Chron. Burgundiæ,* B. RHENANO *Hist. Germ. lib. I. p. 192.* & SCHVRTZFLEISCHIO *Hist. Vet. Burgund. §. V.*

61) AMMIANVS MARCELLINVS *lib. XVI. cap. X.* & *lib. XVII. cap. XII.* RHENANVS *rer. German. lib. I. p. 209.*

62) Longobardos inter Germaniæ populos refert TACITVS *Ann. II. c. XLV.* & *de M. G. c. XL.* Adsentitur PAVLVS WARNEFRIDI, ipse Longobardus, de gestis Longobardorum *lib. I. cap. II.* Idem *lib. I. cap. XIII.* Longobardorum migrationem in Pannoniam confirmat, dum ait: *Waltari ergo, cum per septem annos regnum tenuisset, ab hac luce subtractus est. Post quem nonus Audoin regnum adeptus est, qui non multo post tempore Longobardos in Pannoniam adduxit.* Idem lib. II. cap. I. *igitur cum circumquaque frequentes Longobardorum victoriæ personarent, Narses chartularius Imperialis, qui tunc præerat Italiæ, bellum aduersus Totilam Gothorum regem præparans, cum iam pridem Longobardos fœderatos haberet, legatos ad Alboin dirigit, quatenus ei pugnaturo cum Gothis auxilium ministraret. Tunc Alboin electam e suis manum direxit, qui Romanis aduersum Gothos suffragium ferrent, qui per maris Adriatici sinum in Italiam transuecti, sociatique Romanis, pugnam inierunt cum Gothis. Quibus vsque ad internecionem deletis, pariter cum Totila suo rege, honorati multis muneribus, victores ad propria remearunt. Omnique tempore, quod Longobardi Pannoniam possederunt, Romanæ Reipublicæ aduersum æmulos adiutores fuerunt.*

63) Idem lib. II. cap. VI. de Narsete: *legatos mox ad Longobardorum gentem dirigit; mandans vt paupertina Pannoniæ rura desererent, & ad Italiam, cunctis refertam diuitiis possidendam venirent.* Idem lib. II. cap. VII. *tunc Alboin sedes proprias, hoc est, Pannoniam, amicis suis Hunnis contribuit, eo scilicet ordine, vt si quo tempore Longobardis necesse esset reuerti, sua rursus arua repeterent. Igitur Longobardi relicta Pannonia, cum vxoribus & natis, omnique supellectili Italiam properant possessuri. Habitauerunt autem in Pannonia annis quadraginta duobus, de qua egressi sunt mense Aprili, per indictionem primam, alio die post sanctum pascha, cuius festiuitas eo anno, iuxta calculi rationem, ipsis Kalendis Aprilibus fuit, cum iam, a domini incarnatione, anni quingenti sexaginta octo essent euoluti.* HERMANNVS CONTRACTVS *ad a. 569.* MAR. SCOTVS *ad a. 566.* SIGEBERTVS GEMBLACENSIS *ad a. 566.* Vid. FRANC. HOTTOMANNI *historia de Longobardis in Italia dominantibus.* B. RHENANVS *rer. Germ. lib. I. p. 222.*

64) BEDA lib. I. Hist. Eccl. Gent. Angl. c. XIV. *initum est consilium, quid agendum, vbi quærendum esset præsidium ad euitandas vel repellendas tam feras tamque creberrimas gentium Aquilonarium irruptiones: placuitque omnibus cum suo rege Vortigerno, vt Saxonum gentem de transmarinis partibus in auxilium vocarent, quod domini nutu dispositum esse constat, vt veniret contra improbos malum, sicut euidentius rerum exitus probauit.*

65) BEDA lib. I. cap. XV. *Duces fuisse perhibentur eorum primi duo fratres, Hengistus & Horsus, e quibus Horsus postea occisus in bello a Britonibus, hactenus in orientalibus Cantii partibus Monumentum habet suo nomine insigne: erant autem vt filii Wetgisli, cuius pater Vecta, cuius pater Voden: de cuius stirpe multarum prouinciarum regium genus originem duxit.* De eo tamen dubium est, an euocati fuerint Anglo-Saxones, an proprio ausu in Britanniam venerint. BEDA equidem *cit. loc. c. XIV.* ipsos vocatos fuisse dicit. Immo, WITTICHINDVS *Annal. lib. I. pag. 630.* orationem refert, quam Visegisto, Hengisti & Horsti patri dixerint legati. Verum NENNIVS, qui Beda est antiquior, dicit, ipsos ex patria in auxilium fuisse pulsos, dum *cap. XXVIII.* ait: *interea venerunt tres chiulæ, a Germania in exilium pulsæ, in quibus erant Horst & Hengist, qui ipsi fratres erant.* Idem tanto magis ex eo patet, quod tribus saltim nauibus aduenerint, quod etiam confirmat GILDAS Chron. cap. XXIII. *tum erumpens grex catulorum cubili leænæ barbariæ, tribus, vt lingua eius exprimitur, Cyulis, vt nostra lingua exprimitur, longis nauibus.* Angli autem eiusmodi nauem adhuc vocant *Kryle.*

66) BEDA equidem *lib. I. cap. V.* hæc ad a. 409. refert, scribens: *anno ab incarnatione domini CCCCIX. Marcianus cum Valentiniano, XLVI. ab Augusto regnum adeptus, septem annis tenuit. Tum Anglorum siue Saxonum gens, inuitata a rege præfato (Wortigerno) in Britanniam tribus longis nauibus aduehitur, & in orientali parte insulæ iubente eodem rege, locum manendi quasi pro patria pugnatura, re autem vera hanc expugnatura, suscepit. Inito ergo certamine cum hostibus, qui ab Aquilone ad aciem venerant, victoriam sumere Saxones.* ANT. PAGI vero in *Critica Ann. Baronii ad A. C. 449. num. 21.* legendum esse putat CCCCXLIX. dum reliqui harum rerum Scriptores, ETHELWERDVS, MALMESBVRIENSIS, HVNTINGDVNIENSIS, IO. WALLINGFORD CHRON. *sub initium* ROD. DICETVS *de Reg. Britonum p. 557.* CHRONOGRAPHVS SAXO hæc ad a. 449. referant.

victis, regno potiuntur, sedes & penates ibi figentes. Addit NENNIVS Vortigernum primum Hengisti filiam Rhonocem adamare cepisse, eandemque in matrimonium duxisse, ipsisque Cantii regionem cessisse. 67) Verum, Saxones hoc non contenti, vnam prouinciam post alteram, occupantes, alios Reges populos ex Germania deducentes. 68) Britanniam nomine suo Angliam adpellantes, Heptarchiam suam in eadem stabilientes, leges, linguam atque mores suos ibidem introducentes. 69) Saxonum saepius rebellantium partem, eorum scilicet, qui trans Albim habitabant, cum vxoribus & liberis in Franciam abduxit Carolus M. 70) Aliam Saxonum in Transyluaniam factam migrationem, illorum lingua, mores, legesque Transyluanorum, quae cum Saxonum institutis conueniunt, testantur. Hoc tamen nec fabulae Hamelensi 71) erit tribuendum, nec transplantationi Saxonum in Transyluaniam a Carolo M. factae, 72) sed consuetae illorum temporum migrationi. 73) Sic etiam Saxones, Longobardorum, dum in Italiam migrarent, socios fuisse, testantur PAVLVS DIACONVS, 74) licet postea per Gallias in patriam regressi varie cum Sueuis conflixerint,

67) NENNIVS cap. XXXVI. pag. 107. *in vna Chiula venit puella pulchra valde atque decora, hae erat filia Hengisti. Postquam venissent Chiula, fecit conuiuium Hengistus Guortigerno regi, & militibus suis, & interpreti suo, qui vocabatur Cerdieselmet -- Hengistus itaque puellam iussit ministrare illis vinum & siceram, qui inebrietati sunt nimis & saturati. Illis bibentibus, intrauit Sathanas in corde Guortigerni, vt adamaret puellam, & postulauit eam a patre suo per interpretem suum, & dixit, omne quod a me postulas, impetrabis, licet dimidium regni mei. Et Hengistus inito consilio, cum suis senioribus, qui secum venerant de insula Oghul, quid peterent regi pro puella, vnum consilium illis omnibus fuit, vt peterent regionem, quae in lingua eorum vocatur Cantguarland, in nostra autem lingua Chent, & dedit illis.*

68) NENNIVS cap. LXIV. *ipsi vero barbari, dum in omnibus bellis prosternerentur, auxilium a Germania petebant, & augebantur multipliciter sine intermissione; & Reges a Germania deducebant, vt regnarent super eos in Britannia.* Populos, qui in Britanniam venerint, recenset BEDA lib. I. cap. XV. *aduenerunt autem de tribus Germaniae populis fortioribus, id est, Saxonibus, Anglis, Vitis. De Vitarum origine sunt Cantuarii & Vectuarii, hoc est, ea gens, quae Vectam tenet insulam; & ea, quae vsque hodie in prouincia occidentalium Saxonum. Vitarum natio nominatur, posita contra ipsam insulam Vectam. De Saxonibus, id est, ea regione, quae nunc Antiquorum Saxonum cognominatur, venere Orientales Saxones, meridiani Saxones, occidui Saxones. Porro de Anglis, hoc est, de illa patria, quae Anglia dicitur, & ab eo tempore vsque hodie manere deserta inter prouincias Vitarum & Saxonum perhibetur, orientales Angli, mediterranei Angli, Mercii, tota Nordhumbrorum progenies, id est, illarum gentium, quae ad Boream Tumbri fluminis inhabitant, caeterique Anglorum populi sunt orti.* CHRONICON SAXONICVM ab EDMVNDO GIBSONO editum a. 449. *hoc anno, Martianus & Valentinianus potiti sunt Imperio, & imperabant septem annis. Eorum aetate, Hengestus & Horsa a Vortigerno Britannorum Rege acciti in eius subsidium, appulerunt in Britanniam in loco qui dicitur Ypwenes fleot, primum Britannis auxiliaturi: verum postea contra eos depugnabant. Rex praecepit illis vt praeliarentur contra Pictos, quod ipsum fecerunt, & victoria potiti sunt quoquo peruenerunt. Deinde mittebant ad Anglos, iubebantque vt sibi transmitterent plus auxilii, ac iis exponebant Britannorum ignauiam atque terrae opulentiam. Tunc mittebant iis plus auxilii: ac venerunt viri de tribus Germaniae prouinciis, de antiquis Saxonibus, de Anglis, de Iutis. Iutis oriundi sunt Cantwari & Vectuarii; haec est ea gens quae nunc incolit Vectam, quaeque gens apud Occidentales Saxonas adhuc vocatur Iutarum progenies. Ab antiquis Saxonibus originem duxerunt Orientales Saxones, & Australes Saxones, & Occidentales Saxones. Ab Anglis (quorum patria ab eo vsque tempore mansit deserta inter Iutas & Saxones) originem duxerunt Angli Orientales, Mediterranei, Mercii, ac omnes Northymbri. Eorum Duces fuerunt duo fratres, Henigestus & Horsa, qui erant filii Wihtgilsi, Wihtgilsus Witta, Witta Wecta, Wecta Wodeni. A Wodeno Originem ducebat omne nostrum genus Regale, itemque Suth-hymbrorum.*

69) Hanc Anglorum expeditionem in Britanniam describunt BEDA *Hist. eccles. gentis Anglorum lib. I. cap. XV.* GALFREDVS *Monum. hist. reg. Britann. lib. VI. cap. XV.* GVIL. MALMESBVRIENSIS *lib. I.* NENNIVS *Hist. Britann. cap. LXII.* ASSERIVS *Annalibus ad a. 449.* De hoc GILDAS de excidio & conquestu Britanniae *num. 23.* inuehitur, dicens: *tum omnes consiliarii vna cum superbo tyranno caecantur adinuenientes tale praesidium imo excidium patriae, vt ferocissimi illi nefandi nominis Saxones Deo hominibusque inuisi, quasi in caulas lupi in insulam ad retundendas aquilonales gentes intromitterentur.* B. RHENANVS *rer. German. lib. I. pag. 230.* ROB. SHERINGHAMVS *de Anglorum gentis origine c. II. pag. 14.* ENGELHVSIVS *Chron. pag. 111. 112.*

70) ANNAL. FRANCORVM LOISELIANI ad a. 804. *Imperator Aquisgrani hiemauit. Aestatem autem in Saxoniam ducto exercitu, omnes qui trans Albiam & Wimundi habitant Saxones cum mulieribus & infantibus transtulit in Franciam.* Eadem habet MONACHVS EGOLISMENSIS cap. XVI. ANNALES LAVRISHAMENSES FVLDENSES & reliqui *ad a. 804.* ANNAL. TILIANI vero *ad a. 805.*

71) Quam satis explosit MARTINVS SCHOOCKIVS, THEODORVS KIRCHMAIERVS. Immo demonstrauit CHRISTIANVS FRANCISCVS PAVLLINI *Zeitkürtzender erbaulichen Lust p. III. diss. IV.* Transyluanos Saxonum coloniam iam ante fuisse, quam exitus Hamelensis accidisse dicatur.

72) BONFINIVS *rer. Hung. dec. I. lib. IX. pag. 96.* de Carolo M. *vt Saxonum vires honestius extenuarentur, multa quoque ex his in Daciam, Pannoniam, diuersasque regiones deducta Colonia, quarum adhuc innumera Sarmatiam, vlterioremque Daciam incolunt*, quem plerique sequuntur. Verum, cum veteres Francorum Annales saltim dicant, Carolum Saxones transalbinos cum mulieribus & infantibus in Franciam transtulisse, haut adsentimur.

73) Hanc equidem coniecturam aeque reiicit LAVRENTIVS TOPPELTINVS *Origg. Transsylvan. cap. III. pag. 15.* putans, Transyluanos esse reliquias Gothorum: verum infirmis plane argumentis. Nostra coniectura fundata est in migrationibus illorum temporum consuetis, lingua, moribus & legibus conuenientibus.

74) De gestis Longobardorum lib. II. cap. VI. *Alboin vero ad Italiam cum Longobardis profecturus, ab amicis suis vetulis Saxonibus auxilium petit, quatenus spatiosam Italiam cum pluribus possessurus intraret. Ad quem Saxones plus quam viginti millia virorum cum vxoribus simul & paruulis, vt cum eo ad Italiam pergerent, iuxta eius voluntatem venerunt.*

75) Haec

xerint, Sueuis tandem cedere fuerunt coacti. 75) Hos etiam ex Oceani littoribus atque paludibus suis in fines Romanorum irruptionum meditantes in Francorum finibus oppressit Valentinianus Imperator. 76)

§. XXXV. Neque solum in exteras terras migrarunt Germaniæ populi, sed etiam in ipsa Germania sedes suas sæpius mutarunt. Sic Chlotarius & Sigebertus Francorum Reges, Sueuos aliasque gentes in locis, de quibus iidem Saxones cum Longobardis in Italiam migrantes exierunt, posuerunt. 77) Burgundiones a Gothis sedibus suis pulsi, Alemannorum agros, inuitis illis, non citra sanguinem occuparunt, qui oppressis ante auxilio venire nolebant, 78) horum itaque finitimi facti, ita vt terminales lapides Alemannorum & Burgundionum confinia distinguerent. 79) Immo longum esset, si omnes Germanorum secessiones migrationesque velimus enumerare. 80)

§. XXXVI. Alemanni ex diuersis conflatus populus, Marcomannorum regionem inter Rhenum Mœnumque primum occuparunt, post varie progressi, iuxta syluam Martianam sedes locauerunt, in tantum etiam potentiæ culmen peruenerunt, vt Germaniæ populus haberetur potentissimus, qui de victoriæ palma cum Francis decertarent. 81)

75) Hæc latius persequitur AIMOINVS *lib. III. cap. VII.* & PAVLVS DIACONVS *de gestis Longobardorum lib. III. cap. V. VI. VII.* MEIBOMIVS *introduct. ad hist. Saxoniæ inferioris p. 11.*

76) Hæc demonstrat B. RHENANVS *rer. Germ. lib. I. p. 175.* nixus auctoritate Pauli Diaconi, cum tamen non ipse, sed PAVLVS OROSIVS *lib. IV. cap. XXXII.* hæc adducat.

77) PAVLVS DIACONVS *de gestis Longobardorum lib. II. c. VI.*

78) MAMERTINVS Panegyrico cap. XVII. *Burgundiones Alamannorum agros occupauere, sed sua quoque clade quæsitos.*

79) AMMIANVS MARCELLINVS *lib. XVIII. cap. II.* de Iuliani Cæsaris expeditione aduersus Alemannos: *cum ventum fuisset ad regionem cui Capellatii vel Palas nomen est, vbi terminales lapides Alamannorum & Burgundiorum confinia distinguebant, castra sunt posita.* B. RHENANVS *rer. Germ. lib. I. pag. 171.*

80) De his plenius egit WOLFGANGVS LAZIVS *de migrationibus gentium*, licet parum accurate; & B. RHENANVS *rerum Germanicarum libro primo*, qui tamen hæc quoque confuse proponit.

81) Horum migrationes iam dum descripsit B. RHENANVS *lib. I. p. 152.*

PERIODVS TERTIA
GERMANIA SVB FRANCIS.

§. I. Francorum origo dubia: a Priamo Troianorum rege ducitur. §. II. Altera opinio eorum, qui Francos ex reliquiis Troianis ducunt. §. III. Ratio erroris ex Francorum migrationibus & synonimia Priami ducitur, qui etiam apud Francos regnauit. §. IV. Tertia opinio eorum, qui Francos e Pannonia ducunt. §. V. Leibnitii sententia, qui Francos in Mauringia atque ad Mare Balthicum originem habuisse, tradit. §. VI. Adsentitur Io. Georgius Eccardus. §. VII. Gundlingius & Turneminius Pater contradicunt. Scripta hinc inde desuper edita. §. VIII. Diuersæ sententiæ de Francorum primis sedibus. §. IX. in Sicambrorum primum sedibus quærendi, postea fines versus Visurgim, Albim, Salam Franconiæ & Thuringos extenderunt. §. X. Franci in Salios atque Ripuarios potissimum distinguuntur. §. XI. Quænam Ripuariorum sedes. §. XII. Quænam Saliorum sedes. §. XIII. Terra Salica vbi sita. §. XIX. Salicus quid sit. §. XV. Salica Lex quæ fuerit. §. XVI. Quis auctor Legis Salicæ. §. XVII. Terra Salica in Tit. LXII. Legis Salicæ quid sit. §. XVIII. Reliqui populi sub nomine Francorum. §. XIX. Nomen Francorum vnde. §. XX. Duces primum habebant, Reges etiam dictos. §. XXI. Prima Francorum mentio sub Valeriano Imperatore. §. XXII. Francorum progressus sub Gallieno, Aureliano & Probo. §. XXIII. Francorum fata sub Diocletiano & Constantinis. §. XXIV. Francorum fata sub Iuliano, Gratiano, Valentiniano & Honorio. §. XXV. Pharamundus primus Rex communis Francorum. §. XXVI. Clodionis gesta. §. XXVII. Merouei gesta. §. XXVIII. Childerici fata, regimen, mors, & monumentum. §. XXIX. Clodoueus Franciam, Thuringos & Alemannos sibi subiicit, & fit Christianus. §. XXX. Clodoueus Boios deuincit. §. XXXI. Clodoueus Burgundiones, Gothos deuincit, ab Anastasio Imp. Augustus adpellatur. §. XXXII. Clodouei filii regnum inter se partiuntur. §. XXXIII. bella Dagoberti, Caroli Martelli & Pipini cum Saxonibus. §. XXXIV. Francia distinguitur in Orientalem & Occidentalem, siue Austriam & Neustriam. §. XXXV. Francorum religio. §. XXXVI. Regnum Francorum est hereditarium. §. XXXVII. & Monarchicum. §. XXXVIII. Ordines Regni. §. XXXIX. Comitia Francorum maiora. §. XL. Comitia minora. §. XLI. Duces Francorum. §. XLII. Comites Francorum.

§. I.

DVm igitur Romani Germaniam tentarent, oriebantur Franci, hoc, quod isti minime valuerunt, perficientes. Multa de gentis origine subest adhuc controuersia. Non desunt inter antiquiores, atque inter hos TRITHEMIVS, HVNIBALDVM secutus, qui a Troianis Francos ducunt, adfirmantes, Troianis post Priamum imperasse Frigam, cuius temporibus in binas partes abierint, prima eorum in Macedoniam pergente, altera cum Friga Asiam sub Frigiorum nomine peruagata, in littore Danubii ad Oceanum consederit. Horum pars Europam cum Francione, rege electo, ingressa, Rheni ripam occupauerit: nec procul a Rheno ciuitatem ad instar Troiæ ædificare cœperit, imperfecto tamen opere. 1) Immo

1) Multi huius sententiæ, Francos a Troianorum reliquiis esse oriundos, sunt adseclæ, vtpote FREDEGARIVS *Hist. Franc. epitomata cap. II.* Similia continentur in FREDEGARII *Excerptis n. I.* Eandem

Immo, Francos de genere Alexandri M. fuisse, tradit OTHFRIDVS. 2) A parte residua, ab electo rege Turcho ortos fuisse Turcas.

§. II. Alio quoque modo a Troianis petitur Francorum origo; prout eandem SIGEBERTVS GEMBLACENSIS exponit. Post famosum excidium Troianum, victoribus Græcis cedentes reliquiæ Troianorum, pars eorum cum Aenea ad fundandum Romanorum Imperium, ad Italiam venit: pars alia, scilicet XII. M duce Antenore in Pannoniæ finitimas partes, secus Moeotidas paludes peruenit, ibique ciuitatem fecerunt, quam ob sui memoriam Sicambriam vocauerunt. In qua multis annis habitantes, in magnam gentem coaluerunt. Indeque post exeuntes, vsque ad Gallias ferocitatis suæ vestigia dilatarunt. Hos postea Romanis infestos, Constans, Constantini Magni filius bello oppressit, & Romano subiectos Imperio mansuefieri a sua veritate coëgit. Post annos XXXIV. a Valentiniano I. Imperii sui anno X. euocati, vt Alanos sibi rebelles contererent, hac pactione, quod X. annis a tributo annuo sibi & Romanis debito forent immunes, ipsi fortitudine & prudentia sua iam experta, duce Priamo, Moeotidas paludes Romanis inuias ingressi, exterminauerunt Alanos. Valentinianus itaque eorum delectatus virtute, ipsos prius Troianos dictos, deinde Anthenorides, post Sicambros, Francos eos lingua Attica seu Græca vocauit, quod Latine interpretatur feroces. Exacto itaque decennio, cum ab eis repeteretur tributum, ipsi pro dicta victoria insolescentes, & de suis viribus præsumentes, non solum Romanis negauerunt tributum soluere, sed etiam præsumpserunt rebellare. Ob hoc Romanus exercitus super eos irruens, eos victos pene vsque ad internecionem contriuit. Hinc longam regum seriem ex gente Troianorum nectunt. 3)

§. III. Considerantes vero quid fabulæ ansam dederit, hanc exinde potissimum ortam esse putamus, quod Francis a Probo imperatore sedes ad Pontum fuerint adsignatæ, qui, postquam per Bosporum & Hellespontum Græciam fuerunt depopulati, tandem in Franciam salui redierunt. 4) Accedit error ex nomine Priami. PROSPER AQVITANVS enim

Eandem opinionem recenset IO. PARISIENSIS *de origine regnorum Galliæ apud* DV CHESNE *Tom. I. pag. 130.* Quis vero auctor traditionis, incertum. Prouocant vulgo ad EVSEBII auctoritatem. Sic LVPOLDVS de BEBENBVRG de Iuribus regni & Imperii Romani cap. I. *legitur itaque in Chronico Eusebii, in ea parte, vbi agitur de gestis Valentiniani imperatoris, vbi plene prosequitur Eusebius de origine gentis & regni Francorum.* Ad eundem prouocat KÖNIGSHOVEN *Elsaßische Chronic cap. IV. §. 1.* cum tamen Eusebius ne verbum quidem de Francis. Huius rei rationem reddit FREHERVS notis ad Lupoldum, dicens: *Sciendum igitur, plerosque omnes Chronicorum [illegible] annalium scriptores (quod genus singula propemodum [illegible] Cathedrales, cœnobia, collegia, gymnasia habebant) initium operis sui a temporibus illis sumsisse, atque adeo totam Eusebii Chronologiam isthuc transtulisse, eamque postea per temporum successiones ad suum vsque æuum continuasse. Tali compilatione cum etiam Lupoldus noster vteretur, quæ Eusebii nomen fronte præferebat, quæ erat eius seculi [illegible], non iam alio totum autorem nomine laudandum putauit.* GOTFRIDVS WENDELINVS Scriptorem anonymum qui sub annum DCCXX. Gesta Francorum congessit, & reperitur apud du CHESNE *Tom. I. p. 690.* sententiæ auctorem venditat. Plerique HVNIBALDVM primum esse dicunt, qui seculo VI. vixit. Verum, cum scriptum, quod sub ipsius nomine superest, [illegible] cuiusdam sit impostoris, atque ideo ætatis [illegible], prout præter PONTANVM *in [illegible] lib. III. cap. III.* ipse demonstrat [illegible] *impostoribus §. VI.* neque ex hoc [illegible] accedet auctoritas. FREDEGARIVM [illegible] auctorem, qui Gregorium Turonensem [illegible] epitomauit, ast sæpius corrupit, [illegible] AIMOINVS *lib. I. c. I.* SIGEBERTVS GEMBLACENSIS sub initium Chronographiæ & præterque Hunibaldo nimium fidens IO. TRITHEMIVS *de origine Francorum*, ad Wasthaldi etiam MStum, prouocans, qui Sicambros a Troianis ducit. Inde HENRICVS VALESIVS *not. ad excerpta Peiresciana p. 73.* scribit: *Francos a Troianis oriundos, longe vetustissimam esse famam & bonis auctoribus inixam.* Hanc tamen traditionem IO. MÜLLERVS *Vntersuchung von Ankunfft der Francken*, quæ LVDEWIG *Scriptoribus Rerum Würtzburgensium pag. 353.* fuit inserta, atque OLIV. VREDVS *Hist. Comit. Flandriæ c. X.* merito refellunt.

2) Euang. lib. I. cap. I. v. 175.

In einen buachon ih weiz war,
Sie in sibbu ioh in ahtu,
Sin Alexanderes slahtu

ex libro quodam didici, cognatione & existimatione de genere Alexandri fuisse. Licet IO. GE. SCHERTZIVS *notis ad h. l.* potius sic vertat: *illi* (Franci.) *in pace & in bello sunt Alexandri generis*, i. e. similes Alexandro, iisdem artibus Belli & Pacis instructi.

3) *Chronogr. sub initium.* Ex hoc IO. PARISIENSIS *pag. 129.* Eadem fere habet AIMOINVS *lib. I. cap. I.* Pari fere ratione loquitur OTTO FRISINGENSIS *lib. IV. cap. XXXII. Franci a Troia digressi cum in Scythia sedes posuissent, dicti sunt Sicambri. Dum ergo toto Orbe in potestatem Romanorum redacto, & ipsi inter alios subditi fuissent, elapso tempore, causa quam supra reddidimus, a Valentiniano dicti sunt Franci, ac per X. annos propriæ libertati relicti. Quibus expletis, dum Romani solitum tributum repeterent, Franci, vt assolet, libertate effrenes facti, tributum dare renuerunt. Habuerunt autem inter se antiqui nominis & virtutis Principes Priamum & Antenorem. Qua de re dum contra eos a Romanis pugnatur, occiso cum multis aliis Priamo rege eorum, reliqui elapsi in partibus Germaniæ, circa Thuringiam consederunt, cum principibus Priami & Antenoris filiis, Marcomede & Sunnone. Porro defuncto Sunnone, communicato consilio, Marcomedis filium Pharamundum, sibi Regem creauere.* Hos sequitur FRANCISCVS de ROSIERES sub initium Stemmatum Lotharingiæ ac Barri Ducum, ROBERTVS GAGVINVS sub initium Historiæ Francorum. IAC. von KÖNIGSHOVEN *Elsaßische Chronic cap. IV. §. I.* & plures alii. HIER. GEBVILERVS in scripto, cui titulus: *Libertas Germaniæ cap. VI.* ADR. IOVRDAN *Histoire de France.* Refert eandem quoque SCHATENIVS *Hist. Westphal. lib. III. pag. 146.* Plures, qui hanc sententiam refutarunt, recenset PFEFFINGER *Vitriario illustrato lib. I. Tit. II. p. 180.*

4) AEGIDIVS BVCHERIVS *lib. VI. Belgii Romani cap. XIII. §. 2.* HERTIVS *not. Vet. Regni Francorum cap. III. §. IV.*

 5) Tri-

enim sub initium Chronici, in historia Theodosii tradit: 5) *Priamus quidem regnat in Francia, quantum altius colligere potuimus.* Hoc igitur, dum antiquissimus Rex Francorum dicatur Priamus, fefellit sine dubio FREDEGARIVM, vt eundem haberet cum Priamo Rege Troianorum, ex quo fabula de origine Troiana, idque eo magis, quod non solum pleræque gentes a decantatissima ista fabula suam peterent originem, 6) sed etiam, si quæ nomina cum Troianorum heroibus conuenirent, statim ab iisdem crederent esse adpellata 7) Dum autem Prosper Aquitanus Eusebii Chronicon continuauerit, ad huius auctoritatem solet prouocari. Quid quod, fabulæ lucem præferre dicunt TACITVM, 8) qui Vlyssem dicit longo & fabuloso errore in Oceanum delatum, adiisse Germaniæ terras, Asciburgiumque 9) quod in ripa Rheni situm, hodieque incolatur, ab illo constitutum, nominantumque, licet ipse nec confirmare argumentis nec refellere audeat. LEIBNITIVS autem Priamum ex Pharamundo corruptum esse autumet. 10)

§. IV. Tertia illorum est opinio, qui dicunt, eosdem de Pannonia fuisse digressos. Et primum quidem litora Rheni amnis incoluisse, dehinc transacto Rheno, Thoringiam transmeasse, ibique iuxta pagos vel ciuitates, Reges crinitos super se creauisse, 11) atque Sicambrorum vrbem condidisse. 12) HADRIANVS TVRNEBVS illos e Scanzia deducere conatur, cui Franci illi videntur, quos PTOLEMAEVS in dicta insula Phirassos adpellat. 13) Hinc etiam ab vltimis Barbariæ littoribus illos esse auulsos dici volunt. 14) Plures opiniones eorum, qui Francorum originem vel ex Franconia, 15) vel ex Scythia, vel aliunde ducunt, hic recensere supersedemus. 16) Gallis etiam plerumque Francos ab ipsis ortos fuisse autu-

5) Triplicem extare Chronici Prosperi editionem, demonstrauit iamdum VOSSIVS *de Historicis latinis lib. II. cap. XVII. pag. 228.* Prima, eademque antiqua est, quæ plerumque Eusebii atque Hieronymi Chronico solet subiungi, in qua dicta verba non reperiuntur. Alterum, sub titulo Prosperi Aquitani Chronicon edidit primum PETRVS PITHOEVS, hinc illud Tomo primo Scriptorum rerum Francicarum inseruit du CHESNE, atque ex diuersorum Codicum collatione emendatius longe PHILIP. LABBAEVS in Tomo primo Nouæ Bibliothecæ Mstorum, in quo hæc verba leguntur. Ab vtrisque discrepat tertia editio, quam sub TIRONIS PROSPERI nomine ex Msto Augustano primum edidit HENRICVS CANISIVS *Tomo I. Lectionum Antiquarum.*

6) De Aruernis quidem LVCANVS *lib. I. vers. 427.*

Aruernique ausi latio se fingere fratres
Sanguine ab Iliaco populi.

Sic AMMIANVS MARCELLINVS de origine Gallorum lib. XV. c. IX. *aiunt quidam, paucos post excidium Troiæ, fugientes Græcos vbique dispersos, loca hæc occupasse, tunc vacua.* Vid. SCHILTER *ad Konigshoven p. 471.*

7) Idem cum nomine Angisi vel Ansegisi factum, vti ex PAVLI WARNEFRIDI *de gestis Longob. lib. VI. cap. XXIII.* patet: *hoc tempore apud Gallias in Francorum regnum A. his Arnulfi filius, qui de nomine Anchisæ quondam Troiani creditur appellatus, sub nomine maioris domus, gerebat Principatum.* Sic etiam Epitaphium Rothaidis Pipini filiæ apud du CHESNE *Tom. II. p. 202.*

Pipinus proauus, quo non audacior vllus.
Ast abauus Anschise potens, qui ducit ab illo
Troiano Anchisa longo post tempore nomen.

Sic etiam PAVLVS AEMYLIVS *Hist. Gallica lib. I. pag. 34.* de Pipino: *ex amplissima familia, & tam vetere nobilitate natus erat, vt cum author gentis, origoque prima ignoraretur, quod multi eius stirpis Anchisii vocitati inuenirentur, ab Anchise Troiano eos oriundos plerique iactitarent.* CHIFLETIVS *Lum. nou. ad vindicias Hispanicas pag. 453.*

8) *de M. G. cap. III.*

9) Est vicus Asburg in ripa Rheni, prope Meurs.

10) *Disquis. de origine Francorum §. V.* scribens: *sed ego Priamum ex Pharamundo (hactenus ignoto, sed auo eius, qui innotuit) in Pharamum contracto corruptum suspicor, vt solebant nomina barbarica ad suos sonos accommodare Græci & Romani; cum idem Priamus in vita Sigeberti Regis dicatur pater Marcomenis & autori Gestorum sit auus Pharamundi, nempe nomen aui, vt fieri solebat renouantis.*

11) GREGORIVS TVRONENSIS *lib. II. c. IX.* ECCARDVS equidem *notis ad Leibnitium de Orig. Francorum §. VIII.* pro *Rheno* legendum esse putat *Rheganum* fluuium. *Germ. Regen*, qui inter Danubium & veterem Thuringiam fuerit intermedius, prouocans ad ANONYMVM RAVENNATENSEM, qui *lib. IV. cap. XXV.* scribit: *iterum desuper ipsam, quomodo vt dicamus patria Francorum Rhinensium est patria, quæ dicitur Thuringia, quæ antiquitus Germania nuncupatur, quæ propinquatur & patria Saxonum. Per quam Turingorum patriam transeunt plurima flumina, inter cetera, quæ dicuntur Bac & Rheganum, quæ in Danubio merguntur.* Sub fluuio *Bac*, *Nabum* intelligit Eccardus. Verum, Thuringos ad Rhenum vsque olim habitasse, supra *Proleg. Sect. I. § XV.* iamdum demonstrauimus. Adsentitur WENDELINVS *Nat. Solo Leg. Salicæ cap. I.* Hanc sententiam refellit OLIV. VREDVS *Hist. Comit. Flandriæ cap. XI.*

12) GESTA REGVM FRANCORVM cap. I. HINCMARVS in vita S. Remigii, Sicambriam a Francis in migrationibus suis fuisse conditam, dicunt, cuius reliquias in pago Schambry, non procul a noua Buda, atque e regione insulæ D. Margarethæ, ostendunt Vngari. WOLG. LATZIVS etiam *Comment. Reip. Rom. lib XII. cap. XIII.* multas Romanorum Inscriptiones ibi tradit effodi.

13) NIC. VIGNIERIVS *de statu & origine Francorum p. 135.*

14) EVMENIVS Panegyr. c. VI. *quid loquar intimas Franciæ nationes, iam non ab iis locis quæ olim Romani inuaserant, sed e propriis ex origine suis sedibus, atque ab vltimis Barbariæ littoribus auulsas: vt in desertis Galliæ regionibus collocatæ, etiam pacem Romani Imperii cultu iuuarent, & arma delectu.*

15) Has recenset SCHATENIVS *Hist. Westphal. lib. III. p. 148. sqq.* & refutat VREDVS *c. XII. XIII. XIV. XV.*

16) BODINVS Meth. Hist. cap. IX. pag. 363. *Quare cum quæritur de origine Francorum, qui postremi Galliarum imperium inuaserunt, non ego illos a Troianis, vt Gregorius Turonensis & Abbas Vrspergensis: aut a Phrygiis vt noster Bellaius: aut a Cimbris, vel Phrisiis; vt Lazius, sed ab incolis Franconiæ Orientalis vltra Rhenum, Galliis finitima, vbi sunt ea, quæ Cæsar dicit, fertilissima Germaniæ loca Gallorum coloniis occupata, circa Hercyniam siluam,* cui tamen respondet PONTANVS *lib. II. cap. V.* Eandem

se autumant 17) argumento vtentes, quod auctore CAESARE 18) & LIVIO 19) Galli olim coloniam in syluam Hercyniam deduxerint, ex quo Franci orti, qui deinde in maiorum patriam fuerint reuersi. OLIVARIVS VREDVS in eo est operosus, vt demonstret, Francos origine esse Gallos indigenas. 20)

§. V. Recentissima est LEIBNITII 21) sententia, antiquas Francorum sedes, atque origines, antequam Romanis noscerentur, ad mare Balthicum esse quærendas. Motus iste fuit auctoritate GEOGRAPHI RAVENNATENSIS, 22) dum ait: *quarta vt hora noctis Normannorum est patria, quæ est Dania ab antiquis, cuius ad frontem Albes vel patria Albis, Maurungania certissime antiquis dicebatur, in qua patria Albis per multos annos Francorum linea remorata est.* Mauringiam regionem ad mare explicat, cum Pomerani dicti, quasi siti ad mare, Polabi siti ad Albim, dum Albis Slauis dicta fuerit Labe. Dicit igitur, Francorum lineam, seu maiores regionem incoluisse intra mare Balthicum & Albim. Putat itaque, horum regionem contineri inter Eidoram & Panim amnes, & forte vltra Viadrum extendi, atque secundum hodierna nomina continere Holsatiam, Ducatum Lauenburgicum, Ducatum Mecklenburgicum & Pomeraniæ partem, & ex gentibus eas regiones olim incolentibus, Reudingis, Auionibus, Anglis, Werinis, Eudosibus, quibus Herulos, Rugos, Cimbros, antiquos Saxones, atque trans Eidoram, Danos Iutas addit, quorum globus acerrimæ iuuentutis eo tempore, dum pars gentium citeriorum in Romanas regiones irrumpens, vlterioribus succedendi locum fecisset, ex regionibus suis ad quærendas nouas sedes & tentandam fortunam exiuerit. Geographi Rauennatensis testimonium adiuuare dicit locum ERMOLDI NIGELLI, Franci, qui in carmine suo ad Ludouicum Pium, Francos fuisse Danis cognatos, immo, ex iisdem ortos, in regione Danis vicina habitasse, testatur. 23) Tertium argumentum sumit ab illis Scriptoribus, qui Francos a Mceotide palude accersunt, eo quod Scriptores hanc paludem cum mari Balthico sæpius confuderint. 24) Immo suspicatur, regionem circa Panim fluuium per errorem Pannoniam adpellari potuisse. 25) Primam ergo Francorum sedem inter Albim & mare Balthicum ponit, alteram inter Albim & Visurgim amnem ex Legis Salicæ præfatione declarat. Tertiam inter Visurgim & Rhenum collocat, vsque dum transmisso Rheno, Regnum in Gallia & Germania fundauerint. 26)

§. VI. Adsentitur IO. GEORGIVS ECCARDVS, 27) qui tamen Mauringiam non maritimam, sed moris siue paludibus plenam regionem designat, atque optimo iure Wagriam & vicinas prouincias vna cum Lauenburgicis & Mecklenburgicis terris Mauringiam vocari a suis moris siue paludibus & lacubus, cum nullibi tam frequentes paludes, quam hic locorum inueniantur, contendit. Et videri, Slauos irruentes inde adsitam regionem Pomeraniam, siue vt ipsi loquantur, *Pomorze* nominasse, non tam quod mari, sed quod veteri Mauringiæ esset vicina. Veteres Francorum sedes igitur in terris à Slia & Egidora ad Warnam in littore maris Balthici iacentibus, Francos primum degisse arbitratur.

§. VII. Varias tamen contra Leibnitii sententiam mouet GVNDLINGIVS. 28) Dicit enim, Mauringiam idem esse ac *Marchgau*, *Marschland*, *Meerland*, & notare quæuis loca palustria & fertilia, atque putat, omnem circa mare Balthicum tractum, vsque ad Britanniam, dictam fuisse Mauringiam, indeque Pelagium Morgan adpellatum. Potissimum vero Francorum primas sedes in Terra Bremensi quærit Gundlingius, motus auctoritate diplomatis Caroli M. 29) qui Archiepiscopatum Bremensem fundauit, in quo hæc verba habentur: *& quia casus præteritorum nos cautos faciunt in futurum, ne quis, quod non optamus, aliquam sibi in eadem diœcesi vsurpet potestatem, certo cum limite fecimus terminari, eique hos terminos, mare Oceanum, Albinam fluuium, Liam, Steinbach, Hasalam, Weimarcham, Schneidbach, Ostam, Mulimbach, motam paludem, quæ dicitur Sigfridesmor, Quistinam, Chesenmor, Aschbroch, Wisebroch, Biuernam, Vternam, iterumque Ostam &c.* Hanc igitur terram in-

Eandem tamen sententiam reduxit LACCARI *de colon. Gallorum*, P. TVRNEMINIVS contra LEIBNITIVM.

17) IO. BODINVS *Meth. Hist. pag. 314.* DAV. BLONDELLVS *Addendis ad pleniorem Franciæ Genealogiæ assertionem pag. 121.*

18) *de B. Gall. lib. VI. c. XXIV.*

19) *lib. V. cap. XXXV.*

20) Historia Comitum Flandriæ, potissimum *cap. XVII. XVIII. XIX.*

21) Singulari libello de origine Francorum, qui primum separatim prodiit, postmodum Io. Georgii Eccardi Editioni Legis Salicæ, cum huius annotationibus accessit.

22) Qui tamen Germanus fuit, a Iacobo Gronouio editus, *lib. I. cap. XI.*

23) Sic enim iste libro IV.

hic populus porro veteri cognomine DENI
ante vocitabantur, & vocitantur adhuc.
MORT *quoque Francisco dicuntur nomine* MANNI
veloces, agiles armigerique nimis.
Ipse quidem populus late pernotus habetur
Lintre dapes quærit, incolit atque mare.
Pulcher adest facie, cultuque statuque decorus,
vnde GENVS FRANCIS, *adfore fama refert*
victus amore Dei GENERISQVE *misertus* AVITI
temptat & hoc Cæsar lucrificare Deo.

Reperitur hoc carmen in Bibliotheca Cæsarea, eiusdemque editionem promisit Gentillottus ab Engelsbrun.

24) ADAM. BREMENSIS lib. IV. c. LXXIX. *fortasse mutatis nominibus arbitror, illud fretum* (mare Balthicum) *ab antiquis Romanis appellari paludes Scythicas vel Mæoticas.* PROCOPIVS lib. I. B. Vandalici. Vandalos primum circa Mæotidem consedisse narrat, quos a mari Balthico venisse, ex Tacito aliisque constet.

25) §. *XVI.*

26) §. *XVII.*

27) in notis ad dictum Leibnitii Tractatum.

28) *Gundlingianis p. III. n. II.*

29) *Hist. Eccles. lib. I. c. IX.*

ram inter Albim atque Visurgim, Harburgum vsque, veram dicit fuisse Mauringiam, atque hac ratione Francos Saxonibus fuisse confines. Ex hac palude Moeotide ortum fuisse, vt quidam Francos a palude Moeotide venisse, autumant. Respondet ad hæc argumenta LEIBNITIVS, 30) Francorum & Longobardorum migrationes magis adhuc declarans, atque sub *mota palude* apud Adamum Bremensem saltim certum districtum Ducatus Verdensis intelligi, autumat. Ad hanc Leibnitii responsionem varia iterum regerit GVNDLINGIVS, 31) putans, Geographi Rauennatensis patriam Albis, siue Mauringiam non versus ortum, verum, versus meridiem esse quærendam. Sub linea Francorum intelligi debere extremam partem Francorum, quæ sit in patria Albis diu remorata. Inde magis adhuc confirmat, Francos in Chaucorum regionem successisse, id quidem ex Tabula Peutingeriana, in qua: *Chauci*, *Ampsiuarii*, *Cherusci*, *Chamaui*, *qui & Franci*, *Bructeri*, atque ex Hieronymo in vita Hilarionis, dum scribit: *inter Saxones quippe & Alemannos gens non tam lata, quam valida, apud Historicos Germania, nunc vero Francia dicitur*, demonstrare conatur. Franciam vero minorem fuisse, ex eo probat, quia Franciæ magnæ nomen subinde occurrat, atque terræ Alemannorum ad Rhenum sæpius Francia fuerint dictæ, quam Monachus Sangallensis Franciam nouam vocet, quæ exinde in CisRhenanam & TransRhenanam fuerit diuisa. Respondet tamen Gundlingio IO. GEORGIVS ECCARDVS in notis ad Leibnitii Tractatum, in quibus 32) potissimum docet, *Motam* in diplomate Bremensi minime de Mauringia posse intelligi, cum sit miser amniculus & vix accolis notus, qui nunc *Mede* dicatur. Et dum S. I. adscriptus TVRNEMINIVS in recensione dicti Tractatus Leibnitiani quædam dubia moueret, ad eadem etiam respondet LEIBNITIVS. 33)

§. VIII. Nec minor est controuersia de primis Francorum sedibus. Communis est opinio, illos iamdudum in Pannonia ad Mæotidas paludes sedes habuisse, Romanis etiam fuisse tributarios, a Valentiniano vero Imp. euocatos contra Alanos. Verum, non solum ante Valentinianum iamdum fuerunt noti, sed etiam ansam commento dedisse videtur, quod Franci paludosam incoluerint regionem, 34) ex quo ipsis ad Mœotidas paludes habitatio fuit adsignata. B. RHENANVS 35) Francos dicit maritimum populum fuisse, Oceani septentrionalis littus colentem, iuxta Chaucos & Saxones, nixus auctoritate Panegyristæ, 36) qui eosdem ab vltimis Barbariæ littoribus dicit esse auulsos. Licet hoc, dum ad diuersorum littorum flumina consederint, de his facile sic intelligendum, HADRIANVS IVNIVS, 37) demonstrauit, ipsos in Belgio atque Westphalia primum consedisse, atque intra Rhenum, Visurgim & Albim, inter Saxones & Alemannos, 38) sedes habuisse antiquissimas: tum etiam trans Isalam regiones ad littora vsque Oceani incoluisse, illas scilicet terras, quas nunc tenent Transisalani, Cliuienses, Westphali, Embdani, Drentani, Lingii, Bremenses, Bentheimii & Frisii. In hodierna Franconia ipsis sedes adsignat AVENTINVS, 39) licet NICOLAVS VIGNIERIVS 40) in eo admodum sit operosus, vt doceret, Francos ad Salam Franconiæ non consedisse, nec Salios exinde fuisse denominatos. OLIVARIVS VREDVS 41) totus in eo est, vt demonstret, Francos originarias sedes suas habuisse in Flandria, idque potissimum ex Itinerario Augusti, & lingua Francorum cum Flandrica conueniente, demonstrare conatur.

§. IX. Origine itaque, lingua, moribus atque primis sedibus Germani 42) erant Fran-

30) *Gundlingiana p. VI. c. IV.*

31) *P. IX. n. I.*

32) *pag. 252.*

33) extat ista responsio eiusdem Tractatui apud ECCARDVM adiecta *p. 261.*

34) Sic VOPISCVS Probo cap. XII. *Francos inuiis stratos paludibus dicit.* Auctor Panegyrici Constantino dicti, Francos designat, *nationem perfugiis syluarum & paludum solitam bellum frustrari.* GREGORIVS etiam TVRONENSIS *lib. II. cap. IX.* Francis tribuit *palustres campos, qui sylnis iungebantur.* SIDONIVS APOLLINARIS *Carm. XXIII. vers 245.*

Francorum & penitissimas paludes
Intrares venerantibus Sicambris.

35) *Rer. Germ. lib. I. p. 129.*

36) Idem enim est, quod in Panegyrico incerti c. XXV. dicitur: *tibi se ex vltima barbaria indigenæ populi dedidere.*

37) *Batauia p. 94.* quem sequitur SCHATENIVS *Hist. Westphal. lib. III. p. 151.*

38) Sic enim HIERONYMVS in vita Hilarionis cap. VIII. *inter Saxones & Alemannos gens non tam lata, quam valida, apud historicos Germania, nunc vero Francia vocatur.* Ex eodem habet AIMOINVS *Hist. Franc. lib. II. cap. X.* quem locum PONTANVS *Originum Franciscarum lib. II. cap. III.* latius illustrat. HADR. VALESIVS præfatione in Annales Francorum & notitia Galliarum, *voce Francia.* WERLHOF *lib. I. c. II. §. 69.*

39) *Ann. Boi. lib. IV. c. I. n. 4.* ideo notatus a SCHATENIO *lib. III. p. 184.*

40) de Origine Francorum apud du CHESNE *Tom. I. p. 144.*

41) *Hist. Comit. Flandr. cap. XVII. sqq.*

42) AGATHIAS *lib. I. pag. 530.* ed. Grotianæ: *sunt enim vicini Italiæ Franci, iidem qui Germani olim dicebantur, quippe Rhenum vtrinque accolunt.* Procopius libro primo Gothicorum eos semper pro Germanis venditat. Sic totus in adstruenda hac sententia est IO. ISAACIVS PONTANVS, & NIC. SCHATENIVS libro tertio Historiæ Westphalicæ. CLVVERVS *lib. III. c. XX.* ANT. SCHONHOVIVS *de origine & sedibus Francorum* apud ANT. MATTHAEI *Vet. aui Analectis pag. 57.* Quid quod, ipsi Galli hoc minime diffitentur. Sic enim BODINVS Meth. Hist. cap. IX. pag. 363. *Quantum quæritur de origine Francorum, qui postremi Galliarum imperium inuaserunt; non ego illos a Troianis, vt Gregorius Turonensis & Abbas Vrspergensis: aut a Phrygiis vt noster Bellaius: aut a Cimbris, vel Phrisiis, vt Lazius: sed ab incolis Franconiæ orientalis vltra Rhenum Galliis finitimæ, vbi sunt ea, quæ Cæsar dicit, fertilissima Germaniæ loca Gallorum coloniis occupata circa Hercyniam syluam.* Idem ingenue fatetur HADRIANVS VALESIVS præfatione de

Franci, non vnus populus, sed a pluribus communi fœdere iunctis, conflatus. Communiter quidem iidem habentur cum Sicambris, 43) qui populus Germaniæ erat ab ostiis Rheni versus Albim habitans, licet potior illorum pars a Tiberio in Gallias fuerit traducta, vt exigua illarum saltim restaret portio, 44) ast sine ratione, cum TACITO 45) teste, Sicambri in Gallias fuerint traiecti, atque postmodum Gugerni vocati. 46) Hinc plerique Scriptores, 47) etiam antiqui, Francos atque Sicambros ab inuicem distinguunt. Hoc tamen certum, quod Tencteri atque Vsipetes in agros Sicambrorum successerunt, 48) atque vna cum aliis gentibus communem constituerunt gentem Francorum. Hinc etiam facile concedimus, eo quod in Sicambrorum sedibus consederint, eos quoque adpellatos fuisse Sicambros. Diuersimode autem sedes suas promouerunt Franci, vt dum primum circa Rheni ripas in antiquis Sicambrorum sedibus hæreret, 49) non solum versus Visurgim & Albim, in hodierna Westphalia, sed etiam versus Salam Franconiæ, prout Palatium Saltzense testatur, 50) versus Mœnum, prout ex Francofurtensi vrbe patet, cuius ex opposito Saxonum erat domicilium Sachsenhausen, & Thuringos, prout ex diuersis Francorum reliquiis, vtpote Francohusana vrbe in terris Schwartzburgicis, atque Francorum turri ibidem posita, 51) cui oppositum Saxonum castrum, Sachsenburg, Sondershusa, quod oppidum a Francorum & Saxonum separatione nomen habere videtur, 52) cognoscitur.

§. X. Licet autem plures in Francorum Republica populi coaluerint, bini tamen præ cæteris erant, in quos distinguebantur, SALII atque RIPVARII, 53) vt ZOSIMVS distinguit, in Salicos atque Francos. 54) Exinde binæ apud Francos reperiebantur leges, Salica atque Ripuaria. 55) Quare etiam in Francorum Legibus vel Capitularibus modo 56) occurrit, homo vel Francus Salicus modo homo vel Francus Ripuarius, qui etiam

ne & libro *de gestis Veterum Francorum*, & NIC. VIGNIERIVS *de origine Francorum*. PAPIRIVS MASSONIVS sub initium libri primi Annalium. Immo, ipsi Galli semper hoc adgnouerunt, prout latius demonstrauit GOLDASTVS *replicatione pro Imperio pag. 86.* & nostra ætate L' Abbe VERTOT *dans Memoires de literature Tom. IV. p. 275.*

43) Hoc maxime contendit PONTANVS *Origg. Franc. lib. II. cap. III.* vsus potissimum auctoritate CLAVDIANI, qui per Sicambriam intelligit Franciam, & GREGORIVS TVRONENSIS *lib. II. Hist. Franc. cap. XXXI.* qui Remigium inducit, Clodouæum in baptismo ita adloquentem: *mitis depone colla Sicamber.* Sic etiam VENANTIVS FORTVNATVS *de Chariberto Rege lib. VI. carm. IV.*

Cum sis progenitus clara de gente Sygamber,

ad quem locum BROWERVS late commentatur, Sicambrorum sedes antiquas exponens.

44) STRABO *lib. VII. pag. 203.* Τῶν δὲ Γερμανῶν, ὡς εἶπον, οἱ μὲν προσάρκτιοι παρήκουσι τῷ Ὠκεανῷ. Γνωρίζονται δ' ἀπὸ τῶν ἐκβολῶν τοῦ Ῥήνου λαβόντες τὴν ἀρχὴν μέχρι τοῦ Ἄλβιος. Τούτων δ' εἰσὶ γνωριμώτατοι, Σύγαμβροί τε καὶ Κίμβροι. *Germanorum, vt diximus septentrionales qui sunt, propter litus Oceani porriguntur: ac noti sunt ab ostiis Rheni vsque ad Albim, notissimi Sicambri & Cimbri.* Fuerunt etiam Vbiorum, Cattorum & Cheruscorum finitimi, teste DIONE CASSIO *lib. LIV. pag. 544.* Verum, quod exigua illorum supermanserit manus, idem STRABO *lib. VII. pag. 200.* tradit: Ἔστι δὲ τὰ μὲν πρῶτα μέρη τῆς χώρας ταύτης τὰ πρὸς τῷ Ῥήνῳ μέχρι τῶν ἐκβολῶν ἀπὸ τῆς πηγῆς ἀρξαμένοις. σχεδὸν δὲ καὶ γὰρ τοῦτό ἐστι τὸ ἑσπέριον τῆς χώρας πλάτος, ἡ ποταμία πᾶσα. Ταύτης δὲ τὰ μὲν εἰς τὴν Κελτικὴν μετήγαγον Ῥωμαῖοι, τὰ δ' ἔφθη μεταναστάντα εἰς τὴν ἐν βάθει χώραν, καθάπερ Μαρσοί· λοιποὶ δ' εἰσὶν ὀλίγοι καὶ τῶν Συγάμβρων μέρος. *Prima regio est ad Rhenum a fontibus eius vsque ad ostia: atque hic fluminis tractus, latus est Germaniæ occiduum. Huius partis populos Romani partim in Galliam traduxerunt; reliqui migrauerunt in penitiores Germaniæ partes, vt Marsi, sed & Sigambrorum exigua restat portio.*

45) *Ann. XII. cap. XXXIX.* SVETONIVS *vita Augusti c. XXI.*

46) de quo dictum *Periodo II. §. XII.* Adde CELLARIVM *Noticia Orbis antiqui p. 335.*

47) Sic distinguit etiam CLAVDIANVS, *dum in IV. Conf. Honorii v. 446.* ita canit:

Ante ducem nostrum flauam sparsere Sicambri
Cæsariem, pauidoque orantes murmure Franci

Distinguit etiam SIDONIVS APOLLINARIS *c. l.*

48) Latius illud ex Cæsare demonstrauit CLVVERVS *G. A. lib. III. c. IX. & X.* Conuenit hoc exinde, quod Francorum sedes, vt superius fuit dictum, fuerint paludosæ & SIDONIO APOLLINARI *lib. IV. ep. I.* dicantur *paludicolæ Sicambri.*

49) Sic Francos ad Rheni ripas collocat GEOGRAPHVS RAVENNATENSIS, dum *lib. IV. cap. XXIV.* vbi de Francia Rhenensi agit, sic loquitur: *sed ego, secundum præfatum Anaridum Gothorum philosophum, inferius dictas ciuitates præfatæ Francorum patriæ nominaui: In qua patria plurimas fuisse ciuitates, legimus, e quibus aliquantas nominare volumus: id est iuxta fluuium Rhenum, ciuitatem, quæ dicitur Maguntia, Bigum, Boderecas, Bosagnia, Confluentes, Anternacha, Rigomagus, Bonna, Colonia Agrippina, Rongo, Serima, Nouesio, Trepitia, Asciburgio, Beuthina, Troia, Noita, Coadulfaueris, Euitano, Fletione, Matellione. Sunt & alia multa ciuitates, ante præfatam Maguntiam, iuxta ipsum fluuium Rhenum sita: sed dum ipse Rhenus per Alamanorum venit terram, ideo non Francorum patrias nominaui.*

50) de quo infra, vbi de Lege Salica §. *XV.* pluribus.

51) prout IO. HOFMANNVS singulari Programmate, de antiqua Francorum Domo & turri a. 1708. demonstrauit vberius, atque hanc vrbem A. C. 524. fuisse conditam, coniectatur. Sic etiam GEORGIVS FABRICIVS *Origg. Saxonicarum lib. VII. pag. 860.* vocat *Franckenhusium ab antiqua sede Francorum dictum oppidum.* Adde CYR. SPANGENBERGS *Querfurt. Chron. lib. I. c. XVI.*

52) SPANGENBERG *c. l.* IO. CHRISTOPH. OLEARIVS *Synt. Rer. Thuring. p. 317.*

53) Sic distinguit HADR. VALESIVS *voce Riparii.* LINDENBROG Glossario *voce Ripuarius pagus*, SCHILTER *annot. ad Kœnigshouen pag. 476.* NIC. VIGNIERIVS *de Orig. Franc. p. 545.*

54) Hic lib. III. cap. VI. τὸ Σαλίων ἔθνος vocat Φράγγων ἀπόμοιραν siue *Francorum portionem.*

55) Hoc infra §. *XV.* plenius demonstrabitur.

56) LEGE SALICA *Tit. XVI. l. 2. Si vero Romanus, barbarus, Salecum Francum expoliauerit.* CAPIT. lib. IV. cap. LXXV. *vt omnis solutio atque compositio, quæ in lege Salica continetur, inter Francos per duodecim denariorum solidos componatur, excepto vbi contentio inter Saxones & Frisiones exorta fuerit. Ibi volumus, vt quadraginta denariorum quantitatem solidus habeat quem vel Saxo vel Frisio ad partem Salici Franci cum eo litigantes soluere debet.*

57) Homo

etiam a Franco subinde distinguitur. 57) prout secundum hanc vel illam legem viuebant. 58)

§. XI. RIPVARII a ripa Rheni sic dicti, 59) quam primum in prima aeque secunda Germania possidebant. Postquam vero superiora Burgundiones, Alemanni, aliique Germaniae populi, inferiora Franci occupassent, Ripuarii a seculo quinto a Colonia Agrippina Moguntiam vsque fuerunt extensi, Saxonum facti finitimi, 60) versus occidentem, Mosella, Mosa, Scaldi & sylua Carbonaria terminat, 61) licet etiam in dextra Rheni ripa ad Ruram quaedam loca possiderent. 62) Exinde in dicta regione & Ducatu Iuliacensi pagus Ripuariorum nomen fuit adeptus, qui etiam prouincia vel regio Ripuariorum fuit adpellata. 63)

§. XII. SALII non tam a saliendo, quod veloces essent, leuis armaturae milites, 64) ad imitationem Saliorum, qui Martis erant sacerdotes apud Romanos sic dicti, sed singularis

57) Homo Ripuarius occurrit LEGE RIP. *tit. VII.* In *Tit. XXXVI.* vero Ripuarius a Francis aliisque finitimis populis distinguitur: *I. si quis Ripuarius aduenam Francum interfecerit, CC. sol. culp. ind. II. si quis Ripuarius aduenam Burgundionem interfecerit, CLX. solid. culpabilis iudicetur. III. si quis Ripuarius aduenam Romanum interfecerit C. sol. mulctetur, IV. si quis Ripuarius aduenam Alamannum, seu Frisionem, vel Baiuuarium, aut Saxonem interfecit CLX. sol. culp. ind.* In Tit. LVIII. §. 1. *hoc etiam iubemus, vt qualiscunque Francus, Ripuarius, seu tabularius.*

58) LEGE SALICA Tit. XLIV. l. 2. *Si quis Ingenuus Franco aut Barbarum, aut hominem qui Salica lege viuit, occiderit.*

59) ECCARDVS notis ad legem Ripuariorum *pag. 207.* illos a Romanis iamdum ad defensionem limitis aduersus Germanos fuisse constitutos, autumat.

60) ANN. RER. SVB CAROLO M. GESTARVM a. 782. *cum iis copiis, quas audita Saxonum defectione, raptim in Ripuaria congregare potuit.* NITHARDVS *lib. I. p. 441.* De Ludouici Pii diuisione a. 837. *portionem Regni his terminis notatam Karolo dedit: id est a mari per fines Saxoniae vsque ad fines Ribuariorum, totam Frisiam, & per fines Ribuariorum.* WIPPO *vita Conradi Salici pag. 430. rex de Ribuariis ad Saxoniam venit.* Patet illud quoque ex diuisione Ludouici Pii inter filios de a. 837. n. 14. *ad Baiuuariam Toringiam totam, Ripuarios, Atuarios, Saxonica, Frisia.* Hinc GÜNTHERVS *Ligurino lib. I. v. 201.*

Saxones, & quorum Ripuaria nomine tellus,
Westualiaque vrbes, & Norica rura regentes.

& *lib. VI. v. 461.*

His bene compositis, Ripuaria Caesar in arma
Tendit, & extremos Rheni percurrere fines
Accelerat.

Idem RADEVICVS lib. I. c. XIV. describens, ait: *His in Baioaria peractis, Fridericus Ribuariorum fines ingreditur.* Inde intelligendus esse videtur AMMIANVS MARCELLINVS lib. XXVII. cap. VIII. *Gallicanos vero tractus Franci & Saxones iisdem confines, quo quisque erumpere potuit terra vel mari, praediis acerbis incendiisque, & captiuorum funeribus hominum violabant.* Quare NIC. CISNERVS de Ottone III. pag. 33. *Ripuariam tellurem Spigelius interpretatus est de ea, quae trium fluminum, Rheni Mosellae & Mosa ripis clauditur. Ego Ripuariorum nomine eos intelligo, qui ripas Maeni & Rheni accolunt, quas olim Franci tenuerunt: nam inde eos Ripuarios dictos argumento est lex Ripuaria iis scripta, vt Francis Saliis lex Salica.*

61) Sic fines Ripuariorum terminat ECCARDVS *cit. loc.* VALESIVS *Not. Galliarum, &* LINDENBROG *Glossario.*

62) FRODOARDVS Chron. ad a. 923. *Rotbertus in regnum Lotharicnse proficiscitur, locuturus cum Henrico, qui ei obuiam venit in pagum Ribuarium super fluuium Ruram, vbi se inuicem pauerunt.* RHEGINO *ad a. 891.* de Normannis: *incerti, verum Ribuariorum fines intrantes Coloniam tenderent, aut per Prumiam transeuntes dirigerent gressum, vel certe congregata aduersum se multitudine pertimescentes transuadata Mosa ad classem festinarent.* WIPPO vita Conradi Salici pag. 429. *collecto regali comitatu Rex Chonradus primum per regionem Ribuariorum vsque ad locum, qui dicitur Aquisgrani palatium, peruenit.* Immo, Wormatiensibus Spirensibus Alsatiaeque vicini fuisse dicuntur in ANNALIBVS BERTINIANIS *ad a. 839. Comitatum Condorusto, inde per cursum Mosae vsque in mare, Ducatum Ribuariorum, Wormazfelda, Sperohgouui, Ducatum Helisatiae &c.* MARIANVS SCOTVS *ad a. 875. qui quoque Carolum seniorem 8. Idus Octobr. bello in pago Meginense, nomine Ripuaria, non longe ab Andernach castello iuxta Rhenum pugnantem vltra 5000. superauit.*

63) *Prouincia Ripuariorum* dicitur in Lege *tit. XXXI. l. 5.* & *tit. LXXXVIII.* FREDEGARIVS *Chron. contin. n. 125.* vocat *pagum Ripuariensem* ad Duram, vti RVINARTVS pro Riguerinse supponit. ANNALIBVS BERTINIANIS *ad a. 839.* dicitur *Ducatus Ribuariorum.* Sic quoque dicitur in Lege *Tit. XXXI. l. 3.* In GESTIS FRANCORVM *cap. XXXVIII.* dicitur *terra Ribuariensis.* Frequens eiusdem fit mentio in Monumentis Coenobii Werthinensis a S. Ludgero fundati, vtpote Trad. IV. *Notum fieri cupio - - - qualiter ego Imma tradidi partem hereditatis meae ad ecclesiam S. Saluatoris, quae constructa est in pago Ripoariorum in loco, qui dicitur Werthina, super fluuio Rura &c.* Et Trad. XVI. XVIII. XL. In Trad. XV. XIX. XXI. XXVI. XXVII. XXVIII. XXIX. XXXI. XXXII. XLIV. XLIX. LI. LVIII. vero pagus Riporum vocatur. Dicitur etiam Ruricgoa Trad. XXIV. *in loco, qui dicitur Werthina, in pago Ruricgoa, in ducatu Ripoariorum, vbi Hildigrinus & Gerfridus Episcopi Rectores praeesse videntur.* Pagus autem iste, dum plures alios minores pagos siue Comitatus contineret, Ripuariae fuit dictus. Sic enim in diuisione Regni Ludouiciani de a. 837. Frequentius occurrit *in Vita Rigoberti, Rhemensis Episcopi a* BOLLANDO edita. Hic enim in regione Ribuariorum ortus fuisse dicitur *patre ex eodem pago, nomine Constantino, matre Francigena, ex eodem territorio.* Apud eundem *cap. XXXI.* occurrit Lex vetus Ripuariorum, *cap. XXXIII.* pagus Ripuarius & *cap. LXXXVIII.* prouincia Ripuaria. Adde SPENERVM *Notit. German. med. cap. IV. §. XIX.* Ripuarios vero nunc *Riburellos* aut *Riberols* vocari, VALESIVS testatur, quem adde Notitia Galliarum. ECCARDI notas in Leges Ripuariorum *pag. 407.*

64) haec est sententia BARTH. CHRIST. RICHARDI *diss. de Francorum Saliorum & Salicorum origine atque differentia,* prouocans ad AMMIANVM MARCELLINVM, dum *lib. XVII. c. II.* ait: *Remos Seuerus Magister equitum per Agrippinam petens & Iuliacum, Francorum validissimos cuneos in sexcentis velitibus, vt postea claruit, vacua praesidiis loca vastantes offendit.* Confirmat hoc ex eo, quod Salii in Notitia Imperii inter Palatina auxilia referantur,

lis erat Francorum populus, quos, vti AMMIANVS MARCELLINVS contendit, consuetudo Salios vocabat. Diuersimode isti sedes suas mutarunt. Ex sedibus enim primum originariis in Batauorum insulam fuerunt reiecti, quæ olim Romanis paruerat. Hanc tempore Constantii atque Iuliani adhuc possidebant. Sed Quadi contra eosdem agebant, quos Iulianus Cæsar adgrediebatur, iusso prius exercitu cum Quadis acriter dimicare, Saliorum neminem occidere, nec prohibere, quo minus in Romanorum fines illi transirent; quod non vt hostes Romanam regionem peterent, sed per vim & coactionem a Quadis pellerentur. 65) Hac animaduersa Cæsaris humanitate, Salii, partim ex insula cum rege suo Romanum in solum transiiciebant, partim arrepta fuga, montes petebant, omnes Cæsari supplices facti, sponte sua se cum rebus suis eius fidei permiserunt. Regio autem, quam ipsis Iulianus concessit, dicitur AMMIANO MARCELLINO Toxandria, quæ a Scaldi vsque ad Mosam in Brabantia erat, Hasbaniam versus, Bergas ad Zomam & Syluam Ducis. 66)

§. XIII. Ab his Saliis populis TERRA SALICA nomen fuit adepta. Huius fines intra Carbonariam & Ligerim ipsa describit Lex Salica. 67) Carbonariam Belgii syluam esse, partem Arduennæ in Hannoniæ atque Brabantiæ confiniis, satis est notum. 68) Sub Ligeri autem non Galliæ fluuium esse intelligendum, ipsa res docet. Neque tamen cum WENDELINO 69) Lacharam, Hasbaniæ Limitem Orientalem, esse putamus, sed potius Lesuram Treuirorum fluuium, qui in præcepto Dagoberti atque Pipini æque Ligeris vocatur. 70) Ab his etiam flumen Salla, quæ hodie Sella vocatur, prope Metas sese in Mosellam infundens, nomen adeptum fuisse videtur. 71)

§. XIV.

tantur, & SOLIVS SIDONIVS APOLLINARIS *Carm. VI.* dicat, quod Salius pede, hoc est peditatu, quo Salii plurimum valuerant, vincatur, & quod Salii Martis sacerdotes a saliendo sic fuerint adpellati.

65) ZOSIMVS lib. III. cap. VI. ἐκ τῆς οἰκείας χώρας ἀπὸ Σαξόνων εἰς ταύτην τὴν νῆσον ἀπελαθέντας, *ex sedibus suis originariis a Saxonibus in hanc insulam reiectos.* Reliqua etiam quæ sequuntur ex Zosimo depromsimus. Mutatis paullo circumstantiis narrat AMMIANVS MARCELLINVS *lib. XVII. c. VIII. quibus paratis, petit primos omnium Francos, eos videlicet quos consuetudo Salios appellauit, ausos olim in Romano solo apud Toxiandriam locum habitacula sibi figere prælicenter. Cui cum Tungros venisset, occurrit legatio prædictorum, opinantium reperiri Imperatorem etiamtum in hibernis, pacem sub hac lege prætendens, vt quiescentes eos tamquam in suis nec lacesseret quisquam, nec vexaret. Hos legatos, negotio plene digesto, oppositaque condicionum perplexitate, vt in iisdem tractibus moraturus dum redeant, muneratos absoluit. Dictoque citius secutus profectos, Seuero Duce misso per ripam, subito cunctos adgressus, tamquam fulminis turbo perculsit: iamque precantes potius quam resistentes, in opportunam clementiæ partem effectu victoriæ flexo, dedentes se cum opibus liberisque suscepit.* Sic etiam PROCOPIVS lib. I. Goth. Hist. p. 174. auctor est, quod iuxta lacus, Germani coluerint, *gens barbara & obscura, donec Francorum nomen famamque acceperit.*

66) Sic enim fines huius regionis describit PLINIVS Hist. Natur lib. IV. cap. XVII. *a Scaldi incolunt extera Toxandri pluribus nominibus.* Idem cap. XIII. *toto autem hoc mari ad Scaldim vsque fluuium, Germaniæ accolunt gentes, haud explicabili mensura.* WENDELINVS *nat. solo legum Salicarum cap. XI.* PETRVS DIVAEVS *rerum Brabanticarum lib. I. cap. IX.* & IO. BAPT. GRAMMAYE *Taxandria*, BROWERVS *ad Venantium Fortunatum lib. III. pag. 91.* ÆGID. LACCARII *de Coloniis Gallorum lib. V. cap. V.*

67) LEGE SALICA tit. XLIX. *si quis qui lege Salica viuit, seruum aut ancillam, caballum vel bouem, seu iumentum, seu quamlibet rem suam sub alterius potestate agnouerit, mittat eam in tertiam manum, & ille apud quem agnoscitur, debet adthramire: Et si intra Ligerim aut Carbonariam ambo manent, & qui agnoscit, & apud quem agnoscitur, in noctes quadraginta placitum faciant.* Et in fine tituli: *quod si trans Ligerim aut Carbonariam manet ille apud quem res agnoscitur, in noctibus octuaginta lex ista custodiatur.* BASILIVS HEROLDVS titulum L. facit, & legit: *& si intra Ligerim, aut Carbonariam, aut citra mare ambo maneat*, quem etiam sequitur GOTFRIDVS WENDELINVS. BALVTZIVS vero, omissa hac clausula, secutum se esse dicit consensum veterum codicum & posteriorum editionum. Hanc etiam clausulam omittit LINDENBROGIVS. OLIV. VREDVS equidem *Hist. Comit. Flandriæ cap. XXII.* legit: *intra Legiam aut Carbonariam* & putat Legiam fluuium intelligi nunc Lisam adpellatum, Gallis *le Lis*, Flandris *die Lege* verum omnia exemplaria legunt *Ligerim*.

68) Francos circa Carbonariam habitasse, patet ex ANNALIBVS METENSIBVS ad a. 687. *Pipinus, filius Ansegisili, nobilissimi quondam Francorum Principis, suscepit Principatum Orientalium Francorum: erat ei gloriosa genitrix, cunctis laudibus digna, nomine Begga, filia Pipini praecellentissimi quondam Principis, qui populum inter Carbonariam syluam, & Mosam fluuium, & vsque ad Frisonum fines, vastis limitibus habitantem, iustis legibus gubernabat.* Erat autem Carbonaria sylua continuatio Arduennæ, a Mosa Sabique procurrens, quæ Ripuarios a Francis, qui legem Salicam sequebantur, separabat, & terminum inter Neustriam atque Austrasiæ regnum constituebat, de quo ANNALES METENSES ad a. 690. *adunato exercitu, Pippinus ad Carbonariam syluam peruenit, qui terminus vtraque regna diuidit.* Adde VREDVM *Hist. Comit. Flandr. cap. XXII.* His verbis quoque Saliorum fines, licet latius paulo describuntur. Carbonariæ syluæ vero situm HADRIANVS VALESIVS *notitia Galliarum pag. 126.* & GOTFRIDVS WENDELINVS *natali solo Legis Salicæ cap. X.* plenius descripsit.

69) *c. l.*

70) BALVZIVS not. ad Capitularia: *Ligerim hoc loco Wendelinus interpretatur fluuium Belgicæ in Hasbania qui Lachara vocatur apud Doubletum in antiquitatibus S. Dionysii pag. 724. Ego facilius crediderim hic agi de Lesura fluuio Treuerorum, quem hodie Leserem vocant, quatuor milliaribus Germanicis ab Augusta Treuirorum. Hunc fluuium ego reperio Ligerim vocatum in præcepto Dagoberti Regis pro Ecclesia Treuirensi, quod a Willelmo Kyriandro editum est in commentariis de Augusta Treuerorum p. 74. itemque in alio præcepto Regis Pippini ibidem relato pag. 78.*

71) VENANTIVS FORTVNATVS lib. III. carm. XIV.

Hinc dextra de parte fluit, qua SALLA feruntur,
Flumine sed fluctus pauperiore trahit.
Hic vbi perspicuis Mosellam cursibus intrat,
Alterius vires implet, & ipse perit.

M 2 Adde

§. XIV. Ab hac terra Salica nomen SALICVS suam traxit originem. Licet enim hoc nomen quidam a Sala fluuio, qui Thuringos a Sorabis diuidit 72) vel a Sala, altero Rheni brachio, nunc Isala, vel a saltu 73) & agilitate pedum, quasi leuis armaturæ milites, 74) ducant, minime tamen adsentimur, potius Salici nomen e terra Salica, quæ pars erat Franciæ Teutonicæ 75) ducimus, a qua Conradus II. Imp. Salicus fuit adpellatus, quod nomen etiam Pharamundo 76) tribuitur. Licet autem Salici primitus ii saltim dicerentur, qui in terra Salica nati, ita vt ad distinguendum ab aliis Francorum populis, diceretur Salicus Francus, 77) sensim tamen ad omnes Francos Saliorum perducta fuit adpellatio, & quidem, postquam Franci Gallias sibi subiecissent, atque Gallis intermiscerentur, aulici erant, & potissimum Salii, dicti fuerunt Salici. Hinc Salica persona eadem erat ac aulica, 78) & Salici nobilissimi Francorum dicebantur. 79)

§. XV. Ex hoc facile patet, quid SALICA LEX sit. Non desunt, qui Legem a Salagasto 80) præcipuo legis auctore volunt esse denominatam, idque eo magis quod adpendicula vocis *gast*, apud Francos admodum fuerit vsitata, cuius ideo in denominationibus inde

Adde CHIFLETIVM *Lumin. Hispan. p. 45.* & *Lumin. nou. Sal. Lum. X.* Licet OLIV. VREDVS *addit. ad librum prodrom. sec.* Chiflctio respondeat.

72) SCHATENIVS Annal. Paderbornensium lib. V. pag. 461. *haud aliter Wippo presbyter Ottonem Conradi auum memorat inter Franconiæ Ducem clarissimum; eoque ceteri passim scriptores Conradum nominant Francum, Ostro Francum, Wormatiensem, ac Salicum. Quanquam magna lis inter Scriptores, vnde cognomento Salicus sit appellatus; mihi opinari fas est; quando per id tempus duo Franconiæ Duces eodem Conradi, vt diximus, nomine, & magna gentis nostræ Reipublicæ gloria fuere, huic Salici nomen adhæsisse, quod per Thuringiam, ad Salam gesserit ducatum, vbi celebris illa Imperatorum ac Regum Salica, quam Saltz dixere.* De quo tamen maxime dubitat NICOL. VIGNIERIVS *de Orig. Vet. Franc. p. 144.* cum nullum reperiatur testimonium, quo probetur, Salios circa hoc flumen habitasse. Immo, confundit Schatenius Salam Thuringiæ cum Sala Franconiæ.

73) MENSO ALTINGIVS *in Not. Batauiæ & Frisiæ antiquæ* sibi ipsi non constat, dum *pag. 68.* scribit: *Francos consuetudo Salios cognominauit, siue a Sala, id est comitio, quod procul dubio apud Aborigines fuit; siue ab eiusdem nominis amne, quem, prorogandis & firmandis imperii limitibus, Drusus latiore & depressiore alueo, Rheno coniunxit: neutiquam vero a populo ex fœderatis vno, cui nomen istud proprium fuisse hactenus falso creditum est: merum enim Epitheton est: Francos, qui sunt ad Salam & Oceanum, auitis in sedibus, distinguens ab aliis, qui superiora, tanquam emissi coloni, occuparunt, ad Herciniam vsque siluam; Nicrumque fluuium, Chattis vicini, ideoque Chattuarii, vel disertius Chattiburii dicti. Et ne hi quidem a populo eius nominis ad Visurgin, cui cum fœdere hoc nihil commune: sed a sola Chattorum vicinia; itidem epitheti forma. Ex Bauren enim seu Buuren, qui Germanis vicini, Romanos fecisse Varios & Barios, iam edocti sumus ab Ampsibariis, Ansiuariis, Ansuariis den Embsbauren.* Et pag. 115. scribit: *a nostro Isala retinent nomen; in Frisiis vicus Auchorum, Salik, in Bructeris integer pagus Salland; hodie princeps triarchiæ totius regionis, quæ ab hoc ipso amne Transisalania vocatur. Num etiam Franci ab eodem hoc Sala, Saliorum cognomentum traxerint; an vero a Sala, comitii loco, supra in medio reliqui: Malim tamen illud accersitum a congregatione hominum, quam aquarum. Nimis aberrant, qui ab amne Sale secundo, Saliorum cognomentum deriuant, cum Franci, qui in Chattorum vicinia consedere, non Salii, sed Chattuarii & Attuarii, seu Chattibarii, i. e. Chattorum vicini fuerunt cognominati.* HERTIVS, licet *in Notitia Franciæ Veteris cap. I. p. 243.* concedere nolit, Saliorum nomen saltim esse epithetum, tamen eosdem æque ab Isala ducit.

74) HADR. IVNIVS *Batauia cap. IX. pag. 99.* Hinc etiam VIGNIERIVS de orig. vet. Franc. p. 145. *vt igitur, vnde Saliorum nomen prodierit, ostendamus, quandoquidem Ammianus Marcellinus id vsu venisse affirmat, vt ita vocitarentur, iure existimari potest, illud vocabulum a verbo Latino deductum, a quo propter eandem rationem Martis sacerdotes Romæ eo nomine appellati sunt: propterea quod ex quo finibus suis excedere coacti sunt, non diu in vno eodemque loco commorati sunt: cum perpetuo remotissimas regiones adirent, nouasque sibi sedes quærerent, aut subitas, ac repentinas, incursiones prædandi caussa facerent. Hæc autem opinio a Sidonio Apollinari confirmatur, dum ait.*

Tibi vincitur illic
Cursu Herulus, Chunnus iaculis, Francusque natatu,
Sauromata clypeo, Salius pede, falce Gelonus.

Sequitur singulari dissertatione BARTH. CHRIST. RICHARDVS *de Francorum Saliorum & Salicorum Origine atque differentia, Ienæ 1713.* prouocans ad Ammianum Marcellinum, dum *lib. XVII. c. II.* ait: Remos Seuerus Magister equitum per Agrippinam petens & Iuliacum, Francorum validissimos cuneos in sexcentis velitibus, vt postea claruit, vacua præsidiis loca vastantes offendit. Confirmat hoc ex eo, quod Salii in Notitia Imperii inter Palatina auxilia referantur, & quod Salii, Martis sacerdotes a saliendo sic fuerint adpellati.

75) WIPPO in vita Conradi pag. 425. *Erant duo Chunones, quorum vnus quod maioris ætatis esset, maior Chuno vocabatur: alter autem iunior Chuno dicebatur, ambo in Francia Teutonica nobilissimi ex duobus fratribus nati.*

76) Plures huius sententiæ apud Gallos auctores nominat REINCKING *de Regimine seculari & eccles. lib. II. cl. II. c. VI. n. 8. 9.*

77) CAPIT. lib. IV. cap. LXXV. *vt omnis solutio atque compositio, quæ in Lege Salica continetur, inter Francos per duodecim denariorum solidos componatur, excepto vbi contentio inter Saxones & Frisiones exorta fuerit. Ibi volumus, vt quadraginta denariorum quantitatem solidus habeat, quem vel Saxo vel Frisio ad partem Salici Franci cum eo litigantes soluere debet.*

78) In Placito, quod a. 860. in gratiam Ludouici II. Imp. contra quendam Ildebertum decretum fuit, apud MABILLONIVM lib. VI. num. 93. *quod proprium de domino Imperatore ad Salicam personam ad Adelbertum potestatiue traditum & inuestitum.*

79) OTTO FRISINGENSIS lib. IV. c. XXXII. *nobilissimi Francorum, qui Salici dicuntur.* VADIANVS *de Collegiis Germaniæ lib. II. apud* GOLDASTVM *Rer. Alemann. Tom. III. f. 60. Præcipui Francorum Salii fuere.* TOLNERVS *Hist. Palat. c. VII. p. 176.*

80) OTTO FRISINGENSIS lib. IV. c. XXXII. de Francis: *leges quoque Wisigastaldo & Salagasto auctoribus exhinc habere cœpere. Ab hoc Salagasto legem, quæ ex nomine eius Salica vsque hodie vocatur, inuentam dicunt.* Sequitur eundem IO. TRITHEMIVS *lib. I. Annalium pag. 35.* & *de origine Franco-*

inde factis nulla habita fuerit ratio. 81) Alii in verbis initialibus plerorumque legis capitulorum, *Si aliquis*, *Si aliqua* legem dictam esse putant, vel, quod magis adhuc est absurdum, a sale, id est prudentia, vel corrupte pro Gallica 82) vel potius a Sala fluuio, siue palatio, eo quod sit Lex Palatina. 83) Nos potius Legem Salicam illam fuisse putamus, quæ pro Saliis Francis fuit lata, ita, vt qui sub iisdem habitarent, lege Salica tenerentur 84) cum reliqua Francorum pars lege Ripuariorum 85) teneretur, quam a Salica plane distinguit EGINHARDVS. Cum autem Salii præcipui essent Francorum, lex etiam Salica præcipua fuit habita, ita, vt Romanæ atque Lombardicæ opponeretur. 86) Hinc factum etiam putem, vt, quum omni Francorum genti conueniret, sensim etiam apud omnes Francos reciperetur. Binæ vero supersunt Leges Salicæ, prima, eademque antiquissima, prout ex Codice Fuldensi ab Heroldo fuit edita; 87) recentior altera, prout a Tilio, Pithœo, Lindenbrogio atque Baluzio fuit edita, a Regibus Francorum Christianis, Clodouæo potissimum, Childeberto & Lothario fuit emendata, additis postmodum Caroli M. & Ludouici Pii Capitulis. Neque tamen vnica saltim lex erat, sed prout Leges XII. Tabularum, integrum Legum corpus & Volumen constituebat, in certos titulos, capita & legum numeros distinctum. 88) Hæc tamen lex Salica, licet pro Francis saltim fuerit scripta, apud eosdem

Francorum pag. 83. Salagastum autem inter Legis auctores fuisse, docet præfatio, in qua hæc verba: *dictauerunt Salicam legem proceres ipsius gentis, qui tunc temporis apud eandem erant rectores. Sunt autem electi de pluribus viri quatuor, his nominibus, Wisogast, Bodogast, Salogast & Windogast, in locis quibus nomen Salagheue, Bodogueue & Windogheve.* Idem tradit SIGEBERTVS GEMBLACENSIS *ad a. 422.* Vid. CONRING. *de orig. Iuris Germ. cap. VII.*

81) prout demonstrauit COCCEIVS erudita oratione *de Lege Salica p. 6.*

82) hos iamdum notauit HOTTOMANNVS *Franco-Gallia c. X.*

83) prout ex eodem COCCEIO patet *p. 29.*

84) Hinc lege Salica viuere occurrit in Lege Salica *tit. XLIII. n. 1.* & *tit. XLIX.* Idem lege Ripuariorum *tit. XXXI. n. 3. hoc autem constituimus, vt infra pagum Ripuarium tam Franci, Burgundiones, Alamanni, seu de quacunque natione commoratus fuerit, in iudicio interpellatus, sicut lex loci continet, vbi natus fuerit, sic respondeat.* Eandem sententiam fouet COCCEIVS *de Lege Salica pag. 21.* dum ait: *nunquam igitur lex Salica Gallis lata est, aut in Gallia, sed Francis & in Francia, quæ Germaniæ fuit regis.*

85) Patet hoc ex EGINHARDO *de vita Caroli cap. XXIX.* vbi de Carolo M. *post susceptum imperiale nomen, cum aduerteret multa legibus populi sui deesse (nam Franci duas habent leges, plurimis in locis valde diuersas) cogitauit quæ deerant addere, & discrepantia vnire, praua quoque ac perperam prolata corrigere. Sed in his nihil aliud ab eo factum est, quam quod paucula capitula & ea imperfecta, legibus addit. Omnium tamen nationum, quæ sub eius dominatu erant, iura, quæ scripta non erant, describi ac literis mandari fecit.* Mire hic locus torsit interpretes, maxime vero, quid per leges istas duas plurimis in locis valde diuersas, intelligat Eginhardus. CONRINGIVS quidem *de origine Iuris Germanici cap. VII.* vnicam saltim fuisse legem putat, Francis omnibus communem, atque Eginhardum de duabus saltim diuersisque vnius legis Salicæ editionibus loqui, quod perspicere liceat ex iis, quæ subiungat, Carolum nempe voluisse quidem omnia emendare & discrepantia vnire, pauca tamen duntaxat Capitula Legibus addidisse. Illa autem addita, soli Legi Salicæ, hodieque extare. Superesse quoque adhuc diuersas editiones Heroldi atque Pithœi. Verum, quo minus Conringio accedamus, facit, quod inter Legem Salicam Heroldianam atque Baluzianam non tantam reperiamus diuersitatem, vt exinde duas Francorum leges faciamus. Immo, falsa est ratio soli legi Salicæ addita fuisse Capitula, cum extet apud BALVZIVM *Tom. I. p. 495.* Capitulare quartum anni 803. siue de Lege Ripuariense. Hinc CVIACIVM potius sequimur, qui lib. I. de feudis tit. I. dicit: *separatis libris habetur Lex Salica, & Lex Francica: hæc est Occidentalium, illa Orientalium.* Idem tradit HOTTOMANNVS *Francogallia cap. X.* Accedit BESSELIVS notis suis *ad Eginhardum* & GOLDASTVS, qui per duas has leges Salicam & Ripuariam intelligunt. Sequitur HIER. BIGNONIVS notis ad titulum Legis Salicæ atque ipse BALVZIVS, CHIFLETIVS *Vindiciis Hispanicis cap. V.* Vtrasque Heroldus & Baluzius Codicibus suis inseruit, ex earumque collatione facile patebit, duas leges esse distinctas, quæ inter se maxime discrepent. Sic etiam legis Ripuariæ mentio fit in charta diuisionis Imperii inter Lotharium, Pipinum & Ludouicum *n. 16.* apud BALVZIVM *Tom. I. pag. 578.*

86) FACTVM hoc in CAPIT. VI. *803. n. 2.*

87) Non tam in titulis discrepant hæ diuersæ editiones, nec in ipsis legibus, sed in titulorum numero & vocibus atque periodis transpositis. Lindenbrogii editio LXXI. saltim titulos continet, quorum vltimus est de terra Commendata. Baluzius ex codice Mazariniano Bibliothecæ regiæ addit titulum LXXII. de inuictu stricto: Heroldi editio LXXX. titulos continet. Hæc autem diuersitas iam in ipso Epilogo, quem & Heroldus habet & Lindenbrogius & Baluzius, reperitur, his verbis: *sciendum autem est, quod in quibusdam legibus Salicis, inueniuntur Capitula principalia LXV. in aliis LXX. in nonnullis etiam LXXX. etiam paullo plus aut minus.* Ratio differentiæ in eo latet, quod hæc Lex sæpius fuerit immutata. Patet hoc ex præfatione Legis Salicæ, vbi dicitur: *at vbi Deo fauente, Clodoueus Comatus & pulcher & inclytus rex Francorum primus, recepit Catholicum baptismum, quicquid minus in pacto habebatur idoneum, per præcelsos reges Clodoveum, Childebertum & Hlotarium fuit lucidius emendatum & procuratum decretum hoc.* Hinc etiam decretio Childeberti, & Chlotarii Regis, & Capitula quædam a Carolo M. & Ludouico Pio fuerunt addita, quæ Legi Salicæ adiecit Heroldus. Apud BALVZIVM vero *Tom. I. pag. 281.* reperitur *Pactus Legis Salicæ*, prout eam Carolus M. a. 803. emendari iussit. Eius vero Capitula ad Legem Salicam addita reperiuntur *pag. 387.* Ludouici Pii Capitulare primum, secundum & tertium in generali populi conuentu apud Aquisgranum reperiuntur *pag. 597.* Vtrasque editiones haut ita pridem cum eruditis animaduersionibus euulgauit IO. GEORGIVS ECCARDVS.

88) Hinc vocatur in editione LINDENBROGII liber Legis Salicæ. Sub introitum vero Libellus tractati legis Salicæ. Alias vocatur in titulo generali Heroldi & Baluzii *Pactus Legis Salicæ.* Vid. COCCEIVS *de Lege Salica pag. 9.* qui locum, tempus, rationem legis condendæ plenius explicauit.

eosdem etiam seculo XII. adhuc obseruata, 89) nihilominus etiam apud Italos, qui eadem viuere volebant, adhuc sec. XI. obtinuit. 90)

§. XVI. De illo vero dubitatur quam maxime, quisnam auctor fuerit Legis Salicæ. LEIBNITIVS 91) putat, Legem hanc fuisse latam, cum Franci Regem nondum habuissent, eo quod in ipsa præfatione Legis referatur, ex diuersis pagis Legatos conuenisse ad condendam legem, Regis aut Principis ibi nullam fieri mentionem. Quod autem in Lege Salica de Rege, de legibus Dominicis, de Ambascia domini dicatur, manifesto a posterioribus fuisse insertum. Pagum vero Salagewe, quæ in Traditionibus Fuldensibus occurrit quam sæpissime, ad Salam, Franconiæ fluuium, qui in dextrum Mœni latus prope Gemindam influit, esse notissimum. Pagum Bodogeue a Boda sic dictum, postea pagum Hartegau adpellatum, Windogeuam non bene posse designari, fortasse ad Vnstrutam, quæ Winda dicta fuisse videntur. E contrario P. DANIEL 92) Legem Salicam, postquam Franci Christianismum fuissent amplexi, fuisse latam, contendit, id quidem ea potissimum ex ratione, quod in diuersa delicta graues mulctæ hac lege irrogentur, dum argenti copia primis temporibus non fuerit. GVNDLINGIVS 93) legem a Clodouæo fuisse latam dicit, antequam Christianismum fuerit amplexus, & quidem tunc, postquam Alemannos deuicisset, licet postmodum eandem auxerit atque emendauerit. Et quidem illam pro terris Alemannorum deuictorum dicit fuisse latam, quibus quatuor Præfectos præfecerit Wisowastum, Wisogastum, Arogastum & Salegastum, qui a voce Gast, quæ præfectum notet, 94) sic vocati, ad hoc impositi, vt in tribus mallis publicis Bodecheim, Salecheim, Widecheim iudicia exercerent. Hæc loca vero omnia in sedibus Alemannorum intra Mœnum, Nicrum & Rhenum esse quærenda, autumat. Salecheim & Bodecheim in pago Wormatiensi ad Rhenum quærit, dum hodie adhuc Salheim occurrat, Windecheim vero Weinheimium esse hodiernum, dum ex præfatione dictæ Legis Salicæ pateat, mallos hosce vltra Rhenum fuisse sitos. Hæc etiam loca haut longe dissita potius debere intelligi, quam dictos tres Pagos a se inuicem remotiores. Istaque terra Francia minor 95) fuerit adpellata. Et licet obiiciatur, nulla Regum fieri mentionem, idem tamen in Legibus Dagoberti atque Caroli M. obtinere. Illum enim Boiis per viros illustres, Clodionem, Chadoinum, Domagmum & Agilolfum Leges dedisse, hunc per Duces, & Comites aliosque legislatores vnicuique hominum legem suam tradidisse. Respondet ad has notationes LEIBNITIVS, 96) minime conuenire dicens, quod isti tres Francorum pagi, quorum mentio fuit in prologo Legis Salicæ, hodie saltim in totidem vicos degenerauerint. Prologum Legis saltim procerum, qui populi fuerint rectores, nullam plane Regis facere mentionem, hunc etiam tempus, dum adhuc sub barbarie fuerint Franci, plane distinguere. Terras Alemannorum Francis subiectas sub Franciæ minoris nomine venisse, se nondum legisse, Franciam nouam vero, sub qua forsan Alemannorum terræ a Francis subactæ intelligantur, antiquæ opponi a MONACHO SANGALLENSI. 97) Quæ vero de mulctis grauioribus & Regibus in hac lege dicantur, posteriori demum tempore fuisse inserta, dum diuersi Francorum Reges varia adiecerint. Ad hoc regerit GVNDLINGIVS, 98) pagos fuisse vel maiores, qui a Ciuitatibus minime fuerint distincti, vel minores, qui partem saltim agri siue breuem quandoque districtum comprehenderint, 99) ideoque nil obstare, quod isti tres pagi in prologo me-

89) Sic in diplomate Lodowici Comitis Lonensium de a. 1155. *obseruata Salica Legis omni cautela* apud CHIFLETIVM *Vindiciis Hispanicis p. 39.* Quare etiam eiusdem temporis scriptor OTTO FRISINGENSIS *lib. IV. cap. XXXII.* de eadem lege, *qua nobilissimi Francorum, qui Salici dicuntur, adhuc vtuntur.* Adde CHIFLETIVM *Luminibus Hispanicis cap. V.*

90) FRANCISCVS MARIA FLORENTINVS *in Memoriis Mathildis lib. III. pag. 105.* adducit donationem Mathildis Tusciæ Comitissæ a. 1079. Lucensi Episcopatui factum, in qua: *Quia ego qui supra Matilda Marchionissa professa sum ex natione mea legem viuere videor Lantgobardorum, sed nunc modo pro parte suprascripti Gottofridi, qui fuit Viro meo, Legem viuere Salicam. Quin Ego qui supra Matilda Marchionissa ac Ducatrix secundum legem meam Saligam &c.* Et porro: *sic per hanc cartulam iusta legem meam Saligam dono, trado, cedo atque offero tibi Deo, & Ecclesia, & Episcopatui S. Martini.* Et in subscriptione: *Signum manus Federichi Comitis legem viuentem Saligam, filius quondam Ludouici, qui fuit Dux, & Enrichi filius quondam Eurardi, qui fuit similiter, legem viuentem Saligam rogatus interfui. Signum manus Anselmi legem viuentem Saligam.*

91) *de Orig. Francorum §. XVIII.*

92) Singulari dissertatione.

93) GVNDLINGIANIS *P. III. n. II. §. XV. & sqq.*

94) Secutus MARQVARDVM FREHERVM qui *Origg. Palatinis lib. II. pag. 17.* ait. *Salegastum quidem e regione illa vere Francica ad Salam fluuium, Windogastum autem ex hacce Franciæ parte Rhenum & Nicrum, & quidem ex ipso nostro Windobaim oriundum, celeberrimæ legi condendæ adhibitum fuisse tamdiu credere libet, donec aptius & certius quid edoceatur.* Pagos autem, villas atque vicos Alemannorum recenset GEOGRAPHVS RAVENNAS *lib. IV. §. XXVI.* & ex eo MARQVARDVS FREHERVS *lib. II. cap. XIII. p. 59.*

95) Dum apud CONSTANTINVM PORPHYROGENNETVM *lib. de administr. Imperii c. XXV.* μεγάλη Φραγγία occurrat.

96) GVNDLINGIANIS *P. VI. n. IV.*

97) *Vita Caroli M. lib. I. cap. XXIII. XXIV. XXX. lib. II. c. XVI.*

98) *P. IX. n. I.*

99) Vsus auctoritate HADRIANI VALESII, qui in præfatione sua Notitiæ Galliarum præmissa, sic loquitur: *Maiores igitur pagi a ciuitatibus nequaquam differunt: minores differunt. Maiores pagi totas ciuitates, vel totos Gentium a quibus cognominantur, fines, totum agrum designant; minores pagi partem aliquam suæ quisque ciuitatis, portionemue agri singularum Gentium continent atque significant.*

go memorati hodie saltim sint vici, in quibus olim malli publici celebrati. Moris autem fuisse, vt victores gentibus deuictis leges præscriberent, atque ex Agathia 100) demonstrat, Alemannos Francorum politiam fuisse secutos. De Prologo omnino dubitare IO. IACOBVM CHIFLETIVM, 1) an sit genuinus, cum in antiquissimis Fuldensibus Mstis non reperiatur. Immo, in eodem Clodouæi omnino fieri mentionem. Sic enim in fine libri tertii editionis Pithoeanæ. 2) *Expliciunt legis Salicæ libri III. quam Clodouæus Rex Francorum statuit & postea vna cum Francis pertractauit, vt ad titulos aliquid adderet.* In præfatione vero editionis Heroldinæ haberi, *at vbi Deo fauente Clodouæus comatus & pulcher & inclytus Rex Francorum primus recepit Catholicum Baptismum, quidquid minus in pacto habebatur idoneum, per præcelsos Reges Chlodouæum, Childebertum & Clotarium fuit lucidius emendatum.* Ex verbis igitur *expliciunt*, *Clodouæus statuit & pertractauit*, omnino patere, hunc fuisse auctorem. OLIVARIVS VREDVS 3) putat, hosce Legis auctores dictos fuisse *Gast*, eo quod non nati essent in terra Franca, aut eiusdem habitatores quidem, non vero legibus subiecti, istosque quatuor primores, Gastos fuisse dictos; eo quod aduenissent e partibus Bononiæ, Teroanis, Verouiaco, aliisque Romanorum castris propinquis. Loca vero in procemio designata MATTHIAS VAN HOVE sic explicat, vt Salecheim dicat esse *Sallick* in prouincia Transrhenana, Bodecheim *Bodegraven* in Hollandia, *Winckel* vel Widenisse in Westfrisia. Vredus vero in Flandria infinitos pagos reperiri dicit, qui desinunt in *ghem*, atque inter hos, *Selegem*, *Odeghem*, *Winghem*. GOTFRIDVS WENDELINVS, 4) loca hæc in Campania Brabantica quærit, hisce nominibus *Zelheim*, quasi Saliorum habitationem, cui ex altera parte Tameræ fluuii opponatur Salicus vicus, vulgo *Zelck*, nec non & agri inter Herkam & Halen hodieque vocentur *Vranckryck* & infra illos prata Salica, *Zeelbemden*, *Bodersheim*, *Windershoven*. Quantum mihi equidem videtur, Legem Salicam omnino Clodouæo esse antiquiorem putem, vt ita Leibnitio potius accedam, dum ex Prologo, qui omnino est recentior, pateat, Francos isto tempore fuisse adhuc in barbarie, NVPER demum ad Catholicam fidem conuersos, dum Clodouæus paucos post victoriam Tolbiacensem menses, factus fuerit Christianus. Maxime vero me mouent verba Prologi: *dictauerunt Salicam Legem Proceres ipsius Gentis, qui tunc temporis apud eandem erant Rectores.* Si itaque quatuor isti Legislatores fuerunt Rectores populi Francorum, sequitur, nullos tunc fuisse Reges. 5) Verba etiam sequentia Prologi, quod hæc Lex a Clodouæo, eiusdemque successoribus dilucidius fuerit emendata, satis docent, ipsum auctorem non fuisse. Neque tamen statim a prima gentis origine, hanc legem Francis fuisse latam putauerim, sed sub initium seculi quinti, 6) & prout coniectari licet, mutato per Pharamundum regimine. Nec pro Alemannis, sed prout Scriptores antiqui docent, pro Francis fuit lata. Legislatores, qui in prologo adlegantur, fuerunt rectores populi, & potissimum pagorum Salicorum. Eos in gast 7) terminari, ex eo putem, quod pagis Salicis fuerint præfecti, 8) prout Gastaldius Guber-

100) AGATHIAS lib. I. *sunt Allemannis patria quædam instituta: in Republicæ vero administratione Francorum politiam sequuntur: tantum in iis, quæ ad Deum pertinent, sententia variant.*

1) Sic enim iste in luminibus Salicis pag. 222. *Certe Prologus ille non extat in antiquissimis Fuldensibus MS. ex quibus Heroldus Salicas leges in lucem protulit: Vnde a recentiore quopiam adiectum fuisse existimandum est: qui, cum leges illas in superiori Germania exscriberet, consulto dixit in Prologo, illas in villis, quæ vltra Rhenum sunt, decretas fuisse.*

2) Prodiit ista sub titulo: *Liber Legis Salicæ*, *Parisiis 1602. 8.* in qua *pag. 76.* hæc verba habentur.

3) *Hist. Comit. Flandr. c. XXII. pag. 402. & 420.* vbi Legiam flumen pro Ligeri supponit.

4) Nat. solo Leg. Salic. c. XV.

5) Sic enim in præfatione: *Gens Francorum inclyta, auctore Deo condita, fortis in armis, firma Pacis fœdere, profunda in consilio, corpore nobilis & incolumis, candore & forma egregia, audax, velox & aspera, nuper ad Catholicam fidem conuersa, immunis ab heresi. Dum adhuc teneretur barbarie, inspirante Deo inquirens scientiæ clauem, iuxta morem suorum qualitatum desiderans iustitiam, custodiens pietatem, dictauerunt Salicam Legem Proceres ipsius Gentis, qui tunc temporis apud eamdem erant Rectores. Sunt autem electi de pluribus viri quatuor, his nominibus, Wisogast, Bodogast, Salogast, & Windogast, in locis quibus nomen Salaghere, Bodoghere, & Windoghere. Qui per tres Mallos conuenientes, omnes caussarum origines sollicite discurrendo, tractantes de singulis, iudicium decreuerunt hoc modo. At vbi Deo fauente Clodouæus Comatus & pulcher, & inclytus Rex Francorum primus, recepit Catholicam Religionem, quidquid minus in pacto habebatur idoneum, per præcelsos Reges Clodoueum, & Childebertum & Hlotarium fuit lucidius emendatum, & procuratum decretum hoc.*

6) SIGEBERTVS equidem GEMBLACENSIS *ad a. 422.* ait: *Franci vti cœperunt legibus, & legem Salicam dictauerunt, per quatuor gentis suæ proceres, electos de pluribus his, appellatos nominibus, Vsogast, Bosogast, Salagast, Widigast. In villis Germaniæ Salechaim, Bodochaim, Wingchaim, hi quatuor proceres per tres mallos caussarum origines conuenientes solicite tractantes, de singulis discutiendo, sicut lex Salica declarat, iudicare decreuerunt.* Eadem habent GESTA REGVM FRANCORVM *c. IV.* S. MAXENTII *Chron. Malleacense* apud LABBEVM Noua Bibliotheca MStorum Tom. II. pag. 191. *mortuo autem Marcomire atque Sennone acceperunt inter se consilium, vt sibi Regem sicut aliæ gentes constituerent. Constitueruntque sibi Regem Crinitum. Pharamundum filium Marcomiri. Principes tunc temporis & legem habere cœperunt. Tractatores qui eis iudicia iusta indicarent, & haberent legem, sicut & aliæ gentes. Hi sunt Tractatores eorum his nominibus: Guisouastus, Guisogastus, Arbogastus, Selegastus in illis quæ vltra Renum sunt, id est in Botagam, Selegam & Guidecam.*

7) ECCARDVS equidem ad Prologum putat terminationem *Gast* compositam esse ex *gau* vel *ga* & *ist*, est: ac significare eum, qui est ex prouincia, siue prouincialem aut prouinciæ incolam, vt itaque Salogast sit incola regionis ad Salam. Verum, dum rectores populi dicantur, aliud quid quam incolam notare putem.

8) GVNDLINGIANA *P. III. pag. 260.* secundum

Gubernatorem, præfectum notet, ita, vt Salogast præfectus sit pagi Salogeve ad Salam Franconicam, 9) Bodogast præfectus pagi Bodogeue, a Boda sic dicti, Windogast 10) præfectus pagi Windogeve, 11) qui in terris Francorum, vbi hodie Windesheimum 12) Ciuitas Imperialis est sita, forsan erit quærendus, qui pago Salegouiensi fuit finitimus.

§. XVII. Licet autem sub terra Salica ipsa Saliorum regio intelligatur, posteriori vero tempore in ipsa quidem lege Salica, certas saltim priuatorum possessiones notat, vbi dicitur: *de terra vero Salica nulla portio hæreditatis mulieri veniat: sed ad virilem sexum tota terræ hæreditas perueniat.* Sunt quidem, etiam eruditissimi viri, 13) qui terram Salicam eandem habent cum allodio, hac potissimum ex ratione, quod in lege Salica, 14) vbi de Alode agatur, simul mentio fiat terræ Salicæ, immo ipsa hæc quoque hæreditas dicatur, quod nomen alodi alias sit commune. Verum, si integrum hunc legis titulum atque textum penitius inspiciamus, ex eodem differentia inter alodem atque terram Salicam satis clare patebit. Quippe Alodes liberæ successioni atque dispositioni relinquuntur, terræ Salicæ autem successio ad masculos saltim fuit restricta. Immo, in aliis diplomatibus alode & terra Salica satis distinguuntur. 15) Alii putant esse terram, quæ hostibus deuictis, Regi,

dum STIERNHIELMS *Glossarium Gothicum* ducunt a voce *Gasath*, sedit, *Gasithan*, sedere, Gastaldium vero præfectum notare patet ex PAVLO DIACONO de Gestis Longobardorum lib. V. cap. XXIX. *Romoaldus Grimoaldi Regis filius, Alzeconi, Bulgarorum Duci, qui se subiecerat, spatiosa territoria concessit, ipsumque Alzeconem, mutato dignitatis nomine, de Duce Gastaldium vocitari præcepit.*

9) Hic Pagus Salagewel Salgau antiquis satis fuit notus, vocatus etiam fuit *Saltzgau* vel *der Saalgrund*, sic dictus a Sala Franconia, vide MÜNSTERI *Cosmographiam lib. III. pag. 666.* IVNCKERI *Geographiam medii aui pag. 275.* Salæ fluuii ortum & effluxum sic describit LAVR. FRIESE Würtzburg. Chronic. pag. 408. *Das Wasser Saal in Ost-Francken entspringt nicht weit von Kænigshofen im Grabfeld bey dem Dorff Saal, gelegen in dem Amt Wildberg. Vnlang von seinem Vrsprung kommen drey Wasser darein, nemlich die Fladung, Bar und Strey, darnach fleust sie für die obgemeldte Stadt Neustadt, die zu Vnterschied der andern Stadte des Nahmens, Neuenstadt an der Saal genennet wird, ein lustiger Fleck: fürter neben dem Closter Aurach, für das Dorff Aschach, darinn der Bischoff zu Würtzburg und Hertzog zu Francken ietziger Zeit ein schœn wohlerbaut Lust-oder Iagd-Haus hat, hinauff Hammelburg, Eschenbach, und die Stadt Geminden: da laufft sie in Mayn.* Ad hanc Salam etiam situm est Palatium Saltzense, quod Carolus M. atque Ludouicus Pius maxime adamarunt, de quo palatio Saltz IO. GEORGIVS ECCARDVS speciali tractatu egit. LVDEWIG *Scriptores Bambergenses pag. 1042.* Vicos atque villas huius Pagi descripsit CHRIST. FRANC. PAVLLINI *de Pagis Germaniæ p. 587.* & vberius adhuc eiusdem Topographiam descripsit IO. FRIDERICVS SCHANNAT *Buchonia Vetere cap. XII.*

10) Sic LEIBNITIVS *de Origine Francorum §. XXVII.* putans, huius pagi partem fuisse, quod postea *Hartegau* fuerit dictus. Occurrit pagus iste in Diplomate Chronici Mindensis apud PISTORIVM *§. XXIV.* Probabile hoc ex eo videtur, quod sicut Salegeve a fluuio Sala, sic Bodegeve a fluuio Boda, dictus esse videtur.

11) LEIBNITIVS *§. XXVII. ad h. l.* dubius est, coniectatus tamen Vnstrutam, Thuringiæ fluuium dictum fuisse Windau, sequitur ECCARDVS *pag. 6.* cum tamen nunquam demonstrari possit, Vnstrutam Windam fuisse adpellatum.

12) Nomen conuenit, & communis traditio Windesheimum a Windogasto fuisse conditum & sic, quasi *Windesheimat* adpellatum, prout ex TRITHEMIO, REVSNER *de Vrb. Imper. p. II. c. XVII.* & PHIL. KNIPSCHILD *de Iure Ciuit. Imper. lib. III. cap. LXI.* Quare etiam Curiæ ibidem, testante MELCHIORE ADAMO PASTORIO in *Franconia Rediuiua pag. 316.* sequentes versus adscripti videntur:

Pharamundus der Francken Herr,
Bath vier gelehrter Manner sehr,
Vom Gsetz, dem Volck zu statuirn
Nach den sichs hatt zu regulirn
Windegast der verstendig Mann
Fieng Windsheim druf zu bauen an.

13) Auctor sententiæ est FRANCISCVS HOTTOMANNVS *Francogallia c. X.* Sequitur IO. IAC. CHIFLETIVS *Lumin. Salicis ad Vindicias Hispanicas Lum. II. pag. 226.* dum ait: *Ioannes Tilletus laudat chartam anni MXXXI. qua Engolismensis quidam Archidiaconus illi Ecclesiæ suum Alodem siue Terram Salicam, in Santonis pago sitam donat: vnde arguitur, vel Alodem a Terra Salica distinctam non fuisse; vel saltem Alodes aliquos fuisse, qui simul Terra Salica essent. Id quod videtur colligi ex Legum Salicarum titulo LXII. de Alode, in quo de Terra Salica etiam decernitur.* Eundem sequitur THOMASIVS auctoritate Tilii motus, *sel. cap. Hist. Iur. Feud. §. XXIX. & XXXI.* Eandem sententiam primum fouit SCHILTERVS *Comment. ad Ius Feud. Alemann. tit. LXIX. §. VII.* Licet postmodum mutata sententia, *not. ad Beisium de pactis illustrium cap. X. §. 17. pag. 516.* dicat: *alodem & terram Salicam non debemus pro synonimis accipere, quippe in lege Salica satis distinctas. Atque in alode iure Francorum fœminæ non exclusæ, in Terra Salica exclusæ, vt ex inspectione Legis Salicæ conspicitur.* Hinc in *Exerc. ad n. XLI. §. LXII.* notanter distinguit alodem, terram Salicam, & feudum.

14) *Tit. LXII.* qui inscribitur de Alode. WENDELINVS eadem, verbis tamen aliquantum immutatis, & quidem *n. VI.* ita habet: *de terra vero Salica in mulierem nulla portio hereditatis transit, sed hoc virilis sexus acquirit; hoc est filii in ipsa hereditate succedunt. Sed vbi inter nepotes longum tempus de alode terra contentio suscitatur, non per stirpes sed per capita diuidantur.*

15) Sic in donatione Caroli M. Ecclesiæ Tigurinæ facta, in FRIDERICI LINDENBROGII Glossario, *atque insuper in Honica duos mansos & dimidium, præter Salicam terram, de nostra propria manu in suam manum, vt iustum est, percepit.* Charta apud GOLDASTVM Tomo II. Antiquitatum Alemannicarum n. XXVIII. *decimam in Meebingen simul cum salica terra & hobis, quæ canonicis pertinebant; & in Hemin hofum cum Salica terra & hobis: & in Goldahum cum salica terra.* Et in alia charta n. LXXIV. *domus salica* ab aliis ædificiis distinguitur; Et paullo post: *& ille a nobis accipiat in beneficium tempus vitæ suæ, quod habemus in Maingas, excepta salica terra, nisi IV. iugera ex ipsa.* Antiquit. Fuld. *lib. III. trad. XXVIII. trado decem huobas in eadem scilicet villa sex cum mansionariis & omni posteritate eorum, vnam in Weldrichesbusen, vnam in Burcho, vnam in Owcheim & vineam centum quinquaginta iugera terræ Salicæ.* In diplomate Henrici III. de a. 1044. apud ZYLLESIVS
deser

Regi, militibusque forte obuenerit. 16) Aſt, cum bona deuictorum potius ſub feudi lege fuerint conceſſa, vix iisdem adſentimur. WENDELINVS in Gloſſario ſalicam terram dicit fundum eſſe vel prædium, quod ſalicus homo poſſidet, qui bona ſua poſſideat libera alode. Verum, licet certum ſit, a ſalicis hominibus easdem fuiſſe poſſeſſas, generale tamen hoc eſt, cum etiam alia bona poſſederint. Nobis potius videtur, Francos, poſtquam in gentem vnam coaluiſſent, ducibus ſuis ſiue Regibus ſua adſignaſſe domania, ex his ſi quædam prædia bene meritis quandoque ſine ſeruitiis concederentur, hæc dictæ fuerunt terræ ſalicæ. 17) Medium itaque erant inter feuda atque allodia. Feuda fidem requirebant atque ſeruitia militaria, alodia liberæ diſpoſitioni erant relicta; terræ & agri ſalici ſine ſeruitiis erant, aſt non adeo libera, nec ſucceſſioni, nec diſpoſitioni relicta.

§. XVIII. Sic etiam Francorum nationis fuerunt Bructeri, 18) Tencteri, 19) Chamaui, 20) Attuarii, quo nomine etiam Francorum pars poſteriori tempore fuerat inſigni-

defenſ. Abbatiæ S. Maximini dicitur: *& omnes ſalicas decimationes, quas in vſus hoſpitum, peregrinorum ac pauperum deſtinamus.* Idem dicitur in diplomate Henrici III. p. 31. Apud BROWERVM *Ann. Treuir. lib. IX. pag. 445.* in diplomate Ludouici infantis de a. 909. ille Conrado Comiti donat *Curtem dominicalem, quæ cum curtilibus, ædificiis, eccleſia, decimis, mancipiis vtriusque ſexus, terra Salica, & vniuerſis quæſitis & acquirendis.* Quare etiam ECCARDVS notis *ad h. l.* dicit, Saliland nil aliud eſſe, quam terram, quæ ad ſalam, ſiue curtem domini præcipuam pertinet. Terram vero Salicam apud Marculphum ideo terram paternam & in Legibus Ripuariorum auiaticam dici, ideo, quia principem in patrimonio locum obtineret. In aliis Henrici II. in Tolneri Codice diplomatico *pag. 22.* & *ſalica decima* in diplomate Anshelmi, in Tolneri *Cod. diplom. pag. 17.*

16) FR. PITHOEVS & FR. LINDENBROGIVS in *Gloſſario.* Adſentitur ANT. DOMINICVS *de prærog. Allodiorum c. VII.*

17) VADIANVS *in epiſt. de obſc. Alemannor. verb. ſignif.* apud GOLDASTVM *ant. Alemann. Tom. II. pag. 60.* agros ſalicos, ſeu terras ſalicas dicit, quæ ſeruitute vacabant, addens: *hanc vulgo Frýge Lehngut vocamus.* Huc facit CAROLVS DEGRASSALIVS Carcaſſonenſis lib. I. Regalium Franciæ *cap. XVII. terra Salica dicitur, quæ adhæret coronæ, ad differentiam allodialis quæ eſt ſubditorum.* IOANNES FERALDVS in priuil. librorum ſic loquitur: *terra autem Salica dicitur, quæ adhæret Coronæ, ſapientes ſic interpretati ſunt; quia authores dum loquebantur, de Alode, intelligebant de terra ſiue hereditate ſubditorum, & ideo ad differentiam terræ allodialis, terram regiam Saliam appellant.* Sic etiam B. RHENANVS Salicas terras dicit vocari ſolere, principum libera prædia atque immunia. BROWERVS *notis ad Venantium Fortunatum pag. 92.* vocat terram fiſcalem & regiam. Optime hanc in rem HADR. IVNIVS Batauia cap. IX. pag. 103. *Salicas terras vocari ſolere propria Principum libera prædia atque immunia, Beatus Rhenanus annotat: quod Franci poſtquam late imperium auxerant, nobilitati & veteranis militibus agros aſſignarint, immunes penitus & ab omni ſeruitio liberos. Ludouicus Schradinus, terras Salicas a Iureconſultis dici ait (vt refert Spigelius) quæ ſolius ſint Regis, & a lege allodii diſtent, quæ ſubditi comprehendantur, quibus beneficio iſtius legis datur liberum rei alicuius dominium, non excluſa Principis maieſtate: Cum quo ſentit & Carolus Molinæus Iureconſultus alioqui non pœnitendus, Salicam terram interpretans fiſcalem & regiam, hoc eſt dominium coronæ & maieſtatis regiæ Francorum. Paulus Volzius etiam vlterius extendens Salicæ vocis vſum, non legem modo Salicam hoc eſt, liberam, ſed & terram Salicam & Comitem Salicum, id eſt liberum, qui vulgo Freyherr dicatur, nominat. Hinc ſatis conſtare poteſt, quam ſe torſerint in explicanda vocabuli iſtius origine docti homines, quod a Saliis Francis ſimpliciter dictum fuit. Huius legis caput excludit mulieres a ſucceſſione regni, & ſecundum leguleos nonnullos etiam hærediis: quam apud Salicum pagum, Campis non procul diſtantem, in vſu etiamnum eſſe, iuuenis & legum cognitione & nobilitate natalium clarus mihi rettulit ipſe indigena loci.* COCCEIVS *prud. Iur. publ. cap. III. ſect. VI. §. 91. & cap. XV. ſ. I. §. IX.* Vid. diſſertatio noſtra *de Allodiis Imperii §. VII.* Hanc vero legem non ad publicam in regno ſucceſſionem, ſed ad hæreditates ſaltim priuatorum, eſſe extendendam demonſtrat HOTTOMANNVS *Franco-Gallia cap. X.* & CHIFLETIVS *c. l.* Eadem ratione decernitur quoque in Lege Ripuaria: *ſed dum virilis ſexus extiterit, fœmina in hæreditatem auiaticam non ſuccedat.* THOMASIVS quidem ſubſtituit Atuaticam, quem olim etiam ſecutus fui, cum vero media ætate ſaltim dicantur Attoarii, prout ex tot locis ab HADRIANO VALESIO in notitia Galliarum adlegatis, videmus, hæc etiam lectio communi conſenſu editionum confirmatur, in tantum, vt IO. SICHARDVS in ſua editione legat *hæreditatem auitam*, potius communem hanc retinemus, ita, vt hæreditas auiatica nihil aliud ſit, quam ſi nepotes auo ſuo ſuccedunt, prout in decretione Childeberti regis anno DXCV. cap. I. *ita Deo propitiante Antonaco Kalendas Martias anno vicesimo regni noſtri conuenit, vt nepotes ex filio vel ex filia ad auiaticas res cum auunculos vel amitas ſic venirent in hæreditatem tanquam ſi pater aut mater viui fuiſſent. De illis tamen nepotes iſtud placuit obſeruari, qui de filio vel filia naſcuntur, non qui de fratre.* Hæc igitur inter legem Salicam & Ripuariam erat differentia. Apud Salios non niſi in ſucceſſione terræ Salicæ viri excludebant fœminas. Apud Ripuarios vero diſtinguebatur inter ſucceſſionem in alode, & hæreditatem auiaticam, ſiue auitam. Alode dicebantur, quæ vel a parentibus vel propria induſtria, ſiue vt dicebatur, ex comparato quis adquiſiuerat, prout demonſtraui *diſſ. de allodiis Imperii §. III.* in has fœminæ æque ſuccedebant ac viri, in hæreditate vero auiatica viri fœminas excludebant. Idem decernit LEX SAXONVM tit. VII. §. 6. *qui filium aut filiam habuerit, & filius vxore ducta filium genuerit, & mortuus fuerit, hereditas patris ad filium filii, id eſt ad nepotem, non ad filiam pertinet.* Sic in LEGE ANGLIORVM diſtinctio fit inter terram & mobilia: *Hereditatem defuncti filius, non filia ſuſcipiat. Si filium non habuit qui defunctus eſt, ad filiam pecunia & mancipia, terra vero ad proximum paternæ generationis conſanguineum pertineat.*

18) Patet hoc ex EVMENII panegyrico Conſtantino M. dicto *cap. XII.* cum modo de Francorum ducibus ſupplicio adfectis dixiſſet, addit: *vt tamen omnibus modis barbarorum immanitas frangeretur, nec ſola hoſtes regum ſuorum ſupplicia mærerent, etiam immiſſa Bructeris vaſtatione feciſti, imperator inuicte.*

19) Multis argumentis demonſtrare conatus fuit B. RHENANVS *lib. I. pag. 128.* Francos in loca Tencterorum & partim Cattorum ceſſiſſe.

20) Ipſe IVLIANVS epiſtola ad S. P. Q. Athenienſem, Chamauos inter Francos reputat, dum ait: *quin, aduerſus eos barbaros, id eſt Francos, Salios & Chamauos exercitum mouens, aſpirantibus* diis,

signita 21) & Catti 22) licet isti non omnes, sed cum nimis late patuerint, pars saltim Cattorum Francis accessisse videatur. Immo, omnes gentes, qui inter Rhenum, Visurgim atque Albim habitarunt, accessisse Francis videntur, ita vt in horum numero quoque habeantur Vsipetes, 23) Angriuarii, Dulgubini, Marsi, Tubantes. 24) Licet haut diffiteamur, ob mancam illorum temporum historiam, potius coniecturis esse indulgendum. Hoc tamen certum, mansisse primum singulorum etiam populorum nomina, vsque dum in vnam plane coalescerent rempublicam, vt antiqua nomina plane oblitterarentur.

§. XIX. Hi igitur populi in communem coaluerunt societatem, in eum finem, vt libertatem suam tuerentur contra Romanos. 25) Exinde genti nomen, cum *Franc* nihil aliud notet, quam liberum, 26) licet non desint, qui Francos vel a Franco gentis auctore, vel Attica lingua dictos velint, quasi feros, a feritate & duritate cordis. 27) Factum illud sub

diis, Saliorum partem excepi, Chamauos expuli. GREGORIVS TVRONENSIS *lib. II. cap. VIII.* de Arbogaste: *collecto ergo exercitu, transgressus Rhenum, Bructeros ripae proximos, pagum etiam quem Chamaui incolunt, depopulatus est, nullo vnquam occursante, nisi quod pauci ex Ampsuariis & Chattis Marcomere duce in vlterioribus collium iugis adparuere.* Sic etiam de Chamauis AVSONIVS in Mosella:

Accedent vires, quas Francia quasque Chamauus,
Germanique tremant, tum verus habebere limes.

21) AMMIANVS MARCELLINVS *lib. XX. cap. X.* de eodem Iuliano: *regionem subito peruasit Francorum, quos Attuarios vocant, inquietorum hominum licentius etiam tum percursantium extima Galliarum.*

22) Latius hoc demonstrat HERTIVS *not. vet. Franc. cap. I. §. 5.* qui etiam addit: *sane adhuc hodie in Hassia supersunt non pauca vestigia veterum Francorum, vt Franckenberg, Franckenhausen, Dabertshausen, Dahringen, a Dagoberto dicti, nunc vici. Et per Hassiam Franci exercitus duxere aduersus Thuringos, Alemannos & Saxones.*

23) Hos quidem Drusus perdomuerat, prout FLORVS *lib. IV. cap. XII.* DIO CASSIVS *lib. LIV. pag. 543.* testantur, verum minime fuerunt excisi, atque horum reliquias in oppido Vsingen quaerit HERTIVS in vrbe Asburg & Vsenburg GVNDLINGIANA *P. IX. p. 313.*

24) Hos recenset SCHATENIVS *Hist. Westphal. lib. III. pag. 145. 151.* HERTIVS *c. l.* WERLHOF *lib. I. cap. II. §. LXVII.* Adde IO. PETRI a LVDEWIG *Vorbereitung* ad Scriptores Würtzburgicos *cap. IX.*

25) Patet hoc ex praefatione Legis Salicae, vbi dicitur: *haec est enim gens, quae fortis dum esset & robore valida, Romanorum iugum durissimum de suis ceruicibus excussit pugnando.* Plenius illud demonstrarunt NIC. VIGNIERIVS *de situ & origine vet. Francorum apud* du CHESNE *Tom. I. pag. 34.* IO. ISAACIVS PONTANVS *originibus Francorum.* SCHATENIVS *lib. III. Historiae Westphalicae.* FERDINANDVS FÜRSTENBERGIVS *Monumentis Paderbornensibus pag. 74.* HADR. VALESIVS *notitia Galliarum voce Franci.*

26) Francum Germanis non nisi liberum esse, tot loca veterum demonstrant. Sic in charta Henrici III. Imp. de a. 1039. in *Chron. Mindensi* apud PISTORIVM *Tomo III. p. 822. aut homines ipsius Ecclesiae francos liberos & Ecclesiasticos litones, maalmann vel seruos.* Eadem verba occurrunt in diplomate Henrici III. *de a. 1049. pag. 824.* Henrici IV. *de a. 1059. pag. 826.* TVRPINI historia Caroli M. cap. XXXI. *his a rege relatis, populi nummos saluberrimae promissionis deuotissime offerebant, & qui libentius reddebat Francus sancti Dionysii vbique vocabatur, quomodo liber ab omni seruitute rege praecipiente erat, hinc mos surrexit, vt terra illa, quae antea vocabatur Gallia, tunc Francia vocaretur, id est, ab omni seruitute aliarum gentium libera. Quapropter Francus liber dicitur, quia super omnes gentes alias dominatio & decus illi debetur.* Sic etiam *feuda franca* denotabant feuda libera, *Francus plegius* fideiussor erat liber, *Francus tenens*, libere tenens, *Francus bannus*, sedes libera, *Francisca* idem ac libertas, locus immunis. *Francalia* agri a censu & praestatione immunes, *Franchire* manumittere. Vid. Glossaria CANGII, SPELMANNI & FERRARII Origines Linguae Italicae, *voce Franco.* Hinc BODINVS Meth. hist. cap. IX. *est autem Francus lingua Gallica (non Latina aut Graeca, multo minus Hebraica) nihil aliud quam liber & immunis. Ex quo non modo verisimile, sed etiam perspicuum fit, Gallia populos seruitutis Romanorum impatientes, trans Rhenum ad veteres illas Gallorum colonias migrasse: & cum primum potuerunt excusso Romanorum iugo, in patriam remigrasse, accepta Francorum, id est liberorum hominum appellatione.* Idem testatur LVPOLDVS de BEBENBVRG *de Iuribus regni & Imperii cap. I.* & ad eundem FREHERVS. HOTTOMANNVS *Francogallia cap. V.* SCHATENIVS *Hist. Westphal. lib. III. pag. 158.* Exhinc quilibet perspicit, quid de WENDELINO sentiendum, qui in Glossario vocum Attuaticarum ita loquitur: *nunquam Francus lingua nostra liber intelligitur, nisi praecedat Vry, dicamusque Ick ben Vry end Vranck, cum auxesi atque emphasi, Ego sum liber, & quod amplius est, Francus, acer, ferox ac strenuus, cum ex ante dictis satis pateat, vocem franc etiam absolute positam liberum notare.*

27) Variae enim aliorum de origine vocis Francorum sunt opiniones. Sunt, qui a Francone gentis auctore nominis ducant originem, prout FREDEGARIVS *cap. II.* tradit. In quo tamen dubius est ISIDORVS, dum *Originum libro IX. cap. II.* ait: *Franci a proprio quodam duce vocari putantur: alii eos a feritate morum nuncupatos existimant: sunt enim in illis mores inconditi, naturalisque ferocitas animorum.* Hinc plures sunt, qui Atuatica lingua Francos a ferocitate dictos esse putant. Inter hos potissimum est GOTFRIDVS WENDELINVS, qui *Glossario Salico vocum Atuaticarum* dicit: *etymon descendit a voce nostrate Atuatica Vranghe, quod est acerbum, asperum, trux, ferox.* Confirmatur hoc auctoritate Scriptorum veterum. Sic enim GESTA FRANCORVM cap. II. *tunc appellauit eos Valentinianus Imperator Francos Attica lingua, quod in latinum intelligitur sermonem, hoc est, feros a duritia vel ferocitate cordis.* Idem tradunt AIMOINVS *lib. I. c. I.* IVO CARNOTENSIS *de Regibus Francorum sub initium*, FRAGMENTA *de Regum Francorum rebus gestis* apud du CHESNE *Tomo I. p. 524.* ROBERTVS de MONTE *ad a. 1168.* GOTFRIDVS VITERBIENSIS *lib. XVII. Chron. sub initium*, idem, sed aliam ob caussam adserit, dum ait: *cum Imperator Valentinianus impugnatos Alanos & inter Maeotidas paludes receptos, delere non potuisset, edictum protulit, vt gens quaecunque Alanos vinceret ac deleret, per decem annos proximos libera esset ab omni tributo. Quare Germani ipsius gloriae cupidi, aduersus Alanos mouent exercitum, eosque vincunt, & omnino extinguunt, vnde per decem annos liberi a tributo fuerunt: & propter eandem victoriam, a Valentiniano imperatore Franci, id est, feroces, sunt perpetuo appellati.* Idem mutatis paullo verbis, repetunt SIFFRIDVS presbyter *Epit. pag. 686.* & CON-

fub Valeriano atque Gallieno Imperatoribus, 28) hoc maxime ludibriis & helluationibus vacante, vt præda fierent prouinciæ Romanæ. SCHILTERVS 29) ex antiquo diplomate Ludouici Germanici demonftrat, antiquum ipfis nomen fuiffe *Fraemchorum*, licet hoc Scriptoribus minime fuerit vfitatum.

§. XX. Commune itaque fœdus primum inter fe habebant, ad vindicandam contra Romanos libertatem. Reges ipfi cum abfoluta poteftate primitus non habebant, fed Duces faltim militares, 30) qui tamen Reges, Regales, vel fubreguli vocantur. 31) Horum autem non vnus faltim, fed plures, pro populorum diuerfitate ipfis præerant. Hi libertatem

CONRADVS VRSPERGENSIS. Sed, cum Francorum nomen vltra feculum ante Valentinianum iam fuerit notum, potius RIGORDVM fequimur, qui *in geftis Philippi Augufti pag. 174.* ita de Francis dicit: *quos, cum multis poftmodum idem Valentinianus præliis attentaffet, nec vincere potuiffet, proprio eos nomine Francos, quafi ferancos, id eft, feroces appellauit.* Adftipulari videtur HERTIVS *not. Vet. Francorum cap. I. §. I.* Multo minus audiendus erit HADR. IVNIVS, qui *Batauia cap. IX. p. 73.* Francos dictos putat quafi *fry on ey* quod a cenfu & vectigalibus fint immunes. LIBANIVS Sophifta *Or. 138.* a Græcorum voce *φράττω* quod *fepire* ac *munire* notat, ducit. Quod fit gens bene vallata ad cafus bellicos, vt appellationem ab ipfis rebus geftis nacti dicantur Francti, tanquam vallati fepti que, a multis autem vocentur Franci, corrupto nempe ex errore plurium, nomine. PONTANVS *Origg. Francorum lib. III. cap. I.* putat, Francos dictos fuiffe a Francefca, quod haftæ militaris apud eos genus erat, cum tamen ISIDORVS *Origg. lib. XVIII. cap. VI.* dicat, Franciscas ab vfu Francorum per deriuationem vocari, vt taceamus abfurdas GOROPII BECANI, LATZII aliorumque opiniones, quas recenfet PONTANVS *Origg. Franc. lib. II. c. VII. lib. III. cap. I.* & SCHATENIVS *lib. III. p. 158.* EYRING *de ortu & progr. rel. Chriftianæ in Francia Orientali §. I.*

28) Sic enim de Valeriani & Gallieni imperio loquitur EVTROPIVS *lib. IX. cap. VI.* dum ait: *horum imperium Romano nomini pernitiofum, & pene exitiabile fuit, vel infelicitate principum, vel ignauia.* Idem tradit TREBELLIVS POLLIO Gallieno *cap. IV. cumque ludibriis & belluationi vacaret, neque aliter Rempublicam regeret, quam quum pueri fingunt per ludibria poteftates. Galli, quibus infitum eft, effe leues ac degenerantes a ciuitate Romana & luxuriofos principes ferre non poffe, Pofthumium ad imperium vocarunt: exercitibusque confentientibus, qui occupatum imperatorem libidinibus fentiebant querebanturque.* Hac igitur occafione quoque Francorum mentionem facit TREBELLIVS POLLIO Gallieno c. VII. *contra Pofthumum Gallienus bellum incepit: & cum multis auxiliis Pofthumus iuuaretur, Celticis ac Francicis, in bellum cum Victorino proceffit.* Factum hoc circa A. C. CCLXIII. & cap. VIII. *ibant præterea gentes fimulatæ, & Gothi, Sarmatæ, Franci, Perfæ.* Idem confirmat PONTANVS *Origg. Franc. lib. IV. cap. II.* CAROLVS MOLINAEVS *de origine & progreffu Monarchiæ Francorum n. 65.* Francos iam Ciceroni memorari dicit, cum hic *lib. XIV. ad Atticum ep. X.* fcribat: *redeo ad Thebaffos, Sceuas, Frangonas.* Verum, eruditorum plerique corruptum effe locum arguunt. B. RHENANVS quidem *rer. German. lib. II. p. 230.* Ciceronem de populis quibusdam Germaniæ fecundæ hic loqui putat, atque legendum effe autumat *Bethafios, Atuas, Vangiones.* Verum, cum Cicero de Germanis haut adeo multam habuerit notitiam, potius PONTANVM fequimur, qui *Origg. Franc. lib. II. cap. IV.* dicit, hæc veteranorum effe nomina, qui Cæfaris largitione bona Pompeii poffiderent, maxime, dum DIO CASSIVS *lib. XLVIII. pag. 370. Frangonem* memoret, qui ex milite mercenario fenator fuit factus. Nec illorum adfentiendum eft opinioni, qui Francos a STRABONE iamdum memorari putant, qui fecundum quosdam Codices *lib. IV.* in Noricis mentionem faciat τῶν Βρέγκων καὶ Γεναύνων. Verum, præterquam, quod accuratiores editiones, præcipue Cafauboniana, qua vtor, *pag. 206.* legant Βρεύνων καὶ Γεναύνων, hæc lectio etiam ex HORATIO facile poterit reftitui qui lib. IV. ode XIV.

Milite nam tuo
Drufus Genaunos, implacidum genus
Breunosque veloceis, & arceis
Alpibus impofitas tremendis.

prout PONTANVS *Origg. Franc. lib. II. cap. VII.* animaduertit. Nec OROSII locus quidpiam facit, qui *lib. V. cap. XVIII.* de bello Marfico ait: *decem & octo millia Marforum in ea pugna cum Franco fuo imperatore cæfa funt*, cum PONTANVS *lib. II. cap. IV.* ex APPIANO demonftret, nomen Ducis non Francus fuiffe, fed Afranius.

29) Diploma hoc a Ludouico Germanico Parthenoni Argentoratenfi a. 871. fuit conceffum. Primus illud publicauit GVILLIMANNVS *de Epifcopis Argentoratenfibus cap. V.* Secutus eundem fuit CONRINGIVS *cenfura diplomatis Ludoniciani c. IV. pag. 30.* Inde TENTZELIVS *in vindiciis hiftoricis pro Conringii cenfura*, inter alia diplomata *in appendice pag. 98.* illud inferuit, omnes vero legunt *Francorum.* SCHILTERVS autem ex ipfo Originali, quod accurate fe contuliffe dicit, *notis ad Kœnigshouen pag. 429.* legit: *quod non folum idem genitor nofter, verum etiam prædeceffores eius regis videlicet* FRAEMCHORVM. Rationem reddere videtur LVTHERVS *de nominibus propriis Germanorum* apud SCHARDIVM Tom. I. pag. 445. *Francus, Francifcus, Liber, Liberius, Eleutheros, per fyncopen feu fynalephen, a* fry & Anck, *quafi* Fryanck, fry, *Saxonice* frei *diphthongo Sueuica, eft Liber adiectiue.* Ancke *eft adolefcens, iuuenis, nomen hodie gentile multis familiis.*

30) GREGORIVS TVRONENSIS lib. II. c. IX. *cum multa de Francis Sulpitii Alexandri narret hiftoria, non tamen Regem primum eorum vllatenus nominat: fed Duces eos habuiffe dicit.* Paullo poft tamen de eodem Sulpitio Alexandro agens, dicit: *hæc acta, cum duces effent, retulit, & deinceps ait: poft dies pauculos, Marcomere & Sunnone Francorum Regalibus, tranfacto curfim conloquio, impetratisque ex more obfidibus, ad hiemandum Treueris concesfit.* Iterum: *hic relictis tam Ducibus quam Regalibus, aperte Francos Regem habere defignat, huiusque nomen prætermittens, ait:* Sic, dum reliqui Scriptores Regum Francorum fæpius faciant mentionem, nullum quidem fupereft dubium, hos ita fuiffe denominatos, licet reipfa Duces faltim fuerint militares.

31) GREGORIVS TVRONENSIS lib. II. c. IX. *Eugenius tyrannus cum Alemannorum & Francorum Regibus, vetuftis fæderibus ex more initis.* Sic AMMIANVS MARCELLINVS *lib. XVI. cap. III.* de Iuliano Imp. *igitur Agrippinam ingreffus, non ante motus eft exinde, quam Francorum regibus furore mitefcente perterritis, pacem firmaret Reipublicæ interim profuturam & vrbem reciperet munitiffimam.* GREGORIVS TVRONENSIS vero Sunnonem & Marcomirum modo Francorum Regales, modo fubregulos vocat. Docet nos PROCOPIVS *lib. I. f. 166.* Ῥὴξ καλούμενος· οὕτω γὰρ σφῶν τοὺς ἡγεμόνας οἱ βάρβαροι καλεῖν νενομίκασι, *Rex appellatus; fic enim fuos Duces barbari nominare foliti erant.* SVIDAS: Ῥὴξ Ῥηγὸς, ὁ

tem vindicabant strenue, licet etiam a Romanis hinc inde deuincerentur. Decrescente vero Romanorum imperio, maiora susceperunt, vsque dum omnem Galliam, Italiam, Germaniamque sibi subiicerent. Nolumus prolixi esse in recensendis primis Francorum Regibus, cum hæc omnia multis fabulis sint obuoluta, maxime, cum HVNNIBALDVS, qui horum Catalogum nectit, fidei admodum sit subleſtæ. 32) Hinc neque TRITHEMIO, qui eundem sequitur, fides erit habenda. Horum recensione nititur quidem PONTANVS, 33) sed ita, vt eiusdem vanitatem singulariter ostendat. Memorantur tamen apud Scriptores fide dignos sub Constantino Ascaricus & Radagisus: 34) sub Constantio Theodemeres, Richimeris filius; 35) sub Gratiano Mellabaudes: 36) sub Valentiniano Genobaldus, Marcomeres & Sunno, 37) vsque dum Franci ad exemplum aliarum gentium, communem sibi Regem eligerent Pharamundum.

§. XXI. Primæ sub Valeriano memorantur Francorum expeditiones, qui ad inferiorem Rheni ripam agentes, Rhenique limitem perrumpentes, Galliæ littora infestabant. Limiti custodiendo impositus erat Aurelianus, sextæ legionis Gallicanæ tribunus, qui ita eos adflixit, vt trecentos ex his captos septingentis interemptis, sub corona vendiderit. Quæ victoria licet haut adeo magna, ob terrorem tamen Francorum tanta lætitia Romæ fuit excepta, vt inter choreas decantarent *mille Francos, mille Sarmatas semel occidimus.* 38)

§. XXII. Hinc Gallienus, postquam iisdem se parem haut videret, cum ipsis pacem inire suscepit, 39) licet inde fictum de iisdem triumphum ageret. 40) Postea piraticam etiam exercuerunt Franci, atque direpta Gallia, Hispaniæ quoque oras habebant infestas, 41) ab Aureliano 42) vero & Probo 43) victi fuerunt ac triumphati. Hic, cum iisdem sedes ad Pontum adsignasset, Græciam Asiamque fuerunt depopulati, in Siciliam quoque delati, Syracusarum vrbem ceperunt. Hinc, postquam in Africam adpulissent, domum iterum fuerunt delati. 44) Sub Probo Imp. Franci a littoribus Rheni fuerunt dimoti. 45)

§. XXIII. Imperante Diocletiano. Carausius per tractum Belgicæ & Armoricæ pacandum mare accepit, quod Franci & Saxones infestabant. 46) Maximianus Herculius illos deui-

τῶν Φράγγων ἀρχηγὸς, *Rex, Regis, Francorum militiæ Dux.* CONSTANTINVS MANASSES: Ῥῆγας τοὺς σφῶν Κατάρχοντας, οἶδασι Φράγγοι λέγειν, *Reges, Duces suos, Franci dicere solent.* Adde OLIV. VREDVM *Hist. Comit. Flandr. cap. VII. p. 54.*

32) Hunc inter doctos impostores olim retuli singulari dissertatione hac de re habita. §. *VI.*

33) *Originum Francicarum lib. III. cap. II.* successionem, Hunibaldi & Trithemii fidem secutus, nectit, capite III. vero eiusdem vanitatem argumentis validis sane ostendit.

34) vide infra §. *XXIII.*

35) GREGORIVS TVRONENSIS lib. II. c. IX. *in Consularibus legimus Theodemerem regem Francorum, filium Richimeris quondam, & Ascbilam matrem eius, gladio interfectos.* Neque tamen primum hunc fuisse, docet FREDEGARIVS *Hist. Franc. Epit. cap. IX.* scribens: *Franci electum a se Regem, sicut prius fuerat, crinitum inquirentes diligenter ex genere Priami, Frigi, & Francionis, super se creant, nomine Theudemerem filium Richemeris, qui in hoc prælio, quod supra memini, a Romanis interfectus est.*

36) AMMIANVS *lib. XXXI. cap. X.* vocat *domesticorum comitem regemque Francorum, virum bellicosum & fortem.*

37) GREGORIVS TVRONENSIS *c. l.* De his aliisque Francorum regibus, quorum Scriptores fide digni faciunt mentionem PONTANVS *lib. III. cap. VI.*

38) VOPISCVS *Aureliano c. VII.* SCHATEN *Hist. Westphal. lib. III. pag. 160.* Ex quo satis patet, WERLHOFIVM *not. Imp. enucl. lib. I. c. II. §. 59.* ex hoc loco minus recte defendere, Francorum nomen ante Valerianum fuisse cognitum, cum hæc omnino acciderint Valeriano imperante.

39) ZOSIMVS *lib. I. cap. XXX.* auctor est, quod inito fœdere cum quodam de gentis Germanicæ principibus, ex aliqua parte periculum minuisse visus sit. Hoc autem cum Francis factum tradit ZONARAS *lib. XII. Annalium.*

40) TREBELLIVS POLLIO *Gallienis c. VIII.* Inter solennia decennalium a Gallieno celebratorum, *ibant præterea gentes simulatæ, vt Gothi, Sarmatæ, Franci, Persæ.*

41) NAZARIVS Panegyrico Constantini M. cap. XVII. *Franci ipsi, præter ceteros truces, quorum vis quum ad bella efferuesceret, vltra ipsum oceanum æstu furoris euecta, Hispaniarum etiam oras armis infestas habebant.* AVRELIVS VICTOR Gallieno *cap. XXXV. cum Francorum gentes, direpta Gallia, Hispaniam possiderent, vastato ac pene direpto Tarraconensium oppido.* EVTROPIVS lib. IX. cap. VI. *Germani vsque ad Hispanias penetrauerunt, & ciuitatem nobilem Tarraconem expugnauerunt.* HADR. VALESIVS *lib. I. rer. Franc. p. 4.*

42) In triumpho Aureliani VOPISCVS cap. XXXIII. etiam memorat Francos.

43) ZOSIMVS *lib. I. cap. LXVIII.* Hinc Probo adclamatum fuit apud VOPISCVM cap. XI. *tu Francicus, tu Gothicus, tu Sarmaticus, tu Parthicus.* PONTANVS *Origg. Franc. lib. IV. c. III.*

44) Narrat hæc ZOSIMVS *lib. I. exeunte* & EVMENIVS Panegyrico Constantio Cæsari dicto cap. XVIII. *recursabat quippe in animos illa sub diuo Probo & paucorum ex Francis captiuorum incredibilis audacia, & indigna felicitas, qui a Ponto vsque correptis nauibus, Græciam Asiamque populati, nec impune plerisque Libyæ littoribus appulsi, ipsas postremo naualibus quondam victoriis nobiles ceperant Syracusas, & immenso itinere peruecti oceanum, qua terras irrupit, intrauerant: atque ita euentu temeritatis ostenderunt, nihil esse clausum piratica desperationi, quo nauigiis pateret accessus.* SCHATENIVS *Hist. Westphal. lib. I. p. 169.*

45) VOPISCVS Probo cap. XII. *testes Franci, inuiis strati paludibus, testes Germani & Alemanni, longe a Rheni submoti littoribus.*

46) EVTROPIVS lib. IX. cap. XIII. *per hæc tempora etiam Carausius, qui vilissime natus, in strenuæ militiæ ordine famam egregiam fuerat consecutus, cum apud Bononiam per tractum Belgicæ & Armoricæ pacandum mare accepisset, quod Franci & Saxones infestabant, multis barbaris sæpe captis, nec præda integra aut prouincialibus reddita, aut imperatoribus missa; cum suspicio esse cœpisset, consulto ab eo admitti barbaros, vt transeuntes cum præda exciperet, atque hac se occasione ditaret; a Maximiano iussus occidi, purpuram sumsit & Britannias occupauit.* Hinc MAMERTINVS Panegyrico cap. VII. *domitis oppressa Francis bella piratica Diocletianum votorum compotem reddiderunt.*

deuicit, etiam illis sedes in Gallia Belgica, in finibus Neruiorum atque Treuirorum adsignauit. 47) Constantius Chlorus, Cæsar adhuc, Francorum, qui Batauiam aliasque cis Rhenum terras inuaserant, multa millia interfecit, eosdemque ad petendam pacem cum Rege adegit. 48) Constantinus M. non vna vice Francos deuicit, reges quoque eorum Ascaricum & Regaisum cepit, quos celebratis ludis Francicis, bestiis obiecit. 49) Ipsos quoque Hispaniarum etiam oras petentes repressit. 50) Huius filius Constans vario primum euentu cum Francis pugnauit, 51) vsque dum eos bello superatos, socios efficeret populi Romani atque fœderatos. 52) A. CCCL. Magnentius Francus imperium adripuit, atque Constantem in castris prope Pyrenæos interfecit, ast anno insequenti apud Mursiam acie vincitur a Constantio. 53)

§. XXIV. Iulianus, Cæsar adhuc, Coloniam Agrippinam a Francis occupatam recuperauit. 54) Hinc Salios, Chamauos atque Attuarios deuicit. 55) Sub Gratiano Imp. Franci & Saxones Gallicanos tractus terra marique infestabant, multasque prædas agebant, qui cum iisdem pacem iniit atque fœdera, horumque auxilio vsus fuit contra Gothos. 56) Len-

47) GREGORIVS TVRONENSIS lib. X. c. II. *Inde ad Gallias profectus est* (Maximianus Herculius) *dolo composito, tanquam a filio* (Maxentio) *esset expulsus, vt Constantino Genero iungeretur: moliens tamen Constantinum, reperta occasione, interficere, qui in Galliis, & Militum & Prouincialium ingenti iam fauore, regnabat, cæsis Francis atque Alamannis, captisque eorum Regibus, quos etiam bestiis, cum magnificum spectaculum muneris parasset, obiecit.* EVMENIVS Panegyrico c. XXI. *sicuti pridem tuo, Diocletiane auguste, iussu suppleuit deserta Thraciæ translatis incolis Asia, sicut postea tuo, Maximiane auguste, nutu Neruiorum & Treuerorum arua iacentia letus postliminio restitutus; & receptus in leges Francus excoluit; ita nunc per victorias tuas, Constanti Cæsar inuicte, quidquid infrequens Ambiano, & Bellouaco, & Tricassino solo, Lingonicoque restabat, barbaro cultore reuirescit.*

48) Incertus panegyrico Maximiano & Constantino dicto de victoriis Constantii cap. IV. *multa ille Francorum millia, qui Batauiam aliasque cis Rhenum terras inuaserant, interfecit, depulit, cepit, abduxit.* EVMENIVS panegyrico cap. V. *terram Batauiam, sub ipso quondam alumno suo a diuersis Francorum gentibus occupatam, omni hoste purgauit, nec contentus vicisse, ipsas in Romanas transtulit nationes, vt non solum arma, sed etiam feritatem ponere cogerentur.* Hæc autem, dum sub Diocletiano atque Maximiano Herculio gesta, ideo Cl. MAMERTINVS *in panegyrico suo cap. V.* ita adplaudit: *præterea Francos ad petendam pacem cum Rege venientes.* HADR. IVNIVS *Batauia c. IX.*

49) Auctor est EVTROPIVS lib. X. cap. II. *Cæsis Francis atque Alamannis, captisque eorum regibus, quos etiam bestiis, cum magnificum spectaculum muneris parasset, obiecit.* Sic etiam Incerti panegyricus *cap. IV.* de Constantino: *tu iam ab ipsis Francorum regibus auspicatus es, simulque & præterita illorum scelera, puniisti, & totius gentis lubricam fidem timore vinxisti.* EVMENIVS cap. X. ad Constantinum: *adsciuisti pœna temeritatis reges ipsos Franciæ, qui per absentiam patris tui pacem violauerant: non dubitasti vltimis punire cruciatibus: nihil veritus gentis illius odia perpetua & inexpiabiles iras.* Idem memorat cap. XI. *hæc est tua Constantine, de Ascarici Regaisique supplicio quotidiana atque æterna victoria, omnibus quondam secundis præliis anteponenda.* Hinc in veteri Kalendario Romano sub Constantio Imp. composito apud GRAEVIVM *Thes. Antiquit. Tomo VIII. p. 100.* reperimus:

IDIB. LVDI FRANCICI

XIII. KAL. AVG. FRANCICI C. M. XXIIII.

His etiam solennitatibus cusum fuisse Constantini M. nummum aureum putamus, cum tropæo & iacente muliere & inscriptione GAVDIVM ROMANORVM infra FRANCIA, cuius typum exhibet SPANHEMIVS *de vsu & præstantia Numism. diss. VIII. p. 750.* SCHATENIVS *hist. Westphal. lib. III. p. 187.* PONTANVS *Origg. Franc. lib. IV. cap. IV.* NICOLAVS VIGNIERIVS *de origine Franc. pag. 159.* Neque tamen tunc penitus excisi fuerunt Franci, prout Panegyristæ Imp. suo adulantur VRED. *p. 54.*

50) NAZARIVS Panegyrico cap. XVII. *Franci ipsi, præter ceteros truces, quorum vis quum ad bella efferuesceret, vltra ipsum Oceanum æstu furoris euecta, Hispaniarum etiam oras armis infestas habebant: ii igitur sub armis tuis ita conciderunt; vt deleri funditus possent; nisi diuino instinctu, quo regis omnia, quos ipse adflixeras, conficiendos filio reseruasses.*

51) HIERONYMVS *Chronico ad a. 345.*

52) SOCRATES *lib. I. c. XIII.*

53) Huius historiam vide apud ZOSIMVM *lib. II. cap. XLII.* EVTROPIVM *lib. X. c. VI.*

54) AMMIANVS MARCELLINVS lib. XVI. cap. IV. *igitur Agrippinam ingressus, non ante motus est exinde, quam Francorum Regibus furore mitescente perterritus, pacem firmaret Reipublicæ interim profuturam, & vrbem reciperet munitissimam.* Ipse IVLIANVS in epistola ad S. P. Q. Atheniensem: *his ergo calamitatibus vexatam, & afflictam nactus Galliam, primum Agrippinam recuperaui, vrbem ad Rhenum sitam, quæ ante menses circiter decem in potestatem hostium venerat.*

55) AMMIANVS MARCELLINVS lib. XVII. cap. VIII. Ipse IVLIANVS dicta epistola: *quin aduersum eos barbaros, id est Francos, Salios & Chamauos exercitum mouens, aspirantibus diis, Saliorum partem excepi, Chamauos expuli.* AMMIANVS *lib. XX. cap. X. Rheno exinde transmisso, regionem subito peruasit Francorum, quos Attuarios vocant.* AMMIANVS MARCELLINVS lib. XVII. cap. IX. *quibus paratis, petit primos omnium Francos, eos videlicet, quos consuetudo Salios appellauit, ausos olim in Romano solo apud Toxiandriam locum habitacula sibi figere prælicenter. Cui cum Tungros venisset, occurrit legatio prædictorum, opinantium reperiri Imperatorem etiamtum in hibernis, pacem sub hac lege prætendens, vt quiescentes eos tamquam in suis nec lacesseret quisquam, nec vexaret. Hos legatos, negotio plene digesto, oppositaque conditionum perplexitate, vt in iisdem tractibus moraturus dum redeunt, muneratos absoluit. Dictoque citius secutus profectos, Seuero Duce misso per ripam, subito cunctos adgressus, tanquam fulminis turbo perculsit: iamque precantes potius quam resistentes, in opportunam clementiæ partem effectu victoriæ flexo, dedentes se cum opibus liberisque suscepit. Chamauos itidem ausos similia adortus, eadem celeritate partim cecidit, partim acriter repugnantes, viuosque captos coniecit in vincula: alios præcipiti fuga trepidantes, ad sua, ne militem spatio longo defatigaret, abire interim permisit innoxios: quorum legatis paullo postea missis precatum consulitumque rebus suis, humi prostratis sub obtutibus eius, pacem hoc tribuit pacto, vt ad sua redirent incolumes.*

56) AMMIANVS MARCELLINVS lib. XXVII. cap. VIII.

Lentienses quoque, Alemannorum populum, per Mallobaudem, regem Francorum deuicit. 57) Sub Valentiniano II. Franci Genobaldo, Marcomere & Sunnone ducibus, in Germaniam proruperunt, Gallias etiam infestarunt, vt Valentinianus cum iisdem pacem facere cogeretur. 58) Eodem imperante, Arbogastes e gente Francorum, Sunnonem & Marcomerem Francorum subregulos gentili odio insectabatur. 59) Eugenius tyrannus cum Alemannorum Francorumque regibus fœdera iniit, 60) & licet horum atque Arbogastis auxiliis fuisset suffultus, nihilominus a Theodosio Imp. fuit deuictus. 61) Sub Honorio Imp. Marcomeres atque Sunno pacem perosi, exilio vel morte puniebantur, 62) Franci etiam a Stilicone vincebantur. 63) Honorius cum iisdem pacem fecit, 64) atque Franci iam dum satis firmati, variis fuerunt in auxilio.

§. XXV. Certior Francorum historia a PHARAMVNDO oritur. Hic enim, sumto a Marcomiro consilio, primus 65) a Francis a. 420. in communem Regem fuit electus, qui vniuersæ genti imperaret, quæ antea diuersos saltim habuerat Duces militares. 66) Et licet

57) AMMIANVS MARCELLINVS *lib. XXXI. cap. X.*

58) GREGORIVS TVRONENSIS *lib. II. c. IX.* PONTANVS *Origg. Franc. lib. IV. c. IX. X.*

59) GREGORIVS TVRONENSIS c. l. PAVLINVS vita Ambrosii *per idem tempus Arbogastes comes aduersus gentem suam, hoc est Francorum, bellum parauit, atque pugnando non paruam multitudinem manu fudit; cum residuis vero pacem firmauit.*

60) GREGORIVS TVRONENSIS lib. II. c. IX. *dehinc Eumenius tyrannus suscepto expeditionali procinctu, Rheni limitem petit, vt cum Alamannorum & Francorum Regibus vetustis fœderibus ex more initis, immensum ea tempestate exercitum gentibus feris ostenderet.*

61) OROSIVS *lib. VII. c. XXXV.*

62) CLAVDIANVS de laudibus Stiliconis lib. I.

Prouincia missos
Expellet citius fasces, quam Francia Reges
Quos dederis, acie nec iam pulsare rebelles,
Sed vinclis punire licet; sub iudice nostro
Regia Romanus disquirit carmina carcer.
Marcomeres, Sunnoque docent, quorum alter Etruscum
Pertulit exsilium: cum se promitteret alter
Exsulis vltorem, iacuit mucrone suorum.
Res auidi concire nouas, odioque furentes
Pacis & ingenio scelerumque cupidine fratres.

63) CLAVDIANVS de laudibus Stiliconis lib. II.

Qui mihi Germanos solus, Francosque subegit,
Cur nondum legitur factis.

64) CLAVDIANVS in IV. Consulatu Honorii.

Attonitos Reges humili ceruice videres,
Ante ducem nostrum flauam sparsere Sicambri
Cæsariem, pauidoque orantes murmure Franci
Procubuere solo: iuratur Honorius absens
Imploratque tuum supplex Alemannia nomen.
Bastarnæ venere truces, venit accola siluæ
Bructerus Hercyniæ, latisque paludibus exit
Cimbrus, & ingentes Albim liquere Cherusci.
Accipit ille preces varias; tardeque rogatus
Annuit; & magno pacem pro munere donat.

65) Dubitat equidem adhuc de primo Francorum Rege GREGOR. TVRONENSIS *lib. II. cap. IX.* scribens: *de Francorum vero Regibus, quis fuerit primus, a multis ignoratur. Nam cum multa de eis Sulpicii Alexandri narret Historia, non tamen Regem primum eorum vllatenus nominat, sed Duces eos habuisse dicit.* Verum, dum GESTA FRANCORVM & reliqui Scriptores Pharamundum communi ore primum faciant, merito adsentimur. Non desunt tamen, qui de eo dubitant vel maxime. Quippe Autor *de l' Epoque de la Monarchie Françoise dans les* MEMOIRES *de* LITTERATVRE *Tom. I. pag. 370.* plurimos desuper scrupulos mouet. Adsentitur IO. IAC. MASCOVIVS *Geschichte der Teutschen lib. VIII. §. XLIV.* eam ob rationem, quod iamdum a temporibus Maximiani diuersi memorentur Reges, subreguli apud Francos. Tales etiam memorat ECCARDVS *notis ad Leibnitii Tractatum de origine Francorum.* Sic, circa annum 288. occurrit ATECH & GENOBAVDES, Rex Francorum. EVMENIVS *in Panegyrico Constantini M. cap. X.* mentionem facit MELLOBAVDIS, Regis Francorum. Circa tempora Theodosii M. PRIAMVM apud Francos regnasse, supra iamdum §. III. ex PROSPERI Chronico adduximus, quem LEIBNITIVS *de Orig. Francor. §. XXXIV.* seniorem Pharamundum vocat, tanto magis quod SIGEBERTVS GEMBLACENSIS *ad a. 385.* Pharamundi auum Priamum vocat. Post hunc MARCOMERES & SVNNO memorantur, quos tamen SVLPITIVS ALEXANDER saltim regales adpellat. Verum, non infrequens, Gregorio potissimum Turonensi, Duces Francorum militares ita adpellare. Sic enim ipse *lib. II. cap. IX. cum autem eos Regales vocet, nescimus vtrum Reges fuerint, an vices tenuerint Regum.* Vide etiam supra *Periodo III. §. XX.*

66) GESTA FRANCORVM EPITOMATA c. IV. *tunc defuncto Sunnone, & accepto consilio, in vnum primatum eorum vnum habere principem, petierunt consilium Marchomiro, vt Regem vnum haberent sicut & cætera gentes. At ille dedit eis consilium, & elegerunt Faramundum filium ipsius Marchomiri, & leuauerunt eum super se Regem crinitum.* CHRON. MOISSIACENSE ad a. 424. *Franci multis temporibus cum Ducibus suis, externas dominationes negantes transegisse comperimus, vsque ad Marcomire, Sunnone & Genobaudum, Ducibus eorum, cum quibus tempore Theodosii Imp. in Germania prorumpentes, pagos depopulantes, etiam colonis metum incusserant. Quod cum Treuiris perlatum esset, Nannius & Quintinus Magistri Equitum, collectum exercitum Francos e Germania eiecerunt. Defuncto itaque Sunnone in eodem prælio, accepto consilio in Mo - - primates eorum, vt vnum haberent Principem, petierunt, Consilium ipsi Marcomiro, vt Regem vnum haberent, sicut & cæteras gentes. Ille dedit eis consilium, vt eligerent Faramundum filium ipsius Marcomiri, & leuarent eum in Regem super se, ex genere Priami, crinitum. Hunc & Regem habere cœperunt, quam consiliarii eorum primores, his nominibus Windogast, Visogast, Arogast, Soligast, in villabus Germaniæ Idsleo, Iubothagin, & Windigagin tractauerunt.* Idem dicit ANNALISTA SAXO *ad a. 750.* AIMOINVS lib. I. cap. IV. *regem vero, ceterarum more nationum, Franci sibi eligentes Faramundum Marchomiri filium, solio sublimant regio.* MAXENTIVS Chron. Malleacensi apud LABBEVM *Noua Bibliotheca MStorum Tomo II. p. 191. Franco & Vasso defunctis, Franci Marcomirem & Sonnoldem de ipsa generatione nobiles sibi Principes constituerunt. Eo quoque tempore multa spolia de vicinis regionibus detraxerunt. Erant autem fanatici & pagani dæmonia muta & surda adorantes. Mortuo autem Marcomire atque Sennone acceperunt inter se consilium, vt sibi Regem sicut aliæ gentes constituerent. Constitueruntque sibi Regem Crinitum Pharamun-*

licet commune nomen fœderati isti populi inter se haberent, nondum tamen in vnam rempublicam coaluerant, quod demum sub Pharamundo factum. Dicebantur isti Reges criniti, eo quod ipsi sibi liberisque ius comam alendi quasi solis vindicarent. 67) Hoc Rege primum Rhenum transire cœperunt, licet nec dum satis pedem figentes, cum pacis potius quam belli fuerit studiosior, atque ordinandæ reipublicæ.

§. XXVI. Successisse Pharamundo videtur THEODEMER 68) & huic filius CLODIO. 69) Hic apud Dispargum, 70) in termino Thuringorum sedem habebat, sed infelix primum contra Romanos, dum sub initium statim regni a. 428. pars Galliarum propinqua Rheno, quam Franci occupauerant, Aetii Romanorum ducis armis fuerit recepta. 71) Inde a. 432. pax Francis fuit data. 72) Dum vero hic bellum in Galliis gereret contra Theodericum Gothorum regem, Clodio missis exploratoribus ad vrbem Cameracum, perlustratis omnibus, ipse secutus, Romanos proterit, ciuitatem capit, in qua per breue tempus residens, ad Summam vsque progreditur, sedem in vrbe Ambianorum figens. 73) Aetius vero a. 445. ex improuiso Clodionem adoritur, eundemque nuptialibus epulis importune indulgentem in Atrebatium finibus, ad vicum Helenæ hodie Vieux-Hedin prostrauit. 74)

§. XXVII. Post Clodionis mortem, 75) dissensio inter ipsius filios de successione, dum maior natu, Hunnorum regem Attilam, minor Aetium in auxilium vocaret, victoria penes hunc stante. 76) Incertum igitur, an MEROVAEVS ipsius filius fuerit, quem GREGORIVS

ramundum filium Marcomiri. CHRON. REG. FRANCORVM apud du CHESNE Tom. I. p. 797. *Sunno genuit Feramundum, qui fuit primus Rex Francorum crinitus.* Adsentitur RORICO *gestis Francorum apud* du CHESNE *pag. 801.* Tempus definit PROSPER in Chronico, qui ad a. 420. *Pharamundus regnat in Francia.* Contradicit equidem GODEFRIDVS HENSCHENIVS *in exegesi de Episcopatu Tungrensi & Traiectensi cap. X.* qui potissimum auctoritatem Chronici Prosperi, quod Pithœus edidit, infringere conatur, eo quod in diuersis Codicibus MStis hæc de Pharamundo verba fuerint omissa. Verum respondet ipsi ANT. PAGI *in Critica Annal. Baronii ad a. 418. n. 81.* ex eo, quod hæc verba de Pharamundo non solum in omnibus Chronicis editis, sed etiam plerisque Codicibus reperiantur. Monstrabatur olim sepulcrum Pharamundi in monte Francorum, qui Lotharingiam atque Alsatiam terminat, quod tamen falsum esse, iudicauit MABILLONIVS *in disquisitione de sepulturis Regum Francorum, Memoires de Litterature Tom. IV. pag. 370.* ANONYMI PATRIARCHIVM BITVRICENSE c. XII. *filium prædicti Marcomiri Pharamundum sibi Regem ordinarunt anno Dominicæ Incarnationis quadringentesimo ac vigesimo.*

67) AIMOINVS lib. I. cap. IV. de Faramundi filio ait: *filius successit Clodio crinitus: illo in tempore Francorum reges criniti habebantur.* De Gualdaldo idem testatur lib. III. cap. LXI. *hic in Galliis natus, moreque regum a matre sua enutritus, (vti consuetudo antiquis Franciæ fuit regibus) capitis comam gerebat prof.sam.* De eodem GREGORIVS TVRONENSIS lib. VI. cap. XXIV. *hic cum natus esset in Galliis, & diligenti cura nutritus, vt Regum istorum mos est, crinium flagellis per terga demissis, literis eruditus:* Sic etiam AGATHIAS lib. I. p. 532. *mos est Francorum regibus tonderi nunquam, sed a pueris comam alere, quæ pulchre impendet humeris, etiam frontis crinibus diuiduis & in vtramque se spargentibus partem.*

68) Theodemerem circa illa tempora Regem fuisse Francorum, docet nos GREGORIVS TVRONENSIS *lib. II. cap. IX. nam & in Consularibus legimus, Theodemerem regem Francorum, filium Richimeris quondam, & Ascbilam matrem eius, gladio interfectos.* Hunc autem non primum fuisse, docet FREDEGARIVS *Hist. Franc. epit. cap. IX.* scribens: *Franci electum a se Regem,* SICVT PRIVS FVERAT, *crinitum inquirentes diligenter ex genere Priami, Frigi, & Francionis, super se creant, nomine Theudemerem filium Richemeris, qui in hoc prælio, quod supra memini, a Romanis interfectus est.*

69) PROSPER ad a. 428. *Clodius regnat in Francia.*

70) vide *Proleg. Sect. I. §. XIV.* GREGORIVS TVRONENSIS cit. loc. *ferunt etiam tunc Chlogionem vtilem ac nobilissimum in gente sua, regem Francorum fuisse, qui apud Dispargum castrum habitabat, quod est in termino Thoringorum.* FREDEGARIVS *Gestis epitomatis cit. loc.* pergit: *substituitur filius eius Chlodeo in regnum, vtilissimus vir in gente sua, qui apud Esbargem castrum residebat, quod est in termino Thoringorum.* Quem tamen ideo notat Dnus a LVDEWIG *Vorbericht ad Scriptores Würtzburgicos cap. XIII.* Male igitur HVGO FLAVINIACENSIS CHRON. VERDVN. *ad a. 446.* Clodionem primum facit.

71) PROSPER alter *ad a. 429.* CASSIODORVS *Chronico ad h. a.*

72) IDATIVS ad A. Valentiniani VIII. *superatis per Aëtium in certamine Francis, & in pace susceptis, Censorius comes legatus mittitur ad Suenos, supradicto secum Idatio redeunte.*

73) GREGORIVS TVRONENSIS *lib. II. c. IX.* AIMOINVS *lib. I. cap. V.* RORICO gestis Francorum *pag. 801. Clodio igitur Rex missis præcursoribus suis vsque ad vrbem Camaracum, ipse quoque cum exercitu maximo Rhenum transiens eos subsequutus est, & ingressus Carbonariam syluam, Turnacensem ciuitatem obtinuit, & exinde Camaracum vsque properauit. Ibique modicum residens, Romanos omnes, qui in eadem reperti sunt, gladio trucidari præcepit. Qua ciuitate retenta inde progreditur, & vsque ad Sumam fluuium occupauit, & ingressus Ambianorum vrbem, ibidem & regni sedem statuit, & deinceps pacato iure quieuit.*

74) SIDONIVS APOLLINARIS *Carm. V.*

Pugnastis pariter, Francus qua Cloio patentes
Atrebatum terras peruaserat: hic coeuntes,
Claudebant angusta vias, arcuque subactum
Vicum Helenam, flumenque simul sub tramite longo
Arctus suppositis trabibus, transmiserat agger,
Illic te posito, pugnabat ponte sub ipso
Maiorianus eques. Fors ripæ colle propinquo
Barbaricis resonabat hymen, Scythicisque choreis
Nubebat Flauo similis noua nupta marito.
Hos ergo, vt perhibent, strauit.

Quem locum CHIFLETIVS Anastasi Childerici *cap. I. pag. 6.* plenius explicauit. PONTANVS *Originibus Francicis lib. IV. cap. XII.*

75) ANT. PAGI *Critica Ann. Baronii ad A. C. 447. n. 12.* hanc mortem ad illum annum refert.

76) Sic enim du CHESNE *Tomo I. pag. 223.* ex PRISCI Rhetoris & SOPHISTAE historia: *at Francos bello lacessendi occasionem ei subministrabat Regis illorum obitus, & de Regno inter liberos eius orta dissensio. Quorum maior natu Attilam, minor Aetium in auxilium vocare statuerat. Hunc nos Romæ Legationem obeuntem vidimus, adhuc imberbem: flaua coma, adeoque promissa, vt super humeros circumfusa*

GORIVS TVRONENSIS saltim ex ipsius stirpe 77) dicit. Verosimile tamen hoc videtur ex eo, quod, dum Attila Gallias inuaderet, pars Francorum ipsi accederet, dum Merovæus staret a partibus Romanorum. 78) Post Aetii mortem vero, Franci Gallias depopulabantur, 79) & regni sui terminos extendebant, quæ vero de Merouæi Burgo apud Erfurtum, vulgo *die Merwigsburg* extructo, Northusa etiam vrbe & Merseburgo memorantur, omnia sunt fabulosa. 80) Dum igitur iusta serie sibi succederent Reges, dicti isti fuerunt Merouingi. 81)

§. XVIII. Successit ipsi a. 466. CHILDERICVS, filius, quem luxuriose agentem regno deturbant Franci, Aegidium, Magistrum militiæ in Galliis regem adsciscentes. Interea temporis apud Bisinum Thuringiæ regem exulabat Childericus, 82) cum eius vxore Basina stupri consuetudinem habens. 83) Cum vero octo annis supra Francos regnasset Aegidius, consilio potissimum Wicemadi, qui ipsi fidelis erat, reuocatus fuit Childericus. Hinc Basina, viro relicto, in Franciam venit, cum Childerico fuit copulata. 84) Hic fugato Aegidio, capta colonia Agrippina atque vrbe Treuirorum, vlterius in ipsam Galliam fuit

cumfusa esset. Eum Aetius filium a se adoptatum, multisque cum ab ipso, tum ab Imperatore ornatum muneribus, & amicum ac socium populi Rom. appellatum dimisit.

77) lib. II. cap. X. *de huius stirpe quidam Merouechum regem fuisse adserunt.* GESTA REGVM FRANCORVM: *Chlodione Rege defuncto, Merouechus, de genere eius, Regnum eius accepit.* Vetus Genealogia Regum, quam laudat CHIFLETIVS Anastasi Childerici pag. 13. *Meroueus, qui non erat Clodii filius, sed ipsi sanguine coniunctus, fecit se creare Regem, Clodii filios, qui ætate minores erant, excludendo.* Genealogia Regum Francorum apud du CHESNE *Tom. I. pag. 794.* testatur, ex Priami Genealogia fuisse Merouæum. Fabula omnino est, quam refert FREDEGARIVS in Historia Francorum epitomata c. IX. *fertur super litore maris æstatis tempore Chlodeone cum vxore residente meridie, vxor ad mare lauatum vadens, terretur a bestia Neptuni, qui Minotauro similis eam adpetisset. Cumque in continuo aut a bestia aut a viro fuisset, concepit, ac peperit filium, Meroueum nomine, a quo Reges Francorum postea Merouingii vocantur.* Annum definit PROSPER ad a. 448. *Meroueus regnat in Francia*, quem sequitur SIGEBERTVS GEMBLACENSIS.

78) SIDONIVS APOLLINARIS Panegyrico Auito dicto:

subito cum rupta tumultu
Barbaries totas in te transfuderat arctos
Gallia pugnacem Rugum comitante Gelono
Gepida trux sequitur, Scyrum Burgundio cogit:
Chunus, Bellonotus, Neurus, Basterna, Toringus,
Bructerus, vluosa quem vel Nicer abluit vnda,
Prorumpit Francus. Cecidit cito secta bipenni
Hercinia in lintres, & Rhenum texuit aluo.
Et iam terrificis diffuderat Attila turmis
In campos se Belga tuos.

IORNANDES cap. XXXVI. *Romanis adfuere auxiliares Franci.* Idem *cap. XLI.* PONTANVS *Origg. Franc. lib. IV. cap. XIII.*

79) SIDONIVS APOLLINARIS in Panegyrico Maioriani

Francus Germanum primum, Belgamque secundum
Sternebat, Rhenumque ferox Alemane bibebas.

80) SIGEBERT. GEMBLACENSIS ad a. 448. *Merouæus filius Clodii super Francos regnat annis 10. a quo nimis vtili rege Franci Merouingi cognominati sunt.* Plenius adhuc RORICO Gestis Francorum p. 801. *Clodione defuncto, Merouicus ad regendum populum eligitur, & in eadem Ambianorum ciuitate regali solio sublimatur. Merouicus itaque iste, a quo & Franci prius Merouinci vocati sunt, propter vtilitatem videlicet & prudentiam illius, in tantam venerationem apud Francos est habitus, vt quasi communis pater ab omnibus coleretur.* CHRON. MOISSIACENSE ad a. 424. *Clodione Rege defuncto, Meroueus in regno sublimatus est, a quo Reges Francorum Merouingi vocantur.*

81) HIST. LANDGRAV. THVRING. c. IV. *Merouygus, rex castrum construxit in monte, vbi nunc est monasterium S. Petri in Erfordia.* Verum, falsa hæc esse omnia, satis demonstrauit CASP. SAGITTARIVS *Antiquit. Regni Thuring. lib. II. c. IV.*

82) GREGORIVS TVRONENSIS lib. II. c. XII. *Childericus vero cum esset nimia in luxuria dissolutus, & regnaret super Francorum gentem, cœpit filias eorum stuprose detrahere. Illi quoque ob hoc indignantes, de regno eum eiiciunt. Comperto autem quod eum etiam interficere vellent, Thoringiam petiit, relinquens ibi hominem sibi carum, qui virorum furentium animos verbis lenibus mollire posset: dans etiam signum quando redire possit in patriam: id est, diuiserunt simul vnum aureum, & vnam quidem partem secum detulit Childericus, aliam vero amicus eius retinuit dicens: quando quidem hanc partem tibi misero, partesque coniuncta, vnum effecerint solidum, tunc tu securo animo in patriam repedabis. Abiens ergo in Thoringiam, apud Regem Bisinum vxoremque eius Basinam latuit, denique Franci hoc eiecto, Aegidium sibi, quem superius Magistrum militum a Republica missum diximus, vnanimiter regem adsciscunt.* FREDEGARIVS *cap. XI.* AIMOINVS *lib. I. cap. VII.* SIGEBERTVS GEMBLACENSIS *ad a. 461.*

83) GESTA FRANCORVM epitomata c. VII. *dum fuit in Toringia, cum Basina regina, vxore Bisini regis ipse Childericus rex commixtus fuit.* AIMOINVS lib. I. cap. VIII. *dicebatur autem idem princeps consuetudinem stupri cum ea habuisse, dum apud præfatum exularet Regem.* Licet Pere DANIEL singula hæc pro fabula Romanensi habeat.

84) GREGORIVS TVRONENSIS c. l. *Aegidius cum octauo anno supra eos regnaret, amicus ille fidelis pacatis occulte Francis, nuntiis ad Childericum cum parte illa diuisi solidi, quam retinuerat, mittit. Ille vero certa cognoscens indicia, quod a Francis desideraretur, ipsis regnantibus, simul Basina illa, quam supra memorauimus, relicto viro suo, ad Childericum venit.* AIMOINVS *lib. I. cap. VIII.* RORICO gestis Francorum *sub finem libri primi.* HVGO FLAVINIACENSIS Chron. Virdun. *deinde Childericus filius Merouei, expulso Aegidio Duce Romanorum de regno atque interfecto, regnum inuadit anno ab Incarn. Domini CCCCLXVI. & regnauit annos viginti quatuor, qui genuit filium ex Bisina Toringorum Regina, nomine Clodoueum, virum bellicosissimum & potentissimum, imprimis gentilem, postea Christianum.* FREDEGARIVS *c. XII.* GESTA FRANCORVM EPITOMATA *cap. VII.* SIGEBERTVS GEMBLACENSIS *ad a. 469.* Errat itaque GOBELINVS PERSONA *Cosmodromio æt. VI. cap. XXIV.* dum scribit: *istis temporibus apud Francos regnauit Hildericus filius Merowigis sextus rex, qui Basinam filiam ducis Thuringiæ accepit vxorem, & regnauit annis XVI.* CHIFLETIVS *anastasi Childerici cap. IV.* SAGITTARIVS *antiquitatibus regni Thuringici lib. II. c. IX. §. 7. sqq.*

fuit progressus, Aurelianas vsque peruenit, Andegauum cepit, Alemannos deuicit. 85) His deuictis, cum ad solum proprium, hoc est, ad Ambianorum vrbem remanere cuperet, febre correptus A. C. 484. spiritum exhalauit, ritu barbaro Tornaci sepultus, 86) & regendum populum filio suo Clodouæo dereliquit.

§. XXIX. Filius æque ac successor ipsius CLODOVAEVS, firmauit potissimum regnum Francorum, hinc etiam pro primo Francorum Monarcha a quibusdam habetur. 87) Primum ipsi erat, vt reliquam Galliæ partem, quam Romani adhuc tenebant, sibi subiiceret, id quod deuicto interfectoque Syagrio, qui Aegidii filius erat, & Romanorum nomine imperabat, anno quinto regni sui 88) perfecit, regnique limitem ad Ligerim vsque prolatauit. 89) Duxit iste in vxorem Crotildem, Chilperici, quem frater ipsius Gundebaudus occidi fecerat, filiam, quæ Christianæ religioni admodum erat addicta. 90) Anno decimo regni sui Thoringis a. 491. bellum intulit, eosdemque suis ditionibus subiecit. 91) Hinc

85) Optime hæc declarat RORICO Gestis Francorum libro primo exeunte. *Hic fuit Rex potentissimus super omnes Francorum reges, vir egregius, ac strennissimus, expugnator bellicosissimus, Imperii dilatator, & totius equitatis amator. Childericus itaque Rex hac tempestate collecto Francorum exercitu, Agrippinam ciuitatem super Rhenum fluuium est adgressus. Quam omni bellorum apparatu circumdans, tandem populum eundem nimia cade vastatum deuicit, & munitiones vniuersas eiusdem ciuitatis sibi retinens, Coloniam eam vocari instituit. Hanc regebat Romanus Aegidius, cuius superius fecimus mentionem. Sed tanto exercitui resistere non valens, vrbe progressus fuga consuluit, & sic furorem Regis euasit. Inde progredientes Franci Treuiris, ciuitatem super Mosellam fluuium vastantes ceperunt. Eo tempore mortuus est Aegidius Romanorum tyrannus, & eius filius nomine Siagrius, apud Suesionem ciuitatem in paterno solio sublimatur. Recollecto iterum Childericus Rex Francorum exercitu, Aurelianis vsque peruenit, terras omnes, qua sunt in circuitu, nimia feritate depopulans. Inde progreditur Andegauis, occursurus Adouagrio Duci Saxonum, qui eandem Andegauam debellauerat, atque protriuerat, relicto Paulo Comite ad custodiendam ciuitatem. Cumque Rex Childericus ex improuiso ciuitatem irrumperet, & Adouagrium Ducem obtruncare decerneret, naue subuectus Adouagrius aufugit, Regisque mucrone Paulus obtruncatus est: & principalis domus igne cremata. Hac igitur patrata victoria, cum ad solum proprium, hoc est ad Ambianorum vrbem remeare cuperet, febre correptus spiritum exhalauit, & regendum populum Clodoueo filio suo dereliquit. Mortuus est autem Childericus Rex XXIV. imperii sui anno, & regnauit Chlodoueus filius eius pro eo.* SIGEBERTVS GEMBLACENSIS *ad a. 475. 476.* CHIFLETIVS *c. l.* PONTANVS *Origg. Franc. lib. V. c. II.*

86) Childerici Monumentum vna cum ipsius ossibus atque reliquiis, annulis, nummis, fibulis, apib.us aureis, atque eiusmodi ornamentis d. XXVII. Maii 1653. forte fortuna fuit effossum, & singula a Decano & Pastore S. Brixii Leopoldo Guilielmo, Archiduci Austriæ fuerunt oblata, atque inde Viennam translata, vbi in Pinacotheca veteris palatii archiducalis fuerunt adseruata, testante LAMBECIO *de Bibl. Cæsarea lib. I. pag. 78.* Integrum monumentum singulari tractatu, eodemque erudito, descripsit IO. IACOBVS CHIFLETIVS *Anastasi Childerici.* Sed insignis hic thesaurus postea in Galliam fuit delatus, prout tradit GVDENVS Historia Erfurtensi lib. IV. n. 32. *iisdem diebus (1664.) Rhenum auxiliares Galli repetiere. Officiales cum liberalissimis donis Elector dimisit. Pradellio gladius multis pretiosus gemmis, & plures equi obuenere. Ipsi Regi datum munus, quod antiquitatis pretio omnem æstimationem superat: de Childerico Francorum Rege Clodouai Patre supra dixi: is anno Christi DIX. die vigesimo septimo Nouembris obiit, ac Tornaci ritu gentilium sepultus est, cumque nuper ibidem, gubernante Belgium Leopoldo Archiduce, Diui Cæsaris Ferdinandi III. Fratre, ruinosæ adis fundamenta disiicerentur, corpus vna cum vario Cimeliorum, & armorum apparatu, inuentum casu, & refossum est. Hæc Leopoldus Viennam miserat, Galliarum Rege frequentissimis votis, ista Predecessoris monumenta desiderante. Ablegauit Elector ad Cæsaris aulam Conradum Brenning suum e Societate Iesu Theologum, per quem a Diuo Leopoldo Cæsare Augusto, istum antiquitatis thesaurum obtinuit, cum postea Regi Galliarum in grati animi tesseram obtulit.* Adde MABILLONIVM *sur les anciennes sepultures des rois de France p. 375.*

87) Prout Pere DANIEL *in preface Historique sur l' Histoire de France* art. I. fecit.

88) HVGO FLAVINIACENSIS Chron. Virdun. apud LABBEVM Tom. I. pag. 85. *Childerico igitur defuncto Clodoueus successit. Anno quinto regni eius Syagrius, Aegidii Romanorum ducis filius, apud ciuitatem Suessionicam sedem habebat, super quem Clodoueus irruit. At ille elisum cernens exercitum suum, ad Alaricum Gothorum Regem cursu veloci Tolosam perlabitur. Sed Alaricus accepit Regis nunciis cum intentatione ruinarum, vt Gothorum mos est, pauere. Syagrium vinctum legatis tradidit. Quem Clodoueus custodia mandari pracepit, regnoque eius accepto, eum clam gladio feriri iussit.*

89) GREGORIVS TVRONENSIS *lib. II. cap. XXVII.* FREDEGARIVS *cap. XV.* PONTANVS *Origg. Franc. lib. V. cap. III.*

90) HVGO FLAVINIACENSIS Chron. Verdun. pag. 86. *Gundebaudus tunc regnabat in Burgundia Gundiochi Regis filius, qui fuit de genere Athanaraci persequutoris. Habuit Gundiochus & alios filios, Godegiselum, Chilpericum, & Godemarum. Gundebaudus Chilpericum fratrem suum interfecit gladio, vxorem eius ligato ad collum lapide aquis immersit, duos eorum filios gladio trucidauit, duas filias exilio condemnauit. Harum senior Sedeleuba se Domino mutata veste dicauit: minor Chrotildis nominabatur. Hac quæsita est a Clodoueo Rege Francorum, vt sibi eam traderet Gundebaudus patruus eius. Quod cum ille negare non auderet, venientes Franci acceperunt eam a Gundebaudo. Consilio autem Aredii sui reminiscens Gundebaudus mali, quod videlicet patrem, matrem & fratres Chrotilda interfecisset, & timens, ne si Crotildis prauaiceret, mortem parentum vindicaret, post eum misit exercitum, qui basternam & thesaurum retentant: puella leuata in equum a Francis ad Clodoueum dirigitur, quam regali assumens honore in matrimonium perfecto dilexit amore.*

91) GREGORIVS TVRONENSIS *c. l.* AVCTOR VITAE S. REMIGII: *Chlodoueus decimo anno regni sui, commoto exercitu sibi Thuringiam prouinciam subiugauit.* SIGEBERTVS GEMBLACENSIS ad a. 495. *Chlodouaus Thuringiam sibi subiugat:* CHRON. MOISS. ad a. 474. *Anno X. Regni sui Cladoueus, commoto exercitu, in Toringiam abiit, ipsos quoque Toringos plaga magna prostrauit, deuictoque ipso populo tributarios fecit Francorum.* GOBELINVS PERSONA *Cosmodromio æt. VI. cap. XXIV.* SAGITTARIVS *antiquit. regni Thuring. lib. II. c. IX. §. 8.*

92) Com-

Hinc, cum potentia reliquis Germaniæ populis prævalerent Alemanni, bellum cum iisdem ex æmulatione fuit ortum. Alemanni, postquam Rhenum traiecissent, a. 496. ingens ad Tolbiacum Iuliacensis ditionis 92) exortum fuit prœlium, in quo acies Clodouæi iamdum inclinare cœpit, sed postquam Christum inuocasset, de quo ipsum Crotildis vxor sæpius admonuisset, atque se Christianum futurum vouisset, restituta fuit, Alemanni, cæso eorum rege, deuicti, eiusdem potestati se subdere coacti fuerunt. 93) Clodouæus domum reuersus, cum hæc vxori narrasset, illa clam accersito Remigio Rhemorum Archiepiscopo, suadet, vt Regi verbum salutis insinuet, quo facto, die Natali Domini eiusdem anni cum tribus virorum millibus fuit baptizatus. 94)

§. XXX.

92) Communis est opinio, hoc Tolbiacum esse hodiernum pagum Züllich siue Zülpich, Iuliacensis ditionis prope Bonnam & fontem Ruræ. Verum, aliam sententiam profert OLIVARIVS VREDVS *Flandria Christiana p. 2.* dum ait: *Tulbiacum illud iidem Scriptores interpretantur Züllich, vicum, aut pagum, non procul a Rheno, atque vrbe Bonna, inter Mosam & Mosellam, prope fontem Rura, quod nulla ratione potest subsistere, cum clare oppidum nominet Gregorius, Züllich non nisi sit pagus. Deinde Alemanni Rhenum transgressi, non poterant attingere Tulbiacum, (si Züllich ita fuerit vnquam appellatum) cum longe superius sedes suas habuerint, intra Rhenum videlicet, Danubium & Mœnum, vt constat apud omnes Authores. Præterea cum certum sit, victoria obtenta Clodouæum statim Tullum aduenisse, atque inde properasse Rhemos, ad suscipiendum baptisma, non potuit id fieri a Tulbiaco ad fontem Ruræ, quod Rhemis propius abest, quam Tullo.* Verum, licet hodie vicus sit, exinde tamen minime sequitur, semper talem fuisse, maxime, cum oppidi vox sit generalis. Alemannorum fines licet ad Tolbiacum non attingerent, in ipsos tamen Francorum fines fuerunt progressi. Tertium argumentum, Clodouæum post pugnam Tullum venisse, plane nihil probat, nisi quod Tullum, primum a loco pugnæ fuerit palatium. Hinc communi potius accedimus opinioni. Nouam sententiam fouent GVNDLINGIANA *p. h p. 265.* Alpiacum, *Alpzen* in pago Wormatiensi situm, potius esse intelligendum, eo quod FLACCVS ALCVINVS in vita Vedasti dicat: *Alemannos fortissima collectos manu circa ripas Rheni fluminis Clodoueo obuiasse, vnanimes bellica virtute patriam defensuros, vel libera manu pro patria morituros: mox fortiter pugnatum est; post imploratam a Clodoueo diuinam opem profligatus terga dedisse, victoriamque Regi cessisse.* Ad hunc locum GODEFRIDVS HENSCHENIVS Alemannos non ad Tolbiacum, sed prope Argentoratum fuisse deuictos, dicit, eo quod Tolbiacum non ad ripas Rheni, sed vel diei itinere a ripa Rheni distet, secundo, quod ab altera parte Rheni sedes Alemannorum, tertio, quod, cum Clodouæus Rhemos ac Suessiones festinans repeteret, transierit Tullum vrbem, ac pagum Vongisum ad fluuium Axonam, quæ loca inter Argentoratum & Rhenum interiacent. Henschenio tamen respondit VRBANVS GOTTOFREDVS SIBERVS *de illustribus Alemannis p. 30.* & quidem *τὸ* circa ripam non adeo stricte esse intelligendum, dum etiam integræ nationes longius quam itinere diei a ripa fluuiorum dissitæ, Ripuariæ atque Ripenses fuerint dictæ, prout HENRICVS DODWEL *diss. de Ripa Striga ad Lactantium de Mort. Persec.* ostendat. Et licet Alemannorum sedes, ex aduerso Argentorati sitæ, longius tamen & ad superiores & inferiores Rheni partes fuerint extensæ, neque ex itinere Clodouæi Tullum versus directo, posse iudicari, quod pugna apud Tolbiacum facta non fuerit. Villas vero Wormatiensis pagi recenset FREHERVS *Origg. Palat. p. II. pag. 59.* Adsentitur GVNDLINGIO DITHMARVS *notis ad Teschenmacheri Annales Cliuiæ p. 93.*

93) GREGORIVS TVRONENSIS lib. II. c. XXX. *factum est autem, vt confligente vtroque exercitu, vehementer caederentur: atque exercitus Chlodouechi valde ad internecionem ruere cœpit. Quod ille videns, eleuatis ad cælum oculis, compunctus corde, commotus in lacrymis, ait: Iesu Christe, quem Chrotechildis prædicat esse filium Dei viui, qui dare auxilium laborantibus, victoriamque in te sperantibus tribuere diceris, tuæ opis gloriam deuotus efflagito: vt si mihi victoriam super hos hostes indulseris, & expertus fuero illam virtutem, quam de te populus tuo nomini dicatus probasse se prædicat, credam tibi, & in nomine tuo baptizer. Inuocaui enim deos meos, sed vt experior, elongati sunt ab auxilio meo, vnde credo eos nullius esse potestatis præditos, qui sibi obedientibus non occurrunt. Te nunc inuoco & tibi credere desidero, tantum, vt eruar ab aduersariis meis. Cumque hæc diceret, Alemanni terga vertentes, in fugam labi cœperunt. Cumque Regem suum cernerent interemtum, Clodouechi se ditionibus subdunt, dicentes: ne amplius, quæsumus, pereat populus: iam tui sumus.* GESTA FRANC. *epit. c. XXI.* AIMOINVS *lib. I. c. XV.* RORICO apud du CHESNE *Tom. I. p. 606.* Theodoricus, rex Gothorum eidem de parta hac victoria gratulatur apud CASSIODORVM *Var. lect. lib. II. epist. XLI.* PONTANVS *lib. V. c. III.* B. RHENANVS *libro secundo ineunte.* ALCVINVS FLACCVS *Vita Vedasti: igitur superatis hostibus, rebus in pace compositis, & Alemannis suæ subiectis ditioni Rex ouans cum laude triumphi ad patriam rediit.*

94) GREGORIVS TVRONENSIS *lib. II. c. XXXI.* BRISSONIVS *de formulis lib. VII. p. 675.* HVGO FLAVIN. *Chron. Virdun.* loc. cit. *Crotildis itaque regina, cum esset Christianissima, & Clodoueus fanaticis vteretur legibus, moneretúrque frequentius ab ea, vt idola vana negligeret, & Deum verum agnosceret, in cuius manu est cor regum, & omnium dispositio potestatum, acquiescere noluit, donec bello contra Alamannos suscepto, compulsus confiteri necessitate, quod prius negauerat voluntate. Cum enim exercitus eius ad internecionem vsque caderetur, inuocato nomine IESV Filii Dei, quem prædicabat Crotildis, victoriam obtinuit. Quod cum domi veniens, vxori narrasset, illa dum accersito beato Remigio Remorum Archiepiscopo suadet, vt Regi verbum salutis insinuet. Quod cum faceret, erat enim egregia scientia, & Rhetoricis adprime imbutus studiis, diuina præduce gratia, Rex credidit, & cum exercitu baptizatus est XV. anno regni sui, Albino V. C. Consule Incarnat. Dominica anno DII.* Hugo Flauiniacensis hic annum 502. definit & XV. annum Regni. GREGORIVS TVRONENSIS *lib. II. cap. XXX.* ex editione du CHESNE addit: *Actum anno XV. regni sui.* Verum, in editione Ruinarti hæc non habentur. HINCMARVS *Vita S. Remigii* apud du CHESNE *Tom. I. p. 526. Acta sunt hæc anno XV. Chludouuico regnante.* Idem dicunt GESTA FRANCORVM *c. XV.* Anno 496. vero Clodouæum fuisse baptizatum, patet ex Anastasii Papæ litteris gratulatoriis ad Regem desuper scriptis, quæ reperiuntur in DACHERII *Spicilegio Tomo V.* in quibus: *Tuum gloriose fili, in Christiana fide cum exordio nostro in Pontificatu contigisse gratulamur. Quippe Sedes Petri in tanta occasione non potest non lætari, cum plenitudinem gentium intuetur ad eam veloci gradu concurrere, & per temporum spatia repleri sagenam, quam in altum iussus est mittere idem piscator hominum & cælestis Hierusalem Beatus Clauiger,*

§. XXX. Alemannos secuti Baioarii, de quibus quidem Scriptores tacent, quo iure in Francorum transierint potestatem, cum AVENTINVS 95) contendat, eos, amisso in prœlio ad Tolbiacum rege, fœdus iniuisse atque amicitiam cum Francis. BRVNNERVS 96) vero tradit, eos vel metu, vel veneratione Francorum sese subiecisse. Hoc certum, duces ipsorum ex gente Agilolfingica fuisse sub potestate Francorum, 97) leges ipsorum a Theoderico, Clodouei filio fuisse confirmatas. 98)

§. XXXI. Deuictis Alemannis, Godegisilo Burgundionum Regi in auxilio erat contra Gundobadum, fratrem, regnum adfectantem, quem etiam a. 500. deuicit, & Burgundionum Monarchiam sibi adseruit. 99) Post, victo in acie prope Pictauum, & occiso Alarico, Wisigothorum rege, Francorum imperium ad Pyrenæos montes vsque dilatauit. 100) A. 508. Clodouæus, transacta apud Burdegalam hyeme, Egolismam & Tolosam sibi subiicit. 1) Hinc ab Anastasio Imp. Codicillos de consulatu accepit, atque insignibus Imperatoriis indutus, Consul atque Augustus cœpit adpellari, cathedram regni in Parisiorum vrbe constituens. 2) Hoc ipso autem sine dubio Imp. eundem voluit incitare, vt Imperium Occidentis, quod Gothi adhuc vsurpabant, restauraret. 3) A. 509. deuictis Sigeberto & Chararico, Ripuariorum ducibus, eorum prouinciis potitur. 4) Demum, deui-

niger. Hic Anastasius II. autem d. 24. Nouembris 496. ad Pontificatum peruenit, d. 17. Nouembris 498. fuit defunctus, prout docuit FRANC. PAGI *Breuiario Pontificum p. 234.* & dum sub Pontificatus exordium hoc factum esse dicatur, incidit omnino in annum 496. prout etiam ANT. PAGI *Critica in Ann. Baronii 457.* demonstrauit. Idem testatur REGINO *Chron. pag. 8. Anno XII. regni sui a sancto Remigio, Remorum episcopo, vna cum Francis baptizatur,* quod incidit in A. C. 496. dum Childericus pater a. 484. fuisset defunctus. HERMANNVS CONTRACTVS Canisii ad a. 495. *Ludowicus Rex Francorum seu Clodoueus, instante Bruodhilte coniuge sua, a sancto Remigio Remensi Archiepiscopo fide Christi imbutus cum gente sua baptizatur.* De baptismi die superest dubium. FREDEGARIVS *Epitome c. XXI. Nam cum de prælio memorato supprius Chlodoueus Remis fuisset reuersus, clam a sancto Remedio Remensis vrbis episcopo, adtrahente etiam Chrotechilde regina, Baptismi gratia cum sex millibus Francorum in Pascha Domini consecratus est.* CHRON. MOISSIAC. ad a. 474. *Hic Clodoueus primus Rex fuit Christianus ex Regibus Francorum baptisataque de populo eius amplius quam tria millia in Pascha Domini.* Sequitur HINCMARVS vita S. Remigii apud du CHESNE *Tom. I. p. 528.* FLODOARDVS *lib. I. c. XIII.* & plerique alii. Verum, in natali Domini Clodouæum fuisse baptizatum, Auiti, Viennensis Episcopi Epistola ad Clodouæum, quæ Ruinarti editioni Gregorii Turonensis *p. 1322.* accessit, testatur, in qua: *siquidem & occiduis partibus in Rege non nouo noui iubaris lumen effulgurat, cuius splendorem congrue Redemtoris nostri natiuitas inchoauit: vt consequenter eo die ad salutem regenerari ex vnda vos pareat, quo natum redemtioni suæ cæli Dominum mundus accepit. Igitur qui celeber est natalis Domini, sit & vestri, quo vos scilicet Christo, quo Christus ortus est mundo: in quo vos animam Deo, vitam præsentibus, famam posteris consecrastis.* Consuetudo igitur baptizandi in Natalitiis Christi ab illo tempore apud Francos permansit. Hinc Guntramnus, Francorum Rex, apud GREGORIVM TVRONENSEM *lib. VIII. c. IX.* conqueritur, dilatum esse nepotis sui baptismum vltra Natalis Domini solennitatem. Adde ANT. PAGI *Criticam in Ann. Baronii Tom. I. p. 457.* Discrepant vero Scriptores circa numerum eorum, qui cum Clodouæo fuerint baptizati. GREGORIVS TVRONENSIS *lib. II. cap. XXXII.* ait: *de exercitu vero eius baptizati sunt amplius tria millia.* Idem habet RORICO *de Gestis Francorum* apud du CHESNE *Tom. I. p. 807. baptisati sunt de exercitu illius amplius quam tria millia, baptisata sunt & sorores illius Albofledis & Landechildis, insuper totus Francorum populus* CHRON. MOISSIAC *ad a. 474.* FREDEGARIVS *loc. cit.* habet sex millia. Vtrosque HINCMARVS *vita S. Remigii* apud du CHESNE *Tom. I. p. 528.* conciliat, scribens: *baptizantur autem de exercitu eius tria millia virorum, exceptis paruulis & mulieribus.*

95) *lib. III. Ann. Boi c. I.*

96) Hist. Boi. lib. IV. p. 129. *quod si quis coniecturæ locus est, propior quidem opinanti sim, Boios, victricium Franciæ armorum admiratione vel eorundem, cum tam proximus arderet paries, prudenti metu, post Theoderici Gothi mortem, rebus suis voluntaria deditione consultum iuisse; cumque in Theoderici successoribus nihil spei esset, maluisse orientem fortunæ Francicæ solem, quam Gothicum iam in occasum vergentem adorare.*

97) Patet hoc ex Lege Boiorum tit. II. c. IX. *si quis autem Dux de prouincia illa, quem Rex ordinauerit, tam audax aut contumax, aut leuitate stimulatus, seu proteruus & elatus, vel superbus atque rebellis fuerit, qui decretum Regis contemserit, donatu dignitatis ipsius ducati careat, etiam & insuper spem supernæ contemplationis sciat se esse condemnaturum & viam salutis amittat.*

98) Prout ex præfatione legum Baiuariorum adparet. B. RHENANVS *rer. German. lib. II. p. 283.*

99) GREGORIVS TVRONENSIS *lib. II. c. XXXII. XXXIII. XXXIV.* AIMOINVS *lib. I. c. XIX.*

100) GREGORIVS TVRON. *lib. II. c. XXXVII.* AIMOINVS *lib. I. c. XX.* B. RHENANVS *rer. German. lib. II. pag. 276.* CHRON. MOISSIAC. *ad a. 474.* de eo: *Regnum suum maxime per totas Gallias dilatauit.*

1) GREGORIVS TVRON. *c. l.*

2) GREGORIVS TVRON. *lib. II. c. XXXVIII. igitur Chlodouechus ab Anastasio imperatore codicillos de consulatu accepit, & in basilica beati Martini tunica blatea indutus est & Chlamyde, imponens vertici diadema. Tunc ascenso equite aurum argentumque in itinere illo, quod inter portam atrii basilicæ beati Martini & ecclesiam ciuitatis est, præsentibus populis manu propria spargens; voluntate benignissima erogauit, & ab ea die tamquam Consul aut Augustus est vocitatus. Egressus autem a Turonis Parisios venit, ibique Cathedram regni constituit.* AIMOINVS *lib. I. c. XXII.* CHRON. MOISSIAC. *ad a. 491.*

3) Car. le COINTE *Ann. Franc. ad a. 508.* ANT. PAGI *diss. hypat. lib. I. c. VIII. n. 7. 8.* Vid. diss. nostra de variis modis decernendi successorem. *§. XII.*

4) GREGORIVS TVRON. *lib. II. c. XL. XLI.*

deuicto Ragnachario 5) & Rignomere, propinquis suis, Francorum Monarcha obit V. Kal. Decembris, sepelitur Parisiis in Basilica Apostolorum. 6)

§. XXXII. Defuncto Clodouæo, Francorum regnum inter quatuor Chlodouæi filios in tetrarchiam diuiditur, ita, vt Theodericus Remis, Chlodomirus Aureliani, Childebertus Parisiis, Chlotarius Suessionibus sedem regni haberet. 7) Nolumus iam singula Francorum regum gesta exponere, sed ea saltim explicabimus, quæ ad historiam faciunt Germanicam. Sic Theodericus rex Thuringos sub eorum rege Hermenfrido deuincit, eodemque occiso, Thuringiam deuastat. 8) Clotharius a. 555. Saxones rebelles reprimit, Thuringiam ob auxilium ipsis præstitum deuastat, & licet isti post biennium in Franciam irrumperent, statim tamen iterum fuerunt repressi. 9) Sub Clotario II. denuo in Francorum fines irrumpunt Saxones, huius etiam filium Dagobertum profligantes. 10) Huic vero ipse Rex Clotarius in auxilium veniens, Bertoaldum, ducem eorum deuincit, totam Saxonum terram deuastat, & magna strage contra eosdem desæuit, 11) tributa ipsis imponens quingentas vaccas inferendales, quæ filius Dagobertus, vt eosdem in auxiliis haberet contra Vinidos remisit. 12) Licet Reges Francorum sensim a pristino vigore deficerent, & regnum per Maiores domus administraretur. 13)

§. XXXIII. Nouum cum Saxonibus bellum sub Dagoberto fuit ortum, dum Saxones a. 715. deuastarent fines Attuariorum, 14) sed vanus ipsorum impetus, statim enim repressi a Carolo Martello, iterumque a. 711. fuerunt deuicti. 15) Idem Carolus a. 737. Saxones fecit tributarios. 16) Rebellantes iterum Saxones Carlmannus & Pipinus a. 745. deuin-

5) Ragnacharius iste primum Clodouæo in auxiliis fuerat contra Syagrium Romanorum Ducem, de quo GREGORIVS TVRONENSIS *lib. II. cap. XXVII. super quem* CHLODOVECHVS *cum Ragnachario parente suo, quia & ipse regnum tenebat, veniens, campum pugnæ præparari deposcit.* Eadem habet FREDEGARIVS *cap. XV.* GREGORIVS vero cap. XLII. *erat autem tunc Ragnacharius rex apud Camaracum.* Sic etiam FREDEGARIVS *c. XXVIII.* Ragnacharium regem vocat. Verum, dum Gregorius etiam *c. XXVII.* Syagrium, qui tamen saltim Romanorum dux erat militaris, Regem vocasset, facile patet, idem de Rachnagario esse dicendum. REGINO tamen *Chron. pag. 8. Clodoueus Reginarium propinquum atque consortem regni interficit.*

6) GREGORIVS TVRON. lib. II. c. XLII. *interfectis & aliis multis Regibus, vel parentibus suis primis, de quibus Zelum habebat, ne ei regnum auferrent, regnum suum per totas Gallias dilatauit.* & c. XLIII. *his ita tansactis, apud Parisios obiit: sepultusque in basilica sanctorum Apostolorum, quam cum Chrotechilde regina ipse construxerat.* Historiam eius singulari disputatione exposuit PETRVS IAENICHIVS, *Witteberga 1704.*

7) GREGORIVS TVRONENSIS *lib. III. c. I.* AIMOINVS *lib. II. ineunte: igitur quatuor filii Clodouei, Theodoricus, Chlodomirus, Childebertus atque Chlotarius, Regnum inter se æqua lance diuidunt. Et Theodoricus quidem sedem Regni sortitus est Metis, Chlodomirus Aurelianis, Chlotarius Suessionis, Childebertus Parisiis, quo & pater eorum.* HVGO FLAVINIACENSIS Chron. Verdun. p. 86. *habebat iam tunc Clodoueus filium de concubina nomine Theodericum, qui regnauit post eum annis viginti tribus. Habuit & alios tres filios ex Crotilde Clodomerem, Childebertum & Clotarium, qui post eum regnauerunt.* Add. *p. 88.*

8) GREGORIVS TVRONENSIS *lib. III. cap. VII.* GESTA FRANC. epit. *c. XXII.* AIMOINVS *lib. II. c. IX.* KRANTZIVS *Saxonia lib. I. c. XXVI.* Hoc bellum, eiusdemque causam late describit SAGITTARIVS *antiquit. regni Thuringici lib. II. c. XI*, qui etiam locum designat ad Tennebergam prope Vnstrudtam.

9) GREGORIVS TVRON. lib. IV. c. X. *eo anno rebellantibus Saxonibus, Chlotacharius rex, commoto contra eos exercitu, maximam eorum partem deleuit, peruagans totam Thuringiam ac deuastans, pro eo, quod Saxonibus solatium præbuissent.* AIMOINVS *lib. II. c. XXVII.*

10) MONACHVS S. DIONYSII *Gestis Dagoberti c. XIV.*

11) Idem c. l. *rex vero totam terram Saxonum deuastans & omnem populum interficiens, non ibidem maiorem hominem viuentem reliquit, quam longitudo gladii sui, quod spatam vocant, habere videbatur. Hoc itaque signum in regionem illam statuit. Scilicet, vt posteri discerent, quanta Saxonum perfidia extiterit & quanta Francorum pollet potentia, quantaque regum prouocata præualet animositas.*

12) Idem c. XXXI. *attamen Saxones tributum quod reddere consueuerant, per præceptionem Dagoberti hactenus habent indultam. Quingentas enim vaccas inferendales annis singulis a Lothario censiti reddebant, quod tunc a Dagoberto rege cassatum est.*

13) HVGO FLAVINIACENSIS Chron. Verdunensi apud LABBEVM Tom. I. p. 103. *iam tunc deficientibus a pristino vigore Regibus regni iura administrabatur per Maiores domus. Mortuo ergo Theoderico ab Incarn. Dom. DCXXII. Indictione quinta, Clodoueus filius eius succedens regnat anno vno. Inter Duces & Primates regni Pippinus præeminebat, & maxima pars regni in manu eius erat.*

14) Sic enim emendaui ANNALES FVLDENSES apud Freherum *ad a. 715.* dum anteriores editiones legunt: *Saxones deuastauerunt terram Bazoarionum.* Reliqui autem Francorum Annales æque tradunt, fuisse eo anno bellum Saxones inter atque Francos.

15) ANN. FRANC. FVLD. *ad a. 721.* FREDEGARIVS c. CVIII. *per idem tempus rebellantibus Saxonibus, Carlus princeps veniens eos præoccupauit ac debellauit, victorque reuertitur.* MARIANVS SCOTVS, ALBERICVS *ad a. 721.* ANNALES NAZARIANI & PETAVIANI referunt *ad a. 720.* CHRONICON HILDESHEIMENSE, & SIGEBERTVS GEMBLACENSIS *ad a. 722.* Potissimum huc facit HVGO FLAVINIACENSIS *p. 107.* vbi de Carolo Martello: *qui ideo Tudites appellatus est, quod est malleus fabri, quia sicut malleo vniuersa tunduntur ferramenta, ita ipse contriuit omnia regna sibi vicina. Per viginti septem enim annos, quibus principatum obtinuit sub Regibus Dagoberto iuniore, Chilperico, Theoderico, Clothario, Childeberto & Childerico postquam de manu Rainfredi Maioris domus in regno Francorum per multa bella eundem principatum sustulit, tanta clade omnia regna sibi vicina, id est, Saxoniam, Bauariam, Prouinciam vsque Massiliam, Wasconiam, Frisiamque contriuit & Alamannicam.*

16) A. FRANC. FVLD. *ad a. 737.* FREDEGARIVS c. CIX. *rebellantibus Saxonibus paganissimis, qui vltra Rhenum fluuium consistunt, strenuus vir Carolus dux commoto exercitu Francorum in loco, vbi*

deuincunt. 17) Saxonum perfidia denuo prouocatus Pipinus, horum regionem a. 753. deuaftat. 18) Iisdemque a. 758. tributum imponit, vt trecentos equos singulis annis soluerent. 19) Carolus M. vero eosdem plene subegit.

§. XXXIV. Hi igitur Francorum progressus ansam dederunt diuisioni in Franciam Orientalem atque Occidentalem, siue, quod idem est, in Austrasiam atque Neustriam. 20) Vtramque sylua Carbonaria distinguebat. 21) Neustria complectebatur terras inter Mosam atque Ligerim sitas, 22) quæ etiam nonnunquam proprio nomine Francia 23) dicebatur,

et, vbi Lippia fluuius Rhenum amnem ingreditur, sagaci intentione transmeauit, maxima ex parte regionem illam dirissimam strauit, gentemque illam sæuissimam ex parte tributarios esse precepit, atque quamplures obsides ab eis accepit, sicque, opitulante Domino victor remeauit ad propria. CHRON. HILDESHEIMENSE, MARIANVS SCOTVS, HERMANNVS CONTRACTVS *ad a. 737.* ANNALES NAZARIANI, PETAVIANI, METENSES *ad a. 738.* SIGEBERTVS GEMBLACENSIS *ad a. 740.* CAROLVS LE COINTE *Hist. eccles. Franc. ad a. 738. n. 17. 18. 19.*

17) A. FRANC. FVLDENSES ad a. 745. *Carlmannus & Pippinus simul Saxonum perfidiam, vastata eorum regione, vlciscuntur, & castrum Obsburg capiunt.* A. NAZARIANI, PETAVIANI *ad a. 745.* A. LOISELIANI *ad a. 744.* FREDEGARIVS c. CXIII. *euoluto triennio iterum Carlomannus confinium Saxonorum, ipsis rebellantibus, cum exercitu irrupit, ibique captis habitatoribus, qui suo regno adsines esse videbantur, absque belli discrimine feliciter adquisiuit, & plurimi eorum, Christo duce, baptismi sacramento consecrati fuerunt.*

18) A. FRANC. FVLDENSES, BERTINIANI, METENSES *ad a. 753.* ANNALES NAZARIANI, LOISELIANI, SIGEBERTVS GEMBLACENSIS *ad a. 752.* FREDEGARIVS *c. CXVIII.* CAROLVS le COINTE *ad a. 753. n. 37. 38. 44. 45. 754. n. 35.*

19) ANN. LAVRISHAMENSES ad a. 758. *Pipinus Rex cum exercitu Saxoniam aggressus est: & quamuis Saxonibus validissime resistentibus, & munitiones suas tuentibus, pulsis prælio propugnatoribus, per ipsum quo patriam defendere conabantur vallum, intrauit. Commissisque passim præliis, plurimam ex ipsis multitudinem cecidit, coëgitque vt promitterent se omnem voluntatem eius facturos: & singulis annis honoris causa ad generalem Conuentum equos CCC. pro munere daturos. His ita compositis, & more Saxonico, vt rata esse deberent, confirmatis, in Galliam sese cum exercitu suo recepit.* ANNALES LOISELIANI, BERTINIANI, METENSES PETAVIANI, TILIANI, CHRONICON HILDESHEIMENSE, MARIANVS SCOTVS, LAMBERTVS SCHAFNABVRGENSIS, ALBERTVS STADENSIS, ALBERICVS, CONRADVS VRSPERGENSIS, CHRON. SAXO *ad a. 758.* SIGEBERTVS GEMBLACENSIS, REGINO, CHRONICON REICHERSPERGENSE *ad a. 757.* AIMOINVS *IV. c. LXIV.* OTTO FRISINGENSIS *V. c. XXV.* SCHATENIVS *Historia Westphaliæ lib. VI. p. 411.* CAROLVS le COINTE *Ann. Eccles. Francorum ad a. 758. n. 1.*

20) Sic notanter distinguit MONACHVS S. DIONYSII *gestis Dagoberti cap. XXXII.* AIMOINVS Procem. Hist. c. IV. *has omnes prouincias dum Franci occupassent, in duas tantummodo partes diuidentes, eam quæ Septentrionem versus tenditur & inter Mosam & Rhenum est, Austriam: illam vero, quæ a Mosa ad Ligerim vsque pertingit, Neustriam vocauerunt.* AVCTOR VITAE LVDOVICI PII in ANN. PITHOEANIS *p. 401. & 418.* de filiis Ludouici Pii: *Lotharius a fluuio Mosa australem sibi partem tenendam delegit, occiduam vero Carolo fratri habendam reliquit.* Inde Francia Austriæ opponitur, vtpote in GESTIS FRANCORVM *c. XXXVI. cum hæc agerentur, & aurora diei initium daret, irrueruntque Franci, et cum strepitu tubarum super Austrasios & Burgundiones dormientes.* Eadem regna etiam distinxit OTTO FRISINGENSIS *lib. IV. cap. XXXII.* Vtrumque Regnum probe distinxit GOTFRIDVS VITERBIENSIS *Chron. p. XVII. p. 472. 473.* Vid. & PONTANI *Origg. Franc. lib. V. c. VII.* HOTTOMANNVS *Franco Gallia c. IV.* OTTO FRISINGENSIS lib. V. c. XX. *Pipinus & Carolomannus regnum diuidunt: Carolomanno Austriam, Alemanniam, Thuringiam, Pipino vero Burgundiam, Neustriam, Prouinciam sortito. lib. VI. c. XVII.* Eadem ratione regnum suum in Neustriam atque Austriam distinguebant Longobardi, vt in Legibus lib. I. tit. XXV. c. 73. *& hoc damus in mandatis, vt tam in Austria, quam in Neustria, quamque in Aemilia & Tuscia, & littore maris, per omnia loca perquirantur suprascripti fugaces* & lib. II. tit. XXI. l. 24. *si in Istria aut in Austria fuerit.* VALESIVS *not. Galliarum voce Francia.*

21) ANNALES METENSES ad a. 790. *adornato igitur exercitu Pipinus ad Carbonariam syluam peruenit, qui terminus vtraque regna diuidit.*

22) Sic enim Scriptores veteres Neustriæ atque Austrasiæ fines distinguunt. EGINHARDVS vita Caroli M. c. XV. *nam cum prius non amplius quam ea pars Galliæ, quæ intra Rhenum & Ligerim Oceanumque & mare Balearicum iacet, & pars Germaniæ, quæ intra Saxoniam & Danubium, Rhenumque & Salam fluuium, qui Thuringos & Sorabos diuidit, postea Francis, qui Orientales dicuntur, incolitur.* HVGO DE S. MARIA lib. III. Hist. Eccles. *has tres Galliæ prouincias* (Belgicam Aquitanicam & Lugdunensem) *dum Franci occupassent, illam regionem, quæ Septentrionem versus inter Mosam & Rhenum porrigitur, Austriam, illa quæ a Mosa ad Ligerim protenditur, Neustriam vocitauerunt.* ANN. BERTINIANIS *ad a. 838.* coniunguntur Helisatia, Saxonia, Toringia, Austria, & Alamannia. Auctorem diuisionis SIFFRIDVS PRESBYTER *lib. I. Epitomes Hist. Misn. p. 686.* indicat, dicens: *primus Francorum ditionem in duas partes diuisit Carolus Martellus: vnamque inter Ligerim & Sequanam, quæ Gaudiana dicebatur, Franciam, & populos Carlingos seu Francigenas, quasi a Francis genitos appellauit: alteram vero partem, in qua Rhenus currit, Franconiam, eiusque populos Francos.* Sequitur eundem AENEAS SYLVIVS *de Statu Europæ cap. XXXI.* Licet hoc certa auctoritate firmari nequeat. Vid. PONTANVS *Origg. Franc. lib. V. cap. VII.* VALESIVS *voce Francia.*

23) SIGEBERTVS GEMBLACENSIS ad a. 844. *Karolus accepit Occidentalia regna a Britannico Oceano vsque ad Mosam fluuium, in qua parte ex tunc & modo nomen Franciæ remansit.* Hinc Francia Austriæ opponitur in GESTIS FRANCORVM c. XXXVI. *cum hæc agerentur & aurora diei initium daret; irrueruntque Franci tum strepitu tubarum super Austrasios & Burgundiones dormientes.* Plura loca congessit VALESIVS, *voce Francia*, licet idem quoque doceat, Austriam & Neustriam sæpius communi nomine dici Franciam.

batur, quæ tamen neque Burgundiam neque Aquitaniam, neque Prouinciam 24) comprehendebat, cum hæ terræ nomen suum ab antiquo retinerent. Sub Austriæ vero nomine primitus comprehendebantur terræ inter Mosam & Rhenum sitæ, 25) sedesque regni erat Metis, 26) licet posteriori tempore omnis Germania, quatenus parebat Francorum imperio, diceretur Francia Orientalis. 27) Quare etiam Reges Germaniæ postmodum dicti Reges Francorum. 28) Eadem quoque dicebatur Francia Teutonica, cum Neustria alias quoque diceretur Francia Romana, eo quod incolæ Romano vterentur sermone. 29)

§. XXXV. Ab historia Francorum, progredimur ad eorundem instituta, vbi primum dicendum de ipsorum religione. Hos autem siluas, aues & aquas pro numinibus coluisse, testatur GREGORIVS TVRONENSIS. 30) Hinc etiam Deos superius iamdum memoratos venerabantur. 31) Sensim tamen sacra Christiana amplexi fuerunt Franci, 32) vsque dum sub Clodouæo publice introducta religio Christiana maiora indies caperet incremen-

24) AVCTOR VITAE LVDOVICI apud Pithœum p. 401. *Populi tam Franciæ quam Burgundiæ, nec non Aquitaniæ, sed & Germaniæ*, vbi Germania dicitur pro Austrasia. Sic distinxit etiam OTTO FRISINGENSIS *lib. IV. c. XXXII.*

25) PONTANVS *Origg. Francicarum lib. V. c. VII.* Austrasiæ regnum ita definit: *quo terrarum spacio nostro nunc æuo comprehenditur Lotharingia, Elsatia, Vormacia, Maguncia, Treueri, Palatinatus pars, Comitatus Salicienfis, Hannonia, Cameracum, Namurcum, Limburgum, Leodium, Brabantia, Flandria, Cliuia, Iuliacum, Gelria, Hollandia, Zelandia Traiectum ac Zuphaniæ Comitatus.* SCHVRTZFLEISCH *de veteri Regno Austrasiæ.* HENR. VAGEDES *periodus Regni Austrasiæ.* Sed bene notauit COINTIVS *Annal. Eccles. Francorum ad a. 835. n. 45. fines Austriæ, Neustriæ ac Burgundiæ certi non erant nec fixi, frequenterque mutabantur, siue variis euentibus bellorum, siue diuersis regionum partitionibus, vt multis exemplis sæpius ostendimus.* Id quod etiam Auctor *des Berichts vom alten Königreich Austrasien* demonstrauit.

26) MONACHVS S. DIONYSII Gestis Dagoberti c. XXXII. *Dagobertus rex Metis vrbem veniens, cum consilio pontificum seu & procerum, omnibusque primatibus regni consentientibus, Sigebertum filium suum in regno Austriæ sublimauit, sedemque Metis ciuitatem habere permisit.*

27) EGINHARDVS vita Caroli M. cap. XV. *nam cum prius non amplius quam ea pars Galliæ, quæ intra Rhenum & Ligerim Oceanumque & mare Balearicum iacet, & pars Germaniæ, quæ intra Saxoniam & Danubium, Rhenumque & Salam fluuium, qui Turingos & Sorabos diuidit, postea Francis, qui Orientales dicuntur, incolitur.* SIGEBERTVS GEMBLACENSIS ad a. 844. *Carolus accepit occidentalia regna a Britannico Oceano vsque ad Mosam fluuium.* OTTO FRISINGENSIS lib. VI. c. XVII. *in Orientale regnum quod Teutonicorum dicitur.* Idem lib. VI. c. XL. *Arnolfus totam Orientalem Franciam, (quæ modo Teutonicum regnum vocatur) id est, Baioariam, Sueuiam, Saxoniam, Thuringiam, Frisiam, Lotharingiam, rexit: Occidentalem vero Franciam Odo tenuit.* Sequitur eundem GOTFRIDVS VITERBIENSIS *ad a. 881.* AIMOINVS *lib. IV. c. LVII.* vocat Austriam, quæ nunc Alemannia dicitur. Hinc etiam HADRIANVS VALESIVS *lib. XVIII. rerum Francicarum ad a. 620.* dicit, Austriam, cui Transrhenanæ prouinciæ Alamannia, Boioaria, Thuringia, pars Saxoniæ & Catti, Frisii, Bructeri, aliæque Germaniæ nationes fuerint attributæ, multitudine hominum & latitudine regionum, Neustriam atque Burgundiam simul iunctas facile æquasse. Hinc etiam AVCTOR VITAE S. VERONI scribit: *Henricum Ottonis III. Aug. consanguineum, diuina prouidentia Austrasiorum regnum percepisse.* Qui inhabitabant, dicebantur Franci Orientales, vel Osterlandi. AVCTOR *fragmenti de Maioribus domus: confluebant ad aulam ipsius vniuersi Optimates. Orientalium Francorum, quos illi propria lingua Osterlandos vocant.* Austrasiam & Germaniam coniungit HVGO FLAVINIACENSIS *Chron. Virdun.* apud LABBEVM *Tom. I. p. 102. Clotharius maior natu regnum patris Neustriæ & Burgundiæ obtinuit, Childericus regnum Austrasiorum & Germaniæ suscepit anno Incarnat. Domini DCLVIII.* Vocatur etiam *Ostrofrancia* SIGEBERTO ad a. 697. *Wirziburch', castrum Ostrofranciæ. S. Chilianus cum discipulis Colomanno & Tolmanno clam martyrizatur a Galeina, vxore Gozberti principis Wirziburgensis.* RICHERIVS *Chron. Senoniensi lib. III. cap. vlt. quem, cum diu quæsiuissem, eum cum Rege Friderico in Herbipoli, quæ Teutonice Werfebrch vocatur, in Hosterfranck inueni.* Adde SPENERVM *Notit. Germ. Med. cap. IV. §. XXII.*

28) Quare Ludouicus Germanicus sæpius dictus in ANNALIBVS FRANCORVM FVLDENS. *ad a. 850.* Rex Orientalium Francorum. OTFRIDVS in prooemio sub initium

Er Ostarrichi: ribtit al,
So Frankono Kunig sca,
Vbar Frankono Lant gizal
So gengit elle sin Gewalt

Eadem ratione Henricus Auceps in pacto cum Carolo Caluo inito, vocatur *Rex Francorum Orientalium* apud BALVZIVM *Capit. Tom. II. p. 899.* Adde VALESIVM *Not. Galliarum voce Austria. Francis, Neustria.* SCHVRTZFLEISCH *de Austrasia.* FRANCOPOLITAE *Bericht von den Königreichen Austrasien, Lothringen und Germanien.* GVNDLING *de Statu Reip. German. sub Conrado I. §. IV.*

29) LVITPRANDVS lib. I. cap. VII. *cumque Burgundionum regna transiens, Franciam, quam Romanam dicunt, ingredi vellet.* Idem lib. I. c. II. vocat *Francos Teutonicos.* Quare Ludouicus ad a. 939. dicitur *Galliæ, seu Franciæ Romanæ Rex.* Rationem reddit OTTO FRISINGENSIS lib. IV. c. XXII. *Romani etiam qui in Galliis habitabant, ita, vt nec reliquiæ ibi inuenirentur, exterminati sunt. Videtur mihi inde Francos, qui in Galliis morantur, a Romanis linguam eorum, qua vsque hodie vtuntur, accommodasse. Nam alii qui circa Rhenum, ac in Germania remanserunt, Teutonica lingua vtuntur.* Quare Galliam Franciam latinam vocat BRVNO *Hist. B. Saxonici p. 112.* Inde Francos latinos DITMARVS *lib. V. p. 369.* explicat: *aliis veteribus Francigenæ, François.* Adde OLIV. VREDVM *Hist. Comit. Flandr. c. XXI.*

30) GREGORIVS TVRON. lib. II. c. X. *sed hæc generatio fanaticis semper cultibus visa est obsequium præbuisse, nec prorsus agnouere Deum: sibique siluarum atque aquarum, auium, bestiarumque, & aliorum quoque elementorum finxere formas, ipsasque vt Deum colere, eisque sacrificia delibare consueti.*

31) *Proleg. sect. secunda.* Vid. etiam PONTANVS *Originum Francicarum libro VI. c. I.* HACHENBERG *Germania media, dissertatione octaua.*

32) Demonstrauit illud ELIAS MARTINVS EYRINGIVS *dissertatione de ortu & progressu religionis Christianæ in Francia Orientali* & HACHENBERG *diss. IX.*

33) *Supra*

crementa. 33) Maxime vero diuersis synodis superstitiones adhuc reliquas, abolere conabantur. 34) Sic extat Childeberti Regis constitutio a. 554. de abolendis reliquiis idololatriæ & de sacrorum dierum festiuitatibus caste celebrandis. 35) Alia præceptio Guntramni de a. 585. 36) Præcipue vero per Karlomannum Synodus Francica a. 742. fuit celebrata, in qua varia non solum religionis commoda fuerunt decreta, sed etiam ignium sacrilegorum *Nedfri* tunc vocatorum, superstitio fuit reprobata. 37) Idem Carolomannus synodo Liptinensi a. 743. varias superstitiones aboleuit. 38) Carolus M. vero synodo Francofurtensi a. 795. celebrata, cultum imaginum plane abrogauit, 39) & per Bonifacium religionem Christianam apud Germanos plenius introduxit. 40) Alias bellicosi erant & iusti. 41)

§. XXXVI. Quantum ad politiam, disputatur adhuc de forma & statu Regni Francorum. Sunt equidem, 42) qui nec hæreditarium fuisse Regnum dicant, nec Monarchicum. Ratio illorum est, quod Scriptores Francici tradant, consensu populi creatos fuisse Reges

33) *Supra* §. *XXIX.*

34) Has late describit CAROLVS le COINTE *Annalibus Ecclesiasticis Francorum.* Ex his seriem nectit HERTIVS *not. Vet. Franc. regni cap. V.* §. *X.*

35) Extat apud BALVZIVM *Capit. Tom. I. pag. 5.*

36) Apud BALVZIVM *Tom. I. p. 9.*

37) Extat de eadem MARTINI DIFENBACHII dissertatio, ab ipso proprio Marte elaborata, me Præside in hac academia a. 1708. ventilata.

38) Extat Capitulare apud BALVZIVM Tom. I. p. 149. in quo hoc reperitur: *Indiculus Superstitiorum & Pagarsiarum I. de sacrilegio ad sepulchra mortuorum II. de sacrilegio super defunctos, id est, dadsisas III. de spurcalibus in Febr. IV. de casulis, id est, fanis V. de sacrilegiis per Ecclesias. VI. de sacris siluarum, quæ Nimidas vocant. VII. de his quæ faciunt super petras. VIII. de sacris Mercurii vel Iouis. IX. de sacrificio quod fit alicui sanctorum.* §. *X. de phylacteriis & ligaturis.* §. *XI. de fontibus sacrificiorum.* §. *XII. de incantationibus.* §. *XIII. de auguriis, vel auium vel equorum vel boum stercore, vel sternutatione.* §. *XIV. de diuinis vel sortilegis.* §. *XV. de igne fricato, de ligno, id est, nodfyr.* §. *XVI. de cerebro animalium.* §. *XVII. de obseruatione pagana in foco vel in inchoatione rei alicuius.* §. *XVIII. de incertis locis quæ colunt pro sacris.* §. *XIX. de petendo quod boni vocant S. Mariæ.* §. *XX. de feriis quæ faciunt Ioui vel Mercurio.* §. *XXI. de Lunæ defectione, quod dicunt Vinceluna.* §. *XXII. de tempestatibus & cornibus & cocleis.* §. *XXIII. de sulcis circa villas.* §. *XXIV. de pagano cursu, quem Trias nominant, scissis pannis vel calceis.* §. *XXV. de eo quod sibi sanctos fingunt, quoslibet mortuos.* §. *XXVI. de simulacro de consparsa farina.* §. *XXVII. de simulacris de pannis factis.* §. *XXVIII. de simulacro quod per campos portant.* §. *XXIX. de ligneis pedibus vel manibus pagano ritu.* §. *XXX. de eo quod credunt quia feminæ lunam commendent, quod possint corda hominum tollere iuxta paganos.* Has superstitiones explicat SAGITTARIVS *ant. Gentil. & Christian. Thuring.*

39) De hoc infra dicendum erit in Historia Caroli M.

40) *Proleg. sect. II. fin.* Plenius vero de his Francorum ritibus sacris egit PONTANVS *Originum Francicarum libro VI.* vtpote de Monasteriis ac locis sacris *cap. III.* de monachis & Abbatibus *cap. IV.* de episcopis & presbyteris *cap. V.* de cœna Domini, Baptismo & Missa, de imaginibus *cap. VII.* de Martyrum sanctorumque festis ac natalibus *cap. VIII.* de idiomate in sacris *cap. IX.*

41) Statum illorum describit LIBANIVS *Orat. III. p. 137. Celtarum gens est supra Rhenum fluuium ad Oceanum pertingens, tam præclare a natura ad bellorum vsus munita, vt appellationem ab ipsis actis nacti, Franci nominentur, quasi a Græcanica dictione φρακτοὶ, hoc est septi, munitique ab imperito vulgo corrupta. Hi multitudine numerum pene omnem excedunt; robore autem multitudinis immensitatem superant. His maris procellosi æstus non magis terrori est, quam continens terra & frigus septentrionale suauius quam aëris temperies: calamitas vero maxima & vita absque negotiis: & felicitatis apex belli tempora sunt. Quod si quis mutilatus fuerit, parte reliqua integra præliatur: & vincentium persecutio non admittit finem: vt si contigerit vt superentur, extremum fugæ inuasionis initium faciunt; porro insanæ pervicacitatis præmia, & audaciæ honores legibus apud ipsos sancitis, obtinent: quietem, otiumque omnino iudicant morbum. Quapropter ab omni æuo superiore propinquum illis regnum nacti, neque rationes inuenerunt, quibus persuaderent: neque tantam in armis vim habuerunt, vt quiescere cogerent. Verum diu noctuque nulla interposita mora, perseuerantes, excursionibus occurrere opus erat: neque cibum sine armis sumere, neque galea deposita secure requiescere licebat. Sed tantum non armatura cohærentes ferrum gestare priscorum Arcananum more oportebant. Idemque his vsu venit, quod in obicibus, quando mare variis impulsum ventis continuatos fluctus decumanos excitat. Nam quemadmodum ibi priusquam prior fluctus ad oppositos obices fractus sit, secundus occupat, & tertius deinceps: isque motus non intermittit, donec venti cessent: ita certe Francorum animi rerum bellicarum amore ad insaniam concitati, crebras edebant impressiones, ac priusquam primam aciem prorsus repulissent, dux alter exercitus superincidebat. Verum tandem oportuit hos fluctuum motus componi, sistique firmiter. Enimuero tum rex apparuit, qui insatiabilem in illis bellandi cupiditatem, ad pacis desiderium conuertit: nec vllam artem aliam adhibuit; nisi quod maiorem ipse ad pugnandum alacritatem, quam ea, quæ in illis fuit, præ se tulit. Itaque minime ad manus venire & congredi sunt ausi: sed formido tantum congressus, idem atque experimentum efficere potuit: ac dextras quidem non ad hastilium iaculationem intendere, sed ad pactorum & fœderum postulationem protenderunt, cuius rei argumento est, quod rectores a nobis admiserint, tanquam eorum, quæ agerentur inspectores: & belluina rabie abiecta, humanos discursus amplexati sunt, ac plus habendi cupidine relicta, iurisiurandi religionem in honore habuerunt. Denique omnino etiam iuramentorum necessitate nulla vrgente quidem adamarunt. Sic peior a meliori coerceri assolet.*

42) LEHMANNVS *Chron. Spir. lib. II. c. III.* & post eum PONTANVS *lib. VI. c. X.* HOTTOMANNVS *Francogallia c. VI.* hoc latius demonstrare contendit, quem sequitur COCCEIVS *prudentia I. P. cap. VII.* §. *14. 15.*

43) EGIN-

Reges atque constitutos, 43) quandoque etiam electos. 44) Verum, cum hæc verba sint generalia, ita, vt inaugurationem atque adprobationem populi denotent, potius ipsis hæreditarium ius tribuimus, dum Scriptores antiqui iure hæreditario sibi inuicem successisse Reges Francorum adserant, 45) patres de terris suis per testamentum dispofuerint, successores definiuerint, 46) vel filii ipsi inter se terras diuiserint. 47)

43) EGINHARDVS vita Caroli M. *c. III. Pipinus diem obiit, superstitibus liberis Carolo & Carolomanno, ad quos successio Regni nutu diuino peruenerat. Franci siquidem facto solenniter generali conuentu, ambos sibi Reges constituunt, ea conditione præmissa, vt totum Regni corpus ex æquo partirentur, & Carolus eam partem quam Pater eorum Pipinus tenuerat, Carolomannus vero eam, cui patruus eorum Carolomannus præerat, regendi gratia susciperet. Susceptæ sunt vtrinque conditiones, & pars Regni diuisi, iuxta modum sibi propositum, ab vtroque recepta est, mansitque ista, quamuis summa cum difficultate, concordia, multis ex parte Carolomanni societatem separare molientibus, adeo vt quidam etiam eos bello committere sint meditati.* Sic etiam ANNALES LAVRISHAMENSES *ad a. 768.* ait: *Carolus & Carolomannus consensu omnium Francorum Reges creati.* CHRONICON MOISSIACENSE apud du CHESNE Tom. III. p. 131. *Mortuo Faramundo Clodionem filium eius crinitum in Regnum patris elegerunt.* Quod autem de Pipino ANNALES BERTINIANI *ad a. 750.* dicunt: *Pipinus secundum morem Francorum electus est ad Regem*, ea ex ratione fuit factum, quod detonso Childerico, qui iure hæreditario regnabat, Pipinus eligeretur.

44) In Charta Ludouici Pii diuisionis Imperii apud BALVZIVM Tom. I. p. 573. *actum est vt & nostra & totius populi nostri in dilecti primogeniti nostri Hlotharii electione vota concurrerent.* Sic etiam Auctoris incerti Chronicon breue apud du CHESNE *Tom. I. p. 350. Pipinus Rex moritur, & filius Karolus & Karolomannus eliguntur in regno.* Verum BALVZIVS in notis ad Capitularia *Tom. II. p. 108.* satis demonstrauit, electionem istam simpliciter debere intelligi de consecratione, cum in Actis Coronationis Regum Francorum vsque ad tempora Ludouici XIII. dicatur, electionem ad Archiepiscopum Rhemensem maxime pertinere, cum is, qui iure successionis iamdum Rex erat, in solenni ac publico Episcoporum ac Procerum conuentu declaratus fuerit auiti regni successor. Populi vero consensum accipiendum esse de subiectione & fide, quam populus pollicetur.

45) AIMOINVS lib. I. c. XII. *Childerico hæreditario iure successit Clodouæus.* Idem lib. II. c. XIV. *Theodoricus, cum iam viginti quatuor annis regnum tenuisset, vita decedens, Theodeberto filio sedem suam reliquit regni.* Sic etiam filii Clotharii dicuntur *regni hæredes* lib. II. c. fin. De Clothario vero, Chilperici filio idem lib. IV. c. I. dicit: *extinctis & varia sorte obeuntibus tot Francorum regibus, a quibus per quinquaginta ferme & vnum regnatum est annos, solus legitimæ successionis hæres Clotharius (Childerico patre genitus) e regia stirpe videbatur relictus, in quem regnandi ius potissimum transfundi oporteret.* Sic etiam de Pipino tradit CHRONICON REICHERSPERGENSE ad a. 752. ius ipsi hæreditarium fuisse concessum: *Stephanus Papa Francorum proceres Apostolica benedictione sanctificans, auctoritate S. Petri a Christo tradita obligauit & obtestatus est, vt nunquam de altera stirpe per succedentium temporum curricula, ipsi vel quicunque ex eorum progenie orti, regem super se præsumant aliquando constituere, nisi de eorum progenie, quos & diuina prouidentia ad sedem Apostolicam tuendam eligere, & patricios sanctæ Romanæ Ecclesiæ esse, & in potestatem regiam sancta vnctione dignata sit sublimare.* Hinc ALBERTVS STADENSIS ad a. 754. *Stephanus Papa totius regni populum obligauit, vt nunquam sibi de alia stirpe regem proponerent.* Idem quoque tradunt exteri Scriptores. Sic AGATHIAS lib. I. pag. 532. *hunc in modum Franci viuunt optime, sibique & finitimis imperitant, regno a patre semper ad filium transeunte.* Id quod latius adhuc per exempla declarat. Gregorius M. in homilia decima in Euangelia: *In Persarum quoque & Francorum terra Reges ex genere prodeunt.* Ad hunc locum prouocat Carolus Caluus Tit. XXX. cap. I. *quia, sicut dicit sanctus Gregorius, & ex consuetudine olitana cognoscitis, in Francorum regno Reges ex genere prodeunt, mihi a Domno & genitore meo piæ memoriæ Hludouico Augusto pars regni inter fratres meos Reges diuina dispositione est tradita.* Idem confirmat HERTIVS *not. Vet. Regni Frant. cap. IV. §. VI.* & Pere DANIEL *Preface Historique sur l' Histoire de France.*

46) CHRONICON MOISSIACENSE p. 134. *Anno XXXVIII. regni sui Clotarius filium suum Dagobertum consortem Regni fecit, eumque super Austrasiis Regem constituit. Anno XLV. regni sui Clotarius moritur, Regnumque eius filii eius Dagobertus & Airibertus - - - - frater eius moritur, omneque regnum Dagobertus suæ ditioni redegit.* De Clothario dicit MONACHVS S. DIONYSII cap. XII. *anno tricesimo nono regni sui Hlotharius rex, Dagobertum filium suum consortem regni facit, eumque super Austrasios regem statuit.* Idem confirmat AIMOINVS *lib. IV. cap. XVIII.* Sic Dagobertus Rex inter filios, Sigebertum & Ludouicum regnum diuidebat, MONACHVS S. DIONYSII *c. XXXIII.* De eadem diuisione dicit AIMOINVS *lib. IV. c. XXVII. vnde Rex, suggerentibus iis, qui vtilitatibus regni consulere videbantur, æqua lance inter hos duos filios regnum diuidere statuit. Sigebertum itaque seniorem ex liberis, Austriæ regem instituit, Clodouæum vero minorem natu, pars dignitate Neustriæ ac Burgundiæ præfecit.* Carolum M. inter filios suos, Carolum, Ludouicum, Pipinum regna diuisisse testatur Charta diuisionis in ANNALIBVS PITHOEANIS *p. 285.* & in BALVZII *Capit. Tom. I. p. 439.* in qua sic dicitur: *hoc vobis notum fieri volumus, quod eosdem per Dei gratiam filios nostros regni a Deo nobis concessi, donec in corpore sumus, & post nostrum ab hac mortalitate discessum, huius a Deo conseruandi regni vel imperii nostri heredes relinquere, si sic diuina maiestas annuerit, optamus; non vt confuse atque inordinate aut sub totius regni dominatione iurgii controuersiam eis relinquamus, sed trina partitione totum regni corpus diuidentes, quam quisque illorum tueri vel regere debeat portionem, distribuere & designare volumus.* Idem confirmat CHRONICON MOISSIACENSE ad a. 800. dicens: *& habuit ibi* (Turonis) *magnum Concilium & Conuentum populi, & disposuit Regnum filiis suis. Postquam etiam bini ex filiis extincti essent, Ludouicum solum constituit hæredem.* HVGO FLAVINIACENSIS ad a. 813. *Carolus extremo vitæ suæ tempore congregatis omnium Francorum Principibus, Ludouicum filium suum consortem regni, & imperialis nominis fecit hæredem, imposito capiti eius diademate.* Obstare quidem videtur, quod in Charta diuisionis apud BALVZIVM *Tom. I. p. 574.* dicatur: *actum est, vt & nostra & totius populi nostri in dilecti primogeniti nostri Hlotarii electione, vota concurrerent*, cum ex integro contextu pateat, totam rem Imp. arbitrio fuisse relictam, cum paullo ante dicatur, Imperatorem fuisse admonitum vt de regnis suis disponeret, & statim additur: subito diuina inspiratione actum est, vt nos fideles nostri commonerent, quatenus manente nostra incolumitate

rint. 47) Et licet in hac dispositione vel diuisione terrarum quandoque mentio fiat consensus populi, 48) hunc tamen haut adeo necessarium fuisse putamus, quin potius consilium vel adprobationem denotet, dum iura sua adhuc exercuerint satis moderate. Scilicet, dum Primogenituræ ius nondum esset introductum, Reges, vbi de regnis suis vellent disponere, Conuentum conuocabant vniuersalem, atque Procerum suorum consilio de regnis disponebant, successores designabant, qui communi populi fauore fuerunt recepti, 49) vt eo fir-

lumitate & pace vndique a Deo concessa, de statu totius regni & de filiorum nostrorum caussa more parentum nostrorum tractaremus. Ex quo satis patet, electionem hic de consensu populi saltim intelligi debere. Quare etiam CHRONICON MOISSIACENSE ad a. 817. *post hoc iam dictus Imperator Clotharium, qui erat natu maior, imperatorem elegit, ac per coronam auream tradidit ei imperium populis acclamantibus, viuat imperator Clotharius.* Neque etiam obstare poterit Præceptum Ludouici de diuisione inter filios in Annalibus Pithoeanis p. 331. *hac autem tali ordinatione disposuimus, vt, si post nostrum de hac luce discessum, aliquis eorum prius, quam fratres sui diem obierit, & talem filium reliquerit, quem populus ipsius eligere velit, vt patri suo succedat in regni hæreditate, volumus, vt hoc consentiant patrui ipsius pueri, & regnare permittant filium fratris sui in eo regno, quod pater eius frater eorum habuit.* Huius ratio erat, disceptabatur adhuc, an nepotes etiam gaudeant iure repræsentationis, vt WITTIKINDVS tradit libro II. Annalium p. 644. apud Meibomium: *de legum quoque varietate facta est contentio, fuereque qui dicerent, quia filii filiorum non deberent computari inter filios, hæreditatemque legitime cum filiis sortiri, si forte patres eorum obiissent, auis superstitibus.* Totam vero rem ad ipsum Ludouicum rediisse, patet ex altera diuisione Ludouici Pii *de a. 837.* apud BALVZIVM *Tom. I. p. 686.* & PITHOEVM Ann. Franc. p. 330. *notum fieri volumus omnium vestrum solertiæ, quod inter dilectos filios nostros, Pipinum, Hludouicum, Karolum regni nobis a Deo commissi talem diuisionem facere decreuimus*, vbi nullius plane Procerum consensus fit mentio. Vberius hoc declarat AGOBARDVS in epistola flebili §. IV. *in isto tempore, quando filium vestrum participem nominis vestri facere curastis, ita in publicum vestrum interrogando hoc incohastis, dicentes: Quod ad stabilimentum regni pertinet, & ad robur regiminis, debet homo differre, an non? Cumque omnes respondissent, quod vtile & necessarium est; statim vos, quod cum paucissimis tractauratis, omnibus aperuistis; & dixistis, vos velle propter fragilitatem vitæ, cui incerta est mors, vt dum valeretis, nomen Imperatoris vni ex tribus filiis vestris imponeretis, in quo voluntatem Dei quoquo modo cognoscere potuissetis.* Et paullo post: *Itaque perfecistis omnia, quæ in tali re facienda erant, tali fide & spe, vt hoc a Deo vobis infusum & inspiratum nemo dubitaret. Ceteris filiis vestris designastis partes regni vestri, sed vt vnum regnum esset, non tria, prætulistis eum illis, quem participem nominis vestri fecistis; ac deinde gesta scribere mandastis, scripta signare, & roborare, & consortem nominis vestri factum Romam misistis, a summo Pontifice gesta vestra probanda & firmanda; ac deinde iurare omnes iussistis, vt talem electionem & diuisionem cuncti sequerentur, ac seruarent. Quod iuramentum nemini visum est spernendum, aut superfluum, sed potius opportunum, atque legitimum, eo quod ad pacem & concordiam pertinere videretur.* Immo, si procerum consensus in diuisione fuerit necessarius, Ludouico integrum minime fuisset, alteram diuisionem a. 837. instituendi. Hinc etiam HYGO FLAVINIACENSIS ad a. 837. *Ludouicus igitur regnum suum inter filios suos diuidens, Lothario qui erat maior natu, tradidit imperium & regnum Italiæ.* Idemque Ius hæreditatis multis exemplis confirmat CHIFLETIVS *Lumin. Salicis cap. VI.*

47) CHRON. MOISSIACENSE apud du CHESNE *p. 131.* & ex eodem AIMOINVS lib. II. c. I. *quatuor filii Clodouai, id est, Theodoricus, Chlodomirus, Childebertus, atque Clotharius regnum inter se æqua lance diuidunt.* Idem dicit GREGORIVS TVRONENSIS *lib. III. c. I.* Sic filii Ludouici Pii post prœlium ad Fontanidicum terras inter se diuiserunt.

48) ANNALES LAVRISHAMENSES ad a. 768. *filii Pipini Carolus & Carolomannus consensu omnium Francorum reges creati sunt.* Idem confirmant ANNALES METENSES ad a. 768. *vna cum consensu Procerum suorum æquali sorte inter duos filios Karolum & Karolomannum Regnum Francorum paterno iure diuisit.* Sic etiam ANNALES LAVRISHAMENSES de Ludouico Pio ad a. 814. dicunt: *summo omnium Francorum consensu ac fauore patri successit.* Ex aliis quoque Scriptorum locis colligi facile poterit, consensum istum de populi fauore esse intelligendum, quo istos Reges suos receperint, minime vero de consensu electitio, cum Pipini filii Carolus & Carolomannus iamdum a. 754. ius hæreditarium fuerint adepti, post patris mortem demum populi fauore reges recepti, cum iam antea dictum fuerit, Stephanum Papam, Francorum populum obligasse, vt nunquam sibi de alia stirpe regem proponerent. Hinc etiam ANNALES LAVRISHAMENSES ad a. 754. *Stephanus Papa postquam a rege Pipino ecclesiæ Romanæ defensionis firmitatem accepit, ipsum sacra vnctione ad regiæ dignitatis honorem consecrauit, & cum eo duos filios eius Carolum & Carolomannum.*

49) HINCMARVS Instructione ad Ludouicum Balbum Opp. Tom. II. p. 179. c. II. *Pippinus regni sui primores conuocauit, & eorum consilio disposuit, qualiter post eum filii sui Carlomannus & Carolus, qui cum eo erant, regnum eius pacifice gubernarent* & cap. III. *Hludouicus cum regni primorum consilio pacifice regnum disposuit.* De Carolo M. EGINHARDVS in vita cap. XXX. *extremo vitæ tempore, cum iam & morbo & senectute premeretur, euocatum ad se Ludouicum Aquitaniæ regem, qui solus filiorum Hildegardis supererat, congregatis solenniter de toto regno Francorum primoribus, cunctorum consilio, consortem sibi totius regni & Imperialis nominis hæredem constituit, impositoque Capiti eius diademate, Imperatorem & Augustum iussit appellari.* Hinc ANNALES METENSES, LOISELIANI & BERTINIANI ad a. 813. *Carolus habito generali conuentu, euocatum ad se apud Aquasgrani filium Hludouicum Aquitaniæ Regem, coronam illi imposuit, & Imperialis nominis sibi consortem fecit.* AVCTOR VITAE LVDOVICI PII ad a. 817. *his rite ordinatis, postquam Imperator in eodem placito filium primogenitum Lotharium Imperatorem appellari & esse voluit, & duorum filiorum suorum Pippinum in Aquitaniam, Ludouicum in Baioariam misit, vt scilicet sciret populus, cuius deberet potestati parere.* De eodem Ludouico dicunt ANNALES BERTINIANI ad a. 817. *generalem populo suo Conuentum Aquisgrani more solito habuit, in quo filium suum primogenitum Hlotarium coronauit, & nominis atque Imperii sui socium constituit.* THEGANVS cap. XI. de Carolo M. *supradictus vero Imperator cum iam intellexisset appropinquare sibi diem obitus sui (senuerat enim valde) vocauit filium suum Ludeuuicum ad se cum omni exercitu, Episcopis, Abbatibus, Ducibus, Comitibus loco positis, habuit grande colloquium cum eis Aquisgrani palatio, pacifice & hone-*

P

eo firmior esset dispositio, salua nihilominus Imperiali auctoritate. 50)

§. XXXVII. Nec hæreditarica solum, sed Monarchica etiam erat Regum Francorum potestas, dum ex libera voluntate contra Ordinum etiam adsensum, bella gesserint, 51) leges tulerint, 52) Duces, Comites, 53) Magistratus & iudicia constituerint, 54) Ius Sacrorum, 55) & quæ alia sunt iura Monarchica exercuerint. Et licet negotia publica in Comitiis fuerint pertractata, Ordinum etiam consilium expeteretur, horum tamen votum erat consultatiuum, minime decisiuum, cum ipse Rex, expositis sententiis, decerneret quid vellet. 56) Nec mouet me, quod Ordines in regno Francorum Childericum, Theodericum

honeste ammonens, vt fidem erga filium suum ostenderent, interrogans omnes a maximo vsque ad minimum, si eis placuisset, vt nomen suum, id est Imperatoris, filio suo Ludouuico tradidisset. Illi omnes responderunt, Dei esse admonitionem illius rei. De alia diuisione, HVGO FLAVINIACENSIS, ANNALES BERTINIANI, & REGINO ad a. 855. *Anno dominicæ incarnationis 855. Lotharius conuocatis primoribus regni, imperium filiis suis diuisit, Ludonico Italiam tradidit, eumque Imperatorem appellari fecit: æquiuoco idem Lothario regnum, quod ex suo nomine vocatur, concessit: Carolo autem, qui iunior natu erat, prouinciæ regnum largitus est.* Eadem tradunt SIGEBERTVS GEMBLACENSIS, HERMANNVS CONTRACTVS, LAMBERTVS SCHAFNABVRGENSIS, CHRONOGRAPHVS SAXO, ALBERICVS *ad a. 855.*

50) Hanc enim rationem videmus expressam in Charta diuisionis imperii inter Ludouici Pii filios apud BALVZIVM *Tom. I. p. 573.* in cuius procemii fine hæc verba reperiuntur: *quæ capitula propter vtilitatem imperii & perpetuam inter eos pacem conseruandam & totius Ecclesiæ tutamen cum omnibus fidelibus nostris considerare placuit & considerata conscribere & conscripta propriis manibus firmare, vt Deo opem ferente, sicut ab omnibus communi voto actum est, ita communi deuotione a cunctis inuiolabiliter conseruentur ad illorum & totius populi Christiani perpetuam pacem. Salua in omnibus nostra imperiali potestate super filios & populum nostrum cum omni subiectione, quæ patri a filiis & Imperatori ac Regi a suis populis exhibetur.*

51) In nullis enim Regum Francorum bellis consensus populi fit mentio. Dicunt quidem ANNALES LAVRISHAMENSES ad a. 772. *Rex vero Carolus, congregato apud Wormatiam generali conuentu, Saxoniam bello aggredi statuit.* Hoc vero non nisi bellicum erat consilium, dum Pipinus etiam contra Ordinum voluntatem bellum gereret, prout ex historia belli Longobardici patescit, de quo idem EGINHARDVS c. V. *rogatu & precibus Hadriani Romanæ vrbis Episcopi exoratus, bellum contra Longobardos suscepit; quod prius quidem & a patre eius, Stephano Papa supplicante, cum magna difficultate susceptum est, quia quidam ex primoribus Francorum,* CVM QVIBVS CONSVLTARE SOLEBAT, *adeo voluntati eius renisi sunt, vt se Regem deserturos, domumque redituros, libera voce proclamarent. Susceptum tamen bellum est contra Haistulphum Regem, & celerrime completum.* Quare etiam HVGO FLAVINIACENSIS ad a. 772. *Carolus intrauit Italiam, & suscepit bellum, quod a patre suo, supplicante Stephano Papa, fuerat susceptum. Quidam autem de Primoribus Francorum adeo voluntati eius renisi sunt, vt se domum reuersuros & Regem deserturos libere pronuntiarent.* MONACHVS EGOLISMENSIS vita Caroli M. p. 238. de eodem bello: *præcelsus Rex Carolus, sumpto consilio, vna cum Francis, quid ageret, promisit se auxilium Romanis præbiturum.*

52) Patet hoc ex prooemio Legis Baiuariorum: *Theodoricus Rex Francorum, cum esset Catalaunis, elegit viros sapientes, qui in regno suo legibus antiquis eruditi erant. Ipso autem dictante iussit conscribere legem Francorum & Alamannorum & Baiuariorum, vnicuique genti, quæ in eius potestate erat, secundum consuetudinem suam.* Sic etiam in Capitulari Caroli Calui apud BALVZIVM Tomo II. p. 240. cap. V. *vt imperialis honor ab omnibus fideliter obseruetur, & quæ ab eo, seu per epistolam, seu per legatos præcipiuntur, a nullo impune audeant violari.*

53) Patet hoc ex HINCMARI admonitione altera ad Episcopos regni pro Carolomanno Rege ad Sparnacum facta num. 24. Operum Tomo II. p. 223. *qui post Regem populum regere debent, id est, Duces & Comites, necesse est, vt tales instituantur, qui sine periculo eius, qui eos constituit, quos sub se habent, cum iustitia & æquitate gubernare intelligant, atque cum bona voluntate, quod intelligunt, adimplere procurent, scientes se ad hoc positos esse, vt plebem saluent & regant, non vt dominentur & affligant.* Plenius hæc declarantur in SYNTAGMATE IVRIS PVBLICI *cap. XIX. §. III.*

54) De his agit CONRINGIVS Exercitatione sexta *de Iudiciis Reipublicæ Germanicæ* & THOMASIVS in dissertatione *de Iurisdictionis & Magistratuum differentia secundum mores Germanorum.* Syntagma *I. P. cap. XXIV. §. VI.*

55) Latius hoc demonstrauit HERTIVS *Not. Vet. Franc. regni cap. IV. §. 3. & c. V.*

56) Patet hoc ex Capitulari Carolomanni a. 742. apud BALVZIVM p. I. p. 146. *Ego Karlomannus Dux & Princeps Francorum anno ab incarnatione Christi DCCXLII. XI. videlicet Kalendas Maias cum consilio seruorum Dei & optimatum meorum, Episcopos qui in regno meo sunt, cum presbyteris ad Concilium & Synodum pro timore Christi congregaui, vt mihi consilium dedissent, quomodo lex Dei & ecclesiastica religio recuperetur.* HINCMARVS in instructione ad Ludouicum Balbum Opp. Tom. II. p. 179. *cap. I. & cap. VII: Carolus Caluus proxime in Carisiaco inde disposuit, & nomina vobis descripta dedit, quorum consilio & auxilio regni negotia disponere deberetis.* Quare etiam THEGANVS *in vita Ludouici Pii c. XX.* Status Imperii vocat *Consiliarios.* Non diffitemur quidem, sæpius etiam ad Statuum consensum prouocari, vtpote in Capitulari Pipini a. 744. apud BALVZIVM *p. I. p. 255. cum consensu Episcoporum siue sacerdotum vel seruorum Dei consilio.* In Capitulari Caroli M. apud BALVZIVM Tom. I. p. 195. *anno feliciter vndecimo regni Domni nostri Karoli gloriosissimi Regis in mense Martio, facto Capitulare, qualiter congregatis in vnum synodali concilio episcopis, abbatibus, virisque inlustribus Comitibus vna cum piissimo Domno nostro, secundum Dei voluntatem, pro caussis opportunis consenserunt decretum.* Per hoc autem non nisi consilium notari, patet ex aliis locis, quibus consensus & consilium sæpius coniunguntur, vtpote in Capitulari secundo a. 813. p. 506. *cum consensu consilioque.* In Capitulari Ludouici Aquisgranensi a. 846. & Capitulis a. 854. apud BALVZIVM *Tom. I. p. 347.* dicitur *consultu fidelium.* Ex aliis quoque locis patet, omnia Imp. relicta fuisse arbitrio. In pacto legis Salicæ apud BALVZIVM Tomo I. p. 282. *anno ab incarnatione domini nostri Iesu Christi DCCXCVIII. indictione VI. Domnus Karolus Rex Francorum inclitus hunc libellum tractati legis Salicæ scribere iussit.* In Capitulis additis ad legem Longobardorum *p. 346.* lex dicitur *nostra regiæ auctoritatis sanctio.* In Edicto Pistensi

Carol

ricum III. & Childericum III. regno deiecerint, 57) cum id per feditiones atque iniuria fuerit factum, prout etiam de Ludouici Pii atque Caroli Craffi exauctoratione infra dicetur. Hoc tamen certum, Francorum Reges, Monarchicum Imperium non pro noftrorum temporum peruerfitate, ex arbitrio exercuiffe, fed ita, vt libertatem cum Principatu probe mifcerent. 58)

§. XXXVIII. Ordines regni bini erant, vel feniores vel minores, 59) qui etiam iuniores 60) fuerunt dicti. Ifti erant Epifcopi, Abbates, Duces, Comites, quibus quandoque accenfentur Marchiones, quorum confilio potiffimum vtebantur Imperatores. Hi erant Vicedomini, Vicarii, Centenarii, Telonarii, Actionarii & omnes qui Remp. procurabant, 61) quorum erat conclufa in Comitiis facta fufcipere.

§. XXXIX. Comitia Francorum erant duplicia, vel maiora vel minora. Quantum ad maiora, quæ placita generalia vocabantur, 62) confuetudo tunc temporis talis erat, 63) vt non fæpius, fed bis in anno placita duo tenerentur: Vnum, quando ordinabatur Status totius Regni ad anni vertentis fpatium, quod ordinatum nullus euentus rerum nifi fumma neceffitas, quæ fimiliter vniuerfo regno incumbebat, mutabatur. In quo placito generalitas vniuerforum maiorum, tam Clericorum, quam Laicorum conueniebat. Seniores propter confilium ordinandum: minores propter idem confilium fufcipiendum & interdum pariter tractandum & non ex poteftate, fed ex proprio mentis intellectu & fententia confirmandum. Inftituebantur igitur tales Conuentus in villis regiis, in Campo, quem vel Martium vel Madium vocare folebant, 64) Tempus erat, vt bis in anno celebrarentur verna-

Caroli Calui *Tom. II. p. 174. cap. V. volumus, & expreffe Comitibus noftris mandamus.* In Capitulari Caroli Calui apud Tufiacum a. 865. *Tom. II. p. 195.* in prooemio: *volumus & expreffe præcipimus, vt in his quæ fubiecta funt, exequendis, & in aliis, quæ ad Dei voluntatem & fanctæ ecclefiæ ftatum atque ad noftram fidelitatem & ad noftrum honorem, ac ad regni foliditatem, nec non ad commune fidelium noftrorum faluamentum pertinent, vnusquisque fecundum quod fuo ordini & fuæ perfonæ competit, iftis Miffis noftris obedientes & adiutores in omnibus exiftatis.*

57) Hæ funt obiectiones HOTTOMANNI *Francogall. c. VII. & c. XII.*

58) Verba funt TACITI *vita Agricolæ c. III.* de Nerua. *libertatem & principatum mifcuit, res olim diffociabiles.*

59) HINCMARVS epift. XIV. ad Proceres Regni pro inftitutione Carolomanni Regis §. *XXIX. in quo placito generalitas vniuerforum maiorum, tam Clericorum quam laicorum conueniebat. Seniores propter confilium ordinandum, minores propter idem confilium fufcipiendum.* Occurrunt iidem in AGOBARDI *libro Apologetico pro filiis Ludouici Pii §. 2. quam rem inuidebant minores, dolebant maiores.*

60) Diftinguuntur ifti a Ducibus in Epiftola Caroli ad Pipinum filium apud BALVZIVM Tom. I. p. 461. *peruenit ad aures noftras, quod aliqui Duces & eorum iuniores, Caftaldii, Vicarii, Centenarii, feu reliqui minifteriales, Falconarii, Venatores &c.* In diplomate Caroli M. monafterio Laurishamenfi conceffo in CHRON. LAVRISHAM. *p. 59. Karolus Dei gratia rex Francorum, vir illufter, omnibus epifcopis, abbatibus, comitibus, veftrisque iunioribus, atque miffis noftris difcurrentibus.* Iidem dicuntur in diplomate Ludouici Pii apud PITHOEVM Ann. Franc. ad a. 828. *iuniores & minifteriales Comitis.*

61) Vtrique Ordines coniunguntur in diplomate Ludouici Pii, quod reperitur in appendice Actorum Veterum apud BALVZIVM *Tom. II. n. 26. p. 1406.* & infcribitur *omnibus Epifcopis, Abbatibus, Ducibus, Comitibus, vel Vice-Dominis, Vicariis, Centenariis, Telonariis, Actionariis & omnibus Remp. procurantibus*, in quo diftinctionem inter maiores atque iuniores per particulam *vel* factam videmus. fimile occurrit *n. 27. p. 1407. & n. 31. p. 1412.* vbi faltim additur: *vel omnibus rempublicam adminiftrantibus feu ceteris fidelibus fanctæ Dei Ecclefiæ, & noftris tam præfentibus quam futuris.* Idem occurrit *n. 32.* Seniores faltim defcribuntur in ANNALIBVS FRANCORVM FVLDENSIBVS ad a. 771. *Carlus habita fynodo in Valentianas, Corbanacum venit, vbi omnes epifcopi, abbates, Comites & Duces, qui fuerunt fratris fui ad fe venientes fufcepit.* Sic fub initium Legis Alamannorum: *Incipit Lex Alamannorum, quæ temporibus Chlotarii Regis vna cum Principibus fuis id funt XXXIII. Epifcopis, & XXXIIII. Ducibus, & LXXII. Comitibus, vel cetero populo conftituta eft.* Ratione Marchionum, prouocat LEHMANNVS *Chron. Spir. lib. II. c. XVI.* ad decretum Caroli M. Aquisgranenfe de a. 804. in quo hæc verba occurrunt. *Ego Carolus, qui Deo fauente curam Regni gero, & Romanorum Imperator exifto, confilio principum regni noftri, Epifcoporum, Ducum, Marchionum, Comitum.* Hoc tamen Capitulare apud BALVZIVM non extat, & genium feculi Carolingici non fapit.

62) MONACHVS S. DIONYSII Geftis Dagoberti c. XL. *Dagobertus Rex conuocatis filiis, omnibusque totius regni primatibus, 10. Kal. Iunias in Palatio Bigargio placitum generale inftituit.* ANNALES FRANCORVM LOISELIANI ad a. 811. *Carolus placito generali fecundum confuetudinem Aquis habito, in tres partes Regni fui totidem exercitus mifit.* Plura loca congeffit du CANGE Gloffario *voce Placita.*

63) Verba hæc funt HINCMARI Epiftola XIV. ad Proceres Regni *pro inftitutione Carolomanni §. 20. & fqq.* qui integrum proceffum Comitiorum defcribit.

64) ANNALES BERTINIANI ad a. 767. *Pippinus venit Bituricum vsque, ibi Synodum fecit cum omnibus Francis more folito in campo.* FREDEGARIVS ad a. 766. *ibi placitum fuum Campo Madio, quod ipfe primus pro Campo Martio pro vtilitate Francorum inftituit tenens, multis muneribus a Francis & Proceribus fuis ditatus eft.* CHRONICON MOISSIACENSE vocat Campum Magii ad a. 777. *in alio anno habuit Carolus Conuentum maximum Francorum, id eft Magii Campum in Saxonia ad Partes Brunna.* & ad a. 790. *& in alio anno habuit Rex Conuentum in Wormatia non tamen Magii Campum.* Conuentus igitur fine dubio Principum faltim fuit fiue Seniorum, cum ANNALES BERTINIANI faltim dicant ad a. 790. *fed ibi in iam dicta ciuitate iterum Natalem Domini & Pafcha celebrauit.* Vid. du CANGE Gloffario *voce Campus.* HERTIVS *not. Vet. regni Franc. cap. V. §. 1.* SCHMINCKIVS diff. *de vrnis fepulcralibus §. II.* dicit prope Haffiæ vicum *Maden* ad Adarnam, *der Maderheyde,* multas vrnas fuiffe effoffas. Ibidem talem conuentum publicum olim fuiffe celebratum putauerim, vt inde nomen fuerit adeptus.

P 2 65) In

vernalia atque autumnalia 65) Potissimum Kalendis Martiis, 66) quod ad Kalendas Maii fuit extensum, quandoque etiam Kalendis Iunii. 67) Habebant etiam singulæ Classes sedes suas separatas, & si tempus serenum esset, sub dio, sin minus, intra diuersa loca erant distincti. Seniorum quidem susceptacula duo erant, vt in primo omnes Episcopi & Abbates, in altero Duces & Comites sederent, & liberum ipsis erat, quando cum populo vellent conuenire. Occupatis subselliis, agebant Seniores de Capitulis ipsis a Rege propositis, dum interim Rex in suscipiendis muneribus, salutandis proceribus, confabulando cum multitudine esset occupatus: Examinatis capitulis, sententias suas exponebant, ex quibus seligebat Rex quam vellet, quam omnes sequebantur. Quidquid conclusum, in Capitularia redigebatur, eademque publicabantur. Hoc tamen moris erat, vt caussas Ecclesiasticas atque synodales potissimum Archiepiscopus Moguntinus 68) dirigeret, caussas publicas ipse Rex.

§. XL. Minora Comitia cum Senioribus tantum & præcipuis consiliariis habebantur, & dicebantur Senatus Francorum, 69) vel Conuentus maiorum natu Francorum. 70) Constabant ista ex Episcopis, Abbatibus, Ducibus atque Comitibus, 71) qui deliberabant de variis negotiis publicis, tributis imponendis & quibuscunque rebus, in quibus consilium ipsorum Reges desiderabant.

§. XLI. Rectores prouinciarum Duces erant, a Rege constituti ad regendum populum. 72) Ideoque nomen Ducis ætate Carolingica nomen erat Officii, & cum eodem connexæ dignitatis. In Bauaria tamen ex speciali priuilegio hæreditarii Duces erant ex familia Agilolfingica, 73) ita vero, vt a Regibus nihilominus dependerent. Ducum potestas in

65) In synodo Vernensi sub Pipino anno 755. cap. 4. sancitum: *vt bis in anno synodus fiat: Prima Synodus mense primo, quod est Martiis, vbicunque Dominus Rex iusserit in eius præsentia.*

66) Rationem reddit HINCMARVS *vita S. Remigii:* quem conuentum posteriores Franci Maii Campum, quando Reges ad bella solent procedere, vocare instituerunt.

67) Exinde quandoque Maicampus fuit dictus, prout in ANNALIBVS NAZARIANIS ad a. 773. *Mai campus ad Genua* ad a. 775. *Maicampus ad Dura.* Vita Ludouici Pii apud PITHOEVM p. 384. *Imperator vero Kalendis Iunii mensis ad Ingelheim venit, ibidemque illi conuentus populi sui, secundum quod præceperat, occurrit. In eodem placito secundum morem suum multa, quæ Ecclesiæ essent vtilia, admonuit, statuit ac definiuit.* Sic intelligenda sunt verba ANNALIVM FRANCORVM apud REVBERVM ad a. 771. *peracto secundum morem generali conuentu* ad a. 779. *habito iuxta morem conuentu generali* ad a. 795. *conuentum generalem more solenni habuit.*

68) ANNALES FRANCORVM FVLDENSES ad a. 852. *habita est autem & Synodus ex voluntate atque præcepto eiusdem Serenissimi principis in ciuitate Moguntia, metropoli Germaniæ, præsidente Rabano venerabili eiusdem vrbis Archiepiscopo cum omnibus Episcopis atque Abbatibus Orientalis Franciæ, Baiuariæ atque Saxoniæ, & illi quidem de absoluendis quæstionibus Ecclesiasticis tractatum habebant, Rex vero cum principibus & præfectis prouinciarum publicis caussis litibusque componendis insistens, postquam synodalia eorum decreta suo iudicio comprobauit, & legationes Bulgarorum Sclauorumque audiuit & absoluit, Baiuariam reuersus est.* Pluribus de eo P. de MARCA de *Concordia sacerdotii & Imperii lib. VI. c. XXV.* & BALVZIVS *ad Agobardum p. 95.*

69) In notitia de monasteriis apud BALVZIVM Tom. I. p. 589. *Hludouicus serenissimus Augustus diuina ordinante prouidentia conuentum fecit apud Aquis sedem regiam Episcoporum, Abbatum, seu totius Senatus Francorum.*

70) CAPIT. LVDOVICI PII AQVISGRAN. a. 816. *Anno DCCCXVI. incarnationis Domini nostri Iesu Christi Hludouicus Imperator Christianissimus ac piissimus ex omni imperio suo fecit conuentum Episcoporum. Abbatum, Comitum vel maiorum natu Francorum, vt sancirent Capitula pro vtilitate totius Ecclesiæ.* Patet hoc æque ex WITTICHINDO Ann. lib. I. p. 637. *deinde congregatis principibus & natu maioribus exercitus Francorum in loco, qui dicitur Fridisleri, designauit eum regem coram omni populo Francorum atque Saxonum,* vbi maiores Francorum a populo speciatim distinguuntur.

71) CAPIT. CAROLI M. de a. 779. *congregatis in vnum synodali Concilio Episcopis, Abbatibus, virisque inlustribus Comitibus.* In CAPITVLARI CAROLI CALVI tit. I. dicitur: *in vnum conuenisse fideles, tam in venerabili ordine Clericali, quam & illustres viros in nobili laicali habitu constitutos.* Vid. HERTIVS *not. Vet. regni Franc. cap. V. §. 3.* PONTANVS *Origg. Franc. lib. VI. c. XI.*

72) HINCMARVS admonitione altera ad Episcopos regni pro Carolomanno Rege ad Sparnacum facta n. 14. Operum Tomo II. p. 223. *qui post Regem populum regere debent, id est, Duces & Comites, necesse est, vt tales instituantur, qui sine periculo eius, qui eos constituit, quos sub se habent, cum iustitia & æquitate gubernare intelligant, atque cum bona voluntate, quod intelligunt, adimplere procurent, scientes se ad hoc positos esse, vt plebem saluent & regant, non vt dominentur & adfligant, neque vt populum Dei suum æstiment, aut ad suam gloriam sibi illum subiici, quod pertinet ad tyrannidem & iniquam potestatem. Valde enim exigit necessitas, quia rex æquissimo iudici de commisso sibi ministerio rationem redditurus est, vt etiam singuli, qui sub eo sunt ministri, ab eo diligentissime inquirantur, & tales constituantur, ne ipse pro eis iudicium incurrat diuinum.* ANNALES METENSES ad a. 861. *Carolus Rex Placitum habuit in Compendio, ibique cum Optimatum consilio Roberto Comiti Ducatum inter Ligerim & Sequanam aduersum Brittones commendauit. Quem cum ingenti industria per aliquod tempus rexit.* LEX BOIORVM Tit. II. c. IX. *si quis autem Dux de prouincia illa, quem Rex ordinauerit, tam audax aut contumax, aut leuitate stimulatus, seu proteruus & elatus, vel superbus atque rebellis fuerit, qui decretum Regis contempserit, donatu dignitatis ipsius ducati careat, etiam & insuper spem supernæ contemplationis sciat se esse condemnaturam, & vim salutis amittat.* Hinc CAPIT. lib. V. c. 376. *si quis iussione Regis, vel Ducis illius, qui ipsam prouinciam regit, hominem occiderit.* Contradicit quidem COCCEIVS in diss. *de fundata in territorio & plurium locorum concurrente iurisdictione tit. I. §. 3.* & qui eum sequitur PHILIPPVS THEODORVS VERPORTENNIVS singulari oratione *de Ducatibus in Veteri Germaniæ Regno hæreditariis*, quibus tamen in SYNTAGMATE IVRIS PVBLICI *cap. XIX. & sqq.* fuit satisfactum.

73) LEGE BAIVAR. Tit. II. c. XX. n. 3. *Dux vero qui præest in populo, ille semper de genere Agilolfingo.*

stas in eo constabat, vt Comites, qui iurisdictioni præerant, sub ipsorum essent potestate. Communis quidem est opinio, Ducem duodecim sub se habuisse Comites, eo quod ANNALES FRANCORVM 74) de Pipino dicant, quod Grifonem more Ducum duodecim Comitatibus donauerit. Sed, dum reliqui Scriptores idem referentes, verba *more Ducum* omittant, nihil certi exinde concludimus. Potius dicimus, incertum fuisse Comitum numerum, quos sub sua potestate Duces habebant. 75) Potestas illorum non propria, sed administratoria erat. Hinc etiam prouincias gubernabant, reditus ex domaniis capiebant, nec tamen, nisi ex iussu Regis leges proponebant, & tributa indicebant. Sin a rege euocati, milites educebant in Regis auxilium, immo sæpius expeditionibus bellicis præerant. 76) Hoc autem officium licet hæreditarium minime esset, sæpius tamen, si Duces filios vel fratres relinquerent haud degeneres, ex Regis arbitrio ipsi succedebant. 77) Extra duces prouinciarum, tamen fuerunt quoque in limitibus certi Duces constituti, prout memoratur Dux Sorabici limitis, custodes Danici limitis. 78)

§. XLII. Ducibus suberant Comites, paucis exceptis, qui Ducem supra se non habebant. 79) Hi Præsides erant iustitiæ, ideo suos sub se habebant iudices, qui Centenarii & Decani. 80) Vice Comites etiam & Officiales fuerunt dicti & ab ipsis constituti, 81) dum quiuis Pagus in certas centenas, hæ in decurias, quæ decem complecterentur familias, essent diuisæ. 82) Licet isti de rebus minoribus saltim iudicarent. Singulis pagis plerumque vnicus saltim præfectus erat Comes, rariora sunt exempla, quod etiam plures pagi

Bauuariorum fuit, & debet esse; quia sic Reges antecessores nostri concesserunt eis, vt qui de genere illorum fidelis regi erat & prudens, ipsum constituerent Ducem ad regendum populum illum.

74) ANNALES LAVRISHAMENSES ad a. 748. ex quo probare illud contendit PITHOEVS *lib. I. aduers. c. VIII.* ANNALES vero FRANCORVM FVLDENSES, REGINO, SIGEBERTVS GEMBLACENSIS *ad a. 748.* saltim dicunt, quod Pipinus Griponi duodecim Comitatus dederit.

75) GREGORIVS TVRONENSIS *lib. VIII. c. XVIII.* de Nicetio dicit, quod saltim in vrbe Arverna, Ruthena, atque Vcetica Dux fuerit ordinatus. GREGORIVS TVRONENSIS lib. VIII. c. XXVI. *Turonicis atque Pictauis Ennodius Dux datus est.* Hinc ALTESERRA *de Ducibus & Comitibus Prouincialibus lib. VII. c. XII.* dicit, nullum huiusce moris vestigium alibi comparere, atque Duces duabus aut tribus, ad summum, quatuor Ciuitatibus fuisse præfectos. Creuisse tamen postea Ducum potestatem dicit CAROLVS le COINTE *Annalibus Ecclesiasticis Francorum ad a. 749. n. 57.* Hinc apud DITMARVM *lib. IV. pag. 354.* XV. Comitatuum fit mentio. Adde *Synt. Iur. Publ. cap. XIX. §. V.*

76) Patet hoc ex EGINHARDI vita Caroli M. c. XIII. dum ait: *vnam per se in Pannoniam expeditionem fecit: Ceteras filio suo Pipino, ac præfectis prouinciarum, Comitibus etiam atque legatis perficiendas commisit.* LEHMANN *lib. II. c. XVI.*

77) Patet hoc satis clare ex HINCMARI *epistola ad proceres Regni pro institutione Carolomanni Opp. Tom. II. p. 201.* dum in fine ait: *personas autem hominum & mores ac qualitates illorum, per quos, si aliqua sunt collapsa, restituantur, vestra sollertia prouidebit, quoniam de his, quos tempore domni Hludouici Imperatoris vidi Palatii procuratores & regni præfectos, neminem scio esse superstitem, scio tamen de illorum nobilitate natos pro patribus filios, licet illorum mores ac qualitates ignorem. Ipsi vero procurent, vt non sint moribus ac virtute, atque pro ætatis quantitate, vel temporis qualitate, sapientia & studiis bonis degeneres, quatenus merito patrum loca & officia suppleant, & se in ipsa suppletione caute custodiant.*

78) Dux Sorabici limitis memoratur in ANNALIBVS FVLDENSIBVS *ad a. 849.* Iidem ANNALES ad a. 852. *tandem principibus Borealium partium & custodibus Danici limitis quasi lubricæ fidei & molimine proditionis cœpit esse suspectus.* Hi tamen postea Comites limitum fuerunt dicti apud AVCTOREM VITAE LVDOVICI PII *ad a. 829.* ex quibus postea Marchiones orti fuerunt.

79) FREDEGARIVS cap. LXXVIII. *quo cum decem Duces cum exercitibus, exceptis Comitibus, qui super se Ducem non habebant, perrexissent.* Sic etiam de Burgundis testatur DITMARVS lib. VII. p. 407. *in his partibus nullus vocatur Comes, nisi is, qui Ducis honorem possidet.*

80) ANTIQVIT. FVLD. lib. I. n. 16. *facta hæc traditio in conuentu publico, in villa Sundheim, coram Comite & iudicibus suis.* Patet hoc etiam ex Edicto dominico Caroli M. apud BALVZIVM Tom. I. p. 329. *Carolus dilectis Comitibus seu Iudicibus & Vassis nostris, Vicariis, Centenariis, vel omnibus Missis nostris & agentibus.* CAPIT. LVDOVICI PII de a. 819. c. 19. *vt nullus Episcopus, nec Abbas, nec Comes, nec Abbatissa Centenarium Comitis Aduocatum habeat.* CAPIT. CAROLOMANNI Tit. III. c. 9. *Comes præcipiat suo Vice Comiti suisque Centenariis.* SYNODO CABILONENSI sub Carolo M. c. XXI. *Comitibus & iudicibus hoc summopere obseruandum est, vt iuste iudicent.* Et paullo post: *sed & ministros, quos Vicarios & Centenarios vocant, iustos habere debent.*

81) MONACHVS SANGALLENSIS lib. I. c. XXXII. de Carolo M: *fuit consuetudo in illis temporibus, vt vbicunque aliquod opus ex Imperiali præcepto faciendum esset, ea Comites per Vicarios & Officiales suos exsequerentur.* Sic Trutmanno, Comiti in Saxonia iniungitur a Carolo M. vt super Vicarios & Scabinos, quos sub se habent, diligenter inquirat & animaduertat, vt officia sua sedulo peragant. CAPIT. II. a. XXVIII. *& habeat vnusquisque Comes Vicarios & Centenarios suos secum.* HINCMARVS ep. IV. c. XV. *Comites & Vicarii, vel etiam Decani, plurima placita constituunt.* Præceptum Caroli M. Monasterii S. Martini circa a. 795. concessum, apud MARTENE Tom. I. p. 13. *Et si quis fuerit comes vel domesticus, seu grafio, vicarius, vel tribunus, seu qualitunque iudicaria potestate succinctus.* Hos autem a Comitibus fuisse constitutos patet ex AGOBARDI epistola ad Matfredum p. 209. *cognoscat prudens benignitas vestra, hæc a me dici non posse aduersum Comitem nostrum Bertmundum, quippe qui bene satis habent ordinatum de iustitiis Comitatum suum; eo quod talem virum pro se constituerit ad hæc peragenda, qui propter amorem & timorem senioris sui id strenue gerat.* Vid. etiam PONTANVS *Origg. Franc. lib. VI. c. XIV.* Vocatur in Edicto Pistensi c. XIV. apud BALVZIVM Tom. II. p. 179. *Vice Comes.* Vid. plenius SAGITTARIVS *Antiquit. Duc. Thuring. lib. IV. c. IX.*

82) Vid. *Proleg. Sect. III. §. 3.* & du CANGE Glossario, *voce Centena.* SAGITT. *Ant. Duc. Thur. l. IV. cap. V.*

 83) Hoc

pagi vni Comiti fuerunt commissi. 83) Adsidebant ipsis in iudiciis Scabini, Scultetii, vel Rachinburgii, & quidem in placitis, vel septem, vel vbi res maioris momenti agerentur, requirebantur duodecim Scabini. 84) Suberant ipsis quoque Præfecti subalterni & Quæstionarii. 85) In diplomatibus mediæ ætatis plerumque nomen Comitis & Comitatus, in quo singula fuerunt gesta, memoratur 86) Belli tempore nobiles etiam & ministeriales suos Regis vel Ducum iussu conuocabant & bellis intererant. 87) Concessa ipsis salarii loco, certa bona atque domania, vna cum hominibus propriis, quibus ad culturam bonorum vterentur, cum certa, plerumque tertia parte mulctæ. Licet præter terras Comitatus multa sæpe iure patrimoniali possiderent bona allodialia, quæ vel iure hæreditario, vel ex Impp. liberalitate, vel aliunde adquisiuerunt. 88) Nec Comites erant hæreditarii, sed pro Impp. arbitrio constituebantur. 89)

83) Hoc, tanquam prudentissimum institutum laudat MONACHVS SANGALLENSIS *lib. I. de gestis Caroli M. c. XIV. prouidentissimus Carolus nulli Comitum, nisi qui in confinio vel termino Barbarorum constituti erant, plus quam vnum Comitatum aliquando concessit. Nulli Episcoporum Abbatiam vel Ecclesias, ad ius regni pertinentes, nisi ex certissimis causis vnquam permisit. Cumque a Consiliariis suis siue a familiaribus interrogaretur cur ita faceret, respondit: cum illo fisco vel curte illa in Abbatiola vel ecclesia, tam bonum vel meliorem vasallum, quam ille Comes est vel Episcopus, fidelem mihi acquiro vel facio.*

84) Frequens in legibus Francorum Rachinburgiorum & Scabinorum fit mentio. LEGE SALICA tit. LII. §. 3. *tunc Grafio congreget secum septem Rachinburgios.* CAPIT. lib. III. c. XL. *vt nullus ad placitum banniatur, nisi qui causam suam quærit, aut si alter ei quærere debet, exceptis Scabinis septem, qui ad omnia placita præesse debent.* CAPIT. II. a. 809. c. 2. *vult dominus Imperator, vt in tale placitum, quale ille nunc iusserit, veniat vnus quisque Comes, & adducat secum duodecim Scabinos, si tanti fuerint: Sin autem de melioribus hominibus illius Comitatus, suppleat numerum duodenarium.* Vid. BIGNONII *notæ ad appendicem Marculphi cap. I.* WENDELINVS *Glossario Salico p. 172.* SAGITTARIVS *lib. IV. cap. X.*

85) De quibus ANNALES FVLDENSES *ad a. 852.* apud *Epfesfurt habito conuentu, decreuit inter alia, vt nullus Præfectus in sua præfectura, aut Quæstionarius infra quæsturam suam, alicuius causam aduocati nomine susciperet agendam: in aliegis vero præfecturis vel quæsturis singuli pro sua voluntate aliorum causis agendis haberet facultatem.*

86) Vel mille huius rei extant exempla. Sic in GOLDASTI Tomo III. rer. Alemann. f. 67. *ego itaque Notker ad vicem Winidharti Monachi scripsi & subscripsi. Notaui diem Dominicum 16. Kal. Iun. Annum 33. Regni Ludouici Iunioris: sub Adalberto Comite Durgauensi.* Plura exempla allegat CASPAR A LERCH de Nobilitate immediata *f. 22. b.* Sic vbi monasteriis certæ villæ vel agri fuerint concessi, haud raro exprimitur Comitatus sub quo sitæ, & nomen Comitis. ANTIQVIT. FVLD. lib. I. p. 479. *quicquid proprietatis habeo in villa nuncupata Iuzenheim in Comitatu Wigbaldes, in pago Weringawe* p. 492. *Traditio autem ista eodem anno acta est in comitatu, qui dicitur Gozfelda.*

87) CAPIT. I. *Ludouici I. c. I. eo videlicet modo, vt sicut ceteri liberi homines cum Comite suo in exercitum pergant, & in marcha nostra iuxta rationabilem eiusdem Comitis ordinationem atque admonitionem explorationes, & excubias, quod vsitato vocabulo Wactas dicunt, facere non negligant* & CAPIT. CAROLI CALVI Tit. LIII. c. XVIII. CAPIT. CAROLI CALVI *Tit. VI. c. I.* GREGORIVS TVRON. *lib. IV. c. XXX.* & *lib. VIII. c. XLII.*

88) Plura de statu Comitum proponuntur in SYNTAGMATE IVRIS PVBLICI *cap. XX. §. III.*

89) Vberius hæc demonstrauit OLIVARIVS VREDVS *Hist. Comit. Flandriæ cap. X.*

PERIODVS QVARTA.
GERMANIA CAROLINGICA
SVB CAROLO M.

SECTIO PRIMA
DE CAROLO MAGNO.

§. I. Quarta periodus Germaniæ sub Carolingis. §. II. Caroli M. pater Carolus Martellus, mater Bertha. §. III. Tempus natiuitatis. §. IV. Locus natiuitatis. §. V. Statura & barba Caroli M. §. VI. Vxores & liberi Caroli M. §. VII. Quid de Coniugio Immæ cum Eginhardo sentiendum. §. VIII. Quid de Rolando M. §. IX. Quid de ipsius religione dicendum. §. X. Iustitia & litterarum studium Caroli M. §. XI. Carolus regnum Francorum hæreditario iure adipiscitur. §. XII. Germaniam, Hispaniam, Italiam & Romanum Imperium quo iure adquisiuerit. §. XIII. Bellum Aquitanicum. §. XIV. Initium & Causa Belli Saxonici. §. XV. XVI. XVII. XVIII. XIX. Continuatio belli Saxonici. §. XX. Wittikindus Carolo se subiicit, Dux factus fuit honorarius: Rex nunquam fuit. Saxonia subiugata. §. XXI. Bellum Saxonicum a. 793. recrudescit. §. XXII. Bellum Saxonicum demum, postquam per annos XXXIII. durasset, a. 804. fuit finitum. §. XXIII. Bellum Longobardicum. §. XXIV. b. Caroli M. cum Rotgaudo Foroiuliensi, Arigiso, Beneuentano Duce. §. XXV. Carolo Aduocatia sedis Romanæ fuit oblata a Romanis. §. XXVI. Carolus M. fit Patritius Romanorum & sub hac dignitate ius in vrbem & papam Romanum adipiscitur. §. XXVII. Bellum Hispanicum. §. XXVIII. Bellum Britannicum. §. XXIX. Bellum Bauaricum. §. XXX. Bellum cum Hunnis. §. XXXI. Bellum cum Slauis. §. XXXII. Bellum Bohemicum & Danicum. §. XXXIII. Imperatoria dignitas Caroli M. §. XXXIV. Carolus inde solum titulum fuit adeptus, cum iura iam ante haberet. §. XXXV. Quo iure Carolus M. Imperii dignitatem fuerit adeptus. §. XXXVI. Gesta Caroli Ciuilia. §. XXXVII. Variæ conspirationes contra ipsum. §. XXXVIII. Partitionem facit inter filios. §. XXXIX. Mors Caroli M.

§. I.

QUartam nunc aggredimur Germanicæ Historiæ periodum, qualis scilicet sub Carolingis fuit. Postquam enim Franci Germaniæ populos sibi sensim subiicerent, soli restabant Saxones, quibus denique deuictis, omnem Germaniam Francorum potestati

stati demum subiecit Carolus M. licet postmodum per diuisiones Imperii Carolingici, maxime per pactum Verdunense, Germaniæ Veteris fines ex parte fuerint mutatæ.

§. II. Illustris est CAROLI, qui re & nomine MAGNVS, 1) historia, ex qua multum petitur ad Historiam Germanicam argumenti, licet etiam ista multis dubiis sit subiecta. Ortus is erat ex stirpe Arnolphi, qui sub Theodeberto II, Clothario II. & Dagoberto, Francorum Regibus sec. VII. claruit, atque ex Maiore Domus factus fuit Episcopus Metensis. 2) Cuius posteri Maioris Domus potestatem continuo exercuerunt. 3) De patre ipsius Pipino, Caroli Martelli filio, extra omnem est controuersiam, 4) verum de matre ipsius Berthrada, vel contracte Bertha adhuc dubitatur, cuius fuerit filia. Non desunt, qui eandem Heraclii, Constantinopolitani Imperatoris dicunt esse filiam, 5) quod tamen tempori minus conuenit, cum Heraclius iamdum a. 641. fuerit defunctus, Pipinus vero post medium seculi octaui vixerit. Alii Desiderii, Longobardorum Regis filiam eandem fuisse contendunt, decepti sine dubio male intellectis verbis Annalium Franco-

1) NITHARDVS lib. I. p. 85. *Karolus bonæ memoriæ & merito magnus Imperator ab vniuersis nationibus vocatus.* HEPIDANNVS *Annal. ad a. 801. Karolus Imperator factus & magnus cognominatus.* PAVLVS DIACONVS in fragmento *de Episcopis Metensis Ecclesiæ p. 288. Pipini filius magnus Rex Carolus exstitit.* Sic etiam ipsum vocat MONACHVS EGOLISMENSIS *Vita Caroli pag. 45.* POETA SAXO *ad a. 771. 773. 782.* Ipsi in coronatione Romana adclamatum fuit *magno & pacifico Imperatori.* Rationem reddit HARIVLPHVS *in Vita S. Angilberti Abbatis Centulensis cap. I. §. 2. Tom. III. Mensis Februarii Actorum Sanctorum p. 98. totius regni Monarchiam Carolus magnus recepit, qui ideo magnus vocatus est, quia sapientia & viribus, ac alacritate magnanimus, bellorum quoque diuturna tolerantia ac experientia magnificus fuit.* HVBERTVS *in Vita S. Gudilæ c. VIII. p. 521. Tom. I. Mens. Ianuarii Actorum Sanctorum in tempore illo sceptrum Monarchiæ Imperialis tenebat Carolus victoriosissimus piissimusque Augustus, qui ex tropæis frequentibus triumphatisque nationibus cognominatus est magnus.* Adde AVCTOREM ANONYMVM *Vita S. Gudilæ p. 527.* & HIER. GEBVILERVM *de libertate Germaniæ c. VI. p. 438.* Licet autem ad imitationem Græcorum Impp. hoc titulo subinde vteretur: *Carolus Serenissimus Augustus a Deo coronatus, magnus & pacificus Imperator Romanorum gubernans Imperium* apud BALVTZIVM *Tom. I. Capit. p. 483. 506.* SIGONIVM *de R. Italiæ ad a. 802. p. 100.* FERD. VGHELLVM *Italia sacra p. 65.* attamen teste BLONDELLO *Tom. I. plen. assert. Geneal. Franc. f. LXXVIII. 4. a.* Magni Epitheton Caroli nomini post mortem eius demum addi coeptum, dum in Epitaphio apud EGINHARDVM *c. XXXI.* diceretur *magnus atque orthodoxus Imperator.* Quare etiam ANT. PAGI *Critica Anti-Baroniana ad a. 814. n. XXIII. p. 479.* diplomata, in quibus statim post nomen magnus vocetur, pro mere supposititiis habet atque ipsi adfictis.

2) THEGANVS de gestis Ludouici Pii cap. I. p. 70. *Anno incarnationis octingentesimo tredecimo, qui est annus regni gloriosi & orthodoxi Imperatoris Karoli quadragesimus quintus, illius Karoli, qui de prosapia Sancti Arnulfi Pontificis Christi ortus est, sicut paterno relatu didicimus, & multæ testantur Historiæ.* POETA SAXO ad a. 814.

Vnum commemorem tanto de germine parem,
quem Sanctum Christi prædicat Ecclesia.
Scilicet Arnulfum, Francorum qui fuit olim
Princeps ac Præsul post satis egregius

Adde PAVLVM DIACONVM *in fragmento de Episcopis Metensis Ecclesiæ p. 288.* MONACHVM EGOLISMENSEM *in Vita Caroli M. p. 45.* AVCTOREM FRAGMENTI DE MAIORIBVS DOMVS *p. 227.* AVCTOREM VITAE ARNVLPHI in MABILLONII *seculo II. Benedictino* AVCTOREM GENEALOGIAE B. ARNVLPHI *p. 220.* & BLONDELL *Geneal. Gallice pleniorem assertionem Tom. p. XXXIII.*

3) AVCTOR VITAE S. CLODVLFI *§. VII. p. 1045.* MABILLONII *seculo II. Benedictino. Anchises piissimi patris Arnulfi magnificis benedictionibus ditatus, spirituali ac per hoc prophetali prævisione, quod totam Franciam, immo totam Galliam sibi & filiis suis, & filiorum filiis, per multas generationum successiones omnipotens Deus collaturus esset, audire promeruit. Quod & accidit, dum iisdem Anchises sicuti pater fuerat maior regiæ domus effectus, eiusdem officii successionem filio & post filii filio dereliquit. Iam enim Pipinus ex eodem ministerio in Regem totius Galliæ consecratus & benedictus &c.* EGINHARDVS *Vita Caroli M. cap. II. Præfectus aulæ officio tum, cum Hildericus deponebatur, Pipinus Karoli Regis iam velut hæreditario iure fungebatur.*

4) Testantur illud omnes rerum Francicarum Scriptores vnanimi ore. ANNALES FRANCORVM FVLDENSES ad a. 768. *Pipinus interfecto Waiphario, & omni Aquitania subacta, rediens, apud Parisios VIII. Kalendas Octobris diem obiit, anno ætatis LIV, filiique eius Carlus & Carlmannus infulas Regni suscipiunt.* Idem testantur ANNALES FRANCORVM PETAVIANI, LOISELIANI, BERTINIANI, LAVRISHAMENSES, MASCIACENSES, aliique. Sic EGINHARDO *in vita Caroli M. cap. II.* dicitur Pipinus pater Caroli Regis. In Sacramentali promissionis facto Imperatori Carolo apud BALVZIVM *Tom. I. p. 377.* Carolus dicitur filius Pippini Regis & Berthanæ Reginæ. Genealogiam ipsius ex rerum Francicarum Scriptoribus multa industria nectit PFEFFINGER *Vitriario illustrato Tom. I. p. 438.*

5) Tota res eo redit, quod SIFFRIDVS PRESBYTER in epitome Historiarum *p. 686.* dicit: *Pipinus filius Caroli Martelli duxit in vxorem Berchtam, filiam Heraclii, & genuit ex ea Carolum Magnum.* Hanc autem Heraclii Imp. fuisse filiam tradit GOTTFRIDVS VITERBIENSIS *Chron. P. XVII. p. 439.* dum ait:

Sic probitate sua regnum Pipinus adegit,
Corpore qui minimas res ad meliora redegit,
Et melius reliquis subdita regna regit.
Eius sponsa fuit grandis pede nomine Berta,
Venit ab Vngaria, sed Græca matre reperta,
Cæsaris Heraclii filia namque fuit.
Ex hac mixtura fit summa corona futura,
Carolus est Magnus quem Berta fuit paritura,
Scripsit visa prius iungitur arte sua.

Idem paullo post dicit: *istæ itaque duæ progenies a Troia venientes, in vnum Carolum Magnum concurrunt, cum sit Teutonicus patre, & Romanus siue Græcus a matre Berta.* Magis adhuc aberrat IO. a LEIDIS *Chronico Belgico lib. III. c. V.* dum ait: *Hic autem Pipinus Rex Francorum, duxit in vxorem Tetbergam, sororem Michaelis Imperatoris Romanorum, ex qua genuit Carolum Magnum.* WOLFG. LAZIVS *de Migrationibus Gentium lib. III. p. 78.* Pipino adsignat Leutburgem, sed, Bertham vnicam ipsius fuisse vxorem IO. GAMANSIVS *in Commentario de Vita Godefridi Cappenbergensis art. VI. §. XXII. Actorum Sanct. mens. Ianuarii p. 838.* iamdum adnotauit.

6) ANNA-

cicorum. 6) Certius autem hæc Berthrada ex ipsa Francia 7) ducitur, & prout ANNALES BERTINIANI tradunt, Chariberti Comitis Laudunensis fuit filia. 8)

§. III. Ast, noua suboritur controuersia de loco atque tempore natiuitatis Carolinæ. Tempus quidem natiuitatis haut adeo est incertum. Licet enim SCHVRTZFLEISCHIVS 9) annum 747. ponat, Veteres tamen ANNALES 10) annum 742. satis certo definiunt. Hinc etiam MABILLONIVS 11) idem ex verbis Kalendarii Laurishamensis declarat, in quo adnotatum reperitur: IV. NONAS APRILIS NATIVITAS DOMNI ET GLORIOSISSIMI KAROLI IMPERATORIS ET SEMPER AVGVSTI. Conuenit ipsa annorum Caroli supputatio. Mortuus enim iste ex constanti asserto Historicorum, anno ætatis LXXII. 12) Hos ab anno 814. retro supputantes, verum annum natiuitatis 742. reperiemus.

§. IV. Maior adhuc est controuersia de loco natiuitatis. Plures sunt, qui ipsum Ingelheimi 13) Palatinatus municipio, æquali fere spatio Bingiam inter atque Moguntiam natum fuisse contendunt, ratione vtentes, quod prope hanc vrbem Palatium extruxerit. 14) AVEN-

6) ANNALES FRANCORVM FVLDENSES ad a. 770. *Bertha regina filiam Desiderii Regis Langobardorum Carlmanno filio suo coniugio sociandam de Italia adduxit.* Adsentiuntur ANNALES LAVRISHAMENSES, LOISELIANI, MASCIACENSES, HERMANNVS CONTRACTVS, aliique *ad a. 770.*

7) Sic enim Stephanus Papa epistola ad Carolum & Carolomannum XLV. apud du CHESNE Tomo III. p. 761. *& certe non vobis licet, eis dimissis, alias ducere vxores, vel extraneæ Nationis consanguinitate immisceri. Etenim nullus ex vestris parentibus, scilicet neque auus vester, neque proauus, sed nec vester genitor, ex alio Regno, vel extranea natione, coniugem accepit.*

8) ANNALES BERTINIANI ad a. 749. *Pippinus coniugem duxit Bertradam cognomine Bertam, Cariberti Laudunensis Comitis filiam.* De ipsius morte agit CHRON. MASCIACENSE *ad a. 783.*

9) Addit de diuisione Imperii Karolini statim sub initium: *Carolus M. Pipini & Berthæ filius anno post N. C. Septingentesimo quadragesimo septimo natus est in Francia parentibus Francis, ne matre quidem excepta, quam aliqui, sed errore ducti, Græcam fuisse arbitrantur.* Eandem sententiam fouet CAROLVS le COINTE, qui ideo corrigendos esse putat EGINHARDVM & THEGANVM, qui Carolum anno Christi DCCCXIV. ætatis suæ LXXII. denatum scribunt. Nituntur isti auctoritate ANNALIVM PETAVIANORVM, qui ad annum 747. *Karolomannus migrauit Romam, & ipso anno fuit natus Karolus Rex.* Conuenit HISTORIA TRANSLATIONIS S. GERMANI PARISIENSIS, quæ dicit, Carolum anno 754. quo corpus illud transferebatur, fuisse septennem, quod æque annum natiuitatis 747. argueret. Ast, contrarium patet ex ELINANDO, qui sua ex veterum Chronicis deprompsit, teste ALBERICO *ad a. 753.* qui ait: *pontifex vero venit ad monasterium sancti Mauritii, Pipinus properauit ei occurrere cum vxore & filiis, præmittens filium suum Karolum, qui postea dictus est Magnus, qui iam erat duodecim annorum.* Si itaque a. 754. duodecim fuit annorum Carolus, sequitur, quod a. 742. fuerit natus. Hinc facile patet errore typographico fuisse factum vt in CHIFLETII *Vindiciis Hispanicis cap. IX. p. 87.* annus DCCLXXII. ponatur. Latius hoc etiam demonstrauit ANT. PAGI *in epistola sua ad Nicasium Abbatem & Critica Ann. Baronii ad a. 742. n. XXII. XXIII.* NOPPII *Aackische Chronic lib. I. c. II.*

10) LAMBERTVS SCHAFNABVRGENSIS COMPILATIONE CHRONOLOGICA *ad a. 742.* SIFFRIDVS PRESBYTER *p. 686.* BVCELINVS *Ann. Germ. ad a. 742.* WOLFFHERRVS Vita S. Godehardi Episcopi Hildesiensis c. I. p. 483. *septingentesimo quadragesimo primo incarnationis Domini anno, quo Carolus* (Martellus) *ex hac vita demigrans filiis suis, Carolomanno & Pipino, regnum reliquit, quo etiam sequenti anno iste Pipinus Carolum magnum genuit, initium Altahensis monasterii sapienter inceptum est.*

11) *Supplem. de re diplomatica cap. IX.* Adsentitur CHIFLETIVS *Lum. Geneal. ad Vind. Hisp. Lum. VIII. p. 192.* In HAGIOLOGIO equidem FRANCO-GALLIAE apud LABBEVM *Bibl. MSS. Tom. II. p. 697.* dicitur: *Quinto Kal. Februar. natalis beati Caroli magni, Imperatoris, Gallicarum Regis*, quod sequitur CAROLVS LVDOVICVS TOLNERVS *Hist. Palat. c. II. p. 52.* cum hic dies fuerit emortualis, non vero natalis.

12) EGINHARDVS c. XXX. *septimo postquam decubuit die, sacra communione percepta decessit, anno ætatis suæ LXXII.*

13) GOTFRIDVS VITERB. p. XVII. Chron. p. 443.

Pipinus moritur, consurgit Carolus acer,
Natus in Ingilheim, cui Berta fit Vngara mater,
Pipinusque pater, chronica vera patent.

Adsentitur LVPOLDVS de BABENBERG *de iure Regis & Imperii Romani c. III.* MALLINCKROT *de archicancellariis p. 7.* NOPPIVS *Aacker Chronic lib. I. c. II.* CHIFLETIVS *Vindic. Hisp. c. IX. p. 87.* ANT. PAGI *Critica Ann. Baronii Tom. III. ad a. 742. n. XXIV. p. 253. & ad a. 814. n. XXIV. p. 480.* HIER. GEBVILER *de libertat. Germaniæ cap. VI. p. 438.* & plures alii, ad quos prouocat TOLNERVS *Hist. Palat. p. I. c. II. §. 3. p. 51.* MARQV. FREHERVS Origg. Palat. cap. XI. p. 46. *Incolis loci hodiernis id adeo persuasissimum habetur, malam vt etiam apud eos gratiam initurus sit, qui vel leuiter in dubitationem id vocare conetur: quorum & vix vllus non vni ex filiis suis Caroli nomen in sacro fonte indere solent.* Sed contradicit MABILLONIVS *de re diplom. lib. IV. n. LXVIII. p. 287.* dum ait: *qui Ingelheimense Palatium æquali fere spatio Bingium inter atque Maguntiam, prope Rhenum, Carolo Magno natalitias dedisse cunas iactitant Germani recentiores, ii sane quam largissime falluntur. Cum potius Ingelheimensis regiæ parens atque auctor habendus sit Carolus, quam Eginhardus in ipsius vita testatur inchoasse & Palatia operis egregii vnum haud longe a Moguntiaco, iuxta villam, cui nomen est Ingelheim: alterum Nouiomagi super Vahalem fluuium, qui Batauorum insulam a parte meridiana præterfluit. Eadem de Ingelheimii conditione tradit Wandelbertus in libro de miraculis sancti Goaris, vbi hæc verba: Carolus excellentissimæ memoriæ Imperator Augustus, a Palatio suo, quod in præripiis Rheni ab ipso constructum Ingelinheim dicitur, nauigabat.* Adde *Supplem. cap. IX.*

14) EGINHARDVS c. XVII. *incohauit & palatia egregii operis vnum haud longe a Moguntiaco iuxta villam, cui nomen est Ingelheim.* POETA SAXO *ad a. 814.* WANDELBERTVS de miraculis S. Goaris *c. XI. p. 291. Seculi II. Benedictioni.*

15) Ann.

AVENTINVS 15) Caroloburgum in Bauaria definit: alii nominis rationem habentes Carlaburgum in confiniis Herbipolitani Episcopatus. 16) MONACHVS S. GALLI 17) vocat Aquisgranum solum ipsius genitale. Nonnulli eundem Lupillæ prope Leodium natum fuisse contendunt. 18) Nec desunt, qui eundem in ipsa Francia Neustrica natum esse volint. 19) BROWERVS 20) ex diplomate quodam, in quo Thuringiam & Curtem in Vargala terram conceptionis suæ vocat, ipsum in Thuringia ad Vnstrutum, ad pagum Vargala, Erfurtensis ditionis, natum fuisse, demonstrare conatur. Verum, dum saltim terra conceptionis dicatur, vix inde certum ducimus argumentum ad natiuitatem. Nobis perinde erit, sufficit tamen Carolum & parentibus, & conuersatione & moribus fuisse Germanum. 21)

§. V. De ipsius educatione tacent fere Scriptores, ipse etiam EGINHARDVS, 22) licet coæuus, nisi quæ incerta admodum atque fabulosa referunt TVRPINVS 23) atque Henricus WOLTERVS. 24) De statura Caroli M. controuertitur etiam inter eruditos. Scrupulum mouet TVRPINVS, qui 25) eandem describit, quod *Longitudo eius octo pedum suorum fuerit: facies palmum & dimidium habuerit, & barba vnum palmum: Frons vnius pedis:*

15) Ann. Boi. lib. III. c. IX. n. 13. *Peperit tum Bertha (sicuti fama constantissima est & antiquis more patrio celebratum carminibus) Carolum Magnum in ea arce, quæ inde Carolobergomum hoc est, Caroli mons vocatur. Nam isthoc anno Carolum natum esse conuenit inter autores. Ostenditur illa arx, etsi semidiruta in superiore Boiaria, supra Monachium quindecim millia passuum, propter Verrem lacum Vindelicorum maximum: vbi eiusdem nominis fluuius effunditur.* Sequitur eundem GABR. BVCELINVS in Ann. Germaniæ *ad ann. 742. nascitur Pipini filius Carolus, qui postea Magnus cognominatus est, Caroloburgi in Bauaria, Ingelheymii deinceps educatus.*

16) Vid. SCHVRTZFLEISCH *addit. de diuis. Imp. Karoling.* §. 3.

17) In vita Caroli M. lib. I. c. XXX. *cum strenuissimus Imperator Carolus aliquam requiem habere potuit, non otio torpere, sed diuinis seruitiis voluit insudare: adeo vt in genitali solo Basilicam antiquis Romanorum operibus præstantiorem fabricare propria dispositione molitus, in breui compotem se voti sui gauderet.*

18) PETRVS A BEECK *Chron. Aquisgranensi c. III. p. 34.* Hinc etiam MICHAEL COCCINIVS *de Imperii a Græcis ad Germanos translatione p. 427.* Carolum M. ex Eburonibus oriundum, in villa quadam non longe a Leodiensi vrbe distante, idonei scriptores ortum asserunt.

19) BODINVS meth. hist. c. VII. p. 302. *illud vero ineptius visum est, quod Carolum Magnum (qui quam Monarchiam vocant primus occupauit) natione Gallum, in Gallia natum, lingua quoque moribus & institutis Gallorum vna cum suis maioribus educatum, modo Germanum, modo Alemannum vocant. Tametsi enim a Francis veterum Gallorum Colonis originem plerique traxisse putent, non tamen negant, quin Gallorum armis ac legionibus Germaniam, Italiam & magnam Hispaniæ partem cum imperio Gallorum coniunxerit, ac primogenitis Galliam, velut imperii sedem, alias aliis regiones ab hoc imperio auulsas dederit. Maxime vero hoc affirmat Robertus Cœnalis libro de re Gallica, quando ait: Gallus erat in profunda Gallia natus & alitus, imo & a Gallia oriundus, parentibus Pipino & Martello, Carolus ille, cognominatus Magnus, natus in Ingelheim, Galliæ Belgicæ cis Rhenum oppido. Id omnes tabulæ cosmographicæ docent.* Idem maiori adhuc adparatu contendit CHARRON *en l' histoire vniuerselle c. CXIII. p. 781.* cuius locum integrum refert LIMNAEVS *addit. ad lib. I. c. V. p. 44.* Adstipulatur SCHVRTZFLEISCHIVS *c. l.* vsus auctoritate epistolæ Stephani Papæ. Id quod etiam in Critica sua contendit ANTONIVS PAGI *ad a. 742. n. XXIII.* Idem affirmare videtur MONTZAMBANO *cap. I. §. 6.* putans, haud respici debere ad locum natiuitatis, sed illius nationis quem censeri, cuius pater ipsius sit, & vbi sedem fortunarum a maioribus traditum obtineat.

20) Hæc enim ex diplomate quodam Fuldensi verba depromsit CHRIST. BROWERVS Antiquit. Fuldensium lib. III. c. XII. *donamus & contradimus Domino nostro Saluatori, sanctoque Bonifacio martyri, qui in Fuldensi requiescit monasterio, Terram Conceptionis nostræ, hoc est, totam Comprouinciam circa flumen Vnstrudt, ipsamque chortem nostram in Vargalaha cum omnibus compertinentiis suis, & cum omnibus villis longe vel prope positis, quæ ad eum respiciunt; cum omni proprietate, sicut eam nos a parentibus nostris in proprietatem accepimus.* Extat inter Traditiones Fuldenses a SCHANNATO editas *n. LXIX.* Ex quo THOMAS REINESIVS *Var. Lect. lib. II. c. XVI.* TOLNERVS *Hist. Palat. c. II. p. 52.* Vargalam ad Vnstrudtum Caroli M. patriam definit. Vid. & SAGITTARIVS *Antiquit. Duc. Thuring. lib. I. c. XIX.* TENTZELIVS etiam *Curieusen Bibliothec Repositorio II. p. 487.* coniectari voluit, hoc forsitan factum fuisse, cum Pipinus anno 741. in Thuringiam fuerit missus & Franconiam, vt inuestituræ Burcardi Episcopi Herbipolitani adesset.

21) PAVLVS LANGIVS *Chron. Citicensi ad a. 955. p. 757.* de Carolo M. dicit: *qui Germanus, id est Teutonicus Francus, origine, conuersatione & famine fuit.* AENEAS SYLVIVS c. XXXI. de ipso dicit: *Germanus tamen fuit, in Germania natus altusque. Cuius sedes plerumque in Aquisgrano fuit, quæ ciuitas Teutonica est: ibi palatium eius & caput ostenditur.* CHRON. MINDENSE apud MEIBOMIVM *Tom. I. p. 555.* Carolum de Francia Teutoniæ ortum fuisse dicit. Id quod magis adhuc declarat CHIFLETIVS *Vindiciis Hispanicis cap. IX.* Quare etiam ipse Gallorum Rex Franciscus I. in apologia sua apud FREHERVM *Tomo III. p. 349.* Carolum Magnum Germanorum vocat gentilem.

22) Vita Caroli cap. IV. *de cuius natiuitate atque infantia, vel etiam pueritia, quia neque scriptis vsquam aliquando declaratum est, nec quisquam modo superesse inuenitur, qui horum se dicat habere notitiam, scribere ineptum iudicans ad actus & mores cæterasque vitæ illius partes explicandas ac demonstrandas omissis incognitis transire disposui.* Eginhardus vero, prout in Prooemio tradit, operam impendit, vt de iis, quæ ad ipsius notitiam venerunt, nihil omitteret.

23) Vita Caroli M. c. XII. *mox vt Aigolandus cognouit loquelam suam Arabicam, quam Carolus loquebatur, miratus est multum, & gauisus est. Didicerat enim Carolus linguam Saracenicam, apud vrbem Coletum, in qua cum esset iuuenis, aliquanto tempore commoratus est.* Et cap. XX. *Galafrus Admiraldus Coleti illum in prouincia exulatum ornauit habitu militari in palatio Coleti.*

24) *Chron. Brem. p. 20. 21.*

25) *Vita Caroli M. c. XX.*

dis: oculi eius vt carbunculi, quem sequitur SIFFRIDVS PRESBYTER. 26) Ast, sequimur potius EGINHARDVM, 27) qui eundem ita describit: *Corpore fuit amplo atque robusto, statura eminenti, quæ tamen iustam non excederet, nam septem suorum pedum proceritatem eius constat habuisse mensuram.* Habuisse autem Carolum nostrum virgam auream staturæ suæ certissimum modum ex MONACHO SANGALLENSI 28) satis clare demonstrauit MARQVARDVS FREHERVS. 29) Sic etiam facies ipsius sæpe puro mento, sæpe etiam cum breui bifurcaque reperitur barba, cuius rationem hanc reddit GHIFLETIVS, 30) quod aliquamdiu comam & barbam alueris Carolus, quam postea valetudinis caussa deposuerit. Licet potius sit statuendum, Carolum modicam barbam aluisse. 31)

§. VI. A statura progredimur ad ipsius familiam, vbi vxores, liberi, fratres, sororesque erunt considerandi. Inter vxores prima erat Sibylla, 32) Desiderii, regis Longobardorum vltimi filia, quam matris hortatu duxit vxorem, sed quia esset clinica, ex consilio Stepha-

26) *ad a. 801.* GOBEL. PERSONA *Cosmodr. at. VI. c. XL.*

27) *in vita cap. XXII.* fere eodem modo Carolum describit MONACHVS SANGALLENSIS *lib. II. c. XVI.* quod fuerit *statura optimus, forma decorus, oculis astrorum more radiantibus, voce clara & omnino virili.* POETA SAXO ad a. 814.

Corpore robusto fuit ipse decenter & amplo
Incessu firmus, viuidus atque agilis,
Egregie procerus & hoc moderamine iusto,
septem namque suis longus erat pedibus.

EGIDIVS PARISIENSIS lib. I. Msti Caroli apud Car. du Fresne, voce Magnus

- - duos chrismauit vertice fratres (Stephanus)
nominis eiusdem, nisi quod de fratribus alter
dignoscendus erat Karolus cognomine magni
corporis ex habitu, meritis cognominis omen,
qui bene magnus erat, quia sicut corpore supra
illius ætatis primæua debita magnus
sic animo, maiorque fuit virtute futurus.
Iam tunc magnus erat cognomine, deinde futurus
Magnus diuitiis & fama magnus & actis.

ANNALISTA SAXO *ad a. 811.*

28) *in vita lib. I. c. XIX.* vbi inter alia refert, eo ambitionis primarium quendam Germaniæ Episcopum venisse, vt virgam auream incomparabilis Caroli, quam ad Statum suum fieri iussit, diebus feriatis vice baculi ferendam, ille pro Episcopali ferula improbus ambiret.

29) Hic enim speciatim edidit φιλοπόνημα *de Statura Caroli M.* quod THVLEMARIVS cum notis atque florum sparsionibus edidit.

30) Anastasi Childerici p. 34. cuius integrum locum hic exhibemus: *Carolus M. parentis pumili procerus filius in tabella pictus est barba prolixa, ad Turpini Remensis mentem. Nihilominus Marcus Welserus in ea se scribit esse haresi, vt Carolus Magnus barbam non pauerit; saltem prolixam illam, qua plerumque exornatur, ad eum nihil pertinere: adiicitque: se habere monetam Carolinam veterem (nisi fallitur) puro mento. Crediderim ego Caroli Calui fuisse, qualem ex argento apud Bituriges cusam vulgauit P. Petauius; Magni enim Caroli cum vultu hactenus non vidi. Non tamen negat Welserus, fieri potuisse, vt interdum tonsoris negligentia mentum & labra Caroli pilis nonnihil inumbrarentur. Certe in sigillo charta pro Abbatia S. Maximini Treuerensis, quam suo annulo firmari iussit Carolus Magnus, anno Regni sui quadragesimo, genis est omnino ad ipsam cutem attonsis & mento raso, qua ferme specie conspicitur Roma in opere Musiuo Lateranensi illius eiusdem æui, quod ætate nostra restituit Eminentissimus Cardinalis Franciscus Barberinus. In Tabella P. Petauii Carolus M. mentum non habet nudum, sed breui, bifurcaque vestitum barba. In M. S. codice membraneo Historia Wilhelmi Nangii, ex Bibliotheca monasterii Villariensis in Brabantia, pictum vidi Carolum Magnum cum ornamentis Imperialibus, prolixiore capitis coma, & abraso pene mento. Memini me in MS. quodam alias legisse, Philippum Bonum, Ducem Burgundia aliquamdiu comam & barbam aluisse, posteaque valetudinis causa deposuisse, vt vetustiores eius imagines palam ostendunt; quod idem Carolo Magno potuit contigisse.*

31) Vberius hoc confirmat HAYNECCIVS *de sigillis p. I. c. IX.* qui etiam sigilla, quæ Carolum barbatum exhibent, esse genuina, testatur, nisi cum barba magna fuerint.

32) Hæc ipsa esse videtur, de qua Annales Fuldenses ad a. 770. tradunt: *Bertha Regina filiam Desiderii Regis Langobardorum Carlmanno filio suo coniugio sociandam de Italia duxit*, vbi iamdum annotaui, melius legi Carolo, cum ANNALIBVS METENSIBVS *ad a. 771.* Carlomanni vxor dicatur Gisberga. Hanc autem Carolum in firmitatem fœderis, ne vnquam a regno Francorum discederent, vel terminis S. Petri aliquam irrogarent iniuriam Longobardi, in vxorem duxisse, testatur MONACHVS S. GALLI *lib. II. c. XXVI.* Quod tamen matris hortatus accesserit, testatur ALBERICVS ad a. 770. *cum matris hortatu filiam Desiderii Longobardorum Regis Karolus magnus duxisset vxorem, incertum qua de causa post annum repudiauit, & Hildegardem Alemannam duxit de genere Sueuorum præcipuæ nobilitatis fœminam, de qua tres filios genuit, Karolum, Pipinum & Ludouicum, filias tres: Super repudiatione prædicta regina, quæ dicta est Sibilia a Cantoribus Gallicis, pulcherrima contexta est fabula.* COSMVS della RENA *in Comm. de Ducibus & Marchionibus Tuscia*, & qui eum sequitur SCHMINCKIVS *not. ad Eginhardum c. 18.* eandem puellam Desideratam a Paschasio Ratberto putat adpellari, qui *in vita S. Adalhardi c. VII.* in actis S. Benedicti ait: *qui* (Adalhardus) *cum esset Regali prosapia, Pippini Magni Regis nepos, Caroli consobrinus Augusti, inter Palatii tirocinia, omni mundi prudentia eruditus, vna cum Terrarum Principe, Magistris adhibitus, elegit magis Iustitia fore & veritatis amicus, quam in illicita consentire, etiam multis oblectatus blanditiis. Vnde factum est, cum idem Imperator Carolus Desideratam, Desiderii, Regis Italorum, filiam, repudiaret, quam sibi dudum etiam quorundam Francorum iuramentis petierat in coniugium.* Sed potius adiectiue eandem hic dici ex eo concluderem, cum ab illius partibus steterit Paschasius, dum eam demum remittere vellet Carolus. Rectius eam Sibyllam vocari, docet ALBERICVS *ad a. 776* scribens: *ex gestis Caroli iuxta Alcuinum: matris hortatu, filiam Desiderii, Regis Longobardorum nomine Sibilla Carolus duxit vxorem.* Adde ECCARDI *Stemma Desiderianum n. VII.* AVENTINVS *Ann. Boi. lib. IV. c. I. n. 30. & lib. IV. c. VIII. n. 17.* eandem vocat Irmogardim. IMHOFFIVS in *Stemmate Desideriano p. 3.* Hermingardim seu Desideratam. Sunt equidem, qui iam ante hanc, Desiderii filiam Carolo M. matrimonio fuisse copulatam velint, eo quod Stephanus Papa in epistola sua, qua ipsum & Carolomannum dehortari conatur, ne Longobardicas ducerent vxores, apud du CHESNE *Tom. III. p. 761.* his verbis vtitur: etenim, mitissimi, & a Deo instituti benignissimi Reges, iam Dei voluntate & consilio, coniugio legitimo ex præceptione geni-

Stephani Papæ post annum repudiauit, 33) matre tamen inuita 34) & Hildegardim 35) de gente Sueuorum præcipuæ nobilitatis fœminam in matrimonium accepit, de qua tres filios, Carolum videlicet, Pipinum & Ludouicum, totidemque filias, Rotdrudim, Bertham & Gislam genuit. 36) Ista a. 783. defuncta 37) tertiam duxit Fastradam, quæ de Orientalium Francorum, Germanorum videlicet, gente erat, 38) ex qua filias genuit duas, Thedradam & Hildrudim. Hoc durante matrimonio, habuit concubinam, Himiltrudem, ex qua genuit Pipinum gibbosum, qui postea contra ipsum conspirauit. 39) Defuncta Fastrada, Luidgardim 40) Alemannam duxit, de qua nihil liberorum tulit. 41) Ipsum etiam Irenes, Græcorum Augustæ nuptias ambiuisse, nec illam ab eo coniugio abhorruisse, nisi Aëtius Eunuchus omnem lapidem mouisset, ne hoc matrimonium perficeretur, testantur Græci Scriptores. 42) Post eiusdem mortem quatuor habuit Concubinas, Mathalgardim scilicet, quæ peperit ei filiam nomine Rothildim, quam Constantinus Græcorum Imp. ambiuit, 43) licet mater ipsius Irene matrimonium impediuerit. 44) GersuindamSaxonici generis, de qua ei filia nomine Adaldrudis nata est, & Reginam, quæ ei Drogonem & Hugum genuit, & Adelwidam, ex qua Thederichum procreauit. 45) Filiæ, licet earum magnam curam habuerit, non tamen adeo fuerunt pudicæ. 46)

§. VII. Ast,

ae genitoris vestri copulati estis, accipientes, sicut præclari & nobilissimi Reges, de eadem vestra patria, scilicet ex ipsa nobilissima Francorum gente, pulcherrimas coniuges, & earum vos oportet amori esse adnexos. Et certe non vobis licet, eis dimissis, alias ducere vxores, vel extraneæ Nationis consanguinitate immisceri. Nominat eandem PAVLVS DIACONVS *de Episcopis Metensis Ecclesiæ*, apud du CHESNE *Tom. III. p. 202.* Himiltrudem, sed addit legale connubium non fuisse, dum ait: *habuit tamen ante legale connubium ex Himiltrude nobili puella filium nomine Pippinum.*

33) EGINHARDVS *c. XVIII.* incertum dicit, qua de causa ipsam repudiauerit. MONACHVS S. GALLI vero lib. II. c. XXVI. *quia esset clinica, & ad propagandam prolem inhabilis, ipsam iudicio sanctissimorum Sacerdotum fuisse relictam velut mortuam.* Forsan quoque Stephanus Papa dehortatoriis suis multum contulit ad repudium.

34) Docet hoc EGINHARDVS *c. XVIII.* scribens: *mater quoque eius Berthrada in magno apud eum honore consenuit, colebat enim eam cum summa reuerentia, ita vt nulla vnquam inuicem exorta sit discordia, præter in diuortio filiæ Desiderii Regis, quam illa suadente vxorem acceperat.*

35) EGINHARDVS *c. XVIII*, ex quo etiam & reliqua de vxoribus atque liberis Caroli fuerunt desumta. THEGANVS cap. II. de Carolo: *qui cum in iuuentute erat, supradictus Imperator sibi iunxit nobilissimi generis Sueuorum puellam nomine Hiltegardam, quæ erat de cognatione Gothefredi Ducis Alamannorum. Gothefridus Dux genuit Huochingum, Huochingus genuit Nebi, Nebi autem genuit Immam, Imma vero peperit Hilthegardam beatissimam Reginam. Postquam eam supradictus Imperator in matrimonio assumpsit, genuit ex ea tres filios, quorum vnus vocabatur nomine patris sui Karolus, alter vero Pippinus qui erat Rex super Italiam: tertius vero vocabatur Ludewicus, qui erat Rex super Aquitaniam. Dum viuebat pater eorum cum eis, feliciter & vtiliter instruebat eos liberalibus disciplinis & mundanis legibus.* DAV. BLONDELLVS *in præfat. Apologet. ad plen. assert. Geneal. Franc. f. 35. a.* & BOLLANDVS *not. ad Eginhardum pag. 884.* ipsam pro Childebrandi filia & Caroli cognata habent. Alii illam pro Comite in Andechs & filia Regarde habent, quos ADLZREITERVS *p. I. Ann. Boic. lib. VII. n. 45. refutat.*

36) De Gisla ANNALISTA SAXO ad a. 781. *inde reuersus venit Mediolanum, vbi baptizata est filia eius Gisla ab Archiepiscopo Thoma, qui & ipse eam a sacro fonte leuauit.* Adde eundem *ad a. 743.* Addit PAVLVS DIACONVS *de Metensis Ecclesiæ Episcopis*, quartum Lotharium, qui cum Ludouico vno partu fuit editus, sed biennio post, occubuit. Addit idem, quinque filias ex eadem fuisse natas. Vide PAGI *Crit. Ann. Baronii Tom. III. ad a. 783. n. 3.*

37) Ipse Carolus hoc docet in fine diplomatis Monasterio S. Arnulphi Metensis concessi, apud MABILLONIVM *de Re Diplom. lib. II. c. XXVI. §. IV. data Kal. Maii anno XV. & IX. regni nostri, ab incarnatione autem Domini Iesu Christi 783. in die adscensionis Dominicæ, in cuius vigiliis ipsa dulcissima coniux nostra obiit, in anno XII. coniunctionis nostræ.* CHRON. MASCIACENSE *ad a. 783. Hildegardis Regina, defuncta est pridie Kalendas Maii.* Idem tempus definit ANNALISTA SAXO *ad a. 783.*

38) Genus illius ANNALISTA SAXO, ANNALES LAVRISHAMENSES *ad a. 783.* clarius definiunt: *inde reuersus in Franciam, duxit vxorem filiam Radolfi Comitis, natione Francam, nomine Fastradam. Ex qua duas filias procreauit.* ANNALES LOISELIANI ad a. 783. *& cum Warmaciam peruenisset dominus Rex Carolus, sociauit sibi in matrimonium dominam Fastradanem Reginam.* Sic etiam PAVLVS DIACONVS *de Episcopis Metensis Ecclesiæ: Mortua autem Hildegard, Rex excellentissimus Karolus Fastradam duxit vxorem.* Huius crudelitatem inculpat EGINHARDVS C. XX. *cui consentiens Carolus, a sua natura benignitate ac solita mansuetudine immaniter exorbitasse fuerit visus.* Licet eandem ab hisce iniuriis vindicare conetur, eius etiam epitaphium adducat BROWERVS *Ann. Treuir. lib. VII. n. 333.* nec tamen fide haut adeo certa.

39) De quo infra §. *XXXVII.*

40) Hanc a. 800. Turoni esse defunctam tradunt EGINHARDVS *c. XVIII.* ANNALES LAVRISHAMENSES, LOISELIANI aliique.

41) ANNALISTA SAXO *ad a. 794. 800.*

42) ZONARAS *Ann. Tom. III. p. 104.* ANNALISTA SAXO ad a. 802. *Imperator Constantinopolim misit Iesse Episcopum Ambianensem & Helingaudum Comitem pro eadem causa, & vt postularent Hirenem Imperatricem, vt illi iungeretur in coniugio, quæ in hoc consensisset, si non eius Patritius inhibuisset præualens, & Imperium ad fratrem suum Nicephorum transferre satagens.* CHRON. REG. S. PANTALEONIS *a. 801.*

43) ANNALES LAVRISHAMENSES ad a. 788. *Constantinus Imperator propter negatam sibi Regis filiam iratus.* POETA SAXO *ad h. a.* LAMBERTVS SCHAFNABVRGENSIS vero *ad a. 781. Romæ desponsata est Rudrat, filia Caroli, Constantino Imperatori.*

44) ZONARAS *Tom. III. Ann. p. 103.* ANNALISTA SAXO *ad a. 781.*

45) EGINHARDVS *c. XVIII.*

46) Quantam curam liberorum habuerit, docet EGINHARDVS *in vita Caroli M. c. XIX.* dum ait: *filiorum & filiarum, tantam in educando curam habuit, vt nunquam domi positus sine ipsis coenaret, & nunquam iter sine illis faceret. Adequitabant ei filii, filiæ vero pone sequebantur, quarum agmen extremum, ex satellitum numero ad hoc ordinati tuebantur. Quæ cum pulcherrimæ essent, & ab eo plurimum diligerentur, mirum dictu, quod nullam earum cuiquam aut suorum, aut exterorum nuptam dare vo-*

§. VII. Ast, dubium adhuc superest de Imma, quæ Caroli M. filia perhibetur, Eginhardo ipsius Cancellario nupta. Hanc enim furtiuo primum concubitu amplexus fuisse dicitur Eginhardus, id quod animaduertens Carolus, hanc illi in matrimonium cum multis prædiis dederit. 47) Verum, cum auctor traditionis sit Scriptor Chronici Laurishamensis, qui vel quadringentis annis post Carolum M. vixit, atque antiquiores omnes hac de re taceant, hæcce traditio, mutatis tamen personis, etiam ab aliis referatur, 48) nec inter filias Caroli Imma referatur, pro fabula potius habemus. Nec mouent nos scripta ex tabulario Erpacensi desumta, dum Comites Erpacenses 49) ex hoc Eginhardi & Immæ coniugio ducantur, cum ista sint recentioris æui, fidem ideo faciant incertam. Hoc tamen facile concedimus, Eginhardi coniugem fuisse Immam, 50) neque tamen hanc Caroli M. filiam, nec tam miris circumstantiis ipsi copulatam.

§. VIII. Nec minor subest controuersia de Rolando M. qui Dux Exercituum, Comes Cenomanensis & Blauii Dominus, natus Berthæ sororis Caroli M. dicitur. 51) De hoc mira prædicat TVRPINVS, 52) quod fuerit giganteæ formæ, miræ fortitudinis, terror Saracenorum cum socio Oliuerio, aliisque quam plurimis fortibus viris contra Saracenos in Hispania fortiter pugnans in iugis Pyrenæi montis, qua parte Roncæuallis appellatur, siti & vulneribus confectus occubuerit, 53) vbi etiam hodie cornu illius eburneum & ensis ostendatur. Sepulcrum ipsius Blauiæ apud Vascones adhuc monstratur, in quo vero HVBERTVS THOMAS 54) nihil præter ossiculorum cumulum, vix duorum pugnorum crassitudine se reperisse dicit, hoc disperso, os vix vllum digiti longitudine. Sed, cum omnia nitantur auctoritate Turpini, scriptoris fabulosi, minime adsentimur, maxime vero hanc ob hanc rationem, quod Carolus M. vnicam habuisset sororem, Gislam, quæ a puel-

re voluit: sed omnes secum vsque ad obitum suum in domo sua retinuit, dicens se earum contubernio carere non posse; ac propter hoc licet alias felix, aduersa fortuna malignitatem expertus est, quod tamen ita dissimulauit, ac si de iis nunquam alicuius probri suspicio orta, vel fama dispersa fuisset. Cum tamen NITHARDVS *lib. IV.* Bertham, ipsius filiam, Angelberto fuisse nuptam dicat, hic Eginhardi locus saltim de filiabus legitimis, non vero de naturalibus explicatur, vid SCHMINCKE *ad Eginhardum.* Berthæ matrimonium cum Angilberto ad longum narrat HARIVLPHVS *in vita Angilberti §. II. p. 108.* MABILLONIVS *in elogio Angilberti Historico art. III. p. 92.* BOLLANDVS *de Angilberto §. I. p. 89.* Alias de filiarum Caroli impudicitia testatur AVCTOR ANONYMVS VITAE LVDOVICI p. 359. *monerat Ludouici animum iamdudum, quamquam natura mitissimum, illud, quod a sororibus illius in contubernio exercebatur paterno, quo solo domus paterna inruebatur naeuo. Cui incommodo mederi volens, simul & cauens, ne quod per Odilonem & Hiltrudem olim acciderat, reuiuisceret scandalum, misit Walam & Warnarium; nec non & Lambertum, sed & Ingobertum -- vt quosdam stupri immanitate & superbia fastu reos maiestatis caute ad aduentum vsque suum adseruarent.* Familiam hanc Augustam Carolingicam V. C. IO. DAV. KOELERVS singulari exercitatione genealogica illustrauit.

47) Integram fabulam CHRONICON LAVRISHAMENSE ad a. 805. late narrat, ex quo reliqui sua hauserunt. BESSELIVS *in notis ad caput XIX. Eginhardi* prouocat ad chartam veterem, de indulgentia Caroli M. erga Einhartum & eius coniugem Immam, quæ in Augustissima Bibliotheca Guelferbytana reperiatur. Eandem traditionem ex hoc Chronico repetunt IO. WOLFIVS Lect. Memorab. Cent. VIII. ad a. 800. IVSTVS LIPSIVS Monit. Polit. lib. II. c. XII. n. 12. BALVZIVS *notis ad Lupum p. 331.* HELWICH *Antiquitatibus Laurishamensibus p. 36.* HVBERTVS THOMAS LEODIVS *de Palatinorum origine p. 156.*

48) Similem traditionem de temporibus Henrici III. Imp. habet IO. de BEKA *Chron. Traiectensi p. 39.* Eandem narrant RADVLFVS de DICETO *Chronico p. 470.* HENRICVS KNYGHTONVS *lib. I. c. VI.* atque AVCTOR MAGNI CHRONICI BELGICI *p. 107.* vbi editor in margine annotauit: *falsa illa in hunc locum & vera de Carolo Magno*, nisi fortassis repetita.

49) Comites Erpacenses ex hoc coniugio ducit HVBERTVS THOMAS LEODIVS *vita Friderici II. p. 10.* SPENERVS *Operis Heraldici parte speciali lib. II. c. XXIII.* qui potissimum prouocat ad Archiuum Seligenstadtense. Anno 1706. Güttersbacii in territorio Erbacensi sub columna quadam cum effigie Christi, reperta fuit membrana cum hac inscriptione: *Ego Egenhardus hanc Christi effigiem in collis quadam basi ad viam regiam Palatinatus constitui, vna cum reliquiis Sancti Pauli in memoriam Ema mea cum saltus ille omnis inter Mœnum & Nicrum mihi ex dono cesserit tempore Caroli Magni Imperatoris DCCCXX. Papa Reuerendissimo Paschali ann. Regiminis sedis IV. Ista fuit inter venandum deuotio & nota via Michlenstatt sub Lilio. Symbolum Caroli Magni inter venandum fortes & fideles nostrorum subditos. It. & Conuentus in siluis statutus terminus*

Rabanus Maurus dedicauit Abbas Fuldensis DCCCXX. 5. Maii.

Verum, scriptum hoc stylum illorum temporum minime sapit, prout notis ad dictum locum Chronici Laurishamensis *p. 102.* plenius demonstraui. Hanc fabulam etiam refutarunt MARQV. FREHERVS *in Commentatiuncula de Eginhardo*, BARONIVS *Tom. IX. Annal. ad a. 826.*

50) Sic enim Eginhardi vxor vocatur in diplomatibus Monasterio Laurishamensi concessis.

51) TVRPINVS *vita Caroli Magni c. XI.*

52) Mira sunt, quæ hinc inde de Rolando prædicat TVRPINVS, maxime vero illud, dum cap. XIII. ait: *tunc tanta virtute tuba sua eburnea insonuit, quod flatu omnis eius tuba per medium scissa, & vena colli eius & nerui rupti fuisse feruntur, cuius vox ad aures Caroli, qui in valle, quæ Caroli dicitur, cum exercitu suo tentoria fixerat, loco scilicet, qui distabat a Carolo octo milliaribus versus Gasconiam, Angelico ductu peruenit.*

53) TVRPINVS *c. l.* Mentionem equidem EGINHARDVS *in Vita §. IX.* facit cuiusdam Rutlandi, Britannici littoris præfecti, qui in isto prœlio perierit, nihil tamen singulare de eodem prædicat.

54) *vita Friderici II. Palatini p. 5.*

55) verba

a puellaribus annis religiosæ conuersationi fuit mancipata. 55) Exinde facile patet, quid de statuis Rolandinis sit sentiendum, quæ in honorem huius Rolandi erectæ esse dicuntur, quæ seculo XI. demum coeperunt, & non nisi signum erant iudicii Criminalis in eadem vrbe celebrati. 56)

§. IX. Post familiam, mores quoque Caroli M. considerabimus. Scriptores equidem, etiam antiqui, eundem a Religionis studio impense laudant, 57) id quod vel ex eo confirmari putant, quod in controuersia illorum temporum in causa imaginum, an adorandæ vel in templis tolerandæ, Synodum Francofurtensem anno 794. indixerit, 58) bellum Saxonibus ob idololatriam intulerit, & deuictis Saxonibus, Episcopatus & Scholas apud eosdem instituerit. Hinc etiam disceptant inter sese Protestantes atque Pontificii, an horum vel illorum religionis dogmata fuerit secutus. 59) Verum, licet ipsum externa professione fuisse Christianum minime sit denegandum, hoc etiam certum, ipsum Ius Sacrorum in controuersia imaginum exercuisse, atque synodum instituisse, vt turbis, quæ ob istam imaginum controuersiam metuebantur, præueniret. Præterea templa extruxit, ecclesias dotauit, ornauitque, neque tamen exinde veræ pietatis cultus demonstrabitur, cum potius omnes eiusdem actiones de ipsius ambitione testentur atque cupidine dominandi, quæ etiam bellum Saxonicum concitauit, si quid præterea, ex prudentia factum fuit politica. Episcopatus vero & scholas instituit, minime ex pio zelo, sed potius vt feroces mitigaret Saxonum spiritus. De ipsius libidine satis testantur diuersæ Concubinæ.

§. X. Sic etiam iustitiæ eundem fuisse dicunt amantissimum, id quod ex diuersis ab eodem publicatis Capitularibus demonstratur, & facile concedendum. 60) Legibus Francorum

55) verba sunt EGINHARDI vita Caroli M. *c. XVIII.* ANNALISTA SAXO *ad a. 794.* Hæc latius demonstrauit THVLEMARIVS erudita dissertatione *de sororibus Caroli M.* in qua §. 17. potissimum demonstrault, Scriptores deceptos fuisse nomine Magni, quod æque Carolo Caluo fuisset tributum.

56) Vid. GRYPHIANDER *de Weichbildis Saxonicis*, CONRING *de vrbibus Germanicis c. LXXI.* IO. FRID. RHETIVS, & IO. HENR. EGHELING *de statuis Rulandinis.* OCKEL *de Palatio Regio §. XXI. sqq.* BEGMANN *Anhalt. Historie pag. 242.*

57) Audiamus de eo EGINHARDVM *cap. XXVI.* loquentem: *religionem Christianam, qua ab infantia fuerat imbutus, sanctissime & cum summa pietate ac veneratione coluit, ac propter hoc miræ pulchritudinis Basilicam Aquisgrani exstruxit, auroque & argento & luminaribus atque ex ære solido cancellis & ianuis ornauit. Ad cuius structuram cum columnas & marmora aliunde habere non posset, Roma atque Rauenna deuehenda curauit. Ecclesiam & mane & vesperi, item nocturnis horis & sacrificii tempore, quoad eum valetudo permiserat, impigre frequentabat, curabatque magnopere, vt omnia, quæ in ea gerebantur, cum quam maxima fierent honestate, æditnos creberrime commonens, ne quid indecens aut sordidum aut inferre, aut in ea remanere permitterent. Sacrorum vasorum ex argento & auro, vestimentorumque sacerdotalium tantam in ea copiam procurauit, vt in sacrificiis celebrandis ne ianitoribus quidem, qui vltimi Ecclesiastici ordinis sunt, priuato habitu ministrare necesse fuisset. Legendi atque psallendi disciplinam diligentissime emendauit, erat enim vtriusque admodum eruditus, quanquam ipse nec publice legeret, nec nisi submisse & in commune cantaret.* Laudat etiam eundem *c. XXVII.* a studio eleemosynarum. Sic MARIANVS SCOTVS *ad a. 808. Carolus religionem Christianam, qua ab infantia fuit imbutus sanctissime, & cum summa pietate coluit, circa pauperes sustentandos & eleemosynam deuotissimus erat.* Vid. etiam SIGEBERTVS GEMBLACENSIS *ad a. 790.* Sic etiam THEGANVS vita Ludouici c. VII. *postquam diuisi fuerunt, dominus Imperator nihil aliud cœpit agere nisi in orationibus & eleemosynis vacare, & Libros corrigere. Nam quatuor Euangelia Christi, quæ intitulantur nomine Matthæi, Marci, Lucæ, & Iohannis, in vltimo ante obitus sui diem cum Græcis & Syris optime correxerat.* AVCTOR MIRACVLORVM S. GENVLPHI EPISCOPI *c. II. §. VI. p. 99. Tom. II. Mensis Ianuarii Actorum SS. Karolus a magnitudine fidei, qua religiosus viuere studuit, & ab excellentia virtutis, qua gentis Saxonum vel aliarum gentium virtutem strauit, & ex idololatris Christi credulos fecit, & cuncta versus aduersa bellorum inflexibilis viguit, & ab æquitate iustitiæ, qua totius Regni vel Imperii sui spatia æque moderando disposuit, & ab Augustali gloria, qua Regnum Francorum nobilitauit, vel a potentia, qua a monte Gargano vsque Cordubam Hispaniæ ciuitatem dominatus est, vel ab ingenti suæ laudis fama, qua Patriarchæ Hierosolymitani Regisque Persarum muneribus vel omnium totius Europæ Regum donis, legationibus siue pactionibus honoratus est, ab his sane vel omnibus, quæ Regiam vel Augustam magnitudinem docent, iure magnus cognominatus est.*

58) ANNALES FRANCORVM FVLDENSES aliique *ad a. 794.* Acta Concilii habentur in LABBEI *Collectione Tom. VII. pag. 1014.* Vid. IO. GEORGII DORSCHAEI *Collatio ad Concilium Francofurtense*, & FRID. SPANHEMII *Historia Imaginum restituta.*

59) CHRISTIANVS NIFANIVS quidem in ostensione sua, quod Carolus M. formaliter non fuerit Papista *Francofurti 1670. 8.* edita, demonstrare voluit, Carolum M. multa in ecclesias Saxonicas introduxisse, quæ ritibus Pontificiorum parum sint consentanea, propius venirent sacris Protestantium. Contra hunc NICOLAVS SCHATENIVS euulgauit *Carolum M. Imperatorem Romanorum, & Francorum Regem Romano-Catholicum, Neuhusii 1674. 4.* Opposuit eidem NIFANIVS *Carolum M. veritatis euangelicæ Confessorem denuo exhibitum, atque ab impugnationibus Schatenii vindicatum, Francofurti 1679. 8.* Nifanium secutus est IOANNES HENRICVS HEIDEGGERVS, qui defendit *Carolum M. testem veritatis*, quæ dissertatio vna cum aliis eiusdem prodiit *Tiguri 1680. 4.*

60) Testis huius rei etiam est EGINHARDVS c. XXIV. *cum calciaretur aut amiciretur non tantum amicos admittebat, verum etiam, si Comes Palatii litem aliquam esse diceret, quæ sine eius iussu definiri non posset, statim litigantes introducere iussit, & velut pro tribunali sederet, lite cognita, sententiam dixit.* Quid in legibus præstiterit Carolus, testatur idem EGINHARDVS c. XXIX. *post susceptum imperiale nomen, cum aduerteret multa legibus populi sui deesse, cogitauit quæ deerant addere, & discrepantia vnire, praua quoque ac perperam prolata corrigere. Sed in his nil aliud ab eo factum est, quam quod paucula capitula & ea imperfecta, legibus addidit. Omnium tamen nationum, quæ sub eius dominatu erant*

Q 3

corum diuersa Capitula addidit, omnium etiam nationum, quæ sub eius dominatu erant, iura, quæ scripta non erant, scribi ac litteris mandari fecit. 61) Laudandus quoque in eodem studiorum amor, dum diuersa Gymnasia in Gallia æque atque Germania instituit, 62) inter hæc scholam Parisiensem, 63) Fuldensem, 64) In Abbatia S. Martini Turonis, 65) Lugduni aliisque in locis. 66) Quæ vero de Gymnasio Osnabrugensi, 67) atque Tigurino 68) ab ipso institutis, prædicantur, dubia sunt atque incerta. Idem barbara & antiquissima carmina, quibus veterum Regum actus & bella canebantur, scripsit, memoriæque mandauit. Inchoauit & Grammaticam patrii sermonis. Mensibus & ventis iuxta patrium sermonem nomina imposuit. 69) Latine etiam Græce atque Syriace erat doctus. 70) Artes liberales studiosissime coluit, earumque Doctores magnis affecit honoribus. In discenda Grammatica Petrum Pisanum diaconum senem audiuit, in coeteris disciplinis Albinum, cognomento Alcuuinum, item diaconum de Britannia, Saxonici generis hominem virum vndecunque doctissimum præceptorem habuit, apud quem & Rhetoricæ, & dialecticæ, præcipue tamen Astronomiæ ediscendæ plurimum & temporis & laboris impertit. 71) Delectabatur vaporibus

erant iura, quæ scripta non erant, describere ac litteris mandari fecit.

61) ANNALISTA SAXO ad a. 811: *post susceptum Imperiale nomen cum multa aduerteret legibus populi sui deesse, nam Franci duas habent Leges in plurimis rebus vel locis valde diuersas, cogitauit quæ deerant addere, & discrepantia vnire, praua quoque perperam prolata corrigere. Sed de his nil aliud ab eo factum est, nisi quod pauca capitula & ea imperfecta legibus addidit.*

62) MONACHVS EGOLISMENSIS Vita Caroli p. 53. *Carolus a Roma artis Grammaticæ & computatoriæ magistros secum adduxit in Franciam, & vbique studium litterarum expandere iussit. Ante ipsum enim Domnum Regem Carolum in Gallia nullum studium fuerat liberalium artium.* Et in Capitulari Aquisgranensi c. LXXII. *& vt scholæ legentium puerorum fiant, psalmos, notas, cantus, computum, Grammaticam, per singula monasteria vel Episcopia discant, sed & libros Catholicos bene emendatos habeant, quia sæpe, dum bene aliquid Deum rogare cupiunt, per inemendatos libros male rogant. Et pueros vestros, non sinite eos, vel legendo, vel scribendo, corrumpere. Et si opus est, Euangelium, vel psalterium, & missale scribere, perfectæ ætatis homines scribant cum omni diligentia.*

63) AVCTOR ANONYMVS DE FVNDATIONE QVARVNDAM SAXONIAE ECCLESIARVM *ad a. 793. instructor Caroli Magni, Anglicus genere, studium de Roma Parisios in Franciam transtulit auctoritate Caroli.* GOBELINVS PERSONA *Cosmodr. æt VI. c. XL. Carolus, eruditus in artibus liberalibus, studium transtulit, de vrbe Roma ad Parisios, quod de Græcia Romam translatum erat a Romanis. Non tamen sic transtulit, quod ipsum studium Romæ aufferretur, sed modum & solennitatem, quia in vrbe seruabatur, translatis inde doctoribus & magistris Parisiis instaurauit, & priuilegiis confirmauit. Pro quo secundum quod quinque sunt studia generalia singulariter priuilegiata, videlicet Romanum, Parisiense in Francia &c.* HENR. MEIBOMIVS *Orat. de orig. & officio Cancellariorum Academicorum p. 241.* ait: *Fridericus II. primam Scholam vniuersalem siue Academiam in Germania instituit Viennæ ad Danubium, & quidem exemplo Caroli Magni, qui in Galliis Parisiensem, in Italia Ticinensem condidit. Academiam Bononiensem collapsam instaurauit.* Hæc igitur de Schola Parisiensi a Carolo M. instituta satis docent, ipsam vero Academiam ante medium Seculi XIII. erectam haut fuisse demonstrat LAMBECIVS *de Bibl. Vindobon. lib. II. cap. V. p. 261.*

64) CHRIST. BROWERVS *lib. I. Antiquit. Fuld. c. IX. X. XI. XII.*

65) ALTFRIDVS *in vita S. Ludgeri l. §. IX. Alchuinus etiam illo in loco* (in Anglia) *tunc magister erat, qui postea temporibus Karoli Turonis, & in Francia magisterium exercuit.* MONACHVS S. GALLI *Vita Caroli M. lib. I. c. II. dedit Albino Carolus Rex Abbatiam S. Martini iuxta Turonicam ciuitatem, vt quando ipse absens esset, illic requiescere, & ad se confluentes docere deberet. Cuius in tantum doctrina fructificauit, vt moderni Galli siue Franci antiquis Romanis vel Atheniensibus æquarentur.*

66) Hæc Sorbonicus Doctor IO. LAVNOIVS *de scholis celebrioribus a Carolo M. & post Carolum M. in occidente instauratis p. 36. 37. c. VI. VII. VIII.* declarat vberius.

67) Extat præceptum Caroli de Scholis in Ecclesia Osnabrugensi anno DCCCIV. apud EDWINVM ERDMANNVM *Chron. Episc. Osnabrugensium* & ex eo BALVZIVS *Tom. I. p. 417.* aliique. Verum, CAR. le COINTE *Annal. Francorum ad a. 803. p. 827.* multis rationibus euincit, hoc diploma vel commentitium esse vel deprauatum, maxime, quod a. 804. non fuerit Aquisgrani, quo datum est, & stylus non conueniat. Inde multis argumentis sane prægnantibus IO. GEORGIVS ECCARDVS singulari scripto a. 1717. edito demonstrauit, diploma hoc genuinum non esse, & vix ante Ottonis II. tempora scholas in Saxonia fuisse erectas, dum Caroli M. ætate satis fuerit, Saxones a barbarie recentissimos primis religionis Christianæ principiis imbuere, & vitæ tranquilliori adsuefacere.

68) Hoc IO. HENR. HOTTINGERVS in schediasmate suo *de schola Tigurina* voluit demonstrare.

69) verba sunt EGINHARDI *c. XXIX.* ANNALISTA SAXO *ad a. 811.*

70) EGINHARDVS c. XXV. *erat eloquentia copiosus & exuberans, poteratque quicquid vellet, apertissime exprimere. Nec patrio tantum sermone contentus, sed etiam peregrinis linguis ediscendis operam impendit, in quibus latinam ita didicit, vt æque illa ac patria lingua orare sit solitus. Græcum vero melius intelligere, quam pronuntiare poterat. Adeo quidem facundus erat, vt etiam didascalus appareret.* THEGANVS *vita Ludouici Pii* c. VII. *postquam diuisi fuerant* (Carolus & Ludouicus) *Domnus Imperator nihil aliud cœpit agere, nisi in orationibus & eleemosynis vacare, & libros corrigere. Nam quatuor Euangelia Christi, quæ intitulantur nomine Matthæi, Marci, Lucæ, & Iohannis, in vltimo, ante obitus sui diem, cum Græcis & Syris optime correxerat.*

71) Verba sunt EGINHARDI c. XXII. AVCTOR VITAE ALCVINI §. XXIV. *Seculo IV. Benedict. p. 138. postulante Carolo Imperatore, Alcuinus scripsit librum de Sancta Trinitate vtilissimum, nec non de Rhetorica, Dialectica & Musica.* Et p. 156. *ipse pater Alcuinus Carolum multa erudiens cura, artibus liberalibus, scripturisque diuinis, adeo vt sapientissimus omnium Francorum efficeretur Regum, qui fuerunt ab aduentu Christi.* HIGDENVS *Poly Chron. p. 252. Alcuinus Carolum, docuit Dialecticam, Rhetoricam, Astronomiam.* POETA SAXO *ad a. 814. pag. 176.*

artis

tibus aquarum naturaliter calentium, frequenti natatu corpus exercens, cuius adeo peritus fuit, vt nullus ei iuste valeat anteferri. Ob hoc etiam Aquisgrani regiam exstruxit, ibique extremis vitæ annis vsque ad obitum perpetim habitauit. 72) Exercebatur etiam adsidue equitando ac venando, quod illi erat gentilitium 73)

§. XI. Pergimus ad illius regna atque prouincias, quo iure easdem adquisiuerit, consideraturi. Primarium erat regnum Galliæ, hoc in linea Merouingica iure hæreditario erat, vt supra demonstrauimus, sed, cum vltimi Reges nullius essent vigoris, nec quidquam in se clarum, præter inane Regis vocabulum præ se ferrent, opes & potentia Regni penes Palatii Præfectos erat, qui Maiores Domus dicebantur, & ad quos summa Imperii pertinebat. Hinc, dum Pipinus auxilia tulisset Papæ contra Langobardos, atque nimium faueret sedi Papali, Zachariæ primum, post Stephani Papæ iussu atque auctoritate fuit factum, vt Hildericus, ex Merouingis vltimus, in Monasterium detruderetur, regia dignitate & nomine in Pipinum translato, id quod consensu populi fuit adprobatum. 74) Defuncto an. 768. Pipino, 75) Franci facto solenniter generali conuentu, eius filios Carolum & Carolomannum ambos sibi Reges constituunt, vt ex æquo regnum inter se diuiderent, qui etiam Carolus Nouiomagi & Carolomannus Suessionis VII. Idus Octobris a. 768. in 76) Reges fuerunt vncti. Verum, magna inter eosdem fuit discordia, 77) vsque dum Carolomannus II. Nonis Decembris a. 771. in villa Salmuntiaco hodie Samoucy decederet. 78) Inde Carolus consensu omnium Francorum Rex constituitur, atque genti suæ hæreditarium ius in regnum Francorum intulit. 79) Carolomanni vidua autem Gilberga cum

artis Rhetoricæ, seu cui Dialectica nomen
sumpsit ab Alquini dogmate notitiam

Idem p. 182.

Sydereos ortus, cursus, obitusque notabat,
nullus eum punctus Zodiaci latuit.

Adde OLIV. VREDVM *Hist. Comit. Flandr. c. VI.* ANNALISTA SAXO *ad a. 811.*

72) verba sunt EGINHARDI *c. XXII.* Ex hoc habet ANNALISTA SAXO *ad a. 811.*

73) verba sunt EGINHARDI *c. XXII.* hac subiecta ratione: *quia vix vlla in terris natio inuenitur, quæ in hac re Francis possit æquari.*

74) Hæc singula latius describit EGINHARDVS in vita Caroli a capite I. ad IV. cui adsentiuntur omnes Annales Francorum. Vnicum hoc superest dubium. ANNALES FRANCORVM FVLDENSES ad a. 752. dicunt: *Zacharias Papa ex auctoritate sancti Petri Apostoli, mandat populo Francorum, vt Pipinus, qui potestate regia vtebatur, nominis quoque dignitate frueretur.* EGINHARDVS vero, Fragmentum de Maioribus Domus, THEGANVS *vita Ludouici Pii c. I.* ANONYMVS *de gestis Ludouici Pii cap. I.* MONACHVS SANGALLENSIS *lib. I. c. X.* Stephano Papæ tribuunt. Verum, hi facile possunt conciliari ex HERMANNO CONTRACTO, qui ad a. 752. ait: *auctoritate Zachariæ Papæ & non multo post Stephani (qui eidem in Pontificatu sex annis successit) deposito ac detonso Hilderico, Pipinus Rex Francorum electus & Suessionis a S. Bonifacio Archiepiscopo vnctus.* Plenius hæc declarat subscriptio Codicis antiquissimi apud MABILLONIVM *de re diplomatica lib. II. c. XXVI. n. 11. & lib. V. ad Tab. XXII.* Adsentitur MAGNVM CHRON. BELG. *p. 35.* Scilicet, vt MABILLONIVS supputat, renunciatio facta anno 751. a Zacharia Papa, cui, postquam Idibus Martiis secundum MARIANVM SCOTVM, esset defunctus, successit Stephanus, qui idem non solum confirmauit, sed etiam ipse regem a. 754. in Francia vnxit. Vid. NATALIS ALEXANDER *in dissert. vtrum a Zacharia Papa vel Stephano III. Romanis Pontificibus, Francorum regnum ablatum fuerit Childerico & Pipino collatum.* Vid. etiam quæ notaui ad ANNAL. FVLDENSES *a. 752.*

75) ANNALES FRANCICI *ad a. 768.* Male igitur IO. ASSERIVS, in Annalibus hoc ad a. 769. refert. Perperam etiam MARIANVS SCOTVS Francos anno 770. totum Regnum inter filios Pipini, Carolum & Carolomannum, diuisisse, dicit.

76) EGINHARDVS c. III. *Pipinus obiit - - - superstitibus liberis, Karolo & Karolomanno, ad quos successio regni diuino nutu peruenerat.* ANNALES LAVRISHAMENSES *ad a. 768. Filii Pipini, Carolus & Carolomannus, consensu omnium Francorum Reges creati, & Karolus in Nouiomago ciuitate Karolomannus in Suessiona insignia Regni susceperunt.* HINCMARVS *Epist. ad Ludouicum Balbum Tom. II. Mortuo Pipino, Carolomannus ad Suessiones, & Carolus ad Nouiomum venerunt, & XV. die post Pipini obitum consilio & auxilio regni primorum in Reges leuati sunt.* *Male igitur* HVGO FLAVINIACENSIS *p. I. Chron. Verdun. p. 116.* Carlum & Carlomannum die statim sequenti post obitum patris vnctos esse in Reges CHRONICON MASCIACENSE vero *ad a. 768. Domnus Carolus & Carolomannus vncti fuere in Reges VII. Idus Octobr.* Adde ANNALISTAM SAXONEM *ad a. 768.*

77) EGINHARDVS cap. III. *mansit ita quamuis cum summa difficultate concordia multis ex parte Karolomanni societatem separare molientibus, adeo vt quidam etiam eos bello sint committere meditati.* Idem cap. XVIII. *post mortem patris cum fratre regnum partitus tanta patientia simultatem & inuidiam eius tulit, vt omnibus mirum videretur, quod ne ad iracundiam quidem ab eo prouocari potuisset.* Idem dicunt reliqui Francorum Annales *ad a. 769.* & POETA SAXO *ad a. 814.* Qua ratione Berthrada mater ipsos componere fuerit conata, testantur ANNALES LAVRISHAMENSES ad a. 770. *Bertrada mater Regum, cum Karolomanno minore filio apud Salusiam locuta, pacis causa in Italiam proficiscitur.*

78) ANNALES METENSES ad a. 771. *Carolomannus Rex defunctus est in villa Salmuntiaco, II. Non. Decembris, sepultusque est iuxta vrbem Remorum in basilica beati Remigii.* ANNALES MASCIACENSES, TILIANI *ad h. a. bonæ memoriæ Domnus Karolomannus obiit pridie Nonas Decembris.* Male igitur HVGO FLAVINIACENSIS *p. I. Chron. Verdun. p. 116.* Carolomannum decessisse dicit anno 771. pridie Kalend. Decemb. Adde MABILLONIVM *de Re Diplom. lib. IV. n. CXXVI.* vbi de hoc Palatio.

79) ANNALES PITHOEANI ad a. 771. *Carolus habita Synodo in Valentinianas, Corbanacum venit, vbi omnes Episcopi, Abbates, Comites & Duces qui fuerunt fratris sui ad se venientes suscepit, exceptis paucis, qui cum vxore Carlmanni perrexerant.* ANNALES METENSES *ad h. a. Et primates, qui fuerunt Carlomanni, vnxerunt domnum Carolum super se in Regem, & obtinuit feliciter Monarchiam regni Francorum.* *Proceres, qui a partibus Carolomanni steterant, ipsi se submittentes nominant* Iidem Annales, pergentes: *& venerunt ad eum Folcarius*

cum filiis & paucis Francorum ad Desiderium Longobardorum Regem profugit. 80)

§. XII. Vna cum Francorum regno Germaniæ quoque partem, quatenus Francis parebat, obtinuit: accedebat partim iure victoriæ, partim ex pacto, Saxonia. Hispaniæ partem iure belli, deuictis Saracenis, Italiam Langobardicam, belli iure, deuicto vltimo Langobardorum rege, Desiderio, sibi subiecit. Romanum vero imperium ex pacto potissimum cum Romanis atque Constantinopolitanis Impp. adquisiuit. 81) Hoc tamen a regno Italico atque Francico, quia diuerso iure fuerunt adquisita, ipse distinxit. 82)

§. XIII. Hæc vt eo plenius pateant, bella Caroli M. adgredimur. Omnium bellorum, quæ gessit, primo AQVITANICVM contra Waifarium Ducem, a patre incoatum, sed nondum finitum, suscepit, idque feliciter non solum perfecit, sed etiam Hunaldum, qui post Waifarii mortem Aquitaniam occupare, bellumque iam pene peractum, reparare tentauerat, Aquitaniam relinquere & Vasconiam petere coëgit. 83) Lupus vero Vasconum Dux Caroli potentiam metuens, postulantibus hoc legatis, non solum Hunaldum tradidit, sed etiam se ipsum cum prouincia sua Carolo submisit.

§. XIV. Sequitur bellum SAXONICVM, 84) quod a Pipino iamdum fuerat cœptum, dum Saxones a Dagoberti 85) iamdum temporibus cum Francis belligerantes, a Pipino eo demum fuerunt adacti, vt trecentos equos singulis annis ipsi soluerent. 86) Hoc sub Carolo M. denuo cœpit. Prætextus belli erat, quod Saxones natura feroces & cultui dæmonum dediti, Francorum religioni essent contrarii, fines etiam Francorum infestarent. 87) Licet dominandi & Saxoniam subigendi cupido, verior atque certior subfuisse

carius & Folradus, Capellani, cum aliis Episcopis & Sacerdotibus, Wirinus & Adelhardus, comites, cum aliis primatibus. ANNALES LAVRISHAMENSES *ad a. 771. Carolus Carbonacum villam venit. Ibi Wilbarium Episcopum Sedunensem, & Folradum presbyterum, & alios plures sacerdotes, comites etiam atque primates fratris sui, inter quos vel praecipui fuere Warinus & Adelhardus, ad se venientes suscepit.*

80) ANNALES METENSES ad a. 771. *Gilberga, vxor Carlomanni, cum duobus paruulis & paucis Principibus de parte viri sui Italiam petiit, & ad Desiderium, Regem Longobardorum, peruenit.* ANASTASIVS *Vita Adriani p. 144. in ipsis diebus contigit, vxorem & filios quosdam Carolomanni Regis Francorum, ad eundem Regem Longobardorum fugam arripuisse cum Autcario.* Filiorum etiam Carolomannni mentionem faciunt ANNALES LAVRISHAMENSES *ad a. 771.*

81) Qua ratione Imperium suum ampliauerit Carolus, testatur EGINHARDVS c. XV. *ipse per bella memorata, primo Aquitaniam & Vasconiam totumque Pyrenai montis iugum & vsque ad Iberum amnem, qui apud Nauarros ortus, & fertilissimos Hispania agros secans, sub Dertosa ciuitatis mœnia Balearico mari miscetur: Dein Italiam totam, qua ab Augusta Pratoria vsque in Calabriam inferiorem, in qua Gracorum & Beneuentanorum constat esse confinia, decies centum & eo amplius passuum millibus longitudine porrigitur. Tum Saxoniam, qua quidem Germania pars non modica est, & eius, qua a Francis incolitur, duplum in lato habere putatur, cum ei longitudine posset esse consimilis. Postquam vtramque Pannoniam & oppositam in altera Danubii ripa Daciam, Histriam quoque & Liburniam atque Dalmatiam, exceptis maritimis ciuitatibus, quas ob amicitiam & iunctum cum eo fœdus, Constantinopolitanum Imperatorem habere permisit.* Quare VI. Capit. c. CCCLXVI gentes Carolo M. subiectæ recensentur: *volumus atque pracipimus, vt omnes ditioni nostra Deo auxiliante subiecti, tum Romani, quam Franci, Alamanni, Baiuuari, Saxones, Turingii, Fresones, Galli, Burgundiones, Britones, Langobardi, Wascones, Beneuentani, Gothi, & Hispani, ceterique nobis subiecti omnes.* Potissimum vero, qua ratione regnum suum ampliauerit, late recenset ANNALISTA SAXO *ad a. 810.*

82) Sic in epistola, quæ Capitulis ad Legem Longobardicam a. 801. additis præfixa est apud BALVZIVM Tom. I. p. 345. *anno ab incarnatione Domini nostri Iesu Christi DCCCI. Indictione IX. anno vero regni nostri in Francia XXXIII. in Italia XXVIII. Consulatus autem nostri primo.* In Testamento ipsius apud EGINHARDVM c. XXXIII. *anno Regni eius in Francia XLIII. & in Italia XXXVI. Imperii autem XI*

83) EGINHARDVS *c. V.* ANNALES FRANCORVM FVLDENSES, LOISELIANI, BERTINIANI, METENSES, LAVRISHAMENSES *ad a. 769.* HVGO FLAVINIACENSIS *Chron. Verdun. ad a. 771. ipsius.* ANNALISTA SAXO *ad a. 769.*

84) EGINHARDVS quidem c. VI. bellum Longobardicum ante Saxonicum ponere videtur, dum cap. VI. dicit: *compositis in Aquitania rebus, eoque bello finito, Regni quoque socio iam rebus humanis exemto, rogatu & precibus Hadriani Romana vrbis episcopi exoratus, bellum contra Langobardos suscepit.* In sequenti cap. VII. vero dicit: *post cuius finem, Saxonicum, quod quasi intermissum videbatur, repetitum est, quo nullum neque prolixius, neque atrocius, Francorumque populo laboriosius, susceptum est.* Verum, dum EGINHARDVS dicit, repetitum fuisse hoc bellum post Langobardicum, satis patet, primum belli initium ante bellum Langobardicum esse quærendum, quod tamen, eo quod diutius durauerit, postremo loco enarrat. Ipse quoque *cap. VIII.* de Saxonico bello testatur: *biennio ante Italicum bellum sumsit exordium.*

85) demonstraui illud notis ad ANNALES FVLDENSES *a. 715.*

86) ANN. FRANC. FVLDENSES, LAVRISHAMENSES *ad a. 758.* HILDESHEIMENSES *p. 712.* HELMOLDVS *lib. I. c. III.*

87) Causas belli ita exponit EGINHARDVS c. VII. *quia Saxones, sicut omnes fere Germaniam incolentes nationes, & natura feroces, & cultui Dæmonum dediti, nostraque religioni contrarii, neque diuina, neque humana iura vel polluere, vel transgredi inhonestum arbitrabantur. Suberant & causa, qua quotidie pacem conturbare poterant, termini videlicet nostri & illorum pene vbique in plano contigui, prater pauca loca, in quibus vel sylua maiores, vel montium iuga interiecta, vtrorumque agros certo limine disterminant, in quibus cædes & rapina & incendia vicissim fieri non cessabant. Quibus adeo Franci sunt irritati, vt iam non vices addere, sed apertum contra eos bellum suscipere, dignum iudicarent.* POETA SAXO *ad a. 772.* EGIL *Vita S. Sturmii §. XXII. p. 282. Seculo III. Benedictino p. II. Regnante feliciter Domino Rege Carolo annos quatuor Saxonum gens fæua & infestissima cunctis fuit, & paganis ritibus nimis dedita. Rex vero Carolus Domino semper deuotus cum ipse Christianissimus esset, cogitare* cœpit

fuisse videatur causa. Decreto igitur in Comitiis Wormatiensibus anni 772. bello contra Saxones, primus impetus factus fuit in Eresburgum, eo quod hoc Saxonum munimentum esset firmissimum, vt hoc ipso capto, vires Saxonum attereret. Captum fuit hoc castrum atque idolum Saxonum Irmensula prope hanc vrbem collocatum, destructum. Saxones iuxta Visurgim fluuium ad Regem venientes, datis obsidibus XII. cum eo pacificantur. 88)

§. XV. Sed, cum Saxones occasione belli Italici a. 774. denuo rebellarent, Carolus Saxonum perfidiam vlturus, omnes eorum regiones ferro & igni depopulatur, Sigeburgum castrum capit, Ehresburgum a Saxonibus destructum reædificat, duobus proeliis eos superat, vno iuxta Brunesbergum ad Visurgim, dum transitu fluminis eundem arcere conarentur: altero vero ad Lidbek, in quo maxima eorum multitudo fuit occisa. 89) Tunc Rex perrexit ad Obacum, fluuium, vbi Orientales Saxones, venientes cum Hussihon Duce eorum, dederunt obsides, iuxta quod placuit Regi, & iurauerunt Sacramenta. Similiter eo reuertente venerunt Angarii in loco, qui dicitur Bucki, cum Brunone, Duce suo & fecerunt sicut Orientales Saxones fecerunt. Interea cum Francis, qui super Wisaram remanserant, Saxones pugnam commiserunt, & Deo largiente Francis victoriam, plures ex Saxonibus interfecti sunt. Hæc audiens Rex iterum super Saxones irruens, multam stragem fecit, & copiosam prædam cepit de Westfalais & coacti obsides dederunt; Obsidibus acceptis & præda multa capta, Rex in Franciam reuersus est. 90) Tunc in animo Carolus habebat, vt aut ad Christianam fidem perduceret aut omnino tolleret Saxones. 91)

§. XVI. Insequenti anno 776. cum Carolus vix Alpes esset transgressus, contra Rotgaudum, Ducem Foroiuliensem exercitum ducturus, occurrerunt, qui nuntiarent, Eresburgum arcem a Saxonibus expugnatum, ac præsidium Francorum quod in ea posuerat, expulsum: Sigiburgum aliud castellum oppugnatum quidem, sed non captum: eo quod ii, qui in eo præsidii causa fuerant constituti, facta eruptione, incautos atque oppugnationi intentos Saxones a tergo inuaserunt: & plurimis interfectis, reliquos non solum oppugnationem dimittere, sed etiam fugere compulerunt, palantesque ac dispersos ad Lippiam vsque fluuium persecuti sunt. Hæc cum Regi nunciarentur, conuentu apud Wormatiam habito, Saxoniam petere statuit: contractisque copiis, tanta celeritate ad destinatum a se in Saxonia locum peruenit, vt omnes hostium conatus, quibus ei resistere conabantur, illa festinatione peruerteret. Nam ad fontem Lippiæ veniens, immensam illius perfidi populi multitudinem velut deuotum & supplicem, ac quasi erroris sui veniam poscentem inuenit. Cui cum & misericorditer ignouisset, & eos, qui se Christianos fieri velle adfirmabant, baptizari fecisset, datis & acceptis pro fide seruanda eorum promissionibus, obsidibus quoque, quos imperauerat, receptis, Eresburgo castro quod dirutum erat, restaurato, alioque castello super Lippiam constructo, & in vtroque non modico præsidio relicto, ipse in Galliam reuersus. 92)

§. XVII. Insequenti anno 777. Carolus generalem populi sui Conuentum Paderbrunnæ indixit, atque cum ingenti exercitu in Saxoniam est profectus. Eo cum venisset, omnes Saxonum proceres cum populo ad eum venerunt, præter Wittikindum, vnum e primoribus Westphalorum, qui ad Sigifridum Danorum Regem profugerat. Cæteri qui venerunt, ita se Regis potestati submiserunt, vt ea conditione tunc veniam accipere mererentur,

cepit, qualiter gentem hanc Christo adquirere valuisset. -- Congregato tam grandi exercitu -- Saxoniam profectus est, adsumptis vniuersis sacerdotibus, Abbatibus, Presbyteris, & omnibus orthodoxis atque fidei cultoribus, vt gentem, quæ ab initio mundi dæmonum vinculis fuerat obligata, doctrinis sacris mitte & suaue Christi iugum credendo subire fecissent.

88) ANNALES LAVRISHAMENSES ad a. 772. *Rex vero Karolus congregato apud Wormatiam generali Conuentu, Saxoniam bello aggredi statuit: eamque sine mora ingressus, ferro & igne cuncta depopulatus, Eresburgum castrum cepit, idolumque quod Irminsul a Saxonibus vocabatur, euertit. In cuius destructione cum in eodem loco per triduum moraretur, contigit, vt propter continuam cæli serenitatem exiccatis omnibus illius loci riuis ac fontibus, aqua ad bibendum inueniri non posset. Sed ne diutius siti confectus laboraret exercitus, diuinitus factum creditur, vt quadam die cum iuxta morem tempore meridiano cuncti quiescerent, prope montem qui castris erat contiguus, tanta vis aquarum in concauitate cuiusdam torrentis eruperit, vt exercitui cuncto sufficeret. Tunc Rex idolo destructo ad VViseram fluuium accessit, ibique a Saxonibus XII. obsides accepit.* ANNALISTA SAXO, ANNALES FRANCORVM FVLDENSES, MASCIACENSES, REGINO, LAMBERTVS SCHAFNABVRGENSIS, aliique ad a. 772. De Irmensula vero & castro Ehresburg dictum fuit *Proleg. Sect. II. §. XIII.*

89) ANNALES FVLDENSES, LAVRISHAMENSES, MASCIACENSES, REGINO, SIGEBERTVS GEMBLACENSIS ad a. 774. 775. ANNALISTA SAXO ad a. 774.

90) Sunt verba ANNALISTAE SAXONIS ad a. 775.

91) ANNALES LAVRISHAMENSES ad a. 775. *cum Rex in villa Carisiaco hiemaret, consilium iniit, vt perfidam ac fœdifragam Saxonum gentem bello aggrederetur, & eo vsque perseueraret, dum aut victi Christianæ religioni subiicerentur aut omnino tollerentur.* POETA SAXO ad a. 775.

hinc statuit requies illis vt nulla daretur
donec gentili ritu cultuque relicto
Christicolæ fierent, aut delerentur in æuum
O pietas benedicti qua vult genus omne
Humanum saluum.

92) Verba sunt ANNALIVM LAVRISHAMENSIVM ad a. 776. Concordant ANNALES FVLDENSES, MASCIACENSES, MONACHVS EGOLISMENSIS, ANNALISTA SAXO, SIGEBERTVS GEMBLACENSIS, aliique. FERDINANDVS FVRSTENBERGIVS *Monum. Paderborn. p. 130.* hoc castellum putat arcem Bucam dominorum de Hörde esse, in Episcopatu Paderbornensi, licet alii Bückeburgum substituant.

tur, si vlterius sua statuta violarent & patria & libertate priuarentur. Baptisata est ex iis ibidem maxima multitudo 93) atque plerique Carolo se tunc subiecerunt.

§. XVIII. Sed, dum Carolus in Hispania ageret contra Saracenos, Saxones a. 778. Wittikindo instigante, sumptis armis ad Rhenum vsque profecti sunt. Sed cum amnem traiicere non possent, quidquid a Ducia Ciuitate vsque ad Mosellam vicorum villarumque fuit, ferro & igne sunt depopulati. Ast, mittebantur contra eosdem Franci atque Alemanni, qui eos in pago Hassorum super Adarnam fluuium adorti, tanta strage cæciderunt, vt ex ingenti multitudine eorum pauci euaderent. 94) Insequenti anno 779. Carolus Rhenum traiecit, & vsque ad Lippiam cum exercitu peruenit, cui cum Saxones in quodam loco, qui Bucholt vocatur, resistere tentarent, pulsi fugatique sunt. Rex Westfalorum regionem ingressus, omnes eos in deditionem accepit. Angri etiam & Ostfali ad locum Medulfi venientes, obsides dederunt & sacramenta iurauerunt. 95) Insequenti anno 780. Carolus cum magno exercitu in Saxonia hærens, effecit, vt maxima multitudo in loco Horheim baptizaretur. 96) Occasionem hoc dedit, vt Carolus a. 781. octo fundaret Episcopatus, Bremensem, Halberstadtiensem, Hildesheimensem, Verdensem, Paderbornensem, Mindensem, Monasteriensem, Osnabrugensem. 97)

§. XIX. Wittikindus a. 782. ex Nordmannis, ad quos transfugerat, in Saxoniam redux, ciues suos ad defectionem denuo concitauit. Contra quos cum diuersi Palatii Proceres atque Comites cum exercitu mitterentur, hique incaute Saxones adorirentur, ad montem Sontal, 98) circumuenti & pene omnes sunt interfecti. Cuius rei nuntium cum Rex suscepisset, collecto festinanter exercitu, in Saxoniam proficiscitur, accitisque ad se cunctis Saxonum primoribus, de auctoribus factæ defectionis inquisiuit. Et cum omnes Wittikindum auctorem proclamarent, ipsum tamen tradere nequirent, eo quod ad Nordmannos iterum se contulerat, quater mille quingenti sunt traditi, & super Alaram fluuium, in loco qui Verda vocabatur, iussu Caroli omnes vna die sunt decollati. 99) Nec dum tamen sopito tumultu, Carolus Saxones duobus prœliis vno ad Detmoldam comitatus Lippiensis oppidum, altero super fluuium Hasam, ita profligauit, vt de innumerabili eorum multitudine pauci euaderent. 100) Insequenti anno 784. ipse non solum venit in campestria Saxoniæ loca, quæ Albi, atque Salæ fluminibus adiacent, depopulatusque Orientalium Saxonum agros, sed etiam filius ipsius Carolus Westfalos prœlio superauit. 1)

§. XX. Cum per hyemem 2) Carolus Saxonum regiones ingenti clade adfecisset, atque conuentum Paderbrunnæ habuisset, comperit, Wittikindum & Albionem esse in Transalbina Saxonum regione, ipsos per Saxones ad suam fidem cœpit inuitare, qui demum accepta impunitatis sponsione, atque impetratis salutis suæ obsidibus, Attiniaci Carolo 3) se submiserunt, atque ibidem baptizati sunt vna cum sociis. Tunc Saxonia subiugata

93) verba iterum sunt ANNALIVM LAVRISHAMENSIVM *ad a. 777.* cum quibus concordant ANNALES FVLDENSES, MASCIACENSES, ANNALISTA SAXO, REGINO, SIGEBERTVS GEMBLACENSIS, HERMANNVS CONTRACTVS, aliique.

94) ANNALES LAVRISHAMENSES & FVLDENSES, ANNALISTA SAXO *ad a. 778.*

95) Iidem *ad a. 779.*

96) Iidem *ad a. 780.*

97) ANNALISTA SAXO *ad a. 781.*

98) ANNALISTA SAXO, ANNALES LAVRISHAMENSES ad a. 782. *quo cum esset peruentum, ad montem scilicet, qui Sontal appellatur, male etiam pugnatum est. Nam commisso prælio, Franci circumuenti a Saxonibus pene omne interfecti sunt, qui tamen euadere potuerunt, non in sua, vnde profecti, sed in Thederichi castra quæ trans montem erant, fugiendo peruenerunt.* POETA SAXO *ad a. 782.*

Namque Duces vbi compererant, quod se Widekindus
Ad pugnam multa stipatus plebe parasset,
Et iuxta montem Suntal sua castra locasset,
illuc infestis properarunt illico signis

LEIBNITIVS *ad h. l.* explicat: *Munderam oppidum ditionis Brunswig.*

99) ANNALES LAVRISHAMENSES & FVLDENSES, ANNALISTA SAXO *ad a. 782.*

100) EGINHARDVS cap. VIII. *hoc bello licet per multum temporis spatium traheretur, ipse non amplius cum hoste quam bis acie conflixit, semel iuxta montem, qui Osneggi dicitur, in loco Thietmelle nominato, & iterum apud Hasam fluuium, & hoc vno mense, paucis quoque interpositis diebus.* ANNALES METENSES ad a. 783. *eodem anno iterum Saxones rebelles exstiterunt, & Rex cum paucis Francis ad locum, qui dicitur Theutmulci venit. Ibi Saxones parauerunt pugnam in campo viriliter. Tunc rex cum Francis super eos irruit, & magnam stragem ex eis fecit, ita vt perpauci fuga elaberentur. Post peractam victoriam venit Rex ad Paderbrunna, vbi coadunato exercitu iterum super Saxones irruit, qui conuenerunt super fluuium, cuius vocabulum est Hasa. Ibi iterum pugna inita non minor numerus Saxonum cecidit, quam superiori prælio ceciderat.* ANNALES LAVRISHAMENSES, FVLDENSES POETA SAXO *ad a. 783.* EGOLISMENSIS *Vita Caroli M. p. 51.* IO. BOLLANDVS *notis ad Eginhardum,* montem Osneggi in Episcopatu Osnabrugensi quærit, dum in isto tractu occurrat *Melle, Gersmel.* Verum, FERDIN. FVRSTENBERGIVS *Monum. Paderborn. p. 43.* potius Detmoldam fuisse, demonstrat. ALBERTVS KRANTZIVS Saxonia *lib. II. c. IV.* dicit, *ego montem accipio, in quo a memoria Karoli erecta est Capella Diuini auxilii nominata, hoc referens posteris quod propter cœleste præsidium in eo loco missum, memoriæ magni miraculi consecrata est. Laici vocant montem Sancti Adiutorii.* Et paullo post: *Monstrant incolæ locum castrorum ad Hasam.*

1) ANNALES FRANCORVM *ad a. 784.*

2) ANN. LAVRISHAMENSES & FVLDENSES *ad a. 785.* MONACHVS EGOLISMENSIS *c. VII.*

3) MONACHVS EGOLISMENSIS: *& misit post Widichindum & Albionem, & vtrosque ad se conduxit, & firmauit vt non se subtraxissent, nisi in Franciam ad eum venissent, petentibus illis securitatem si venissent, quod & factum est. Inde reuersus in Franciam misit illis obsides per Missum suum Amalwinonem. Quos cum recepissent, cum ipsis adiunxerunt se ad domnum Regem Carolum ad villam Attiniacum. Ibi baptizati sunt Widichindus & Albio vna cum sociis eorum & tunc tota Saxonia subiugata est.* REGINO ad a. 785. *Rex venit in Bardengau, & inde misit post Wittichindum et Albionem, & vtrosque ad se fecit venire, quos sacramento firmauit, vt in Franciam ad eum veniret. Qui, acceptis obsidibus, ad Attiniacum ad Regem venerunt, ibique baptiz*

iugata est, ipse vero Wittikindus a Carolo M. receptis bonis prædiisque suis patrimonialibus, Dux 4) constitutus fuit honorarius, Saxonia per Missos & Comites recta. 5) Episcopatus apud Saxones, ad spiritus illorum feroces mitigandos instituti, scholæ erectæ. 6)

§. XXI.

baptizati sunt. FRAGMENTVM ANNALIVM *Chronico Nebelungi subiectum* apud du CHESNE *Tom. II. p. 22. Widuchint baptizatus est, & Carlus Rex suscepit eum, ac donis magnificis honorauit.* POETA SAXO *ad a. 785.* ANNALISTA SAXO *ad a. 785.* Idem testantur ANNALES LAVRISHAMENSES, METENSES, TILIANI & FVLDENSES. Ex quo satis patet, Attiniaci baptizatum fuisse Wittikindum. Errasse ideo MICHAELEM BOIEMVM, qui eundem Mittebachii, seu Medebaci in diœcesi Coloniensi baptizatum fuisse dicit, in vita Alberti III. sub initium. ALB. KRANZIVS Saxonia *lib. III. c. III.* ex aliorum tamen sententia, Bardeuici vel Mindæ, WERN. ROLEWINK *lib. II. c. VII. de situ & moribus Westphal.* Bethlehemi in Westphalia, quem sequitur WINCKELMANNVS *not. Vet. Saxo-Westphal. lib. III. c. III.* quos ideo confutauit SCHVRTZFLEISCHIVS *not. ad Boiemum p. 664.*

4) Communis quidem est error, Wittikindum Regem primum, postquam autem a Carolo M. deuictus, Ducem fuisse Saxoniæ. Haut desunt inter recentiores, qui ipsum regem adpellant, nec destituti illi sunt veterum Scriptorum auctoritate. Hinc DITMARVS *lib. I. Chron. p. 326.* filium Theodorici & Reinildæ *ex VVidikindi Regis tribu exortum* appellat. CHRONICON EPISCOPORVM MINDENSIVM apud PISTORIVM §. 17. *quicquid prius Imperator Carolus, & VVedekindus, Rex Mindensium & Angarorum, ex magnificentia regia, in ornamentis & donariis plurimis, reliquerunt,* CHRONICON ANDEGAVENSE apud LABBEVM Tom. I. Bibl. MS. ad a. 784. *VVittichindus, rex Alborum & Saxonum, debellatus a Karolo, cum suis baptizatur.* AVTHOR INCERTVS *de fundatione quarundam Saxoniæ ecclesiarum* apud LEIBNITIVM Tom. I. p. 260. a. 780. *episcopatum Mindensem fundauit in honorem B. Petri, in loco vbi Rex Angarorum VVedekindus castrum habuit.* Verum, sine Rege fuit Saxonia, per Satrapas recta, prout testatur BEDA Hist. gentis Angl. lib. V. c. XI. *non enim habent regem iidem antiqui Saxones, sed Satrapis plurimis suæ genti præpositis, qui ingruente belli articulo, mittunt æqualiter sortes, & quemcumque sors ostenderit, hunc tempore belli Ducem omnes sequuntur. Huic obtemperant, peracto autem bello, rursum æqualis potentiæ omnes fiunt Satrapæ.* Idem dicit WITTICHINDVS Corbeiensis *lib. I. p. 634.* id quod etiam SCHVRTZFLEISCHIVS *diss. de VVittikindo M. §. 3. lit. e.* & REINHARDVS *de Officiis Imperii Saxonicis proœm. p. 10.* latius demonstrauit. Ipsum vero Wittikindum ANNALES LAVRISHAMENSES ad a. 777. vocant *vnum ex primoribus VVestphalorum.* Hinc KRANTZIVS Saxonia lib. II. c. XXII. Regis titulum hac ratione explicare conatur: *ferunt ante Regis aduentum Saxoniæ prouinciam administrari solitam per duodecim proceres alternis vicibus: quem vero grande bellum in administratione deprehenderat, eum regem habuere ad finem vsque belli. Inde factum est, vt veniente Karolo in prouinciam, VVedekindus dux Angariæ (Angariam vocant) in administratione erat, & ideo pro rege illis fuit durante bello, ac perinde in nonnullis codicibus rex Saxonum nominatur. Finito autem bello redibat in ius pristinum: reddita administratione comparibus suis. Sed id VVedekindo non permittebatur, alternata & in speciem aliam traducta totius prouinciæ gubernatione.* Scilicet, titulum quidem non habebat Wittikindus, regiæ tamen fere ob eximiam auctoritatem erat potestatis. Exinde facile patet, quid sentiendum sit de epitaphio Wittikindi, quod in Monumentis suis Paderbornensibus habet FERDINANDVS FVRSTENBERGIVS p. 138. *Monumentum VVittikindi, VVarnechini filii, Angriuariorum Regis XII. Saxoniæ Procerum Ducis fortissimi. Hoc Collegium Dionysianum in D. O. M. honorem priuilegiis, reditibusque donatum, fundauit & confirmauit. Obiit 807. relicto filio & Regni herede, VVigberto.* Scilicet, non nisi pro suppositio est habendum. Monumentum hoc Angriæ adhuc ostenditur. Sed, cum Angariense Collegium d. 16. Ianuarii 1416. auctoritate pontificia translatum, Herfordiam migraret, cineres Wittikindi fundatoris secum sumsit, qui adhuc ibidem monstrantur. Falsum itaque est, quod ALB. KRANTZIVS aliique tradunt, Wittikindi cineres per Henricum Aucupem Paderbrunnam esse translatos. Neque Dux Saxoniæ factus fuit Wittikindus, sed titulum saltim gerebat sine officio, exinde WITTICHINDO Corbeiensi *Ann. lib. I. pag. 638.* saltim *magnus Dux* dicitur. Et licet SIGEBERTO GEMBLACENSI *ad a. 785.* GOBELINO PERSONAE COSMODROMIO *at. VI. c. XXXVIII.* & in epistola ad Offam in MATTHAEI PARISII VITA OFFAE *p. 978.* quæ etiam reperitur apud BALVZIVM *Capit. Tom. I. p. 194.* dicatur *Dux Saxonum,* hoc tamen fit, antequam Carolo se subiiceret, vt ideo Ducem militiæ & præcipuum noter, minime dignitatis vel officii esset nomen. Patescit hoc maxime ex verbis GOBELINI PERSONAE, dum ait: *VVittikindus Dux Saxonum & Albio Saxo, ex Transalbina regione, Carolum pro gratia impetranda adeunt, quam consecuti baptizati sunt. Et deinde tota Saxonia subacta est.* Quare KRANTZIVS SAXONIA *lib. II. c. XXIV.* ait: *VVedekindus pacatus in sua sedet prouincia, VVestphaliam solum gubernans.* Per suam prouinciam sine dubio intelligit patrimonium Wittikindi, ipsi a Carolo restitutum. Hinc posteri ipsius, illis exceptis, quibus Saxonia gubernanda commissa est, non Ducis, sed Comitum nomen gesserunt. Vid. SCHILTERVS *de Inuestitura simultanea c. IV. §. IV.* dissertatio nostra *de Allodiis Imperii §. X.*

5) ADAMVS BREMENSIS lib. I. cap. VIII. *transacto igitur biennio, quod est anno Caroli XVIII. VVidekind incentor rebellionis ad fidem Caroli venit, baptizatus est ipse cum aliis Saxonum magnatibus, & tunc demum Saxonia subacta in prouinciam redacta est.*

6) DITMARVS *lib. VII. Chron. Merseburg. in fine* ait: *anno Dominicæ Incarnationis 800, prædictus Cæsar Carolus, ad sua virtutis & bonæ operationis deaurationem in vna die IIX. Episcopatus in Saxonia, Christo subdita, dispositis singularibus parochiis, constituit.* Sic etiam ADAMVS BREMENSIS *lib. I. c. VIII.* dicit, Saxoniam in VIII. Episcopatus fuisse diuisam, Moguntino & Coloniensi Archiepiscopo subiectam. Eundem numerum habet HELMOLDVS *Chron. Slau. lib. I. c. III.* Recenset eosdem CHRONOGRAPHVS SAXO *ad a. 781.* & ALBERICVS *ad a. 791.* Paderbornensem, Monasteriensem, Osnabrugensem, Mindensem, Hildesheimensem, Halberstadiensem, Verdensem & Bremensem. INCERTVS tamen AVCTOR *de fundatione quarundam Saxoniæ Ecclesiarum* apud LEIBNITIVM *Tom. I. p. 260.* ab anno 772. *ad a. 814.* plures memorat erectos fuisse Episcopatus, nec vno anno & die sed tempore successiuo, vt oppido falsum sit, quod DITMARVS refert a. 800. vna die octo erectos fuisse Episcopatus. Id quod satis etiam ex præcepto regis de a. 788. patet, apud ADAMVM BREMENSEM *lib. I. c. IX.* in quo Saxoniæ Episcopatus Moguntino & Coloniensi Archiepiscopo subiiciuntur. WOLTERVS Chron. Brem. apud MEIBOMIVM Tom. II. p. 19. dicit: *anno Domini septingentesimo octuagesimo octauo, Beatus Karolus, qui iuxta numerum literarum alphabeti in Almania partibus ad laudem omnipotentis*

§. XXI. Quietus mansit Saxonum status vsque ad annum 793. quo cum prælium factum esset inter Saracenos & Francos in Gothia, & in eo Saraceni superiores existerent, Saxones defecerunt. 7) Carolus autem insequenti anno ipsos duobus exercitibus circumdans, eo adegit, vt promitterent se esse Christianos & Regi fideles. 8) Recruduit bellum a. 798. dum Saxones Transalbini Legatos regis, qui ad eos, ob iustitias faciendas, missi erant, comprehensos interficerent. Quibus acceptis, Rex grauiter commotus, congregato exercitu Mindæ, Saxoniam inter Albim & Wiseram totam ferro & igni deuastat, fusi etiam Saxones fuerunt ab Abotritis. 9) Rex inde a. 794. tulit multitudinem Saxonum & quidem tertium hominem cum mulieribus & infantibus, & diuisit eos per Franciam, 10) Paderbrunnæ ædificauit ecclesiam miræ magnitudinis & diuisit totam prouinciam illam in parochias Episcopales. 11)

§. XXII. Anno 802. rebellabant iterum Saxones Transalbini, sed statim iterum fuerunt deuicti. 12) Tandem vero omnibus, qui resistere solebant, profligatis, 13) & in potestatem redactis, decem hominum millia ex his, qui vtrasque ripas Albis fluminis incolebant, cum vxoribus & paruulis sublatis transtulit Carolus, & huc atque illuc per Galliam & Germaniam multimoda diuisione distribuit. 14) Et postquam Carolus, partim bellis, partim suasionibus, partim etiam muneribus maxima ex parte gentem illam ad fidem Christi conuertisset, 15) eaque conditione a Rege proposita & ab illis suscepta, tractum per XXXIII. annos 16) in palatio ad Salam 17)

tentis Dei, eiusque dignissima genetricis solennes fundanit ecclesias. Verum, loquitur Wolterus de ecclesiis in vniuersa Germania fundatis, non saltim de Episcopatibus Saxoniæ, de quibus plenius egit ALBERTVS KRANTZIVS *Metropoli.*

7) ANN. FVLDENSES, LAVRISHAMENSES, POETA SAXO, REGINO, MONACHVS EGOLISMENSIS *ad a. 793.*

8) MONACHVS EGOLISMENSIS *ad a. 794.* ANNALISTA SAXO *ad a. 795.*

9) ANN. FVLDENSES, LAVRISHAMENSES, REGINO, MONACHVS EGOLISMENSIS ANNALISTA SAXO *ad a. 798.*

10) ANNALES FVLDENSES ad a. 794. *Saxones in Sinifelde congregati a Carolo subacti sunt, & tertius ex eis homo translatus.* ANNALES LAMBECIANI ad a. 794. *Karolus in Saxoniam pergens Saxones obtinuit, & tertium de eis hominem in Franciam educens collocauit.*

11) ANNALES FRANCICI *ad a. 799.* apud LAMBECIVM Tom. II. p. 380. *& Domnus Rex inde tulit multitudinem Saxonum cum mulieribus & infantibus, & collocauit eos per diuersas terras in finibus suis, & ipsam Terram eorum diuisit inter fideles suos, id est, Episcopos, Presbyteros, Comites, & alios Vassos suos, & ibi ad Padresbrunnum ædificauit Ecclesiam miræ magnitudinis, & fecit eam dedicare, & post hæc reuersus est in pace, ad Aquis Palatium.* Ex hoc P. IOSEPHVS CANTELIVS in *Historia vrbium Metrapolitanarum p. II. c. VII.* concludit, terras Saxoniæ inter Episcopos fuisse diuisas. Verum, diuisa quidem fuit Saxonia in certas diœceses, non vero territorium. Sic enim AEGIL *in vita Sturmii* apud SVRIVM 17. Dec. p. 289. de Saxonia: *post non longum tempus totam Prouinciam illam in parochias Episcopales diuisit.*

12) ANNALES FVLDENSES ad a. 802. *Transalbini Saxones a Francis vastantur.* Idem dicunt ANNALES LAVRISHAMENSES & MONACHVS EGOLISMENSIS *ad a. 802.*

13) hæc & sequentia verba sunt EGINHARDI *vita Caroli M. c. VII.*

14) Hanc translationem ANNALES ad a. 804. referunt. Sic ANNALES FRANCORVM FVLDENSES: *Carlus Saxones Transalbinos cum mulieribus & natis transtulit in Franciam, & pagos Transalbianos Obodritis dedit.* Huc facit etiam EGINHARDVS c. VII. *decem hominum millia ex his qui vtrasque ripas Albis fluminis incolebant, cum vxoribus & paruulis sublatos transtulit, & huc atque illuc per Galliam & Germaniam multimoda diuisione distribuit.* ANNALISTA SAXO ad a. 804. *æstate vero in Saxoniam cum exercitu perrexit, omnes, qui trans Albiam in Wicmodi habitabant, Saxones cum mulieribus & infantibus transtulit in Franciam & Pagos Trans-Albinos Abodritis dedit.* Idem tradunt ANNALES LAVRISHAMENSES, REGINO *ad a. 804.* POETA SAXO, LAMBERTVS SCHAFNABVRGENSIS & SIGEBERTVS GEMBLACENSIS *ad a. 803.* Licet isti saltim Transalbianos memorent.

15) verba sunt EIGILIS *vita Sturmii §. XXII.* Adstipulatur POETA SAXO *ad a. 803.*

--- nam se quisquis commiserat eius
egregia fidei ritus spernendo profanos,
hunc apibus ditans ornabat honoribus amplis.
Copia pauperibus Saxonibus agnita primum
tunc fuerat rerum, quos Gallia fert opulenta.
Prædia præstiterat cum Rex compluribus illic,
ex quibus acciperent pretiosa tegmina vestis,
argenti cumulos, dulcisque fluenta Lyæi.
His vbi primores donis illexerat omnes
subiectos sibimet reliquos obtinuerat armis.

16) EGINHARDVS c. VII. *Susceptum est igitur contra eos bellum, quod magna vtrimque animositate, tamen maiore Saxonum quam Francorum damno, per continuos XXXIII. annos gerebatur. Poterat siquidem citius finiri, si Saxonum hoc perfidia pateretur.* Idem c. VIII. *plures tamen eo bello tam ex nobilitate Francorum, quam Saxonum, & functi summis honoribus viri, consumti sunt, tandemque anno tricesimo tertio finitum est.* MARIANVS SCOTVS ad a. 775. *Subiecta Italia, Saxonicum bellum biennio ante Italicum inceptum, repetitum est, & per 33. annos permansit.* HVGO FLAVINIACENSIS *Chron. Verdun. apud* LABBEVM *Tom. I. p. 118. susceptum ergo bellum a Carolo contra Saxones per XXXIII. annos maiore damno Saxonum quam Francorum gestum est.* AVCTOR VITAE LVDOVICI PII *p. 346. finito tandem diutino atque cruentissimo Saxonico bello, quod, vt dicunt, triginta trium annorum tempus occupauit.* Sic etiam POETA SAXO ad a. 803.

Quos per ter denos & tres tam duriter annos
Linquere protracti penitus conamina belli
Plus Regis pietas & munificentia fecit,
quam terror.

ADAMVS BREMENSIS quidem *lib. I. c. VII.* ad Eginhardum prouocans, numerat saltim continuos annos XXX. Ast cum idem cap. XII. numerat XXXIII. annos, hunc locum esse corruptum putarem. Reliqui, qui triginta annos numerant, numero rotundo vsi fuisse videntur. De hoc tamen dubium adhuc superest, qua ratione dicti anni sint supputandi. AVCTOR quidem INCERTVS CHRONICI SLAVORVM apud LINDENBROGIVM *cap. III.* dicit: *Karo-*

lum 17) bellum constat a. 803. esse finitum, vt abiecto Dæmonum cultu, & relictis patriis ceremoniis, Christianæ fidei atque Religionis sacramenta susciperent, & Francis adunati vnus cum eis populus efficerentur. 18) Hinc etiam Comitiorum facti fuerunt participes. 19) A censu vero illos absoluit & tributo, decimas tamen illis imposuit clero soluendas. 20) Et licet in prouinciam redacti fuisse & durius habiti dicantur, illud tamen non de Saxonibus in vniuersum, sed illis saltim, qui abducti, intelligendum esse videtur, eo quod restiterunt, ipsisque ius paternæ hæreditatis ademtum, postquam tamen post septennium restituti, ius paternæ hæreditatis a Ludouico Pio iterum concessum. 21) Saxoniam vero per Comites & Missos rexit. 22) Ad Saxones autem conuertendos Carolus

Karolus Magnus ad fidem conuertit Christianam Saxones atque Thuringos, quia annis 33. continuis Pippinus genitor Caroli & Carolus bellauerunt contra Saxones. Tunc tandem Widikindus eorum princeps, deposita tyrannide, baptizatus est, cum omnibus magnatibus suis. Verum, dum finem belli cum Witikindi baptismo a. 785. faciat, ad supputandos triginta tres annos, a Pipini bellis omnino erit incoandum. Dum vero EGINHARDVS testis fide dignus, a Carolo M. bellum contra Saxones per 33. annos gestum fuisse enarret, hunc potius sequimur. Hoc si ab anno 772. incoemus, iusta vsque ad annum 804. erit supputatio.

17) POETA SAXO *ad a. 803.*

nobilis hic annus longi certaminc belli
tandem Saxones inter Francosque peracti
firmo perpetuæ conclusit fœdere pacis.
Augustus pius ad sedem Saltz nomine dictam
venerat.

Adde ECCARDVM *von Saltzburg p. 34.*

18) Verba iterum sunt EGINHARDI *c. XII.* Id quod plenius adhuc expressit POETA SAXO *ad a. 803.* dum ait:

huc omni Saxonum nobilitate
Collecta, simul has pacis leges inierunt.
Vt, toto penitus cultu rituque relicto
Gentili, quem dæmonica prius arte colebant
Decepti, post hæc fidei se subdere vellent

Hinc etiam WITTICHINDVS *lib. I. p. 634. ob id qui olim socii & amici erant Francorum, iam fratres & quasi vna gens ex Christiana fide facta est.* CONRINGIVS quidem *de Ciuibus Imperii* §. 26. contendit, solam Saxonum nobilitatem cum Francis fuisse adunatam, eo quod Poeta eiusdem saltim faciat mentionem. Ast, dum Eginhardus generatim loquatur, potius de vniuerso populo intelligimus.

19) Patet hoc ex Capitulari Saxonum apud FVRSTENBERGIVM *Monum. Paderborn. p. 305.* & BALVTZIVM *Tom. I. p. 275.* in cuius procemio hæc leguntur: *anno ab incarnatione Domini nostri Iesu Christi DCCXCVII. & XXI. ac XXII. regnante domno Carlo præcellentissimo rege, conuenientibus in vnum Aquis palatio in eius obsequio venerabilibus episcopis & abbatibus, seu illustris viris comitibus V. Kal. Nouemb. simulque congregatis Saxonibus de diuersis pagis tam de Westfalabis, & Angariis, quam & de Osstfalabis, omnes vnanimiter consenserunt, & aptificauerunt, vt de illis capitulis, pro quibus Franci, si regis bannum transgressi sunt, solidos LX. componunt, similiter Saxones soluent, si alicubi contra ipsos bannos fecerint.* Sic in Cap. III. *item placuit omnibus Saxonibus*, & cap. IX. *vna cum Consensu Francorum & fidelium Saxonum.* Licet ipsis Conuentus proprii fuerint interdicti. Capitulatio de Partibus Saxoniæ: *interdiximus, vt omnes Saxones generaliter Conuentus non faciant, nisi forte Missus noster de verbo nostro eos congregare fecerit.*

20) POETA SAXO *ad a. 803.*

at vero censum Francorum Regibus vllum
soluere nec penitus deberent atque tributum.
Sed tantum decimas diuina lege statutas
offerrent, ac præsulibus parere studerent.

Adde ADAMVM BREMENSEM *lib. I. cap. IX.* ANNALISTA SAXO. & ex hoc CHRON. QVEDLINBVRGENSE: *DCCCIII. Carolus, conuentu habito in palatio Saltz, Saxones antiqua libertate donauit, eosque pro conseruanda fide catholica ab omni soluit tributo, excepto, quod omnes diuites ac pauperes totius suæ culturæ ac nutrituræ decimas Christo & sacerdotibus eius fideliter reddere iussit.*

21) Sunt equidem, qui Saxonum libertatem sub Carolo M. impugnare conantur, inter quos potissimum est IO. GRYPHIANDER in tractatu *de Statutis Rolandinis c. XXII. & sqq.* Prouocatur ad diploma Caroli M. ecclesiæ Bremensi a. 788. concessum, quod reperitur apud ADAMVM BREMENSEM *lib. I. c. IX.* KRANTZIVM Saxonia *lib. II. c. XV.* in quo hæc verba leguntur: *proinde omnem terram eorum antiquo Romanorum more in prouincias redigentes, & inter episcopos certo limite disterminantes.* Ast, si integrum diploma examinemus, facile patebit, Carolum hæc saltim loqui de ordinata in certas diœceses prouincia, minime vero de durissimo iure prouinciali, dum ipse statim sub initium diplomatis, Saxonum libertatem his verbis efferat: *quapropter nouerint omnes Christi fideles, quod Saxones, quos a progenitoribus nostris, ob sua pertinacia perfidiam semper indomabiles, ipsique Deo & nobis tam diu rebelles, quousque illius, non nostra virtute, ipsos & bellis vicimus, & ad baptismi gratiam Deo annuente perduximus, pristina libertati donatos, & omni nobis debito censu solutos.* AVCTOR vero VITAE LVDOVICI PII *ad a. 814.* apertius Saxonum libertatem restrictam fuisse adserit, dum ait: *Quo etiam tempore Saxonibus atque Frisonibus ius paternæ hæreditatis, quod sub patre ob perfidiam legaliter perdiderant, Imperatoria clementia restituit. Quod alii liberalitati, alii improuidentiæ assignabant, eo quod hæ gentes feritati assuefactæ, talibus habenis deberent coërceri, ne scilicet effrænes in perduellionis procacitatem ferrentur. Imperator autem eo sibi arctius eos vinciri ratus, quo eis beneficia largiretur, non est spe sua deceptus. Nam post hæc easdem gentes semper sibi deuotissimas habuit.* Sed hæc verba non de vniuersa Saxonum gente, sed de illis saltim esse intelligenda, qui peruicacia sua Carolo restiterant, integer contextus docet, maxime cum libertatem se perdituros, stipulassent, si fidem fallerent, prout §. XVII. fuit adsertum. Vid. etiam REINECCIVS *de Saxonum Originibus p. 20.* MEIBOMIVS *introd. ad Hist. Saxoniæ Inferioris.* PFEFFINGER *Vitriario illustrato lib. I. Tit. II. §. 10. c. 20.*

22) Docet hoc nos POETA SAXO *ad a. 803.*

tum sub iudicibus, quos Rex imponeret ipsis
Legatisque suis permissi legibus vti
Saxones patriis & libertatis honore.

Licet tales iam antea eos habuisse, testatur CHRON. MOISSIACENSE ad a. 782. *habuit Karolus Conuentum magnum exercitus sui in Saxonia, ad Lippebrunem. Et constituit super eum Comites ex nobilissimo Saxonum genere.* Talis Comes erat Trutmannus, ad quem Præceptum de a. 789. extat ap. BALVTZIVM *Tom. I. p. 250.* ANNALES etiam FRANCORVM FVLDENSES *ad a. 798.* mentionem faciunt legatorum regiorum, qui ad iustitiam faciendam apud Saxones versabantur. Immo, ex eo, quod vna gens cum Francis fuerint facti, patet, Duces eos proprios non habuisse. Quare etiam ADAMVS BREMEN-SIS

rolus Bonifacio & post eiusdem martyrium, Sturmione, primo Abbate Fuldensi fuit vsus. 23)

§. XXIII. Post initium Saxonici belli, rogatu & precibus Hadriani, Romanæ vrbis Episcopi, exoratus, bellum contra Longobardorum Regem Desiderium a. 773. suscepit. 24) Desiderius enim Papæ offensus, eo quod defuncti Carolomanni filios, qui ad ipsum confugerant, coronare nollet. 25) Romanæ ditionis vrbes Exarchales potissimum, quas Pipinus sedi Romanæ concesserat 26) inuadebat, ipsam quoque Romam oppugnaturus. Carolus igitur ab Hadriano Papa per Petrum legatum inuitatus, 27) & postquam per legatos suos, quos Romam miserat comperisset, Desiderium vrbes ablatas non reddidisse, 28) bellum sibi contra Longobardos suscipiendum ratus, cum toto Francorum exercitu Gebennam Burgundiæ ciuitatem, iuxta Rhodanum sitam venit, ibique de bello suscipiendo deliberans, copias quas secum adduxerat, diuisit, & vnam partem cum Bernhardo patruo suo per montem Iouis ire iussit: alteram ipse ducens per montem Cinisum in Italiam contendit. Superatoque Alpium iugo, multa difficultate 29) Veronam venit, ibidem Gilbergam Carolomanni viduam cum filiis sese dedentem, in gratiam recepit, 30) Desiderium vero Regem frustra sibi resistere conantem citra congressum fugauit, 31) Ticinoque inclusum obsedit, & in oppugnatione ciuitatis, quia difficilis erat, totum hyberni temporis spatium consumsit, vsque dum illam a. 774. caperet, Desiderium Regem cum fami-

515 *Hist. Eccles. lib. II. c. IX.* ait: *nondum post tempora Caroli, propter veteres illius gentis seditiones, Saxonia Ducem accepit, nisi Cæsarem.* Hunc iisdem verbis sequitur HELMOLDVS *Chron. Slau. lib. I. c. X.* ALBERTVS *Stad. ad a. 961.*

23) Vide *Vitam S. Sturmionis* apud BROWERVM *Antiqu. Fuld. cap. IV. & V.*

24) EGINHARDVS *in vita c. VI.*

25) ANASTASIVS Vita Adriani p. 144. *Desiderius ipsum sanctissimum præsulem ad se properandum seducere conabatur, vt ipsos antefatos Carolomanni filios Reges vngeret, cupiens diuisionem in Regno Francorum immittere, ipsumque beatissimum Pontificem a charitate & dilectione excellentissimi Caroli Regis Francorum & patritii Romanorum separare .. sed fauente Deo hoc nullo modo potuit impetrare.* Et p. 150. *At vero dum per nullam occasionis versutiam potuisset, isdem malignus Desiderius persuadere antefatum sanctissimum Pontificem ad se deducendum, vt antefati Caroli magni* (legendum Carolomanni) *filios Reges vnxisset, & ipsum almoficum Pontificem a charitate & dilectione sæpe fati Christianissimi Caroli magni Regis separare voluisset, tunc pertinentia & audacia egressus a suo palatio &c.* ANNALISTA SAXO *ad a. 773.*

26) Recenset ANASTASIVS *in vita Hadriani p. 144.* vrbes a Desiderio occupatas: *quibus egredientibus ab hac Romana vrbe, & Perusiam coniungentibus coniunxit mandatum, quod iam fatus Desiderius abstulisset Ciuitatem Fauentiam, & Ducatum Ferrariæ, seu Comachium de Exarchatu Rauennate, quas sanctæ memoriæ Pipinus Rex, & eius filii Carolus & Carolomannus excellentissimi Reges Francorum, & patritii Romanorum beato Petro concedentes obtulerunt. Nec enim duo menses præterierunt, quod ipse sanctissimus vir pontificatus culmen adeptus est. Ita isdem atrocissimus Desiderius easdem abstulit Ciuitates constringens ex omni parte Ciuitatem Rauennatium, & Casales ac omnia præsidia Rauennatia occupans, cunctaque victualia, familias etiam, seu peculia ipsorum, vel quæque in ipsis præsidiis habere videbantur, abstulit.* Idem tradit PAVLVS DIACONVS *Hist. Longob. lib. VI. cap. LXI.* SIGONIVS *de regno Italico lib. III. ad a. 772.* Ex hoc loco Romani in dissertatione historica de summo Apostolicæ sedis Imperio in vrbem Comitatumque Comacli iura sua demonstrare conantur. His tamen attentatis AVCTOR *des Droits de l' Empire sur l' etat Ecclesiastique* satis obuiam iuit.

27) AVCTOR VITAE ADRIANI I. apud MABILLONIVM *Tom. I. Musei Italici p. II. p. 39. Eo tempore Desiderius Romanæ Ecclesiæ castra & prædia more antecessorum suorum nimis vastabat. Quapropter Papa prædictus commotus, Carolum, Francorum Regem, contra Desiderium in Italiam inuitauit.* ANASTASIVS *pag. 150. 151.* ANNALES FRANCORVM, POETA *ad a. 773.* AVCTOR GESTORVM ADRIANI I. apud FERDINANDVM VGHELLVM *Italia Sacra Tom. II. p. 114.*

.. Desiderio Roma regnante superbo
Et tres Ecclesiæ morsu nimio lacerante
Idem vir fortis (Adrianus) *quo pestem vinceret hostis*
Tunc regem Carolum vocitauit amicus amicum
ad prosternendum magna virtute proteruum

28) ANASTASIVS Vita Adriani p. 151. *post hæc coniunxerunt ad sedem Apostolicam missus Caroli, excellentissimi Regis Francorum & Patritii Romanorum, id est, Georgius sanctissimus Episcopus, Gulfardus religiosus Abbas & consiliarius, seu Albinus, Deliciosus ipsius Regis, inquientes si præfatus Longobardorum Rex abstultas ciuitates & omnes iustitias beati Petri reddidisset, sicut falsse in Franciam dirigebatur, asserens, se omnia reddidisse. Et satis facti sunt præsentialiter, nihil ab eo redditum fuisse.* Desiderius tamen in litteris ad Grimoaldum, Viterbiensem Comitem omnem culpam in Adrianum reiicit, maxime, dum ita scribit: *Nos non sumus Tusciæ destructores, vt nos apud Gallos accusat Hadrianus Papa &c. Hoc non est Etruriam destruere, vt nos arguit Hadrianus, qui pacem vltro a nobis oblatam respuit* apud SIGONIVM *lib. III. de Regno Italiæ pag. 85.* Adde ANASTASIVM *Adriano p. 144. sqq.*

29) EGINHARDVS c. VI. *Italiam intranti, quam difficilis Alpium transitus fuerit, quantoque Francorum labore inuia montium iuga, & eminentes in cælum scopuli atque asperæ caules superata sint, hoc loco describerem, nisi vitæ illius modum potius, quam bellorum, quæ gessit, euentus memoriæ mandare animo esset propositum.*

30) ANASTASIVS Vitis Pontificum p. 153. *Adalgisus, Desiderii filius, adsumens secum Autcharium Francum, & vxorem atque filios sæpe dicti Carolomanni in ciuitate quæ Verona vocatur, pro eo, quod fortissima præ omnibus Longobardorum esse videretur, ingressus est.* Et p. 154. *Dum Carolus illuc coniunxisset, protinus Autcharius & vxor atque filii sæpius nominati, Carolomanni, propria voluntate eidem benignissimo Carolo Regi se tradiderunt, vsque recipiens eius excellentia denuo repedauit Papiam.* Adde SIGONIVM *de R. Italiæ lib. III. p. 87.*

31) ANASTASIVS Vita Adriani p. 153. *Deus misit terrorem & validam trepidationem in cor Desiderii vel filii ipsius, Adalgisi scilicet, & vniuersorum Longobardorum & inter eadem nocte dimissis propriis tentoriis atque omni supellectile fugam omnes generaliter, nemine eos persequente, arripuerunt.* ANNALES LAVRISHAMENSES ad a. 773. *Carolus,*

familia & cunctis, qui cum eo erant captiuum faceret. 32) Finis igitur huius belli fuit subacta Italia. 33) Rex Desiderius cum vxore Ansa & filia captiuus in Franciam fuit ductus, 34) perpetuo exilio Leodium deportatus, licet Aquisgrani defunctus fuisse videatur. 35) Filius eius Adalgisus primo Veronam, inde Constantinopolia fugit, 36) terræ Langobardis ereptæ, Hadriano, Romanæ ecclesiæ Rectori restitutæ, 37) erga Longobardos vero omni clemen-

lus, superato Alpium iugo, Desiderium Regem frustra sibi resistere conantem citra congressum fugauit. Assentiuntur ANNALES FVLDENSES, BERTINIANI & reliqui *ad d. a.* POETA SAXO *ad d. a. Congressu nec dum facto terrore fugauit.* Falsum itaque est, quod GOTFRIDVS VITERBIENSIS *Chron. p. XVII. p. 444.* ait:

Campus apud Ligures, Mortaria rite vocatur
Rex vbi congreditur, Ligurum pars victa fugatur
Sic Desiderii copia terga dedit.
Pro nece multorum quæ facta fuit populorum
Dicitur illorum Mortaria nomen agrorum
Quæ peregrinorum stat modo grande forum.

Adde SIGONIVM *de Regno Italiæ lib. III. p. 86.*

32) ANASTASIVS Vita Adriani p. 153. *Desiderius quantocyus cum suis iudicibus velociori cursu fugiens, atque Papiam coniungens ibidem se cum ipsis suis iudicibus & multitudine populi Longobardorum recludi studuit. Et muniens muros ipsius ciuitatis ad resistendum Francorum exercitibus, & propriam defendendam ciuitatem cum suis Longobardis se præparauit.* PAVLVS DIACONVS *in Supplemento Longobardicorum p. 179. Carolus Desiderium persecutus Papiam ex omni parte circumdans vallauit. - - Cum iam per VI. menses ibi moraretur, relicta ibi exercitus multitudine ipse Romam deuotissimus venit, reuersusque Papiam ipsamque obsidens fortiterque debellans eandem ciuitatem, simulque & Desiderium, Longobardorum Regem atque cunctos, qui cum eo erant, comprehendit, suæque potestati subiugauit, dominans Italiam.* Adde ANNALES BERTINIANOS, FVLDENSES, LAVRISHAMENSES, SIGEBERTVM GEMBLACENSEM *ad a. 773. 774.*

33) ANNALES METENSES ad a. 774. *Carolus Papiam venit, ipsamque ciuitatem cepit - - ibique venientes vndique Longobardos de singulis ciuitatibus Italiæ subdiderunt se dominio gloriosi Caroli.* ANNALES BERTINIANI ad a. 774. *tunc Carolus, ipsa Italia sibi subiugata, & ordinata custodia Francorum in Papia ciuitate, dimittens, cum vxore & reliquis Francis, Deo adiuuante cum magno triumpho Franciam reuersus est.* Adde reliquos ANNALES FRANCORVM & POETAM SAXONEM *ad a. 774.* MONACHVM EGOLISMENSEM *p. 48.*

34) ANNALES METENSES ad a. 774. *Carolus Desiderium Regem cum vxore & filia, & omnibus thesauris palatii cepit.* ANNALES LAMBECIANI *in Tomo II. Comment. de Biblioth. Vindob. c. V. p. 372. Karlus regreditur in Franciam, adducens secum Desiderium & coniugem eius ac filiam.* ANNALES FVLDENSES *ad a. 774. Langobardi obsidione pertæsi pariter cum rege Desiderio egrediuntur ad Regem. Ille vero altera die cum hymnis & laudibus vrbem ingrediens, thesauros regum repertas exercitui distribuit, & cunctum Italiæ regnum adeptus, in Franciam regreditur, ducens secum Desiderium cum coniuge eius.* Desiderii vxorem nominant ANNALES NAZARIANI ad a. 774. *Desiderius Rex & Ansa, vxor eius exiliati sunt in Franciam.*

35) CHRON. LEODIENSE apud LABBEVM *nou. Bibl. Mstorum Tom. I. p. 335. ad a. 774. Carolus regnum Italiæ cepit, & Desiderium Regem in exilium direxit Agilfrido Episcopo* Clarius SIGEBERTVS GEMBLACENSIS ad a. 774. *Desiderius Rex cum vxore & filia, & cunctis principibus capitur & perpetuo exsilio ad Gallias Agilfredo Leodiensium Episcopo dirigitur.* ANSELMVS *Gestis Pontificum Leodiensium c. XXIII. præfatum vero Regem & eius coniugem secum in Franciam deportauit & in exilium eos ad supradictum dominum Agilfridum Episcopum apud Leodium misit.* Sequitur ALBERICVS *ad a. 775.* & CHAPEAVILLVS *notis ad Anselmum.* Male igitur Corbeiam supponit HEPIDANNVS *ad a. 772.* scribens: *Paucia ciuitas conquisita, & Desiderius & Ansa vxor eius pariter exsiliati sunt ad Corbeiam, & ibi Desiderius in vigiliis & orationibus & ieiuniis & multis bonis operibus permansit vsque ad diem obitus sui.* Verum IO. MABILLONIVS *præf. Actorum Sanctorum Benedict. Sect. III. p. II. p. 14.* nullam eius rei apud Corbeienses reperiri memoriam testatur. Videtur tamen postmodum Aquisgranum fuisse delatus, ibidemque defunctus. Sic enim scribit GOTFRIDVS VITERBIENSIS *p. XVII. Chron. p. 144.*

Traditur (Desiderius) *exilio pariter cum coniuge vinctus*
cuius Aquisgrani carcere vita cadit

Quare etiam IO. NOPPIVS *Chron. Aquensi p. I. c. V.* Desiderium Aquisgrani ad pedes Caroli M. fuisse sepultum testatur, idque ex antiqua traditione Reineri a Wachtendunck Canonici Senioris. Adde BARTH. FISEN *Hist. Eccles. Leod. ad a. 774.*

36) Primum Veronam aufugit, de quo ANASTASIVS *Vita Adriani p. 153. Adalgisus adsumens secum Autcharium Francum & vxorem atque filios Carolomanni, in ciuitate, quæ Verona nuncupatur, pro eo, quod fortissima præ omnibus ciuitatibus Longobardorum videretur, ingressus est.* Idem p. 154. *Et dum agnouisset, fugam arripuisse in Veronam, prænominatum Adalgisum, relinquens plurimam partem ex suis exercitibus Papiæ, ipse cum aliquanto fortissimis Francis in eandem Veronam properauit ciuitatem.* Inde Constantinopolim fugit, de quo ANNALES METENSES ad a. 774. *Adalgisus filius Desiderii fugiens nauim intrauit, & per mare Constantinopolim vsque peruenit.* ANNALES FVLDENSES ad h. a. *Adalgisus filius eius Constantinopolim fugit.* Quanto in honore apud Constantinopolitanos fuerit, docent ANNALES LAVRISHAMENSES *ad a. 774.* dum scribunt: *Adalgisus, filius Desiderii, in quo Longobardi multum spei habere videbantur, desperatis patriæ rebus, relicta Italia, in Græciam ad Constantinum Imperatorem se contulit, ibique in patritiatus ordine atque honore consenuit.* Adde ANNALES BERTINIANOS, ANNALISTAM SAXONEM *ad a. 774.* POETA SAXO *ad a. 774.*

. . . Adalgis
cum Longobardis in eo spes ampla maneret
diffidens rebus patriæ se contulit inde
ad Constantinum Græcorum sceptra regentem,
a quo Patritius præclaro munere factus
hoc in honore sua permansit ad vltima vitæ

Falsum itaque est, quod SIGONIVS *lib. IV. de R. Italiæ pag. 94.* scribit: Adalgisum a. 788. in Caroli potestatem concessisse, & in tormentis expirasse. BERNARDVS SACCVS *Historia Ticinensi lib. X. c. XVII. p. 769.* qui Adalgisum in Sicilia contra Carolum arma mouentem dicit fuisse occisum. Adde ECCARDI *Stemma Desiderianum §. II.*

37) Sunt verba EGINHARDI *sub finem Cap. VI.* MONACHVS EGOLISMENSIS *ad a. 774.* HVGO FLAVINIACENSIS *ad a. 772.* Vita Adriani apud MABILLONIVM *Museo Italico Tom. I. p. alt. p. 39. eo siquidem tempore Desiderius regnum Longobardorum tenebat, & Romana ecclesiæ castra & prædia more antecessorum suorum nimis vastabat. Quapropter Papa prædictus commotus, Carolum Francorum Regem, sicut in gestis ipsius Caroli legitur, contra Desi-*

clementia vsus fuit Carolus, 38) liberum cuiuis relinquens, qua lege viuere vellet.

§. XXIV. A. 775. Rotgaudus, Foroiuliensis Dux in Italia res nouas moliebatur, 39) contracta cum Stabilinio, quem Carolus Marchiæ Taruisinæ præfecerat, societate. Verum, Carolus contra Rotgaudum in Italiam profectus, eundem interfecit, Stabilinium in Taruiso ciuitate cepit. 40) Rebellabat etiam Aragisus, Dux Beneuentanus, ast, dum Carolus a. 786. cum exercitu Capuam venisset, reliquit Arigisus Dux Beneuentum, in Salernum se reclusit, & filios suos Romualdum & Grimaldum cum multis muneribus & obsidibus in Caroli castra misit, Carolus elegit duodecim obsides, cum Grimaldo, & acceptis muneribus, iurauerunt omnes Beneuentani Carolo. 41) Licet postmodum Arigisus Salernum muniret, primus Beneuenti Principem se adpellari iuberet, ab Episcopis vngi se faceret, & coronam sibi imponeret, atque in suis chartis: scriptum in sacratissimo nostro palatio, in fine scribere præciperet. 42) Succedebat Arigiso Grimaldus cum Caroli M. consensu, cui tamen duras Carolus præscripsit conditiones. 43) Hic Francis primum contrarius 44) postea ipsis auxilio fuit contra Græcos atque 7000. solidorum singulis annis tributi loco persoluit. 45)

§. XXV. Exinde memoranda veniunt iura aduocatiæ atque Patritiatus Romanorum, quæ Carolus M. fuit adeptus. Scilicet, postquam Caroli M. pater Pipinus, Stephanum Papam ab Aistulpho Longobardorum Rege liberasset, ipsum non solum sed etiam filios eius Carolum atque Carolomannum A. C. 754. constituit Patritios, 46) per quam digni-

Desiderium in Italiam inuitauit. Qui etiam Carolus non prius destitit, donec Desiderium bellis fatigatum perpetuo exilio damnaret, & filium eius Italia pelleret, resque direptas Adriano Papæ restitueret, & filium suum Pipinum Italiæ præficeret. Adde WALTRAMVM *de Vnit. Eccles. conser. lib. II. cap. XV.* Pleno equidem iure has vrbes Papæ fuisse traditas contendit IL DOMINIO DELLA SEDE APOSTOLICA *p. 4.* de quo Scriptores antiqui tacent.

38) PAVLVS DIACONVS *de Episcopis Metensis Ecclesiæ* p. 289. *Carolus Longobardorum gentem vniuersam sine graui prælio suæ subdidit ditioni, & quod raro fieri assolet, clementi moderamine victoriam temperauit.* Carolus etiam Leges Longobardicas minime, prout BERNHARDVS SACCVS *lib. X. Hist. Ticinensis c. XVI. p. 768.* autumat, abrogauit, quin potius illas plurimum adauxit. Patet enim ex Legibus Longobardicis ab ipso adauctis, in cuius procemio hæc habentur: *considerantes vtilitatem nostram & populi a Deo nobis concessi ea quæ ab antecessoribus nostris Regibus Italiæ in edictis legis Longobardicæ ab ipsis edita prætermissa sunt iuxta rerum & temporum considerationem addere curauimus, solliciti vt necessaria, quæ legi defuerunt, supplerentur.* Sic etiam Leges Longobardicas diutius apud Italos fuisse seruatas, patet ex NARRATIONE CONTENTIONIS DE CELLA S. MARIAE IN MINIONE inter Monachos Fartenses & Sanctorum Cosmæ & Damiani, in qua: *secundum legem Longobardam nos defendimus, quia per centum & eo amplius annos res nostri monasterii sic defensata est: Quod cum Imperatori fuisset relatum, dixit: si ipsum monasterium per Legem Longobardorum fuit defensatum, a sua lege nullatenus subtraho eum.* Licet Carolus cuiuis liberum reliquerit, an Lege Romana, Longobarda, & Salica vellet viuere, de quo SIGONIVS *de Regno Italiæ lib. IV. p. 90. Idem Carolus legem etiam Salicam in Italiam intulit. - - Ita ab hoc tempore tribus Italia legibus vixit, Romana, Longobarda, & Salica. Obseruatum est autem, vt qua quisque lege viuere vellet, profiteretur, atque ex ea ius illi diceretur. Quam consuetudinem Italia inde vsque ad Lotharii II. Imperatoris tempora conseruauit.* Quare etiam non defuerunt in Italia, qui lege Salica viuerent, prout superiori Periodo *II. §. XV.* demonstraui.

39) ANNALES LAVRISHAMENSES ad a. 776. *Regi nuntiatur, Rotgaudum Longobardum, quem Foroiuliensibus Ducem dederat, in Italia res nouas moliri, etiam complures ad eum ciuitates defecisse.* ANNALES LOISELIANI ad a. 775. *tunc audiens, quod Rotgaudus Longobardus fraudauit fidem suam, vt omnia Sacramenta rumpens & voluit Italiam rebellare.* POETA SAXO *ad a. 776.*

40) CHRON. MASCIACENSE ad a. 776. *perrexit Rex Carolus in Italiam & occiso Rotgaudo, qui illi rebellis erat, obsederuntque Stabilinium, socerum suum, Taruiso ciuitate. Eo capto, dispositisque omnibus rediit cum suis Francia.* ANNALISTA SAXO *ad a. 776. Karolus Rex Italiam ingressus, Foroiulianorum partes petiuit, Rotgaudum rebellem captum decollari iussit, deinde ad Taruisium ciuitatem veniens Pascha celebrauit, & ordinatis rebus derelictisque custodibus ex Francis in ciuitatibus, quæ aduersus eum senserant, in Franciam cum prosperitate reuersus est.* MON. EGOLISMENSIS *vita Caroli p. 50. Carolus, Foroiulio & Taruiso captis cum reliquis ciuitatibus, quæ rebellauerunt, misit in eos Francos.* Adde ANNALES FVLDENSES, PETAVIANOS, LAMBECIANOS *ad a. 776.*

41) MON. EGOLISMENSIS *pag. 52.* EGINHARDVS *c. X.* ANNALES FRANCORVM, POETA SAXO *ad a. 786.* ANNALISTA SAXO *ad a. 787.* ERCHEMPERTVS *Hist. Longobard. n. 2.*

42) Verba sunt ERCHEMBERTI *Hist. Longob. n. 3.*

43) ERCHEMBERTVS *n. 4. defuncto dehinc Arichi, consilio habito Beneuentanorum Magnates Legatos ad Karolum destinarunt, multis eum flagitantes precibus, vt iam fatum Grimoald, quem a genitore obsidem iam priore susceperat, sibi praeesse concedere dignaretur. Quorum petitionibus Rex annuens, illic continuo prædictum contulit virum simulque ius regendi Principatum largitus est; sed prius pactis huiusmodi vinxit: vt Longobardorum mentum tonderi faceret. Chartasque vero nummosque sui nominis characteribus superscribi semper iuberet. Ac muros Salerni, Acheruntia, & Consiæ funditus euerteret. Accepta denique licentia repedandi, a Beneuenti ciuibus magno cum gaudio acceptus est. In suis aureis eius nomen aliquamdiu figurari placuit; schedas similiter aliquanto iussit tempore exarari, reliqua autem pro nihilo duxit obseruanda; mox rebellionis iurgium initiauit.*

44) ERCHEMPERTVS *n. 6.*

45) ANNALES LAVRISHAMENSES *ad a. 800.* atque *ad a. 814. Ludouicus cum Grimoaldo, Beneuentanorum Duce, pactum fecit, atque firmauit eo modo, quo & pater, vt Beneuentani tributum singulis annis VII. millia solidorum darent.*

46) De Pipino quidem Patricio constituto, communi ore adserunt Scriptores. LEO OSTIENSIS Chron. lib. I. c. VIII. *propter quod* (cessum Exarchatum) *tum Romanorum etiam Patricius constitutus est.* ALBERICVS etiam Chron. ad a. 750. Carolum Martellum fuisse Patritium, auctor est, dum ait: *tertius autem Gregorius non solum vectigalia interdixit, sed etiam Karolo Martello Francorum principi missis*

dignitatem ipsis tunc temporis iura defensionis sedis Romanæ fuerunt concessa. Dum autem Adrianus Papa per legatum suum Petrum, Carolum ad auxilia contra Desiderium ferenda inuitaret, hac ratione vtebatur, quod ipse legitimus tutor & defensor esset ipsius ecclesiæ, quoniam illum Stephanus Papa in Patricium Romanorum ordinauerit. 47) Hinc denuo iura Defensionis atque Aduocatiæ Romanæ Carolo fuerunt concessa.

§. XXVI. Dum vero per mensium spatium Carolus in obsessione Papiæ vrbis moraretur, circa Paschatis festum Romam properans, vbi cum magna solennitate a Papa & Proceribus Romanis cum crucibus & vexillis fuit receptus, ipseque in Patritium Romanorum non solum constitutus, 48) sed etiam sub hac dignitate iureque, Adrianus Papa, habita

missis reliquiis & muneribus pretiosis, salutauit eum Apostolicis scriptis, quibus & significauit, quod Romanus cum clerus & populus elegissent Romana patricium vrbis & ecclesia defensorem. Itaque Karolus Martellus fuit patritius Romanus, Pippinus filius eius fuit patritius Romanus, Karolus Magnus filius eius fuit patritius Romanus, donec factus fuit Imperator, quod maius est. Licet de Carolo Martello certum sit, quod quidem defensor fuerit constitutus sedis Romanæ, non æque Patritius, prout ex epistola Gregorii III. Papæ V. & VI. demonstrauit PETRVS de MARCA *Concordia sacerdotii & Imperii l. I. c. VII. n. 3.* Sed WALTRAMVS *de vnitate ecclesiæ conseruanda sub initium* dicit: *inde legitur, Stephanum papam venisse ad regem Pippinum, & postulasse patrocinium eius contra Haistulfum regem Longobardorum, ac ipsius patrocinii gratia decreuisse quemlibet deinceps regem Francorum patritium esse Romanorum.* Licet autem hoc nondum adeo certum sit, patet tamen, Carolum & Carolomannum æque patritios fuisse constitutos. Sic enim Paulus Papa apud du CHESNE *Tom. III. ep. XL.* & STEPHANVS Papa *ep. XLV.* hoc vtuntur titulo: *Domnis excellentissimis filiis Carlo & Carlomanno Regibus Francorum & Patritiis Romanorum.* Factum illud cum Stephanus III. Papa Pipinum vna cum Carolo & Carolomanno a. 754. inungeret in Reges. Sic enim ANNALES METENSES ad a. 754. de Stephano: *ordinauitque secundum morem maiorum vnctione sacra Pippinum piissimum Principem Francis in Regem, & Patritium Romanorum: & filios eius duos felici successione Karolum & Karolomannum eodem coronauit honore.* ANNALES LAVRISHAMENSES, BERTINIANI, reliquique idem tradunt de Carolo & Carolomanno in Reges vnctis, non vero de Patritiatus honore. Immo, HVGO FLAVINIACENSIS *Chron. Verdunensi* apud LABBEVM *Tom. I. pag. 104.* ab isto tempore Imperialem Francorum dignitatem reputat, dum scribit: *Sed & Stephanus, qui Zachariæ successerat propter infestationem Aistulphi Regis Longobardorum decimo quarto die mensis Octobris Roma egressus Indictione septima Papatus sui anno secundo ab Incarn. Dom. DCCLIV. ad Pipinum venit in Francia, & constituit eum Romanæ ecclesiæ defensorem, & Principem, & confirmauit vnctione sua in Regem, & vnxit duos filios eius Carolomannum & Carolum. Et tunc ablata est Roma a subiectione Imperii Græcorum.* Hunc sequuntur reliqui Annales. MABILLONIVS *lib. II. c. III. n. 9.* putat, honorarium duntaxat fuisse titulum Pippino, eiusque filiis primum a Stephano fuisse concessum, idque ex eo confirmat, quod nullus eorum hoc titulo vsus. Ast, potius videtur, sub Patritii titulo, ipsis concessa fuisse iura defensionis Romanæ, dum Stephanus III. Papa in epistola VI. ad Pipinum Regem Francorum, ita scribat: *nulli alii, nisi tantummodo tuæ amantissimæ Excellentiæ, vel dulcissimis filiis, & cunctæ genti Francorum per Dei præceptionem, & beati Petri sanctam Dei ecclesiam, & nostrum Romanorum Reipublicæ populum commisimus protegendum.*

47) Clare illud innuunt ANNALES METENSES ad a. 773. *cum hiemaret Rex Karolus in villa quæ dicitur Theodonis, ibi venit ad eum Missus domni Adriani Papæ nomine Petrus, obnixe postulans, vt ad defendendam Ecclesiam Romanam festinaret, & vt populum Romanum de manibus superbi Regis Desiderii liberaret, adiungens, quod ipse legitimus tutor & defensor esset ipsius Ecclesiæ, quoniam illum prædecessor suus beatæ memoriæ Stephanus Papa vnctione sacra liniens, in Regem ac Patricium Romanorum ordinauit.* Idem dicunt alii Scriptores, quod Carolo M. primum saltim iura defensionis fuerint concessa. Sic enim MONACHVS EGOLISMENSIS apud du CHESNE Tom. III. p. 69. *post Pippinum Pium regnauit domnus Carolus filius eius, quem postea Romani elegerunt sibi Aduocatum sancti Petri contra Reges Longobardorum. Deinde ipsum domnum Carolum elegerunt sibi in Patricium Romanorum. Deinde eleuauerunt in Imperatorem & Augustum.* Quare etiam ante concessa plena iura Patriciatus, defensoris saltim titulo vsus fuit in Capitulari primo ad a. 769. apud BALVZIVM *Tom. I. p. 189. Karolus gratia Dei Rex regnique Francorum rector, & deuotus sanctæ Ecclesiæ Defensor, atque adiutor in omnibus apostolicæ sedis.*

48) Late hæc narrat ANASTASIVS vitis Pontificum *pag. 154.* dum ita loquitur: *& dum per sex mensium spatium ipse Francorum Rex Papiæ demoraretur in obsessione ipsius Ciuitatis magnum desiderium habens ad limina Apostolorum properandi, considerans, quod & sacratissima Paschatis festiuitas appropinquasset: tunc abstollens secum diuersos Episcopos, Abbates etiam & Iudices, Duces nempe, & Graphiones cum plurimis exercitibus hic Romam per Tusciæ partes properauit, ita festinanter adueniens, vt in ipso Sabbato sancto se liminibus præsentaret apostolicis. Cuius aduentum audiens antedictus beatissimus Hadrianus Papa, quod sic repente ipse Francorum aduenisset Rex in magno stupore, & extasi deductus, direxit in eius occursum vniuersos iudices ad fere triginta millia ab hac Romana vrbe in locum, qui vocatur nouas, vbi eum cum bandora (banderia, siue vexillo militari) susceperunt. Et dum appropinquasset fere vnius milliario a Romana vrbe direxit vniuersas scholas militiæ vna cum patriciis, simulque & pueris qui ad discendas literas pergebant, deportantes omnes ramos palmarum, atque oliuarum, laudesque omnes canentes cum acclamationum earundem laudum vocibus ipsum Francorum susceperunt Regem: obuiam illi eius sanctitas dirigens venerandas cruces, id est, signa, sicut mos est ad Exarchum, aut patritium suscipiendum, eum cum ingenti honore suscipi fecit. Ipse vero a Deo institutus benignissimus Carolus magnus Francorum Rex, & Patritius Romanorum, qua hora easdem sacratissimas cruces, ac signa sibi obuiam aduenisse conspexit, descendens de equo, quo sedebat, ita cum suis Iudicibus ad beatum Petrum pedestris properare studuit. Quod quidem almificus antedictus Pontifex diluculo surgens in eodem Sabbato sancto cum vniuerso Clero, & populo Romano ad beatum Petrum properauit ad suscipiendum eundem Francorum regem, & in gradibus ipsius apostolicæ aulæ, eum cum clero suo præstolatus est. Coniungente vero eodem Excellentissimo, ac benignissimo Carolo Rege omnes gradus sigillatim eiusdem sacratissimæ beati Petri deosculatus est, & ita vsque ad prænominatum peruenit Pontificem. Vbi in atrio super gradus iuxta fores Ecclesiæ assistebat. Eoque suscepto*

habita synodo, sanctione pragmatica omne ius eligendi pontificem & ordinandi sedem Papalem concessit, 49) vt hac ratione sub titulo atque dignitate Patriciatus omne ius in vrbem & Papam Romanum Carolo concederetur. 50) Adriano defuncto, Leo Pontificatum suscepit, & mox per legatos suos claues Confessionis S. Petri ac vexillum Romanae vrbis cum aliis muneribus Regi misit, rogauitque, vt aliquem de suis optimatibus Romam mitteret, qui populum Romanum ad suam fidem atque subiectionem per sacramentum

sceptro mutuo se amplectentes, tenuit idem Christianissimus Carolus Rex dexteram manum antedicti Pontificis. Haec vltima verba satis indicant, superioritatem Caroli prae Pontifice.

49) SIGEBERTVS GEMBLACENSIS ad a. 773. *Adrianus Papa ad tuendas res ecclesiae Carolum Romam accersit. Qui pergens, Papiam obsidet, ibique relicto exercitu Romam peruenit, sanctam resurrectionem ibi peregit, postea rediens Papiam cepit. Iterumque Romam rediit, Synodum constituit cum Adriano Papa, aliisque 154. religiosis episcopis & abbatibus, in qua Adrianus Papa cum vniuersali synodo dedit ei ius eligendi Pontificem & ordinandi Apostolicam sedem, dignitatem quoque Principatus.* Id quod SIGEBERTVS dicit *dignitatem Principatus*, in c. 22. dist. LXIII. dicitur *dignitas Patriciatus. Hadrianus Papa Romam venire Carolum Regem ad defendendas res Ecclesiae postulauit. Carolus vero Romam veniens, Papiam obsedit: ibique relicto exercitu in sancta Resurrectione ab Hadriano Papa Romae honorifice susceptus est. Post sanctam vero Resurrectionem reuersus Papiam, cepit Desiderium Regem: deinde Romam reuersus, constituit ibi Synodum cum Hadriano Papa in Patriarchio Lateranensi, in Ecclesia Sancti Saluatoris, quae Synodus celebrata est a CLIII. Episcopis religiosis & Abbatibus. Hadrianus autem Papa cum vniuersa Synodo tradiderunt Carolo ius & potestatem eligendi Pontificem, & ordinandi Apostolicam Sedem. Dignitatem quoque Patriciatus ei concesserunt. Insuper Archiepiscopos, & Episcopos per singulas prouincias ab eo inuestituram accipere definiuit: & vt nisi a Rege laudetur, & inuestiatur, Episcopus a nemine consecretur: & quicunque contra hoc decretum ageret, anathematis vinculo eum innodauit & nisi resipisceret, bona eius publicari praecepit.* Vid. THEODOR. a NIEM *priuil. & iura Imperii p. 249.* SCHILTER *Instit. I. P. Tom. post p. 1.* CONRING *de Germanorum Imperio Romano c. VI.* MELCH. GOLDASTI *replicatio pro Imperio.* IO. SCHILTER *de sublimi Patritiatus honore.* IO. FRID. KREBSIVS *exercitatione Anti-Baroniana de Caroli M. Patritiatu Romano.*

50) Multum adhuc disputatur, quid olim fuerit Patritius vrbis Romae. Primis quidem temporibus dicebantur Patritii Romani, patrum, siue Senatorum progenies, prout patet ex LIVIO *lib. X. c. VIII.* postea Augustus, fundata Monarchia, certos ex Senatoribus delegit, quibus tanquam Consiliariis intimis vteretur, qui dicebantur Patritii, DIO CASSIVS *lib. LV.* GVIDO PANCIROLLVS *not. dig. illustr. c. II.* ANGELVS *de Nuce Contin. Chron. Casin. lib. I. c. I. n. 468. & c. LII. n. 779.* quod etiam sub Byzantinis obtinuit Imperatoribus, qui patriciatus dignitatem proximam ab Imperatoria concedebant Regibus ac principibus exteris, prout latius demonstrauit du FRESNE *Glossario Tomo III. p. 195.* IO. MEVRSIVS *Glossario Graeco barbaro* BVLENGER *de officiis Imp. Romani lib. III. c. I.* CASSIODORVS *var. Lect. lib. VIII. c. IX.* His cum saepe prouinciarum demandaretur administratio, ab iisdem plerumque fuerunt dicti. Hodie quoque priuati titulo ciuis & Patritii Romanorum decorantur, quem titulum promeritus fuit Iacobus Gutherius, ob Senatui Romano oblatum librum de veteri iure pontificio. Verum, haec omnia cum patritiatu Caroli M. nihil habent commune. NICOLAVS ALEMANNVS quidem, in Dissertatione *de parietinis lateranensibus c. II.* & qui eum sequitur, CAROLVS du FRESNE, patritium hoc nisi praefectum Romanae vrbis fuisse putat, quod tamen a Maiestate Caroli M. potentissimi Imp. alienum fuisse videtur, vt tanquam praefectus a Papae dependeret potestate. IO. GARNERIVS *notis ad librum diurnum Pontificum Roman. c. I. Tit. II. p. 4.* putat fuisse tales, qui post magistratus illustriores gentis ad sanctius Imp. consilium fuerint vocati. Sequimur igitur potius doctissimum archiepiscopum Parisiensem, qui *de Concordia sacerdotii & Imperii lib. I. c. XII.* ita loquitur: *Patricii nomen duo quadam complectebatur, & iurisdictionem, qua Reges in vrbe ex consensu Pontificis & populi Romani potiebantur, & protectionem, seu defensionem, quam Romana ecclesia pollicita erant.* Huic adstipulatur ANT. PAGI *Crit. in Ann. Baronii Tom. III. n. 8.* Scilicet, sub Patritii titulo ipsum dominium eminens in vrbem Romam concedebatur. Neque tamen haec dignitas desiit cum Carolo M. sed in posterioribus Impp. fuit continuata, dum Carolum Caluum Adrianus Papa Regem, in *ep. XXXIV.* Patricium & Imp. adpellet. Ipsi Impp. Teutonici hoc titulo fuerunt vsi, Otto M. enim in priuilegio Monasterio Laurishamensi a. 963. concesso dicitur: *Otto Dei gratia Rex Francorum & Romanorum, patritius Romanorum*, in Chron. Laurisham. *pag. 119.* cum iam anno anteriori 962. Imp. fuerit constitutus. Huic autem tanquam patritio Romanorum ius in vrbem atque Papam Romanum fuisse concessum, patet ex pacto isto inter Ottonem M. & Leonem VIII. Papam a. 964. inito, in quo: *ita demum asserimus, quod nemo deinceps cuiuscunque gradus vel conditionis aut dignitatis seu religionis, eligendi regem seu principem, siue pontificem summae sedis Apostolicae aut quemcunque episcopum, vel ordinandi facultatem habeat: sed soli regi Romani Imperii, hanc reuerendam tribuimus facultatem, quam absque omni pecunia disponet ac reget, vtpote Rex & patritius Romanus*, apud THEOD. a NIEM *de iur. & priu. Imperii p. 248.* Henrico IV. Nicolao Papa defuncto, Romani coronam & alia munera mittentes, summi Pontificis electione Regem interpellauerunt, qui generali concilio Basileae habito, imposita corona a Romanis transmissa, Patritius Romanorum est appellatus. Licet autem per Imperatoriam dignitatem aeque ius in vrbem & Papam Romanum concederetur, per Patritiatum tamen speciale dominium atque iurisdictio ipsis qui iamdum erant Impp. offerebatur. Sic enim LEO OSTIENSIS Chron. Casinensi *lib. II. c. LXXIX. quo facto*, (postquam Gregorius VII. concilio habito esset depositus,) *Imperator valde laetificatus, cum omnibus eiusdem concilii Episcopis, Romam venit, & in Ecclesia Beati Petri Apostoli congregato Clero, Populoque Romano, primo quid Sutri actum fuisset, exposuit, dehinc tractare coepit de ordinatione ipsius Romanae Ecclesiae. Facta itaque discussione, quisnam in eadem Ecclesia dignus inueniretur tanto Sacerdotio fungi, cum nullus heu pro dolor reperiretur: demum electione cunctorum Episcopus Bambergensis, de gente Saxonum, Papa Romanus leuatur, eique Clemens nomen imponitur. Tunc temporis ob huiusmodi res tam prospere, tamque canonice gestas, eidem Henrico IV. Patritiatus honorem Romani contribuunt, eumque praeter Imperialem coronam aureo circulo vti decernunt.* Hinc etiam MATTHAEVS PARISIENSIS ad a. 1084. *Henricus tamen in Imperio restitutus est, & a Papa Clemente benedicitur Patritius Romanorum.* Idem patet ex litteris Henrici IV. ad Gregorium VII. Papam,

tum firmaret. 51) Hinc etiam iura supremi dominii tanquam Patricius in vrbem & Papam Romanum exercuit, dum in controuersia Romanorum cum Leone Papa iudicem ageret, 52) monetas Romæ cudi faceret, 53) hoc Patricii titulo inter alios vteretur, eosdemque regiis æquipararet, dum ista ætate non nisi regnorum tituli essent vsitati, atque ab eodem anni regiminis computarentur. 54) Quare etiam Scriptores adserere non dubitant, Carolum Romam, antequam Imperator fieret, suis sceptris addidisse. 55)

§. XXVII.

pam, quas exhibet BRVNO *hist. B. Saxonici p. 122.* vbi inter alia: *Omne tibi Papatus ius, quod habere visus es, abrenuntio, atque vt a sede Vrbis, cuius mihi patriciatus Deo tribuente, & iurato Romanorum assensu debetur, descendas, edico.* Ex vltimis autem LEONIS OSTIENSIS verbis discimus, Patritios peculiari circulo aureo fuisse decoratos. Idem LEO OSTIENSIS *lib. IV. c. CXIX.* de Lothario Imp. dicit: *ipse vero in ciuitate coronam circuli Patricialis accepturus remansit.* Præter hunc summum Patricium, minores quidam eidem subfuerunt, prout patet ex GVILIELMI MALMESBVRIENSIS *lib. V. Hist. p. 167.* vbi de Henrico V. *Imperatori autem exeunti de camera, & suis regalibus exuto, occurrerunt Romani patritii, cum aureo circulo, quem imposuerunt Imperatori in capite, & per eum dederunt sibi summum Patritiatum Romanæ vrbis, communi consensu & volente animo.* Talis sine dubio fuit Arichisus Dux, qui a Carolo M. Patritiatus dignitatem vna cum Ducatu Neapolitano petiisse memoratur, prout patet in epistola Hadriani ad Carolum M. apud SIRMONDVM *Tom. II. Conc. Gall. p. 123.* vbi hæc verba: *hæc audiens Imperator, emisit illi suos legatos ad Patritium eum constituendum, ferentes secum vestes auro textas, simul & spatam, vel pectinem, & forcipes, sicut illi prædictus Arechisus indui & tonderi pollicitus fuerat.* Talis etiam sine dubio fuit Crescentius, de quo SIGEBERTVS GEMBLACENSIS *ad a. 999. 1001.* Plures memorat du FRESNE, voce Patritius. Adde MABILLONIVM *de re Diplom. lib. II. c. III. §. IX.* Hos autem Imperator tanquam patritius summus constituebat, prout ex veteri Codice Bibliothecæ Ottobonianæ demonstrauit MABILLONIVS Ann. Benedict. *lib. XXII. n. 2.* & *supplem. de re diplomatica c. IX. §. 3.* his verbis: *nobis nimis laboriosum esse videtur concessum nobis a Deo ministerium me solum procurare, quo circa te nobis adiutorem fecimus, & hunc honorem concedimus, vt ecclesiis Dei & pauperibus legem facias, & vt inde apud altissimum iudicem rationem reddas.* Postremo amictum ipsi porrigebat & capiti aureum circulum imponebat, & sic eum dimittebat. Hinc facile patet, quod de MABILLONIO dicendum, dum *Supplem. cap. IX.* ait: *an eundem ritum obseruauerit Stephanus, cum Patritios creauit Pippinum, eiusque filios Carolum & Carolomannum, incertum.* Cum hoc modo saltim minores patritii fuerint inaugurati ab Imp. secus de summo. Cessauit autem vterque Patritiatus. Conrado III. quidem imperante, hanc dignitatem restituere conabantur Romani, Iordanem, Petri Leonis filium eligentes, cui omnia tanquam Principi subiiciebant, sed Eugenio III. Pontificatum suscipiente, hæc dignitas iterum fuit abolita, prout patet ex OTTONE FRISINGENSI *lib. VII. cap. XXXI.*

51) ANNALES LAVRISHAMENSES ad a. 796. *Romæ Adriano defuncto, Leo Pontificatum suscepit. Et mox per Legatos suos claues confessionis sancti Petri, ac vexillum Romanæ vrbis cum aliis muneribus Regi misit: rogauitque vt aliquem de suis optimatibus Romam mitteret, qui Populum Romanum ad suam fidem atque subiectionem per sacramenta firmaret.* CHRON. REG. S. PANTALEONIS *ad a. 796.* BARONIVS quidem *Tom. IX. ad a. 796.* contendit, ad suam fidem, intelligi debere de Pontifice. Verum, ad Carolum M. hæc esse referenda integer docet contextus. Sic etiam BALVZIVS *not. ad Agobardum p. 122.* epistolam adducit, quæ promissæ a papa fidelitatis fit mentio. Vid. CONRING *de Germanorum Imperio Romano c. VI. §. 15.* PETRVS de MARCA *de Concordia Sacerdotii & Imperii lib. III. c. XI. n. 8.* Contradicit equidem ANT. PAGI *Critica Ann. Baronii ad a. 796. n. 4. p. 403.* putans, Carolo vexillum & claues vrbis tanquam aduocato & defensori fuisse transmissa, dum etiam Gregorius III. Carolo Martello, Maiori Domus transmiserit claues venerandi sepulchri, cum vinculis S. Petri, & muneribus magnis & infinitis apud Contin. FREDEGARII *cap. CX.* Verum, hic sermo est de homagio, ex aliis etiam Leoni III. epistolis, potissimum I. V. & X. constat, Caroli M. missos iurisdictionem in Romanos exercuisse.

52) Hanc controuersiam primum per legatos examinauit, prout testatur ANASTASIVS in vita Leonis III. *p. 183. per vnam & amplius hebdomadam inquirentibus ipsius nefandissimos malefactores, quam malitiam ab ipso ipsorum Pontifice habuissent, tam Paschalis, quamque Campulus cum sequacibus eorum, nihil habuerunt aduersus eum, quod dicerent. Tunc illos comprehendentes prædicti missi magni Regis emiserunt eos in Franciam.* Inde ipse Imp. hac in causa Romam venit, vt iudicaret, de quo EGINHARDVS c. XXVIII. *vltimi aduentus sui non solum hæ fuere causæ, verum etiam quod Romani Leonem Pontificem multis affectum iniuriis erutis videlicet oculis, linguaque amputata, fidem Regis implorare compulerunt. Idcirco Romam veniens propter reparandum, qui nimis conturbatus erat, Ecclesiæ statum, ibi totum hyemis tempus protraxit.* Hinc etiam SIGEBERTVS GEMBLACENSIS ad a. 800. *Carolus Rex Leonem Papam in sede Romana relocat, ipse quoque Romam properat, causas examinat, reos legaliter damnat, sicque omnes Romanorum motus sedat.*

53) Hocce ex ipsis nummis satis declarauit Sr. le BLANC *dissertation Historique sur quelques Monnoyes de Charle Magne, de Louis le Debonnaire, de Lothaire & de leurs successeurs frapées dans Rome, à Amsterdam 1692.* VIGNOLIVS quidem in Dissertatione *de denariis Pontificum* demonstrare voluit, hos nummos cum Caroli M. & successorum effigie Romæ, Paparum iussu fuisse cusos. Verum, eo ipso, quod Caroli effigiem nummis suis præfixerunt Papæ, ipsius quoque dominium adgnouerunt.

54) Hoc totidem testantur Caroli M. diplomata apud BALVZIVM, MABILLONIVM, aliosque præcipue apud PFEFFINGERVM *Vitriario illustrato lib. I. Tit. IV. n. 29. p. 355.* Sic etiam HVGO FLAVINIACENSIS *Chron. Verdun.* apud LABBEVM *Tom. I. p. 109.* adducit epistolam Adriani Papæ, quæ hoc modo subscripta: *data Kalend. Ianuarii, imperante piissimo Augusto Constantino, anno decimo, & a Deo coronato piissimo Rege Carolo, anno primo Patritiatus eius.* Vid. pluribus IO. MABILLONIVS *de re diplom. lib. II. c. III. n. 8.* qui etiam demonstrauit, Carolo per dignitatem Imperii titulum Patritii a nonnullis fuisse concessum.

55) Sic PAVLVS DIACONVS, Scriptor coæuus, epistola dedicatoria libri de Metensis ecclesiæ Episcopis dicit: *Romanos, ipsamque vrbem Romuleam, quæ aliquando mundi totius Domina fuerat, & tunc a Longobardis oppressa gemebat, duris angustiis eximens, suis addidit sceptris.* Sic etiam Italiam iam ante dignitatem Imperatoriam sub Caroli M. fuisse potestate, docent verba ANN. LAVRISHAMENSIVM ad a. 786. *rex pace vndique parta, statum*

§. XXVII. Durante bello Saxonico, Hispaniam quam maximo poterat belli apparatu aggreditur, & superato in regione Vasconum Pyrenæi iugo primo Pampilonam, Nauarrorum oppidum adgressus, in deditionem accepit. Inde Iberum amnem vado traiiciens, Cæsaraugustam, præcipuam illarum partium ciuitatem accessit, acceptisque, quos Ibanaluribi & Abithacer, quosque alii quidam Saraceni obtulerant, obsidibus, Pampelonem reuertitur. 56) Hac vero destructa, Hispaniam & Wasconiam sibi subiugauit atque Nauarram, & reuersus est in Franciam. 57) In ipso tamen Pyrenæi iugo Vasconicam perfidiam parumper in redeundo fuit expertus, qui nouissimo agmine incedentes, conserto cum eis prœlio, vsque ad vnum omnes interficiunt, ac direptis impedimentis, noctis beneficio summa cum celeritate in diuersa fuerunt dispersi, ita, vt ne fama quidem remaneret, vbinam gentium quæri potuisset. 58)

§. XXVIII. Domuit etiam a. 786. Britones, qui ad Occidentem in extrema parte Galliæ, super litus Oceani residentes, dicto audientes non erant, & tributa denegantes. Mittebat igitur contra eosdem Audulfum, qui, victis Britonibus, totam illam regionem Francorum ditioni subegit, 59) Principesque Britonum secum adducens apud Wormatiam Regis obtutibus præsentauit. 60) Postea vero a. 799. Wido Comes, qui Marcam contra Britones tenebat, cum sociis Britanniam ingressus, totamque perlustrans in deditionem recepit, & regi de Saxonia reuertenti arma ducum qui se tradiderant, inscriptis singulorum nominibus, præsentauit. Tota itaque Britannia minor, quod nunquam ante factum, a Francis fuit subiugata. 61) Anno 811. vero Britonum perfidiam denuo proiicit. 62)

§. XXIX. Baioaricum deinde bellum 63) & repente ortum, & celeri fine completum est, quod superbia simul ac socordia Thassilonis Ducis excitauit. Hic licet Pipino, eiusdemque filiis Carolo & Carolomanno a. 758. fidem promisisset, 64) primum a. 763. a Pipino defecit, 65) cum Carolo tamen pacem iniit. Postquam vero Desiderius regno esset priuatus, Leutbergæ vxoris, 66) quæ Desiderii erat filia, instinctu, rebellis factus, sed imparem se Francis sentiens, Papæ admonitiones secutus, datis obsidibus, Wormatiæ a. 781. fidem

tuit Romam proficisci, & partem Italiæ, in qua Beneuentum situm est, aggredi, conueniens esse arbitratus, vt illius Regni residuam portionem suæ potestati subiiceret, cuius caput capto Desiderio Rege, maioremque partem in Longobardia iam subacta tenebat. Sic etiam auctor CHRONICI MOISSIACENSIS *ad a. 801.* inter alias causas, quibus Romani moti, Carolo titulum Imperatoris concesserint, refert: *quæ ipsam Romam matrem Imperii tenebat, vbi semper Cæsares & Imperatores sedere soliti fuerant, seu reliquas sedes, quas ipse in Italia & Gallia, nec non & Germania teneret.* Hinc etiam Romani inter Caroli M. subditos recensentur CAPIT. *lib. VI. cap. CCCLXVI. volumus atque præcipimus, vt omnes ditioni nostræ Deo auxiliante subiecti, tam Romani, quam Franci, Alamanni, Baiuuarii, Saxones, Turingi, Fresones, Galli, Burgundiones, Britones, Langobardi, Wasones, Beneuentani, Gothi & Hispani, ceterique nobis subiecti omnes.* Vid. etiam *Osseruationi supra vna lettera intitolata il dominio temporale della sede Apostolica sopra la Città di Comachio n. 4. p. 33.*

56) ANNALES LAVRISHAMENSES *ad a. 778.* ANNALISTA SAXO, ANNALES METENSES *ad h. a. obsidione cincta Cæsaraugustanam ciuitatem territi Saraceni obsides dederunt cum immenso pondere auri.*

57) MONACHVS EGOLISMENSIS *pag. 50.* ANNALES LAVRISHAMENSES *ad a. 778. Carolus Pampelonis murum, ne rebellare posset, ad solum vsque destruxit* PETRVS de MARCA *Marca Hispanica c. VI. §. V.*

58) EGINHARDVS *in vita c. IX.* ANNALES FVLDENSES, LAVRISHAMENSES, SIGEBERTVS GEMBL. REGINO *ad a. 778.*

59) ANNALES LAVRISHAMENSES ad a. 786. *Is populus Britannicus a Regibus Francorum subactus ac tributarius factus, impositum sibi vectigal licet inuitus soluere solebat. Cumque eo tempore dicto audiens non esset, missus illuc regiæ mensæ præpositus Audulfus &c.* POETA SAXO *ad a. 786.* EGINHARDVS *c. X.* ANNALES FVLDENSES & SIGEBERTVS *ad a. 786.*

60) Verba sunt ANNALIVM METENSIVM *ad a. 786.* MONACHVS EGOLISMENSIS *pag. 52. deinde misit exercitum in Britannia vna cum misso suo Audulfo Sinescalco, & ibi multa Castella conquisierunt, & loca firma & multa palustria & incasa & Capitaneos Britonum repræsentauerunt in Synodo Domini Regis Caroli in Wormatiam.* REGINO ad h. a.

61) Verba sunt REGINONIS *ad a. 799.* Conueniunt Annales LAVRISHAMENSES, FVLDENSES aliique *ad a. 799.* MONACHVS EGOLISMENSIS *pag. 57.*

62) ANNALES LAVRISHAMENSES ad a. 811. *Carolus in tres partes regni totidem exercitus misit -- Tertium in Britones ad eorum perfidiam puniendum, qui omnes rebus prospere gestis incolumes egressi sunt.*

63) EGINHARDVS *in vita c. XI.* & LAVRISHAMENSES, ANNALES FVLDENSES, LOISELIANI, BERTINIANI, METENSES, MONACHVS EGOLISMENSIS *ad a. 788.* AVENTINVS *Ann. Boi. lib. III. cap. X.* ADLZREITER *Ann. Boi. p. I. lib. VII. n. 3. seqq.*

64) ANNALISTA SAXO ad a. 756. *Illuc,* (Compendium) *Tassilo venit Dux Bauariorum fidelitatemque tam ipsi Regi, quam filiis eius Karolo & Karolomanno iureiurando promisit supra corpus Sancti Dionysii & Sancti Martini, & similiter eius homines meliores fecerunt.*

65) ANNALISTA SAXO ad a. 963. *Rex Pippinus habuit Conuentum in Niuernis & quarto ingressus est Aquitaniam. Tassilo Dux Bawaricorum postpositis sacramentis, fraudulenter se inde substraxit, omnia beneficia oblitus, quæ Rex auunculus eius ipsi præstiterat.*

66) EGINHARDVS c. XI. *Thassilo hortatu vxoris, quæ filia Desiderii Regis erat, ac patris exilium per maritum vlcisci posse putabat, iuncto fœdere cum Hunnis --- non solum imperata non facere, sed bello Regem prouocare tentabat.* POETA SAXO ad a. 788.

67) ANNA-

fidem denuo iuramento promisit. 67) Ast, domum reuersus a. 787. non solum imperata non facere, sed bello Regem prouocare tentabat. Cuius contumaciam, quia nimia videbatur, animositas Regis ferre nequiuerat, ac proinde copiis vndique contractis, tripartito exercitu, Boioariam atque ipsum Thassilonem petere constituit, Thassilo videns, se vndique circumsessum, venit supplex, ac veniam sibi dari precatus est. Sed & Rex supplici ac deprecanti pepercit, acceptisque ab eo, præter filium Theodonem aliis XV. obsidibus, & populo terræ per sacramenta firmato, in Franciam reuersus est. 68) Dum vero insequenti a. 788. nouas turbas moueret Thassilo, Hunnosque concitaret, Carolus generalem populi conuentum Ingelheimii celebrauit, ad eundemque Thassilonem Ducem, vna cum reliquis vasallis adesse iussit. Obiiciebantur perfidia, & alia facta quamplurima, inde tanquam criminis læsæ maiestatis reus ad mortem fuit condemnatus, 69) sed clementia Regis ipso instante, in monasterium S. Nazarii Laurishamense detrusus, 70) vxor etiam Luitberga,

67) ANNALISTA SAXO ad a. 781. *per idem tempus legati Apostolici Formosus & Damasus Episcopi cum Legatis Riculfo Capellano & Ewardo Magistro Pincernarum directi sunt ad Tassilonem Ducem, commonentes & contestantes ex auctoritate Apostolica, vt recordaretur priorum sacramentorum, quæ iurauerat Pippino & filiis eius. His admonitionibus consensit Thassilo & sumptis obsidibus venit Wormatiam, vbi renouauit sacramenta & dedit XII. obsides, sed vbi domum rediit non diu promissa seruauit.* ANNALES LAVRISHAMENSES ad a. 781. *Cum* (legati Caroli & Adriani Pontificis) *vt iussi erant, commemorato Duci locuti fuissent, in tantum cor eius emollitum est, vt diceret, se statim velle ad Regis properare præsentiam, si sibi tales dentur obsides, sub quibus de sua salute dubitare nulla sit necessitas. Quibus datis, sine cunctatione apud Wormatiam ad Regem venit, sacramentum, quod iubebatur, iurauit, obsides XII. qui imperabantur, sine mora dedit, quos Sindbertus Reginensis Episcopus de Baioaria in Carisiaco ad conspectum Regis adduxit. Sed idem Dux, domum reuersus, non diu in ea, quam promiserat, fide remansit.* ANNALES FVLDENSES ad a. 781. *Thassilo, Dux Baioariæ, apud Wormatiam sacramento & obsidibus suæ subiectionis fidem fecit, honorifice remissus.* MONACHVS EGOLISMENSIS *pag. 50. 51.* Thassilonem etiam Carolo dona obtulisse docet CHRONICON MASCIACENSE ad a. 781. *Warmatia ciuitate venerunt Franci ad placitum & ibi fuit Tassilo, Dux de Bucoariis, magnaque munera præsentauit Carolo Regi, & per eius licentiam rediit patriam.*

68) Verba sunt ANNALIVM LAVRISHAMENSIVM *ad a. 787.* ANNALISTA SAXO *ad h. a.* Adde EGINHARDVM *c. XI.* Singulare est quod Tassilo Ducatum suum per baculum resignauerit, de quo ANNALES NAZARIANI ad a. 787. *Carolus, conuocato exercitu Francorum, perrexit in fines Alamannorum & Beiuweriorum ad flumen, quod apellatur Lech. Illucque veniens Desfilo, Dux Beiuweriorum ad eum, & reddidit ei cum baculo ipsam patriam in cuius capite similitudo hominis erat, & effectus est vassus eius, & filium suum Theodonem dedit ei obsidem.*

69) ANNALES LAVRISHAMENSES ad a. 788. *Cum in eadem villa* (Ingelheimi) *generalem populi sui Rex fieri decreuisset Conuentum, Tassilonem Ducem, sicut & ceteros vassos suos in eodem adesse iussisset, atque ille, vt ei fuerat imperatum, ad Regis præsentiam peruenisset, crimine læsæ maiestatis a Baioariis accusatus est. Obiiciebant ei, quod postquam filium suum obsidem Regi dederat, suadente coniuge sua Luitburgia, quæ filia Desiderii Regis Longobardorum fuit, & post patris exilium Francis inimicissima semper exstitit, in aduersitatem Regis: & vt bellum contra Francos susciperent, Hunnorum gentem concitaret. Quod verum fuisse rerum in eodem anno gestarum probauit euentus. Obiiciebantur ei & alia complura & dicta & facta, quæ non nisi ab inimico & irato vel fieri vel proferri poterant, quorum ne vnum quidem infitiari cœpit. Sed noxa conuictus, vno omnium assensu vt læsæ maiestatis reus, capitali sententia damnatus est. Sed clementia Regis, licet morti addictum, liberare curauit. Nam mutato habitu in Monasterium missus est: vbi tam religiose vixit, quam libens intrauit. Similiter & Theodo filius eius tonsus, & monasticæ conuersationi mancipatus est. Baioarii quoque, qui perfidiæ ac fraudis eorum conscii & consentanei fuisse perhibebantur, exilio per diuersa loca relegabantur.* MONACHVS EGOLISMENSIS p. 54. *Tassilo confessus est postea, se transmisisse ad Auaros, vt sibi consentirent contra Domnum Regem, & homines suos, quando iurabant, iubebat, vt aliter in mente retinerent, & sub dolo iurarent. Et quia dixerat, si decem filios haberet, ante voluisset omnes amittere, quam placita sic manerent, sicut iurauerat, & quia dixerat, melius se esse mori, quam ita viuere. Et dum incriminarentur eum de multis aliis infidelitatibus Franci & Baioarii, & Longobardi & Saxones, & quia in exercitu dereliquerat Domnum Pipinum Regem, & omnes acclamarent eum esse reum mortis, & vt capitali sententia damnaretur, Domnus piissimus Rex Carolus motus misericordia ob amorem Dei, & quia consanguineus eius erat, continuit, vt non moriretur. &c.* ANNALES FVLDENSES *ad a. 787.* ANNALISTA SAXO *ad a. 788.* CHRON. REGIA S. PANTALEONIS *ad a. 788.*

70) Thassilonem in monasterium fuisse detrusum, plane certum est. Sic enim EGOLISMENSIS vita Caroli p. 54. *Domnus piissimus Rex Carlus interrogauit Tassilonem, quid agere vellet. Ille vero postulauit licentiam sibi tonsorandi, & in monasterium introeundi, & pro tantis peccatis pœnitentiam agendi, vt suam saluaret animam. Similiter filius eius Theodo iudicatus est.* ANNALES LAVRISHAMENSES ad a. 788. *Thassilo mutato habitu in monasterium missus est, vbi tam religiose dixit, quam libens intrauit.* ANNALES NAZARIANI ad a. 788. *comprehensus est Dux Desfilo a Francis, & ablatis armis eius ductus est ante Regem. Igitur cumque simul sermocinaretur, interrogauit eum de insidiis atque dolosis consiliis, quod cum multis gentibus iam olim ei præparare conatus fuerat. Quod cum ille negare nequaquam præualere videbatur, inuitus iussus est comam capitis sui deponere. Ille autem magnis precibus postulabat Regem, vt non ibidem in palatio tonderetur, propter confusionem videlicet atque opprobrium, quod a Francis habere videbatur. Rex precibus eius adquiescens. &c.* Dubium tamen exinde oritur, in quodnam monasterium detrusus fuerit Thassilo. OTTO FRISINGENSIS Chron. lib. V. c. XXIX. ait: *Rex misericordia motus, Tassilonem in monasterio Laurecensi, quod ipse construxerat, monachi eum habitum adsumere, ac de peccatis pœnitentiam agere permisit.* MONACHVS EGOLISMENSIS vero p. 54. ipsum in Fuldense monasterium fuisse detrusum dicit: *Thassilo & Theodo monachi ambo facti sunt in Olto monasterio, vbi sanctus Bonifacius requiescit.* CHRONICON vero MASCIACENSE *ad a. 788. Deus omnipotens sine bello & sine alteratione tradidit regnum Bagoariorum in manus Caroli,*

berga, & filii Theoto & Theotbertus in diuersa monasteria detrusi. 71) Immo, ipse Dux postea Francofurti a. 794. Ducatum suum solenni ritu abrenuntiauit, 72) atque Bauarica prouincia, quam tenebat, non amplius Duci, sed Comitibus ad regendum est commissa, 73) & marca Bauarica contra Auares disposita. 74)

§. XXX. Maximum omnium, quæ vel ab illo gesta sunt bellorum, præter Saxonicum, huic bello successit, illud videlicet, quod contra Auares, siue Hunnos est susceptum, quod ille & animosius quam cætera, & longe maiori apparatu administrauit. 75) Hunni enim sicut Thassiloni promiserant, duobus exercitibus comparatis, vno Marchiam Foro-Iuliensem, altero Baioariam aggressi sunt, sed frustra. Nam in vtroque loco victi fugatique sunt, & multis suorum amissis, cum magno damno ad loca sua se receperunt. Quam iniuriam velut vindicaturi, Baioariam iterum maioribus copiis petierunt, sed in primo congressu pulsi a Baioariis, & innumera multitudo eorum cæsa, multi etiam ex eis, qui per fugam euadere conati, Danubium tranare voluerunt, gurgitibus fluminis absorpti sunt. 76) Anno 790. noua circa limites oriebantur dissidia, 77) quibus motus Carolus, Hunnorum terras inuadebat atque a. 791. omnes terras ad Rabam vsque deuastabat, 78) variaque Hunnorum munimenta solo æquabat. 79) Anno 796. nouam aduersus Hunnos expeditionem filius eius Pipinus vno cum Erico Foroiuliensi Duce & Wonomiro, Slauorum Principe, suscepit, 80) occisisque eorum Regibus, Cagamo & Iugurro, Hunnorum metropolim Rimgum, 81) cepit, diripuit, indeque multos thesauros tulit. Idemque bellum magna Hunnorum

roli, & Tassilo Dux tonsus est, retrususque Gemetico monasterio. Verum, in diuersis monasteriis ipsum fuisse detentum, docent ANNALES NAZARIANI *ad a. 788. Rex enim precibus eius adquiescens, ad Sanctum Gannarium,* (legendum Nazarium) *qui iuxta Rheno flumine in corpore requiescere cognoscitur, eum transmisit; & ibidem Clericus effectus est, & inde exiliatus est ad cœnobium quod appellatur Gemedium. Quidquid tamen sit, in Monasterio Laureacensi fuit defunctus.* De quo GEORG HELWICH *Antiquit. Laurishamensibus p. 28. sepultus in ipsa Ecclesia a sinistris ante altare S. Nicolai Episcopi, cuius monumentum peruetustum parieti ibidem inclusum, & antiquissimis characteribus signatum, anno 1615. die 10. Septemb. cum visendi gratia hoc monasterium intrassem, vidi & legi tale:*

Tessilo Dux primum, post Rex, monachus sed ad imum
Idibus in terris decesserat iste Decembris,
conditur huc fouea, quem pie Christe bea

Idem adfirmat FREHERVS *Origg. Palat. p. I. c. VI. pag. 64.*

71) ANNALES NAZARIANI ad a. 788. *Duo quoque filii eius his nominibus, Theoto & Theotbertus, vtrique tonsurati atque exsiliati sunt.* ANNALES NAZARIANI ad a. 788. *transmisit præfatus Rex legatos suos in Beiuweriam post vxorem ac liberos iam præfati Ducis* (Dessilonis) *qui studiose atque efficaciter iussionem Regis implentes adduxerunt hæc omnia vna cum thesauris ac familia eorum copiosa valde ad iam dictum Regem - - & vxor iam præfati Ducis, nomine Lintberga exiliata esse comprobatur.* Adde FRAGMENTVM *Annalium Chronico* NIBELVNGI subiectum *ad a. 788.* apud du CHESNE *Tom. II. p. 28.*

72) CHRON. MOISSIACENSE ad a. 794. *in eadem Synodo venit Tassilo, qui dudum Baioariæ Dux fuerat, sobrinus videlicet Regis, & pacificatus est ibi cum Rege Carolo, abrogans omnem potestatem, quam in Baioaria habuit, tradens eam Regi.* Formulam abrenuntiationis habet Capitulare Francofurt. de a. 794. cap. I. apud BALVZIVM *Tom. I. pag. 263.*

73) EGINHARDVS *cap. XI.*

74) MONACHVS EGOLISMENSIS pag. 54. *Carolus ad Reganesburg peruenit, & ibi fines vel marcas Baioariorum disposuit, quomodo salue contra Auaros esse potuissent.* REGINO ad a. 788. *Carolus Ratisbonam venit, ibique marcas & fines Baioariorum disposuit.*

75) EGINHARDVS *c. XIII.*

76) ANNALES LAVRISHAMENSES *ad a. 788.*

77) POETA SAXO *ad a. 790.* ANNALES LAVRISHAMENSES *ad a. 791. prima castra super Anisum posita sunt. Nam is fluuius inter Baioariorum atque Hunnorum terminos medius currens certus duorum regnorum limes habebatur.*

78) ANNALES FVLDENSES ad a. 791. *Carolus Hunis perterritis & fugientibus omnes eorum regiones vsque ad Raba fluuium ferro & igne deuastat.* CHRON. MASCIACENSE *ad a. 791.* MON. EGOLISMENSIS *p. 55.* ANNALISTA SAXO *ad a. 791.*

79) ANNALES LAVRISHAMENSES ad a. 791. *bellum genti Hunnorum a Francis indictum est. Pulsis Hunorum præsidiis, ac destructis munitionibus, quarum vna supra Cambum fluuium, altera iuxta Comagenos ciuitatem in monte Cameberg vallo firmissimo erat extructa, ferro & igne cuncta vastantur. Cumque Rex cum eo quem ducebat exercitu vsque ad Arrabonis fluenta venisset, transmisso eodem fluuio, per ripam eius vsque ad locum quo is Danubio miscetur, accessit: ibique statiuis per aliquot dies habitis, per Baioariam reuerti statuit.* POETA SAXO *ad a. 791.* Ipse Carolus huius belli progressus in litteris suis ad Fastradam coniugem, apud BALVZIVM *Capit. Tom. I. p. 255.* nuntiat.

80) MONACHVS EGOLISMENSIS *pag. 55.* POETA SAXO *ad a. 796.*

81) ANNALES FVLDENSES ad a. 796. *Cagam & Iugurro, Principibus Hunorum, ciuili bello & intestina clade a suis occisis, campus eorum, quem vocant Hringum, primo per Ebericum, Ducem Foroiuliensem, deinde per Pipinum, filium Regis, abductus & captus est.* ANNALES LAMBECIANI *n. XXVIII. DCCXCVI. In ipsa æstate transmisit Rex Carolus, Pippinum, filium suum, cum suis, quos in Italia secum habebat, & Baioarios, cum aliqua parte Alamannia, in finibus Auarorum, & coadunatus est Pippinus cum omnibus, quos pater eius ei transmisit in solatium & transito Danouio cum exercitu suo peruenit ad locum, vbi Reges Auarorum cum Principibus suis sedere consueti erant, quem & in nostra lingua Hringe nominant, & inde tulit thesauros multiplices & transmisit patri suo.* ANNALES LAVRISHAMENSES ad a. 796. *Pipinus autem Hunis trans Tizam fluuium fugatis, eorumque regia, quæ vt dictum est Ringus, a Langobardis autem Campus vocatur, ex toto destructa, direptis pene omnibus Hunorum opibus, ad patrem Aquisgrani hyberna habentem venit, ac spolia Regni quæ secum detulit eidem præsentauit.* Adde POETAM SAXONEM & ANNALES FVLDENSES *ad a. 796.* BONFINIVS *Dec. I. Hist. Vngar. lib. IV. p. 95.* pro Buda explicat. IO. ADLZREITER

norum strage & direptis illorum thesauris, 82) demum a. 799. fuit finitum, tali ratione, vt Hunni cum suis Principibus, Carolo se submittere, & fidem Christianam suscipere fuerint coacti. 83)

§. XXXI. His motibus nondum compositis, Slauis Wilzis siue Welatabis, qui ad mare Balthicum habitabant, an. 789. illatum est bellum, eo quod Obotritos, qui cum Francis erant fœderati, adsidua incursione lacesserent, nec iussionibus possent coërceri. 84) Carolus vero Wilzos ita perdomuit, atque contudit, vt vlterius imperata facere minime renuendum iudicarent. 85) Ipsorum etiam Principes, Wilzam & Draoscio ipsi se submitterent, atque ditiones suas ipsius imperio subiicerent. 86) A. 806. Sorabos, qui inter Albim & Salam habitabant, 87) per filium suum Carolum conpescuit, duce illorum Miliduocho interfecto. 88) A. 810. iterum rebellabant Slaui, Hamburgum, vbi Imp. & orientalium Saxonum erat præsidium, occupabant, 89) quod insequenti anno Carolus recuperauit. 90)

§. XXXII.

TER *Ann. Boior. p. I. lib. VIII. n. XVIII. pag. 292.* Ringum fuisse ligneum septum, quod opplebatur saxis temere stipatis, glebisque & cespite, ad eum fere modum, quo æui nostri munitiones componuntur. LAMBECIVS *ad d. a. Annales Comment. de Bibl. Cæs. Tom. II. p. 379.* sic explicat: *Hringe siue Ring vocabulum est mere Germanicum, & significat hic locum rotundum siue orbiculatum, in meditullio castrorum, vel munimenti, vel consessus alicui situm, quem honoris & securitatis causa Rex cum Optimatibus suis obtinet.* Quid Ringus fuerit, optime declarat ANNALISTA SAXO ad a. 791. *terra Hunorum, qui & Auares dicuntur, vt antiquorum temporum relatores testantur, VIII. circulis, quos Teutonici Baga vocant, cingebatur, qui singuli ita stipitibus quernis seu faginis vel abiegnis erant extructi, vt de margine ad marginem XX. pedum spatio tenderentur in latum & totidem subrigerentur in altum, cauitas autem vniuersa aut durissimis lapidibus aut creta tenatissima repleretur; superficies vero vallorum integerrimis cespitibus tegeretur. Inter quorum confinia plantabantur arbuscula, quæ abscisæ atque priuatæ, vt cernere solemus, comas caudium foliorumque proferunt. De primo vsque secundum XX. milliaria teutonica protendebantur, sicque ad tertium & ita vsque ad nonum, quamuis iidem circuli alius alio multo contractiores fuissent.* Inter hos aggeres ita vici villæque erant locatæ, vt de aliis ad alios hominis vox posset audiri. In hoc circulo regiam fuisse Cagani sedem testatur EGINHARDVS in vita c. XIII. *Quantum sanguinis effusum sit? testatur vacua omni habitatore Pannonia, & locus in quo Regia Cagani erat, ita desertus, vt ne vestigium quidem in eo humanæ habitationis appareat.* SCHMINCKIVS ibi in notis putat, Regiam hanc sitam fuisse in agro spatioso in medio nouem circulorum, quos MONACHVS S. GALLI in vita *Caroli lib. II. c. II* memorat. *Talis &*, addit, *in patria apud Ziegenhainam Campus conspicitur, quem incolæ hodie vocant dem Ring vel Rinch.*

82) EGINHARDVS C. L. *tota in hoc bello Hunnorum nobilitas periit, tota gloria cecidit, omnis pecunia & congesti ex longo tempore thesauri direpti sunt. Neque vllum bellum contra Francos exortum humana potest memoria recordari, quo illi magis ditati & opibus aucti sint, quippe cum vsque in id temporis pene pauperes viderentur, tantum auri & argenti in regia repertum, tot spolia pretiosa in præliis sublata, vt merito credi posset, hos Francos Hunis iuste eripuisse, quod Huni prius aliis gentibus iniuste exipuerunt.* ANNALISTA SAXO ad a. 796. *Sic igitur octauo, quam cœptum est, anno, bellum Hunorum est consummatum. Quantum sanguinis in eo fusum sit, testatur Pannonia pene habitatore vacua, & locus, in quo regia Gagani erat, ita desertus, vt nec vestigium in eo humanæ habitationis appareat; Tota hoc bello Hunorum nobilitas & gloria decidit, nec vllo bello Franci magis ditati sunt, quippe cum prius pene pauperes viderentur.* POETA SAXO ad a. 796.

cuius pene gaza gentis tunc funditus omnes
Magnus erat, quarum numerus cunctaque priorum
diripiuntur opes Regum, quas depopulantes
plures in variis sacras regionibus ædes
temporibus multis male congessisse feruntur

Addit MONACHVS S. GALLI *vita Caroli M. lib. II. c. II. porro prædam in Pannonia repertam per Episcopia vel Monasteria liberalissima diuisione distribuit.*

83) ANNALES FVLDENSES *ad a. 795. Tudun, qui in gente Hunnorum magnæ potestatis erat, per legatos suos se & terram cum populo, cui præerat, Regi daturum & Christianum futurum esse promisit. ad a. 796. Tudum secundum pollicitationem suam cum populo suo ad Regem veniens baptizatus, & honorifice remissus est.* ANNALES LAVRISHAMENSES ad a. 796. *Thudun baptizatus ac remuneratus post datum fidei seruandæ sacramentum domum rediit, sed in promissa fide diu manere noluit, nec multo post perfidia sua pœnas dedit.* Adde POETAM SAXONEM *ad h. a.* Iterum Auares a. 803. *Carolo se subiecerunt*, de quo ANNALES LAMBECIANI *n. XXXV. Imperator pergit in Baioariam. Ibi venit legatio Auarorum, qui omnem terram Imperii sui ditione Imperatoris Karoli subdunt.* Adde MONACHVM EGOLISMENSEM *p. 59.*

84) EGINHARDVS *c. XII.* ANNALES LAVRISHAMENSES FVLDENSES *a. 789.*

85) EGINHARDVS *c. l.*

86) ANNALES LAVRISHAMENSES ad a. 789. *Wilzan (nam is cæteris Wilsorum regulis & nobilitate generis & auctoritate senectutis præeminebat) ex templo cum omnibus suis ad Regem de ciuitate processit, obsides, qui imperabantur, dedit, fidem se Regi ac Francis seruaturum iureiurando promisit, quem cæteri Slauorum primores ac reguli secuti omnes se Regis ditioni subdiderunt.* CHRONICON MASCIACENSE ad a. 789. *fuit dominus Carolus in Venetiis, & peruenit in Wilcia, & adquisiuit ibi Draoscionem Regem & alios quamplurimos, & accepit obsides plures, atque omni terra illa obsessa siue subiugata, victor rediit Francia.* ANNALES NAZARIANI ad a. 789. ipsum vocant Dragoidum. POETA SAXO *ad a. 789.* Dragawithi.

87) ANNALES LAVRISHAMENSES ad a. 782. *Regi allatum est, quod Sorabi Slaui, qui campos inter Albim & Salam interiacentes incolunt, in fines Thuringorum & Saxonum qui eis erant contermini prædandi causa fuissent ingressi.* ANNALISTA SAXO, POETA SAXO *ad h. a.* Adde PETRVM ALBINVM *Meisn. Land Chronic tit. VI. p. 67.* CASPAR HENRICVM GRAVNIVM *in Daleminciis §. IX. pag. 262.*

88) ANNALES FVLDENSES, LAVRISHAMENSES, ANNALISTA SAXO, CHRON. MASCIACENSE *ad a. 806.*

89) ANNALES LAVRISHAMENSES *ad a. 810.*

90) ANN. LAVRISHAM. *ad a. 811.* Adde LAMBECIVM *lib. I. Origg. Hamburg. p. 2. 3.*

EGIN-

§. XXXII. Contra Bohemos quoque, eo, quod Hunnorum terras fuerant depopulati, & Linones Slauorum populos, eo quod Godofredo, Danorum Regi accesserant, bellum a. 805. gessit, vtrumque tamen ductu Caroli Iunioris celeri fine fuit completum. 91) Vltimum contra Nordmannos, qui Dani vocabantur, primo piraticam exercentes, deinde maiori classe littora Galliæ atque Germaniæ infestantes, bellum a. 808. susceptum est. Quorum Rex Godefridus adeo vana spe inflatus erat, vt totius sibi Germaniæ promitteret potestatem. Frisiam quoque & Saxoniam, haud aliter atque suas prouincias æstimabat, istam etiam ducentarum nauium classe inuadebat. 92) Iam Abodritos, vicinos suos, in suam ditionem redegerat, iam eos sibi vectigales fecerat. Iactabat etiam se breui Aquisgrani, vbi Regis comitatus erat, cum maximis copiis aduenturum. Nec dictis eius, quamuis vanissimis, omnino fides abnuebatur, quin potius putaretur tale aliquid inchoaturus, nisi festinata morte fuisset præuentus. Nam a proprio satellite interfectus, & suæ vitæ & belli a se inchoati finem accelerauit. 93) Hemmingus vero ipsius fratris filius qui ipsi succedebat, pacem cum Carolo concludebat, Eidora terminus vtriusque regni constituebatur, quæ a. 811. fuit confirmata. 94)

§. XXXIII. Inter hæc bella, motusque Imperatoriam demum dignitatem fuit adeptus. Partim enim religionis, vt fertur, causa, partim a Leone Papa imploratus, quem Romani erutis oculis, linguaque amputata, multis iniuriis adfecerant, 95) Romam venit, vbi totum hyemis tempus protraxit, atque iudicio exercito, Leonem Papam, postquam de obiectis criminibus se iureiurando purgasset, absoluit. 96) Ipse autem, cum die sacratissimo Natalis Domini 800. 97) ad Missarum solennia basilicam beati Petri Apostoli fuisset ingressus, & coram altari, vbi ad orationem se inclinauerat, assisteret, Leo Papa coronam capiti eius imposuit, cuncto Romanorum populo adclamante, *Karolo Augusto a Deo coronato, Magno & Pacifico Imperatori Romanorum vita & victoria.* 98) Post quas laudes, a pontifice, more an-

91) EGINHARDVS *c. XIV.* ANNALES LAVRISHAMENSES, FVLDENSES, METENSES, SIGEBERTVS GEMBLACENSIS, REGINO *ad a. 805.* BOHISEL. BALBINVS *Epit. Rer. Bohem. lib. I. cap. X.*

92) ANNALES FVLDENSES ad a. 810. *Imperator nuncium accepit, classem ducentarum nauium de Normannia Frisiam adpulisse, totasque Frisiaco littori adiacentes insulas esse vastatas, iamque exercitum illum in continenti esse, terraque prælia cum Fresonibus commisisse, Danosque victores tributum victis imposuisse, & vectigalis nomine centum libras argenti a Fresonibus esse solutas, & reuera ita erat.* Carolus hoc vindicare conabatur, de quo EGINHARDVS c. XVII. *molitus est classem contra Normannos, ædificatis ad hoc nauibus iuxta flumina, quæ de Gallia & Germania septentrionalem influunt oceanum, & quia Normanni Gallicum littus atque Germanicum adsidua infestatione vastabant, per omnes portus & ostia fluminum, qua naues recipi posse videbantur, stationibus & excubiis dispositis, ne qua hostis exire posset, tali munitione prohibuit.*

93) verba sunt EGINHARDI *cap. XIV.* ANNALES LAVRISHAMENSES, FVLDENSES *ad a. 809.*

94) ANN. FVLD. ad a. 810. ADAMVS BREMENSIS *lib. I. c. XIII. exstincto cælitus Gotofrido, Hemming, patruelis eius, successit, qui mox pacem cum Imperatore faciens, Egdoram fluuium, Regni terminum accepit.* HELMOLDVS *lib. I. c. III.* ANNALISTA SAXO *ad a. 810. 811.* CHRON. REG. S. PANTALEONIS *ad a. 810.*

95) ANNALISTA SAXO *ad a. 799. 811.*

96) EGINHARDVS *in vita c. XXVIII.* ANNALES FVLDENSES, LAVRISHAMENSES *ad a. 800.* HVGONIS FLAVINICENSIS *Chron. Verdunense* apud LABBEVM *Tom. I. p. 118.* de Leone III. *Hunc Romani Letania Maiore captum multis affectum iniuriis erutis oculis, lingua amputata anno DCXCVIII. fidem Regis implorare compulerunt. Missus enim in custodia, per murum noctu aufugit ad Ecclesiam sancti Petri: inde a Francis Spoletum deductus, ac demum ad Padabronnam honorifice a Rege susceptus & cum honore Romam est remissus. Hæc fecit causa vltimi aduentus Caroli Romam ad reparandum Ecclesiæ statum, vbi totum hiemis tempus exegit, quo in tempore Imperatoris & Augusti nomen assumpsit. Tum habita quæstione de eis, qui Leonem Papam inhoneste tractauerunt, & contumeliauerunt, vt reos maiestatis capite plectendos iussit.* CHRON. REG. S. PANTALEONIS *ad a. 799.*

97) ANNALES LAVRISHAMENSES, FVLDENSES, LOISELIANI *ad a. 801.* TILIANI vero *ad a. 802.* reiiciunt. Licet enim plerique hanc dignitatem imperialem *ad a. 801.* referant, certius tamen in annum 800. erit reiicienda. Scilicet, hæc erat ratio, Romana ecclesia annum tunc tempore incipiebat a die natali Domini, hoc autem dum ipso die Natalis factum, inchoant cum eodem nouum annum. Quare etiam ANNALES BERTINIANI atque LOISELIANI ad finem a. 800. dicunt: *Celebrauitque Natale Domini Romæ. Et immutauit se numerus annorum Domini DCCCI.* prout in PAVLI PETAVII dissertatione *de epistola annorum incarnationis*, atque in FRONTONIS obseruationibus in Kalendarium pluribus demonstratur. Sic BRVNO *Hist. Belli Saxonici p. 228. transactio vero Natali Domini proximo, quo MLXXXI. ab incarnatione Domini inceptus annus erat.* CHRON. LAVRISHAM. pag. 194. *Natalis Domini festiuitatem vbi MLXXVI. annus ab incarnatione Domini incoatur.* Vid. FRID. SPANHEMIVS *de facto Leonis III. Carolum Imp. proclamantis.*

98) ANASTASIVS vita Leonis III. pag. 184. *tunc vniuersi fideles Romani videntes tantam defensionem & dilectionem, quam erga Sanctam Romanam Ecclesiam & eius Vicarium Carolus habuit, vnanimiter altisona voce, Dei nutu, atque Petri Clauigeri Regni cælorum exclamauerunt: Carolo piissimo Augusto, a Deo coronato, magno pacifico Imperatori, vita & victoria. Ante sacram confessionem, beati Petri Apostoli plures sanctos inuocantes, ter dictum est, & ab omnibus constitutus est Imperator Romanorum.* MONACHVS EGOLISMENSIS vita Caroli p. 57. *Domnus Leo Papa coronam capiti eius imposuit, & a cuncto Romanorum populo acclamatum est, Carolo Augusto, a Deo coronato, magno & pacifico Imperatori Romanorum, vita & victoria.* ANNALES FRANCORVM LAVRISHAMENSES, FVLDENSES, LOISELIANI & alii ANNALISTA SAXO *ad a. 801.* CHRON. REG. S. PANTALEONIS *ad a. 801.*

re antiquorum Principum adoratus est: ac deinde omisso Patritii nomine, Imperator Augustus adpellatus: Quam dignitatem haut inuitus suscepit. 99)

§. XXXIV. Considerantes autem, quid Carolus M. inde fuerit adsecutus, facile dicendum, ipsum non nisi titulum fuisse adeptum & dignitatem, cum ipsa iura Imperii Romani iam antea, collata Patritiatus dignitate, ex pacto cum Romanis adquisiuerit, Italiam vero belli iure, deuicto vltimo Longobardorum Rege, Desiderio, apud alios vero Reges magno in honore fuit habitus, qui partim se ipsius proprios seruos & subditos pronuntiarunt. 100) Scilicet, per titulum & dignitatem Patricii adquisiuerat territorium primarium vrbis Romæ. Territorium vero secundarium siue prouincias & accessoria Imperii Romani possidebat vel iure hæreditario vel iure armorum. 1)

§. XXXV. Pontificii 2) equidem hanc dignitatem Carolum Papæ beneficio debere contendunt, cum tamen omnes Scriptores Romanis 3) potius hoc tribuant, qui Carolo se subiecerunt. Alii 4) hoc iuri belli tribuunt. Verum, mihi videtur, Carolum Imperii dignitatem ex triplici iure obtinuisse. Primo quod rem ipsam teneret, vrbem Romam vna cum prouinciis, territorium principale & secundarium. Dein, ex declaratione Romano-

99) EGINHARDVS quidem in vita c. XXVIII. dicit: *quo tempore Imperatoris & Augusti nomen accepit, quod primo tantum auersatus est, vt affirmaret, se eo die, quamuis præcipua festiuitas esset, Ecclesiam non intraturum fuisse, si Pontificis consilium præscire potuisset.* Idem confirmat MONACHVS S. GALLI in vita Caroli lib. I. c. XXVIII. dicens: *quod, cum ille non potuisset abnuere, quia diuinitus sic procuratum crederet, non tamen gratanter suscepit, quod putaret Græcos maiori succensos inuidia, aliquid incommodi Regno Francorum machinaturos.* POETA SAXO *ad a. 814.* ANNALISTA SAXO *ad a. 811.* CAR. SIGONIVS vero *de Regno Italiæ lib. IV. p. 99.* ex donis eximiis, quæ secum Romam tulerat Carolus, concludere contendit; quod ipsi haut inuito dignitas Imperatoria fuerit collata, dum ait: *quibus absolutis* (coronatione) *Carolus vna cum Pipino basilica Vaticanæ abacum argenteum & diuersa vasa ex auro purissimo fabrefacta ad vsum abaci obtulit, Lateranensi vero Crucem eximiam, ex iacinctorum gemmis conflatam, quam Leo in supplicationibus præferri Carolo obsequutus instituit. Ex quibus singulis perspici potest, quam alienum a vero sit, quod quidam scripserunt, hac omnia a Leone ipsi inscienti, ac repugnanti Carolo esse delata, Carolumque sæpe dixisse, se, si Leonis voluntatem præsensisset, nequaquam eo die processurum in Vaticanum fuisse.*

100) EGINHARDVS c. XVI. *Scotorum quoque Reges sic habuit ad suam voluntatem per suam munificentiam inclinatos, vt eum numquam aliter quam Dominum, seque subditos ac seruos eius pronuntiarunt.* Exstant Epistolæ ab eis ad eum missæ, quibus huiusmodi affectus illorum indicatur. POETA SAXO *ad a. 814.* ANNALISTA SAXO *ad a. 810. auxit etiam gloriam regni sui quibusdam regibus ac gentibus per amicitiam sibi iunctis, adeo namque Adelfonsum Galliciæ atque Asturiæ Regem sibi societate deuinxit, vt is cum ad eum litteras vel Legatos mitteret, non aliter se apud illum, quam proprium; Scotorum quoque Reges sic habuit ad suam voluntatem per munificentiam inclinatos, vt eum numquam nisi Dominum seque subditos & seruos eius pronuntiarent.*

1) CHRONICON MOISSIACENSE *Anno DCCCI. cum apud Romam moraretur Rex Karolus, nuncii delati sunt ad eum, dicentes quod apud Græcos nomen Imperatoris cessasset, & fœmineum Imperium apud se haberent. Tunc visum est ipso Apostolico Leoni, & vniuersis sanctis Patribus, qui in ipso Concilio aderant, seu reliquo Christiano populo, vt ipsum Karolum Regem Francorum Imperatorem nominare debuissent: quia ipsam Romam matrem Imperii tenebat, vbi semper Cæsares & Imperatores sedere soliti fuerunt, seu reliquas sedes, quas ipse in Italia & Gallia, nec non & Germania tenebat. Quia Deus omnipotens has omnes sedes in potestate eius concessit, & ne pagani insultarent Christianis: ideo iustum esse videbatur, vt ipse cum Dei adiutorio, & vniuerso populo Christiano petente, ipsum nomen haberet.* Idem fere habet Codex antiquus Bibliothecæ Cæsareæ apud LAMBECIVM *lib. II. c. V. p. 381. ad a. 801.* in quo etiam hæc verba: *ideo iustum eis esse videbatur, vt ipse cum Dei adiutorio, & vniuerso Christiano populo petente, ipsum nomen haberet.* Inde ANNALES FRANCORVM FVLDENSES ad a. 801. dicunt: *Carolus ablato patritii nomine Imperator & Augustus est appellatus*, & MONACHVS EGOLISMENSIS in Annalibus Pithœanis p. 263. *antea domnus Carolus vocabatur ab omnibus Rex Francorum & patritius Romanorum: sed post laudes a domno apostolico more antiquorum principum adoratus est, atque ablato Patritii nomine Imperator & Augustus est appellatus.* Idem dicunt omnes Annales Francorum. Scilicet nomen mutabatur, iura & territorium Carolus possidebat, antequam fieret Imperator. Adde MABILLONIVM *de Re Diplomatica lib. II. c. XXVI. §. XVI.*

2) Hoc adserit BELLARMINVS *de translatione Imperii ad Francos*, qui MATTHIAE FLACIO respondere conatus fuit, sed singulari tractatu contra eundem egerunt HENNINGVS ARNISAEVS, & MATTHAEVS DRESSERVS. Eundem etiam late refutauit PFEFFINGERVS *Vitriario illustrato lib. I. Tit. IV. n. 38. p. 562.*

3) Claris verbis illud testatur SIGEBERTVS GEMBLACENSIS ad a. 801. *Romani, qui ab Imperatore Constantinopolitano iamdiu animo desciuerant, nunc accepta occasionis opportunitate, quia mulier excæcato imperatore Constantino filio suo eis imperabat, vno omnium consensu Carolo regi imperatorias laudes acclamant, eumque per manum Leonis Papæ coronant, Cæsarem & Augustum appellant.* Quare etiam omnes Annales Francorum dicunt, factum fuisse omni Romanorum populo acclamante.

4) OTTO FRISINGENSIS quidem *de gestis Friderici lib. II. c. XXI.* hoc innuere videtur: dum ipsum Imp. in epistola ad Romanos sic inducit scribentem: *reuoluamus modernorum Imperatorum gesta, si non diui nostri Principes Carolus & Otto, nullius beneficio traditum, sed virtute expugnatum Græcis seu Longobardis Vrbem, cum Italia eripuerint, Francorumque apposuerint terminis.* Idem Friderici responsum GVNTHERVS *Ligurino lib. I. v. 349.* hac ratione effert:

Ex quo Romanum nostra virtute redemtum
Hostibus expulsis, ad nos iustissimus ordo
Transtulit Imperium Romani gloria regni
Nos penes est.

Sed de virtute loquuntur, per quam non semper bellica virtus est intelligenda: hoc tamen certum, potentia Regum Francorum Roma & Italia ipsorum sceptris fuit addita. Gerhardus tamen van der Muelen diss. de Ortu & interitu Imperii Romani, demonstrare voluit iure belli Carolum Imp. Romanum tenuisse.

5) Hæc

§. XXI. Quietus mansit Saxonum status vsque ad annum 793. quo cum prælium factum esset inter Saracenos & Francos in Gothia, & in eo Saraceni superiores existerent, Saxones defecerunt. 7) Carolus autem insequenti anno ipsos duobus exercitibus circumdans, eo adegit, vt promitterent se esse Christianos & Regi fideles. 8) Recruduit bellum a. 798. dum Saxones Transalbini Legatos regis, qui ad eos, ob iustitias faciendas, missi erant, comprehensos interficerent. Quibus acceptis, Rex grauiter commotus, congregato exercitu Mindæ, Saxoniam inter Albim & Wiseram totam ferro & igni deuastat, fusi etiam Saxones fuerunt ab Abotritis. 9) Rex inde a. 794. tulit multitudinem Saxonum & quidem tertium hominem cum mulieribus & infantibus, & diuisit eos per Franciam, 10) Paderbrunnæ ædificauit ecclesiam miræ magnitudinis & diuisit totam prouinciam illam in parochias Episcopales. 11)

§. XXII. Anno 802. rebellabant iterum Saxones Transalbini, sed statim iterum fuerunt deuicti. 12) Tandem vero omnibus, qui resistere solebant, profligatis, 13) & in potestatem redactis, decem hominum millia ex his, qui vtrasque ripas Albis fluminis incolebant, cum vxoribus & paruulis sublatis transtulit Carolus, & huc atque illuc per Galliam & Germaniam multimoda diuisione distribuit. 14) Et postquam Carolus, partim bellis, partim suasionibus, partim etiam muneribus maxima ex parte gentem illam ad fidem Christi conuertisset, 15) eaque conditione a Rege proposita & ab illis suscepta, tractum per XXXIII. annos 16) in palatio ad Salam 17)

tentis Dei, eiusque dignissima genetricis solennes fundauit ecclesias. Verum, loquitur Wolterus de ecclesiis in vniuersa Germania fundatis, non saltim de Episcopatibus Saxoniæ, de quibus plenius egit ALBERTVS KRANTZIVS *Metropoli.*

7) ANN. FVLDENSES, LAVRISHAMENSES, POETA SAXO, REGINO, MONACHVS EGOLISMENSIS *ad a. 793.*

8) MONACHVS EGOLISMENSIS *ad a. 794.* ANNALISTA SAXO *ad a. 795.*

9) ANN. FVLDENSES, LAVRISHAMENSES, REGINO, MONACHVS EGOLISMENSIS ANNALISTA SAXO *ad a. 798.*

10) ANNALES FVLDENSES ad a. 794. *Saxones in Sinifelde congregati a Carolo subacti sunt, & tertius ex eis homo translatus.* ANNALES LAMBECIANI ad a. 794. *Karolus in Saxoniam pergens Saxones obtinuit, & tertium de eis hominem in Franciam educens collocauit.*

11) ANNALES FRANCICI *ad a. 799.* apud LAMBECIVM Tom. II. p. 380. *& Domnus Rex inde tulit multitudinem Saxonum cum mulieribus & infantibus, & collocauit eos per diuersas terras in finibus suis, & ipsam Terram eorum diuisit inter fideles suos, id est, Episcopos, Presbyteros, Comites, & alios Vassos suos, & ibi ad Padresbrunnum ædificauit Ecclesiam miræ magnitudinis, & fecit eam dedicare, & post hæc reuersus est in pace, ad Aquis Palatium.* Ex hoc P. IOSEPHVS CANTELIVS in *Historia vrbium Metropolitanarum p. II. c. VII.* concludit, terras Saxoniæ inter Episcopos fuisse diuisas. Verum, diuisa quidem fuit Saxonia in certas diœceses, non vero territorium. Sic enim AEGIL *in vita Sturmii* apud SVRIVM 17. Dec. p. 289. de Saxonia: *post non longum tempus totam Prouinciam illam in parochias Episcopales diuisit.*

12) ANNALES FVLDENSES ad a. 802. *Transalbini Saxones a Francis vastantur.* Idem dicunt ANNALES LAVRISHAMENSES & MONACHVS EGOLISMENSIS *ad a. 802.*

13) hæc & sequentia verba sunt EGINHARDI *vita Caroli M. c. VII.*

14) Hanc translationem ANNALES ad a. 804. referunt. Sic ANNALES FRANCORVM FVLDENSES: *Carlus Saxones Transalbinos cum mulieribus & natis transtulit in Franciam, & pagos Transalbianos Obodritis dedit.* Huc facit etiam EGINHARDVS c. VII. *decem hominum millia ex his qui vtrasque ripas Albis fluminis incolebant, cum vxoribus & paruulis sublatos transtulit, & huc atque illuc per Galliam & Germaniam multimoda diuisione distribuit.* ANNALISTA SAXO ad a. 804. *æstate vero in Saxoniam cum exercitu perrexit, omnes, qui trans Albiam in Wimodi habitabant, Saxones cum mulieribus & infantibus transtulit in Franciam & Pagos Trans-Albinos Abodritis dedit.* Idem tradunt ANNALES LAVRISHAMENSES, REGINO *ad a. 804.* POETA SAXO, LAMBERTVS SCHAFNABVRGENSIS & SIGEBERTVS GEMBLACENSIS *ad a. 803.* Licet isti saltim Transalbianos memorent.

15) verba sunt EIGILIS *vita Sturmii §. XXII.* Adstipulatur POETA SAXO *ad a. 803.*

... nam se quisquis commiserat eius
egregia fidei ritus spernendo profanos,
hunc apibus ditans ornabat honoribus amplis.
Copia pauperibus Saxonibus agnita primum
tunc fuerat rerum, quos Gallia fert opulenta.
Prædia præstiterat cum Rex compluribus illic,
ex quibus acciperent pretiosa tegmina vestis,
argenti cumulos, dulcisque fluenta Lyæi.
His vbi primores donis illexerat omnes
subiectos sibimet reliquos obtinuerat armis.

16) EGINHARDVS c. VII. *Susceptum est igitur contra eos bellum, quod magna vtrimque animositate, tamen maiore Saxonum quam Francorum damno, per continuos XXXIII. annos gerebatur. Poterat siquidem citius finiri, si Saxonum hoc perfidia pateretur.* Idem c. VIII. *plures tamen eo bello tam ex nobilitate Francorum, quam Saxonum, & functi summis honoribus viri, consumti sunt, tandemque anno tricesimo tertio finitum est.* MARIANVS SCOTVS ad a. 775. *Subiecta Italia, Saxonicum bellum biennio ante Italicum inceptum, repetitum est, & per 33. annos permansit.* HVGO FLAVINIAGENSIS *Chron. Verdun. apud* LABBEVM *Tom. I. p. 118. susceptum ergo bellum a Carolo contra Saxones per XXXIII. annos maiore damno Saxonum quam Francorum gestum est.* AVCTOR VITAE LVDOVICI PII *p. 346. finito tandem diutino atque cruentissimo Saxonico bello, quod, vt dicunt, triginta trium annorum tempus occupauit.* Sic etiam POETA SAXO ad a. 803.

Quos per ter denos & tres tam duriter annos
Linquere protracti penitus conamina belli
Plus Regis pietas & munificentia fecit,
quam terror.

ADAMVS BREMENSIS quidem *lib. I. c. VII.* ad Eginhardum prouocans, numerat saltim continuos annos XXX. Ast cum idem cap. XII. numerat XXXIII. annos, hunc locum esse corruptum putarem. Reliqui, qui triginta annos numerant, numero rotundo vsi fuisse videntur. De hoc tamen dubium adhuc superest, qua ratione dicti anni sint supputandi. AVCTOR quidem INCERTVS CHRONICI SLAVORVM apud LINDENBROGIVM *cap. III.* dicit:

Karo-

Iam 17) bellum constat a. 803. esse finitum, vt abiecto Dæmonum cultu, & relictis patriis ceremoniis, Christianæ fidei atque Religionis sacramenta susciperent, & Francis adunati vnus cum eis populus efficerentur. 18) Hinc etiam Comitiorum facti fuerunt participes. 19) A censu vero illos absoluit & tributo, decimas tamen illis imposuit clero soluendas. 20) Et licet in prouinciam redacti fuisse & durius habiti dicantur, illud tamen non de Saxonibus in vniuersum, sed illis saltim, qui abducti, intelligendum esse videtur, eo quod restiterunt, ipsisque ius paternæ hæreditatis ademtum, postquam tamen post septennium restituti, ius paternæ hæreditatis a Ludouico Pio iterum concessum. 21) Saxoniam vero per Comites & Missos rexit. 22) Ad Saxones autem conuertendos Carolus

Karolus Magnus ad fidem conuertit Christianam Saxones atque Thuringos, quia annis 33. continuis Pippinus genitor Caroli & Carolus bellauerunt contra Saxones. Tunc tandem Widikindus eorum princeps, deposita tyrannide, baptizatus est, cum omnibus magnatibus suis. Verum, dum finem belli cum Wittikindi baptismo a. 785. faciat, ad supputandos triginta tres annos, a Pipini bellis omnino erit incoandum. Dum vero EGINHARDVS testis fide dignus, a Carolo M. bellum contra Saxones per 33. annos gestum fuisse enarret, hunc potius sequimur. Hoc si ab anno 772. incoemus, iusta vsque ad annum 804. erit supputatio.

17) POETA SAXO *ad a. 803.*

nobilis hic annus longi certamine belli
tandem Saxones inter Francosque peracti
firmo perpetuæ conclusit fœdere pacis.
Augustus pius ad sedem Saltz nomine dictam
venerat.

Adde ECCARDVM *von Saltzburg p. 34.*

18) Verba iterum sunt EGINHARDI *c. XII.* Id quod plenius adhuc expressit POETA SAXO *ad a. 803.* dum ait:

huc omni Saxonum nobilitate
Collecta, simul has pacis leges inierunt.
Vt, toto penitus cultu rituque relicto
Gentili, quem dæmonica prius arte colebant
Decepti, post hac fidei se subdere vellent

Hinc etiam WITTICHINDVS *lib. I. p. 634. ob id qui olim socii & amici erant Francorum, iam fratres & quasi vna gens ex Christiana fide facta est.* CONRINGIVS quidem *de Ciuibus Imperii* §. 26. contendit, solam Saxonum nobilitatem cum Francis fuisse adunatam, eo quod Poeta eiusdem saltim faciat mentionem. Ast, dum Eginhardus generatim loquatur, potius de vniuerso populo intelligimus.

19) Patet hoc ex Capitulari Saxonum apud FVRSTENBERGIVM *Monum. Paderborn. p. 305.* & BALVTZIVM *Tom. I. p. 275.* in cuius procemio hæc leguntur: *anno ab incarnatione Domini nostri Iesu Christi DCCXCVII. & XXI. ac XXII. regnante domno Carlo præcellentissimo rege, conuenientibus in vnum Aquis palatio in eius obsequio venerabilibus episcopis & abbatibus, seu illustris viris comitibus V. Kal. Nouemb. simulque congregatis Saxonibus de diuersis pagis tam de Westfalahis, & Angariis, quam & de Oostfalahis, omnes vnanimiter consenserunt, & aptificauerunt, vt de illis capitulis, pro quibus Franci, si regis bannum transgressi sunt, solidos LX. componunt, similiter Saxones soluent, si alicubi contra ipsos bannos fecerint.* Sic in Cap. III. *item placuit omnibus Saxonibus*, & cap. IX. *vna cum Consensu Francorum & fidelium Saxonum.* Licet ipsis Conuentus proprii fuerint interdicti. Capitulatio de Partibus Saxoniæ: *interdiximus, vt omnes Saxones generaliter Conuentus non faciant, nisi forte Missus noster de verbo nostro eos congregare fecerit.*

20) POETA SAXO *ad a. 803.*

at vero censum Francorum Regibus vllum
soluere nec penitus deberent atque tributum.
Sed tantum decimas diuina lege statutas
offerrent, ac præsulibus parere studerent.

Adde ADAMVM BREMENSEM *lib. I. cap. IX.* ANNALISTA SAXO. & ex hoc CHRON. QVEDLINBVRGENSE: *DCCCIII. Carolus, conuentu habito in palatio Saltz, Saxones antiqua libertate donauit, eosque pro conseruanda fide catholica ab omni soluit tributo, excepto, quod omnes diuites ac pauperes totius suæ culturæ ac nutrituræ decimas Christo & sacerdotibus eius fideliter reddere iussit.*

21) Sunt equidem, qui Saxonum libertatem sub Carolo M. impugnare conantur, inter quos potissimum est IO. GRYPHIANDER in tractatu *de Statutis Rolandinis c. XXII. & sqq.* Prouocatur ad diploma Caroli M. ecclesiæ Bremensi a. 788. concessum, quod reperitur apud ADAMVM BREMENSEM *lib. I. c. IX.* KRANTZIVM Saxonia *lib. II. c. XV.* in quo hæc verba leguntur: *proinde omnem terram eorum antiquo Romanorum more in prouincias redigentes, & inter episcopos certo limite disterminantes.* Ast, si integrum diploma examinemus, facile patebit, Carolum hæc saltim loqui de ordinata in certas diœceses prouincia, minime vero de durissimo iure prouinciali, dum ipse statim sub initium diplomatis, Saxonum libertatem his verbis efferat: *quapropter nouerint omnes Christi fideles, quod Saxones, quos a progenitoribus nostris, ob sua pertinacia perfidiam semper indomabiles, ipsique Deo & nobis tam diu rebelles, quousque illius, non nostra virtute, ipsos & bellis vicimus, & ad baptismi gratiam Deo annuente perduximus, pristinæ libertati donatos, & omni nobis debito censu solutos.* AVCTOR vero VITAE LVDOVICI PII *ad a. 814.* apertius Saxonum libertatem restrictam fuisse asserit, dum ait: *Quo etiam tempore Saxonibus atque Frisonibus ius paternæ hæreditatis, quod sub patre ob perfidiam legaliter perdiderant, Imperatoria clementia restituit. Quod alii liberalitati, alii improuidentiæ assignabant, eo quod hæ gentes feritati assuefactæ, talibus habenis deberent coërceri, ne scilicet effrenes in perduellionis procacitatem ferrentur. Imperator autem eo sibi arctius eos vinciri ratus, quo eis beneficia largiretur, non est spe sua deceptus. Nam post hæc easdem gentes semper sibi deuotissimas habuit.* Sed hæc verba non de vniuersa Saxonum gente, sed de illis saltim esse intelligenda, qui peruicacia sua Carolo restiterant, integer contextus docet, maxime cum libertatem se perdituros, stipulassent, si fidem fallerent, prout §. XVII. fuit assertum. Vid. etiam REINECCIVS *de Saxonum Originibus p. 20.* MEIBOMIVS *introd. ad Hist. Saxoniæ Inferioris.* PFEFFINGER *Vitriario illustrato lib. I. Tit. 11. §. 10. c. 20.*

22) Docet hoc nos POETA SAXO *ad a. 803.*

tum sub iudicibus, quos Rex imponeret ipsis
Legatisque suis permissi legibus vti
Saxones patriis & libertatis honore.

Licet tales iam antea eos habuisse, testatur CHRON. MOISSIACENSE ad a. 782. *habuit Karolus Conuentum magnum exercitus sui in Saxonia, ad Lippebrunnem. Et constituit super eam Comites ex nobilissimo Saxonum genere.* Talis Comes erat Trutmannus, ad quem Præceptum de a. 789. extat ap. BALVTZIVM *Tom. I. p. 250.* ANNALES etiam FRANCORVM FVLDENSES *ad a. 798.* mentionem faciunt legatorum regiorum, qui ad iustitiam faciendam apud Saxones versabantur. Immo, ex eo, quod vna gens cum Francis fuerint facti, patet, Duces eos proprios non habuisse. Quare etiam ADAMVS BREMENSIS

rolus Bonifacio & post eiusdem martyrium, Sturmione, primo Abbate Fuldensi fuit vsus. 23)

§. XXIII. Post initium Saxonici belli, rogatu & precibus Hadriani, Romanæ vrbis Episcopi, exoratus, bellum contra Longobardorum Regem Desiderium a. 773. suscepit. 24) Desiderius enim Papæ offensus, eo quod defuncti Carolomanni filios, qui ad ipsum confugerant, coronare nollet. 25) Romanæ ditionis vrbes Exarchales potissimum, quas Pipinus sedi Romanæ concesserat 26) inuadebat, ipsam quoque Romam oppugnaturus. Carolus igitur ab Hadriano Papa per Petrum legatum inuitatus, 27) & postquam per legatos suos, quos Romam miserat comperisset, Desiderium vrbes ablatas non reddidisse, 28) bellum sibi contra Longobardos suscipiendum ratus, cum toto Francorum exercitu Gebennam Burgundiæ ciuitatem, iuxta Rhodanum sitam venit, ibique de bello suscipiendo deliberans, copias quas secum adduxerat, diuisit, & vnam partem cum Bernhardo patruo suo per montem Iouis ire iussit: alteram ipse ducens per montem Cinisum in Italiam contendit. Superatoque Alpium iugo, multa difficultate 29) Veronam venit, ibidem Gilbergam Carolomanni viduam cum filiis sese dedentem, in gratiam recepit, 30) Desiderium vero Regem frustra sibi resistere conantem citra congressum fugauit, 31) Ticinoque inclusum obsedit, & in oppugnatione ciuitatis, quia difficilis erat, totum hyberni temporis spatium consumsit, vsque dum illam a. 774. caperet, Desiderium Regem cum fami-

211) *Hist. Eccles. lib. II. c. IX.* ait: *nondum post tempora Caroli, propter veteres illius gentis seditiones, Saxonia Ducem accepit, nisi Cæsarem.* Hunc iisdem verbis sequitur HELMOLDVS *Chron. Slau. lib. I. c. X.* ALBERTVS *Stad. ad a. 961.*

23) Vide *Vitam S. Sturmionis* apud BROWERVM *Antiqu. Fuld. cap. IV. & V.*

24) EGINHARDVS *in vita c. VI.*

25) ANASTASIVS Vita Adriani p. 144. *Desiderius ipsum sanctissimum præsulem ad se properandum seducere conabatur, vt ipsos antefatos Carolomanni filios Reges vngeret, cupiens diuisionem in Regno Francorum immittere, ipsumque beatissimum Pontificem a charitate & dilectione excellentissimi Caroli Regis Francorum & patritii Romanorum separare -- sed fauente Deo hoc nullo modo potuit impetrare.* Et p. 150. *At vero dum per nullam occasionis versutiam potuisset, isdem malignus Desiderius persuadere antefatum sanctissimum Pontificem ad se deducendum, vt antefati Caroli magni* (legendum Carolomanni) *filios Reges vnxisset, & ipsum almoficum Pontificem a charitate & dilectione sæpe fati Christianissimi Caroli magni Regis separare voluisset, tunc pertinentia & audacia egressus a suo palatio &c.* ANNALISTA SAXO *ad a. 773.*

26) Recenset ANASTASIVS *in vita Hadriani p. 144.* vrbes a Desiderio occupatas: *quibus egredientibus ab hac Romana vrbe, & Perusiam coniungentibus coniunxit mandatum, quod iam fatus Desiderius abstulisset Ciuitatem Fauentiam, & Ducatum Ferrariæ, seu Comachium de Exarchatu Rauennate, quas sanctæ memoriæ Pipinus Rex, & eius filii Carolus & Carolomannus excellentissimi Reges Francorum, & patritii Romanorum beato Petro concedentes obtulerunt. Nec enim duo menses præterierunt, quod ipse sanctissimus vir pontificatus culmen adeptus est. Ita isdem atrocissimus Desiderius easdem abstulit Ciuitates constringens ex omni parte Ciuitatem Rauennatium, & Casales ac omnia præsidia Rauennatia occupans, cunctaque victualia, familias etiam, seu peculia ipsorum, vel quæque in ipsis præsidiis habere videbantur, abstulit.* Idem tradit PAVLVS DIACONVS *Hist. Longob. lib. VI. cap. LXI.* SIGONIVS *de regno Italico lib. III. ad a. 772.* Ex hoc loco Romani in dissertatione historica de summo Apostolicæ sedis Imperio in vrbem Comitatumque Comacli iura sua demonstrare conantur. His tamen attentatis AVCTOR *des Droits de l'Empire sur l'etat Ecclesiastique* satis obuiam iuit.

27) AVCTOR VITAE ADRIANI I. apud MABILLONIVM *Tom. I. Musei Italici p. II. p. 39. Eo tempore Desiderius Romanæ Ecclesiæ castra & prædia more antecessorum suorum nimis vastabat. Quapropter Papa prædictus commotus, Carolum, Francorum Regem, contra Desiderium in Italiam inuitauit.* ANASTASIVS *pag. 150. 151.* ANNALES FRANCORVM, POETA *ad a. 773.* AVCTOR GESTORVM ADRIANI I. apud FERDINANDVM VGHELLVM *Italia Sacra Tom. II. p. 114.*

- - Desiderio Roma regnante superbo
Et tres Ecclesiæ morsu nimio lacerante
Idem vir fortis (Adrianus) *quo pestem vinceret hostis*
Tunc regem Carolum vocitauit amicus amicum
ad prosternendum magna virtute proteruum

28) ANASTASIVS Vita Adriani p. 151. *post hæc coniunxerunt ad sedem Apostolicam missus Caroli, excellentissimi Regis Francorum & Patritii Romanorum, id est, Georgius sanctissimus Episcopus, Gulfardus religiosus Abbas & consiliarius, seu Albinus, Deliciosus ipsius Regis, inquientes si præfatus Longobardorum Rex ablatas ciuitates & omnes iustitias beati Petri reddidisset, sicut false in Franciam dirigebatur, asserens, se omnia reddidisse. Et satis facti sunt præsentialiter, nihil ab eo redditum fuisse.* Desiderius tamen in litteris ad Grimoaldum, Viterbiensem Comitem omnem culpam in Adrianum reiicit, maxime, dum ita scribit: *Nos non sumus Tusciæ destructores, vt nos apud Gallos accusat Hadrianus Papa &c. Hoc non est Etruriam destruere, vt nos arguit Hadrianus, qui pacem vltro a nobis oblatam respuit* apud SIGONIVM *lib. III. de Regno Italiæ pag. 85.* Adde ANASTASIVM *Adriano p. 144. sqq.*

29) EGINHARDVS c. VI. *Italiam intranti, quam difficilis Alpium transitus fuerit, quantoque Francorum labore inuia montium iuga, & eminentes in cœlum scopuli atque asperæ cautes superata sint, hoc loco describerem, nisi vitæ illius modum potius, quam bellorum, quæ gessit, euentus memoriæ mandare animo esset propositum.*

30) ANASTASIVS Vitis Pontificum p. 153. *Adalgisus, Desiderii filius, adsumens secum Autcharium Francum, & vxorem atque filios sæpe dicti Carolomanni in ciuitate quæ Verona vocatur, pro eo, quod fortissima præ omnibus Longobardorum esse videretur, ingressus est.* Et p. 154. *Dum Carolus illuc coniunxisset, protinus Autcharius & vxor atque filii sæpius nominati, Carolomanni, propria voluntate eidem benignissimo Carolo Regi se tradiderunt, atque recipiens eius excellentia denuo repedauit Papiam.* Adde SIGONIVM *de R. Italiæ lib. III. p. 87.*

31) ANASTASIVS Vita Adriani p. 153. *Deus misit terrorem & validam trepidationem in cor Desiderii vel filii ipsius, Adalgisi scilicet, & vniuersorum Longobardorum & inter eadem nocte dimissis propriis tentoriis atque omni supellectile fugam omnes generaliter, nemine eos persequente, arripuerunt.* ANNALES LAVRISHAMENSES ad a. 773. *Carolus,*

familia & cunctis, qui cum eo erant captiuum faceret. 32) Finis igitur huius belli fuit subacta Italia. 33) Rex Desiderius cum vxore Ansa & filia captiuus in Franciam fuit ductus, 34) perpetuo exilio Leodium deportatus, licet Aquisgrani defunctus fuisse videatur. 35) Filius eius Adalgisus primo Veronam, inde Constantinopolin fugit, 36) terræ Langobardis ereptæ, Hadriano, Romanæ ecclesiæ Rectori restitutæ, 37) erga Longobardos vero omni clemen-

lus, superato Alpium iugo, Desiderium Regem frustra sibi resistere conantem citra congressum fugauit. Adsentiuntur ANNALES FVLDENSES, BERTINIANI & reliqui *ad d. a.* POETA SAXO *ad d. a. Congressu nec dum facto terrore fugauit.* Falsum itaque est, quod GOTFRIDVS VITERBIENSIS *Chron. p. XVII. p. 444.* ait:

Campus apud Ligures, Mortaria rite vocatur
Rex vbi congreditur, Ligurum pars victa fugatur
Sic Desiderii copia terga dedit.
Pro nece multorum quæ facta fuit populorum
Dicitur illorum Mortaria nomen agrorum
Quæ peregrinorum stat modo grande forum.

Adde SIGONIVM *de Regno Italiæ lib. III. p. 86.*

32) ANASTASIVS Vita Adriani p. 153. *Desiderius quantocyus cum suis iudicibus velociori cursu fugiens, atque Papiam coniungens ibidem se cum ipsis suis iudicibus & multitudine populi Longobardorum recludi studuit. Et muniens muros ipsius ciuitatis ad resistendum Francorum exercitibus, & propriam defendendam ciuitatem cum suis Longobardis se preparauit.* PAVLVS DIACONVS *in Supplemento Longobardicorum p. 179. Carolus Desiderium persecutus Papiam ex omni parte circumdans vallauit. - - Cum iam per VI. menses ibi moraretur, relicta ibi exercitus multitudine ipse Romam deuotissimus venit, reuersusque Papiam ipsamque obsidens fortiterque debellans eandem ciuitatem, simulque & Desiderium, Longobardorum Regem atque cunctos, qui cum eo erant, comprehendit, suaeque potestati subiugauit, dominans Italiam.* Adde ANNALES BERTINIANOS, FVLDENSES, LAVRISHAMENSES, SIGEBERTVM GEMBLACENSEM *ad a. 773. 774.*

33) ANNALES METENSES ad a. 774. *Carolus Papiam venit, ipsamque ciuitatem cepit - - ibique venientes vndique Longobardos de singulis ciuitatibus Italiæ subdiderunt se dominio gloriosi Caroli.* ANNALES BERTINIANI ad a. 774. *tunc Carolus, ipsa Italia sibi subiugata, & ordinata custodia Francorum in Papia ciuitate, dimittens, cum vxore & reliquis Francis, Deo adiuuante cum magno triumpho Franciam reuersus est.* Adde reliquos ANNALES FRANCORVM & POETAM SAXONEM *ad a. 774.* MONACHVM EGOLISMENSEM *p. 48.*

34) ANNALES METENSES ad a. 774. *Carolus Desiderium Regem cum vxore & filia, & omnibus thesauris palatii cepit.* ANNALES LAMBECIANI *in Tomo II. Comment. de Biblioth. Vindob. c. V. p. 372. Karlus regreditur in Franciam, adducens secum Desiderium & coniugem eius ac filiam.* ANNALES FVLDENSES *ad a. 774. Langobardi obsidione pertæsi pariter cum rege Desiderio egrediuntur ad Regem. Ille vero altera die cum hymnis & laudibus vrbem ingrediens, thesauros regum repertos exercitui distribuit, & cunctum Italiæ regnum adeptus, in Franciam regreditur, ducens secum Desiderium cum coniuge eius.* Desiderii vxorem nominant ANNALES NAZARIANI ad a. 774. *Desiderius Rex & Ansa, vxor eius exiliati sunt in Franciam.*

35) CHRON. LEODIENSE apud LABBEVM *nou. Bibl. Mstorum Tom. I. p. 335. ad a. 774. Carolus regnum Italiæ cepit, & Desiderium Regem in exilium direxit Agilfrido Episcopo* Clarius SIGEBERTVS GEMBLACENSIS ad a. 774. *Desiderius Rex cum vxore & filia, & cunctis principibus capitur & perpetuo exsilio ad Gallias Agilfredo Leodiensium Episcopo dirigitur.* ANSELMVS *Gestis Pontificum Leodiensium c. XXIII. prafatum vero Regem & eius coniugem secum in Franciam deportauit & in exilium eos ad supradictum dominum Agilfridum Episcopum apud Leodium misit.* Sequitur ALBERICVS *ad a. 775.* & CHAPEAVILLVS *notis ad Anselmum.* Male igitur Corbeiam supponit HEPIDANNVS *ad a. 772.* scribens: *Paucia ciuitas conquisita, & Desiderius & Ansa vxor eius pariter exsiliati sunt ad Corbeiam, & ibi Desiderius in vigiliis & orationibus & ieiuniis & multis bonis operibus permansit, vsque ad diem obitus sui.* Verum IO. MABILLONIVS *praf. Actorum Sanctorum Benedict. Sect. III. p. II. p. 14.* nullam eius rei apud Corbeienses reperiri memoriam testatur. Videtur tamen postmodum Aquisgranum fuisse delatus, ibidemque defunctus. Sic enim scribit GOTFRIDVS VITERBIENSIS *p. XVII. Chron. p. 144.*

Traditur (Desiderius) *exilio pariter cum coniuge vinctus*
cuius Aquisgrani carcere vita cadit

Quare etiam IO. NOPPIVS *Chron. Aquensi p. I. c. V.* Desiderium Aquisgrani ad pedes Caroli M. fuisse sepultum testatur, idque ex antiqua traditione Reineri a Wachtendunck Canonici Senioris. Adde BARTH. FISEN *Hist. Eccles. Leod. ad a. 774.*

36) Primum Veronam aufugit, de quo ANASTASIVS *Vita Adriani p. 153. Adalgisus adsumens secum Autcharium Francum & vxorem atque filios Carolomanni, in ciuitate, quæ Verona nuncupatur, pro eo, quod fortissima præ omnibus ciuitatibus Longobardorum videretur, ingressus est.* Idem p. 154. *Et dum agnouisset, fugam arripuisse in Veronam, prænominatum Adalgisum, relinquens plurimam partem ex suis exercitibus Papiæ, ipse cum aliquanto fortissimis Francis in eandem Veronam properauit ciuitatem.* Inde Constantinopolim fugit, de quo ANNALES METENSES ad a. 774. *Adalgisus filius Desiderii fugiens nauim intrauit, & per mare Constantinopolim vsque peruenit.* ANNALES FVLDENSES ad h. a. *Adalgisus filius eius Constantinopolim fugit.* Quanto in honore apud Constantinopolitanos fuerit, docent ANNALES LAVRISHAMENSES *ad a. 774.* dum scribunt: *Adalgisus, filius Desiderii, in quo Longobardi multum spei habere videbantur, desperatis patriæ rebus, relicta Italia, in Græciam ad Constantinum Imperatorem se contulit, ibique in patriciatus ordine atque honore consenuit.* Adde ANNALES BERTINIANOS, ANNALISTAM SAXONEM *ad a. 774.* POETA SAXO *ad a. 774.*

. . . Adalgis
cum Longobardis in eo spes ampla maneret
diffidens rebus patriæ se contulit inde
ad Constantinum Græcorum sceptra regentem,
a quo Patritius præclaro munere factus
hoc in honore sua permansit ad vltima vitæ

Falsum itaque est, quod SIGONIVS *lib. IV. de R. Italiæ pag. 94.* scribit: Adalgisum a. 788. in Caroli potestatem concessisse, & in tormentis expirasse. BERNARDVS SACCVS *Historia Ticinensi lib. X. c. XVII. p. 769.* qui Adalgisum in Sicilia contra Carolum arma mouentem dicit fuisse occisum. Adde ECCARDI *Stemma Desiderianum §. II.*

37) Sunt verba EGINHARDI *sub finem Cap. VI.* MONACHVS EGOLISMENSIS *ad a. 774.* HVGO FLAVINIACENSIS *ad a. 772.* Vita Adriani apud MABILLONIVM *Museo Italico Tom. I. p. alt. p. 39. eo siquidem tempore Desiderius regnum Longobardorum tenebat, & Romana ecclesiæ castra & prædia more antecessorum suorum nimis vastabat. Quapropter Papa prædictus commotus, Carolum Francorum Regem, sicut in gestis ipsius Caroli legitur, contra Desi-*

clementia vsus fuit Carolus, 38) liberum cuiuis relinquens, qua lege viuere vellet.

§. XXIV. A. 775. Rotgaudus, Foroiuliensis Dux in Italia res nouas moliebatur, 39) contracta cum Stabilinio, quem Carolus Marchiæ Taruisinæ præfecerat, societate. Verum, Carolus contra Rotgaudum in Italiam profectus, eundem interfecit, Stabilinium in Taruiso ciuitate cepit. 40) Rebellabat etiam Aragisus, Dux Beneuentanus, ast, dum Carolus a. 786. cum exercitu Capuam venisset, reliquit Arigisus Dux Beneuentum, in Salernum se reclusit, & filios suos Romualdum & Grimaldum cum multis muneribus & obsidibus in Caroli castra misit, Carolus elegit duodecim obsides, cum Grimaldo, & acceptis muneribus, iurauerunt omnes Beneuentani Carolo. 41) Licet postmodum Arigisus Salernum muniret, primus Beneuenti Principem se adpellari iuberet, ab Episcopis vngi se faceret, & coronam sibi imponeret, atque in suis chartis: *scriptum in sacratissimo nostro palatio*, in fine scribere præciperet. 42) Succedebat Arigiso Grimaldus cum Caroli M. consensu, cui tamen duras Carolus præscripsit conditiones. 43) Hic Francis primum contrarius 44) postea ipsis auxilio fuit contra Græcos atque 7000. solidorum singulis annis tributi loco persoluit. 45)

§. XXV. Exinde memoranda veniunt iura aduocatiæ atque Patritiatus Romanorum, quæ Carolus M. fuit adeptus. Scilicet, postquam Caroli M. pater Pipinus, Stephanum Papam ab Aistulpho Longobardorum Rege liberasset, ipsum non solum sed etiam filios eius Carolum atque Carolomannum A. C. 754. constituit Patritios, 46) per quam digni-

Desiderium in Italiam inuitauit. Qui etiam Carolus non prius destitit, donec Desiderium bellis fatigatum perpetuo exilio damnaret, & filium eius Italia pelleret, resque direptas Adriano Papæ restitueret, & filium suum Pipinum Italiæ præficeret. Adde WALTRAMVM *de Vnit. Eccles. conser. lib. II. cap. XV.* Pleno equidem iure has vrbes Papæ fuisse traditas contendit IL DOMINIO DELLA SEDE APOSTOLICA *p. 4.* de quo Scriptores antiqui tacent.

38) PAVLVS DIACONVS *de Episcopis Metensis Ecclesiæ* p. 289. *Carolus Longobardorum gentem vniuersam sine graui prælio sua subdidit ditioni, & quod raro fieri assolet, clementi moderamine victoriam temperauit.* Carolus etiam Leges Longobardicas minime, prout BERNHARDVS SACCVS *lib. X. Hist. Ticinensis c. XVI. p. 768.* autumat, abrogauit, quin potius illas plurimum adauxit. Patet enim ex Legibus Longobardicis ab ipso adauctis, in cuius procemio hæc habentur: *considerantes vtilitatem nostram & populi a Deo nobis concessi ea quæ ab antecessoribus nostris Regibus Italiæ in edictis legis Longobardicæ ab ipsis edita prætermissa sunt iuxta rerum & temporum considerationem addere curauimus, solliciti vt necessaria, quæ legi defuerunt, supplerentur.* Sic etiam Leges Longobardicas diutius apud Italos fuisse seruatas, patet ex NARRATIONE CONTENTIONIS DE CELLA S. MARIAE IN MINIONE inter Monachos Fartenses & Sanctorum Cosmæ & Damiani, in qua: *secundum legem Longobardam nos defendimus, quia per centum & eo amplius annos res nostri monasterii sic defensata est: Quod cum Imperatori fuisset relatum, dixit: si ipsum monasterium per Legem Longobardorum fuit defensatum, a sua lege nullatenus subtraho eum.* Licet Carolus cuiuis liberum reliquerit, an Lege Romana, Longobarda, & Salica vellet viuere, de quo SIGONIVS *de Regno Italiæ lib. IV. p. 90. Idem Carolus legem etiam Salicam in Italiam intulit. - - Ita ab hoc tempore tribus Italia legibus vixit, Romana, Longobarda, & Salica. Obseruatum est autem, vt qua quisque lege viuere vellet, profiteretur, atque ex ea ius illi diceretur. Quam consuetudinem Italia inde vsque ad Lotharii II. Imperatoris tempora conseruauit.* Quare etiam non defuerunt in Italia, qui lege Salica viuerent, prout superiori Periodo *II. §. XV.* demonstraui.

39) ANNALES LAVRISHAMENSES ad a. 776. *Regi nuntiatur, Rotgaudum Longobardum, quem Foroiuliensibus Ducem dederat, in Italia res nouas moliri, etiam complures ad eum ciuitates defecisse.* ANNALES LOISELIANI ad a. 775. *tunc audiens, quod Rotgaudus Longobardus fraudauit fidem suam, vt omnia Sacramenta rumpens & voluit Italiam rebellare.* POETA SAXO *ad a. 776.*

40) CHRON. MASCIACENSE ad a. 776. *perrexit Rex Carolus in Italiam & occiso Rotgaudo, qui illi rebellis erat, obsederuntque Stabilinium, socerum suum, Taruiso ciuitate. Eo capto, dispositisque omnibus rediit cum suis Francia.* ANNALISTA SAXO *ad a. 776. Karolus Rex Italiam ingressus, Foroiulianorum partes petiuit, Rotgaudum rebellem captum decollari iussit, deinde ad Taruisium ciuitatem veniens Pascha celebrauit, & ordinatis rebus derelictisque custodibus ex Francis in ciuitatibus, quæ aduersus eum senserant, in Franciam cum prosperitate reuersus est.* MON. EGOLISMENSIS *vita Caroli p. 50. Carolus, Foroiulio & Taruisio captis cum reliquis ciuitatibus, quæ rebellauerunt, misit in eos Francos.* Adde ANNALES FVLDENSES, PETAVIANOS, LAMBECIANOS *ad a. 776.*

41) MON. EGOLISMENSIS *pag. 52.* EGINHARDVS *c. X.* ANNALES FRANCORVM, POETA SAXO *ad a. 786.* ANNALISTA SAXO *ad a. 787.* ERCHEMPERTVS *Hist. Longobard. n. 2.*

42) Verba sunt ERCHEMBERTI *Hist. Longob. n. 3.*

43) ERCHEMBERTVS *n. 4. defuncto debine Arichi, consilio babito Beneuentanorum Magnates Legatos ad Karolum destinarunt, multis eum flagitantes precibus, vt iam fatum Grimoald, quem a genitore obsidem iam priore susceperat, sibi præesse concedere dignaretur. Quorum petitionibus Rex annuens, illic continuo prædictum contulit virum simulque ius regendi Principatum largitus est; sed prius pactis huiuscemodi vinxit: vt Longobardorum mentum tonderi faceret. Chartasque vero nummosque sui nominis characteribus superscribi semper iuberet. Ac muros Salerni, Acheruntiæ, & Consiæ funditus euerteret. Accepta denique licentia repedandi, a Beneuenti ciuibus magno cum gaudio acceptus est. In suis aureis eius nomen aliquamdiu figurari placuit; schedas similiter aliquanto iussit tempore exarari, reliqua autem pro nihilo duxit obseruanda; mox rebellionis iurgium initiauit.*

44) ERCHEMPERTVS *n. 6.*

45) ANNALES LAVRISHAMENSES *ad a. 800.* atque *ad a. 814. Ludouicus cum Grimoaldo, Beneuentanorum Duce, pactum fecit, atque firmauit eo modo, quo & pater, vt Beneuentani tributum singulis annis VII. millia solidorum darent.*

46) De Pipino quidem Patricio constituto, communi ore adserunt Scriptores. LEO OSTIENSIS Chron. lib. I. c. VIII. *propter quod* (cessum Exarchatum) *tum Romanorum etiam Patritius constitutus est.* ALBERICVS etiam Chron. ad a. 750. Carolum Martellum fuisse Patritium, auctor est, dum ait: *tertius autem Gregorius non solum vectigalia interdixit, sed etiam Karolo Martello Francorum principi misse*

dignitatem ipsis tunc temporis iura defensionis sedis Romanæ fuerunt concessa. Dum autem Adrianus Papa per legatum suum Petrum, Carolum ad auxilia contra Desiderium ferenda inuitaret, hac ratione vtebatur, quod ipse legitimus tutor & defensor esset ipsius ecclesiæ, quoniam illum Stephanus Papa in Patricium Romanorum ordinauerit. 47) Hinc denuo iura Defensionis atque Aduocatiæ Romanæ Carolo fuerunt concessa.

§. XXVI. Dum vero per mensium spatium Carolus in obsessione Papiæ vrbis moraretur, circa Paschatis festum Romam properans, vbi cum magna solennitate a Papa & Proceribus Romanis cum crucibus & vexillis fuit receptus, ipseque in Patritium Romanorum non solum constitutus, 48) sed etiam sub hac dignitate iureque, Adrianus Papa, habita

missis reliquiis & muneribus pretiosis, salutauit eum Apostolicis scriptis, quibus & significauit, quod Romanus eum clerus & populus elegissent Romanæ patricium vrbis & ecclesiæ defensorem. Itaque Karolus Martellus fuit patritius Romanus, Pippinus filius eius fuit patritius Romanus, Karolus Magnus filius eius fuit patritius Romanus, donec factus fuit Imperator, quod maius est. Licet de Carolo Martello certum sit, quod quidem defensor fuerit constitutus sedis Romanæ, non æque Patritius, prout ex epistola Gregorii III. Papæ V. & VI. demonstrauit PETRVS de MARCA *Concordia sacerdotii & Imperii l. I. c. VII. n. 3.* Sed WALTRAMVS *de vnitate ecclesiæ conseruanda sub initium* dicit: *inde legitur, Stephanum papam venisse ad regem Pippinum, & postulasse patrocinium eius contra Haistulfum regem Longobardorum, ac ipsius patrocinii gratia decreuisse quemlibet deinceps regem Francorum patritium esse Romanorum.* Licet autem hoc nondum adeo certum sit, patet tamen, Carolum & Carolomannum æque patritios fuisse constitutos. Sic enim Paulus Papa apud du CHESNE *Tom. III. ep. XL.* & STEPHANVS Papa *ep. XLV.* hoc vtuntur titulo: *Domnis excellentissimis filiis Carlo & Carlomanno Regibus Francorum & Patritiis Romanorum.* Factum illud cum Stephanus III. Papa Pipinum vna cum Carolo & Carolomanno a. 754. inungeret in Reges. Sic enim ANNALES METENSES ad a. 754. de Stephano: *ordinauitque secundum morem maiorum vnctione sacra Pippinum piisimum Principem Francis in Regem, & Patritium Romanorum: & filios eius duos felici successione Karolum & Karolomannum eodem coronauit honore.* ANNALES LAVRISHAMENSES, BERTINIANI, reliquique idem tradunt de Carolo & Carolomanno in Reges vnctis, non vero de Patritiatus honore. Immo, HVGO FLAVINIACENSIS *Chron. Verdunensi* apud LABBEVM *Tom. I. pag. 104.* ab isto tempore Imperialem Francorum dignitatem reputat, dum scribit: *Sed & Stephanus, qui Zacharia successerat propter infestationem Aistulphi Regis Longobardorum decimo quarto die mensis Octobris Roma egressus Indictione septima Papatus sui anno secundo ab Incarn. Dom. DCCLIV. ad Pipinum venit in Francia, & constituit eum Romanæ ecclesiæ defensorem, & Principem, & confirmauit vnctione sua in Regem, & vnxit duos filios eius Carolomannum & Carolum. Et tunc ablata est Roma a subiectione Imperii Græcorum.* Hunc sequuntur reliqui Annales. MABILLONIVS *lib. II. c. III. n. 9.* putat, honorarium duntaxat sine re titulum Pippino, eiusque filiis primum a Stephano fuisse concessum, idque ex eo confirmat, quod nullus eorum hoc titulo vsus. Ast, potius videtur, sub Patritii titulo, ipsis concessa fuisse iura defensionis Romanæ, dum Stephanus III. Papa in epistola VI. ad Pipinum Regem Francorum, ita scribat: *nulli alii, nisi tantummodo tuæ amantissimæ Excellentiæ, vel dulcissimis filiis, & cunctæ genti Francorum per Dei præceptionem, & beati Petri sanctam Dei ecclesiam, & nostrum Romanorum Reipublicæ populum commisimus protegendum.*

47) Clare illud innuunt ANNALES METENSES ad a. 773. *cum hiemaret Rex Karolus in villa quæ dicitur Theodonis, ibi venit ad eum Missus domni Adriani Papæ nomine Petrus, obnixe postulans, vt ad defendendam Ecclesiam Romanam festinaret, & vt populum Romanum de manibus superbi Regis Desiderii liberaret, adiungens, quod ipse legitimus tutor & defensor esset ipsius Ecclesiæ, quoniam illum prædecessor suus beatæ memoriæ Stephanus Papa vnctione sacra liniens, in Regem ac Patricium Romanorum ordinauit.* Idem dicunt alii Scriptores, quod Carolo M. primum saltim iura defensionis fuerint concessa. Sic enim MONACHVS EGOLISMENSIS apud du CHESNE Tom. III. p. 69. *post Pippinum Pium regnauit domnus Carolus filius eius, quem postea Romani elegerunt sibi Aduocatum sancti Petri contra Reges Longobardorum. Deinde ipsum domnum Carolum elegerunt sibi in Patricium Romanorum. Deinde eleuauerunt in Imperatorem & Augustum.* Quare etiam ante concessa plena iura Patriciatus, defensoris saltim titulo vsus fuit in Capitulari primo ad a. 769. apud BALVZIVM *Tom. I. p. 189. Karolus gratia Dei Rex regnique Francorum rector, & deuotus sanctæ Ecclesiæ Defensor, atque adiutor in omnibus apostolicæ sedis.*

48) Late hæc narrat ANASTASIVS vitis Pontificum *pag. 154.* dum ita loquitur: *& dum per sex mensium spatium ipse Francorum Rex Papiæ demoraretur in obsessione ipsius Ciuitatis magnum desiderium habens ad limina Apostolorum properandi, considerans, quod & sacratissima Paschatis festiuitas appropinquasset: tunc abstollens secum diuersos Episcopos, Abbates etiam & Iudices, Duces nempe, & Graphiones cum plurimis exercitibus hic Romam per Tusciæ partes properauit, ita festinanter adueniens, vt in ipso Sabbato sancto se liminibus præsentaret apostolicis. Cuius aduentum audiens antedictus beatissimus Hadrianus Papa, quod sic repente ipse Francorum aduenisset Rex in magno stupore, & extasi deductus, direxit in eius occursum vniuersos iudices ad fere triginta millia ab hac Romana vrbe in locum, qui vocatur nouas, vbi eum cum bandora (banderia, siue vexillo militari) susceperunt. Et dum appropinquasset fere vnius milliario a Romana vrbe direxit vniuersas scholas militiæ vna cum patritiis, simulque & pueris qui ad discendas literas pergebant, deportantes omnes ramos palmarum, atque oliuarum, laudesque omnes canentes cum acclamationum earundem laudum vocibus ipsum Francorum susceperunt Regem. obuiam illi eius sanctitas dirigens venerandas cruces, id est, signa, sicut mos est ad Exarchum, aut patritium suscipiendum, eum cum ingenti honore suscipi fecit. Ipse vero a Deo institutus benignissimus Carolus magnus Francorum Rex, & Patritius Romanorum, qua hora easdem sacratissimas cruces, ac signa sibi obuiam aduenisse conspexit, descendens de equo, quo sedebat, ita cum suis Iudicibus ad beatum Petrum pedestris properare studuit. Quod quidem almificus antedictus Pontifex diluculo surgens in eodem Sabbato sancto cum vniuerso Clero, & populo Romano ad beatum Petrum properauit ad suscipiendum eundem Francorum regem, & in gradibus ipsius apostolicæ aulæ, eum cum clero suo præstolatus est. Coniungente vero eodem Excellentissimo, ac benignissimo Carolo Rege omnes gradus sigillatim eiusdem sacratissimæ beati Petri deosculatus est, & ita vsque ad prænominatum peruenit Pontificem. Vbi in atrio super gradus iuxta fores Ecclesiæ assistebat. Eoque suscepto*

habita synodo, sanctione pragmatica omne ius eligendi pontificem & ordinandi sedem Papalem concessit, 49) vt hac ratione sub titulo atque dignitate Patritiatus omne ius in vrbem & Papam Romanum Carolo concederetur. 50) Adriano defuncto, Leo Pontificatum suscepit, & mox per legatos suos claues Confessionis S. Petri ac vexillum Romanæ vrbis cum aliis muneribus Regi misit, rogauitque, vt aliquem de suis optimatibus Romam mitteret, qui populum Romanum ad suam fidem atque subiectionem per sacramentum

sceptro mutuo se amplectentes, tenuit isdem Christianissimus Carolus Rex dexteram manum antedicti Pontificis. Hæc vltima verba satis indicant, superioritatem Caroli præ Pontifice.

49) SIGEBERTVS GEMBLACENSIS ad a. 773. *Adrianus Papa ad tuendas res ecclesiæ Carolum Romam accersit. Qui pergens, Papiam obsidet, ibique relicto exercitu Romam peruenit, sanctam resurrectionem ibi peregit, postea rediens Papiam cepit. Iterumque Romam rediit, Synodum constituit cum Adriano Papa, aliisque 154. religiosis episcopis & abbatibus, in qua Adrianus Papa cum vniuersali synodo dedit ei ius eligendi Pontificem & ordinandi Apostolicam sedem, dignitatem quoque Principatus.* Id quod SIGEBERTVS dicit *dignitatem Principatus*, in c. 22. dist. LXIII. dicitur *dignitas Patriciatus. Hadrianus Papa Romam venire Carolum Regem ad defendendas res Ecclesiæ postulauit. Carolus vero Romam veniens, Papiam obsedit: ibique relicto exercitu in sancta Resurrectione ab Hadriano Papa Romæ honorifice susceptus est. Post sanctam vero Resurrectionem reuersus Papiam, cepit Desiderium Regem: deinde Romam reuersus, constituit ibi Synodum cum Hadriano Papa in Patriarchio Lateranensi, in Ecclesia Sancti Saluatoris, quæ Synodus celebrata est a CLIII. Episcopis religiosis & Abbatibus. Hadrianus autem Papa cum vniuersa Synodo tradiderunt Carolo ius & potestatem eligendi Pontificem, & ordinandi Apostolicam Sedem. Dignitatem quoque Patriciatus ei concesserunt. Insuper Archiepiscopos, & Episcopos per singulas prouincias ab eo inuestituram accipere definiuit: & vt nisi a Rege laudetur, & inuestiatur, Episcopus a nemine consecretur: & quicunque contra hoc decretum ageret, anathematis vinculo eum innodauit & nisi resipisceret, bona eius publicari præcepit.* Vid. THEODOR. a NIEM *priuil. & iura Imperii p. 249.* SCHILTER *Instit. I. P. Tom. post p. 1.* CONRING *de Germanorum Imperio Romano c. VI.* MELCH. GOLDASTI *replicatio pro Imperio.* IO. SCHILTER *de sublimi Patritiatus honore.* IO. FRID. KREBSIVS *exercitatione Anti-Baroniana de Caroli M. Patritiatu Romano.*

50) Multum adhuc disputatur, quid olim fuerit Patritius vrbis Romæ. Primis quidem temporibus dicebantur Patritii Romani, patrum, siue Senatorum progenies, prout patet ex LIVIO *lib. X. c. VIII.* postea Augustus, fundata Monarchia, certos ex Senatoribus delegit, quibus tanquam Consiliariis intimis vteretur, qui dicebantur Patritii, DIO CASSIVS *lib. LV.* GVIDO PANCIROLLVS *not. dig. illustr. c. II.* ANGELVS *de Nuce Contin. Chron. Casin. lib. I. c. I. n. 468. & c. LII. n. 779.* quod etiam sub Byzantinis obtinuit Imperatoribus, qui patriciatus dignitatem proximam ab Imperatoria concedebant Regibus ac principibus exteris, prout latius demonstrauit du FRESNE *Glossario Tomo III. p. 195.* IO. MEVRSIVS *Glossario Græco barbaro* BVLENGER *de officiis Imp. Romani lib. III. c. I.* CASSIODORVS *var. Lect. lib. VIII. c. IX.* His cum sæpe prouinciarum demandaretur administratio, ab iisdem plerumque fuerunt dicti. Hodie quoque priuati titulo ciuis & Patritii Romanorum decorantur, quem titulum promeritus fuit Iacobus Gutherius, ob Senatui Romano oblatum librum de veteri iure pontificio. Verum, hæc omnia cum patritiatu Caroli M. nihil habent commune. NICOLAVS ALEMANNVS quidem, in Dissertatione *de parietinis lateranensibus c. II.* & qui eum sequitur, CAROLVS du FRESNE, patritium non nisi præfectum Romanæ vrbis fuisse putat, quod tamen a Maiestate Caroli M. potentissimi Imp. alienum fuisse videtur, vt tanquam præfectus a Papæ dependeret potestate. IO. GARNERIVS *notis ad librum diurnum Pontificum Roman. c. I. Tit. IV. p. 4.* putat fuisse tales, qui post magistratus illustriores gentis ad sanctius Imp. consilium fuerint vocati. Sequimur igitur potius doctissimum archiepiscopum Parisiensem, qui *de Concordia sacerdotii & Imperii lib. I. c. XII.* ita loquitur: *Patricii nomen duo quadam complectebatur, & iurisdictionem, qua Reges in vrbe ex consensu Pontificis & populi Romani potiebantur, & protectionem, seu defensionem, quam Romanæ ecclesiæ polliciti erant.* Huic adstipulatur ANT. PAGI *Crit. in Ann. Baronii Tom. III. n. 8.* Scilicet, sub Patritii titulo ipsum dominium eminens in vrbem Romam concedebatur. Neque tamen hæc dignitas desiit cum Carolo M., sed in posterioribus Impp. fuit continuata, dum Carolum Caluum Adrianus Papa Regem, in *ep. XXXIV.* Patricium & Imp. adpellet. Ipsi Impp. Teutonici hoc titulo fuerunt vsi, Otto M. enim in priuilegio Monasterio Laurishamensi a. 963. concesso dicitur: *Otto Dei gratia Rex Francorum & Romanorum, patritius Romanorum*, in Chron. Laurisham. *pag. 119.* cum iam anno anteriori 962. Imp. fuerit constitutus. Huic autem tanquam patritio Romanorum ius in vrbem atque Papam Romanum fuisse concessum, patet ex pacto isto inter Ottonem M. & Leonem VIII. Papam a. 964. inito, in quo: *ita demum asserimus, quod nemo deinceps cuiuscunque gradus vel conditionis aut dignitatis seu religionis, eligendi regem seu principem, siue pontificem summæ sedis Apostolicæ aut quemcunque episcopum, vel ordinandi facultatem habeat: sed soli regi Romani Imperii, hanc reuerendam tribuimus facultatem, quam absque omni pecunia disponet ac reget, vtpote Rex & patritius Romanus*, apud THEOD. a NIEM *de iur. & priu. Imperii p. 248.* Henrico IV. Nicolao Papa defuncto, Romani coronam & alia munera mittentes, summi Pontificis electione Regem interpellauerunt, qui generali concilio Basileæ habito, imposita corona a Romanis transmissa, Patritius Romanorum est appellatus. Licet autem per Imperatoriam dignitatem æque ius in vrbem & Papam Romanum concederetur, per Patritiatum tamen speciale dominium atque iurisdictio ipsis qui iamdum erant Impp. offerebatur. Sic enim LEO OSTIENSIS Chron. Casinensi *lib. II. c. LXXIX. quo facto*, (postquam Gregorius VII. concilio habito esset depositus,) *Imperator valde lætificatus, cum omnibus eiusdem concilii Episcopis, Romam venit, & in Ecclesia Beati Petri Apostoli congregato Clero, Populoque Romano, primo quid Sutri actum fuisset, exposuit, dehinc tractare cœpit de ordinatione ipsius Romanæ Ecclesiæ. Facta itaque discussione, quisnam in eadem Ecclesia dignus inueniretur tanto Sacerdotio fungi, cum nullus heu pro dolor reperiretur: demum electione cunctorum Episcopus Bambergensis, de gente Saxonum, Papa Romanus leuatur, eique Clemens nomen imponitur. Tunc temporis ob huiusmodi res tam prospere, tamque canonice gestas, eidem Henrico IV. Patritiatus honorem Romani contribuunt, eumque præter Imperialem coronam aureo circulo vti decernunt.* Hinc etiam MATTHAEVS PARISIENSIS ad a. 1084. *Henricus tamen in Imperio restitutus est, & a Papa Clemente benedicitur Patritius Romanorum.* Idem patet ex litteris Henrici IV. ad Gregorium VII. Papam,

tum firmaret. 51) Hinc etiam iura supremi dominii tanquam Patricius in vrbem & Papam Romanum exercuit, dum in controuersia Romanorum cum Leone Papa iudicem ageret, 52) monetas Romæ cudi faceret, 53) hoc Patricii titulo inter alios vteretur, eosdemque regiis æquipararet, dum ista ætate non nisi regnorum tituli essent vsitati, atque ab eodem anni regiminis computarentur. 54) Quare etiam Scriptores adserere non dubitant, Carolum Romam, antequam Imperator fieret, suis sceptris addidisse. 55)

§. XXVII.

pam, quas exhibet BRVNO *hist. B. Saxonici p. 122.* vbi inter alia: *Omne tibi Papatus ius, quod habere visus es, abrenuntio, atque vt a sede Vrbis, cuius mihi patriciatus Deo tribuente, & iurato Romanorum assensu debetur, descendas, edico.* Ex vltimis autem LEONIS OSTIENSIS verbis discimus, Patritios peculiari circulo aureo fuisse decoratos. Idem LEO OSTIENSIS *lib. IV. c. CXIX.* de Lothario Imp. dicit: *ipse vero in ciuitate coronam circuli Patricialis accepturus remansit.* Præter hunc summum Patricium, minores quidam eidem subfuerunt, prout patet ex GVILIELMI MALMESBVRIENSIS *lib. V. Hist. p. 167.* vbi de Henrico V. *Imperatori autem exeunti de camera, & suis regalibus exuto, occurrerunt Romani patritii, cum aureo circulo, quem imposuerunt Imperatori in capite, & per eum dederunt sibi summum Patritiatum Romanæ vrbis, communi consensu & volente animo.* Talis sine dubio fuit Arichisus Dux, qui a Carolo M. Patritiatus dignitatem vna cum Ducatu Neapolitano petiisse memoratur, prout patet in epistola Hadriani ad Carolum M. apud SIRMONDVM *Tom. II. Conc. Gall. p. 123.* vbi hæc verba: *hæc audiens Imperator, emisit illi suos legatos ad Patritium eum constituendum, ferentes secum vestes auro textas, simul & spatam, vel pectinem, & forcipes, sicut illi prædictus Archisus indui & tonderi pollicitus fuerat.* Talis etiam sine dubio fuit Crescentius, de quo SIGEBERTVS GEMBLACENSIS *ad a. 999. 1001.* Plures memorat du FRESNE, voce Patritius. Adde MABILLONIVM *de re Diplom. lib. II. c. III. §. IX.* Hos autem Imperator tanquam patritius summus constituebat, prout ex veteri Codice Bibliothecæ Ottobonianæ demonstrauit MABILLONIVS Ann. Benedict. *lib. XXII. n. 2.* & *supplem. de re diplomatica c. IX. §. 3.* his verbis: *nobis nimis laboriosum esse videtur concessum nobis a Deo ministerium me solum procurare, quo circa te nobis adiutorem fecimus, & hunc honorem concedimus, vt ecclesiis Dei & pauperibus legem facias, & vt inde apud altissimum iudicem rationem reddas.* Postremo amictum ipsi porrigebat & capiti aureum circulum imponebat, & sic eum dimittebat. Hinc facile patet, quod de MABILLONIO dicendum, dum *Supplem. cap. IX.* ait: *an eundem ritum obseruauerit Stephanus, cum Patritios creauit Pippinum, eiusque filios Carolum & Carolomannum, incertum.* Cum hoc modo saltim minores patritii fuerint inaugurati ab Imp. secus de summo. Cessauit autem vterque Patritiatus. Conrado III. quidem imperante, hanc dignitatem restituere conabantur Romani, Iordanem, Petri Leonis filium eligentes, cui omnia tanquam Principi subiiciebant, sed Eugenio III. Pontificatum suscipiente, hæc dignitas iterum fuit abolita, prout patet ex OTTONE FRISINGENSI *lib. VII. cap. XXXI.*

51) ANNALES LAVRISHAMENSES ad a. 796. *Roma Adriano defuncto, Leo Pontificatum suscepit. Et mox per Legatos suos claues confessionis sancti Petri, ac vexillum Romanæ vrbis cum aliis muneribus Regi misit: rogauitque vt aliquem de suis optimatibus Romam mitteret, qui Populum Romanum ad suam fidem atque subiectionem per sacramenta firmaret.* CHRON. REG. S. PANTALEONIS *ad a. 796.* BARONIVS quidem *Tom. IX. ad a. 796.* contendit, ad suam fidem, intelligi debere de Pontifice. Verum, ad Carolum M. hæc esse referenda integer docet contextus. Sic etiam BALVZIVS *not. ad Agobardum p. 122.* epistolam adducit, qua promissæ a papa fidelitatis fit mentio. Vid. CONRING *de Germanorum Imperio Romano c. VI. §. 15.* PETRVS de MARCA *de Concordia Sacerdotii & Imperii lib. III. c. XI. n. 8.* Contradicit equidem ANT. PAGI *Critica Ann. Baronii ad a. 796. n. 4. p. 403.* putans, Carolo vexillum & claues vrbis tanquam aduocato & defensori fuisse transmissa, dum etiam Gregorius III. Carolo Martello, Maiori Domus transmiserit claues venerandi sepulchri, cum vinculis S. Petri, & muneribus magnis & infinitis apud Contin. FREDEGARII *cap. CX.* Verum, hic sermo est de homagio, ex aliis etiam Leoni III. epistolis, potissimum I. V. & X. constat, Caroli M. missos iurisdictionem in Romanos exercuisse.

52) Hanc controuersiam primum per legatos examinauit, prout testatur ANASTASIVS in vita Leonis III. *p. 183. per vnam & amplius hebdomadam inquirentibus ipsius nefandissimos malefactores, quam malitiam ab ipso ipsorum Pontifice habuissent, tam Paschalis, quamque Campulus cum sequacibus eorum, nihil habuerunt aduersus eum, quod dicerent. Tunc illos comprehendentes prædicti missi magni Regis emiserunt eos in Franciam.* Inde ipse Imp. hac in causa Romam venit, vt iudicaret, de quo EGINHARDVS c. XXVIII. *vltimi aduentus sui non solum hæ fuere causæ, verum etiam quod Romani Leonem Pontificem multis affectum iniuriis erutis videlicet oculis, linguaque amputata, fidem Regis implorare compulerunt. Idcirco Romam veniens propter reparandum, qui nimis conturbatus erat, Ecclesiæ statum, ibi totum hyemis tempus protraxit.* Hinc etiam SIGEBERTVS GEMBLACENSIS ad a. 800. *Carolus Rex Leonem Papam in sede Romana relocat, ipse quoque Romam properat, causas examinat, reos legaliter damnat, sicque omnes Romanorum motus sedat.*

53) Hocce ex ipsis nummis satis declarauit Sr. le BLANC *dissertation Historique sur quelques Monnoyes de Charle Magne, de Louis le Debonnaire, de Lothaire & de leurs successeurs frapées dans Rome, à Amsterdam 1692.* VIGNOLIVS quidem in Dissertatione *de denariis Pontificum* demonstrare voluit, hos nummos cum Caroli M. & successorum effigie Romæ, Paparum iussu fuisse cusos. Verum, eo ipso, quod Caroli effigiem nummis suis præfixerunt Papæ, ipsius quoque dominium adgnouerunt.

54) Hoc totidem testantur Caroli M. diplomata apud BALVZIVM, MABILLONIVM, aliosque præcipue apud PFEFFINGERVM *Vitriario illustrato lib. I. Tit. IV. n. 29. p. 355.* Sic etiam HVGO FLAVINIACENSIS *Chron. Verdun.* apud LABBEVM *Tom. I. p. 109.* adducit epistolam Adriani Papæ, quæ hoc modo subscripta: *data Kalend. Ianuarii, imperante piissimo Augusto Constantino, anno decimo, & a Deo coronato piissimo Rege Carolo, anno primo Patritiatus eius.* Vid. pluribus IO. MABILLONIVS *de re diplom. lib. II. c. III. n. 8.* qui etiam demonstrauit, Carolo per dignitatem Imperii titulum Patritii a nonnullis fuisse concessum.

55) Sic PAVLVS DIACONVS, Scriptor coæuus, epistola dedicatoria libri de Metensis ecclesiæ Episcopis dicit: *Romanos, ipsamque vrbem Romuleam, quæ aliquando mundi totius Domina fuerat, & tunc a Longobardis oppressa gemebat, duris angustiis eximens, suis addidit sceptris.* Sic etiam Italiam iam ante dignitatem Imperatoriam sub Caroli M. fuisse potestate, docent verba ANN. LAVRISHAMENSIVM ad a. 786. *rex pace vndique parta, statuit*

§. XXVII. Durante bello Saxonico, Hispaniam quam maximo poterat belli apparatu aggreditur, & superato in regione Vasconum Pyrenæi iugo primo Pampilonam, Nauarrorum oppidum adgressus, in deditionem accepit. Inde Iberum amnem vado traiiciens, Cæsaraugustam, præcipuam illarum partium ciuitatem accessit, acceptisque, quos Ibanaluribi & Abithacer, quosque alii quidam Saraceni obtulerant, obsidibus, Pampelonem reuertitur. 56) Hac vero destructa, Hispaniam & Wasconiam sibi subiugauit atque Nauarram, & reuersus est in Franciam. 57) In ipso tamen Pyrenæi iugo Vasconicam perfidiam parumper in redeundo fuit expertus, qui nouissimo agmine incedentes, conserto cum eis prœlio, vsque ad vnum omnes interficiunt, ac direptis impedimentis, noctis beneficio summa cum celeritate in diuersa fuerunt dispersi, ita, vt ne fama quidem remaneret, vbinam gentium quæri potuisset. 58)

§. XXVIII. Domuit etiam a. 786. Britones, qui ad Occidentem in extrema parte Galliæ, super litus Oceani residentes, dicto audientes non erant, & tributa denegantes. Mittebat igitur contra eosdem Audulfum, qui, victis Britonibus, totam illam regionem Francorum ditioni subegit, 59) Principesque Britonum secum adducens apud Wormatiam Regis obtutibus præsentauit. 60) Postea vero a. 799. Wido Comes, qui Marcam contra Britones tenebat, cum sociis Britanniam ingressus, totamque perlustrans in deditionem recepit, & regi de Saxonia reuertenti arma ducum qui se tradiderant, inscriptis singulorum nominibus, præsentauit. Tota itaque Britannia minor, quod nunquam ante factum, a Francis fuit subiugata. 61) Anno 811. vero Britonum perfidiam denuo proiicit. 62)

§. XXIX. Baioaricum deinde bellum 63) & repente ortum, & celeri fine completum est, quod superbia simul ac socordia Thassilonis Ducis excitauit. Hic licet Pipino, eiusdemque filiis Carolo & Carolomanno a. 758. fidem promisisset, 64) primum a. 763. a Pipino defecit, 65) cum Carolo tamen pacem iniit. Postquam vero Desiderius regno esset priuatus, Leutbergæ vxoris, 66) quæ Desiderii erat filia, instinctu, rebellis factus, sed imparem se Francis sentiens, Papæ admonitiones secutus, datis obsidibus, Wormatiæ a. 781. fidem

tuit Romam proficisci, & partem Italiæ, in qua Beneuentum situm est, aggredi, conueniens esse arbitratus, vt illius Regni residuam portionem suæ potestati subiiceret, cuius caput capto Desiderio Rege, maioremque partem in Longobardia iam subacta tenebat. Sic etiam auctor CHRONICI MOISSIACENSIS *ad a. 801.* inter alias causas, quibus Romani moti, Carolo titulum Imperatoris concesserint, refert: *quia ipsam Romam matrem Imperii tenebat, vbi semper Cæsares & Imperatores sedere soliti fuerant, seu reliquas sedes, quas ipse in Italia & Gallia, nec non & Germania teneret.* Hinc etiam Romani inter Caroli M. subditos recensentur CAPIT. *lib. VI. cap. CCCLXVI. volumus atque præcipimus, vt omnes ditioni nostræ Deo auxiliante subiecti, tam Romani, quam Franci, Alamanni, Baiuuarii, Saxones, Turingi, Fresones, Galli, Burgundiones, Britones, Langobardi, Wasones, Beneuentani, Gothi & Hispani, ceterique nobis subiecti omnes.* Vid. etiam *Osseruationi supra vna lettera intitolata il dominio temporale della sede Apostolica sopra la Citta di Comachio n. 4. p. 33.*

56) ANNALES LAVRISHAMENSES *ad a. 778.* ANNALISTA SAXO, ANNALES METENSES *ad h. a. obsidione cincta Cæsaraugustanam ciuitate territi Saraceni obsides dederunt cum immenso pondere auri.*

57) MONACHVS EGOLISMENSIS *pag. 50.* ANNALES LAVRISHAMENSES *ad a. 778. Carolus Pampelonis murum, ne rebellare posset, ad solum vsque destruxit* PETRVS de MARCA *Marca Hispanica c. VI. §. V.*

58) EGINHARDVS *in vita c. IX.* ANNALES FVLDENSES, LAVRISHAMENSES, SIGEBERTVS GEMBL. REGINO *ad a. 778.*

59) ANNALES LAVRISHAMENSES ad a. 786. *Is populus Britannicus a Regibus Francorum subactus ac tributarius factus, impositum sibi vectigal licet inuitus soluere solebat. Cumque eo tempore dicto audiens non esset, missus illuc regiæ mensæ præpositus Audulfus &c.* POETA SAXO *ad a. 786.* EGINHARDVS *c. X.* ANNALES FVLDENSES & SIGEBERTVS *ad a. 786.*

60) Verba sunt ANNALIVM METENSIVM *ad a. 786.* MONACHVS EGOLISMENSIS *pag. 52. deinde misit exercitum in Britannia vna cum misso suo Audulfo Sinescalco, & ibi multa Castella conquisierunt, & loca firma & multa palustria & incæsa & Capitaneos Britonum repræsentauerunt in Synodo Domini Regis Caroli in Wormatiam.* REGINO ad h. a.

61) Verba sunt REGINONIS *ad a. 799.* Conueniunt Annales LAVRISHAMENSES, FVLDENSES aliique *ad a. 799.* MONACHVS EGOLISMENSIS *pag. 57.*

62) ANNALES LAVRISHAMENSES ad a. 811. *Carolus in tres partes regni totidem exercitus misit - - Tertium in Britones ad eorum perfidiam puniendum, qui omnes rebus prospere gestis incolumes egressi sunt.*

63) EGINHARDVS *in vita c. XI.* & LAVRISHAMENSES, ANNALES FVLDENSES, LOISELIANI, BERTINIANI, METENSES, MONACHVS EGOLISMENSIS *ad a. 788.* AVENTINVS *Ann. Boi. lib. III. cap. X.* ADLZREITER *Ann. Boi. p. I. lib. VII. n. 3. seqq.*

64) ANNALISTA SAXO ad a. 756. *Illuc,* (Compendium) *Tassilo venit Dux Bauariorum fidelitatemque tam ipsi Regi, quam filiis eius Karolo & Karolomanno iureiurando promisit supra corpus Sancti Dionysii & Sancti Martini, & similiter eius homines meliores fecerunt.*

65) ANNALISTA SAXO ad a. 963. *Rex Pippinus habuit Conuentum in Niuernis & quarto ingressus est Aquitaniam. Tassilo Dux Bawaricorum postpositis sacramentis, fraudulenter se inde substraxit, omnia beneficia oblitus, quæ Rex auunculus eius ipsi præstiterat.*

66) EGINHARDVS c. XI. *Thassilo hortatu vxoris, quæ filia Desiderii Regis erat, ac patris exilium per maritum vlcisci posse putabat, iuncto fœdere cum Hunnis - - - non solum imperata non facere, sed bello Regem prouocare tentabat.* POETA SAXO ad a. 788.

67) ANNA-

fidem denuo iuramento promisit. 67) Ast, domum reuersus a. 787. non solum imperata non facere, sed bello Regem prouocare tentabat. Cuius contumaciam, quia nimia videbatur, animositas Regis ferre nequiuerat, ac proinde copiis vndique contractis, tripartito exercitu, Boioariam atque ipsum Thassilonem petere constituit, Thassilo videns, se vndique circumsessum, venit supplex, ac veniam sibi dari precatus est. Sed & Rex supplici ac deprecanti pepercit, acceptisque ab eo, præter filium Theodonem aliis XV. obsidibus, & populo terræ per sacramenta firmato, in Franciam reuersus est. 68) Dum vero insequenti a. 788. nouas turbas moueret Thassilo, Hunnosque concitaret, Carolus generalem populi conuentum Ingelheimii celebrauit, ad eundemque Thassilonem Ducem, vna cum reliquis vasallis adesse iussit. Obiiciebantur perfidia, & alia facta quamplurima, inde tanquam criminis læsæ maiestatis reus ad mortem fuit condemnatus, 69) sed clementia Regis ipso instante, in monasterium S. Nazarii Laurishamense detrusus, 70) vxor etiam Luitberga

67) ANNALISTA SAXO ad a. 781. *per idem tempus legati Apostolici Formosus & Damasus Episcopi cum Legatis Riculfo Capellano & Ewardo Magistro Pincernarum directi sunt ad Tassilonem Ducem, commonentes & contestantes ex auctoritate Apostolica, vt recordaretur priorum sacramentorum, quæ iurauerat Pippino & filiis eius. His admonitionibus consensit Thassilo & sumptis obsidibus venit Wormatiam, vbi renouauit sacramenta & dedit XII. obsides, sed vbi domum rediit non diu promissa seruauit.* ANNALES LAVRISHAMENSES ad a. 781. *Cum* (legati Caroli & Adriani Pontificis) *vt iussi erant, commemorato Duci locuti fuissent, in tantum cor eius emollitum est, vt diceret, se statim velle ad Regis properare præsentiam, si tibi tales dentur obsides, sub quibus de sua salute dubitare nulla sit necessitas. Quibus datis, sine cunctatione apud Wormatiam ad Regem venit, sacramentum, quod iubebatur, iurauit, obsides XII. qui imperabantur, sine mora dedit, quos Sindbertus Reginensis Episcopus de Baioaria in Carisiaco ad conspectum Regis adduxit. Sed idem Dux, domum reuersus, non diu in ea, quam promiserat, fide remansit.* ANNALES FVLDENSES ad a. 781. *Thassilo, Dux Baioariæ, apud Wormatiam sacramento & obsidibus suæ subiectionis fidem fecit, honorifice remissus.* MONACHVS EGOLISMENSIS *pag. 50. 51.* Thassilonem etiam Carolo dona obtulisse docet CHRONICON MASCIACENSE ad a. 781. *Warmaria ciuitate venerunt Franci ad placitum & ibi fuit Tassilo, Dux de Bucoariis, magnaque munera præsentauit Carolo Regi, & per eius licentiam rediit patriam.*

68) Verba sunt ANNALIVM LAVRISHAMENSIVM *ad a. 787.* ANNALISTA SAXO *ad h. a.* Adde EGINHARDVM *c. XI.* Singulare est quod Tassilo Ducatum suum per baculum resignauerit, de quo ANNALES NAZARIANI ad a. 787. *Carolus, conuocato exercitu Francorum, perrexit in fines Alamannorum & Beiuweriorum ad flumen, quod apellatur Lech. Illucque veniens Dessilo, Dux Beiuweriorum ad eum, & reddidit ei cum baculo ipsam patriam in cuius capite similitudo hominis erat, & effectus est vassus eius, & filium suum Theodonem dedit ei obsidem.*

69) ANNALES LAVRISHAMENSES ad a. 788. *Cum in eadem villa* (Ingelheimi) *generalem populi sui Rex fieri decreuisset Conuentum, Tassilonem Ducem, sicut & ceteros vassos suos in eodem adesse iussisset, atque ille, vt ei fuerat imperatum, ad Regis præsentiam peruenisset, crimine læsæ maiestatis a Baioariis accusatus est. Obiiciebant ei, quod postquam filium suum obsidem Regi dederat, suadente coniuge sua Luitburgia, quæ filia Desiderii Regis Longobardorum fuit, & post patris exilium Francis inimicissima semper exstitit, in aduersitatem Regis: & vt bellum contra Francos susciperent, Hunnorum gentem concitaret. Quod verum fuisse rerum in eodem anno gestarum probauit euentus. Obiiciebantur ei & alia complura & dicta & facta, quæ non nisi ab inimico & irato vel fieri vel proferri poterant, quorum ne vnum quidem inficiari cœpit. Sed noxa conuictus, vno omnium assensu vt læsæ maiestatis reus, capitali sententia damnatus est. Sed clementia Regis, licet morti addictum, liberare curauit. Nam mutato habitu in Monasterium missus est: vbi tam religiose vixit, quam libens intrauit. Similiter & Theodo filius eius tonsus, & monastica conuersationi mancipatus est. Baioarii quoque, qui perfidiæ ac fraudis eorum conscii & consentanei fuisse perhibebantur, exilio per diuersa loca relegabantur.* MONACHVS EGOLISMENSIS p. 54. *Tassilo confessus est postea, se transmisisse ad Auaros, vt sibi consentirent contra Domnum Regem, & homines suos, quando iurabant, iubebat, vt aliter in mente retinerent, & sub dolo iurarent. Et quia dixerat, si decem filios haberet, ante voluisset omnes amittere, quam placita sic manerent, sicut iurauerat, & quia dixerat, melius se esse mori, quam ita viuere. Et dum incriminarentur eum de multis aliis infidelitatibus Franci & Baioarii, & Longobardi & Saxones, & quia in exercitu dereliquerat Domnum Pipinum Regem, & omnes acclamarent eum esse reum mortis, & vt capitali sententia damnaretur, Domnus piissimus Rex Carolus motus misericordia ob amorem Dei, & quia consanguineus eius erat, continuit, vt non moriretur. &c.* ANNALES FVLDENSES *ad a. 787.* ANNALISTA SAXO *ad a. 788.* CHRON. REGIA S. PANTALEONIS *ad a. 788.*

70) Thassilonem in monasterium fuisse detrusum, plane certum est. Sic enim EGOLISMENSIS vita Caroli p. 54. *Domnus piissimus Rex Carlus interrogauit Tassilonem, quid agere vellet. Ille vero postulauit licentiam sibi tonsorandi, & in monasterium introeundi, & pro tantis peccatis pœnitentiam agendi, vt suam saluaret animam. Similiter filius eius Theodo iudicatus est.* ANNALES LAVRISHAMENSES ad a. 788. *Thassilo mutato habitu in monasterium missus est, vbi tam religiose dixit, quam libens intrauit.* ANNALES NAZARIANI ad a. 788. *comprehensus est Dux Dessilo a Francis, & ablatis armis eius ductus est ante Regem. Igitur cumque simul sermocinaretur, interrogauit eum de insidiis atque dolosis consiliis, quod cum multis gentibus iam olim ei præparare conatus fuerat. Quod cum ille negare nequaquam præualere videbatur, inuitus iussus est comam capitis sui deponere. Ille autem magnis precibus postulabat Regem, vt non ibidem in palatio tonderetur, propter confusionem videlicet atque opprobrium, quod a Francis habere videbatur. Rex precibus eius adquiescens. &c.* Dubium tamen exinde oritur, in quodnam monasterium detrusus fuerit Thassilo. OTTO FRISINGENSIS Chron. lib. V. c. XXIX. ait: *Rex misericordia motus, Tassilonem in monasterio Laurecensi, quod ipse construxerat, monachi eum habitum adsumere, ac de peccatis pœnitentiam agere permisit.* MONACHVS EGOLISMENSIS vero p. 54. ipsum in Fuldense monasterium fuisse detrusum dicit: *Thassilo & Theodo monachi ambo facti sunt in Olto monasterio, vbi sanctus Bonifacius requiescit.* CHRONICON vero MASCIACENSE *ad a. 788. Deus omnipotens sine bello & sine alteratione tradidit regnum Bagoariorum in manus Caroli,*

berga, & filii Theoto & Theotbertus in diuersa monasteria detrusi. 71) Immo, ipse Dux postea Francofurti a. 794. Ducatum suum solenni ritu abrenunciauit, 72) atque Bauariæ prouincia, quam tenebat, non amplius Duci, sed Comitibus ad regendum est commissa, 73) & marca Bauarica contra Auares disposita. 74)

§. XXX. Maximum omnium, quæ vel ab illo gesta sunt bellorum, præter Saxonicum, huic bello successit, illud videlicet, quod contra Auares, siue Hunnos est susceptum, quod ille & animosius quam cætera, & longe maiori apparatu administrauit. 75) Hunni enim sicut Thassiloni promiserant, duobus exercitibus comparatis, vno Marchiam Foro-Iuliensem, altero Baioariam aggressi sunt, sed frustra. Nam in vtroque loco victi fugatique sunt, & multis suorum amissis, cum magno damno ad loca sua se receperunt. Quam iniuriam velut vindicaturi, Baioariam iterum maioribus copiis petierunt, sed in primo congressu pulsi a Baioariis, & innumera multitudo eorum cæsa, multi etiam ex eis, qui per fugam euadere conati, Danubium tranare voluerunt, gurgitibus fluminis absorpti sunt. 76) Anno 790. noua circa limites oriebantur dissidia, 77) quibus motus Carolus, Hunnorum terras inuadebat atque a. 791. omnes terras ad Rabam vsque deuastabat, 78) variaque Hunnorum munimenta solo æquabat. 79) Anno 796. nouam aduersus Hunnos expeditionem filius eius Pipinus vno cum Erico Foroiuliensi Duce & Wonomiro, Slauorum Principe, suscepit, 80) occisisque eorum Regibus, Cagamo & Iugurro, Hunnorum metropolim Ringum, 81) cepit, diripuit, indeque multos thesauros tulit. Idemque bellum magna Hunnorum

roli, & Tassilo Dux tonsus est, retrususque Gemetico monasterio. Verum, in diuersis monasteriis ipsum fuisse detentum, docent ANNALES NAZARIANI *ad a. 788. Rex enim precibus eius adquiescens, ad Sanctum Gannarium,* (legendum Nazarium) *qui iuxta Rheno flumine in corpore requiescere cognoscitur, eum transmisit; & ibidem Clericus effectus est, & inde exiliatus est ad cœnobium quod appellatur Gemedium. Quidquid tamen sit, in Monasterio Laureacensi fuit defunctus.* De quo GEORG HELWICH *Antiquit. Laurishamensibus p. 28. sepultus in ipsa Ecclesia a sinistris ante altare S. Nicolai Episcopi, cuius monumentum peruetustum parieti ibidem inclusum, & antiquissimis characteribus signatum, anno 1615. die 10. Septemb. cum visendi gratia hoc monasterium intrassem, vidi & legi tale:*

Tessilo Dux primum, post Rex, monachus sed ad imum
Idibus in terris decesserat iste Decembris,
conditur huc fouea, quem pie Christe bea

Idem adfirmat FREHERVS *Origg. Palat. p. I. c. VI. pag. 64.*

71) ANNALES NAZARIANI ad a. 788. *Duo quoque filii eius his nominibus, Theoto & Theotbertus, vtrique tonsurati atque exsiliati sunt.* ANNALES NAZARIANI ad a. 788. *transmisit præfatus Rex legatos suos in Beiuweriam post vxorem ac liberos iam præfati Ducis* (Dessilonis) *qui studiose atque efficaciter iussionem Regis implentes adduxerunt hæc omnia vna cum thesauris ac familia eorum copiosa valde ad iam dictum Regem - - & vxor iam præfati Ducis, nomine Lintberga exiliata esse comprobatur.* Adde FRAGMENTVM *Annalium Chronico* NIBELVNGI subiectum *ad a. 788.* apud du CHESNE *Tom. II. p. 28.*

72) CHRON. MOISSIACENSE ad a. 794. *in eadem Synodo venit Tassilo, qui dudum Baioariæ Dux fuerat, sobrinus videlicet Regis, & pacificatus est ibi cum Rege Carolo, abrogans omnem potestatem, quam in Baioaria habuit, tradens eam Regi.* Formulam abrenuntiationis habet Capitulare Francofurt. de a. 794. cap. I. apud BALVZIVM *Tom. I. pag. 263.*

73) EGINHARDVS *cap. XI.*

74) MONACHVS EGOLISMENSIS pag. 54. *Carolus ad Reganesburg peruenit, & ibi fines vel marcas Baioariorum disposuit, quomodo saluæ contra Auaros esse potuissent.* REGINO ad a. 788. *Carolus Ratisbonam venit; ibique marcas & fines Baioariorum disposuit.*

75) EGINHARDVS *c. XIII.*

76) ANNALES LAVRISHAMENSES *ad a. 788.*

77) POETA SAXO *ad a. 790.* ANNALES LAVRISHAMENSES *ad a. 791. prima castra super Anisum posita sunt. Nam is fluuius inter Baioariorum atque Hunnorum terminos medius currens certus duorum regnorum limes habebatur.*

78) ANNALES FVLDENSES ad a. 791. *Carolus Hunis perterritis & fugientibus omnes eorum regiones vsque ad Raba fluuium ferro & igne deuastat.* CHRON. MASCIACENSE *ad a. 791.* MON. EGOLISMENSIS *p. 55.* ANNALISTA SAXO *ad a. 791.*

79) ANNALES LAVRISHAMENSES ad a. 791. *bellum genti Hunnorum a Francis indictum est. Pulsis Hunorum præsidiis, ac destructis munitionibus, quarum vna supra Cambum fluuium, altera iuxta Comagenos ciuitatem in monte Cameberg vallo firmissimo erat extructa, ferro & igne cuncta vastantur. Cumque Rex cum eo quem ducebat exercitu vsque ad Arrabonis fluenta venisset, transmisso eodem fluuio, per ripam eius vsque ad locum quo is Danubio miscetur, accessit: ibique statiuis per aliquot dies habitis, per Baioariam reuerti statuit.* POETA SAXO *ad a. 791.* Ipse Carolus huius belli progressus in litteris suis ad Fastradam coniugem, apud BALVZIVM *Capit. Tom. I. p. 255.* nuntiat.

80) MONACHVS EGOLISMENSIS *pag. 55.* POETA SAXO *ad a. 796.*

81) ANNALES FVLDENSES ad a. 796. *Cagam & Iugurro, Principibus Hunorum, ciuili bello & intestina clade a suis occisis, campus eorum, quem vocant Hringum, primo per Ebericum, Ducem Foroiuliensem, deinde per Pipinum, filium Regis, abductus & captus est.* ANNALES LAMBECIANI *n. XXVIII. DCCXCVI. In ipsa æstate transmisit Rex Carolus, Pippinum, filium suum, cum suis, quos in Italia secum habebat, & Baioarios, cum aliqua parte Alemanniæ, in finibus Auarorum, & coadunatus est Pippinus cum omnibus, quos pater eius ei transmisit in solatium & transito Danonio cum exercitu suo peruenit ad locum, vbi Reges Auarorum cum Principibus suis sedere consueti erant, quem & in nostra lingua Hringe nominant, & inde tulit thesauros multiplices & transmisit patri suo.* ANNALES LAVRISHAMENSES ad a. 796. *Pipinus autem Hunis trans Tizam fluuium fugatis, eorumque regia, quæ vt dictum est Ringus, a Langobardis autem Campus vocatur, ex toto destructa, direptis pene omnibus Hunorum opibus, ad patrem Aquisgrani hyberna habentem venit, ac spolia Regni quæ secum detulit eidem præsentauit.* Adde POETAM SAXONEM & ANNALES FVLDENSES *ad a. 796.* BONFINIVS *Dec. I. Hist. Vngar. lib. IV. p. 95.* pro Buda explicat. IO. ADLZREITER

norum strage & direptis illorum thesauris, 82) demum a. 799. fuit finitum, tali ratione, vt Hunni cum suis Principibus, Carolo se submittere, & fidem Christianam suscipere fuerint coacti. 83)

§. XXXI. His motibus nondum compositis, Slauis Wilzis siue Welatabis, qui ad mare Balthicum habitabant, an. 789. illatum est bellum, eo quod Obotritos, qui cum Francis erant fœderati, adsidua incursione lacesserent, nec iussionibus possent coërceri. 84) Carolus vero Wilzos ita perdomuit, atque contudit, vt vlterius imperata facere minime renuendum iudicarent. 85) Ipsorum etiam Principes, Wilzam & Draoscio ipsi se submitterent, atque ditiones suas ipsius imperio subiicerent. 86) A. 806. Sorabos, qui inter Albim & Salam habitabant, 87) per filium suum Carolum conpescuit, duce illorum Miliduocho interfecto. 88) A. 810. iterum rebellabant Slaui, Hamburgum, vbi Imp. & orientalium Saxonum erat præsidium, occupabant, 89) quod insequenti anno Carolus recuperauit. 90)

§. XXXII.

TER *Ann. Boior. p. I. lib. VIII. n. XVIII. pag. 292.* Ringum fuisse ligneum septum, quod opplebatur saxis temere stipatis, glebisque & cespite, ad eum fere modum, quo æui nostri munitiones componuntur. LAMBECIVS *ad d. a. Annales Comment. de Bibl. Cæs. Tom. II. p. 379.* sic explicat: *Hringe siue Ring vocabulum est mere Germanicum, & significat hic locum rotundum siue orbiculatum, in meditullio castrorum, vel munimenti, vel consessus alicui situm, quem honoris & securitatis causa Rex cum Optimatibus suis obtinet.* Quid Ringus fuerit, optime declarat ANNALISTA SAXO ad a. 791. *terra Hunorum, qui & Auares dicuntur, vt antiquorum temporum relatores testantur, VIII. circulis, quos Teutonici Baga vocant, cingebatur, qui singuli ita stipitibus quernis seu faginis vel abiegnis erant extructi, vt de margine ad marginem XX. pedum spatio tenderentur in latum & totidem subrigerentur in altum, cauitas autem vniuersa aut durissimis lapidibus aut creta tenacissima repleretur; superficies vero vallorum integerrimis cespitibus tegeretur. Inter quorum confinia plantabantur arbuscula, quæ abscisæ atque priuatæ, vt cernere solemus, comas caudium foliorumque proferunt. De primo vsque secundum XX. milliaria teutonica protendebantur, sicque ad tertium & ita vsque ad nonum, quamuis iidem circuli alius alio multo contractiores fuissent.* Inter hos aggeres ita vici villæque erant locatæ, vt de aliis ad alios hominis vox posset audiri. In hoc circulo regiam fuisse Cagani sedem testatur EGINHARDVS in vita c. XIII. *Quantum sanguinis effusum sit? testatur vacua omni habitatore Pannonia, & locus in quo Regia Cagani erat, ita desertus, vt ne vestigium quidem in eo humanæ habitationis appareat.* SCHMINCKIVS ibi in notis putat, Regiam hanc sitam fuisse in agro spatioso in medio nouem circulorum, quos MONACHVS S. GALLI in vita *Caroli lib. II. c. II* memorat. *Talis &*, addit, *in patria apud Ziegenhainam Campus conspicitur, quem incola hodie vocant dem Ring vel Rinch.*

82) EGINHARDVS c. L. *tota in hoc bello Hunnorum nobilitas periit, tota gloria cecidit, omnis pecunia & congesti ex longo tempore thesauri direpti sunt. Neque vllum bellum contra Francos exortum humana potest memoria recordari, quo illi magis ditati & opibus aucti sint, quippe cum vsque in id temporis pene pauperes viderentur, tantum auri & argenti in regia repertum, tot spolia pretiosa in præliis sublata, vt merito credi posset, hos Francos Hunis iuste eripuisse, quod Huni prius aliis gentibus iniuste eripuerunt.* ANNALISTA SAXO ad a. 796. *Sic igitur octauo, quam cœptum est, anno, bellum Hunorum est consummatum. Quantum sanguinis in eo fusum sit, testatur Pannonia pene habitatore vacua, & locus, in quo regia Cagani erat, ita desertus, vt nec vestigium in eo humanæ habitationis appareat; Tota hoc bello Hunorum nobilitas & gloria decidit, nec vllo bello Franci magis ditati sunt, quippe cum prius pene pauperes viderentur.* POETA SAXO ad a. 796.

cuius pene gaza gentis tunc funditus omnes
Magnus erat, quarum numerus cunctaque priorum
diripiuntur opes Regum, quas depopulantes
plures in variis sacras regionibus ædes
temporibus multis male congessisse feruntur

Addit MONACHVS S. GALLI *vita Caroli M. lib. II. c. II. porro prædam in Pannonia repertam per Episcopia vel Monasteria liberalissima diuisione distribuit.*

83) ANNALES FVLDENSES *ad a. 795. Tudun, qui in gente Hunnorum magnæ potestatis erat, per legatos suos se & terram cum populo, cui præerat, Regi daturum & Christianum futurum esse promisit. ad a. 796. Tudum secundum pollicitationem suam cum populo suo ad Regem veniens baptizatus, & honorifice remissus est.* ANNALES LAVRISHAMENSES ad a. 796. *Thudun baptizatus ac remuneratus post datum fidei seruandæ sacramentum domum rediit, sed in promissa fide diu manere noluit, nec multo post perfidiæ suæ pœnas dedit.* Adde POETAM SAXONEM *ad h. a.* Iterum Auares a. 803. *Carolo se subiecerunt,* de quo ANNALES LAMBECIANI *n. XXXV. Imperator pergit in Baioariam. Ibi venit legatio Auarorum, qui omnem terram Imperii sui ditione Imperatoris Karoli subdunt.* Adde MONACHVM EGOLISMENSEM *p. 59.*

84) EGINHARDVS *c. XII.* ANNALES LAVRISHAMENSES FVLDENSES *a. 789.*

85) EGINHARDVS *c. l.*

86) ANNALES LAVRISHAMENSES ad a. 789. *Wilzan (nam is cæteris Wilsorum regulis & nobilitate generis & auctoritate senectutis praeminebat) ex templo cum omnibus suis ad Regem de ciuitate processit, obsides, qui imperabantur, dedit, fidem se Regi ac Francis seruaturum iureiurando promisit, quem cæteri Slauorum primores ac reguli secuti omnes se Regis ditioni subdiderunt.* CHRONICON MASCIACENSE ad a. 789. *fuit domnus Carolus in Venetiis, & peruenit in Wilcia, & adquisiuit ibi Draoscionem Regem & alios quamplurimos, & accepit obsides plures, atque omni terra illa obsissa siue subiugata, victor rediit Francia.* ANNALES NAZARIANI ad a. 789. ipsum vocant Dragoidum. POETA SAXO *ad a. 789.* Dragawithi.

87) ANNALES LAVRISHAMENSES ad a. 782. *Regi allatum est, quod Sorabi Slaui, qui campos inter Albim & Salam interiacentes incolunt, in fines Thuringorum & Saxonum qui eis erant contermini prædandi causa fuissent ingressi.* ANNALISTA SAXO, POETA SAXO *ad h. a.* Adde PETRVM ALBINVM *Meisn. Land Chronic tit. VI. p. 67.* CASPAR HENRICVM GRAVNIVM *in Daleminciâ §. IX. pag. 262.*

88) ANNALES FVLDENSES, LAVRISHAMENSES, ANNALISTA SAXO, CHRON. MASCIACENSE *ad a. 806.*

89) ANNALES LAVRISHAMENSES *ad a. 810.*

90) ANN. LAVRISHAM. *ad a. 811.* Adde LAMBECIVM *lib. I. Origg. Hamburg. p. 2. 3.*

EGIN-

§. XXXII. Contra Bohemos quoque, eo, quod Hunnorum terras fuerant depopulati, & Linones Slauorum populos, eo quod Godofredo, Danorum Regi accesserant, bellum a. 805. gessit, vtrumque tamen ductu Caroli Iunioris celeri fine fuit completum. 91) Vltimum contra Nordmannos, qui Dani vocabantur, primo piraticam exercentes, deinde maiori classe littora Galliæ atque Germaniæ infestantes, bellum a. 808. susceptum est. Quorum Rex Godefridus adeo vana spe inflatus erat, vt totius sibi Germaniæ promitteret potestatem. Frisiam quoque & Saxoniam, haud aliter atque suas prouincias æstimabat, istam etiam ducentarum nauium classe inuadebat. 92) Iam Abodritos, vicinos suos, in suam ditionem redegerat, iam eos sibi vectigales fecerat. Iactabat etiam se breui Aquisgrani, vbi Regis comitatus erat, cum maximis copiis aduenturum. Nec dictis eius, quamuis vanissimis, omnino fides abnuebatur, quin potius putaretur tale aliquid inchoaturus, nisi festinata morte fuisset præuentus. Nam a proprio satellite interfectus, & suæ vitæ & belli a se inchoati finem accelerauit. 93) Hemmingus vero ipsius fratris filius qui ipsi succedebat, pacem cum Carolo concludebat, Eidora terminus vtriusque regni constituebatur, quæ a. 811. fuit confirmata. 94)

§. XXXIII. Inter hæc bella, motusque Imperatoriam demum dignitatem fuit adeptus. Partim enim religionis, vt fertur, causa, partim a Leone Papa imploratus, quem Romani erutis oculis, linguaque amputata, multis iniuriis adfecerant, 95) Romam venit, vbi totum hyemis tempus protraxit, atque iudicio exercito, Leonem Papam, postquam de obiectis criminibus se iureiurando purgasset, absoluit. 96) Ipse autem, cum die sacratissimo Natalis Domini 800. 97) ad Missarum solennia basilicam beati Petri Apostoli fuisset ingressus, & coram altari, vbi ad orationem se inclinauerat, assisteret, Leo Papa coronam capiti eius imposuit, cuncto Romanorum populo adclamante, *Karolo Augusto a Deo coronato, Magno & Pacifico Imperatori Romanorum vita & victoria.* 98) Post quas laudes, a pontifice, more an-

91) EGINHARDVS *c. XIV.* ANNALES LAVRISHAMENSES, FVLDENSES, METENSES, SIGEBERTVS GEMBLACENSIS, REGINO *ad a. 805.* BOHISEL. BALBINVS *Epit. Rer. Bohem. lib. I. cap. X.*

92) ANNALES FVLDENSES ad a. 810. *Imperator nuncium accepit, classem ducentarum nauium de Normannia Frisiam adpulisse, totasque Frisiaco littori adiacentes insulas esse vastatas, iamque exercitum illum in continenti esse, terraque prælia cum Fresonibus commisisse, Danosque victores tributum victis imposuisse, & vectigalis nomine centum libras argenti a Fresonibus esse solutas, & reuera ita erat.* Carolus hoc vindicare conabatur, de quo EGINHARDVS c. XVII. *molitus est classem contra Normannos, ædificatis ad hoc nauibus iuxta flumina, quæ de Gallia & Germania septentrionalem influunt oceanum, & quia Normanni Gallicum littus atque Germanicum adsidua infestatione vastabant, per omnes portus & ostia fluminum, qua naues recipi posse videbantur, stationibus & excubiis dispositis, ne qua hostis exire posset, tali munitione prohibuit.*

93) verba sunt EGINHARDI *cap. XIV.* ANNALES LAVRISHAMENSES, FVLDENSES *ad a. 809.*

94) ANN. FVLD. ad a. 810. ADAMVS BREMENSIS *lib. I. c. XIII. exstincto cælitus Gotofrido, Hemming, patruelis eius, successit, qui mox pacem cum Imperatore faciens, Egdoram fluuium, Regni terminum accepit.* HELMOLDVS *lib. I. c. III.* ANNALISTA SAXO *ad a. 810. 811.* CHRON. REG. S. PANTALEONIS *ad a. 810.*

95) ANNALISTA SAXO *ad a. 799. 811.*

96) EGINHARDVS *in vita c. XXVIII.* ANNALES FVLDENSES, LAVRISHAMENSES *ad a. 800.* HVGONIS FLAVINICENSIS *Chron. Verdunense* apud LABBEVM *Tom. I. p. 118.* de Leone III. *Hunc Romani Letania Maiore captum multis affectum iniuriis erutis oculis, lingua amputata anno DCXCVIII. fidem Regis implorare compulerunt. Missus enim in custodia, per murum noctu aufugit ad Ecclesiam sancti Petri: inde a Francis Spoletum deductus, ac demum ad Padabronnam honorifice a Rege susceptus & cum honore Romam est remissus. Hæc fecit causa vltimi aduentus Caroli Romam ad reparandum Ecclesiæ statum, vbi totum hiemis tempus exegit, quo in tempore Imperatoris & Augusti nomen assumpsit. Tum habita quæstione de eis, qui Leonem Papam inhoneste tractauerunt, & contumeliauerunt, vt reos maiestatis capite plectendos iussit.* CHRON. REG. S. PANTALEONIS *ad a. 799.*

97) ANNALES LAVRISHAMENSES, FVLDENSES, LOISELIANI *ad a. 801.* TILIANI vero *ad a. 802.* reiiciunt. Licet enim plerique hanc dignitatem imperialem *ad a. 801.* referant, certius tamen in annum 800. erit reiicienda. Scilicet, hæc erat ratio, Romana ecclesia annum tunc tempore incipiebat a die natali Domini, hoc autem dum ipso die Natalis factum, inchoant cum eodem nouum annum. Quare etiam ANNALES BERTINIANI atque LOISELIANI ad finem a. 800. dicunt: *Celebrauitque Natale Domini Romæ. Et immutauit se numerus annorum Domini DCCCI.* prout in PAVLI PETAVII dissertatione *de epistola annorum incarnationis*, atque in FRONTONIS obseruationibus in Kalendarium pluribus demonstratur. Sic BRVNO *Hist. Belli Saxonici p. 228. transactio vero Natali Domini proximo, quo MLXXXI. ab incarnatione Domini inceptus annus erat.* CHRON. LAVRISHAM. pag. 194. *Natalis Domini festiuitatem vbi MLXXVI. annus ab incarnatione Domini incoatur.* Vid. FRID. SPANHEMIVS *de facto Leonis III. Carolum Imp. proclamantis.*

98) ANASTASIVS vita Leonis III. pag. 184. *tunc vniuersi fideles Romani videntes tantam defensionem & dilectionem, quam erga Sanctam Romanam Ecclesiam & eius Vicarium Carolus habuit, vnanimiter altisona voce, Dei nutu, atque Petri Claiugeri Regni cælorum exclamauerunt: Carolo piissimo Augusto, a Deo coronato, magno pacifico Imperatori, vita & victoria. Ante sacram confessionem, beati Petri Apostoli plures sanctos inuocantes, ter dictum est, & ab omnibus constitutus est Imperator Romanorum.* MONACHVS EGOLISMENSIS vita Caroli p. 57. *Domnus Leo Papa coronam capiti eius imposuit, & a cuncto Romanorum populo acclamatum est, Carolo Augusto, a Deo coronato, magno & pacifico Imperatori Romanorum, vita & victoria.* ANNALES FRANCORVM LAVRISHAMENSES, FVLDENSES, LOISELIANI & alii ANNALISTA SAXO *ad a. 801.* CHRON. REG. S. PANTALEONIS *ad a. 801.*

re antiquorum Principum adoratus est: ac deinde omisso Patritii nomine, Imperator Augustus adpellatus: Quam dignitatem haut inuitus suscepit. 99)

§. XXXIV. Considerantes autem, quid Carolus M. inde fuerit adsecutus, facile dicendum, ipsum non nisi titulum fuisse adeptum & dignitatem, cum ipsa iura Imperii Romani iam antea, collata Patritiatus dignitate, ex pacto cum Romanis adquisiuerit, Italiam vero belli iure, deuicto vltimo Longobardorum Rege, Desiderio, apud alios vero Reges magno in honore fuit habitus, qui partim se ipsius proprios seruos & subditos pronuntiarunt. 100) Scilicet, per titulum & dignitatem Patricii adquisiuerat territorium primarium vrbis Romæ. Territorium vero secundarium siue prouincias & accessoria Imperii Romani possidebat vel iure hæreditario vel iure armorum. 1)

§. XXXV. Pontificii 2) equidem hanc dignitatem Carolum Papæ beneficio debere contendunt, cum tamen omnes Scriptores Romanis 3) potius hoc tribuant, qui Carolo se subiecerunt. Alii 4) hoc iuri belli tribuunt. Verum, mihi videtur, Carolum Imperii dignitatem ex triplici iure obtinuisse. Primo quod rem ipsam teneret, vrbem Romam vna cum prouinciis, territorium principale & secundarium. Dein, ex declaratione Romano-

99) EGINHARDVS quidem in vita c. XXVIII. dicit: *quo tempore Imperatoris & Augusti nomen accepit, quod primo tantum auersatus est, vt affirmaret, se eo die, quamuis præcipua festiuitas esset, Ecclesiam non intraturum fuisse, si Pontificis consilium præscire potuisset.* Idem confirmat MONACHVS S. GALLI in vita Caroli lib. I. c. XXVIII. dicens: *quod, cum ille non potuisset abnuere, quia diuinitus sic procuratum crederet, non tamen gratanter suscepit, quod putaret Græcos maiori succensos inuidia, aliquid incommodi Regno Francorum machinaturos.* POETA SAXO *ad a. 814.* ANNALISTA SAXO *ad a. 811.* CAR. SIGONIVS vero *de Regno Italiæ lib. IV. p. 99.* ex donis eximiis, quæ secum Romam tulerat Carolus, concludere contendit; quod ipsi haut inuito dignitas Imperatoria fuerit collata, dum ait: *quibus absolutis* (coronatione) *Carolus vna cum Pipino basilicæ Vaticanæ abacum argenteum & diuersa vasa ex auro purissimo fabrefacta ad vsum abaci obtulit, Lateranensi vero Crucem eximiam, ex iacinctorum gemmis conflatam, quam Leo in supplicationibus præferri Carolo obsequutus instituit. Ex quibus singulis perspici potest, quam alienum a vero sit, quod quidam scripserunt, hæc omnia a Leone ipsi inscienti, ac repugnanti Carolo esse delata, Carolumque sæpe dixisse, se, si Leonis voluntatem præsensisset, nequaquam eo die processurum in Vaticanum fuisse.*

100) EGINHARDVS c. XVI. *Scotorum quoque Reges sic habuit ad suam voluntatem per suam munificentiam inclinatos, vt eum numquam aliter quam Dominum, seque subditos ac seruos eius pronuntiarunt.* Exstant Epistolæ ab eis ad eum missæ, quibus huiusmodi affectus illorum indicatur. POETA SAXO *ad a. 814.* ANNALISTA SAXO *ad a. 810. auxit etiam gloriam regni sui quibusdam regibus ac gentibus per amicitiam sibi iunctis, adeo namque Adelfonsum Galliciæ atque Asturiæ Regem sibi societate deuinxit, vt is cum ad eum litteras vel Legatos mitteret, non aliter se apud illum, quam proprium; Scotorum quoque Reges sic habuit ad suam voluntatem per munificentiam inclinatos, vt eum numquam nisi Dominum seque subditos & seruos eius pronuntiarent.*

1) CHRONICON MOISSIACENSE *Anno DCCCI. cum apud Romam moraretur Rex Karolus, nuncii delati sunt ad eum, dicentes quod apud Græcos nomen Imperatoris cessasset, & femineum Imperium apud se haberent. Tunc visum est ipso Apostolico Leoni, & vniuersis sanctis Patribus, qui in ipso Concilio aderant, seu reliquo Christiano populo, vt ipsum Karolum Regem Francorum Imperatorem nominare debuissent: quia ipsam Romam matrem Imperii tenebat, vbi semper Cæsares & Imperatores sedere soliti fuerunt, seu reliquas sedes, quas ipse in Italia & Gallia, nec non & Germania tenebat. Quia Deus omnipotens has omnes sedes in potestate eius concessit, & ne pagani insultarent Christianis: ideo iustum esse videbatur, vt ipse cum Dei adiutorio, & vniuerso populo Christiano petente, ipsum nomen haberet.* Idem fere habet Codex antiquus Bibliothecæ Cæsareæ apud LAMBECIVM *lib. II. c. V. p. 381. ad a. 801.* in quo etiam hæc verba: *ideo iustum eis esse videbatur, vt ipse cum Dei adiutorio, & vniuerso Christiano populo petente, ipsum nomen haberet.* Inde ANNALES FRANCORVM FVLDENSES ad a. 801. dicunt: *Carolus ablato patritii nomine Imperator & Augustus est appellatus*, & MONACHVS EGOLISMENSIS in Annalibus Pithœanis p. 263. *antea domnus Carolus vocabatur ab omnibus Rex Francorum & patritius Romanorum: sed post laudes a domno apostolico more antiquorum principum adoratus est, atque ablato Patritii nomine Imperator & Augustus est appellatus.* Idem dicunt omnes Annales Francorum. Scilicet nomen mutabatur, iura & territorium Carolus possidebat, antequam fieret Imperator. Adde MABILLONIVM *de Re Diplomatica lib. II. c. XXVI. §. XVI.*

2) Hoc adserit BELLARMINVS *de translatione Imperii ad Francos*, qui MATTHIAE FLACIO respondere conatus fuit, sed singulari tractatu contra eundem egerunt HENNINGVS ARNISAEVS, & MATTHAEVS DRESSERVS. Eundem etiam late refutauit PFEFFINGERVS *Vitriario illustrato lib. I. Tit. IV. n. 38. p. 362.*

3) Claris verbis illud testatur SIGEBERTVS GEMBLACENSIS ad a. 801. *Romani, qui ab Imperatore Constantinopolitano iamdiu animo desciuerant, nunc accepta occasionis opportunitate, quia mulier excæcato imperatore Constantino filio suo eis imperabat, vno omnium consensu Carolo regi imperatorias laudes acclamant, eumque per manum Leonis Papæ coronant, Cæsarem & Augustum appellant.* Quare etiam omnes Annales Francorum dicunt, factum fuisse omni Romanorum populo acclamante.

4) OTTO FRISINGENSIS quidem *de gestis Friderici lib. II. c. XXI.* hoc innuere videtur: dum ipsum Imp. in epistola ad Romanos sic inducit scribentem: *reuoluamus modernorum Imperatorum gesta, si non diui nostri Principes Carolus & Otto, nullius beneficio traditum, sed virtute expugnatum Græcis seu Longobardis Vrbem, cum Italia eripuerint, Francorumque apposuerint terminis.* Idem Friderici responsum GVNTHERVS *Ligurino lib. I. v. 349.* hac ratione effert:

Ex quo Romanum nostra virtute redemtum
Hostibus expulsis, ad nos iustissimus ordo
Transtulit Imperium Romani gloria regni
Hos penes est.

Sed de virtute loquuntur, per quam non semper bellica virtus est intelligenda: hoc tamen certum, potentia Regum Francorum Roma & Italia ipsorum sceptris fuit addita. Gerhardus tamen van der Muelen diss. de Ortu & interitu Imperii Romani, demonstrare voluit iure belli Carolum Imp. Romanum tenuisse.

manorum, qui quasi pro derelicto habiti, ex iure postliminii ius declarandi Imperatorem sibi iterum vindicarunt. Accesserunt pacta cum Imperatoribus Constantinopolitanis, Irene, Nicephoro, Michaele & Leone, qui ipsum Imperatorem adgnoscentes, iura, quæ in Occidentis Imperium habebant, in ipsum transtulerunt. 5) Itaque fuerunt pacti, vt Græcus Imp. Orientem, Carolus vero eiusdemque successores Romam cum toto Occidente haberent. 6)

§. XXXVI Inter gesta ipsius ciuilia est referendum, quod diuersas ciuitates & castra extrui fecerit. Inter hæc in Saxonum finibus Carlstadt memoratur 7) ad Visurgim Heristallum extruxit, dum cum exercitu ibidem fuerit commoratus. 8) Sic etiam castellum ad Lippiam extruxit, 9) contra Danos & ciuitatem Esfesfelt hodiernum Itzehoam in Holsatia. 10) Slauis a. 806. duo castra ad Albim opposuit, quorum vnum Huobocki siue Hamburgum fuisse videtur. 11) A. 808. iterum duo castella super Albiam extruxit, eademque præsidio firmauit. 12) Sic etiam aliæ Ciuitates, Bardouicum, Magdeburgum, Erfurtum, Forcheimum ipso imperitante iamdum fuerunt. 13) Præterea diuersa palatia atque

5) Hæc etiam fere argumenta sunt MATTHIAE FLACII *de translatione Imperii c. I.* De pace vero cum Græcis dicunt ANNALES FVLDENSES ad a. 802. *Herena Imperatrix de Constantinopoli misit Legatum nomine Leonem Spatarium de pace confirmanda inter Francos & Græcos, & Imperator vicissim absoluto illo misit Iesse Episcopum Ambianensem & Heingandum Comitem Constantinopolim, vt pacem cum ea statuerent.* Concordant ANNALISTA SAXO & ANNALES METENSES *ad a. 802. 810.* De reliquis dicit EGINHARDVS c. XVI. *Imperatores etiam Constantinopolitani Nicephorus, Michael & Leo, vltro amicitiam & societatem eius expetentes, complures ad eum misere legatos, cum quibus tamen propter susceptum a se Imperatoris nomen & ob hoc ei, quasi qui Imperium eis eripere vellet, valde suspectum, fœdus firmissimum statuit, vt nulla inter partes cuiuslibet scandali remaneret occasio.* ANNALES LAVRISHAMENSES ad a. 803. *Legati Nicephori Imperatoris, qui tunc rempublicam regebat, quorum nomina fuerunt, Michael Episcopus, Petrus Abbas, Callistus & Candidatus venerunt ad Imperatorem in Germania super fluuium Sala in loco, qui dicitur Selz, & conditionem faciendæ pacis in scripto susceperunt* ad a. 810. *Carolus pacem cum Nicephoro Imperatore fecit* ad a. 811. *absoluto atque dimisso Arsaphio Spartiano (hoc nomen legati Nicephori Imperatoris) eiusdem pacis confirmandæ gratia, legati Constantinopolin ad Imperatorem mittuntur.* ANNALISTA SAXO *ad h. a.* Clarius loquuntur ANNALES FVLDENSES ad a. 812. *Michael legatos Caroli ad Nicephorum missos, Constantinopoli audiuit & absoluit. Cum quibus & suos Legatos direxit, & pacem a Nicephoro inceptam confirmauit. Qui etiam, vbi ad Imperatorem Aquisgrani venerunt, scriptum pacti ab eo in Ecclesia suscipientes, more suo, id est Græca lingua, laudes ei dixerunt, Imperatorem eum & Basileum appellantes.* Idem dicunt ANNALES METENSES & BERTINIANI, LAVRISHAMENSES. Addit ANNALISTA SAXO ad a. 801. *Sicque Romanum Imperium, quod a temporibus Constantini Magni Helenæ filii aput Constantinopolim in Græcorum Imperatoribus mansit, ex hoc iam ad Reges immo Imperatores Francorum per Karolum transiit.* Vid. eundem *ad a. 812.*

6) GOTFRIDVS VITERBIENSIS p. XVIII. p. 457. *cum Leone Carolus pacem perpetuam non modo componit, vt Græcus Imperator orientem, Carolus vero suique successores haberent Romam cum toto occidente.* Hinc etiam EGINHARDVS cap. XV. *adquisiuit Italiam totam, quæ ab Augusta Prætoria vsque in Calabriam inferiorem, in qua Græcorum ac Beneuentanorum constat esse confinia, porrigitur.*

7) CHRON. MASCIACENSE ad a. 776. *ædificauerunt Franci in finibus Saxonum ciuitatem, quæ vocatur vrbs Caroli.*

8) ANNALES LAMBECIANI ad a. 797. *Carolus iterum intrauit in Saxonia, & ibi habitauit ipsam hyemem, & fecit sedem suam iuxta locum, vbi Timella fluit in Wisaraha, quem etiam Heristelli adpellauit, eo quod ab exercitu suo fuerunt constructæ ipsæ mansiones, vbi habitabant* ad a. 798. *ipso anno fuit Rex Carolus in Saxonia, & apud Haristalho nouo ipsam hyemem ibi resedit, & ibi celebrauit Pascha, quem locum, vt nos audiuimus, ipse Rex ita adpellauit, quia ab hoste ipso ipsæ mansiones, in quibus habitabant, constructæ sunt.* Adde ANNALES PETAVIANOS, LOISELIANOS, MONACHVM EGOLISMENSEM *p. 56.* REGINONEM *ad a. 797.* FERDIN. FVRSTENBERGIVM *Monum. Paderbornensibus p. 199. sqq.*

9) CHRONICON MASCIACENSE ad a. 778. *Saxones igne cremauerunt ciuitatem, quam Franci construxerant inter flumen Lippia.* ANNALES LAVRISHAMENSES ad a. 776. etiam mentionem faciunt castelli super Lippiam extructi, atque ad a. 810. loci Lippenheim.

10) ANNALES LAVRISHAMENSES *ad a. 809. Imperator, postquam locus ciuitati exstruendæ fuerat exploratus, Egbertum comitem huic negotio exsequendo, præficiens, Albim traiicere, & locum iussit occupare. Est autem locus super ripam Sturiæ fluminis, nomine Essesfelt, & occupatus est ab Egberto Comite, & Saxonibus circa Id. Mart. & muniri captus* AVENTINVS *lib. IV. c. VI. n. 25.* Idem dicit ANNALISTA SAXO *ad a. 809.*

11) ANNALISTA SAXO ad a. 806. *duoque castella ab exercitu constructa sunt, vnum super ripam fluminis Sale, alterum super Albiam.* Wettinum & Wittebergam esse putat SAGITTARIVS *lib. II. Antiquit. Duc. Thuring. c. IV. §. VII.* IACOBVS PAVLVS GVNDLING *in Altertum der Stadt Halle §. IX. p. 14.* ex CHRONICO MOISSIACENSI *p. 145. & mandauit eis Rex Karolus ædificare ciuitates duas, vnum in Aquilone parte Albiæ contra Magadabourg: alteram vero in Orientalem partem Salæ, ad locum qui vocatur Halla. Deinde reuersus est ad patrem suum in Francia, prope Magdeburgum & Halam collocat.* Dum autem reliqui Annales hæc castella ad Albim collocent, potius castellum Hobuchi huc referendum esse putarem, de quo ANNALES FVLDENSES ad a. 810. *castellum vocabulo Hohbuochi Albiæ flumini adpositum, in quo Odo legatus Imperatoris, & Orientalium Saxonum erat præsidium, a Witzis captum.* ANNALISTA SAXO *ad a. 810.* Hoc autem postea Hamburgum fuisse dictum, innuit ALBERTVS STADENSIS ad a. 810. 811. *castellum Hochburc quod nunc Hamburg dicitur.* CONRING *de Vrb. Germ. §. XXVIII.* LAMBECIVS *Origg. Hamburg. lib. I. p. 2. 3.*

12) ANNALES LAVRISHAMENSES ad a. 808. *Imperator vero ædificatis per Legatos suos super Albim fluuium duobus castellis, præsidioque in eis contra Sclauorum incursiones disposito, Aquisgrani hyemauit.* Idem dicit ANNALISTA SAXO *ad h. a.*

13) Patet hoc ex *lib. III.* CAPIT. cap. VI. *de negociatoribus, qui partibus Sclauorum & Hauarorum pergunt, quousque procedere cum suis negotiis debeant,*

que basilicas extruxit. 14) Danubium & Rhenum per Almonam & Rednitiam coniungere tentauit, licet conatu infelici. 15) Pharum quoque Bononiensem restaurauit. 16) Fines regni Marchionibus tuendos commisit. 17)

§. XXXVII. Diuersas etiam conspirationes expertus fuit Carolus. Sic enim a. 785. auctore Hardrado Comite 18) Orientales Franci contra ipsum coniurauerunt, ipsum vel ferro vel arte necare tentantes, 19) eo quod Fastradæ vxori nimium indulgeret. 20) Verum, detecta fuit coniuratio, auctores vel oculis fuerunt priuati, vel exilio multati. 21) A. 792. Pipinus gibbosus, filius ipsius naturalis ex Himiltrude, concubina progenitus, propter Fastradam Reginam, cuius crudelitatem se ferre non posse, Franci dicebant, cum aliis nouam formauit conspirationem, vt ipsum cum filiis interficeret, & regnum susciperet. 22) Detecta tamen per Ardulphum Longobardum fuit coniuratio, qui ob meritum fidei seruatæ, monasterio S. Dionysii fuit donatus. 23) Pipinus secundum placitum Ratisbonense, in monasterium Prumiense detrusus, 24) reliqui coniurationis auctores partim gladio cæsi, partim suspensi fuerunt. 25)

§. XXXVIII.

debeant, id est, partibus Saxoniæ, vsque ad Bardenwich & ad Magadeburch, & ad Erpesfurd, & ad Halaxstadt, & ad Foraccheim, & ad Breenberg, & ad Reginisburg, & ad Lauriacum.

14) Hæc enumerat ANNALISTA SAXO *ad a. 809.*

15) ANNALES LAVRISHAMENSES ad a. 793. *persuasum tunc Regi erat, si inter Radantiam & Almonam fluuios fossa nauium capax duceretur, posse commode e Danubio in Rhenum nauigari, quod alter Danubio, alter Mœno miscetur. Confestim cum omni comitatu suo eo venit, congregataque hominum multitudine totum autumni tempus in eo opere consumpsit. Ducta est fossa inter prædictos fluuios duûm millium passuum longitudine, latitudine CCC. pedum. sed incassum. Nam propter iuges pluuias, & terram quæ palustris erat nimio honore suapte natura imbutam, captum opus consistere non potuit. Sed quantum interdiu terræ a fossoribus fuerat egestum, tantum noctibus humo iterum in locum suum relabente subsidebat.* Mentionem huius fossæ quoque faciunt ANNALES LOISELIANI, BERTINIANI, METENSES, PETAVIANI, CHRON. MOISSIACENSE, POETA & ANNALISTA SAXO, REGINO *ad a. 793.* MON. EGOLISM. *p. 53.* AIMOINVS *IV. c. LXXXIV.* CAR. le COINTE *Ann. Franc. ad a. 793. n. 5. 6. 8.* NIC. SCHATENIVS *Hist. Westphal. lib. VIII. p. 548.* CHRON. REG. S. PANTALEONIS *ad a. 793.*

16) ANNALISTA SAXO *ad a. 811. ipse autem Imperator ad classem videndam, quam præcedenti anno fieri & fabricari iussit, ad Bononiam venit, farumque ibi ad nauigantium cursus dirigendos antiquitus constitutum restaurauit, & in summitate nocte ignem accendit.*

17) AVCTOR ANONYMVS VITAE LVDOVICI p. 341. *Carolus arcessiuit filium, iam bene equitantem cum omni populo militari, relictis tantum Marchionibus, qui fines regni tuentes, omnes si forte ingruerent, hostium arcerent incursus.* Huc facere videtur, quod supra dixi, Carolum disposuisse Marcas Baioariorum. Talis etiam fuisse videtur Wido, Comes ac præfectus Britannici limitis, qui occurrit in ANNALIBVS LAVRISHAMENSIBVS *ad a. 799.*

18) ANNALES FVLDENSES equidem ad a. 785. *Coniuratio Orientalium Francorum (quæ vocatur Hartrati) contra regem exorta, & cito compressa est.* Verum, Hartradum fuisse coniurationis auctorem, reliqui Annales nos docent. Sic enim ANNALES LAVRISHAMENSES ad a. 785. *facta est eodem anno trans Rhenum apud Orientales Francos aduersus regem immodica coniuratio cuius auctorem Hartradum Comitem fuisse constabat.* Idem ad a. 827. vbi de conspiratione Reginharti contra Ludouicum Pium: *cuius maternus auus Hardradus olim in Germania cum multis ex ea prouincia nobilibus contra Karolum Imperatorem coniurans.* THEGANVS de gestis Ludouici c. XXII. eum vocat *Hardiatum, ducem Austriæ infidelissimum.* SIGEBERTVS GEMBLACENSIS *ad a. 789. coniuratio valida facta est ab Austrasiis contra Carolum Regem, auctore Harderico.*

19) POETA SAXO *ad a. 785. Interea quidam coniurauere maligni*
vt dirum facinus scelerato corde patrarent,
vel ferro Regem vel qualibet arte necando.
Criminis incentor Hardradus tunc comes huius
extiterat.

20) EGINHARDVS c. XX. *harum tamen coniurationum Fastradæ Reginæ crudelitas caussa & origo exstitisse creditur, & idcirco in ambabus contra Regem conspiratum est, quia vxoris crudelitati consentiens, a suæ naturæ benignitate ac solita mansuetudine immaniter exorbitasse videbatur.* AVENTINVS *Ann. Boiic. lib. IV. c. III. n. 24.*

21) EGINHARDVS c. l. *facta est & alia prius contra eum in Germania valida coniuratio, cuius auctores partim luminibus orbati, partim membris incolumes, omnes tamen exilio deportati sunt, neque vllus ex eis interfectus est, nisi tres tantum, qui cum se, ne comprehenderentur, strictis gladiis defenderent, aliquos etiam occidissent, quia aliter coërceri non poterant, interemti sunt.* POETA SAXO *ad a. 785.*

22) CHRON. MOISSIACENSE ad a. 792. *in ipso anno inuentum est consilium pessimum, quod Pippinus, filius Regis, ex concubina Himiltrude matre genitus contra Regis vitam seu filiorum eius, qui ex legitima geniti sunt, qui voluerat Regem & ipsos occidere, & ipse pro eo, quasi Abimelec in diebus Iudicium Israel regnare.* ANNALES LAMBECIANI *n. XXIV.* LOISELIANI *ad a. 792.* CHRON. REG. S. PANTALEONIS *ad a. 792.*

23) Verba sunt ANNALIVM LAVRISHAMENSIVM *ad a. 792.*

24) CHRON. MOISSIACENSE ad a. 792. *cum cognouisset Rex consilium Pippini, & eorum, qui cum ipso erant, coadunauit conuentum Francorum & aliorum fidelium suorum ad Reginesburg.* EGINHARDVS c. l. *erat ei filius nomine Pipinus ex concubina editus, cuius inter cæteros mentionem facere distuli, facie quidem pulcher, sed gibbo deformis. Is, cum pater bello contra Hunos suscepto in Baioaria hyemaret, ægritudine simulata, cum quibusdam primoribus Francorum, qui eum vana Regni promissione illexerant, aduersus patrem coniurauit: quem post fraudem detectam & damnationem coniuratorum, detonsum in cœnobio Prumia religiosæ vitæ iamque volentem vacare permisit.* ANNALISTA SAXO *ad a. 811.*

25) ANNALES LAVRISHAMENSES ad a. 792. *auctores coniurationis vt rei læsæ maiestatis partim gladio cæsi, partim patibulis suspensi ob meditatum scelus tali morte multati sunt.* ANNALISTA SAXO *ad a. 792.*

§. XXXVIII. Reliquum tempus Imperatoris partim reliquiis belli Saxonici, bello Bohemico, Danico, partim quietus 26) transegit. Fecit quidem partitionem regni in villa Theodonis a. 806. inter filios suos, Carolum, Pipinum & Ludouicum, vt sciret vnusquisque eorum, quam partem tueri & regere debuisset, si pater eum superstitem relinqueret. 27) De hac partitione testamentum conscriptum, ab Optimatibus Francorum confirmatum, & Leonis Apostolici subscriptione est roboratum, 28) sed defunctis prioribus, solus ex filiis legitimis supermansit Ludouicus, nisi quod nepoti suo ex Pipino, Bernhardo relinqueret Italiam. De reliqua successione testamenta facere instituit, quibus filias, & ex concubinis liberos ex aliqua parte sibi hæredes faceret: sed tarde incoata perfici non poterant. Diuisionem tamen thesaurorum, & pecuniæ ac vestium, aliæque supellectilis coram amicis & ministris suis annis tribus antequam decederet, fecit, contestatus eos, vt post obitum suum a se facta distributio per illorum suffragium rata permaneret. 29)

§. XXXIX. Extremo vitæ tempore, cum iam & morbo & senectute premeretur, euocatum ad se Ludouicum filium Aquitaniæ Regem, qui solus filiorum Hildegardis superarat, congregatis solenniter de toto regno Francorum primoribus, cunctorum consilio consortem sibi totius regni & Imperialis nominis hæredem constituit: 30) impositoque capiti eius diademate, Imperatorem & Augustum iussit appellari. Cumque Aquisgrani hyemaret, mense Ianuario febre valida correptus decubuit, qui statim, vt in febribus solebat, cibi sibi abstinentiam indixit, arbitratus hac continentia morbum posse depelli, vel certe mitigari. Sed accedente ad febrem lateris dolore, quem Græci pleuresin vocant, illoque adhuc inediam retinente, neque corpus aliter quam rarissimo potu sustentante, septimo postquam decubuit die, sacra communione percepta decessit, anno ætatis suæ LXXII. ex quo regnare cœperat XLVII. V. Kal. Febr. hora diei tertia. 31) Corpus Caroli aromatizatum, & in sede aurea sedens positum est, incuratura sepulcri, ense aureo accinctus, Euangelium autem tenens in manibus. 32) Sepultus fuit in Basilica quam ipse condiderat Aquisgranensi, arcusque super tumultum deauratus cum imagine & titulo exstructus & titulus hoc modo scriptus est: SVB HOC CONDITORIO SITVM EST CORPVS CAROLI M. ATQVE ORTHODOXI IMPERATORIS, QVI REGNVM FRANCORVM NOBILITER AMPLIAVIT ET PER ANNOS XLVII. FELICITER REXIT. DECESSIT SEPTVAGENARIVS ANNO DOMINI DCCCXIV. INDICT. VII. V. KAL. FEBRVARII. 33) Otto III. Imp. Monumentum ipsius aperuit, ipsumque sedentem in aurea cathedra intra arcuatam speluncam, coronatum, tenentem sceptrum & ensem & corpus incorruptum inuentum fuisse dicitur. 34) A Paschali III. vero Papa IV. Kl. Ianuarii a. 1165. in numerum

26) THEGANVS de gestis Ludouici cap. VII. *postquam diuisi fuerunt, Dominus Imperator nihil aliud cepit agere, nisi in orationibus & eleemosinis vacare & libros corrigere. Nam quatuor Euangelia partis Christi, quæ intitulantur nomine Matthei, Marci, Lucæ & Iohannis, in vltimo ante obitus sui diem cum Græcis & Syris optime correxerat.*

27) ANNALISTA SAXO ad a. 806. *Imperator cum primoribus & optimatibus Francorum de pace constituenda & conseruanda inter filios suos & de partitione regni placitum habuit, & diuisione regni in tres partes facta imperium suum partitus est inter tres filios suos, vt scilicet vnusquisque sciret, quam partem tueri & regere deberet, si illum superuiueret. De hac diuisione testamentum fecit & sacramentis interpositis a Francis confirmatum est, & Leoni Papæ transmissum, vt hæc decreta manu sua confirmaret, quod & factum est.* CHRON. REG. S. PANTALEONIS *ad a. 806.*

28) Verba sunt ANNALIVM FVLDENSIVM *ad a. 806.* Concordant ANNALES METENSES. PETRVS PITHOEVS *Annalibus Francorum p. 283.* testamentum adiecit, de quo tamen ipse Operibus sacris p. 711. testatur, quod nullæ sit fidei. IAC. BOLLANDVS *not. ad cap. X.* Eginhardi dicit: *hoc testamentum vspiam in Westphalia exstare de Gamansio nostro didicimus.*

29) Verba sunt EGINHARDI *cap. XXXIII.* qui etiam istam diuisionem exhibet.

30) EGINHARDVS *cap. XXX.* THEGANVS *vita Ludouici c. VI.*

31) Verba sunt EGINHARDI *in vita c. XXX.* Concordant ANNALES FVLDENSES *ad a. 814.* nisi quod anno ætatis suæ circiter LXXI. ipsum defunctum esse dicant. THEGANVS de Gestis Ludouici *c. VII.* CHRON. REG. S. PANTALEONIS *ad a. 814.* Eundem annum habet MONACHVS EGOLISMENSIS *c. XXIV.* qui insuper describit, quibus cærimoniis corpus ipsius fuerat sepultum. Eundem annum LXXI. habent, ANNALES LAVRISHAMENSES, & ALBERTVS STADENSIS ad a. 814. Annos 76. habent versus antiqui apud du CHESNE *Tom. II. p. 229.*

Qui deciesque quater per sex feliciter annos
Sceptra tenens Regni, & Regno Rex Regna reiungens
Febro migrauit quinto arii ex orbe Kalendas,
Septuaginta sex vita qui terminat annos.

Sed cum anno 742. fuerit natus, prout superius fuit demonstratum, atque anno 814. defunctus, iustus erit numerus annorum LXXII.

32) Verba sunt MONACHI EGOLISMENSIS *p. 65.* Inde pergit: *vestitum est Corpus eius vestimentis Imperialibus. Sceptrum aureum & scutum aureum, quod Leo Papa consecrauerat, ante eum posita sunt dependentia, & clausum & sigillatum est sepulchrum eius.*

33) EGINHARDVS *cap. XXXI.* ANNALES METENSES, ANNALISTA SAXO *ad a. 814.*

34) ADAMARVS CABANNENSIS Chron. p. 169. *Otto Imp. per somnium monitus est, vt leuaret corpus Caroli M. Imp. qui Aquis humatus erat, sed vetustate oblitterante ignorabatur locus certus, vbi quiescebat, & peracto triduano ieiunio, inuentus est: eo loco, quem per visum cognouerat imperator, sedens in aurea cathedra intra arcuatam speluncam, infra basilicam Beatæ Mariæ, coronatus corona ex auro & gemmis, tenens sceptrum & ensem ex auro purissimo, & ipsius corpus incorruptum inuentum est, quod leuatum populo demonstratum est. Solium eius aureum Imperator Otto direxit Regi Botisilano pro reliquiis S. Adalberti martyris.* DITMARVS lib. IV. Annal. p. 357. *Caroli Cæsaris ossa, vbi requiescerent, dum*

merum Sanctorum fuit relatus, 35) ipsius Festum etiam Romae magna cum festiuitate, & solenne officium, ex certa formula adhuc celebratur. 36)

dum dubitaret, rapto clam pauimento, vbi ea esse putauit fodere, quousque haec in solio inuenta sunt regio, iussit. Crucem auream, qua in collo eius pependit, cum vestimentorum parte adhuc imputribilium sumens, caetera cum veneratione magna reposuit.

35) GODEFRIDVS MONACHVS, CHRON. AVGVSTANVM, ALBERTVS STADENSIS *ad a.* 1166. M. CHRON. BELG. *p.* 191. GOB. PERSONA *ae. VI. c. LX.* Diploma Friderici I. Aquisgranensibus concessum scriptum VI. Id Ianuarii 1166. integrum extat apud AVB. MIRAEVM *Fastis Belgicis ad a.* 28. *Ianuarii p.* 51. PETRVM A BECK *Aquisgrano lib. III. n.* 1. ex quo depromsit PETRVS LAMBECIVS *lib. II. c. V. p.* 340. in quo haec habentur: *inde est, quod nos gloriosis factis & meritis sanctissimi Imperatoris Caroli confidentes animati, & sedula petitione carissimi amici nostri, Henrici Regis Angliae, inducti, assensu & auctoritate Domni Paschalis, & ex consilio vniuersorum Principum tam saecularium quam Ecclesiasticorum, pro eleuatione & exaltatione sanctissimi corporis eius, atque canonizatione, solennem curiam in Natali Domini, apud Aquisgranum celebrauimus: vbi corpus eius sanctissimum, prae timore hostis exteri, vel inimici familiaris, caute reconditum, sed diuina reuelatione manifestatum, ad laudem & gloriam nominis Christi, & ad corroborationem Romani Imperii, & salutem dilectae consortis nostrae Beatricis Imperatricis, & filiorum nostrorum Friderici & Henrici cum magna frequentia Principum, & copiosa multitudine cleri & populi in hymnis & canticis spiritualibus, cum timore & reuerentia eleuauimus & exaltauimus IV. Kalendas Iun.*

36) Extat officium de Carolo M. apud CANISIVM *Lect. Ant. Tom. VI. p.* 438. Qualis ipsius cultus sit Gironnae apud Hispanos, docet PETRVS de MARCA de *Marca Hispanica lib. III. c. VI. §. XI.* atque Aquisgrani IO. ADLZREITER *Ann. Boiic. lib. IX. n. XVI. p.* 210. Carolus IV. Imp. etiam ipse praecepit vt Eiusdem festum quotannis Aquisgrani celebraretur, apud SCHANNAT *Vindemiis Litterariis Collect. II. p.* 147.

SECTIO SECVNDA
DE
LVDOVICO PIO, ET DISSENSIONIBVS FILIORVM.

§. I. Ludouici Pii natiuitas, statura, mores, & pietas. §. II. Qua ratione factus Imperator. §. III. Exercet iura & potestatem in Papam Romanum. §. IV. Quid de donatione Ludouici, Papa facta, sentiendum. §. V. Bella cum exteris. §. VI. Bellum cum Bernhardo fratris filio. §. VII. Vxores & liberi Ludouici. §. VIII. Ludouicus a. 817. primam diuisionem facit inter filios. §. IX. Ista in conuentu Neomagensi a. 821. confirmatur. §. X. Noua diuisio in Conuentu Wormatiensi nouas turbas dedit, inter quas Imp. deponitur, Iuditha in monasterium detruditur. §. XI. Ludouicus restituitur. §. XII. Ludouicus a filiis suis a. 832. custodia mandatur, sed restituitur. §. XIII. Dissidia inter Lotharium Pipinum atque Ludouicum. §. XIV. Imperator Carolo filio suo Franciam tradit. §. XV. Imp. Wormatiae a. 837. nouam facit diuisionem. §. XVI. Ludouicus mortuo Pipino, Aquitaniam Carolo adsignat. §. XVII. Ludouicus filius arma mouet contra Imp. §. XVIII. Ludouicus Pius moritur. §. XIX. Lotharius omnes terras ad se trahere conatur. §. XX. Lotharius Carolum fratrem subigere tentat. §. XXI. Lotharius contra vtrosque fratres pergit, sed praelio ad Fontanidicum deuictus. §. XXII. Lotharius nouas turbas mouet. §. XXIII. Foedus Argentoratense, Confluentinum & demum diuisio regni per pactum Virodunense. §. XXIV. Per istam diuisionem Germania separatum Regnum fuit factum.

§. I.

Ludouicus, parentibus Carolo M. atque Hildegardi a. 778. natus, erat statura mediocri, oculis magnis & claris, vultu lucido, naso longo & recto, labris non nimis densis, nec nimis tenuibus, forti pectore, scapulis latis, brachiis fortissimis, ita vt nullus ei in arcu, vel lancea, sagittando aequipararі posset: lingua Graeca & latina valde eruditus, sed Graecam magis intelligere poterat, quam loqui. Latinam vero sicut naturalem aequaliter loqui poterat. Erat tardus ad irascendum, facilis ad miserandum, omnibus moribus bonis semper ornatus. 37) Pius 38) adpellabatur, quod largus non solum

37) AVCTOR VITAE LVDOVICI ad a. 778. *rediens ergo rex* (ex Hispania) *repperit coniugem Hildegardam binam edidisse prolem masculam. Quorum vnus immatura morte praereptus, ante pene mori, quam sub luce viuere coepit. Alter prospero euentu, materno fusus vtero, infantilibus nutriebatur impendiis. Nati sunt autem anno incarnationis Domini nostri Iesu Christi septingentesimo septuagesimo octauo. Sed enim qui viuidam promittebat qualitatem, quum per baptismatis sacramentum renasci contigisset, Ludouicum vocitari patri placuit: eique regnum, quod sibi nascendo dicauerat, contradidit.* Adsentiuntur ANNALES MASCIACENSES & ALBERICVS *ad h. a.* THEGANVS *in vita cap. XIX.* Sequuntur ANNALES METENSES *ad a.* 837.

38) LEO OSTIENSIS *Chron. Monasterii Casinensis lib. I. c. XVI. Ludouicus Imperator, qui cognominatus est Almus vel Sanctus.* HVGO FLAVINIACENSIS p. I. Chron. Verdun. p. 119. *successit Carolo Ludouicus, cognomine pius, & per annos XXV. magno moderamine rexit Imperium.* AVCTOR VITAE LVDOVICI *p.* 337. ipsum vocat *Principem Deo amabilem atque orthodoxum Imperatorem.* Quandoque etiam *magnus* adpellatur. AVCTOR TRANSLATIONIS FAVSTAE §. *I. p.* 1091. *Tom. I. Act. SS. M. Ianuar. Tempore, quo post Domini incarnationem DCCCLXIV. annus completus est, obtinente Regnum*

lum esset in fundationibus, 39) sed etiam quod corruptos mores cleri emendare conaretur, 40) Psalmodiæ studio nimium vacaret, 41) licet negandum non sit, quod sæpe fuerit superstitiosus. Immo, ecclesiasticum ordinem facile fuisset amplexus, ni pater ipsius restitisset. 42) Dum vero corruptos cleri mores tolerare nollet, 43) Roboam & alter Tarquinius quibusdam audit. 44) Iustitiam tamen in regnis suis plurimum excolere tentauit. 45)

§. II.

gnum Francorum Carolo Rege, filio Ludouici magni Imperatoris. Hinc in epitaphio ipsius Metis apud PITHOEVM p. 427.

Rex Hludouicus pietatis tantus amicus
Quod Pius a populo dicitur & titulo.

39) THEGANVS c. III. *ille qui iunior natu erat, semper ab infantia sua timere Deum & amare didicerat, & quicquid super se habebat propter nomen Domini pauperibus distribuebat.* AVCTOR VITAE LVDOVICI ad a. 811. *& Regis quidem ab ineunte ætate, sed tunc quam maxime circa diuinum cultum & sanctæ Ecclesiæ exaltationem piissimus incitabatur animus; ita vt non modo Regem, sed ipsius opera potius eum vociferarentur sacerdotem. Nam totius Aquitaniæ qui videbatur Clerus, antequam ei crederetur, vtpote sub tyrannis agens, magis equitationi, bellicæ exercitationi, missilium librationi quam diuino cultui operam dare nouerat. Regis autem studio vndecunque adductis magistris tam legendi, quam cantandi studium, nec non diuinarum & mundanarum intelligentia literarum citius quam credi poterat coaluit. Præcipue tamen affectu illorum ducebatur, qui cuncta sua pro Domini amore relinquentes, speculatiuæ vitæ curabant fieri participes.* Enarrat inde monasteria, quæ idem Ludouicus fundauerat. Horum etiam longum Catalogum nectit PFEFFINGERVS *Vitriario illustrato p. 1127.*

40) Quid præstiterit Ludouicus, docet AVTOR VITAE LVDOVICI p. 368. *quo peracto negotio, Imperator generalem habuit conuentum Aquisgrani, in quo quantum feruoris circa diuinum cultum in arca pectoris gestaret, toto adnisu declarauit. Congregatis enim Episcopis nobilissimoque sanctæ Ecclesiæ clero, fecit componi ordinarique librum, canonicæ vitæ normam gestantem, in quo totius illius ordinis perfectio continetur, sicut reclusus ipse fatetur. In quo etiam inseri iussit cibi potusque atque omnium necessariorum summam, vt omnes tam viri quam sanctimoniales, sub hoc ordine Christo seruientes, nullis præpediti necessitatibus, libera seruitute Domino omnium militare meminissent. Quem librum per omnes ciuitates & monasteria canonici ordinis sui imperii misit per manus missorum prudentium, qui illum in omnibus supradictis locis transscribi facerent, debitaque atque conscripta exigerent stipendia ministrari. Quæ res magnum Ecclesiæ contribuit exaltationis tripudium, & piissimo Imperatori debita cum laude immortale monimentum. Itidemque constituit idem Deo amabilis Imperator Benedictum abbatem, & cum eo monachos strenuæ vitæ per omnia, qui per omnia monasteria monachorum euntes redeuntesque, vniformem traderent cunctis monasteriis, tam viris quam sanctimonialibus feminis, viuendi secundum regulam Benedicti, incommutabilem morem. Considerans etiam idem piissimus Imperator, non debere Christi ministros obnoxios esse humanæ seruituti: sed & multorum auaritiam abuti ministerio Ecclesiastico ad proprium quæstum, statuit, vt quicunque ex seruili conditione, conciliante scientia & morum probitate, ad ministerium altaris asciscerentur, primum manumittantur a propriis dominis, vel priuatis, vel ecclesiasticis: & tunc demum gradibus altaris induantur: volens etiam vnamquamque Ecclesiam habere proprios sumptus, ne per eiuscemodi inopiam, cultus diuini negligerentur, inseruit prædicto edicto, vt super singulas Ecclesias mansus tribueretur vnus cum pensatione legitima, & seruo atque ancilla. Hæc erat sancti Imperatoris exercitatio; hic quotidianus ludus, hæc palæstrica agonia, spectante Deo, quo eius vita in sancta doctrina & operatione clarius eniteret, qui in pomparum sublimitate constitutus imitando Christum humilitate, altius eminebat. Denique tunc cœperunt deponi ab Episcopis & Clericis cingula balthæis aureis & gemmeis cultris onerata, exquisitaque vestes, sed & calcaria talos onerantia relinqui. Monstro enim simile ducebatur, si Ecclesiasticæ familiæ deputatus, conaretur aspirare ad secularis gloriæ ornamenta. At vero non tulit hanc sanctam Deoque dignam Imperatoris deuotionem humani generis inimicus, vndique se impetentem & sub omnibus Ecclesiæ ordinibus sibimet bella indicentem, sed cœpit totis virium copiis se expugnantem oppugnare, & per membra sua, Christi fortissimum bellatorem vi & astu, quo potuit lacessere.* ANNALISTA SAXO ad. a. 816. *Ludouicus Imperator consensu Stephani Papæ Aquisgrani magnum Synodum congregauit, in qua Sancti Patres Regulam Canonicorum ex dictis Gregorii Augustini & aliorum Sanctorum Patrum excerptum obseruari censuerunt.* Extat apud BALVZIVM *Tom. I. p. 562.* Capitulare Aquisgranense pro vtilitate ecclesiæ de a. 816. atque aliud *p. 579.* de a. 817. de vita & conuersatione Monachorum. Extat etiam apud GOLDASTVM *Tom. I. p. 150.* Ludouici Mandatum de reformatione abusuum Cleri. Alia eiusdem Reformatio ecclesiastica extat apud GOLDASTVM *Tomo III. Constitutionum p. 164.* Agit de his Capitulis LEO OSTIENSIS Chronico Casinensi *lib. I. c. XVI.* dum ait: *quarto anno Imperii sui in Aquisgrani palatio cum plurimis totius Franciæ Abbatibus Monachisque religiosis conuentum faciens, valde vtilissima nostri ordinis obseruationi septuaginta & duo generalia Capitula constituit, quæ ita fere omnia apud nos, ac si beati Benedicti regula, obseruantur.*

41) Patet hoc non solum ex nimia ipsius in Monasteria profusione, sed partim etiam ex THEGANO c. XX. *omnia prudenter & caute agens nihil indiscrete faciebat, præterquam quod consiliariis suis magis credidit quam opus esset: quod ei fecit psalmodiæ occupatio & Lectionum assiduitas, & aliud quod ille non incipiebat.* Concordant ANNALES METENSES *ad a. 837.* Præcipue vero AGOBARDVS in epistola flebili ad Ludouicum p. 47. *Recordamur namque ardentissimæ religionis vestræ, quam cognouimus semper in assiduitate orationum, in psalmis & hymnis & canticis spiritalibus cantantem & psallentem Deo in corde puro, in contritione cordis, in compunctione placidæ mentis, in sollicitudine misericordiarum & omnium bonorum strenuitate.*

42) AVCTOR VITAE LVDOVICI pag. 343. *Ludouicus Rauesburg cum patre abiit, ibique ense iam adpellens adolescentiæ tempora, accinctus est, ac deinde patrem in Auares exercitum ducentem vsque ad Cuneburg comitatus.*

43) THEGANVS *cap. XX.* AVCTOR VITAE *pag. 368.*

44) GERHARDVS, SYLVAE MAIORIS ABBAS *in Vita S. Adelardi c. V. Mensis Ianuarii Act. SS. Tom. I. ea tempestate visa est e terris iustitia migrare. Lux orbis, Carolus Imperator, viam vniuersæ carnis ingressus defecit, filiumque suum, Ludouicum, moriendo Imperatorem effecit, sed non tam bene filiatum, sicut decuisset Imperium. Non enim secutus est viam patris, sed sensit cum Roboam, filio Salomonis. Quicquid pater amauerat, odio habet. Quicquid illi placuerat, sibi displicet.* Et cap. VII. *Publicam suscipiens pœnitentiam Imperator gloriosus fecit se cunctis humiliorem in suis reatibus, qui regali elatione effectus fuerat alter Tarquinius.*

45) ANNALISTA SAXO ad. a. 819. *misit Ludouicus Imperator diligentes inuestigare per omnia regna*

§. II. A. 781. ab Adriano I. Papa, Rex Aquitaniæ fuit creatus, 46) ideoque Carolus sub directione Arnoldi eum in eodem regno fecit educari. 47) Adultior factus varia Tholosæ celebrauit Comitia Regni, Carcassonum aliaque oppida in finibus Aquitanorum muniuit, 48) Monasteria fundauit 49) plura tamen domania inter Proceres distribuit, quos Carolus iterum reduxit. 50) Postquam cingulum militare accepisset, 51) patrem in bello contra Hunnos secutus. A. 793. vna cum fratre Pipino rebelles Beneuentanos perdomuit 52) contra Hispanos etiam feliciter bellauit. 53) Defunctis fratribus natu maioribus, Carolo atque Pipino, Carolus pater in generali conuentu Aquisgranensi a. 813. ipsum solenni ritu successorem, atque imposita Corona, Imperatorem declarauit. 54) Mortuo vero eodem a. 814. summo omnium Francorum fauore patri, successit, habitoque Aquisgrani generali populi sui conuentu, ad iustitiam faciendam, & oppressiones popularium

regna sua ne aut imbecillior a potentiore, aut pauperior a diuite, tam in publicis, quam in Ecclesiasticis opprimeretur, mittens vnicuique prouinciæ Archiepiscopum vnum, plures Comites.

46) AVCTOR ANONYMVS VITAE LVDOVICI PII p. 3[illegible]0. *Carolo incidit desiderium, dominum quondam orbis videre, Romam - - ratus, non mediocre sibi subsidium conferri, si a vicario Apostolorum cum benedictione sacerdotali, tam ipse, quam & filii eius regalia superent insignia. Quæ res Deo prosperante pro voto cessit. Ibidemque Ludouicus, eius filius, cunarum adhuc vtens gestatorio, benedictione regnaturo congrua, & regali insignitus est diademate per manus venerandi Adriani antistitis.* ANNALES LAVRISHAMENSES ad a. 781. *Adrianus vnxit etiam & Ludouicum fratrem Pipini, quibus & coronam imposuit. Quorum maior, id est, Pipinus, in Longobardia, minor vero in Aquitania Rex constitutus est.* ANNALISTA SAXO *ad a. 781.*

47) AVCTOR VITAE LVDOVICI PII p. 341. *Carolus filium suum, Ludouicum, regem regnaturum in Aquitaniam misit, præponens illi baiulum Arnoldum aliosque ministros ordinabiliter decenterque constituens tutela puerili congruos.* Fines Regni Aquitanici describit PETRVS de MARCA *lib. III. de Marca Hispanica c. XIV. §. I. p. 275.*

48) AVCTOR VITAE LVDOVICI PII p. 345. *ordinauit Ludouicus illo tempore in finibus Aquitanorum circumquaque firmissimam tutelam. Nam ciuitatem Ausonam, castrum Gardonam, Castaberram, & reliqua oppida olim deserta muniuit, habitari fecit, & Burello Comiti cum congruis auxiliis tuenda commisit.* AVCTOR OPVSCVLI DE AQVITANIA apud LABBEVM *noua Bibl. Mstorum p. 131. Carolus ordinauit per Aquitaniam Episcopos, Abbates & Comites de genere Francorum, & sub se nouem Comites posuit - - quibus filium suum Ludouicum Regem præfecit, qui Carcassonam in finibus Aquitanorum muniuit, & Tolosæ quater legitur placitasse.* Adde PETRVM de MARCA *lib. III. de Marca Hispanica c. XV. §. VIII. sqq.*

49) AVCTOR VITAE LVDOVICI pag. 356. *multa a Ludouico sunt in eius ditione reparata, immo a fundamentis ædificata monasteria, sed præcipue hæc: Monasterium S. Mariæ, & sancti Petri de Ferrariis &c.* AVCTOR OPVSCVLI DE AQVITANIA p. 73. *Ludouicus ordinem Ecclesiasticum reparans, viginti quatuor monasteria in Aquitania legitur fecisse.*

50) AVCTOR VITAE LVDOVICI pag. 343. *Ludouicus cum primo vere a patre dimitteretur, interrogatus est ab eo, cur Rex, cum esset tanta tenuitatis, esset in re familiari, vt nec benedictionem quidem nisi ex postulato sibi offerre posset, didicitque ab illo, quia priuatis studens quisque primorum, negligens autem publicorum peruersa vice, dum publica vertuntur in priuata, nominetenus Dominus factus sit omnium pene rerum indigus. Volens autem huic obuiare necessitati, sed cauens, ne filii dilectio apud optimates aliquam pateretur iacturam, si illis aliquid per prudentiam demeret, quod per inscitiam contulerat, misit illi missos suos, Willebertum scilicet, Rotomagensis postea vrbis Archiepiscopum, & Richardum Comitem, villarum suarum prouisorem, præcipiens, vt villæ, quæ eatenus vsui seruierant regio, obsequio restituerentur publico, quod & factum est. Quibus receptis, Rex & prudentiæ suæ continuo monstrauit documentum.*

51) AVCTOR VITAE LVDOVICI pag. 355. *sub Ludouico adeo conualuit Ecclesiasticus ordo, vt etiam ipse fraternum aui Carolomanni imitari gestiens memorabile exemplum, ipse quoque theorica vitæ culmina niteretur comprehendere. Sed huius voti compos ne fieret, obicem se præbuit refragatio patris.*

52) AVCTOR VITAE LVDOVICI *p. 343.*

53) AVCTOR VITAE *p. 346. 353.* PETRVS de MARCA *Marca Hispanica lib. III. c. XVI.*

54) THEGANVS c. VI. *supradictus vero Imperator* (Carolus) *cum iam intellexisset appropinquare sibi diem obitus sui (senuerat enim valde) vocauit filium suum Ludouicum ad se cum omni exercitu, Episcopis, Abbatibus, Ducibus, Comitibus loco positis, habuit grande colloquium cum eis Aquisgrani palatio, pacifice & honeste ammonens vt fidem erga filium suum ostenderent, interrogans omnes a maximo vsque ad minimum, si eis placuisset vt nomen suum, id est Imperatoris, filio suo Ludouico tradidisset. Illi omnes responderunt Dei esse admonitionem illius rei. Quo facto in prima die Dominica ornauit se cultu regis & coronam capiti suo imposuit, incedebatque clare vestitus & ornatus sicut eum decuerat. Perrexit ad Ecclesiam quam ipse a fundamentis construxerat, peruenitque ante altare in eminentiori loco constructum cæteris altaribus & consecratum in honorem Domini nostri Iesu Christi, super quod coronam auream aliam quam ipse gestabat in capite suo, iussit poni. Postquam diu orauerunt ipse & filius eius, locutus est ad filium suum coram omni multitudine pontificum & optimatum suorum, ammonens eum imprimis omnipotentem Deum diligere & timere, eius præcepta seruare in omnibus, Ecclesias Dei gubernare & defendere a prauis hominibus: sororibus suis & fratribus qui erant natu iuniores, & nepotibus & omnibus propinquis suis indeficientem misericordiam semper ostendere præcepit, deinde sacerdotes honorare vt patres, populum diligere vt filios, superbos & nequissimos homines in viam salutis coactos dirigere, cœnobiorum consolator & pauperum esse. Fideles ministros & Deum timentes constitueret, qui munera iniusta odio haberent. Nullum ab honore suo sine causa discretionis eiiceret, semetipsum omni tempore coram Deo & omni populo irreprehensibilem demonstraret. Postquam hæc verba & alia multa coram multitudine filio suo ostenderat, interrogauit si obediens voluisset esse præceptis suis. At ille respondit: libenter obedire, & cum Dei adiutorio omnia præcepta quæ mandauerat ei pater, custodire. Tunc iussit eum pater vt propriis manibus, coronam quæ erat super altare eleuaret, & capiti suo imponeret ob recordationem omnium præceptorum, quæ mandauerat ei pater. At ille iussionem patris impleuit.* AVCTOR VITAE *p. 357.* ANNALES BERTINIANI, METENSES, LAMBECIANI, POETA SAXO *ad a. 813.* ANNALISTA SAXO *ad a. 813.*

55) THE-

rium releuandas, legatos in omnes regni sui fines misit, duosque ex filiis suis, Lotharium Bauariæ, Pipinum præfecit Aquitaniæ. 55) Statim etiam Saxonibus atque Frisonibus ius paternæ hæreditatis, quod sub patre, ob perfidiam legaliter perdiderant, Imperatoria Clementia restituit. 56) Inde a. 816. a Stephano Papa in Galliam aduentante, Remis vnctus fuit in Imperatorem. 57)

§. III. Sub initium statim Regiminis, Iura sua in Papam exercuit. Postquam enim Ludouico Pio nuntiatum esset, multos nobiles iussu Leonis III. Papæ fuisse trucidatos, Romæ Bernhardo, Italiæ Regi mandauit, vt cognosceret de iis, quæ nuntiarentur. Hinc Legati etiam a Papa ad Imp. missi, de his, quæ Domino suo obiiciebantur, per omnia eidem satisfecerunt. 58) Leoni successit Stephanus Papa, qui statim ac Pontificatum suscepit, iussit omnem populum Romanum fidelitatem cum iuramento promittere Ludouico. 59) Non solum filius ipsius Lotharius, 60) sed & Missi Ludouici Imp. in Palatio Lateranensi Romano iudicium exercuerunt. 61) Paschalis quoque Papa potestatem, quam prisci Imperatores habuere, ei super populum Romanum concessit. 62) Mortuo Paschali, Eugenius II. idem iuramentum fidelitatis Ludouico & Lothario præstitit more maiorum. 63) Missi etiam Imp. sub eodem Romæ iudiciariam potestatem exercuerunt. 64)

§. IV. Exin-

55) THEGANVS *cap. VIII.* ANNALES LAVRISHAMENSES, ANNALISTA SAXO, FVLDENSES, AVCTOR VITAE LVDOVICI *ad a. 814.*

56) Verba sunt AVTORIS VITAE LVDOVICI *p. 362.* qui etiam rationem addit, dicens: *quod alii liberalitati, alii improuidentiæ assignabant, eo quod hæ gentes naturali feritati assuefactæ, talibus habenis deberent coërceri, ne scilicet effrenes in perduellionis procacitatem ferrentur, Imperator autem eo sibi arctius eos sibi vinciri ratus, quo eis beneficia potiora largiretur, non est spe sua deceptus. Nam posthac eandem gentem semper sibi deuotissimam habuit.*

57) THEGANVS cap. XVII. *postea Pontifex* (Stephanus) *honorauit eum magnis honoribus & multis, & reginam Irmingardam, & omnes optimates & ministros eius, & in proxima die Dominica in Ecclesia ante missarum solennia coram clero & omni populo consecrauit eum & vnxit ad Imperatorem, & coronam auream miræ pulchritudinis & preciosissimis gemmis ornatam, quam secum apportauerat, posuit supra caput eius. Et Irmengardam reginam appellauit Augustam, & posuit coronam auream super caput eius.* ANNALISTA SAXO *ad a. 815.* de Stephano: *hic ergo post consecrationem suam nondum exactis duobus mensibus, quam maximis potuit itineribus ad Regem Ludouicum venire contendit; Missis interim duobus legatis, qui quasi pro sua consecratione Regi suggererent. Quod ille audiens, Remis ei occurrit; missis obuiam, qui cum illo deducerent, honorifice eum suscepit: Pontifex vero aduentus sui caussam insinuans celebratis Missarum solemniis eum diadematis impositione coronauit, Romanumque Imperatorem pronuntiauit, anno Regni sui secundo, secundum alios septimo:* Adsentiuntur ANNALES LAVRISHAMENSES, FVLDENSES, BERTINIANI, CHRONICON MOISSIACENSE, HILDESHEIMENSE, AVCTOR VITAE LVDOVICI, SIGEBERTVS GEMBLACENSIS, HVGO FLAVINIACENSIS *ad a. 816.*

58) ANNALES BERTINIANI ad a. 815. *cum adhuc domi esset, adlatum est ei, quosdam de primoribus Romanorum ad interficiendum Leonem Papam in ipsa vrbe Roma conspirasse: ac deinde cum huius causæ iudicium ad Pontificem esset delatum, omnes illius factionis auctores illius iussu fuisse trucidatos. Quod cum moleste ferret, tamen ordinatis tunc Sclauorum & Harioldi rebus, ipsoque in Saxoniam dimisso, cum ad Francofurd palatio venisset, Bernhardum Regem Italiæ nepotem suum, qui & ipse cum eo in Saxonia fuerat, ad cognoscendum quod nuntiabatur, Romam mittit. Is cum Romam venisset, ægritudine decubuit. Res tamen quas compererat per Geroldum Comitem, qui ad hoc ei legatus fuerat datus, Imperatori mandauit. Quem Legati Pontificis, Ioannes Episcopus Silua Candida, Theodorus Nomenclator, & Sergius Dux, subsecuti, de his quæ Domino suo obiiciebantur, per omnia Imperatori satisfecerunt.* ANNALISTA SAXO, CHRON. REG. S. PANTALEONIS *ad a. 815.*

59) THEGANVS de gestis Ludouici cap. XVI. *eodem anno Leo Papa Romanus obiit & Stephanus post eum successit, iussit omnem populum Romanum fidelitatem cum iuramento promittere Ludouuico, & dirigens legatos suos ad supradictum principem, nuncians ei vt libenter eum videre voluisset in loco vbicunque sibi placuisset.*

60) ANNALES LAVRISHAMENSES ad a. 823. *Lotharius, cum secundum patris iussionem in Italia iustitias faceret, Papiam regressus, mense Iunio ad Imperatorem venit. Qui cum Imperatori de iustitia in Italia a se partim facta, partim inchoata fecisset, iudicium missus est Adelhardus, Comes palatii, iussumque est, vt Mauringum, Brixiæ Comitem, secum adsumeret, & inchoatas iustitias perficere curaret.* ANNALES FVLDENSES *ad a. 824. Imperator Hlodouicum, filium suum, ad iusticias faciendas Romam misit.*

61) Tale iudicium, dum Ioseph Episcopus & Leo Comes, Missi Domini Hludouici Imperatoris residerent in iudicio Romæ in Palatio Lateranensi in præsentia domni Gregorii Papæ & in ipsum quoque Papam late exponunt EXCERPTA CHRONICI FARFENSIS MONASTERII apud du CHESNE *Tom. III. p. 656.* quæ relatio tandem his verbis concluditur: *sed & ipse Apostolicus dixit, nostro* (missorum) *iudicio se minime credere, vsque dum in præsentia Domini Imperatoris simul venirent.* Eiusdem tenoris est, quod THEGANVS dicit c. XXX. *postea misit legatos suos Adalungum venerabilem abbatem & presbyterum, & Hunfridum, qui erat dux super Rethiam, in partibus Romæ propter quandam insolentiam quam Romanorum populus super Romanum Pontificem Paschalem dixit, imputantes ei quod nonnullorum homicidia fuisset. Qui supradictus Pontifex cum iuramento purificauit se in Lateranensi patriarchio coram supradictis legatis & populo Romano cum Episcopis XXXIV. & presbyteris & Diaconibus quinque.* Idem dicit AVCTOR VITAE LVDOVICI *ad a. 824.* Vid. & PHIL. MORNAEVS *Mysterio iniquitatis p. 151.*

62) Verba sunt continuatoris PAVLI DIACONI.

63) Sic enim Clerus Populusque iurauit: *& quod non consentiam, vt aliter in hac sede Romana fiat electio Pontificis, nisi canonice & iuste, secundum vires & intellectum meum: & ille qui electus fuerit, me consentiente consecratus Pontifex non fiat, priusquam tale sacramentum faciat in præsentia Missi Domini Imperatoris & populi cum iuramento, quale Dominus Eugenius Papa sponte pro conseruatione omnium factum habet perscriptum,* vti refert Continuator Pauli Diaconi. Vid. BALVZIVS *notis ad Agobardum p. 123. & præf. ad Capitularia §. 25.*

64) AVCTOR VITAE p. 382. *Statutum iuxta antiquum morem, vt ex latere Imperatoris* (Romam *mit-*

§. IV. Exinde facile patet, quid de donatione a Ludouico Pio Paschali & sedi Papali facta, sit sentiendum. Dicit enim LEO OSTIENSIS: 65) *Hic Ludouicus pactum constitutionis & confirmationis fecit Beato Petro, eiusque Vicario Domno Paschali ad instar parentum suorum Pipini, & Karoli, & propriæ manus signaculo ac trium filiorum suorum illud corroborans, decem Episcopos, & VIII. Abbates, & Comites XV. Bibliothecarium, Mansionarium, & ostiarium vnum in illo subscribere fecit, & per legatum sanctæ Romanæ Ecclesiæ Theodorum Nomenculatorem Domino Paschali Papæ transmisit.* Scilicet, confirmauit quidem Ludouicus Imp. Papæ concessiones maiorum, 66) dum Pipinus & Carolus M. quasdam vrbes exarchales, ratione dominii vtilis Papæ donarent. Diploma autem, ad quod Pontificii 67) prouocant, quo vrbs atque territorium Romanum, vna cum multis Italiæ partibus cessa dicuntur, suppositition omnino est, cum initium eiusdem constitutionis, *Ego Ludouicus Imperator Augustus statuo* 68) & subscriptio: *Ego Ludouicus misericordia Dei Imperator subscripsi* 69) diplo-

mitterentur, qui iudiciariam exercentes potestatem, iustitiam omni populo facerent, & tempore, quo visum foret Imperatori, æqua lance penderent. Ludouicum etiam Romæ Leges publicasse, testatur SIGONIVS *lib. IV. de R. Italiæ p. 111.* BARONIVS *ad a. 824. n. 14. 15.* & potissimum ANT. PAGI *Crit. Ann. Baronii ad a. 824. n. III. p. 515.*

65) CHRONICO CASSINENSI *lib. I. c. XVI.* Extat etiam donationis Instrumentum apud SIGONIVM *lib. IV. de R. Italiæ p. 106.* GOLDASTVM *Tom. II. Constit. Imper. p. 11.* BARONIVM *Tom. IX. ad a. 817.* SIRMONDVM *Tom. II. Concil. Galliæ pag. 443.*

66) Patet hoc eo magis ex ANNALIBVS BERTINIANIS ad a. 817. *Stephanus Papa tertio mense postquam e Francia Romam rediit, vltimum diem clausit, & Paschalis pro eo cathedram Romani Pontificatus subiit. Qui post expletam consecrationem solemnem, Legatos cum epistola apologetica & maximis muneribus Imperatori misit: insinuans, non se ambitione, nec voluntate, sed electione & populi acclamatione, huic succubuisse potius quam insiluisse dignitati. Huius legationis baiulus fuit Theodorus Nomenculator, qui negotio peracto, & petitis impetratis, super confirmatione scilicet pacti & amicitiæ more prædecessorum suorum, reuersus est.* ANNALES LAURISHAMENSES *ad a. 817.* & CHRON. S. VINCENTII apud du CHESNE *Tom. III. p. 681.* Idem dicit AVCTOR VITAE LVDOVICI *ad a. 817. negotio peracto, & petitis impetratis, super confirmatione scilicet pacti, & amicitiæ more prædecessorum suorum, reuersus est.* Iste Theodorus Nomenclator erat, cui Ludouicus hoc pactum ad Paschalem deferendum tradiderat, de quo CHRON. MONASTERII S. VINCENTII apud du CHESNE *Tom. III. p. 686. Pontifex Paschalis equidem magnifici patris Iosue, ita sibi familiarissimi, amico sæpe vtebatur consilio, & Romana ecclesia necessariis rebus adiutorio, vt cum a supradicto Imperatore Ludouico pactum confirmationis acciperet, sicuti in Pontificali eiusdem Ecclesiæ Romanæ scriptum reperi, inter reliquos Franciæ Abbates cum adesse pro parte sedis Apostolicæ voluisset.* Huius etiam Theodori Nomenclatoris mentio fit sub finem diplomatis istius suppositicii. Hinc etiam IACOBVS GRETSERVS *defensione in Goldastum p. 254.* ipse fateri necessum habet: *donatio Ludouici non tam est noua donatio, quam confirmatio & ratihabitio earum, quæ iam a Pippino & Carolo Magno facta fuerunt, vt patet ex ipso diplomatis contextu.*

67) *Dist. LXIII. c. XXX.* hoc decretum tale reperitur: *Ego Ludouicus Imperator Augustus statuo, & concedo per hoc pactum confirmationis nostræ tibi Beato Petro Principi Apostolorum, & per te Vicario tuo Domno Paschali summo Pontifici, & vniuersali Papæ, & Successoribus eius in perpetuum; sicut a Prædecessoribus nostris vsque nunc in vestra potestate & ditione tenuistis, & disposuistis Romanam ciuitatem cum Ducatu suo, & suburbanis atque viculis omnibus, & territoriis eius montanis, & maritimis litoribus & portubus, seu cunctis ciuitatibus, castellis, oppidis, ac in villis Thusciæ partibus.* Idem diploma sed prolixius adducit RAPHAEL VOLATERRANVS *lib. III. p. 64.* qui hæc addit: *ego ex antigrapho vetusti libri, quod in bibliotheca Vaticana hodie continetur, vbi eius enarratur donatio, apographum excerpsi.* Prolixius iterum illud refert SIGONIVS *de Regno Italiæ lib. IV. p. 106.* & BARONIVS *Annalium Tom. IX. ad a. 817.* BALVZIVS *Capit. Tom. I. p. 591.* LABBEVS *Coll. Concil. Tom. VII. p. 1515.* CAROLVS le COINTE *Ann. Franc. ad a. 817. n. 6. sqq.* Auctor *des droits de l' Empire sur l' Etat Ecclesiastique c. IV.* Confirmat tamen illud CHRONICON REICHERSBERGENSE *ad a. 817.* Auctor Dissertationis Historicæ de Summo Sedis Apostolicæ in vrbem Comitatumque Comacli §. *CVIII.* huc refert Iohannis VIII. Papæ orationem in Concilio Romano, dum Carolum Caluum in Imp. commendaret, habitam apud LABBEVM *Tom. IX. Concil. p. 296.* in qua: *Ludouicus maximus Imperator, pater huius a Deo electi Principis Caroli semper Augusti, patrium solium adeo religione imitatus, pietate laudabiliter æmulatus est, vt & paterna Diuini cultus vota, & erga prælatam principalem Ecclesiam liberalitatis insignia, pius natus æquipararet, & roboraret; sed & vberioribus beneficiis, & dapsilibus munificentiis, vt hæres gratissimus, ampliaret.* Additque, nullum hic aliud priuilegium quam dictam donationem intelligi, cum tamen ista a confirmatione concessionis Carolingicæ plurimum discrepet.

68) Quotquot euolui diplomata Ludouici Pii, in nullo eorum reperi: *Ego Ludouicus.* Sed hac formula solenni incoant diplomata Ludouici & sequentium Impp. seculi noni: *In nomine Dei & Saluatoris nostri Iesu Christi Ludouicus diuina ordinante prouidentia Imperator Augustus.* Id quod etiam MABILLONIVS *de re diplom. lib. II. c. III. §. 13.* pluribus confirmat, qui tamen, vbi in fine de hoc ipso diplomate loquitur, addit: *verum hæ litteræ receptum Cancellariæ stilum non sequuntur, fortasse quod extraordinario modo scriptæ sunt, vt in re tanti momenti.* Id quod auctor secundæ defensionis Papalis *n. 26.* facile arripit. Verum, quam futilis hæc sit exceptio, omnes critici norunt, cum satis constet, quantum ex styli difformitate argumentum sit ad diplomata dignoscenda. Obiici posset, quod in descriptione Marchæ pertinentis ad Michlinstadt, dicatur: *Ego Eginhardus*, apud TOLNERVM *Cod. diplom. Palatino n. 7.* & *n. 10. Ego Ansfridus gratia Dei Comes*, apud MABILLONIVM lib. VI. n. 73. *Ego Lamfridus & coniux mea Teutgildis* n. 115. *Ego Dido sanctæ Laudunensis ecclesiæ Episcopus.* Quæ exempla saltim docent, episcopis & Comitibus non infrequens fuisse; secus in diplomatibus Imperatorum. Nec etiam *statuo & concedo* istam sapiunt ætatem.

69) Hæc subscriptio oppido falsum reddit diploma. Patet hoc ex verbis LEONIS OSTIENSIS, qui dicit, quod *Ludouicus praeceptum suum propria manus signaculo, ac trium filiorum suorum corroborauerit.* Ad quæ verba ANGELVS de NVCE in notis: *Imperator ergo, & filii non subscripserunt, sed tantum signarunt: cæteri subscripserunt.* Scilicet, Impp. diplomata sua saltim monogrammate subsigna-

V

diploma statim reddat suspectum. 70) Accedit, quod diplomatis istius editiones admodum varient. 71) Immo, huius donationis nec vola nec vestigium extat in omnibus Scriptoribus etiam Pontificiis. Ipse Hildebrandus Papa iis epistolis, quibus confirmare pontificia sua iura contra Cæsarem nititur, nullam huius Ludouici donationis facit mentionem, sed demum Paschalis II. Accedit, quod illo anno 816. quo id factum creditur, in Aquisgranensi conuentu nullus adfuerit Papæ legatus, sed dudum Romam remissus: nec ille legatus aliud retulit domum, quam consensum Imperatoris circa electionem Paschalis Papæ. Nec Papa circa administrationem Romanæ ditionis iura plene exercuit. 72) Et si vel maxime genuinum dicamus esse diploma, satis tamen ex eodem patebit, concessum fuisse dominium vtile, reseruato Impp. dominio directo. 73) Silentium autem Scriptorum veterum totam rem reddit infirmam, cum ANASTASIVS, 74) adsertor alias iurium Papalium, nihil sane referat, nisi quod Ludouicus Stephano V. Papæ curtem, de suo proprio fisco perpetuo vsu per præceptionis paginam concesserit, de donatione vero Paschali facta, ipse cum aliis coæuis plane tacet. Hinc etiam ipsi adsertores clare non conueniunt, an hæc concessio a. 817. 819. vel 820. fuerit facta. 75)

§. V. Progredimur nunc ad bella Ludouici. A. 816. quidem rebelles Sorabos & Vascones compescuit. 76) A. 819. vero, Slaomirum Obotritorum Regem Aquisgrani exilio multauit, regnumque Ceadrago Thrasconis filio tradidit. 77) Cum vero hic cum Godefridi Danorum regis filiis conspiraret, isto pulso, Sclaomirem restituit. 78) A. 824. ipse cum exercitu Britanniam petit, diuisisque in tres partes copiis, occiso Marmono Rege, totam ferro & igni deuastat, acceptis tamen a perfido Britonum populo, obsidibus, reuersus est. 79)

§. VI.

gnabant, prout ANNALES BERTINIANI *ad a. 851.* dicunt: *Hlotharius, Hludouuicus & Carolus apud Marsnam Palatium conueniunt. Vbi etiam fraterne paucis diebus morati, hac communi Procerum suorum consilio atque consensu decernunt, propriorumque nominum monogrammatibus confirmant.* Reliqui vero, qui tanquam testes adfuerunt, hac formula vtebantur: *ego subscripsi.*

70) Hinc etiam ANTONIVS PAGI in *Critica Annalium Baronii ad a. 817. §. 7.* ait: *donatio, qua a Gratiano dicitur facta Ecclesiæ Romanæ a Ludouico Pio, non minus commentitia, quam quæ Constantino Magno affingitur, vt iam aliqui viri eruditi viderunt, qui hoc tamen omnibus persuadere non potuere. Ex tot enim Pontificibus Romanis, qui dona a Pippino & Carolo M. facta memorarunt, nullus est qui donationis Ludouici Pii meminerit, quia nempe iustissimum habentes titulum rerum ab Ecclesia possessarum, fictitium contempsere. Præterea Otto Primus, & Henricus Primus Imperatores sigillatim enumerant, quæ Pipinus & Carolus M. Ecclesiæ Romanæ donarunt, eaque Diplomatis suis confirmant, sed donationis Ludouicianæ mentionem non fecere, vt videre est apud Baronium anno CMIII. & sqq. & anno MXIV. num. VII. & sqq. Tertio, Ludouicus ea donatione concedit Apostolicæ Sedi insulas Corsicam & Sardiniam & Siciliam sub integritate cum omnibus adiacentibus territoriis; & tamen Sicilia nunquam in potestate Caroli M. nec Successorum fuit. Denique, in ea donatione Ludouicus statuit, vt mortuo Pontifice Romano, quem omnes Romani elegerint sine aliqua ambiguitate & contradictione more canonico consecretur. Et cum consecratus fuerit, inquit, Legati ad nos, vel ad Successores nostros Reges Francorum dirigantur &c. quod verum commentum est; cum ipso Ludouico Pio viuente Eugenius II. Papa ad postulationem Lotharii, Imperii paterni Collegæ statuerit, vt Pontifex Romanus non consecretur nisi in præsentia Legatorum Imperialium, quod toto hoc seculo & vltra in vsu positum fuit, absque eo, quod Clerus Romanus illam donationem in medium attulerit, licet sese ab ea lege abhorrere non semel ostenderit; imo & Hadrianus III. Papa illam resciderit, cuius tamen decretum executioni mandatum non fuit. Nullum itaque de eius falsitate dubium superesse potest.* Et licet Auctor *dissertationis Historicæ §. CIX.* quædam regerat, ista tamen non adeo magni sunt momenti. Plenius hanc donationem euertit PHILIPPVS MORNAEVS *Mysterio iniquitatis p. 152.* qui hac potissimum vtitur ratione, quod posteriores Impp. plerasque terras in hoc diplomate expressas adhuc in patrimonio possederint, & Papis demum posteriori tempore donasse dicantur, quæ in hac iamdum comprehenduntur donatione. GOLDASTVS *in Replicatione pro Imperio c. XX.* ita argumentatur: *Scriptor natus nemo vnus Hildebrando antiquior huius tam profusæ & stupendæ donationis commeminit: ergo aut ab ipso Hildebrando, aut aliquo eius supparasitastro conficta fuerit, necesse est.* Hanc etiam refellit Auctor *Osseruationi sopra vna lettere §. 9.* Licet in *Difesa del Dominio temporale della sede Apostolica §. 8.* auctor contrarium velit adserere, qui etiam ex mente Abbatis FONTANINI, de Pagi iudicio sic iudicat: *vir doctissimus hæc hausit, quod nollem, ex turbidis fontibus Goldasti & Molinæi, quorum nomina ideo silentio præteriit.* Defendere etiam hanc donationem conatur NATALIS ALEXANDER *Tom. VI. Hist. Eccles. Syn. Seculi IX. c. VII.*

71) Aliter illud ex Bibliotheca Vaticana adducit RAPHAEL VOLATERRANVS *lib. III. Geographiæ* aliter BARONIVS *ad a. 917.* aliter SIGONIVS *c. l.*

72) Argumenta hæc sunt CONRINGII *de Germanorum Imperio Romano cap. VII. §. XII.*

73) Patet hoc ex verbis diplomatis, apud SIGONIVM p. 107. *Ceterum, sicut diximus, omnia superius nominata ita ad nostram partem per hoc nostræ confirmationis decretum roboramus, vt in nostro, nostrorumque successorum permaneant iure, principatu atque ditione.* Licet BARONIVS pro more suo hunc locum conuertat, legens, *vt in vestro vestrorumque successorum permaneant iure, principatu atque ditione.*

74) *vita Stephani p. 215.*

75) *in rubrica dicti Capituli.*

76) THEGANVS *cap. XV.* AVCTOR VITAE LVDOVICI, ANNALES LAVRISHAMENSES *ad a. 816.*

77) ANNALES LAVRISHAMENSES, FVLDENSES, BERTINIANI, VITA LVDOVICI, LAMB. SCHAFNABVRGENSIS, HERMANNVS CONTRACTVS, ALBERTVS STADENSIS *ad a. 819.*

78) ANNALES LAVRISHAMENSES, FVLDENSES, VITA LVDOVICI, SIGEBERTVS GEMBLACENSIS, HERMANNVS CONTRACTVS *ad a. 821.*

79) ANNALES LAVRISHAMENSES, FVLDENSES, BERTINIANI, VITA LVDOVICI, SIGEBERTVS GEMBLACENSIS, HVGO FLAVINIA-

§. VI. Præter hæc bella cum exteris, gessit quoque intestina. Inter hæc primum erat cum Bernhardo, qui nepos ipsius ex fratre Pipino, Regnum Italiæ a Carolo M. adeptus, sub initium statim Ludouico fidelitatem iuramento promisit. 80) Postea vero a. 817. postquam Ludouicus Lotharium, filium natu maiorem consortem Imperii constituisset, 81) contra patruum conspirabat, societate cum diuersis proceribus contracta. 82) Dum vero Imp. cum magno exercitu contra ipsum in Italiam properaret, 83) Bernhardus rebus propriis diffidens, apud Cauillionem armis depositis Imperatori se tradidit: 84) nihilominus in generali conuentu Aquisgranensi vna cum sociis ad mortem fuit condemnatus. Sed mitigata sententia, Consiliarii Bernhardum luminibus priuarunt, 85) qui tertia die post amissionem luminum obiit, de quo tamen pœnitentiam egit Ludouicus, quod non prohibuerit Consiliarios hanc crudelitatem exercere. 86) Interim reliquos, qui ex Caroli concubinis supererant, filios per monasteria sub libera custodia commendauit. 87)

§. VII.

SIACENSIS *ad a. 814.* AVTOR VITAE LVDOVICI *p. 371.* THEGANVS *c. XXV.*

80) THEGANVS c. XII. *eodem tempore venit Bernhardus, filius fratris sui Pippini, & tradidit semetipsum ei ad proterem, & fidelitatem eidem iuramento promisit. Suscepit eum libenter dominus Ludouicus & magnis eum ac honorificis donis honorauit, & permisit iterum ire in Italiam.* ANNALES FVLDENSES ad a. 817. *Bernhardus Rex Longobardorum consilio prauorum hominum tyrannidem meditatus, cum se a suis deseri vidisset, rebus propriis diffidens, apud Cauillionem armis depositis Imperatori se tradidit.*

81) CHRON. MOISSIACENSE ad a. 817. *audiens autem Bernhardus, filius Pippini Regis, Rex Italiæ, quod factum erat, cogitauit consilium pessimum, voluitque in Imperatorem, & in filios suos insurgere, & per tyrannidem Imperium vsurpare.* THEGANVS c. XXII. *Bernhardus per exhortationem malorum hominum, extollens se aduersus patruum suum, voluit eum a Regno expellere.*

82) AVCTOR VITAE LVDOVICI *p. 370. fuere huius conspirationis autores Eggideo, regalium amicorum primus, Reginerius, olim Comes palatii Imperatoris, filius Reginerii Comitis, sed & Reginhardus, præpositus Cameræ regalis. Erant autem huius sceleris conscii, quamplures clerici seu laici, inter quos aliquos Episcopos huius tempestatis procella inuoluit, Anselmum scilicet Mediolanensem, Wolfodum Cremonensem sed & Theodulfum Aurelianensem.* THEGANVS c. *XXII.* ANNALES LAVRISHAMENSES *ad a. 817.*

83) ANNALES LAVRISHAMENSES ad a. 817. *dum Imperator Aquisgrani reuerteretur, nuntiatum est ei, Bernhardum, nepotem suum, Italiæ Regem, quorundam prauorum hominum consilio tyrannidem meditatum, iam omnes aditus, id est, clusas, quibus in Italiam intratur, impositis firmasse præsidiis atque omnes aditus Italiæ in illius verba iurasse, quod ex parte verum, ex parte falsum erat. Ad quos motus comprimendos, cum ex tota Gallia atque Germania, congregato cum summa celeritate magno exercitu. Bernhardus rebus suis diffidens, maxime quod se a suis quotidie deseri videbat, armis depositis, apud Cabillonem Imperatori se tradidit.*

84) AVCTOR VITAE pag. 370. *Bernhardus cum se cerneret viribus imparem & ad cœpta inefficacem, vtpote a quo plurimi suorum quotidie deficerent, desperatis rebus ad Imperatorem venit, armisque depositis, pedibus se eius prostrauit, confessus perperam se egisse.* ANNALISTA SAXO *ad a. 817.*

85) AVTOR VITAE LVDOVICI *p. 371.* OTTO FRISINGENSIS *lib. I. c. XXXIII.* Extat sententia apud GOLDASTVM Tom. I. p. 151. *Augustus omnibus aduersariis in suam potestatem redactis, in annum sequentem, qui fuit restituti orbis octingentesimus duodecimus, ad Aquisgraneas, cum ibi hyemasset, in Maium mensem Conuentum Imperii indicit. Vbi Procerum sententia iuxta leges Romanas Salicamque, Rex cum sociis omnibus & consciis affectatæ tyrannidis, læsæ maiestatis reus peragitur, capitalique supplicio condemnatur. Verum Imperator nepotem vita donatum, luminibus duntaxat priuari, monasterio concludi iubet: bona publicata confiscataque sunt. Episcopi decreto, tribu Sacerdotum moti sunt, in Cœnobiaque relegati.* THEGANVS c. XXII. *Inuenti sunt nonnulli, in hac seductione esse lapsi ex vtraque parte Francorum atque Longobardorum, qui omnes iudicati sunt ad mortem, præter Episcopos - - Illud iudicium mortis, quod cæteris factum est, Imperator exercere noluit, sed consiliarii Bernhardum luminibus priuarunt, similiter & exhortatores suos &c.* ANNALES LAVRISHAMENSES ad a. 818. *Ludouicus Bernhardum Regem, iudicio Francorum Capituli sententia condemnatum, luminibus tantum iussit orbari.* Et quidem, prout NITHARDVS *lib. I. p. 86. Bernhardus capitur, & a Bertmundo, Lugdunensis prouinciæ præfecto, luminibus pariter & vita priuatur.* ANNALISTA SAXO *ad a. 818.* CHRON. REG. S. PANTALEONIS *ad a. 817. 818.* REGINO *ad a. 818.* GVIDO apud ALBERICVM *a. 820.* aliam profert causam: *de morte vero supradicti Regis Bernhardi Guido ita dicit: cum nepotem suum Bernhardum Ludouicus priuasset honore regni paterni, primo recompensatione principatus alterius mitigatum, post de secunda coniugis, Iudith Imperatricis amoribus accusatum iubet orbari luminibus, quibus amissis ille statim extinguitur, in luce quam videre non poterat viuere dedignatus, istam causam ponens Guido, nullam omnino mentionem fecit de causa conspirationis, quæ verior fuit, & de qua idem Bernhardus publice conuictus fuit.*

86) THEGANVS c. XXIII. *tertio die post amissionem luminum Bernhardus obiit. Quod audiens Imperator, magno cum dolore fleuit multo tempore, & confessionem dedit coram omnibus Episcopis suis, & iudicio eorum pœnitentiam suscepit propter hoc tantum, quia non prohibuit consiliarios hanc crudelitatem agere. Ob hanc causam multa dedit pauperibus propter purgationem animæ suæ.* ANNALES FVLDENSES, LAVRISHAMENSES, BERTINIANI, REGINO, LAMBERTVS SCHAFNABVRGENSIS, SIGEBERTVS GEMBLACENSIS *ad a. 818.* AVTOR VITAE LVDOVICI *p. 371.* dicit: *Etenim Bernhardus & Reginerus dum impatientius oculorum amissionem & ablationem tulerunt, mortis acerbitatem sibi consciuerunt.* Vix igitur ADEMARO CABANNENSI adsentimur, dum in Chronica p. 158. ait: *Bernhardum cum impeteretur, vt oculis priuaretur, ense stricto se defendentem, quinque Francorum fortissimos occidisse, & ipsum vulneribus confossum mortuum esse.*

87) NITHARDVS Hist. diuis. filiorum Ludouici lib. I. p. 435. *fratres quoque adhuc tenera ætate Drogonem, Hugonem & Theodoricum participes mensæ effecit, quos & in palatio vna secum nutriri præcepit, & Bernardo nepoti suo filio Pippini regnum Italiæ concessit. Qui quoniam ab eo paulo post defecit, capitur & a Bertmundo Lugdunensi prouinciæ præfecto luminibus pariter & vita priuatur. Hinc*

§. VII. Alterum bellum intestinum gessit cum filiis, de quo vt eo certius dicamus, præmittenda erit familiæ recensio. Prima ipsi vxor erat Irmengardis Ingorami, Andium Ducis filia, anno 818. apud Andegauos defuncta, ex qua Lotharium filium, Pipinum & Ludouicum suscepit. 88) Alterum connubium a. 819. iniit cum Iuditha, Welfi, Comitis Weingartensis filia, quæ pulchra valde dicitur & magnæ in Imperio auctoritatis. 89) Id quod male ferebant priuigni, atque inter hos præcipuus Pipinus, qui vna cum diuersis Proceribus eandem lasciuiæ incusabat, quasi violata fuerit a Septimaniæ Duce Bernhardo. Hinc etiam eandem velantes in Italiam mittebant, atque in monasterium detrudebant. Hæc autem ab aliis liberata, atque Aquisgrani Imp. iterum fuit oblata. Ex hac natus fuit Carolus Caluus. 90)

§. VIII. Peccabat autem contra prudentiam politicam Ludouicus, quod anno regiminis tertio 817. filium suum primogenitum Lotharium coronaret & nominis atque imperii sui socium sibi constitueret, 91) suaque diplomata nomine insimul Lotharii insigniuit,

autem metuens ne post dicti fratres populo sollicitato eadem facerent, ad conuentum publicum eos venire præcepit, totondit ac per monasteria sub libera custodia commendauit. THEGANVS *c. XXIV.*

88) THEGANVS cap. IV. *suprafatus vero Ludeuuicus postquam ad ætatem peruenit, desponsauit sibi filiam nobilissimi ducis Ingorammi, qui erat filius fratris Ruthgangi sancti pontificis. Supradicta vero virgo Irmingarta vocabatur, quam consilio & consensu patris reginam constituit, atque ex ea tres filios habuit adhuc patre viuente, quorum vnus vocabatur Lotharius, alter Pippinus, tertius æquiuocus eius Ludeuuicus.* AVTOR VITAE LVDOVICI p. 345. *Harmengardam, futuram reginam, claris ortam natalibus, vtpote filiam Nigrammi Comitis sibi sociauit.* Mortem ipsius ad a. 818. describunt ANNALES FVLDENSES & LAVRISHAMENSES. THEGANVS c. XXV. Ludouicus regrediens (ex Britannia) inuenit Irmingardim Reginam febricitantem, quæ non post multos dies obiit in pace. AVCTOR VITAE LVDOVICI *p. 372.* ANNALES FRANCICI, ANNALISTA SAXO *ad a. 814. 816.*

89) THEGANVS c. XXVI. *sequenti vero anno accepit filiam Welfi ducis, qui erat de nobilissima stirpe Bauarorum, & nomen virginis Iudith, quæ erat ex parte matris nobilissimi generis Saxonici, eamque reginam constituit.* AVTOR VITAE LVDOVICI p. 373. *qua tempestate monitu suorum vxoriam copulam meditabatur inire. Timebatur enim a multis, ne regni gubernacula vellet relinquere: sed compellebatur, tandemque eorum voluntati satisfaciens, & vndequaque adductus, procerum filias inspiciens, Iudith filiam Welfonis nobilissimi Comitis in matrimonium iunxit.* NITHARDVS lib. I. p. 435. *interea Irmengardis regina materque illorum decessit, ac paulo post Lodhuuuicus Imperator Iudith in matrimonium sumpsit, ex qua Karolus creatur. Karolo quidem nato, quoniam omne imperium inter reliquos filios pater diuiserat, quid huic faceret, ignorabat.* Adsentiuntur ANNALES LAVRISHAMENSES & FVLDENSES *ad a. 819.* MONACHI WEINGARTENSIS *Historia de Guelfis* apud LEIBNITIVM *Tom. I. pag. 782. 797.* Huius vitam cum effigie exhibet GABRIEL BVCELINVS *in Historia Agilolfingica p. 370.* ANNALISTA SAXO ad a. 819. *Imperator, inspectis plerisque nobilium filiabus, Welfi siue Ethiconis, de principibus Bawariorum egregiæ libertatis viri, filiam, nomine Iudith, duxit vxorem, quæ genuit ei Karolum Caluum.*

90) THEGANVS *cap. XXXVI.* AGOBARDI apologeticus pro filiis Ludouici Pii aduersus patrem §. 2. *igitur cum prædictus Domnus & Imperator quietus esset in domo, & florens in Palatio suo, cum adhuc iuuenem coniugem sub sui reuerentia custodiret, & secundum Apostolum, vxorium debitum illi persolueret, in processu vero dierum cum cœpissent hæc primum tepescere, deinde frigescere, ac per hoc & mulier resolui in lasciuiam, cessantibus licitis conuersa immo aduersa ad inlicita, adsciuit sibimet aptas personas ad perpetranda turpia, & primum latentes, deinde imprudentes. Cognouerunt autem hoc initio pauci, deinde plures, ad postremum autem multitudo Palatii, & regni, ac finium terræ, quam rem inridebant minores, dolebant maiores, omnes autem clari viri intolerandum iudicantes. Concitati itaque sunt spiritus filiorum Imperatoris rationabili Zelo, videntes maculatum stratum paternum, sordidum Palatium, confusum regnum, & obscuratum nomen Francorum, quod hactenus clarum fuerat in toto orbe. Et surgentes singuli vno & pio consensu in emendatione scelerum, conuenerunt simul, & aliis comprehensis, aliis effugatis, auctrice vero malorum exclusa a palatio, inclusa custodiæ, mutato habitu regali, induto habitu sanctimoniali, reddiderunt patrem quieti & aliquantulæ honestati. Cumque per nimiam filiorum remissionem bene acta dissoluerentur, per carnalium blandimenta & cupidorum scelestos fauores, atque indecoras adulationes, iterum mulier, tanquam legitima Domina, reuocata est in Palatium, & prælata Consiliis & Consiliariis cuius instigationibus mutata est mens rectoris, & cœpit duris cornibus ventilare filios & conturbare populos.*

91) NITHARDVS *lib. I. p. 435.* THEGANVS *cap. XII.* ANNALES FVLDENSES, LAVRISHAMENSES, BERTINIANI, CHRONICON MOISSIACENSE & HILDESHEIMENSE *ad a. 817.* PASCHASIVS RATBERTVS *vita Walæ lib. II. cap. XVII.* Qua ratione factum fuerit, declarat AGOBARDVS, scriptor coæuus in epistola flebili ad Ludouicum n. 4. *in illo tempore, quando filium vestrum participem nominis vestri facere curastis, ita in publicum vestrum interrogando hoc incohoastis, dicentes: quod ad stabilimentum regni pertinet, & ad robur regiminis, debet homo differre an non? Cumque omnes respondissent, quod vtile & necessarium est, non esse differendum, sed potius accelerandum, statim vos, quod cum paucissimis tractaueratis, omnibus aperuistis: & dixistis, vos velle propter fragilitatem vitæ, cui incerta est mors, vt dum valeretis, nomen Imperatoris vni ex tribus filiis vestris imponeretis, in quo voluntatem Dei quoquomodo cognoscere potuissetis. Propter quam cognoscendam iniunxistis, vt facerent omnes ieiunium triduanum, offerrent sacerdotes sacrificia omnipotenti Deo, qui suauis & mitis & multæ misericordiæ est omnibus inuocantibus se, fieret quoque ab omnibus eleemosyna per illud triduum solito largior, vt omnipotens Deus, qui summa benignitate regit corda in se sperantium, infunderet in corde vestro voluntatem suam, & non fineret super alium inclinari voluntatem vestram, nisi super eum qui sibi placuisset. Itaque perfecistis omnia quæ in tali re facienda erant, tali fide & spe, vt hoc a Deo vobis infusum & inspiratum nemo dubitaret. Ceteris filiis vestris designastis partes regni vestri, sed vt vnum regnum esset, non tria, prætulistis eum illis quem participem nominis vestri fecistis, ac deinde gesta scribere mandastis, scripta signare & roborare, & consortem nominis vestri factum, Romam misistis a Summo Pontifice gesta vestra probanda & firmanda, ac deinde iurare omnes iussistis, vt talem electionem & diuisionem*

gniuit, 92) licet postea, mutata sententia, nomen iterum, teste AGOBARDO, omiserit, qui etiam a Paschali Papa in octauo Paschæ die a. 823. & Regni coronam & Imperatoris & Augusti nomen suscepit. 93) Cæteros Reges appellatos, 94) vnum Pipinum Aquitaniæ, sub qua magna Galliæ pars intelligebatur, alterum Ludouicum Baioariæ præfecit, quæ magnam Germaniæ partem sub se comprehendebat, ita tamen, vt vnum saltim esset Imperium & fratres minores a Lothario dependerent. De quo fratres natu minores admodum fuerunt indignati. 95)

§. IX. Ista diuisio in conuentu Nouiomagensi a. 821. iuramentis Procerum fuit confirmata. 96) Postquam autem Carolus esset natus, quid huic faceret, ignorabat, cumque anxius pater pro filio rogaret, tandem Lotharium sacramento testatus est, vt portionem regni quam vellet, eidem pater daret, tutoremque ac defensorem se fore contra omnes inimicos eius in futuro iurando firmauit. 97) Instigante vero Hugone socero & Matfrido, pœnituit. Quare Ludouicus Bernhardum, Ducem Septimaniæ, Camerarium constituit, Carolumque eidem commendauit, ac secundum a se in Imperio præfecit 98) Ludouicus etiam vt subditos haberet fauentes, omnes suo tempore in exilium missos reuocauit, possessiones quoque in fiscum redactas magna liberalitate restituit. 99)

§. X. Nouam in conuentu Wormatiensi a. 829. fecit diuisionem Ludouicus, dum Carolo filio natu minori, Terram Alemannicam & Reticam vna cum parte Burgundiæ, coram filiis Lothario & Ludouico traderet. 100) Inde vero indignati fuerunt reliqui, contra Imp. egerunt, prætexentes ipsum Iudithæ, 1) aliorumque malorum consiliis corrumpi.

nem cuncti sequerentur ac seruarent. Quod iuramentum nemini visum est spernendum, ac superfluum, sed potius opportunum, atque legitimum, eo quod ad pacem & concordiam pertinere videretur. In processu quoque temporis, quotiescunque aut quocunque Imperiales litteræ mitterentur, amborum Imperatorum nomina continebant. Postea vero mutata voluntate, conuulsa sunt statuta, & de litteris nomen omissum est, & in omnibus contraria attentata sunt; cum neque per seipsum Deus, neque per angelum, neque per Prophetam vobis dixerit, pænitet me ita constituisse, sicut de Saule dixit Samuel, adhuc quoque nescitis, qualiter in secretis Dei consiliis definitum sit. Et ecce, sine vlla ratione & consilio, quem cum Deo elegistis, sine Deo repudiatis, & cuius voluntatem in eligendo quæsistis, non expectato exitu voluntatis eius, rem probatam reprobatis. CHRON. MOISSIACENSE ad a. 817. *Manifestauit eis mysterium consilii sui, quod cogitauerat, vt constitueret vnum ex filiis suis imperare, sicut Karolus, pater eius fecerat ipsum. - - Post hoc iam dictus Imperator Clotarium, qui erat maior natu, Imperatorem elegit, ac per coronam auream tradidit ei Imperium, populis acclamantibus & dicentibus: Viuat Imperator Clotarius.*

92) Patet hoc non solum ex dicto loco AGOBARDI, sed etiam MABILLONIVS *lib. V. n. LXIX. LXXII. lib. VI. n. LXV.* atque AVENTINVS *lib. IV. Ann. Boi. c. IX. n. 37.* adducit diploma, cui hic titulus est præfixus: *In nomine Domini Dei, & Saluatoris nostri Iesu Christi, Hludouicus & Hlotarius diuina ordinante prouidentia, Imperatores Augusti.* Eundem titulum videmus in præcepto pro Monasterio S. Gregorii apud MARTENE *Thes. Anecd. Tom. I. pag. 24.* FERD. FVRSTENBERGIVM *Monum. Paderborn. p. 108.* Licet MABILLONIVS *de Re Diplom. lib. II. c. III. §. XIII.* demonstret, Lotharii nomen iterum fuisse omissum. Hinc etiam vtroque nomine celebrata fuit Synodus Parisiensis apud GOLDASTVM *Tom. I. Const. p. 154.* Vtrumque Capitulare in Comitiis Theodonis villanis a. 821. apud GOLDASTVM *Tom. III. pag. 243.* atque alia.

93) Verba sunt ANNALISTAE SAXONIS *ad a. 823.* PASCHASIVS RATBERTVS *in vita Walæ lib. II. c. XVII. p. 513.* CHRON. REG. S. PANTALEONIS *ad a. 823.*

94) Patet hoc ex charta diuisionis, quæ extat apud BALVZIVM Tom. I. p. 375. cap. I. *volumus vt Pipinus habeat Aquitaniam & Wasconiam & marcham Tolosanam totam, & insuper Comitatus quatuor, id est, in Septimania Carcassensem, & in Burgundia Augustudunensem & Aualensem & Niuernensem* cap. II. *Item Hludouuicus volumus vt habeat Baioariam & Carentanos & Beheimos & Auaros atque Sclauos, qui ab orientali parte Baioariæ sunt, & insuper duas villas dominicales ad suum seruitium in pago Nortgaæ Luttraof & Ingoldestat.* Paulo aliter fines describuntur in alia diuisione apud PITHOEVM *p. 335.* ANNALISTA SAXO *ad a. 817.*

95) Testante THEGANO *c. XXI.*

96) ANNALES LAVRISHAMENSES ad a. 821. *iterumque conuentus mense Maio Nouomagi habendus condictus est, Comitesque qui illuc venirent deputati. Eo anno, dominus Imperator post festi Paschalis expletionem per Mosam nauigauit, ibique constitutam annis superioribus atque conscriptam inter filios suos Regni partitionem recensuit, ac iuramentis optimatum, qui tunc adesse potuerant, confirmauit.* AVCTOR VITAE *p. 376.* Concordant ANNALES FVLDENSES, BERTINIANI, SIGEBERTVS GEMBLACENSIS *ad a. 821.*

97) Verba sunt NITHARDI *lib. I. p. 435.*

98) NITHARDVS c. l. *Instigante autem Hugone, cuius filiam Lotharius in matrimonium duxerat, ac Matfrido, caterisque, sero se hoc fecisse pænituit, & quemadmodum illud, quod fecerat, annullare posset, quærebat, quod patrem matremque minime latuit, ac per hoc hinc inde, quod pater statuerat, Lodharius diruere, & si non manifeste, occulte studebat. Ad quod Bernhardum, quendam Ducem Septimaniæ, pater in supplementum sibi sumens, Camerarium constituit, Karolumque eidem commendauit, ac secundum a se in imperio præfecit.*

99) ANNALES FVLDENSES ad a. 821. *Imperator in villa Theodonis omnes, qui suo tempore in exilium missi fuerunt, reuocauit, & singulos in statum pristinum restituit, possessiones quoque iudicio legis in fiscum redactas magna liberalitate restituit.* ANNALES LAVRISHAMENSES *ad a. 821.*

100) THEGANVS *c. XXXV.* NITHARDVS *lib. I. p. 436. per idem tempus Karolo Alamannia per edictum traditur.* Præceptum diuisionis extat apud PITHOEVM *p. 330.*

1) Qua ratione omnis culpa in Iuditham fuerit reiecta, patet non solum ex dictis §. VII. sed præcipue ex AGOBARDI Apologetico §. VIII. dum ait: *quæ commotio & conturbatio quale habuerit initium, vel originem, non est penitus reticendum. Igitur cum Christianissimus & piissimus Imperator Dominus Hludouuicus bona coniugis fide & moribus sibi congruentis consortium amisisset, necesse fuit vt aliam sibi acciperet, quæ ei posset esse adiutrix in regimine & gubernatione Palatii & regni. Sed occulto Dei iudicio talis assumpta est, quæ licet in primis annis viri & domini sui*

rumpi. Præcipue vero Pipinus offensus, Iuditham, ac Bernhardum e palatio voluit eii. ci, 2) huic etiam adulterium cum Iuditha obiiciebatur 3) & quod plurimum apud Imp. polleret. 4) Commotio etiam contra Imp. a primoribus Francorum in Compendio fuit exorta, 5) ita vt Ludouicus solo nomine Imperatoris ætatem transfigeret. 6) Accessit demum Lotharius, qui eo rem redegit, vt Iuditha in monasterium S. Radegundis Pictauiense 7) detruderetur, eiusdem etiam fratres Conradus atque Rudolphus in monasteria fuerunt retrusi. 8) Idem tentabatur de Imperatore, qui sibi spatium petit deliberandi. 9) Bernhardus vero fuga lapsus, in Septimaniam se recipiebat, Eribertus frater eius captus ac luminibus priuatus in Italiam custodiendus tradebatur. Et Lotharius quidem, postquam eo tenore Rempublicam fuisset adeptus, patrem & Karolum sub libera custodia seruabat, cum quo monachos, qui eidem vitam monasticam traderent, & eandem vitam illum assumere suaderent, esse præceperat. 10)

§. XI. Dum

ni sui virtute & potestate pressa, subdita fuerit, tamen in processu temporis talis inuenta est, quæ magnorum fluctuum commotio, & conturbationis largus thesaurus esse posset; quæ non solum plebes, ac populos, siue Principes, verum etiam elegantissimos filios Imperatoris etiam coniugatos, & gubernacula regnorum possidentes, affligeret, contristaret, & conturbaret, & pene attereret & exterminaret. Cumque talibus incrementis viderent hi quibus cura erat de statu & honore regni, ac tranquillitate pacis, & quiete populi, dehonestari Palatium, obscurari claritatem regni, & ad ignominiam deduci nomen regnantium, cœperunt queri, & murmurare, ac dolere, & deplorare. Inter hæc concitati sunt spiritus virorum honoratorum, & filiorum Regis, & crescente confusio, accedente etiam consilio, conuenerunt singuli de loco suo, & coniuncti ad Palatium, effugauerunt ministros sceleris, & Reginam, quæ totius mali causa erat, excluserunt de domo & honore regni, & constituerunt in retrusionem exilii.

2) THEGANVS cap. XXXVI. *alio vero anno perrexit Dominus Imperator de Aquisgrani palatio, & peruenit ad Compendium, ibique venit ei obuiam Pippinus filius eius cum magnatibus primis patris sui, Hilduino archicapellano, Iesse Ambianensi Episcopo, Hugone & Mathfrido, & multis aliis perfidis, & voluerunt dominum Imperatorem de regno expellere, quod prohibuit dilectus æquiuocus filius eius.* NITHARDVS *lib. I. p. 436.* AVCTOR VITAE LVDOVICI p. 392. *at vero Imperator vt eorum conspirationem contra se & vxorem Bernardumque obstinatissime comperit feraliter armatam, Bernardum quidem fuga præsidio se committere permisit; vxorem autem Laudini esse, & in monasterio sanctæ Mariæ consistere voluit, ipse autem Compendium petiit.*

3) AVCTOR VITAE LVDOVICI p. 391. *freti multitudine & adsensu plurimorum, filium Imperatoris, Pipinum, adeunt, prætendentes abiectionem sui, Bernhardi insolentiam, & ceterorum despectionem, asserentes etiam eum, quod dictu nefas, thori paterni incestatorem, porro patrem adeo quibusdam præstigiis clausum, vt hæc non modo non vindicare, sed nec aduertere possit.* RATBERTVS *Vita Walæ lib. II. c. VII. Sceleratus Naso thorum occupauit* lib. II. cap. IX. dicit, *de adulterio nullam vniuersis remansisse dubitationem.* lib. II. c. IX. *fit palatium prostibulum, vbi moechia dominatur, & adulter regnat.* REGINO *ad a. 838. fuit autem hæc deiectio pro maxima parte facta propter multimodam fornicationem Iudith vxoris eius.* FRAGMENTVM ODONIS ARIBERTI apud BALVZIVM *notis ad Agobardum p. 129.* dicit: *Carolum Caluum obs Bernhardi retulisse, a quo is genitus vulgo credebatur, natura adulterium maternum prodente.* ANNALISTA SAXO ad a. 838. *fuit autem hæc deiectio ex maxima parte propter multimodam fornicationem Iudith vxoris eius.* Verum, THEGANVS c. XXXVI. *supradicti impii obiicientes ei multa contraria dixerunt, Iudith Reginam violatam esse a quodam Duce Bernhardo, qui erat de stirpe regali & Domini Imperatoris ex sacro fonte baptismatis filius, mentientes omnia.* Quare etiam PETRVS de MARCA *Marca Hispanica c. XXIII.* & NATALIS ALEXANDER *Sec. IX. diss. II. §. IX.* & GVNDLINGIANA *p. VII. n. I.* Iuditham excusant, quod Camerarii munus Bernhardus gessisset, ideoque ipsum sæpius cum Augusta, cui eadem cura incumbebat, agere debuisse.

4) PASCHASIVS RATBERTVS *Vita Walæ* lib. II. c. IX. *Bernhardus sacratissimum Augustum sic habebat suis delusum præstigiis, vt omnes repelleret, quos aut ipse, aut magnus pater eius Imperator nutrierat, a secreto, a colloquio, a familiaritate & consilio, a fidei fide, ab honoribus, & ab omni consortio prioris vitæ - - - vnde factum est, vt in Regno nullus aliud posset, nisi quod ipse vellet, aut mandaret.* lib. III. c. IX. *nisi Imperator malitiosis esset præuentus artibus, nequaquam fieri posset, vt fidelissimos quosque consules & sanctissimos præsules non audiret, vel crederet sibi talia narrantibus, quos olim semper in consilio habuerat. Non enim alium in fide recipiebat, nisi quem Iustina (Iuditha) vellet, neque alium aut audire, aut diligere valebat, aut adsentire, quousque ista viguerunt, nisi quem illa ei in fide commendabat, & quod prodigiosius est, vt aiunt, nec aliud velle, præter quæ ipsa vellet.*

5) ANNALES FRANCORVM FVLDENSES, BERTINIANI, *ad a. 830.*

6) AVCTOR VITAE *p. 393.*

7) ANNALES BERTINIANI ad a. 830. *Compendium veniens Pipinus cum multitudine populi, consensu Hlotarii omnem potestatem regiam, vxoremque eius tulerunt, ac velantes eam miserunt Pictauis ad monasterium sanctæ Radegundis.* AVCTOR VITAE LVDOVICI p. 392. Ipse in hoc consensit Imp. Sic enim ipsum inducit loquentem PASCHASIVS RATBERTVS Vita Walæ lib. II. c. X. *femina quoque huic* (Iudithæ) *quam adiudicastis, quia mea est in illa visio, iuxta communes leges, sicut deposcitis, vitam concedo, ita tamen, vt sub sacro velamine deinceps degat & pœnitentiam gerat.* AGOBARDVS *Apologetico §. II.*

8) NITHARDVS lib. I. p. 86. *Reginam velauerunt, fratres eius Conradum & Rodulfum totonderunt, atque in Aquitaniam seruandos Pipino commiserunt.* ANNALES BERTINIANI ad a. 830. *Iuditha etiam fratres, Conradum videlicet atque Rodulfum tonsurantes per monasteria retruserunt.* AVCTOR VITAE LVDOVICI *pag. 393.* THEGANVS *c. XXXVI.*

9) AVCTOR VITAE *pag. 392.* testatur, quod Iuditham eo adegerint, vt Ludouico persuaderent, vt abiectis armis, comisque recisis in monasteria se conferret.

10) Verba sunt NITHARDI *lib. I. pag. 436.* ANNALES BERTINIANI *ad a. 830.* RATBERTVS *Vita Walæ lib. II. c. X.* PETRVS de MARCA *lib. III. Marca Hispanica c. XXIII. §. IV.* SIGEBERTVS GEMBLACENSIS *ad a. 829.* AIMOINVS *lib. V. cap. XII.* AVTOR VITAE LVDOVICI *p. 392. 393.*

11) AN-

§. XI. Dum autem plerique vellent, vt Ludouicus restitueretur, ipseque per Guntbaldum monachum Pipino Ludouicoque filiis promitteret, si in suam restitutionem consentire vellent, regnum vtrisque se esse ampliaturum, perfacile cupideque paruerunt, Conuentuque Nouiomagi condicto, vt regina & fratres eius restituantur, fuit decretum, ac plebs vniuersa eius ditioni se subdidit. 11) Ab omnibus etiam Episcopis, Abbatibus Comitibus, ac cæteris Francis iudicatum est, vt coniux Imperatoris, quæ iniuste, & sine lege & iudicio ei ablata fuerat, ad palatium Aquisgranense reduceretur, & si quislibet aliquando crimen illi obiicere vellet, aut se legibus defenderet, aut iudicium Francorum subiret. 12) Misit interea in Aquitaniam, coniugemque reuocauit, fratresque illius Conradum & Rudolphum, iamdudum attonsos. Eam tamen coniugis honore non est dignatus, donec se legali præscripto modo ab obiectis purgaret. 13) Bernhardus etiam Imperatorem adiens, modum se purgandi ab eo quærebat, more Francis solito, scilicet crimen obiicienti semet obiicere volens armis impacta diluere. Sed quum accusator quæsitus deesset, cessantibus armis, purgatio facta est sacramentis, 14) idemque in palatio Theodonis fuit factum. 15) Hinc isti, qui cum Lothario fuerant, in concilium deducti, & ab ipso Lothario ad mortem diiudicati, aut vita donata, in exilium sunt retrusi. Lotharium quoque sola Italia contentum, ea pactione abire permisit, vt extra patris voluntatem nihil deinceps moliri in regno tentaret. 16)

§. XII. Dum autem Iuditha totius Monarchiæ sceptra teneret, 17) Guntbaldus secundus in Imperio esse vellet, 18) Pipinus, dum a. 832. nouas turbas moueret, Augustæ Treuirorum sub Custodia detineretur, 19) regno priuaretur, & Aquitania ipsi ademta, Carolo concederetur, 20) atque Imperator inter filios suos Lotharium atque Carolum, nouam regni diuisionem constitueret, quæ tamen, ortis impedimentis, pro voto minime cessit, 21) a. 833. arma iterum Gregorio Papa instante, contra ipsum mouebant filii. Et licet ipse Papa sub Pacis conciliandæ prætextu, in Germaniam veniret, 22) potius tamen dissidia fouebat, 23) & sine fructu regressus est. 24) Dum igitur exercitum contra filios duce-

11) ANNALES BERTINIANI ad a. 830. *aliud conuentum Dominus Imperator cum filio suo, Hlothario, circa Kalendas Octobris Nouiomago condixit, vbi Saxones & orientales Franci conuenire potuissent. Nam illuc ex vtraque parte scilicet domni Imperatoris & Hlotharii multorum congregatus est exercitus, ibique Domnus Imperator, recuperato Imperio, iussit, auctores illius facti in custodiam mitti.* AVCTOR VITAE *pag. 393.* THEGANVS *c. XXXVII.*

12) ANNALES BERTINIANI *ad a. 830.*

13) AVCTOR VITAE *pag. 395.* THEGANVS c. XXXVII. *venit Imperator Aquis ad sedem suam, & supradicta coniux venit ibi obuiam ei, quam honorifice suscepit, iubente Gregorio, Romano Pontifice, cum aliorum Episcoporum iusto iudicio.* PETRVS de MARCA *Marca Hispan. lib. III. c. XXIII. n. IV.* ANT. PAGI *Critica Ann. Baronii Tom. III. n. V. ad a. 830.*

14) AVCTOR VITAE *p. 396.*

15) THEGANVS *c. XXXVIII. Dux Bernhardus in palatio Theodonis purificauit se de obiecto stupro, postquam nullus inuentus est, qui ausus fuisset, cum armis iam dictam rem ei imponere.*

16) Verba sunt NITHARDI *lib. I. p. 437.*

17) PASCHASIVS RATBERTVS *Vita Wala* lib. II. c. XVI. *erat cum Augusta Iustina* (Iuditha) *tunc temporis, quæ mouebat totius Monarchiæ rursus sceptra, concitabat fluctus & maria, impellebat ventos, & corda virorum ad omnia, quæ vellet, conuertebat.*

18) NITHARDVS lib. I. p. 437. *cumque se hac lea haberent, & Respublica paululum respirare videretur, confestim Guntbaldus monachus quem supra memorauimus, quia multa in restitutione eius laborauerat, secundus in imperio esse volebat, quodque Bernardus, vt præmissum est, olim fuerat, summa industria iterum esse certabat. Pippinus quoque & Lodhuwicus, quanquam eis regna sicut promissum fuerat, aucta fuissent, tamen vt imperio post patrem primi essent, vterque laborabat. At ibi per quos tunc Respublica tractabatur, voluntati eorum obsistebant.*

19) AVCTOR VITAE p. 397. *Pipinum vero ob prauorum morum corruptionem, sub custodia priuata Treueros perduci iussit. Quo quum duceretur & indulgentius haberetur, a suis custodiæ noctu subducitur, & vsque ad Imperatoris reditum ab Aquitania, quaqua versum valuit & voluit, peruagatur.* Adde CHRIST. BROWERVM *Annal. Treuirens. Tom. I. lib. VIII. n. LXIV.*

20) ANNALES FVLDENSES ad a. 832. *Hludouicus reuersus in Aquitaniam, Pipinum filium regno priuauit.* NITHARDVS lib. I. pag. 437. *per idem tempus Aquitania Pippino dempta Karolo datur, & in eius obsequio priuatus populi, qui cum patre sentiebat, iurat. Quod quidem hi, quos supra retulimus, grauiter ferentes, vt respublica inutiliter tractaretur, diuulgant, populumque quasi ad iustum regimen sollicitant.*

21) AVTOR VITAE LVDOVICI *ad a. 832.* THEGANVS *cap. XLI.* NITHARDVS *lib. I. p. 437. 438.*

22) VITA LVDOVICI p. 398. *tandem ad id ventum est, vt filios Imperatoris, in vnum cum copiis quibus poterant, coire facerent: Gregoriumque Papam aduocarent, sub ornatu quasi qui patri solus filios reconciliare deberet & posset, rei tamen veritas post claruit.* Idem p. 399. *ductus Papa in habitationem castrensem multis assertionibus perdocuit, non se tantum iter ob aliud suscepisse, nisi quia dicebatur, quod Ludouicus inexorabili discordia contra filios laboraret, ideoque pacem in vtramque partem serere vellet.*

23) AVCTOR VITAE p. 398. *nunciatum est Imperatori, aduenire Papam Romanorum, quem venientem Imperator in ipsa acie consistens suscepit, licet indecentius, quam debuit, imputans ei, quod ipse sibi talem susceptionem præparauerit, qui inusitato modo ad se venerit.* Dona tamen vtrinque fuisse missa, testatur THEGANVS *c. XLII.* Adde RATBERTVM *in vita Wala lib. II. c. XVI. XVII.*

24) THEGANVS c. XLII. *filii perrexerant Ludouico obuiam cum Gregoria, Romano Pontifice, & quidquid postulabant, nihil erat eis pater consentiens.* RATBERTVS lib. II. c. XVIII. *Pontifex sine effectu, sine honore, & sine fructu tanti laboris regressus est.* Quid inter Imp. atque filios ipsius fuerit actum, prolixe docet RATBERTVS *vita Wala lib. II. c. XVII.*

25) NIT-

duceret Ludouicus, 25) hi populum partim donis partim promiſſis vel minis ab ipſo abſtraxerunt, 26) licet ipſis obuiam factus fuerit Imperator, in campo magno inter Argentoratum & Baſileam caſtra locaret, plerique tamen ipſum derelinquerent, ideoque campus iſte dictus fuit mentitus, *das Lügenfeld.* 27) Hinc patrem in filiorum poteſtatem ſe tradentem, 28) cum Carolo captiuum ſecum ducebant, 29) eundemque ad nouam regni diuiſionem adigebant, Carolum in monaſterium Pruſmienſe, Iuditham iterum in ciuitatem Italiæ Tortonam in exilium deportabant. 30) Lotharius autem Ludouico patre adſumpto, ipſum Metas, Viridunum, Sueſſionas, indeque Compendium captiuum duxit. 31) Ibidem ex ſententia Epiſcoporum iuſſus ire in monaſterium, & dum conſentire nollet, 32) adiudicatum ipſum, abſentem & inauditum, nec confitentem, neque conuictum, ante corpus S. Medardi Confeſſoris, & ſancti Sebaſtiani Martyris, arma deponere & ante altare ponere, 33) atque vt proſtratus ſuper cilicium pœnitentiam publicam per manuum Epiſcopalium impoſitionem ſuſciperet, cogunt. 34) Pullaque indutum veſte, adhibita magna cu-

ſtodia,

25) NITHARDVS lib. I. p. 438. *quamobrem Imperator vna cum omni quod habebat Imperio, tres reges filiique eius aduerſus eum cum ingenti exercitu, inſuper Papa Gregorius cum omni comitatu Romano, Eliſazam confluunt, iuxtaque montem Sigwaldi caſtra ponunt, ac variis affectionibus populum, vt a patre deficeret, filii compellunt.*

26) AVCTOR VITAE p. 399. *Cum pene omnis populus partim donis abſtractus, partim promiſſis illectus, partim minis territus, ad eos,* (filios Ludouici) *populumque cum eis conſiſtentem, more torrentis deflueret, nequaquam vt fuerat iuſſus, eſt permiſſus redire.* NITHARDVS lib. I. p. 438. *ac variis affectionibus populum vt a patre deficeret, filii compellunt.* Immo, reliquos ipſe Imp. dimiſit, teſtante THEGANO §. *XLII. tunc conſiliati ſunt nonnulli vt Imperatorem derelinquerent, & ad filios eius peruenirent, inprimis illi, qui eum antea offendebant ceteris ſequentibus. Quadam nocte maxima pars dimiſit eum, & tentoria eorum derelinquentes peruenerunt ad filios. In craſtinum vero aliqui qui remanſerant, venerunt ad Imperatorem: quibus precepit, dicens. Ite ad filios meos: nolo vt vllus propter me vitam aut membra dimittat. Illi infuſi lachrymis recedebant ab eo.*

27) THEGANVS c. XLII. *poſt paſcha audiuit quod iterum filii ſui ad eum venire voluiſſent non pacifice: qui congregauit exercitum, & perrexit obuiam eis vsque in campum magnum qui eſt inter Argentariam & Baſileam, qui vsque hodie nominatur campus mendacii, eo quod ibi plurimorum fidelitas extincta ſit.* AVTOR VITAE LVDOVICI pag. 833. *tandem ergo conuentum eſt feſtiuitate ſancti precurſoris Chriſti Iohannis in locum, qui ab eo quod ibi geſtum eſt, perpetua nominis ignominia notatus eſt, vt vocetur Campus mentitus.* ANNALISTA SAXO *ad a. 836.* NATALIS ALEXANDER *in Synopſ. Hiſt. Sec. IX. & X. cap. VII. art. II. p. 183.* auctor eſt, campum hunc prope Colmariam ſitum, alias dictum fuiſſe campum rubeum.

28) AVCTOR VITAE p. 399. *tot copiis Imperatori ſubductis, adeo defectio indies inualuit, vt in feſtiuitate ſancti Pauli, plebeii contra Imperatorem, adulando filiis eius, irruptionem facere minarentur. Quibus viribus Imperator obaſti non valens, filiis mandauit, ne ſe populari direptioni exponerent. Cui remandant, vt caſtris relictis ad ſe veniat, ſe autem maturrime obuiam ipſi proceſſuros. Quibus altrinſecus ſibimet occurrentibus, Imperator filios admonuit, equis deſilientes, & ſibi occurrentes, vt promiſſionis ſuæ memores tam ſibi, quam filio, & vxori illibata, quæ olim promiſerant, conſeruarent. Quos congrue reſpondentes oſculatus, & ad caſtra illorum eſt profectus.* RATBERTVS *Vita VVala lib. II. c. XVIII.*

29) ANNALES FVLDENSES ad a. 833. *Ludouicus in Aliſatiam profectus, atque ibi a ſuis deſertus ac proditus, in filiorum poteſtatem redactus eſt.* THEGANVS c. XLII. *non multo tempore poſtea ſuſceperunt patrem & duxerunt eum cum illis.* AVCTOR VITAE p. 399. *Ipſum vero* (Ludouicum) *Lotharius ad ſua cum Carolo admodum puero deduxit: & cum pauciſſimis in papilione ad hoc deputato conſiſtere fecit. Poſt hæc autem iam populo iuramentis obſtricto, imperium inter fratres terna ſectione partiuntur ... Lotharius Carolo Prumia commendato, nec tamen attonſo, venatione inſiſtit.* NITHARDVS lib. I. p. 438. *nouiſſime quibusdam fuga lapſis, cum perpaucis pater capitur. Vxor ab eo dempta in Longobardiam exilio mittitur, ac Karolus vna cum patre ſub magna cuſtodia ſeruatur.*

30) NITHARDVS *c. l.* AVTOR VITAE p. 399. *Ludouico in caſtra peruenienti vxor ſubducitur, & ad Ludouici* (Germanici) *tabernacula conuertitur* p. 440. *Vxor patris a Ludouico rege recepta, exilio iterum deportatur in ciuitatem Italiæ Tartonam.* IO. MOLANVS hanc Lotharii expeditionem inter exempla belli ſacri refert, eo quod Papa ipſi fauerit.

31) AVCTOR VITAE p. 400. *Lotharius patre adſumpto, & ſeorſum cum deputatis equitante, atque priuatim canente, Morlegium villam deuenit, ibique prout libuit, commorans, & quæ viſa ſunt, ordinans, ac populum abſoluens, ſed & conuentum populo Compendii indicens, Voſagum per Mauri monaſterium tranſiit, & Mediomatricum, quæ altero nomine Metis vocatur, peruenit. Qua relicta ciuitate, Viridunum appulit, & Sueſſionum vrbem adiit. Ibique a monaſterio ſancti Medardi patrem ſub arcta cuſtodia eſſe precepit: & Carolo Prumia commendato, nec tamen attonſo, ipſe venationi inſtitit, donec autumni tempore, id eſt, Kalendis Octobris, ſicut erat conſtitutum, patrem ſecum ducens, Compendium venit.*

32) THEGANVS *c. XLIII. XLVI.*

33) Verba ſunt AVCTORIS VITAE p. 401.

34) Quid cum Ludouico in ſynodo Compendienſi fuerit actum, & qualem pœnitentiam egerit, deſcribit AGOBARDVS, qui huic ſynodo interfuit, in cartula Lothario Auguſto porrecta, *inter Opera Tom. II. p. 73.* his verbis: *ſed mox reſuſcitata in mente eius contritione humiliati cordis, proſtratus coram eis, non ſemel, vel iterum, ſed tertio, aut amplius, crimina cognoſcit, veniam poſcit, auxilium orationum precatur, conſilium recipit, pœnitentiam poſtulat, iniunctam ſibi humilitatem libentiſſime impleturum promittit. Innoteſcitur ei lex & ordo publicæ pœnitentiæ: quam non renuit, ſed ad omnia annuit, ac demum peruenit in Eccleſiam coram cœtu fidelium, ante altare & ſepulchra ſanctorum. Et proſtratus ſuper cilicium, bis terque quaterque confeſſus, in omnibus clara voce cum abundanti effuſione lacrymarum, depoſitis armis manu propria, & ad crepidinem altaris proiectis, ſuſcepit mente compuncta pœnitentiam publicam per manuum epiſcopalium impoſitionem, cum pſalmis & orationibus. Sicque depoſito habitu priſtino, & aſſumpto habitu pœnitentis, congratulans & confidens, poſtulat piiſſimi paſtoris humeris reduci ſe ad inuenta & redempta ouis vnitatem.* Patet illud quoque ex Inſtrumento deſuper confecto, quod PITHOEVS Annalibus Francorum

pag.

stodia, sub tectum quoddam retrudunt, atque ob varia scandala ab Imperio deponunt. 35) Immo, Lotharius de supplicio patris cogitabat, in quod tamen Ludouicus Germanicus consentire nolebat. 36)

§. XIII. Dum vero Lotharius omnia pro lubitu ageret, atque vniuersum Imperium sibi vindicaret, etiam quisque ex proceribus propria potius quæreret, respublica penitus fuit neglecta. Grauiter hoc ferentes Pipinus atque Ludouicus, illud etiam, quod Lambertus atque Matfridus, quis illorum secundus post Lotharium in Imperio haberetur, dissiderent, 37) de restituendo patre cogitabant, eo quoque Eggehardus Comes, & Wilhelmus Comes Stabuli adlaborabant, Bernhardus etiam & Warinus in Burgundia consistentes, populum suasionibus accendebant, promissis adliciebant, iuramentis adstringebant. 38) Dum igitur Aquisgrani patrem detineret Lotharius, atque durius haberet, Pipinus atque Ludouicus coadunato exercitu, illuc properabant, quod, cum Lotharius cognouisset, illum Parisios sub custodia deduxit. Cum autem fratres etiam illuc properarent, inde perterritus, in eodem loco patre dimisso, Kl. Martii 834. cum suis aufugit. 39) Hinc Ludouicus apud S. Dionysium in Galliis, episcoporum sententia fuit absolutus, per manus Episcoporum armis iterum accinctus, & corona ipsi imposita, a. 834. in regnum fuit restitutus, 40) eademque restitutio in Synodo ad Theodonis villam & Metensi fuit confirmata. 41) Filius quoque Ludouicus Carisiaci patri iterum fuit conciliatus, ab eodem Aquisgranum ductus, ibidemque in regnum suum fuit restitutus. Ibidem Iuditham ex Italia reductam vna cum Pipino filio recepit. 42) Hæc vero haud est thoro regio recepta, donec se criminibus obiectis innoxiam, dum criminator deerat, sacramento vna cum propinquis coram plebe effecit. 43) Lotharius autem adhuc patri se opponens, relicto patre in monasterio S. Dionysii, ipse Burgundiam petiit, Viennam vsque peruenit. 44) Interea Matfridus & Lambertus, cæterique, qui ab ipsius partibus stabant, penes marcam Britannicam morabantur, atque Odonem Comitem Aurelianensem & Guilielmum Comitem Blesensem, aliosque qui contra ipsos missi fuerant, fuderunt. 45) Quo comperto, Lotharius cum exercitu illis occurrit, Cabillonum deditione cepit, per Augustodunum atque Aurelianum in pagum Cenomanicum pergit, 46) eo animo, vt Francos a patre abduceret, qui tamen pœnitentia ducti, ad defectionem impelli non poterant. 47) Dum vero Ludouicus pater Lothario filio obuiam procederet, ad fluuium Ligerim, prope castrum Blesense castra castris opponebantur. Lotharius cum parem se haut videret, supplex ad patrem venit, quem ille coërcitum verbis, & obligatum tam ipsum, quam Proceres eius, quibus voluit sacramentis, in Italiam remisit, oppilatis angustiis itinerum, quæ in Italiam tendunt, ne quis transire posset, nisi licentia custodientium. 48) §. XIV.

pag. 322. sub titulo: *Exauctoratio Ludouici Pii* inseruit.

35) Extant ACTA EXAVCTORATIONIS Ludouici Pii inter PITHOEI *Annales p. 325.* Defendunt tamen Ludouicum IO. HENRICVS BOECLERVS *Notitia Imperii lib. IV. c. I.* NATALIS ALEXANDER *Hist. Eccles. Tom. VI. ad Sec. IX. §. VI.*

36) THEGANVS c. XLVII. *post sanctum diem Epiphaniæ iterum Ludewicus misit legatos suos ad patrem, Grimaldum venerabilem abbatem atque presbyterum, & Gebehardum nobilissimum atque fidelissimum ducem, qui venientes Aquis, consensit eis Lotharius, vt viderent patrem cum insidiatoribus, quorum vnus vocabatur Otgarius Episcopus, alter vero Richbardus perfidus. Venientes legati ad conspectum principis, & humiliter prosternentes se pedibus suis salutauerunt eum ab æquiuoco filio suo. Secreta vero noluerunt ei indicare propter insidiatores præsentes, sed aliquo motu signorum fecerunt eum intelligere, quid æquiuocus eius hoc consentire noluisset, scilicet supplicium patris.*

37) NITHARDVS *lib. I. p. 438.*

38) AVCTOR VITAE *p. 402.*

39) ANNALES BERTINIANI *p. 402.* THEGANVS *c. XLIII.*

40) NITHARDVS lib. I. p. 439. *Rege recepto, basilica Sancti Dionysii vna cum Episcopis, & omni clero confluunt, laudes Deo deuote referunt, coronam & arma regi suo imponunt.* AVCTOR VITAE p. 403. *Ludouicus in Ecclesia sancti Dionysii Episcopali ministerio voluit reconciliari, & per manus Episcoporum armis accingi consensit.* THEGANVS cap. XLVIII. *Ludewicus filius eius, perueniens ad eum, & honeste suscepit, & reduxit iterum ad Aquis sedem suam, & Deo iubente, restituit eum in regnum & locum suum.*

41) FRODOARDVS Hist. Rhem. lib. II. c. XX. *ad Synodum* (in Theodonis villa habitam) *anno incarnationis dominicæ DCCCXXXV. venientes omnes Episcopi, qui conuenerunt, sigillatim libellos de restitutione Imperatoris communi consilio atque consensu ediderunt, & propriis manibus subscripserunt. Cum quibus & Ebo, vt re vera in statu suo adhuc manens, libellum manu sua cum additamento Episcopi scriptum edidit. In quo libello professus est, quidquid in ipsius Imperatoris dehonoratione factum fuerat, iniuste factum fuisse.* AVCTOR VITAE pag. 408. *Sequenti Dominica, quo sacra quadragesima initium praecedebat, in Metis ciuitatem dominus Imperator, sed & Episcopi & populus vniuersalis illius conuentus venit, & inter missarum celebrationem septem Archi-Episcopi septem reconciliationis Ecclesiasticæ orationes super eum cecinerunt, atque omnes populi hoc viso, pro plenaria restitutione Imperatoris, multas Deo gratias reddiderunt. Post quæ omnia Theodonis villam tam dominus Imperator, quam qui eius populus erant, reuersi sunt.*

42) THEGANVS cap. LI. *postquam praualuit Imperator, misit fideles legatos suos partibus Italiæ, vt reducerent coniugem suam sæpe mendaciis afflictam. Qui venientes susceperunt eam honorifice, & perduxerunt eam cum iucunditate & lætitia ad præsentiam principis, qui erat tunc temporis Aquisgrani palatio.* ANNALES BERTINIANI *ad a. 834.* AVCTOR VITAE *p. 404.*

43) Verba sunt NITHARDI *lib. I. p. 439.*

44) AVCTOR VITAE *p. 405.*

45) NITHARDVS *c. l.*

46) NITHARDVS *cit. loc.* AVCTOR VITAE *pag. 406.*

47) NITHARDVS *c. l.*

48) AVCTOR VITAE *pag. 406.* THEGANVS c. LV. *Veniens Lotharius cecidit ad pedes patris, & post eum socer eius, Hugo, timidus. Tunc Mathfridus*

§. XIV. Insistente demum Augusta & ministris Palatinis, quandam partem Imperii Imperator filio suo dilectissimo Carolo Aquisgrani a. 837. tradidit; quæ tamen mansit inofficiosa. Quod cum fratres ægre tulissent, colloquium etiam in valle Tridentina inuicem instituissent, 49) indixit generalem conuentum autumni tempore in Carisiaco. In quo loco & tempore filius eius Pipinus ab Aquitania ad eum venit, & ipsi conuentui interfuit. Vbi Imperator filium suum Carolum armis virilibus, id est, ense cinxit, corona regali caput insigniuit, atque Neustriæ regnum ipsi attribuit. Firmata igitur inter filios amicitia, Pipinum in Aquitaniam, Carolum autem in portionem regni ipsi attributam dimisit, & præsentes quidem Neustriæ primores Carolo manus dederunt, & fidelitatem sacramento obstrinxerunt, absentium autem quisque postea idem fecerunt. 50)

§. XV. Ast, dum hæc diuisio consentiente saltim Pipino fuisset facta, Ludouicus Imp. instigante potissimum Iuditha, Lotharium Wormatiam ad se euocauit, atque cum ipso etiam a. 837. Imperium diuisit, ita quidem, vt Lothario, qui erat maior natu, traderet dignitatem Imperii, Regnum Italiæ & partem Franciæ, quam Mosa & Rhenus inter se diuidunt, vna cum parte Burgundiæ: Ludouico tradidit Bauariam, Saxoniam & Regna quæ Carolus subegerat, Pipino Aquitaniam, Wasconiam, & terram sibi subiectam, vsque in Hispaniam: Carolus, minimus natu, qui Caluus est dictus, adeptus fuit Franciam, Burgundiam, Neustriam. 51) Hæc autem diuisio consentiente & Lothario & populo fuit facta. Indignatus autem Ludouicus, quidquid regni trans Rhenum fuisset, sibi statuit vindicari. Ast Imperator collecto exercitu, indicto conuentu, Moguntiam venit, Rhenum transit, atque filium æquiuocum supplicem factum, postquam verbis paululum asperis increpasset, in Bauariam fugere compulit. 52)

§. XVI. Interea Pipinus, cui Aquitania erat adsignata, qui filiam Theodorici Comitis Matricensis habuerat in matrimonio, 53) a. 838. moriebatur. 54) Quo defuncto, reliqui quid auus de regno vel nepotibus iuberet præstolabantur, pars autem, accepto filio eius, Pipino, quia natu maximus erat, tyrannidem exercebat. Dum autem Pipinus ad Regnum gubernandum minus vtilis esset, Ludouicus auus, quoniam olim Regnum Aquitaniæ Carolo donauerat, vt illi se commendarent, hortando suasit, iussit. Qui omnes commendati eidem sacramento fidem firmauerunt. Post quod, quomodo tyrannos compesceret; contendit. 55) Iuditha igitur inito cum consiliariis Imperatoris consilio, dum mors Imp. & ipsi & Carolo periculum immineret, nisi aliquem fratrum sibi adsciscerent, coniectantesque, nullum filiorum Imperatoris tam conuenientem huic rei sicut Lotharium, hortati sunt Imperatorem, vt ad eum missos dirigeret, promittentes, si patris voluntatem deinceps erga Carolum vellet conseruare, omnia, quæ in illum hactenus deliquerat, remitti, & omne regnum absque Bauaria, inter illum & Carolum diuidendum. Quæ quoniam Lothario & suis rata videbantur, vtraque ex parte sic velle & sic se perficere iurauerunt. 56) Ergo ad vrbem Vangionum conuentu indicto, conuenerunt. Ludouicus igitur omne suum diuisit Imperium, præter Bauariam, quam Ludouico, Lotharius a fluuio Mosa australem sibi partem tenendam delegit, occiduam vero Carolo fratri habendam reliquit. 57)

§. XVII. Anno 840. nuntius illi aduenit, Ludouicum filium, adsumtis quibusdam Saxonibus atque Thuringis, Alemanniam inuasisse, quod grauiter admodum tulit Imperator, & Rhenum transiens cum exercitu, in Thuringiam continuato itinere venit, vbi Ludouicum per id temporis commorari percepit. Ludouicus autem filius rebus suis diffidens,

fridus & cæteri omnes, qui primi erant in facinore illo, postquam surrexerunt de terra, confessi sunt, se valde deliquisse. Posthac Lotharius iurauit patri suo fidelitatem, & vt iret in Italiam, & ibi maneret, & inde non exiret, nisi permissione patris. NITHARDVS lib. I. p. 440. *Quamobrem cum nec fugæ, nec prælii locum videret, ea pactione nouissime prælium diremit, vt infra dies statutos Alpibus excederet, ac deinceps, sine patris iussione, fines Franciæ ingredi non præsumeret, & extra patris voluntatem in eius imperio deinceps nihil moliri temptaret, quod & ita se & suos seruaturos tam is quam & hi sacramento firmauerunt.* ANNALES FVLDENSES *ad a. 834.*

49) ANNALES FVLDENSES ad a. 837. *Optima pars regni Francorum Carolo iuueni data est. Hludharius & Hludawicus in valle Tridentina colloquium habuerunt ante mediam quadragesimam.*

50) Verba sunt AVCTORIS VITAE LVDOVICI *p. 416.* NITHARDVS *lib. I. p. 442.* Adsentiuntur ANNALES BERTINIANI *ad a. 837.* Exhibet hanc diuisionem GOLDASTVS *Constit. Imper. P. II. pag. 19.* & plenius adhuc PITHOEVS *Ann. Franc. p. 330.* BALVZIVS *Tom. I. pag. 687.* Vid. SCHVRZFLEISCHIVS *de diuis. Imperii Carolingici §. 26.*

51) Hanc regni diuisionem verbis HVGON. FLAVINIACENSIS in *Chronico Virdunensi apud* LABBEVM *Tomo primo MStorum p. 119. & 120.* descripsimus. Eandem recenset NITHARDVS *lib. I. p. 441.* ALBERICVS *ad a. 838.* Adsentiuntur ANNALES BERTINIANI, FVLDENSES *ad a. 837.*

52) NITHARDVS *c. l.* ANNALES FVLDENSES *ad a. 837.*

53) ANNALISTA SAXO *ad a. 814. Pippino vero filiam Theoderici Comitis Matricensis iunxit.*

54) ANNALES FVLDENSES hanc mortem *ad a. 837.* referunt. ADEMARVS CABANNENSIS vero apud LABBEVM *Tom. I. p. 160.* CHRONICON AQVITANICVM *pag. 291.* & potissimum PETRVS LAMBECIVS *Conuent. de Biblioth. Vindob. Tom. II. c. V. ad a. 838.* referunt.

55) NITHARDVS *lib. I. pag. 444.* AVCTOR VITAE LVDOVICI *p. 419.* ADEMARVS CABANNENSIS *p. 160.* HVGO FLAVINIACENSIS *Chron. Verdun. p. 120.*

56) AVCTOR VITAE *p. 419.* NITHARDVS *cit. loc.*

57) AVCTOR VITAE *p. 418.* NITHARDVS *c. l.* ANNALES FVLDENSES, BERTINIANI *ad a. 838.*

deus, in fuga salutem quæsiuit, & per Slauorum terras rediit in Bauariam. 58) Imperator autem conuentum generalem Wormatiæ indixit, atque ad filium suum Lotharium in Italiam misit, iubens, vt eidem placito interesset. 59)

§. XVIII. Ast, deficientibus magis magisque viribus, Imperator iussit sibi in insula quadam Moguntiæ contigua, parari habitacula æstiua ibique viribus desertus, lecto se committit. 60) Postquam etiam de bonis suis dispofuisset, 61) inter preces & suspiria decessit XII. Kl. Iulii 840. 62) anno vitæ suæ sexagesimo quarto, 63) atque in Metis cum magno honore in basilica sancti Arnulfi, vbi & mater eius condita fuerat, imperiali cultu sepelitur. 64) Fabula tamen est, ipsum a. 874. tanquam in angustiis constitutum, Ludouico Germanico in somniis comparuisse, eundemque mandasse, vt pro ipsius anima orarent. 65)

§. XIX. Post Ludouici mortem, Lotharius partim ex iure primogenituræ, 66) partim ex dispositione paterna, 67) partim ex quorundam primorum vocatione, 68) omnes a patre relictas terras partim astu, partim vi in suas partes trahere conabatur. Hinc etiam nuntios vbique mittens, Francis persuadere conabatur, vt eundem ex Italia venientem, loco patris sui susciperent. 69) Hoc vt eo melius perficeret, ad Carolum callide legatos dirigebat, se ipsi beneuolum fore, promittens, 70) contra Ludouicum vero cum exercitu perge-

58) NITHARDVS *lib. I. fin.*

59) Verba sunt AVTHORIS VITAE LVDOVICI *p. 422.*

60) AVTOR VITAE LVDOVICI *p. 423. Cæpit fastidio tabescere, & nauseanti stomacho ad cibum potumque intendere, crebris suspiriis vrgeri, singultibus quati, ac per hoc virtute destitui.* ANNALISTA SAXO ad a. 840. *Imperator morbo grauatus & in nauim missus per Mogonum flumen in Rhenum deducitur, ibique in Insula iuxta Inglinheim XII. Kal. Iulii vita decessit. Inde ad Mediomatricorum ciuitatem deportatus in basilica S. Arnulfi honorabiliter sepelitur.*

61) Idem AVTOR p. 424. *iussit autem eidem venerabili fratri suo Drogoni, vt ministros cameræ suæ ante se venire faceret, & rem familiarem, quæ constabat in ornamentis regalibus, scilicet coronis, & armis, vasis, libris, sacerdotalibusque vestibus, per singula describi iuberet. Cui, prout sibi visum fuit, quid Ecclesiis, quid pauperibus, postremo quid filiis elargiri deberet, edixerat, Lothario & Carolo scilicet. Et Lothario quidem coronam, ensem, sceptrum auro gemmisque redimitum, eo tenore habendum misit, vt fidem Carolo & Iudith seruaret, & totam regni portionem illi consentiret & tueretur, quam Deo teste, & proceribus palatii, ille secum & ante se largitus ei fuerat.* HVGO FLAVINIACENSIS *ad a. 840.*

62) AVTOR VITAE LVDOVICI *p. 426.* NITHARDVS lib. I. *circa fin.* ANNALES METENSES & FVLDENSES, HERMANNVS CONTRACTVS, ADEMARVS, ALBERTVS STADENSIS *ad a. 840.* RATPERTVS de *Casibus Monasterii S. Galli c. VII.*

63) Eundem annum LXIV. habet NITHARDVS *c. l.* Quod si tamen ab anni 778. computemus, quo natus dicitur, anni saltim LXII. erunt.

64) AVTOR VITAE LVDOVICI, NITHARDVS *c. l.* ANNALES FVLDENSES ad a. 839. *Imperator vero illis diebus morbo correptus ægrotare cæpit, & per Mœnum fluuium nauigio ad Franconofurt, inde post dies paucos in insulam quandam Rheni fluminis prope Ingilenheim delatus, morbo inualescente XII. Kal. Iul. diem vltimum clausit, corpusque eius Metis ciuitatem perlatum in Basilica sancti Arnulfi confessoris honorifice sepultum est.* ANNALISTA SAXO *ad a. 840.* Epitaphium ipsius quod Metis adhuc videre licet, exhibet PITHOEVS Annalibus *p. 427.* Aliud BALVTZIVS *Tom. II. Capit. p. 1565.*

65) ANNALES FVLDENSES ad a. 874. *Cum Hludouicus orationi vacaret, vidit quadam nocte in somniis genitorem suum, Hludouicum Imperatorem, in angustiis constitutum, qui eum hoc modo latino affatus est sermone: Adiuro te per Dominum nostrum, Iesum Christum, vt me eripias ab his tormentis, in quibus detineor, vt tandem aliquando vitam possim habere æternam. Hac ergo visione perterritus, epistolas per cuncta regni sui monasteria destinauit, obnixe postulans, vt animæ, in tormentis positæ, suis apud Dominum precibus interuenirent.* SIGEBERTVS GEMBLACENSIS, ANNALISTA SAXO *ad a. 875.*

66) HINCMARVS in noui Regis institutione ad Ludouicum Balbum Tom. II. Opp. p. 180. *Qui cum Hlothario erant, immiserunt illum in hoc, vt fratres suos exhæredaret, & regni primores, qui cum illis erant, annullaret, quoniam ipse primogenitus & in nomine Imperatoris erat.*

67) THEGANVS c. XXI. *Ludouicus Imperator denominauit filium suum Lotharium, vt post obitum suum, omnia regna, quæ ei tradidit Deus per manus patris sui, susciperet, atque haberet nomen & Imperium patris, & ob hoc cæteri filii indignati sunt.* ANNALES FVLDENSES ad a. 840. *ferunt, Imperatorem morientem Hlutharium designasse, vt, post se Regni gubernacula susciperet, missis ei insignibus Regalibus, hoc est, sceptro Imperii & Corona. Quod fratres eius non consentientes contra eum insurgere parant.* ADEMARVS CABANNENSIS *Chron. p. 160.*

68) HINCMARVS de noui Regis instructione §. IV. *Mortuo Hludowico Imperatore, auo vestro, quidam de istius Regni primoribus euocauerunt Hlotharium & primores, qui cum illo erant, de Longobardia in istud Regnum.* ANNALES FVLDENSES *ad a. 839.*

69) NITHARDVS lib. II. pag. 446. *audiens Lotharius patrem suum obiisse, confestim nuntios vbique, præsertim per totam Franciam mittit, qui se venturum in imperium, quod olim fuerat illi datum affirment: promittens vnicuique honores a patre concessos se concedere, & eosdem augere velle. Dubios quoque fidei sacramento firmari præcepit. Insuper autem iussit, vt quantocius possent, obuiam illi procederent. Nolentibus vero, capitale supplicium vt prædiceretur, indixit.* REGINO lib. II. ad a. 840. *Lotharius, Italiam egressus Imperium arripuit.* SIGEBERTVS GEMBLACENSIS ad a. 840. *Ludouicus Imperator moritur, & Lotharius solus Imperium vsurpans.*

70) NITHARDVS lib. II. ineunte: *Lotharius spe viribusque magnanimis effectus, quibus artibus vniuersum imperium liberius inuadere posset, deliberare cœpit. Lodhuwicum quoque quem itineri suo contiguum esse prospexit, & primum in illum manum mitteret, ratum duxit, & vt eundem viribus annullaret, operam omni virtute adiecit. Interea ad Karolum in Aquitaniam legatos callide dirigens mandat, erga illum, sicut pater statuerat, & sicut erga filiolum ex baptismate oportebat, beneuolum esse. Veruntamen*

pergebat, præsidium quod prope Wormatiam Rheno custodiendo reliquerat, fugabat, 71) & Rhenum transiens, Francofurtum iter dirigebat, dum vero Ludouicum in suburbiis Moguntinis cum manu valida Orientalium Francorum paratum inueniret, inter vtrosque conuenit, vt III. Idus Nouembris eodem loco rursus conuenirent, & ni concordia inire-tur, armis decernerent. 72) Ludouicus vero Orientales Francos, Alamannos, Saxones & Turingos sibi fidelitatis iure confirmat. 73)

§. XX. Lotharius, his ita omissis, Carolum sibi subigere contendit. Carolus missos, Nithardum & Adelgarium, ad Lotharium direxit, mandans & deprecans, vt memor sit sacramentorum, quæ inter se iurauerant, & seruet quæ inter illos pater statuerat: Insuper etiam fraterni filiolique conditionis meminerit, haberet sua sibi, & quod illi pater suo consensu concesserat, absque conflictu vllo habere permittat; promittens, si hoc faceret, fidelem se illi & subiectum fore velle, ita, vt primogenito fratri esse oporteret. Insuper etiam quidquid hactenus in illum deliquerat, pollicitus est se ex corde remittere, deprecatus, ne amplius suos sollicitet, ne regnum sibi a Deo commissum perturbet. Quæ quidem Lotharius simulans se benigne suscipere, legatos tantum salutationis causa redire permisit, ac per suos se responsurum de cæteris esse, respondit. Insuper etiam, quoniam ad ipsum legati se vertere noluerunt, honoribus quos pater illis dederat, eos priuauit. 74) Lotharius igitur, traiecta Mosa, ad Sequanam vsque processit, præmittens more solito, qui ad defectionem inter Sequanam & Ligerim degentes, partim minis, partim blanditiis subducerent. 75) Dum igitur Lotharius Carolo grauis esset, Pipinus etiam Caroli matrem Iuditham inuaderet, insuper Britanniæ minoris incolæ deficerent, 76) Carolus his conditionibus pacem cum Lothario conclusit, vt cederet ipsi Aquitania, Septimania, Prouincia, & decem Comitatus inter Ligerim & Sequanam, eo videlicet modo, vt his contentus interim inibi esset, donec Attiniaci VIII. Idus Maii conueniant, qui se quidem communi consensu vtrorumque vtilitatem præuidere ac statuere velle promisit. 77)

§. XXI. Dum igitur circa contigua Rheni loca præsidia poneret Ludouicus, & littus Orientale contra Occidentalium irruptionem defendere pararet, Hlotharius nuntii rumore permotus, omissa Caroli insecutione, reuersus, Ludouicum dolo vel vi superare tentabat, ideoque incoante mense Aprili 841. iuxta Wormatiam cum exercitu clam transiit Rhenum, & Ludouicum a quibusdam suis proditum, ac pene circumuentum, Boioariam redire coëgit: positisque custodibus partium illarum, quos sibi fideles esse arbitrabatur, denuo ad resistendum Carolo, qui iam tunc vltra Mosam castra ponere moliebatur, studia conuertit & vires. Dum hæc agerentur, Ludouico per nuntios Caroli ad auxilium vocato, & per Alemanniam iter facienti, Comites Lotharii ipsi in Rense occurrunt cum exercitu, ortoque prœlio, Adalbertus Comes & incentor discordiarum occiditur, & cum eo innumerabilis multitudo hominum prosternitur III. Idus Maii. 78) Ludouicus igitur hac congressione victor Rhenum transiens, Carolo fratri auxilium laturus, in Gallias pergit. Ludouicus & Carolus Lothario primum offerebant, quidquid in vniuerso exercitu, absque armis & equis habere videbantur. Ac si id nollet, cedebant illi vterque portionem regni, alter vsque Carbonarias, alter vero vsque Rhenum. Quod si renueret, vniuersam Franciam æqua lance diuiderent, & quidquid horum vellet, suæ ditionis esse. 79) Hoc vero renuente, cum conuenissent tres fratres in regione Antissiodorensi iuxta villam Fontanidicum Burgundiæ, & de partitione regni concordare non possent, 80) ferro decernendum, & Dei iudicio causam examinandam decreuerunt. Factumque est inter eos VII. Kal. Iulii 841. prœlium ingens, & tanta cædes ex vtraque parte, vt nunquam ætas præsens

tuntamen, vt nepoti suo filio Pippini, donec cum eo loqueretur, parceret, deprecatus est.

71) NITHARDVS lib. II. p. 447. *Et his ita compositis, ad vrbem Vangionum iter direxit. Eodem tempore Lodhuuicus pater exercitus inibi causa custodia reliquerat, & Saxonibus sollicitatis obuiam illis perrexerat. Quamobrem Lodharius paruo conflictu custodes fugere compulit.*

72) NITHARDVS lib. II. pag. 447. *Lotharius Rhenum cum vniuerso exercitu transiens, Francofurt iter direxit, quo insperate hinc Lodharius, hinc Lodhuuuicus confluunt, paceque sub nocte composita, alter inibi, alter vero quo Moin in Rehnum confluit, castra haud fraterno amore componunt. Cumque Lodhuuuicus viriliter resisteret, & Lodharius illum absque prælio sibi subigere diffideret, sperans Karolum facilius superari posse, ea pactione prælium diremit, vt III. Idus Nouemb. eodem loco rursum conueniant, &, ni concordia statutis interueniat, quid cuique debeatur, armis decernant.* ANNALES FVLDENSES ad a. 840. *Lothario in suburbanis Magontiacis cum exercitu venienti, frater eius, Hludowicus, cum manu valida orientalium Francorum partem regni ab Oriente Rheni defensurus occurrit, initoque pacto, & dilato in aliud tempus placito, Hlutharius contra Carlum Occidentem proficiscitur.*

73) Verba sunt ANNALIVM FVLDENSIVM *ad a. 840.* REGINO ad a. 841. *Ludouicus & Carolus indigne ferentes, quod regno paterno per omnia priuati essent, exercitum vndequaque contrahunt.*

74) Verba sunt NITHARDI *lib. II. p. 448.*

75) NITHARDVS *p. 449.*

76) NITHARDVS *c. l.*

77) NITHARDVS *p. 450.*

78) ANNALES FVLDENSES, ANNALISTA SAXO *ad a. 848.*

79) NITHARDVS *lib. II. p. 460.*

80) Verba sunt ANNALIVM FVLDENSIVM *ad a. 841.* NITHARDVS *integro libro II.* LAMBERTVS SCHAFNABVRGENSIS, MARIANVS SCOTVS, ANNALISTA SAXO aliique. CHRONICON LEMOVICENSE apud LABBEVM *Tom. I. pag. 333.* ad a. 840. refert. CHRONICON MASCIACENSE vero, SIGEBERTVS GEMBLACENSIS, ANNALES HILDESHEIMENSES, ALBERICVS ad a. 842. reiiciunt.

81) ADE-

præsens tantam stragem in gente Francorum antea factam meminerit. 81) In hoc prœlio primum Lotharius victor euadebat, superueniente vero Warino Duce cum Prouincialibus & Tholosanis, magna strage fuit deuictus. 82) De diuisione igitur fuit actum, per quam regnum Francorum nimium fuit attritum.

§. XXII. Lotharius iterum suis vndique collectis, Moguntiacum veniens, Saxones cum Lothario filio suo paruulo obuiam sibi Spiræ venire præcepit. Ipse autem Rhenum transiens, quasi Ludouicum fratrem suum ad exteras nationes fugaturus, infecto negotio redit Wormatiam, vbi celebratis filiæ suæ nuptiis, rursus contra Carolum in Gallias pergit, cum illo fœdus inire tentans, 83) sed ibi toto hyberno tempore inani labore consumpto, Aquisgranum reuertitur. 84) Saxones, cæterosque confines restaurandi prœlii gratia sibi conciliare studet, 85) hisce libertatem & idolorum cultum restituere promittens. 86) Verum facile compescuit socios grauiter puniens, 87) Ludouicus, hanc seditionem. Lotharius igitur inopinato fratrum aduentu territus, cessit, sublatisque cunctis ab Aquisgrani palatio tam sanctæ Mariæ, quam regalibus thesauris, per Catalaunos fugiens, apud Treges paschali solennitate peracta, Lugdunum petiit. 88) Hinc omnia conturbabat Nomineium, etiam Britannorum Ducem suo subdere dominatui, frustra tamen conabatur. 89) Normannos causa subsidii introducebat, partemque Christianorum illis subdebat, quibus, vt cæteros Christianos deprædarent, dabat licentiam. 90) Populum etiam diuersimode concitabat, atque in suas partes trahere allaborabat.

§. XXIII. Ludouicus vero, videns Lotharium in pristina pertinacia perdurantem, nec adhuc velle desistere victum, collecta Orientalium manu non modica, Rhenum transiit, ciuitates in Occidentali Rheni littore positas, quæ partibus Lotharii fauebant, in deditionem accepit, occurritque ei Carolus ad Argentoratum, vbi inuicem fœdus concludebant,

81) ADEMARI Chronicon: *Remanserunt tres filii eius, Lotharius Imperator Italiæ, Ludouicus Rex Germaniæ, Carolus Caluus Rex Franciæ & Burgundiæ; qui pro regno Aquitaniæ & Franciæ inter se discordantes, bellum committunt inter se in Fontanedico campo, qui est in Burgundia: Lotharius ex vna parte cum exercitu Italiæ, Carolus & Ludouicus ex altera cum Germanis & Francis & Aquitanis. Actum est hoc prælium anno secundo post mortem Ludouici patris eorum, id est, IↄCCCXLI. anno ab Incarnatione Domini, & innumera strage peracta victor extitit Lotharius: sed subito Warinus Dux cum Prouinciariis & Tholosanis superueniens, super Lotharium irruit, & ingrauatum est prælium fugatusque est & victus Lotharius.* CHRON. AQVITANICVM *ad a. 841.* apud LABBEVM Tom. I. p. 291. *Hlotharius Imperator cum Karolo & Hludowico, fratribus, certamen apud Fontaneum iniit, & per Warinum, Prouinciæ Ducem, superatus, fugam capessit, Francorum innumera strage peracta.* Male igitur CHRON. REG. S. PANTALEONIS *ad a. 841. qua de re apud Antissiodorensem pagum, in loco qui dicitur Fontaneth graue prælium inter eos ortum est, & magna strage pugnatum, & neutra parte est triumphatum.*

82) Testatur hoc inprimis REGINO ad a. 841. *Ludouicus & Carolus, indigne ferentes, quod regno paterno per omnia priuati essent, exercitum vndiquaque contrahunt, ac mox fratrem bello aggrediuntur, apud Fontaniacum, in qua pugna ita Francorum vires attenuatæ sunt, ac famosa virtus infirmata, vt non modo non ad amplificandos Regni terminos, verumetiam nec ad proprios tuendos in posterum sufficerent.* Idem testatur HVGO FLAVINIACENSIS Chronico ad a. 841. *dum ergo quisque sibi consuluit, & ne alter sibi præferatur, cauet, vnitum Francorum regnum fæda sectione sciderunt, & exteris nationibus occasionem rebellandi contulerunt. Ingruentibus enim Normannis, Dacis, & Brittonibus fiunt Christianorum strages, depradationes, vastationes, incensiones.* ANNALES METENSES *ad a. 841.*

83) NITHARDVS lib. III. p. 468. *Cumque hæc ita haberent, cernens Lotharius transitum inibi vndique sibi prohibitum, eo tenore cum Carolo pacem inire se velle mandauit, vt fædus quod Karolus cum fratre suo Lodhuuico sacramentis firmauerat, omisisset. Et ille contra fædus, quod cum Pippino nepote suo similiter sacramentis firmauerat, omitteret, & haberet Karolus a Sequana partem Occiduam vsque Prouinciam & Septimaniam, essentque quasi pace perpetua fæderati. Re autem vera sese vtrosque facilius decipere posse putabat, omneque imperium hac arte inuadere posse sperabat. At Karolus respondit, se fædus, quod cum patre suo necessitate coactus inierat, minime violare velle.*

84) Verba sunt ANNALIVM FVLDENSIVM *ad a. 841.* Concordant ANNALES BERTINIANI *ad a. 841.*

85) ANNALES BERTINIANI *ad a. 841.*

86) NITHARDVS lib. II. p. 479. *his ita se habentibus, cernens Lodharius, quod post victoriam fratrum populus qui cum illo fuerat, deficere vellet, variis necessitatibus astrictus, quocunque & quomodocumque poterat subsidium quærebat. Hinc rempublicam in propriis vsibus tribuebat, hinc quibusdam libertatem dabat, quibusdam autem post victoriam se daturum promittebat. Hinc etiam in Saxoniam misit, Frilingis, Lazzibusque, quorum infinita multitudo est, promittens, si secum sentirent, vt legem, quam antecessores sui tempore quo idolorum cultores erant, habuerant, eandem illis deinceps habendam concederet. Quæ supra modum cupidi, nouum sibi, id est Stellinga imposuerunt, & in vnum conglobati, dominis e regno pene pulsis, more antiquo, qua quisque volebat, lege viuebat.* ANNALES BERTINIANI ad a. 841. *Lotharius Saxones sibi conciliare studet, in tantum, vt illis, qui Sterlinga adpellantur quorum multiplicior numerus in eorum gente habetur, optionem cuiuscunque legis, vel antiquorum Saxonum consuetudinis vtram eorum mallent, concesseris. Qui semper ad mala procliues, magis ritum paganorum imitari, quam Christianæ fidei sacramenta tenere delegerunt.* Foedus igitur Saxones in se composuisse, Stellinga dictum, exinde patet.

87) ANNALES BERTINIANI ad a. 842. *Hludowicus peragrata omni Saxonia, cunctos catenus sibi obsistentes sui terrore ita perdomuit, vt comprehensis omnibus auctoribus tantæ impietatis, qui & Christianam fidem pene reliquerunt, & sibi suisque fidelibus tantopere obstiterunt, CXL. capitis amputatione plecteret, XIV. patibulo perderet, innumeros membrorum præcisione debiles redderet, nullumque sibi hactenus refragantem relinqueret.* ANNALES FVLDENSES *ad a. 842.*

88) ANNALES BERTINIANI *ad a. 842.*

89) NITHARDVS *lib. III. p. 470.*

90) NITHARDVS *p. 471.*

91) NIT-

debant, quod iurato, Ludouicus quidem Romana, Carolus Theodisca lingua confirmarunt. 91) Vnde pari intentione pergentes, Lotharium in villa Sentiaca morantem & a suis desertum, in quibus non parum confidebat, XVII. Kal. Aprilis fugere compellunt. Putantes autem eum, vt fama vulgabat, rebus desperatis Italiam petere, Aquisgranum petebant, & constitutis ab vtraque parte duodecim arbitris, 92) partem regni quam habuit, eatenus inter se dispertiuntur. Lotharius vero collecto fido satis exercitu, apud Madasconam Galliæ vrbem consedit. Hunc consecuti fratres sui cum iam vidissent proniorem ad faciendam cum eis pacem, fœdus inire maluerunt, quam diutius contentionibus deseruire, maxime, dum viderent exteras nationes propter hasce factiones Galliis inhiare, 93) ea tamen conditione, vt e partibus singulorum XL. ex primoribus electi in vnum conuenientes, regnum æqualiter describerent, quo facilius postmodum inter eos pars sorte diuideretur. Hi in Confluentis castello conuenientes, de regni partitione concordare non poterant, dilato in aliud tempus placito. 94) Descripto regno a primoribus & in tres partes diuiso, apud Virodunum Galliæ ciuitatem, tres Reges mense Augusto 843. conuenientes, regnum inter se dispertiuntur: & Lotharius quidem præter Imperialem dignitatem, vtramque Italiam, Romanam & Longobardicam, Lotharingiam & Burgundiam fuit adeptus, Ludouicus Orientalium partem, siue Germaniam, vna cum nonnullis Ciuitatibus cum adiacentibus pagis trans Rhenum, tractu scilicet Spirensi, Wormatiensi & Moguntino ob vini copiam, Carolus Occidentalem siue Galliam. 95) Demum a. 847. & iterum,

91) NITHARDVS lib. III. p. 471. *Ergo XVI. Kal. Martii Lodhuuicus & Carolus in ciuitate quæ olim Argentaria vocabatur, nunc autem Strazburg vulgo dicitur; conuenerunt, & sacramento quæ subter notata sunt, Lodhuuicus Romana, Karolus vero Teudisca lingua iurauerunt. Ac sic ante sacramenta circumfusam plebem alter Teudisca alter Romana lingua alloquuti sunt. Lodhuuicus autem quia maior natu, prior exorsus sic cœpit. Quotiens Lodharius me & hunc fratrem meum post obitum patris nostri insectando vsque ad internecionem delere conatus sit, nostis. Cum autem nec fraternitas, nec Christianitas, nec quodlibet ingenium, salua iustitia vt pax inter nos esset, adiuuare posset, tandem coacti rem ad iudicium omnipotentis Dei detulimus, vt suo nutu quid cuique deberetur, contenti essemus. In quo nos, sicut nostis, per misericordiam Dei victores extitimus. Is autem victus vna cum suis quo voluit, secessit. Hinc vero fraterno amore correpti, nec non & super populum Christianum compassi, persequi atque delere illos noluimus, sed hactenus, sicut & antea, vt saltem deinde cuique sua iustitia cederetur, mandauimus. At ille posthac non contentus iudicio diuino, sed hostili manu iterum & me & hunc fratrem meum persequi non cessat. Insuper & populum nostrum incendiis, rapinis, cædibusque deuastat. Quamobrem nunc necessitate coacti conuenimus. Et quoniam vos de nostra stabili fide ac firma fraternitate dubitare credimus, hoc sacramentum inter nos in conspectu vestro iurare decreuimus. Non qualibet iniqua cupiditate illecti hoc agimus, sed vt certiores, si Deus nobis vestro adiutorio quietem dederit, de communi profectu simus. Si autem quod absit, sacramentum, quod fratri meo iura præsumpsero vero, violare ab subditione mea, nec non & a iuramento quod mihi iurastis, vnumquemque vestrum absoluo. Cumque Karolus hæc eadem verba Romana lingua perorasset, Lodhuuicus quoniam maior natu erat, prior hæc deinde se seruaturum testatus est.* Sequitur dein ipsum sacramentum, quod singulari Commentario illustrauit MARQVARDVS FREHERVS, quod ex du CHESNE *Tom. II. p. 381.* ANNALIBVS FVLDENSIBVS subieci. ANNALES BERTINIANI ad a. 842. *Hludowicus & Carolus, quo sibi firmius populos vtrique subditos necterent, sacramento sese alterutro deuinxerunt. Fideles quoque populi partis vtriusque pari se iuramento constrinxerunt; vter eorumdem fratrum aduersus alterum sinistri quidpiam moliretur, relicto prorsus auctore dissidii omnes sese ad seruatorem fraternitatis amicitiæque conuerterent.*

92) NITHARDVS lib. IV. ineunte: *vsque Lodwicus & Karolus Lodharium a regno suo abisse certis indiciis cognouere, Aquis palatium, quod tunc sedes prima Franciæ erat, petentes, sequenti vero die quid consultius de populo ac regno a fratre relicto agendum videretur, deliberaturi.* Et paullo post: *hinc autem vterque illorum duodecim a suis ad hoc opus elegit, quorum vnus extiti, & sicut illis congruum, vt inter illos hoc regnum diuideretur, visum est, contenti sunt. In qua diuisione non tantum fertilitas aut æqua portio regni, quantum affinitas & congruentia cuiusque aptata est.*

93) Hanc rationem adfert HVGO FLAVINIACENSIS *Chron. Verdun. ad a. 841. dum ergo quisque sibi consulit & ne alter sibi præferatur, cauet, vnitum Francorum regnum fœda sectione sciderunt, & exteris nationibus occasionem rebellandi contulerunt. Ingruentibus enim Normannis, Dacis & Brittonibus fiunt Christianorum strages, deprædationes, vastationes, incensiones. Hac de causa pacificantur inter se Reges, & quia armis non possunt, pecunia se redimunt.*

94) ANNALES FVLDENSES *ad a. 842.* Conueniunt ANNALES BERTINIANI, METENSES, REGINO, MARIANVS SCOTVS, HERMANNVS CONTRACTVS, SIGEBERTVS GEMBLACENSIS, ALBERICVS *ad a. 842.* NITHARDVS *lib. III.*

95) WITTICHINDVS *lib. I. p. 637.* ANNALES BERTINIANI ad a. 843. *Carolus ad condictum fratribus obuians, penes Virodunum coniungitur, vbi distributis portionibus, Hludouicus vltra Rhenum omnia, citra vero Nemetum, Vangium, & Maguntiam, Ciuitates, Pagosque sortitus est. Lotharius, inter Rhenum & Scaldem, in Mare decurrentem & rursus, per Cameracensem, Hainnaum, Loemsem Castritium, & eos Comitatus, qui Mosæ citra contigui habentur, vsque ad Ararem Rodano influentem, & per deflexum Rodani in mare, cum Comitatibus sibi vtrimque adhærentibus. Cetera vsque ad Hispaniam Carolo cesserunt. Factisque sacramentis, tandem altrinsecus est discessum.* Adsentitur REGINO ad a. 842. *tres supra dicti fratres Imperium Francorum inter se diuiserunt, & Carolo Occidentalia regna cesserunt, a Britannico Oceano vsque ad Mosam fluuium, Ludouico vero Orientalia, scilicet omnis Germania vsque Rheni fluenta, & nonnullæ Ciuitates cum adiacentibus Pagis, trans Rhenum, propter vini copiam. Porro Lotharius, qui & maior natu erat, & Imperator appellabatur, medius inter vtrosque incedens, Regnum sortitus est, quod hactenus ex eius vocabulo, Lotharingia nuncupatur, totamque Prouinciam, nec non omnia Regna Italiæ, cum ipsa Romana vrbe.* Concordant ANNALES FVLDENSES, METENSES, CHRONICON HILDESHEIMENSE, LAMBERTVS SCHAFNABVRGENSIS, HERMANNVS CONTRACTVS *ad a. 843.* ANNALISTA SAXO

rum a. 851. apud Marsnam denuo conueniebant, Procerum suorum consilio atque consensu amnestiam & mutuum fœdus inter se constituebant, idemque propriorum nominum monogrammatibus confirmabant. 96)

§. XXIV. In ista diuisione Regni Francici autem hoc potissimum obseruare licet, quod in eadem, prout in aliis quoque fuit factum, Imperatoria dignitas vna cum vtraque Italia, Romana & Langobardica primogenito obuenit. Deinde, quod iuramento fuerit confirmata. Tertio, quod tres isti fratres dignitate & potestate facti fuerunt pares, & quod vltimo demum considerandum, quod Germania isto tempore a regno Francorum separatas acceperit rationes, separatum Ius publicum, cum hucusque a Francorum pependerit Imperio, 97) vt exinde primus terminus Iuris Publici Regni Germanici suo merito sit reputandus.

SAXO *ad a. 842.* SIGEBERTVS GEMBLACENSIS *ad a. 844.* NITHARDVS *lib. IV.* OTTO FRISINGENSIS V. *c. XXXV.* CAROLVS le COINTE *Annalibus Franc. ad a. 843. n. 12. sqq.* Hinc male admodum LEO OSTIENSIS Chronic. Cassinensi I. c. XXXIII. *ab hoc Lothario, regnum Francorum diuisum est, & ipse quidem Aquensem, & Italicum, Ludouicus vero frater eius, Baioariam: Carolus autem, ex alia Matre genitus, Aquitaniam obtinuit.* Dum Lotharius quidem talem diuisionem præoptaret, armis tamen ad hanc, quam diximus ineundam adactus.

96) Verba sunt AVTORIS ANNALIVM BERTINIANORVM *ad a. 851.* qui etiam decreta huius Conuentus Marsnensis inseruit. Primi Conuentus decretum inseruit BALVZIVS *Tom. II. p. 42.* alterius *p. 46.*

97) Latius illud demonstrauit CONRINGIVS *de Germanorum Imperio Romano c. IX. §. 9. & 10.* SCHVRTZFLEISCH *de diuisione Imperii Carolini §. 35.*

SECTIO TERTIA
DE
LOTHARIO.

§. I. Lotharii mores. §. II. Lotharii vxor & liberi. §. III. Gesta, antequam fieret Imperator. §. IV. Exercitium Iuris in Papam. §. V. Diuisio inter liberos, & secessio in monasterium Prumiense.

§. I.

AD singulos nunc progredimur, inter quos primum locum occupat LOTHARIVS Imperator, qui circa annum 795. natus. 1) Ingenium ipsi tribuitur & scientiæ cupidine flagrans, & inuestigandi perspicacia luculentum. 2) Pietatis eiusdem studium vel maxime commendat SERVATVS LVPVS, 3) cum tamen ex antedictis ipsius impietas erga patrem, atque dominandi cupido satis elucescat.

§. II. Viuo adhuc patre a. 821. habito conuentu apud Theodonis villam 4) in coniugium accepit Irmengardim, filiam Hugonis Comitis, 5) ex qua genuit Ludouicum II. ipsius in Imperio successorem, Lotharium Regem Austrasiæ, & Carolum Regem Burgundiæ, & duas filias, quarum vna a Giselberto rapta, in Aquitaniam fuit deducta, 6) altera Belletrudis Berengario Comiti nupta, cui Lotharius iunior prædia a genitore relicta auferebat. 7) Irmengarda a. 855. defuncta, 8) duas sibi ancillas ex villa Regia copulauit, ex quarum altera, Doda vocabulo, filium genuit, quem Carolomannum vocari iussit. 9)

§. III. Pri-

1) Hoc satis demonstrauit CHRIST. BROWERVS *Ann. Treuir. lib. VIII. n. CXVII.* ANT. PAGI *Crit. Baron. ad a. 855. n. XII. p. 631.*

2) Verba sunt RABANI MAVRI *de anima.*

3) Ep. CVIII. *quanquam inter administrationem terreni regni de cælestis acquisitione vos cogitare magnam spem vestræ salutis tribuat his qui sincere vos diligunt, quod sempiternum præmium bonis operibus comparatis, tamen hoc eos maxime lætificat, vt absque fuco adulationis, quod sentimus, simpliciter eloquamur, quod potestatem culminis vestri gratissima Deo & hominibus pietate ornatis.*

4) ANNALES LAVRISHAMENSES ad a. 821. *medio mense Octobri conuentus generalis apud Theodonis villam magna populi Francorum frequentia celebratur, in quo Lotharius Irmingardim, Hugonis Comitis filiam, solemni more duxit vxorem.* PASCHASIVS RATBERTVS *vita Walæ lib. II. c. XXIV.* ipsam tanquam iam & virtutum plenam laudat.

5) THEGANVS c. XXVIII. *sequenti anno habuit palatium suum generale, & ibi Lotharius filius suus primogenitus ex regina suscepit in coniugium filiam Hugonis Comitis, qui erat de stirpe cuiusdam Ducis nomine Edith, qui erat timidus super omnes homines.* Concordant ANNALISTA SAXO *ad a. 814.* CHRON. REG. S. PANTALEONIS *ad a. 820.* AVTOR VITAE LVDOVICI *p. 376.* NITHARDVS *lib. I. p. 436.*

6) ANNALES FVLDENSES ad a. 846. *Gisalbertus, vasallus Karoli, filiam Hlutharii Imperatoris rapuit, & in Aquitaniam profectus, in coniugem accepit.* ad a. 847. *Hludowicus Hluthariuim & Karlum ita, vt voluit, pacificare non potuit, renuente Hluthario propter iniuriam sibi a Gisberto, vasallo Karli, in raptu filiæ suæ factam.* Nihilominus postea gratiam inuenit raptor, prout ex epistola NICOLAI I. ad Carolum Caluum patet, apud IACOBVM SIRMONDVM *Tom. III. Concil. Galliæ p. 213.*

7) Prout NICOLAVS I. Papa in epistola ad Carolum Caluum, apud SIRMONDVM *Concil. Galliæ Tom. III. p. 330.* conqueritur.

8) ANNALISTA SAXO ad a. 851. *obiit Irmingardis Regina filia Hugonis Comitis, coniux Lotharii Imperatoris, Venerabilis & Deo acceptabilis matrona, quæ tres filios Lothario genuerat, Lodouicum, Lotharium & Karolum.* ANNALES LAVRISHAMENSES *ad a. 851.*

9) Verba sunt ANNALIVM BERTINIANORVM *ad a. 851.*

10) AV-

§. III. Primum quidem a patre constitutus fuit Rex Bauariæ, 10) postea a. 817. consors Imperii factus, 11) a. 823. a Paschali I. coronatus fuit in Imp. atque Augustum. 12) Hinc a. 824. a Ludouico patre Romam iterum fuit missus ad iustitias faciendas. 13) A. 828. cum exercitu ad Marcam Hispanicam fuit missus, inde in Italiam profectus, atque artibus Bernhardi, remotus a potestate. 14) Ex quo variæ suboriebantur turbæ & bella intestina, de quibus superius iamdum fuit dictum.

§. IV. Post pactum Virodunense, primum erat, quod iura Imperatoria in vrbem & Papam Romanum exercuerit. Defuncto enim Gregorio IV. a. 844. duo eligebantur in schismate: Sergius & Iohannes Diaconus, ille quoque inconsulto Lothario consecrabatur. Hinc Ludouicum filium suum, vna cum Drogone, Metensis Ecclesiæ Episcopo, aliisque & magno exercitu Romam direxit, qui per vrbes & agros magnam cædem fecerunt. Postquam Romam venerunt, magnifice a Sergio exceptus fuit Ludouicus, idque egit, ne deinceps decedente Papa, quisquam illic, præter Imp. iussionem, missorumque ipsius præsentiam, ordinetur Antistes. Tunc etiam pontifex Ludouicum oleo sancto perungens, regali ac pretiosissima coronauit corona, regemque Longobardis præfecit. 15) Exorta quoque sub Leone IV. Papa quorundam Romanorum rebellione, iudicium non solum in rebelles exercuit, sed etiam vrbis Principatum ac dominatum magis adhuc adseruit. 16)

§. V. Dum autem vitæ magis clericali aptus esset quam regimini, tandem a. 855. diuisionem fecit inter liberos, ita vt filio natu maiori Ludouico Italiam cum dignitate Imperatoris, 17) Lothario qui secundus erat, Austrasiæ regnum, quod de ipso adpellatum fuit Lotha-

10) AVCTOR VITAE p. 362. *Ludouicus duorum suorum filiorum Lotharium in Baioariam, Pipinum vero in Aquitaniam misit.* ANNALES HILDESHEIMENSES pag. 714. *Hludowicus Imperator suum placitum cum Francis in Saxonia ad Phaderobrunnem habuit, & illuc venit filius eius, Hlotharius, Rex Baioariorum.* ADLZREITER *Ann. Boi. p. I. lib. IX. n. 17.* ANDR. BRVNNER *Ann. Boiic. lib. I. n. 4.*

11) *Sectione superiori §. VIII.*

12) *cit. loc.*

13) ANN. FVLDENSES & LAVRISHAMENSES *ad a. 824.* AVCTOR VITAE *p. 388.*

14) PASCHASIVS RATBERTVS *Vita Wala* lib. II. c. X. *Honorius* (Lotharius) *qui erat longe diu consors a patre, & ab omnibus procreatus Imperator, remouetur a potestate, repellitur a consortio, sacramenta vniuersorum, quæ facta illi fuerant, auctoritate paterna violantur.*

15) ANNALES BERTINIANI ad a. 844. *Gregorius Romanæ Ecclesiæ Pontifex decessit. Cui Sergius succedens in eadem sede substituitur. Quo in sede Apostolica ordinato, Lotharius filium suum Hludouuicum Romam cum Drogone Mediomatricorum Episcopo dirigit, acturus ne deinceps decedente Apostolico quisquam illic præter sui iussionem, Missorumque suorum præsentiam ordinetur Antistes. Qui Romam venientes, honorifice suscepti sunt. Peractoque negotio, Hludouuicum Pontifex Romanus vnctione in Regem consecratum cingulo decorauit.* Latius vero hæc exponit ANASTASIVS in vita Sergii p. 248. qui simul addit: *tunc demum in eadem Ecclesia sedentes pariter tam beatissimus Pontifex, quam magnus Rex & omnes Archiepiscopi: atque episcopi stantibus reliquis sacerdotibus, & Romanorum ac Francorum optimatibus fidelitatem Lothario magno Imperatori semper Augusto promiserunt.* Decretum hac de re extat apud GOLDASTVM *Constit. Tom. III. p. 269.* SIGEBERTVS GEMBLACENSIS, *ad a. 844.* Huic quidem contradicit BARONIVS *Annal. Eccles. Tom. X. n. V.* sed respondet MABILLONIVS *præf. ad p. II. Sec. Benedictini cap. vlt. n. 211.*

16) Integram historiam narrat ANASTASIVS *sub Leone IV.* p. 292. *huius vero temporibus quidam Daniel magister militum, iniquitatis ac stultitiæ mole vacatus, ad Serenissima Domni Ludouici Imperatoris vestigia properauit, eique multa falsa & inutilia verba, quæ credi nullo modo possunt, super Gratianum eminentissimum magistrum militum, & Romani Palatii egregium Superistam, ac Consiliarium dicere non dubitauit. Nam instanter eum accusabat ob falsitatis inuidiam, dicens Imperatori: Gratianus Romanæ Vrbis Superista, quem erga vos fidelem esse creditis, mihi soli in domo sua, nimium super Francos murmurans dixit secrete. Quia Franci nihil nobis boni faciunt, neque adiutorium præbent, sed magis quæ nostra sunt, violenter tollunt. Quare non aduocamus Græcos, & cum eis fœdus pacis componentes, Francorum Regem, & gentem de nostro regno, & dominatione expellimus. Quo audito, mox prædictus Imperator immenso furore accensus, sine literis etiam ad Romanum directis Pontificem, & senatum Romam venire velociter procurauit. Quem tamen venientem Domnus Leo honorifice sicut mos est, super gradus maiores beati Petri apostoli residens suscepit, & mellifluis prædicationis verbis placare cœpit. Quadam vero die ipse Imperator cum sanctissimo Leone Pontifice, omnibus Romanis proceribus pariter & optimis Francis in domo quam beatæ memoriæ Leo Tertius Papa iuxta ecclesiam beati Petri Apostoli secum sedentibus de prædicta accusatione placitum habuit. Tunc Daniel iniqua fronte armatus, falsaque cogitatione imbutus dixit coram omnibus. Iste Gratianus habuit mecum consilium, hanc Romanam terram de vestra tollere potestate, & Græcis tradere illam. Cui statim non solum Gratianus, verum etiam omnes Romani coram Imperatore dixerunt, mentiris, nullo modo est verum, quod dicis. Cognoscens autem Imperator, & omnis Romanorum Francorumque nobilitas, prædictum Danielem tale crimen per falsitatem, & inuidiam contra Gratianum dixisse, illico clementissimus Imperator, nolens contra instituta veterum Augustorum peragere Romanorum, eos secundum Romanam legem instituit iudicare. Quo iudicio ipse Daniel multorum verbis reprehensus, ore proprio manifestauit se falsum super eum dixisse. Ideo iam dicto Gratiano ante omnes est traditus, vt quicquid de eo facere vellet, potestatem haberet. Sed cum iam traditum Danielem Imperator a Gratiano multa & humili supplicatione poposcisset, Gratianus assensit, quem ille statim plenaria sibi reddita gratia libenter suscepit, & sic de moribus & periculo liberatus.*

17) ANNALES BERTINIANI, METENSES, FVLDENSES, HVGO FLAVINIACENSIS, REGINO, SIGEBERTVS GEMBLACENSIS, HERMANNVS CONTRACTVS, LAMBERTVS SCHAFNABVRGENSIS, CHRON. S. PANTALEONIS ADO VIENNENSIS, MARIANVS SCOTVS *ad a. 855.* CHRONOGRAPHVS SAXO, ALBERICVS ad a. 855. OTTO FRISING. *lib. VI. c. II.* Perperam vero hanc diuisionem adducit LEO OSTIENSIS lib. I. c. XXIX. dum ait: *per idem tempus*

Lotharingiæ, 18) Carolo natu minimo Burgundiæ seu Prouinciæ regnum concederet. 18) Licet inter Ludouicum Seniorem & Carolum iuniorem super hac diuisione orta fuerint dissidia 19) Inde morbo correptus, vitamque desperans, ob peccatum paternæ persecutionis 20) omnibus renuntians, quæ habuit, Prumiense Monasterium fuit ingressus, effectus ibidem Monachus 21) d. 29. Septembris 855. fuit defunctus. 22)

pus defuncto iam dicto Lothario, pentifarie regnum Francorum diuisum est. Nam vt supra diximus, Ludowicus & Carlus germani ipsius Baioariam & Aquitaniam regebant. Primogenitus vero filius eius Ludowicus nomine, & sortitus Italiam, secundus Lotharius potitus est Aquis. Tertius autem Carlitus Saxoniam obtinuit.

18) Communiter quidem a patre regni Lothariensis nomen ducitur. Sic enim REGINO ad a. 842. *porro Lotharius, qui & maior natu erat, & imperator appellabatur, medius inter vtrosque incedens regnum sortitus est, quod hactenus ex eius vocabulo Lotharingia nuncupatur.* Hæc verba repetit MARIANVS SCOTVS *ad a. 842.* SIGEBERTVS GEMBLACENSIS *ad a. 844.* ANNALISTA SAXO *ad a. 855.* HVGO FLAVINIACENSIS *Chron. p. 121.* & CHRON. REG. S. PANTALEONIS *ad a. 842.* CHRIST. BROWER *Ann. Treuir. p. I. lib. VIII. §. XCIII.* ANNALES METENSES *ad a. 855. aequiuoco vero suo, id est Lothario, regnum quod ex suo nomine vocatur, concessit.* NATALIS ALEXANDER *Tom. VI. Hist. Eccles. Sec. IX. c. VII. art. III. p. 186.* PAGI *Tom. III. Crit.* BARONII *ad a. 855. n. XIV. p. 691.* a iuniore Lothario nomen ducunt. Id quod etiam variis argumentis demonstrare conatur PETRVS de la LANDE *Supplem. Concil. Galliæ p. 177.* MABILLONIVS *lib. II. de Re Diplomatica c. III. § III.* quod etiam rectius videtur, ab vtroque.

19) ANNALES BERTINIANI *ad a. 856.* Ludouicus Imperator Italiæ, & Lotharius, frater eius -- cum Karli puero, germano suo, apud Vrbam conueniunt. Vbi adeo pro regni paterni portionibus dissident, vt pene armis inter se decernant.

20) ANNALES BERTINIANI ad a. 855. *Lotharius Imperator morbo correptus, vitamque desperans, monasterium adiit.* CHRON. ANDEGAVENSE apud LABBEVM *Tom. I. pag. 284. Hlotharius moritur, prius factus Monachus in monasterio Prumiæ ob peccatum persecutionis paternæ.* CHRON. MALLEACENSE *p. 197.* ADAMARVS *Cabannensis p. 162.*

21) REGINO *lib. II. ad a. 855.* p. 42. *Lotharius valedicens suis, mundum reliquit, atque in Prumiam monasterium veniens, comam capitis deposuit, habituque sanctæ conuersationis suscepto, in religionis professione diem clausit extremum III. Calendas Octobris.* ANNALES FVLDENSES, BERTINIANI, CHRONICON AQVITANICVM, HVGO FLAVINIACENSIS *ad a. 855.*

22) ANNALES BERTINIANI *ad a. 855.* Certant vero de mortis die Annales Francorum, dum, ANNALES FVLDENSES diem 26. Septembris, ANNALES BERTINIANI diem 28. Septembris, HVGO FLAVINIACENSIS *p. 121.* Kl. Octobris pro die emortuali statuat. CHRISTOPHORVS BROWERVS vero *Ann. Treuir. lib. VIII. n. CXVII.* ex Reginone & Lotharii epitaphio 29. Septembris supponit. Extat epitaphium ipsi a Rabano Mauro collocatum, apud eundem *loc. cit.* ito. ADLZREITER *p. I. Ann. Boic. lib. XI. n. XIII. pag. 248.* & MABILLONIVM *in elogio Marcwardi Prumiensis §. XII. p. 618. Sec. IV. Benedictino* quod tale est:

continet hic tumulus memorandi Cæsaris ossa
Hlotharii magni Principis atque pii.
Qui Francis, Italis, Romanis præfuit ipsis,
omnia sed spreuit, pauper & hinc abiit.
Nam bis tricenos, Monachum se attigit annos,
& se mutauit ac bene post obiit
III. Kal. Octobr.

Licet aliud Epitaphium reperiatur apud BARONIVM *Tom. X. Annal. ad a. 855.* Imaginem Lotharii throno insidentis exhibet BALVZIVS *Capit. Tom. II. pag. 1279.*

SECTIO QVARTA
DE
LVDOVICO II.

§. I. Ludouici II. gesta, antequam fieret Imp. §. II. Mores & negotia cum Papa. §. III. Pacta & negotia cum fratribus. Regnum Lothariense adquirit. §. IV. B. cum Normannis & Saracenis. §. V. Bellum cum Adalgiso Duce Beneuentano. §. VI. Controuersia ipsius cum Basilio Macedone. §. VII. Ludouici II. Mors & familia. §. VIII. Lotharius frater Rex Austrasiæ Thietbergam coniugem de adulterio inculpat. §. IX. ex sententia Episcoporum cum illa diuortium facit, eandemque in matrimonium detrudit. §. X. Aduentius Waldradam legitimam Lotharii esse vxorem contendit. §. XI. Thietberga desuper apud Nicolaum Papam conqueritur. §. XII. Nicolaus Papa mittit Arsenium, qui Lothario mandat, vt se a consortio Waldradæ abdicat, hancque Romam ire iubet. §. XIII. Nicolaus Papa Lotharium denuo monet de Thietberga recipienda. §. XIV. Lotharii gesta cum Adriano Papa super hoc diuortio, eius Mors & familia. §. XV. Historia Caroli R. Prouinciæ.

§. I.

SUccessit ipsi in Imperio Ludouicus II. filius natu maior. Huic Italiæ Regnum ab auo Ludouico Pio iamdum fuerat destinatum. 1) Hunc pater postquam ipsum Regem declarasset, 2) vna cum Drogone, Metensi Episcopo, in Italiam misit, vbi circa oras Bononiæ potissimum tyrannidem exercuit. 3) Eodem anno Romam perrexit atque a Sergio

1) ANNALES BERTINIANI ad a. 856. *Ludouicus, Rex Italiæ -- super portione regni paterni in Francia -- conqueritur Italiam largitate aui, Ludoici Imperatoris, se asserens assecutum.* Patet hoc etiam ex Epitaphio apud PETRVM PITHOEVM Annalibus p. 527.

Hic cubat æterni Hludouicus Cæsar honoris
Æquiparat cuius nulla Thalia decus,
Nam ne prima dies regno solioque vacaret,
Hesperia genito sceptra reliquit auus.

2) ADO VIENNENSIS æt. VI. Chron. p. 809. *non multo post Lotharius filium suum, quem in Italia Regem fecerat, vt Imperatoris nomen sortiretur, per Drogonem patruum Romam misit.*

3) ANASTASIVS *Vita Sergii* p. 249. *Lotharius Drogonem, Metensis Ecclesiæ Archiepiscopum, cum*

Sergio II. Papa cum honore fuit acceptus, oleo sancto perunctus, gladio regali accinctus, ac pretiosissima corona coronatus, 4) & tanquam Rex Longobardis præfectus, 5) licet & Papa & Romani ipsi Iuramentum fidelitatis denegarent, quod tamen Lothario Imp. præstabant. 6) Postquam Lotharius Imp. ipsum consortem Imperii declarasset, ipsum Romam mittebat, qui a Leone Papa honorifice fuit susceptus, atque in Imperatorem fuit vnctus. 7) Inde a. 850. & 851. Comitia Papiæ celebrauit, Capitula quædam de rebus secularibus statuit a Lothario Imp. confirmata. 8) Inde a. 855. patri in Imperio successit. 9) Verum tertiam partem saltim tertiæ partis Regni Francorum possedit. 10)

§. II. Laudatur iste potissimum a pietate, iustitia & ecclesiarum defensione. 11) Romæ summam potestatem & iudicia exercebat 12) etiam iura circa Papæ electionem 13) Maiorum suorum vocationes reuocare volebat, quod tamen ob reuerentiam Apostolorum dimisit. 14) Sergius II. tamen Papa valuas templi claudi iubebat, eundemque ab aditu templi reiiciebat, nisi prius se sincera mente venisse adsereret. 15) Francis etiam qui hospitalitatis caussa Romam introire volebant, portas claudi faciebat. 16) Hic frenum equi Nicolai I. suis manibus adprehendens, pedestri more, quantum sagittæ iactus extenditur, traxit 17) Concilia indicebat & Capitula deliberanda proponebat, 18) excommunicatus etiam in gremium Ecclesiæ recipi volebat. 19)

§. III. Hic

cum excellentissimo Hludowico filio suo magno, cum Francorum exercitu Romam direxit. Ipsi vero a quo in oras Bononiæ ciuitatis cum belligeris suis exercitibus sunt ingressi, tantas cædes, tantasque strages in populo peregerunt, vt qui per vrbes & agros tyrannica erant crudelitate perterriti, relictis propriis locis, per loca abdita se absconderent. FRODOARDVS *de Pontificibus p. 589.*

4) ANNALES BERTINIANI ad a. 844. *Hludowicum Pontifex Romanus vnctione in Regem consecratum cingulo decorauit.* ANASTASIVS Vita Sergii II. p. 251. *Almificus Pontifex manibus suis ipsum Hludouicum - - oleo sancto perungens, regali ac pretiosissima coronauit corona, Regemque Longobardis præfecit, cui regalem tribuens gladium illum subcingere iussit.* FRODOARDVS *de Pontificibus p. 589. 590.*

5) ANASTASIVS *cit. loc.* Male igitur ADO VIENNENSIS ipsum tunc Imperatorem fuisse factum innuit, dum *p. 809.* ita scribit: *Ludouico Sergius iam tunc Pontifex coronam imposuit, acclamante vniuerso populo: Imperator & Augustus est salutatus.* Adde HVGONEM FLAVINIACENSEM *p. I. Chron. p. 120.*

6) ANASTASIVS vita Sergii II. p. 251. *his ita peractis, e prædicto postulauerunt Pontifice, vt omnes primates Romani fidelitatem ipsi Ludowico Regi per sacramentum promitterent, quod prudentissimus Pontifex fieri nequaquam concessit, sed sic orsus est illis. Quia, si vultis Domno Lothario, magno Imperatori, hoc sacramentum vt faciant, solummodo consentio atque permitto. Nam Hludowico, eius filio, vt hoc peragatur, nec ego, nec omnis Romana nobilitas consentit.* Adde FRODOARDVM *p. 590.*

7) ANNALES BERTINIANI *ad a. 850.*

8) apud BALVZIVM *Capit. Tom. II. p. 345.* occurrunt *Capitula de rebus sæcularibus, quæ statuit piissimus Imperator Hludouicus, quæ gloriosi quoque genitoris eius, Hlotharii serenissimi Augusti, auctoritate firmata sunt.*

9) REGINO ad a. 855. *Ludouico Italiam tradidit, eumque Imperatorem adpellari fecit.* Hinc in ANNALIBVS BERTINIANIS *ad a. 855. saltim* dicitur *Imperator Italiæ & in* ANNALIBVS FVLDENSIBVS *ad a. 875.*

10) OTTO FRISINGENSIS lib. VI. Chron. c. I. *Vide ad quantum defectum Romanum Imperium deuenit, vt in tres partes Francorum Regno diuiso, tertiæ partis, tertia pars fuerit.* GOTTFRIDVS *Viterbiensis p. XVII. p. 317.*

11) REGINO ad a. 874. *Ludouicus Imperator qui Italiæ regnum regebat, moritur. Fuit vero iste princeps pius & misericors, iustitiæ deditus, simplicitate purus, ecclesiarum defensor, orphanorum & pupillorum pater, eleemosynarum largus largitor, seruorum Dei humilis seruitor, vt iustitia eius maneret in seculum seculi, & cornu eius exaltaretur in gratia.* Eadem verba habent ANNALES METENSES & CHRONOGRAPHVS SAXO *ad a. 874.* ANNALISTA SAXO *ad a. 875.*

12) ANNALES BERTINIANI ad a. 868. *Eleutherius filiam Adriani Papæ dolo decepit & rapuit, sibique coniunxit. Hadrianus Papa apud Imperatorem missus obtinuit, qui præfatum Eleutherium secundum leges Romanas iudicarent. Et isdem Eleutherius a missis Imperatoris occisus est.*

13) Proutpatet ex ANNALIBVS BERTINIANIS *ad a. 858. Nicolaus præsentia magis ac fauore Ludouici Regis, & Procerum eius quam Cleri electione substituitur.* ANASTASIO *vita Nicolai p. 307.* ANASTASII CONTINVATORE *in vita Adriani II. pag. 330.*

14) EVTROPIVS Presbyter apud GOLDASTVM Monarchia p. 9. *Ludouicus, quia magis Italiam habitare elegit, vicinior factus est Romæ, vbi & ampliore quadam vsus est potestate, habens Strenuos viros eius vrbis, scientes antiquam Imperatorum consuetudinem, & suggerentes Cæsari, vt reuocaret antiquam Impp. Donationem. Et nisi ob reuerentiam beatorum Apostolorum dimitteret, pro certo f. ceret.*

15) FRODOARDVS *in Carmine de Pontificibus sec. III. Benedictino p. II. p. 589.*

Valuas Papa iubet templique repagula claudi,
versus & ad Procerem (Regem) monitis ita fertur adortus
sincera si mente venis, si corde benigno
- - - -
hæc nostro tandem penetra sacra limina iussu.
Sin secus, haud nostra has pandet tibi cessio portas.

Adde ANASTASIVM *vita Sergii II. p. 25.*

16) ANASTASIVS *c. l. Pontifex a quibusdam audierat, quod* (Franci) *in hanc famosissimam vrbem hospitalitatis causa introire voluissent, sed munitis clausisque portis, vt fieret, minime concessit.*

17) ANASTASIVS *vita Nicolai I. p. 308.*

18) Tale erat Concilium Papiense ad a. 855. de quo BARONIVS *Tom. X. Annal. ad d. a. n. III.* SIGONIVM *lib. V. de R. Italiæ p. 118.* BALVTZIVM *Tom. II. Capit. p. 351.*

19) CAPITVLARE LVDOVICI de a. 867. Capit. XVII. p. 368. Tom. II. Balutzii. *Siquos culpatorum regia potestas aut in gratiam benignitatis receperit, aut mensa sua participes effecerit, hos etiam sacerdotum & populorum conuentus suscipere in Ecclesiastica communione debebit, vt quod principalis pietas recipit, nec a sacerdotibus Dei extraneum habeatur.*

20) AN-

§. III. Hic a. 860. cum patruis suis Ludouico Germanico & Carolo Caluo in Confluente Castello conuenientes, pacem inter se & fidelitatem mutuam singuli iuramento firmauerunt. 20) Eodem quoque anno suorum factione impetitur, & ipse contra eos ac contra Beneuentanos rapinis atque incendiis desæuit. 21) Mortuo a. 863. fratre suo Carolo, ipse in Prouinciam venit, & Regni Primores sibi conciliat. Lotharius vero tertius ex fratribus eodem pergit, & mediantibus proceribus, regnum illud cum Ludouico diuidit. 22) Mortuo vero hoc Lothario, Regnum Lothariense ipsi a Ludouico Germanico additum accepit, 23) ideoque a. 872. ab Adriano II. Papa iterum solenni ritu fuit coronatus. 24)

§. IV. Cum Normannorum Rege Hastingo siue Gurmundo, 25) qui Italiam inuadebat, Lunam vrbem atque a. 860. Pisas aliasque vrbes capiebat atque deuastabat, 26) Romam etiam frustra adpetebat, 27) bellum gessit. Saracenorum Princeps Seodan Capuam, 28) Neapolim aliasque vrbes occupabat atque deuastabat, Maielpotum, Wandelbertum, aliosque Proceres acie deuincebat, ipsis peremptis. 29) Facto igitur cum Græcis 30) & fratre Lothario 31) fœdere, cum Engelberga vxore Beneuentum pergebat, 32) Capuam recuperabat, apud Luceriam tamen primo certamine superatus, demum triumphalem victoriam adeptus, 33) Barim ipsorum sedem, post quadriennii obsidionem occupauit, 34) ipso Barbarorum Rege, Seodan cum omnibus suis capto, quos vniuersos gladio iussit truncari. 35) Postea Ludouicus Tarentum e vestigio obsideri iussit, 36) atque tria millia, dehinc nouem millia ferme Saracenorum apud Capuam interemit. Posthæc eo aduentante Capuam, Saraceni, cognito eius aduentu, relinquentes Principatum, Calabriam adeunt, eamque funditus depopulantur, atque conscensis nauibus ad sua reuertuntur. 37)

§. V. A. 871. Adalgisus, 38) Dux Beneuentanorum, Græcorum persuasionibus corruptus, aduersus Ludouicum Imp. rebellat, etiam duos Comites, qui contra Imp. insurgere

20) ANNALES FVLDENSES ad a. 860. *Sacramenti series huiusmodi fuit: a modo & quamdiu vixero, istum fratrem meum Karlum, & nepotes meos Ludouuicum & Lutharium atque Karlum, ad Dei voluntatem, & sanctæ Ecclesiæ statum & honorem atque defensionem, & ad nostram communem salutem & honorem, & ad populi Christiani nobis commissi saluamentum & pacem, & ad legis ac iustitiæ & rectæ rationis conseruationem, quantum mihi Dominus scire & posse donauerit, & ipsi me obaudierint, & a me ipsi quæsierint, vero consilio, & secundum quod mihi rationabiliter & salubriter possibile fuerit, sincero auxilio adiutor ero ad regnum illorum continendum, & nec in vita, nec in membris, neque in regno illorum eos forconsiliabo in hoc, vt ipsi erga me similem promissionem faciant & conseruent.* ANNALISTA SAXO *ad a. 859.* Reperitur eadem Pax in GOLDASTI *Constit. Imp. Tom. I. p. 14. Tom. II. pag. 25.* BALVZIVS Capitularibus *Tomo II. p. 138.* du CHESNE *Tom. II. p. 440.*

21) Vtrumque referunt ANNALES BERTINIANI ad a. 860. *Ludouicus, Karlus & Lotharius, Reges, Kal. Iunias apud castrum, quod Confluentes vocatur, conueniunt: ibique de pace inter se diu tractantes, tandem concordiam atque amicitiam ipsi per se iuramento firmant. Ludoicus Imperator Italiæ suorum factione impetitur, & ipse contra eos ac contra Beneuentanos rapinis atque incendiis desæuit.*

22) ANNALES BERTINIANI *ad a. 863.* LEO OSTIENSIS *Chron. Cassin. lib. I. c. XXX.*

23) ANNALES BERTINIANI ad a. 872. *Hludowicus, Rex Germaniæ, apud Trientem cum Ingelberga loquens, partem regni Lotharii, quam contra Carolum accepit, neglectis sacramentis inter eos pactis sine consensu ac conscientia hominum quondam Hlotharii, qui se illi commendauerant, clam reddidit.* Adde AIMOINVM *lib. V. c. XXVIII.*

24) AIMOINVS lib. V. c. XXVIII. *Ludouicus Imperator in vigilia Pentecostes Romam apud sanctum Petrum venit, & postridie coronatus ab Adriano Papa, vna cum eo ad Lateranense palatium cum pompa equitando coronatus perrexit.* Adgnoscit etiam BARONIVS *Tom. X. Annal. Ecclesiast. ad a. 871. n. XLIX.* Ludouicum ista coronatione declaratum fuisse Regem Francorum, legitimum Lotharii Regis, eius germani defuncti, successorem.

25) CHRON. INCERTI AVCTORIS apud du CHESNE *Script. Hist. Normann.* p. 32. *iste Alstagnus, vulgo Gurimundus, verso nomine solet nominari.*

26) CHRON. TVRONICVM apud du CHESNE *p. 25.* CHRON. INCERTI AVCTORIS *p. 32.* DVDO *Decanus S. Quintini lib. I. de Mor. & Actis Normannorum pag. 65.* GESTA NORMANNORVM *ad a. 860.*

27) DVDO c. l. *Daci Romam Dominam gentium volentes clam adipisci, Lunæ vrbem, quæ Luna dicitur, nauigio sunt congressi - - Gloriabatur Anstignus cum suis, ratus cepisse Romam, caput mundi Gratulatur, tenere se Monarchiam totius Imperii per vrbem, quam putabat Romam.* WILHEMVS GEMMETICENSIS *lib. I. Hist. Normann. c. IX. X. XI.* pag. 220.

28) LEO OSTIENSIS Chron. Cassinensi lib. I. c. XXXV. *nequissimus Saracenorum Rex, nomine Seodan, Barim egressus, venit Capuam, quam totam circumcirca deuastans, in campo Neapolitano tentoria fixit, plurimas cotidie interficiens, ac diuersas iniquitates exercens.* SIGONIVS *de R. Italiæ lib. V. p. 128.*

29) LEO OSTIENSIS *l. c.*

30) ANNALES BERTINIANI *ad a. 867.* AIMOINVS *lib. V. c. XXII.*

31) REGINO *ad a. 867.* CHRON. REG. S. PANTALEONIS *ad a. 868.*

32) ANNALES BERTINIANI *ad a. 866.* LEO OSTIENSIS *lib. I. c. XXXVI.*

33) LEO OSTIENSIS *l. c.*

34) Post anni obsidionem, vrbem saltim reliquit, prout ipse narrat in epistola ad Basilium apud BARONIVM Tom. X. Annalium ad a. 871. n. LXV. *cum diu demorante stolo (classe) fraternitatis tuæ & illius iam minime præstolaremur aduentum, & in anno ipso de obsidione Bari nihil omnino fieri putaremus, omnes ad sua redire permiseramus, his solum retentis, quos ad prohibitionem recipiendorum alimentorum sufficere credebamus.* ANNALES BERTINIANI ad a. 869. *Ludouicum Imperatorem ab obsidione Saracenorum discessisse.* LEO OSTIENSIS lib. I. c. XXXVI. *Ludowicus Barim contendens, quatuor illam annis obsedit.*

35) LEO OSTIENSIS *c. l.* ZONARAS *Annal. Tom. III. p. 111.*

36) LEO OSTIENSIS *c. l.*

37) Verba sunt LEONIS OSTIENSIS *c. l.*

38) Late hæc narrat REGINO *ad a. 871. 872.* ANNALES FVLDENSES *ad a. 871.* METENSES *ad a.*

surgere nitebantur, Beneuenti recepit. 39) Huius enim a persuasionibus plurimæ ciuitates Samnii, Campaniæ & Lucaniæ a Ludouico recedentes, Græcorum dominationi se subdiderunt. Quibus cognitis, Imp. Samnii caput Beneuentum adgreditur. Adalgisus vero timore perterritus, ad callida argumenta conuertitur, & Beneuento egressus, Imperatori se vltro offert, paratum se esse, & semper fuisse, ad eius obsequium profitetur: deinde muneribus regem sibi conciliat, & mox in pristinam gratiam recipitur. Imperator etiam Ciuitates, quæ defecerunt, statim in deditionem iterum accepit. Ast callide Adalgisus Imp. persuadet, vt exercitum dimitteret. 40) Dum vero Franci multa insolenter Beneuenti agerent aduersus Ludouicum secure agentem, protinus iterum insurrexit, & cum aliis Beneuentanis aduersus Imp. conspirauit, quoniam idem Imp. factione vxoris suæ eum in perpetuum exilium deducere disponebat. 41) Quo facto, ex improuiso Imp. adoritur, & cum prima vis esset repulsa, turrim in quam se receperat Imperator, flammis absumere destinauit, tandem vero Imp. iuramento adegit, ne vnquam posthac Beneuentum ingredetur, aut iniuriam hancce vlcisci pararet. 42) Ludouicus igitur Imp. a. 872. Romam venit, ibique conuentum celebrans, coram Iohanne VIII. summo pontifice, multa super Adalgisi tyrannide est conquestus. Tunc a Senatu Romanorum idem Adalgisus hostis reipublicæ declaratur, bellum etiam aduersus eum decernitur. Ioannes Papa Imperatorem a iuramento, quo se obligauerat, absoluit. 43) Ne tamen Imp. a suis periurus diceretur, nequaquam ipse contra tyrannum procedit, sed reginam cum exercitu dirigit. Adalgisus igitur metu perterritus, in Corsicam insulam aufugit. Verum, dum Græcos in auxilio haberet, quibus censum, quem Francis antea soluerat, 44) promittebat, quibus parem se Imp. minime iudicabat, interuentu Papæ cum Imp. iterum fuit conciliatus. 45)

§. VI. Circa eadem tempora controuersia ipsi mota fuit per Basilium, Macedonem Imp. Constantinopolitanum de Imperatoris titulo. Cum enim Hadrianus Pontifex legatos cum litteris Constantinopolim misisset, in iisdemque Ludouicum vocasset Imperatorem, Basilius nomen Imperatoris litura induci iussit: annoque insequenti cum ipso Ludouico per Legatos de omittenda illa appellatione contentionem suscepit. Ast singulari Epistola apologetica 46) ad Basilium a. 871. scripta, nomen suum & iura defendit Ludouicus.

§. VII. Interea Ludouicus a. 875. obiit, cuius corpus translatum, Mediolani in Basilica S. Ambrosii est sepultum. 47) Desponsatus ipse primum fuerat cum Imp. Constan-

ad a. 872. HERMANNVS CONTRACTVS *ad a. 871.* MARIANVS SCOTVS, SIGEBERTVS GEMBLACENSIS, CHRONOGRAPHVS SAXO, ALBERICVS *ad a. 873.* CHRON. REG. S. PANTALEONIS ad a. 872.

39) LEO OSTIENSIS lib. I. c. XXXVI. *duo quidam Comites nisi sunt in Imperatorem insurgere, quod cum cognouisset, persecutus est eos vsque Marsiam, vbi illi, non audentes consistere, fugerunt Beneuentum.* Adde SIGONIVM *lib. V. p. 130.*

40) REGINO *ad a. 871.* ANNALISTA SAXO *ad a. 872.*

41) LEO OSTIENSIS *c. l.* ANNALES BERTINIANI ad a. 871.

42) ANNALES BERTINIANI ad a. 871. *nam Adalgisus cum aliis Beneuentanis aduersus ipsum Imperatorem conspirauit, quoniam idem Imperator factione vxoris suæ eum in perpetuum exilium deducere disponebat. Et cum idem Adalgisus noctu super ipsum Imperatorem irruere disposuisset, isdem cum vxore sua, & cum eis quos secum habebat, quandam turrem valde altam munitissimam ascendit, & ibi per tres dies cum suis se def ndit. Tandem Episcopus ipsius ciuitatis obtinuit apud Beneuentanos, vt acceptis ab eodem Imperatore sacramentis, illum viuum & sanum abscedere permitterent. Iurauit autem ipse, & vxor eius, & filia eius, ac omnes sui quos secum habebat, quia nunquam vel nusquam pro eadem causa vllam vindictam aut per se, aut per quemcunque, de ipsa causa erga se perpetratis requireret, & nunquam cum hoste in Beneuentanam terram intraret.* ANNALES METENSES, REGINO *ad a. 871.* ANNALISTA SAXO, CHRON. REG. S. PANTALEONIS *ad a. 872.*

43) Memoratu digna sunt verba REGINONIS de hac absolutione ad a. 872. *Ioannes Papa Imperatorem iuramento, quo se obligauerat, authoritate Dei, & S. Petri absoluit, adfirmans, nihil obesse, quod, ob mortis periculum euadendum coactus fecerat, nec sacramentum esse dicendum, quod contra salutem Reipublicæ, quamuis cum multis execrationibus fuerit prolatum.* MARIANVS SCOTVS *at. VI. ad a. 837.* SIGONIVS *de Regno Italiæ lib. V. p. 131.* ANNALISTA SAXO CHRON. REG. S. PANTALEONIS *ad a. 873.*

44) AIMOINVS *lib. V. c. XXX.*

45) ANNALES BERTINIANI ad a. 873. *Ludouicus, quoniam aliter Adalgisum obtinere non poterat, mandauit Apostolico Ioanni, compatri Adalgisi, vt ad eum ad Campaniam veniret, & sibi Adalgisum reconciliaret. Volens ostentare, quod quasi intercedente beati Petri vicario ipsum Adalgisum reciperet. De quo iurauerat, quod numquam de illis partibus rediturus esset, antequam illum caperet, quam tenera virtute sua obtinere non posset.* Adde AIMOINVM cit. loc.

46) Hanc ex MS. Codice Historiæ Longobardorum Beneuentanorum Principum ab ERCHEMPERTO conscriptæ BARONIVS Cardinalis *Tom. IX. Annalium Ecclesiasticorum* primus edidit, ex quo eandem Tomo tertio Scriptorum Historiæ Francicæ inseruit ANDREAS du CHESNE *p. 555.* Ex quo argumenta hausit BOECLERVS *Historia seculi IX. pag. 129.* Adde ANASTASII CONTINVATOREM *in Vita Adriani II. p. 339.*

47) ANNALES METENSES *ad a. 874.* referunt. Sequuntur REGINO, MARIANVS SCOTVS, ALBERICVS, GOTFRIDVS VITERB. *p. XVII. Chron. 318.* OTTO FRISINGENSIS *lib. VI. cap. VI.* ANNALES vero FVLDENSES, HERMANNVS CONTRACTVS, LAMBERTVS SCHAFNABVRGENSIS, CHRONOGRAPHVS SAXO, MONACHVS HERVELDENSIS, ALBERTVS STADENSIS *ad a. 875.* reiiciunt. MABILLONIVS *lib. II. de Re Diplom. c. XXVII. §. 2.* ex Necrologio antiquo diem definit XIX. Cal. Septembr. BARONIVS *Tom. X. Annal. ad a. 875. n. I.* & PITHOEVS *Annal. Francorum p. 524.* ipsius referunt

stantinopolitani filia, cum qua tamen matrimonium non consummauit. 48) Deinde vxor ipsius erat Engelberga, 49) cum qua a. 856. matrimonium contraxit, 50) ex qua vnicam filiam 51) reliquit Ermengardam, Basilio Macedoni, Græcorum Imp. primum desponsatam, 52) post Bosoni Arelatensi regi nuptam. Engelberga vero post mariti mortem, monasterium S. Sixti Placentiæ fuit ingressa, in eodem facta monialis. 53) Dum filios non haberet, Carolomannum, Ludouici Germanici filium primogenitum instituit hæredem. 54)

§. VIII. Alter ex fratribus ipsius erat LOTHARIVS, qui Austrasiæ regnum, iam Lothariense dictum, fuit adeptus, in eodemque ope Ludouici Germanici, patrui sui confirmatus, 55) licet fratri suo Ludouico quantam regni sui portionem, eam videlicet, quæ vltra Iuram montem, attribueret. 56) Memoratu potissimum dignum est ipsius diuortium cum Thietberga 57) Bosonis filia, Hucberti Abbatis sorore, quam a. 856 duxerat in vxorem. 58) Hanc, licet ab initio plurimum dilexisse videatur, dum fratrem ipsius Hubertum plurimum euexerit, 59) amore tamen Waldradæ, Concubinæ ductus, de diuortio faciendo agitauit consilia. Hinc anno insequenti statim fuit abiecta, 60) nec tamen ad thorum admissa, sed custodiæ fuit tradita. Postmodum vero diuersa crimina ipsi imputabantur, incestus & Sodomia cum fratre germano, & insecutus abortus. 61) Dum vero omnia denegaret, iudicio Laicorum & consultu Episcoporum cum ipsius Regis consensu vicarius

ferunt Epitaphium, idemque TRISTANVS CALCVS *Hist. Mediolan. lib. IV. p. 177.* hoc epitaphium in Basilica Mediolanensi in tabula marmorea reperiri dicit.

48) ANNALES BERTINIANI ad a. 852. *Græci vero non minus contra Ludowicum filium Lotharii Regem Italiæ concitantur, propter filiam Imperatoris Constantinopolitani ab eo desponsatam, sed ad eius nuptias venire differentem.*

49) CONTIN. AIMOINI lib. V. c. XLI. *Carolus Angilbergam, Ludouici Italiæ Imperatoris, vxorem, quam in Alemanniam traduxerat, per Leudardum Versellensem, Ioanni Papæ, sicut petierat, Romam remisit.* Sic etiam ANNALES BERTINIANI ad a. 866. *Ludouicus Italiæ Imperator vna cum vxore sua Ingelberga in Beneuentum contra Saracenos mouit.* Idem dicit LEO OSTIENSIS *Chronico Cassinensi lib. I. c. XXXVI.*

50) Reperitur apud MABILLONIVM *Tom. I. Musei Italiæ p. I. p. 210.* diploma Ludouici, anno secundo Imperii datum, quo sponsæ suæ Angilbergæ dotalitium constituit.

51) ANNALES BERTINIANI ad a. 876. *Boso, postquam Imperator ab Italia in Franciam rediit, Berengarii Euerardi filii factione filiam Hludouici Imperatoris Hirmengardem, quæ apud eum morabatur, iniquo conludio in matrimonium sumpsit.* REGINO *ad a. 877.* MARIANVS SCOTVS *ad a. 876.* Hanc Græciæ Imperatori fuisse desponsatam, docet nos CONTINVATOR AIMOINI lib. V. c. XXXIX. *Boso, persuadente vxore sua, quæ nolle se viuere dicebat, si filia Imperatoris Italiæ, & desponsata Imperatori Græciæ, maritum suum Regem non faceret.* RAPHAEL VOLATERRANVS quidem *Comment. Vrbanis lib. III. p. 65.* ait: *Ludouicus II. viuente patre anno DCCCLVI. Romam profectus a Sergio Pont. diadema sumpsit: filios habuit Carolum & Ludouicum, qui Francis, Germanisque præfuerunt.* Sed, dum sæpe nomina confundantur, confundit etiam Volaterranus patruos Ludouici II. Ludouicum Germanicum & Carolum Caluum. In ANNALIBVS BERTINIANIS, *ad a. 871.* saltim mentio fit vxoris & filiæ Ludouici.

52) ANNALES BERTINIANI ad a. 869. *Basilius Patricium suum ad Bairum cum CCCC nauibus miserat, & Ludouico contra Sarracenos ferret suffragium, & filiam ipsius Ludouici a se desponsatam, de eodem Ludoico susciperet, & illi in coniugio sibi copulandam duceret. Sed quadam occasione interueniente displicuit Ludoico dare filiam suam Patricio.*

53) MABILLONIVS *l. c.* BARONIVS *Tom. X. Annal. Eccles. ad a. 875. n. VI.*

54) EVTROPIVS PRESBYTER Longobardus *de Iuribus ac priuilegiis Impp. in Imperio Romano apud* GOLDASTVM *Tom. I. Monarchiæ Imperii p. 10. Ludouico II. infirmante, & ad extremum propinquante, quia non habebat filium, voluit sibi succedere Carolum magnum* (Carolomannum) *ad suscipienda Imperialia sceptra - - Moritur Ludouicus - - Mittitur - - missus ab vxore Imperatoris, Engelberga, vel a suis primatibus ad Carolomannum, ostendens ei vota defuncti. Et quia longius erat, noluit tam cito venire, vt impedire posset iter Caroli Calui.*

55) ANNALES FVLDENSES ad a. 855. *Principes & Optimates regni filium Hlutharium super se regnare cupientes, ad Hludewicum, Regem orientalium Francorum, patruum eius, in Francofurt eum adducentes, cum consensu & fauore illius sibi regnare consentiunt.*

56) ANNALES BERTINIANI ad a. 859. *Lotharius fratri suo, Ludoico, Italorum Regi, quandam regni sui portionem attribuit, ea videlicet, quæ vltra Iuram montem habebat, Genuam, Lausannam & Sedunum ciuitates, cum Episcopatibus, Monasteriis & Comitatibus, præter hospitalem, quod est in monte Iouis, & Pipincensem Comitatum.*

57) AVCTOR ANONYMVS VITAE S. BEICOLI Lutrensis *c. VIII. p. 207. Tom. II. Actorum SS. mensis Ianuarii d. XVIII.* ipsam perperam vocat Beresindem.

58) REGINO *Anno DCCCLVI. Lotharius Rex Thietbergam Reginam sibi in matrimonium iunxit.* ANNALISTA SAXO *ad a. 856.* HVGO FLAVINIACENSIS *p. I. p. 121.* CHRON. SAXO *ad a. 856.*

59) REGINO *ad a. 859.* ANNALISTA SAXO *Lotharius Hucberto Abbati inter Iuram & montem Iouis* (Ducatum) *commisit, eo quod tunc fidelissimus putaretur, vtpote adfinitate coniunctus propter sororem Thietbergam.* Adde OTTONEM FRISINGENSEM *lib. VI. c. II.* & HVGON. FLAVINIACENSEM *cit. loc.* REGINO *ad a. 865.* atque ADVENTIVS in epistola apud BROWERVM *lib. VIII. Annal. Treuir. n. CXVIII.* ipsum vocant Acephalam, dum nullum adnosceret Episcopum. Secularis etiam erat, quare ALBERICO *ad a. 862.* dicitur Abbas & Dux. Clericus etiam coniugatus erat, prout docent ANNALES BERTINIANI *ad a. 862. 864.*

60) REGINO ad a. 864 *Lotharius rex cœpit occasionem quærere, qualiter Thietbergam reginam a suo consortio separare potuisset, quam exosam habebat propter Wadradam, quæ eius fuerat concubina, cum adhuc adolescens esset in domo paterna, hanc siquidem diabolo inflammante, nimio diligebat amore.* Sequitur ANNALISTA SAXO *ad a. 864.* ANNALES BERTINIANI *ad a. 857. Lotharius concubinis abutens, vxorem suam Reginam abiicit.* CHRON. S. PANTALEONIS *ad a. 864.*

61) HINCMARVS *in Epistola ad Reges & Episcopos Christianos, de diuortio Lotharii & Thietberga Tom. I. Opp. p. 568.* illud examinat, & maxime in-

vicarius Thietbergæ ad iudicium aquæ feruentis exiit, & postquam incoctus fuerat ipse repertus, eadem maritali thoro ac coniugio regio decreto, est iterum restituta. 62)

§. IX. Dum vero Lotharius postea exciperet, se falsum iudicium pro verifica examinatione suscepisse, 63) Thietbergam legaliter non fuisse iudicatam, nec indulgentia principalis sententiæ absolutam, quosdam Episcopos in suas partes trahere conabatur. Assensum facile præbuit Guntharius, Archiepiscopus Coloniensis, dum promitteret Lotharius, se eius neptem in matrimonium esse accepturum. Guntharius idem vt faceret, Thietgaudum Archiepiscopum Treuirensem, hominem simplicem persuasit. Tunc Lotharius quibusdam Episcopis, vtpote Gunthario Archiepiscopo Coloniensi, Theutgaudo, Archiepiscopo Treuirensi, Aduentio Metensi, Franconi, Leodiensi episcopis, vna cum Hegil, & Odelingo Abbatibus caussam commisit, qui in palatio Aquisgranensi conuenientes in veritatem inquirerent, coram quibus Thietberga omne secretum & factum dicitur fuisse confessa, 64) his verbis: *Ego Thietbrihe, quam feminei sexus imprudentia, & fragilitas fefellit humana, & conscientia delicti mordet, propter spem salutis animæ meæ, & propter fidelitatem erga seniorem meum, veram confessionem coram Deo & sanctis Angelis eius, ac venerabilibus Episcopis, siue nobilibus laicis, sic profiteor, quia germanus meus Hucbertus clericus me adulescentulam corrupit, & in meo corpore contra naturalem vsum fornicationem exercuit, & perpetrauit. Hoc testificor, teste mihi conscientia mea, non aliqua maliuola suggestione persuasa, neque violenta necessitate compulsa, sed simplice voluntate rei veritatem sicuti est professa. Sic me adiuuat Dominus, qui peccatores saluare venit, & peccata simpliciter ac veraciter confitentibus veram indulgentiam promisit, si nihil fingo, si rem propria voce pronuncio, & litterarum chirographo rem gestam confirmo: quia tolerabilius est mihi, imprudenti ac deceptæ feminæ, coram hominibus culpam simpliciter confiteri, quam ante tribunal Domini erubescere, atque æternum væ habere.* 65) Dum igitur habitum mutare & velum accipere vellet Thietberga, hoc ipsi, dum in confessione sua sæpius admonita permaneret, 66) ex sententia Episcoporum tunc congregatorum, fuit concessum, atque in Concilio Episcoporum medio Februarii a. 860. Aquis, decernentibus Ludouico Imp. Carolo & Lothario habito, 67) idem fuit confirmatum, ipsaque monasterio inclusa. 68) Dum autem fuga fuisset elapsa, 69) se ad hoc fuisse inductum, falsum contra se composuisse piaculum protulit. 70) Lotharius vero a. 862. tertium Concilium Aquisgranum indixit, in quo diuortium

me increpat, addens: *aiunt, enim primo capitulo, Vxor domni Regis Hlotharii primo quidem reputata est de stupro, quasi frater suus cum ea masculino concubitu inter femora, sicut solent masculi in masculos turpitudinem operari, scelus fuerit operatus, & inde ipsa conceperit, quapropter vt celaretur flagitium, potum bausit, & partum abortiuit.*

62) Verba sunt HINCMARI *p. 578.*

63) HINCMARVS p. 574. *vnde & falsum iudicium se sciente pro verifica examinatione suscepit & tolerauit.*

64) HINCMARVS p. 574. *proinde ne suspicio ista & nequissima fama de vxore regia diutius inexaminata aut improbata maneret, quatenus idem Dominus noster certior, securiorque effectus de hac causa, cum qua illi agenda erant, more regali liberius exsequerentur, conuenerunt iussu eiusdem principis, anno videlicet incarnationis Dominicæ DCCCLX. & regni eius V. indictione VIII. V. Idus Ianuarii Aquis palatio Guntharius summus Capellanus & Theotgaudus Archiepiscopi, Aduentius & Franco Episcopi, Hegil & Odelingus Abbates, siue alii fideles eius. Quibus omnia superius inserta referens, iubendo monuit præscriptos Episcopos atque Abbates, dirigens ad illam, vt de prædicta fama apud eam omnem rei veritatem perquirerent, sicuti & fecerunt. Nam ipsa confessa est eis, coram Deo & Angelis eius, omnia quæque in illa erant, omneque secretum iuxta exortam famam penitus apparuit illis, ipsique reuersi nuntiauerunt prædicto Regi, quod ad vxorem non liceret illi eam habere.*

65) apud HINCMARVM *p. 575.*

66) HINCMARVS p. 575. *Sed quamuis ista eius* (Thietbergæ) *confessio credibilis appareret, tamen ne forte pro aliqua deceptione, aut pro timore alicuius, sæpe dicta mulier mentiretur, denuo memoratum Regem alloquentes, magnis eum obtestationibus adstrinximus, vt nobis confiteretur, si eam suasione aut comminatione ad seipsam fallaciter criminandum compulisset. Econtra ipse cum maximis attestationibus nobis declarauit, solam rei veritatem illam confiteri se persuasisse, nec in ea causa industriose aliquid amplius egisse.* Et p. 574. *tunc præsentes Episcopi testantur: nos igitur rursus eandem mulierem, primum secreto, deinde coram laicis adiuimus, eamque cum adiuratione diuina monitis pluribus exhortati sumus, ne sibi vllo modo falsum crimen inferret, æternarum quoque pœnarum minis si hoc faceret, deterrere curauimus: iterumque de nostro consilio & auxilio, tuitione ac defensione contra omnes insidias vel violentias securum reddidimus, tantum vt nobis iam tunc fiducialiter confiteretur, vtrum persuasa, an compulsa ad seipsum criminandum fuisset. Ad hæc illa aspero intuitu nos redarguens, Putatis, inquit, vt me ipsam pro aliqua re in mundo ita perdere voluissem? Sicut enim confessa fui, sic confiteor, & sic confitebor.*

67) HINCMARVS p. 575. *Anno ab Incarnatione Domini DCCCLX. Indictione VIII. mediante Februario mense, decernentibus gloriosis Regibus Hludouico, Carolo atque Hlothario iuniore, in generali conuentu optimatum ex regno almi Hlotharii, actum est Concilium Episcoporum Aquisgrani palatio, Guntharii Aggrippinensis, Theotgaudi Treuerensis, Wenilonis Rotomagensis, Franconis Tungrensis, Hattonis Virdunensis, Hildegarii Metensis, Hilduini Auiniensis.*

68) ANNALES BERTINIANI *ad a. 860. Teutberga & pœnitentiæ continuo addicta est, atque in monasterium retrusa.*

69) Id quod Episcopi Aquisgrani congregati, Nicolao Papæ significant apud SIRMONDVM *Tom. III. Concil. Gall. p. 158. 159. nostra vnanimitas de vxore nostri Principis - - nihil aliud hactenus determinauit nisi quod perspecta suo confessionis libello, publice confitenti remedio pœnitentiæ subuenire decreuimus. Inter hæc illa fuga elapsa.*

70) NICOLAVS I. in Commonitorio Legatis dato, apud SIRMONDVM *p. 898. Theutberga - se à Rege, questa est, iniuste fuisse deiectam, & vi coactam, falsum contra se composuisse piaculum.*

71) Cani.

tium illud iterum confirmatur, Lothario facultas conceditur, aliud matrimonium ineundi. 71)

§. X. Ad Regis igitur causam tanto firmius corroborandam, Aduentius, oblato libello, longam texuit fabulam, qua probare conatur, Waldradam Lotharii pellicem, eidem iam a tenera ætate matrimonio fuisse iunctam, Theutbergam vero postea eidem invito a Lothario obtrusam: ac proinde non Theutbergam, sed Waldradam legitimam Lotharii esse vxorem. 72) Quare non expectato Papali iudicio, Waldradam antea concubinam coronat, eandemque coniugem declarat, & reginam. 73) Guntharii neptis æque ad Regem accersitur, ac semel, vt aiunt, ab eodem constupratur, atque cum cachinno omnium, ad auunculum remittitur. 74)

§. XI. Thietberga vero super hoc diuortio grauiter conquesta, Nicolai Papæ iudicium expetiit, 75) insontem se esse, 76) ab imputato crimine declarans. Hic, conuocato a. 866. Concilio Metim, Haganonem & Radualdum Portuensem misit, qui ipsius nomine præsiderent, atque caussam sedulo indagarent. Hi vero in Franciam venientes, pecunia corrupti, Regi potius fauebant, qui se nihil aliud fecisse profitebatur, quam quod Episcopi decreuissent. Dederant igitur Regi consilium, vt illos Episcopos, qui Synodo Aquisgranensi interfuerunt, ad Sedem Papalem destinaret, qui verbis ac scriptis Papæ satisfacerent. 77) Guntharius atque Thietgaudus etiam Romam pergebant, ea intentione, vt Regis innocentiam demonstrarent, & se cum cæteris Episcopis ecclesiastica exercuisse decreta demonstrarent. Verum, Papa, congregata synodo Lateranensi, 78) eorum scripta

71) Can. X. Concilii III. Aquisgranensis apud SIRMONDVM p. 191. *Glorioso principi nostro, -- cui non solum nos, verum etiam canonica auctoritas incestuosum coniugium interdicit, legitimum atque idoneum coniugium a Deo illi concessum non denegamus.* Licet OTTO FRISINGENSIS *Chron. lib. VII. c. III.* hæc in Concilio Metensi acta fuisse velit.

72) Extat Aduentii, Metensis Episcopi Relatio apud BROWERVM *Ann. Treuirensium lib. VIII. p. 415.* in qua: *fortissimus heros, & perpetuus Augustus, diuæ recordationis Hlotharius, inter alias de regno grauissimas deliberationes suas Hlothario filio sapienter in eo prospexit, quod Waldradam nobilem illi virginem tenero adhuc & imbecillo despondit, eius pudicitiam sartam tectam in posterum data fide præstans, dotemque gloriosissimo puerulo, centum omnino mansos, constituens. Quamdiu itaque Lothario seniori vita comes extitit in parentis munere, atque voluntate filius acquiescens, puella, quam dixi, potitus est, idque adeo non furtim, aut citra procerum regni conscientiam, sed palam in conspectu atque oculis omnium; id quod & pedagogi eius testentur; nec auunculus Leutfridus iret inficias. Porro ad meliora iam hinc profecto Lothario, in ipso adhuc paterni luctus squalore, atque inter occupationes ipsas funebres, affuit repente cum eiusdem consilii sodalibus suis Hubertus Acephala, sororem Theutbergam nouam Regi sponsam adducens, concilians que additis minis, si recusaret oblatam, ipsi regnoque pariter imminere discrimen. Atque ita quidem Rex, vt ipse testatur, eam inuitus ac nolens tum certe in thalamum recepit. Nec mora, discurrit totas vrbes fama, Theutbergam, fratris nefario ac incestu flagitio pollutam.* Verum, BROWERVS probe notauit, Aduentium saltim ex aliorum scripsisse relatione. Adde BARONIVM *ad a. 862. n. 29.* FRANCISCI LONGI a CORIOLANO *Summam Conciliorum p. 662.* Patet etiam ex Nicolai Commonitorio, quod Lotharius Waldradam se a patre accepisse, & sororem postmodum Huberti admisisse, professus fuerit, in quod diligenti inuestigatione inquirere iubet Nicolaus Papa apud IVONEM *p. VIII. cap. CCCXXXIV.* ex quo c. 4. C. 31. qu. 2.

73) ANNALES BERTINIANI ad a. 862. *Lotharius Waldradam concubinam, maleficis, vt ferebatur, artibus dementatus, & ipsius pellicis, pro qua vxorem suam Theotbergam abiecerat, cæco amore illectus, fauentibus sibi Luitfrido auunculo suo, & Vultario, qui vel ob hoc maxime illi erant familiares, quod nefas est dictu, quibusdam etiam Regni sui Episcopis consentientibus coronat, & quasi in coniugem & Reginam sibi, amicis dolentibus atque contradicentibus copulat.* Nicolai I. Epistola VI. apud du CHESNE Tom. III. p. 831. & in HARDVINI Collectione Concil. ad sec. IX. pag. 247. *accidit ad nostram notitiam peruenire, quod Lotharius, legitima & prima repulsa muliere, secundam sibi asciuerit coniugem, neque Sedis nostræ petitum ac promissum iudicium expectans, neque canonico iudicio vspiam succumbens.* Ipse etiam Lotharius Waldradam vocat amantissimam Coniugem in Diplomate Lotharii iunioris, quod datum est 15. Kl. Iunii anno Regni illius octauo, quod in annum 863. incidit, apud PETRVM de la LANDE *Supplem. Concil. Galliæ p. 177.* BROWERVM *Annal. Treuir. lib. VIII. p. 417.*

74) Verba sunt REGINONIS atque ANNALISTAE SAXONIS *ad a. 864.*

75) Nicolaus Papa l. c. *Theuperga pro sui repudio acriter dolens per emissam legationem super hoc negotio Sedis nostræ expetiuit iudicium.* Idem ep. VII. *Theuperga multis vicibus Sedem Apostolicam lacrymosis litteris studuit appellare, in quibus afflatu flebili puram se quo accusatus crimine, inquit, atque insontem.*

76) Sic enim in Nicolai I. epistola VII. ad Archiepiscopos Galliæ: *prædicta quippe Theuperga multis vicibus Sedem Apostolicam lacrymosis litteris studuit appellare, in quibus affatu flebili puram se, quo accusatur, crimine, inquit, atque insontem.*

77) ANNALES METENSES, REGINO: *Anno Dominicæ incarnationis DCCCLXVI. missi sunt Hagano & Rodoaldus apostolicæ sedis legati in Galliam ad discutiendum, vtrum res ita se habet sicut summo pontifici nuntiata fuerat, qui in Franciam venientes, pecunia corrupti magis fauerant iniquitati, quam æquitati. Tamen ad regem peruenientes, cum ei declarassent legationis suæ causas, tale responsum, ab eo acceperunt: se nihil aliud egisse, nisi quod episcopi ipsius regni in generali synodo sibi agendum præmonstrassent. Dederunt autem iidem legati consilium regi, vt illos episcopos qui illi synodo præfuerunt, ad sedem apostolicam destinaret, qui verbis ac scriptis vniuersali papæ satisfacerent. Legati immensis ditati opibus Romam regressi sunt, nunciaueruntque Præsuli quæ in Galliis viderant, & audierant, adiicientes, se nullam sapientem episcopum in regno Lotharii inuenisse, qui ad liquidum canonicis esset institutus disciplinis.* ANNALISTA SAXO *ad a. 866.* CHRON. S. PANTALEONIS *ad a. 866.* Eadem fere habet OTTO FRISINGENSIS *lib. VI. c. III.* Adde ANASTASIVM *Vita Nicolai I.*

78) Decreta Concilii exhibent ANNALES BERTINIANI & FVLDENSES *ad a. 863.* HARDVINVS *Collect. Concil. Tom. V. p. 577.* Commonitorium

pra condemnauit, ipsosque adiudicantibus Episcopis, presbyteris & diaconis deposuit, & omni ecclesiastica dignitate priuauit, qui tamen Episcopatu deiecti conquerebantur, nusquam auditum esse, quod vllus Metropolitanus sine principis voluntate fuisset depositus. 79) Dum vero ad sui restitutionem incassum laborassent, 80) exules in Italia, permissa ipsis saltim laicali communione moriuntur. 81)

§. XII. Anno 866. mittebat Nicolaus Papa Arsenium, apocrisarium & consiliarium suum ad Lotharium, qui conuocato episcoporum conuentu, ab ipso postulat, vt vnum e duobus eligat, aut propriæ concilietur vxori, abdicato Wadradæ pellicis consortio, aut protinus anathematis gladio feriretur, ipse omnesque in hoc scelere fauorem præstantes. Hac necessitate compulsus, vellet nollet, Thietbergam reginam in matrimonium recepit, interposito iurisiurandi sacramento, se illam pro legitima vxore tenere velle, nec eam a se separare, nec ipsa viuente, aliam super eam inducere. Posthæc Waldradam ex auctoritate Dei, & sancti Petri & iussu Papæ Romam ire iubet, vt pro se rationem reddere studeat, 82) duodecim ex Optimatibus cuncta iuramento confirmantibus. 83) Hic etiam Theotbergam Lothario iterum adduxit, 84) Waldrada vero in Italiam equidem profecta, Romam tamen non venit, sed in Galliam fuit reuersa, 85) &, dum in palatio cum Lothario versari ipsi haut licuerit, Abbatiam Deicoli illi tradidit, 86) hinc grauiter fuit excommunicata. 87) Licet plurimum adhuc apud Lotharium valeret Waldrada, 88) qui ideo a Papa fuit excommunicatus. 89)

§. XIII. Dum vero Lotharius Waldradæ & huius complicum artibus inductus Thietbergam nimium adfligeret, ipsa mortis periculum sibi imminere præuidens, ad Carolum, Lotharii fratrem aufugit, eiusdemque protectioni se commisit, 90) a Nicolao Papa, quasi

nitorium legatis datum extat apud du CHESNE *Tom. III. p. 852.*

79) ANNALES BERTINIANI *ad a. 864.* REGINO *ad a. 865.* IVO *p. VIII. c. CCXXVI. c. 21. c. 1. qu. 2. c. 10. qu. 11. c. 3.* ANNALISTA SAXO *ad a. 865.*

80) Extat vtriusque epistola ad Papam in PETRI de la LANDE *Conciliorum antiquorum Galliæ Supplementis p. 176.* qua iniuste Papam processisse, demonstrare contendunt.

81) SIGEBERTVS GEMBLACENSIS *ad a. 862.* REGINO *c. l.* OTTO FRISINGENSIS *lib. V. cap. III.*

82) Hæc vberius narrat REGINO, ANNALES BERTINIANI *ad a. 866.* ANNALES FVLDENSES, ANNALISTA SAXO *ad a. 866.* CHRON. REG. S. PANTALEONIS *ad a. 866.* BROWER *lib. VIII. pag. 420.*

83) ANNALES FVLDENSES ad a. 866. *& vt Hlotharius Teutpergam quemadmodum Rex legitime sibi coniunctam deinceps tractaret Reginam, duodecim ex Optimatibus eiusdem Regni iuramento firmare coëgit.*

84) ANNALES BERTINIANI ad a. 865. *eodem die ipsam Theotbergam Reginam Arsenius Episcopus in manibus Lotharii Regis reddiderunt atque dederunt, non solum sub eadem obtestatione, vt supra, verum etiam sub adiuratione, & excommunicatione, vt si in omnibus, vt superius legitur, non obseruauerit atque impleuerit, non solum in præsenti vita, sed etiam in æterno Dei terribili iudicio, cum beato Petro Principe Apostolorum redditurum rationem, & ab ipso æternaliter in eodem iudicio damnandum, & igne perpetuo concremandum.* Et paullo post: *Arsenius Episcopis impetratis apud Carolum, pro quibus ad eum venerat, ad Gundulfi villam cum Lothario, quo Theotberga eum præcesserat, pergit. Ibi quoque per aliquot dies morans propter Waldradam, quæ illuc ad eum deduci, & ab eo in Italiam deduci debebat, Lothario & Theotberga Regio cultu paratis & coronatis, in die Assumptionis sanctæ Mariæ Missas celebrat: & inde cum præfata Waldrada versus Vrbem, quo dicebatur Hludowicus Italiæ Imperator obuiam Lothario venturus pergit.*

85) Nicolaus I. in Epistola XII. *statutum est etiam, vt ipsa mulier in Italia interim remota, nostro præstolaretur censore tenorem; & si hanc Romam venire necessarium duceremus, incunctanter occurreret: quatenus coram nobis consistens, aut se (si posset) innoxiam exhiberet, aut commissum confessa, misericordiam impetraret. At illa in Italiam quidem licet coacta venit, Romam vero mentis obstinatione victa proficisci despexit.* Idem ep. XV. ad Ludouicum Regem: *denique Waldradam ad nos non solum non misit, sicut sæpius illum hortati sumus, verum etiam Ticinum dum ad nos tendere crederetur, iam profectum in Gallias reducere procurauit.*

86) Auctor Vitæ S. Deicoli cap. VIII. *Waldrada, quia in palatio versari cum Lothario nequiuit Abbatiam S. Deicoli illi tradidit.* Huc facere videtur Nicolaus Papa: *Waldrada reipublicæ dominatur, ac quod est grauius, etiam piis locis atque religiosis personis præesse dignoscitur.*

87) Nicolaus ep. XIII. *ecce tertio nunc vobis omni esse Waldradam filiæ nostræ Theuperga Reginæ iniquissimam æmulam consortio Christianorum, & communione priuatam nostris Epistolis indicamus.* Et paullo post: *Quapropter sententiam in eam excommunicationis vsque ad correctionem, & idoneam nostram, & totius Ecclesiæ satisfactionem protulimus.* REGINO *ad a. 866.*

88) Nicolaus I. ep. XVII. ad Ludouicum Regem: *Waldrada videlicet, quæ non solum pro adulterio commisso, sed pro impœnitenti corde vinculis exit excommunicationis innexa, Regni cum Lothario culmina possidet, gloria fruitur, iura tenet, & omnia suo disponit arbitrio? quæ licet a colloquio eius seiuncta specietenus videatur existere, per internuntios tamen, & diuersos satellites tantumdem penes ipsum, vel etiam magis valet, quam si legitima coniux habere quoquomodo potuisset: nam nemo apud Regium apicem est aditus, nisi per illam vix vsque quaque læsus, nisi propter illam, quisquam esse refertur: illa quippe penes eum gratiam poscentibus impetrare, ipsa sola quibus mauult beneficia parare consueuit.* ANNALES BERTINIANI *ad a. 868.*

89) OTTO FRISINGENSIS *lib. VI. cap. III. Verum Lotharius post crebras admonitiones, post violatum Sacramentum, quod sub præsentia Arsenii Episcopi, sanctæ Romanæ Ecclesiæ apocrisiarii fecerat, a summo Pontifice communione priuatur, ex qua causa tam ipsi quam toti regno grauissimum discrimen oritur.*

90) REGINO ad a. 866. *Rursusque Waldrada eiusque complicibus decertantibus, regis animus aduersus Thietbergam commouetur, excitantur iræ, & insopitis discordiam & odiorum cineribus denuo copiosus ignis accenditur. Despicitur, abominatur, rea citatur, adulterii crimen impingitur, omnique ingenii arte exquiritur, qualiter puniri quasi rea possit. Illa præuidens imminere sibi mortis periculum, laten-*

ter

quasi sponte & libenter a Lothario vellet separari, & priuata vita esse contentam, per legatos petebat, 91) addens, Waldradam esse legitimam Lotharii vxorem, 92) ipsius matrimonium non diuinitus ordinatum, 93) ipsam esse sterilem. 94) Verum, ad singula hæc Papa singulari Epistola respondet, 95) potius alia ad Carolum Regem, Lotharii fratrem directa, decernit, se minime concedere, vt Theutberga ad priuatam vitam redeat, nisi idem faciat Lotharius. 96) Hic vero eam adulterii inculpabat, idemque singulari certamine per hominem suum & hominem Thietbergæ declarare tentabat, quod vero Nicolaus Papa minime adprobabat, 97) nec consentire volebat, vt Theutberga Romam veniret, dum quamdiu Waldrada iuxta Lotharium sit posita, ab illo Theutbergam discedere non permittat, nisi Waldrada prius Romam mittatur, & de ea, quod conueniens sit, definiatur, ipsaque sit secura. 98) Potius præscribit, vt Thietberga antequam iudicium cum Lothario, vel ratione coniugii, vel adulterii subeat, suæ libertati relinquatur. 99) Inde etiam Lothario mandat, ne se a Thietberga separet, quin potius, si ipsa se separare velit, eam corrigat, & si sub religionis obtentu, & pudicitiæ prætextu, vtrique se separare velint, se quidem esse assensurum, si modo non simulate fiat. 100) Ludouicum etiam Germanicum rogat, vt Lotharium admoneat, quo debitam Theutbergæ exhibeat dilectionem, atque a Waldrada desistat. 1)

§. XIV. Mortuo interim Nicolao Papa, Theutberga Romam tendens, ab eiusdem successore Adriano II. dissolutionem matrimonii cum Lothario denuo petebat, corporis infirmitatem, & quia non legitimo antea Lothario iuncta fuerit connubio, conquesta. 2) Adria-

tenter aufugit, & ad Carolum perueniens, eius se tuitioni commisit. ANNALES BERTINIANI, FVLDENSES, METENSES, ANNALISTA SAXO *ad a. 866.*

91) Nicolaus I. Papa *ep. XI.* ad Theutbergam scribit: *omnes enim te in remotam afflictionem intolerabilem oppressionem, nimiamque violentiam patri testantur. Tu autem his contraria suggerens, nullo cogente, sponte, ac libenter a Regia dignitate exui te velle ac optare fateris, & cetera, quæ illi quidem aliter prosecuta esse dignosceris, ita, vt omnium assertionibus legitime a Lothario Rege dimissa, inique deinde accusata, post hæc purgata, deinceps denuo repulsa, postremo decreto nostro iure recepta dicaris.*

92) c. l. *illud tamen, quod VValdradæ perhibes testimonium, eam fuisse legitimam vxorem Lotharii, frustra conaris adstruere.*

93) c. l. *perhibes etiam, quod matrimonium inter vos non diuinitus fuerit ordinatum, & idcirco permanere non posset.*

94) c. l. *quod autem sterilis, vt adseris, permanere dignosceris, non hoc corporis infœcunditas, sed viri facit iniquitas.*

95) Est hæc dicta epistola XI. apud du CHESNE Tom. III. p. 838. & in HARDVINI *Collectione Concil. Tom. V. p. 266.* ANNALISTA SAXO *ad a. 866.*

96) Tenor epistolæ reperitur apud REGINONEM c. l. Ex hac BVRCARDVS WORMATIENSIS *lib. IX. cap. XLIX. scripsit nobis Thietberga regina, regia se velle dignitate seu copula exui, & solum priuata vita esse contentam desiderare. Cui nos scripsimus, non hoc aliter fieri posse, nisi eandem vitam coniunx eius Lotharius elegerit.* ANNALISTA SAXO *ad a. 866.*

97) REGINO *c. l.* BVRCARDVS WORMATIENSIS *lib. IX. c. L. Verum, sicut multorum relatu didicimus, Lotharius rex conuentum celebrare disponit, & Thietbergam reginam examini proprio & iudicio subiicere meditatur. Et si quidem eam præstigiis falsitatis suæ potuerit exhibere, quasi non fuerit legitima sua vxor, vult eam penitus a se sequestrare. Sin autem vult eam tanquam propriam vxorem dimittere, sed deinde quasi mœchata fuerit, insimulare, atque pro hoc hominem suum & hominem Thietbergæ ad monomachiam impellere, & si homo ipsius reginæ ceciderit, disponit hanc sine dilatione perimere. Quæ quantum sint omni diuinæ legi contraria, magnitudo prudentiæ vestræ credimus iam aduertit.* Idem Papa c. LI. Monomachiam, quæ lege non præcepta, iterum reiicit.

98) Nicolaus Papa in dicta epistola *XI.*

99) BVRCARDVS *c. LII.* Nicolaus Papa decernit: *Præterea siue de coniugii fœdere, siue de adulterii crimine iudicium sit agitandum, nulla ratio patet, Thietbergam cum Lothario posse inire conflictum vel legitimum controuersiæ inire certamen, nisi prius ad tempus fuerit suæ potestati & consanguineis propriis libere locuta. Inter quos etiam locus prouidendus est, in quo nulla sit vis multitudinis formidanda, & non sit difficile testes producere, vel cæteras personas, quæ tam a sanctis canonibus, quam a venerandis Romanis legibus in huiusmodi controuersiis requiruntur. Hæc idcirco diximus, vt ostendamus, quem legum conflictum Lotharius congredi posse autumat, cum persona, quam in suis penetralibus quotidie fatigat, & conterit, quando vult, ad iudicium educit, quando vult ad claustra reducit: & quando educta fuerit, nisi ea profiteatur, quæ ipse præceperit, punit. Propria igitur libertati committi, & ab omni oppressione ac potestate illius, cum quo initur conflictus, oportet liberari, atque suis liberaliter vti, & suspectas personas conuenit declinare, quæ se ab obiectis ostendere cupit immunem.* Ex hoc *c. 4. c. 32. qu. 4.*

100) Sic etiam apud BVRCARDVM *c. LIII. itaque summo studio Thietbergam coniugem tuam tanquam propriam carnem fouere ac diligere procurato, & ne illam a te vllo pacto consentias discedere, vigilanter attende. Vnde si vult a te discedere, corripe, immo corrige eam, & a tali intentione per omnia reuocare satage. Iam vero si amore pudicitiæ separationem quærit, & coniugalis connubii solutionem efflagitat, certum est Apostolo dicente, quia mulier sui corporis potestatem non habet, sed vir. Verum, si & ipse pudicitiam sectatus, religionis obtentu copulam dissoluere vis, tantum ne simulate fiat, concedimus. Nam licet sit scriptum: Quod Deus coniunxit, homo non separet, Deus tamen & non homo separat, quando diuini amoris intuitu ex consensu vtriusque coniugis matrimonia dissoluuntur. Si ergo hoc modo vis, gratuito promittimus animo, celeremque præbemus assensum. Taliter autem fieri mutuam separationem vestram prohibemus* IVO *p. VIII. c. CXXVIII. CLXXXVIII. c. 26. c. 27. qu. 2.* Hæc vero desumpta sunt ex Nicolai *ep. XIII.*

1) Nicolaus *ep. XV. XVII.*

2) Extat epistola Hadriani I. apud du CHESNE *Tom. III. p. 854.* in qua: *dixit se propter quandam corporis sui infirmitatem, & quia non legitimo vobis antea fuerat coniuncta connubio, a vestro velle separari consortio, & ob amorem Dei sæculi dignitatem & gloriam abiicere, ac sub leui iugo Christi ceruicem cordis submittere.* ANNALES BERTINIANI ad a. 867. *Lotharius Theutbergam vxorem suam Romam misit,*

Adrianus vero Papa Lotharium singulari epistola monet, vt Theutbergam in coniugale consortium recipiat, vel si ipse in aliquo propietatis suæ loco malit consistere, necessaria & digna ipsi suppeditet stipendia. 3) Waldradam vero ad Ludouici instantiam, ab excommunicationis vinculo absoluit. 4) Lotharius vero in Italiam pergens, Beneuentum ad fratrem suum Ludouicum peruenit, vt per eum apud Hadrianum Papam obtineret, quatenus Theutbergam eiiceret & Waldradam resumeret. Hic etiam apud Imp. per Engelbergam ipsius coniugem, multis petitionibus & muneribus obtinuit, vt Engelberga cum eo vsque ad monasterium sancti Benedicti, quod in monte Cassino est situm, rediret, quo etiam Adrianus venit, & per dictam Engilbergam obtinuit Lotharius, vt ipsi conciliaretur, & postquam Romam venisset, Papa Lotharium ad sacrorum communionem adhibuit, 5) quam ipsi in remissionem peccatorum fore est professus, si, postquam Nicolaus Papa Waldradam excommunicauerat, nullum cum ea contubernium, vel carnalis copulæ matrimonium habuerit, alias ipsi in condemnationem futurum. 6) Obcœcatus igitur Lotharius, de manu Pontificis Eucharistiam sumsit, verum Roma egressus morbo corripitur, ad Placentiam perueniens, VI. Idus Augusti 869. diem clausit extremum, 7) atque in quodam monasteriolo S. Antonini secus ipsam ciuitatem Placentiam, terræ mandatur. 8) Thietberga post ipsum defuncta, in monasterio S. Glodesindis Metis fuit humata 9) cuius matrimonium fuerat sterile. 10) Ex Waldrada vero Hugonem, Alsatiæ Ducem progenuit, 11) atque

misit, vt seipsam criminaretur, quatenus ab eius coniugio separari valeret. Sed Adrianus Papa atque Romani talibus næniis non credentes, iussa est ad virum suum reuerti.

3) Dicta epistola Adriani I: *tandem Theutpergam nobilissimam Reginam coniugem tuam dilectionis amore, in coniugale consortium letus recipias, & pro amore Dei & sancti Petri & nostro simul, honore digno eam retinere, sicuti corporis propitij membrum dilectum procures. Quod si ob itineris longitudinem & asperitatem vel aliquam carnis incommoditatem, ad nos vsque ipsa peruenire distulerit, elegeritue in aliquo proprietatis suo loco sibi vtili magis consistere, interim, donec Synodus, vt prædiximus, fiat, salua & incolumis sub vestra regali tuitione atque defensione secura permaneat: habeatque in potestate sua ipsas Abbatias, quas & dare ipse ore proprio promisisti, de quarum sumptibus atque redditibus necessaria possit habere stipendia, dignaque subsidia.*

4) Patet hoc non solum ex epistola Hadriani ad ipsam Waldradam, apud du CHESNE Tom. III. p. 855. sed etiam ad Archiepiscopos & Episcopos sic scribit: *quapropter vos VValdradæ quæ multorum, vt refertur, attestatione ad salutiferum correctionis iter conuersa est, remedia miserationis Apostolicæ Sedis exhibere consensisse, illamque vinculo excommunicationis, vel anathematis auctoritate Dei & Principum Apostolorum absoluisse cognoscite; ita, vt deinceps Domini Ecclesiam ingrediendi & orandi, conuiuandique, seu cum cæteris Christianis loquendi, sit ei auctore Deo, concessa licentia.*

5) ANNALES BERTINIANI *ad a. 869.*

6) Singularia sunt, quæ ANNALES METENSES, ANNALISTA SAXO & REGINO *ad a. 869.* habent: *finitis igitur missarum solennibus, inuitat summus pontifex eundem regem ad mensam Christi, acceptoque in manibus corpore & sanguine Domini, ita eum alloquitur, si innoxium te recognoscis a prohibito atque interdicto tibi a Nicolao adulterii scelere, & hoc fixa mente statutum habes, vt nunquam diebus vitæ tuæ VValdradæ pellicis tuæ dudum á te repudiatæ miscearis nefario concubitu, fiducialiter accede, & sacramentum salutis æternæ tibi ad remissionem peccatorum, profuturum percipe: si autem tua conscientia te accusat, te lethali vulnere sauciatum proclamat, aut iterum redire mente disponis in mœchiæ volutabrum, nequaquam sumere præsumas, ne forte ad iudicium & condemnationem tibi adueniat, quod fidelibus ad remedium præparauit diuina prouidentia. Qui mente captus, obduratus pariter & obcoecatus, absque retractatione communionem corporis & sanguinis Domini de manu pontificis sumpsit, non expauescens illam sententiam, quæ dicit, Horribile incidere in manus Dei viuentis. Qui enim manducat & bibit indigne, iudicium sibi manducat & bibit. Deinde conuersus idem præsul ad sequaces ac fautores regis, vnicuique communionem obtulit in hæc verba: Si domino ac regi tuo Lothario in obiecto adulterii crimine fautorem non præstitisti, neque consensum præbuisti, & VValdradæ & aliis ab hac sede apostolica excommunicatis non communicasti, corpus & sanguis Domini nostri Iesu Christi prosit tibi in vitam æternam. Igitur quisquis in his se læsum sciens, ausu temerario communionem sub tali contestatione porrectam sumere præsumpsit, diuino iudicio percussus, ab hac luce subtractus est, antequam subsequentis anni rediret principium: perpauci qui se a communione subtraxerunt, vix mortis periculum euaserunt.* CHRON. REG. S. PANTALEONIS *ad a. 869.* BROWER *Annal. Treuir. lib. VIII. p. 423.*

7) REGINO *ad. a. 869. porro Lotharius Roma egressus, morbo corripitur, & Placentiam ciuitatem perueniens, diem clausit extremum VI. Idus Augusti. Tanta autem strages in præfati regis populo facta est, vt non peste periisse, sed hostili gladio corruisse virtus ac nobilitas totius regni videretur: quæ eo tempore tantæ fœcunditatis erat, vt in modum densarum segetum pullulans, veluti quoddam examen imperii fines impleuerit.* ANNALES BERTINIANI, FVLDENSES, METENSES *ad a. 869.* Male igitur ADO VIENNENSIS *æt. VI. Chron. p. 809.* hanc mortem ad a. 862. refert. CHRON. ANDEGAVENSE apud LABBEVM *Tom. I. pag. 285. ad a. 868.* CHRON. EGOLISMENSE apud eundem *p. 324.* ad a. 870. nec ad a. 874. prout HVGO FLAVINIACENSIS *p. I. Chron. p. 120.* contendit.

8) ANNALES BERTINIANI *ad a. 869.* AIMOINVS *lib. V. c. XXI.* CHRON. ANDEGAVENSE apud LABBEVM *Tom. I. p. 285. Lotharius moritur Placentiæ, atque in monasterio S. Antonini sepelitur.*

9) IOANNES Abbas *de Vita & Translatione S. Glodesindis pag. 735. Teutberga Regina loci ipsius* (monasterii S. Glodesindis) *regimen tunc tenebat, quæ etiam ibi quiescit.*

10) Nicolaus epistola ad Lotharium, apud REGINONEM *ad a. 866.* Sic etiam ipse Lotharius apud eundem *ad a. 864.* Thietbergam dicit non esse idoneam coniugali thoro.

11) ANNALES BERTINIANI ad a. 868. *Lotharius filio suo de VValdrada Hugoni, Ducatum Elizatium donat, eumque Hludouico Germanico commendat.* Agunt de eodem ANNALES FVLDENSES *ad a. 879. 881. 885.* Diploma Lotharii Monasterio S. Petri Lugdunensi concessam apud PETRVM de la LANDE Supplem. Concil. Galliæ p. 177. *quatenus deinceps ad remunerationem præfatorum piissimorum Principum* (Ludouici & Caroli) *atque salu-*

atque Gislam, Godefridi, Normannorum Ducis vxorem. 12)

§. XV. Vltimus ex fratribus erat CAROLVS, Rex Prouinciæ & Burgundiæ, 13) siue Galliæ Cisalpinæ Rex, 14) qui etiam ex dispositione paterna, Ducatum Lugdunensem obtinuerat. Hic, postquam cum fratre suo Lothario fuisset pactus, vt ipsi succederet, 15) atque diu epilepsi fuerat vexatus, a. 863. 16) fuit defunctus. Sepultus in monasterio B. Petri inter Ararim & Rhodanum sito, in Burgo Lugdunensi. 17) Comperta morte ipsius, Ludouicus in Prouinciam venit, & Regni Proceres sibi conciliauit, tandem vero cum fratre suo Lothario conuenit, vt Regnum illud æqua lance diuiderent. 18)

salutationem amantissimæ coniugis VValdradæ & filii nostri Hugonis. CHRONOGRAPHVS LAMBECIANVS *ad a.* 883. 885. *lib. II. Comment. de Bibl. Vindobon. c. V. p.* 353. VLR. OBRECHTVS *Prodrom. Rer. Alsat. c. VI. p.* 57.

12) REGINO *ad a.* 883. *Rex Godfridus Normannorum ea conditione Christianum se fieri pollicetur, si ei -- Gisla, filia Lotharii, in vxorem daretur. Qui vt optauit, adeptus.* Adde a. 885. & CHRONOGRAPHVM LAMBECIANVM *ad a.* 883. 884. 885.

13) ANNALES BERTINIANI ad a. 856. *Ludouicus & Lotharius Karlo fratri suo, Prouinciam & Ducatum Lugdunensem iuxta paternam dispositionem distribuunt, eripientibus eum, a fratre Lothario optimatibus, qui illum moliebatur in Clericum tonsurare.* ADO VIENNENSIS *at. VI. Chron. p.* 809. dicit, Carolo minori partem Burgundiæ consignatam esse. ALBERICVS ad a. 861. *eodem anno obiit Rex Burgundiæ Iunior Karolus eiusdem Lotharii germanus, qui apud Lugdunum sepultus est, & eius regnum Rex Francorum Karolus Caluus obtinuit.*

14) Sic enim vocat eum Hincmarus Rhemensis apud FLODOARDVM *Hist. lib. III. c. XXVI.*

15) ANNALES BERTINIANI ad a. 858. *Lotharius Rex cum fratre suo Karolo Prouinciæ Rege amicitiam firmat, datis ei duobus Episcopatibus ex Regno suo portionibus id est Bilisio, & Tarantasia. Similiter Karlus eidem fratri suo Lothario Regnum suum ea conditione tradidit, vt si antequam vxorem acciperet, & filios generaret, ex hac vita decederet, ei Lotharius iure hereditario succederet.*

16) HVGO FLAVINIACENSIS, ANNALISTA SAXO, REGINO & CHRONOGRAPHVS SAXO hanc mortem ad a. 858. referunt, ALBERICVS *ad a.* 861. CHRON. LEODIENSE apud LABBEVM *Tom. V. p.* 336. *ad a.* 862. Verum, ANNALES BERTINIANI ad a. 863. *Carolus, Lotharii Imperatoris filius & Rex Prouinciæ, diu epelcutica infirmitate vexatus.* ALBERICVS ipsum Lugduni sepultum dicit, addit ADO VIENNENSIS *at. VI. Chron. p.* 809. in monasterio S. Petri.

17) Prout patet ex diplomate Lotharii Iunioris, primi Lotharingiæ Regis, apud PETRVM de la LANDE *Supplem. Concil. Galliæ p.* 176.

18) ALBERICVS equidem ad a. 861. *eodem anno obiit Rex Burgundiæ Iunior Karolus eiusdem Lotharii germanus, qui apud Lugdunum sepultus est, & eius Regnum Rex Francorum Karolus Caluus obtinuit.* Verum, ANNALISTA SAXO ad a. 858. *Karolus Rex Prouinciæ, filius Lotharii Imperatoris, moritur & de regno quod tenuerat, facta est non modica controuersia inter fratrem eius Lotharium Regem & patruum eius Karolum.* ANNALES BERTINIANI ad a. 863. *Ludoicus frater eius Italiæ vocatus Imperator Prouinciam venit, & quos potuit ipsius Regni primores sibi conciliauit. Hoc audito, Lotharius illuc pergit, & mediantibus inter eos domesticis & amicis illorum, Placitum quo simul redeant, & de ipso Regno apud se tractent, Ludoicus Italiam, Hlotharius in Regnum suum reuertitur.* Clarius autem ADO VIENNENSIS ӕt. VI. Chron. pag. 809. *Ludouicus Imperator -- post obitum patris VIII. anno, mortuo fratre suo, Carolo minore, & Lugduni sepulto, in monasterio sancti Petri in Ecclesia sanctæ Mariæ, semper virginis cum fratre Lothario regnum fratris mortui partitur. Accepit autem partem transiurensis Burgundiæ, simul & Prouinciam, reliquam partem Lotharius Rex sibi retinuit.*

SECTIO QVINTA
DE
CAROLO CALVO.

§. I. Carolus Caluus quis fuerit, eiusdemque Mores. §. II. Huius bellum Aquitanicum, Hispanicum, Britannicum. §. III. Bellum cum fratre Ludouico per pactionem Confluentinam & Marsnensem fuit compositum. §. IV. Ludouico II. defuncto, Carolus Caluus fratri natu maiori Ludouico Germanico Imperialem dignitatem praeripit. §. V. Mores Caroli Calui, postquam factus fuit Imperator. §. VI. Ludouico Germanico defuncto, Lotharingiam quæ iuris Germanici, & terram Rhenensem occupare nititur, sed ad Andernacum vincitur. §. VII. Bosonem Ducem Mediolanensem, post Regem Burgundiæ creat. §. VIII. Carolomannus in Italiam tendit, cui se opponens Carolus Caluus moritur & in Francia sepelitur. §. IX. Vxores & Filii Caroli Calui.

§. I.

LUdouico II. successit CAROLVS CALVVS, 1) Ludouici Pii filius natu minor ex Iuditha, d. XXII. Iunii 2) anno 823. natus, 3) qui iam ante, omnia ad se trahere fuit

1) Calui cognomen ipsi tribuitur in CHRONICO ANDEGAVENSI *ad a.* 824. & in CHRONICO S. VINCENTII METENSI *ad a.* 877. *Tom. I.* LABBEI *p.* 345. idque prout ALBERICVS *ad a.* 872. contendit, a nuditate frontis. Neque tamen ipse Carolus hoc epitheto fuit vsus. CHRISTOPHORVS GEWOLDVS equidem *addit. ad Wigulei Hundii Metropolim Salisburgensem Tom. II. n.* 13. adducit Diploma, his verbis initialibus: *Carolus Caluus diuina fauente clementia, Imperator Augustus,* quod tamen satis explosit SCHVRTZFLEISCHIVS *diss. de Conrado Imp. §. V.* datum etiam post ipsius mortem a. 833.

2) AVCTOR VITAE LVDOVICI PII p. 381. saltim dicit, Carolum mense Iunio esse natum. Verum ipse Carolus in diplomate Abbatiæ S. Dionysii concesso, apud MABILLONIVM *lib. VI. de Re Diplom. n.* 97. & in alio Abbatiæ S. Eligii concesso, apud BALVTZIVM *Tom. II. Capitul. in Append. Actorum n.* 1. *p.* 1492. Idus Iunii definit.

3) HVGO FLAVINIACENSIS *Chron. Verdun.* apud LABBEVM *Tom. I. p.* 819. *Anno ipsius Ludouici octano, ab Incarn. Dom. DCCCXXIII. natus est ei filius Carolus in Franconofurth palatio nouo.* AVCTOR VITAE LVDOVICI *p.* 381.

fuit conatus. Hic primum a patre creatus fuerat Rex Alemanniæ, 4) postea vero in diuisione paterna nactus Regnum Galliæ, id quod etiam post prœlium ad Fontanidicum per pactionem Virodunensem fuit sortitus. 5) Princeps erat, quem Deus talento intellectus magnifice & potenter ditauerat, 6) erga artes & disciplinas liberales maxime procliuis 7) licet contra Proceres & subditos nimium sæuus, qui ideo in partes Ludouici Germanici inclinabant. 8) Cum ferro esset decernendum, lepore timidior, ad solitam semper calliditatem fuit conuersus. 9)

§. II. Varia hinc bella gessit, antequam fieret Imperator. Aquitaniam quidem, quasi ad partem regni sui iure pertinentem adfectans, Pipino nepoti suo erat molestus, eumque crebris incursionibus infestans, grande detrimentum proprii sæpe pertulit exercitus. 10) Anno 844. Bernhardum Barcinonensem Ducem, grandia molientem tanquam maiestatis reum, Francorum iudicio in Aquitania fecit occidi. 11) Insequenti anno bellum Britannicum gessit, sed in prœlio cum Brittonibus habito, ipse cum paucis vix euasit. 12) Altero vero anno, cum Brittonum Duce Nomenoio dimicans, victor euasit. 13) Anno 850. Britanniam ferro & igni deuastauit. 14) Defuncto Nomenoio, Britanniam iterum ingressus, filium ipsius Erispoium deuicit. 15) Britanniam etiam quinta vice An. 852. deuastauit. 16)

§. III. A. 858. bello lacessebat Ludouicum fratrem, quod tamen per pacem Confluentinam a. 860. iterum fuit compositum. 17) A. 865. vero in conuentu Tusiacensi restaurabat pacta Confluentina. 18) A. 869. comperta Lotharii fratris sui & Ludouici, alterius fratris infirmitate, regnum Lotharii inuasit, idemque secundum lubitum suum disposuit, atque ad se de eodem regno venire nolentes publicis priuatisque rebus priuauit. Hinc in Metensi vrbe diadema capiti suo ab Hincmaro Archiepiscopo Rhemensi imponi, se Imperatorem atque Augustum, quasi duo regna possessurus, appellari præcepit. 19) Hoc

4) THEGANVS cap. XXXV. *alio anno venit Wormaciam, vbi & Carolo filio suo, qui erat ex Iudith Augusta natus, terram Alamannicam & Reticam & partem aliquam Burgundiæ coram filiis suis Lothario & aequiuoco suo Ludouico tradidit, & inde illi indignati vna cum Pipino germano eorum.*

5) *Sect. XXIII. §. II.*

6) Verba sunt HINCMARI in præfatione libri de cauendis vitiis & exercendis virtutibus Opp. *T. II. p. 31. Adrianus II. Papa ipsum laudat tanquam Regem sapientia praecellentem cum timore Dei, & diligentem iustitiam & glorificantem Deum, quas virtutes in eo diligat sicut animam suam.*

7) Laudat hoc plurimum HERICVS *in praef. ad libros de vita S. Germani: illud vel maxime tibi aeternam parat memoriam, quod famatissimi aui tui Caroli studium erga immortales disciplinas non modo ex aequo repraesentas, verum etiam incomparabili feruore transcendis.* Et paullo post: *Id tibi singulare studium effecisti, vt sicubi terrarum magistri florerent artium, quarum principalem operam Philosophia pollicetur, hos ad publicam eruditionem vndecunque tua celsitudo conduceret, comitas adtraheret, dapsilitas prouocaret. Luget hoc Graecia, nouis inuidiae aculeis lacessita, quam sui quondam incolae iamdudum cum Asianis opibus adspernantur, tum potius magnanimitate delectati, studiis allecti, liberalitate confisi. Dolet, inquam, se olim singulariter mirabilem, ac mirabiliter singularem a suis destitui, dolet certe sua illa priuilegia, quod numquam hactenus verita est, ad climata nostra transferri. Quid Hiberniam memorem contempto pelagi discrimine, pene totam cum grege Philosophorum ad littora nostra migrantem? quorum quisque peritior est, vltro sibi indicat exilium, vt Salomoni sapientissimo famuletur ad votum.* Adde BARONIVM *Tom. X. Annal. Eccles. ad a. 876. n. XXXVIII. XXXIX. p. 521.* FRANC. HARAEVM *Tom. I. Annal. Ducum Brabantiae p. 94.* & IO. LAVNOIVM *de scholis celebrioribus c. XII. p. 51.*

8) Vide superiori Sectione §. Quare etiam ANNALES FVLDENSES *ad a. 858. tyrannidem Caroli ferre non potuisse, Carolum subdole saeuiendo omnia diperdidisse.* Ad a. 875. dicitur Galliæ tyrannus.

9) Verba sunt ANNALIVM FVLDENSIVM *ad a. 875.* qui etiam ad a. 876. Caroli vanitatem redarguunt, ipsumque Sennacherib vocant. Licet NATALIS ALEXANDER *Tomo VI. Hist. Eccles. Sec. IX. cap. III. art. XXIX.* illum animo fuisse erga Carolum plane infesto velit.

10) ANNALES FVLDENSES *ad a. 843.*

11) ANNALES BERTINIANI ad a. 844. *Bernardus, Comes Marcae Hispanicae, iamdudum grandia moliens, summisque inhians, maiestatis reus, Francorum iudicio iussu Caroli, in Aquitania capitalem sententiam subiit.* Vix igitur adsentimur ANNALIBVS FVLDENSIBVS, qui ad d. a. *Karlus Bernardum, Barcinonensem Ducem incautum & nihil ab eo mali suspicantem occidit.* Nec etiam quod ODO ARIBERTVS tradit in BALVTZII *notis ad Agobardum p. 129.* quod Carolus Bernhardum propria manu interemit, pede etiam cadauer percutiens, inclamauerit: *vae tibi, qui thalamum patris mei & domini tui foedasti*, de quo etiam maxime dubitant GVNDLINGIANA *p. VII. p. 101.* Quæ vero machinatus fuerit Bernhardus, docet NITHARDVS *lib. II. p. 93.* AVCTOR VITAE *p. 396.* ANNALES FVLDENSES, METENSES, LAMBERTVS SCHAFNABVRGENSIS, ALBERICVS, HERMANNVS CONTRACTVS *ad a. 844.* PETRVS de MARCA *Marca Hispanica lib. IV. ad a. 844.*

12) ANNALES FVLDENSES, BERTINIANI, METENSES, SIGEBERTVS GEMBLACENSIS *ad a. 845.*

13) ADEMARVS, Monachus S. Eparchii *ad a. 846.* apud LABBEVM *Tom. II. p. 161.*

14) ADEMARVS *ad a. 849.*

15) ADEMARVS *ad a. 851.*

16) ADEMARVS *ad a. 852.*

17) ANNALES FVLDENSES, BERTINIANI *ad a. 858. 860.* Extat inter HINCMARI opuscula, eius epistola ad Carolum Caluum *de coërcendis militum rapinis.* Alia epistola ad Episcopos proceres prouinciæ Rhemensis, cum Ludouicus iterum Caroli regnum a. 875. impeteret.

18) ANNALES FVLDENSES ad a. 864. *Hludouicus & Karolus Reges, apud Dusiacam villam conuenientes, foedus ineunt, & quidquid inter eos perperam gestum fuerat, sibi mutuo dimittunt.* Conuentio illa Tusiacensis reperitur apud BALVZIVM *Tom. II. pag. 201.* Ex hoc habet SCHILTERVS *Tom. II. p. 59.*

19) Verba sunt ANNALIVM FVLDENSIVM *ad a. 869.* Concordant ANNALES BERTINIANI, METEN-

Hoc cum ægre ferret Ludouicus, frater natu maior, Carolus Caluus per legatos regni Lothariensis diuisionem obtulit, quæ etiam in palatio Aquisgranensi a. 871. decreta atque 20) Marsnæ ad Mosam fuit definita. 21) Viuo licet adhuc fratre Ludouico II. Imperatore, cui soli competebat ius succedendi. 22) Tunc Lotharingia partim iuris Germanici fuit facta, partim iuris Gallicani, atque Mosa, si pauca oppida excipias, Germaniam inter & Galliam factus fuit terminus.

§. IV. Ludouico II. defuncto successit Carolus Caluus. Hunc enim, viuo adhuc Ludouico, Nicolaus I. Adrianus II. & Ioannes VIII. clam iamdum ad Papalem dignitatem inuitauerant, 23) ideoque audita ipsius morte, statim Romam perrexit, atque Italiæ regnum occupauit. Cum vero Ludouico Germanico ex natalium prærogatiua Imperium vna cum Italiæ regno potius deberetur, hic primo Carolum filium suum in Italiam direxit, vt Carolo Caluo aduersaretur, quem iste fugam arripere & inde abscedere coëgit. 24) Inde Carolomannum filium suum per Baioariam destinauit in Italiam: ipse vero cum filio suo æquiuoco & manu valida Regnum Caroli fuit ingressus, vt eum de Italia exire compelleret. Exercitus autem, qui Regem sequebatur, versus ad prædam, cuncta vastauit, sed misericordia motus, mense Ianuario 876. in Regnum suum iterum fuit reuersus. 25) Carolus audita Carolomanni aduentu in Italiam, primo clausis Alpium se defendere nititur, sed nihil profecit: Carolomanno loca accessu difficilia præoccupante. Quod animaduertens Carolus, ad calliditatem solitam conuertitur. Nam aurum & argentum gemmasque pretiosas infinitæ multitudinis Carolomanno obtulit, vt eum sibi placaret, & a paterna fideli-

METENSES, REGINO, HERMANNVS CONTRACTVS *ad h. a.* ANNALISTA SAXO, ALBERICVS *ad a. 870.* AIMOINVS V. c. XXI. ANNALES METENSES ad a. 869. *Carolus Caluus comperiens certa relatione Lotharium Regem obisse, mox Regnum illius occupare nititur. Metisque veniens, ab Aduentio præfatæ vrbis Episcopo, & nonnullis Primoribus fauorabiliter exceptus, in Regnum sublimatur. Indeque digrediens Aquisgrani Palatium ingressus est, eo quod sedes Regni esse videretur, vbi multo plures ad eum confluxerunt.* Capitula, quæ in coronatione ipsius populo fuerunt denuntiata, reperiuntur apud BALVZIVM *Tom. II. p. 215.* Omnem coronationis Actum expositum videmus in HINCMARI *Tom. I. p. 741.*

20) ANNALES BERTINIANI ad a. 870. *Carolus Missos suos, Odonem scilicet Belginagorum Episcopum, & Odonem atque Harduinum Comites ad fratrem suum Ludouicum ad Franconofurt dirigens, petiit, vt ad Regnum Lotharii diuidendum simul conuenirent. Ipseque Pomigonem petens, ibi Missos fratris sui accepit, nunciantes illi vt ad Heristallium pergeret, & frater suus Ludoicus ad Marsnam venturus foret: & in meditullio eorundem locorum Kalendas Augusti colloquerentur, & vnusquisque eorum quatuor Episcopos & decem Consiliarios, & inter ministeriales & vasallos XXX. tantummodo idem colloquium ducerent. Quo Ludouicus dum pergeret, ad Flameresheim in Pago Ribuario venit, & de quodam solario vetustate confecto sub lignis cecidit, & aliquantulum naufragatus in breui conualuit, indeque Aquisgrani peruenit. Et discurrentibus inter vtrosque fratres & Reges Missis, tandem V. Calendas Augusti ad locum colloquii conuenerunt, & hoc modo Regnum Lotharii inter se diuiserunt.* Sequitur inde diuisio, qua ratione fuerit facta. ANNALISTA SAXO *ad a. 871.* Ista quoque pactio Aquisgranensis atque insecuta Regni Lothariensis diuisio apud eundem BALVZIVM reperitur *Tom. II. p. 221.* in PITHOEI *Annalibus p. 488.* & apud du CHESNE *Tomo II. p. 453.*

21) ANNALES METENSES ad a. 870. *Ludouicus & Carolus Caluus vna cum Optimatibus & Proceribus suis ad Marsanam venientes, Regnum quondam Lotharii æquis partibus inter se diuiserunt.* Sic enim titulus habet istius definitionis: *anno incarnationis dominicæ DCCCLXX. regni Caroli XXXIII. indictione III. VI. Idus Augusti, inter gloriosos Reges Karolum & Hludouicum fuit hæc diuisio regni facta in Procaspide super fluuium Mosam.* CHRON. REG. S. PANTALEONIS *ad a. 871.* Vid. VLR. OBRECHTI *Prodromus Rer. Alsat. cap. VI. pag. 58.*

22) Adgnouit hæc Ludouici II. iura in regnum Lotharii Hadrianus II. Papa, cuius de eo extant epistolæ III. IV. V. apud du CHESNE *Tom. III. p. 578.* & *n. VI.* Carolum Caluum de inuasione huius regni reprehendit.

23) Patet hoc ex Decreto Romani Concilii de a. 877. apud IACOBVM SIRMONDVM Tom. III. Conciliorum Galliæ p. 458. Nicolaus I. Papa hoc profitetur in Epistola ad Ludouicum Germanicum *Tom. III. Concil. Galliæ* SIRMOND. *p. 424.* Et in aliis litteris ad ipsum Carolum Caluum, apud SIRMONDVM p. 402. *Vobis confitemur deuouendo, & notescimus adfirmando salua fidelitate Imperatoris nostri, quia si superstes ei fuerit vestra nobilitas, vita nobis comite, si dederit nobis quislibet multorum modiorum auri cumulum, numquam adquiescemus, exposcemus, aut sponte suscipiemus alium in Regnum & Imperium Romanum, nisi te ipsum.* Et paullo post: *Si contigerit, te Imperatorem nostrum viuendo supergredi, te optamus omnis clerus & plebs, & nobilitas totius orbis & vrbis non solum. Ducem & Regem, Patricium & Imperatorem, sed in præsenti Ecclesiæ defensorem.* Et potissimum hoc detexit EVTROPIVS Presbyter Longobardus in Tract. de Iuribus ac priuilegiis Impp. in Imperio Romano apud GOLDASTVM *Tom. I. p. 10. Ludouicus voluit sibi succedere Carolomannum, ad suscipienda Imperialia sceptra. Cum hæc ita geruntur, Romani Pontifices semper per oratores litteras mittebant inuitatorias ad Carolum Caluum, Regem Francorum, inuitantes eum clam, quia erat in litteris quasi Philosophus, rogabant illum superuenire beato Petro, & de seruitutis iugo ad propriam libertatem reducere suam Ecclesiam, & quasi per vim ab aliquo esset oppressa. Talibus euolutis machinationibus, moritur Ludouicus. Mittitur statim citatus a Ioanne, qui tunc præerat, a Papa legatus ad eundem Carolum, qui nullas veniendo faciens moras, ingressus Italiam, petiit Romam.*

24) ANNALES BERTINIANI *ad a. 875.* AIMOINVS *lib. V. c. XXXII.*

25) Verba sunt ANNALIVM FVLDENSIVM *ad a. 875.* Eadem habent ANNALES BERTINIANI *ad a. 875.* AIMOINVS *lib. V. cap. XXXII.* HINCMARVS *in epistola ad Ludouicum Balbum §. V.* ANNALES FVLDENSES ad a. 876. *Hludowicus Rex, misericordia motus, multorumque precibus exoratus, ne Galliæ regionem propter Caroli stultitiam perderet, in Regnum suum mense Ianuario rediit.* Licet persuasionibus Papæ, qui excommunicationem minabatur, permotus, in Germaniam reuersus fuisse videatur. Vide Acta Concilii Pontigonensis apud SIRMONDVM *Tom. III. p. 444.*

Z 3 26) Sic

fidelitate segregaret, iurauitque, se de Italia cito exiturum, & Ludouici, fratris sui iudicio, illud regnum disponendum seruaturum; si Carolomannus inde discederet. 26) Quo facto, Carolus, quanta potuit velocitate, Romam profectus est, omnemque Senatum populi Romani corrupit 27) ita, vt etiam Iohannes VIII. Papa, votis eius annuens, ipsis natalitiis Christ. a. 875. 28) corona capiti eius imposita, ipsum Imperatorem adpellaret & Augustum. Id quod postea in synodo Ticinensi mense Februario 876. celebrata, ab Italiæ Episcopis & Primoribus fuit confirmatum. 29) Ex quo Papæ ius postmodum in constituendis

26) Sic ANNALES FVLDENSES *ad a. 875.* Aliter ANNALES BERTINIANI ad h. a. *Ludouicus, Rex Germaniæ, iterum alium filium suum, Carolomannum cum quibus potuit, in aduersitatem fratris sui in Italiam direxit. Quod prænoscens Carolus Rex, obuiam ei cum validiori manu perrexit. Et quia Carlomannus prænouit, se patruo suo non posse resistere, pacem petens cum eo locutus est, & sacramentis vtrinque firmatis, ad propria rediit.* Verum ANNALES FVLDENSES magis conuenire videntur.

27) Hæc late narrant ANNALES FVLDENSES. Conueniunt ANNALES METENSES, BERTINIANI, MARIANVS SCOTVS, HERMANNVS CONTRACTVS, ALBERTVS STADENSIS, CHRONOGRAPHVS SAXO *ad a. 875.* SIGEBERTVS GEMBLACENSIS *ad a. 876.* qui omnes datis Papæ & Romanis magnis muneribus, Caluum Imperatorem fuisse creatum dicunt. Præcipue vero ANNALES FVLDENSES perhibent. *Omnem Senatum populi Romani more Iugurthino corrupit, sibique sociauit.* ANNALISTA SAXO *ad a. 877.* REGINO ad a. 875. *eodem anno Carolus Romam perrexit & datis apostolico Ioanni & Romanis magnis muneribus Imperator creatur.* Idem ad a. 877. *Carolus Romam secundo profectus est, vbi iam pridem Imperatoris nomen a præsule sedis Apostolicæ, Ioanne, ingenti pretio emerat.* ANNALES etiam BERTINIANI *ad a. 876.* & AIMOINVS *lib. V. c. XXXII.* dicunt, Carolum beato Petro multa & pretiosa munera obtulisse. Addit EVTROPIVS PRESBYTER Longobardus *de Iur. ac Priuil. Impp. p. 10.* ipsum monasteriis quamplurima concessisse fiscalia patrimonia. Id quod etiam PETRVS de MARCA *lib. III. de Concordia Sacerdotii & Imperii c. XI. n. XI.* NATALIS ALEXANDER *Tom. VI. Hist. Eccles. Sect. IX. c. I. art. XI.* confirmant. Licet hanc Eutropii auctoritatem ANT. PAGI *Crit. Ann. Baronii ad a. 875. n. IV. sqq.* infirmare conetur. OTTO FRISINGENSIS *VI. c. VI. anno eodem patruus eius Occidentalis Franciæ Rex Romam veniens a summo pontifice Ioanne ciuibusque Imperium pecunia vt dicitur, obtinuit.* Hoc vt a se auerteret Papa, in synodo Ticinensi, coram Episcopis, postquam Carolum a Deo constitutum esse Saluatorem mundi dixisset, hæc proposuit: *Vnde nos tantis indiciis diuinitus incumbentibus luce clarius agnitis superni secreti consilium manifeste cognouimus. Et quia pridem Apostolicæ memoriæ decessori nostro Papæ Nicolao idipsum iam inspiratione cœlesti reuelatum fuisse comperimus, elegimus hunc merito, & approbauimus vna cum annisu & voto omnium fratrum & coepiscoporum nostrorum, atque aliorum sanctæ Romanæ Ecclesiæ ministrorum, amplique Senatus, totiusque Romani populi, gentisque togatæ, & secundum priscam consuetudinem, solemniter ad Imperii Romani sceptra proueximus & Augustali nomine decorauimus: vngentes eum oleo extrinsecus, vt interioris quoque Spiritus sancti vnctionis monstraremus virtutem, qua vnxit eum Dominus Deus suus præ consortibus suis, Christum hunc oleo lætitiæ delibutum extrinsecus faciens, & principem populi sui constituens: ad imitationem scilicet veri Regis Christi filii sui Domini nostri, ita vt quod ipse possidet per naturam, iste consequeretur per gratiam. Deinde non hic perpetuus Augustus ad tanta fastigia se velut improbus intulit, non tanquam importunus fraude aliqua vel praua machinatione, aut inhianti ambitione ad Imperialem apicem aspirauit. Absit. Neque enim sibi honorem præsumptuose adsumpsit vt Imperator fieret, sed tanquam desideratus, optatus, postulatus a nobis, & a Deo vocatus & honorificatus, ad defendendam Religionem, & Christi vtique seruos tuendos, humiliter atque obedientes accessit; operaturus & roboraturus in Imperio summam pacem & tranquillitatem, & in Ecclesia Dei iustitiam & exaltationem. Nisi enim nos talem eius cognouissemus intentionem, nunquam animus fieret noster tam promptus ad ipsius promotionem.* Prout hæc verba reperiuntur in Gestis electionis Caroli Calui apud du CHESNE *Tom. II. p. 468.* In Actis Synodi Pontigonensis apud BALVZIVM Tomo II. p. 235. cap. I. *obeunte Hludouico, Dominus Iohannes ter beatissimus Papa Dominum Karolum tunc Regem ad limina beatorum apostolorum inuitauit, eumque ecclesiæ ipsius defensorem ac tutorem elegit, imperialique diademate coronauit, eum præ cunctis solum & specialem eligens qui Romani Imperii sceptra teneret.* Addit etiam EVTROPIVS Presbyter c. I. *p. 11. Carolus remouit etiam a Romanis regias legationes, adsiduitatem, vel præsentiam Apostolicæ electionis. Quid plura? cuncta illis contulit, quæ voluerunt.* Verum de eo maxime dubitat ANTONIVS PAGI *Crit. Ann. Baronii Tom. III. ad a. 882. n. I.* Ipse Iohannes VIII. apud SIRMONDVM Tom. III. pag. 452. Archiepiscopi Senonensis Ansegisi, & Augustodunensis Adalgarii faciunt mentionem, qui Caroli nomine iustitiam administrassent. Idem *p. 456.* petit, vt Missos Romam dirigat, *Deum per omnia diligentes, qui vitiorum flammas, iustitiæ tramite vsi, compescant.*

28) De anno adhuc disputatur. Acta Electionis atque Inaugurationis Caroli Calui apud PITHOEVM ad a. 876. referunt. Sequitur LAMBERTVS SCHAFNABVRGENSIS. Sed decisio est petenda ex ANNALIBVS BERTINIANIS ad a. 876. *Anno Domini 876. in die Natiuitatis Domini, beato Petro multa & pretiosa munera offerens, in Imperatorem vnctus & coronatus atque Romanorum Imperator adpellatus est. Et Nonas Ianuarii Roma exiens Papiam rediit, vbi & Placitum suum habuit.* Scilicet in vnum annum refertur dies Natiuitatis & Nonæ Ianuarii, ex quo facile patebit, istos, qui ad annum 876. reiiciunt inaugurationem Caroli Calui, annum iterum incoare a natalitiis Christi, prout in Historia Caroli M. iamdum fuit dictum.

29) Alia est coronatio a Papa Ioanne natalitiis Christi facta, alia eiusdem confirmatio in synodo Ticinensi ab omnibus Italiæ Episcopis mense Februario 876. cuius Gesta reperiuntur apud du CHESNE *Tom. II. p. 467.* PITHOEVM *Ann. Franc. p. 498.* BARONIVM *Tom. X. Ann. ad a. 876. n. 2.* SIRMONDVM *Concil. Galliæ Tom. III. p. 437.* in hac enim pontifex hanc sententiam protulit: *piissimi & serenissimi spiritualis filii nostri Caroli Magni & pacifici Imperatoris ad Imperialia sceptra electionem & promotionem ante mundi quidem ordinem diuinitus ordinatam, nuper autem, id est præterita nona Indictione per ministerium nostræ mediocritatis exhibitam, annuente Deo ex tunc & nunc & in perpetuum, firmam stabilem decernimus permansuram. Hæc autem Synodus Ticinensis confirmata fuit in synodo apud Pontigonem, cum missis Ioannis aliisque multarum prouinciarum Episcopis eodem anno mense Iunio,* cuius Acta reperiuntur apud du CHESNE *Tom. II. p. 458.*

dis Impp. temerario ausu sibi arrogarunt. 30) In eadem Synodo Ticinensi, etiam ipso dirigente, varia Capitula ecclesiastica fuerunt decreta, 31) ipse quoque apud Pontigonas a. 876. a Cisalpinis pro Imp. fuit adgnitus. 32) Idemque per Decretum Romanum a. 877. fuit confirmatum. 33)

§. V. Postquam adeptus fuisset imperium, factus fuit elatior, consuetudines Francorum vilipendens, Græcas glorias & insolitos habitus affectauit, talari Dalmatica indutus, & desuper baltheo accinctus, pendente vsque ad pedes, capite vero inuoluto velamine serico & diademate super imposito processit. 34) Vt autem maiorem suæ mentis elationem ostenderet, ablato Regis nomine, se Imperatorem & Augustum omnium Regum cis mare consistentium appellari præcepit. Plurima etiam incredibilia se contra Ludouicum Regem & regnum illius facturum esse minatus est. Inter alia verba dixisse fertur, se tantam multitudinem de diuersis locis esse congregaturum, vt Rheno flumine ab equis exhausto, ipse per aridum alueum eiusdem fluminis esset transiturus, totumque Ludouici regnum vastaturus, cuius minæ facillime sunt sedatæ. Nam Ludouico suum exercitum congregante, ille timore perterritus, legatos misit pacemque petiit. 35) Laudatur tamen præcipue ex litterarum amore atque promotione. 36 Magni etiam cognomen fuit adeptus. 37)

§. VI. Ludouico Germanico fratre a. 876. defuncto, regnum illius inuasit, 38) existimans, non solum partem regni Lotharii, quam Ludouicus tenuit, verum etiam cunctas

p. 458. PHIL. LABBEI *Collectione Conciliorum p. 283.* quæ his verbis subscripserunt Italiæ proceres: *Gloriosissimo & a Deo coronato, magno & pacifico Imperatori, domno nostro Karolo perpetuo Augusto, nos quidem omnes Episcopi, Abbates, Comites, ac reliqui, qui nobiscum conuenerunt, Italici Regni Optimates, quorum nomina generaliter subter habentur inserta, perpetuam optant prosperitatem & pacem. Iam quia diuina pietas vos, beatorum principum Apostolorum Petri & Pauli interuentione, per Vicarium ipsorum domnum videlicet Ioannem summum Pontificem, & vniuersalem Papam, spiritualemque Patrem vestrum ad profectum sanctæ Dei Ecclesiæ, nostrorumque omnium inuitauit, & ad Imperiale culmen sancti Spiritus iudicio prouexit. Nos vnanimiter vos protectorem, dominum ac defensorem omnium nostrûm eligimus, cui & gaudentes toto cordis affectu subdi gaudemus, & omnia quæ ad profectum totius sanctæ Dei Ecclesiæ, nostrorumque omnium salutem decernitur & sancitis totis viribus annuente Christo, concordi mente & prompta voluntate obseruare promittimus.*

30) Hoc enim contendit SIGONIVS *lib. V. p. 133.* dicens: *hinc titulus Imperatoris Augusti posthac sincerum pontificis beneficium esse, annique Imperii a consecratione pontificia repeti cœpti,* quem ideo confutauit BOECLER *Historia seculi IX. p. 165.*

31) Extant Capitula apud LABBEVM Tom. IX. p. 285. *cum* hac rubrica: *incipiunt Capitula, quæ Dominus Carolus Ludouici Augusti piæ memoriæ filius, vna cum consensu & suggestione venerabilium episcoporum, & illustrium optimatum, reliquorumque fidelium suorum, ad honorem sanctæ Dei ecclesiæ, & ad pacem & profectum totius imperii sui, fecit anno incarnationis domini nostri Iesu Christi DCCCLXXVI. regni vero sui in Francia XXXVI. Imperii autem sui I. indictione IX. mense Februario, in palatio Ticinensi.* Imp. vero Synodo præfuisse, patet ex Libello proclamationis Ecclesiæ Rhemensis *p. 292.* in quo: *Ideoque, quia imperialem excellentiam vestram synodo præesse, & vicarios sedis apostolicæ præsto nobis adesse gaudemus.*

32) c. l. p. 284. *Sicut domnus Ioannes apostolicus & vniuersalis papa primo Romæ elegit, atque sacra vnctione constituit, omnesque Italici regni episcopi, abbates, comites, & reliqui omnes qui cum illis conuenerunt, domnum nostrum gloriosum imperatorem Carolum Augustum vnanimi deuotione elegerunt sibi protectorem ac defensorem esse: ita & nos, qui de Francia, Burgundia, Aquitania, Septimania, Neustria, ac Prouincia, pridie Kalendas Iulii, in loco qui dicitur Pontigonis, anno XXXVII. in Francia, ac imperii primo, iussu eiusdem domni & gloriosi Augusti conuenimus pari consensu ac concordi deuotione eligimus & confirmamus:* Pleniora Acta Concilii Pontigonensis exhibentur *c. X. p. 291.* apud SIRMONDVM *Tom. III. Concil. Galliæ* & apud HARDVINVM *Tom. VI. p. 166.* Adde ANNALES BERTINIANOS *ad a. 876.* AIMOINVM *lib. V. cap. XXXIII.*

33) Extat Decretum Romanum apud SIRMONDVM *Tom. III. p. 457.*

34) His verbis mores ipsius descripsit SIGEBERTVS GEMBLACENSIS *ad a. 876.* Eadem fere tradunt ANNALES FVLDENSES *ad a. 876.* & simul hæc de eodem dicunt: *hæc in VII. Id. Octobr. contra nouellum Sennacherib gesta sunt, vt qui prius propter mentis elationem Deum cognoscere noluit, modo victus & confusus intelligat, quod non in multitudine exercitus victoria belli, sed de cælo fortitudo est, & aliquando auaritiæ & superbiæ suæ modum imponat.* Idem autor ANNALIVM FVLDENSIVM *ad a. 875.* eundem vocat Galliæ tyrannum, & quod fuerit lepore timidior Ad a. 877. vero de eo dicit: *omnibus diebus vitæ suæ vbicunque necesse erat aduersariis resistere; aut palam terga vertere, aut clam militibus suis effugere solebat.*

35) ANNALES FVLDENSES *ad a. 876.* ANNALES BERTINIANI *ad a. 876.*

36) Extat HERICI Monachi S. Germani Autissiodorensis epistola ad Carolum Caluum apud du CHESNE *Tom. II. p. 470.* in qua hæc verba reperimus: *illud vel maxime vobis æternam parat memoriam, quod summatissimi aui vestri Caroli studium erga immortales disciplinas non modo ex æquo repræsentatis, verum etiam incomparabili feruore transcenditis: dum quod ille sopitis eduxit cineribus, vos fomento multiplici tum beneficiorum, tum auctoritatis, vsque quaquae prouehitis: immo, vt sublimibus sublimia conferam, ad sydera perurgetis.* Extant etiam inter HINCMARI Opuscula variæ epistolæ ad hunc Carolum Caluum; vtpote *de regis persona & regio ministerio,* atque alia *de cauendis vitiis & virtutibus exercendis.*

37) Patet hoc ex SIGEBERTO GEMBLACENSI *de Scriptoribus Eccles. c. LXXXV. & XCIX.* atque ex VSVARDI *Martyrologio* ad ipsum directo. Adde MABILLONIVM *Tom. I. Analect. p. 454.* & *lib. VI. de Re Diplom. p. 554.* ANT. PAGI *Crit. Ann. Baronii Tom. III. ad a. 778. n. XIV.* NATALEM ALEXANDRVM *Tom. VI. Hist. Eccles. Sec. IX. cap. III. art. XVII. p. 60.*

38) Hæc late narrant ANNALES METENSES ad a. 876. *Carolus Caluus, audito quod frater obiisset, nimio (vt aiunt) exultauit gaudio, arbitratus portionem Regni Lotharii, quam frater tenuerat, in suos liberus concessuram. Exercitum ergo quanta* potuit

§. VIII. Carolomannus vero ex filiis Ludouici Germanici senior, a. 877. Italiam cum manu valida Noricorum, diuersorumque Slauorum petiit, vt illud regnum, quod patri suo debebatur, vindicaret, eandemque, licet aditum denegaret Carolus, intrauit. 46) Carolus, qui cum Pontifice Papiæ hærebat, comperto Carolomanni aduentu, Tortunam venit, & consecrata Richilde a Papa Iohanne in Imperatricem, mox retrorsum, fugam arripuit cum thesauro versus Moriennam. 47) Carolomannus, postquam Optimates Italiæ ad se venientes suscepisset, disposita, prout voluerat, regione, reuersus est in Bauariam. 48) Carolus vero in Galliam tendens, & in fuga dysenteriæ morbo correptus, in loco, qui Brios dicitur, obiit, 49) licet non desint, qui eum a Iudæo quodam, dicto Sedechia, veneno dicant fuisse enecatum. 50) Cuius corpus cum satellites ipsius ad sepulturam, quam ipse sibi apud S. Dionysium parauerat, transferre voluissent, propter nimium foetorem in Basilica Eusebii Martyris Vercellensi sepeliuerunt. Post septem annos vero ossa eius sunt translata, & Parisiis in monasterium S. Dionysii honorifice translata. 51)

§. IX.

vocat Caroli germanum. Hic vero Boso, mortuo Ludouico Balbo, omne demum Regnum Burgundiæ sibi subiicere fuit conatus, prout REGINO *ad a. 879.* demonstrauit. Hinc in conuentu Mantalensi Regis nomen ab Arelatensis regni Proceribus ipsi a. 879. fuit delatum, prout Acta huius conuentus reperiuntur apud du CHESNE *Tom. II. p. 480.* SIRMONDVM *Tom. III. Concil. Galliæ p. 497.* Ast OTTO FRISINGENSIS lib. VI. c. VI. inquit: *cuius regni Prouinciam, quam pater eius (Ludouici Balbi) Carolus Lotharii Imperatoris filius in diuisione sortitus fuerat, Boso, cui Carolus Imperator illam tradiderat, inuadere gestiens, Lugdunum venit, ibique a Pontifice eiusdem Vrbis in Regem Burgundiæ vngitur, sed a prædictis adolescentibus Ludouico & Carolomanno arcetur.* PAVLVS AEMYLIVS *Hist. Franc. p. 84.*

46) REGINO, MARIANVS SCOTVS, ANNALES FVLDENSES, METENSES, BERTINIANI HVGO FLAVINIACENSIS *ad a. 877.* SIGEBERTVS GEMBL. *ad a. 876.* OTTO FRISINGENSIS *VI. cap. VI.* CHRON. REG. S. PANTALEONIS *ad a. 878.*

47) ANNALES BERTINIANI *ad a. 877.* AIMOINVS *lib. V. c. XXXV.*

48) Ita ANNALES FVLDENSES *ad a. 877.* Contrarium habent ANNALES METENSES, quos sequitur AIMOINVS *lib. V. c. XXXV. Carolomannus mendaci nuntio audiens, quod Imperator & Papa Ioannes super eum cum multitudine maxima bellatorum venirent, & ipse fugam arripuit per viam, qua venerat.* Verum, tacent de eo REGINO *ad a. 877.* OTTO FRISINGENSIS *lib. VI. c. VI.* dubius est CAROLVS SIGONIVS *lib. V. de R. Italiæ pag. 138.* Fidem AIMOINI euertit ADLZREITER *p. I. Ann. Boior. lib. XIV. n. IV.*

49) ANNALES BERTINIANI ad a. 877. *Carolus vero febre correptum puluerem bibit, quem sibi nimium dilectus ac credulus Medicus suus Iudeus nomine Sedechias transmisit, vt ea potione a febre liberaretur, insanabili veneno hausto inter manus portantium transito monte Cinisio perueniens ad locum qui Brios dicitur, misit pro Richilde, venenum haustum in vilissimo tugurio mortuus est II. Nonas Octobris.*

50) REGINO vero ad a. 877. *Est autem fama, quod a quodam Iudæo, qui vocabatur Sedechias, poculum mortis ei propinatum sit, qui ei familiarius adhærebat, eo quod in medendis corporum passionibus singularem experientiam habere diceretur. Porro hic sicarius plane erat, & magicis præstigiis incantationibusque mentes hominum deludebat. Obiit pridie nonas Octobris.* IOACHIMVS VADIANVS *de Coll. & Monast. Germ. lib. II.* apud GOLDASTVM *Rer. Alemann. Tom. III. p. 50.* addit: *tertio deinde anno ex Italia proficiscens in ipsis Alpium iugis veneno ab Ludouici Iunioris filiis per Iudeum quendam Sedechiam subornato extinctus est.* Quid circa mortem Caroli Calui acciderit, optime describunt ANNALES METENSES *ad a. 877. Anno Dominicæ Incarnationis DCCCLXXVII. Carolus senior Romam secundo profectus est, vbi iam pridem Imperatoris nomen Præsule a Sedis Apostolica Ioanne ingenti pretio emerat, Regnumque Italiæ magis in transeundo vidit, quam fruendo potitus est. Euolutis deinde paucis diebus, Papiam ingreditur, in qua cum disponendis publicarum rerum negotiis animum intenderet, repente nunciatum est ei Carlomannum cum ingenti armatorum multitudine Longobardorum terminos introisse: Mox pauore solutus, Ticinum, Padumque transiit, & summo annisu in Gallias repedare contendit. Sed priusquam Alpium præeminentia iuga, augustaque itinera attingeret, ægritudine pulsatur. Quam protinus mors subsecuta finem vitæ imposuit. Est autem fama, quod a quodam Iudæo, qui vocabatur Sedechias, poculum mortis ei propinatum sit. Qui ei familiarius adhærebat, eo quod in medendis corporum passionibus singularem experientiam habere videretur. Porro sicofanta erat, & magicis præstigiis incantationibusque mentes hominum deludebat. Obiit vero Non. Octobris. Corpus eius leuatum in feretro, a suis extra Italiam deportatur. Sed quia foetor intolerabilis ex putredine cadaueris baiulantes grauabat, compulsi sunt illud terræ mandare. Post aliquantos annos ossa eius translata sunt, & Parisiis in Monasterio Sancti Dionysii honorifice sepulta.*

51) Eadem habet ANNALISTA SAXO *ad a. 877.* Plerique Scriptores dicunt, ipsum in monasterio quodam Burgundiæ fuisse sepultum. ANNALES FVLDENSES, BERTINIANI: *quem aperientes qui cum eo erant, ablatis interraneis, & infusum vino ac aromatibus quibus poterant, & impositum locello, coeperunt ferre versus Monasterium sancti Dionysii vbi sepeliri se postulauerat. Quem pro fœtore non valentes portare, miserunt eum in tonna interius exteriusque picata, quam coriis inuoluerunt, nihil ad tollendum fœtorem profecit. Vnde ad cellam quandam Monachorum Lugdunensis Episcopii quæ Nantoadis dicitur, vix peruenientes, illud corpus cum ipsa tonna terræ mandauerunt.* Sed auctor incertus Chronici Petauiani apud du CHESNE Tom. III. p. 350. ad a. 877. *Anno Domini 877. Karolus Imperator, qui Caluus appellatur, filius Hludouici piissimi Imperatoris, cum secunda profectione Romam peteret, tertio Kalendas Octobris in ipso itinere obiit Vercellis ciuitate, ibique sepultus in Basilica beati Eusebii, Martyris requieuit annis septem. Post hæc autem per visionem delatum est corpus eius in Francia, & honorifice sepultum in Basilica beati Dionysii Martyris Parisiis.* Hunc sequuntur AIMOINVS *lib. V. cap. XXXV.* ADLZREITER *p. I. Ann. Boi. lib. XII. n. 4.* Epitaphium Caroli Calui in eadem tale reperitur:

Imperio Carolus Caluus regnoque potitus
Gallorum, iacet hic sub breuitate situs
Plurima cum villis, cum Clauo, cumque corona,
Ecclesiæ viuus, huic dedit illa bona.
Multis ablatis nobis fuit reparator,
Sequanii fluuii, Rueliique dator.

 52) NIT-

§. IX. Vxores duas Caluus habuit, primam Hirmintrudim, Ottonis, Aureliorum Comitis filiam, qua anno 874. defuncta, 52) alteram ex concubina 53) vxorem duxit Richildem, Bouini, Arduennæ Comitis filiam, 54) ex qua per abortum filium suscepit, statim iterum extinctum. 55) Ex Hirmintrude vero tres filios suscepit, Carolum, Carolomannum atque Ludouicum, quorum iste iuuenili audacia ductus, tentare volens Albuini audaciam, ab eodem misere fuit occisus. Alterum filium Carolomannum inuitum ad diaconatus officium pertractum, vt regnaret securior, excoecari fecit, 56) solus itaque ipsi successit Ludouicus Balbus.

52) NITHARDVS lib. IV. sub finem: *accepit quidem Karolus, vti præfatum est, in coniugio Hermentrudem Vodonis & Ingeltrudis filiam, & neptem Adelhardi.* Tempus natiuitatis eius & nuptiarum ipse Imp. definit in litteris Donationis apud MABILLONIVM *lib. VI. de Re Diplom. n. XCVIII. in idibus Decembris quando Deus me dilectam coniugem Yrmintrudem vxores vinculo copulauit, verum & quinto Kal. Octobr. quando ipsa dilectissima nobis coniunx nata fuit.* Male igitur NITHARDVS *l. c.* dicit nuptias XIX. Kl. Ianuarii esse expletas.

53) ANNALES BERTINIANI ad a. 869. *Carolus certo nuntio comperiens, obiisse Hirmintrudem, vxorem suam in Monasterio S. Dionysii, vbi & sepulta est, exsequente Bosone, filio Buuini, quondam Comitis, hoc missaticum quod matrem & materteram, suam, Theutbergam, Lotharii Regis relictam, sororem ipsius Bosonis Richildem nomine, mox sibi adduci fecit, & in concubinam accepit.*

54) ANNALES BERTINIANI *ad a. 870. Carolus in die festiuitatis Septuagesimæ prædictam concubinam suam, Richildem, desponsatam atque dotatam coniugem sumpsit.* Quos sequitur AIMOINVS *lib. I. c. XXII.* FRAGMENTA HISTORIAE FRANCICAE apud du CHESNE Tom. II. p. 404. *item Karolus certo nuncio comperto, obiisse Ermentrudem vxorem suam, sororem Bosonis nomine Richildem mox sibi adduci fecit, & in concubinam accepit. Qua de re eidem Bosoni Abbatiam sancti Mauricii cum aliis honoribus dedit. Item, in die festiuitatis Septuagesimæ prædictam concubinam suam Richildem desponsatam atque dotatam in coniugem duxit.*

55) ANNALES BERTINIANI ad a. 875. *Carolus circa initium Quadragesimæ Monasterium sancti Dionysii adiit, vbi & Pascha Domini celebrauit: & Richildis vxor eius noctu ante quartam feriam Paschæ aborsus filium peperit, qui baptisatus mox obiit.* Hæc est ista Richildis, ad quam Ioannis Papæ epistola est directa apud du CHESNE *Tom. III. pag. 873.*

56) ANNALES METENSES ad a. 870. *per idem tempus Carolus Carolomannum filium suum oculis priuauit. Siquidem prædictus Rex ex Hermentrude Regina tres filios susceperat, Carolum scilicet, & Carolomannum, atque Ludouicum. Sed duo ex his infeliciter perierunt. Nempe Carolus leuitate iuuenili ductus, tentare volens Albuini fratris Buini & Bertonis audaciam, ac sæpe laudatam constantiam, alium se esse simulans cum ex venatione vespertinis horis idem Albuinus quadam die reuerteretur, super eum solus impetum fecit, veluti equum in quo sedebat, ablaturus. Ille alium existimans quam filium Regis, euaginato gladio ex aduerso eum in capite percussit, moxque terra prostrauit. Deinde multis vulneribus confossum semiuiuum reliquit, arma pariter & equum secum auferens. Debilitatus ergo membris, ac vultu deformatus, pauco tempore superuixit. Albuinus cognito quod Regis filius esset, in quam talia exercuerat, celeriter aufugit, mortisque periculum declinauit. Porro Carlomannus cum esset puerulus, iussu patris attonsus, Clericus effectus est. Dehinc procedenti tempore ad Diaconatus officium quamuis inuitus atque coactus, in præsentia genitoris ordinatus est. Legitque publice Euangelium, & Pontifici Missam celebranti iuxta morem ministrauit. Post hæc per apostasiam recedens ab Ecclesiastica religione, & abiiciens gratiam, qua data erat ei per manuus impositionem, alter Iulianus efficitur. Collecta namque prædonum non modica turba, Ecclesias Dei cœpit deuastare, & cuncta diripere, & inaudita mala perpetrare. Pro quibus cum crebro a patre correptus fuisset, nec a cœpta prauitate cessaret, nouissime ex præcepto patris ei oculi eruuntur: iusto Dei iudicio lucem exteriorem amittens, qui interiorem, qua Christus est, a suo pectore effugauerat. Orbatus itaque Ludouuicum patruum suum adiit, calamitatum suarum ærumnas apud eum lugubriter deplorans. Ille miseratione motus Absternacum Monasterium sancti Willibradi ei ad subsidium vitæ præsentis concessit, vbi non multo post tempore mortuus & sepultus.* ANNALISTA SAXO *ad a. 873.* CHRON. REG. S. PANTALEONIS *ad a. 871.*

SECTIO SEXTA
DE
LVDOVICO BALBO.

§. I. Ludouicus Balbus patri suo succedit, eiusdem nomen & mores. §. II. Pacem facit cum Ludouico Iuniore. §. III. An fuerit Imperator. §. IV. Pactio Furonensis. §. V. Mors, vxores & liberi Ludouici Balbi.

§. I.

Successit ipsi filius, LVDOVICVS BALBVS, eo, quod tardioris atque impeditioris esset eloquii, sic dictus. 1) Ab aliis sortitus est nomen *Nibil*, siue quod vix duobus annis regno potitus, nihil strenue gesserit, siue, vt alii interpretabantur, sanctimonialem quandam ex monasterio Kale abstractam, coniugio sibi copulans, peccatum, quod nihil est, perpetrauerit. 2) Vnicus hic supererat ex Calui filiis, a patre iamdum Rhemis

1) REGINO, ANNALES METENSES *ad a. 878.* MARIANVS SCOTVS *ad a. 876.*

2) Hæc ex antiqua membrana reperiuntur in PITHOEI *Annalibus p. 511.* & apud du CHESNE *Tom. II. p. 638.* Hinc etiam WILHELMVS GEMMETICENSIS *Hist. Normann. lib. VII. c. XXIII.* hunc Balbum vocat cognomine *Nihilfecit.*

3) In

nis destinatus successor, a proceribus etiam adprobatus. 3) Princeps simplex ac mitis dicitur, pacis, iustitiæ & Religionis amator. 4)

§. II. Hic statim ac patri successerat, perterritus, propter iniurias, a patre, Ludouico Germanico illatas, legatos ad filium ipsius cognominem mittit, & se de omnibus, quæ contra eundem Genitor suus gesserat, nititur excusare. Cuius legatos Ludouicus Rex audiuit atque absoluit. 5)

§. III. Dubitatur adhuc, an Ludouicus hic Balbus fuerit Imperator, cum Annales plerique Francorum illum saltim Regem vocent. 6) Ratio dubitandi hæc est, quod Carolomannus filius Ludouici Germanici natu maior Italiam teneret, Carolo Crasso altero ex filiis plerique nobilium Romanorum Imperium vellent conferre. 7) Ioannes vero Papa, eo quod Carolo haut faueret, in custodia ab iisdem fuit detentus, 8) liberatus tamen in Franciam venit, ibique Conuentu Episcoporum habito, apud Trecas vrbem Campaniæ Ludouicum septimo Idus Septembris 878. maximo totius Galliæ concursu Imperatorem vnxit, solenni iureiurando adactum, se ecclesiam, dum viueret, ab hostium & maxime Infidelium oppressionibus esse tutaturum. 9) Inde dum ornatus quidem esset corona Imperiali

3) In HINCMARI epistola ad Ludouicum Balbum n. 6. *præsertim cum non habeatis fratrem, ad quem populus debeat se diuidere, sicut nec diuisus est Carolo Imperatore mortuo, sed se vniuit cum Hludouico illius vnico filio.* & n. 7. *vos scitis, quia pater vester prius Remis de constitutione vestra post illum in regimine regni cum primoribus regni sui disposuit: vbi, quantum recordor, maxime omnes regni primores fuerunt, excepto venerabili Abbate Hugone, & Bernardo Comite Anuernense: & omnes secundum dispositionem patris vestri in vestra regia constitutione consenserunt.*

4) Hæc ipsi tribuunt REGINO, ANNALISTA SAXO & ANNALES METENSES *ad a. 878.*

5) ANNALES FVLDENSES *ad a. 877.*

6) Sic enim ANNALES BERTINIANI ad a. 877. *Ludouicus accepto nuncio in Andriaca villa de morte patris sui, quos potuit, conciliauit sibi: dans eis Abbatias & Comitatus ac villas, secundum vnius cuiusque postulationem. Et iter agens per Carisiacum & Compendium vsque Aduernum, quatenus ad sepulturam patris sui apud Monasterium sancti Dionysii perueniret: vbi audiuit patrem suum sepultum, & regni primores tam Abbates quam Comites indignatos, quia quibusdam honores dederat sine illorum consensu, & ob id aduersus se conspiratos esse, reuersus est Compendium. Ipsi autem Primores cum Richilde diripientes omnia, quæ in via illorum erant, vsque ad Auennacum Monasterium peruenerunt, & Conuentum suum ad Montem Witmari condixerunt, indeque Missos suos ad Ludoicum direxerunt. Sed & Ludoicus Legatos suos ad eos direxit. Et discurrentibus inter eos Missis, ad hoc peruentum est, vt Richildis & ipsi Primores ad eum Compendium venirent, & suum Conuentum ad Casnum in Cotia condixerunt. Richildis Compendium ad Ludouicum veniens in Missa sancti Andreæ attulit ei Præceptum, per quod pater suus illi Regnum ante mortem suam tradiderat, & spatam quæ vocatur sancti Petri, per quam eum de Regno reuestiret. Sed & regium vestimentum & coronam, ac fustem ex auro & gemmis. Et discurrentibus Legatis inter Ludouicum & Regni Primores, & pactis honoribus singulis quos petierunt VI. Idus Decembris consensu omnium tam Episcoporum & Abbatum, quam Regni Primorum, ceterorumque qui adfuerunt, consecratus & coronatus est in Regem Ludouicus ab Hincmaro Remorum Episcopo, & Episcopi se suasque Ecclesias illi ad debitam defensionem & canonica priuilegia sibi seruanda commendauerunt profitentes secundum suum scire & posse, iuxta suum ministerium, consilio & auxilio illi fideles fore. Abbates autem & Regni Primores, ac vasalli regii, se illi commendauerunt, & sacramentis secundum morem fidelitatem promiserunt.* Acta Consecrationis in Compendio Palatio reperiuntur apud ANDR. du CHESNE *Tom. II. p. 473.* & in HINCMARI Operibus *Tomo I. p. 747.* AVCTOR MIRACVLORVM S. GENVLPHI c. VI. p. 102. Tom. II. Mensis Ianuarii ad d. XVII. *Nullus* (Galliæ Regum) *post Carolum Imperium tenuit Romanorum. Eius filius, Ludouicus, solummodo Regnum obtinuit Francorum.* AVCTOR TRANSLATIONIS S. VEDASTI ad d. VI. Februarii Tom. I. p. I. §. 2. p. 809. *Carolus, Imperator Augustus, ex hac vita discessit. Ludouicus, filius suus ei in Regnum successit.* Adde FRAGMENTVM HISTORIAE AQVITANICAE *p. 517.* HINCMARI Epistolam ad Ludouicum Regem *Opp. Tom. II. p. 179.* Ioannis VIII. Epistolam ad Ludouicum Regem apud SIRMONDVM *Tom. III. p. 464.* DAVIDEM BLONDELLVM *in præfatione Apologetica ad pleniorem assertionem Genealogiæ Francicæ plenioris XXXI. 3. a.* NATALEM ALEXANDRVM *Tom. VI. Hist. Eccles. Sec. IX. c. I. art. XI. p. 18. c. VII. art. IV. p. 192.* ANT. PAGI *Crit. in Ann. Baronii ad a. 878. n. 3. p. 716.*

7) SIGEBERTVS GEMBLACENSIS ad a. 878. *filius eius* (Caroli Calui) *Ludouicus, cognomento Balbus secundus, post diuisionem regnat in Francia, annis duobus; iunior vero Carolus* (Crassus) *filius Ludouici, Germanorum Regis, Imperium adeptus est, Ioanne autem Papa satagente Imperium transferre ad Ludouicum Balbum, filium recens defuncti Caroli Imperatoris.*

8) SIGEBERTVS GEMBLACENSIS ad a. 879. *Ioannes Papa, iniuriatus a Romanis, ita, vt etiam in custodia teneretur, pro eo, quod Carolo non fauebat, in Franciam veniens, cum Rege, Ludouico Balbo, pene annum moratus est.* ANNALES FVLDENSES ad a. 878. *Lantbertus Witonis filius & Adalbertus Bonifacii filius Romam cum manu valida ingressi sunt, & Iohanne Romano Pontifice sub custodia retento, optimates Romanorum fidelitatem Carlmanno sacramento firmare coëgerunt.* ANNALES BERTINIANI *ad a. 878.*

9) AIMOINVS V. c. XXXVII. *Colloquio constituto, Balbus duris se ipsius, atque Ecclesiæ, quæ commemorabat, temporibus, se affuturum ostendit, si ille se Augustali corona, quam Patri suo tradiderat, exornaret. Cui cum se Pontifex gratificaturum summo studio respondisset, ipsum, septimo Idus Septembris, maximo totius Galliæ concursu, Imperatorem vnxit, solemni iureiurando adactum, se Ecclesiam dum vixisset, ab hostium, & maxime infidelium oppressionibus tutaturum.* ANNALES BERTINIANI ad a. 878. *Ioannes Papa irascens contra Lantbertum & Adalbertum Comites, quia villas & ciuitatem eius prædati sunt, eis horribiliter excommunicatis, Roma exiit, & nauigio Arelatum in die sancto Pentecostes appulit, suosque Nuncios ad Bosonem Comitem misit, & per eius auxilium vsque Lugdunum venit, & inde Missos suos ad Regem Ludouicum Turonis misit: mandans vt ei obuiam veniret quo sibi commodum foret. Ludouicus autem mittens ei obuiam quosdam Episcopos, petiit vt vsque Trecas veniret, ipsique ab Episcopis istius Regni stipendia dari fecit. Et quia propter suam infirmitatem ante non potuit, Kalendas*

periali, sed in Gallia, Imperator dicitur sine Roma & Italia. 10) Vxorem quoque suam Adelheidam a Papa reginam voluit coronari, hoc tamen abnuente, ex ea, vt videtur, ratione, quod Caroli Calui vidua, Ingelberga adhuc esset in viuis. Immo, Papa circa Regis constitutionem maiorem sibi adrogare conabatur potestatem. 11)

§. IV. Proximum ab hoc fuit Conuentio Furonensis inter Ludouicum Balbum & Ludouicum iuniorem Germaniæ Regem inita. Primum enim Marsnæ inuicem conuenerunt, postea Furonis 12) Kl. Nouembris a. 878. ita consensu fidelium suorum pacti fuerunt, vt de regno Lothariensi pactio inter Carolum Caluum & Ludouicum Germanicum a. 870. inita, 13) valeret. Italiam vero Carolomannus, qui eandem occupauerat, teneret, vsque dum de eadem certi quidpiam definitum. 14)

§. V. Mortuus tandem fuit Ludouicus hic Balbus III. Idus Aprilis 879. Filio suo Ludouico destinato successore. 15) Habuit autem, cum adhuc iuuenilis ætatis flore polleret,

das Septembris apud Trecas ad eum venit. Interea Papa Ioannes generalem Synodum cum Episcopis Galliarum & Belgicarum Prouinciarum agens. Et paullo post: *& coronatus Ludouicus a Ioanne Papa VII. Idus Septembris inuitauit eundem Papam ad domum suam, & opipare pascens honorauit eum multis donis ipse & vxor sua, & remisit eum ad Trecas ciuitatem.* Exinde facile est concludendum, ipsum coronatum fuisse in Imperatorem, prout etiam ANT. MIRAEVS *Ann. Belg. ad a. 878.* contendit, cum coronatio Gallica ab Hincmaro Rhemensi fuerit facta, prout superius fuit adsertum.

10) Sunt, qui ipsum inter Impp. referant, sunt qui excludant: GOLSCHERVS *Gestis Treuirorum c. XLIII.* dicit: *anno dominica incarnationis 880. defuncto Imperatore Ludowico.* Imperatorem etiam dicit LEHMANN *lib. III. c. XLVI.* SIGONIVS *de Regno Italia lib. V. p. 136.* BROWER *Ann. Treuir. p. I. lib. VIII. §. 172.* BARONIVS *Tom. X. Annal. ad a. 879. n. I.* BOECLER *hist. sec. IX. p. 174.* MARTINVS POLONVS, BENEVENVTVS de RAMBALDIS, THEODORICVS ENGELHVSIVS, GERVASIVS TILBERIENSIS eundem e numero Impp. omittunt. MVTIVS Germ. Chron. lib. XI. pag. 87. *Post hæc omnia, Ioannes Pontifex animaduertens plus præsidii in Sueuorum rege Carolo, quam in Balbo, & Carolum hunc amicis Roma abundare: quamobrem creat eum Cæsarem, appellatque Carolum tertium. Balbi imperatorium nomen vertitur in risum, nec scribitur in albo Imperatorum.* STEPHANVS etiam BALVZIVS notis ad Petrum de Marca de Concordia Sacerdotii & Imperii *p. 927.* ait: *exemplo quoque sit Ludouicus Balbus, Caroli Magni pronepos: qui tametsi Imp. nunquam fuerit, a Ioanne VIII. Pontifice Romano Imperator vocatur in priuilegio, quod pontifex ille monasterio Trenorchiano concessit anno DCCCLXXVIII. in Concilio Fricassino.* Sic etiam SCHVRTZFLEISCHIVS de diuisione Imperii Carolini §. L. dicit, *Ludouicum Balbum perperam in Romanorum Imperatorum serie collocari, eo quod coronatio ipsius a Ioanne VIII. facta, minime de Imperatoria sit intelligenda,* quod tamen superius iamdum fuit demonstratum.

11) Vtrumque docent ANNALES BERTINIANI ad a. 878. *Postea vero per Missos petiit eundem Papam, vt vxorem illius in Reginam coronaret. Sed obtinere non potuit. Frotarius autem & Adelgarius Episcopi attulerunt in conuentum Episcoporum Papa Ioanni Praceptum, per quod pater suus Ludouico Regnum tradiderat, petentes ex ipsius parte, vt priuilegio suo ipsum Praceptum confirmaret. Tunc Papa Iohannes protulit exemplar quasi facti Pracepti a Carolo Imperatore de Abbatia sancti Dionysii Romana Ecclesia, quod compilatum consilio præfatorum Episcoporum, & aliorum Consiliariorum Ludouici Regis a plurimis credebatur, vt a Gozleno ipsam Abbatiam velut ex ratione tolleret & sibi habere posset. Et dicente Papa Iohanne, vt si vellet Ludouicus Rex, vt super illius Praceptum priuilegium faceret, suo Pracepto illud patris sui Praceptum firmaret. Quod argumentum, sicut factio, & non ratio, imperfectum remansit.* Ex quo facile patet, Papam videri voluisse, quasi & Carolo & Ludouico Imperatoriam tradidisset potestatem.

12) Hodie municipium Foron, prope Aquisgranum: Supersunt adhuc rudera veteris Palatii.

13) De qua *Sect. Super. §. IV.*

14) Digna hæc sunt, vt verbis ANNALIVM BERTINIANORVM *ad a. 878.* efferantur: *Ludouicus Rex Trecas Compendium reuersus, audita renunciatione Legatorum suorum, quos ad sobrinum suum Ludouicum pro pace inter se obtinenda direxerat, cum quibusdam Consiliariis suis venit ad Heristallium. Et Kalendas Nouembris simul conuenientes apud Marsnam, vtrimque pax firmata est inter eos. Et condixerunt Placitum in Purificatione sancta Maria, vt simul iterum conuenirent. Ludouicus Caroli filius ad Gundulfi villam, & Ludouicus Ludouici filius circa eundem locum in commoditate sua. In ipso quidem Placito hac qua sequuntur inter eos consensu fidelium illorum seruanda conuenerunt. Conuentio, qua inter gloriosos Reges Ludouicum filium Caroli Imperatoris, itemque Ludouicum filium Regis Ludouici in loco qui vocatur Furonis Kal. Nouembris, ipsis & communibus fidelibus ipsorum fauentibus & consentientibus, facta est anno Incarnationis Dominica DCCCLXXVIII. Indictione XI. dicente Rege Ludouico filio Caroli. Sicut inter patrem meum Carolum & patrem vestrum Ludouicum regnum Lotharii diuisum fuit, volumus vt ita consistat. Et si aliquis nostrorum fidelium de Regno patris sui ex hoc aliquid vsurpatum habet, iussu nostro illud dimittat. De regno vero, quod Ludouicus Imperator Italia habuit, quia necdum ex illo aliqua diuisio facta est, quicumque modo illud tenet, ita teneat: donec Domino volente iterum simul venientes cum communibus fidelibus nostris, inueniamus & diffiniamus quid ex hoc melius & iustius nobis visum fuerit. De regno autem Italia quia modo nulla ratio esse potest, omnes sciant quia partem nostram de illo Regno & requisiimus & requisiuimus, & Domino auxiliante requiremus.* ANNALISTA SAXO *ad a. 879.* Sequuntur in iisdem Annalibus reliqua capita hoc ipso conuentu conclusa, quæ etiam reperiuntur apud GOLDASTVM *Constit. Tom. III. p. 293.* BALVZIVM *Tom. II. pag. 277.* Vid. & OBRECHT *prodromo Rer. Alsat. cap. VI. pag. 81.*

15) ANNALES FVLDENSES *ad a. 879. Ludouicus Caroli regis filius III. Id. April. apud Compendium obiit palatium.* ANNALES BERTINIANI *ad a. 879.* de hoc Ludouico: *sed quia ingrauescente infirmitate sua (dicebatur enim veneno infectus) longius ire non potuit, filium & æquiuocum suum Ludouicum baiulationi Bernardi Comitis Aruernici specialiter committens Hugonem Abbatem, & Bosonem & præfatum Bernardum cum filio suo, sed & Theodericum cum sociis suis, Augustodunum misit: quatenus ipsum Comitatum ad opus Theoderici, cui antea illud dederat, euindicarent. Ipse autem cum magna difficultate per Iodrum Monasterium Compendium venit. Et sentiens se mortem euadere non posse, per Odonem Belgiuacensem Episcopum & Albuinum Comitem coronam & spatam, ac reliquum regium appara*

leret, quandam puellam nobilem, nomine Ansgard sibi coniugii fœdere copulatam, ex qua duos liberos suscepit, elegantis formæ, ac ingentis animi virtute præstantes: horum vnus Ludouicus, alter Carolomannus vocabatur. Sed quia hanc, sine Genitoris consensu, suis amplexibus sociauerat, ab ipso patre ei postmodum interdicta, & interposito iurisiurandi sacramento, ab eius consortio in perpetuum fuit separata. Tradita est autem eidem ab eodem patre Adelheidis in matrimonium, quam grauidam ex se reliquit idem Rex, cum obiret, quæ tempore pariendi expleto, enixa est puerum, cui nomen Aui imposuit, eundemque Carolum fecit vocitari. 16) Post mortem vero patris, varie diuisis Francorum proceribus 17) dum Boso, Rex Prouinciæ pro nihilo duceret filios Ludouici, eosdemque velut degeneres despiceret, eo quod iussu Caroli eorum genitrix spreta fuerit atque repudiata. 18) Hic etiam, audita morte Ludouici, a Prouincia egreditur, totamque Burgundiam occupare nititur. 19) Inde Lugdunum ingressus, ab Aureliano in Regem super præfatum Burgundiæ Regnum inungitur. 20) Filii vero Ludouici profecti sunt Ambianos, & secundum consilium fidelium suorum regnum paternum inter se diuiserunt, ita, vt Ludouicus Franciam & Neustriam haberet, Carolomannus Burgundiam obtineret & Aquitaniam. 21) His vero defunctis, filius posthumus, Carolus Simplex dictus, in vniuersa Gallia successit. 22)

apparatum filio suo Ludouico misit: mandans illis qui cum eo erant, vt eum in Regem sacrari ac coronari facerent. Ipse autem IV. Idus Aprilis in die parasceues iam vespere obiit: & in crastina, scilicet in vigilia sanctæ Paschæ, in ecclesia sanctæ Mariæ sepultus fuit. ANNALES METENSES vero & Regino hanc mortem in annum 878. referunt. FRAGMENTVM S. QVINTINI apud du CHESNE *Tom. II. p. 483. ad a. 880.* CHRON. REG. S. PANTALEONIS *ad a. 879.*

16) Verba sunt REGINONIS *ad a. 878.* Eadem habet ANNALISTA SAXO *ad a. 878.* Hinc corrigendus est IOACHIMVS VADIANVS, qui in *libro II. de Mon. & Coll. Germaniæ* apud GOLDASTVM *Tom. III. p. 50.* duos Balbo saltim tribuit filios, dum ait: *Caluus igitur filium reliquit Ludouicum, qui Balbus cognominatus, qui & ipsi patri successit duobus itidem filiis relictis Ludouico scilicet, qui haut multis annis vixit, & Carolo, qui puer admodum patrem amisit, plerisque postea Simplex dictus.*

17) SIGEBERTVS GEMBLACENSIS ad a. 880. *Rex Francorum Ludouicus Balbus moritur, vxorem suam ex se grauidam relinquens. De regno eius Francis varie sentientibus, aliis illud filiis Ludouici Balbi ex concubina deberi iudicantibus, aliis Bosoni Prouinciæ regulo ad illud iniuste inuadendum assentientibus, aliis vero illud regno Germaniæ resociare volentibus, nascitur interim ex legitima vxore Ludouici Balbi filius, qui ex nomine aui Carolus nominatus est. Filii tamen Ludouici Balbi ex concubina, Ludouicus & Carlomannus dicti, interim regnum Francorum inter se diuidentes, regnant annis quinque, & Bosonem semper persecuti sunt.* Sequitur ALBERICVS *ad a. 879.* FRAGMENTVM S. QVINTINI apud du CHESNE Tom. II. p. 483. *Anno siquidem DCCCLXXXI. a Dominica Incarnatione, Kalendis Ianuarii, Normannorum metu cogente, a bustis prius emota suis ad præfatum montem prius delata sunt. Nam priori anno Karolides Ludouicus nimia infirmitate grauatus in parasceue die spiritum vita exhalauit. Quapropter eius filii, alter Ludouicus, alter Carlomannus dicti, Reges sunt constituti.*

18) Verba sunt ANNALIVM FVLDENSIVM *ad a. 879.*

19) REGINO *ad a. 878.*

20) REGINO *c. l.*

21) ANNALES BERTINIANI *ad a. 880.* AIMOINVS *lib. V. c. XL.*

22) ANNALES FVLDENSES ad a. 881. *hoc ergo factum est post obitum Hludouuici regis, natorumque eius Carlmanni & Hludouici, quorum successor frater illorum minimus in regno extitit.*

SECTIO SEPTIMA
DE
LVDOVICO GERMANICO, CAROLOMANNO, LVDOVICO IVNIORE, CAROLO CRASSO.

§. I. Ludouici Germanici, eiusdemque familiæ recensio multum facit in Historia Germanica momenti. §. II. Ludouicus Germanicus, tertius ex filiis Ludouici Pii. §. III. Diuisio cum fratribus. §. IV. Bohemos, Sorabos, Slauos deuincit, Lotharienſibus regem concedit. §. V. Dalmatas & Bohemos vincit, cum Carolo Caluo & Lothario Imp. pacem facit Confluentinam. §. VI. Negotium cum Carolomanno filio. §. VII. Bella cum Slauis, fœdus Tusſiacense & negotium cum Ludouico iuniore. §. VIII. Bellum Soracicum. §. IX. Diuisio regni Lothariensis & negotia cum filiis Ludouico & Carolo. §. X. Bella Ludouici cum Normannis. §. XI. Legatos Basilii Imp. Græci absoluit, regna inter filios diuisit. §. XII. Bellum gerit cum Carolo Caluo & moritur a. 876. §. XIII. Diuiſio inter filios Ludouici Germanici. §. XIV. Primus ex fratribus Carolomannus. §. XV. Ludouicus iunior alter, Bauariam, mortuo fratre, adipiscitur. §. XVI. Mortuo Ludouico Balbo regnum Lothariense adipiscitur & Normannos deuincit. §. XVII. Ludouici bellum Normannicum. §. XVIII. Ludouici iunioris mors, vxor & liberi. §. XIX. Carolus Crassus succedit, qui & Magnus dictus. §. XX. Caroli Crassi mores. §. XXI. Carolus Crassus a Ioanne Papa in Imp. coronatur. §. XXII. Fratri suo Ludouico succedit. §. XXIII. Bellum Normannicum. §. XXIV. Negotia Italica. §. XXV. Regnum Franciæ adipiscitur. §. XXVI. Pax cum VVidone & bellum Normannicum. §. XXVII. Negotium de Bernhardo filio & cum Richarde coniuge & Luitwardo, Vercellensi Episcopo. §. XXVIII. Carolus Crassus deponitur. §. XXIX. Mors ipsius & sepultura. §. XXX. Quid de ipsius constitutione de expeditione Romana sit sentiendum.

§. I.

POst Ludouicum Balbum in ordine Imperatorum successit Carolus Crassus, Ludouici Germanici filius, cuius memoria cum multum in Historia Germanica faciat momenti, cum omni ipsius familia nunc erit pertractanda.

§. II. Tertius ex Ludouici Pii filiis erat LVDOVICVS, a Germaniæ regno, quod in diuisione fraterna per pactionem Verdunensem fuerat nactus, dictus GERMANICVS, & quidem ex prima ipsius coniuge Irmengardi. Princeps dicitur eruditus, religionis, pacis & iustitiæ amantissimus. 1) Hunc in prima diuisione a. 817. facta, pater Bavariæ præfecit. Postquam autem a. 821. nouam fecisset diuisionem, eademque filios in se concitaret, vt patrem captiuum facerent, auctor tandem fuit, vt liberaretur. Nouis subortis turbis, Carisiaci patri iterum fuit conciliatus. Per nouam diuisionem Ludouicus filio suo cognomini omnem adsignauit Germaniam, qua tamen haut contentus, quidquid regni trans Rhenum fuisset, sibi statuit vindicari. Arma itaque mouit contra patrem, sed rebus suis diffidens, in fuga quæsiuit salutem. 2)

§. III. Defuncto Ludouico Pio, oriebatur dissensio inter ipsius filios, Lothario seniore omnia adpetente. Deuicto tamen eodem in prœlio ad Fontanidicum, inter fratres primo fœdus Argentoratense, post Confluentinum, demum a. 843. diuisio regni facta fuit per pactum Virodunense, quo Ludouicus partem Orientalium, siue Germaniam, vna cum nonnullis Ciuitatibus cum adiacentibus pagis trans Rhenum, tractu scilicet Spirensi, Wormatiensi & Moguntino, ob vini copiam fuit adeptus. Tandem Marsnæ a. 847. & a. 851. cum fratribus suis iterum amicitiam firmauit. 3)

§. IV. Inter gesta ipsius reperitur, quod a. 844. Abotritos defectionem molientes bello perdomuerit, occiso rege illorum Gozzomuil, terramque illorum & populum subiugatum per Duces ordinauerit. 4) Anno 846. ex Morauia per Bohemos cum grandi difficultate & magno damno exercitus sui fuit reuersus. 5) Per filium suum Ludouicum iuniorem Bohemos a. 848. eruptionem molientes eo adegit, vt legatos pacis gratia mitterent & obsides darent. 6) An. 849. vero Bohemi facti superiores, cædendo persecuti sunt Francos vsque ad castra, & spe euadendi e toto sublata, coacti obsides dederunt, quibus suscipere dedignati sunt. 7) Ann. 851. Sorabos terras suas infestantes perdomuit 8) Ann. 853. a quibusdam Aquitanis inuitatus, vt filium suum mitteret, qui eos a Caroli Calui tyrannide liberaret, filium misit, qui tamen cum a Gozberti saltem cognatione, quem Carolus occidi iusserat, reciperetur, in Germaniam fuit reuersus. 9) Ann. 855. contra Slauos non satis æquo Marte pugnauit. 10) Quantæ autem fuerit auctoritatis, patet ex eo, quod, postquam Lotharius Imp. in monasterium Prumiense secessisset, proceres regni Lothariensis, Lotharium iuniorem ad eundem Francofurtum ducerent, eundemque cum consensu & fauore illius sibi regnare consentirent. 11)

§. V. An. 856. Ludouicus Rex collecto exercitu, per Sorabos iter faciens, Ducibusque eorum sibi coniunctis, Dalemincios prœlio superat, acceptisque obsidibus, tributarios facit. Inde per Boëmanos transiens, nonnullos ex eorum ducibus in deditionem accepit. 12) An. 857. mense Februario, colloquium habuit in Confluente castello cum Ludouico

1) REGINO ad ann. 876 eiusdem laudes hoc modo describit: *fuit autem iste princeps Christianissimus, fide Catholicus, non solum secularibus, verum etiam Ecclesiasticis disciplinis sufficienter instructus, quæ religionis sunt, quæ pacis, quæ iustitiæ, ardentissimus executor. Ingenio callidissimus, consilio prouidentissimus, in dandis siue subtrahendis publicis dignitatibus, discretionis moderamine temperatus, in prœlio victoriosissimus: armorum, quam conuiuiorum apparatibus studiosior, cui maximæ opes erant instrumenta bellica, plus diligens ferri rigorem, quam auri fulgorem, apud quem nemo inutilis valuit. In cuius oculis perraro vtilis displicuit, quem nemo muneribus corrumpere potuit, apud quem nullus per pecuniam Ecclesiasticam siue mundanam dignitatem obtinuit, sed magis Ecclesiam probis moribus & sancta conuersatione mundana, deuoto seruitio, & sincera fidelitate.* Eadem fere habet ANNALISTA SAXO *ad a. 876.* diuersa etiam ipsi elogia tribuit OTFRIDVS, Weissenburgensis Monachus, apud LAMBECIVM *Comment. de Bibliothec. Vindobonensi libr. II. c. V. p. 422.*

2) De quo supra *Sect. XI. §. X. sqq.*

3) Plenius hæc exponuntur in *Sect. II. §. XXIII.*

4) ANNALES FVLDENSES *ad a. 844.*

5) ANNALES FVLDENSES *ad a. 846.* ANNALES HILDESHEIMENSES tamen *ad h. a.* dicunt, Ludovicum, domum redientem, Bohemos vastauisse.

6) ANNALES FVLDENSES, METENSES & BERTINIANI *ad a. 848.*

7) Verba sunt ANNALIVM METENSIVM *ad a. 849.* Adde ANNALES FVLDENSES, BERTINIANOS, SIGEBERTVM GEMBLACENSEM, *ad a. 849.* BAHVSLAVM BALBINVM *notis Historicis ad Christianum lib. I. Epitomes Rer. Bohem. c. X. p. 85.*

8) ANNALES FVLDENSES ad a. 851. *Sorabi Francorum fines crebris incursionibus atque incendiis infestant. Vnde Hludouicus Rex commotus cum exercitu per Thuringiam iter faciens, terram eorum ingressus, graui eos obsidione fatigauit, perditisque frugibus & omni spe victus adempta, magis eos fame quam ferro perdomuit.* ANNALES METENSES *ad a. 851.* SIGEBERTVS GEMBLACENSIS *ad a. 852.* AVENTINVS *IV. c. XIII. n. 35.*

9) ANNALES FVLDENSES, BERTINIANI *ad a. 853.*

10) ANNALES FVLDENSES *ad a. 855.* ANNALES BERTINIANI *ad a. 855. 856,*

11) ANNALES FVLDENSES ad a. 855. *Hlutharius Imperator renuncians omnibus quæ habuit, Prumiense monasterium ingressus, effectusque ibi monachus VI. Cal. Octobr. mortalem hominem exuit, & ad vitam perrexit æternam. Principes autem & optimates regni filium eius Hlutharium super se regnare cupientes, ad Hludouicum Regem Orientalium Francorum patruum eius in Francofurt eum adducentes, cum consensu & fauore illius sibi regnare consentiunt.* ANNALES BERTINIANI vero ad a. 856. dicunt: *Proceres quondam Lotharii filium eius Lotharium Regem Franciæ etiam sacra ratione constituunt.* Et paullo post: *Comites pene omnes ex Regno Karli Regis cum Aquitanis aduersus eum coniurant, inuitantes Ludoicum Regem Germanorum ad suum consilium perficiendum.*

12) ANNALES FVLDENSES *ad a. 856.* Adde GRAVNIVM *de Daleminciа §. X.* GOLDASTVM *de R. Bohemiæ. lib. II. c. II. p. 153.* BALBINVM *l. c.* BRVNNERVM *l. c. n. IX. p. 44.*

13) ANNA

douico Imp. & Lothario nepote suo, cum iisdemque, datis sacramentis, fœdus iniit. 13) Anno 858. exercitum misit per Ludouicum, filium suum minorem in Obotritos & Linones. 14) Eodem anno exercitum misit per Tracholfum Sorabici limitis Ducem in Sorabos, dicto obedire nolentes. 15) Eodem anno 858. turbas varias expertus fuit cum fratre Carolo Caluo, qui ipsi diuerso modo struebat insidias. 16) Anno 860. vero conclusa fuit pax Confluentina inter ipsum, Carolum Caluum & Ludouicum II. Imperatorem. 17) Anno 862. Rex ducto in Obotritos exercitu, Ducem eorum, Tabamvizilem, rebellantem dicto obedire, & filium suum cum aliis obsidibus dare coegit. 18)

§. VI. Anno 861. Carolomannus filiorum natu maximus, qui Carentanis erat præfectus, res nouas molitus est. Expulit enim duces, quibus custodia commissa erat Pannonici limitis & Carantani, atque per suos marcam ordinauit: quod Regis animum rebellionem suspicantis, non parum commouit. Insequenti vero anno, per sacramenta pacis & securitatis suæ Ratisbonam venit, & reddita ratione conuincit aduersarios, patrique suo reconciliatur, iuramento confirmans, ne postea malitiose quidquam machinaretur. Sed a. 863. iterum apud patrem absens fuit accusatus, vt etiam Ludouicus publice coram populo protestaretur, Carolomannum filium suum ab eo tempore & deinceps donec ipse viueret & regnaret, sua voluntate publicis honoribus nunquam esse potiturum. Hic etiam fraude Gundachari Comitis sui deceptus, Ducatu Carentanorum fuit priuatus. Carolomannus vero per iuramenta principum venit ad patrem, de obiectis sibi criminibus securus, fretus testimonio conscientiæ. 19)

§. VII. Anno 855. contra Rasticem, quem a. 846. Slauis Ducem præposuerat, 20) contra ipsum rebellantem, parum prospere ducto exercitu, sine victoria rediit, maluit aduersarium firmissimo vallo munitum ad tempus dimittere, quam militum suorum periculose pugnando damna sustinere. Magnam tamen prouinciæ partem prædis & incendiis vastauit exercitus, nec paruam multitudinem hostium castra Regia inuadere cupientium vsque ad internecionem deleuit, sed non impune, quia post reditum Rastices cum suis insecutus, plurima trans Danubium finitimorum loca prædando vastauit. 21) Anno 858. per Carolomannum filium suum seniorem in Sclauos Marahenses contra Rasticem exercitum misit. 22) Anno 864. Ludouicus mense Augusto vltra Danubium cum manu valida profectus, Rasticen, Slauorum ducem in quadam ciuitate, quæ lingua gentis illius Dowina, id est puella, dicitur, obsedit. At ille, cum regiis copiis congredi non audens, atque locum effugiendi sibi denegatum esse cernens, obsides quales & quantos Rex præcepit, necessitate coactus dedit; insuper cum vniuersis optimatibus suis, fidem se cunctis diebus Regi seruaturum esse iuramento firmauit, licet illud minime seruauerit. 23) Eodem anno inter ipsum & fratrem Carolum Caluum fœdus Tussiacense fuit conclusum. 24) Nihilominus a. 866. postquam Carolus quosdam ex nobilioribus regni aut publice adiudicatos gladio percusserat, aut dolo deceptos perdiderat, cæteri formidantes, ne similia paterentur, Ludouicum Regem trans Rhenum commorantem sollicitant, adque obtinendum fratris Regnum illiciunt, promittentes semet ipsos una cum regno ei subdituros. Hac persuasione, cum valida manu terminos eius intrauit, Regnumque obtinuit, & vsque Senonas ciuitatem peruenit, dimissoque exercitu in Germaniam, cum optimatibus illius Regni cœpit negotia disponere, sed subito fortuna mutatus. Nam Principes qui eum introduxerunt, videntes, quod longe aliter erga eos incederet, quam existimauerant, pœnitudine tacti ad Carolum reuertuntur. Carolus ex desperatis rebus vires se recepisse congaudens, contractis copiis fratrem bello aggredi parat. Ille intuens se destitutum, maturius

13) ANNALES BERTINIANI ad a. 857. *Karlus Rex & Lotharius nepos eius sacramentis vicissim exhibitis federantur.* ANNALES FVLDENSES *ad a. 857.* SIGEB. GEMBLACENSIS, LAMBERTVS SCHAFNABVRGENSIS, HERMANNVS CONTRACTVS *ad a. 857.*

14) ANNALES FVLDENSES *ad a. 858.*

15) ANNALES FVLDENSES *ad a. 858.*

16) ANNALES FVLDENSES, SIGEBERTVS GEMBLACENSIS *ad a. 858.* ANNALES BERTINIANI *ad a. 859. 860. Karlus Rex recuperatis viribus fratrem suum Ludoicum nec opinantem adgreditur, & de Regni sui finibus pellit.*

17) *Sect. V. §. III.*

18) Verba sunt ANNALIVM FVLDENSIVM *ad a. 862.*

19) Hæc late narrant ANNALES FVLDENSES *ad a.* 861. 862. 863. ANNALES BERTINIANI ad a. 861. *Carolomannus Ludoici Germaniæ Regis filius cum Rosticio VVinidorum regulo federatur, a patre deficit, & Resticii auxilio magnam sibi partem vsque ad Hin fluuium paterni regni præsumit.* Ad a. 862. *Carolomannus Ludoici Regis Germaniæ filius, concessa sibi a patre Regni portione, quam pridem inuaserat, & dato sacramento, ne amplius inde sine patris voluntate inuaderet, cum patre pacificatur.*

20) ANNALES FVLDENSES ad a. 846. *Ludouicus circa medium mensem Augustum cum exercitu ad Sclauos Margenses defectionem molientes profectus est. Vbi ordinatis & iuxta libitum compositis rebus, Ducem eis constituit, Rasticem nepotem Moimari.* HERMANNVS CONTRACTVS *ad h. a. Ludouicus, Marahensibus Sclauis compressis, Rasticem Ducem constituit.*

21) ANNALES FVLDENSES *ad a.* 855. LAMBERTVS SCHAFNABVRGENSIS *ad a.* 855.

22) ANNALES FVLDENSES *ad a.* 858.

23) ANNALES FVLDENSES *ad a.* 864. LAMBERTVS SCHAFNABVRGENSIS *ad h. a.* Hinc non adeo firma esse videntur, quæ SIGEBERTVS GEMBLACENSIS *ad a.* 859. habet. *Ludouicus rex Germaniæ plurima prælia contra Slauos strenue gessit, & capto principe eorum, Rastrix nomine, propter violatam fidem oculos ei eruere iussit.* CHRON. S. PANTALEONIS *ad a.* 860.

24) ANNALES FVLDENSES *ad a.* 864.

25) Verba

maturius fugam arripuit, & regni fines excesſit. 25) An. 866. alter ex Ludouici filiis eiusdem nominis, grauiter ferens, quod Rex quædam beneficia illi ſubtrahens, Carolomanno fratri reddiderit, patri efficitur moleſtus. Nuntiis enim per Thuringiam & Saxoniam miſſis, quos potuit ad ſe traxit, & contra Regem rebellare diſpoſuit, multos etiam Comites a patre ſuo depoſitos, ſuis adhibens conſiliis, priſtinam eis dignitatem ſe reſtiturum eſſe promiſit. Sed & Henricum principem ſuæ militiæ ad Raſticen deſtinauit, obnixe poſtulans, vt eiusdem conſpirationis fautor fieri non recuſaret. Quo comperto, Rex Carolomannum ad tuitionem Baiuariæ derelinquens, concinctus venit in Franciam, & a ſuis vndique confluentibus honorifice apud Francofurtum ſuſceptus eſt, & conſpirationem exortam facile extinxit. Ludouicus vero, mediante Luitberto archiepiſcopo, aliisque pacis amatoribus, menſe Nouembri apud Wormatiam patri ſuo reconciliatur. 26)

§. VIII. Menſe Auguſto 869. Ludouicus, collectis copiis, in tres partes diuiſit exercitum. Aequiuocum ſuum cum Thuringis & Saxonibus ad comprimendam Soraborum & Siuslorum audaciam, qui iunctis ſibi Bohemis & cæteris, circum circa vicinis antiquos Thuringorum terminos transgredientes, plurima loca deuaſtauerunt, & quosdam ſibi incaute congredientes interfecerunt, deſtinauit. Baioarios vero Carolomanno in adiutorium fore præcepit, contra Zuentibaldum nepotem Raſticis dimicare volentem. Ipſe autem Francos & Alamannos ſecum retinuit aduerſus Raſtizen pugnaturus. Cumque iam proficiſcendum eſſet, apud Ratisbonam graui detinebatur infirmitate. Neceſſitate autem compulſus, Carolum filiorum ſuorum vltimum eidem exercitui præfecit, qui Raſticis munitionem perrumpens, omnia igne atque ferro deuaſtauit, omnesque ſecum congredientes in fugam compulit vel interfecit. Nec minus Carolomannus regnum Zuentibaldi fuit depopulatus, & Ludouicus Sorabos multis captis atque occiſis in deditionem accepit. 27) Thaculfo defuncto, Sorabi & Siusli, eorumque vicini defecerunt. Quorum audaciam Luitbertus Archi-Epiſcopus, & Ratolfus, Thaculfi ſucceſſor, vltra Salam fluuium menſe Ianuario profecti, prædis & incendiis ſine bello, compreſſerunt, & eos ſub priſtinum ſeruitium redegerunt. 28) Anno 869. Bohemi Bauariam fruſtra inuadebant. Anno 872. Franci Duces Bohemorum quinque, quorum iſta ſunt nomina, Zuentislan, Witislan, Heriman, Spoitimar, Mislan, cum maxima multitudine ipſis rebellare nitentes, in fugam verterunt, & alios quidem occiderunt, alios vero in fluuio Mulda ſubmerſerunt. In qua expeditione Luitbertus Archiepiſcopus primatum tenuit. 29)

§. IX. Ludouico autem a. 870. de inualiditate ſua conualeſcente, Zuentibaldus ſe regnumque ſuum Carolomanno tradidit, Raſticem etiam ſibi inſidias ſtruentem eidem captum præſentauit, cuius regnum Carolomannus nullo reſiſtente, ingreſſus, cunctas ciuitates & caſtella in deditionem accepit, Raſticem excæcari atque in monaſterium mitti præcepit, 30) regnumque ordinauit. 31) Inde cum Carolo colloquium habuit, in quo diuiſio facta fuit regni Lotharienſis. 32) A. 871. Ludouicus & Carolus filii Ludouici Germanici male accipientes, quod quandam partem regni Francorum, quam Rex illis per teſtamentum poſt obitum ſuum habendam delegauerat, Carolomanno tradiderat, congregata multitudine non modica, Spirenſem pagum occupant, contra patrem rebellare diſponentes. Quod cum Rex comperiſſet, de Baioaria profectus, Francofurtum venit, miſſisque nuntiis, animos filiorum ſuorum ſibi iterum conciliare nititur. Sed, cum nuntii hinc inde miſſi diu laborantes, rem ad effectum perducere non potuiſſent, tandem condicto placito, atque pace ex vtraque parte iuramento firmata, rex quidem in Baioariam ſe recepit, filii vero illius in loca ſibi delegata ſunt profecti. 33)

§. X. Cum Normannis quoque diuerſa bella geſſit. A. 845. Normannorum Rex Roricus, ſexcentas naues per Albim fluuium in Germaniam aduerſus Ludouicum dirigit. Hamburgum depopulatur, 34) quibus Saxones occurrentes, commiſſo prælio victores efficiun-

25) Verba ſunt ANNALISTAE SAXONIS *ad a.* 866.

26) ANNALES FVLDENSES, ANNALISTA SAXO *ad a.* 866.

27) Hæc ſingula exponunt ANNALES FVLDENSES *ad a.* 869. GOLDASTVS *de Iur. Regni Bohemiæ lib. II. c. VIII.*

28) Verba ſunt ANNALIVM FVLDENSIVM *ad a.* 874.

29) ANNALES FVLDENSES *ad ann.* 872. BRVNNERVS & BALBINVS *l. c.*

30) ANNALES BERTINIANI *ad a.* 870. *Ludouicus, ad Reginesburg pergens, Reſtitium VVinidorum regulum a Carolomanno per dolum nepotis ipſius Reſtitii captum, & aliquandiu in cuſtodia detentum, poſt iudicium excæcari, & in monaſterium mitti præcipit.* ANNALES FVLDENSES *ad a.* 870. Adde ADLZREITERVM *Ann. Boiorum p. I. lib. XI. n. XXXVII.* ANDR. BRVNNERVM *Annal. Boic. l. I. p.* 53. MELCH. GOLDASTVM *de R. Bohemiæ c. VIII.*

31) ANNALES FVLDENSES, BERTINIANI REGINO *ad a.* 870. AIMOINVS *lib. V. c. XXVI.*

32) ANNALES FVLDENSES, REGINO, AIMOINVS *V. c. XXV.* CHRONOGRAPHVS SAXO 871. GOLDASTVS *Conſt. Imp. Tom. III. p.* 288. BALVZII *Capit. Tom. II. p.* 221.

33) ANNALES FVLDENSES, SIGEBERTVS GEMBLACENSIS *ad ann.* 871. AIMOINVS *V. c. XXVII.* Quod autem Ludouicus atque Carolus contra patrem multum fuerint machinati, docent ANNALES FVLDENSES *ad a.* 873.

34) ANNALES FVLDENSES ad ann. 845. *Normanni Caſtellum in Saxonia, quod vocatur Hammaburg, populati, nec inulti reuerſi ſunt.* *Nicolaus Papa in Diplomate de confirmatione Rameslau apud* ERPOLDVM LINDENBROGIVM *Script. Rerum Septentrionalium n. IV. ipſa quoque metropolis Hammaburg, Dei permittente occulto iudicio, per barbarorum ſæuitatem prorſus deuaſtata eſt.* Adde LAMBECIVM *Origg. Hamburgenſium lib. I. p.* 8. 12.

35) GESTA

efficiuntur, 35) ita, vt Roricus legatos pacis caussa ad Ludouicum destinaret. 36) A. 857. Normanni iterum Saxoniam ingrediuntur, sed denuo repelluntur. 37) An. 862. Germaniam iterum inuadunt, atque a. 864. terras Rheno vicinas deuastant. 38) A. 873. Sigfridus Danorum Rex ad Eidoram, quæ illos & Saxones dirimebat, pacem concludebat, Roricus etiam Ludouico se subiiciebat. 39) Nihilominus Rudolphus quidam Normannus de regio genere, qui regnum Caroli prædis & incendiis sæpenumero vastauerat, classem ducebat in regnum Ludouici, missisque nuntiis præcepit tributum sibi soluere. Illi autem hosti infestissimo armati occurrunt, consertoque prælio ipse Rudolphus cecidit primus, & cum eo octingenti. 40)

§. XI. A. 872. mense Ianuario circa Epiphaniam, Basilii Græcorum Imperatoris legati cum muneribus & epistolis ad Ludouicum Regem Ratisbonam venerunt; atque ei inter cætera xenia, crystallum miræ magnitudinis, auro gemmisque pretiosis ornatum cum parte non modica salutiferæ crucis obtulerunt. Qui honorifice suscepti, & congrua responsione accepta, redierunt in sua. 41) Ludouicus vero mediante quadragesima apud villam Foracheim generali conuentu habito, filios suos de regni partitione inter se dissidentes composuit, & quam quisque partem post obitum suum tueri deberet, liquido designauit. Ibi etiam Ludouicus & Carolus filii eius in conspectu totius exercitus fidem se illi seruaturos esse, omni tempore vitæ illorum, iuramento firmauerunt. 42) Eodem quoque anno contra Slauos Marahenses & Bohemos bellum gessit. 43)

§. XII. Defuncto a. 875. Ludouico II. Imp. cum Carolus Caluus Italiam occupasset, misit Carolomannum filium in Italiam, ipse vero cum manu valida Galliam fuit ingressus; vt Carolum Italiam relinquere compelleret, sed misericordia motus, multorumque precibus exoratus, Galliam a. 876. iterum dereliquit. 44) Carolus, postquam ex Italia reuersus, incredibilia contra Ludouicum & regnum illius se esse facturum minatus est. Hoc autem exercitum suum congregante, ille timore perterritus, legatos misit pacemque petiit. Cumque nuntii ex vtraque parte directi pacem inter eosdem facere studuissent, Ludouicus cœpit ægrotare, & crescente quotidie infirmitate V. Calend. Septemb. in palatio Francofurtensi diem vltimum clausit. Huius corpus transtulit æquiuocus illius, & in monasterio S. Nazarii Laurishamensi honorifice sepeliuit. 45)

§. XIII. Comperta morte fratris sui, omnia ad se trahere conabatur Carolus Caluus, sed in prœlio ad Andernacum deuictus fuit a Ludouico iuniore, fugatusque. 46) Filii autem Ludouici ex Emma regina, laudatissima fœmina, 47) Carolomannus videlicet, Ludouicus atque Carolus, Salfeldiæ conuenientes, paternum inter se regnum diuiserunt, & sibi inuicem fidelitatem seruaturos esse sacramento firmauerunt. Carolomannus quidem sortitus est Baioariam, Pannoniam & Carinthiam, nec non regna Slauorum, Bohemorum & Marahensium. Ludouicus orientalem Franciam, Thuringiam, Saxoniam, Frisiam, partem regni Lotharii, Carolus vero Alemanniam & aliquas ciuitates ex regno Lotharii ob vini copiam. 48)

§. XIV.

35) GESTA NORMANNORVM *ad a.* 845.

36) ANNALES BERTINIANI ad ann. 845. *Normanni, cum a quodam monasterio, Sithdiu nomine, direpto incensoque oneratis nauibus repedarent, ita diuino iudicio vel tenebris cæcati, & insania sunt perculsi, vt fertur, commotus animo Rex Oricus, ad Hludowicum Regem Germanorum, legatos pacis gratia destinat, captiuitatem absoluere, thesaurosque paratus pro viribus restituere.* Adde GESTA NORMANNORVM *ad a.* 845.

37) GESTA NORMANNORVM *ad a.* 857.

38) ANNALES BERTINIANI *ad a.* 862. 864.

39) ANNALES FVLDENSES *ad a.* 873.

40) ANNALES FVLDENSES *ad a.* 873.

41) ANNALES FVLDENSES, SIGEBERTVS GEMBLACENSIS *ad a.* 872.

42) ANNALES FVLDENSES *ad a.* 872.

43) ANNALES FVLDENSES *ad a.* 872. AVENTINVS *Ann. Boi. IV. c. XVI.*

44) ANNALES FVLDENSES, BERTINIANI, METENSES *ad a.* 875. 876. *Sect. V. §. IV.*

45) ANNALES FVLDENSES, BERTINIANI, METENSES, SIGEBERTVS GEMBLACENSIS, REGINO, ANNALISTA SAXO, TRITHEMIVS CHRONICO HIRSAVGIENSI *ad a.* 876. OTTO FRISINGENSIS *VI. c. VI.* CHRONICON LAVRISHAMENSE *p.* 111.

46) *Sect. V. §. VI.*

47) ANNALISTA SAXO ad an. 876. *habuit autem hic gloriosissimus Rex, cuius memoria in benedictione est, Reginam nomine Hemmam, quæ nobilis genere fuit, sed magis laudandum, nobilitate mentis multo præstantior.* REGINO *ad a.* 876. Ista vero Ratisbonæ a. 876. fuit defuncta, atque in monasterio S. Emerani ibidem sepulta, prout ANNALES FVLDENSES *ad a.* 876. tradunt.

48) REGINO *ad ann.* 876. *post hæc conuenerunt tres supradicti fratres in loco qui dicitur Sualifelt, & ibi diuiserunt paternum regnum.* Eadem habent ANNALES METENSES, ANNALISTA SAXO, MARIANVS SCOTVS, OTTO FRISING. *VI. c. VI.* qui tamen nullius loci facit mentionem. CHRIST. BROWERVS *Antiquit. Fuld. lib. III. cap. XI. p.* 207. Pagi Sualefeldensis facit mentionem in finitimis Bauariæ & Eichstadensis Episcopatus locis ad Almonam, de quo etiam PAVLLINI *de Pagis Saxoniæ pag.* 589. Verum, dum dicti Annales *Saulefeld* non *Sualefeld* efferant, MARIANVS SCOTVS *ad a.* 875. hunc locum *Salefeld* vocet, & Salfeldia villa sit regia, prout adhuc LANGIO *Chron. Citicensi ad a.* 1198. & AVCTORI Addit. LAMBERTI SCHAFNABVRGENSIS *ad a.* 1204. vocatur, diuersis conuentibus etiam publicis insignis fuerit, potius Salfeldiam Thuringiæ oppidum intelligi putem. ANNALES vero FVLDENSES dicunt: *sequenti autem mense Carlmannus & Hludouuicus atque Karolus Ludouuici Regis filii in pago Reciensi conuenientes, paternum inter se regnum diuiserunt, & sibi inuicem fidelitatem seruaturos esse sacramento firmauerunt.* Quisnam vero hic pagus Reciensis? SAGITTARIVS *Antiquit. Duc. Thur. lib. III. c. X. §. II.* nihil definit. WENDELINVS vero *Natali Solo Legum Salicarum pag.* 78. de Ambiuaritis dicit, quorum CÆSAR *IV. de B. G. c. XI.*

§. XIV. CAROLOMANNVS, Rex Bauariæ atque Italiæ dictus, post Caroli Calui mortem, Italiam tenebat. 49) Mortuo equidem Carolo Caluo, Iohannes Papa machinari studuit, quomodo Regnum Italicum de potestate Carolomanni auferret, & ei tuendum committere posset, conatu tamen frustraneo. 50) Princeps hic dicitur eruditus, Christianæ religioni deditus, iustus, pacificus, & omni morum honestate decoratus, pulcritudine & robore corporis insigni, nec minori animi magnitudine. 51) Permulta bella cum patre, plurima sine patre, in regnis Slauorum gessit, semperque victoriæ triumphum reportauit, terminos imperii sui ferro dilatauit, suis mitis, hostibus terror fuit, in ordinandis regni negotiis singulari sollertia præditus, sic vt prorsus ei nihil deesse in regiæ maiestatis competentia videretur. Huic ex legitimo matrimonio non est nata soboles propter infœcunditatem coniugis, sed ex quadam nobili fœmina Litowinda Carentana 52) filium elegantissimæ formæ suscepit, quem Arnolphum nominari iussit, ob recordationem Arnolphi Metensis ecclesiæ episcopi, de cuius germine sua aliorumque Francorum prosapia pullulauerat. 53) Hic paralysi dissolutus, 54) diem clausit extremum VII. Nonas Aprilis 880. sepultusque est cum debito honore Oetingæ in Baioaria. 55)

§. XV. Alter filiorum Ludouici Germanici erat LVDOVICVS IVNIOR, Francorum Orientalium & Lotharingorum Rex. Hic viuo adhuc Carolomanno, Baioariam ingressus, Optimatesque in suas partes traxit, vt post fratris obitum se ipsi subderent. 56) Immo, ab ipso Carlomanno obtinuit, vt regnum suum ipsi commendaret. 57) Defuncto etiam fratre, Ratisbonam venit, vbi omnes regni Optimates ad eum confluentes eius ditioni se subdiderunt. Concessit tamen Arnolpho Carinthiam. 58)

§. XVI. Hic mortuo Ludouico Balbo, huius regnum inuasit, cui occurrerunt filii ipsius, Ludouicus & Carolomannus cum valida manu, sed intercurrentibus vicissim legatis, nequaquam pugna committebatur, sed pax datis sacramentis roborabatur. Adolescentes enim, quo ab eis recederet Ludouicus, portionem regni Lotharii, quam auus paterque tenuerat, ex integro illi concesserunt, addita insuper Atrebatis Abbatia sancti Vedasti. 59)

c. IX. facit mentionem, quos ita explicat: *in eam quam nunc vocamus Kampiniam, in qua medius velut vmbilicus est Ampt van Rety qui profecto sunt Ambiuariti ipsissimi: sub quo nomine continetur etiam pagus Rocensis, Lant van Ryen; cuius caput est Antwerpia.*

49) WIGVL. HVNDIVS *Metropoli Salisburg.* adducit diploma Monasterio S. Emerani concessum *p. 227.* quod ita finitur: *data 3. Nonas Decembris, anno Christo propitio III. Domini Carolomanni, serenissimi Regis in Bauaria & in Italia.* Integrum diploma habet GRETSERVS *de diuis Bambergensibus p. 517. 518.*

50) ANNALES FVLDENSES *ad a. 878.*

51) Verba sunt REGINONIS *ad a. 880.* ANNALISTA SAXO, ANNALES METENSES *ad a. 880.* IO. ADLZREITER *Ann. Boic. p. I. lib. IX. n. IX.*

52) REGINO *ad a. 880.* hanc saltim vocat nobilem fœminam. Sic etiam OTTO FRISINGENSIS *lib. VI. c. VII.* de Carolomanno: *relinquens filium ex nobili fœmina, sed non legitima.* & sic loquuntur reliqui fere omnes. In diplomate Arnolphi apud GEWOLDVM *ad Hundii Metropolim Tom. II. p. 505.* dicitur: *post obitum dilectæ Matris suæ Ludswindæ.* TENTZELIVS *Vindiciis Historicis pro Conringii censura p. 220.* in Genealogia Ludouici Germanici eandem vocat Litowindam, quem sequitur PFEFFINGERVS *in Vitriario illustrato p. 448. & 470.* Agunt de hac Litowinda WOLFG. LAZIVS *de Migrat. Gent. lib. VI. pag. 203.* IO. ADLZREITER *p. I. Ann. Boiic. lib. XII. n. IX.* IO. LVDOV. SCHÖNLEBEN *p. III. Carniolæ pag. 448.* IO. WEICHARD VON VALVASOR *Tom. III. Ehre des Hertzogthumbs Crain lib. X. c. X. p. 189.*

53) Exhibuit du CHESNE *Tomo II. Scriptorum Rerum Francicarum p. 642.* ex vetusta membrana Genealogiam beati Arnulphi Metensis, Episcopi, ex qua clarius hoc patet.

54) ANNALES FVLDENSES ad a. 879. *Hludowicus Rex in Baioariam profectus est, inuisere Karlmannum, qui graui detinebatur infirmitate. Nam paralysis morbo correptus, vsum loquendi amisit.* ANNALES BERTINIANI *ad a. 879.* ANNALISTA SAXO *ad a. 880.*

55) REGINO, & iisdem verbis ANNALES METENSES *ad a. 880.* OTTO FRISINGENSIS *VI. c. VII.* GOTFRIDVS VITERB. *p. XVII. Chron. pag. 319.* HERMANNVS CONTRACTVS *ad a. 880.* CHRON. REG. S. PANTALEONIS *ad a. 881.* MARIANVS SCOTVS *ad a. 881.* Interim hic Carolomannus probe est distinguendus ab isto Ludouici Balbi filio, cuius post ista tempora adhuc fit mentio.

56) ANNALES FVLDENSES ad a. 879. *Hludouuicus Rex Natale Domini celebrauit in Forahheim, inde in Baiuariam profectus est inuisere Carlmannum, qui graui detinebatur infirmitate. Ibique optimates eiusdem regionis ad se venientes suscepit, ea videlicet ratione, vt post obitum Carlmanni nullum alium super se regem susciperent, vel regnare consentirent.* ANNALES BERTINIANI ad a. 879. *Renuntiantes sociis suis, Ludouicum quantocius cum magno exercitu venturum, quoniam ad præsens venire non poterat: quia nunciatum est ei, non incerta relatione, fratrem suum Carolomannum paralysi percussum, & iam morti vicinum suumque filium de concubina, nomine Arnulfum, partem Regni illius occupasse: & ideo in illa parte festinus pergeret, sicut & fecit.* HERMANNVS CONTRACTVS *ad a. 880.*

57) ANNALES FVLDENSES *ad a. 879. Carlmannus autem tandem Hludouuicum ad se accersiuit, & quoniam loqui non poterat, ei se ipsum & vxorem, & filium vniuersumque regnum scripto commendauit. Cui Rex Episcopatus & Abbatias & Comitatus ad seruitium delegauit; & disposita, prout voluit, regione, rediit in Franciam.*

58) REGINO ad a. 880. *Ludouicus comperto, quod frater obiisset, Baioariam ingressus, Ratisbonam venit, vbi omnes optimates regni ad eum confluentes eius ditioni se subdiderunt. Concessit autem idem rex Arnolpho Carantanum, quod ei pater iam pridem concesserat, in quo situm est castrum munitissimum, quod Mosburgk nuncupatur, eo quod palude impenetrabili locus vallatus, difficillimum adeuntibus præbeat accessum.* Eadem verba habent ANNALES METENSES, ANNALISTA SAXO *ad a. 880.* MARIANVS SCOTVS ad a. 881. OTTO FRISINGENSIS *lib. VI. cap. VII.*

59) RE-

dasti. 59) Dum in regnum suum reuerteretur, obuiam habuit Normannorum multitudinem, iuxta Carbonariam, in loco, qui vocatur Thimnin, cum ingenti præda ad classem remeantem, cum quibus absque mora confixit, plurimosque gladio prostrauit, reliquis fuga dilapsis, vbi Hugo filius regis ex pellice natus, cum incautius dimicaret, grauiter vulneratus ab hostibus rapitur, & inter aduersariorum arma recidit, quem in monasterio Laurishamensi fecit tumulari. 60) Ad Ebsdorfum tamen in terris Lüneburgensibus eodem anno infeliciter cum Normannis fuit dimicatum, in qua clade duo Episcopi, duodecim Comites, cum multis aliis ceciderunt, permulti in captiuitatem fuerunt perducti. 61)

§. XVII. Nouum ipsi cum Normannis bellum a. 881. quorum classis Vahalim ingressa, Nouiomago palatio adplicuit, ibidemque castra posuit. Quod factum cum ad notitiam Ludouici esset perlatum, cum exercitu venit, illorumque munitionem obsidione clausit. Conserto per aliquot dies certamine, non adeo præualuit, quia palatium ingentis magnitudinis mirique operis hostibus tutissimum præberet receptaculum. Postremo rex accepta pollicitatione, quod si ab obsidione cessaret, Normanni continuo e regno eius decederent, cum omnibus copiis recessit. Illo recedente, pagani palatium vna cum munitione flammis exurentes, nauibus adscensis, ostia Rheni repetebant. Eodem anno mense Nouembri duo reges Normannorum Godefridus & Sigefridus cum inæstimabili multitudine peditum & equitum, ad Mosam consederunt, loca Rheno & Mosæ finitima depopulati sunt, multas vrbes concremarunt. 62)

§. XXVIII. Dum hæc aguntur, Ludouicus rex apud Francofurtum moritur XIII. calendas Februarii 882. & sepultus in monasterio Laurishamensi iuxta patrem. 63) Hic primum filiam Adalardi Comitis, contra patris voluntatem desponderat, quam tamen interueniente Carolo Caluo, iterum dimittere fuit coactus. 64) Inde Luitgardem duxit Ludol-

59) REGINO *ad a. 879.* ANNALES FVLDENSES ad a. 879. *Ludouuicus Caroli regis filius III. Id. April. apud Compendium obiit palatium, ibique sepultus est. Quod cum Rex comperisset, cum magno exercitu in Galliam perrexit, venitque vsque Viridunum. Exercitus autem, qui eum sequebatur, quoniam a ciuibus illis sibi victus necessaria iusto pretio emere non potuisset, versus est ad prædam, & pene vniuersam depopulatus est ciuitatem. Rex vero missis quibusdam fidelibus suis vltra Mosam fluuium ad optimates regionis illius, reuersus est in Franciam.* ANNALES BERTINIANI *ad a. 879.* CHRON. REG. S. PANTALEONIS *ad a. 880.*

60) REGINO *c. l.* ANNALES FVLDENSES BERTINIANI, GESTA NORMANNORVM *ad a. 880.*

61) ANNALES FVLDENSES ad a. 880. *In Saxonia cum Nortmannis infeliciter dimicatum est. Nam Normanni superiores exsistentes duos Episcopos, quorum ista sunt nomina, Thiotri & Marcuuart, & duodecim Comites, his nominibus adpellatos, Brun Ducem, & fratrem reginæ, Wigmannum, cum omnibus, qui eos sequebantur, occiderunt. Præterea XVIII. satellites regios cum suis hominibus prostrauerunt, exceptis innumerabilibus, quos in captiuitatem duxerunt.* Adde DITMARVM *lib. III. p. 335.* ADAMVM BREMENSEM *lib. I. Hist. Eccles. c. XXXIV.* ALBERTVM STADENSEM *ad a. 874.* Locus Ebsdorf prope Vlzenam, Parthenone nobilis, de quo LEIBNITIVS *Introduct. ad Tom. I. Script. Rer. Brunsuic. n. XXI.* CHRISTIAN. SCHLÖPKE *Chron. Bardeu. p. I. c. XI. §. XXX.*

62) REGINO ad a. 881. 882. qui de vltima expeditione ita loquitur: *Item eodem anno, mense Nouembri, duo reges Nortmannorum Godefridus & Sigefridus cum inæstimabili multitudine peditum & equitum consederunt, in loco qui dicitur Haslou iuxta Mosam, & primo quidem impetu finitima loca depopulantes, Leodium ciuitatem, Traiectum castrum, Tungrensem vrbem incendio cremant. Secunda incursione Ribuariorum finibus effusi, cædibus, rapinis, ac incendiis omnia deuastant, Coloniam Agrippinam, Bonnam Ciuitates, cum adiacentibus castellis, scilicet Tulpiacum, Vilipiacum, & Nuis igne combusrunt, post hæc Aquis palatium. Iidem Amalimundarias & Stabilins monasteria in fauillam redigunt. Anno Dominicæ incarnationis DCCCLXXXII. Arduennam percurrentes Prumiam monasterium ingrediuntur ipso die Epiphaniæ domini, vbi triduo commorantes, omnem in circuitu regionem depopulati sunt, in quo loco innumera multitudine peditum ex agris & villis in vnum agmen conglobata, eos expugnatura aggreditur. Sed Nortmanni cernentes ignobile vulgus non tantum inerme, quantum disciplina nudatum, super eos cum clamore irruunt, tantaque cæde prosternunt, vt bruta animalia, non homines mactari viderentur. His itaque patratis, onerati præda ad castra redeunt.* Eadem verba sunt ANNALIVM METENSIVM *ad a. 881.* ANNALES BERTINIANI. *Anno Incarnationis Dominicæ DCCCLXXXI. remanente Carolomanno cum suis contra Bosonis seditionem, Ludouicus frater eius reuersus est in partem Regni sui contra Nortmannos. Qui vastantes omnia ; in suo itinere Corbeiæ Monasterium, & Ambianis ciuitatem, aliaque sancta loca occupauerunt : de quibus non modicam partem occisis, ceterisque fugatis, & ipse Ludouicus vna cum suis retrorsum nemine persequente fugam arripuit. Diuino manifestante iudicio, quia quod a Nortmannis fuerat actum, non humana, sed diuina virtute patratum extiterit. Iterum namque Nortmannis regredientibus in partem Regni sui, isdem Ludouicus, cum quibus potuit obuiam eis perrexit, & Castellum materia lignea quorundam Consiliariorum suorum hortatu in loco qui dicitur Strom clausit. Quod magis ad munimen paganorum quam ad auxilium Christianorum factum fuit, quoniam ipse Rex Ludouicus inuenire non potuit cui illud castellum ad custodiendum committere posset.* ANNALES FVLDENSES *ad a. 881.* SIGEBERTVS GEMBLACENSIS *ad a. 882.* ANNALISTA SAXO *ad a. 881. 882. 883.*

63) Verba sunt REGINONIS *ad a. 882.* Eadem habent ANNALES METENSES, BERTINIANI & FVLDENSES *ad a. 882.* Licet MARIANVS SCOTVS hanc mortem ad a. 883. ANNALES HILDESHEIMENSES *ad a. 879.* reiiciant. Diem emortualem REGINO ad XIII. Kl. Septembris refert. Verum, HERMANNVS CONTRACTVS *ad a. 882.* dicit, Ludouicum Germaniæ Regem, XIII. Kal. Februar. obiisse. Supplementum ANNALIVM FVLDENSIVM apud LAMBECIVM *lib. II. Comment. de Biblioth. Vindobon. c. V. p. 351. Hludowicus inualescente morbo XIII. Kal. Febr. diem vltimum clausit.*

64) ANNALES BERTINIANI ad a. 865. *Ludouicus filius & æquiuocus contra patris voluntatem filiam Adalardi despondit, vnde satis animum patris offen-*

Ludolphi, Saxoniæ Ducis filiam, Brunonis fororem 65) ex qua filium vnicum fufcepit, quem nomine fuo Ludouicum appellauit. Sed cum ipfe poft obitum fratris, ad obtinendum regnum eius, Baioariam ingreffus, & Ratisbonæ moraretur, idem puerulus de feneftra cecidit, & confractis ceruicibus ftatim expirauit. 66) Filia ipfius Hildegardis ab Arnolpho in monafterium fuit detrufa, verum iterum reftituta. 67) Filius ipfius naturalis Hugo in prœlio cecidit contra Normannos. 68)

§. XIX. Solus itaque, fratribus defunctis, 69) fupermanfit CAROLVS Tertius, Rex, filius Ludouici Germanici natu minor, & in diuifione cum fratribus regnum Alemanniæ adeptus. 70) Hic a corporis habitudine CRASSVS fuit dictus. 71) Et cum omnes poffeffiones aui fui Ludouici Pii & proaui Caroli Magni adquifiuerit, Magnus quoque fuit adpellatus. 72)

§. XX. Laudatur hic Carolus, quod fuerit Chriftianiffimus Princeps, Deum timens, & mandata eius ex toto corde cuftodiens, Ecclefiafticis fanctionibus deuotiffime parens, in eleemofynis largus, orationi & pfalmorum melodiis indefinenter deditus, laudibus Dei infatigabiliter intentus, omnem fpem & confilium fuum diuinæ difpenfationi committens, vnde & ei omnia Regna Francorum, quæ Prædeceffores fui, non fine fanguinis effufione cum magno labore acquifierunt, ipfe perfacile, in breui temporis fpatio, fine conflictu, nullo contradicente, poffidenda perceperit. 73) Verum, facta contra patrem confpiratio, & quod a dæmone dicatur poffeffus, 74) nobis fane hæc non plane perfuadent, nifi dicamus, illum poftea, dum regimen fuit adeptus, refipuiffe.

§. XXI.

offendit. Carolus obuiam fratri fuo Hludowico, eius conloquio fruiturus, Coloniam pergit, & in talia conlocutionum fuarum verba patrem & filium de iam dicta præfumptione pacificat, ea conditione, vt jam vltra Adalardi filiæ non copuletur.

65) HROSWITHA in Carmine de Fundatione Gandersheim in LEIBNITII *Tom. II. p. 315.* ANNALES FVLDENSES *ad a. 882.* Male igitur WITTICHINDVS *lib. I. Annal. p. 634.* hanc Luitgardem Arnulphi, alii Ludouici Infantis faciunt vxorem.

66) REGINO, ANNALISTA SAXO *ad a. 882.* CHRON. REG. S. PANTALEONIS *ad a. 883.*

67) REGINO ad a. 894. *per id tempus Hildegardis filia Ludouici regis, fratris Carolomanni & Caroli, a quibusdam coram Arnolpho accufata, regiis poffeffionibus priuatur, & priuata in exilium deftinatur, in monafterio puellarum quod Chemiffem dicitur: fed non multum poft temporis in gratiam rediit, & fua ex maiori parte recepit.* ANNALISTA SAXO *ad a. 894.*

68) Vide fupra §. *XII.*

69) SIGEBERTVS GEMBLACENSIS ad a. 881. *Carolus imperator fratre fuo Carlomanno defuncto, & non multo poft Ludouico altero fratre fuo immatura morte præuento, poft claras de inimicis victorias regnum Germaniæ obtinuit.*

70) *Supra §. XIII.*

71) IOACH. VADIANVS *de Coll. Mon. Germaniæ lib. II. p. 50.* apud GOLDASTVM: *Groffus autem feu Craffus a corporis habitu, (vt creditur) cognominatus eft.* CHRON. TVRONENSE *ad a. 879.* inter Scriptores Hiftoriæ Normannorum *p. 26.* CAROLVS du FRESNE prouocat ad breuem indicem Regum Francorum, qui præfixus eft Vfaticis Barcinonenfibus in Codice Msto Thuani fignato 93, vbi hoc ordine recenfentur Reges Gallorum fecundæ ftirpis: *Carolus Magnus, Ludouicus filius eius, Lotharius, Karolus frater eius, Ludouicus eius filius, Karolus Magnus, Karolus de Bouera,* vbi du FRESNE addit: *is autem eft qui vulgo Craffus cognominatur, ita vt etiam Bouera, feu vt noftri efferunt le Bouvier, dictus fuerit, quod pinguedine ac ventris mole bouis inftar effet.* Prouocat ad Gloffam ABBONIS *de bellis Paris. vrbis lib. I. ad* verba

Vrbs mandata fuit Karolo nobis bafileo,
Imperio cuius regitur totus pene cosmus.

vbi Gloffa: *Karolus de Baguerra, feu de Bouera qui & Craffus Rex Franciæ.* Verum, ex voce *de* facile concluditur, ipfum ab vrbe quadam & prouincia fic cognominari. Hinc VALESIVS in Valefianis voce *Bouera*, Baiuariam intelligit. MARIANVS SCOTVS *æt. VI. Chron. p. 444.* ipfum vocat Carolum cum diftortis cruribus.

72) SIGONIVS de Regno Italiæ lib. V. fin. *æquauit Craffus fuperiorum regum omnium opes, tribus regnis Germaniæ, Italiæ, Franciaque in vnum collatis, tituloque infuper Imperii magnificentiffimo afcito. Quæ omnia foli Carolus Magnus, & Ludouicus Pius ante fe obtinuerunt.* Quare cum OTTO FRISINGENSIS VI. c. IX. *Imperatorem vocat, qui poft Carolum magnum inter omnes Reges Francorum maximæ fuit poteftatis.* Hunc autem Magnum fuiffe adpellatum IOACHIMVS VADIANVS *de Mon. ac Coll. Germaniæ lib. II. p. m. 54.* nos docet, dicens: *obferuatum eft, tam Caluum, quam Craffum Magni fibi cognomen vfurpaffe: vt plane errent, qui non fatis expenfa temporum fupputatione, repente ad Carolum Pipini filium animum adiiciunt, vbi publicis in tabulis diplomatifue Magni cognomen legunt.* Hunc EKKEBARDVS *in vita Notkeri Balbuli c. XIII. XVI. & XXIX.* vbique vocat Carolum M. Imperatorem. Idemque ex Chartario Sithienfi probat MABILLONIVS *de re diplom. lib. V. p. 408.* Qui factum, vt multa diplomata Caroli Craffi Proauo ipfius fupponerentur, prout BERNH. a MALLINCKROT *de Archicancellariis Imperii,* & ex eo TENTZELIVS *Vindiciis hiftoricis p. 219.* demonftrauit. VADIANVS *c. l.* quoque auctor eft, quod idem hic Craffus dictus fuerit *Maleferiatus*, cum potius hæc ad Carolum Simplicem referenda effe putem, qui etiam infipiens fuit dictus, prout ex FRAGMENTIS *Aquitanicæ Hiftoriæ* apud PITHOEVM *p. 517.* patet.

73) Verba funt REGINONIS *ad a. 888.* Confentiunt ANNALES METENSES. ANNALISTA SAXO *ad a. 886.*

74) De confpiratione contra patrem dictum fuit. §. *IX.* De altero teftantur ANNALES FVLDENSES ad a. 873. *Cum VII. Calen. Febr. Curiam introiffet, in præfentia illius & optimatum fuorum Epifcoporum videlicet atque Comitum, malignus Spiritus Carolum filium eius minimum inuafit, & grauiter vexauit, ita vt a fex viris fortiffimis vix teneri potuiffet.* Et paullo poft: *idem vero Carolus poft fedatam infeftationem diaboli, vna voce, multis audientibus, retulit, fe toties aduerfæ poteftati traditum, quoties contra Regem confpirationem iniiffet.* Vberius ANNALES BERTINIANI *ad a. 873.* Idem confirmat SIGEBERTVS GEMBLACENSIS *ad a. 873.*

75) Sic

§. XXI. Defuncto a. 879. Ludouico Balbo, Ioannes VIII. synodum mense Maio Romæ celebrari iussit, 75) ad eligendum Carolum Crassum. Ipse vero in Italiam post mortem Carolomanni fratris 880. mouens, totaque Longobardia in deditionem accepta, Romam vsque progreditur, vbi a Ioanne Papa, omnique populo Imperatoris & Augusti nomen est sortitus. 76)

§. XXII. Insequenti anno 882. cum audisset obitum etiam fratris sui Ludouici, inuitatus a Proceribus, ex Italia per Baioariam iter suum in Franciam Orientalem direxit, Placitum Generale habuit Wormatiæ, atque Primores, & regnum fratris sui suscepit mense Maio, ideoque Dominus factus fuit vniuersæ Germaniæ. 77)

§. XXIII. Eodem anno 882. susceptum est bellum Normannicum. Dum enim isti Franciam depopularentur, Carolus congregata ex diuersis regnis suis immensa multitudine, eosdem fuit adortus, castra eorum oppugnans. Consilio tamen perfidorum consiliariorum Luitwardi potissimum, Vercellensis Episcopi, & Wiberti Comitis, qui Normannorum pecunia corrupti, ab hac oppugnatione desistens, Godofredum Regem Normannorum amicum suscepit, & cum perfida licet gente pacem fecit, Godofredum, cui Lotharii filia Gisla in matrimonium dabatur, Christianum factum, de baptismatis fonte leuat, Frisiam ipsi cum suis inhabitandam concedit. Sigfrido vero & reliquis Normannis immensum pondus auri & argenti fuit expositum. 78)

§. XXIV.

75) Sic enim Iohannes VIII. in Epistola CLV. *quia Carolomannus corporis, sicut audiuimus, incommoditate grauatus, regnum retinere iam nequit: de noui regis Electione, vt omnes pariter consideremus, vos prædicto adesse tempore, nempe ad Kalendas maias, valide oportet, & ideo antea nullum, absque nostro consensu, Regem debetis recipere. Nam ipse qui a nobis est ordinandus in Imperium, a Nobis primum atque potissimum debet esse vocatus atque electus.*

76) REGINO, ANNALES METENSES, ANNALISTA SAXO *ad a. 881.* HERMANNVS CONTRACTVS ad a. 881. *Carolus Rex, frater Ludouici, Romam veniens, vna cum Regina Richarda, Imperiali vnctione a Ioanne Papa euocantur, & omnes Italorum Episcopi, præter Papam, Imperatori iureiurando subiiciuntur.* OTTO FRISINGENSIS *VI. c. VIII.* SIGEBERTVS GEMBLACENSIS vero, CHRON. REG. S. PANTALEONIS & MARIANVS SCOTVS male hæc in annum 882. reiiciunt. Rectius autem hanc coronationem ad a. 880. reiici, docet AIMOINVS *lib. V. c. XL.* dicens, *Carolum an. 880. in Italiam perrexisse, indeque Romam venientem a Ioanne Papa se in die natiuitatis domini in Imperatorem consecrari obtinuisse.* Dum igitur ista in die Natiuitatis Domini facta, ex quo initium anni sæpe reputatur, ab hisce ad a. 881. refertur.

77) ANNALES FVLDENSES *ad a. 882.* OTTO FRISINGENSIS *VI. c. VII.* ANNALES METENSES ad a. 882. *ea tempestate Carolus Imperator in Italia morabatur. Vbi diuersis legationibus Germaniæ ac Galliæ pulsatur, vt ad suscipienda Regna sibi hereditario iure competentia festinaret, & periclitanti Imperio succurreret, quod capite amisso ludibrio hostibus erat.*

78) ANNALES FVLDENSES LAMBECIANI ad a. 882. *Deinde Wormatiam veniens cum suis vndique venientibus consiliatus est, quomodo Nordmannos de suo regno expelleret. Statuto itaque & condicto inter eos tempore conuenerunt de diuersis prouinciis viri innumerabiles & omnibus hostibus formidandi, si Ducem habuissent idoneum sibique consentientem. Hoc est Franci, Norici, Alamanni, Thuringi atque Saxones, parique intentione profecti sunt contra Nordmannos pugnare cupientes. Quo cum peruenissent, munitionem illorum, quæ vocatur Ascloha, obsederunt. Cumque iam expugnanda esset munitio, & hi, qui intus erant, timore perculsi mortem se euadere posse desperassent, quidam ex consiliariis Augusti nomine Liutwardus, Pseudo-Episcopus, cæteris Consiliariis, qui patri Imperatoris assistere solebant ignorantibus, iuncto sibi Wicberto Comite fraudulentissimo Imperatorem adiit & ab expugnatione hostium pecunia corruptus deduxit, atque Gotafridum Ducem illorum Imperatori præsentauit, quem Imperator more Achabico quasi amicum suscepit & cum eo pacem fecit, datis ex vtraque parte obsidibus, quod Nordmanni acceperunt pro omine. Et vt pax ex illorum parte rata non dubitaretur, clypeum iuxta morem suum in sublime suspenderunt, & portas munitionis aperuerunt. Nostrates autem calliditatis illorum expertes, eandem munitionem ingressi sunt; alii quidem causa negotiandi; alii vero pro loci firmitate consideranda: at Nortmanni ad consuetam calliditatem conuersi clypeum pacis deponunt, portas claudunt, & omnes ex nostris intus inuentos aut occiderunt, aut catenis ferreis ligatos ad redimendum seruauerunt. Sed imperator tantam contumeliam exercitui suo illatam floccipendens prædictum Gotafridum de fonte baptismatis leuauit, & quem maximum inimicum desertorem regni sui habuerat, consortem regni constituit. Nam Comitatus & beneficia quæ Rorich Nordmannus Francorum regibus fidelis, in Kinnin tenuerat, eidem hosti suisque hominibus ad inhabitandum delegauit. Et quod maioris est criminis, a quo obsides accipere & tributa exigere debuit, huic prauorum vsus consilio, contra consuetudinem parentum suorum, Regum videlicet Francorum tributa soluere non erubuit. Nam thesauros Ecclesiarum, qui propter metum hostium absconditi fuerant, abstulit, & auri purissimi atque argenti ad confusionem sui totiusque exercitus, qui illum sequebatur, libras DCCCCXII. eiusdem dedit inimicis. Præterea quisque de suo exercitu in defensione sanctæ Ecclesiæ Zelo Dei commotus aliquem de Nordmannis, qui castra inuadere tentabant, occidit, aut eum iugulare aut ei oculos eruere præcepit. Vnde exercitus valde contristatus, dolebat super se talem venisse Principem, qui hostibus fauit, & eis victoriam de hostibus subtraxit, nimiumque confusi redierunt in sua. Nordmanni vero de thesauris & numero captiuorum CC. naues onustas miserunt in patriam, ipsi in loca tuta se continentes.* ANNALES METENSES ad an. 882. *qui nihil tardatus, cum omnibus copiis in Franciam venit, & cum Langobardis, Baiuariis, Alamannis, Thuringiis, Saxonibus, Fresonibus, & cum omnibus regnis suæ ditioni subditis, Normannos in supradicto loco obsidere exorsus est. Sed conatus eius parum effectum obtinuit, quanquam, vt diximus, ex diuersis regnis & gentibus inæstimabilis multitudo in vnum confluxisset, indignatione cœlesti super populum Christianam Religionem profanantem deseuiente. Nouissime Godefridus Rex Normannorum ea conditione Christianum se fieri pollicetur, si ei munere Regis Fresia prouincia concederetur, & Gisla filia Lotharii in vxorem daretur. Quæ vt optauit, adeptus, baptizatus est, & ex sacro fonte ab Imperatore susceptus. Sigifrido autem & reliquis Normannis immensum pondus auri atque argenti expositum est. Et tali tenore fines regni excedunt.* Eadem sunt verba

 REGI-

§. XXI. Insequenti anno 883. Imperator per omne tempus æstiuum mansit in Italia, animosque Optimatum regionis illius contra se concitauit. Nam Widonem, Ducem Spoletanum, aliosque exauctorauit, & beneficia, quæ ipsi maioresque eorum tenuerant, multo vilioribus dedit personis. Quod illi grauiter ferentes, contra eum rebellare disponunt. Wido potissimum ex Italia profugus, statim cum manu valida Saracenorum fœdera firmiter pepigit. Berengarius igitur Imp. consanguineus mittitur ad exspoliandum Widonis Ducatum, quod ille quadam parte peregit. 79) Anno 884. vero in Italiam profectus, cum Widone & cæteris, quorum animos anno priore offenderat, postquam Wido iuramento se excusasset se non esse reum maiestatis, pacem fecit. 80)

§. XXV. Mortuo a. 884. Carolomanno, Galliæ Rege, Normanni Galliam inuadunt. Mittebantur ad eosdem legati, fidem datam vrgentes, quibus respondebant, se cum Carolomanno Rege, non cum alio fœdus pepigisse: quisquis ille esset, qui in regnum eius succederet, eiusdem numeri & quantitatis pecuniam daret, si quiete ac pacifice Imperium tenere vellet: Territi huiuscemodi mandatis Optimates Regni, ad Carolum Imp. missos dirigunt, eum vltro in regnum inuitantes, eique aduenienti ad Gundolphi villam obuiam procedunt, & manibus sacramentisque iuxta morem datis, eius ditioni se subdiderunt. 81) Ex quo facile patet, ipsum quoque regnum Franciæ fuisse adeptum. Hinc regna sua in titulis & subscriptionibus diplomatum expressit, & secundum eadem epochas distinxit. 82) Hic autem contra Normannos apud Louanium castra metatos, semel & bis exercitum misit, sed nihil dignum peregit. 83)

§. XXVI. A. 885. Godfridus Normannorum Rex, fidem mentitus, exercitum non modicum de sua gente congregauit, & per alueum Rheni ascendere & plurima loca regni Lothariensis suæ ditionis facere disposuit. Verum ab Heimricho aliisque fidelibus Imperatoris ad colloquium inuitatus, & infidelitatis correptus, cum eos conuitiis variis-que

REGINONIS *ad a.* 882. GESTA NORMANNORVM ad a. 882. *Northmanni famosissimum Aquisgrani palatium igne cremant, & Monasteria atque ciuitatis Treueris nobilissimam & Coloniam Agrippinam: Palatia quoque Regum & villas, cum habitatoribus terræ interfectis, igne cremauerunt. Contra quos Karolus Imperator exercitum congregans, eos in Hasbac obsedit. Godefridus vero Rex Northmannorum ad eum exiit cui Imperator Regnum Frisonum, quod olim Rorichus Rex Nortmannus tenuerat, dedit, coniugemque ei dedit Gislam filiam Lotharii Regis, Northmannosque de suo regno abire fecit.* OTTO FRISINGENSIS *VI. c. VII.* SIGEBERTVS GEMBL. *ad a.* 884. CHRON. REG. S. PANTALEONIS *ad a.* 882. 883.

79) Verba sunt ANNALIVM FVLDENSIVM LAMBECII *ad a.* 883.

80) ANNALES FVLDENSES, REGINO *ad a.* 884. 885.

81) Verba sunt REGINONIS *ad ann.* 884. Eadem habent ANNALES METENSES & BERTINIANI Hinc etiam OTTO FRISINGENSIS VI. c. VIII. *non multo post Carolomannus in venatu ab apro percussus, diem obit. Occidentales ergo Franci Principibus amissis, Carolum Imperatorem qui tunc solus ex stirpe Carolorum superesse videbatur, vltro inuitant, eique venienti subiiciuntur: vnde multa ac varia cum Normannis gessit prælia.* Hinc & HERMANNVS CONTRACTVS ad a. 884. *Carolomannus filius Ludouici Balbi, Rex Galliæ, obiit, & regnum Galliæ Carolus Imperator obtinuit.* SIGEBERTVS GEMBLACENSIS *ad a.* 885.

82) Adducit PFEFFINGERVS *Vitriario illustrato pag.* 466. ex GRETSERO *de Diuis Bambergensibus p.* 517. chartam ipsius cum hac subscriptione: *Data X. Kal. Septemb. anno Incarnat. Domini DCCLXXXV. Indict. III. Anno Regni Karoli, piissimi Imperatoris VIII. Imperatoriæ vero Dignitatis in Italia V. in Francia IV, in Gallia, primo. Actum Weibetingen, in Dei nomine, feliciter, Amen.* Aliud diploma Herisiensi Parthenoni datum apud FERDIN. FVRSTENBERGIVM *Monumentis Paderbornensibus p.* 535. sic finit: *Data XI. Kalend. Oct. An. Dominicæ incarnationis DCCCLXXXVII. Indictione V. Anni vero regni Domni Karoli Serenissimi Imperatoris Augusti. in Italia VII. in Francia V. in Gallia III. Actum ad Iustinauua curte regali in Christi nomine feliciter Amen.* Aliud eiusdem Præceptum de Cuciaco reperitur apud MABILLONIVM *lib. VI. n.* 116. quod ita finitur. *Data XVI. Kal. Septembris, anno Incarnationis Domini DCCCLXXXV. Indictione IIII. anno autem regni domini Karoli piissimi Imperatoris Augusti in Italia V. in Francia III. in Gallia II. Actum Attiniaco palatio feliciter.* Aliud diploma pro cœnobio sancti Germani Autissiodorensi *n.* 117. sic finit: *Datum V. Kal. Nouembris, anno Incarnationis Domini anno DCCCLXXXVI. Indictione IIII. anno imperii piissimi Imperatoris Karoli in Italia VI. in Francia V. in Gallia II. Actum Parisiis in Dei nomine feliciter, Amen.* Titulus tamen, quem WILHELMVS MALMESBVRIENSIS *lib. II. de Gestis Anglorum c. II. p.* 38. & 39. habet. *In nomine Domini, Summi Regis Regum, Ego Carolus, Dei gratuito dono, Imperator, Rex Germaniæ & Patritius Romanorum, atque Imperator Francorum, sacra nocte Dominicæ diei,* fictus esse videtur. AVENTINVS etiam Annalium Boiic. lib. IV. c. XIX. dicit: *primus annos Christi seruatoris nostri omnibus epistolis, libellis, diplomatibus addidit. Posthac id vsque ad nostrum æuum hactenus obseruatum est.*

83) REGINO ad a. 884. *eodem anno Northmanni, qui in Chinheym & Denemarcam venerunt, adsentiente Godefrido, Rhenum nauigio ascendunt, & Dinsburch oppido occupato munitionem in eodem loco more solito construunt, & in ea tota hyeme residentes, contra quos Henricus dux castra posuit, & nullatenus prædas agere permisit. Redeunte vernali tempore, castris exustis, ad maritima loca se recipiunt. His etiam diebus Nortmanni a Sono exeunt, & reuersus in regnum Lotharii reuertenses, in loco qui dicitur Louen, castrametati sunt in confinio eiusdem regni infestationibus vtraque regna fatigant: ad quorum malitiam compescendam, Imperator semel & iterum exercitum misit, sed nihil dignum memoria aduersus tantam violentorum rapacitatem actum est.* Eadem habent ANNALES METENSES *ad a.* 884. SIGEBERTVS GEMBLACENSIS *ad an.* 885. ANNALES vero FVLDENSES Lambeciani ad a. 884. *vnde Nordmanni qui regnum illius prædis & incendiis longo tempore fatigauerant, audaciores effecti XII. millia librarum auri & argenti ab illa regione tributi nomine exegerunt, & tamen fidem pollicitam nequaquam seruauerunt. Nam & obsides acceperunt & a prædationibus minime cessauerunt.* Hæc etiam late narrant GESTA NORMANNORVM *ad a.* 884.

84) AN-

que ludibriis exacerbaret, ipse & omnes qui cum eo erant, occisus fuit, Normanni etiam a Frisonibus & Saxonibus cæsi. 84) A. 886. audaciores facti in Franciam iterum irrumpunt, contra eosdemque Imp. exercitum duxit, irrita tamen expeditione. 85) Normanni Parisiorum vrbem obsidione claudunt, Imperator quidem cum immenso exercitu aduersus hostes castra ponit, sed nil dignum imperatoria maiestate gessit. Cessis tamen terris quæ vltra Sequanam erant, pacem fecit, vnde Normandiæ nomen. 86) Anno 885. Romani Pontificis sui morte comperta, Stephanum in locum eius constituerunt. Vnde Imperator iratus, quod eo inconsulto vllum ordinare præsumpserant, misit Luitwardum & quosdam Romanæ sedis Episcopos, qui eum deponerent, quod perficere minime potuerunt. Nam prædictus Pontifex Imperatori plus, quam XXX. Episcoporum nomina, & omnium Presbyterorum & Diaconorum, Cardinalium atque inferioris gradus personarum, nec non & Laicorum principum regionis scripta destinauit, qui omnes vnanimiter eum elegerunt, & eius ordinationi subscripserunt. 87)

§. XXVII. Inde cum propria familia diuersa ipsi fuerunt negotia. A. 885. quidem Bernhardum filium suum ex concubina, hæredem regni post se constituit, ideoque missis Romam nuntiis, Hadrianum Pontificem misit in Franciam, vt ipsius auctoritate negotium hoc perficeret. 88) Ast, mortuo in itinere Pontifice, hoc quod voluit, minime perfecit. A. 887. vero Luidwardum episcopum Vercellensem, virum sibi percarum & in administrandis publicis vtilitatibus vnicum consiliarium, quem infimo genere natum supra omnes, qui erant in Regno suo exaltauerat, 89) habito Kirchheimi conuentu 90) obiecto adulterii crimine, eo quod reginæ secretis familiarius immisceretur, a suo latere cum dedecore repulit. Deinde paucis interpositis diebus, coniugem Richardem pro eadem re in concionem vocat, & publice protestatur, nunquam se carnali coitu cum eadem miscuisse, cum plus quam decennio, legitimo matrimoniali fœdere eius consortio esset sociata. Illa e contrario non solum ab eius, sed etiam ab omni virili commixtione se immunem esse profitetur, & de virginitatis integritate gloriatur, idque se approbare Dei omnipotentis iudicio, si marito placeret, aut singulari certamine, aut ignitorum vomerum examine fiducialiter adfirmat. Ea acto dissidio, in monasterium Andlauiense, quod in proprietate sua construxerat, Deo famulatura recessit. 91) Ista vero post mortem a Clemente II. Papa in numerum Sanctarum fuit relata. 92)

§. XXVIII.

84) ANNALES FVLDENSES LAMBECIANI, REGINO *ad a.* 885. ANNALISTA SAXO *ad a.* 884.

85) ANNALES FVLDENSES LAMBECIANI *ad ann.* 886. REGINO *Anno Dominicæ incarnat. DCCCLXXXVI. Nortmanni a Sanno fluuio exeunt, & rursus in regno Lotharii reuertentes, in loco, qui dicitur Louen, castra sedesque statuunt, scilicet in confinio vtriusque regni, & continuis incursionum infestationibus vtraque regna fatigant, ad quorum ingenitam malitiam compescendam imperator semel & iterum exercitum misit, sed nihil dignum aduersus tantam violentorum rapacitatem actum est.*

86) REGINO ad a. 887. *post hæc imperator Galliarum populos perlustrans, Parisios cum immenso exercitu venit, ibique aduersus hostes castra posuit, sed nil dignum imperatoria maiestate gessit. In eodem loco ad extremum, concessis terris & regionibus quæ vltra Sequanam erant, Nordmannis ad deprædandum, eo quod incolæ illarum sibi obtemperare nollent, recessit.* SIGEBERTVS GEMBLACENSIS ad a. 888. *Carolus imperator cum Normannos nequiret expellere, tandem facto fœdere concessit eis regiones quæ erant vltra Sequanam, quarum incolæ contra se rebellabant, quæ pars Franciæ a Normannis Normannia appellata est.* CHRON. REG. S. PANTALEONIS *ad a.* 887. Huc faciunt ABBONIS *de obsessa a Normannis Lutetia Parisiorum*, libri duo.

87) Verba sunt ANNALIVM LAMBECIANORVM *ad a.* 885.

88) ANNALES FRANCORVM LAMBECIANI *ad a.* 885.

89) ANNALES LAMBECIANI ad a. 852. Quare Carolus ipsum vocat dilectum, fidelem, & Consiliarium suum, item summum Cancellarium in duobus Diplomatibus apud FERD. VGHELLVM *Tom. II. Italiæ Sacræ pag.* 189. & dilectum Archi-Cancellarium apud BARONIVM *Tom X. Annalium Ecclesiasticarum ad a.* 881. *n. VIII.* De eodem dicti Annales ad a. 887. Liutwardus plus, quam Imperator, ab omnibus honorabatur & timebatur. Nam nobilissimorum filias in Alamannia & Italia, nullo contradicente, rapuit, suisque propinquis nuptum dedit. Idem postea a. 901. in bello Vagariæ fuit interfectus, de quo ANNALISTA SAXO ad a. 901. *Liutwardus Vercellensis Episcopus assumtis thesauris, quibus supra modum abundabat, fugiens incidit super eos, moxque interficitur, & opes, quæ secum ferebantur, multæ & incomparabiles diripiuntur.*

90) ANNALES LAMBECIANI ad ann. 887. *Imperator, habita cum suis collocutione, in loco, qui vocatur Kirchheim, eum deposuit, ne esset Archi-Cappellanus, multisque beneficiis ab eo sublatis, & hæreticum, & canibus odiosum, cum dedecore de palatio expulit.* Adde ANNALES FVLDENSES, HERMANNVM CONTRACTVM *ad a.* 887.

91) Verba sunt REGINONIS *ad a.* 887. Eadem habent ANNALES METENSES, & ANNALISTA SAXO, CHRON. REG. S. PANTALEONIS ad an. 887. ANNALES FVLDENSES vero *ad a.* 887. falsim' dicunt: *Alamanni contra Luitwardum Episcopum dolose conspirauere, qui tunc maximus consiliator Regis in palatio fuit & eum a præsentia Imperatoris omni honore priuatum abire compellunt.* HERMANNVS CONTRACTVS *ad a.* 887. *Richarda Imperatrix, adulterii cum Luitwardo Wercellensi Episcopo incusata, diuino iudicio se ab omni virorum commixtione integram & virginem comprobauit, quamuis iam* 12. *annis in coniugio Imperatoris apparuerit. Moxque a Rege separata, in Andelahense cœnobium virginum a se constructum, secessit: ibique Deo seruiens, virgo regina permansit.* Adde IACOBVM von KÖNIGSHOFEN *Elsass. Chronic. c. II. §. CLI. & c. V. §. LIX.* qui etiam *pag.* 105. dicit: *das bewerte Richart domitte, das si ein gewichset Hemede ane det, vnd domit in ein Für ging, und blieb vnuerseret von dem Füre.*

92) ANNALISTA SAXO ad a. 1047. *Papa Clemens*

§. XXVIII. Luitwardus autem vindictam meditans, in Baioariam ad Arnolphum se contulit, & cum eo machinari studuit, qualiter Imperatorem regno priuaret; quod etiam factum est. Accedebat Hildigardis Ludouici Iunioris filia, quæ hanc deiectionem plurimum promouit. 93) Dum igitur Carolus in Triburia villa consedisset, suorum vndique opperiens aduentum, Arnolfus, cum manu valida Noricorum & Sclauorum superuenit, & ei molestus efficitur. Nam omnes Optimates Francorum, qui contra Imperatorem conspirauerant, ad se venientes, in suum suscepit dominium; venire nolentes beneficiis priuauit, nihilque Imperatori nisi vilissimas ad seruiendum reliquit personas. 94) Hinc Optimates cernentes, Carolum animo & corpore deficere, hoc deposito, in generali conuentu Triburiensi, a. 887. Arnolphum eligunt Regem, adsignatis Carolo nonnullis reditibus in Alemannia ad victus necessitatem. 95) Carolus quidem Alemannorum ope, contra Arnolphum bellum instaurare conabatur, sed deficientibus istis, gratiam ipsius exposcere necessum habuit, 96) ita, vt ad eundem dirigeret Bernhardum filium, quem ex pellice susceperat, cum Xeniis, eundemque eius fidei commendaret. 97)

§. XXIX. Insequenti anno 888. pridie Idus Ianuarii obiit Carolus hic Tertius, 98) vt quidam volunt, a suis strangulatus. 99) Sepultus autem est in Augia Monasterio, prope Constantiam, vbi etiam eius Epitaphium adhuc reperitur. 100)

§. XXX. Inter Constitutiones Caroli Crasii, refertur quoque illa de expeditione Roma-

Clemens II. in Coenobio virginum, quod nominatur Andela, in Alsatia corpus S. Richardis Imperatricis de tumulo honorifice eleuauit, & in Ecclesia recondidit.

93) HERMANNVS CONTRACTVS ad a. 895. *Arnulfus Hildigardam, Ludouici Regis, patrui sui, filiam, cuius maximo molimine deiecto Carolo Rex factus fuerat, exilio damnat.*

94) Hæc habent ANNALES LAMBECIANI *ad a.* 887.

95) Hæc late narrat REGINO ad a. 887. *his ita gestis, imperator corpore & animo cœpit ægrotare. Mense itaque Nouemb. circa transitum sancti Martini Triburias venit, ibique conuentum generalem conuocat. Cernentes optimates regni non modo vires corporis, verum etiam animi sensus ab eo diffugere, Arnolphum filium Carolomanni vltro in regnum attrahunt, & subito facta conspiratione ab imperatore deficientes, ad prædictum virum certatim transeunt; ita, vt in triduo vix aliquis remaneret, qui ei saltim officia humanitatis impenderet. Cibus tamen & potus ex Luidperti episcopi sumptibus administrabatur. Erat res spectaculo digna, & æstimatione sortis humanæ rerum varietate miranda. Nam, sicut ante secunda fortuna rebus vltra quam arbitrari posset affluentibus, tot tantaque imperii regna sine laborum sudoribus & certaminibus attraxerat, ita, vt post magnum Carolum maiestate, potestate, diuitiis nulli regum Francorum videretur esse postponendus: ita nunc aduersa velut in ostensione fragilitatis humanæ deficiens quæ fortuna cumulauerat, cuncta inhoneste in momento abstulit, quæ prospero arridens successu quondam gloriose attulerat. Mittit ergo ad Arnolphum ex imperatore effectus egenus, ex desperatis rebus non de Imperii dignitate, sed de victu quotidiano cogitans, tantam alimentorum copiam ad subsidium vitæ præsentis supplex exposcit: dirigit etiam Bernhardum filium, quem ex pellice susceperat, cum exeniis, eumque eius fidei commendat. Miseranda rerum facies, videre imperatorem opulentissimum, non solum fortunæ ornamentis destitutum, verum etiam humanæ opis egentem. Concessit autem Arnolphus rex nonnullos fiscos in Alemannia, vnde & alimonia præberetur: ipse vero, compositis in Francia feliciter rebus, in Baioariam reuertitur. Eodem anno Witgarius episcopus de Augusta ciuitate obiit, & Adalbero nobilis generis, magni ingenii ac prudentiæ vir, cathedram eius obtinuit, & ei in episcopatum successit.* Eadem habent ANNALES METENSES, OTTO FRISINGENSIS *VI. c. IX.* ANNALES FVLDENSES, MARIANVS SCOTVS, GOTFRIDVS VITERBIENSIS, HERMANNVS CONTRACTVS, ANNALISTA SAXO, CHRON. REG. S. PANTALEONIS, ALBERTVS *ad a.* 887. CHRONICON LAVRISHAMENSE *ad a.* 883. SIGEBERTVS GEMBLACENSIS *ad a.* 890. SIGONIVS *de Regno Italiæ lib. V. fin.* ADLZREITER *Ann. Boior. p. I. lib. XII. n. XXX.* BRVNNER *p. II. Annal. lib. II. n. 3. p. 75.* Immo, ipse Arnulphus in Diplomate apud HVNDIVM *Metrop. Salisburg. Tom. I. p.* 128. dicit, *Carolum vltimis annis neque habuisse victoriam, neque corporis & animi sanitatem, vsque ad finem vitæ suæ.*

96) ANNALES FVLDENSES ad a. 887. *Carolus nitens bellum contra Arnolphum regem instaurare, sed non proficit. Concussit timore Alamannos, quibus maxime negotium sui regni habebat commissum, omnes penitus ab eo desecerunt, vt etiam ministri ab eo defecti, sub celeri festinatione ad Arnolfum regem se iunxerunt: Carolus dum se vndique a suis desertum sentit, & nesciens quid sui caussæ consilium possit fieri: tandem munera ad regem direxit, exposcens suæ gratia vel pauca loca in Alamannia sibi ad vsum vsque in finem vitæ suæ largiri, quod Rex ita fieri concessit.*

97) Verba sunt REGINONIS *ad a.* 887.

98) REGINO, ANNALES METENSES *ad a.* 888. *Carolus obiit pridie Idus Ianuar. sepultusque est in Augia monasterio.* ANNALES FVLDENSES ad a. 887. *paucos dies in locis a Rege sibi concessis religiose morabatur, post Christi natiuitatem die Idus Ianu. vltimum diem feliciter clausit, & mirum in modum vsque dum honorifice Augensi Ecclesia sepelitur, cælum apertum multis cernentibus visum est, vt aperte monstraretur, qui spretus terrenæ dignitatis ab hominibus exuitur, Deo dignus cælestis patriæ vernula mereretur feliciter haberi.* LAMBERTVS SCHAFNABVRGENSIS, MARIANVS SCOTVS, HVGO FLAVINIACENSIS, AVENTINVS Ann. Boiorum *IV. c. XX.*

99) HERMANNVS CONTRACTVS ad a. 888. *Carolus in villa Alamanniæ Indingen infirmatus, & vt quidam perhibent, a suis strangulatus, Idibus Ianuarii vita decessit.* SERARII *rer. Mogunt. IV. p.* 665.

100) ANNALISTA SAXO ad a. 888. *Karolus Crassus ex Imperatore Augusto superborum abiectio factus, omnia fallentis fortunæ ludibria expertus II. Idus Ianuarias animam reddit, in Augia est Monasterio sepultus & regna quæ eius ditioni paruerant, a sua compage resoluuntur, velut herede legitimo destituta.* BOECLERVS Hist. sec. IX. p. 194. *Mausoleum Caroli Crassi, cum epicedio conspicitur in insula Rheni Richenau prope Constantiam, vbi supremum diem obiit, in hanc sententiam:*

Carolus

Romana, quam inter alias Imperatorum Constitutiones refert GOLDASTVS, 1) pro genuina venditat MARQVARDVS FREHERVS, ex ea potissimum ratione, quod Ludwardi Cancellarii in subscriptione fiat mentio, qui sub Carolo Crasso vixerit. 2) Ast, dum Chronologia haud conueniat, quippe annus 790. 3) subscriptus, quo nondum in viuis erat Carolus Crassus: nec stylus istam sapiat ætatem, cum vox feodum, 4) principes spirituales & seculares non dicantur ista ætate, haud immerito hanc constitutionem cum aliis ad posteriora tempora reiicimus, licet non satis possit demonstrari, an ab Imp. quodam sequioris ætatis publicata, an a priuato conficta.

Carolus Crassus Rex Sueuiæ pronepos Caroli Magni
Italiam potenter intrauit, eamque deuicit Imperiumque
Romanum vbi Cæsar coronatus obtinuit ac mortuo
Fratre Ludouico vniuersam Germaniam & Galliam
Iure hæreditario acquisiuit demum animo mente
Et corpore deficiens ab Imperio sane magno cum Fortuna
Ludibrio deiectus a suis omnibus postpositus humili hoc
In loco sepultus iacet. Obiit anno DCCC LXXXVIII. Idib. Ian.
Incisa sunt hæc præterea.
Pannonias & Cimbros diuerso Marte subegit
Carolus, a Crasso corpore nomen habens.
Sed bene quas iuuenis regni tractarat habenas,
His iterum senior dispoliatus obit.

Idem exhibet MABILLONIVS *Itin. German. p.* 92. & PONTANVS *Hist. Dan. pag.* 113. Merito tamen illud pro recentiori habent SCHVRTZFLEISCH *de diuis. Imperii Carolingici* §. *LI.* & RVPERTVS *ad Besoldi Synopsin p.* 574.

1) Reperitur illa in GOLDASTI *Statutis & Rescriptis p.* 28. 29. *in Constitutionibus Tomo vno p.* 207. Habet eandem LEHMANNVS *in Chronico Spirensi lib. II. c. XLII.*

2) Sic enim FREHERVS: *hoc notore iam de tempore & auctore huius constitutionis certo constitui potest, quem nec in Magni, nec in Calui actis inuenio, sed in Caroli tertii huius.*

3) Subscriptio apud FREHERVM & LEHMANNVM talis est: *Data VIII. Idus Iunii, anno ab incarnatione Domini N. I. Christi. DCCXC. regni autem eius XXII. ante consecrationem.* GOLDASTVS tamen habet 890. & in margine apposuit 881. quo corruptam, quæ ipsi videtur, Chronologiam emendare conatur. Ast, falsitas quoque apparet ex anno XXII. regiminis, quod a. 876. post mortem Ludouici Germanici cœpit, anno 887. fuit finitum. Plane alia est ratio subscriptionis in diplomatibus Caroli Crassi, prout supra iamdum notauimus. Hinc ipse Freherus fateri necessum habet, omnia hic confusa esse & mutilata.

4) Ipse Freherus fatetur, feudi vocem nunquam alias in legibus Carolinis occurrere. SCHILTERVS etiam de natura success. feud. *c. I.* §. 2. putat, hanc vocem demum seculo X. vel XI. fuisse receptam. Hinc Carolum Crassum istius constitutionis autorem haut esse, euicerunt BOECLER Notit. Imp. *lib. XV. c. II.* STRAVCHIVS *de Hostenditiis.* §. 50. OBRECHTVS *de expeditione Romana* §. *IX.* qui de eadem ita iudicat, *ipsi constitutioni detrahendam antiquitatis opinionem non esse, nec Carolum tamen Crassum eius esse auctorem & non inscriptionem minus, quam subsignationem eius suppositítiam esse.* SCHILTERVS vero *Comment. ad Ius Feud. Alem. cap. VIII.* §. *XI.* eandem Conrado Salico tribuit. Adsentitur c. s. SCHVRTZFLEISCH singulari dissertatione *de Conrado II. eiusque Diplomate, quod de Expeditione Romana inscribitur.*

SECTIO OCTAVA DE ARNOLPHO.

§. I. Imperium post Caroli mortem scinditur. §. II. Arnolpho tamen potiora cesserunt & quo iure. §. III. Arnulphus Zundebolcho Bohemiam concessit, Normannos vincit, Iura in Galliam exercet. §. IV. Bellum Italicum. §. V. a Formoso Papa in Italiam vocatur, atque Imp. nomen sortitur. §. VI. Mors Arnolphi, vxor & liberi.

§. I.

CArolo defuncto, Imperium multis modis scindebatur, singulis prouinciis singulos Reges creare cupientibus. Arnolpho tamen pars maxima cessit: Itali duos super se reges, Berengarium Foroiuliensem, & Guidonem Spoletanum ducem, statuebant, e quibus Berengarius a Guidone patria pulsus, ad Arnulphum profugus venit. Occidentales Franci Odonem, siue Eudonem Comitem Parisiensem, qui ex Merouingis ortus dicitur, Roberti filium consensu Arnolphi, Regem creabant, qui etiam diadema, sceptrum & cætera regalia ornamenta Arnulpho obtulit, Imperiumque domini sui gratia, Imperatoris Arnulphi, obtinuit. 1) Boso regnum Prouinciæ rapiebat, Rudolphus regnum Iurense Burgundiæ. 2)

§. II. Ade-

1) Verba sunt WITTICHIDI *lib. I. Ann. p.* 637. IO. ASSERIVS *Annal. ad a.* 887. de quo etiam GVNDLINGIANA *p. XVIII.* §. *IX.*

2) Hæc OTTO FRISINGENSIS *VI. c. IX. X.* REGINO ad a. 888. *post cuius mortem regna, quæ eius ditioni paruerant, veluti legitimo destituta hærede, in partes a sua compage resoluuntur, & iam non naturalem dominum præstolantur, sed vnumquodque de suis visceribus regem sibi creari disponit. Quæ causa magnos bellorum motus excitauit, non quia principes Francorum deessent, qui nobilitate, fortitudine & sapientia regnis imperare possent, sed quia inter ipsos æqualitas generositatis, dignitatis ac potentia discordiam augebant, nemine tantum cæteros præcellente, vt eius dominio reliqui se submittere dignarentur. Multos enim idoneos principes ad regni gubernacula moderanda Francia genuisset, nisi fortuna eos æmulatione virtutis in perniciem mutuam armasset.* Sequitur ANNALISTA SAXO *ad a.* 888. 893. Qua ratione regna fuissent diuisa, inde late narrat. Eadem habent ANNALES METENSES *ad a.* 888. ANNALES FVLDENSES *ad an.* 888. *Arnolfo diu morante, multi reguli in Europa & regno Karoli sui patruelis excreuere. Nam Perengarius filius Eberhardi*

§. II. Adeptus itaque in hac scissione ARNOLPHVS fuit regnum Teutonicum, 3) cui postea accessit Imperium Romanum. Immo, ipsi Galli non nisi cum ipsius consensu Odonem regem constituerunt, 4) Berengarius a Widone eiectus, ipsi se submisit. 5) Si de iure quæramus, certe Arnolphus, filius Carolomanni naturalis, ex successione nullum habet, hoc tamen ipsi tribuebat electio 6) Germanorum, qui deficiente indies stirpe Carolingica, hoc iuris sibi sumebant, licet ipsum coronatum fuisse, nullibi reperiatur. 7)

§. III. Postquam regnum suum firmasset, a. 889. magnam contra Obotritos mouit expeditionem, sed paruo effectu. 8) A. 890. concessit Zundebolcho Slauorum Marahensium Regi Bohemiæ ducatum. 9) Hic vero postea fastu superbiæ inflatus, 10) rebellis factus, sed vocatis ab Arnulpho in auxilium Vngaris, ad pacem petendam, & dato obside filio, ad tributum soluendum fuit coactus. Hac autem temeritate Vngaris viam patefecit in Germaniam. 11) Anno 891. cum Normannis bellum gessit. Hi primum ad fluuium Gulid

bardi in Italia se regem facit. Rudolfus vero filius Chuonradi, superiorem Burgundiam apud se statuit regaliter retinere. Inde itaque Hludouuicus filius Buosoni, & Wido filius Lamberti Galliam Belgicam, nec non prouinciam, prout reges habere proposuerunt. Odo filius Rodberti vsque ad Ligerim fluuium & Aquitanicam prouinciam sibi in vsum vsurpauit. HVGO FLAVINIACENSIS apud LABBEVM noua Collectione MStorum *T. I. p. 122. in quo spatio imperium per multos diuisum, & scissum est. Boso regnum Prouincia. Wido Imperium, Odo Franica regnum sub Carolo simplice, Rodulfus Iurense, Carolus Iunior imperium.*

3) Hæc ita explicat OTTO FRISINGENSIS VI. c. XI. *porro Arnolfus totam Orientalem Franciam (quæ modo Teutonicum regnum vocatur,) id est, Baioariam, Sueuiam, Saxoniam, Thuringiam, Frisiam, Lotharingiam rexit: Occidentale vero Odo ex eius auctoritate, habuit* ANNALES FVLDENSES ad a. 888. *Rex Arnolfus vrbe Radasbona receptis primoribus Baiowariorum, orientales Francos, Saxones, Duringos, Alamannos magna parte Sclauanorum, natalem Domini & Pascha ibidem honorifice celebrauit.*

4) Patet hoc ex OTTONIS FRISINGENSIS *c. l.* REGINO ad a. 888. *interea Galliarum populi in vnum congregati, cum consensu Arnolphi Ottonem ducem filium Ruperti regem super se pari consilio & voluntate creant.* ANNALES FVLDENSES ad a. 888. *Odo filius Rodberti vsque ad Ligerim fluuium & Aquitanicam prouinciam sibi in vsum vsurpauit. Deinceps Arnolfus se regem haberi statuit. His auditis Rex Franciam petiit, habitoque ad Francofurt generali conuentu, disposuit aduentare Wormaciam. Quod vero Odo comperiens, salubri vtens consilio, contestans se malle suum regnum gratia Regis pacifice habere, quam vlla iactantia contra eius fidelitatem superbire, veniensque humiliter ad Regem & gratanter ibi recipitur: rebus ab vtraque parte prout placuit, prospere dispositis, vnusquisque reuersus est in sua.* OTTO FRISINGENSIS VI. c. IX. *Occidentales quoque Franci Odonem Roberti filium, virum fortem, consensu Arnolfi Regem creant.*

5) REGINO ad a. 888. *igitur quadam pars Italici populi Berengarium filium Ennarhardi qui ducatum Foroiulianorum tenebat, regem sibi statuunt, quadam Guidonem filium Lamperti ducem Spoletanorum, aque regia dignitate sublimandum decernunt: ex qua dissensionum controuersia tanta strages ex vtraque parte postmodum facta est, tantusque humanus sanguis effusus, vt iuxta dominicam vocem, regnum in se ipsum diuisum, desolationis miseriam pene incurrerit. Ad extremum Wido victor existens, Berengarium regno expulit, pulsus itaque ad Arnolphum regem adiit, eiusque patrocinia contra hostem exposcit.* Eadem habent ANNALES METENSES *ad a. 888.* OTTO FRISINGENSIS *VI. c. X. igitur Itali, super se duos reges Berengarium Foriiuliensem, & Guidonem Spoletanum Ducem Reges statuunt. E quibus Berengarius a Guidone patria pulsus, ad Arnulfum profugus venit.*

6) Hinc ANNALES FVLDENSES ad a. 887. *igitur veniente Carolo Imperatore Francofurt, isti inuitauerunt Arnolphum filium Carlmanni regis ipsumque ad seniorem elegerunt, sine more statuerunt ad regem extolli.* OTTO FRISINGENSIS VI. c. IX. *Arnolphum Carolomanni filium ad regnum trahunt.*

7) Vide GVNDLINGIANA *p. XVIII. §. IX. X.*

8) Verba sunt HERMANNI CONTRACTI ad a. 889. ANNALES FVLDENSES ad h. a. *edictum est, in exercitum ire ad Obodritos - - Peruentum igitur est - - ad eos cum maximo exercitu. Sed tamen ibi parum rebus prospere gestis, Rex data exercitui licentia, ad Franconofurt celeri festinatione reuersus est.*

9) REGINO ad a. 890. *Arnolphus rex concessit Zundebolch Marahensium Sclauorum regi ducatum Bohemensium, qui hactenus principem sua cognationis ac gentis super se habuerant, Francorumque regibus fidelitatem promissam inuiolato fœdere consecrauerant, eo quod illi, antequam in regni fastigio sublimaretur, familiaritatis gratia fuerit connexus: denique filium eius, quem ex pellice susceperat, a sacro fonte leuauit, eumque ex nomine suo Zundebolch appellari fecit. Quæ res non modicum discordiarum & defectionis præbuit incitamentum: nam & Bohemi a fidelitate diutius custodita recesserunt, & Zundebolch ex adiectione alterius regni vires non paruas sibi accessisse sentiens, fastu superbiæ inflatus, contra Arnolphum rebellauit. Quod cum cognouisset Arnolphus, cum exercitu regnum Marahensium ingressus, cuncta quæ extra vrbes reperit, solo tenus demolitus est. Ad vltimum, ne cætera fructifera arbores radicitus exciderentur, Zundebolch pacem poscit, & dato filio obside hanc pacem, sero promeruit.* Eadem habent ANNALES METENSES, ANNALISTA SAXO *ad a. 890.* OTTO FRISINGENSIS VI. c. XI. *Concessit Zuentebaldo Marahensium Regi ducatum Boemiæ, filiumque suum ex sacro fonte ab ipso leuatum eius nomine, Zuentebaldum vocauit.* COSMAS PRAGENSIS *lib. I. Chron. ad a. 894.* BOHVSLAVS BALBINVS *lib. I. Epit. Rer. Boh. c. X.* Add. GVNDLINGIANA *p. XI. §. XXIII. sqq.*

10) REGINO *ad a. 890.*

11) SIGEBERTVS GEMBLACENSIS ad a. 893. *Arnulfus rex Zuentebaldo duci Maharensium ducatum Boemanorum addens, & Boemanos per hoc sibi infestos fecit, & Zuendebaldo per adiectionem potentiæ, materiam contra se rebellandi dedit. Ad quem debellandum cum non sufficeret, gentem Hungarorum Deo inimicam regno immisit, eorumque auxilio Zuentebaldum deuicit, & tributarium facit.* CHRON. REG. S. PANTALEONIS *ad a. 888.* Conqueritur de eo quam maxime LVITPRANDVS lib. I. c. V. *Arnulfus interea earum, quæ sub Arcturo sunt gentium Rex fortissimus, cum Zuendebaldum Marauanorum Ducem, quem supra memorauimus, sibi viriliter repugnantem debellare nequiret; depulsis his (proh dolor) munitissimis interpositionibus quas vulgo clusas nominari prædiximus, Hungarorum gentem cupidam, audacem, omnipotentis Dei ignaram, scelerum*

Gulid siue Geul prope Traiectum ad Mosam victores, in quo prœlio Episcopus Moguntiæ vrbis, Sunzo, & Arnolphus Comes occubuerunt, nec non innumera multitudo nobilium virorum. 12) Hoc vlturus Arnolphus; ad fluuium Dylam, prope Louanium, insignem contra Normannos obtinuit victoriam, dum centum eorum millia prostrata esse dicantur. In eodem etiam prœlio cæsi sunt duo Reges eorum, Sigfridus & Godefridus regia signa XVI. ablata, & in Baioariam in testimonium sunt transmissa. 13) Anno 893. inuestiuit Carolum Galliæ regem in Comitiis Wormatiensibus, ex quo satis patet, ipsum in Galliæ regnum iura exercuisse. 14) Anno 893. Lotharingiæ Regnum sibi vindicare conabatur, Gallis tamen contranitentibus. 15) Anno 894. filium suum Zuendiboldum regno Lothariensi præfecit, sed Optimates Regni adsensum minime præbuerunt. 16) Licet postmodum in Conuentu Wormatiensi a. 895. ipsum susciperent. 17)

§. IV. Maxime vero Arnolphum occupauit Bellum Italicum. Dum enim Berengarius Dux Foroiuliensis, & Guido, Dux Spoletanus, viuo adhuc Carolo, inter se essent pacti, vt Wido Italiam Romanam, Francicam Berengarius obtineret, Carolo defuncto, Berengarius Ticini ab Anselmo Mediolanensi Episcopo in Italiæ Regem coronabatur. 18) Postmodum ipsi inter se scindebantur, & Wido in Brixiæ campis victor Berengarium fugabat. 19) Cum vero Romanis esset grauis, mittebat Formosus Papa ad Arnolphum legatos,

lerum omnium noninsciam, cædis & omnium rapinarum solummodo auidam, in auxilium congerat. Si tamen auxilium dici potest, quod paullo post eo moriente, tum genti suæ tum ceteris meridie occasuque degentibus nationibus graue periculum, imo excidium fuit. Quid igitur? Zwentebaldus vincitur, subiugatur, fit tributarius; sed Domino solus. O cæcam Arnulfi regis regnandi cupiditatem! o infelicem amarumque diem! vnius homuncionis deiectio fit totius Europæ contritio. Adde ANNALISTAM SAXONEM *ad a. 890.*

12) Verba sunt REGINONIS *ad a. 891.* Adde ANNALISTAM SAXONEM *ad h. a.*

13) ANNALES FVLDENSES *ad a. 891.* hoc prœlium late describunt, & tandem ita concludunt: *erat autem ibi gens fortissima inter Nordmannos Danorum, quæ nunquam antea in aliqua munitione & capta & superata auditur, dure certatum est, sed non indui subueniente gratia Dei, victoria ad Christianos concessit. Nordmanni fugæ præsidium quærentes, flumen quod antea eis a tergo pro muro habebatur, pro morte occurrebat. Nam instantibus ex altera parte cæde Christianis, coacti sunt in flumen præcipitari, coaceruatim se per manus & colla cruribusque complectentes, in profundum per centena & millia numero mergebantur, ita vt cadaueribus interceptum alueum amnis siccum appareret. In eo prælio cæsi sunt duo reges eorum Sigiffridus scil. & Godafridus, regia signa XI. ablata, & in Baiowariam in testimonium transmissa sunt. Eodem in loco die Cal. Leitanias Rex celebrare præcipit: ipse cum omni exercitu laudes Deo canendo processit, qui talem victoriam suis tribuit, vt vno homine tantum occiso de parte Christianorum (quod compertum est) tanta millia hominum ex altera parte perierunt.* REGINO, ANNALES METENSES, HVGO FLAVINIACENSIS, HERM. CONTRACTVS *ad a. 891.* SIGEBERTVS GEMBLACENSIS *ad a. 895.* OTTO FRISINGENSIS *VI. cap. XI.* Locum prœlii ANNALES FVLDENSES *ad a. 891.* definiunt prope fluuium Clyla, loco, qui dicitur Louonnium. REGINO & ANNALISTA SAXO hunc fluuium Thiliam vocat HERMANNVS CONTRACTVS *ad a. 891.* iuxta fluuium Dila. Idem docet FRAN. HARAEVS *Annal. Ducum Brabantiæ p. 114.* & MATTHAEVS VOSSIVS *lib. I. Annal. Hollandiæ p. 12.*

14) OTTO FRISINGENSIS VI. c. XI. *ea tempestate in regno Occidentali inter Carolum Ludouici filium, & Odonem grauis de regno controuersia orta, Carolum inferioris causæ gratia, ad Arnolfum supplicem venire, ab eoque auxilium poscere compellit.* REGINO ad a. 893. *Carolus vires Ottonis ferre non valens, patrocinia Arnolphi supplex exposcit. Aestiuo siquidem tempore iam dictus rex conuentum publicum Wormatiæ celebrauit, vbi Carolus venit, & Arnolphum magnis muneribus sibi conciliat, regnumque quod vsurpauerat, ex eius manu percepit. Iussum est etiam, vt episcopi & comites, qui circa Mosam residebant, illi auxilium ferrent, & eum in regnum inducentes, in sede regia inthronisarent.* Eadem habent ANNALES METENSES, ANNALISTA SAXO *ad a. 893.* FLODOARDVS Hist. Rhem. lib. IV. c. V. *Francos Carolum Regem factum Arnulphi fidelitati & consilio committere voluisse, vt ipsius adiutorio & consilio vteretur in omnibus, & eius subderetur tam Rex, quam vniuersum regnum præceptis & ordinationibus.* Licet IACOBVS ALEXANDER TENNEVRIVS *in veritate contra Chifletium vindicata p. III. c. XI.* Odonem Arnulpho saltim fœderi inæquali nexum fuisse, velit.

15) ANNALISTA SAXO ad a. 893. *Arnulfus e Bawaria egressus Franconevord venit, & Rhenum transiens ciuitates regni Lotharii a maxima parte circuiuit, & ab Episcopis dona ingentia oblata suscepit. Hæc fuit causa Litigii Karolingorum & Teutonicorum Regum super Lotharingiæ regno.*

16) REGINO & ANNALES METENSES ad a. 894. *post Wormatiam venit, ibique placitum tenuit, volens Zundibolch filium suum regno Lotharii præficere, & minime optimates prædicti regni ea vice assensum præbuerunt.*

17) REGINO, ANNALES METENSES, ANNALISTA SAXO, HERMANNVS CONTRACTVS *ad a. 895. post hæc Arnolphus Wormatiam venit, ibique optimatibus ex omnibus regnis suæ ditioni subditi sibi occurrentibus, conuentum publicum celebrauit. In quo conuentu, omnibus assentientibus atque collaudantibus, Zundibolch filium regno Lotharii præfecit.* MARIANVS SCOTVS *ad a. 895.* OTTO FRISINGENSIS *VI. c. XII.*

18) AVCTOR PANEGYRICI de Laudibus Berengarii *lib. I. p. 237.* de eodem

his motus gressum precibus contendit ad vrbem
irriguam, cursim Ticini abeuntibus vndis,
sustulit hic postquam regale insigne coronam

Adde SIGONIVM *de R. Italiæ lib. VI. p. 140.*

19) LVITPRANDVS lib. I. cap. VI. *dum hæc aguntur, Rex Galliæ Carolus, qui cognominatus est Caluus,* (sine dubio intelligendus est Crassus, cum ipsi successorem in Gallia tribuat Ottonem, Caluo vero successerat Ludouicus Balbus, huic Carolomannus, Carolus simplex & Carolus Crassus) *præsentem moriendo mutauit vitam: cui dum viueret, duo ex Italia præpotentes Principes seruiebant; quorum alter Wido, alter dictus est Berengarius. Hi sane tanto sunt amicitiarum fœdere conglutinati, vt sibi hoc iureiurando promitterent, quod si Regi Carolo superstites forent, alterius alter ordinationi conniueret, simul vt Wido quam Romanam dicunt Franciam, Berengarius obtineret Italiam.* Et paullo post: *Contigit itaque vtrumque Widonem, atque Berengarium,*

tos, ipsum inuitantes, vt Italicum regnum & res S. Petri ad suas manus, a malis Christianis eruendum aduentaret. 20) Ipse etiam Berengarius, missis ante se principibus suis, in oppido Tarentino Regi se præsentabat, is ergo & a Rege est clementer susceptus. 21) Anno 888. Arnolfus Rex bene in Germania omnibus compositis, misit primum Zuendiboldum filium in Italiam, 22) qui tamen parum effecit. Dum vero Guido a. 891. Imperii coronam d. XXI. Februarii a Stephano Papa accepisset, 23) atque insequenti anno, Lambertum Imperii constituisset consortem, 24) Arnolphus Berengario instante, a. 893. Italiam cum exercitu ipse ingreditur: Berengarium Veronæ constituit, captaque Bergamo, comitem Ambrosium ante portam in arbore suspendit. Quo facto, omnes Italiæ vrbes timore perculsit, amplius rebellare non audentes, vltro se ipsius ditioni subdiderunt. Redux factus in monasterio Laureacensi Ludouico Bosonis filio quasdam ciuitates & pagos in Italia concessit. 25) Absente autem Arnolpho moriebatur Guido, cuius filius Lambertus a Papa in Imp. fuit coronatus. 26)

§. V. Dum igitur Berengarius cum Lamberto, inscio Arnolpho, Italiæ regnum inuicem diuisissent, 27) Arnolphus a. 895. vocatus a Formoso Papa, qui grauem a ciuibus perse-

rium, Caroli Regis funeri deesse: cuius tamen interitum Wido vt audiuit, Romam profectus est, & absque Francorum consilio totius Franciæ vnctionem suscepit Imperii, Franci itaque Odonem, quoniam Wido aberat, Regem constituunt; Berengarius vero Widonis consilio, quemadmodum ei iureiurando promiserat, Italici regni suscepit Imperium; Wido autem Franciam petit. Cumque Burgundionum regna transiens, Franciam, quam Romanam dicunt, ingredi vellet, Francorum nuntii ei occurrunt, se redire nunciantes, eo quod longa expectatione fatigati, dum sine Rege esse diutius non possent, Odonem cunctis petentibus elegerunt. Et paullo post: *Francorum igitur legationibus non parum Rex Wido perturbatus, nonnullis cœpit cogitationibus æstuare, tam ex Italico regno Berengario iureiurando promisso, quam ex Francorum; præsertim quod penitus illud se non posse stimerat adipisci. Inter vtramque autem æstuationem, quoniam Francorum Rex esse nequibat, frangere quod Berengario fecerat iusiurandum, deliberat; collectoque prout potuit exercitu (traxerat sane & a Francis quandam affinitatis lineam) Italiamque concite ingressus, Camerinos atque Spoletinos fiducialiter vt propinquos adiit; Berengarii etiam partibus fruentes vt infidos pecuniarum gratia acquirit: itaque Berengario bellum parat. Copiis denique vtraque ex parte collectis, iuxta fluuium Terbiam, qui quinque a Placentia milliariis distat, ciuile bellum parant, in quo cum partibus ex vtrisque caderent multi, triumphum VVido obtinuit. Nec mora, diebus paucis interpositis, collecta Berengarius multitudine, in Brixia latissimis campis VVidoni bellum parat: vbi cum maxima strages fieret, fuga sese Berengarius liberauit.* Conueniunt ANNALES FVLDENSES *ad a. 888.* MARIANVS SCOTVS *ad a. 889.* PANEGYRICVS Berengario dictus apud LEIBNITIVM *Tom. I. Script. Brunsuic. p. 237.* & SIGONIVM *lib. VI. de Regno Italiæ p. 229.*

20) ANNALES FVLDENSES ad a. 893. *missi autem Formosi apostolici cum epistolis & primoribus Italici regni ad Regem, in Baioaria aduenerunt, enixe deprecantes, vt Italicum regnum, & res S. Petri ad suas manus a malis Christianis eruendum aduentaret: quod tunc maxime a VVidone tyranno affectatum est, quos Rex apud vrbem Regino honorifice recipiens, & cum muneribus postulata annuens, abire permisit.* HERMANNVS CONTRACTVS *ad a. 893.*

21) ANNALES FVLDENSES *ad a. 888.* LVITPRANDVS *lib. I. c. VII.*

22) LVITPRANDVS lib. I. c. VII. *iam vero Berengarius, cum VVidoni resistere copiarum paucitate nequiret, potentissimum quem prædiximus, Arnolfum Regem in auxilium rogat, promittens suosque eius potentia seruituros, si virtutis suæ adminiculo VVidonem superaret, regnumque sibi Italicum vendicaret. Huius plane tantæ promissionis gratia accitus Rex Arnulfus, filium eius Zwentebaldum, quem ex concubina genuerat, valido cum exercitu huius in auxilium dirigit, veneruntque pariter omni sub densitate Papiam.* SIGEBERTVS GEMBLACENSIS *ad a. 897.* ANNALISTA SAXO *ad a. 890.*

23) Patet hoc ex subscriptione Diplomatis apud FERDINANDVM VGHELLVM *in Vita VVibodi, Parmensis Episcopi p. 191. data IX. Kal. Martii, indictione IX. anno incarnationis Domini 891. regnante domino VVidone in Italia, anno regni eius III. Imperii illius die prima. Actum Romæ in Dei nomine feliciter.* Adde FLODOARDVM *lib. IV. Hist. Rhem. Eccles. c. II. p. 595.* SIGONIVM *de R. Italiæ lib. VI. p. 140.* ANT. PAGI *Tom. III. Crit. Annal. Baronii ad a. 892. n. 2.*

24) FLODOARDVS c. l. *Pontifex Lambertum, filium VVidonis, anno secundo Imperii patris ipsius nouum Imperatorem factum fuisse designat.*

25) LVITPRANDVS l. c. VII. *igitur Berengarius, dum vbi prospera inimico, sibi aduersa prospiceret, cum Zwentebaldo pariter Arnulfi regis adiit potentiam, orans ac pollicens, vt si ipsum adiuuaret, se totam Italiam, vt ante promiserat, ditioni eius suppositurum. Qui tantæ promissionis gratia excitus, copiis collectis cominus Italiam adit. Cui Berengarius, vt promissioni suæ daret fidem credulitatis arrhabonem clypeum portat. Susceptus itaque a Veronensibus, ad vrbem proficiscitur Pergamum: vbi dum, firmissima loci munitione confisi, imo decepti, homines ei occurrere nollent, castra metatus ibidem belli fortitudine vrbem capit, incolas iugulat, trucidat; ciuitatis etiam Comitem Ambrosium nomine, cum balibeo & armillis ceterisque pretiosis indumentis suspendi ante portæ ianuam fecit. Quod factum ceteris omnibus vrbibus cunctisque Principibus terrorem non paruum attulit. Quicumque enim hoc audierat, vtraque auris eius tinniebat. Mediolanenses igitur atque Ticinenses hac fama perterriti, eius non ausi sunt præstolari aduentum; verum præmissa legatione, iussioni suæ se obtemperaturos esse promittunt.* OTTO FRISINGENSIS VI. c. XII. REGINO, ANNALISTA SAXO, CHRON. REG. S. PANTALEONIS, ANNALES METENSES, FVLDENSES *ad a. 894.*

26) REGINO ad a. 894. *Eodem anno Guido qui Italiam regebat, & imperatoris tenebat nomen, moritur, Lampertus filius eius regnum obtinuit, & Romam veniens diadema imperii a præsule sedis apostolicæ ei imponi fecit.* Eadem habent ANNALES METENSES, ANNALISTA SAXO *ad a. 894.* LEO OSTIENSIS Chron. Casin. lib. I. c. LXI. *Guido, cum per annos circiter sex regnum obtinuisset, vomitu cruoris extinctus, tradidit illud filio suo, Lamberto.* HERMANNVS CONTRACTVS *ad a. 894.* SIGONIVS *de R. Italia lib. VI. p. 142.*

27) ANNALES FVLDENSES ad a. 898. *malus rumor Regem, nec non exercitum commouit, Berengarium scilicet, nepotem eius, a fidelitate sua desciuisse, & in Italiam iam pro hoc reuersum esse.* HER-

persecutionem patiebatur, Italiam secundo ingressus, ad vrbem vsque progreditur. Qua a. 900, singulari ratione armis capta, 28) a præfato Pontifice coronatus, Imperatoris & Augusti nomen sortitus est, 29) Romanis ipsi fidem atque obsequium promittentibus. 30) Verum, dum morbo impeditus in Germaniam fuisset reuersus, Lambertus in Synodo Rauennatensi a. 898. celebrata, hanc coronationem pro barbarica fecit declarari, 31) licet eodem adhuc anno extingueretur. 32) Anno 897. Imperator habito conuentu, nulli fidens, sacramentum fidelitatis denuo sibi & filio paruulo Ludouico exigit. 33)

§. VI. Hic autem Arnolphus Imp. postquam a. 898. Slauos Marahenses deuicisset, 34) in Italiam tertio profectus, Widonem persequitur, huius etiam vxorem in Firmo castro obsedit, quæ ipsi per vnum ex familiaribus letale poculum propinari fecit. Hinc obsidionem relinquere atque in Germaniam reuerti fuit coactus. 35) Tandem VI. Idus

HERMANNVS CONTRACTVS *ad a. 896. Peringario a fidelitate Arnulphi deficiente, & ad Lampertum se conferente. Arnolphus Rex Romam venit.*

28) SIGEBERTVS GEMBLACENSIS ad a. 900. *ab hoc Formoso Arnulphus rex inuitatus, Romam venit, sed non admissus, Romam Leonianam obsedit. Lepusculo forte versus vrbem fugiente, & exercitu cum clamore nimio sequente, Romani timentes se de muro proiiciunt, & hostibus per factos acervos murum ascendentes locum faciunt. Sic capta Roma, illos qui Papam iniuriauerant, decollari fecit, & a papa in Imp. benedicitur.*

29) Hæc verba sunt OTTONIS FRISINGENSIS VI. c. XII. Sic etiam REGINO ac ANNALES METENSES *ad a. 896. Arnolphus ciuitatem ingressus, a Formoso Apostolicæ sedis præsule magno honore susceptus, ante confessionem sancti Petri coronatus, imperator creatus est.* ANNALES FVLDENSES ad a. 896. *iam Apostolicus paterno amore diligendo Regem, ante paradisum, loco qui dicitur, Gradibus S. Petri suscipiens, & honeste ad basilicam beatorum principum apostolorum lætificando introduxit, & secundum morem antecessorum suorum, imperialem consecrationem capiti sibi imponens, Cæsarem Augustum appellant.* HVGO FLAVINIACENSIS apud LABBEVM Tom. I. p. 123. *Anno DCCCXCIII. Ind. XI. Ottone regnante in Francia, Arnulfo in Italia ex Saxonia, Carolus iam iuuenis Francorum repetit sceptra, & memoratus Arnolfus imperii inuasit Monarchiam, Romam cum assensu Formosi Papæ capiens, a quo in Imperatorem promotus est. Tum primum a Francorum Regibus ad extraneos translatum est Imperium, Principibus Romanis parui pendentibus Carlum ob tardum mentis ingenium.* Consentiunt HERMANNVS CONTRACTVS, LAMBERTVS SCHAFNABVRGENSIS, ANNALISTA SAXO, MARIANVS SCOTVS, ANNALES HILDESHEIMENSES *ad a. 896.* HEPIDANNVS *ad a. 897.* Quare etiam Scriptores, qui antea eum Regem vocauerant, ab isto tempore eundem vocant Imperatorem. Hinc etiam ALBERTVS STADENSIS ad a. 896. *Arnulphus Rex Romam veniens Imperator efficitur.* Quare in diplomatibus ante istum annum scriptis, se vocat saltim Regem, prout ex diuersis diplomatibus a SCHATENIO *Annalium Paderbornensium lib. III.* adductis, patescit. In alio vero diplomate monasterio Corbeiensi concesso, apud eundem *p. 229.* dicitur. *Arnolfus diuina prouidente Clementia Imperator Augustus.* Refert illud Schatenius quidem ad a. 893. Sed cum ipse fateatur, nullo certo anno & indictione has tabulas fuisse consignatas, potius easdem post dignitatis Imperatoriæ tempora referimus. Idem titulus occurrit in alio diplomate apud GOLDASTVM *Tom. vn. p. 209.* & in aliis apud HVNDIVM *Metrop. Salisburg. Tom. I. p. 225. 348. 349. 350.* VGHELLVM *Tom. III. Italia Sacra pag. 706.* Ipse Papa Stephanus VI. in litteris Ecclesiæ Narbonensis concessis apud LABBEVM *Tom. I. Bibliothecæ Mstorum pag. 805.* Non defuerunt tamen, qui ipsum ex numero Imperatorum excluderent, prout etiam OTTO FRISINGENSIS VI. c. XIII. loquitur: *reperi ego in quibusdam gestis Romanorum, post Carolum tertium, tanquam Imperio a Francis in Longobardos translato, Arnolfum in Catalogo Imperatorum taceri, & Ludouicum, cæterosque post ipsum in numero Augustorum poni. Alii Arnolfum in Catalogo ponunt, & eos qui post ipsum vsque ad Ottonem confuse regnauerant, non Imperatores, & Augustos, sed inuasores & angustos appellare consueuerunt.* Scilicet Guido, huiusque filius Lambertus adfectabant titulum Imperatoris, quem etiam in diplomatibus suis gerunt, apud GOLDASTVM *Const. Imper. Tom. III. pag. 296. 297.* BARONIVS tamen *ad a. 888. n. 3.* Arnolphum ideo ex numero Impp. excludit, quod per surreptionem facta dicatur ipsius vnctio. Immo SIGONIVS *lib. VI. de Regno Italiæ* ad a. 896. *neque vero hac iniuria contentus Stephanus fuit, quia etiam omnia Formosi pontificatus acta rescidit, atque inprimis eos, qui inuitati ab eo fuerant, exauctorauit, & Arnulfum regem, quem Formosus metu consecrat Imperatorem, vitio factum esse pronuntiauit*, Vid. BOECLER *Hist. sec. IX. p. 202.*

30) ANNALES FVLDENSES ad a. 897. *dispositis ibi multimodis rebus, omnis Romanorum populus ad S. Paulum cum iuramento Imperatori fidem promittentes, iuramentum vero illud ne quem lateat, hic inserere proposuimus: iuro per hæc omnia Dei misteria, quod saluo honore, & lege mea atque fidelitate domini Formosi Papæ fidelis sum, & ero, omnibus diebus vitæ meæ, Arnolfo Imperatori, & nunquam me ad illius infidelitatem cum aliquo homine sociabo, & Lamberto filio Agildrudæ & ipsi matri suæ ad secularem honorem nunquam adiutorem præbebo, & hanc ciuitatem Romam ipsi Lamperto, & matri eius Agildrudæ, & eorum hominibus, per aliquod ingenium aut argumentum non tradam.* Ex his habet SIGONIVS *lib. VI. p. 143.*

31) SIGONIVS *de R. Italiæ lib. VI. p. 145. 148.*

32) LVITPRANDVS *lib. I. c. XII.* AVCTOR PANEGYRICI BERENGARII *lib. IV. p. 250.*

33) Verba sunt HERMANNI CONTRACTI *ad a. 897.*

34) Hæc narrant ANNALES FVLDENSES *ad a. 898.*

35) LVITPRANDVS lib. I. c. IX. *rex Arnulfus desiderii sui compos effectus, persequi Widonem non desiit profectusque Camerinum, castrum vocabulo & natura Firmum, in quo Widonis vxor erat, obsedit. VVido autem in certis latuit locis. Præfatum igitur castrum nomine & natura Firmum vallo circumdatur; omnia bellorum instrumenta, quibus capi posset, præparantur.* HERMANNVS CONTRACTVS *ad a. 896.* dicit, Arnolfum, Angildrudam persequi statuentem, infirmare cœpisse, metuentemque morbum grauiorem, de Italia statim redire accelerasse.

36) Mire

Idus Decembris 900. 36) obiit, & quidem morbo pediculari. 37) Licet non desint, qui ipsius mortem poculo venenato ipsi ab Angiltrude, Guidonis coniuge propinato, fuisse acceleratam, velint. 38) Sepultus dicitur Odingæ in Bauaria iuxta patrem suum Carolomannum. Monstratur tamen sepulcrum ipsius in Monasterio S. Emmerani Ratisbonæ, quo, prout videtur, corpus ipsius, posteafuit delatum. 39) Vxor ipsius erat Oda,

36) Mire variant Scriptores de die & anno mortis Arnolphi. REGINO ad annum 899. refert: *Arnulphus Imperator migrauit a seculo, 3. Cal. Decemb. sepultusque est honorifice in Odingis, ibi & pater eius tumulatus iacet.* Eadem dicunt ANNALES METENSES, LAMBERTVS SCHAFNABVRGENSIS, MARIANVS SCOTVS atque ad annum 899. referunt. SIGEBERTVS GEMBLACENSIS, & MONACHVS TRIVM FONTIVM hanc mortem corrupte satis ad a. 902. reiiciunt. CHRONICON VIRDVNENSE *Anno DCCC. Arnulfus Imperator obiit, & Ludouicus filius eius succedit.* Quos sequuntur SIGONIVS *de R. Italia lib. VI. p.148.* ANT. PAGI *Crit. Ann. Baronii Tom. III. ad a. 899.* Certius definiunt mortis tempus HERMANNVS CONTRACTVS ad a. 900. *Arnolfus Imp. Ratisbonæ, vbi frequentius manebat, obiit 6. Idus Decembris anno regni 12.* OTTO FRISINGENSIS VI. c. XIII. *Arnolfus XII. regni sui anno, Imperii vero (iuxta quod dictum est) V. diem obiit.* Annus imperii quintus in annum 900. incidit. Dum autem XII. annum regni dicunt, sine dubio initium faciunt ab anno 888. quo mortuus fuit Carolus Crassus. Concordant ANNALES FVLDENSES, CHRONICON LEODIENSE, METENSE, HEPIDANNVS, ALBERTVS STADENSIS. Dies quidem confirmatur in tabula plumbea, quæ in ipsius Monumento sepulcrali a. 1671. fuit reperta: VI. IDVS DECEMB. ARNOLT IMP. OBIIT vt videre est in COELESTINI *Mausoleo Emmerani cap. XXXI. f. 83.* Annus vero comprobatur ex Epitaphio in ipsius choro Monasterii Sanct. Emmerani apud du CHESNE *Hist. Franc. Tom. II. pag. 585.*

Hac Arnulphus humo est Cæsar Romanus humatus,
Quem Galli Regem, Boii habuere Ducem.
Hic adem Emmeramme tuam defendit & auxit,
Prædia sunt testes, splendidus atque Liber.
Ad nostram Cineres Dionysi transtulit vrbem,
Finibus e Gallis, quos pia facta, tulit.
Postquam nongentos *Titan compleuerat annos,*
Cæsar persoluit debita iura necis.

Obstare quidem videtur, quod in charta Ratperti apud GOLDASTVM *Tom. II. p. I. p.31.* sic subscribatur: *ego itaque Ratpertus monachus rogatus anno DCCCCII. Dominicæ incarnationis anno III. Regis Hludouici Idus Februarii* & in alia Ernusti Cancellarii Tom. II. p. I. *p. 27. data 11. Cal. Iun. anno incarnationis Domini DCCCCVI. indict. IX. anno regni domini Hludouici VII.* Hæc si de annis completis intelligeremus, omnino ad annum 899. esset recurrendum. Verum si annum 900. primum dicamus, tertius erit 902. septimus 906.

37) LVITPRANDVS lib. I. c. IX. *profectusque, in propria turpissima valetudine expirauit: minutis quippe vermibus, quos peduncolos aiunt, vehementer afflictus spiritum reddidit. Fertur autem, quod præfati vermes adeo scaturirent, vt nullis Medicorum curis minui possent. Verum vero, pro tam immenso scelere, Hungarorum scilicet emissione, secundum Prophetam, duplici sit contritione attritus, an vt ex præsenti supplicio consequeretur veniam in futuro, solius Dei scientiæ dimittamus.* ANNALISTA SAXO ad a. 899. *Arnulfus Imperator longa ægritudine dissolutus, vel, vt quidam ferunt, afflictus a minimis vermibus, quos pediculos vocant, in corpore eius scaturientibus ita, vt nulla medicorum arte minui possent, migrauit a seculo III. Kal. Decembris apud Huodingas, vbi & pater eius honorifice conditus iacet.* ADAMVS BREMENSIS I. c. XLII. *Arnulfus Imperator viuens a vermibus consumptus, veneno extinctus est.* ALBERTVS STADENSIS *ad a. 900.* SIGEBERTVS GEMBLACENSIS *ad a. 902.* AVENTINVS *Ann. Boc. IV. c. XX. n. 43. 48.*

38) LVITPRANDVS lib. I. c. IX. *cumque VVidonis vxor magnis vndique angustiis premeretur, & euadendi spes illi omnis negaretur, caussas mortis Regiæ viperina cœpit calliditate exquirere. Accitum namque ad se quemdam Arnulfi Regis familiarissimum, magnis eum muneribus rogat, vt se adiuuet. Qui cum se non aliter posse testaretur, nisi ciuitatem Domini sui traderet ditioni: illa etiam atque etiam magna auri pondera non solum pollicens, verum in præsentiarum tribuens, orat, vt quodam poculo ab ea sibi collato dominum suum Regem potaret; quod non periculum mortis daret, sed mentis feritatem mulceret. Quæ etiam suis, vt praberet fidem dictis, ante illius præsentiam hoc vnum suorum potat seruorum: qui vnius horæ spatio conspectu huius astans, sanus abscessit. - - Sumptum namque letale poculum festinus Regi propinat, quo accepto, tanta hunc confestim somni virtus inuasit, vt totius exercitus strepitu triduo excitatus euigilare nequiret. Fertur autem, quoniam dum familiares hunc modo strepitu modo tactu inquietarent, apertis oculis nil sentire, nil loqui potuisse perfecte. Positus tamen in mentis excessu, mugitum reddere, non verba edere videbatur. Huius autem rei actio repedare omnes compulit, non pugnare. Credo autem Arnulfum Regem iusta seueri Iudicis censura huiusmodi pestem incurrisse. Secunda enim res dum imperium huius vbique magnificarent, virtuti suæ cuncta tribuit, non debitum omnipotenti Deo honorem reddidit, Sacerdotes Dei vincti trahebantur, sacræ virgines vi opprimebantur, coniugatæ violabantur. Neque enim Ecclesia confugientibus poterant esse asylum: in his namque symbola faciebant, gestus turpes, cantus ludicros & debacchationes; sed & mulieres eodem publice prostituebantur.* Alios vero sceleris auctores indicant ANNALES FVLDENSES ad a. 898. *Ipso quoque tempore eiusdem magni & communis placiti ciuitate Regia Rex paralysi solutus infirmatus est. Secundum autem vt Regi nociuum quoddam a viris & feminis daretur, vt inde paralyticus efficeretur, quorum vnus vocabatur German, qui reus maiestatis conuictus, & ideo Otinga decollatus est: alter vero fuga lapsus in Italia latuit. Et alia quoque femina nomine Rodpure, quæ eiusdem sceleris auctrix deprehensa, certa examinatione, inueniebatur Epilinga in patibulo suspensa interiit.*

39) REGINO c. I. ipsum Ottingæ dicit fuisse sepultum, ANNALES vero FVLDENSES ad a. 900. *Imperator vrbe Radispona diem vltimum clausit, & honorifice in domo Emmeramni martyris Christi, a suis sepelitur.* DITMARVS lib. VI. p. 386. *fratres de monasterio Christi martyris Emmerani, quod Arnulphus Imperator in honorem eius construxit, hicque ad corporaliter pausandum elegit, vnanimiter Regis pedibus prouoluti.* HERMANNVS CONTRACTVS *ad a. 900. Arnulphus in Basilica S. Emerani sepultus est.* IO. MABILLONIVS etiam in descriptione itineris Germanici *p. 61.* testatur, in sancti Emerammi Ecclesia iacere Arnulfum Imperatorem ad latus Epistolæ. Adde HVNDIVM *Metrop. Salisburg. Tom. III. p. 161.* IO. ADLZREITER *p. I. Annal. Boiic. lib. XII. n. LIV.* Discrepant Scriptores ante adducti, quos tamen hoc modo conciliat OTTO FRISINGENSIS VI. c. XII. *Arnolfus XII. regni sui anno, Imperio vero V. diem obiit, & in loco Odingas,*

Oda, 40) Theodonis, Bauariæ Ducis filia, hæc adulterii incusata LXXXII. Principum iuramento a. 899. fuit absoluta. 41) Ex hac vnicum habuit filium Ludouicum IV. 42) licet de filia, quam Luitgardem Ottonis, Saxoniæ Ducis vxorem fuisse perhibent, omnia sint dubia, cum potius Hadwigis Ottonis Ducis fuerit coniux. 43) Concubina ipsius erat Ellinrat. 44) Spurii ipsius erant Zuendeboldus Rex Lotharingiæ, qui patris hortatu, Ottonis Comitis filiam duxit in matrimonium 45) & Radoldus, qui sator esse dicitur Comitum Andecensium, quibus etiam successio fuerat destinata in Conuentu Forcheimensi, si de legali vxore sua ipsi hæres non produceretur, 46) atque filia Engilschalco nupta. 47)

gat, vt Regino refert, iuxta patrem sepelitur. Monstratur tamen sepulchrum eius in monasterio S. Emmerani Ratispona. Poterat enim esse, vt vbi humatus, huc postmodum transferretur. ANNALISTA SAXO ad an. 1009. *Fratres quoque de Monasterio Christi martyris Emmerani, quod Arnulfus Imperator in vrbe Ratisbona construxit, ibique pausare corporaliter elegit.* RICHARDVS BARTHOLINVS *Hodoeporico* apud FREHERVM *Tom. II. p.* 324.

40) In Diplomate Ottonis M. de a. 975. quod reperitur in HENRICI BODONIS syntagmate de constructione cœnobii Gandesiani apud MEIBOMIVM Tom. II. p. 495. *Arnolfus Rex tradidit ad idem monasterium in beneficium per interuentum coniugis suæ, Odæ.* In alio diplomate Ludouici, apud GRETSERVM de DIVIS BAMBERGENSIBVS *in appendice p.* 525. §. 13. *per interuentionem nostræ dilectæ genetricis Outa*, & apud HVNDIVM *Metrop. Salisburg. Tom. I. p.* 128. 130. 225.

41) ANNALES FVLDENSES ad a. 898. *tum vero multis temporibus inauditum scelus, & quod non oportuit facinus de regina Ota diuulgatum est, id est, vt corpus suum in latebroso ac iniquo mancipares coniugio. Quod ipsum Radaspona vrbe mense Iunio, iuxta primorum præsentium iudicium LXXII. iurantibus definitum comprobatur.* Clarius rem exprimit HERMANNVS CONTRACTVS *ad an.* 899. *Vta Regina adulterii incusata, 82. Principum iuramento absoluta est.*

42) REGINO ad a. 900. *Ludowicus filius eius, qui vnicus tunc paruulus de legali vxore natus illi erat, in regnum successit.*

43) CHRONOGRAPHVS SAXO ad an. 919. *Conradus Rex, moriens, coram Principibus Regni, regem designat filium Ottonis Saxonum Ducis, ex Luitgarda, filia Arnolfi, Imperatoris.* Verum OTTONI nupta fuit HEDWIGIS, de qua infra Periodus Quinta §. I.

44) Occurrit ista in diplomate Conradi I. de a. 914. quod extat in Cod. Diplom. Ratisbon. in PETZII *Thes. Anecd. Tom. I. p. III. p.* 44. in quo: *qualiter matrona quadam, nomine Ellinrath, concubina videlicet Arnolfi Serenissimi Regis.* Ipse Monasterio S. Emerani quædam bona concedit, prout ex litteris donationis a Conrado I. confirmatis, patescit apud HVNDIVM *Metrop. Salisburg. Tom. II. p.* 366.

45) ANNALISTA SAXO ad an. 897. *posthæc patrem super vxore, quam desiderabat, consulens, eius hortatu Ottonis Comitis filiam* (Odam) *nomine in coniugium petiuit: pater puellæ gratanter eam dedit, nuptias post pascha celebrauit.*

46) ANNALES FVLDENSES ad a. 889. *exeunte mense medio Rex apud villam, quæ dicitur Forchheim, generalem conuentum habuit, ibique disputans de statu regni sui, consultum est, vt eodem tenore primores Francorum, prout Baioarii iuramento confirmarent, ne se detraherent a principatu & dominatu filiorum eius, Zwentibulchi quidem & Ratoldi, qui ei de concubinis erant nati, quod quidam Francorum ad tempus renuentes tandem regiæ satisfacientes voluntati, dextram dare non recusabant, eo tamen modo, vt si de legali sua vxore hæres ei non produceretur.* HERMANNVS CONTRACTVS ad h. an.

47) ANNALES FVLDENSES ad a. 893. *Engelscalchus, iuuenili audacia vir, qui post nuptam de concubina Regis filiam ad tempus se Marauus exul contulit.*

SECTIO NONA DE LVDOVICO INFANTE.

§. I. Ludouicus Infans succedit, an Imp. dici queat. §. II. Bellum Hungaricum. §. III. Perfidia Hattonis Moguntini in Albertum Bambergensem. §. IV. Mors & familia Ludouici.

§. I.

SVccedit ipsi filius LVDOVICVS IV. qui, cum anno 893. natus & septennis esset, dum patri succederet, puer vel INFANS dicitur. 1) Hunc licet ab initio dubii adhuc essent, an hunc vel alium eligerent, 2) hac potissimum ratione vtentes, quod dum Reges Fran-

1) ANNALES FVLDENSES ad a. 893. *arrepto itaque Rex itinere, iterum regnum Zwentibaldi ducis ingreditur cum exercitu maxima parte illius regionis exspoliata propter insidias positas, magna cum difficultate itineris in Baioaria ad regiam curtem Otingam reuersus est, de qua ei non multum post filius nascebatur, quem Hado Mogontiacensis Archiepiscopus & Adalpero Augustæ Vindel. Episcopus sacro fonte baptismatis chrismantes, nomine aui sui Hludounicum appellauerunt.* HERMANNVS CONTRACTVS ad a. 893. 900. *Arnolfus Imp. obiit, pro quo filius eius Ludouicus puer regnauit.* HEPIDANNVS ad a. 900. *Arnolfus Imperator obiit, Ludouicus filius eius, in regnum eleuatur, adhuc puerulus.* AVCTOR TRANSLATIONIS S. IVSTINI in nouam Corbeiam apud MEIBOMIVM Tom. I. pag. 770. *Arnulfo Imperatore de medio sublato, Ludewigus, qui dictus est Infans, regnauit.* DITMARVS lib. I. p. 325. *Conradus Francorum quondam Dux egregius, & tunc Ludouici successor pueri.* Versus Salomonis Constantiensis apud CANISIVM *Lect. Ant. Tom. I. p.* 21.

Infantilis adhuc perfungens nomine regis.
Aetas nec pugna est habilis, nec legibus apta,
Cui Deus indulget regnis, sceptraque potiri;
Sed tenerum corpus, fereque ad fortia vires
Despectum propriis generant, atque hostibus ausum.

ANNALIBVS FVLDENSIBVS *ad an.* 900. dicitur *paruulus.* In Epistola Hattonis ad Pontificem, apud WIGVL. HVNDIVM *Metrop. Salisburg. Tom. I. p.* 47. dicitur *paruissimus.* In aliis litteris Episcoporum Bauariæ ad Iohannem IX. apud eundem p. 45. vocatur *iuuenculus.*

2) Hatto Moguntinus Archiepiscopus in epistola

Francorum semper ex vna gente processerint, nollent noua institutione insidere, 4) post patris mortem Proceres & optimates Germaniæ Forchemi regem super se creant, & coronatum regiisque ornamentis indutum in fastigio regni sublimant. 4) Hattone pontifice Moguntino & Ottone Saxoniæ Duce tutelam & regimen gerentibus. 5) Proceres etiam regni Lothariensis, dum exosum haberent Zuentiboldum, eum in regnum introducunt, & in Theodonis villa manibus datis, eius dominationi se subiiciunt. 6) Imperator vero dici nequit, 7) dum nondum Germanis in hanc dignitatem iura essent, nec Italiam possideret, quam isto tempore tenebat Ludouicus, Bosonis filius, & hoc eiecto, Berengarius, 8) nec a Papa esset coronatus.

§. II. Præcipuum quod ipsum vexauit, bellum fuit Hungaricum. Primo enim statim regiminis anno 901. Hunni collecto permagno exercitu, Marauanorum gentem, quam Rex Arnulphus subiecerat, sibi vindicant, 9) Baioariorum etiam fines ad a. 907. occupant, castra diruunt, ecclesias consumunt; populos iugulant; & vt magis magisque timeantur, interfectorum sese sanguine potant. 10) Obuiam illis profectus Ludouicus, Ansburgum 11) venit, ad Rhenum fluuium vtræque acies conuenere, sed occiso Bauariæ duce

stola ad Pontificem, apud WIGVL. HVNDIVM *Metrop. Salisb. Tom. I. p. 47. quem Regem eligeret paruo tempore inscia mansit* (Germania) *& quia timor magnus aderat, ne solidum regnum in partes se scinderet, diuino, vt credimus instinctu factum est, vt filius senioris nostri* (Arnulphi) *quamuis paruissimus, communi consilio Principum, & totius populi consensu, in Regem eleuaretur.*

3) Hanc rationem reddit Hatto, Moguntinus Archiepiscopus, in epistola ad Iohannem IX. Papam, quam exhibet MELCHIOR GOLDASTVS *de Regno Bohemiæ Append. Docum p.* 4. in qua: *de cetero vestræ clementiæ innotescimus, seniorem nostrum Imperatorem de huius vitæ exilio migrasse. Sed quod quam diu in hoc mundo subsistimus per incerta ferimur, vbi quorundam animæ post hanc lucem mansionem recipiant, vestris quasi prouoluti vestigiis subnixe poscimus, vt animam ipsius vestræ authoritatis potestate a vinculis peccatorum absoluatis, quia quæcunque solueritis super terram, erunt soluta in coelo. Tali vero Domino Rectore & gubernatore amisso, in nostris partibus vacillauit nauis Ecclesiæ. Quem regem eligeret, paruo tempore incisa mansit: & quia timor magnus aderat, ne solidum regnum in partes se scinderet, diuino, vt credimus, instinctu factum est, vt filius senioris nostri quamuis paruissimus, communi consilio Principum & totius populi consensu in Regem eleuaretur, & quia Reges Francorum semper ex vno Genere procedebant, maluimus pristinum morem seruare quam noua institutione insidere.* Quæ verba satis docent, Carolingis ius hæreditarium fuisse in Regnum Germaniæ.

4) REGINO, ANNALISTA SAXO *ad a.* 900. MARIANVS SCOTVS, OTTO FRISING. *lib. VI. c. XIV.* GODOFR. VITERB. *lib. XVII. Chron. p.* 740. SIGEBERTVS GEMBLACENSIS, ALBERICVS *ad a.* 902.

5) AVENTINVS *Ann. Boi. IV. c. XXI. n. I.*

6) REGINO, ANNALES METENSES *ad an.* 900. ANNALISTA SAXO ad a. 900. *Zuendibol propter assiduas depradationes & bella, quæ in regno fiebant, & quia cum mulieribus & ignobilibus regni negotia disponens, honestos nobilesque deiiciebat & dignitatibus spoliabat, odiosus omnibus efficitur, certatim igitur Priores regni eius Ludouicum introducunt, in Theodonis villa manibus datis eius dominationi subiiciunt.* OTTO FRISINGENSIS *VI. c. XV.*

7) Sunt equidem, qui ipsum Imp. dicant. Sic GOLSCHERVS *in Gestis Treuirorum c. XLIII.* ipsum vocat Imperatorem. AVCTOR CHRONICI SLAVICI *cap. VI. apud* LINDENBROGIVM *in Imperio habuit successorem Ludouicum puerum.* E contrario SIGEBERTVS GEMBLACENSIS ad a. 912. ait: *Ludouicus Rex Germaniæ moritur, qui propter tyrannorum in Italia insolentiam & multam malorum ingruentiam non meruit imperialem benedictionem.* Sequitur ALBERICVS *ad a.* 912. Hinc plerisque Scriptoribus Rex saltim dicitur: LVITPRANDVS II. c. I. *postquam vitalis calor Arnulfi Regis membra deserens corpus reddit exanime, eius filius Ludouicus Rex cunctis a populis ordinatur.* Adde BLONDELLVM *in præfatione apologetica ad plen. asseri. Geneal. Franc. plen. XXXI. b. a.*

8) REGINO: *Anno Dominicæ incarnationis DCCCCIIII, Ludouicus filius Bosonis* (*quem supra meminimus Imperatoris nomen esse sortitum*) *Berengarium de Italia expulit, atque omne illud regnum suæ ditioni subegit. Cernens autem nullum esse aut posse nocere, vltra quam oportebat, de securitate præsumens, ea quæ pacis & quietis sunt, cœpit cogitare. Absoluto itaque exercitu, cum perpaucis Veronam ingressus est, adhortante Adelbardo præfatæ vrbis episcopo. Ciues autem hoc Berengario summa cum festinatione notum fecerunt, qui eo tempore in Baioaria exulabat. Ille nil moratus, contractis vndique copiis, Veronam peruenit, atque improuidum virum dolo cepit, & captum luminibus priuauit: Siquidem ciues, qui partibus eius fauebant, portas ciuitatis ei aperientes, eum nocturno tempore intra muros receperunt, & sic insperato & absque præmeditatione Ludouicus non solum regno, sed etiam oculis priuatus est. Tandem itaque Berengarius regnum Italiæ multis cædibus cruentatum, infaustis infortunatisque præliis diu quæsitum, cum huiuscemodi triumpho obtinuit.* Eadem habet OTTO FRISINGENSIS *VI. c. XV.*

9) ANNALISTA SAXO ad an. 901. *Arnulfi morte intellecta, incursio Vngarorum ad excidium gentium ad meridiem & occasum degentium exoritur, quorum infausto auxilio Arnulfus potiebatur imperio, destructo ingenti vallo in Pannonia, quo Karolus Magnus Barbaras nationes circumcluserat, quibus Bawariam vastantibus, Lodouicus coacto magno exercitu iuxta Licum fluuium plusquam mille ex eis interfecit, protracta ad horam septimam pugna, milites ignari doli fugientes simulate Vngaros impetu validissimo persequebantur, & ecce omni ex parte prodeunt insidiæ, qui victi putabantur, victores interimunt. Rex ipse ex victore victum se miratur, fitque inopinatus grauior casus. Vngari Bawariorum, Suevorum, Francorum regna percurrunt, omnia vastant & incendunt, Langobardiam quoque ingressi, cædibus incendia miscent; cumque incolæ terræ conglobati resistere conarentur, plurimi Episcopi & Comites cum innumerabili hominum multitudine sagittarum ictibus trucidantur.*

10) Verba sunt LVITPRANDI *lib. I. c. II.* OTTO FRISING. *VI. c. XV.*

11) LVITPRANDVS dicit, quod Augustam venerit, vbi proelium factum. Sed statim addit: *sequenti igitur die Lemani secus fluminis campos Martio operi capacitate sua aptos, vtræque acies conuenere.* Rhenus quidem ab antiquo describitur esse Lemannus. Sed, cum Rhenus aliquot milliaribus adhuc absit ab Augusta Vindelicorum, rem ipsam decidit

duce Leopoldo, in fugam verso Ludouico, Baioariorum, Sueuorum, Francorumque prouincias percurrerunt, factusque Ludouicus Hunnis tributarius. 12) Anno 910. Franci in confinio Bauariæ & Franciæ cum Vngaris congressi, victi sunt & fugati. 13) Immo, dum nullus esset, qui in Orientali ac Australi plaga Vngaris resisteret, Italiam quoque fuerunt ingressi. 14)

§. III. Circa idem tempus, Albertus, nobilissimus Francorum comes, Ottonis Saxonum Ducis ex filia nepos, Conradum, qui a quibusdam Ludouici Regis frater fuisse creditur, occidit. Ludouicus Rex conuentum generalem celebrauit apud Triburias, villam regiam, vbi adesse mandauit sæpe dictum Adalbertum, vt in præsentia Optimatum regni pro se rationem redderet, & pacis conditionem, quam hactenus exosam habuerat, tandem aliquando, deposita crudelitatis tyrannide, susciperet, & rapinis, cædibus, & incendiis, saltem vel sero quiesceret. Sed his salutaribus monitis nequaquam assensum præbuit. 15) Ob ea Rex prædictum Adalbertum in castro Tharassa bello petiit. 16) Cumque viribus se proficere posse non videret, Hattonis Moguntini Archiepiscopi consilio, ad dolum se contulit. Præfatus Hatto Albertum in castro suo adiit, eumque Dei pietatis obtentu de gratia Regis adipiscenda conuenit. Ille monitis eius obtemperans, conductum de personæ propriæ incolumitate petiit. Interposita sacerdotis fide, iter carpunt: vix castro exierant, iam proximi vico, qui Teurstat dicitur, appropinquabant, & Episcopus, graue inquit erit nobis ieiunium sustinere, si placet, antequam Regi præsentemur, ad prandium diuertamus. Ille dolum minime præsentiens, gratanter eum ad prandendum in castro, vnde digressi fuerant, reduxit. At postquam refecti sunt, ad curiam veniunt: in causa Princeps ponitur, ac tanquam reus maiestatis, capite plectendus adiudicatur. Monet ille Episcopum de fide data: quam ille se bene in hoc, quod sanum & incolumem eum in castrum reduxerat, seruasse, respondit. Sic præfatus Albertus capite plectitur in monasterio Tharassensi sepultus, 17) possessionesque eius, e quibus postmodum Babenbergensis Ecclesia locupletata dicitur, in fiscum redactæ sunt. 18)

§. IV

cidit AVENTINVS IV. *Ann. Boi. c. XXI. n. 22.* dum ait: *quidam similitudine nominum, quæ vna duntaxat literula distant, hanc cladem Boios accepisse tradunt ad Augustam Rhatiæ, quæ Teutonum sermone Augsburg, vt Anasiburgium Ansbug nuncupatur.*

12) LVITPRANDVS II. c. II. *Hungari præterea compotes voti sui effecti, Christianorum hac tam immensa nece propria non satisfecere nequitia, sed vt rabiem perfidiæ satiarent, Baioariorum, Sueuorum, Francorum omnia deflagrando Regna percurrerunt. Nec quisquam erat, qui horum præsentiam nisi labore non paruo naturaue munitissimis præstolaretur in locis: factusque est per nonnullos populos hic tributarius annos* REGINO *ad ann.* 901. SIGEBERTVS GEMBLACENSIS *ad a.* 903. 905.

13) REGINO: *Anno Dominicæ incarnationis DCCCCVII. Bauari cum Hungaris congressi, multa cæde prostrati sunt, in qua congressione Luitbaldus dux occisus est, cui filius suus Arnolphus in ducatu successit. Anno DCCCCVIII. Hungari iterum terminos transgressi, Saxoniam & Thuringiam vastauerunt. Anno DCCCCIX. Hungari Alemanniam ingressi sunt. Anno DCCCCX. Franci in confinio Bauariæ & Franciæ Hungaris congressi, miserabiliter aut victi aut fugati sunt.* HERMANNVS CONTRACTVS, ANNALISTA SAXO *ad an.* 907. 910.

14) Hoc late describit LVITPRANDVS *II. c. IV.*

15) Verba sunt REGINONIS *ad a.* 905.

16) De loco, vbi obsessus fuit Adalbertus, adhuc dubitatur. WITTICHINDVS *lib. I. Ann. p.* 635. dicit saltim *in Ciuitate Adelberti.* LVITPRANDVS *lib. II. c. III. in Castello Bauerburg.* Bambergam etiam nominat OTTO FRISINGENSIS *lib. VI. c. XV.* GOTFRIDVS VITERBIENSIS *p. XVII. Chron. p. 471.* CHRON. REG. S. PANTALEONIS *ad a.* 901. THEODOR. ENGELHVSIVS *Chron. p.* 1070. Verum, REGINO *ad a.* 905. *Rex, collecto vndique exercitu, Adalbertum in castro, quod Tetrassa dicitur, obsidione cinxit.* MARIANVS SCOTVS *lib. III. æt. VI. ad a.* 905. *Ludouicus Adelbertum in Castro, quod Terassa dicitur, obsidione cinxit.* ANNALISTA SAXO *ad a.* 906. *in Castro Terassa.* Idem confirmat MARTINVS HOFMANNVS *lib. I. Ann. Bamberg. p. 18.* qui Tharissam ad Moenum primarium eius castrum vocat, quod tanto verius videtur, dum in templo ipsius arcis sepultus iaceat, prout *p. 19.* dicit. Hoc postea monasterium ordinis Benedicti factum, de quo *Browerus Antiquit. Fuldens. c. X. p.* 143.

17) HOFMANN *Annal. Bamberg. p.* 19. WAGENSEIL *in Comment. de Ciuit. Noriberg. c. IV, p.* 27. ipsius adducit Epitaphium. LVITPRANDVS *c. l.* ipsum vocat magnum Heroem. HERMANNVS CONTRACTVS *ad an. 907. nobilem & bellicosum.* HEPIDANNVS *ad a. 906. decus Franchorum.* Ab isto etiam Stemma antiquum Bambergense Marchionum Austriacorum ducitur, de quo AVCTOR HISTORIAE FVNDATIONIS COENOBII MELLICENSIS apud LAMBECIVM *Comment. de Bibl. Vindob, lib. II. c. VIII. p.* 627. Leopoldus primus originem duxisse fertur a quodam nobilissimo Comite Babenbergensi de genere Francorum. Adde OTTONEM FRISINGENSEM *lib. II. c. XV.*

18) Verba sunt OTTONIS FRISINGENSIS *VI. c. XV.* LVITPRANDVS *I. c. III.* MARIANVS SCOTVS *ad a.* 908. REGINO *ad a.* 905. Eadem narrat WITTICHINDVS *lib. I. Annalium p.* 635. AVENTINVS *IV. c. XXI. n.* 15. DITMARVS lib. I. ineunte: *nota Hathonis versutiam Archipræsulis, qua & antecessor suus Adelbertum Comitem Tereti capitis abscisione deiicit.* Idem ex MSto etiam confirmat NIC. SERARIVS *rer. Mogunt. lib. IV. p.* 247. SCHATENIVS tamen *p.* 247. REGINONIS auctoritate motus, inter fabulas refert. REGINO enim *ad an.* 905 & qui eum sequitur ANNALISTA SAXO *ad a.* 906. CHRON. REG. S. PANTALEONIS *ad ann.* 901. aliter adhuc rem narrat, quasi ob propriam fraudem vltimo supplicio fuerit adfectus Adelbertus. Verum, vnicum Reginonem tot Scriptoribus, Hattonis versutiam redarguentibus, opponere vix audemus. HVGO FLAVINIACENSIS *Chron. Verdun. Anno DCCCCIV. fuit bellum inter Conradum Ducem & Adalbertum, in quo Conradus cecidit & anno sequenti Adalbertus capite plectitur.*

§. IV. Tandem vero Ludouicus hic ex mœrore, quem ob cladem ab Hunnis acceptam, concepit, a. 911. fuit extinctus. 19) Vltimus hic ex linea Carolingorum directa apud Germanos, sine liberis extinctus. 20) Vxor ipsius a Wittichindo Corbeiensi monacho dicitur Lutogarda, Ludolphi Saxonici ducis filia, 21) quem plures alii sequuntur, licet MEIBOMIVS 22) satis demonstrauerit, hanc Ludgardam, Ludouici Iunioris, Ludouici Germanici filii fuisse vxorem. Dum autem alii Mechtildem, Ludolphi filiam, ipsius coniugem fuisse dicant, his potius adsentimur. 23)

19) HVGO FLAVINIACENSIS *Chron. Verdun. Anno DCCCC. Arnulfus Imperator obiit, & Ludouicus filius eius succedit. Hic duodecim annis administrato imperio obiit, & consilio Conradi Ducis regni sceptra reliquit anno DCCCCXI.* CONTIN. REGINONIS, HERMANNVS CONTRACTVS, NECROLOGIVM FVLDENSE, HEPIDANNVS, MARIANVS SCOTVS *ad an.* 911. Male igitur ANNALES HILDESHEIMENSES & LAMBERTVS SCHAFNABVRGENSIS hanc mortem ad an. 912. referunt. Epitaphium ipsius reperitur apud ANDR. de CHESNE *Tom. II. Script. Rer. Francic. p.* 585. & DAV. BLONDELLVM *Tom. II. plen. Assert. Geneal. Francicæ p.* 264.

20) WITTICHINDVS Annalium lib. I. p. 634. *vltimus vero Carolorum apud Orientales Francos imperantium Lothowicus ex Arnulfo fratruele Karoli, huius Lotharii regis proaui, natus erat. Qui cum accepisset vxorem nomine Liudgardam, sororem Brunonis ac magni Ducis Ottonis, non multis post hæc vixerat annis. Horum pater erat Luidolfus, qui Romam profectus transtulit reliquias beati Innocentii Papæ.* Sequuntur eundem plures, ANNALISTA SAXO *ad a.* 909. OTTO FRISINGENSIS *VI. c. XVI.* SVPPLEM. REGINONIS, MAR. SCOTVS, HERMANNVS CONTRACTVS *ad an.* 911. ALBERTVS STADENSIS *ad an.* 919. AVENTINVS *IV. c. XXI. fin.* THEODORICVS ENGELHVSIVS in Chronico p. 170.

Vltima est iste Karolorum germine sanguis,
Attamen a latere germina Karlus habet.

21) GOBELINVS PERSONA *Cosmodr. æt. VI. c. XLVI. Lodowicus iste sine liberis decessit.* CRVSIVS *Ann. Suev. II. lib. II. c. VII.*

22) *Notis ad Witticbindum p.* 671. cum ista Ludgarda Ludouico iamdum nupta fuisse dicatur a. 877. quo nondum natus Ludouicus. Vid. etiam KRANTZIVS *Metropoli lib. II. c. XIII.*

23) CHRONOGRAPHVS SAXO ad an. 912. *Ludowicus Rex obit. Post cuius mortem cum non esset ei filius, omnis populus Francorum & Saxonum quærebat magno Duci Ottoni, qui erat frater Machildæ Reginæ, vxoris Ludewici Regis, diadema regni imponere.* CONRADVS VRSPERGENSIS ad ann. 912. *Ludeuuicus igitur cum accepisset vxorem, nomine Mahtildam sororem Brunonis, ac magni ducis Ottonis, non multis post hæc vixerat annis.* THEODORICVS ENGELHVSIVS *Chron. p.* 170. de hoc Ludouico: *hic enim duxit vxorem Mechildam sororem Ottonis primi Ducis Saxonum, filiam Ludolfi de stirpe magni Wedekindi.*

SECTIO DECIMA DE CONRADO PRIMO.

§. I. Genus & parentes Conradi. §. II. Viuo patre contra Gerardum & Matfridum, regni Lothariensis Comites fuit missus. §. III. Rex Germaniæ fuit, non vero Imperator, princeps laude dignus. §. IV. Germaniæ Duces ab eo deficiunt. §. V. Bellum cum Henrico, Saxoniæ Duce. §. VI. Bellum Lotharingicum & Alemannicum. §. VII. Conradus Ducibus Germaniæ propriam potestatem sub feudi lege concedere fuit coactus. §. VIII. Bellum Vngaricum. §. IX. Mors & designatio successoris.

§. I.

Ludouico Infanti successit CONRADVS I. Dux Franconiæ, Conradi istius, Franconiæ Comitis, ex Glismuda filius, quem Albertus Bambergensis occiderat. 1) Hunc vltimum ex Carolingis sunt qui faciant, Arnolphi filium, Ludouici IV. fratrem, 2) quod

1) Hoc disertis verbis adserit OTTO FRISINGENSIS *VI. c. XVI.* SVPPLEM. REGINONIS ad a. 911. *Ludouicus Rex filius Arnolphi imperatoris obiit, cui Conradus filius Conradi ab Adalberto occisi, regali iam stirpe deficiente, in regno successit.* Idem dicit MARIANVS SCOTVS *ad a.* 911. REGINO ad a. 905. *Cunradus in primo impetu multis vulneribus confossus extinctus est. Peracta est cædes III. Cal. Mart. in Hassia, in loco qui dicitur Fridislar.* CHRONICON VIRDVNENSE apud LABBEVM *Tom. I. p.* 124. dicit: *Ludouicus duodecim annis administrato imperio obiit & consilio Conradi Ducis regni sceptra reliquit anno DCCCCXI.* WITTICHINDVS *lib. I. p.* 634. eundem Ducem vocat Francorum, & DITMARVS *lib. I. p.* 325. *Conradus*, ait, *Francorum quondam Rex, egregius nunc Ludouici successor.* Mater autem Glismuda dicitur in Charta Conradi, quæ reperitur in *Antiquit. Fuld. p.* 128. pro animæ nostræ matrisque Glismudæ liberatione. Hanc autem Sueuicæ gentis fuisset autumat LVDEWIG *in dissert. de Conrado I. p.* 2.

2) OTTO FRISINGENSIS VI. c. XVI. *Anno ab incarnatione Domini DCCCCXIII. Conradus, Conradi (quem Albertus occiderat,) filius, consilio præfati Ducis Ottonis, consensu omnium, Orientalis Franciæ Rex creatur. Hunc quidam Ludouici fratris filium fuisse dicunt, & ob hoc nouissimum eum Carolorum ponunt.* Sequitur GOTFRIDVS VITERB. *Chron. p. XVII. p.* 322. ALBERTVS STADENSIS *Anno Domini DCCCCVII. pugna erat inter Albertum, filium sororis Heinrici Ducis, qui erat pater Magni Ottonis, & Conradum, fratrem Lothewici Imperatoris, in qua Conradus occiditur.* ALBERICVS *ad an.* 903. ANNALISTA SAXO, CHRON. REG. S. PANTALEONIS *p.* 891. CONRADVS VRSPERGENSIS *p.* 199. dubie loquitur. *Anno Domini DCCCCXII. Ludeuuicus rex moritur. Hic iuxta quosdam vltimus dicitur Carolorum, apud Orientales Francos imperantium iuxta quosdam vero Chunradus qui post eum regnauit, vltimus computatur, a quibus pater illius Chunradus, qui ab Adelberto interfectus est, frater Ludeuuici huius fuisse æstimatur. Sed huius diuersitatis error scriptoribus regnorum imputetur.* LVITPRANDVS vero *II. c. VII.* saltim dicit: *Conradus Francorum ex genere oriundus.*

quod tamen vel ex eo falsum esse videtur, quod cum Ludouici infante stirpem Carolingicam defecisse, Scriptores coaeui tradant 3) & Arnolpho tres saltim filii tribuantur, Zuentibaldus, Ratoldus & Ludouicus 4) nullus etiam cognationis Conradi cum familia Carolingica faciat mentionem, immo non desint, qui ipsum ex alio plane stemmate ortum esse dicant. 5) Sunt tamen, qui eundem ab Alpaide Ludouici Pii filia, Begoni Comiti Parisiensi nupta, ducunt, cui Lethardus & Eberhardus filii adsignantur, a quorum posteriore Conradi Maiores Comites Franconiae. 6)

§. II. Hic a patre primum a. 905. cum armatorum non modica manu missus fuit contra Gerardum & fratrem eius, Matfridum, regni Lothariensis Comites, quorum terras fuit depopulatus, eosque eo adegit, vt de pace petenda ad eundem legatos mitterent. 7)

§. III. Mortuo Ludouico, omnis populus Francorum atque Saxonum quaerebat Ottoni Saxoni diadema imponere regni. Ipse vero quasi iam aetate grauior, recusabat imperii onus, & potius eius consultu, Cunradus Dux Francorum a. 912. in regem Germaniae vngitur: penes Ottonem tamen ob eximiam auctoritatem semper & vbique vigebat Imperium 8) ea quidem ratione, vt ipse cum filiis suis Regis se potestati subderet. Scilicet, Germani, qui ab Arnulphi temporibus ius eligendi regem sibi vindicauerant, illud nunc extincta apud eosdem linea Carolingica, eo magis exercebant, licet non deessent adhuc apud Gallos Carolingi. Imperator 9) autem dici nulla ratione poterit, dum nec Germani

3) Sect. priori §. vltimo.

4) Patet hoc ex Sectione priori §. Sic etiam argumentatur *Schatenius Ann. Paderborn. lib. III. ad a. 912.*

5) Hoc claris verbis adserit AVTOR CHRONICI REGVM FRANCORVM, apud LAMBECIVM *Comment. lib. II. p. 394. mortuo Arnolfo, Ludouicus puer, eius filius, imperauit quatuor annis, cui Conradus, deficiente saepe dicta Imperatoria stirpe Nobili Francorum, quamuis non de eodem stemmate ortus, feliciter successit.* WITTICHINDVS *lib. I. p. 634.* CONTIN. REGINONIS, HERMANNVS CONTRACTVS *ad a. 911.* Hinc etiam PFEFFINGERVS *Vitriario illustrato lib. I. tit. V. p. 472.* contrarium multis rationibus euincere conatur, inter quae praecipua est, quod ANNALES FVLDENSES *ad a. 889.* referunt, Arnulphum a proceribus regni sui postulasse, vt Zuendiboldum & Ratoldum, filios ipsius naturales successores declararent, quod ipsi quidem non recusarunt, ea tamen conditione, si de legali vxore haeres ei non produceretur, quod dici omnino haut potuisset, cum ista aetate Conradus iamdum natus. Nec minus praegnans mihi videtur esse ratio, quam habet LVDEWIG *p. 3.* quod, dum Arnolphus & Ludouicus in diplomatibus suis saepius maiorum suorum faciunt mentionem: hic de maioribus taceat, saltim de anterioribus Regibus dicens: Sic in 10. a LEIDIS Chronico Belgico lib. VII. c. X. *notum fieri volumus Episcopum suggessisse maiestati nostrae vt constituta Regum, qui nos praecesserunt, scripta renouari iuberemus.* Et in diplomate Monasterio Corbeiensi *a. 913.* concesso, apud SCHATENIVM *Ann. Paderb. lib. III. p. 245.* anteriorum Regum Francorum fit mentio.

6) Ita quidem TOLNERVS *Hist. Palat. c. VII. p. 177.* Ex hoc GVNDLING *de Conrado I. p. 28.* nulla tamen fide coaeuorum adducta. Exinde putant, Conradum a Ludouico IV. dictum fuisse fidelem nepotem, apud BROWERVM *Ann. Treuir. lib. IX. c. LVII. p. 445.*

7) REGINO: *Anno Dominicae incarnationis DCCCCV. Cunradus comes filium suum Cunradum misit cum armatorum non modica manu, vt irruerent super Gerhardum & fratrem eius Matfridum, eo quod honores suos & Gebelhardi fratris eius, videlicet possessionem sancti Maximi & sanctae Mariae ad Horrea violenter inuasissent: quibus exercitus ex regno Lotharii sociatus est. Peruenerunt autem vsque in pagum Blesiacum rapinis & incendiis haereditatem & possessionem supra dictorum fratrum ac satellitum eorum depopulantes. Porro Gerhardus & Matfridus a castro in quo se munierant, legationem mittentes, pacem petierunt, qua concessa, datis ex vtraque parte sacramentis, vsque in octaua Pascha exercitus ad propria discessit.*

8) Verba sunt WITTICHINDI *lib. I. Annalium p. 634.* Haec Wittichindi, & Ditmari verba explicat in quibusdam HENRICVS BODO in Syntagmate apud MEIBOMIVM *Tom. II. p. 489. cum proinde Franciae principes se sua spe frustratos cernerent, Ottonis Ducis Saxoniae prouidentiae commissum voluerunt ad discernendum, quis Orientalis Franciae regio diademate coronandus esset, tanta rerum cura impendente. Qui secum meditari coepit primum, deindeque cunctis animo deliberatis Conradum Luduici vltimi ex filio vt creditur, nepotem, illis persuasit in regem sufficiendum. Quem cum illis obtulisset, non dubiam Francigenae de oblato per tanti principis iudicium tenuere sententiam, sed directis in illum votis regem Orientalis Franciae elegerunt, coronatumque diademate regio nomine donauerunt. Erat autem ipse Dux Franciae Conradus & aetate potens & viribus plurimum valens, vnde videbatur regiis rebus opem ferre posse. Rex igitur constitutus, nihil sine Ducis Ottonis Consilio, vel tentauit vel perfecit principis senioris experientia deferens & fidelitati illius se committens anno 913.* GOBELINVS PERSONA Cosmodromio aet. VI. c. XLVI. *Lodewicus iste sine liberis decessit: & principes regni Teutoniae pro nouo rege eligento conuenerunt. Et cum Ottonem Ducem Saxoniae decernerent eligendum, ipse se propter senium excusauit, & suasit, eligi quendam potentem ex genere Francorum Conradum nomine & consenserunt principes in illum & cessauit stirps regalis Teutoniae a Carolo M. descendens.* ANNALISTA SAXO ad a. 911. Quod autem dicitur, omnem populum Francorum atque Saxonum ipsi imposuisse diadema, ea erat ratio, quod istis adhuc temporibus omnis Germania pro diuersis iuribus diuisa esset in Francos & Saxones, prout demonstraui SYNT. IVR. PVBL. *Cap. V.* §. 1. Hinc etiam OTTO FRISINGENSIS *VI. c. XI.* dicit, quod Otto *ab omnibus fuerit expetitus* & LVITPRANDVS lib. II. c. VII. *Conradus Rex cunctis a populis ordinatur.* DITMARVS lib. I. p. 325. *Conradus Francorum quondam Dux egregius, & tunc Ludouici successor pueri, arcem tenebat regni, quem ob meritum sui, Otto praedictus Dux ab omnibus Regni Principibus in Regem electus, sibi quasi ad hoc indigno, praeposuit, seque cum filiis fidei suae ac potestati subdiderat,* Dn. LVDEWIG quidem erudita sua dissertatione de Conrado I. *cap. II.* §. 5. scrupulum mouet, an etiam ab Alemannis & Boiis electus fuerit Conradus, cum de horum consensu nec vola nec vestigium vllibi extet. Ast, dum reliqui Scriptores, VVittichindi *Francos & Saxones*, per *cunctos populos* explicent, minime dubitamus. Neque tamen primus fuit electus, vt putat SCHATENIVS *lib. III. ad a. 912.* cum eodem iure ad Imperium peruenerit Arnolphus.

9) Recentiores plerique ipsum faciunt Imperatorem. Immo, ex antiquis huc facit DITMARVS lib.

mani adhuc ius haberent in Imperium Romanum, nec ipse a Romanis vel euocatus vel in Imp. fuerit coronatus. Laudatur alias tanquam vir fortis & potens domi militiæque optimus, largitate serenus, & omnium virtutum insigniis clarus. 10)

§. IV. Secundo anno regni sui, Duces Germaniæ ipsi rebelles extiterunt. Pro statu enim illorum temporum, Germania in quinque populos diuidebatur, vel totidem prouincias, quibus singulis vice Impp. Duces præerant, tanquam Administratores. 11) Isti erant Arnoldus in Baiuaria, Burcardus in Sueuia, Euerardus Comes potentissimus in Francia, Giselbertus Dux in Lotharingia, & præcipue Henricus Saxonum & Thuringorum Dux præpotens. 12) Et licet non desint inter recentiores, qui dicant, extincta linea Carolingica, sui iuris factos fuisse Principes, his tamen minime adsentior, eo quod Principes Germaniæ eligendo Regem, iura quoque Regni in ipsum contulerint, id quod eo magis necessarium, dum Germani Rege indigerent, qui ipsos contra Hungarorum, Normannorumque incursiones defenderet. Mouet etiam me, quod coæui Scriptores Principes Germaniæ Conrado rebelles 13) esse factos dicant, quod fieri minime potuisset, si sui iuris fuissent.

§. V. Primum ipsi bellum cum Henrico Aucupe, Saxonum Duce. Huic enim Otto defunctus totius Saxoniæ reliquerat ducatum. Rex autem Conradus cum sæpe expertus esset virtutem noui Ducis, veritus est ei tradere omnem potestatem patris. Quo factum est, vt indignationem incurreret totius exercitus Saxonici. Et licet Rex maiora promitteret, Saxones tamen eius simulationibus minime fidebant, sed suadebant Duci suo, vt si honore paterno eum nollet sponte honorare, rege inuito, quæ vellet, obtinere posset. 14) Rex autem videns, se publico bello Saxonibus resistere haud posse, Henricum fraude Hattonis Moguntini præsulis, prout Wittichindus contendit, opprimere fuit conatus, quæ tamen caruit 15) effectu. Hinc bello eundem fuit adgressus, sed cæsus fuit ad Eresburgum. Post Henricum in vrbe Gruna includens, qui tamen Thiatmari calliditate fuit

lib. I. p. 325. *Henricus tali rumore turbatus, ad Imperatorem* (Conradum) *properauit.* Verum, dum vel omnes alii Conradum merito ex Impp. numero excludant, Ditmarum pro more & statu suorum temporum, quibus Imperatoria dignitas cum regno Germaniæ erat nexa, intelligendum esse putem. HAYNECCIVS *lib. I. Antiquit. Goslariensium p. 5.* adducit, quod in Templo Simonis & Iudæ Goslariæ reperiatur effigies Conradi, cum hac inscriptione: *Conradus I. Imperator fundauit hanc Ecclesiam in arce hercinia anno Christi* 916. *in honorem Dei & Matthiæ* Verum, etiam hæc inscriptio videtur esse recentior. Sic enim SIGEBERTVS GEMBLACENSIS ad a. 912. *Ludouicus non meruit imperialem benedictionem, cui succedens Conradus regnauit annis 7, qui & ipse caruit benedictione imperiali.* Guido apud ALBERICVM ad an. 919. *Arnulfo in Regnum Germaniæ successit filius eius Ludouicus, isti Conradus, Conrado Saxoniæ Dux Henricus, ad regnum quidem eorum quisque, sed nullus ad Imperium praualuit obtinendum.* MARTINVS POLONVS in Chronologia Impp. p. 365. *Conradus Alemannus imperauit annis septem. Tamen inter Imperatores non numeratur, quia non imperauit in Italia, & ideo caruit benedictione Imperiali.* GOBELINVS PERSONA *Cosmodrom. at. VI. c. XLVI.* Hinc etiam omnes Scriptores illum saltem Regem vocant. Ipse etiam Conradus in Diplomatum suorum inscriptione, saltim Regis titulo vtitur. Qualia reperiuntur apud WILHELMVM HEDAM *Hist. Episc. Traiect. in vita Radbodi p. 72.* CAROL. LVDOV. Tolnerum *Cod. Diplom. Palatin. n. XVI. p.* 12. BROWERVM *lib. IV. Antiquit. Fuldens. p.* 282. Apud eundem *lib. II. c. VII.* reperitur charta, in qua: *Conradus diuina clementia fauente & ordinante Romanorum Francorum Rex.* Testatur tamen EKKEHARDVS *de Cas. Monast. S. Galli c. I. p.* 19. Hattonem Moguntinum Italiam, ius regium exacturum, tendentem, Constantiam deuenisse. Et paullo post dicit: *rediisse Hattonem diuitem ab Italia ditissimum.*

10) WITTICHINDVS *c. l.* REGINO, ANNALISTA SAXO *ad an.* 819. LVITPRANDVS *lib. II. c. VII.* ipsum vocat *virum strenuum, qui multis nationibus imperaturus fuisset, nisi eum mors mature rapuisset.*

11) Latius hoc fuit demonstratum SYNT. IVR. PVBL. *cap. XIX.* §. 8.

12) LVITPRANDVS *II. c. VII.* SIGEBERTVS GEMBLACENSIS *ad an.* 914. CONRADVS VRSPERGENSIS *ad ann.* 913. 914. ALBERTVS STADENSIS *ad an.* 913. CHRONOGRAPHVS SAXO, ALBERICVS *ad an.* 914. CHRON. REG. S. PANTALEONIS *ad a.* 901.

13) Sic enim LVITPRANDVS *II. c. VII. secundo itaque regni huius susceptionis anno memorati Principes huic, præsertim Henricus, rebelles extiterunt.*

14) WITTICHINDVS *lib. I. p.* 635. DITMARVS *l. c. post hæc Ottone secund. Calend. Decemb.* (CONTINVATOR REGINONIS ad an. 912. refert) *carnis vniuersa viam intrante, sæpe memoratus iuuenis in vacuum succedens, hæreditatem iure & maximam beneficii partem gratuito regis suscepit ex munere, & quod ei defuit, cum suis omnibus ægre tulit, ac postea sicut cum tritico lolium, sic ex eo latentis odii silex excreuit.* ANNALISTA SAXO ad a. 914.

15) Fraudem hanc Hattonis describit WITTICHINDVS lib. I. p. 636. *ea itaque varietate virum nobis proprie a summa clementia concessum aggressus est, fecitque ei torquem auream fabricari, & inuitauit ad conuiuium, qui magnis ab eo muneribus honoraretur. Interea Pontifex opus considerandi gratia ingreditur ad aurificem: & visa torque ingemuisse fertur. Gemitus causam aurifex interrogat. Cui respondit, quia optimi viri & sibi carissimi scilicet Henrici sanguine illa torques deberet intingui. Aurifex audita silentio texit, & opere perfecto traditoque missionem petit & accipit, & obuiam Duci eunti ad negotia, indicauit ei quæ audiuit. Ipse autem vehementer iratus, vocat legatum Pontificis, qui iampridem aderat inuitandi eum gratia: Vade, inquit, dic Hattoni, quia durius collum non gerit Henricus quam Adelbertus: & quia melius rati sumus domi sedere, & de eius seruitio tractare, quam comitatus nostri multitudine modo eum grauare. Et statim omnia, quæ iuris ipsius erant, in omni Saxonia, vel Turingorum terra occupauit.* Sequitur ANNALISTA SAXO *ad a.* 914. CHRON. REG. S. PANTALEONIS *ad a.* 919. Breuius hæc, sed eadem ratione narrat DITMARVS *l. c.* Licet & hoc pro fabula habeat SCHATENIVS *c. l.*

16) WIT-

fuit liberatus. Hinc primus Henricus libera poteſtate regnauit apud Saxones. 16) Tandem vero cum Henricum ſupprimere haut valeret, ipſum moribundus deſignauit ſucceſſorem, licet cum viuo adhuc Conrado in gratiam rediiſſe Henricum minime videatur. 17) Potius videtur, ipſum Caroli, Gallorum Regis auxiliis vſum fuiſſe. 18)

§. VI. Iisdem temporibus ſubnatum fuit bellum Lotharingicum, Giſelberto Duce contra Conradum rebellante, qui tamen Lotharingiam hoſtiliter inuaſit. 19) Hoc autem Gallorum Regi Carolo Simplici poſtea anſam dedit Lotharingiam ſibi vindicandi. Anno 913. diſcordia cœpit inter Erchangerum Alemanniæ comitem, & Regem, quæ tamen eodem anno iterum fuit finita, Conrado Cunigundam Erchangeri ſororem, Luitpoldi relictam, in matrimonium accipiente. Inſequenti anno iterum rebellans Erchangerus, a Rege comprehenſus & in exilium fuit miſſus, reuerſus tamen Ducatum affectauit, ſed 20) captus cum Pertholdo, fratre, in Conuentu Moguntino maieſtatis rei condemnati XII. Kal. Februarii a. 917. apud villam Adingam decollantur, 21) & bona confiſcantur. Burcardus

16) WITTICHINDVS *l. c. rex autem miſit fratrem cum exercitu in Saxoniam, ad eam deuaſtandam. Qui appropians vrbi quæ dicitur Heresburg, ſuperbe locutum tradunt: quia nihil ei maiori curæ eſſet, quam quod Saxones pro muris ſe oſtendere non auderent, quo cum eis dimicare potuiſſet. Adhuc ſermo in ore eius erat, & ecce Saxones ei occurrerunt, miliario vno ab vrbe, & inito certamine tanta cæde Franci mulctati ſunt, vt a mimis declamaretur, vbi tantus ille infernus eſſet, qui tantam multitudinem cæſorum capere poſſit. Frater autem regis Euerhardus liberatus a timore abſentiæ Saxonum, (nam eos præſentes vidit) & ab ipſis turpiter fugatus, diſceſſit. Audiens autem Rex male pugnatum a fratre, congregata omni virtute Francorum, perrexit ad requirendum Henricum. Quem compertus in præſidio vrbis, quæ dicitur Grona, tentauit illud oppugnare præſidium. Et miſſa legatione pro ſpontanea deditione, ſpondetur ſe per hoc ſibi amicum futurum, non hoſtem experturum. Huic legationi interuenit Thiatmarus ab oriente, vir diſciplinæ militaris peritiſſimus, varius, conſilioque magnus, & qui calliditate ingenii multos mortales ſuperaret. Hic ſuperueniens legatis regiis præſentibus interrogat, vbi vellet exercitum caſtrametari. At ille iam ſuaſus cedere Francis, accepit fiduciam, audiens de exercitu, credens ita eſſe. Thiatmarus vero ficte loquebatur: cum quinque enim tantummodo viris venerat. De numero autem legionum ſciſcitante Duce, ad triginta fere legiones ſe producere poſſe reſpondit: & ita deluſi legati regreſſi ſunt ad regem. Vicit vero eos calliditate ſua Thiatmarus, quos ipſe Dux ferro non vincere potuit Henricus. Nam antelucanum relictis caſtris Franci vnus quisque rediit in ſua.* ANNALISTA SAXO *ad a.* 915. CHRON. REG. S. PANTALEONIS ad a. 919. Quænam vero iſta Grona fuerit, diſputatur. MEIBOMIVS *in notis p.* 676. Grondam ad Viſurgim intelligit, cui adſentitur GVNDLINGIVS p. 59. FABRICIVS vero de Grüninga ad Bodam, Halberſtadienſis territorii, alii de caſtello Grona prope Göttingam ALBINVS Chron. Miſniæ *f.* 95. de Grona ad Muldam intelligit. SCHATENIVS Ann. Paderborn. lib. III. p. 248. *quod etſi alii Gronaniam ad Lenam fluuium in Hildeſienſi diœceſi, alii Groningiam in diœceſi Halberſtadienſi interpretantur; tertius tamen ad Viſurgim in ſolo Weſtphalico Grona traditur, vbi modo arx Gronda conſpicitur, quondam Epiſcoporum Hildeſienſium poſſeſſio, nunc Brunſwicenſium. Vrſpergenſis & Crantzius Gruonam, diplomata cetera Gruonaham vocant; locus olim celebris Imperatorum acceſſu.*

17) WITTICHINDVS *l. c.*

18) Dubitatur, an in gratiam cum Conrado redierit Henricus. GVNDLINGIVS §. 12. adfirmat, his potiſſimum motus rationibus, quod Saxoniæ Præſules Altheimenſi Synodo interfuiſſent, & Conradus Quedlinburgi, loco in confiniis Saxoniæ ſito tutum ſe æſtimauerit. Maximum vero pondus habere videtur locus DITMARI *lib. I. p.* 325. dum ait: *ad alia properanti longum eſt enarrare, quoties congreſſi mutuo cederent, vel vincerent, & quo modo poſtremo bonorum inſtinctu in amicitiam conuenirent.* Verum, dum Ditmarus ſtatim addit, quod Conradus moribundus totius contrarietatis, quæ ſibi ex parte Henrici prouenerat, fuerit oblitus, & WITTICHINDVS *l. c.* tradat, quod Eberhardum fratrem ita fuerit adlocutus. *Ito ad Henricum, facito pacem cum eo,* potius coniectamur, Ditmarum per amicitiam intellexiſſe Conradi commendationem Henrici. LVDEWIG in notis diſſertationis ſuæ *c. VII.* §. 2. putat, in gratiam cum Conrado rediiſſe Henricum, eo quod Conradi auxilium aduerſus Halberſtadenſem epiſcopum in cauſa matrimonii implorauerit. Verum, factum hoc ante mortem Ottonis patris, cum nondum Regi eſſet aduerſus. Patet hoc ex Fragmento Conradi apud PITHOEVM p. 216. *Gallia Celtica Roberto collata, Carolus in Saxoniam ſecedit. Cuius vrbes ſedesque regias perluſtrans, nullo reſiſtente obtinuit. Ibi quoque Henricum regio genere inclytum ad inde oriundum, Ducem omnibus donat.*

19) CHRONICON S. GALLI apud du CHESNE Tom. III. p. 470. ad a. 912. *Ipſo anno Francos, qui dicuntur Lotharingi, hoſtiliter inuaſit.* DCCCCXIII. *item Conradus cum exercitu Regnum Lotharingorum ingreſſus eſt.* LVITPRANDVS *lib. II. c. VII.* ANNALISTA SAXO *ad a.* 916.

20) Hæc idem Chronicon diſtinctis annis proponit. DCCCCXIII. *diſcordia cœpta inter Regem & Erchangerum. Vngri in Alamanniam, quibus per Bauariam redeuntibus, Arnolphus filius Liupoldi, & Erchanger, cum Perahtoldo & Adalrico, cum eis pugnauerunt, & eos ſuperarunt. Ipſo anno Erchanger cum rege pacificatus eſt, cuius ſororem Liupoldi relictam Rex quaſi pacis obſidem in matrimonium accepit.* DCCCCXIV. *item Conradus venit in Alamanniam. Erchanger hoſtili manu ſuper Epiſcopum Salomonem venit, & eum comprehendit. Ipſo anno idem Erchanger apud caſtellum Ouſridinga a Rege comprehenſus, & in exilium miſſus eſt. Mox etiam Purchardus iunior contra Regem cœpit rebellare, & propriam ſuam patriam deuaſtare.* DCCCCXV. *Conradus caſtellum Tuixl obſedit, & Henrico Saxonum Duce Franciam inuadente regreditur. Erchanger de exilio reuerſus cum Purchardo & Peratholdo cum cæteris patriotis ſuis pugnauit, & eos apud Walawis vicit, & Dux eorum effectus eſt:* DCCCCXVI. *Erchinger, Parthold, & Luitfrid, occiduntur doloſe, & item Purchardus rebellauit.* Horum etiam mentionem facit HEPIDANNVS, qui ad annum 916. dicit: *Erchanger, & frater eius Parethold, & Luitfrid, capti & occiſi ſunt.*

21) EKKEHARDVS p. 18. *Rex primo colloquium publicum Maguntiæ, poſtea generale edixit concilium, vbi tribus illis* (Erchangero, Bertholdo, Luitfrido) *lege abiuratis & praſcriptis, prædiisque eorum in fiſcum redactis, maieſtatis rei capitis damnati ſunt - - Burckardo prædia damnatorum confiſcata in beneficium ſunt tradita, exceptis dotibus Berthæ, ſibimet edicto, quoniam viro non aſſenſerat, ſtabilitis.* HERMANNVS CONTRACTVS ad an. 917.

Erchan-

cardus postea Sueuiæ principum adsensu, Dux primus statuitur Alemannis 22) Arnolphus autem, Dux Bauariæ, rebellis factus, est, nimio Conradi terrore coactus, cum vxore & filiis ad Hungaros fugit, apud eosdem moratus, dum viueret Conradus. 23)

§. VII. Turbas hasce tandem superauit, 24) atque Duces istos contra ipsum agentes, si Henricum excipias 25) tam sapientiæ vigore, quam fortitudinis robore superauit, suamque ad fidelitatem perduxit. 26) Scilicet, ex duobus malis minimum eligendum esse ratus, Ducibus sub feudi lege propriam in Ducatus potestatem relinquere potius duxit, quam vt isti omni se plane subducerent subiectioni, dum se eosdem in officio continere parem se haud videret. Exinde origo petenda dignitatum in Imperio hæreditariarum, vt Duces non amplius essent Gubernatores atque administratores Ducatuum ipsis ab Impp. concreditorum, sed propriam adipiscerentur potestatem, ita tamen, vt vasalli essent Regum Germanorum. 27)

§. VIII. Occupauit eundem Conradum quoque bellum Hungaricum. Anno 912. enim Hungari, nullo resistente, Franciam & Thuringiam vastabant. 28) Insequenti anno partes Alemanniæ inuadebant, sed iuxta Oenum fluuium a Bauaris & Alemannis fuerunt victi. 29) Anno 915. & 916. totam Alemanniam igne & gladio vastabant, Thuringiam & Saxoniam peruadebant. 30) Anno 917. per Alemanniam in Alsatiam & vsque ad fines regni Lothariensis perueniebant. 31)

§. IX. Septimo denique Regni sui anno 919. cum se graui morbo sentiret laborare, Principes Germaniæ ad se vocauit, quibus Henricum, Saxonum Ducem commendauit sibi successorem eligendum, fratrique suo Euerhardo iussit, vt regni insignia ipsi deferret. 32) Facile enim sibi persuadere poterat, Henricum, qui regiam adfectabat dignitatem,

Erchanger, qui Ducatum Alemanniæ inuaserat, cum fratre Bertholdo Regi Cunrado rebellantes, eique tandem ad deditionem spe pactionis venientes, ipso iubente apud villam Adingam decollantur XII. Kalend. Februar. ANNALISTA SAXO *ad a.* 917. Adde IO. STVMPFIVM *lib. IV. der Schweitzer Chronic. c. XXXV.*

22) Verba sunt EKKEHARDI Iunioris de Casibus S. Galli cap. I. *Sueuiæ Principum assensu statuitur Alemannis Dux primus Burchardus gentis illius nobilissimus & virtutum dote probatissimus: cui & prædia damnatorum confiscata in beneficium sunt tradita, exceptis dotibus Berthæ sibimet edicto, quoniam viro non assenserat, stabilitis. Episcopo autem, apud Ducem inducias damnatis rogante, vt si fieri posset exilium eis a Rege intercederet, aliquot eos dies Dux in custodia tenuit. Rex autem crebro ab eo fatigatus tandem eos iugulari præcepit.* CHRONICON AVGIENSE apud BALVZIVM *Miscell. lib. I. ad a.* 917. *Erchanger & Perathold decollati sunt.*

23) Verba sunt LVITPRANDI *lib. II. c. VII.* CHRONICON S. GALLI *ad a.* 917. *Arnoldus cum Bauariis rebellauit.* SIGEBERTVS GEMBLACENSIS *ad a.* 914. ANNALISTA SAXO *ad an.* 917.

24) CONTIN. REGIONIS ad a. 919. *multis laboribus, ad paucos quos regnauit annos, est a Bauaris, Alemannis & Saxonibus sibi rebellantibus fatigatus, quos ante obitum suum, Deo propitio, superauit.*

25) GOBELINVS PERSONA Cosmodr. æt. VI. c. XLVI. *cumque Conradus rex fines regni non defendit, quidam principes regni contra eum insurrexerunt, videlicet, Arnoldus Dux Bauariæ, Burchardus Dux Sueuiæ, Giselbertus Dux Lotharingiæ, & Heinricus Dux Saxoniæ: Conradus Rex tamen resistebat eis. Vnde Ducem Bauariæ expulit cum vxore & liberis de Bauaria: qui ad Regem Vngarorum se contulit. Sic & cæteros superauit, præter Henricum Ducem Saxoniæ, qui Euerhardum fratrem ipsius regis bello superauit.* Contra fidem itaque est antiquitatis, quod ÆGIDIVS de ROYA *Ann. Belgicis ad a.* 914. scribit, *contra Conradum Imperatorem potentiores regni Principes rebellionem meditati mediante Henrico Duce Saxoniæ ad gratiam eius recepti sunt, dempto Arnoldo de Bauaria, qui cum vxore & filiis ad Hungaros fugit.* Neque enim Henricus, nec Arnolphus cum Conrado fuerunt reconciliati.

26) Verba sunt LVITPRANDI *II. c. VII.*

27) Hoc pluribus etiam demonstrauit LEHMANN *Chron. Spir. lib. II. c. XVI.* & *lib. IV. c. I.* MYLERVS ab EHRENBACH *Arhologia Ord. Imper. c. IX.* B. PARENS *Synt. Iur. Feud. cap. I. aph. IV. n. 4. & 5.* SCHATENIVS *Ann. Paderborn. lib. III. p.* 246. Idem latius demonstrare conatus fuit LVDEWIG erudita dissertatione de Conrado I. *cap. IV.* nisi quod Duces Germaniæ terras suas Conrado I. in feudum obtulisse, atque isto tempore plena iura Superioritatis adquisiuisse adserat, cui sententiæ tamen THOMASIVS *Comm. de Auctore Vet. de Beneficiis vsu* n. XIX. p. 311. & IAC. CAROLVS SPENERVS *de Nauis Iurisprud. Feud. Histor. p.* 94. plurimum refragantur.

28) CONTIN. REGINONIS ad a. 912.

29) CONTIN. REGINONIS ad a. 913. *Hungari partes Alemanniæ vastauerunt, & iuxta in fluuium & Bauaris & Alemannis occisi sunt.* HEPIDANNVS ad a. 913. *Erchanger, Bertholt, frater eius, & Vodalrichus Comes, auxiliante illis nepote eorum Arnolfo, optimo Duce Baioariorum, totum exercitum Agarenorum iuxta Inc fluuium penitus occiderunt, nisi XXX. viros.* HERMANNVS CONTRACTVS *ad a.* 913.

30) CONTIN. REGINONIS, ANNALES HILDESHEIMENSES *ad a.* 915. HERMANNVS CONTRACTVS *ad a.* 916.

31) Singula hæc narrat CONTINVATOR REGINONIS, HERMANNVS CONTRACTVS, ANNALISTA SAXO, HEPIDANNVS, MARIANVS SCOTVS, SIGEBERTVS GEMBLACENSIS, ALBERTVS STADENSIS, ALBERICVS, CONRADVS VRSPERGENSIS, ad dictos annos. OTTO FRISINGENSIS VI. c. XVI. *anno regni sui primo, Vngari ad depopulandam terram rursum effusi, a Bauariis & Sueuis, iuxta Enum fluuium sternuntur.*

32) LVITPRANDVS lib. II. c. VII. hæc ita narrat: *septimo denique Regni sui anno, vocationis suæ ad Dominum tempus agnouit. Cumque memoratos Principes se adire fecisset, solummodo Henrico non præsente, ita conuenit: ex corruptione ad incorruptionem, ex mortalitate ad immortalitatem vocationis meæ tempus agnosco, & vt cernitis, præsto est; proinde pacem concordiamque vos sectari etiam atque etiam rogo. Me hominem exuente, nulla vos regnandi cupiditas titillet, nulla præsidendi ambitio inflammet. Henricum, Saxonum & Thuringiorum Ducem prudentissimum, Regem eligite, Dominum constituite. Is enim est & scientia pollens, & iustæ seueritatis censura abundans. His itaque prolatis, propriam coronam*

tem, minime esse cessaturum, vt itaque & Francis, & vniuersæ prospiceret Germaniæ, Henricum successorem designauit. 33) Post ipse defunctus, sepultusque in ciuitate sua Wilinaburg, 34) cum moerore ac lacrymis omnium Francorum, nullis relictis liberis. 35) Vxor ipsius erat Cunigunda, Erchangeri soror & Luitpoldi, Bauariæ Ducis, vidua 36) in monasterio Laurishamensi sepulta. 37)

coronam non auro, quo cuiuscunque ordinis pene Principes pollent, verum gemmis pretiosissimis non solum inquam ornatam, sed granatam, sceptrum & cuncta quæ regalia sunt indumenta, in medium venire præcepit, ac, prout voluit, huiusmodi verba effudit: heredem regiaque dignitatis vicarium regalibus meis ornamentis Henricum constituo, cui vt obediatis, non solum consulo, sed & oro. Quam iussionem mox sequitur interitus, & interitum est obedientia insecuta. WITTICHINDVS vero lib. I. p. 636. *Rex autem profectus in Bauariam dimicauit cum Arnulpho, & ibi, ut quidam tradunt, vulneratus reuertitur in patriam suam. Cumque se morbo sensisset laborare, pariter cum defectione primæ fortunæ, vocat fratrem, qui eum visitandi gratia adierat: quem ita alloquitur. Sentio, inquit, frater, diutius me istam vitam tenere non posse, Deo, qui ordinauit ita, imperante, grauique morbo id cogente. Quapropter considerationem tui habeto & quod ad te maxime respicit, Francorum toti regno consulito, attendendo fratris tui consilio. Sunt nobis, frater, copiæ, exercitus congregandi, atque ducendi, sunt vrbes & arma cum regalibus insigniis, & omne quod decus regium deposcit, præter fortunam atque mores. Fortuna, frater, cum nobilissimis moribus Henrico cedit, rerum publicarum secus Saxones summa est. Sumptis igitur his insigniis, lancea sacra, armillis aureis cum chlamyde, & veterum gladio regum, ac diademate, ito ad Henricum, facito pacem cum eo, vt eum fœderatum possis habere in perpetuum. Quid enim necesse est, vt cadat populus Francorum tecum coram eo? ipse enim vero Rex erit & imperator multorum populorum. His dictis frater lacrymans se consentire respondit. Post hæc vero ipse Rex moritur vir fortis & potens, domi militiæque optimus, largitate serenus & omnium virtutum insigniis clarus: sepeliturque in ciuitate sua Wilinaburg, cum moerore ac lacrymis omnium Francorum,* DITMARVS *c. l.* EKKEHARDVS iunior *de casibus S. Galli c. V.* ANNALISTA SAXO, CHRON. REG. S. PANTALEONIS ad an. 919. Inter insignia regni refertur etiam corona, atque hæc, quæ adhuc Noribergæ adseruatur auspiciis Conradi fabrefacta fuisse dicitur, eo quod Conradi nomen in circulo habet. Verum in SYNT. IVRIS PVBLICI *cap. VIII. §. XXVI.* iam fuit demonstratum, coronam iam Carolingorum fuisse, circulum vero coronæ additum Conradi III.

33) REGINONIS CONTINVATOR, LAMBERTVS SCHAFNABVRGENSIS, SIGEBERTVS GEMBLACENSIS, CHRONICON METENSE & ROTHOMAGENSE, ANNALES HILDESIENSES, ALBERTVS STADENSIS, ALBERICVS, CHRONOGRAPHVS SAXO, CONRADVS VRSPERGENSIS. Dum vero DITMARVS *lib. I. p. 325.* dicit: *festino eius obitu, in octauo ordinationis suæ anno 14. Calend. Nouem proh dolor completo*, initium regiminis siue annum 912. pro vno computat. OTTO FRISINGENSIS vero *VI. c. XVI. rex vero VII. regni sui anno vita pariter & regno perfunctus*, HERMANNVS CONTRACTVS & CHRONICON LEODIENSE annum emortualem male ad a. 918. referunt. MARIANVS SCOTVS eundem annum & 10. Calendas Ianuarii definit. Concordat HEPIDANNVS *ad a.* 918. dicens, Conradum Regem obiisse ante natale Domini. Idem ex antiquo Martyrologio Fuldensi confirmat BROWERVS *lib. II. Antiquit. Fuld. c. VII.*

34) De loco sepulturæ variant scriptores. WITTICHINDVS eum sepultum dicit in ciuitate sua VVilinaburch, quem sequitur CONRADVS VRSPERGENSIS. Eandem ciuitatem omnino definit DITMARVS *l. c.* dicens, *Conrado Limburgi peractas fuisse exequias*, vbi æque in MStis legitur VVilinîburgi, quod facile corrumpi potuit in Limburgi. Plerique Scriptores cum MEIBOMIO faciunt, qui VVeilburgum Nassouiorum castrum, esse, *de Irmensula c. I.* dicit, quem sequitur TOLNERVS *Hist. Palatina cap. II. p. 21. & cap. VII. p. 187. &* 196. LVDEVVIG de CONRADO I. §. II. Ast, CONTINVATOR REGINONIS *ad ann.* 919. dicit: *ipse vero hac vita decedens, in Fulda, monasterio honorificata sepultura tumulatus est*, quem sequitur MARIANVS SCOTVS *ad a.* 918. Id quod BROWERVS Antiquit. Fuldensium *lib. II. c. VII.* ex Conradi diplomate, quo se Fuldæ tumulari præcepit, confirmat. Hos scriptores ab vtraque parte fide dignos, vt conciliemus, dicendum, corpus ipsius VVeilburgi primum sepultum, post Fuldam, prout præceperat, translatum, cuius plura alia reperimus exempla. Vel, quod æque fieri potuit, corpus & reliquæ exuuiæ diuersis locis fuerunt sepultæ. In eodem castro VVilineburch etiam pater ipsius fuit sepultus, secundum REGINONEM *ad a.* 905.

35) Hinc GOTFRIDVS VITERB. p. XVII. *p.* 323.

Conradus Rex eximium sedet ordine primus,
Hostibus ingeritur, contraria pellit ad imum,
Subiugat Vngaricos, Illyricosque sinus.
Conrado primo natus non extitit heres.

EKKEHARDVS Iunior *de Cas. S. Galli c. V.* dicit, Conradum Regem virili prole caruisse.

36) CHRON. S. GALLI ad a. 913. *Ipso anno Erchanger cum Rege pacificatus est, cuius sororem Luitpoldi relictam Rex quasi pacis obsidem in matrimonium accepit.*

37) CHRON. LAVRISHAMENSE p. 116. CONRADI *Regis vxor, Chunegunda locum proprietatis suæ Ginga adpellatum cum omni iure regalique præcepto sancto Nazario tradidit, atque ibidem in Ecclesia, quæ dicitur varia, se tumulari præcepit.*

PERIODVS QVINTA.
GERMANIA SAXONICA,
SECTIO PRIMA DE
HENRICO AVCVPE

§. I. Henrici Aucupis parentes, nomen & mores. §. II. Bellum Henrici contra Dalemincios. §. III. Conrado I. successit in regnum Germaniæ. §. IV. Altera periodus Saxonica ab ipso incoanda Imperator tamen non fuit, Italiam tenentibus Berengario, Ludouico Burgundo, Rudolpho Burgundo, Lamberto, Hugone, Widone. §. V. Bella Henrici ciuilia cum Burcardo Alemanniæ, Arnolpho Bauariæ Duce. §. VI. Bellum Lotharingicum. §. VII. Bellum Lotharingicum restauratum. §. VIII. Primum bellum Vngaricum. §. IX. An Henricus autor ludorum equestrium. §. X. Durantibus induciis Henricus vrbes in Germania extrui fecit. §. XI. Disciplina & exercitium militare atque constitutio Marchionum. §. XII. Bellum cum Slauis, Bohemis, & Redariis. §. XIII. Bellum cum Milcenis, Danis & constitutio Marchiæ Misnensis. §. XIV. Clades Vngarorum in VVestphalia & ad Merseburgum. §. XV. Henricus diuersa fundat monasteria. §. XVI. Romam tendit, Erfurtiæ Comitia habet, sed Memlebiæ moritur, Quedlinburgi sepultus. §. XVII. Vxores & liberi Henrici.

§. I.

Conrado igitur successit HENRICVS AVCEPS, filius Ottonis, 1) Saxoniæ Ducis ex Hadwige, 2) nepos Ludolphi, 3) maioribus nobilissimis, 4) natus a. 876. 5) Hic Aucupis 6) cognomen adeptus fuisse dicitur, eo quod, dum caperet auiculas, in Regem

1) WITTICHINDVS lib. I. Annal. pag. 634. *natus est autem Ottoni filius toti mundo necessarius regum maximus optimus Henricus.* OTTO FRISINGENSIS *VI. c. XVI.* CONTIN. REGINONIS, SIGEBERTVS GEMBLACENSIS, ALBERTVS STADENSIS *ad a. 919.* & plures alii. Errat igitur DONNIZO in vita Mathildis *n. XII.* dum canit.

Rex vbi Chonradus moritur, netusque leuatur
Eius Heinricus, Rex prudens atque peritus.

Idem dicit GVILIELMVS MALMESBVRIENSIS *de Gestis Regum Anglorum. lib. II. c. II. & IV.* AVCTOR CHRONICI HOLSATIAE apud LEIBNITIVM *Accessionum Historicarum Tom. I. p. 18.* CHRONICON SLAVICVM apud LINDENBROGIVM *cap. VII.*

2) DITMARVS lib. I. ineunte de Henrico: *hic nobilissimo Ottonis & Hathui stemmate editus, vt arbor occulta excreuit a puro, & vt bona indolis gradatim enituit tiro sicut flos in vere nouo.* In vita Mathildis, iussu Henrici II. scripta, cap. I. *temporibus Conradi Regis Francorum gloriosi, extitit in partibus Germaniæ Dux quidam Otto nomine, honestate morum perspicuus, & in decernendis rebus prouidus, clarus nobilitate generis, & famosus bellorum triumphis. Cui Hathuwic matrona venerabilis, coniugali copulabatur vinculo: quibus duo gignebantur filii, herili forma decorati: & ipsos summa nutriebant diligentia, vti exigebat nobilitatis honorificentia. Maior natu vocabatur Thancmarus, & alter Henricus.* ANNALISTA SAXO ad a. 907. *his temporibus clarebat in Saxonia Otto filius Liudolfi Ducis, frater Brunonis Ducis, ab hoc regalis propago Henrici processit, quem ei Hathwiga genuit.* Hæc vero filia fuit Eberhardi & Giselæ Ludouici Pii natæ. ECCARDI *Hist. Geneal. Princip. Saxoniæ §. 17. 18.* Hinc merito reiicimus CHRONOGRAPHVM SAXONEM qui *ad a. 919.* ait: *Rex, moriens, coram Principibus Regni regem designat filium Ottonis Saxonum Ducis, ex Luitgarda, filia Arnolphi Imperatoris.*

3) ANNALISTA SAXO ad a. 907. *his temporibus clarebat in Saxonia Otto filius Liudolfi Ducis, frater Brunonis Ducis, ab hoc regalis propago Heinrici processit, quem ei Hathwiga genuit, qui potestate libera primus in Saxonia regnauit.* Hoc GVNDLING *Henrico Aucupe §. I.* pluribus euincit, atque cum SCHATENIO *Ann. Paderbornensibus lib. II. p. 129.* haut immerito dubitat, an ex stirpe Wittikindea fuerit oriundus, licet illud adfirmet SCVRTZFLEISCHIVS *VVittikindo §. 14.* Genealogiam eius ex stirpe Wittikindi ducit CHRON. REG. S. PANTALEONIS *ad a. 919.*

4) Sic enim RVOTGERVS vita S. Brunonis §. II. p. 274. *atauorum ataui vsque ad hominum memoriam omnes nobilissimi. Nullus in eorum stirpe ignotus, nullus degener facile reperitur:* HROSWITHA in Carmine de primordiis Coenobii Gandersheimensis *p. 319.* de auo ipsius Ludolpho dicit:

hic pernobilium natus de stirpe parentum
ortus quique sui respondens nobilitati.

Quare hoc Stemma nobilissimum vocat DITMARVS *lib. I. p. 324.*

5) Patebit hoc ex eo, quod anno 936. mortuus dicitur sexagenarius, de quo infra.

6) SIFFRIDVS Presbyter lib. I. ad a. 924. *ille dicebatur auceps, quia, dum caperet auiculas, renitens electus est.* Sequitur M. CHRON. BELGICVM *ad ann. 918.* AVCTOR ANONYMVS *Chron. Brunsuic.* apud MADERVM *Antiquit. Brunsuic. p. 3.* MONACHVS HAMERSLEBIENSIS *Vitis Impp. p. 707.* THEODOR. ENGELHVSIVS *Chron. p. 1071.* ALBERTVS KRANTZIVS vero Saxonia *lib. III. c. IV. Henricus, Saxoniæ Dux, cognomento* Auceps, *quod in adolescentia, cum pater rebus praeesset, plurimum indulgeret aucupiis.* GOTFR. *Viterb. p. XVII. p. 324.*

Inuenere Ducem veterano more sedentem,
Aucupis officio sua retia perficientem,
Vt modicas caperet insidianter aues.
Et quia simpliciter fuit his præsentibus auceps,
A modo perpetuo cognomine dicitur auceps.

Sunt, qui Aucupium Henrici quoque ex nummis patere putant, cum tales reperiantur cum Principis imagine, dextra manu alitem gestantis. Verum, nummi isti nec adulterini sunt, nec Henrici nostri, sed diuersis etiam tribui possunt Regibus Ducibusque. Scilicet, dum venationes & aucupium inter delicias Regum Principumque fuissent, sæpius Principes, potissimum Iuuentutis, videmus cum alite repræsentari. Testes sunt tot sigilla, tot tabulæ & monumenta antiqua. Exemplum nobis exhibet OLIVARIVS VREDVS *sigillis Comitum Flandriæ p. 48.* vbi Sigillum exhibet Roberti Betuniensis, filii Guidonis Comitis Flandriæ, in quo ipse Rober-

Regem Germaniæ fuit electus, licet antiqui Scriptores ipsum saltim Saxonem adpellent. 7) Idem, cum teste WITTICHINDO, 8) prima ætate omni genere virtutum vitam suam ornaret, de die in diem proficiebat præcellenti prudentia, & omnium bonarum artium gloria: nam maximum ei ab adolescentia studium erat in glorificando gentem suam, & pacem confirmando in omni potestate sua. Ingenti pollebat prudentia sapientiaque; accedebat & moles corporis regiæ dignitati omnem addens decorem. In exercitiis ludi tanta eminentia superabat omnes, vt terrorem cæteris ostentaret. Venationi nimium erat deditus, in conuiuiis satis iucundus, ita tamen, vt nihil regalis disciplinæ minueret. A militibus vero & amabatur pariter & timebatur. 9)

§. II. Prima belli rudimenta contra Dalemincios, 10) Misenorum populum exercuit, patre consilii ipsius magnitudinem perspiciente, exercitum contra hosce ipsi commendante. Daleminci vero impetum ipsius ferre non valentes, conduxerunt aduersus eum Vngaros, gentem bello asperrimam, sed terra ipsorum deuastata, victor in sua reuersus. Defuncto vero patre, bellum, quod supra memoraui, gessit cum Conrado. 11)

§. III. Postquam autem Conradus moribundus Henricum sibi successorem commendasset, idemque procerum consensu esset designatus, Euerhardus, 12) post Conradi mortem adiit Henricum, 13) Coronam & regalia insignia secum ferens, seque cum omni-

Robertus cum alite, de quo sic iudicat Vredus: *adeoque etiam tum sigillum habuit, figura equestri, tanquam ad venationem procedente: cuiusmodi esse plerumque solent iuuenum innuptorum sigilla.* De foeminis frequentissimum est. Sic enim GVICHENON Histoire Genealogique Tom. I. p. 135. *quant au Comtesses & Duchesses de Savoye, i' ay veu plusieurs de leurs Seaux, où elles estoient simplement representées assises à Cheual, vn Oyseau sur le poing.* Facit huc etiam BRVNO de B. Saxonico *p. 208.* dicens: *Lupoldus frater Bertholdi Regis consiliarii, qui & ipse & eius consiliarius erat, dum quadam die iuxta Regem equitans cum eo quoslibet sermones conferret, accipiter quem sinistra portabat, volitare cœpit, quasi capturam peteret.*

7) CHRON. LAVRISHAM. *pag. 116. Henricus cognomento Saxo in Regnum sublimatur.* Adde WOLFHERRVM *Vita S. Godehardi c. I. pag. 484.* ARNVLPHVM *de Miraculis S. Emmerani lib. I. c. VI.* ANNALES HILDESHEIMENSES *ad a. 919.*

8) l. c. AVCTOR VITAE MATHILDIS c. I. *is quamuis esset iunior, probitate morum tamen elucebat altior, & ab annis puerilibus intendebat bonis operibus: sequens humilitatis vestigia, quibus certissime peruenitur ad culmina virtutum. Omnes cum quibus erat, haud minus, quam seipsum diligebat: nulli se prætulit, nec per vim aliquem oppressit.* CONTINVATORI REGINONIS *ad a. 986.* dicitur *præcipuus pacis sectator strenuusque paganorum insecutor.*

9) Hæc verbis WITTICHINDI *li[illegible]. p. 641.* plerumque scribimus. DITMARVS lib. I. pag. 326. *fama noui Regis vndique secus dispersa, amicorum corda lætificat; rebelliumque contra mœstificat, quia vir talis fuit, vt suos sciret sapienter tractare, inimicos autem callide viriliterque superare.* LVITPRANDVS II. c. VII. *is enim est ab scientia pollens, & iustæ seueritatis censura abundans.* AVCTOR MIRACVLORVM S. MAXIMINI *Tom. VII.* Actorum S. S. mensis Maii *p. 28. Ea tempestate vir clarissimus Henricus, genitor Ottonis I. cuius Imperii anno 27. hæc scripsimus, monarchia regni potitus, subditos iustitia, pace, clementia modestissime gubernauit, virtutibus & gloria singulariter decorauit.* Male igitur TRISTANVS CALCHVS lib. IV. Hist. Mediolan. p. 180. *Henricus notior hactenus est stirpis gloria, quam sua, quamuis duodeuiginti regnauerit annos. Hanc ipsam ob causam tantum eum nominaui, vt sciant lecturi, ab hoc processisse tres Ottones, & cum septem Henrici imperauerint, & reliquorum res gestas abunde tractemus, non desideretur vnius quamuis parca & ieiuna mentio.*

10) DITMARVS lib. I. p. 324. hanc regionem ita describit: *Henricus a patre suo in prouinciam, quam nos Teuthonice Delementi vocamus, Slaui autem Glomaci appellant, cum magno exercitu missus deuastata eadem multum, atque incensa, victus rediit; Sed qualiter pagus iste nomine hoc signetur, edicam. Glomazi est fons non plus ab Albi quam duo milliaria positus, qui vnam de se paludem generans, mira, vt incolæ pro vero asserunt oculisque approbatum a multis sæpe, operatur. Cum bona pax indigenis per futura, hæc terra non mentitur fructum; id est tritico & auena e glandine refertus, lætos vicinorum ad se trebro confluentium efficit animos. Quando autem sæua belli tempestas ingruerit, sanguine & cinere certum futuri exitus indicium præmonstrat. Hunc omnis incola plusquam Ecclesias, spe quamuis dubia, veneratur & timet. Et hæc prouincia ab Albi vsque in Caminzi fluuium porrecta, vocabulum ab eo trahit deriuatum.* Sequitur ANNALISTA SAXO *ad a. 908.* Quænam vero Misniæ pars sub Dalemınciæ nomine venerit, explicauit dissertatione singulari CASPAR HENRICVS GRAVNIVS, & post eum, FRIDERICVS STRVNZIVS dissertatione *VVitteberga 1708.* habita, quæ postea in formam tractatus excreuit, atque regionem circa Wurtzenam & Ileburgum comprehendisse, demonstrauit. Vid. etiam GVNDLING *Henrico Aucupe §. VI.*

11) WITTICHINDVS *lib. I. p. 634.* DITMARVS *loc. cit.*

12) Hæc & sequentia verba plerumque sunt WITTICHINDI *lib. I. pag. 636.* LVITPRANDVS *lib. II. c. VII. postquam* narrasset, qua ratione principibus commendauerit Henricum, addit: *quam iussionem mox sequitur interitus & interitum est obedientia prosecuta. Ipso namque mortem obeunte, memorati Principes coronam cunctaque regalia indumenta Henrico Duci contulerunt; atque vt Rex Conradus dixerat, cuncta per ordinem narrauerunt.* MARIANVS SCOTVS *ad a. 919.* dicit: *Henricus Comes rex effectus.* EKKARDVS MONACHVS de casibus S. Galli *c. V.* de Eberhardo: *fecit igitur vt Rex iusserat, veniensque secretum Comitis petiit alloquium, eliminatis omnibus ipse ostium clausit, chlamideque exuta, ad pedes viro corruens nimis stupenti coronam & sceptrum detegit, & quæ iussus est narrat. Cui ille inter cetera si secum in fide quæ dixerat, sentire vellet, omniaque quæ tanto nuncio decerent, facturum spoponderat.*

13) Quo in loco id factum, dubitatur. Sunt, qui in arce Saxoniæ inferioris Staufenberg, factum hoc esse autument, & quidem GVNDLINGIVS §. V. dicit: *monstrant hodienum ad radices montis, in quo arx Stauffenbergensis stetit, huius rei vestigia, illumque locum, vbi sceptra Eberhardus eidem attulisse fertur, aream aucupatoriam (den Finckenberd) itemque secessum Henrici appellant: aut cetera signa silentio inuoluamus, quæ circa Brunsuicense castrum*

anto

omnibus thesauris illi tradens, pacem fecit, amicitiam promeruit. Licet & Eberhardus 14) & Arnulphus Dux Bauariæ, 15) aliique Principes 16) Reges fieri voluissent. Deinde congregatis principibus & natu maioribus, exercitus Francorum a. 919. Fridislariæ designauit eum Regem, coram omni populo Francorum atque Saxonum, 17) libera electione, ibidemque eum coronauerunt. 18) Primum quidem regiæ dignitatis culmen declinasse 19) dicitur, quod simulanter magis, quam ex animi sententia factum esse crediderim. Cumque ei offerretur vnctio cum diademate a summo Germaniæ pontifice, Herigero, præsule Moguntino, non spreuit, nec tamen suscepit eandem, *satis*, inquiens, *mihi est*, *vt præ maioribus meis Rex dicar & designer, diuina annuente gratia, ac vestra pietate: penes meliores vero nobis vnctio & diadema sit, tanto honore nos indignos* 20) *arbitramur.* Placuit itaque sermo iste coram vniuersa multitudine, & dextris in cœlum leuatis, nomen noui regis cum clamore valide salutantes frequentabant. Summa igitur Regni Teutonici a Francis ad Saxones transiuit. 21)

§. IV. Fuit igitur Henricus Rex Germaniæ, 22) non vero Imperator. 23)

ante decem, & quod excurrit, lustra omnium adhuc oculis patuerunt. Idem §. 14. dicit: *credibile est, hunc principem circa Hercyniam in confiniis Thuringiæ basisse, cum gladius, diadema, atque sceptrum vna cum lancea ei traderentur.* Verum, dum scriptores antiqui tacent, nec loci circumstantias nobis exponunt, vix aliquid licebit coniectari.

14) EKKEHARDVS de Cas. S. Galli cap. V. *Conradus Ebarbardum fratrem babens ad regni gubernacula, si sibi superuiueret, adspirantem, sensit eum nec regno virtute quidem babilem, nec populo moribus acceptum, rogantemque, cum ipse iam senesceret, vti se populo commendaret, crebro frustrauit.*

15) LVITPRANDVS lib. II. c. VII. ANNALISTA SAXO ad a. 819. de Arnolpho: *qui eodem tempore ab Vngaria cum vxore & filiis rediens, non solum honorifice a Bawariis susceptus, sed etiam vt Rex fieret, est vehementer exoratus: super cuius denotatione sine capulo gladium ostensum putant, qui Rex fieri frustra cupiens, inuasor regni extitit.*

16) ALBERICVS ad a. 919. dicit, Principes Imperii imperare singulos cupiuisse. RVOTGERVS *vita Brunonis* §. III. *Ipsi regni augusti Principes in sua viscera pene irremedialiter sauiebant.*

17) Sic WITTICHINDVS, & EKKEHARDVS cap. V. *fit colloquium publicum, Henricus Saxonum & Francorum consensu eleuatur in regnum.* Quod CONTIN. REGINONIS *ad a. 920.* ita explicat: *Heinricus dux, consensu Francorum, Alemannorum, Bauarorum, Thuringorum & Saxonum rex eligitur.* ANNALISTA SAXO ad a. 919. *ita Heinricus, cognomento Auceps, communi consensu Francorum, Alamannorum, Bawariorum & Saxonum electus, seculari dignitati Dei cultum prætulit.* Immo, ipse Henricus in oratione ad Arnolphum, Bauariæ Ducem, se ab omni populo fuisse electum profitetur, apud ANNALISTAM SAXONEM *ad a. 920.* Scilicet, electio facta a quinque istis Germaniæ populis, qui ista ætate Germaniam constituebant, prout assertum fuit Syntagmate Iuris publici *cap. III. §. II.* Libera autem electione hoc factum testatur WITTICHINDVS libro primo exeunte: *relinquens filio magnum latumque imperium, non a patribus sibi relictam, sed per semetipsum acquisitum, & a solo Deo concessum.*

18) DITMARVS lib. I. p. 325. *concione in Friteslari celeriter posita, Henricum coronauerunt.* ANNALISTA SAXO *ad a. 919.*

19) LVITPRANDVS lib. II. c. VII. *qui regiæ dignitatis culmen & prius humiliter declinauit, ac paulo post non ambitiose suscepit.* SIFRIDVS vero PRESBYTER lib. I. ad a. 924. *quod renitens fuerit electus.*

20) Verba sunt WITTICHINDI *c. l.* Sequitur ANNALISTA SAXO, CHRON. REG. S. PANTALEONIS *ad a. 919.* DITMARVS lib. I. p. 325. *episcopalis vnctionem benedictionis a Herigero Archiepiscopo exhibitum antecessorum more priorum, non desiderauit, nec suscipere voluit, sed prorsus ad hoc indignum se affirmauit.* HERM. CONTRACTVS ad a. 919. *Henricus Comes, natione Saxo, in regnum electus, sine regali vnctione regnauit annis 18.* CHRONOGRAPHVS SAXO ad a. 920. CONRADVS VRSPERGENSIS. Contrarium tamen dicit EKKEHARDVS de casibus S. Galli cap. V. *fit Colloquium publicum, Henricus, Saxonum & Francorum consensu, eleuatur & vngitur in Regem.* Singulare est, quod narrat GOTFRIDVS VITERBIENSIS *Chron. p. XVII. p. 324.*

Dux igitur (Henricus) *cum plus petitur sibi sumere Romam,*
Iurat in æternum capiti non ferre coronam,
Cum sibi sufficiant, quæ tenet, ampla bona.
Cogitur Henricus regnantis nomine fungi,
Cogitur in Regem tandem reuerenter inungi,
Nulla tamen capiti missa corona fuit.
Coram Rege secus ferri Diadema iubebat,
Vt bene seruetur, quicquid iurasse videtur,
Signa tamen plene Regis vbique tenet.

Hunc sequitur IO. CRAWS vitis Impp. ex Ducum Brunsuic. domo oriundorum, apud MADERVM *Antiquit. Brunsuic. p. 80. vnde cum principes elegissent Henricum in Imperatorem, venientes reperierunt ipsum aues cum retibus capientem. Qui oblatum sibi imperium renuit acceptare, dicens: sufficiunt mihi ampla bona mea. Et dum persuasionibus principum non præberet assensum, iurauit, quod corona Imperialis nunquam capiti suo superponeretur: Vnde principes ipsum ad curiam citantes, per tres annos sustinuit excommunicationem. Tandem sub forma iuris absolutus, dum allegaret iuramentum, quod fecit, tulit Papa sententiam diffinitiuam, quod susciperet imperium gubernandum, atque corona imperialis capiti suo non imponeretur, sed tantum baculus ante eum portaretur. Iste Henricus ex euentu cognominatus Auceps, ex eo, quod in aucupio eum inuenerunt Electores.* Ast, ratio fabulæ exinde petenda esse videtur, quod Wittichindus Herigerum vocat summum Pontificem, quod dicti Scriptores de Papa Romano intellexerunt.

21) ANNALISTA SAXO: *prænotato anno IXCXIX. ab vrbe condita MVCLXXI. Heinricus I. huius nominis cœpit potestate libera, primus de Saxonum natione regnare ab Augusto loco LXXV. & summa Regni Teutonici, quæ Francorum eatenus fuerat, ad Saxones transiuit, seu pacis an belli occasione fieret, incertum est, Dei tamen ordinatione factum esse, non est fas dubitari.*

22) Hinc etiam Scriptores antiqui ipsum saltim Regem vocant, & LVITPRANDVS III. c. V. *Henrici præsertim famosissimi Regis, qui vt supra memorauimus, Baioariis, Sueuis, Lotharingis, Francis atque Saxonibus imperabat.* Quo ipso saltim eum Germaniæ Regem fuisse, innuit. Hinc etiam ANNALISTA SAXO ad a. 919. *vnde & nullam operam dedit, vt effugatis ab Italia tyrannis, qui quasi conductitii mercenarii, alter alteri succedentes, Imperium dilaniabant, benedictionem Imperialem percipere posset.* Quare BENEVENVTVS DE RAMBALDIS

BALDIS

tor. 23) Hoc tamen verum, quod perdomitis cunctis gentibus, postremo Romam proficisci statuerit, sed infirmitate correptus, iter intermiserit. 24) Imperium enim Carolingi hæreditario iure possidebant. His vero apud Germanos deficientibus, hi quidem iura sibi sumebant eligendi regem, nulla vero tunc temporis nec ex successionis iure, nec ex pacto, nec ex bello ipsis iura ad Imperium Romanum. Immo, nec Romam tenebat, nec a Papa vel inuitatus erat vel coronatus, 25) interim altera periodus Saxonica ab eo erit computanda. Possidebat ista ætate Italiam Berengarius, a Ioanne Papa a. 915. in Imp. inunctus, 26) contra quem quidem Ludouicus Burgundus euocabatur, sed a Berengario victus, in vrbe Verona captus & luminibus fuit priuatus. 27) Post, ab Italis a. 921. euocatus Rudolphns Burgundus, prælio Berengarium deuicit, Regnum Italiæ inuasit, 28) hoc paulo post a. 923. fraude Lamberti occiso. 29) Contra eundem a. 926. Hugo Comes Prouinciæ per Tyrrhenum mare in Italiam festinauit, & Papiam veniens, cunctis conniuentibus, regnum suscepit, Wido vero Adelberti filius Tusciæ Marchiam tenebat. 30) Idem Hugo amicitiam

BALDIS *in libro Augustali p. 11.* dicit, Henricum inter Imperatores non recenseri. Otto M. in diplomatibus suis ipsum semper vocat Regem. Tale est Diploma in SAGITTARII *Antiquitatibus Magdeburgicis* §. 54. ad a. 946. *Domini ac Genitoris nostri Henrici Regis* & §. 75. *Domini Patris nostri, Henrici Regis.* GOLSCHERVS Gestis Treuirorum cap. XLVIII. *regnante Serenissimo Henrico, Rege quidem secundo, Imperatore autem primo.* Quare AVCTOR MAGNI CHRONICI BELGICI p. 96. *Henricus Auceps primus non imperauit nisi apud Teutonicos: & ob hoc non ponitur inter Imperatores, sed inter Reges in multis Chronicis.*

23) Recentiores Chronographi equidem eundem plerumque in numero & ordine Impp. collocant, diuersa vsi autoritate. WITTICHINDVS *lib. I. Annalium p. 636.* dicit: *ipse vero Rex erit & Imperator multorum populorum.* Idem *p. 641.* quod post victoriam Hungaricam Imp. ab exercitu fuerit appellatus. Id quod CONRINGIVS *de German. Imper. Romano c. IX. n. 16.* ad acclamationes saltim militares refert. DITMARVS etiam *lib. I. p. 330.* ipsum vocat Imperatorem. CONT. BEDAE *lib. II. Hist. Angl. c. VIII. Henricus I. Rex Teutonicorum & Imperator Romanorum.* INGVLPHVS Hist. Anglicana apud SAVILIVM p. 877. *misit ergo legatos Henricus, Imperator Romanorum.* MONACHVS HAMERSLEBIENSIS apud MADERVM Antiquit. Brunsuic. p. 136. *Henricus, Dux Saxoniæ, filius Ottonis, mortuo Conrado, in Cæsarem eligitur.* HELMOLDVS lib. I. Chron. Slau. c. IX. *eodem quoque anno contingit, gloriosum Imperatorem, Henricum, migrare de hac vita.* Genealogia Arnolphi apud du CHESNE Tom. II. p. 642. *Lodouuico defuncto sine liberis, translatum est Imperium ad quendam Conradum de stirpe ipsius, & de Conrado ad Henricum, qui de genere Saxonum primus fuit Imperator.* HVGO FLAVINIACENSIS. *Henricus primus succedit magnus Imperator anno DCCCCXX.* GOLDASTVS *Tom. III. Constit. Imper. p. 301.* Verum, plerique scriptores sequioris sunt ætatis, vnicus Wittichindus, dum Imperatorem eundem vocat multorum populorum, de eo est intelligendus, quod pluribus Germaniæ populis imperauit Henricus.

24) Verba sunt WITTICHINDI *lib. I. p. 641.* OTTO FRISINGENSIS VI. c. XVIII. *ipse vero post multa virtutis suæ opera, dum ad obtinendum Imperium Romam tenderet, morbo correptus XVII. regni sui anno, diem obiit.* CHRONICON LAVRISHAM. p. 117. *bellicis impeditus tumultibus Imperator non est ordinatus.* SIGEBERTVS GEMBL. ad a. 937. *Henricus rex moritur. Qui licet in vincendis inimicis gloriosus fuerit, quia tamen pacificus erat, nullam operam dedit, vt effugatis ab Italia tyrannis, qui quasi conductitii mercenarii, alter alteri succedentes imperium dilaniabant, benedictionem imperialem accepisset.* Hunc iisdem verbis sequitur ALBERICVS & ALBERTVS STADENSIS *ad a. 935.*

25) ALBERTVS KRANTZIVS quidem *Saxonia lib. III. c. IV.* ait: *Henricus Saxoniæ dux, cognomento Auceps (quod in adulescentia, quum pater rebus praeesset, plurimum indulgeret aucupiis) primus in domum suam & familiam transtulit Romani Imperii dignitatem, ibique fixit, vt per aliquot secula immobiliter in ea permaneret. Sed neque hunc dignantur Italici scriptores Imperatoris nomine, quod benedictionem Papalem non haberet, non quia contemneret, sed pro humilitate (quod supra diximus) princeps modestus euitauit. Dicant igitur si ideo Imperator non est, quia a Papa consecratus non est: quis consecrauit Augustum & omnes ab eo Augustos, vsque ad Karolum Magnum, nisi ille per quem reges regnant, & potentes iusta decernunt? Si non est Romanorum rex aut Imperator, quia Italiam non tenet, cedant hoc nomine Constantinopolitani, ex quibus pauci Italiam habuerunt: Cedant & nostri temporis Imperatores. Proinde non fraudemus optimos principes honore suo. Scimus, quo ordine pontifice ad eam se consecrationem ingerebant. Romanorum sine controuersia Conradus & Henricus erant reges, etiam (si ita vis) non fuerint Imperatores. Mirum tamen hoc, illis denegari nomen regibus, quod ante Cæsares promissum est ciuibus Romanis:* Verum, si Krantzius demonstrasset, iura Germanos in Imperium Romanorum habuisse, ipsius rationes locum haberent. Licet Roma & Italia vna cum Papæ consecratione ista ætate ad Imperii dignitatem requirerentur, non iure quidem, sed moribus, prout exempla anteriora testantur. Hinc sequimur potius GOBELINVM PERSONAM, qui Cosmodr. æt. VI. c. XLVII. *& cum per Papam non est coronatus, nec in Italia regnauit, inter Imperatores non numeratus.*

26) SIGONIVS hoc ex ipsius diplomatibus arguit, dum *de regno Italiæ lib. VI. ad a. 915.* dicit: *Berengarius certe hoc anno a Ioanne pontifice ad referendam, credo gratiam, Imperator per mensem Septembrem inunctus est, vt ex diplomatis eius dicitur. Quem titulum cum ab initio expetisset, satis tamen apparet, nunquam, nisi anno regni sui vicesimo octauo esse adeptum. Itaque postbac in diplomatis Imperii sui annos non aliter atque regni adscribere separatim instituit.* Inde ALBERICVS ad a. 919. ex Guidone: *per idem tempus Arnulfo in regnum Germaniæ successit filius eius Ludouicus, isti Conradus, Conrado Saxoniæ Dux Henricus, ad regnum quidem eorum quisque, sed nullus ad Imperium præualuit obtinendum. Principes enim Imperii dum imperare singuli cupiunt, sicut de ciuitatibus Græciæ legitur, imperium omnes pariter amiserunt, ita quod Beringarius, Guido, Lambertus, Hugo, Rodulphus & alter Berengarius & Hugonis filius Lotharius, de quibus postea dicemus, & alii plures in suis quisque prouinciis lacerati Reges imperiose fecerunt.*

27) Hæc late narrat LVITPRANDVS *lib. II. cap. X. XI.*

28) LVITPRANDVS *II. c. XVI.*

29) LVITPRANDVS *II. c. XVIII.*

30) LVITPRANDVS *III. c. IV.*

tiam iniit cum Henrico Rege, & Romano, Imperatore Byzantino, Lotharium quoque filium suum Regem constituit. 31) qui Italiæ regnum tenuerunt ad tempora Ottonis M. vsque.

§. V. Bella Henrici ciuilia erant vel cum exteris. Initium quidem sui regni disciplina pacis seruandæ incoauit. Multi enim illis temporibus etiam nobiles latrociniis insudabant. Id quod pro turbato Germaniæ statu, aliter fieri non poterat. 32) Insequenti anno, postquam Rex factus, perrexit cum omni comitatu suo, ad pugnandum contra Burcardum, Alemanniæ Ducem. Hic cum esset bellator intolerabilis, sentiebat tamen, quia valde prudens erat, congressionem Regis sustinere se non posse, tradidit semetipsum ei, cum vniuersis vrbibus & Populo suo. 33) Rebus sic prospere gestis, transiit in Baioariam, cui præsidebat Dux Arnolphus, ab Vngaris regressus, qui ipse Imperium adfectabat. 34) Quo comperto, Rex, Ratisbonæ obsedit eum. Videns autem Arnolphus, quia resistere Regi non sufficeret, apertis portis egressus est ad ipsum, tradito semetipso, cum omni Regno suo. Qui honorifice ab eo susceptus, amicus Regis est adpellatus, 35) vasallus ipsius est effectus, & ab eo, concessis totius Bauariæ Pontificibus honoratus. 36)

§. VI. Inter has turbas gerebatur etiam bellum Lotharingicum. 37) Mortuo enim Raynerio Lotharingiæ Duce, suffectus ipsi fuit Giselbertus filius, 38) Gallis tamen Lotharingiam

31) LVITPRANDVS *III. c.V.*

32) CONTIN. REGINONIS *ad a. 920.* Hinc ad a. 936. ipsum præcipuum pacis sectatorem vocat.

33) WITTICHINDVS *lib. I. p. 637.* ex quo sumsit ANNALISTA SAXO *ad a. 819.* CONRADVS VRSPERGENSIS, ALBERTVS STADENSIS, ALBERICVS *ad a. 920.* GOBELINVS PERSONA *Cosmodromio æt. VI. c. XLVII.* HEPIDANNVS *vita S. VVihorada c.V. §.28.* ALBERICVS *ad a. 920.* CHRON. REG. S. PANTALEONIS *ad a. 919.*

34) LVITPRANDVS lib. II. c. VII. *hoc eodem tempore Arnoldus, cum vxore & filiis ab Vngaria rediens, honorifice a Baioariis atque ab orientalibus suscipitur Francis, neque enim solum suscipitur, sed vt Rex fiat, ab eis vehementer exposcitur.* Patet hoc etiam ex diplomate Friderici I. Imp. Monasterio Tegernseensi concesso, apud HVNDIVM Metrop. Salisburg. Tom. III. p. 407. *Monasterium ab Arnoldo Duce Noricorum, adfectante Imperium & discordante cum Rege Heinrico, primo reditibus despoliatum, & pene vniuersa, quibus ditatum & dotatum fuerat, per beneficium transierunt in vsus laicorum in hac discordia sibi famulantium.*

35) WITTICHINDVS *c. l.* Late hæc narrat LVITPRANDVS *II. c. VII.* hoc simul innuens, Henricum ipsum Arnolphum adiuisse, ipsiusque animum prudenti sermone mitigasse, hoc quidem argumento, vt si populo placuisset, ipsum præferre, se lubentem cedere voluisse. SIGEBERTVS GEMBLACENSIS *ad a. 920. Henricus rex contra Arnoldum ab Hungaris regressum cum exercitu in Bauariam profectus, cum virtute & sapientia sua ad gratiam suam inflexit.* ALBERTVS STADENSIS, ALBERICVS *ad a. 920.* CHRONOGRAPHVS SAXO *ad a. 921.* GOBELINVS PERSONA *Cosmodromio æt. VI. c. XLVII.* CHRON. REG. S. PANTALEONIS *ad a. 919.*

36) LVITPRANDVS II. c. VII. *Conueniens igitur Arnoldus huic optimo suorum consilio, Henrici regis miles efficitur, & ab eo vt iam dictum est, concessis totius Baioariæ Pontificibus honoratur.* Neque tamen hoc beneficium Ducibus Bauariæ hæreditarium erat, sed singulari tantum ratione Arnolpho concessum. Sic enim DITMARVS lib. I. pag. 329. *eo tempore quo supra memoratus Rex maxime vigebat, fuit in Bauaria quidam Dux Arnulffus nomine præcluus in mente pariter & corpore, qui omnes episcopatus in his partibus constitutos sua distribuere manu singularem habuit potestatem, sed cum hic post varios virtutum suarum ornatus vitam hanc finisset, successorum suorum nulli tantum reliquit honorem, quin potius Reges nostri & Imperatores summi Rectoris vice in hac peregrinatione præpositi hoc soli ordinant, meritoque præ cæteris pastoribus suis præsunt, quia incongruum nimis est, vt hi quos Christus sui memores huius terræ Principes constituit, sub aliquo sint dominio, absque eorum, qui exemplo Domini benedictionis & Coronæ gloriæ, mortales cunctos præcellunt.* ANNALISTA SAXO *ad a. 920.*

37) Mire de hoc bello Lotharingico variant Scriptores, vt ideo obscura sit eiusdem historia atque confusa. Adgnouit illud iam suo tempore OTTO FRISINGENSIS, dum *lib. VI. cap. XVIII.* ait: *igitur Henricus Ducis Ottonis filius in Orientali Francia regnauit, Occidentalem Carolo tenente. Quidam Celtici Scriptores asserunt, eum primo Ducem tantum Saxonum, Caroloque subiectum fuisse, postque Consilio generi sui Giselberti Belgicæ Ducis cum Orientalibus Principibus a regno eius discessisse, ac Regium nomen assumpsisse. Alii dicunt, eum post mortem Conradi, ab Orientalibus Francis per electionem Principum, in regnum subrogatum fuisse, nec inquam aliquid de manu Caroli suscepisse. Concordant tamen in hoc, quod regnum Germaniæ potenter habuerit, & pro Belgica Gallia cum Carolo controuersiam. Quam Scriptorum varietatem ex hoc accidisse arbitror, vt dum translato ad Francos imperio, cum imperiali gloria crescere simul cœpissent & ingenia, diuisoque regno, diuisi fuissent animi hominum, tantum quique suam Rempub. perstrexerunt, quantum eam præclaris ingeniis extollere potuerunt. Nos vero medium in his limitem seruantes, in quantumque possumus, ac ex eorum dictis coniicere valemus, veritatis seriem tenentes, nec ad dextram, nec ad sinistram declinare, Deo largiente, studebimus.* CONRADVS VRSPERGENSIS, ex alio tamen Historico p. 210. *Gallia Celtica Ruperto collata, Carolus Saxoniam secedit. Cuius vrbes sedesque regias perlustrans, nullo resistente obtinuit, ibi quoque Henricum regio genere inclytum, ac inde oriundum ducem omnibus donat.* Plenius has controuersias examinarunt OBRECHTVS *Prodromo rer. Alsaticarum cap. VII.* & CONRING *de Finibus Imperii lib. I. cap. VI.*

38) WITTICHINDVS *Ann. lib. I. p. 637.* dicit, quod Giselberto principatus regionis paterna successione cesserit. CONRADVS VRSPERGENSIS p. 211. *hac tempestate Regenherus vir nobilis, partium Caroli fidissimus tutor, finem vitæ accepit, cuius exequiis Carolus interfuit: hisque peractis, Gisiberto eius filio iam adulto, paternum honorem coram principibus qui confluxerant, liberalissime contulit.* Idem confirmatum in FRAGMENTO CONRADI apud PITHOEVM *p. 217.* HVGO FLAVINIACENSIS & FRODOARDVS a. 920. *fauente nec non Gisleberto, quem plurimi Lotharienses principem relicto Karlo Rege, delegerant.* Factum hoc anno 916. tradit FRANC. de ROSIERES *Stemmat. Lothar. Tom. III. p. 187.*

39) SIGEB.

ringiam sibi vindicantibus, cum viuo adhuc Conrado, Carolus simplex 39) idem regnum, quod huc vsque Germanici 40) fuerat iuris, reciperet. Huius tamen beneficio Giselbertus Lotharingiam possidebat, qui floccipendens regiam maiestatem, regni summam vsurpabat, episcopatus etiam libere concedebat. 41) Ex quo a. 920. mortuo Stephano, Tungrensi episcopo, controuersia exorta fuit inter ipsum atque Carolum Simplicem, hoc Richarium Pruniensem, illo Hilduinum monachum successorem designante. 42) Dum autem Carolus a. 920. regnum Lothariense non solum inuaderet, sed etiam Wormatiam vsque 43) progrederetur, Henricus compositis Germaniæ rebus, vt regnum ab antecessoribus suis ex omni parte contusum, ciuilibus atque externis bellis colligeret, & adunaret, signa mouit contra Galliam & Lotharii regnum, 44) eoque Carolum adegit, vt a. 921. Bonnæ in medio Rheni pacem faceret cum Henrico, eidem Lotharingiam relinquens, 45) eandem-

39) SIGEB. GEMBLAC. ad a. 916. *Carolus Rex Francorum, Regnum Lotharingiæ recepit.*

40) Ludouico infanti enim se subiecerant Lotharingi, prout *Sect. X. §. XX.* fuit dictum. Id quod contra BLONDELLVM & VAGEDESIVM late demonstrauit GVNDLING *Henrico Aucupe §. XIV. n. X.*

41) FOLCVINVS Gestis Lobiensium Abbatum, apud DACHERIVM Spicilegio Tom. VI. p. 550. *pars vna Hilduinum eiusdem ecclesiæ clericum sibi poscebat Episcopum, fauente sibi ad hoc Gilleberto, Clotharienfium Duce, qui floccipendens regiam maiestatem regni sibi vsurpauerat summam.*

42) Dissidium hoc late describit FRODOARDVS *Chron. ad a. 920.* Describitur etiam ista controuersia apud BALVZIVM *Tom. II. p. 295.*

43) FRODOARDVS ad a. 920. *qui Erlebaldus profectus ad regem, qui tunc morabatur in pago VVarmacensi sedens contra Henricum principem transrhenensem.* Idem a. 921. *Karolus Rex in regnum Lotharii abiit, receptisque per vim quibusdam Ricuini infidelis sui præsidiis, & facta pactione vsque ad missam sancti Martini cum Heinrico principe transrenensi, reuersus est in montem Lauduni.* HVGO FLAVINIACENSIS *ad a. 921.* CONTIN. REGINONIS ad a. 923. *Carolus Alsatiam & partes illas Franciæ iuxta Rhenum vsque Moguntiam sibi vsurpaturus, vsque Patennicheym villam iuxta VVormatiam hostiliter peruenit. Vnde fidelibus regis Henrichi VVormatiæ coadunatis, aliter quam decuerat regem, aufugit.*

44) Verba sunt WITTICHINDI *lib. I. p. 637*

45) Mire circa annum variant Scriptores. SIGEBERTVS GEMBLACENSIS ad a. 923. *Reges Henricus & Carolus apud Bunnam confœderantur, Carolusque reddit Henrico regi regnum Lotharingiæ, episcopis & comitibus vtrinque iureiurando rem confirmantibus.* CONTIN. REGINONIS. *Anno Dominicæ incarnationis DCCCCXIIII. Hungari orientalem Franciam vastauerunt. Carolus & Heinricus reges apud Bonnam castellum conueniunt, & pacem inter se facientes; fœdus incunt: & Carolus nunquam sibi amplius Lothariense regnum vsurpaturum promittens, regreditur.* ANNALISTA SAXO *ad a. 924.* OTTO FRISINGENSIS VI. c. XVIII. *itaque dum, secundum quod vtrosque Scriptores concordare diximus, Henricus cis Rhenum regnaret, & de Belgica cum Carolo disceptaret, ex voluntate amborum, ad huius litis scrupulum decidendum, die in oppido Bunna constituta, Belgica Henrico cessit, ac Carolo Celtica tantum & Aquitania, parsque Lugdunensis, Burgundia Regem per se habente, remansit: & sic regnum, quod Francorum dicitur, ex paterna hereditate Belgicam Galliam, cum palatio Aquis & maiori parte Franciæ perdidit.* Ex quibus locis, Ottonis Frisingensis maxime, satis clare patet, omne regnum Lothariense, non superiorem saltim eiusdem partem, prout cum BLONDELLO, GVNDLING *pag. 105.* putat, cessam fuisse. Quare etiam GOBELINVS PERSONA Cosmodr. æt. VI. c. XLVII. *post hac Henricus & Karolus Reges in Bonna conuenerunt, & firmata pace inter eos, Karolus promisit, quod Ducatum Lotharingiæ de cætero non appeteret, sed ipsum libere regno Teutoniæ dimittere vellet.* Extat Pactum Caroli & Henrici apud du CHESNE *Tom. II. p. 587.* AVB. MIRAEVM *Donationum piarum cap. XXIII.* SCHATENIVM *lib. III. pag. 255.* BALVZIVM *Tom. II. p. 299.* & SCHILTERVM *Instit. I. P. Tom. II. tit. X. p. 75. In nomine sanctæ & indiuiduæ Trinitatis, diuina propitiante clementia, anno Dominicæ Incarnationis DCCCCXXVI. anno vero Regni domni & gloriosissimi Regis Francorum Occidentalium Karoli XXIX. redintegrante XXIV. largiore vero hæreditate indepta X. Indictione IX. anno quoque regni domini & magnificentissimi Regis Francorum Orientalium Heinrici tertio, inter ipsos præfatos Principes vnanimitatis pactum, ac societatis amicitia, quæsita repertaque exordia sumpsit, prout visa sunt competentia. Conuenerunt enim ambo illustres Reges, sicut inter se discurrentibus Legatis conuenerunt, II. Nonas Nouembris feria prima domnus enim Karolus super Rhenum flumen ad Bonnam castrum & strenuus Heinricus ex altera parte Rheni. Et ea tantum die mutuis se viribus intuentes super ripas eiusdem fluminis hac & vltra, vt sui fierent fideles innoxii sacramento, quo hanc eorum conuentionem fuerant polliciti. Verum feria quarta VII. Idus Nouembris, in medio Rheni fluminis sæpius dicti Principes in nauibus quisque suis in tertiam ascenderunt, quæ ancorata in fluminis medio gratia eorum colloquii fixa erat: ibique in primo hanc sibi vicissim conuenienciam ob statum pacis iuramento sanxerunt ita. Ego Karolus diuina propitiante clementia Rex Francorum Occidentalium, amodo ero huic amico meo Regi Orientali Heinrico amicus, sicut amicus per rectum debet esse suo amico: secundum meum scire ac posse: ea vero ratione, si ipse mihi iurauerit ipsum eundemque sacramentum, & attenderit quæ promiserit. Sic me Deus adiuuet & istæ sanctæ reliquiæ. E contra Rex Heinricus eandem promissionem sacramento eisdem prosecutus est verbis subsequenter, vt huius amicitiæ firmitas inuiolabiliter obseruaretur.* Scrupulum quidem mouet annus 926. quem tamen IACOBVS SIRMONDVS in notis enodauit, dum ait: *duplex hoc loco erit character, qui ad annum DCCCCXXI. referendum docet, feria nimirum prima, & feriæ quartæ, quarum altera pridie Nonas, altera VII. Idus Nouembris eo anno incidisse dicitur, quod quidem anno congruit DCCCCXXI. non XXIII. aut XXVI. vt perperam hic scriptum est. Quare rectius omnino in chronico Frodoardi pactio eadem in annum DCCCCXXI. conicitur, quod ipsum mox etiam Karoli annorum epocha demonstrabit, atque hoc præterea Indictionem mense illo Nouembri decimam fuisse, non nonam.* Scilicet, Carolus anno 893. regnum fuit adeptus, prout HVGO FLAVINIACENSIS tradit: *Carolus iam iuuenis Francorum repetit sceptra.* Siue, vt REGINO sub finem anni 892. habet. *Carolus filius Ludouici ex Adelheyde regina natus, in regnum eleuatur.* Computato igitur anno 893. ab hoc ad 921. erunt 29. anni. Quod vero redintegrante XXIV. dicitur, intelligendum est ab anno 898. quo post mortem Ottonis regnum fuit firmatum. Henrici vero

eandemque eodem anno iterum firmaret. 46) An. 922. Carolus regnum Lothariense ob persecutionem Gisleberti & Ottonis, rapinis, sacrilegiis atque incendiis, etiam in tempore Quadragesimæ, sicut & tota hyeme vastauit. 47) Dum autem Galli contra Carolum, Robertum Comitem Parisiensem eligerent, mittebat iste legatos ad Henricum, auxilium petentes, seque & Franciam Henrico Regi submittentes, cui in pignus perpetui fœderis & amoris Carolus misit manum Dionysii Martyris Parisiensis auro gemmisque inclusam. 48) Anno 923. vero Robertus profectus in regnum Lothariense cum Henrico pactum iniit, & datis vtrinque muneribus, discessum est, vbi etiam quidam Lothariensium obsides Roberto dederunt & inducias acceperunt. Carolus igitur cum suis Lothariensibus Mosam transiens, ad Suessionum vrbem cum Roberto prœlio conflixit, in quo Robertus quidem lanceis perfossus procubuit, Carolus vero cum Lothariensibus suis in fugam fuit versus, hinc dolo captus atque carceri inclusus, in quo paucos post annos vitam finiuit. 49) Henrico autem, qui arte potius quam armis Lotharios superare tentabat, Christianus quidam Giselbertum dolo captum obtulit, quem Rex videns genere ac potestate, diuitiis quoque clarum, liberaliter cœpit habere, ac postremo desponsata ipsi a. 924. filia Gerberga, affinitate pariter ac amicitia sibi iunxit, sublegato ei omni Lotharii 50) regno, ex quo Lotharingia iterum facta fuit iuris Germanici.

§. VII. Recruduit bellum, dum Boso, Burgundiæ Rex omnia turbaret. Henricus igitur Rhenum transiens, obsidet quoddam castrum Bosonis, nomine Durofostum, eo quod Boso abbatias quasdam & terras episcopales nollet restituere. Hunc etiam pacem iuramento firmare & terras istas reddere coëgit. 51) Inde a. 931. in auxilium vocatus ab Heri-

vero tertius annus est, computato anno 919. quo regnare cœpit. Describuntur autem in hoc pacto solummodo ritus & sacramentum, non vero tenor eiusdem. In GVNDLINGIANIS equidem *p. XVIII. p. 377.* defenditur Auctoris sententia ante adducta, atque dicitur, pactum illud, si vel maxime genuinum esset, integrum extare, atque de amicitia saltim inter vtrosque contracta, testari, minime vero de Lotharingiæ cessione, dum potius ex FLODOARDO atque WITTICHINDO, quorum loca in notis insequentibus adducuntur, constet, Lotharingos etiam post ista tempora, Caroli partes fuisse secutos. Verum, licet nec Lotharingi, nec Gislebertus Henrico se subiicerent, sufficit tamen, quod Scriptores antiqui adserant, Carolum Henrico Lotharingiam reddidisse. Confirmatur hoc tanto magis ex eo, quod ab isto tempore, Henricus titulum Regis Lothariensis adsumserit, quem in eo secutus fuit Otto M. Aliter, fide tamen Gallici cuiusdam scriptoris, rem narrat CONRADVS VRSPERGENSIS *p. 211.* contra fidem coæuorum. Adde VLRICVM OBRECHTVM *Prodr. Rer. Alsat. c. VII. p. 118.*

46) FRODOARDVS ad a. 921. *Karolus iterum pacem cum Henrico firmat.* HVGO FLAVINIACENSIS ad a. 921. *Carolus in regnum Lotharii abiit & facta pactione cum Henrico Principe Transrhenensi Laudunum rediit, postmodum vero pacem cum eo firmauit.*

47) Verba sunt FRODOARDI *ad a. 922.* Eadem habet HVGO FLAVINIACENSIS

48) WITTICHINDVS lib. I. p. 638. *Quando vero Rex Rhenum transierat, ad dilatandum super Lotharios imperium suum, occurrit ei legatus Caroli, & salutato eo verbis humilimis. Dominus meus, inquit, Carolus, regia quondam potestate praditus, modo priuatus, misit me ad te, demandans, quia nihil ei ab inimicis circumuento iucundius, nihil dulcius esse potest: quam de tui magnifici profectus gloria aliquid audire, fama virtutum tuarum consolari. Et hoc tibi signum fidei & veritatis transmisit, protulitque de sinu manum preciosi martyris, auro gemmisque inclusam, hoc inquit, habeto pignus fœderis perpetui, & amoris vicarii.* SIGEBERTVS ad a. 922. *Carolus Rex Francorum cum auxilio Lothariensium iuxta vrbem Suessionum pugnans contra Robertum fratrem Ottonis regis qui contra se regnum Francorum inuadebat, eum cum multis peremit, & se & Franciam Henrico regi submittit, eique in pignus perpetui fœderis & amoris mittit manum pretiosi martyris Dionysii Parisiensis, auro gemmisque inclusam.* ANNALISTA SAXO *ad a. 925.*

49) HVGO FLAVINIACENSIS, FRODOARDVS & ANNALISTA SAXO *ad a. 923.*

50) WITTICHINDVS lib. I. p. 637. *Henricus iudicauit abstinere quidem ab armis, verum potius arte superaturum sperauit Lotharios, quia gens varia erat, & artibus assueta, bellis prompta, mobilisque ad rerum nouitates. Eo tempore erat quidam de Lothariis nomine Christianus, qui videns regi cuncta prospere procedere, quæsiuit, quomodo maiori gratia apud regem honoraretur: & simulata infirmitate, vocauit ad se Giselbertum, cui principatus regionis paterna successione cessit, cepitque eum arte, & sub custodia regi Henrico transmisit. Erat autem Giselbertus nobili Genere & familia antiqua natus: Quem rex satis lætus suscepit, quia per ipsum solum totum Lotharii regnum se habiturum arbitratus est. Deinde videns adolescentem valde industrium, genere ac potestate, diuitiis quoque clarum liberaliter eum cœpit habere, ac postremo desponsata sibi filia, nomine Gerberga, affinitate pariter cum amicitia iunxit cum sibi, sublegato omni ei Lotharii regno.* Quando hoc factum, non satis constat. CONTIN. REGINONIS quidem ad a. 929. dicit: *Gisalbertus dux Gerbergam filiam Heinrici regis duxit vxorem.* Sequitur ANNALISTA SAXO *ad h. a.* Ast, cum hic in chronologia sæpius vacillet, potius sequimur HVGONEM FLAVINIACENSEM qui ad a. 924. *Henrico cuncti se Lotharienses committunt.* Id quod cum Wittichindo eo magis conuenit, qui circa id tempus hoc factum dicit, quo Carolus fuit captus. Sic etiam FRODOARDVS ad a. 925. *Heinricus denique Rhenum transiens oppidum quoddam nomine Tulpiacum quod Gisleberti fideles tutabantur, vi cepit: nec diu demoratus infra regnum Lotharii ad sua trans Rhenum regreditur obsidibus a Gisleberto acceptis.* Et sub finem anni: *Henrico cuncti se Lotharienses committunt.* Hinc etiam FRODOARDVS ad a. 926. *Ebradus quoque transrhenensis in regnum Lotharii mittitur ab Heinrico, iustitiam faciendi causa, & Lotharienses inter se pace consociat.*

51) FRODOARDVS ad a. 928. *Heinricus Germanicus princeps cum multitudine Germanorum Rhenum transiit, & supra Mosam veniens, obsidet quoddam castrum Bosonis Comitis, nomine Durofostum, pro eo quod Boso ad legem venire nolebat de quibusdam abbatiis & terra Episcopii quam potestatis auctoritate ceperat, & pertinaciter Heinrici præcepta spernens, detinebat: mittensque ad Bosonem, pacem spondet si ad se veniat. Qui acceptis obsidibus, pacto securitatis ab Heinrico, venit ad eum, eique fidelitatem & pacem regno, iuramento promittit, terram quam*

Heriberto contra Rudolphum Iurensem Regem, Rheno transmisso in Galliam irrupit, sed acceptis a Rudolpho obsidibus & pacta securitate, Rhenum fuit regressus. 52) Nouis inter Rudolphum Burgundiæ Regem & Heribertum an. 935. subortis dissidiis, ipse Rex Henricus cum Rudolpho Gallorum & Rudolpho Iurensi Rege conuenerunt, pactaque inter ipsos amicitia, etiam Heribertum & Hugonem cum iisdem pacauit, redditis quibusdam eidem Heriberto possessionibus. 53) Inter hæc non reticendum, quod lanceam Constantini M. sacram extorserit Rudolpho Burgundo. 54)

§. VIII. Cum iam ciuilia bella cessarent, Vngari a. 923. totam Saxoniam percurrentes, vrbes & oppida incendio tradiderunt, & tantam cædem vbique egerunt, vt vltimam depopulationem comminarentur, in id intenti, vt Henricum adigerent ad tributa ipsis soluenda. Henricus transito Visurgi, Werlam, Westphaliæ oppidum se receperat, congredi cum Hunnis non ausus, quod rudi adhuc militi & publico bello insueto contra tam sæuam gentem non videret. Augustam etiam Vindelicorum Hunni obsident, sed inde repulsi, Alemanniam, nemine prohibente invadunt. 55) Contigit autem, quendam ex principibus Vngarorum capi, vinctumque ad regem duci. Vngari vero ipsum in tantum dilexere, vt pro redemtione illius innumera auri & argenti pondera offerrent. Rex spernens aurum, expostulat pacem, tandemque obtinuit, vt reddito captiuo cum aliis muneribus, a. 926. ad nouem annos pax confirmaretur, quibus etiam tributum cessaret. 56)

§. IX. Circa ista tempora, exercuisse videtur Henricus ludos equestres, vt militem haberet equestri prœlio exercitatum. Communis quidem est fama, Henricum post victoriam Vngaricam demum celebrasse Magdeburgi ludos equestres, sequiori ætate dicta Torne-

quam vt ceperat reddit, data sibi alia recompensationis gratia: pacaturque tam ipse quam Ragenarius cum Gisleberto & ceteris Lotbariensibus. Hugo & Heribertus ad Heinricum colloquii causa proficiscuntur.

52) FRODOARDVS ad a. 931. *Heribertus Comes ad Heinricum proficiscitur, eique se committit, & exercitus regis atque Hugonis Laudunensem & Rhemensem pagum deprædantur. Rudolfus Rex pergens ad Atiniacum, Hugonem ad Heinricum mittit, a quo Heinricus acceptis obsidibus, & pacta securitate trans Rhenum recedit.* Huc facit etiam CONTINVATOR REGINONIS ad a. 931. *eodem anno Rex ab Eberhardo aliisque Franciæ Comitibus seu Episcopis in Franciam vocatus, singillatim de vnoquoque eorum in domibus suis, vel ecclesiarum sedibus regem decentibus est conuiuiis & muneribus honoratus.* Eberhardus igitur hic dicitur, qui Frodoardo Heribertus, vt ideo GVNDLINGIO minime adsentiamur, qui p. 204. Eberhardum, Conradi I. fratrem Franciæ Comitem Palatinum hic intelligi contendit.

53) FRODOARDVS ad a. 935. WITTICHINDVS libro primo exeunte. *Vnde & aliorum regnorum proceres eum adierunt, gratiamque in conspectu eius inuenire quærentes, fidem tanti ac talis viri probatam habentes dilexerunt. Inter quos Hiribertus gener Hugonis cum ei aduersaretur Rudolphus contra ius fasque omne Rex constitutus, vt ei apud dominum suum præsidio esse supplicauit. Ipse enim Rex talis erat, qui nihil negaret amicis. Perrexit igitur in Galliam Rex Regem adloquitur & perfecto negotio reuersus est in Saxoniam.* HVGO FLAVINIACENSIS *ad a.* 927.

54) SIGEBERTVS GEMBLACENSIS ad an. 929. *lanceam mirandi operis, & clauis Iesu Christi crucifixi sanctificatam, quæ dicitur primi & magni Constantini fuisse, donatam Rudolpho Regi Burgundionum, & Italiæ a Samsone Comite Rex Henricus precibus, minis, muneribus, addita etiam parte prouinciæ Sueuorum a Rudolpho extorquet, & hanc ad insigne & tutamen imperii posteris reliquit.* Addit LVITPRANDVS lib. IV. c. XII. *Quanto amore Rex Henricus præfatum inæstimabile donum acceperit, tum in nonnullis rebus, tum in hoc præsertim claruit, quod non solum* (Rudolphum) *eo donantem se, auri argentique muneribus, verum etiam Sueuorum prouinciæ, parte non minima honorauit.* ANNALISTA SAXO ad a. 915. Quare etiam, prout ANDREAS du CHESNE *Histoire de Bourgogne lib. II. c. XXII. p.* 158. testatur, Reges Burgundiæ titulo Ducis Alemanniæ quandoque fuisse vsuos. Sequitur ALBERTVS STADENSIS, ad a. 920. CONRADVS VRSPERGENSIS, BODO in Syntagmate apud MEIBOMIVM, *Tomo II. p.* 491. Sed cum WITTICHINDVS *lib. I. p.* 636. inter regalia Imperii Henrico ab Euerhardo oblata iam referat lanceam, GVNDLINGIVS quidem *p.* 235. hoc per πρόληψιν factum putat; mihi tamen videtur, in singulis regnis plures fuisse lanceas, ob insertas sanctorum reliquias consecratas, hanc autem, eo quod ex clauis Christi crucem haberet, & Constantini M. fuisset, miræ præ cæteris habitam fuisse sanctitatis. Vid. etiam LVDEWIGI *Noriberga insignium Imperialium tutelari cap. VIII. p.* 166. Hanc autem illam ipsam esse, quæ adhuc inter imperii cimelia adseruatur, patet ex ALBERTO STADENSI ad an. 920. *hac ergo occasione, imo Dei voluntate, sanctam Rex Heinricus adeptus est lanceam, per quam ipse de hostibus sæpe triumphauit, eamque filio suo Ottoni decedens cum regno reliquit.* Idem dicit ANNALISTA SAXO *ad a.* 925. addens: *hancque esse credimus, quæ ex hinc hodieque in Imperatorum tutela solet manere.* Idem dicit CHRON. REG. S. PANTALEONIS *ad a.* 919.

55) RVOTGERVS vita Brunonis §. III. *Vngrorum crudelitas transgressa terminos Marahensium, quos sibi non longe ante omnia vsurpauit licentia, plerasque prouincias regni Henrici ferro & igne longe lateque vastauit.* EKKEHARDVS IVNIOR *de casibus Monasterii S. Galli c. V. Vngri auditis tempestatibus regni Noricos rabidi inuadunt & vastant, Augustaque diu obsessa, precibus Vodalrici Episcopi repulsi, Alamanniam nemine vetante turmatim peruadunt.* HEPIDANNVS *in Annalibus p.* 925. *Agareni monasterium S. Galli inuaserunt.* HERMANNVS CONTRACTVS *ad a.* 925.

56) WITTICHINDVS *lib. I. p.* 138. LVITPRANDVS *lib. II. c. XIII.* CONTIN. REGINONIS ad an. 926. *Hungari totam Franciam, Alsatiam, Galliam & Alemanniam igne & gladio vastauerunt.* SIGEB. GEMBL. ad a. 924. *Rex Henricus pacem cum Hungaris in nouem annis firmat.* ANNALISTA SAXO ad a. 924. GOB. PERSONA *æt. VI. c. XXVII.* Ouidam Chronographi hanc primam Henrici de Vngaris victoriam confundunt cum ista ad Merseburgum. Sic enim SIGEBERTVS GEMBLACENSIS ad a. 922. *Hungaris Franciam, Alsatiam, Alemanniam Saxoniamque depopulantibus, Henricus rex iuxta vrbem Meresburch congressus, vouens Deo pro adipiscenda victoria se hæresin simoniacam de regno suo eradicaturum, inæstimabili cæde eos vsque ad inter-*

Torneamenta, 57) partim vt nobilibus suis spectaculi apparatum exhiberet, ob praestitam opem militarem, partim etiam vt ipsis non deesset exercitium militare. Immo, ipsum Henricum auctorem faciunt eiusmodi ludorum equestrium, qui etiam Leges Torneamentorum, quas GOLDASTVS 58) exhibet, publicauerit. Verum, cum hæc ipsa sola nitantur fide RÜXNERI, 59) autorem 60) ipsum non fuisse, satis ex eo pateat, quod multis iam seculis ante Henricum a Francis, Gothisque, immo in ipsa Germania, tempore Ludouici Germanici, 61) tales ludi & exercitia equestria fuerint celebrati, Leges vero Torneamentorum sequiorum temporum sapiant ætatem: immo Magdeburgum sub Ottone M. demum, excultum, tam splendido conuentui haut suffecerit: 62) potius ad hæc tempora referimus Henrici tyrocinia, cum haut leuia eiusdem reperiantur argumenta apud Scriptores. 63)

§. X.

internecionem pene deleuit. CHRONICON REICHERSBERGENSE ad an. 921. *hic Heinricus cum Vngaris pugnauit apud Mersburg, & felicissime triumphans, tributarios eos facit sibi.* Cum tamen hæc demum a. 933. fuerint gesta.

57) Multa est controuersia de origine huius vocis. Nolumus iam singulas opiniones hic coacervare, de quibus SCHVBARTVS, venerandus olim Præceptor, in dissertatione de Ludis equestribus *cap. I. §. XVII.* sed frequentiores saltim adlegabimus. GABR. NAVDÆVS de studio militari lib. I. p. 232. *nos vero eiusmodi ludicras exercitationes Torneamenta vocamus, inuerse quasi Troiamenta, dimicationesque Troianas, quia a Troiana iuuentute, quam Virgilius sic institutam fuisse refert, ad hæc vsque tempora successione quadam exemplorum peruenerunt.* Eandem sententiam adducit du CANGE, *voce Torneamentum*, sed addit: *alii probabilius censent, vt à Gallis eorum vsus originem accepit, ita & vocabuli etymon ab iis repetendum, nempe a verbo torner, in orbem circumduci, circumflecti. Qui enim in his militaribus decursionibus decertabant, quos insidebant, flexis in gyrum frænis equos circumagebant.* Sequitur F. MENETRIER des Tournois p. 270. *Tournois est vn terme purement François, qui vient de tourner, parce que les courses se font en tournant & retournant.* Sequitur eundem ECCARDVS *de vsu & præstantia studii etymologici n. VI.* & GVNDLING pag. 143. ideo notans Schubartum. Dubius hæret PET. FERRARIVS *Origg. linguæ Italicæ* dum ait: *vel a Germ. Turnier, vel a tornando, id est circumeundo & in orbem decurrendo.* Verum, dum alio argumento non vtantur, quam quod a Gallis fuerint inuenta, a priori sententia, quam *Tomo II. Obs. V. Hallensium* §. V. defendi, nondum me deflecti patior, Torneamenti vocem originem suam & latinis debere & Germanis. Testatur hoc æque GOLDASTVS notis in Cunradi Fabariensis casus in cap. VIII. *Tyronibus id est militibus. Brito Synonimis miles, eques, tyro, tyrunculus, atque Quirites. Hinc Alemannis torner, tyronium corrupte pro tyrocinio id est ludo equestri vel militari, vnde Barbari formarunt torneamentum, turnieren, velitari, in armis sese militarem in morem modumque exercere, quod Barbari torneare & monstrosius hastiludiari.* Scilicet, vox mediæ ætatis erat *Tyronia*, pro exercitio, qua ARNOBIVS vtitur in Ps. 119. *sicut* inquit, *tyronia corpus exercet, ita animam diuina præcepta instituunt.* Ex voce ista *tyronia* pro more flectendi consueto, Germanorum *tyroney*, qua vtuntur veteres. Sic BOTHO Chronico Brunsuicensi ad an. 927. *de wile hatte de Keyser torney und Stecke-Spel in den Steden.* Sic etiam VLRICH von LICHTENSTEIN in manu exaratis cantilenis heroicis: *Wa ist dein turney, wa ist dein tantz, setz vf wieder den erenkrantz.* Patet hoc eo magis ex OTTONE FRISINGENSI de Gestis Friderici I. lib. I. c. XXII. *tyrocinium, quod vulgo nunc Turniamentum dicitur, cum militibus eius extra exercendo* & cap. XXV. *Norici & maxime Comites & Nobiles, velut tyrocinium celebraturi, quod modo nundinas vocare solemus, in prædicti Comitis castro se recipiunt.* RADEVICVS lib. II. cap. VIII. *Placentinorum militia egressa ad certamen prouocauerat, quod modo vulgo Turneimentum vocant.* Ex his etiam locis patet, ista demum ætate vocem turneimenti sine dubio ab Italis cœpisse, qui Germanorum *turney* suum addebant *mentum.*

58) *Tomo vno Constit. Imper. p. 211.* sub titulo: *Henrici I. Imp. Aug. Statuta & Priuilegia Ludorum Equestrium siue Hastiludiorum.* Refert hæc ad a. 938. quo iam defunctus Henricus. Reperiuntur eadem etiam apud Ruxnerum & Modium. Harum falsitatem satis clare demonstrauit PFEFFINGERVS *Vitriario illustrato p. 490.*

59) Quam sublestæ fidei sit Rüxnerus, demonstrauit SCHVBARTVS *cap. II. §. XVII. XVIII.* Idem dicendum de FRANCISCI MODII *Pandectis Triumphalibus*, quarum partem posteriorem ex Rüxneri libro in latinum transtulit sermonem.

60) Demonstratum hoc iamdum fuit in SCHVBARTI dissertatione capite secundo.

61) Tales enim ludos equestres Wormatiæ celebratos descripsit NITHARDVS libro tertio de dissensionibus filiorum Ludouici Pii. Licet facile adsentiar, singularia torneamenta, prout sequiori ætate tanta pompa, tantaque solennitate fuerunt celebrata, sequiori demum ætate fuisse adornata, ita tamen, vt eiusmodi ludi equestres anteriorum temporum ansam dederint & fundamentum. An vero Galli, & prout du FRESNE atque MICHAEL PRAVN *im Adelichen Europa pag. 710.* autumat, Gaufredus II. Dominus Preliaci, inuentores eorundem fuerint, nostrum iam non est indagare. Sufficit nobis, quod Germani suis tyrociniis ad eadem dederint fundamenta.

62) Belle ad hanc rem ANDREAS BRVNNERVS Ann. Boi. p. II. lib. II. ad a. 934. *eadem opera cum decursionum equestrium, quos a ludis Troianis Troiamina, vel ineptius etiam Torneamenta appellarunt, primas origines inquirerent, & spes magna esset, Henricum Aucupem iis parentem adoptari posse hoc ipsum bellum seminarium illorum constituerunt; in quod cum pleraque Germaniæ nobilitas nomen dedisset, conuenisse inter Imperii proceres, vt acuendæ ostentandæque virtutis causa equestris ordo in theatro publico simulacrum pugnæ cieret, concurreret certaretque viritim, iisque ludis, vt posteris exemplo essent, certa leges dicerentur. Porro tam ambitiosum figmentum ipsi autores euerterunt, quando pudendo errore, annum trigesimum octauum supra nongentesimum designarunt, quo Magdeburgi primos ludos Henricus ingentis pompa ediderit, cum ex communi scriptorum veterum consensu certum sit, Henricum eousque non prouixisse. Præterquam quod neque Magdeburgi ea tunc gloria fuit, vt hospitium præbere nobilitati Germanicæ posset, cum ab Othone demum Henrici filio cinctum mœnibus, ornamenta vrbis acceperit.*

63) Facit huc WITTICHINDVS *lib. I. p. 641.* de Henrico, *quod in exercitiis ludi tanta eminentia superauerit omnes, vt terrorem ceteris ostentaret.* Idem p. 640. dicit, quod circa bellum Vngaricum *militem habuerit equestri prælio probatum.* ANNALISTA SAXO ad a. 932. Maxime vero huc facit BOTHO.

§. X. Durante induciarum tempore, omnem curam in id conuertit, vt Germanorum statum, militiamque in melius componeret. Et primum quidem ex agrariis militibus nonum quemque eligens in vrbibus habitare fecit, vt ceteris consamiliaribus suis octo habitacula exstrueret, frugum omnium tertiam partem exciperet, seruaretque. Ceteri vero octo seminarent, & meterent, frugesque colligerent nono, & suis eos locis reconderent. Concilia, & omnes conuentus atque conuiuia in vrbibus voluit celebrari, in quibus exstruendis diu noctuque operam dabant, quatenus in pace discerent, quid contra hostes in necessitate facere debuissent. 64) Inter vrbes vero, quas exstrui fecerit, memorantur, Misna potissimum, Quedlinburgum, Merseburgum, 65) quod tamen saltim muro circumduxit, & Goslaria. Ex hoc vrbium Germanicarum incrementa, 66) quarum ante ista tempora perpaucæ erant, nec ad Vngarorum incursiones auertendas sufficientes. Exinde etiam patritiorum videtur esse origo petenda, qui ex nobilium ordine Magistratus gesserunt in vrbibus, 67) horumque progenies ad exemplum Romanorum dicti fuerunt patritii.

§. XI. Idem Rex Henricus cum esset satis seuerus extraneis, in omnibus causis erat clemens ciuibus; vnde quemcunque videbat furem aut latronem manu fortem, & bellis aptum, a debita pœna ei parcebat, collocans eum in suburbano Mersaburiorum, datis agris, atque armis: iussit ciuibus quidem parcere, in barbaros autem in quantum auderent, latrocinia exercere. 68) Hinc milites exercendo magis ad arma adsuefecit, qua ratione ordinata æqualiter acie in hostem currerent; clypeo cooperti sagittarum ictus super clypeos reciperent. 69) An vero Heergewettæ Saxonicæ inde sit origo petenda, prout contendit

BOTHONIS Chronicon Saxonicum ad an. 927. *de wile batte de Keyser torney vnde steckespel in den steden, vpp dat sick de lude in den steden in dem Wapen fust bet wenden vnde keren konden wan se echt to stryde scholden.* Optandum, vt editum esset volumen, de quo GASSENDVS in vita Peirescii lib. III. p. 192. *curauit ecce ari incidi elegantissimas figuras, quibus illustraret librum a Rege Renato Comite Prouinciæ de Torneamentis conscriptum, ac editioni destinatum: idque postquam obtinuit, a Ioanne Iacobo Chiffletio Vesuntino, medico claro, aliud de Torneamentis volumen*, ex quo sine dubio lumen quoddam affulgeret nostræ materiæ.

64) Verba sunt WITTICHINDI *lib. I. p.* 639. SIGEB. GEMBL. *ad a.* 925. ANNALISTA SAXO ad a. 927.

65) DITMARVS lib. I. p. 318. *antiquum opus Romanum muro Rex predictus in* Mersburg *decorauit lapideo, & infra eandem Ecclesiam, quæ nunc mater est aliarum, de lapidibus construi, & XIV. Cal. Iunii precepit dedicari. Ceteras quoque vrbes ad salutem regni, & templa domino ob remedium animæ deuota mente fabricauit.* Et paullo post: *in Miminleue moritur, & in Quedlinburg, quam ipse a fundamentis construit, sepultus.* Idem p. 317. *hic montem vnum iuxta Albim positum, & arborum densitate tunc occupatum, excolit, ibi vrbem faciens: Cui de riuo quodam, qui in septentrionali parte eiusdem fluit, nomen* Misni *imposuit, quam, vt bodie in vsu habetur, præsidiis & impositionibus ceteris muniuit.* Sic etiam Goslariam ab Henrico fuisse extructam, tradit GOB. PERSONA Cosmodr. æt. VI. c. XLVII. *Henricus Rex condidit Goslariam, Quidilinburg & Misnam ciuitatem, quam a riuo ibi surgente ita nominauit* & ENGELHVSIVS Cronico pag. 175. *ipse Mersborg ciuitatem muro cingit, Misenam ciuitatem, quam a riuo ibi surgente sic nominauit, construxit: & Goslariam & Quedlinborch cum aliis.* Adde ANNALISTAM SAXONEM ad a. 922. Idemque pluribus euincit HAYNECCIVS *Antiquit. Goslar. lib. I. p.* 8. Huc etiam Susatum refert BOLLANDVS in *addit. ad mensem Ianuarium Tom. II. Actorum Sanctorum p.* 1143. Plures tamen vrbes ab eodem fuisse extructas, verba Ditmari antea adducta docent. Sic etiam in vrbium ab Henrico extructarum numerum referenda esse videntur loca, quæ Mathildi, vxori suæ concessit Henricus, atque in diplomate de anno 929. ita exprimuntur: *hæc enim sunt: Quitilingaburg, Palithi, Northusa, Gronau, Duderstete cum ciuitatibus & omnibus ad prædicta loca pertinentibus* apud KETTNERVM *antiquitatibus Quedlinburgensibus p.* 2. De Gotha sua, idem coniectatur TENTZELIVS *Suppl. Hist. Goth. sect. I. p.* 19. *sq.*

66) Incrementa, non originem. Raras enim iam ante fuisse vrbes, patet ex eo, quod WITTICHINDVS l. c. dicat, *Vngaros vrbes & oppida incendio tradidisse.* Immo, DITMARVS lib. I. p. 317. dicit: *Henricus victus in vrbe quæ Bichin vocatur, fugit.* Et paullo post: *vrbem quoque Lebus, de qua in posterum latius disputaturus sum, diu possidens, vrbanos in munitiunculam infra eandem positam fugere, & dedititios fieri compulit.* LVITPRANDVS lib. II. c. VIII. *Saxonum ac Thuringorum terra facile depopulatur, quæ nec montibus adiuta, nec firmissimis oppidis est munita.* ANNALISTA SAXO ad a. 922. *vrbes ad honorem regni vel Ecclesias Deo pro remedio animæ deuoto animo fabricauit.* CONRING *de vrb. Germ. §. 8 & seqq.*

67) POTGIESSER *de orig. & natura seruitutis lib. I. c. II. §.* 39. CRVSIVS *p. II. Ann. Sueu. lib. III. c. IX.* Quare etiam DITMARVS lib. I. p. 327. *vrbanos maiori gloria quam hactenus habuerant, vel conprouinciales hodie teneant, Rex honorat.* ANNALISTA SAXO *ad a.* 931. Adde BOTHONIS *Chron.* dum *pag.* 305. *ita scribit: de wile batte der Keyser torney vnd steckespel in den steden, vpp dat sick de lude in den steden in den Wapen fust bet wenden vnde keren konden, wan se echt to stryde scholden, vnde gaff se fry vnd eddel dat se borger scholden heten, dar van sunt de schlechte in den steden gekomen, de sick in dussem stuken meyst bewiseden, in reuten vnde in striden, dat helten do vor rittermatsche menne vnde heten de eddlinge der borger.*

68) Verba sunt WITTICHINDI *lib. II. p.* 643. ANNALISTA SAXO *ad an.* 922. SIGEBERTVS GEMBLACENSIS ad a. 922. *Rex Henricus, quoscunque fures, aut latrones, aut sicarios manu fortes & bellis aptos esse videbat, indulta eis venia agros & arma dabat, & legionem ex eis faciens ad debellandos barbaros exponebat, edicens omnino vt ciuibus parcerent tantummodo.* Forsan exinde Pfalburgeri orti, qui in suburbiis habitabant, de quibus WENCKERVS *in Collectaneis Iuris Publ.*

69) LVITPRANDVS II. c. IX. *dederat autem Rex Henricus suis ante belli inchoationem huiusmodi sapiens ac salubre consilium: cum ad Martis præludium cœperitis properare, nemo socium velociori, quamquam habeat, attentet equo præire: Verum clypeis altrinsecus operti, primos super scuta sagittarum ictus recipite; deinde cursu rapido impetuque vehementissimo super eos irruite; quatenus non prius vobis sagittarum ictus secundo possint emittere, quoad vestrorum*

tendit GOBELINVS PERSONA, 70) merito dubito, cum Scriptorum coæuorum deficiat auctoritas. Limites tamen Germanorum custodiuit, Marchiones imponendo. 71) Quod de Marchia Slesuicensi, 72) Misnensi, 73) atque Austriaca 74) omnino certum, de Marchia Brandenburgensi, 75) vero æque adseritur, fide tamen adhuc dubia.

§. XII. Tali lege ac disciplina cum ciues asuefaceret Henricus, repente an. 926. irruit super Sclauos, qui dicuntur Heuelli, 76) & multis eos prœliis fatigatos, demum hyeme asperrima castris super glaciem positis, cepit vrbem, quæ dicitur Brennaburg, fame, ferro, frigore. Cumque illa vrbe potitus & omni regione, signa vertit contra Dalemintiam, aduersus quam iam olim reliquit ei pater militiam: & obsidens vrbem, quæ dicitur Grona, 77) vigesima tandem die cepit eam. Præda vrbis militibus tradita, puberes omnes interfecti, pueri ac puellæ captiuitati seruatæ. 78) Post hæc Pragam adiit cum omni exercitu, Bohemorum vrbem Ducemque eius, Wenceslaum in deditionem accepit: 79) licet non omnem subiecerit Bohemiam, quæ ista ætate in varios diuisa fuit 80) Principatus.

strorum sibi armorum sentiant vulnera peruenisse. Saxones igitur admonitionis huius saluberrimæ non immemores, ordinata æqualiter acie currunt, nec est qui velociori transeat equo tardiorem, verum clypeis, vt Rex dixerat, altrinsecus cooperti, sagittarum super clypeos recipiunt ictus innocuos: deinde, vt prudentissimus vir dixerat, super hos cursu præpeti veniunt; adeo, vt eorum prius vita cum gemitu fugeret, quam secundo iaculorum fulmina mitteretur: fitque diuini muneris pietate, vt potius hos fugere quam præliari iuuet. Saxonum morem qui fuerit antea, idem LVITPRANDVS lib. II. c. VIII. describit: *est Saxonum mos laudandus, quatenus annum post vnum atque duodecimum nemini militum bello deesse contingat.*

70) *Gosmodr. æt. VI. c. XLVII. & mandauit, quod senior inter fratres quoscunque deberet esse in exercitu regis, & propter hoc ipse solus tolleret patris exuuias, inter quas arma maxime reputabantur. Et inde vulgo Herewede ad huc nominatur.* Sequitur BOTHONIS *Chron. Pictur. p.* 305. Inter Leges etiam Henrici, apud GOLDASTVM *Tom. vno p.* 211. reperitur: *e fratribus natu maximum militare volumus, vt homines certos & exercitatos habeat.* Quis autem de fide legum spondebit?

71) Marchiones quidem ante Henricum Aucupem iamdum apud Germanos fuisse, demonstraui Syntagmate Iuris Publici *cap. VI. §. XXIX.* Sic etiam ANDR. HOPPENRODIVS *Annalibus Gernrodensium* sub initium: *Henricus Auceps cum Brandeburgum asperrima hyeme expugnasset, profligatis Henetis & Sorabis anno Christi noningentesimo vicesimo: limitum præsides designauit, quos Marchiones nominamus, vt marcas ab hostium incursionibus custodirent, Marchiam igitur Brandenburgensem commendauit Duci Sigefrido, fratri coniugis Mechtildis: Marchiam autem Lusatiæ Duci Geroni.* Idem tradit KRANTZIVS *Vandalia lib. III. c. XVI.* FABRICIVS *lib. II. pag.* 115. SPANGENBERGS *Adelspiegel lib. X. cap. XIX.* SCHVRTZFLEISCH *de rebus Badensibus §. 2. infra §. XXII.*

72) De qua infra §. XIII.

73) De qua supra locus Ditmari.

74) Auctor est FVGGERVS *Spiegel der Ehren des Ertzhauses Oesterreich lib. II. c. II. p.* 160. *Graf Albrecht verliesse zween Sohne, Albertum vnd Leopoldum, die wurden von Henrico I. wegen ihrer Tapferkeit in die Marck Oesterreich verordnet, die Reichs-Grantzen wieder die Vngarn zu beschützen.* Dubium quidem mouere videtur AVCTOR HISTORIÆ FVNDATIONIS MONASTERII MELLICENSIS *p.* 296. vbi de successione Leopoldi, *non multo autem post tempore, mortuo Marchione Austriæ sine hæredibus, cum multi Procerum instarent Imperatori, petentes sibi conferri Marchiam.* Ex quibus concludi posse videtur, Marchiam Austriacam iam ante Leopoldum fuisse. Verum, dum hic Auctor sub medium seculi XIV. demum vixerit, pro statu posterioris temporis loquitur. Potius doctissimus vir, HIERONYMVS PETZ *Diss. V. Scriptoribus Rerum Austriacarum præmissa, §. XVII.* hunc Leopoldum primum Marchionem in Austria ab Henrico Aucupe circa a. 935. fuisse constitutum, demonstrat.

75) Ita volunt ANDR. HOPPENROD *Annal. Gernrod. p.* 417. IO. VLR. PREGITZER *Teutschen Regierungs- vnd Ehrenspiegel c. XIV.* fide antiquitatis destituti.

76) MEIBOMIVS *in notis ad Wittichindum p.* 682. ANNALISTA SAXO *ad ann.* 927. Heuelli Slaui sedes habuerunt ad Hauelam Marchiæ *fl*, quem ANNALES FVLDENSES *ad annum* 789. *Habolam* vocant. AVCTOR INCERTVS, CHRON. SCLAVICI *c. III. p.* 190. *Inter Oderam & Albiam degunt Heruli, vel Eueldi, qui sunt iuxta Habolam fluuium.* Hodie dicitur *das Hauelland.* DITMARO *lib. IV. Annal. p.* 354. *Heuellim.*

77) Sic MEIBOMIVS legit apud Wittichindum, qui tamen in notis addit: *Vrspergensis legit Grana, quædam exemplaria habent Rietni, quædam Kiesni.* De hac expeditione ad annum 928. sic scribit SIGEBERTVS: *Rex Henricus Ganæ vrbem Dalmatiæ capit, & Dalmatis tributum imponit:* vbi notandus error, legendum enim *vrbem Daleminciæ* capit & *Daleminciis tributum imposuit.* ANNALISTA SAXO ad a. 927. De hac etiam pluribus disputat ALBINVS *Chron. Misn. p.* 78 95. 145. LEIBNITIVS *Introduct. in Collectionem Scriptor. Histor. Brunsuic.* n. 14. 15. 16. potius Ganam adprobare videtur. TENTZELIVS in Lectionibus MStis apud eundem LEIBNITIVM *Tom. I. p.* 515. ex Codice Dresdensi legit Kietni & intelligit Cöthenam, oppidum Anhaltinum. FRIDERICVS STRVNZIVS *de Daleminicia §. IX.* Grunam ad Ileburgum esse dicit, quo Daleminci, cum in tantis angustiis essent, ac sedes suas relinquere cogerentur, confugerant, vt a possessoribus ipsis Daleminciæ oppidum recte diceretur. BECMANNVS *in Historia* sua *Anhaltina*, quam insigni cum industria conscripsit, *p. III. lib. IV. c. I. n.* 3. dubius hæret, annon Anhaltinorum oppidum sit Cöthen, ductus partim nominis conuenientia, partim situs ratione, partim, quod multa hominum ossa in tractu isto reperta cladis certæ faciant argumentum.

78) WITTICHINDVS *lib. I. p.* 639. Sequitur eundem CHRONOGRAPHVS SAXO *ad an.* 926. & SIGEBERTVS GEMBLACENSIS *ad a.* 925.

79) WITTICHINDVS *c. l.* REGINONIS CONTIN. CHRON. SAXO *ad an.* 928. AVCTOR VITÆ MATHILDIS *c. II.* HERM. CONTRACTVS, SIGEBERTVS GEMBLACENSIS, ALBERICVS *ad a.* 930. *Wenceslaus Princeps Bohemiæ a Rege Henrico obsessus se & vrbem Regi dedit, & impositam Bohemiæ multam tributi pecuniam soluit.* Hic igitur Principem vocat, quem WITTICHINDVS Regem dixerat, hunc titulum sine dubio affectante Wenceslao, postquam defecisset. ANNALISTA SAXO *ad a.* 928.

80) Sic enim BOHVSL. BALBINVS Epit. rer. Bohem. lib. I. c. VI. p. 21. *non vane dictum Bohemias, cum non ab vno Duce, sed a pluribus Bohemia regeretur. Erat Lucensis Princeps, erat Mielnicensis,*

tus. Postquam Bohemias tributarias fecisset, reuersus est in Saxoniam. A. 931. Obotritos subegit, horumque Regem Micislaum eo adegit, vt feret Christianus. 81) Redarii vero Marchiæ Vckeranæ incolæ 82) a. 930. defecerunt a fide, & congregata multitudine impetum fecerunt in vrbem Wallerslebam, ceperuntque eam, captis & interfectis omnibus habitatoribus eius: quo facto, omnes barbaræ nationes erectæ iterum, rebellare sunt ausæ. Ad quarum ferocitatem reprimendam traditur exercitus cum præsidio militari Bernhardo, cui ipsa Redariorum prouincia erat sublegata, additurque legato collega Thietmarus, qui ingenti clade Redarios deuicerunt, vt barbarorum ducenta millia vel cæsa, vel dissipata & capta dicerentur. 83)

§. XIII. Sic etiam Milcenos, Slauorum populum circa Budissam Lusatiæ habitantem suæ subactos dictioni censum persoluere coegit. 84) Cum autem omnes in circuitu Nationes subiecisset, a. 931. & Danos, qui nauali latrocinio Fresones incursabant, & Christianis nimium erant infesti, 85) cum exercitu adiit, vicitque & partem eorum tributarios faciens, 86) Regem Gormonem 87) ita conterruit, vt liberam Christianæ religionis professionem intra regionem suam se admissurum, pacemque cum Henrico culturum vltro promitteret, licet ipse ad Christianam religionem instante etiam Tayra vxore flecti nequiret.

censis, Pragensis, Boleslauiensis, Czuramensis, Weitruchensis pluresque alii, quos historia nostra Pragensibus tantum Principibus imminentes neglexerunt. ALBERTVS STADENSIS & CONRADVS VRSPERGENSIS *ad a.* 931. DITMARVS lib. I. pag. 326. *has regiones sibi facit tributarias, Boiemiam, Delemintiam, Obetritos, Wilci, Heuellos & Redarios, qui statim rebelles aliosque ad hac concitantes, vrbem Wallisleue oppugnant, destruunt & incendunt. Ad hoc vindicandum, noster conuenit exercitus, & Lanten ciuitatem obsidens, socios eorundem, eos defendere cupientes, inuadit, & paucis effugientibus prostrauit, vrbem quoque prætactam acquisiuit.*

81) ANNALES HILDESHEIMENSES ad a. 931. *Heinricus Rex Abotritos subegit.* CONTIN. REGINONIS ad an. 931. *Henricus Regem Abotridorum fecit Christianum.* Adde HERMANNVM CONTRACTVM & MARIANVM SCOTVM *ad h.a.*

82) REIN. REINECCIVS *in App. prima ad Helmoldum p.* 219. ipsos in Pomerania inter Panim & Viadrum collocat. Verum, dum cis Panim habitarint, pro Vckeranis potius sunt habendi, de quo ADAMVS BREMENSIS *lib. II. Hist. Eccles. cap. X. mox habitant Chizzini & Circipani, quos a Tholosantibus & Rethariis fluuius Panis separat.* HELMOLDVS Chron. Slau. lib. I. c. II. *Kyzzini & Circipani cis Panim, Tholenzi & Redari trans Panim habitant.* Adde HECT. GODFR. MASIVM *Antiquit. Mecklenburg c. IV.* Quare CONT. REGINONIS *ad a.* 934. *Heinricus Sclauos, qui Vncrani vocantur, hostiliter inuasit, & vicit, sibique tributarios fecit.* Idem dicunt CHRONOGRAPHVS SAXO *ad a.* 935. & CHRON. QVEDLINBVRG. *ad a.* 934. Male igitur IO. LVDOV. SCHÖNLEBEN *Carniolæ p. III. p.* 493. illos partem Carniolæ interioris incolentes fuisse dicit.

83) Hæc late narrat WITTICHINDVS *lib. I. p.* 639. 640. DITMARVS lib. I. p. 326. *Redarii statim rebelles, aliosque ad hac concitantes vrbem Wallisleve oppugnant, destruunt & incendunt.* ANNALISTA SAXO *ad a.* 929. 930. SIGEBERTVS GEMBLACENSIS ad a. 931. *Redarii, vsque ad ducenta millia hominum, conspirantes contra Henricum Regem rebellant, & Regnum eius grauiter infestant, & vicinas gentes ad rebellandum animant, sed a Ducibus Regis, Bernhardo & Thietmaro, graui bello victi omnes pene moriuntur, aut fugientes in mare vicinum demerguntur & hoc facto vicinæ gentes a rebellione deterrentur.* CHRONOGRAPHVS SAXO ad a. 930. *Pugna valida facta est iuxta Albiam, prope Langini, in qua Saxones gloriose vicerunt, prostratis centum viginti millibus, in captiuitatem vero octingentis ductis.* HELMOLDVS *Chron. Slav. lib. I. c. VIII. grande prœlium vocat, quo ita sint Slaui percussi, vt ceteri, qui perpauci remanserunt & Regi tributum & Christianitatem vltro promitterent.*

84) DITMARVS lib. I. p. 327. *ex ea* (Misna) *Milzenos suæ subactos dicioni censum persoluere coegit. Vrbem quoque Lebus de qua in posterum latius disputaturus sum, diu possidens, vrbanos in munitiunculam infra eandem positam fugere, & dedititios fieri compulit.* Quod autem sedes suas Milceni circa Budissam habuerint, docet idem DITMARVS *lib. VI. p.* 379. de Henrico II. dicens: *ipse vero cum Boiemorum Duce nouo Milzienos qui tum sibi fuere proximi, terminos, per incessabilem itineris difficultatem adiens, Budissinam vrbem possedit.*

85) ADAMVS BREMENSIS Hist. Eccles. lib. I. c. XLVII. *apud Danos Gwrm regnauit crudelissimus inquam vermis, & Christianorum populus non mediocriter infestus. Ille Christianitatem, quæ in Dania fuit, prorsus delere molitus, sacerdotes Dei a finibus suis depulit, plurimos quoque per tormenta necauit.* CHRONOGRAPHVS SAXO *ad a.* 931. IO. MEVRSIVS *Hist. Dan. lib. III. p.* 46. IO. MESSENIVS *Scandia illustrata Tom. I. p.* 96. *& Tom. XII. p.* 20.

86) WITTICHINDVS quidem lib. I. p. 641. hanc victoriam post belli Hungarici tempora refert. SIGEBERTVS etiam GEMBLACENSIS ad a. 935. *Rex Henricus Danos qui per piraticam Frisones incursabant, vincit, & tributarios facit, & Chuipiam regem eorum baptizari fecit.* Ast, reliqui fere omnes ante tempora eiusdem belli hæc referunt. Sic REGINONIS CONTIN. *ad an.* 931. *Heinricus Rex, Regem Abotridorum, & Regem Danorum effecit Christianos.* Idem dicit HERMANNVS CONTRACTVS *ad an.* 931. MARIANVS SCOTVS *ad an.* 930. CHRONOGRAPHVS SAXO, ANNALES HILDESHEIMENSES *ad an.* 931. ADAMVS BREMENSIS *lib. I. c. XLVIII.* HELMOLDVS *lib. I. c. VIII. Dani quoque Slauos auxilio habentes primo Nordalbingos, deinde Transalbinos Saxones vastantes magno Saxoniam terrore quassabant.* LVITPRANDVS *III. c. V.* de Henrico: *hic etiam Sclauorum gentem innumeram subiugauit, sibique seruire cogit: ac per hoc nomen suum multis nationibus celebre fecit.* Scriptores vero hac ratione conciliari debere videntur, vt an. 926. Danos faceret sibi obtemperantes & Christianos, a. 935. vero Regem faceret Christianum, sic enim ANNALISTA SAXO ad an. 926. *Rex Heinricus Normannos & Danos armis fecit obtemperantes sibi & ab errore pristino reuocatos iugum Christi ferre edocuit* ad an. 935. *Heinricus Rex victoriosissimus cum omnes in circuitu nationes subiecisset, Danos qui nauali latrocinio Fresonem incursabant, cum exercitu adiit, vicitque & Tributarios faciens, Regem eorum nomine Nubam baptizari fecit.*

78) WITTICHINDVS *Nubam* dicit, SIGEBERTVS *Chuipiam.* DITMARVS *lib. I. pag.* 327. *Cnutonem.* CHRONOGRAPHVS SAXO ad a. 931. *Henricus Rex Regem Abodritorum & Regem Danorum, effecit Christianos. Ingressus namque Daniam, cum exercitu,*

ret. 88) Henricus vero, vt Danos coerceret, vltra Eidoram regni fines extendens, Slesuicum validam Saxonum coloniam ducens, Marchionem ibidem constituit. 89)

§. XIV. Hostibus sic feliciter deuictis, cum iam militem haberet equestri prœlio probatum, contra Vngaros suscepit inire certamen. Dum igitur ad finem properaret tempus induciarum, conuocato omni populo, ipsis solenni oratione animos fecit ad bellum istud feliciter propulsandum, singulis dextris in cœlum eleuatis fidem atque auxilium promittentibus. 90) Post hæc, finitis induciis a. 933. legati Vngarorum Regem adierunt, tributum postulantes, cuius loco recipiunt canem villaticum auribus & cauda mutilatum, scabie sordidum. 91) Indignati igitur Vngari, repentino impetu intrant fines Thuringorum, Iechaburgum arcem 92) obsidentes, illam totam terram hostiliter peruagantes: ibique diuisis copiis, alii ad occidentem siue in Westphaliam pergebant, ab Occidente & meridie Saxoniam, sedem Henrici quærentes intrare, 93) vt hac occupata, vires ipsius eo certius acciderent. 94) Sed, Saxones pariter cum Thuringis congregati, inito cum eis certamine, cæsis ducibus, cæteros, illius exercitus occidentalis per totam illam regionem errare fecerunt. Quorum alii fame consumti, alii frigore dissoluti, alii autem cæsi vel capti, miserabiliter perierunt. 95) Qui vero in Oriente remanserant, Mersebburgum 96) vrbem oppugnantes, de casu sociorum audientes, regemque iuxta locum Riede 97) haut procul ab ipsis castra locasse videntes, timore perculsi, relictis castris, more suo,

exercitu, Regem, nomine Wrm, vicit. Sic etiam ALBERTVS STADENSIS ad a. 921. *deinde cum exercitu ingressus Daniam, Gwrm Regem primo impetu adeo perterruit, vt imperata sibi faceret, & pacem supplex deposceret.* ADAMVS BREMENSIS *lib. I. c. XLVII.* HELMOLDVS *lib. I. c. VIII.* Conueniunt autem Scriptores Danici, Henrici Aucupis temporibus vixisse apud Danos Gormonem Regem. TORMODVS TORFÆVS *in serie Regum Dan. p.* 445. & ex eo GVNDLING *Henrico Aucupe p.* 199. putat, hunc ideo Sigeberto dici Chuipiam, quia Regem Gnupam in Iutia olim imperantem deuicerit. Verum, argumentum eo minus mihi firmum esse videtur, quo plura nomina alii Scriptores ipsi concedunt. Sed potior mihi videtur ratio VITI BERINGII, qui in *Floro Danico pag.* 191. *ipsi ob morum fœditatem plura nomina concessa fuisse* dicit, addens: *qui factum, vt qui mollissime indigitarent hominem, Vermem dicerent, quod vtcunque capite quandoque & membris permulctus, cauda tamen & vltimis spiris feriret.* Quare etiam HELMOLDVS: *apud Danos eo tempore Worm regnavit, crudelissimus, & Christianis non mediocriter infestus.*

88) Plerique Scriptores dicunt, quod Danorum Regem fecerit baptizari. Ast, SAXO GRAMMATICVS *Historiæ Danicæ libro IX. exeunte*, nihil plane tradit de hoc bello cum Henrico. DITMARVS lib. I. p. 327. *in super Northmannos & Danos armis sibi obtemperantes fecit, & ab errore pristino reuocatos, cum rege eorum, Cnutone, hos Christi iugum portare edocuit.* ANNALISTA SAXO *ad a.* 926. PONTANVS vero *Historia Danica lib. V. p.* 129. ait: *quin etiam regem ipsum Gormonem pietati Christianæ, vt diximus, inimicum, victricibus iisdem armis ita conterruit, vt liberam religionis nostræ professionem deinceps intra regnum suum se admissurum pacemque æquam cum imperio culturum per legatos vltro promitteret.*

89) ADAMVS BREMENSIS I. c. XLVIII. *Sic Henricus victor apud Sliaswich, quæ nunc Heidaba dicitur, regni terminos ponens, ibi & Marchionem statuit, & Saxonum Coloniam habitare præcepit.* ANNALISTA SAXO *ad a.* 931. HELMOLDVS I. c. VIII. CHRONOGRAPHVS SAXO *ad a.* 931. *Henricus apud Sliaswick, quæ nunc Heidiba dicitur, regni terminum ponens, Marchionem ibi statuit.*

90) Hæc latius narrat WITTICHINDVS. ANNALISTA SAXO *ad a.* 933.

91) WITTICHINDVS quidem Daleminicos canem Hungaris misisse tradit, dum ait: *Post hæc legati Vngarorum adierunt regem pro solitis muneribus: sed ab eo spreti, in terram suam vacui sunt reuersi. Hæc audientes Auares, nihil morati cum graui hostilique manu festinant intrare Saxoniam. Et iter agentes per Dalamantiam ab antiquis opem petunt amicis. Illi vero scientes eos festinare ad Saxoniam, Saxonesque adpugnandum cum eis paratos, pinguissimum pro munere eis proiiciunt canem. Et cum non esset iniuriam vindicandi locus, ad aliam pugnam festinantibus, cum ridicula satis vociferatione longius prosequuntur amicos.* ANNALISTA SAXO *ad an.* 934. Ast probabilius omnino videtur, ipsum Henricum hoc fecisse. Confirmat illud CHRONICON MINDENSE apud MEIBOMIVM Tomo I. p. 558. *Henricus vero Imperator, in signum rebellionis, abiectionis & contemtus eorum, misit eius catulam abscissis auribus & cauda pro tributo.* Plenius adhuc THEOD. ENGELHVSIVS *Chronico p.* 174.

92) GOBELINVS PERSONA *æt. VI. Cosmodr. c. XLVII.* SPANGENBERGS *Sächs. Chron. c. CXXIV.* BOTHONIS *Chron. pictur. p.* 305. *vnde kemen in dat Land zo Doringh, vnde beleyden Iecheburg mit vesftich dusent, vnde mit den andern vesftich dusent togben se in Sassen wente vor den Melingen.* Haut procul ab isto loco est *das Hunenthal*, vbi veterum arma subinde adhuc effodiuntur. LEVCKFELDS *Antiquit. Halberstadienses p.* 147.

93) WITTICHINDVS *c. l.*

94) LVITPRANDVS *lib. I. c. VIII.*

95) WITTICHINDVS *c. l.* ANNALISTA SAXO *ad a.* 934.

96) VVITTICHINDVS de obsessione quidem tradit, vrbem vero haut nominat. Ast, LVITPRANDVS II. c. IX. *rex nonnulla his similia dicere cœperat, cum volipes nuntius Hungaros in Meresburgo, quod castrum in confinio Saxonum, Thuringorum, & Sclauorum esse nuntiabat: adiecerat etiam, eos non modicam paruulorum ac mulierum habere prædam; virorum vero immensam fecisse stragem. Condixerat enim, a decimo & deinceps anno neminem esse superstitem relicturos, quatenus per hoc terrorem non paruum adhiberet Saxonibus. Rex igitur, vt erat animi constans, talibus non terretur; verum magis magisque, vt pro patria pugnare, ac laudabiliter, si necesse sit, occumbere velint, exhortatur. Vinctos interea Hungari, si impugnari debeant, sciscitantur: cumque ab his non aliter posse fieri testaretur; exploratoribus directis, si hoc verum esse possit, exquiritur. Profecti denique exploratores, Henricum Regem immenso cum exercitu iuxta præfatum oppidum Meresburgum contemplantur. Denique, vix ad suos poterant repedare, aduentum exercitus nuntiaturi. Neque enim his fuerat alius, verum Rex ipse belli nuntius. Haud mora, bellum incipitur, atque ex Christianorum parte sancta mirabilisque vox Κύριε, ex eorum turpis & diabolica hui hui frequenter auditur.*

97) Sic VVITTICHINDVS, ANNALISTA SAXO *ad a.* 934. GVNDLINGIVS p. 224. coniectatur esse

ſuo, igne ſumoque ingenti agmina diffuſa collegerunt. Rex, poſtquam militum animos erexiſſet, in hoſtem tendit, qui in fugam ſtatim fuerunt verſi, paucis eorundem cæſis vel captis, caſtra vero inuaſa, & omnes captiui liberati. 98) Rex igitur victor reverſus, modis omnibus gratiarum actiones Deo reddebat, tributumque quod hoſtibus dare conſueuit, diuinis cultibus mancipauit, & largitionibus pauperum deſeruire conſtituit. Deinde pater patriæ rerum dominus, Imperatorque ab exercitu appellatus, famam potentiæ virtutisque cunctis gentibus & regibus longe lateque diffudit. 99) Hunc triumphum tam laude quam memoria dignum Henricus in curia ſua Merſeburgenſi in ſuperiori cœnaculo domus per picturam notari præcepit. 100)

§. XV. Nec tamen ſolum in factis armorum erat ſtrenuiſſimus, ſed etiam religionis amator. Inter cetera bona, fundauit in Alemannia vltra xx eccleſias, quas & abundanter dotauit pro dominabus ſecularibus, quæ Canonicæ nominantur, vtentes habitu Canonicarum regulatium S. Auguſtini, nullam tamen profitentes religionem, nubentes etiam quando velint. 1) Inter hæc potiſſimum Quedlinburgenſem Parthenonem referri debere in comperto eſt, Mathildæ vxoris ſuaſu auxilioque fundatum, virginibus religioſis Winethuſa huc translatis. 2) Exhibet etiam SCHATENIVS litteras Heriſienſibus virginibus datas, quibus ipſarum priuilegia confirmantur. 3) Templum quoque S. Maximini iuxta Auguſtam Treuirorum, vetuſtate collapſum reparauit. Templum cathedrale Merſeburgenſe dedicari præcepit & templa plura fabricauit. 4)

§. XVI. Perdomitis autem cunctis vndiquaque gentibus, poſtremo Romam proficiſci ſtatuit, ad vindicanda ſine dubio Imperii iura, ſed paralyſi correptus, iter intermiſit. 5) Bothfeldi enim, quod ad Viſurgim in terris Hanoueranis prope Elbingerodam ſitum eſt oppidum, 6) vbi venatum exercebat, languore correptus, vi ſebrium nimium laborauit. 7)

eſſe *Rötſchen*, quod Geographorum tabulæ prope Merſeburgum oſtendant. BROTVFFIVS Chronico *lib. I. c. XV.* locum ita definit. *aber der Rœmiſche Kayſer Heinricus der erſte, mit dem Zunamen der Vogler, iſt aus ſeinem Lager bey Scopaw, durch Marsburg, die Sala hinauff, auf einen Berg, welcher ietzund Keuſchberg genant, gezogen, und hat allda einen Grund mit zweyen Bergen eingenommen, in welchem Grunde das Kriegs-Volk die Sala zur Trancke gehabt. Dieſer Name Keuſchberg iſt dem Berge und Feldlager gegeben ex accidenti nemlich, das der Kæyſer in ſuis caſtris kein unzüchtig Weib zu ſeyn, leiden wolte, denn zuvor iſt derſelbig Ort des Feldlagers mit dem Dorffe darunter gelegen, Riade genannt.* Montis nomen adhuc ſupereſt vna cum pago ſubiecto, nomen autem potius ex *Kœnigsberg* eſt corruptum. In noſtra enim vicinia, in pago Leutra vinea reperitur, quæ in tabulis cenſiticis antiquis, modo der *Kœnigsberg* modo der *Keuſchberg* appellatur. Errat igitur GOBELINVS PERSONA *Coſmodr. æt. VI. c. XLVII.* qui vrbem ab Paganis obſeſſam ad quam cladem acceperint, *Iechaburg* vocat. ENGELHVSIVS *p. 178.* vocat *Gicheburg* prope Northuſam.

98) Sic VVITTICHINDVS: LVITPRANDVS c. l. *cæſis igitur fugatisque Hungaris, immenſa captiuorum turba diſſoluitur*, additque: *Deum & pugnandi audaciam Hungaris abſtuliſſe, & fugiendi etiam copiam omnino negauiſſe.* FRODOARDVS vero ad a. 933. *Hungari ſe in tres partes diuidunt, quorum pars vna Italiam petit, alia Terram Henrici trans Rhenum inuadit, contra quos præfectus Heinricus cum Baiuariis & Saxonibus, cæterisque quibusdam ſibi ſubiectis omnibus, omnes vsque ad internecionem, ſternit, quorum triginta ſex millia cæſa referuntur, præter eos, quos abſorbuit fluuius & qui viui capti ſunt.* Computat igitur ſine dubio omnes, qui in vtroque prœlio & in fuga fuerunt cæſi. CONTIN. REGINONIS ad a. 934. ſaltim dicit: *Heinricus Rex Hungaros multa cæde proſtrauit, pluresque ex eis comprehendit.* HERMANNVS CONTRACTVS ad a. 932. *Henricus Vngaros in Saxonia interfecit.* SIGEB. GEMBL. *ad a. 934.* MARIANVS SCOTVS *lib. III. Chron. æt. VI. ad a. 937.* BONFINIVS, natione Hungarus, fateri neceſſum habet, Vngaros ab Henrico grauiſſima clade affectos, & Henricum memorabili victoria potitum eſſe *Hiſt. Pann. Dec. I. lib. X. pag. 107.* Vix tamen IO. THVVROCZIO eſt credendum, qui de Hunnis ſeptem ſaltim manſiſſe reliquos contendit, quos abſciſſis naſis, auribus manibusque in patriam remiſerit Henricus *p. II. Chron. c. IX. p. 33.* Idem etiam errat, dum Henricum Hungaros apud Iſenacum, Thuringiæ ciuitatem interfeciſſe, dicit.

99) Sunt verba VVITTICHINDI *c. l.* ANNALISTA SAXO *ad a. 934.*

100) LVITPRANDVS *II. c. IX.* OTTO FRISINGENSIS *VI. c. XVIII. poſt hæc Henricus Vngaros more ſuo irrumpere volentes in Saxonia incredibili cæde ſtrauit, titulumque victoriæ in palatio Merſburgæ, quæ & Martinopolis, pingi fecit.*

1) Verba ſunt ENGELHVSII *p. 174.* qui etiam addit: *inuentæ ſunt autem pro ſuſtentatione nobilium, pro fide Chriſti ab infidelibus occiſorum, ne talium filiæ cogerentur mendicare, ſed in illis monaſteriis ſuſtentatæ, cum ad ſtatum nubilem perueniſſent, vitam eligerent, quam vellent. Poſſunt enim ibidem profiteri, & perpetue manere, vel recedendo maritari.*

2) Hoc late deſcribit AVCTOR VITAE MATHILDIS *c. II.* apud LEIBNITIVM *Tom. I. p. 196.* ANNALISTA SAXO *ad a. 936.*

3) SCHATENIVS *Ann. Paderborn. lib. III. p. 271.*

4) DITMARVS lib. I. pag. 328. *antiquum opus Romanorum muro Rex prædictus in Merſburg decorauit lapideo, & infra eandem Eccleſiam, quæ nunc mater eſt aliarum, de lapidibus conſtruit, & XIV. Cal. Iunii præcepit dedicari. Cæteras quoque vrbes ad ſalutem regni & templa domino ob remedium animæ deuota mente fabricauit.*

5) Verba ſunt WITTICHINDI *libro primo exeunte.* Cauſſam vero indicat OTTO FRISINGENSIS VI. c. XVIII. *ipſe vero poſt multa virtutis ſuæ opera, dum ad obtinendum Imperium Romam tenderet morbo correptus, XVII. regni ſui anno diem obiit.* CONT. REGIN. *ad a. 935. Henricus Rex paralyſi percutitur* ANNALISTA SAXO *ad a. 935.*

6) AVCTOR VITAE MATHILDIS *c. II. poſt hæc Rex Henricus adiit Bathfeltbum, quo ſæpiſſime exercuit venatum.* SCHATENIVS *lib. VI. Annal. Paderbornenſium p. 547.* & GVNDLING *Henrico Aucupe p. 254.* Bothfeld in Haſſiæ confiniis collocant. Rectius vero ſitum definit LEVCFELD *Annal. Halberſtadt p. 152.*

uit. 7) Sed, parumper sedato infirmitatis dolore, inde Erfordiam iter direxit, ibique cunctos regni Principes conuenire præcepit, vt se inuicem coadunarent, quem suorum filiorum regale solium possidere eligerent. Designauit 8) autem filium suum Ottonem Regem, ceteris quoque filiis prædia cum thesauris distribuens. His ita dispositis, Rex Henricus perrexit ad Memlebam, quod ad Vnstrudtum est monasterium, ipsum paucis comitantibus. Illic iterata est eius infirmitas, ipseque post aliquot dies VI. Nonas Iulii 936. fuit defunctus. Translatum est corpus eius a filiis Quedlinburgum, & sepultum in Basilica S. Petri ante altare cum planctu & lacrymis plurimarum gentium. 9)

§. XVII. Vxores duas habuit Henricus, Hatburgim, Erwini, Altstetensis Dynastæ filiam, 10) quam e cœnobio eduxit. Sigismundus vero Halberstadtiensis episcopus ambos ad synodum vocauit. Henricus vero ad Conradum Regem properans in monasterium remisit, 11) postquam ex eadem genuisset Thancmarum. 12) Alteram sibi sociauit Mathildem, Theodorici, Comitis Ringelheimensis filiam, 13) nuptiis Walhusæ in Thuringiæ

7) AVCTOR VITAE MATHILDIS *c. I.*

8) WITTICHINDVS quidem dicit: *ipsum vero Ottonem, qui maximus, & optimus fuit, fratribus, & omni Francorum imperio præfecit.* ANNALISTA SAXO ad a. 936. *Ottonem maximum natu, Francorum omni Imperio præfecit; in quo quanta sapientiæ & Religionis fuerit probari potest, quod eum, quem potissimum & religiosissimum nouerat, licet in Imperio natus non esset, Regem constituit.* Confirmat illud LVITPRANDVS II. c. VII. *quanta fuerit prudentiæ quantæque Rex Henricus scientiæ, hinc probari potest, quod optimum, & potissimum, & religiosissimum natorum suorum Regem constituit.* Ast sola erat designatio, cum aliud ius non haberet. Ipsa electio non nisi post ipsius mortem demum fuit facta.

9) WITTICHINDVS *libro primo exeunte.* DITMARVS lib. I. p. 318. *post innumera virtutum insignia idem decurso vitæ suimet stadio, sexto decimo regni, ætatis autem suæ sexagesimo anno, Sexto Non. Iulii in Miminleue moritur, & in Quedlinburg, quam ipse a fundamento construxit, sepultus, cunctis optimatibus merito defletur.* AVCTOR VITAE MATHILDIS *l. c.* LVITPRANDVS IV. c. VII. *eo in tempore Rex Henricus in castello, quod est inter Thuringorum & Saxonum confinia, & dicitur Himeleuna, grauissima valetudine correptus migrauit ad Dominum. Cuius corpus in Saxoniam deportatum, in nobilissimarum ac religiosissimarum Monasterio puellarum (quod in ipsius Regis prædio, vocabulo Quintelingabucb, situm liquet) intra Ecclesiam cum immensa est veneratione repositum. Vbi & venerabilis eius coniunx, Regnique consors, ex eadem gente, nomine Mathildis, vltra omnes quas viderim & audierim matronas, pro delictorum expiatione celebre exequiarum officium, viuamque Deo hostiam offerre non desinit.* CONTIN. REGINONIS, HERMANNVS CONTRACTVS, MARIANVS SCOTVS, FRODOARDVS *ad a. 936.* ANNALISTA SAXO *ad a. 936. Obiit igitur Heinricus anno regni sui XVII. vita autem LX.* CHRONOGRAPHVS SAXO *Conradus Vrspergensis ad a. 1136.* ADAMVS BREMENSIS *I. c. LII.* SIGEBERTVS GEMBLACENSIS & ALBERICVS male *ad a. 937.* AVCTOR CHRONICI SLAVICI apud LINDENBROGIVM *c. VII. a. 938.* LAMBERTVS SCHAFNABVRGENSIS, CHRONICON METENSE, ANNALES HILDESHEIMENSES, ALBERTVS STADENSIS *ad a. 935.* CHRON. REG. S. PANTALEONIS *p. 885.* Reperitur adhuc monumentum in templo subterraneo, quod in Templo cathedrali Quedlinburgensi reperitur, ex lapide singulari, qui ex Oriente aduectus fuisse dicitur, ast sine splendore. Vide KETTNERI *Antiquit. Quedlinburgensia p. 133.* & *Kirchen und Reformations-Historie des Stiffts Quedlinburg p. 290.* vbi etiam eius Epitaphium ex Winnigstædio occurrit, de quo tamen dubium superest, an sit genuinum.

10) DITMARVS lib. I. p. 324. *cuiusdam Matronæ famam, quæ Hathebureh dicebatur, Henricus comperiens, qualiter eam sibi sociaret, iuuenili exarsit amore; hæc erat filia Eruini Senioris; qui in Vrbe, quam antiquam Ciuitatem* (Altstedt) *nominamus, maximam tenuit partem, & quia is filium non habuit, geminis filiabus suis e medio decedens, reliquit. Ob cuius pulchritudinem, & hæreditatis diuitiarumque vtilitatem, internuncios Henricus quam propere misit, & quamuis hanc esse viduam sciret velatam, sua tamen vt satisfaceret voluntati, fide promissa, petiuit. Tunc illa, multorum precibus & consilio deuicta, comitatus, honorifice suscepta, ac charitatiue a suis, vt decuit, est habita. Nuptiis ex more peractis, sponsus cum contborali, ad Merseburg venit, omnesque conuocans vicinos,* (forsan hic etiam felicitas ludorum fuit celebrata) *quia vir fuit Illustris, tanta familiaritate adiunxit, vt quasi amicum diligerent, & vt Dominum honorarent.* Quod igitur Eruini fuerit filia, satis est certum: Verum, quis iste fuerit Erwinus, adhuc dubitatur. DITMARVS dicit, quod antiquæ ciuitatis maximam tenuerit partem, quod ipsum plerumque pro Altenburgo habent, quasi Comes fuerit Altenburgensis & Merseburgensis, prout contendit ANNALISTA SAXO ad a. 911. *Hæc erat filia Erwini Senioris, qui ciuitatis Altenburg maximam partem tenuerat, & filium non habens, geminis filiabus, magnam hæreditatem moriens reliquit, ob pulcritudinem & hæreditates amata, multorum consiliis cedit. Nuptiis peractis Heinricus cum ipsa Mersburg venit tam illustris ex familiaritate habitus, vt vniuersi partium illarum illustres vt amicum diligerent & vt Dominum honorarent.* HERM. STANGEFOL *lib. II. Ann. Circ. Westphal. p. 175.* HIER. MEGISERVS *Ann. Carinthiæ lib. VI. p. 628.* & IO. PALATIVS *Aquila Saxonica p. 13.* ipsam male pro Comite Oldenburgensi habent. Ast, si nominis rationem habeamus, sub antiqua Ciuitate potius intelligendum esse putamus Alstedtum, quod exinde vxorio iure in potestatem transiit Henrici, qui etiam ibidem diuersa dedit diplomata, quale est Herfordensibus a. 935. concessum, apud SCHATENIVM *libro Tertio exeunte.* Idem coniectatur GVNDLING *p. 29.*

11) Henricum non tam ex conscientiæ scrupulis, quod Hatteburgim monialem duxisset vxorem, sed potius Mathildis amore eandem repudiasse docet DITMARVS lib. I. p. 326. *interea Tammo, qui & Tanckmarus, notus est, & mens Regis ab amore vxoris decrescens, ob pulchritudinem & speciem cuiusdam virginis, nomine Mathildis, secreto flagrauit.* ANNALISTA SAXO *ad a. 951.* Episcopum autem hanc sibi potestatem sumsisse, testatur DITMARVS *lib. I. p. 325.*

12) DITMARVS *c. l.* Hic contra Ottonem rebellis a. 939. Merseburgi a suis occisus. REGINONIS CONT. *ad a. 939.* & pluribus sequenti dissertatione.

13) DITMARVS p. 326. *Iamiam latentis animi feruor erupit, & iniusto se hactenus multum peccasse connubio tandem professus, per affines, Legatosque suos, filiam Theodorici & Reinildæ ex Widukindi Regis tribu exortam appellat, vt sibi satisfaceret. Et* quia

gis confiniis ad Hercyniam celebratis, 14) Henricus etiam ipsi omne quod pertinet ad Walhusam, in dotalitium adsignauit, quod postea a. 929. plurimum adauxit, dum dictae Mathildae donauerit Quedlinburgum, Poledam, Northusam, Gronauiam, Duderstadtum, 15) haec vero, postquam varia monasteria fundasset, a. 968. fuit defuncta. Ex qua genuit Ottonem, Henricum Rixosum, ducem Bauariae, qui patre Rege facto, Northusae fuerat natus, 16) copulatum matrimonio Iudithae, filiae Ducis Arnoldi, foeminae egregiae formae, mirabilisque prudentiae 17) & Brunonem archiepiscopum Coloniensem, Filias quoque Gerbergam, Giselberto, Duci Lothariensi nuptam; & Hadwigem, Hugonis, Francorum Ducis coniugem. 18) Tres aliae ipsi tribuuntur filiae, inter quas Mechtildis quoque prima Abbatissa Quedlinburgensis fuisse dicitur, 19) cum tamen coaeui Scriptores de hac & reliquis plane taceant.

SECTIO

quia flexibilis est mulieris animus, & quia sciebat eum in cunctis elegantem, consensit, coniunctaque ei tum in diuinis, quam humanis, par fuit. WITTICHINDVS lib. I. p. 638. *erat namque ipsa domina regina filia Thiaderici, cuius fratres erant: Witekind, Immet Reginbern.* AVCTOR VITAE MATHILDIS cap. I. *a posteris ergo eiusdem Wittikini egregii Ducis processit stirps beatissima Mathildis cuius pater nomine Thatricus in occidentali regione Comes fuerat gloriosus, & venerabilem Reinbildam, Danorum Fresonumque germine procreatam, moribus probabilem sibimet adiunxerat coniugem:* ANNALISTA SAXO *ad a. 911.* CHRON. REG. S. PANTALEONIS *ad a. 909.* Male SIGEBERTVS GEMBLACENSIS *ad a. 937.* hunc Theodoricum vocat Regem Saxonum, quem AVCTOR VITAE MATHILDIS vocat *occidentalis regionis Comitem.* GOBELINVS PERSONA *Cosmodr. at. VI. c. XLVII. comitem de Altenburg.* HERM. HAMELMANNVS *Chron. Oldenburg. lib. I. cap. V. Comitem Ringelheimensem* facit, quod ditionis erat Oldenburgicae. WILHELMVS NANGIVS quoque ad a. 987. *Ludouicus duas tantum habuit filias. Placidiam & Matildem: quarum primogenita Placidia nupsit Conrardo filio Conrardi comitis, qui post Ludouicum iuniorem imperauit: Matildis vero data est vxor Henrico filio Othonis ducis Saxonum,* quod vtrumque est falsum, ideo confutauit NANGIVM BLONDELLVS *Gen. Franc. Adsert. plen. p. 284. sqq.*

14) AVCTOR VITAE MATHILDIS apud LEIBNITIVM p. 194. *ornamentis honeste paratis, quae congrua erant desponsationi virginis sequenti die Henricus secum duxit venerabilem virginem in partes Saxoniae. Tunc circumducebatur per ciuitates egregii Ducis Ottonis a Comite Thietmaro, & militibus ceteris: donec in Walchusen, praeparabatur conuiuium nuptiale magno honore, vti decuit illos, qui postea imperabant gentibus plurimis, ibi perfruebatur connubiis & licito foedere amorum.* ANNALISTA SAXO *ad a. 911.*

15) Prout tabulae docent, apud IOACHIMVM IO. MADERVM *Antiquit. Brunsuic. p. 102.*

16) AVCTOR VITAE MATHILDIS *p. 197.*

17) ANNALISTA SAXO *ad a. 944.* qui etiam huius & Brunonis laudes praedicat.

18) Sic enim WITICHINDVS lib. I. p. 938. *postremo, desponsata sibi (Giselberto) filia, nomine Gerberga, affinitate pariter, cum amicitia, iunxit eam sibi, sublegato omni ei Lotharii regno. Genuit quoque ei & alios filios clara & Nobilissima, ac singularis prudentia Regina, nomine Mathilda, primogenitum, Mundi amorem, nomine Oddonem secundum, Patris nomine insignitum; virum fortem & industrium, Henricum, tertium quoque, nomine Brunonem, quem Pontificis Summi, ac Ducis magni vidimus officium gerentem.* Et paullo post: *aliam quoque filiam genuit, quae nupserat Hugoni Duci.* In diplomate Folckmari nouae Corbeiae Abbatis, apud MEIBOMIVM notis ad Chron. Corbeiense Tom. I. p. 759. *pro rege gloriosissimo, videlicet Henrico, cum serena Mathilda, & regia prole Oddone, Henrico Brun, Gerbeg, Hathuwin.* In Genealogia Arnulphi apud PITHOEVM p. 221. *Hadeuuindis, Girberga, Bruno Episcopus & dux Colonea, Otto Imperator & Henricus dux fratres & sorores fuerunt.* ALBERICVS ad a. 937. *hac* (Mathilda) *habuit filios tres Ottonem, Henricum, Brunonem, & filias duas Gerbergem & Hawidem; quae facta sunt in gentem magnam.* Idem habet MONACHVS HAMERSLEBIENSIS apud LEIBNITIVM *Tom. I. p. 707.* Filiorum trium saltim facit mentionem LVITPRANDVS *lib. IV. c. VII.* AVCTOR VITAE MATHILDIS *c. II.* DITMARVS lib. I. p. 326. *Mathildis tres filios congruo pariens in tempore, Ottonem, Henricum, & Brunonem prospere educauit, doloremque partus tantae stirpis dulcedine superauit.* Adde AVCTOREM VITAE MATHILDIS *c. II.* Singulorum animi qualitates describit ANNALISTA SAXO *ad a. 945.* CHRON. REG. S. PANTALEONIS *ad a. 919. & pag. 893.*

19) Auctor de fundatione quarundam Saxoniae Ecclesiarum, apud LEIBNITIVM Tom. I. p. 261. ad 930. *idem Rex Henricus castrum Misna aedificauit & Goslar: & mineralia in monte inuenit, qui dicitur de Ramesberch. Item Qwedelingborch vrbem, & ibidem monasterium gloriosum construxit, & fecit Abbatissam primam suam filiam.* In CHRONICO vetusto Serenissimorum Ducum Brunsuicensium apud MADERVM antiquit. Brunsuic. p. 3. *construit & vrbem Quedelingeborch, in qua Congregationes Nobilium Foeminarum instituit, vbi filiam suam primam esse voluit Abbatissam.* Sequuntur hosce plures alii, quos longo numero recenset KETTNERVS, qui Antiquitatibus Quedlinburgensibus singularem inseruit dissertationem de prima Abbatissa Quedlinburgensi. Ast, cum coaeuorum nemo, huius Mathildis, Henrici Aucupis filiae faciat mentionem, facimus potius cum GVNDLINGIO, qui ideo Kettnero contradixit in dissertatione *de Henrico Aucupe p. 47. & 247.* licet alia dissertatione paullo post edita, suam defendere dissertationem conetur KETTNERVS, cui vel ipse Gundlingius vel eius adseclae responderunt noua Bibliotheca Halensi *p. 438.* Scilicet, vel ipsa Mathilda, Henrici Aucupis vxor, quae in dotalitio suo monasterium fundari fecit, prout DITMARI lib. II. ineunte testatur: *venerabilis autem regina Mechtildis, constructo, vt praedixi, in Quedlinburg monasterio, congregationeque sanctimonialium ibi collecta, fideli erga Dominum seruitio promeruit, quod virtus filii in omnibus floruit.* Idem dixerat: *lib. I. p. 328.* vel Mathilda Ottonis M. filia, in hocce Parthenone Abbatissa, ansam dedit errori.

1) In di-

SECTIO SECVNDA DE OTTONE MAGNO.

§. I. Quinta Periodus Impp. Teutonicorum ab Ottone continuatur. §. II. habitus corporis & mores Ottonis. §. III. Controuersia inter Ottonem atque Henricum fratrem de successione in Germaniæ regnum. §. IV. Coronatio Ottonis Germanica. §. V. Bellum Euerhardi contra Saxones, & pœna canis portationis exercitium. §. VI. Otto M. Arnolpho & Thancmaro ius succedendi denegat. §. VII. Bellum cum Thancmaro. §. VIII. Euerhardus Ottoni reconciliatur. §. IX. bellum cum Henrico fratre, Euerhardo & Giselberto. §. X. Henricus Ottoni se submittit. §. XI. Bellum contra Giselbertum Lotharienſem. §. XII. Victoria contra Euerhardum & Giselbertum. Lotharingia & Burgundia Ottoni subiicitur. §. XIII. Henrici fata & conspiratio contra Ottonem. §. XIV. bellum cum Ludolpho filio. §. XV. Inter bella cum exteris primum fuit Bohemicum. §. XVI. Bella Hungarica. §. XVII. Bellum Lothariense & Gallicum. §. XVIII. Bellum Danicum. §. XIX. Bellum cum Abotritis, Slauis & Redariis. §. XX. Prima expeditio Ottonis Italica a. 950. Berengarii & regni Italici subiectio Augusta facta. Adelheida vxor ducta. §. XXI. Altera expeditio contra Berengarium a. 952. per filium Ludolphum facta. §. XXII. Tertia expeditio designato Ottone II. Rege a. 961. suscepta; Otto II. a. 962. in Imp. declaratus. §. XXIII. Ioannes Papa rebellis deponitur, Leo constituitur. Berengarius capitur. §. XXIV. Imperatoria dignitas per Ottonem ad Teutonicos venit. §. XXV. Leo Papa Ottoni reddit omnes possessiones Italiæ, vbi etiam de donatione Ottonis. §. XXVI. Reliquæ expeditiones Italicæ & coronatio Ottonis II. §. XXVII. Bellum cum Græcis, & Theophania Ottoni II. Vxor ducta. §. XXVIII. gesta Ottonis ciuilia. §. XXIX. Fundatio episcopatuum & concessio regalium Brunoni archiepiscopo. §. XXX. Mors Ottonis. §. XXXI. familia Ottonis.

§. I.

Nouam nunc Germanicæ historiæ persequimur periodum generalem, quæ est sub propriis Imperatoribus, dum Henricus Auceps Regnum Germaniæ, Otto M. Imperium Romanum in suam transferret familiam. Licet enim per diuisionem inter filios Caroli M. Germania sub Ludouico Germanico proprii iuris fuerit facta, Germani etiam Arnolphum eligendo, electionis iura sibi sumserint, id quod extincta apud eosdem linea Carolingica eo magis exercuerunt, Conradum I. eligentes, ipsa tamen Historia Germanica, pro serie atque ordine Imperatorum potius erit distinguenda. Extincta igitur linea Carolingica, quæ Imperii iura habuerat, primus Otto in gentem suam intulit Imperialem dignitatem, quam Itali hucusque vsurpare fuerant conati. In hac ipsa autem periodo, secundum diuersas Impp. familias, occurrunt Saxonici, Francici, Sueuici atque intermedio magno Interregno, Habsburgici, Luxenburgici atque Austriaci, de quibus nunc sigillatim.

§. II. Henrici Aucupis filius æque ac successor erat Otto, Magnus 1) dictus, natus octiduo ante obitum aui sui Ottonis, Saxoniæ Ducis. 2) Princeps optimus, 3) pietate clarus, 4) opere omnium mortalium constantissimus: præter regiæ disciplinæ terrorem sem-

1) In diplomate, quo ipse ius mercatus in Comitatu Lisgo indulsit, apud SAGITTARIVM *antiquit. Magdeburg. §. 84. pag. 49.* in fine reperitur *signum Domini Ottonis Magni, & Inuictissimi Imperatoris Augusti.* Idem occurrit in alio diplomate de anno 966. §. 85. in alio diplomate Ecclesiæ Osnabrugensi a. 965. concesso, apud MEIBOMIVM *Tomo I. p. 750.* & in donatione Adelheidi coniugi facta *p. 752.* in donatione Magdeburgensi ecclesiæ a. 968. facta, apud SCHATENIVM *Ann. Paderborn. lib. IV. p. 311.* Sed cum videri possit, a librariis, qui diplomata in libros, qui Copiales dicuntur, digesserunt, hæc fuisse adiecta, videamus verba ipsorum diplomatum. Sic in priuilegio dato Ecclesiæ Patauinæ apud SIGONIVM *de regno Italiæ lib. VII. pag. 171.* & MEIBOMIVM *p. 747. data pridie Nonas Iulii anno Domini incarnationis DCCCCLXIV. indictione IV. anno Imperii Magni Ottonis Imperatoris Augusti III.* & in alio priuilegio, concesso Hamburgensi Ecclesiæ apud MEIBOMIVM Tom. I. p. 750. *Anno Domini Ottonis Magni Imperatoris, regni XXXI. Imperii vero IV.* Sic etiam Otto II. in diplomate, quo Coniugi Theophaniæ anno 972. dotalitium constituit, *consultu Magni & sanctissimi Genitoris Nostri Ottonis Piissimi Imperatoris Augusti* apud LEVCKFELDVM *in Addendis ad antiquitates Poldenses §. 2. p. 208.* Ex quo satis patet, ipsum iam viuum sic fuisse denominatum.

2) Docet hoc HROSVVITHA monialis, dum canit:

Scilicet ante dies octo totidem quoque noctes
Quam ducis occasus miserabilis accidit huius
Ipsius nato Regi quandoque futuro
Nascitur Henrico famosus filius Oddo
Qui fuit electus Regis pietate perennis
Primum Saxonum Rex post patrem strenuorum
Augustus Romanorum pariterque potentum,

Otto autem Dux Saxoniæ obiit 30. Nouembris a. 912 secundum CONT. REGINONIS.

3) Hæc & sequentia verba sunt WITTICHINDI, *sub finem libri secundi.* LVITPRANDVS *lib. II. cap. VII.* de Mathilde: *peperit viro suo filium, quem vocauit Ottonem Iustum, inquam, cuius mundi partes aquilonaris & occidua potentia reguntur, sapientia pacificantur religione Lætantur iustique iudicii seueritate terrentur.*

4) Ottonis pietatem passim quoque prædicat DITMARVS *libro secundo.* Maxime vero quam religiosus fuerit, idem testatur p. 337. *namque solebat in solennitatibus vniuersis ad vesperam & ad matutinam vsque ad missam cum processione Episcoporum venerabili, deindeque cæterorum ordine clericorum cum crucibus sanctorumque reliquiis ac thuribulis ad Ecclesiam vsque deduci: hicque cum magno domini timore, qui est principium sapientiæ, staret atque sederet, vsque dum finita sunt vniuersa, nil loquens nisi diuinum, ad caminatam suimet cum luminaribus multis, comitatuque magno sacerdotum, Ducum ac Comitum remeauit.*

5) Expro-

semper iucundus, dandi largus, 5) dormiendi parcus, & inter dormiendum semper aliquid loquens, amicis nihil negans, & supra hominem fidelis. Ingenium ei admodum mirandum: nam post mortem Edidis reginæ, cum antea nescierit literas, eas in tantum didicit, vt plene libros legere & intelligere nouerit. Præterea Romana lingua, Sclauonicaque loqui sciebat: sed rarum est, quod earum vti dignaretur. In venationibus creber, tabularum ludos amabat, equitatus gratiam regia grauitate interdum exercens. Accessit ad hæc & moles corporis, omnem regiam ostendens dignitatem, capite cano, sparsus capillo, oculi rutilantes, & in modum fulguris cita repercussione splendorem quendam emittentes: facies rubicunda & prolixior barba, & hæc contra morem antiquum: pectus leoninum, quibusdam sparsum iubis, venter commodus: incessus quondam citus, modo grauior: habitus patrius, vt qui nunquam sit peregrino vsus. 6) Hinc totis elogiis prædicatur, vt omnium retro Cæsarum præconia superasse, & vniuerso orbi non minus gloriæ, quam fructui natus esse dicatur. 7)

§. III. Post excessum Henrici, Germaniæ proceres conueniebant, de statu regni consilium habentes. Perplures iudicabant, Henricum iuniorem regno potiri debere, quia natus esset in aula regali, postquam pater Rex factus: alii vero desiderabant, Ottonem possidere Principatus honorem, qui licet patre Duce adhuc natus, ætate tamen esset maior, & consilio prouidentior. Cessit tandem non Saxoniæ solum Ducatus, sed etiam Germaniæ regnum communi Procerum & populorum Germaniæ consensu, Ottoni primogenito, 8) quem pater iamdum sibi destinauerat successorem, quo ipso tamen inter fratres magis conualescebat discordia.

§. IV. Germaniæ autem Proceres anno 936. magna solennitate 9) Aquisgrani diade-

5) Exprobrauit tamen filius patris tenacitatem apud EKKEHARDVM de Casibus S. Galli, sub finem: *Miramur*, ait, *cum tamen firmiter imperium teneat, quod baculus deciderit, enimuero quasi leo regna, quæ adhuc cepit, firmissime tenuit; neque mihi quamuis filio partem vel vnam dedit.*

6) Verba sunt WITTICHINDI *lib. II. Annal. p. 650.* AVCTOR VITAE MATHILDIS *c. II. Otto natu fuerat maximus, forma insignis & moribus illustris.* EKKEHARDVS *de Cas. S. Galli cap. XVI. Otto solus in medio fratribus hinc inde ad laudes in lateribus Ecclesiæ directum statutis quasi statua consistit, oculisque grandibus in fratres hinc inde versatis.* ANNALISTA SAXO *ad a. 945.*

7) Verba sunt IOANNIS METENSIS *in vita Ioannis Gorziensis pag. 752.* DITMARVS *prologo libri II. pag. 330.*

non fuerat tantus Caroli de morte patronus
nec puto simili regnum pastore potiri

Idem lib. II. p. 340. *post Carolum magnum regalem cathedram numquam tantus patriæ rector atque defensor possedit.* CHRONOGRAPHVS SAXO *ad a. 973. Otto a Papa Ioanne vocatus & descriptus est tertius post Constantinum & Carolum augustorum augustissimus.* Hinc etiam WITTICHINDO *lib. I. Annal. p. 638.* dicitur: *mundi amor & totius orbis caput.* DITMARO prologo libri II. *regni decus* & lib. II. p. 330. *Italiæ, Daciæ & Saxoniæ salus* ABBO FLORIACENSIS in ipsius honorem Carmen Panegyricum scripsit, quod apud AIMOINVM FLORIACENSEM *Vita Abbonis n. XIII.* reperitur.

8) Tacet quidem de hac controuersia WITTICHINDVS, ast AVCTOR VITAE MATHILDIS *cap. II.* hæc habet. Ipsam Mathildam Henrici partibus fauisse, auctor est DITMARVS lib. I. pag. 328. dicens: *asserunt nonnulli, eandem hoc summopere diu nisam fuisse, quod iunior filius suimet Henricus patris sedem possideret. Sed hoc dominus, electos sibi ad vnaquaque semper præordinans, noluit, nec summatum optima pars consensit, sed ratione prudenti, & ideo facile suadenti, hac mærentis Reginæ animum paulo minus a proposito declinauit, & huic Bauarios ad tuendum aptius assignari, præhabito sibi natu maiori consulitur.* HVGO FLAVINIACENSIS vero *ad a. 936.* saltim dicit: *Henrico igitur Magno Imperatore sub iisdem diebus obeunte, contentio inter filios eius de regno agitatur.* Quod autem omnium Principum consensu successor fuerit factus, testatur WITTICHINDVS *libro secundo ineunte* & CONTIN. REGINONIS ad a. 936. *Heinricus Rex VI. Nonas Iulii diem clausit extremum, cui filius suus, Otto consensu Primorum Regni successor eligitur.* ADEMARVS *Chronico*, apud LABBEVM *Tom. II. Bibl. Mstorum p. 163. tunc Baioarii & Alemanni ex gente eorum creauerunt sibi Regem Ottonem.*

9) Electionem atque coronationem Ottonis, quia multa in se continet Iuris Publici momenta, verbis WITTICHINDI, libro secundo ineunte describemus: *defuncto itaque patre patriæ & Regum optimo maximo Henrico, omnis populus Francorum atque Saxonum iam olim designatum Regem a patre filium eius Oddonem elegit sibi in Principem. Vniuersalisque Electionis notantes locum, iusserunt esse ad Aquisgrani palatii. Est autem locus ille proximus Iulo, a conditore Iulio Cæsare cognominato. Cumque illuc ventum esset, Duces ac præfectorum Principes cum cetera Principum militumque manu congregati in Sistorio Basilicæ magni Caroli cohærenti, collocarunt nouum ducem in solio ibidem constructo, manus ei dantes, ac fidem pollicentes, operamque suam contra omnes inimicos spondentes, more suo fecerunt eum Regem. Dum ea geruntur a Ducibus ac cetero magistratu, Pontifex maximus cum vniuerso sacerdotali ordine, & omni plebe infra in basilica præstolabantur processionem noui Regis. Quo procedente, Pontifex obuius læua sua dexteram tangit Regis, suaque dextera librum gestans, linea indutus stola, plantaque infulatus, progressusque in medium vsque fani substitit: & reuersus ad populum, qui circumstabat (nam erant deambulatoria infra supraque in illa basilica in rotundum facta, quo ab omni populo cerni posset.) En, inquit, adduco vobis a Deo Electum, & a Domino rerum Henrico olim designatum nunc vtro a cunctis Principibus Regem factum Oddonem: si vobis ista Electio placeat, dextris in cœlum eleuatis significate; Ad hæc omnis populus dexteras in excelsum leuans cum clamore valido imprecati sunt prospera nono Duci. Proinde procedit Pontifex cum Rege tunica stricta more Francorum induto, pone altare, super quod insignia regalia posita erant, gladius cum baltheo, chlamys cum armillis, baculus cum sceptro ac diademate. Eo quippe tempore erat summus Pontifex, nomine Hildibertus, Franco genere, monachus professione, nutritus vel doctus in Vuldo monasterio & ad id honoris merito progrediens, vt pater eiusdem loci constitueretur, deinde summi Pontificatus Mogontiacæ sedis fastigium promeruisset. Hic erat vir miræ sanctitatis, & præter naturalem animi*

diademate aureo 10) eum coronari fecerunt, omni populo adplaudente. Diuina deinde laude dicta, sacrificioque solenniter celebrato, descendebat Rex ad Palatium, & accedens ad mensam marmoream regio apparatu ornatam, resedit, cum Pontificibus & omni populo. Duces vero ministrabant. 11) Lothariorum Dux Giselbertus, ad cuius potestatem locus ille pertinebat, omnia procurabat: Eberhardus Comes Palatinus mensæ præerat, Herimannus Franco pincernis: Arnulfus Bauariæ Dux equestri ordini, & eligendis locandisque castris præerat. Sifridus vero Saxonum optimus, & a rege secundus, gener quondam regis, tunc vero affinitate coniunctus, eo tempore procurabat Saxoniam, ne qua hostium interim irruptio accidisset.

§. V. Regimen ipsius minime fuit quietum, dum sub initium statim, cum ipsis Germaniæ Principibus bella orirentur. Primum ipsi bellum a. 837. cum Eberhardo, Comite Palatino. Caussam dabant Saxones, 12) qui Imperio Regis facti gloriosi, dedignabantur aliis seruire Nationibus, quæsturasque, quas habuere, vllius alius, nisi solius Regis gratia, habere contemserunt. Vnde iratus Euerhardus, contra Bruningum, potentem per Thuringiam virum, collecta manu, succendit Ciuitatem illius, dictam Elueri, 13) interfectis omnibus eiusdem Ciuitatis habitatoribus. Qua præsumtione Rex audita, condemnauit Euerhardum centum talentis æstimatione equorum, 14) omnesque Principes militum, qui eum ad hoc facinus adiuuauerant, dedecore canum, 15) quos portabant, vsque ad Magdeburgum vrbem regiam. Ipse autem Rex, vt erat clementissimus, dum turbatores pacis merita castigatione afflixit, illico cum pietate suscepit, & vnumquemque eorum Regio munere honorans dimisit in pace. At illi nihilominus Duci suo hærebant ad omne nefas; quia ille quidem erat iocundus animo, affabilis, mediocris in rebus, largus in dando.

§. VI. Ea

animi sapientiam, literarum studiis satis clarus; qui inter cetera gratiarum dona spiritum prophetiæ accepisse predicatur. Et cum quæstio esset Pontificum in consecrando Rege, Treuirensis videlicet & Coloniæ Agrippinæ: illius, quia antiquior sedes esset, & tanquam a B. Petro apostolo fundata; istius vero, quia eius ad diœcesin pertineret locus, & ob id conuenire arbitrati sunt huius consecrationis honorem. Gessit tamen vterque eorum Hildiberti cunctis notæ almitati. Ipse autem accedens ad altare, & sumto inde gladio, cum baltheo, conuersus ad Regem: Accipe, inquit, hunc gladium, quo eiicias omnes Christi aduersarios barbaros, & malos Christianos auctoritate diuina Tibi tradita, omni potestate totius Imperii Francorum, ad firmissimam pacem omnium Christianorum. Deinde sumtis armillis ac chlamyde, induit eum: bis cornibus, inquit, humitenus dimissis, monearis, quo zelo fidei ferueas, & in pace tuenda perdurare vsque in finem debeas. Exinde sumto sceptro baculoque his signis, inquit, monitus, paterna castigatione subiectos corripias, primumque Dei ministris, viduis ac pupillis, manum misericordiæ porrigas, nunquamque de capite tuo oleum miserationis deficiat, vt in præsenti & futuro, sempiterno præmio coroneris. Perfusus itaque oleo sancto, coronatus diademate aureo ab ipsis Pontificibus, Hildeberto & Wichfrido ac omni legitima consecratione completa, ab eisdem Pontificibus ducitur ad solium, ad quod per cochleas adscendebatur & erat inter duas marmoreas miræ pulchritudinis columnas constructum, vnde ipsum omnes videre, & ab omnibus ipse videri posset. Sequitur eum ANNALISTA SAXO *ad a. 936.* DITMARVS vero libro secundo ineunte: *Omnes Reipublicæ Principes magnum reginæ* Mechtildis *mœrorem lenire cupientes, Ottonem filium eius, patris sui decreto ac petitione vno ore in regem sibi & Dominum elegerunt, eleuatis dextris conclamantes: viuat & valeat Rex victor in æternum: pariterque cum eo ad Aquisgrani proficiscuntur. Quo cum appropiarent, omnis senatus obuiam perrexit, fidem cum subiectione promisit, & ad sedem eum vsque ducens imperialem, statuit eundem in loco priorum, in regem sibi conlaudans, ac Domino tunc gratias agens. Hunc Hillibertus, Moguntiæ cura cathedræ cum licentia Wigfridi, sanctæ sedis Coloniensis Archipræsulis, in cuius diœcesi hoc fuit, & auxilio Treuirensis benedixit, anno dominicæ incarnationis DCCCCXXXVI. in ecclesia S. Mariæ semper virginis, quam cum omni diligentia magnus construxit Carolus.* AVCTOR VITAE MATHILDIS *cap. II.*

10) Falsum ex hoc esse patet, coronam esse argenteam, vid. SYNT. IVR. PVBL. *cap. VIII. §. XXVI.*

11) Exinde patent quatuor officia Ducum Germaniæ, Camerarii, Dapiferi, Pincernæ, Mareschalli, de quibus dictum fuit SYNTAGMATE IVR. PVBL. *cap. IX. §. XX.*

12) Verba sunt WITTICHINDI *lib. II. p. 644.* CONTIN. REGINONIS ad a. 937. *graues & intestinæ discordiæ inter Heinricum fratrem regis & Eberhardum ducem Francorum nascuntur, ob exortas inter Wassallos eorum inimicitias.* ANNALISTA SAXO *ad a. 937. 938.* KRANTZIVS *Saxoniæ lib. III. cap. XV.*

13) Dum Reinecciana editio legat Elmeri, MEIBOMIVS intelligendum esse putat, vel *Elmershusen* in ripa Visurgis, vel *Hiluershusam* monasterium, in eiusdem Visurgis ripa.

14) Talenta, alias libræ siue Marcæ dicuntur. Sic enim IVRE SAXONICO lib. III. art. LI. *equus cum quo quis dominum suum sequendo eidem inseruit, talento, id est, viginti solidis coæquatur. das reitpferd da der man seinem herren auff dienen soll, das gilt man mit einem pfunde*, atque hoc est æstimationis equorum. Prout autem hic viginti solidi talentum *ein pfund* constituere dicuntur, sic art. XLV. idem dicitur de Marca: *viginti solidi Marcam solent ponderare sollen XX. schilling ein margk wegen.*

15) Hæc est illa pœna militaris, dicta *κυνοφορία*, de qua OTTO FRISINGENSIS de gestis Friderici Barbarossæ lib. II. c. XXIX. *vetus consuetudo pro lege apud Francos & Sueuos inoleuit, vt si quis nobilis, ministerialis, vel colonus, coram suo iudice pro huiusmodi excessibus, reus inuentus fuerit, antequam mortis sententia puniatur, ad confusionis suæ ignominiam, nobilis canem, ministerialis sellam, rusticus aratri rotam de Comitatu in proximum Comitatum gestare cogatur. Hunc morem Imperator seruans. Palatinum istum Comitem, magnum Imperii Principem, cum decem Comitibus complicibus suis, canes per Teutonicum milliare portare coëgit.* Vid. IAC. ANDREAE CRVSII *Discursus Historicus de κυνοφορία, siue Canum portatione, pœna antiquis temporibus apud Saxones aliosque populos vsurpata,* du FRESNE Glossario voce *canem ferre.*

16) Patet

§. VI. Ea tempestate defunctus est Arnolfus, Dux Baioariorum, cum igitur Otto filiis ipsius Ducatum concedere nollet, sed ipsos in comitatum ire, siue ad curiam Imp. venire. 16) iuberet, hi rebelles facti, coacti tamen fuerunt & in exilium eiecti, concesso Ducatu fratri Arnoldi, Bertoldo. 17) Illo quoque tempore defunctus est Sifridus comes, cuius ditionem sibi vendicabat Thancmarus, frater Ottonis naturalis ex Hatteburgi genitus, manu promptus, acer ingenio, bellandi peritus: sed inter arma honesta minus pudicitia vsus. Eo quod propinquus ei esset, cum mater eius filia matertera esset Sifridi, de qua genuit rex Henricus Thancmarum. Dum vero hæc ditio regali dono Geroni Comiti cessisset, afflictus est Thancmarus tristitia magna. Rex autem transiuit in Baioariam, & rebus ibi rite compositis, reuersus est in Saxoniam. 18)

§. VII. Recruduit bellum cum Thancmaro, eo quod materna hæreditate esset priuatus. Iungebatur enim iste Eberhardo, collectaque valida manu, oppugnabat præsidium, Badiliki, hodie Bellick ad Ruram, Comitatus Marcani in Westphalia fluuium, in quo erat Henricus iunior, dataque præda vrbis suis commilitonibus, obiit, secum abducens Henricum, quasi vile quoddam mancipium. 19) Tantis igitur spoliis Thancmari milites ditati, iam ad omnia parabantur. Post hæc cepit Heresburgam vrbem, & iuncta valida multitudine, sedet in ea, multa inde exercens latrocinia. Rex igitur videns rem ad tam ingens periculum procedere, ad edomandam Thancmari insolentiam, cum multo comitatu perrexit ad Heresburg, Ciues autem vrbis illius cognoscentes de rege, apertis portis introduxerunt exercitum, qui obsederat vrbem. Thancmarus vero fugit in ecclesiam, quem milites, maxime Henrici satellites, in templum vsque prosecuti, vindicare contendentes iniuriam domini sui. Nec veriti ianuas ferro incidere, cum armis ingressi sunt sacram ædem, eundemque Maincia per fenestram secus altare interfecit, ex quo finis belli. 20)

§. VIII. Euerhardus autem audiens de nece Thancmari, & de suorum militum defectione, fractus animo, prosternitur Henrico captiuo suo, veniam petit, ac promeretur. Henricus igitur nimia regnandi cupidine illectus, eo pacto crimine soluit eum, vt coniuratione facta, diadema regni ipsi imponeret: fœdus itaque inuicem percussum. Henricus autem ad Regem reuersus, omni fide ac caritate ab eo est susceptus. Euerhardus quoque adiit regem, supplex veniam deposcit, se suaque omnia ipsius tradens arbitrio. Ne autem ingens scelus impunitum maneret, quasi in exilium in Hildesiensem vrbem a rege mittitur, sed statim iterum in gratiam est receptus & honori pristino est restitutus. 21)

§. IX. Post

16) Patet hoc ex l. 16. C. de Decurionibus *si quis decurio vel sui causa, vel Reipublica cogatur nostrum adire comitatum.* Vide etiam GVNDLINGIANA *p. III. p. 197.*

17) VVITTICHINDVS lib. II. p. 644. *ea tempestate defunctus est Arnolfus Baioariorum Dux, & filii eius in superbiam elati, regis iussu consenserunt ire in comitatum.* REGINO ad a. 938. *filii ducis Arnolphi, ambitione ducatus regi rebellarunt, quos ipse debellaturus in Bauariam ibat, sed non, vt voluit, eos pacificare valens, reuertitur.* Et paullo post: *iterumque rex in Bauariam reuertens, omnes sibi subdidit, & Eberhardum Arnolphi filium, plus aliis rebellem in exilium misit.* SIGEB. GEMBLACENSIS ad a. 939. *Otto imperator interim a Baioariis sibi resistentibus rediens, Eberardum exiliat, iterumque Baioarios aggressus omnes sibi subdit præter vnum filium Arnoldi.* ANNALISTA SAXO ad a. 938.

18) DITMARVS *lib. II. p. 331.* ANNALISTA SAXO *ad a. 938.*

19) LVITPRANDVS IV. c. IX. *Henricum in quodam oppido manentem, incautiusque se tuentem, prædictus Euerhardus collecta multitudine obsedit: ac priusquam ei frater Rex adminiculari posset, expugnauit, secumque illum & gazam non paruam in propria transportauit. Rex igitur tantum fratris, imo suum, cupiens dedecus vindicare, præfatum Euerhardum sibique conniuentes toto cœpit conamine persequi.* VVITTICHINDVS *lib. II. p. 644.* HROSVVITHA *p. 144.* ANNALISTA SAXO *ad a. 948.*

20) Hæc ita descripsit VVITTICHINDVS *lib. II. p. 645.* qui demum ita concludit: *Thancmarus autem stabat iuxta altare, depositis desuper armis cum torque aurea. Cumque ex aduerso telis vrgeretur, Thiatboldus quidam nothus Cobbonis cum conuiciis ei vulnus inflixit, ilicoque ab eo recepit, quo vita cum terribili insania in breui caruisset. Quidam autem militum Maincia vocabulo per fenestram altari contiguam lancea a tergo perfossum ibi secus aram exstinxit Thancmarum. Ipse autem fraternæ fautor discordiæ, in Biertanico postea bello vitam cum auro ab altari nequiter rapto miserabiliter perdidit. Earum rerum rex ignarus, & absens cum audisset, super temeritate militum indignatus est: sed feruente adhuc bello ciuili non potuit eos contristare. Miseratus autem fratris fortunam, suique ingenii ostendens clementiam, pro laude eius ac industria pauca locutus, Theodoricum & tres amitæ illius filios, qui Thancmaro manus iunxerant, lege Francorum damnatos strangula fecit deficere. Inde vertit militem auidum pugnæ, & præda vrbis ditatum in Laras. Illi autem, vrbis præfecto auctore, acriter resistentes, lapides lapidibus, tela telis obiicere non cessabant, aggrauatique bello super consultu ducis inducias deposcunt. Quibus concessis, ducis eis præsidium non negatur. Vnde vrbe egressi potestati se regiæ tradidere.* CONTIN. REGINONIS *ad a. 939.* ANNALISTA SAXO *ad a. 938.*

21) Sic VVITTICHINDVS *lib. II. pag. 645.* ANNALISTA SAXO *ad a. 938.* Culpam vero in Euerhardum reiicit LVITPRANDVS, dum *lib. II. c. IX.* ait: *sed cum se Regi nec sic conspicerent posse resistere, non incallido secundum hominem, sed fatuo secundum Deum accepto consilio, huius modi verbis Henricum conueniunt: si consiliis nostris te parere nobis iuramento promittis, non solum quia captus es, te dimittimus; sed, quod maius est, si tamen Rex velis fieri, nostrum te Dominum constituimus. Hoc autem non eo dicebant, vt facerent, sed vt eius auxilio Regem debellarent.*

22) REGI-

§. IX. Post hæc, a. 939. Eberhardus & Giselbertus, qui tamen Regis sororem Gerbergam habebat in matrimonio, cum Henrico aduersus regem coniurabant. 22) Videri volebant, quasi Henricum in Regnum vellent imponere, cum tamen & Euerhardus & Giselbertus ipsi regni diadema adsectarent. 23) Henricus igitur Salfeldiæ celebre parabat conuiuium, plurimis plurima donat, & plures coniurationis socios adsumit. Consultu sociorum Saxonia relicta, & vrbibus Saxoniæ, vel in Thuringorum terra præsidio firmatis, ipse cum amicis Lotharios adit. Otto autem huius rei fama perculsus, Trutmanni vrbem, dictam Tremoniam, adit, ast milites egressi vrbe, tradiderunt se regi. 24) Tunc Rex ad Rhenum mouens, eius alueum transire cœpit. Perpaucis autem e nauibus egressus, vix equos adscendere, seque armis induere poterant, dum Henricus cum omni exercitu aduentaret, Ottone cum maxima militum parte cis Rhenum adhuc hærente. Fit acre prœlium ad Biertanum Cliuiæ, 25) Ottone suis non nisi precibus subuenire valente, hi tamen victoriam obtinuerunt; hostes omnes vel cæsi sunt, vel capti, vel fugati, Henrico & Giselberto in fuga salutem quærente.

§. X. Dado autem Thuringus Ottonis victoriam præfectis vrbium Saxonicarum nuntians, & quod ipse Dux in bello cecidisset, idque effecit, vt omnes vrbes regis se traderent potestati, ita, vt duæ Henrico saltim vrbes remanerent, Merseburgum & Scheidinga. Henricus audiens vrbium suarum defectionem, cum nouem tantum armatis Merseburgum venit, quam vrbem Otto obsedit, cui cum parem se haut videret, post duos ferme menses, tradita vrbe, egressus est ad regem. Datæ sunt autem ei induciæ triginta dierum, quatenus cum militibus sibi cohærentibus secederet a Saxonia. Si cui vero illorum regem adire placuisset, locum veniæ haberet. Quieuitque Saxonia post hæc ab intestinis bellis paucis diebus. 26)

§. XI. Henricus igitur discedens a Saxonia, Lotharios iterum adiit, vbi cum Duce scilicet Giselberto, cum suis militibus aliquamdiu moratus est. Ducitur iterum exercitus a rege contra Giselbertum, & omnis regio Lothariorum illius imperio subiacens, igni traditur, obsessusque in arce, quæ dicitur Kieuermont, elapsus inde proficiscitur. Et cum obsidio difficultate locorum parum procederet, vastata vndique regione, rex in Saxoniam reuertitur. Sciens autem Giselbertum versutum & callidum nimis, Immonem ipsi opposuit, atque artibus illius melius arbitratus est pugnare, quam armis. 27)

§. XII. Eodem anno 939. Euerhardus spreta iuramenti fide, cum Giselberto iterum conspirauit, Ludouicum etiam Galliæ regem concitauit, qui sub obtentu requirendi Lothariensis regni, quod pater suus perdiderat, Alsatiam inuasit, quem tamen Otto iterum eiecit. 28) Hoc expulso, Brisacum Castellum munitissimum obsedit. Audientes hoc Euerhardus atque Giselbertus, collecto permagno exercitu, Rheni alueum ad Andernacum transeunt, quibus Vdo, 29) Hermanni Sueuorum Ducis frater, & Conradus sapiens, qui a

22) REGINO: *anno Dominica incarnationis DCCCCXXXIX. Eberhardus ab exilio remittitur, totumque regnum inimicis & rebellionibus confunditur. Eberhardus enim & Gisalbertus cum Heinrico fratre regis aduersus regem coniurant, sed quidam ecclesiastici viri nequam, & deo odibiles, cum illis factione concordant, omniaque passim pacis & concordiæ iura turbabant.*

23) LVITPRANDVS lib. II. c. X. *Euerhardus haud prius Gilibertum a Regis fidelitate seiungere valuit, donec Regem eum se facturum esse promisit. Gilibertus autem arte hac Henricum decipere voluit, vt dum suo adiutorio Regem deuinceret, ipsum deponeret, sibique Regni solium obtineret. Verum Euerhardus longe aliter disposuerat. Voluit enim Regem posse deuincere, regnoque priuare vtrosque, sibique vsurpare, quemadmodum ex verbis ipsius, quæ paulo antequam moreretur, vxori suæ dixit, coniicere possumus. Quam dum foueret in sinu, Iucundare, inquit, in gremio Comitis, breui lætatura in amplexibus Regis. Quod non ita accidisse, & iniquitatem sibi mentitam esse, tempestas indicat præsens.* ANNALISTA SAXO *ad a. 939.* Sic etiam EKKEHARDVS de Casibus Monasterii S. Galli c. V. *Henricus Saxonum & Francorum consensu eleuatur & vngitur in regnum. Sed postea Lotharingorum Kisilbertus Eburhardum castigatum, cur honorem suum alieno dedisset, Regi Saxonico rebellare secumque sentire persuasit.*

24) VVITTICHINDVS *c. l.* LVITPRANDVS *IV. c. XI.* qui late hoc narrant. ANNALISTA SAXO *ad a. 940.*

25) LVITPRANDVS c. l. *regis milites supra Rhenum ad locum vocabulo Bierzani peruenerunt, Rhenique alueum transire cœperant, ignorantes, quod Henricus cum præfatis Comitibus tanta vicinitate eis iam esset proximus. Perpaucis denique e nauibus egressis, vix equos ascendere, seque armis induere poterant, cum prænominatorum legiones non nuntiantur properantes, sed intuitu ipso cernuntur præsentes.* VVITTICHINDVS etiam *lib. II. p. 646.* hoc vocat prœlium Biertanicum. CONTIN. REGINONIS *ad a. 939.* ANNALISTA SAXO *ad a. 940.* Haut procul a Xanto fuisse, docet nos VVITTICHINDVS *p. 464.* dum ait: *qui autem erant in vlteriori ripa, sarcinas & impedimenta quæque transmittunt in locum, qui dicitur Xantum: ipsi vero parati hostes expectant.* Sic etiam EHRICH *Gulichische Chronic lib. V. c. II. Sie flohen iren geringen trost und plünder eilent nach Santen, nicht weit von Bürick am Rein gelegen.* Hoc est *Bruich*, feudum olim Cliuense, nunc Montanum, de quo HOPPIVS *Beschreibung Cleue c. XVII. p. 95.*

26) Verba sunt VVITTICHINDI *lib. II. p. 646.* ANNALISTA SAXO *ad a. 940.*

27) VVITTICHINDVS *lib. I. pag. 647.* CONTIN. REGINONIS *ad a. 939.* ANNALISTA SAXO *ad a. 941.*

28) CONTIN. REGINONIS *ad a. 939.* HERMANNVS CONTRACTVS *ad h. a. Ludouicus, Rex Galliarum, Caroli filius, Alsatiam inuasit, sed mox Ottone hoc comperto redeunte, perterritus regnum suum repetit.*

29) Sic LVITPRANDVS *lib. IV. cap. XVI.* VVITTICHINDVS vero, qui etiam libro *II. p. 648.* hoc bellum late narrat: *Ad coercendam igitur Ducum præsumtionem, missus Hermannus cum exercitu, inuenit eos super litus Rheni, magnamque partem exer-*

qui a Regis partibus stabant, occurrere non audentes, hos cum multis spoliis redeuntes pone sequuntur. Cum autem audirent ipsos, plerisque cum præda trans Rhenum missis, solos cum electis militibus capere cibum, super eos irruunt, vbi Euerhardus gladiis occiditur, Giselbertus Rheni vndis submergitur, cæterorum vero nullus aufugit, qui non aut viuus caperetur, aut gladio truncaretur. 30) Quo audito, Brisacenses regiæ se dominationi subiiciunt, & Lotharienses subiugantur. 31) Fratrem etiam proiectis armis ad se venientem, Otto solita sibi suscepit misericordia. Sic etiam hac occasione Burgundiæ Rex Conradus Regem se Regnumque suum Ottoni subiecit. 32)

§. XIII. Henricus autem, Mathildis matris ope, fratri a. 940. reconciliatus, Lothariensium adipiscitur Ducatum. Sed eodem anno expulsus ab iisdem, substituto Ottone Comite. 33) A. 941. iterum conspirat cum quibusdam Saxonibus. Exercitum enim ob crebras expeditiones nimium videns exacerbatum, ad tacitum scelus processit, vt coniunctione facta in Paschali festiuitate proxima Quedlinburgi regem occidere cogitaret, sibi vero regni diadema imponere. Ottoni autem innotuerunt hæ insidiæ, breui ante Paschatos festum tempore, qui fidelium militum vallatus manu, die ac nocte nimium hostibus intulit timorem. Post diem vero solennem secreto proditores iubet comprehendi, qui postmodum capite cædebantur. 34) Henricus autem custodiæ mancipatur Ingelheimi, e qua elapsus, supplex demum a. 942. in Comitiis Francofurtensibus tristi habitu fratri fuit factus, Bauariæ Ducatum, quem Bertholdus hucusque procurauerat, accepit. 35) Fidus postmodum fratri, a. 952. Marcam Veronensem & Aquileiensem obtinuit. In auxiliis postmodum ipsi fuit contra filium Ludolphum, qui ipsi Bauariæ abstulit Ducatum. Sed, recepto eodem, an. 955. obiit.

§. XIV.

exercitus abesse, eo quod iam Rhenum cum præda transissent. Circumfusus itaque Dux ipse Euerhardus militum armis, multis vulneribus acceptis, ac viriliter redditis, perfossus tandem telis corruit. Giselbertus autem fugiens, nauem cum pluribus ascendit, quæ onere prægrauata succumbens mergitur: ipseque Dux cum cæteris mersus nunquam est inuentus. Idem bellum describit HERMANNVS CONTRACTVS, CONTINVATOR REGINONIS *ad a. 939.*

30) ANNALISTA SAXO *ad a. 943.* DITMARVS lib. II. p. 336. *In tertio anno supra memorati regis, Henricus frater eius & Euerhardus Dux, & Giselbertus Comes Lutharingorum, cum cæteris nequitiæ suimet fautoribus cis Rhenum plurima depopulati sunt. Hoc Vdo amicus regis illico comperiens, Eberhardum occidit, Gisilbertum cum sociis in Rheno demergit. Henricum autem regis gratiam petere coegit.* EKKEHARDVS *de Cas. Mon. S. Galli* cap. V. HROSVVITHA *p. 187.* FRODOARDVS ad a. 939. *Gislebertus, Dux Lothariensium, trans Rhenum profectus, prædatum, Saxonibus se, dum reuertitur, insequentibus, in Rhenum fertur desiluisse cum equo, ibique vi enecatus undarum postea reperiri non potuit, vt fertur. Quidam tamen ferunt, quod a piscatoribus sit repertus, & humatus, atque propter spoliorum ipsius ornamenta celatus.* ANNALISTA SAXO *ad a. 942.* CHRON. REG. S. PANTALEONIS *pag. 887. 888.*

31) OTTO FRISINGENSIS VI. c. XIX. *rex vero rursum Belgicam ingreditur, totamque in deditione accepit, & exhinc Prouincia illa a Regibus Teutoniorum absque contradictione possidetur.*

32) VVITTICHINDVS lib. II. pag. 649. *Rex autem de die in diem proficiens, paterno regno nequaquam est contentus, sed abiit Burgundiam, regem cum regno in suam accepit potestatem.* FRODOARDVS *ad a. 940.*

33) CONT. REGINONIS ad a. 940. *Heinrico fratri regis Lothariensis ducatus committitur, qui mox eodem anno a Lothariensibus expellitur: cui Otto comes in eodem ducatu successit.*

34) CONTIN. REGINONIS. *Anno Dominicæ incarnationis DCCCCXLI. Heinricus frater cum quibusdam Saxonibus contra regem conspirat, quorum qui maiores videbantur, rex decollari iubebat. Fratrem vero suum Ingelnheym custodiæ mancipabat. Fridericus archiepiscopus, quia conspirationis huius particeps videbatur, publica se examinatione, perceptione corporis & sanguinis domini, coram populo in ecclesia purgauit.* VVITTICHINDVS *lib. II. p. 649. Rex vero ad communes vtilitates reipublicæ Gerenti semper iuxta erat, vnde factum est, vt nimis exacerbati, odia sua in ipsum quoque regem vertissent. Quæ causa Henricum minime latuit: & vt solet amaris dum dulce aliquid assertur, persuadebat facile huiusmodi homines sibi concordare, spem habens iterum regnandi, dum nosset exercitum regi offensum. Denique multis intercurrentibus legatis, & munusculis inuicem missis, omnes pene orientalium partium milites sibi colligauit. Quæ res ad tantum nefas processit, vt coniunctione valida facta in Paschali festiuitate, quæ erat proxima, cum ipse Henricus ad palatium isset, regem occidere cogitassent, ipsi vero regni diadema imponerent. Earum rerum dum non esset publicus proditor, semper se protegente summa diuinitate, nota sunt regi insidiæ modicum ante Pascha. Qui fidelium militum vallatus manu die ac nocte, nihilque decoris vel maiestatis regiæ coram populo ea solemnitate minuens, nimium hostibus intulit timorem. Post diem vero solemnem, consilio maxime Francorum, qui eo tempore maxime sibi astabant, Herimanni scilicet, Vdonis atque Conradi, qui dictus est Rufus, secrete proditores iubet comprehendi, vel certe occidi. Inter quos erat primus, in cæteris omnium bonarum virtutum rebus absque hac noxa fortissimus optimusque Erik: Hic cum armatos ad se properasse intellexisset, conscius causarum, equum ascendit, arma sumit, circumfususque hostium turmis memor pristinæ virtutis ac nobilitatis, legit mori, quam inimicorum damnationi subiici. Nam lancea perfossus occubuit, vir omni virtute ac industria ciuibus carus atque clarus: Cæteri autem insidiarum conscii, in alteram hebdomadam differuntur & secundum leges sceleribus suis meritas pœnas soluentes capite caduntur. Henricus autem fugiens regno cessit.* DITMARVS lib. II. p. 335. *Hunc enim Ericum nomine, cum Buccone, Herimanno, Reinwardo, Wirino, Esicio, cæterisque qui in Quidilingeburg eundem tunc in Pascha solemni occidere conabantur, decollari præcepit.* HROSVVITHA *p. 188.*

35) VVITTICHINDVS *lib. I. pag. 649. igitur cum omnia regna coram eo silerent, & potestati ipsius omnes hostes cederent, monitu & intercessione sanctæ matris eius recordatus est multis laboribus fatigati fratris, præfecitque eum regno Baioariorum, Bertholdo iam defuncto, pacem & concordiam cum eo faciens, quæ vsque in finem fideliter permansit.* AVCTOR VITAE MATHILDIS *Rex præfecit fratrem suum Henricum Ducem super Baiowariorum gentem* ANNALISTA SAXO *ad a. 942. 945.*

 36) VVIT-

§. XIV. Notum ipsi bellum ciuile fuit subortum cum Ludolpho filio suo. Hunc regem post se creauerat, 36) ipsique an. 947. Ducis Hermanni filiam, Idam nomine, dederat, post cuius mortem, Sueuiæ Ducatum cum omni possessione accepit. 37) Hic, postquam Otto alteram vxorem, Adelheidam duxisset, 38) tristis a Rege secessit in Saxoniam, Salfeldiæ aliquamdiu moratus, ibidemque regali conuiuio facto, praua cum quibusdam Regni maioribus consilia fecit. 39) Hinc a. 952. in partes trahebat Fridericum Moguntinum archiepiscopum, & Conradum Ottonis generum, Lotharingiæ Ducem, 40) qui belli primum prætextum, aduersus Bauariæ Ducem Henricum sumebant, cum quo propter regionum confinia Ludolphus litigabat, Otto etiam fratris Henrici partibus potius fauebat, 41) quibus se sociabat Arnolphus iunior, eo quod paterno ducatu esset priuatus. 42) Otto vero Moguntiam pergebat, ibidemque Ludolphum coegit, vt se parenti submitteret, ea conditione, vt sceleris auctores indicaret, & traderet, aut certe se cum Conrado publicos hostes fore. 43) Habito super ea re conuentu Fridslariensi, multos Otto exilio damnauit. 44) Ludolphus vero hostilem animum minime deponens, Moguntiam vrbem cum exercitu intrauit. Hanc cum pater a. 953. obsideret, 45) datis obsidibus, filius castra ingressus, veniam petit, sed cum socios minime indicare vellet, bellum restauratum fuit, quod in Bauariam trahens Ludolphus, vna cum Arnolpho iuniore vrbem regiam Reginoburgum cepit. 46) Arnulphus etiam, Augustensem vrbem atque Episcopatum deprædabatur. 47) Immo, Ludolphus & Conradus Vngaros concitabant, hicque eosdem, 48) ad Carbonariam syluam vsque ducebat, licet Ludolphus se Hunnis saltim pecuniam dedisse videri volebat, ne se sibique subiectos læderent. 49) Licet autem eo deuentum fuisset, vt Ottonis frater Bruno Conradum 50) Ducem in Regem vellet coronare, poenituit tamen & Fridericus Moguntinus atque Conradus, apud Cinnam Imp. se

36) WITTICHINDVS lib. III. p. 651. *Otto, facto testamento creauit Lindulfum Regem post se* CHRONOGRAPHVS & ANNALISTA SAXO ad a. 947. *Rex communi totius senatus consensu cum regni consortem constituens, sibique succedere optans.*

37) WITTICHINDVS *lib. III. ineunte.* DITMARVS *lib. II. pag.* 331. CONRADVS VRSPERGENSIS *p.* 208. Matrimonium a. 947. fuisse contractum, docet HERMANNVS CONTRACTVS ad h. a. *Luuolfus filius Regis, Idam, laudabilem feminam, duxit vxorem.* CHRONOGRAPHVS SAXO ad h. a. LVITPRANDVS *lib. V. c. I.* illam pro vnica Hermanni filia habent, quem sequitur CONRADVS VRSPERGENSIS *c. l.* CONTINVATOR REGINONIS vero ad ann. 947. dicit, Ludolfum tertiam filiam Hermanni Ducis sibi coniugio copulauisse. Sine dubio igitur vnica remansit. De huius morte CHRONOGRAPHVS SAXO *ad a.* 648. *Ida, regalis domina, contectalis Ludolfi, filii magni Ottonis, huic luci subtrahitur.* ANNALISTA SAXO *ad a.* 948.

38) Hanc rationem adsignat WITTICHINDVS, dum *lib. III. p.* 652. ait: *Cumque eum virtus præfata reginæ non lateret, simulato itinere Romam proficisci statuit. Cumque in Lombardiam ventum esset: aureis muneribus amorem reginæ super se probare temtauit. Quo fideliter experto, in coniugium sibi eam sociauit, cumque ea vrbem Papiam, quæ est sedes regia, obtinuit. Quod cum vidisset filius eius Luidulfus, tristis a Rege discessit, profectusque in Saxoniam, aliquamdiu moratus est in loco consiliis funesto, Salaueldum.* Sic etiam FRODOARDVS *ad a.* 953. *Otto filio ex moderna coniuge ferebatur regnum promittere, Liodulfo olim delegatum, cui magnates iureiurando fidelitatem promiserant.* DITMARVS *lib. II. p.* 331.

39) WITTICHINDVS *c. l.* DITMARVS *lib. II. p.* 331. CONT. REGINONIS ad a. 952. *Luidolphus dux de Italia reuertens, regio ambitu Natalem Domini in Salefelt celebrauit, vbi Fridericum archiepiscopum, omnesque qui in promptu erant regni maiores, secum detinuit. Quod conuiuium iam multis suspiciosum cœpit habere, & plus ibi destructionis quam vtilitatis ferebatur tractari.* ANNALISTA SAXO ad a. 952.

40) WITTICHINDVS *c. l.*

41) GERARDVS in Vita S. Vdalrici c. X. §. XXXVI. *patruus Liutolfi, Heinricus, frater Regis, Dux extitit Noricorum, qui inter se propter confinia regionum ex suasione malignorum hominum rixas & contentiones exercere cœperunt. Cumque eos Rex nullatenus ad concordiam & pacem reuocare potuisset, obiecit se filio, & in adiutorium fratris conuertitur.*

42) WITTICHINDVS lib. III. pag. 653. *erat autem iunior Arnolfus cum fratribus, qui tale consilium machinatus est contra Henricum eo quod paterno regno subrogaretur, ipse autem honore patrio priuatus esset.*

43) WITTICHINDVS *c. l.*

44) WITTICHINDVS *lib. III. p.* 653. ANNALISTA SAXO *ad a.* 953.

45) RVOTGERVS *vita Brunonis* §. *XIII.* WITTICHINDVS *c. l.* CONT. REGINONIS *ad a.* 953.

46) GERARDVS *vita S. Vdalrici c. X.* §. *XXXVI.* RVOTGERVS *Vita Brunonis* §. *XVI.* WITTICHINDVS *c. l.* CONTIN. REGINONIS *ad a.* 953. ANDR. BRVNNER *p. II. lib. III. p.* 119. ADLZREITER *p. I. Annal. lib. XIV. n. XIII.*

47) Verba sunt HERMANNI CONTRACTI *ad an.* 953. Adde GERARDVM *in vita Vdalrici c. X.*

48) FVLCVINVS, *Laubiensis Abbas, de miraculis S. Vrsmari Laubiensis* c. XXV. *erat in ea coniuratione princeps, ipsius Regis filius Liudulfus, - - & cum eo quasi quidam stimulus Cono, Dux paulo ante fortissimus - - Hi Hungaros antiquam pestem sollicitauerunt, vt regnum in se ipsum diuisum inuaderent. - - Hac de re sæua Hunnorum gens - - peruersis illata ciuibus, transitis Germaniæ & plerisque Galliæ prouinciis - - omnia ferro & ignibus vastatura se totam infudit.* SIGEBERTVS GEMBLACENSIS *in vita S. Guiberti* §. *XIII. Seculo VI. Benedictino p.* 308. *Gens Hungarorum tempore primi Ottonis aggressa Lotharingiam, deducta est a Duce Conrado vsque ad syluam Carbonariam, & virtute Dei apud Laubiense coenobium ostensa, prohibitaque vltra prodire, rediit impune.* Facit huc WITTICHINDVS *p.* 654. FRODOARDVS, ANNALISTA SAXO *ad a.* 954.

49) Sic enim ipse se excusat; apud WITTICHINDVM p. 655. *Conductus aduersum me* (Hunnos) *pecunia fateor obtinui, ne me mihique subiectos læderent. Si in hac parte culpabilis prædicor, sciat me omnis populus hoc non voluntarie, sed vltima necessitate coactum fecisse.*

50) ANNALISTA SAXO ad an. 954. *operæ pretium videtur hic annectere de eodem Archiepiscopo Brunone, qui quamuis sapientissimus esset, deprauatus*

se subiiciebant, 51) Ludolphus patri se adhuc opponebat, prœlio tamen ad Horsedal 52) facto, victor euadebat Otto, & Reginoburgum obsidebat, quæ tamen fame coacta se dedit. 53) Inualescente igitur discordia, dum collectis contra se inuicem exercitibus, iuxta fluuium Illaram, & villam Tussam iamque pugna conflicturi consedissent, intercurrentibus Episcopis, Vdalrico Augustensi & Hartberto Curiensi, pacificati fuerunt & confœderati. 54) Ottoni autem, cum a. 954. Salfeldiæ venationem exerceret, Ludolphus nudatis plantis prostratus, intima tactus pœnitentia, oratione flebili, patris primum, deinde omnium præsentium lacrymas extorquet. Susceptus igitur in gratiam, spondet se obtemperaturum, consensurumque omni paternæ voluntati: capta inde Reginoburgo, omnis regio Baioaria fratri fuit restituta, 55) atque Arnstadti ex integro fuit confirmata, 56) Conradus etiam atque Ludolphus Ducatus suos dimittere fuerunt coacti. Ludolphus vero, malorum deprauatus consilio, rursum restitit, patriaque cedens, in Italiam perrexit, ibique cum unum fere annum esset, VIII. Idus Septembris a. 957. præ dolore obiit. Huius corpus a sociis eiusdem Moguntiam delatum, lugubriter in Ecclesia martyris Albani fuit sepultum. 57) Defuncto etiam Friderico archiepiscopo Moguntino, vniuersalis conuentus populi celebratur, Moguntia post annum & dimidium regi traditur cum omni Francia.

§. XV. Inter bella cum exteris primum fuit, quod sub initium statim regiminis a. 936. incoatum, Bohemicum. Boleslaus enim fratrem suum Wenceslaum pietate, seu potius superstitione clarum occiderat, 58) & legatos Thancmari, iam sub Henrico violauerat. 59) Dotto mirum etiam, qui se Saxonibus subiecerat, infestabat. 60) Huius necem vlturus Otto, Aesicum misit cum legione Mersaburiorum ex latronibus collecta, valida

tus iniquorum consilio, pro bono mala Regi suo & germano restituere meditabatur. Vocauit namque ad se generum Regis, Regi tunc nimis infidelem, ad conuiuium & cum corona artificiose gemmata regnum ipsi committere, consanguinitatis & iuramenti immemor, voluit; qui cum in secundo die solemnis Pascha paratis omnibus instrumentis generum promissa foeminco expetentem desiderio voluisset coronare, diuina miserationis gratia sapiensque bene cuncta voluentis freno puduit incoepti & poenituit.

51) WITTICHINDVS lib. III. p. 654. *factum est, vt pax daretur vsque in XVII. Calend. Iul. & locus esset apud Cinnam rationis danda & responsionis reddende - - - Pontifex* (Fridericus Moguntinus) *cum Duce Chunrado cum adolescentem* (Liudulfum) *non possent inclinare, quatenus patri subderetur, eiusque sententiam secutus sustineret, discesserunt ab eo Deo regique se iungentes.*

52) WITTICHINDVS lib. III. p. 655. *Rex autem sequens filium, vrbem offendens, qua dicitur Horsedal, obsedit eam. Facta autem pugna, durius certamen circa murum nemo vnquam viderat mortalium. Multi ibi ex vtraque parte casi, plures sauciati, noctis tenebra pralium diremere. Sancius ancipiti bello postera luce ducitur exercitus, inde diutius ibi non morari visum ad grauiora tendentibus. Trium dierum iter proinde ad Reinesburg.* LAMBERTVS SCHAFN. ad an. 953. *eodem anno obsessa est Moguntia, & Rossadal castellum, factaque est in illo loco magna pugna.* Ex quo patet, locum inter Moguntiam & Ratisbonam fuisse situm. CONTIN. REGIN. *ad a.* 953. ANNALISTA SAXO ad ann. 953. 954.

53) DITMARVS *lib. II. pag.* 332. WITTICHINDVS *lib. III. p.* 655.

54) Verba sunt HERMANNI CONTRACTI *ad a.* 953. GERARDVS *Vita S. Vdalrici c. XII. §. XLI.*

55) Verba sunt WITTICHINDI *c. l.* ANNALISTA SAXO *ad a.* 954. CONTIN. REGINONIS *ad a.* 954. *ea tempestate Luidolphus in gratiam regis reuocatus, vasallos quos habuit, & ducatum patri reddidit, cui Burchardus in ducatu successit. Chunradus etiam omnium, quas habuit, diuitiarum nudus, omisso ducatu, in gratiam regis intromittitur, vita patria & predio contentus.* LVITPRANDVS *IV. c. XIX.* OTTO FRISINGENSIS VI. c. XIX. *eo tempore Letalfus filius Regis consilio quorundam noua contra patrem molitur, sed in breui a coepto desistens, paterne ab eo in gratiam recipitur.* DITMARVS *lib. II. p.* 332. qui tamen generum Ottonis Hugonem vocat. CHRON. REG. S. PANTALEONIS p. 888. 889.

56) RVOTGERVS vita Brunonis §. XXX. *praeuenit pressuram imminentem Ecclesia pax in palatio regali, quod in Arnestad habitum fuit, ex integro condita, & ex magna iam parte per Imperatoris nostri fratrumque eius sapientiam confirmata.* MARIANVS SCOTVS *ad a.* 954.

57) DITMARVS *lib. II. pag.* 333. WITTICHINDVS *p.* 659. HERMANNVS CONTRACTVS, CONTIN. REGINONIS *ad a.* 957.

58) WITTICHINDVS lib. II. p. 643. *interea Barbari ad nouas res moliendas desæuiunt, percussitque Bolizlaf fratrem suum virum Christianum, &, vt ferunt, Dei cultura religiosissimum, timensque sibi vicinum subregulum, eo quod paruisset imperiis Saxonum, indixit ei bellum. Qui misit in Saxoniam ad expostulanda sibi auxilia. Mittitur autem ei Aesic cum legione Mersaburiorum & valida manu Hassiganorum, additurque ei exercitus Thuringorum. Erat namque illa legio collecta ex latronibus.* DITMARVS lib. II. ineunte: *Bohemorum Ducem Wenceslaum, Boleslaus nefandus, fratrem Domino ac Regi perimens fidelem, restitit multo tempore audacter, & postea deuictus a rege viriliter, fratri suimet Henrico Bauariorum Duci ad seruandum traditus est.* SIGEBERTVS GEMBL. ad ann. 938. *princeps Boemia Wenceslaus a fratre suo Boizlao occiditur, ambitione Principatus seducto, in cuius vltionem Rex Otto bellum Boizlao indixit.* ANDR. PRESBYTER in Ottone M. *huius Ottonis temporibus S. Wenceslaus Dux Bohemia, inuidia fratris sui, occiditur. Propter quod ipse Otto Bohemiam quatuordecim annis impugnans totam deuastat.* ANNALISTA SAXO *ad a.* 936. CHRISTIANVS *de* SCALA *de S. Ludmilla & S. Wenceslai passione p.* 58. COSMAS PRAGENSIS *Chron. lib. I. pag.* 13. 10. DVBRAVIVS *Hist. Bohem. lib. V. p.* 34. GOLDASTVS *de Regno Bohemia lib. II. c. III. §. 9. seqq.*

59) WITTICHINDVS lib. II. p. 643. *datum erat Bohemis & antea a patre Ottonis* (Henrico) *bellum, eo quod violassent legatos Thancmari, filii sui.*

60) WITTICHINDVS c. l. *Bolizlaf timens sibi vicinum subregulum, eo quod paruisset imperiis Saxonum indixit ei bellum. Subregulus misit in Saxoniam, ad expostulanda sibi auxilia.* Hunc vero fuisse Dobromirum demonstrat BOHVSLAVS BALBINVS *lib. II. Epit. Rer. Bohem. c. l. p.* 101.

61) WIT-

valida manu Haſſiganorum & exercitu Thuringorum. 61) Hic Bohemos primum clade affecerat, ſed cum victoria vti neſciret, ab Boleslao fuit deuictus. Otto vero, ducto aduerſus Boleslaum exercitu, eundem, ad petendam pacem coegit. quæ his dabatur conditionibus, vt commiſſa piacula omnibus modis expiaret, exules Chriſtianos reuocaret, tributum remiſſum denuo exſolueret, 62) eadem conditione, ac reliqui Germaniæ Principes in nomen Cæſaris iuraret. 63) Factum id anno 950. dum per quatuordecim annos bellum eſſet tractum. 64) Bolislaus vero deuictus a Rege, viriliter fratri ſuimet Henrico Bauariorum Duci ad ſeruandum eſt traditus. 65)

§. XVI. Durante hoc bello, alterum Hungaricum fuit ſubortum. Antiqui enim hoſtes Vngari, a. 937. intrantes Franciam, ſtatuerunt ab occidentali plaga inuadere Saxoniam, Rex autem audiens, nihil moratus, cum exercitu valido occurrit illis, eosdemque fugauit. 66) Iſti inſequenti anno 938. in Saxoniam iterum irrumpunt, ad Bodam flumen caſtra locantes, ſed ad Stiedernburgum, firmiſſimum olim propugnaculum, fuerunt cæſi, vt poſt hæc Saxoniam non amplius inuaderent. 67) Inde per Auſtraſiam & Alamanniam multis ciuitatibus igne & gladio conſumptis, Wormatiæ Rheno tranſito vsque ad Oceanum, Gallias & Burgundiam vaſtant, & per Italiam redeunt. 68) Anno 944. a Bertholdo Bauariæ Duce, Carantanorum ope, magna cæde fuerunt proſtrati. 69) Bertholdi ſucceſſor, Henricus, Vngaros duabus vicibus armis ſuperauit. 70) A. 954. a Ludolpho concitati, multis oppidis igne & gladio conſumtis, Rhenum prope Wormatiam transeuntes, Gallias ad Oceanum vsque deuaſtarunt, demum per Italiam in patriam ſuam redierunt. 71) A. 955. Vngari cum immenſa multitudine in Bauariam irrumpentes in die Laurentii ad Licum fluuium, Auguſtam etiam obſedentes prope Auguſtam tanta clade fuerunt adſecti, vt poſtea in Germaniam reuerti haut auderent. 72)

§. XVII.

61) VVITTICHINDVS *c. l.*

62) VVITTICHINDVS lib. III. p. 652. *illo tempore Rex proficiſcitur in militiam contra Bolizlaum Regem Bohemorum, & quum capienda eſſet vrbs, quæ nuncupatur Nona, in qua clauſus obſidebatur Bolizlaus filius, prudenti Rex conſilio diremit proelium, ne miles in rapiendis hoſtium ſpoliis aliquod periculum incideret. Conſiderata itaque virtute Regis, ac innumera multitudine exercitus. Bolizlaſ vrbe egreſſus, maluit tantæ maieſtati ſubiici, quam vltimam perniciem pati, ſub ſignisque ſtans Regem audiens, reſponſaque reddens, veniam tandem promeruit. Inde plena victoria glorioſus factus Rex Saxoniam regreſſus eſt.* CONT. REGINONIS ad a. 950. *Bohemorum Princeps Bolizlaus Regi rebellat, quem Rex validiſſima manu adibat, ſuæque per omnia ditioni ſubiecit.* SIGEB. GEMBL. ad an. 950. *Rex Otto in Bohemiam contra Boizlaum proficiſcitur. Boizlaus vero Regi reconciliatur, eique tandem feliciter ſubiicitur.*

63) Putat GOLDASTVS de regno Bohemiæ lib. II. c. III. §. 16. *Bohemiam non ſolum iſta pactione Imperio noſtro fuiſſe incorporatam, ſed coepiſſe etiam nobile eius membrum cenſeri. Sed etiam officium ſeptemuirale Boleslaum iſtum a. 964. ab Ottone Magno accepiſſe, vt ſupremus eſſet Coquinæ Imperialis Magiſter, qui nunc archidapifer dicitur, mutatis poſtea per Ottonem III. archiofficialibus, Bohemo archipincernæ munus fuiſſe adſignatum.* Aſt, Bohemiam inter acceſſoria quidem Germaniæ eſſe reputandam, certum eſt, nunquam vero territorio Germanico acceſſit, ideoque nulli Circulo eſt adſcripta, prout adſerui SYNT. IVR. PVBL. *Cap. VI. §. XI.* Dapiferi vero officium tempore Ottonum geſſerunt Palatini, prout demonſtraui *cap. IX. §. XXVII.*

64) VVITTICHINDVS c. l. *perdurauit illud bellum vsque ad quartum decimum Regis Imperii annum.* DITMARVS *lib. II. pag. 331.* ANNALISTA SAXO *ad a. 950.*

65) Verba ſunt DITMARI *c. l.*

66) VVITTICHINDVS *lib. II. p. 644.* & lib. III. p. 663. *Ottonis anno primo, qui eſt a dominica incarnatione DCCCCXXXVII. Vngari Franciam & Alemanniam, & Galliam vsque ad Oceannum, Burgundiamque deuaſtantes, per Italiam redierunt.* DITMARVS lib. II. incunte: *Auares patri ſuimet quondam contrarii, ſed diu pacificati iterum inſurgunt, celeriterque fugati, redeunt.* HERMANNVS CONTRACTVS *ad a. 937.*

67) VVITTICHINDVS lib. II. p. 645. *dum ea interea loci geruntur, antiqui hoſtes noſtri Vngari ſubito irruunt in Saxones, & caſtris ſuper litus Bodæ fluminis collocatis, inde in omnem regionem diffunduntur. Dux autem miſſus a caſtris cum parte exercitus, toto die ad veſperam ſigna mouit circa vrbem, quæ dicitur Stiederenburg. Vrbani autem videntes hoſtes & ex itinere, & ex pluuia, quæ ingens erat, ſegniores, audacter erumpunt portis, & clamore primum territantes, demum repente in aduerſarios irruentes, plurimis ex eis cæſis, & copioſa equorum multitudine cum aliquibus ſignis capta, cæteros fugere compulere. Vrbes quas obuias habuere, illorum fugam animaduertentes, armis eos omnibus locis vrgebant, & maxima ex eis parte proſtrata, ducem ipſum in quendam luti puteum cogentes oppreſſerunt. Altera autem partis exercitus ad Aquilonem verſus, & arte cuiusdam Slaui, in locum, qui dicitur, Thrimling, deductus, difficultate locorum ac manu circumfuſus armatorum periit, timoremque nimium cæteris incuſſit. Dux autem illius exercitus cum paucis elapſus comprehenditur, ad regem deductus precio magno redimitur. His auditis, caſtra hoſtium omnia turbata, fuga ſalutem quæſiere, nec vltra per triginta annos in Saxonia apparuere.* HERMANNVS CONTRACTVS, CONTIN. REGINONIS ad a. 938. *Hungari iterum a Saxonibus multa cæde vaſtati.* SIGEBERTVS GEMBALACENSIS ad a. 939. *Hungari a Saxonibus grauiter cæduntur.* WITTICHINDVS lib. II. p. 640. *Bertholdus pugnans contra, Vngaros, victorque exiſtens, triumpho celeri factus eſt clarus.* ANNALISTA SAXO *ad a. 938.*

68) ANNALISTA SAXO *ad a. 938.*

69) CONTIN. REGINONIS ad a. 944. *Hungari a Carantanis tanta cæde mactantur, vt nunquam a noſtratibus antea taliter infirmarentur.* HERMANNVS CONTRACTVS *ad a. 943.*

70) VVITTICHINDVS c. l.

71) CONTIN. REGINONIS ad a. 954. *Hungari, ducentibus inimicis regis, in Quadrageſima, Rheno tranſito, peruadentes Galliam, inaudita mala in Eccleſia Dei fecerunt, & per Italiam redierunt.* SIGEBERTVS vero GEMBLACENSIS tempora confundit, ad a. 938. hæc referens, dicens: *Hungari per Auſtraſiam & Alemanniam multis ciuitatibus igne & gladio conſumptis, Wormatiæ regno (leg. Rheno) tranſito vsque ad Oceanum Gallias vaſtant, & per Italiam redeunt.* VVITTICHINDVS *lib. II. p. 654.* DITMARVS *lib. II. p. 332.* GERARDVS *Presbyter vita S. Vdalrici c. XVI. n. 42.*

72) CONTIN. REGINONIS ad a. 955. *Hungari*

§. XVII. Inter has turbas, Lotharienses Ottonem Regem suum deserebant, & ad Ludouicum Gallorum Regem veniebant, qui eos recipere distulit ob amicitiam, quæ inter eos, legatis ipsius Ottonis, & Arnulfo Comite mediante, fuerat depacta. 73) Lotharienses iterum veniunt ad Regem Ludouicum, & Proceres ipsius Regni, Gislebertus scilicet Dux, & Otto, Isaac, atque Theodericus Comites eidem se Regi committunt. Episcopi vero, quoniam Rex Otto eorum secum detinebat obsidatum, Ludouico Regi se committere differunt. Rex Ludouicus Viridunensem pagum petit, vbi quidam regni Lothariensis Episcopi sui efficiuntur. 74) Ludouicus ab Euerhardo & Giselberto incitatus, Alsatiam inuadebat, vnde iterum fuit repulsus. 75) Anno 940. Otto cum diuersarum gentium, quas secum abduxerat, multitudine, post Ludouicum in Burgundiam proficiscitur. Inde Rheno transito, aduersus Ludouicum venit, sed ab eorum fidelibus induciæ inter eos fuerunt determinatæ. 76) Recruduit bellum a. 946. Hugo enim Magnus, Parisiorum Comes in tantum potentiæ excreuerat, vt Ludouicum Vltramarinum, Galliæ Regem faceret captiuum, 77) ipsi etiam Ottoni irridens. 78) Hic, eiusdemque mater Gerberga, Ottonis soror, 79) auxilium petentes a rege, illud obtinuerunt. Nam valida manu rex Galliam intrauit, Rhemensem vrbem & Laudunum, aliaque Castella cumplurima, firma & munita, Ludouico reddi fecit, ipseque hostiliter, vsque Rothomagum peruenit. Hugo inde adscito secum Hugone nigro, cæterisque regni primoribus, Ludouicum Regem, qui fere per annum sub custodia detinebatur, apud Tetbaldum Comitem in regnum restituit. Dux

gari cum tam ingenti multitudine exeuntes, vt non nisi terra eos dehisceret, vel cælum eos obrueret, ab aliquo se vinci posse dicerent. Chunradus quondam dux ibi occiditur, & ab exercitu regis apud Lechum fluuium tanta cæde (Deo præstante) prostrati sunt, vt nunquam ante apud nostrates victoria talis audiretur aut fieret. DITMARVS lib. I. p. 332. *& ecce iterum Auares, id est Vngari, quasi iam perpetrati sceleris obliti, aduersum nos arma commouerunt, quos aduentare Dux Henricus Regi nuncians, inceptis eum itineribus reuocauit. Rex autem ad Augustanam vniuersos suimet familiares ad se conuocat ciuitatem, affirmans se mori malle, quam tanta plus perpeti mala. Collegit vndique secus octo tantum legiones, quas aduersus hostes dispositas consolatur, morientes ibi remunerationibus demulciens æternis, vincentes autem præsentibus delectamentis. Quarum extremitates hostis acer iuxta Lech fluuium celerem latentes circumeundo incautas opprimit, cæsis tum pluribus ac dispoliatis. Hoc rex vt comperit, Conradum ducem cum suis pone misit, qui captiuos cum omni præda ex lupi raptoris faucibus eripuit, victoriaque potitus castra reuisit. Postera die, id est, in festiuitate Christi martyris Laurentii, Rex solum se præ cæteris culpabilem Domino professus atque prostratus hoc facit lacrymis votum profusis, si Christus dignaretur sibi tanti intercessione præconis dare victoriam & vitam, quod in ciuitate Mersepurgensi Episcopatum in honore victoris ignium construere, domumque suimet magnam, nouiter inceptam, sibi ad Ecclesiam vellet ædificare. Nec mora, arrectus a terra, post missæ celebrationem, sanctamque communionem, ab egregio porrectum Othalrico confessore suo, sumsit rex clypeum lancea cum sacra milites in hostem præcedendo, resistentemque primus irrupit, ac mox terga vertentem vsque ad vesperam prostrauit ac effugauit.* ANNALISTA SAXO ad a. 955. LAMB. SCHAFN. ad a. 955. *Otto Rex Vngaros cum magno periculo sui suorumque, magna clade prostrauit, in Lechfelt, in Natali S. Laurentii: in quo bello Dux Conradus, cum aliis multis est occisus.* FRODOARDVS *ad h. a.* HROSVVITHA apud MEIBOMIVM *Tom. I. p.* 718. MARIANVS SCOTVS *ad an.* 956. SIGEBERTVS GEMBLACENSIS *ad a.* 957. OTTO FRISINGENSIS *VI. c. XX.* addit: *quod etiam incredibile dictu videtur, vsque ad internecionem, VII. tantum residuis, omnes deleti dicuntur.* CHRON. MAGD. apud MEIBOMIVM *Tom. II. p.* 272. DITMARVS *lib. II. p.* 332. Idem proelium VVITTICHINDVS *III. Ann. p.* 656. 657. late describit, tandem ita concludens: *Triumpho celebri rex factus gloriosus, ab exercitu pater patriæ Imperatorque appellatus est. Decretis proinde honoribus & dignis laudibus summæ diuinitati per singulas ecclesias, & hoc idem sanctæ matri eius per nuncios demandans, cum tripudio & summa lætitia Saxoniam victor reuersus a populo libentissime suscipitur: neque enim tanta victoria quisquam regum intra ducentos annos ante eum lætatus est. Nam ipsi bello Vngarico aberant, Sclauonico certamini reseruati.* GERHARDVS *vita Vdalrici c. XII. §. XLIII.* RVOTGERVS *Vita Brunonis §. XXX.* CHRISTOPHORVS BROVVERVS *Annal. Treuir. Tom. I. lib. IX. n. CXVII.* adducit Inscriptionem, ex antiquo Monumento Treuirensis Ecclesiæ: *IIII. Idus Augusti Magnus Otto Imperator Dei gratia Vngarios prostrauit.* Addit HEPIDANNVS ad a. 955. *multi Agarenorum comprehensi sunt, cum Rege eorum, nomine Pulski & suspensi sunt in patibulis.* Adde VVITTICHINDVM *lib. III. p.* 657. RVOTGERVM *vita Brunonis §. XXX.* AVENTINVS *V. c. I.*

73) Verba sunt FRODOARDI *ad a.* 939. *Ludouicus hic Vltraiectinus iamdum cum Henrico Aucupe foedus pactus fuisse dicitur* VVILHELMO GEMMETICENSI *lib. III. Hist. Normann. c. V.*

74) Verba sunt FRODOARDI *c. l.*

75) Vide supra §. *XII.*

76) FRODOARDVS *ad a.* 940. Idem ad ann. 942. *Lodhuwicus Rex Ottoni Regi obuiam proficiscitur, & amicabiliter se mutuo suscipientes, amicitiam suam.*

77) De quo ipse Ludouicus in Synodo Ingelheimensi conqueritur, se eiectum esse ab Hugone, & dolis appetitum ac comprehensum, per annum integrum sub custodia fuisse ab eo detentum; apud FRODOARDVM *ad a.* 948.

78) VVITTICHINDVS lib. III. ineunte: *Rex vero in Gallicam proficiscens expeditionem, coacto apud Camaracam vrbem exercitu festinat intrare regnum Caroli, vindicandi causa iniuriæ generi sui Lothowici. Quo audito, Hugo missa legatione, iurat per patris sui animam, qui iam olim periit, Deo regique proprio repugnando, quia tanta sibi esset copia armatorum, quantum hactenus Rex nunquam vidisset, addiditque contemtum vane tumideque super Saxones loquendo, quia imbelles essent, & quia facile posset vna potione telorum Saxonicorum septem absorbere. Ad quod rex famosum satis reddidit responsum, sibi vero esse tantam multitudinem pileorum stramineorum, quos ei præsentari oporteret, quantum nec ipse, nec pater suus vnquam viderit. Et reuera cum esset magnus valde exercitus, triginta scilicet duarum legionum, non est inuentus, qui stramineo non vteretur pileo.* Idem dicit ANNALISTA SAXO *ad a.* 947.

79) FRODOARDVS ad a. 939: *Ludowicus Rex* (Ludouici Vltramarini pater) *in Regnum Lotharienſe regressus,*

Dux Hugo renouans Ludouico regium honorem, ei sese cum cæteris regni committit primoribus. 80) Anno 947. Conuentus placiti Regum Ludouici & Ottonis super Charum fluuium, intrante mense Augusto, celebratur. Treugæ vel induciæ belli inter Regem Ludowicum & Hugonem Principem vsque ad Synodi tempus, Ottone Rege mediante, disponuntur. 81) Inde omnibus pene, excepto Hugone, Ruodberti filio, regni maioribus regno suo subactis, in patriam Otto regreditur. 82) Continuatum tamen hoc bellum fuit, dum a. 948. Otto Conradum Lotharienſium Ducem Ludouico mitteret in auxilium, 83) quo mediante, Hugo a. 950. ad Regem venit, & suus efficitur. 84)

§. XVIII. An. 948. in Danos arma mouit, quos antea pater eius bello compresserat, Slesuici Marchionem constituens. Hi igitur tunc rebellare moliti, apud Heidebam legatos Ottonis, cum Marchione trucidarunt, omnem Saxonum coloniam funditus extinguentes. Ad quam rem vlciscendam, Rex cum exercitu inuasit Daniam, transgressus terminos Danorum, apud Sliaswig olim positos, ferro & igne totam vastauit regionem, vsque ad mare nouissimum, quod a Danis Nordmannos dirimit, & vsque in præsentem diem a victoria Regis Ottinsunt dicitur. Cui regredienti Haroldus apud Slesuicum occurrens, bellum intulit. In quo, vtrisque viriliter certantibus, Saxones, victoria potiti, Danos ad naues cedere coëgerunt. Tandem, conditionibus ad pacem inclinatis, Haroldus Ottoni subiicitur, Regnumque ab eo suscipiens, Christianam religionem recipere spopondit. Nec mora, ipse Haroldus, cum vxore sua Gunhild, & filio paruulo, baptizatus est, quem filium Rex noster, a sacro fonte susceptum, Suen Otto vocauit. Eo tempore, Dania cismarina, quam Iutlandiam incolæ adpellant, in tres diuisa Episcopatus, Slesuicensem, Ripensem & Arhusensem, Bremensi Archiepiscopatui, est subiecta. 85)

§. XIX. Slauis Otto Geronem præfecerat Marchionem, quem dolo perimere cogitabant. Ipse dolum præoccupans, conuiuio claro delibatos, ac vino sepultos ad triginta fere principum barbarorum vna nocte exstinxit. 86) Eodem tempore Obotriti rebellauerunt, & cæso Ottonis exercitu, Ducem ipsum, nomine Haicuam extinxerunt 87) Vtrosque sæpius repressit Otto, tandem vero per principem illorum Tugumir, tradita vrbe Brennaburg, omnis eorum regio ad Viadrum vsque, facta fuit tributaria. 88) Inde Slaui Vckerani a Gerone, cum magna gloria deuicti, cum ei præsidio esset Dux Conradus a Rege missus, præda ingente ducta. Saxoniæ lætitia magna exorta. 89) His autem, durante bello Hun-

regressus, relictam Gisleberti, Gerbergam, ducit vxorem, Ottonis scilicet Regis sororem.

80) FRODOARDVS *ad a.* 946.

81) FRODOARDVS *ad a.* 947.

82) Verba sunt CONTINVATORIS REGINONIS *ad a.* 946. FRODOARDVS *ad a.* 946.

83) FRODOARDVS *ad a.* 948.

84) FRODOARDVS ad ann. 950. *itaque Rex Ludouuicus & Hugo princeps super Matermam fluuium pacem facturi cum suis deueniunt: Et residentes isti ex hac parte fluuii, illi ex altera legatos sibi inuicem mittunt, & mediantibus atque sequestris Conrado duce, Hugone nigro, Adelberone quoque ac Fulberto Episcopis, Hugo ad regem venit & suus efficitur, pacaturque cum Arnulfo comite & Ragenoldo atque Artoldo Episcopo reddens regi turrim Lauduni.* ANNALISTA SAXO *ad a.* 948.

85) Hæc verbis ADAMI BREMENSIS *lib. II. c. II.* scripsimus, quem secuti fuerunt HELMOLDVS *lib. I. c. IX.* ALBERTVS STADENSIS *ad a.* 948. CHRONOGRAPHVS SAXO *ad ann.* 952. CHRONICON SLAVICVM LINDENBROGII *c. VII.* SAXO GRAMMATICVS *Hist. Dan. lib. X. p.* 183. *verum Haraldus rebus cum Imperatore compositis, consortium Catholicæ religionis amplexus, diuinam humanamque pacem regno suo conciliauit.* Qua ratione vero in Christiana religione, miraculo Poppæ episcopi magis adhuc fuerit confirmatus, enarrat WITTICHINDVS *lib. III. pag.* 660. & DITMARVS *lib. II. pag.* 333. ANNALISTA SAXO *ad ann.* 952. LAMBECIVS *Origg. Hamburg. lib. I. p.* 10. PONTANVS *Hist. Dan. p.* 130. *Otto ignominiæ impatiens, exercitum in eos confestim duxit, ingentique clade fusis Danis, totam Iutiam, Cimbricam olim Chersonesum dictam, victor emensus ad vsque Cimbrorum promontorium, quod ad boream postremum est, peruenit. Vbique in littore consistens ac septentrionem prospectans in mare lanceam coniecisse memoratur, marique nomen dedisse, quod ex nomine ipsius hodieque Ottezunt, vt tradit Adamus Bremensis appellatur.*

86) Verba sunt WITTICHINDI *lib. II. p.* 647. vbi MEIBOMIVS notis *p.* 690. rhythmos Germanicos adducit:

Zu Lausnitz erster Fürst was ich,
Dreissig Wendisch Herren todtet ich,
Stifftet Gernrode von eigner Hab,
Do selbst man sieth noch heut mein Grab.

prout ANDREAS HOPPENRODIVS *in Annalibus Gernrodensibus pag.* 425. de eodem pluribus agit. Eadem narrat ANNALISTA SAXO *ad a.* 955. cum dicitur, Comes Dux & Marchio. Adde MIRI Orationem *de Lusatia* inter HOFMANNI *Scriptores Tom. II. pag.* 284. SAM. GROSSERI *Lausitzische Merckwurdigkeiten p. I. p.* 14. Quod vero illustris Ducis atque Marchionis titulo fuerit cohonestatus, non ad Ducatum Transalbianum spectat, prout LVDEWIG contendit, *Form. Duc. Brandenburg. §. IV.* quod singularibus Programmatibus satis exploserunt GRIBNERVS atque HECHTIVS, sed quod fuerit præcipuæ auctoritatis, & militiæ Imperiali præfectus. Adde THEOD. CRVGERI *Historiam Geronis c. II.*

87) WITTICHINDVS *c. l.*

88) ANNALISTA SAXO *ad a.* 940. WITTICHINDVS lib. II. p. 647. *fuit quidam autem Sclauus a rege Henrico relictus, qui iure gentis paternæ successione, dominus esset eorum, qui dicuntur Heueldi, dictus Tagumir. Hic pecunia multa captus, & maiori promissione persuasus, professus est se prodere regionem. Vnde quasi occulte elapsus, venit in vrbem, quæ dicitur Brennaburg, a populo agnitus, & vt dominus susceptus, in breue quæ promisit, impleuit. Nam nepotem suum, qui ex omnibus principibus gentis supererat, ad se inuitans, dolo captum interfecit, vrbemque cum regione ditioni regis tradidit. Quo facto, omnes barbaræ nationes vsque in Oderam fluuium simili modo tributis regalibus se subiugarunt.*

89) WITTICHINDVS *lib. III. p.* 655. CONRADVS BOTHO *ad a.* 934.

90) CON-

Hungarico a. 955. iterum rebellantibus, Otto ducto in eosdem exercitu, vasta illos cæde prosternit. 90) An. 959. Slauos iterum petit, eosdemque reportata insigni victoria, eo adegit, vt ipsius subiicerentur Imperio. 91) Redarii tamen, qui partem ipsorum faciebant, a Wigmanno Comite, qui ob prælatum sibi in Imperio militari Hermannum Billingum fratrem, Imp. erat offensus, commoti, per eundem Hermannum, inde per Geronem Lusatiæ Marchionem, demum per ipsum Imp. fuerunt prostrati, 92) atque ad fidem Christianam fuerunt conuersi. 93)

§. XX. Potissimum memoratu dignæ sunt expeditiones ipsius Italicæ. 94) Berengarius II. enim Berengarii primi ex filia nepos, Marchio Eporædiensis, 95) timens Hugonem

90) CONTIN. REGINONIS, ANNALES HILDESHEIMENSES, HEPIDANNVS *ad a.* 955.

91) CONTIN. REGINONIS, ANNALISTA SAXO *ad a.* 960. WITTICHINDVS *lib. III. p.* 658. DITMARVS *lib. III. p.* 333. ADAMVS BREMENSIS *lib. II. c. III. fortissimus Rex Otto vniuersos Sclauorum suo subiicit Imperio. Et quos Pater eius vno grandi bello domuerat, ipse Otto deinceps tanta Dei adiutorio potentia constrinxit, vt tributum & Christianitatem pro vita simul & patria, libentes offerrent victori; sicque baptizatus Gentilium populum vniuersus. Et Ecclesiæ tum primum in Sclauonia sunt constructæ.* Sequitur HELMOLDVS *lib. I. c. IX.* Mentionem huius victoriæ facit ipse Imperator in litteris ad Saxoniæ Proceres, Wigbertum, Wiggerum & Güntherum, de erectione Ecclesiæ Metropolitanæ apud SAGITTARIVM *de antiquitatibus Magdeburgicis §. III.*

92) Late hoc bellum descripsit WITTICHINDVS *lib. III. p. 659. sqq. & p. 660. Gero præses Slauos qui dicuntur Lusitii, potentissime vicit, & ad vltimam seruitutem coegit.* DITMARVS lib. II. p. 333. *dum hæc aguntur, ex parte Slauorum bellum ingruit horridum, hortatu Wigmanni Comitis & Ekberti, ductu autem Nacconis & Stoingnei fratris eius. Quos Herimannus Dux superare diffidens, regis petiuit auxilium. Hic vt erat impiger, militia forti aquilonales inuadit regiones, malum sæpissime, vt scriptum docet, pandentes, ibique Stoigneum luco absconditum fugientibusque sociis captum, decollari præcepit, confratres autem, tanti sceleris autores, Wigmannum & Ekbertum fugauit.* ANNALISTA SAXO *ad a.* 958. 960.

93) CRONOGRAPHVS SAXO ad an. 960. *Sclauonia in duodeuiginti pagos dispertita, ad Christianam fidem fertur, omnes fuisse conuersos exceptis tribus.* ADAMVS BREMENSIS *lib. II. c. III.* HELMOLDVS *lib. I. c. IX.*

94) WITTICHINDVS *lib. III. p.* 652. Integrum vero Italiæ statum, quis fuerit illa ætate, in compendio complectitur LEO OSTIENSIS in Chronico Cassinensi libro I. Cap. finali. *hoc loco, qualiter Regnum Italiæ a Francis ad Teutonicos sit translatum, non videtur otiosum compendiose perstringere. Post mortem Ludowici filii Lotharii, de quo superius plura iam diximus, qui videlicet cum fratribus, Lothario & Carlitto Francorum Regno partito: Italiam felici sorte per tempus aliquod retinuerat. Inuasit regnum Italiæ Berengarius Foroiuliensis, filius Eberardi Marchionis: sed mox in ipsis suis primordiis, a Guidone filio Guidonis Comitis, duobus præliis superatus, Veronam tandem aufugit. Tum temporis defuncto supradicto Agapito Papa secundo, Ioannes vndecimus natione Romanus Alberici Romanorum Consulis filius, illi in Pontificatum succedit. Guido autem cum per annos circiter sex Regnum obtinuisset, vomitu cruoris extinctus, tradidit illud filio suo Lamberto. Quo etiam similiter post sex annos defuncto. Ludowicus filius Bosonis Regis Prouinciæ regnauit per annos tres. Contra quem rursus filius Regis Burgundiæ Rodulfus nomine Italiam venit. Posthæc supradictus Iohannes Papa vndecimus, iunctus cum Magnatibus Italiæ: depulit ex ea Rodulfum, & mittens, inuitauit Hugonem Aquitaniæ Ducem, qui hinc & prudentia maxima, & virtute multa pollebat. Qui Rex protinus ordinatus, ita tum filio Lothario strenue satis, ac viriliter Italiæ Regnum per aliquot annos obtinuit. Cum hoc Vgone venit Italiam Azzo Comes auunculus Berardi illius, qui cognominatus est Franciscus, propinquus eiusdem Regis, a quo videlicet Marsorum Comites procreati sunt. Non multo post præfatus Hugo, coronato filio, & nobilissima illi coniuge Adelaide, ex proceribus Tusciæ coniuncta, cum ab eodem, vtpote senex, aliquas iam cœpisset molestias, atque ingratitudines pati, relicto ei Regno, ipse in Burgundiam cum omni thesauro suo, & vniuersis diuitiis, recessit, ibique Monasterium de propriis sumptibus ditissimum construens, quod sanctus Petrus de Arle nuncupatur: in eodem Monachus est effectus. Lotharius deinde post IV. ferme annos in subitam frenesin incidens, vltimam diem expleuit: & ita ipse Francorum Regibus deinceps in Italia regnandi terminum dedit: Quo defuncto, vxor eius Adelais ad Attonem propinquum suum in Canussam, arcem valde munitissimam, confugit. Cum interea prædictus Berengarius cum filio Alberto strenuissimo valde viro, rursus Regnum inuadere cupiens, ac per hoc prædictam Reginam capere modis omnibus satagens, per triennium ferme, præfatam arcem obsedit. Atto interim cum Regina consilio habito, nuntium ad Ottonem Saxoniæ Ducem, Vngarorum tunc victoria gloriosum, transmittunt. Qui ei omnia, quæ circa illam gerebantur referret, cumque oraret, quatinus ad Italiam confestim transire, eosque de Berengarii obsidione liberare, Reginamque ipsam in coniugio simul cum regno deberet recipere. Iam fere prædicta Arx ad deditionem hostium cogebatur, cum ecce dispositione Dei, transmissus & a Regina nuncius subito rediit & quoniam propter diligentissimam obsidionem nullus illi in arcem dabatur ingressus, litteras, & anulum quem a Duce detulerat, callide satis sagittæ inseruit, & arrepto arcu, nemine id suspicante, in Arcem illam traiecit. Tenor itaque literarum huiusmodi erat, quod idem Dux cum exercitu iam transitis Alpibus Veronam venisset, eiusque filius Litulfus Mediolanum se præcessisset: in proximo illis venturo auxilio viriliter agerent: se tum de coniugio, quam de aliis Regni vtilitatibus, pro illorum voto, auxiliante Deo, facturum. Euestigio igitur Duce veniente, & fugato Berengario, atque Alberto, soluta obsidio est, captis duabus eius filiabus atque in Teutonicam terram transmissis exilio, moxque Adhelaidis coniugium Otto sortitus, Teutonicis Regibus ex tunc, & deinceps in Italia regnandi initium extitit.* Adstipulatur WITTICHINDVS *lib. II. p.* 652. DITMARVS *lib. II. p.* 331. HROSVVITHA apud MEIBOMIVM *Tom. I. p.* 719. CONTIN. REGINONIS, FRODOARDVS *ad a.* 950. SIGEBERTVS GEMBLACENSIS *ad a.* 954. LAMB. SCHAFN. *ad a.* 951. ODILO CLVNIACENSIS *de vita Adelheidæ c. II. & III.* AVCTOR VITÆ MATHILDIS, *c. II. apud* LEIBNITIVM *Tom. I. p.* 690.

95) LVITPRANDVS lib. V. c. II. *Berengarius atque Anscarius in Italia fratres clarebant, vno quidem patre; Adelberto scilicet, Eporegiæ ciuitatis Marchione, sed non vna matre progeniti. Berengarium namque Gilla Berengarii Regis filia, Anscarium autem Ermegarda, Adelberti Tusciæ prouinciæ Marchionis peperit.* Adde LVITPRANDVM *lib. II. c. II.*

 96) AN-

nem Regem Italiæ, persequentem se, & oculis priuare volentem, eo quod regnum contra eum affectaret, ad Hermannum Alamanniæ Ducem, & per eum ad Ottonem fugit. 96) Ex Sueuia vero in Italiam reuersus, coeperunt omnes Italiæ Magnates 97) Hugonem deserere, & ipsi adhærere. Rex Hugo, relicto filio Lothario, & simulata pace Berengarii fidei tradito, in Prouinciam omni cum pecunia properauit. 98) Defuncto Hugone, ipsius filius Lotharius, quem Regni iam fecerat consortem, Italiæ regnum quidem tenebat, sed solo nomine, dum Berengarius potius Principatum teneret. 99) Postquam Lotharius veneno, vt videtur, a Berengario fuisset enecatus, 100) Berengarius Italiæ Regnum inuadebat. 1) Reliquerat Lotharius viduam Adelheidam, Rudolphi Burgundionum Regis, qui etiam in Italia regnauerat, & Berthæ, Burcardi, Alemanniæ Ducis filiam, ex qua vnicam filiam reliquerat Emmam. 2) Vt vero in Regnum Italiæ ius potius adquireret, Adelheidam istam filio suo Adelberto matrimonio iungere cogitabat, dum vero abnueret, innocens capta fuit, diuersis angustata cruciatibus, capillis cæsariei distractis, frequenter pugnis exagitata & calcibus, vna tantum comite famula, tandem in arce Garda terris inclusa carceribus. 3) Cum diutius mansisset inclusa, Martini Cappellani sui tandem solertia, de carcere euasit, 4) ad Canossam Apuliæ arcem se contulit, vbi suasu Adalardi Rhegiensis Episcopi ab Azzone Marchione benigne fuit excepta. 5) Dum igitur Berengarius ipsam per trimestre spatium obsideret, 6) Azzo cum Regina habito consilio, nuntium ad Ottonem Regem transmittunt, qui eum orarent, quatenus ad Italiam confestim transire, eosdemque de Berengarii obsidione liberare, Reginamque ipsam, in coniugium simul cum regno deberet recipere. 7) Otto a. 951. in Italiam veniens, Adelheidam liberat, & fugiente ab vrbe Papia Berengario, Papiam ingreditur, Adelheidamque ducit vxorem. 8) Otto Rex legationem pro sui susceptione Romam dirigit, qua non obtenta, cum vxore in sua

96) ANNALISTA SAXO *ad an.* 940. LVITPRANDVS *lib. V. c. IV.*

97) LVITPRANDVS *lib. V. c. XII.*

98) LVITPRANDVS lib. V. c. XIV. *Rex Hugo cum diuinam animaduersionem declinare, ac Berengario praeesse non posset, relicto Lothario, & simulata pace Berengario fidei tradito, in Prouinciam omni cum pecunia properauit.* LEO OSTIENSIS *Chron. Casin. lib. I. c. LXI. Hugo in Burgundiam cum omni thesauro suo & vniuersis diuitiis recessit, ibique monasterium de propriis sumptibus ditissimum construens, quod sanctus Petrus de Arle nuncupatur, in eodem monachus est effectus.*

99) LVITPRANDVS *lib. V. c. XIV. lib. VI. c. I.*

100) LEO OSTIENSIS quidem lib. I. c. LXI. *Lotharius in subitam frenesim incidens, vltimam diem expleuit.* Verum, FRODOARDVS ad a. 950. *Berengarius quidam princeps Italiæ, veneno, vt fertur, necato Lothario Rege Hugonis filio, Rex efficitur Italiæ.* HERMANNVS CONTRACTVS equidem hanc mortem ad an. 949. refert. Verum, ANTONIVS PAGI *Crit. Ann. Baronii ad a. 950. n. I.* ex fragmento Monachi Cœnobii Noualiciensis, hunc annum emortualem demonstrat.

1) HERMANNVS CONTRACTVS *ad a.* 949. ANNALISTA SAXO ad a. 929. *Hugo Arelatensium Comes ab Italiensibus, repudiato Rodolfo Rege, vocatus Regnum accepit, in quo Lotharium genuit ex vxore Alda de Ostrofrancorum Stirpe; sed ambobus postea pulsis iunior Berengarius regnauit.*

2) ODILO CLVNIACENSIS Vita Adelheidis c. I. *Adelheidis adepta regale matrimonium, iuncta scilicet Regi Lothario, Hugonis ditissimi Regis Italici filio, ex cuius contubernio filiam habuit, ex qua Lotharius Rex Francorum Ludouicum Regem genuit.* ANNALISTA SAXO *ad ann.* 949. Hanc filiam, Emmam fuisse dictam, patet ex FRODOARDI *Chronico ad a.* 966 *Lotharius Rex* (Francorum) *vxorem accepit Emmam, filiam Regis quondam Italici.* Adde AVCTOREM ANONYMVM *Vitæ Mathildis c. V.* Male igitur DITMARVS *lib. II. p.* 331. Adelheidis maritum Ludouicum vocat, scribens: *Interea Beringerus Ludowici inuasor regni, Adelheidam eiusdem viduam deprædatus est.*

3) ODILO CLVNIACENSIS *Vita S. Adelheidis c. II.* ANNALISTA SAXO *ad a.* 949. *Idem Berengarius veritus virtutem singularem prudentiæ Reginæ Adeleidis a Lothario Hugonis filio relictæ. XII. Kal. Maii, captam Cumis deprædauit, & in Custodia medice lachrymabiliter afflixit, quo tanti decus splendoris, aut extingueret, aut certe obscuraret.* HROSVVITHA *de Laud. Ottonis p.* 193. DITMARVS *lib. II. pag.* 331. AVCTOR VITÆ MATHILDIS *c. I.* HERMANNVS CONTRACTVS *ad an.* 949. CONTIN. REGINONIS *ad an.* 951. SIGONIVS *de R. Italiæ lib. VI. pag.* 162. Locum custodiæ designat DONNIZO *in Vita Mathildis p.* 634. - - *super arcem denique Gardam misit eam, famulam sibi tantum præbuit vnam,* ANNALISTA SAXO *ad a.* 950.

4) AVCTOR VITÆ MATHILDIS c. l. *Regina cum diu mansisset inclusa, Capellani sui tandem solertia de carcere euasit. Hic enim, Martinus nomine, vir fidelis & sagax murum turris confregit occulte.* DONNIZO *Vita Mathildis p.* 634.

5) AVCTOR VITÆ MATHILDIS c. l. *Atto equo velociter conscenso, cum Capellano & famulis ad Reginam perrexit, quam in sylua reponens cum ancilla ad Canossam eam perduxit.* Adde DONNIZONEM *p.* 635. 636.

6) LEO OSTIENSIS Chron. Casin. lib. I. c. LXI. *Adelais ad Attonem, propinquum suum, in Canussam arcem valde munitissimam confugit. Cum interea prædictus Berengarius cum filio Alberto, strenuissimo valde viro rursus regnum inuadere cupiens, ac per hoc prædictam, Reginam capere modis omnibus satagens, per triennium fere præfatam arcem obsedit.* Verum, ANT. PAGI *Crit. Annal. Baronii Tom. III. ad a.* 951. *n.* 2. satis demonstrauit, trimestre spatium esse intelligendum.

7) LEO OSTIENSIS *c. l.* HERMANNVS CONTRACTVS *ad a.* 949. 950. CONTIN. REGINONIS ad a. 951. Diem captiuitatis & liberationis discimus ex antiqua Inscriptione quam exhibet BROVVERVS *Annal. Treuir. Tom. I. lib. IX. n. CIX. p.* 459.

XII. Kal. Maii
Capta est Adelheidis
Imperatrix Cumis a
Berengario Rege XIII.
Kalend. Septembris
liberauit Dominus Adel
heidam Reginam a vinculis.

Hanc vero inscriptionem de captiuitate & liberatione Adelheidæ esse intelligendam, vberius demonstrauit ANT. PAGI *Crit. Annal. Baronii ad a.* 950. *n. III. ad a.* 951. *n. II.*

8) FRODOARDVS *ad a.* 951. DITMARVS *c. l.* ANNA-

sua regreditur, dimissis ad Papiæ custodiam quibusdam ex suis. 9) Quo facto, demandata Italiæ cura Conrado, Lothariensium Duci, in Germaniam reuertitur. 10) Hic Berengario persuadebat, vt Regi se subiiceret. Quod etiam Magdeburgi fecit. Berengarius vero ductus in vrbem, iussus est in hospitio sibi præparato manere. Neque enim faciem Regis intra tres dies videre promeruit. Tandem in gratiam Regis atque Reginæ susceptus, deditionis sponsionem dat, foederis spontanei diem apud vrbem Augustam designans. Ottonem Berengarius cum Duce Conrado subsequitur, Regisque gratiam a. 952. in vrbe Augustana sua filiique deditione promeruit, simulque Reginæ iram supplici venia placauit, Italiamque iterum tanquam vasallus a Rege recepit regendam. 11) Ex quo prima Regum Germaniæ Iura in Italiam.

§. XXI. Vix autem in Italiam reuersus erat Berengarius, cum omnia iterum eodem anno 952. turbaret, Episcopos & Comites, cæterosque Italiæ Principes nimium vexaret, omnesque sibi redderet inimicissimos. 12) Misit igitur Otto a. 956. filium suum Ludolphum cum selecta militum manu in Italiam, qui expulso Berengario vniuersam iterum Italiam subegit, 13) licet in hac expeditione siue veneno enecatus, siue lancea vitam finiret. 14)

§. XXII. Nouas tamen turbas mouente Berengario, eiusdemque filio Adelberto, Walpertus, Mediolanensis Archiepiscopus, aliique Ottonem ad Regnum Italiæ capessendum inuitabant. 15) Ioannes XII. Papa etiam a. 960. Ioannem, Cardinalem Diaconum & Azo-

ANNALISTA SAXO *ad a. 951. igitur inuictissimus Rex Otto ad Adelheidam Reginam Deo amabilem, vultu decoram, consilio prouidam, morum omni honestate valde praeclaram, & regali Auorum Attauorumque prosapia ortam, coniuge illustrissimo Rege, scilicet Lothario iam tunc viduatam, connubiali sibimet sociandam acquisiuit, Deoque sibi assistente totius Italiæ possessor efficitur, & Mediolanenses subiugans, monetam eis innouauit, qui nummi vsque hodie Ottelini dicuntur.*

9) Verba sunt FRODOARDI *ad a. 952.*

10) CONTIN. REGINONIS *ad a. 952.*

11) WITTICHINDVS lib. III. p. 652. *Interea rex regem alloquitur, in gratiamque regis ac reginæ susceptus, deditionis sponsionem dat fœderis spontanei diem apud vrbem Augustam designans. Vbi cum Conuentus fieret, Berengarius manus filii sui Adelberti suis manibus implicans, licet olim Hugonem fugiens regi subderetur, tunc tamen renouata fide coram omni exercitu famulatui regis se cum filio subiugauit.* ANNALISTA SAXO *ad a. 952.* Plenius OTTO FRISINGENSIS VI. c. XIX. *Verum Otto post multos triumphos Italiam quoque, quæ per plures iam annos Francis, seu Germanis alienata fuerant, regno adiicere parat: Hæc eo tempore a Berengario tyranno multipliciter premebatur, a quo etiam Adelheida Lotharii Imperatoris antecessoris sui vidua, in captiuitate tenebatur. Rex ergo Italiam ingressus, Reginam a captiuitate liberatam vxorem accepit repulsoque Berengario, natale Domini Papiæ celebrauit, & sic verno tempore in patriam rediens; Conradum Ducem ad persequendum Berengarium ibidem reliquit. Huius consilio Berengarius in Saxoniam ad Regem venit, gratiam eius tam Ducis, quam Letolfi Regis filii impetraturus auxilio. Sed cum per triduum conspectui Regis non admitteretur, intercessione tandem præfati Ducis, ac Regiæ prolis obtinuit, quod ei in Vrbe Rhetiæ Augustæ dies præfigatur. Ibi ex omnibus regni visceribus, multis in vnum adunatis, Berengarius humiliter veniens, cum filio suo Alberto Regi se dedidit, ab eoque regnum Italiæ, excepta Marchia Veronensium & Aquileiensium suscepit.* HROSWITHA *p. 723. 724.* FRODOARDVS, CONTIN. REGINONIS *ad a. 952. hoc anno, mediante Augusto mense, conuentus Francorum, Saxonum, Bauarorum, Alemannorum & Longobardorum publicus, apud Augustanam vrbem Rhetiæ prouinciæ agitur, vbi præscriptus Berengarius consilio suo Adalberto regi se per omnia in vasallitium dedit dominationi, & Italiam iterum cum gratia & dono Regis accepit regendam.* Addit tamen: *Berengarius nihil de his, quæ voluit, obtinuit, sed vix vita & patria indulta, in Italiam rediit.* HVGO FLAVINIACENSIS *ad a. 952.* DITMARVS *lib. II. p. 332.* AVCTOR VITAE MATHILDIS *c. IV.* MAR. SCOTVS male *ad a. 950.* HERMANNVS CONTRACTVS, ALBERTVS STADENSIS *ad a. 951.* SIGEB. GEMBLACENSIS, ALBERICVS *ad a. 955.* SCHVRTZFLEISCH *de Iure Augusti in Italiam §. 5.* CONRING *de Germanorum Imperio Romano c. IX. §. 19.*

12) CONTIN. REGINONIS ad a. 952. *Berengarius in Italiam reuertens, omnia hæc in Episcopos & Comites, cæterosque Italiæ Principes retorsit, omnes eos odiis & inimicitiis insequens, inimicissimos sibi fecit.* OTTO FRISINGENSIS VI. c. XIX. *reuersus in Italiam Berengarius, multa sicut & antea Principibus terræ mala faciens, in se odia omnium excitauit.* Idem dicit HROSWITHA *p. 724.* AVCTOR VITAE MATHILDIS *cap. III.* dicit: *tandem licet cum magna suorum cæde, Atto cum suis victor existit, & fugatum Adalbertum Regno priuauit. Qui regni amissi confusionem non sustinens, pertransiuit Oceanum, seu mare Adriaticum, amplius minime reuersurus. Ab eo quoque Longobardi, nullum sibi Regem vlterius statuerunt. Hæc autem acta sunt anno octingentesimo quintodecimo incarnati Verbi Dei.* Quæ vltima tamen verba librariorum vitio corrupta esse facile patebit.

13) ANNALISTA SAXO ad a. 956. *eodem anno Liudolfus in Italiam ad comprimendam Berengarii tirannidem eligitur, & in breui expulso Berengario, totius Italiæ possessor efficitur.* CONTIN. REGINONIS *ad a. 956.* HERMANNVS CONTRACTVS, CHRONOGRAPHVS SAXO *ad a. 956.* FRODOARDVS *ad a. 957.* SIGONIVS *de Regno Italiæ lib. VII. p. 170.*

14) De priori ARNVLPHVS lib. I. Gest. Mediolan. c. V. *postea pius ille* (Lithulphus) *perfidia Longobardorum veneno enecatus.* De posteriori DONNIZO presbyter, *Vita Mathildis p. 638.*

. . . Rex Longobardus in ipsum
extendens hastam, thoracam membraque damnat
Litulphi, vitam qui statim perdidit ipsam.

Adde AVCTOREM VITAE MATHILDIS *c. III.*

15) ARNVLPHVS MEDIOLANENSIS *Gestis Mediolan. lib. I. c. IV.* CONTIN. REGINONIS *ad a. 960.* ANNALISTA SAXO ad a. 960. *Legati ab Apostolica Sede venerunt Iohannes Diaconus & Azo Scriniarius vocantes Regem ad defendendam Italiam & Romanam Rempublicam a tirannide Berengarii. Waldbertus etiam Archiepiscopus Mediolanensis & Waldo, Cumanus Episcopus & Opertus Marchio Berengarium fugientes, in Saxonia Regem adeunt, sed & reliqui pene omnes Italiæ Comites & Episcopi literis eum ac legatis, vt ad se liberandum veniat, exposcunt.*

16) Rex

Azonem Scriniarium legatos mittit ad Imp. ipsum orantes, vt Ecclesiam Romanam ex aduersariorum faucibus liberaret, ac pristinæ restitueret libertati. Annuens horum petitis Rex, indictis a. 961. Wormatiæ Comitiis, filium suum Ottonem II. Regem eligi atque sibi successorem fecit destinari, qui etiam Lothariensium electione Aquis Rex fuit ordinatus, 16) ibidemque, cum omnis populus fidem ipsi promisisset, 17) a Moguntino, Treuirensi atque Coloniensi fuit coronatus. 18) Dispositis inde regni negotiis, per Bauariam atque agrum Tridentinum in Italiam profectus est, vbi beneuole exceptus, Papiam intrauit, regni Italici sedem, & Palatium a Berengario extructum iterum cœpit ædificare. Berengarius autem cum Willa vxore, filiisque, quibus poterant munitionibus, aut castellis includebantur, cum Rege congredi haut audentes. 19) Rex vero Natale Domini Papiæ celebrans, inde progrediens Romam, a. 962. acclamatione totius Romani populi & Cleri a Ioanne XII. in purificatione S. Mariæ 20) Imperator & Augustus ordinatur. 21) Papa quoque multa illum secum charitate detinuit, &, diebus vitæ suæ nunquam se ab eo defecturum, iuramento promisit. 22)

§. XXIII. Vix Romanos reliquerat Otto, cum iuramenti sui parum memor Ioannes, Adelberti, qui ex Italia exul erat, vt se Saracenorum fidei commendaret, se adiutorem fore promisit: Hic vero Corsicam insulam, ibi se tueri nitens, intrauit. Imperator igitur a Papia iter mouens, Berengarium in monte S. Leonis obsedit. 23) Postquam autem

16) CONTIN. REGINONIS *ad a. 961. Rex* (Otto I.) *in Italiam ire disponens, maximam suorum fidelium multitudinem Wormatiæ coadunauit, vbi consensu & vnanimitate regni procerum totiusque populi, filius eius Otto Rex eligitur. Indeque progrediens conuenientia quoque & electione omnium Lothariensium, Aquis Rex ordinatur.* ANNALISTA SAXO *ad a. 961.*

17) WITTICHINDVS lib. III. p. 663. *Licet Otto iam olim inunctus esset in Regem, & a beato Apostolico designatus in Imperatorem - - ei tamen, vt initio certatim manus dabant, fidem pollicentes, & operam suam contra omnes aduersarios sacramentis militaribus confirmantes. Igitur ab integro ab omni populo electus in principem.*

18) RVOTGERVS Vita Brunonis §. XXXVI. *Otto filium electum summo consensu ab omni populo Regem esse constituit, vnxeruntque Ottonem, æquiuocum patris, Bruno Archiepiscopus, Wilhelmus, & Heinricus, cæterique sacerdotes Domni Regem in Aquisgrani palatio, & exultauit maxima gratulatione populus, dicens: Viuat Rex in æternum.*

19) Late omnem rem exponit LVITPRANDVS *VI. c. VI.* OTTO FRISINGENSIS vero *VI. c. XXI.* in compendio habet, dum ait: *anno ab incarnatione Domini DCCCCLX. dum Rex rursum contra Sclauos procinctum moueret, Ioannes Diaconus & Azo scriniarius, ab Apostolica sede missi, ad Regem veniunt, tam de tyrannide Berengarii querimoniam facientes, quam ipsum ad defensionem sanctæ Romanæ Ecclesiæ, ac totius Italiæ inuitantes. Walbertus quoque Mediolanensis, & Waldo Cumanus Episcopi, cum aliis regni Italiæ Principibus, eadem petentes, ad Regem supplices veniunt, Rex vero natali Domini Ratisponæ celebrato, in Belgas proficiscitur, ibique filio suo Ottone in palatio Aquis ad regnum sublimato, in Saxoniam rediit, collectoque milite, per Baioariam ac Tridentinam vallem Italiam armatus intrauit: totaque terra subacta, natale Domini Papiæ celebrauit, palatium a Berengario destructum reædificari iussit.* Eadem habet CONTIN. REGINONIS *ad a. 961. & 962.* nisi quod in Comitiis Wormatiensibus Ottonem II. Regem electum dicat, quem sequitur SIGONIVS, *de R. Italiæ lib. VI. fin.* LVITPRANDVS saltim lib. VI. c. VI. *filium suum sibi cognominem contra morem puerilibus in annis Regem constitutum in Saxonia dereliquit.* Nullum locum definit DITMARVS *lib. II. p. 340.* AVCTOR VITAE BRVNONIS, HERMANNVS CONTRACTVS, LAMBERTVS SCHAFNABVRGENSIS, SIGEBERTVS GEMBLACENSIS, CHRONOGRAPHVS SAXO, & reliqui *ad a. 961.* eundem saltim populi consensu electum, atque Aquisgrani fuisse coronatum dicunt.

20) HEPIDANNVS ad a. 964. *Otto a Papa Octauiano benedicitur in purificatione S. Mariæ.*

21) CONTIN. REGINONIS *ad a. 962.* DITMARVS lib. II. p. 352. *insuper benedictionem a domino Apostolico Iohanne, cuius rogatione huc venit, cum sua coniuge, anno regni eius XXIX. promeruit Imperialem, ac patronus Romanæ factus Ecclesiæ.* LVITPRANDVS c. l. *deinde Romam similia facturus adiit: vbi miro ornatu miroque apparatu susceptus ab eodem Summo Pontifice & vniuersali Papa Ioanne vnctionem suscepit Imperii.* ANNALISTA SAXO ad a. 962. *Rex Natale Domini Papiæ celebrauit, indeque progrediens Romæ fauorabiliter susceptus acclamatione totius populi & cleri ab Apostolico Iohanne Imperator & Augustus vocatur & ordinatur. Papa quoque multa illum secum caritate detinuit, & diebus vitæ suæ nunquam se ab eo defecturum promisit, quæ tamen promissio longe dissimilem, quam prætendebatur, effectum obtinuit.* FRODOARDVS, HERM. CONTRACTVS, LAMBERTVS SCHAFNABVRGENSIS *ad a. 962.* Male igitur MARIANVS SCOTVS, CHRONOGRAPHVS SAXO *ad a. 961.* SIGEBERTVS GEMBLACENSIS & ALBERICVS *ad a. 963.* HEPIDANNVS *ad a. 964.* referunt.

22) LVITPRANDVS *lib. VI. c. I. Iusiurandum vero ab eodem Papa Ioanne supra pretiosissimum corpus Petri, atque omnibus ciuitatis Proceribus se nunquam Berengario atque Adelberto auxiliaturum, accepit.*

23) LVITPRANDVS quidem c. l. *interea præfatus Papa, iuramento & promissionis oblitus quam fecerat sancto Imperatori, ad Adelbertum, vt se adeat mittit; iuramento ei affirmans, se illum contra sanctissimi Imperatoris potentiam adiuturum. Adeo enim eundem Adelbertum, Ecclesiarum Dei eiusdemque Papæ Ioannnis persecutorem, Imperator sanctus terruerat, vt omnem Italiam deserens, Fraxinetum adiret, seque Saracenorum fidei commendaret.* CONTIN. REGINONIS vero ad a. 963. Papam ab Adelberto concitatum scribit: *Rex iterum Papiæ Natalem Domini & Pascha celebrauit. Interim Adelbertus, huc illucque discurrens, quocunque poterat, sibi vndique attraxit, sed & Corsicam, ibi se tueri nitens, intrauit. Romanum etiam Pontificem multipliciter in suum adiutorium sollicitauit. Dum hæc igitur aguntur, Imperator a Papia mouens iter Berengarium in Monte S. Leonis obsedit, totamque ibi æstatem sedens, sæpe Montem vndique circumdedit, & ne aliquatenus pateret exitus, vel introitus prohibuit. Interim Ioannes Papa, promissiones Imperatori factas obliuioni tradens, ab eo deficit, & Berengarii, seu Adalberti partibus fauens, Adalbertum Romam introiuit.* DITMARVS *lib. II. p. 333.* OTTO FRISINGENSIS *VI. c. XXIII.* SIGEBERTVS GEMBLACENSIS, CHRONOGRAPHVS SAXO, ALBERICVS *ad a. 963.* SIGONIVS *lib. VII. p. 275.*

24) LVIT-

tem Papam Adelbertum in vrbem Romam recepiſſe audiuiſſet, obſidione caſtri relicta, contra vrbem aciem direxit. Quidam vero ex ciuibus metu perculſi, vna cum pontifice & Adelberto fugiunt: alii, datis obſidibus, Auguſto ſubdebantur, promiſſa non ſolum fidelitate, ſed etiam nunquam ſe Papam electuros, aut ordinaturos, præter conſenſum atque electionem Imperatoris, Cæſaris Auguſti, filiique ipſius 24) Regis Othonis. Otto miſſa legatione, Papam reuocat: ſed eo venire nolente, collecta ſynodo Epiſcoporum, Leonem ei in Pontificatu ſubſtituit. Quod videns Albertus, denuo in Corſicam inſulam fugit. 25) Artibus quidem Ioannis a. 964. Romani inſidias ſtruxerunt Imperatori, quas ſuorum fortitudine ipſe facile euitauit. Receptus tamen in vrbem fuit Iohannes, quo defuncto, Benedictum Diaconum Papam conſtituunt Romani, quem etiam nunquam ſe eſſe dimiſſuros, ſed eum contra Imp. potentiam eſſe defenſuros, promittunt. Quo audito, Imp. vrbem obſedit, eademque capta, Leonem VIII. reſtituit, & Natale Domini Romæ celebrauit. 26) Romanos etiam eo adegit, vt ſupra corpus S. Petri, ſub iureiurando fidelitatem Imp. & Papæ promitterent. 27) Berengarius vero cum ſuis in monte S. Leonis obſeſſus, vincitur, atque id ipſum caſtellum Imp. ditioni ſubiicitur, & Berengarius cum Willa, vxore, filiis & filiabus, mittitur in exilium Bambergam 28) vbi II. Non. Auguſti a. 966. fuit defunctus, & regio more ſepultus, cuius vidua Willa, antequam ſepeliretur, velum adſumpſit ſanctimoniale. 29)

§. XXIV. In eadem autem hac Synodo Romana in Templo Lateranenſi 30) a. 964. celebrata, qua depoſitus fuit Benedictus, Leo VIII. conſenſu Romanorum, Ottoni eiusdemque ſucceſſoribus conceſſit facultatem tam ſibi eligendi ſucceſſorem, quam ſummæ ſedis pontificem ordinandi, atque vt ſit rex & patricius Romanorum. 31) Ex hoc pacto iura

24) LVITPRANDVS VI. cap. VI. *quid multis morer? iuxta vrbem Imperator caſtrametatus eſt. Romæ Papa ſimul atque Adelbertus auſugiunt; Ciues vero ſanctum Imperatorem cum ſuis omnibus in vrbem ſuſcipiunt, fidelitatemque promittunt: hæc addentes, & firmiter iurantes, numquam ſe Papam electuros, aut ordinaturos, præter conſenſum atque electionem Imperatoris Othonis Cæſaris Auguſti, filiique ipſius Regis Othonis.* SIGEBERTVS GEMBL. *ad a. 963.*

25) Verba ſunt OTTONIS FRISINGENSIS *VI. c. XXIII.* LVITPRANDVS *lib. VI. c. VI. VII. VIII. IX. X. XI.* CONTIN. REGINONIS, SIGEBERTVS GEMBLACENSIS, CHRONOGRAPHVS SAXO *ad a. 964.* SIGONIVS *lib. VII. p. 275.* ANNALISTA SAXO *ad a. 963.*

26) Hæc late narrat LVITPRANDVS *VI. c. XI.* addens: *Ioanne mortuo, Romani omnes iuramenti quod ſancto Imperatori promiſerant, immemores, Benedictum Cardinalem Diaconum Papam conſtituunt, inſuper & iuramento numquam ſe eum dimiſſuros, ſed eum contra Imperatoris potentiam defenſuros promittunt. Quo audito, Imperator vrbem vallauit, neminem qui non membris truncaretur exire permiſit; machinis & fame vsque adeo afflixit, donec Romanis nolentibus vrbem reciperet, Leonem virum venerabilem debitæ ſedi reſtitueret, ac Benedictum Summæ Sedis inuaſorem eius præſentiæ præſentaret.* CONTIN. REGINONIS *ad a. 964.* SIGEBERTVS GEMBLACENSIS *ad a. 961.* HERMANNVS CONTRACTVS *ad a. 964.*

27) Verba ſunt CONTIN. REGINONIS *ad a. 964.* ANNALISTA SAXO *ad a. 964.*

28) CONTIN. REGINONIS ad a. 964. *Imperator Romæ Natalem Domini celebrauit. Berengarius, cum ſuis in Monte S. Leonis obſeſſus, vincitur, & id ipſum Caſtellum Imperatoris ditioni ſubditur & Berengarius cum Willa in Bauariam mittitur.* OTTO FRISINGENSIS *VI. c. XXIV. Imperator Natale Domini Romæ celebrans, Berengarium in monte Leonis obſeſſum, cum caſtello in deditionem accepit ac in Baioaria cuſtodiæ mancipatum, exilio relegauit.* DITMARVS lib. II. p. 333. *poſt hæc ſedatis bellorum aſperitatibus, Romam iterum pergere ſimulans, Longobardorum manu valida intrauit. Berengariumque prædictum in monte S. Leonis duos obſidens annos, cum vxore Willa, & filiis ac filiabus, ad vltimum cepit callide, exilioque, vbi poſt moritur, relegauit. Dehinc Romam armato petens milite, eiusdem ciues ſibi reſiſtentes bis vicit vrbemque glorioſus intrauit.* Locum, vbi in exilio vixerit, deſignat LAMBERTVS SCHAFNABVRGENSIS ad a. 964. *Berngerus rex obſeſſus eſt in monte ſancti Leonis, ibique captus atque in Babenberg ductus eſt cum VVilla vxore ſua.* ADAMVS BREMENSIS *II. c. V.* HELMOLDVS *I. c. X.* CHRONOGRAPHVS, ANNALISTA SAXO *ad a. 962.* ANNALES HILDESHEIMENSES *ad a. 964.*

29) CONTIN. REGINONIS ad a. 966. *Eodem anno Berengarius, quondam Italiæ Rex, exul moritur, & in Babenberg regio more ſepelitur.* Dies emortualis patet ex NECROLOGIO FVLDENSI *ad a. 966. Berenger Rex II. Non. Auguſt.*

30) Mentionem huius Synodi facit LVITPRANDVS VI. c. XI. *Reſidentibus itaque, Domno Leone Summo & Vniuerſali Papa in Eccleſia Lateranenſi, nec non & Imperatore ſanctiſſimo Ottone, & Epiſcopis Romanis, Italicis, a Lotharingia & Saxonia, Archiepiſcopis, Presbyteris, Diaconis, omnique Romanorum plebe.* Sic etiam ipſæ pacti tabulæ apud THEODORICVM A NIEM de priuilegiis & Iuribus Imperii p. 249. *quatenus gratulanter ſanctam ſynodum veſtro conſilio congregatam in patriarchio Lateranenſi, in eccleſia ſancti Saluatoris conſtitutam a pluribus viris catholicis, epiſcopis & abbatibus, inſuper iudicibus & legis doctoribus.* Et in ſequenti pacto p. 252. *Scripta per manum Gregorii Archinotarii noſtri. Datæ in Patriarchio Lateranenſi 3. Calend. Maii indict. 6. Anno eius ſecundo, & dicti domini Othonis ſecundo feliciter.* Hinc in *Diſt. LXIII. c. XXIII.* dicitur: *in Synodo congregata Romæ, in Eccleſia S. Saluatoris.* CONTIN. REGINONIS vero ad a. 964. ſaltim dicit: *tunc Leo apoſtolicus coadunata multorum epiſcoporum ſynodo, eundem Benedictum Romanæ ſedis inuaſorem iudicio omnium ab inuaſo gradu depoſuit.*

31) Hoc pactum NIEM ex antiquo Codice Florentino Tractatui ſuo *de Iuribus & priuilegiis Imperii p. 248.* inſeruit, atque notis illuſtrauit, ex quo habet GOLDASTVS *Conſtitutionibus Imperialibus Tomo I. pag. 34.* & SCHILTERVS *Inſtitutionum Iuris Publici Tom. II. lib. II. tit. X.* In Compendio illud exhibet CHRON. REICHERSBERGENSE *ad a. 957.* & IVO Carnotenſis *in Pannomia lib. VIII. c. CXXXVI.* ex quo GRATIANVS ſumſit diſt. LXIII. cap. XXIII. Potiora, quæ nos tangunt, verba ſunt: *conſtituimus, confirmamus & roboramus per manum Apoſtolicam dignitatem concedimus atque largimur domino Ottoni primo Auguſto, Teutonico regi prouidentiſſimo ſpirituali in Chriſto fi-*

iura Imperii Romani, quod hucusque Franci possederant, ad Germanos delati, sunt petenda, dum Romani a Francis pro derelicto habiti, iura dominii directi vna cum Imperio Romano in Ottonem, eiusdemque successores, Reges Germaniæ contulerunt, ita, vt inuiolabili nexu, pacto in perpetuum valituro, Imperium Romanum cum regno Germanico iungeretur. 32) Ex quo initia & fundamenta Iuris Publici Imperii Romano Germanici sunt petenda. 33)

§. XXV. Idem Leo eodem tempore, Ottoni Augusto & successoribus singulari pacto reddit omnia bona, quæ Pipinus atque Carolus M. sedi Papali concesserant, in perpetuum possidenda, facta graui comminatione, ne quis hanc auctoritatem destruere conetur. 34) Ex quo facile patet, quid sentiendum sit de donatione Ottonis M. Papæ facta, cui reddidisse dicitur omnia bona a Longobardis recuperata. Ast, non sine ratione de fide diplomatis, quod BARONIVS 35) exhibet, dubitatur, 36) & si concedamus, Otto-

sto filio nostro eiusque successoribus huius regni Italiæ in perpetuum, tam sibi facultatem eligendi successorem, quam summæ sedis Apostolicæ pontificem ordinandi. Et per hoc archiepiscopos vel episcopos vt ipsi tantum ab eo inuestituram accipiant, & consecrationem, vbicunque pertinuerint, exceptis iis, quos Imperator pontifici & archiepiscopis concessit. Ita demum asserimus, quod nemo deinceps, cuiuscunque gradus vel conditionis aut dignitatis seu religionis, eligendi regem seu principem, siue pontificem summæ sedis Apostolicæ aut quemcunque episcopum, vel ordinandi facultatem habeat: sed soli regi Romani imperii, hanc reuerendam tribuimus facultatem, quam absque omni pecunia disponet ac reget, vtpote rex & patricius Romanus. Quod si a cuncto clero & vniuerso populo quis eligatur episcopus, nisi a dicto rege laudetur & inuestiatur, non consecretur: si quis contra hanc authoritatem Apostolicam & traditionem aliquid molitus, aut temerator in aliquo repertus fuerit siue contra hoc nostrum consilium agens, sciat se in iram sancti Petri principis Apostolorum & filii nostri domini Othonis, eiusque successorum & omnium prædecessorum nostrorum censuram, & anathematis vinculum incursurum. Ac per hoc excommunicatione Vniuersalis ecclesiæ, omnisque populi Christiani eum subiacere decreuimus. Insuper nisi a malo resipuerit, irreuocabili exilio puniatur, vel vltimis suppliciis feriatur. Qui vero pio intuitu custos & obseruator in omnibus extiterit, benedictionis gratiam vitamque æternam cum omnibus sanctis sine fine mereatur habere in secula seculorum Amen. Facit huc etiam AVTHOR VITAE MATHILDIS c. V. *totus populus Romanorum se sponte subiugauit ipsius dominatui, & sibi soluebant tributa; & post illum ceteris fuit posteris.* Ad idem decretum prouocat ALBERICVS Chronico ad a. 965. dicens: *de eo autem, quod iste Leo Papa renouauit priuilegium Imperatori Ottoni de ordinatione Apostolicæ sedis, & de inuestitura episcoporum, sicut fecerat Papa Adrianus Carolo Magno, in decretis inuenies.* Prouocat ad illud pactum WALTRAMVS *de inuestitura Episcoporum. Papa Leo Primo Otthoni, aliique plures Pontifices Romani idem* (inuestituram Pontificis & Episcoporum) *confirmauerunt sub anathemate Regibus & Imperatoribus.* Confirmant hoc alii plures, quos recenset GOLDASTVS *Rationali p. 29.* qui etiam BARONIO, hoc decretum infirmari auso, respondet. COCCEIVS equidem *cap. VI. §. XVI.* dicit, Imperium Ottonis fuisse re Germanicum, nomine saltim Romanum, quod tamen falsum esse, ex eo patescit, quod Ottoni ius in vrbem & Papam Romanum fuerit delatum.

32) Facit huc OTTO FRISINGENSIS, dum lib. VI. c. XVII. ait: *Otto, qui Imperium a Longobardis vsurpatum deduxit ad Teutonicos Orientales Francos, forsan dictus est primus Rex Teutonicorum; non quod primus apud Teutonicos regnauerit, sed quod primus post eos, qui a Carolo Carolingi, sicut a Merouco Merouingi dicti sunt, ex alio, id est, Saxonum sanguine natus, imperium ad Teutonicos Francos reuocauerit.* Idem repetit cap. XXIV. *Otto magnus, post multos Triumphos primus ex Teutonicis post Carolos, capto Berengario Romanis imperauit.* Quare etiam Otto primus ex Teutonicis dicitur Imperator apud RADEVICVM *I. cap. VI.* Idem dicit GOTFRIDVS VITERBIENSIS p. XVII. p. 325. *ab eo tempore regnum Romanorum post Francos & Longobardos Imperatores prædictos, ad Teutonicos reuersum est, & ad Francos Orientales, vnde iam quodammodo videbatur elapsum. Ego autem tunc imperium a Francis non dico aliquando fuisse, sublatum, sed eclipsim passum, quam diu tot & tam diuersi inuasores imperium confuse tenuerunt.* Adsentitur MAGNVM CHRONICON BELGICVM *ad a. 962.* LANGIVS *Chron. Citicensi pag. 757.* AVENTINVS *Ann. Boi. lib. V. circa initium.* SIGONIVS lib. VII. p. 276. *regnum Italiæ post Ottonis tempora cum regno Germaniæ iunctum fuit.* THVANVS lib. II. p. 40. *translatum fuit imperium ad Germanos, ab Ottone I. Henrici Aucupis f. mansitque in eius familia vsque ad Ottonem III. nepotem.* Vid. etiam CONRING. *de Imperio Romano cap. X.*

33) Demonstratum hoc fuit SYNT. IVR. PVBLICI *cap. I. §. III.*

34) Idem pactum ex antiquissima membrana inseruit THEODORICVS a NIEM de Priuil. & Iur. Imperii *p. 251.* ex quo habet GOLDASTVS *Tomo vno p. 222.* cuius hoc est initium: *Nos Leo, seruus seruorum Dei, episcopus, Othoni spirituali filio nostro in Christo, Imperatori Augusto, & omnibus successoribus suis, Imperatoribus & Regibus regni Italiæ, quæcunque Dominus Carolus Rex Francorum & Longobardorum, & patricius Romanus, nec non Pipinus pater eius de regalibus regni Italiæ tribuerunt in sancta Romana ecclesia beato Petro apostolo, siue per instrumenta quæ scripta fuerunt per Ethereum notarium suum siue per sacramenta, siue per donationes seu per alios modos tibi obuenerunt, de Iustiniano rege, & de Ariperto rege, ea omnia largimur & diffinimus, vobis, Othoni Imperatori, & Adelberdi coniugi tuæ, regnique consorti, vestrisque vtriusque successoribus, regni Italiæ, in perpetuum, præsentibus sacrosanctis Euangeliis, & patrociniis plurimorum sanctorum.* Et in fine: *& possideatis in perpetuum ad vsus curiæ & militiarum vestrarum, ad bellandum & expugnandum contra prædictos paganos, & contra rebelles Romani imperii. Ideoque per huius nostri authoritatem instrumenti confirmamus, corroboramus in omnibus progeniebus vestris, de generatione in generationem in perpetuum.* Licet BARONIVS *Annal. Tom. X. ad a. 964. n. XXV. sqq.* & ANTON. PAGI *Crit. Ann. Baronii ad a. 964. n. VII.* hoc pro suppositio venditent.

35) *Ann. ad a. 962. §. 8.* & GOLDASTVS *Tom. II. Constit. Imper. p. 44.* qui tamen illud æque habet pro supposititio, licet contra GOLDASTVM disputet ANTON. PAGI *Crit. Annal. Baronii Tom. IV. ad a. 962. n. 2.*

36) Prout fit in Supplica Modenensi in caussa Comaciensi *n. VI.* ad quæ tamen respondere conantur Papales in defensione II. *n. XLIV.*

37) Papa-

Ottonem Papæ reddidisse Tractum Rauennatensem, aliaque loca ab Ecclesia Romana possessa, 37) factum tamen id fuit iure pristino, prout olim a Papa fuerant possessa, saluo iure Imperii, 38) reseruato scilicet dominio directo.

§. XXVI. Dispositis igitur in Italia negotiis, Imp. a. 965. Papiæ Natalem Domini celebrauit, & peracta festiuitate, statim in Germaniam est reuersus, Benedictum secum ducens, quem Adaldago archiepiscopo Hamburgensi custodiendum commisit. 39) Eodem anno, quidam ex Langobardis ab Imperatore deficiunt, & Adalbertum in Italiam reducunt. Misit igitur Imp. Burcardum, Alemannorum ducem in Italiam, qui Adalbertum ipsi occurrentem, vicit. 40) Defuncto Leone Papa, eodem anno legatione Romanorum inuitatus, Ioannem Narniensem Episcopum Papam ordinauit, qui tamen cum maiores Romanorum elatiore animo, quam oporteret, insequeretur, eosdem inimicissimos patiebatur atque infestos. Hinc ab vrbis præfecto & quodam Rotfredo comprehensus, & vrbe expulsus, in Campania custodiæ fuit mancipatus. 41) Insequenti anno 966. Otto, celebratis Wormatiæ Comitiis, per Alsatiam & Curiam Alpes transcendens, Italiam intrauit. Tunc Romani Ioannem dimittunt, eundemque, venia petita, in locum & sedem suam restituunt. A. 967. tredecim ex maioribus Romanorum, qui auctores expulsionis Iohannis fuerant, suspendio iussit necari, ipse vero natali Domini Romæ celebrato, & filio suo Ottone II. a Ioanne XIII. Papa in Augustum coronato, in patriam fuit reuersus. 42)

§. XXVII. Vltimum demum negotium ipsi intercessit cum Græcis. Commorante enim ipso a. 967. in Italia, legati Nicephori Græcorum Imperatoris, Rauennæ ad eum venerunt, honorifica munera secum ferentes, & pacem ab eo vel amicitiam poscentes. Quibus cum honore susceptis, decenterque remissis, Imperator nuntium suum Luitprandum Cremonensem Episcopum misit, pro coniungenda in matrimonium filia Ottoni Regi pri-

37) Papales hoc demonstrare conantur ex LVITPRANDO VI. c. VI. dum ait: *dehinc Romam similia facturus adiit: vbi miro ornatu miroque apparatu susceptus, ab eodem Summo Pontifice & Vniuersali Papa Ioanne vnctionem suscepit Imperii. Cui non solum propria restituit, verum etiam ingentibus gemmarum, auri & argenti muneribus ipsum honorauit.* Quæ tamen verba nimis sunt generalia. Licet SIGONIVS *lib. VI. exeunte* ad a. 962. hæc ita explicet: *Otho Ioanni oppida Ecclesiæ ad id tempus recuperata restituit.* Clarius, sed de alio tempore loquitur CONTIN. REGINONIS ad a. 967. *inde progrediens* (Imperator) *per Spoletum Rauennam adiit, ibique Pascha celebrans cum domino Iohanne papa, plurimos ibi ex Italia & Romania episcopos coadunauit, & habita synodo multa ad vtilitatem sanctæ ecclesiæ adinuenit, & apostolico Ioanni vrbem & terram Rauennatium, aliaque complura, multis retro temporibus Romanis pontificibus ablata reddidit, eumque inde Romam cum magna lætitia remisit.* Hæc ita explicat SIGONIVS lib. VII. p. 172. *Rauennæ paschate celebrato, alter conuentus est habitus, vbi iis, quæ super ciuitatibus statuenda videbantur, decretis, pontifici Rauennam, Rauennatemque ditionem, aliaque complura, a Berengario inprimis adempta, restituit, ac veterem Pipini, Caroli, ac Ludouici donationem nouo diplomate confirmauit.*

38) Patet hoc ex ipsis verbis putatiuæ donationis: *sed potius omnium, quæ superius leguntur,* (*id est prouincia, Ciuitates, vrbes, opida, castra, territoria, & patrimonia atque insulæ, censusque & pensiones, ad partem Ecclesiæ beati Petri Apostoli, atque Pontificum, in sacratissima illius sede residentium*) *Nos, in quantum possumus, defensores esse testamur ad hoc, vt in illius ditione ad vtendum, & fruendum, atque disponendum, firmiter valeant obtineri, salua in omnibus potestate nostra; & filii Nostri, posterorumque nostrorum, secundum quod in pacto & constitutione ac promissionis firmitate Eugenii Pontificis, successorumque illius continetur.* CONRING *de Imperio Romano c. X. §. 8. & sqq.*

39) CONTIN. REGINONIS, CHRONOGRAPHVS SAXO 965. ALBERTVS STADENSIS 961. ADAMVS BREMENSIS *lib. II. c. V. VI.* SIGONIVS *de R. Italiæ lib. VII. ad a. 961.* LAMBECIVS *Origg. Hamburg. lib. I. ad a. 965.*

40) CONTIN. REGINONIS ad a. 965. *eodem anno quidam ex Langobardis more solito, ab imperatore deficiunt, & Adalbertum in Italiam reducunt. Tunc imperator Burchardum ducem Alemannorum in Italiam misit, cui ad congrediendum ei vbicunque inueniretur, cum Langobardis imperatoris fidelibus & Alemannis visum, per Padum nauigauit, & illis vbi eum audierant esse partibus nauim applicuit. In quos in prima fluminis egressione Adalbertus insiluit, vbi & frater eius Guido cum aliis quam pluribus occubuit. Ipse vero Adalbertus vix fuga euasit, & montana quædam vbi imperatorem lateret, intrauit. Hac igitur dux lætus victoria in patriam repedauit, & quæ sibi acciderant, imperatori significauit. Interim Guido Metensis episcopus vulpina calliditate imperatoris simulans fidelem, ipsique infideles se proditurum iactitans, legatione Adalberti fungens in Saxonia imperatorem aggreditur, nec tamen visu aut allocutione ipsius participatur: cum dedecore redire permissus, infra Alpes vltra Curiam comprehenditur, & in Saxoniam remissus Sclauis custodiæ mancipatur.* HERMANNVS CONTRACTVS, CHRONOGRAPHVS SAXO *ad a. 965.* ARNVLPHVS MEDIOLANENSIS *de Gestis Mediolan. lib. I. c. VII.*

41) CONTIN. REGINONIS, CHRONOGRAPHVS SAXO *ad a. 965.* LEO OSTIENSIS *lib. II. c. IX.* HERM. CONTRACTVS *ad a. 966.*

42) CONTIN. REGINONIS *ad a. 967.* HERMANNVS CONTRACTVS *ad a. 970.* OTTO FRISINGENSIS *VI. c. XXIV. non multo post deficientibus a se denuo Italis, Alpes transcendit, nataleque Domini celebrans Romæ, XIII. ex maioribus Vrbis post præfectum, qui factionis erga Leonem Papam rei fuerant, patibulo suspendit. Dehinc vocato ad se filio suo Ottone, eum a summo Pontifice coronari & Augustum vocari fecit.* DITMARVS *lib. II. p. 338.* CHRONOGRAPHVS SAXO ad a. 967. *eodem tempore misit legatos suos Willehelmo Archiepiscopo Moguntino, aliisque principibus regni, præcipiens eis filium suum Ottonem cum omni regali dignitate in Italiam ducere, vbi illum pater suscipiens honorifice Romam perduxit, quem Iohannes Apostolicus sua benedictione augustum fecit.* ANNALISTA SAXO *ad a. 967.* Sic etiam ipse Otto Imp. ad Hermannum & Thiadericum Duces suos XV. Calend. Febr. in Campania iuxta Capuam hoc modo scribit: *filius noster in natiuitate Domini coronam a beato Apostolico in Imperii dignitatem suscepit*, apud WITTICHINDVM *lib. III. p. 661.*

43) CON-

priuigna Nicephori, filia scilicet Romani iuuenis, Imperatoris, 43) qui quam indigne fuerit susceptus, ipse singulari relatione 44) descripsit, & eodem anno iterum fuit reuersus. A. 968. vero missi fuerant nuntii Constantinopolitani Imp. dignitate satis insignes, pacem quærentes, Apuliam & Calabriam prouincias vna cum Theodora offerentes. Græcorum itaque legatis Imperator satis credens, partem exercitus cum plerisque principibus viris direxit ad locum condictum, quo eis secundum sponsionem legatorum puella traderetur, & cum honore filio adduceretur. Græci vero ad artes paternas conuersi, subito super improuisos, & nihil aduersi suspicantes irruunt, castra diripiunt, plures occidunt, plures capiunt, quos & Imperatori suo præsentant. Qui vero effugere poterant, & reuersi ad Imperatorem, quæ acta sunt, nunciabant. At ille super his commotus, ad hoc dedecus diluendum cum graui manu viros eminentes, domesticis & externis rebus iam sæpe claros factos, Guntharium & Sigifridum mittit in Calabriam. Græci autem præterita victoria elati, & minus cauti ceciderunt in manus eorum: ex quibus innumera multitudine cæsa, qui supererant, capientes, obtruncatis naribus, nouam Romam remeare permiserunt. Isti vero tributum in Calabria & Apulia a Græcis extorserunt, talique victoria illustres facti, & spoliis hostium ditati, ad Imperatorem sunt reuersi. Populus autem Constantinopolitanus a suis audiens male pugnatum, consurrexit aduersus Imperatorem suum, & machinatione coniugis propriæ, cuiusdam militis insidiis eum occiderunt, loco domini, Io. Tzimiscam militem in Imperio designantes. Constitutus autem rex continuo captiuos absoluit, non equidem desideratam, sed neptem suam Theophaniam, cum magno exercitu, & claris muneribus ad Imp. destinauit. 45) Quam ipse a Iohanne XIII. coronatam 46) statim filio tradidit, celebratisque Romæ a. 972. 47) magnifice nuptiis, omnem Italiam super hoc & Germaniam lætiores reddidit. 48)

§. XXVIII. Inter gesta ipsius ciuilia est reputandum, quod in Comitiis Strelensibus a. 942. celebratis, nepotibus ius patres in hæreditate auita præsentandi fuit concessum, & gladiatorum iudicio confirmatum. 49) A. 944. Ottone defuncto, Lotharingiam concessit

43) CONTIN. REGINONIS *ad a. 967.* CHRONOGRAPHVS SAXO *ad a. 967.*

44) Hanc ex Codice MSto Bibliothecæ primariæ ædis Treuirensis a CHRISTOPHORO BROWERO exscriptam, & cum MARCO VELSERO communicatam, primum edidit HENRICVS CANISIVS, *Ingolstadti 1600. 4.* post cum aliis LVITPRANDI Operibus *Antwerpiæ 1640. f.* euulgatam. ANNALISTA SAXO *ad a. 967.*

45) ANNALISTA SAXO ad a. 971. *Ioannes Imperator Græcorum cum magnificis muneribus, Comitatuque egregio non Virginem desideratam, sed neptem suam Theophana vocatam Imperatori trans mare mittens suos absoluit, amicitiamque optatam Cæsaris Augusti promeruit.*

46) ALBERICVS ad a. 972. *Otto Imperator Romæ Ottoni filio & Coimperatori suo, Theophaniam, a Ioanne Papa coronatam, in legitimo matrimonio copulauit.* ANNALISTA SAXO *ad a. 972.*

47) ANNALES HILDESHEIMENSES ad a. 972. *Ottoni Imperatori iuniori venit Imperator Romam de Constantinopoli XVIII. Kal. Maii.* SIGEBERTVS LEVITA *Vita Theoderici c. XIV. prouidens Augustus* (Otto I.) *propagandæ sanguinis sui successioni desponsauit filio suo, Theophana, filiam Imperatoris Constantinopolitani, eique Romæ nuptias celebrauit magnificentia nuptiali.*

48) Verba sunt WITTICHINDI *lib. III. pag. 661.* OTTO FRISINGENSIS VI. cap. XXII. *hic est Otto, qui post multas, quas noui victorias, Græcos quoque in Calabria & Apulia superauit.* ALBERICVS *ad a. 969.* DITMARVS lib. II. p. 334. *qui filio suimet vxorem ab Imperatore Constantinopolitano desponsare desiderans, nunciis eiusdem ob alieni ad se missis causam, suos fideliter commisit Principes, hanc legationem ferentes. Quos in ipso itinere Græci solida calliditate ex improuiso irruentes, alios occidunt, quosdam vero captos domino suimet Augusto præsentabant. Pauci autem ex his effugientes, Imperatori suo rei euentum aperiunt. Hic detrimentum suorum grauiter ferens, milites optimos Guntherium ac Sigifridum, tale facinus ad vlciscendum in Calabriam propere misit. Qui Danaos victoria priori elatos, & sibi occurrentes occiderunt, alios autem in fuga comprehensos obtruncant naribus, tributum a Græcis in Calabria & Apulia extorquentes spoliisque ditati cum gaudio remeabant. Constantinopolitani autem funere suorum & captiuitate tristes effecti, aduersus dominum suum conspirauere, dolosaque Imperatricis consilio per quendam militem peremerunt eundem, loco eius hunc designantes ad Imperii totius prouisorem. Qui mox magnificis muneribus, comitatuque egregio, non virginem desideratam, sed neptem suam, Theophaniam vocatam Imperatori nostro trans mare mittens, suos absoluit, amicitiamque optatam Cæsaris Augusti promeruit. Fuere nonnulli, qui hanc fieri coniunctionem apud Imperatorem impedire studerent; eandemque remitti consulerent. Quos idem non audiuit, sed eandem tunc dedit filio suimet in vxorem, arridentibus cunctis Italiæ Germaniæque.* Ex hoc dubium omnino oritur, an hanc obtinuerit, quam primum desiderauerat, de quo etiam disputat MEIBOMIVS *in notis p. 701.*

49) WITTICHINDVS lib. II. p. 644. *de legum quoque varietate facta est contentio fuereque qui dicerent, quia filii filiorum non deberent computari inter filios, hæreditatemque legitime cum filiis sortiri, si forte patres eorum obiissent auis superstitibus. Vnde exiit edictum a rege, vt vniuersalis populi conuentio fieret apud villam, quæ dicitur Stela, factumque est, vt causa inter arbitros iudicaretur debere examinari. Rex autem meliori consilio vsus noluit viros nobiles ac senes populi inhoneste tractari, sed magis rem inter gladiatores discerni iussit. Vicit igitur pars, qui filios filiorum computabant inter filios, & firmatum est, vt æqualiter cum patruis hæreditatem diuiderent pacto sempiterno.* SIGEBERTVS GEMBLACENSIS ad a. 942. *Orta dissensione inter principes de varietate legis, vtrum deberent auis superstitibus filii filiorum post parentes defunctos hæreditare, an exhæredatis fratruelibus deberet hæreditas ad patruos redire; ex regis Ottonis omniumque principum sententia cognitio veritatis commissa est gladiatorio iudicio, cessitque victoria his qui censebant, fratrum filios debere cum patribus hæreditare.* ANNALISTA SAXO *ad a. 938.* Incerta autem nonnunquam per legem Duellionum decernebantur, prout auctor est HACHENBERGIVS *Germ. media diss. III. §. 18.* MEIBOMIVS in notis, hunc locum Strela quærit in Westphalia

cessit Conrado, cui & vnicam filiam Luidgardem desponsauit. 50) A. 951. dum a Ioanne Papa in Italiam euocaretur, Saxoniæ Ducatus, quem ipse hæreditario iure possidebat, administrationem Hernanno Billingo, nobili apud Saxones viro commisit, quem antea militiæ Ducem constituerat. 51) Et licet omnem Saxoniam administraret, Saxoniam tamen orientalem siue terram Luneburgensem, quam sine dubio loco salarii obtinuit, saltim ad posteros vna cum Ducali dignitate transmisit. 52) A. 954. in Alemanniæ Ducatu filio suo, Ludolpho surrogauit Burcardum. 53) De Marchia Montisferratensi d. 23. Martii 967. Aledramum inuestiuit. 54) Inter Singularia, quæ ipsius ætate accidisse dicuntur, referendum est, quod a. 968. Goslarienses venæ metallicæ fuerint detectæ. 55)

§. XXIX. In

phalia ad Ruram, prope Monasterium Imperiale Wörden, hodie Steil. Verum, dubium suboritur, an non potius Misniæ villa Strela, de qua PRODROMVS MISNIAE *p. 277.* quod sit locus Winidorum ad Albim, inter Misnam & Torgauiam, hodie familiæ Pflugkiorum.

50) SIGEBERTVS GEMBLACENSIS ad a. 944. *Otto Dux Lotharienfium obiit, Conradus gener regis Ottoni successit.* CONTIN. REGINONIS ad a. 943. *Otto dux obiit, cui Conradi filius Werinheri in ducatu successit*, vbi pro Conradi legendum sine dubio Conradus, qui Werinheri Comitis Rotenburgensis erat filius, prout demonstrauit MEIBOMIVS *notis ad Hroswitham p. 729.* & TOLNERVS *Historia Palatina cap. VIII. p. 204.* qui simul adsetuit, Lotharingiam ista ætate fuisse diuisam, ita vt alteram eiusdem partem vna cum Franconiæ Ducatu hic Conradus, alteram Hermannus Palatinus teneret.

51) ADAMVS BREMENSIS II. c. IV. *post hac, cum Rex victoriosissimus Otto ad liberandam sedem Apostolicam vocaretur in Italiam, consilium habuit, quem post se Vicarium potestatis, ad faciendam iustitiam relinqueret in his partibus, que barbaris confines sunt terminis. Nondum enim post tempora Caroli, propter veteres illius gentis seditiones Saxonia Ducem accepit, nisi Cæsarem. Qua necessitate Rex persuasus, Hermanno primum tutela vicem in Saxonia commisit.* Ex Adamo hæc habet HELMOLDVS *Chron. Slau. lib. I. c. X.* Hinc WITTICHINDVS lib. II. p. 654. *Herimannus Dux Saxoniam procurabat.* DITMARVS lib. II. p. 337. *interim Herimannus Dux Saxoniam regebat, positaque ad Magdeburg concione susceptus est ab Archiepiscopo, manuque deducitur ad Ecclesiam, accensis luminaribus, cunctisque sonantibus campanis.* ALBERTVS STADENSIS pag. 227. *Iste Hermannus Ottonis Magni temporibus in Ducatu inualuit a quo cum adhuc iuuenis esset, commissionem terræ accepit, & pater eius Balling vocabatur.* Hunc autem non vilis fuisse conditionis, sed Saxonum Dynastam, de Stockeshorn, exigui licet patrimonii fuisse, in Vindiciis suis Billinganis testatur MEIBOMIVS. Ducem ipsum Militiæ antea fuisse, docet nos WITTICHINDVS lib. II. p. 643. dum ait: *placuit igitur nouo regi nouum principem militia constituere elegitque ad hoc officium virum nobilem & industrium, satisque prudentem, nomine Herimannum. Quo honore non solum caterorum principum, sed & fratris sui Wichmanni offendit inuidiam.* Et p. 648. *Ad coercendam igitur Ducum præsumtionem, missus Hermannus cum exercitu.* Ipsius statum optime describit ANNALISTA SAXO ad a. 937. *fuerunt autem ambo* (Hermannus & Wichmannus) *nobilibus, sed pauperibus orti natalibus, sicut a senioribus comperimus; & Herimannus, vt aiunt, primo VII. mansis totidemque colonis ex hæreditate parentum fuit contentus; deinde quod erat acris ingenii, decore forma, dum pro merito fidei & humilitatis; quam dominis & paribus exhibuit, facile notus in palatio ad familiaritatem peruenit ipsius Regis, qui comperta iuuenis industria, suscepit eum in numero ministrorum, deinde nutritium præcepit esse filiorum, mox etiam succedentibus commisit ei vices præfectorum; quibus officiis strenue administrans dicitur servientes duos pro furto in iudicium delatos, data sententia simul omnes damnasse ad mortem, cuius nouitate facinoris ex tunc carus in populo & clarissimus deinceps factus est in palatio. Postquam vero Ducatum Saxoniæ promeruit, iudicio & iustitia gubernauit prouinciam, & in defensione ecclesiarum sanctarum studiosus permansit vsque in finem. Nam & Bremensi ecclesiæ ac matri Hammanburg fidelis & deuotus extitit multa bona faciens in fratres & in omnes Saxoniæ congregationes.* Quantæ fuerit in Imperio auctoritatis, dicit WITTICHINDVS *lib. III. exeunte*, qui tale ipsi tribuit elogium: *tristis autem illa loca perambulabat* (Imperator) *obitu optimi viri Ducis Herimanni, qui prudentiæ ac iustitia miraque vigilantiæ in rebus ciuilibus & externis cunctis retro mortalibus æternam reliquit memoriam.*

52) KRANTZIVS Saxonia IV. c. XVI. *Hermannus interim Germania nouus dux quum eas teneret partes commendatas qua Wandalis obiacent, & Albi flumini, pene omnia possedit qua nunc tenet dux Luneburgensis & Dux inferioris Saxoniæ.* Et p. p. *Hunc ego nouum ducem Saxoniam quoque Transalbianam tenuisse crediderim, quod limitaneus esset, ad vicinas Danorum Wandalorumque nationes arcendas ab incursionibus.* Et p. p. *Terram vero Brunswickcensem, quæ postea in ducatum erigitur, & rursus Gottingensem, & quæ Transsyluana dicitur, cum terra Wittenbergensi, quæ nunc superior dicitur Saxonia & omnem Misniam Thuringiamque tum Saxonici iuris pro se ac posteris seruauere Imperatores. Alioqui stultum fuerit ditare extraneum & suos exhæredes facere.*

53) CONTIN. REGINONIS ad a. 954. *ea tempestate Ludolphus in gratiam regis reuocatus, vasallos, quos habuit, & ducatum patri reddidit, cui Burchardus in ducatu successit.*

54) FABER *de Marchia Montisferratensi p. 1.* litteras inuestituræ exhibet.

55) Henrico Aucupi quidem hoc tribuit AVCTOR ANONYMVS *de fundatione quarundam Saxoniæ ecclesiarum ad a. 923.* scribens: *Henricus mineralia in monte inuenit, qui dicitur de Ramersberch.* Adde THEODORICVM ENGELHVSIVM *Chron. p. 1073.* Verum, plerique antiquiores Ottoni M. tribuunt. WITTICHINDVS *lib. III. p. 659. Qualiter Otto in terra Saxonia venas argenti aperuerit, nostra tenuitatis non est edicere* DITMARVS lib. II. p. 333. *aureum illuxit seculum apud nos inuenta primum vena argenti.* SIGEBERTVS GEMBLACENSIS ad a. 968. *Otto Imperator in Terra Saxonica, venas auri & argenti, primus industria sua aperuit.* Locum definit OTTO FRISINGENSIS VI. c. XXIV. *Otto primus venas argenti & æris iuxta ciuitatem Goslariam in Saxonia inuenit.* CHRONICON MAGDEBVRGENSE ap. MEIBOMIVM *Tom. II. p. 271.* GOTFR. VITERB. *p. XVII. p. 326.* ALBERICVS *ad a. 968.* Qua ratione id factum, declarat HAYNECCIVS antiquit. Goslar. ad a. 968.

56) Hinc

§. XXIX. In Ecclesias atque Episcopos nimium erat beneficus. 56) Brunonem fratrem, Archiepiscopum Coloniensem, a. 953. Ducem cum regali potestate fecit Lotharingiæ, 57) atque hoc exemplo antea inaudito, reliquis episcopis ansam præbuit, 58) eandem potestatem adpetendi, quo ipso insigne iuribus Imperatoriis attulit detrimentum. Hunc Brunonem etiam, dum aduersus Vngaros pergeret, Prouisorem constituit Occidentis atque Vicarium. 59) Præterea multa profusione Episcopatus fundauit, Abbatiam ad conuertendos Slauos quidem Magdeburgensem in vrbe a se adornata, altero Imperii anno 937. in honorem Petri, Mauritii, Innocentii, sociorumque eius fundauit. 60) Inde post victoriam de Hunnis partam a. 955. templum extruxit, ibi Episcopatum etiam facere conatus, apud Bernhardum Halberstadtiensem Episcopum, in cuius diœcesi vrbs præfata erat sita, quamdiu vixit, impetrare non potuit. 61) Hunc vero prout in synodo Rauennatensi fuerat decretum, 62) a. 968. in Archiepiscopatum euexit, 63) eidemque subiecit Episco-

56) Hinc PAVLVS LANGIVS Chron. Citicens. ab init. *Ottonem hunc nostrum Primum & Magnum tradunt fundasse Brandeburgensem, Magdeburgensem, Merseburgensem, Misnensem, Slesuicensem, Ripensem, Hauelburgensem, & Citicensem.* Et p. p. *Statum clericorum & monachorum per patriam præcipue suam natiuam, ipsam videlicet Saxoniam, ab exordio regni sui ampliare & exaltare vehementer statuit.*

57) CONTIN. REGINONIS ad a. 953. *eodem anno Wigfridus Coloniensis ecclesiæ archiepiscopus obiit, cui Bruno frater regis succedens totius Lothariensis regni ducatum & regnum cum episcopatu suscepit.* Idem de Brunone, ad a. 965. *vir ducatu pariter & episcopatu dignissimus V. Idus Octobris obiit.* HVGO FLAVINIACENSIS *ad a. 953.* LEVOLDVS NORTHOFIVS in Catalogo archiepiscoporum Coloniensium MSto apud MEIBOMIVM notis in Wittichindum p. 681. *vicesimus quintus Bruno sub Ottone primo, eius fratre, sedit annos 12. qui dilectus Deo & hominibus, fortis in bello, magnus in Pontificibus, quasi sol effulgens in Ecclesia Coloniensi in conspectu regum & principum magnificatus. Nam Imperatore fratre suo in Italia pro disponenda republica moram faciente; Gallia & Germania tutelam & procurationem suscipiens, eandem prudenter ac strenue administrabat, hostes reprimens, discordes pacificans, paci potissime subditorum inuigilans & saluti. Vnde Ducem Lotharingiæ qua a Rheno vsque ad Mosam extenditur, rebellantem cepit. Cui Imperator reuersus ipsum Ducatum abiudicauit & abstulit, & dicto fratri suo Coloniensi Episcopo, ob suam petitionem & magnificentiam suisque successoribus & archiepiscopis in perpetuum concessit.* DITMARVS *lib. II. p. 335.* SIGEBERTVS LEVITA Vita S. Theoderici Episcopi Metensis c. I. *Brunonem tanta meritorum prærogatiua diuinitatis commendabat pietas, vt quem Coloniensis Archiepiscopatus illustrabat dignitas, etiam dominatus totius Lotharingiæ insigniret sublimitas.* Nouum autem atque insolitum fuisse, claris verbis testatur AVCTOR MAGNI CHRONICI BELGICI p. 80. *Bruno Ducatum Lotharingiæ acquisiuit & Coloniensi Ecclesiæ applicauit, cum ante hæc sua tempora Archiepiscopi Colonienses non iudicio gladii temporalis sed tantummodo iurisdictione vsi fuissent baculi pastoralis.* Excusare tamen conatur WITTICHINDVS *lib. I. p. 638.* dicens: *genuit* (Henricus) *tertium Brunonem, quem pontificis summi ac Ducis magni vidimus officia gerentem. Ac ne quis eum culpabilem super hoc dixerit, cum Samuelem sanctum, & alios plures sacerdotes pariter legamus & iudices.* Quem sequitur ANNALISTA SAXO *ad a. 953.* Eo etiam respexisse putamus AVCTOREM VITAE BRVNONIS *n. XX.* ap. LEIBNITIVM Tom. I. *p. 280.* dum ait: *nec vero noua fuit huiusmodi gubernatio aut sancta Dei Ecclesia Rectoribus antea insitata, cuius exempla, si quis requisierit, in promptu sunt.* Idem euincere conatur SCHATENIVS *Ann. Paderborn. ad a. 953.*

58) Dum enim vnus ex Episcopis secularem nactus fuisset potestatem, reliqui minoris conditionis esse nolebant, eandemque adfectabant, vt sub Ducis vel Principis dignitate exercerent iura secularia, prout exempla testantur, quæ in SYNTAGMATE IVRIS PVBLICI *c. XVIII. §. XI.* adduxi.

59) RVOTGERVS *Vita Brunonis* §. XVII. *fratrem suum Brunonem occidenti tutorem & prouisorem, & vt ita dicam, Archiducem in tam periculoso tempore misit.* AVCTOR TRANSLATIONIS S. EVERGISILI Tom. I. LEIBNITII p. 291. *Otto Coloniensis gregis custodem se natu minorem constituit fratrem suum, Brunonem, atque occidenti præfecit tutorem & Archi-Ducem.* Hinc ANNALISTA SAXO *ad a. 958. Brun Archiepiscopus & Dux Lotharingiæ secundas partes in regno fratris sui potenter & industrie administrans.*

60) DITMARVS lib. II. p. 331. *Editha instinctu Magdeburgensem ædificare cœpit ciuitatem, ad quam reliquias Christi martyris Innocentii cum magno adduxit honore.* Et p. 337. *pro remedio autem animæ suæ tradidit postera luce ineffabilia domino munera, inuictissimoque eius duci Mauritio, in prædiis, in libris, cæteroque apparatu regio, confirmans omnia legitima aduocatorum, traditioneque scripturarum, præsentia & laude imperatricis & filii, atque sub omnium testimonio Christo fidelium.* ANNALISTA SAXO ad a. 937. PAVLVS LANGIVS *c. l. diui insuper Benedicti ordinis in præfata Magdaburgensi vrbe, regale summis erexit impensis monasterium.* CHRONICON MAGDEBVRGENSE apud MEIBOMIVM Tom. II. p. 27. *secundo regni sui anno, regalem inibi abbaciam in honorem beati Petri Apostoli ac Mauritii, egregii Thebæorum ducis, digniquæ contubernalis illius Innocentii militis fundauit. Cuius corpus Rodolphus, rex Burgundiorum, ei ac reginæ transmissum, regium, imo diuinum munus, donauit.* HELMOLDVS *lib. I. c. XI.* Litteras fundationis exhibet MEIBOMIVS *Tom. II. p. 372.* Vid. & SAGITTARII *Antiquitates Magdeburgens.* Optandum, vt quam paucos ante annos promisit Notitiam Ducatus Magdeburgici Sac. Rom. Imp. primatus, tandem in lucem euulgaret litteratissimus Iureconsultus, IOANNES PETRVS LVDEWIG.

61) ANNALISTA SAXO *ad a. 955.*

62) CHRONOGRAPHVS SAXO *ad a. 969.* ANT. PAGI *Crit. Ann. Baronii Tom. IV. n. 4. ad a. 967.*

63) CHRONICON MAGDEBVRGENSE apud MEIBOMIVM Tom. II. p. 272. *in singulis prouinciis secundum loci situm & populi quantitatem, Episcopos censuit consecrari, quorum prædicatione & cura peruigili nutantes possent in fide stabiliri, & adhuc idololatriæ dediti ad cultum iustitiæ reuocari. Vt vero ad id agendum maior firmitas, & tutior in episcopis esset oportunitas, Archiepiscopum, ad quem negotium suum & controuersiam, si qua orta fuerit, referre valeant, eis communi deliberatione præponi statuit. Quam videlicet archiepiscopalem cathedram apud Magdeburg ciuitatem potissimum fieri placuit, eo quod hæc in confinio Slauorum loco videretur opportunior, & in eius propagatione voluntas imperatoris esset amplior.* Idem dicit, atque episcopatus huic metropoli

Episcopatum Brandeburgensem & Hauelbergensem a. 939. iam fundatos, 64) Misnensem, Merseburgensem, Numburgensem a. 968. erectos. 65) A. 961. Mindensi Ecclesiae concessit regalia, eandemque a iurisdictione seculari exemit. 66) Pro Danis etiam fundauit Episcopatus, Slesuicensem, Ripensem & Arhusanum, eosdemque Hamburgensi dioecesi subiecit. 67)

§. XXX. Superatis igitur Graecis, victisque Saracenis, cum victricibus armis Galliam ingressus & inde Germaniam, proximum pascha Quedlinburgi celebrauit, vbi multo gaudio fuit exceptus. Post, Ascensionis ferias Merseburgi celebrauit. Tertia ante Pentecosten feria monasterium Memlebiense ad Vnstrudam fuit ingressus. Sacris ibidem peractis, morbo fuit correptus, & Nonis Maii 973. placide defunctus. Corpus ipsius Magdeburgum fuit delatum, ibique in choro templi Cathedralis iuxta Editham, summo cum honore, marmoreo impositum sarcophago ab Archiepiscopis Gerone atque Adelberto. Eiusdem monumentum hodie adhuc conspicitur, licet ob insignia addita Saxonica, renouatum. 68)

§. XXXI.

poli subiectos indicat HELMOLDVS lib. I. c. XI. *subactis autem, Christianaeque fidei copulatis Slauorum gentibus, magnus Otto inclytam vrbem Magdeburg, super ripas Albiae fluminis condidit, quam Slauis metropolim statuens; Adelbertum summae sanctitatis virum, ibidem consecrari fecit Archiepiscopum. Is primus in Magdeburg ordinatus, duodecim annis strenue pontificatum administrauit, multosque Slauorum populos illic praedicando conuertit. Cuius ordinatio facta est anno Imperatoris XXXV. & sunt anni post ordinationem sancti Anscarii CXXXVII. Magdeburgensi autem episcopatui subiecta est tota Slauia, vsque ad Panem fluuium. Episcopatus suffraganei quinque, quorum Mersburg & Cicen, super Salam fluuium conditae, Misna vero super Albiam, Brandenburg & Hauelberg, interius vadunt. Sextus Episcopatus Slauiae est Aldenburg. Hunc episcopatum, sicut & caeteros Imperator Otto, Magdeburgensi primum subiicere decreuerat, quem tamen postmodum Adheldagus Hamburgensis Episcopus requisiuit, eo quod terminus suae Ecclesiae antiquis Imperatorum priuilegiis esset circumscriptus.* Ipsum autem omnium horum episcopatuum esse fundatorem, docet CHRON. MAGDEBVRGICVM p. 274. *ipse namque felicis memoriae Imperator erat constructor omnium harum, quas Archiepiscopatui subiecerat Episcopalium sedium, nimirum infinitae haereditatis suae potissimum cupiens haeredem esse Deum, non pauca tamen relinquens successioni filiorum.* MABILLONIVS *Seculo V. Benedictino in elogio Adalberti Historico* §. V. p. 578. ALBERICVS *ad an.* 973. CHRON. HALBERSTADIENSE apud LEIBNITIVM *Tom. II. p.* 116. CHRONOGRAPHVS SAXO *ad a.* 969. ALB. KRANZTIVS *Metrop. lib. III. c. XXVIII.* ANNALISTA SAXO *ad a.* 962. Vid. plenius *Historia Erectionis Ecclesiae Magdeburgensis* apud MEIBOMIVM *Tom. II. p.* 731. THEODORICVS A NIEM *de Iuribus & priuilegiis Imperii p.* 261.

64) LANGIVS *c. l.* CHRONOGRAPHVS SAXO ad a. 939. *Otto Imperator Brandeburg & Hauelberg Episcopatus fundat & Mogontini suffraganeos esse constituit.* Idem testatur Historia Erectionis Eccl. Magd. ap. MEIBOMIVM Tom. I. p. 732. *Imperator Otto Magnus ciuitatem Magdeburg ad honorem & defensionem dilectae suae Saxoniae Metropolim & Archiepiscopium facere, cui praefatos duos Episcopatus Brandenburgensem & Hauelbergensem a se constructos, & alios quos adhuc construere desiderauit, subiacere cogitauit.* ANGELVS *Marckische Chronic. lib. II. p.* 52. SAGITTARIVS quidem *Historia Marchionum Brandenburgensium* §. II. Henrico Aucupi tribuit fundationem huius Episcopatus, motus auctoritate DITMARI, qui *lib. III. p.* 345. ita loquitur: *Slauorum conspirata manus Brandeburgensem Episcopatum XXX. annos ante Magdeburgensem constitutum tum iam prima sonaret.* Verum, intelligendus est Ditmarus de archiepiscopatu Magdeburgensi, cuius erectionem Brandenburgensis sub ipso hoc Ottone XXX. annis praecesserat.

65) Historia erectionis Magdeburgensis p. 735. *adfuit omnis sexus & aetas gaudentium: fuit prorsus generale tripudium, vbi ad confirmationem sui idem Archiepiscopus in praesentia eorundem natiuitatem Domini secum celebrantium, Bosonem monachum Mersburgensi, Burchardum Misnensi, Hugonem Cycensi, ecclesiis primos Episcopos ordinauit. Dudo quoque Hauelbergensis & Dudellinus Brandenburgensis Episcopi, prius quidem Moguntino Archiepiscopo subiecti, sed tunc agente Imperatore, a debita sui obedientia absoluti Magdeburgensi Ecclesiae & eius Archiepiscopo cum praefatis confratribus fidem & subiectionem promisere. Ipse namque Imperator erat constructor omnium harum, quas archiepiscopatui subiecerat Episcopalium sedium.* Adsentitur DITMARVS *lib. II. pag.* 335. CHRONOGRAPHVS SAXO *ad an.* 970. ANNALISTA SAXO *ad a.* 969. LANGIVS *Chron. Citic. ab initio.* GOB. PERSONA *Cosmodr. aet. VI. c. XLVIII.* Fundationem Misnensis Ecclesiae inter alia diplomata exhibet MEIBOMIVS *Tom. I. p.* 752.

66) Extat diploma apud MEIBOMIVM *Tom. I. pag.* 745. & SCHATENIVM *lib. II. p.* 307. CHRON. MINDENSE apud MEIBOMIVM *Tom. I. p.* 559. *Lantwardus vndecimus Episcopus. Iste primo regalia impetrauit ac procurauit anno Domini DCCCCLXI. ab Ottone Magno Imperatore.* Vid. & MINDENSE CHRON. apud PISTORIVM *Tom. III. p.* 734. Alias donationes ecclesiis factas & sic dicta pia opera Ottonis M. late describit PFEFFINGERVS *Vitriario illustrato tit. XV. p.* 1143.

67) CHRONOGRAPHVS SAXO ad an. 952. *Daniam cismarinam, quam Iutland incolae vocant, Rex Otto subiiciens tributo, in tres diuisit Episcopatus, & Hamanburgensi Dioecesi subiecit, vnum constituens apud Sliaswick, quae & Heidiba dicitur, . . . Alterum fecit Episcopatum, in ciuitate, quae dicitur Ripa. Tertium Episcopatum constituit in Arhusum.* ADAMVS BREMENSIS *Hist. Eccles. lib. II. cap. II.* PETRVS LAMBECIVS *Origg. Hamburg. lib. I. p.* 10.

68) Sic mortem ipsius describit WITTICHINDVS *lib. III. excunte.* DITMARVS *lib. II. p.* 340. LAMB. SCHAFNABVRGENSIS, MARIANVS SCOTVS, CHRONOGRAPHVS, ANNALISTA SAXO, ALBERICVS, ANNALES HILDESHEIMENSES *ad a.* 973. OTTO FRISINGENSIS *VI. c. XXIV.* perperam ad a. 972. refert HVGO FLAVINIACENSIS & SIGEBERTVS GEMBLACENSIS, MONACHVS HAMERSLEBIENSIS, CONRADVS VRSPERGENSIS, ALBERTVS STADENSIS, ALB. KRANTZIVS *Metrop. lib. III. c. XXXI.* ad a. 974. referunt. CHRON. REG. S. PANTALEONIS p. 891. *Tertia vero feria ante Pentecosten venit ad locum, qui dicitur Mimilewa, Proxima nocte transacta, hora constituta, laetus ad mensam consedit, venienteque nocte vespertinis laudibus interfuit, sed peracto cantu euangelii aestuari & fatigari coepit. Quod cum intellexissent principes, imposuerunt eum sedili, expetitoque sacramento Dominico spiritum reddidit Non. Maii. Sepultus est Magadeburg a principibus*

§. XXXI. Binæ Ottonis M. fuerunt vxores. Prima Editha vel Edgida ex Anglorum gente Nobilissima, Eduardi Regis filia, Adelstani soror, 69) quam viuo adhuc patre Henrico sibi connubio copulauit. 70) Hæc d. 26. Ianuarii a. 947. fuit defuncta, 71) sepulta in Basilica noua Magdeburgensi, ex qua sustulit Ludolphum, circa annum 931. natum 72) cui an. 954. filius natus fuit Otto. 73) Ludolphus vero a. 957. apud Italos fuit defunctus, in Basilica S. Albani Moguntiæ sepultus, 74) & Luidgardim, Conradi, Lotharingiæ Ducis vxorem. Altera erat Adelheida Lotharii II. Italiæ regis vidua, 75) Rudolphi II. Burgundiæ Regis ex Bertha, Burcardi Alemanniæ Ducis prognata & filia, ex qua genuit Henricum, Brunonem in iuuentute extinctos & qui ipsi successit Ottonem II. Filias quoque Adelheidam Abbatissam Essensem, & Mathildam Abbatissam Quedlinburgensem. 76) Amica ipsius nobilis

bus honorifice. HERMANNVS CONTRACTVS *ad a.* 973. male ipsum Magdeburgi esse defunctum dicit. CHRONOGRAPHVS SAXO & ex eo CHRONICON MAGDEBVRGENSE apud MEIBOMIVM *Tom. II, p.* 276. hoc ipsius adducit epitaphium.

Tres luctus causa sunt hoc sub marmore clausa
Rex, decus Ecclesia, summus honor Patria.

69) WITTICHINDVS quidem lib. I. pag. 640. *Rex dedit filio suo Oddoni coniugem filiam Ethmundi regis Anglorum, sororem Adalstani, qua genuit ei filium nomine Luidulfum, virum magnum, meritoque omnibus populis carum: filiam quoque nomine Luidgardam, qua nupserat Conrado Francorum Duci.* Idem dicit DITMARVS *lib. II. incunte*, eandem laudans eximie. Omnes tamen rerum Anglicarum Scriptores patrem Athelstani vocant Eduardum. Hinc etiam ALBERICVS ad an. 934. *Otto filius Henrici, vxorem ducit filiam Eduardi, sororem Ethelstani, Regis Anglorum.* Contra omnium est fidem, quod LVITPRANDVS *IV. cap. VII.* ipsam vocat Athelstani fratris filiam. Plenius id demonstrauit PFEFFINGERVS *Vitriario illustrato p.* 492. Qua ratione id factum, declarat GVILIELMVS MALMESBVRIENSIS lib. II. p. 27. *Henricus primus Rex Teutonicorum sororem eius, vt ante dictum est, filio Ottoni expostulauit tot in Circuitu Regibus prætermissis, progeniei generositatem & animi magnitudinem in Athelstano e longinquo conspicatus. Adeo enim hac duo in eo consentiens habitaculum effecerant, vt nullus esset vel genere clarior & illustrior, vel animo audacior. Quare perpenso consilio, quod quatuor sorores haberet, in quibus prater atatis discrimen nihil de forma gratia dissideret, duas postulanti Casari misit.* Cur duas miserit, enarrat HROSWITHA:

Oddoni nato famosi regis amando
Egregie binas stirpis mittendo puellas,
Vt sibi quam vellet sponsam licite sociaret.

70) Quando nuptiæ fuerint celebratæ, indicat CONTIN. REGINONIS. *Anno Dominica incarnationis DCCCCXXX. Otto filius regis Heinrici Edgid filiam regis Anglorum duxit vxorem.* Quem sequitur ANNALISTA SAXO *ad h. a.* CHRON. REG. S. PANTALEONIS *ad a.* 919. CHRONOGRAPHVS SAXO vero ad a. 929. refert, dicens: *Otto magnus Edith filiam Erthmundi Regis Anglorum matrimonio sibi iungendam Saxonia aduexit, eique vrbem Magdeburg, qua nunc metropolis est Saxonia, tunc vero Halberstadensi diæcesi subiecta fuit, inter cateras opes pro dote obtulit.* Nisi forsan dicere velimus a. 929. in Saxoniam eam fuisse adductam, insequenti anno matrimonio iunctam. De Elgiua, Edithæ sorore, Ludouico Orbo Italiæ Regi nupta, in GVNDLINGIANIS *p. XIII.*

71) CONTIN. REGINONIS ad an. 947. *Domina Edgid Regina obiit, qua maximo Regis, omniumque suorum planctu, Magdeburgi sepelitur:* WITTICHINDVS lib. II. exeunte: *ille annus notabilis casu calamitoso totius populi, de morte scilicet beata memoria Edidis regina, cuius dies extrema septimo Kal. Febr. celebrata est, cum gemitu & lacrymis omnium Saxonum. Hac nata ex gente Anglorum, non minus sancta religione, quam regali potentia pollentium stirpe claruit. Decem annorum regni consortia tenuit, vndecimo obiit. Saxoniam vero decem & nouem annis inhabitauit. Reliquit filium nomine Ludolfum, omni virtute animi & corporis ea atate nulli mortalium secundum. Filiam quoque Liudgardam nomine, qua nupserat Chuonrado Duci. Sepulta est autem in ciuitate Magathaburg in basilica noua latere Aquilonari ad orientem.* ANNALISTA SAXO *ad a.* 943. 947. ANNALES HILDESHEIMENSES *ad a.* 947. *Etheid Regina obiit VII. Kal. Febr.* CONR. VRSPER. *p.* 220. CONTIN. REGINONIS *ad a.* 947. DITMARVS *lib. II. p.* 331. CHRON. MAGDEBVRGENSE *apud* MEIBOMIVM *p.* 272. *vt autem in construendo & amplificando Magdeburgensi cœnobio potissimum desiderii sui affectum pius imperator ostenderet, super ossa beata Edith regina, qua obiit dominica incarnationis nongentesimo quadragesimo septimo, anno vero regni sui vndecimo, iuxta quam & ipse post obitum suum pausare optauit monasterium sumptu magnifico, sed spe magnificentiori mirabili modo, arte dispositum adificauit.* Errauit plane FLODOARDVS ad a. 946. *vxor regis Ottonis soror ipsius Edmuda decessit.* Male etiam BOTHO *Chron. pictur. p.* 308. hanc mortem ad an. 943. refert. ALBERTVS STADENSIS, CHRON. QVEDLINBVRGENSE *ad a.* 946.

72) Docet nos hoc WITTICHINDVS lib. III. Annal. p. 651. *Liudulfus tener adhuc erat adolescens, atatis non amplius habens, quam sedecim annos.*

73) ANNALISTA SAXO *ad a.* 954.

74) ANNALISTA SAXO *ad a.* 957.

75) Dictum de eadem supra §. XIX.

76) WITTICHINDVS lib. II. p. 652. *nati sunt autem regi filii ex serenissima regina* (Adelheide) *primogenitus, Henricus, secundus Bruno, tertius Otto, paterni nominis maiestate designatus, quem iam, post patrem, Dominum ac Imperatorem vniuersus sperat orbis. Filiam quoque, Sancta Matris eius vocabulo insignitam, de qua non prasumimus aliquid dicere, cum eius claritas pracedat omne quod dicere aut scribere valemus.* Idem dicit MONACHVS HAMERSLEBIENSIS apud LEIBNITIVM *p.* 708. de Henrico & Brunone superius iam fuit dictum. De Adelheide res nondum satis est certa. PFEFFINGERVS diploma adducit, quod reperitur apud LEVCKFELDVM *Antiquit. Gandersh. c. XIV. §.* 10. vbi dicitur: *prasente Adelheide Ottonis M. filia Gandersheimensi Abbatissa.* Verum, cum diploma illud anno 1043. fuerit scriptum, vix est, vt dicamus tam longæuam vitam produxisse Magni Ottonis filiam. Hinc LEVCKFELDVS *Antiquitatibus Gandersheimensibus p.* 229. potius demonstrauit, Ottonis II. hanc fuisse filiam. LEIBNITIVS *Introductione in Collect. Script. §.* 27. ex Brunwileriensi narratore demonstrat, hanc Adelheidam fuisse Abbatissam Asfandiensem. De Mathilde vero AVCTOR VITÆ MATHILDIS c. IV. *illi autem* (Otto & Adelheida) *per longum tempus regni solium possidentes, Gratia Dei fœcundabantur Sobole Regali, primo precreabant Puellam, inclita Regina Mathildis vocabulo dictam, quam Rex Otto coniunxit Quitilingeburge contubernio Sanctimonialium iuxta Matris votum* Eadem dicit DITMARVS *lib. IV. p.* 356.

77) DIT-

nobilis Slauica in lucem edidit Wilhelmum, archiepiscopum Moguntinum. 77)

77) DITMARVS lib. II. p. 338. *Fridericus archipraesul octauo ordinationis suae anno, vir abstemius obiit, & Wilhelmus, de Matre quamuis captiua, tamen Nobili & Sclauonica, & ex Rege praedicto genitus, vice eius ordinatur, Anno Dominicae Incarnationis DCCCCLIV.* Idem dicit WITTICHINDVS *lib. III. Annalium p.* 661. CONTIN. REGIONONIS *ad a.* 928. MARIANVS SCOTVS *ad ann.* 954. ANNALISTA SAXO *ad a.* 954. Errant igitur, qui hunc Wilhelmum Ottonis M. fratrem dicunt fuisse. HIST. LANDGR. THVRINGIAE c. X. *Otto filius Henrici ducis Saxoniae & Thuringiae at imperatoris, post mortem patris etiam factus imperator, ciuitatem Magdeburgensem & ecclesiam cathedralem fundauit, & Wilhelmum filium suum archiepiscopum Moguntinum fecit. Quo facto, Wilhelmus archiepiscopus quartus decimus Thuringiam intrauit; & in Ersfordia multos nobiles pro defensione terrae locauit, quibus multa bona in Thuringia largitus est.* Ex quo ipsum Thuringiae ducatum adeptum fuisse contendunt, sine fundamento. Adde CHRISTIANVM FRANC. PAVLINI *Annal. Isenac. p.* 7.

SECTIO TERTIA
DE
OTTONE II.

§. I. Ottonis II. Parentes, cognomina & mores. §. II. Bellum cum Henrico Rixoso, & Raginerii Longicolli filiis. §. III. Bellum cum Haraldo Danorum Rege, Lutitiis, Abotritis, Boleslao, Bohemorum duce, & Herzilone. §. IV. Bellum Italicum. §. V. Bellum Lotharingicum cum Lothario, Francorum Rege. §. VI. Bellum cum Graecis & Saracenis in Italia: captiuitas & liberatio Imp. §. VII. Compositio rerum Italiae & mors. §. VIII. Vxor & liberi Ottonis II.

§. I.

OTtonis Magni ex Adelheida filius erat Otto II. 1) Medius & Iunior dictus, 2) ob insignia, quae cum Saracenis habuit proelia, *pallida mors Saracenorum* atque ob crudelitatem in conuiuio Romano 3) adhibitam, etiam *Sanguinarius* fuit dictus: a faciei vero habitu *Rufus*, siue Rubicundus. 4) Hic a. 955. natus, 5) in Comitiis Wormatiensibus a. 961. in Regem fuit electus, atque paullo post, electione Lothariensium Aquis Rex ordinatus, a. 967. in Imp. Romae coronatus, patri post mortem a. 971. statim successit, ab omnibus etiam pro Imp. fuit adgnitus. 6) Exinde etiam Coimperator dictus, 7) Sub initium quidem mater Adelheida cum ipso Imperii gubernabula tenebat, 8) quam tamen quasi Reipubl. male praeesset, aula eiecit, vt ad Conradum fratrem suum, Burgundiae Regem ausugeret, licet Maioli, Cluniacensis Abbatis suasu, eandem reuocaret. 9) Laudatur

1) *Sect. priori §. XXXI.*

2) AVCTOR VITAE WOLFGANGI c. XXIX. *medius Otto Caesar a Glorioso Duce Heinrico caterisque fidelibus est interpellatus.* HELMOLDVS lib. I. c. XIII. p. 548. *Magnus Princeps Otto feliciter migrauit ad Dominum, Cui filius Otto medianus succedens per X. annos strenue gubernauit Imperium.* DITMARVS lib. III. p. 333. *Aequiuocus Imperatoris, iunior inquam Otto, quem peperit inclyta mater Adelheidis.*

3) Ita CHRONICON LAVRISHAMENSE *p.* 121. OTTO FRISINGENSIS VI. c. XXVI. *hi duo posteriores Ottones mirabiles fuere, vt vnus Pallida mors Saracenorum, seu sanguinarius, alter Mirabilia Mundi diceretur.* Idem repetit GOTEFRIDVS VITERBIENSIS *p. XVII. p.* 481. & ALBERICVS *ad a.* 983.

4) LEO OSTIENSIS lib. II. c. IX. *defuncto primo Ottone, Otto secundus Imperator, filius eius, cognomento rufus, venit Capuam.* CHRONOGRAPHVS SAXO ad a. 974. *Sedente posthac in paterni regni solio, praememorato Ottone secundo, ab habitu faciei, agnomine Ruso.* EKKEHARDVS de Cas. S. Galli c. X. *Otto Saxonicus Rufus.* HVGO FLAVINIACENSIS ad a. 972. *successit Othoni primo secundus Otho, qui & Rufus, de quo dictum est prouerbium: quia successit Otho ad imperium, vt floreret seculum.* ANNALISTA SAXO ad a. 974.

5) CONTIN. REGINONIS ad h. a. *Otto filius regi nascitur.* ANNALISTA SAXO *ad a.* 955.

6) *Superiori Sectione §. XXII. & XXVI.* ANNALISTA SAXO ad a. 973. *mane facto spei vnicae totius Ecclesiae Imperatoris filio, licet iam olim vnctus esset in Regem & a beato Apostolico designatus in Imperatorem, certatim vt in initio manus dabant, fidem pollicentes, & operam suam contra omnes aduersarios, Sacramentis militaribus confirmantes. Et paullo post: aequiuocus autem eius iunior Otto iterum collaudatur a cunctis in Dominum & Regem.*

7) In diplomate Ecclesiae Magdeburgensi ab Ottone M. a. 968. concesso, apud SCHATENIVM lib. IV. p. 311. *pro statu quoque & incolumitate regni vel imperii nostro, filiique & Coimperatoris nostri Ottonis.* Plura collegit SAGITTARIVS *antiquitatibus Magdeburgensibus.* Videtur tamen Otto II. in diplomatibus cum solo nomine suo praescriptis ad patris differentiam, titulo saltim Regis Romanorum fuisse vsus. Tale est apud GOLDASTVM *Constit. Tomo vno p.* 225. cuius initium hoc est: *Nos Otto Dei gratia Romanorum Rex semper Augustus.* Non conuenit quidem Chronologia in fine addita: *anno post Christi natiuitatem DCCCCLXXXVIII. anno primo Imperii nostri*, sed hoc ipso facile patet, annum DCCCCLXVIII. debere intelligi. SIGEBERTVS GEMBLACENSIS ad ann. 971. ipsum vocat *Comparatorem*, vbi sine dubio legendum *Coimperatorem.*

8) DITMARVS lib. III. p. 341. *Otto secundus piae genetricis suae instinctu, cuius gubernaculo vigebat Mimileue - - adquisiuit.* ODILO CLVNIACENSIS Vita S. Adelheidis c. IV. *postquam Augustissimus Otto* (primus) *vniuersae carnis ingressus est viam, Augusta* (Adelheidis) *cum filio Romani Imperii feliciter diu gubernauit monarchiam.*

9) Haec vberius narrat SYRVS MONACHVS *in Vita S. Maioli Cluniacensis lib. III. c. IX.* atque ODILO CLVNIACENSIS *Vita Adelheidis c. II.* De hoc etiam CHRONOGRAPHVS SAXO *ad a.* 978. *Adelheidis nimii doloris acerbitate visceretenus sauciata, quorundam delatorum indebitas inter se & filium discordias seminantium culpa in Longobardiam est profecta.*

10) AVCTOR

tur iste a pietate, sapientia, studiorum amore & fortitudine. 10) Licet etiam non desint qui proteruiam Ipsius aliaque in ipso vitia reprehendant. 11)

§. II. Sub initum statim regiminis, Henricus Rixosus, Bauariæ Dux, Ottonis M. fratris filius, Hetzilo iunior dictus, a. 974. prauum cum quibusdam episcopis contra Imp. iniit consilium. Quo comperto, Imperator eos ad placitum inuitauit per edictum, ita, vt Henricus in potestatem se daret Imperatoris, 12) qui postea Ingelheimum fuit relegatus. 13) Inde contra Ragenarii Longicolli Montensis Comitis filios, Raginerium atque Lambertum bellum gessit. Initium iamdum ad a. 957. erit computandum. Bruno enim Archiepiscopus & Archi Dux Lotharingiæ secundas partes in regno fratris sui potenter & industrie administrans, Raginerium, Valentianas euocauit. Ast, quia quæsitos dare noluit obsides, eundem comprehendens, sub custodia secum deduxit, nec multo post trans Rhenum in exilium misit, Bonis Raginerii ad fiscum publicatis, filii eius Raginerus & Lambertus ad Lotharium, Francorum Regem confugerunt. 14) Hi igitur paullatim resumptis viribus a Francia redeunt, & cum Garnero & Ramnoldo, qui Comitatum patris ipsius occupauerant, bello apud Peronnam confligunt, eosque cum multis perimunt, & super Hagnam fluuium, castello Buxide munito, Lotharingiam infestant. Imperator contra illos arma mouens, prima statim expeditione castellum Buxidis obsidet, captum diruit, captos in eo in exilium mittit, nec tamen a rebellione destiterunt. 15) Quippe, vt pro se viriliter agerent, animati Francorum auxilio & affinitate, Raginerius quippe Heduigam, Hugonis filiam, postea Regis, Lambertus vero Gerbergam filiam Caroli Ducis duxere vxores, atque in terram patrum suorum fuerunt relocati. 16)

§. III. Eodem anno 974. Otto contra Daniæ Regem Haraldum sibi rebellem, pergens, Slesuicum properauit, horum munitiones ad defensionem superinductus, superauit, atque Regem eo adegit, vt per legatos supplex pacem posceret, filium obsidem daret, tributum annuum pollicitus. 17) A. 975. Slaui, potissimum Luticii, Germanis tributarii, superbia Theoderici Ducis aggruati, præsumtione vnanimi arma commouerunt. 18) Otto

10) AVCTOR VITÆ ADALBERTI: *huic in paruo corpore melior virtus, magnus amor & fides suis, larga manus sine querela cunctis, sapientia maior annis, pia humanitas erga Dei seruos, confessio & oratio bona regnum tenuerunt.* DITMARVS *lib. III. ineunte* dicit: *tertius regni procurator nostri, Otto secundus, materies mei, qui iuuenis viribus corporis elucens eximiis, primo quæ sunt proterua sectatus, largitusque plurima pietatis opere absque temperamento, matura fugit consilia. Deindeque castigatus a multis, imposito sibi laudandæ virtutis freno, nobiliter in diebus suis conuersatus est, sicut in sequentibus explanabo. Et libro III. fin.* dicitur: *regni tutor & imperii hostibus cunctis horrendus, commissisque gregibus inexpugnabilis muneris.* AVCTOR VITÆ MEINWERI §. V. *eo tempore monarchiam Romani Imperii Otto, eiusdem nominis secundus, strenue gubernabat, armis strenuus, fide Catholicus, non minus diuinis, quam humanis rebus deditus.* AVCTOR VITÆ S. ADELBERTI §. X. *Adiit Veronam Imperatorius apex, scilicet Otto secundus, cui fuit manus in prælio fortis, in paruo corpore maxima virtus. Augustus melior bono patre, & (vt fama meminit) per omnia Cæsar Christianissimus.* AVCTOR VITÆ WOLFGANGI *c. XXIX. Otto Cæsar diuinæ cultor præcipuus religionis.*

11) DITMARVS lib. III. p. 341. de eodem: *primo, quæ sunt proterua, sectatus, largitusque plurima pietatis opere, absque temperamento matura fugit consilia.* ANNALISTA SAXO *ad a.* 973. CHRONOGRAPHVS SAXO *ad an.* 974. *neglecta namque iustitia & iudicio, quæ fuerant aurea præparatio sedis paternæ misericordia & veritas, quæ faciem eius præcessere, post obitum sui dilectoris a prænalente iniquitate, fugatæ terris terga dedere.* Et paullo post: *Iuuentus Regis effrena, sana seniorum spernebat consilia, dumque omne, quod libet, licere credit, viam erroris sine magistro ductus currit.*

12) LAMBERTVS SCHAFNABVRGENSIS ad an. 974. *Heinricus dux Baioariorum & Abraham episcopus cum Bolisclaione & Misichone inierunt contra imperatorem prauum consilium. At imperator tali nefando comperto consilio, congregauit omnes principes suos, & quid inde faceret consilium petiit. Qui dederunt ei consilium, vt mitteret ad ducem Heinricum & Bopponem episcopum, & Gebehardum comitem, eosque ad placitum inuitaret per edictum: qui sine delatione Deo donante dedit se in potestatem imperatoris.* HERMANNVS CONTRACTVS ad a. 976. *dissensio inter Ottonem Regem, & Henricum Ducem Baioariæ commota est.* SIG. GEMBLACENSIS, CHRONOGRAPHVS SAXO, ALBERICVS, ANNALES HILDESHEIMENSES *ad a.* 974.

13) Huc facit DITMARVS, qui lib. III. p. 342. *Henricus Bauariorum Dux captus est ad Geilhem deductus caute custoditur.* ANNALES HILDESHEIMENSES ad a. 974. *Henricus Dux Baioariorum est captus, & ad Engilenheim missus.* Id quod ANNALISTA SAXO ad an. 975. AVENTINVS *lib. V. c. II. n.* 15. per Ingelheim explicat.

14) FRODOARDVS *Chron. ad a.* 957. ANNALISTA SAXO *ad a.* 957. SIGEBERTVS GEMBLACENSIS *ad a.* 959. DAVID BLONDELLVS *Tom. II. plen. assert. Geneal. Francica p.* 265.

15) ALBERICVS, ANNALISTA SAXO *ad a.* 974. SIGEBERTVS GEMBLACENSIS ad a. 975. BLONDELLVS *c. l.* PAGI *Crit. Annal. Baronii ad a.* 978.

16) DITMARVS *lib. III. p.* 342. ALBERICVS, SIGEBERTVS GEMBLACENSIS.

17) SIGEBERTVS GEMBLACENSIS ad ann. 975. GVIL. de NANGIACO *ad an.* 975. ex hoc matrimonio Comites Montenses atque Louanienses suam traxisse originem, demonstrauit MABILLONIVS *Tom. III. Ann. Benedict. lib. XLVIII. n.* 45.

18) LAMBERTVS SCHAFNABVRGENSIS ad a. 974. *eadem anno perrexit imperator contra Haroldum in Sceleswig.* DITMARVS c. l. *Imperator prima expeditione Buschuth ciuitatem cœpit; Danos sibi rebelles petens, ad Sleswigk properauit. Ibi etiam hostes suos foueam, quæ ad defensionem patriæ parata est, & portam, quæ Wieglesdor (vulgo Egdora vel Eidora; nempe Dor est porta, Hegge, Haye, sepes spinarum. Hinc tandem & flumen Eidora nomen accepit, quod hodieque retinet) vocatur, armis præoccupare videns, consilio Bernhardi Ducis, & aui mei met, Henrici Comitis, omnes has munitiones viriliter exuperat.* ANNALISTA SAXO *ad a.* 975. De hoc vallo, Dannewirckæ dicto, BERINGIVS *Floro Danico p.* 197. Clarius de hoc bello AVENTINVS V. c. II.

Otto igitur a. 976. contra eosdem proficiscitur. 19) Anno 982. Mistui Abotritarum Dux, Hamburgum, vbi sedes Episcopalis quondam fuerat, incendit atque vastauit. 20) Inde Episcopalem Cathedram in Hauelberg destruunt, Brandenburgensem Episcopatum inuadunt, & magnam prædam faciunt. 21) Postquam etiam Ecclesia Cizensis a Boiemorum exercitu, Dedi Duce, capta esset & deprædata, Hugone primo tunc Episcopo inde fugato, 22) a. 975. habito Vinariæ magno conuentu, Bohemiam vastauit. 23) Anno 974. Hezelone siue Henrico nouas turbas mouente, & nefaria consilia contra Ottonem machinante, 24) perrexit in Baioariam, atque Henricum ducem cepit. 25) Henrico autem euadente, atque ad Boleslaum Bohemiæ Ducem fugiente, Imp. anno 977. porrexit in Bohemiam & maximam terræ partem deuastauit, 26) licet ad Pilsenam a Bohemis cæderetur, vt in Germaniam reuerti cogeretur. 27) Henricus vero Patauiam inuasit. Ast Imp. vrbem obsedit, & Henricum ducem ad suam gratiam recepit, atque in Franciam porrexit. An. 978. Bolislaus, Bohemiæ Rex venit ad Imp. qui honorifice susceptus, magnisque muneribus ab Imp. oneratus rediit domum. Henricus demum comprehensus, missus fuit in exilium. 28) Bauaria Ottoni Alemanniæ Duci fuit concessa, 29) post cuius mortem a. 982. Henricus in eandem fuit restitutus. 30)

§. IV. Successit bellum Italicum, Imp. enim statim post mortem patris an. 973. in Italiam venit, Capuam inprimis, & abiit Tarentum, ac Metapontum, & deinde Calabriam, vnde iure Italis dato, prospere ad sua reuersus. 31) Imp. autem bello Bauarico, Danico atque Lotharingico implicito, Itali, qui ipsum parui pendebant, consulatus in Ciuitatibus

V. c. II. exeunte: *Interim Heraldus Danorum rex transalbianos vastat. Otto conatibus hostis cum exercitu propere obuiam venit, omnem vim belli in Daniam transfert. Heraldus territus legatos cum amplissimis donis supplex de pace mittit, filium dat obsidem, tributum annuum pollicetur.*

19) DITMARVS lib. III. p. 345. *Gentes, quæ suscepta Christianitate Regibus & Imperatoribus tributariæ seruiebant, superbia Thiedrici Ducis aggrauatæ præsumtione vnanimi arma commouerunt.* SIGEBERTVS GEMBLACENSIS ad an. 977. *Gens Leuticiorum ad idololatriam reuertitur.* AVCTOR VITÆ ADALBERTI PRAGENSIS POSTERIOR *n. IX.*

20) SIGEBERTVS GEMBLACENSIS *ad an.* 976. GERARDVS VITA S. VDALRICI *c. XXVIII.*

21) DITMARVS *lib. III. p.* 345. CHRONOGRAPHVS SAXO *ad a.* 982.

22) DITMARVS *c. l.* CHRONOGRAPHVS SAXO *c. l.*

23) DITMARVS *c. l.*

24) LAMB. SCHAFN. ad h. a. *Otto Imperator habuit magnum conuentum in Wehmare. Eodem anno Imperator Bohemos vastauit & concremauit.* GOLDASTVS *de Regno Bohemiæ lib. II. c. III. n.* 22.

25) LAMBERTVS SCHAFNABVRGENSIS ad a. 974. scribit: *Henricum, Ducem Baioariorum, & Abrahamum Episcopum iniuisse contra Imperatorem prauum consilium.* Vberius ANDREAS BRVNNERVS *Ann. Boior. p. II. lib. III. n.* 111. *p.* 136. *initium turbis Henrici, Baioariæ Principis, ambitio dedit, Abrahami potissimum, Frisingensis episcopi, vaniloquentia inflata, qui Othoni Aquisgrani iam olim, magno procerum consensu, deinde Romæ Pontificis manibus coronato, detrahere diadema, & dubiam possessionem regni facere ausus in desperatissima lite tamen rationes inuenit, Henrico persuasurus, Imperium ad ipsum pertinere.*

26) ANNALES HILDESHEIMENSES ad a. 974. *Henricus Dux Baiowariorum, est captus.* LAMBERTVS SCHAFNABVRGENSIS ad a. 974. *Henricus sine dilatione Deo donante, dedit se in potestatem Imperatoris.* DITMARVS *lib. III. pag.* 342. CHRONOGRAPHVS SAXO ad a. 974.

27) DITMARVS *lib. III. p.* 343. GERARDVS VITA S. VDALRICI *c. XXVIII.* ANNALISTA SAXO *ad a.* 976.

28) LAMB. SCHAFN. *ad a.* 977. 978. qui vrbem, in qua Henricus fuit obsessus, Bazowam vocat, & tandem concludit: *adorat & Heinricus cum altero Henrico, qui comprehensi in exilium missi sunt.* Hunc alterum Henricum explicat CHRONOGRAPHVS SAXO ad a. 978. *Heinricus Dux cum Heinrico iuniore filio Bertoldi apud Imperatorem accusati, eius iussu Magdeburg capti sunt vna cum Ekberto Comite, ac exilio deputati.* Integrum vero bellum his verbis describit DITMARVS lib. III. pag. 342. *Henricus Dux Bauariorum, honore & communione priuatus, Boiemiam fugit, quem Imperator ibidem valido petens exercitu cum Duce Bolizlao manentem nil ibi prorsus in neutro horum profecit, sed magnam Bauariorum cateruam, sibi ad auxilium huc venientem, & iuxta Pilisini vrbem castra metatam, dolo cuiusdam militis Bolizlai sic perdidit. Vespere facto, Bauarii se lauantes nulla custodam securitate fruuntur: & ecce hostis loricatus adueniens nudos eosdem in tentoriis & in virentibus pratis occurrentes prostrauit, & cum omni præda lætus & incolumis reuertitur. Imperator autem audita tantorum strage virorum, & quod nulla sibi via redeundi patuit, recto itinere ad ciuitatem suam, quæ Cromena dicitur, venit, & in proximo anno præfatum Ducem ad Patauiam confugientem subegit. Insequenti anno Henricus Dux & Eckbertus Comes & Henricus Præsul apud Imperatorem accusati Magdeburg capti sunt, & longe exilio deputati.* CHRONOGRAPHVS SAXO ad a. 977. *Heinricus quondam Dux cum consilio minoris Heinrici Patauiam ciuitatem inuasit, sed ibidem continuo ab Imperatore obsessus, illius se subdidit potestati coactus.* WOLFFHERRVS Vita S. Godehardi cap. I. *Henricus, Baioariæ Dux, pater Henrici Imperatoris, ab Imperatore* (Ottone II.) *patruele suo, ante septennium* (a. 977.) *ob infidelitatem & tyrannidem, quam contra eum paterno more exercuit, ab honore summotus est.* AVENTINVS *V. c. III.* GOLDASTVS *de R. Bohemiæ lib. II. c. III. n.* 23. 24. 25.

29) HERMANNVS CONTRACTVS ad a. 978. *Ducatum Baioariæ Otto, Dux Sueuorum, cepit.* DITMARVS *lib. III. p.* 343. ANNALES HILDESHEIMENSES ad a. 982. In diplomate Monasterio Gorzensi concesso, apud MABILLONIVM *Tom. IV. Annalium Ord. S. Benedicti lib. XLIX. n.* 14. mentio fit Ottonis, tanquam Ducis Alemannorum & Baioariorum, & in alio apud WIGVLEVM HVNDIVM *Metrop. Salisburg. Tom. II. pag.* 588. saltim dicitur Dux Baioariorum.

30) HERMANNVS CONTRACTVS *ad a.* 982. *Henricus Ducatum Baioariæ recepit.* DITMARVS *lib. III. p.* 347.

31) Verba sunt LEONIS OSTIENSIS *lib. II. c. IX.*

Kk

32) Verba

ratibus instituebant, & priuatas turres, in vrbibus ædificare incipiebant. 32) Immo Imp. asino comparabant. 33) Romani potissimum, pro antiqua recuperanda libertate tumultuabantur. 34) Compositis vero Germaniæ rebus, Imp. evocatus a Papa, an. 980. cum magno exercitu venit in Italiam, atque habito in campis Roncaliis Conuentu, ius dixit Italiæ populis, habitis etiam de seditionum auctoribus, quæstionibus. 35) Inde Romæ natalitiis celebratis, vindictam de iisdem sumsisse dicitur. Quippe, magnifico inprimis parato in Vaticano conuiuio, principes, ac legatos ciuitatum omnes, qui celebrandi aduentus sui gratia Romam de more conuenerant, aut iussi ab eo aderant, inuitauit. Vbi vero cuncti ordine accubuerunt, præconis voce, ne quis ad ea, quæ audiret, videretue aut vocem misisse, aut sede sua mouisse vellet, pœna capitis indicta denuntiatum, ac statim conuiuæ omnes intromissis armatorum cateruis ex composito circumuenti. Trepidantibus ad tale spectaculum singulis, deinceps nomina eorum, qui aut seditionem, aut tumultum conflarant, recitata, ac tristibus de illis pronuntiatis sententiis, inspectantibus cæteris, vltimum supplicium sumptum. In reliquis conuiuium mira comitate, ac liberali inuitatione concelebratum, ex eo inde Ottoni cognomen sanguinarii inditum. 36) Licet hæc sola GOTFRIDI VITERBIENSIS constent auctoritate.

§. V. An. 977. Ducatum Lotharingiæ dedit Carolo, Lothario Regis Francorum fratri, Ludouici Vltramarini filio iuniori, qui inde partes Ottonis II. tenebat. 37) Ast Lotharius Lotharingiam recipere volens, sub prætextu etiam, quasi iniurias Raynerii Longicollis filiis illatas vindicare vellet, 38) vsque ad palatium Aquisgrani venit, ita vt Otto cum vxore vix euadere posset, ibique dapibus atque ferculis pro Imp. paratis vsus, omnia circum circa vastauit, 39) seditque ibi tribus diebus. 40) Quem Otto Imp. insecutus vsque Parisios, nullo obsistente, omnia vastando peruenit, & Lotharium fugauit. 41) In redeundo

32) Verba sunt SIGONII *de R. Italiæ lib. VII. pag.* 179.

33) GERBERTVS Ep. XI. *quid ora caudæque vulpium blandiuntur hic Domino meo, aut exeant de palatio, aut suos repræsentent satellites, qui edicta Cæsaris contemnant, qui legatos eius interficere moliuntur, qui ipsum asino coæquant.* Idem Ep. XII. *ipse Cæsar omnium hominum excellentissimus a furciferis asino comparatur.*

34) GOTFRIDVS VITERBIENSIS p. XVII. p. 328.

Otto secundus adest, Roma diademate functus,
Lætus apostolicis manibus discedit inunctus,
Ius dedit Italicis vndique pace frui.
Rex vbi discessit, gens Itala bella capessit.
Iussio vilescit, procerum discordia crescit,
Regia delituit pax quia nulla fuit.
Terra perit, gens pressa gemit, belloque grauatur,

Latius hosce tumultus describit SIGONIVS *lib. VII. p.* 179.

35) CONTIN. FRODOARDI ad a. 980. *Otho Imperator Italiam repetit euocatus a Papa vt Ecclesiæ succurreret.* Reliqua verbis SIGONII *ad a.* 980. descripsi.

36) Hæc verba sunt SIGONII. Eadem vero ratione historiam narrat GOTFRIDVS VITERBIENSIS *c. l.*

37) SIGEBERTVS GEMBLACENSIS ad an. 977. *Ducatus Lotharingiæ datur Carolo, fratri Lotharii regis Francorum, multis insuper conducto beneficiis, vt & ipse ab insolentiis desistat, & fratris sui Lotharii motibus obsistat.* CONTIN. FRODOARDI *ad an.* 977. DAVID BLONDELLVS *Tom. II. plen. Assert. Geneal. Franc. p.* 265. MABILLONIVS *Tom. III. Annal. Ord. S. Benedicti lib. XLVIII. n.* 45. Male igitur GVIL. de NANGIACO p. 268. *Imperator cupiens inter ipsum & consobrinum suum Regem Franciæ, amorem continuari, Ducatum Lotharingiæ dedit Carolo fratri Lotharii.*

38) GVIL. de NANGIACO Chron. ad a. 977. *intimabatis etiam* (Ottoni II.) *quod Rex Francorum, Lotharius, quod impedimentum post obitum Guarnerii auctoritate Imperatoris factum existimaret, iniuriam sibi in personis consanguineorum* (Raginerii & Lamberti) *illatum in terra ipsius Imperatoris personaliter intendebat in proximo vindicare. Sed Imperator parui pendens relata.*

39) DITMARVS *lib. III. pag.* 343. GLABER RADVLPHVS *lib. I. c. III.* Addit MABILLONIVS *Annal. Ord. S. Benedicti Tom. III. lib. XLVIII. n.* 62. *gallum in culmine basilicæ Aquisgranensis positum in Galliam conuerti iussit, quasi Gallicanæ dominationis signum.*

40) GVIL. de NANGIACO ad a. 977. *Lotharius transiens ad palatium Aquisgranis, vbi Imperator Otto residebat, omnia circumcirca diripuit, Othone, quod imparatus erat ad pugnam, cum sua vxore fugiente, ibique dapibus Imperatoris, & ferculis iam pro prandio paratis refocillato exercitu, Rex inde distraxit, quidquid prædabile potuit reperiri, totamque adiacentem prouinciam rapinis & incendiis vastauit absque resistentia.* ALBERICVS *ad a.* 979.

41) LAMB. SCHAFN. ad a. 678. SIGEBERT. GEMBL. ad a. 978. Plenius vero CONT. FRODOARDI ad a. 977. *Lotharius Rex Francorum promissi non immemor, congregato exercitu valde copioso, Lotharingiam intrat, & eam sub ditione sua redigit: In ciuitateque Metensi Baronum recepit homagia. Transiens inde ad palatium Aquisgranis, vbi Imperator Otho residebat, omnia circumcirca diripuit, Othone, quod imparatus erat ad pugnam, cum sua vxore fugiente: ibique dapibus Imperatoris & ferculis iam pro prandio paratis refocillato exercitu, Rex inde distraxit quicquid prædabile potuit reperiri, totamque adiacentem prouinciam rapinis & incendiis vastauit absque resistentia, & inde sine obice rediit in Franciam. Otho autem Imperator tantam iniuriam ægre ferens, & properans ad vindictam, post recessum Lotharii cum copioso exercitu, per Lotharingiam, Franciam ingressus & Remensem, Laudunensem, Suessionensemque prouincias omnia deuastando pertransiens vsque Parisius venit, & suburbium ciuitatis incendit. In Francia quoque manens a Kalendis Octobris vsque ad Kal. Decemb. fines eius diuersa clade vastauit, Ecclesiis tantum, Dei amore, immunitate concessa. Imperator quendam nepotem habebat, qui se extollendo iactauerat, quod lanceam suam infigeret in portam Parisiensis vrbis. Sed suburbio accenso, cum ad ipsa accessisset, de ciuitate erumpentes eundem cum multis aliis occiderunt. Iam Rex Lotharius Hugone Capucii comite Parisiensi & Heinrico duce Burgundionem fratre suo vocatis, ingentem congregauerat exercitum, cum quo subito irruens super hostes, eos fugere compulit, quos etiam persequutus est vsque ad Suessionem vrbem. Illi autem ingressi fluminis*

redeundo autem, circa Axonam fluuium partem impedimentorum amisit, plures etiam aqua consumpsit. 42) Lotharius ex omni Francia atque Burgundia militari manu in vnum coacta, persecutus est Ottonis exercitum vsque ad fluuium Mosam, plures etiam ex Ottonis exercitu in Mosa perierunt. 43) Insequenti anno Galliam iterum inuasit Otto. 44) Demum conuenientes a. 980. Otto & Lotharius super Carum fluuium, prope Rhemensem vrbem, & datis inuicem sacramentis, rex Lotharius Lotharingiam abiurat. 45)

§. VI. Anno 981. Otto hic Apuliam & Calabriam, Italiæ Prouincias, ad Iura regni Græcorum pertinentes, transferre ad Imperium Romanum conatur, 46) maxime, propter affinitatem, quam per vxorem suam, Theophaniam, cum Imperatore Græcorum habebat. Hinc Græci infensi, quod Imp. illas prouincias inuaderet, conducto sibi Saracenorum auxilio, cum Imp. in Calabria a. 982. bello congrediuntur. Primo quidem feliciter agebat, Tarentum, Metapontum & omnem Calabriam occupabat, Saracenos etiam in prœlio magna strage superabat. 47) Verum, dum nimis securus esset, & Saracenos iterum plena manu adgrederetur, nouo prœlio victus fuit, in eodemque perfidia Italorum, qui ob crudelitatem in conuiuio Romano exercitam, fugam arripuerant, copiæ Imp. vsque

nis alueum quod dicitur Axona, nescientes vadum, maximum detrimentum perpessi sunt. Nam plures multo consumpsit aqua quam gladius: & tot ibi perierunt, vt etiam aqua redundaret cadaueribus. Aqua enim repleuerat ripas suas. Lotharius autem constanter persequens eos tribus diebus & tribus noctibus & vsque ad flumen quod fluit inter Ardennam, interfecta ex hostibus maxima multitudine, cum triumpho reuersus est in Franciam. Licet hic Continuator Lothario nimium aduletur. Sic enim DITMARVS lib. III. p. 343. *post hæc autem Imperator omni studio ordinauit expeditionem suam aduersus Lotharium, regem Karolingorum, qui in Aquisgrani palatium & sedem regiam, nostrum semper respicientem dominium valido exercitu præsumsit inuadere, sibique, versa aquila, designare. Hæc stat in Orientali parte domus, morisque fuit omnium, hunc locum possidentium, ad sua eam vertere regna. Quem celeriter abeuntem Cæsar insequitur, depopulatis omnibus, & incendio consumtis, vsque ad Parisium sedem. In illo itinere multis infirmitate nimia compressis, Bruno Comes Harneburgensis, miles per cuncta laudabilis, obiit II. Cal. Decembr. Reuersus inde Imperator triumphali gloria, tantum hostibus incussit terrorem, vt nunquam post talia incipere auderent, recompensatumque est his, quicquid dedecoris prius intulere nostris.* ANNALISTA SAXO *ad an.* 977. CHRON. ANDEG. apud LABBEVM *Tom. I. p.* 275. *DCCCCLXXVII. Otho Imperator Parisius venit cum ingenti exercitu.* HEPIDANNVS *ad a.* 977. AVENTINVS *lib. V. c. III.* GVIL. de NANGIACO *c. l.* ANNALES HILDESHEIMENSES *ad a.* 878. ALBERICVS *ad a.* 979 GLABER RODVLPHVS *lib. I. c. III.*

42) GVIL. de NANGIACO ad a. 977. AVCTOR tamen VITÆ WOLFGANGI RATISBONENSIS EPISCOPI *c. XXXII.* istum singulari miraculo innoxios flumen traduxisse Teutones ait.

43) Nimium Lotharii victoriam euehunt Galli. GLABER RODVLPHVS lib. I. c. III. *multos ex fugientibus in eodem flumine contigit interire. De hinc vero vterque* (Otto & Lotharius) *cessauit, Lothario minus explente quod cupiit.* GVIL. de NANGIACO c. l. *Lotharius constanter persequens* (Teutones) *tribus diebus & tribus noctibus, & vsque ad flumen, quod fluit inter Ardennam interfecta ex hostibus maxima multitudine cum triumpho reuersus est in Franciam.* Huc facere videtur subscriptio Diplomatis apud MABILLONIVM *Tom. III. Annal. Ord. S. Benedicti L. XLVIII. n.* 92. *hæc auctoritas - - sub magno Rege Hlothario, anno scilicet regni eius, quando impetum fecit contra Saxones & fugauit Imperatorem.* Licet tantam Lotharii victoriam non fuisse, ex eo pateat, quod altero anno Lotharingiam abiurauerit.

44) LAMB. SCHAFN. *ad a.* 978.

45) Verba sunt SIGEBERTI GEMBLACENSIS *ad a.* 980. Idem confirmat DITMARVS lib. III. p. 343. *imperante tunc prædicto Ottone VI. annos, Lutharius Rex cum filio suimet, ac muneribus magnificis, ad eum venit, & sibi satisfaciens, amicitiam eius firmiter acquisiuit.* ANNALES HILDESHEIMENSES ad an. 986. *Lotharius Rex, cum magnis muneribus ad Imperatorem veniens, sese cum filio suo subiecit voluntati Imperatoris.* ALBERICVS ad h. a. Hic tamen pro more suo Francis iterum fauet GVILIELMVS de NANGIACO, qui non solum Remos pactionis locum designat, sed etiam auctor est, quod Lotharius Ottoni Lotharingiæ Ducatum in beneficium dederit, dicens: *Anno DCCCCLXXX. Lotharius Rex Francorum contra voluntatem principum regni sui Remis pacificatus est cum Othone Imperatore, deditque Othoni in beneficium Lotharingiæ ducatum, quod magis corda prædictorum principum contristauit & maxime Hugonem Capucii Parisiens.* Verum, dum Carus fluuius in dioecesi Rhemensi fluat, vrbem cum dioecesi confundere videtur, vide MABILLONIVM *Tom. III. Annal. Ord. Benedicti lib. XLVIII. n. XIII.* De altero GERBERGVS Epist. XXXV. *Adalbero Remensis a Lothariensis regni primatibus obsides accepit, & filio Imperatoris* (Ottoni III.) *parere cogit sub Regis Francorum clientela.* Idem vult PAGI *Crit. Ann. Baronii ad a.* 973. *n. III.* BLONDELLVS *Tom. II. plen. assert. Geneal. Franc. p.* 266. dicit: *se media via incessurum & dicturum, Lotharium nec absolute abiurasse, nec Ottoni in beneficium Lotharingiæ Ducatum proprie dedisse, sed odiosum Caroli germani cum Ottone, qui Lotharingiæ inferioris ducatum ei in beneficium dederat, pactionem ratam habuisse.*

46) Aliam rationem subnectit ODILO CLVNIACENSIS, *Vita Adelheidis lib. II. p.* 269. *filius illius* (Adelheidis,) *Romanæ reipublicæ princeps electus, dum illam Græcam* (Theophaniam) *in thalami consortium suscepisset, eius prauo ingenio, deteriori consilio deceptus, regnum Græcorum conatus est adipisci. Igitur exercitu ex omni copia collecto, fines Italiæ excessit, atque ita Regi Græcorum patrandi belli occasionem dedit, sibi vero suisque famæ ac vitæ contulit amissionem.* CHRON. REG. S. PANTALEONIS *ad ann.* 975. *defuncto post hæc Iohanne Imperatore Græcorum patre Theophana alioque rege in loco eius substituto cum sibi de Calabria vxoris suæ hereditate consuetum denegaretur tributum, affirmantibus Græcis Calabriam non Theophanæ Imperatricis, sed hæreditatem & dotem esse sanctæ Crucis, quam Helena Regina Ierosolymis inuentam, partem ibidem reliquit, partem Constantinopolim inuexit. Vnde idem Imperator ira commotus cum exercitu, quem habebat in præsenti numero pauciorem Calabriam ingreditur, & Græcis bellum indicit.*

47) DITMARVS lib. III. p. 346. *Otto ad vrbem Tarentum, quam Danai iam præsidio munitum obtinuerunt, festinauit, eamque viriliter in paruo tempore oppugnatum deuicit.* IDEM paullo post: *Otto Saracenos primo infra vrbem quandam, clausos effugauit*

que ad internecionem pene deletæ sunt. 48) Imperator natando nitens euadere, 49) a nautis, ignorantibus eum, capitur, & a quodam eorum, qui negotiator Slauorum erat, agnitus, nec proditus, per illum re delata ad Imperatricem, & Deodericum, Metensium Episcopum, qui in Ciuitate Rhosan rei euentum præstolabantur, difficulter, per Sclauum & episcopum liberatur; nautis quippe ad pecunias, pro eo redimendo allatas, inhiantibus, Imperator vix euasit. Omnibus autem animo consternatis, sola Imperatrix Theophania, fœminea & Græca leuitate insultabat eis, quod ab exercitu suæ nationis victi essent Germani. Calabriam & Apuliam Græci receperunt. 50)

§. VII. Insequenti anno 983. Beneuentum ex improuiso inuasit, atque oppidum captum hostiliter diruit. In Lombardiam inde, belli aduersus eos reparandi caussa discessum. 51) Inde Veronæ placitum Imp. habuit, ibique Henricus minor de exilio reductus, Dux Baioariorum est constitutus, & filius Imperatoris ab omnibus in dominum eligitur. 52) Post hæc Romam tendit, atque constituto ibidem Iohanne XIII. 53) pontifice, ob toedium & moerorem ex clade ab Hunnis accepta, 54) febre correptus, & facto testamento VII. Idus Decembris 983. 55) non sine veneni suspicione 56) extinctus, & in atrio templi S. Petri iuxta basilicam S. Mariæ cum honore fuit sepultus, anno regni XXII. Imperii autem XVI. 57)

§. VIII.

gauit deuictos, postque eosdem in campo ordinatos, fortiter innumeram ex eis multitudinem strauit, prorsusque hos sperauit esse superatos. LEO OSTIENSIS *lib. II. c. IX. Otto venit Capuam, & abiit Tarentum, ac Metapontum, & deinde Calabriam. Vnde prospere ad sua reuersus.*

48) HEPIDANVS ad a. 988. *Otto cum Saracenis infeliciter dimicauit. Nam ad prandendum eos venire æstimans, dum paucos in littore maris quasi latrunculos conspexit, parua manu aggressus est eos opprimere, & circumfusus infinita multitudine, quæ se noctu in montibus occubuit, omnibus in exercitu suo fugatis, vel occisis, vel captis, ipse vix euasit.* AVCTOR VITÆ S. ADALBERTI PRAGENSIS *Posterior n. X.* DITMARVS *lib. III. pag.* 346. AVCTOR VITÆ MATHILDIS *c. V.*

49) DITMARVS *c. l.* AVCTOR VITÆ S. ADALBERTI *c. l.* MARIANVS SCOTVS *ad a.* 983. ANNALISTA SAXO *ad an.* 982. CHRON. REG. S. PANTALEONIS p. 896. *Imperator vero confertissimos hostium acies impetu interrumpens, & vtrimque viam gladio secans, lancea, lorica, ceterisque omnibus, quæ oneri essent, iactis in mare, equo etiam, cui insederat, deficientibus fluctibus maris tota innatat nocte. Manc vero a piscatoribus captus, & quis esset, interrogatus, occisi Imperatoris armigerum se esse respondit. Quod quidam Romani qui periculum mortis inuaderant, audientes, pro seruo Domini pretio redimunt, Romam moesti lætique redeunt.*

50) Hæc verba sunt SIGEBERTI GEMBLACENSIS *ad a.* 981. 982. CONT. FRODOARDI *ad a.* 980. LAMB. SCHAFN. *ad an.* 981. 982. Sigebertum sequitur ALBERICVS & CHRONOGRAPHVS SAXO *ad h. a.* OTTO FRISINGENSIS *VI. c. XXX. hic dum Græcos incaute in Calabria persequeretur, amisso milite de naui exiliens, natando euasit.* HERM. CONTRACTVS *ad a.* 982. GOTFR. VITERB. *p. XVII. p.* 328. MARIANVS SCOTVS vero & LEO OSTIENSIS *lib. II. c. IX.* hoc proelium ad a. 983. referunt: Prolixius singula exponit DITMARVS *lib. III. p.* 346. & SIGONIVS *lib. VII. p.* 180. Licet Ottonis euasionem aliis cum circumstantiis narret ANNALISTA SAXO ad a. 982. ARNVLPHVS *lib. I. Gest. Mediolan. cap. VIII.* quem sequitur TRISTANVS CALCHVS *lib. VI. Hist. Mediolan. ad a.* 982.

51) SIGONIVS *lib. VII. exeunte.* LEO OSTIENSIS *lib. II. c. IX. Otto, pro recolligendo milite, ac certamine restaurando, Romam rediens, defunctus est.*

52) CHRON. SAXO ad a. 983. *Otto Imperator Veronæ placitum habuit, ibique Heinricus minor de exilio reductus Dux Bawariorum est constitutus.* DITMARVS lib. III. exeunte: *Anno Dominicæ incarnationis DCCCCLXXXIII. Imperator Veronæ placitum habuit, & Henricus minor exilio solutus, Dux Bauariorum, & in hoc anno Slaui vnanimiter restiterunt Cæsari & Thiedrico Marchioni, & filius Imp. ab omnibus in dominum eligitur.* Plenius vero singula narrat SIGONIVS *lib. VII. exeunte.*

53) ANNALISTA SAXO ad a. 983. *post placitum quoque & conuentum Saxonum, Sueuorum & Lothariorum, Bawariorum, Italicorum aliorumque natione, lingua & habitu dissimilium, occursum Veronæ gloriosissime habitum, idem Imperator Augustus Romam reuertitur, ac Domnum Apostolicam digno cum honore Romanæ præfecit Ecclesiæ.*

54) SIGEBERTVS GEMBLACENSIS ad an. 983. *Otto Imperator, tædio & angore animi deficiens moritur.*

55) Hanc diem definit DITMARVS c. l. NECROLOGIVM FVLDENSE ad a. 983. idem habent. MARIANVS SCOTVS vero VI. Idus Decembris. ANNALES HILDESHEIMENSES *ad a.* 983. *VIII. Idus Decembris definiunt.*

56) Caussam mortis singularem refert AVCTOR FRAGMENTI VRSTISIANI Tomo II. p. 82. *anno Domini DCCCCXCI. Otto Rex peragrata Italia, venit in montem Gargani, & cognouit a referentibus, Angelorum obsequia nocturno tempore ibi esse, nec vllum mortalium velint interesse. Cuius caussæ notitiam cum disposuisset curiosius indagare, Apostolicum conuenit super hac re primum. Cui cum Apostolicus consilium suum indidisset, sibi minus placere illum angelicis ministeriis interesse: parui pendit consilium Papæ, & eo ignorante proficiscitur in montem Gargani. Vbi dum pernoctaret, inter cætera quæ cognouit Sanctorum mysteria, veniam consequutus est angelorum. Quod temere sacratum locum introierat, tantum ab angelis prostratus, pro quodam iudicio quod perfecisse debuerat, nec fecit: pro negligentia transuerberatus est. Deinde sanctus Michael iussit eum Romam remeare, statuto sibi die, quo eum vellet inuisere. Sicque cruentatus Rex Romam repedauit, & Benedicto Papæ cuncta a se visa retexuit. Igitur rex valido languore tactus, vita decessit, & ab archangelo receptus, superis est sociatus anno Domini DCCCCXCIV.* Sed quis crederet hasce fabulas, ob Chronologiam etiam haut conuenientem suspectas? Eiusdem farinæ sunt nugæ, quas de Laurentio martyre quasi vltorem, quasi Merseburgensem Episcopatum extingui, alii fingunt, de quibus BARONIVS *ad a.* 983. *n.* 11. Magdeburgensem Archiepiscopatum euehere voluerit.

57) DITMARVS c. l. *namque Imperator cum Romam veniret, relicta matre sua venerabili in Papia ciuitate, grauiter infirmatus, vt extrema præsensit adesse, omnem suimet pecuniam partes diuisit in quatuor, vnam Ecclesiis, secundam pauperibus, tertiam dilectæ suimet sorori Mechtildæ, quæ Abbatiam in Quidelingeburg deuota Christo famula obtinuit, quartam*

§. VIII. Vxor ipsius erat Theophania, Romani, Byzantini Imp. filia, Ioannis neptis, Nicephori Phocæ priuigna, 58) cum qua a. 972. nuptias Romæ celebrauit, 59) quæ an. 991. Nouiomagi fuit defuncta, Coloniæ vero sepulta. 60) Ex qua filium vnicum genuit Ottonem III, & filias tres 61) Sophiam, Gandersheimensem, Adelheidam, Quedlinburgensem Abbatissam, 62) & Mathildem, Ezoni, Palatino Comiti nuptam. 63) Quæ de

tam suis tristibus donauit ministris ac militibus, factaque latialiter confessione coram Apostolico, caeterisque coëpiscopis atque presbyteris, acceptaque ab eis optata remissione, VII. Id. Decembr. ex hac luce subtractus est, terraque commendatus, vbi introitus orientalis Paradisi domus sancti Petri cunctis patet fidelibus, & imago Dominica honorabiliter formata venientes quosque stans benedicit. Idem dicit CHRONOGRAPHVS SAXO *ad a.* 983. LEO OSTIENSIS *II. c. IX.* LAMBERTVS SCHAFNABVRGENSIS, SIGEBERTVS GEMBLACENSIS, *ad an.* 983. SIGONIVS *lib. VII. exeunte.* Describit etiam Monumentum Eius BARONIVS *Ann. Eccles. Tom. X. n. XV.* OTTO FRISINGENSIS VI. c. XXV. *ipse vero IX. Imperii sui anno Romae moritur, ac ante beati Petri Ecclesiam in concha marmorea honorifice humatur.* Scilicet, non ab anno 967. quo Coimperator fuit factus, sed ab anno 973. quo mortuus fuit Otto M. supputat. Exinde certius DITMARVS lib. III. exeunte: *sedit bis quinos solares annos.* Male igitur HVGO FLAVINIACENSIS *Chron. Verdun. Anno Dom. incarnat. DCCCCLXXXIII. Otto secundus, qui & Rufus, cum duodecim annos regnasset moriens Romae, a suis relatus est, & Aquisgrani sepultus.* Idem dicit ALBERTVS *de diuersitate temporum n. IV. post hac* vero *Imperator tertius Otto bonae indolis adolescens in Italia moritur, corpusque eius ad Aquisgrani effertur, & ibi cum regio honore sepelitur.*

58) CONTIN. REGINONIS ad a. 967. *Otthoni priuigna ipsius Nicephori, filia scilicet Romani Imperatoris Constantinopolim dirigit.* SIGEBERTVS GEMBLACENSIS ad an. 971. *Otto Imperator Romae Ottoni, Coimperatori suo, neptem Ioannis, Constantinopolitani Imperatoris, Theophaniam nomine, a Ioanne Papa coronatam in legitimo matrimonio sociauit.* DITMARVS lib. II. pag. 334. *Imperator* (Iohannes) *neptem suam Theophaniam vocatam Imperatori nostro trans mare mittens suos, absoluit.* Sic etiam in Diplomate Romae anno 972. dato, quo ipsi amplissimum constituitur dotalitium, apud LEVCKFELDVM in Addendis Antiquitatum Poldensium p. 208. haec habentur: *Theophana, Iohannis, Constantinopolitani Imperatoris, Neptem clarissimam, in Maxima Romulea Vrbe, Sancto Summoque Ecclesiarum Principe B. Petro Apostolo, votis nostris fauente, Dominique Iohannis, Sanctissimi & vniuersalis Papae Tertii decimi, benedictione prosequente, in copulam legitimi matrimonii, consortiumque Imperii, despondere, ac fausto & felici auspicio, Christo propitiante, Coniugem decreui adsumere.* Perperam igitur in diplomate Heruordiensi Collegio concesso, apud SCHATENIVM *lib. IV. p.* 317. dicitur *Adelheida.* Nec minus errat AVCTOR CHRONICI FRANCORVM apud LAMBECIVM lib. II. p. 394. dum ait: *Otto imperator genérauit secundum Ottonem, Imperatorem, cui coniuncta est Stephana, Nobilissima Graecorum, ex qua sibi genitus est tertius Otto Imperator.* OTTONIS FRISINGENSIS locus II. c. XXIV. *eique Constantinopolitani Imperatoris Theophanii filiam in matrimonium coniunxit,* corruptus esse videtur, & legendum vel *Theophanu,* prout dici solebat, vel *Theophaniam.* Laudat eandem DITMARVS lib. IV. p. 349. *haec,* dicens, *quamuis sexu fragilis modesta tamen fiducia, &, quod in Graecia rarum, egregiae conuersationis fuit, Regnumque filii eius custodia seruabat virili, demulcens in omnibus pios, terrensque ac superans erectos.* Ast, de leuitate animi ipsius ex fine superioris paragraphi V. constabit: Mortem eius sic describit DITMARVS lib. IV. p. 350. *in sequenti anno 990. consummato in bonis vitae suimet cursu in Numagen Theophanu infirmatur Imperatrix, atque ab hac vita XVII. Cal. Iulii discedit, sepulta ab Euergero, sanctae Coloniensis Ecclesiae Archiepiscopo, in monasterio sancti Pantaleonis, quod datis impensis Bruno Archipraesul ibi requiescens construi precipit, praesente filio, ac multa pro remedio matris his confratribus largiente.*

59) Vide *Sect. super. §. XXVII.*

60) DITMARVS lib. IV. p. 350. ANNALISTA SAXO *ad a.* 991.

61) Coniungit quidem hos Ottonis II. liberos MONACHVS HAMERSLEBIENSIS apud LEIBNITIVM Tom. I. pag. 709. DITMARVS lib. IV. p. 349. de Theophania: *de fructu ventris sui decimas Domino obtulit, filias suas; ad Quidilingeburg, Adelheidam nomine, alteram ad Gandersheim, quae Sophia dicitur.* Certius filias ipsius recenset ANNALISTA SAXO ad a. 991. *haec quoque de fructu ventris sui decimas Deo obtulit filias suas; vnam Quidiliggeburch Adelheidam nomine; Alteram Gandersheim, quae Sophia dicebatur; Tertia Machtild nomine, Hermanni Comitis Palatini filio Ezoni nupsit; & hoc multis displicuit, sed quia non valuit emendari legaliter, sustinuit, hoc vnicus frater eius patienter dans ei quam plurima, ne vilesceret innata sibi a summis Parentibus gloria.*

62) De Sophia quidem extat diploma Ottonis II. in BODONIS Syntagmate de Constructione Coenobij Gandesiani apud MEIBOMIVM Tom. II. p. 496. *patere volumus, qualiter dilecta Coniugis nostrae, Theophana, Imperatricis Augustae, votum & interuentionem sequentes, filiam nostram carissimam, nomine Sophiam, Deo & sanctae Genitrici illius, Mariae Virgini, sanctisque Confessoribus, Anastasio & Innocentio, quorum Ecclesia in loco, Gandersheim nominato, honorifice constructa videtur, cui etiam Garborg, neptis nostra, sub praesenti tempore Abbatissa praeesse dignoscitur, deuoto animo obtulimus, atque vt sacra Scriptura litteras ibi edisceat, vitamque & conuersationem Sanctimonialium, Deo illic seruientium imitetur, praefatae Abbatissae nutriendam commendauimus.* De hac TANCMARVS *Vita S. Bernwardi c. XIV. Secundi Imperatoris Ottonis filiam dum a suo Episcopo, Domino videlicet Osdago, sacrum velamen accipere spreuit Willegisum appetit, indignum aestimans, nisi a palligero consecrari.*

63) De Adelheida CHRONOGRAPHVS SAXO *ad a.* 999. Haec est ista Adelheida, cuius apud LEVCKFELDVM *c. XIV.* §. 10. fit mentio, de qua superiori Sectione §. vltimo. Haec an. 999. facta fuit Abbatissa Quedlinburgensis, de qua CHRONICON QVEDLINBVRGENSE ad h. an. *Sanctimoniales feminae cum Episcopis, quos diuina clementia Mathildis exequiis improuisus adesse disposuerat, Arnulfo & Bernwardo, nec non Duce Bernhardo conuenientes, fratruelem ipsius Dominae, Mechtildis Adelheidam - - in dominam ac matrem sibi vnanimiter eligunt.* Adde DITMARVM *lib. IV. pag.* 357. KETNERVM *Antiquit. Quedlinburg. n. XXVII. XXVIII. XXIX. XXXII.*

 64) DIT-

de alia vxore & pluribus adhuc memorantur liberis, 64) potissimum Iuditha, Bretislai, Bohemiæ Principis vxore, 65) fidei sunt sublestæ. 66)

64) DITMARVS lib. IV. p. 360. *Cesaris eiusdem* (Ottonis III.) *soror, Mathild nomine, Hermanni, Comitis Palatini, filio, Ezoni, nupsit, & hoc multis displicuit, sed quia id non valuit emendari legaliter, tulit hoc vnicus frater illius, patienter, dans ei quam plurima, ne vilesceret innata sibi a Parentibus summis gloria.* MONACHVS BRVNWILERENSIS *vita Ezonis & Mathildis* procem. *Fundator monasterii S. Nicolai in Brunwilre erat praclarissimus Dominus Herenfridus, Comes Palatinus, qui post Ezo nominatus est, cum gloriosissima coniuge Mathilde, filia potentissimi Magni Ottonis, nati de Saxonia.* Ex quo loco patet, hunc Ottonem etiam dictum fuisse Magnum.

65) Ex secunda vxore, quæ de Marchionum Austriæ stirpe fuisse dicitur, quatuor ipsum filias suscepisse produnt, quos tamen in *Chronico Mansfeldensi c. CXLIX.* satis refutauit CYRIACVS SPANGENBERGIVS: BVNTINGIVS quidem in *Chronico p. 101.* Hugonem Marchionem Saxoniæ, Aloysiam, Almari, Comitis Ringelheimensis & Marchionis Montisferratensis coniugem, addit. Alii Giselam, Heinrico, Bauariæ Duci nuptam, Vithildem, Theodorici III. Hollandiæ Comitis vxorem, ast sine fundamento.

66) De Iutta MONACHVS HAMERSLEBIENSIS p. 140. ed. Mader. *Otto habet filias tres, Sophiam, Abbatissam in Gandersen, Alheydim in Quedalingborch*, Iuttam, *quam abduxit Dux Bohemia in vxorem de monasterio* REGINBERCH. Verum, BOHISLAVS BALBINVS *lib. III. Epit. Rer. Bohem. c. I.* hoc satis refutauit, addens eos, qui ita sentiant, vel tempora ipsa refellere.

SECTIO QVARTA
DE
OTTONE III.

§. I. Ottonis III. electio, coronatio, tutores & contradictio Henrici, Bauariæ Ducis. §. II. Bellum cum Lothario, Francorum Rege de Lotharingia. §. III. Bellum cum Slauis. §. IV. Bellum cum Crescentio & Romanis, constitutio Gregorii V. Papæ. §. V. Constitutio Syluestri II. Papæ, & confirmatio iurium Imperii per eundem facta, falsa vero constitutio Ottonis de Electorum origine §. VI. Peregrinatio religiosa in Poloniam, ad limina S. Adalberti. §. VII. Otto antiquat Romanorum consuetudines restituere conatur: ossa Caroli M. quærit. §. VIII. Noua expeditio Romana, & mors. §. IX. Vxor & familia.

§. I.

SUccessit ipsi, qui vnicus filius erat, Otto III. Iunior, 1) vel, ob virtutis & litterarum studia, Mirabilia & Iustitia Mundi dictus, 2) Princeps a morum venustate, iustitia, benignitate & largitate laudatissimus. 3) Hic anno 980. in sylua Ketil 4) natus, ab initio Hoiconis Comitis magisterio est commissus, 5) & S. Bernwardi, Hildesiensis Episcopi, 6) Ger-

1) LAMBERTVS TVITIENSIS Vita S. Heriberti c. I. §. VI. *Otto Iunior idem & tertius in fascibus monarchiam regebat.* PETRVS DAMIANI Vita S. Romualdi §. XXXII. *eodem tempore iunior Otto Imperator Classensem Abbatiam ordinare desiderans.*

2) CHRONICON LAVRISHAMENSE p. 121. *Huius* (Ottonis II.) *filio patris aquiuoco admodum paruulo & necdum regni gubernaculis apto, Respublica per venerabilem Adelheidem auiam suam & Imperatricem Theophaniam matrem suam nobiliter administrata est. Quousque puer ipse literis diuinis & humanis ad prime instructus, ad tanta virtutis insigne emicuit, vt Mirabilia Mundi appellaretur.* De eodem nomine OTTO FRISINGENSIS *VI. cap. XXVI.* CHRONOGRAPHVS SAXO *ad a. 983.* de Ottone II. *reliquit successorem puerili quidem ætate paruulum, sed pietate, pulchritudine, & omni morum venustate præcipuum, & vt dicebatur iustitiam mundi Ottonem tertium.*

3) HVGO FLAVINIACENSIS Chron. Verdun. ad a. 983. *Successit Otto III. duodecim annorum, qui a cunabulis sumpsit sceptrum Romanorum, sub cuius regimine salus fuit mundo & gloria.* DITMARVS lib. IV. p. 358. *Otto exiuit ab hoc seculo, suis insuperabilem relinquens mœrorem, quia eo tempore non fuit vllus largior ac clementior illo.* Hinc ADELBOLDO *vita Henrici S. §. I.* dicitur vir benignitate *mirabilis.*

4) Locum natiuitatis syluam Ketil definit DITMARVS *lib. III. exeunte* & ANNALISTA SAXO *ad a. 984.* Hanc TOLNERVS *c. IX. Historia Palatinæ p. 244.* in sylua Hercynia quærit. Ast, dum in tractu Treuirensi fluuium Kyla, de quo BROWER *Ann. Treuir. lib. IX. n. XVIII.* & sylua Kyla reperiatur, eandem natiuitatem Ottoni dedisse autumat HAHN *sub Ottone II.* cap. V. §. I. AVGVSTINVS ERATH *Diss. de Ottone III.* apud DVELLIVM *Miscell. lib. II. p. 372.* prope Quedlinburgum quærit, cui aruum *die güldene Aue*, vicinum, dum CHRONOGRAPHVS SAXO *ad a. 880.* dicat. *Otto tertius, nominis ac culminis clausula Imperatori purpurei flosculi more, ex illustris prati vireto, nascendo enituit.*

5) DITMARVS *lib. IV. p. 349.* CHRON. LAVRISHAMENSE *c. l.* ANNALISTA SAXO *ad a. 984.* Rex puer ab Auia sua & matre diligenter susceptus, Hoiconis Comitis magisterio committitur.

6) Auctor quidem Compendii Vitæ S. Bernwardi, apud LEIBNITIVM *Tom. I. p. 481.* de Ottone II. dicit: *ipse Bernwardo filium suum adhuc paruulum, scilicet Ottonem tertium, cum matre Theophana adhuc viuens, Imperiumque totum consensu principum educauit, vt filium educaret, & regnum sua prouidentia gubernaret.* Verum, post mortem demum Ottonis II. hoc fuisse factum, docet nos TANCMARVS Presbyter *Vita S. Bernwardi c. II.* vbi de eodem: *ad palatium se contulit, in seruitium videlicet tertii Ottonis Imperatoris, qui septennis adhuc puer cum matre Theophania rebus præerat; a qua venerabilis iuuenis* (Bernwardus) *benignissime suscipitur; atque in breui summa familiaritatis locum apud illum obtinuit; adeo vt dominum Regem fidei illius litteris imbuendum, moribusque instituendum consensu cunctorum procerum commendaret.* Hinc DITMARVS *lib. IV. pag. 349.* eum vocat magistrum Regis. THEODOR. ENGELHVSIVS *Chron. p. 1079.*

Tertius Otto venit, qui mortuus a muliere
Sanctus Berwardus Pædagogus erat sibi clarus

In diplomate Eiusdem apud SCHATENIVM *Ann. Pader-*

Gerberti etiam vsus institutione. 7) Infans trium annorum, 8) post mortem patris ipse, die Natiuitatis Domini a. 983. a Rauennatensi Archiepiscopo Iohanne, & Willigiso Moguntino Aquisgrani in Regem coronatur. 9) Henricus autem, Henrici Rixosi filius, iussu Ottonis II. Traiectum ad Mosam deportatus in exilium, Ottonis II. nece comperta, de exilio regressus, studio Popponis Herbipolitani Episcopi, Agrippinam Ciuitatem aduolat, & a Warino, Coloniensi Archiepiscopo, seu dolo seu minis Ottonem extorquet, specie equidem adgnati tutelam gesturus, re ipsa, vt Imperium reciperet, regnumque inuadendo, plurimos sibi de Saxonibus associauit, qui eum in proximo Paschate, Quedlinburgi Regem elegerunt. Ast, quidam de Optimatibus electioni non consentientes, Ottonem ab Henrico a. 985. extorquentes, ipsum ad Ruram, siue Rorheim prope Wormatiam, matri auiæque 10) atque in regnum restituunt, & in Curia festiua Magdeburgensi & Quedlinburgensi 11) in eodem confirmant, Henrico Bauariæ Duce iterum constituto, dum interea Adelheidis auia, vna cum Theophania, & aliis Imperium administra.

Paderborn p. 327. hic Berwardus dicitur: *parentum nostrorum alumnus, nostrorumque Cunabulorum primus socius, nostrique antiqui & adhuc non cessantis laboris testis semper fidelis, nec non nostræ pueritiæ ac iuuentutis tam affabilis multimoda litterationis Informator.*

7) HERMANNVS CONTRACTVS ad a. 1000. vocat Gerbertum *seculari litteratura nimium deditum, & ob hoc curioso Imperatori Ottoni admodum esse amatum.* Sic etiam ipse Otto ad Gerbertum n. CLIII. *amantissimæ vestræ dilectionis, omnibus venerandam nobis adiungi volumus excellentiam, & tanti patroni sempiternam nobiscum stabilitatem adoptamus, quia vestræ doctrinæ disciplinata posteritas, nostræ simplicitati semper fuit haud fastidiens auctoritas.*

8) De ætate ipsius multum controuertitur. Plerique Scriptores ipsum saltim tenellum vel puerum dicunt esse coronatum. Ast, ætatis annos probe definiuit ANNALISTA SAXO ad a. 980. *Otto tertius Imperator futurus hoc anno natus est.* CHRONOGRAPHVS SAXO ad h. a. DITMARVS *lib. IV. p. 353.* ait: *in ascensione Christi qui tunc erat 12. Kal. Iunii anno ætatis suæ XV, regni XIII. Indictione octaua ab eodem vnctionem Imperialem percepit.* Coronatus autem Romæ fuit anno 996. GOBELINVS PERSONA æt. VI. c. L. vero eius natiuitatem ad a. 982. refert: *puerulus duorum annorum, post mortem Patris, anno Domini 984. ipso die Natiuitatis Domini, ab Archiepiscopis Rauennatensi & Moguntino, Aquisgrani, in Regem consecratur.* Male igitur GLABER RODVLPHVS lib. II. c. IV. *Otto obiit, relinquens filium, Ottonem videlicet, adolescentem fere duodecim annorum.* HVGO FLAVINIACENSIS *Chron. Virdun. p. I. p. 157. Ottoni successit Otto III. duodecim annorum.* THEODORICVS ENGELHVSIVS *p. 1079. Otto tertius puer XVIII. annorum cœpit imperare.*

9) ANNALES HILDESHEIMENSES, ANNALISTA SAXO *ad a. 984.* ad hunc annum enim ab illis refertur, qui annum a Christi natiuitate incoant. DITMARVS *lib. III. pag. 347.* AVCTOR VITAE MEINWERCI §. *V.* ANNALES HILDESHEIMENSES *ad a. 984.* WOLFHERRVS *Vita S. Godehardi* c. I. Ioannem Rauennatensem saltim nominant.

10) DITMARVS p. 349. LEIBNITIVS equidem ad *h. l. p. 1005.* nomen loci videri corruptum autumat. Verum, dum AVCTOR VITAE ADELBERONIS, Metensis Episcopi apud LABBEVM *Tom. I. p. 671.* dicat: *acta sunt hæc felicibus auspiciis Wormaciæ*, haut male HAHNIVS *p. 128.* coniectatur, hoc Rorheimi ad Rhenum, prope Wormatiam fuisse factum.

11) Hæc verba sunt ANNALIVM HILDESHEIMENSIVM *ad a. 984.* SIGEBERTVS GEMBLACENSIS ad h. a. *Otto Imperator, tædio & angore animi deficiens, Romæ moritur, & de Imperatore substituendo, inter Primates dissentitur, aliis filio ipsius, Ottoni, Imperium deberi certantibus; aliis, odio Imperatricis, a filio eius, Imperium transferre volentibus ad Henricum Ducem, filium Henrici, qui fuit frater primi Ottonis. Hic Henricus ipsum Ottonem Puerum, de manu Henrici extorquentes, in Regno sublimant.* DITMARVS lib. III. exeunte. *Huius inclyta proles, nata sibi in Sylua, quæ Ketil vocatur, in die proximi natalis Domini, ab Iohanne Archiepiscopo Rauennate, & a Willigiso Mogontiacense, in regem consecratur Aquisgrani, & completo hoc officio, mox legatus tristi nuntio tanta perturbans gaudia aduenit. Mouit multorum corda ineffabilis dolor, virtus sublata queritur, quam sæpissime incolumem homo fragilis & dubius persequitur. Sedit hic bis quinos solares annos post obitum patris sui regni tutor & imperii, hostibus cunctis horrendus, commissisque gregibus inexpugnabilis murus. Nutat, anxia in tantis rebus populi sententia, quam cito firmauit diuinæ maiestatis miseratio. Soluitur a Traiectensi custodia Dux Henricus, & ab eo Rex tenellus, ad nutriendum siue ad degradandum a Warino Coloniensi Archiepiscopo, cuius firmæ fidei ab Imperatore prædicto is commissus fuit, assumitur.* Idem lib. IV. ineunte, de Henrico: *qui cum Palmarum solennia in Magdeburg celebrare voluisset, omnes regionis illius Principes huc conuenire rogauit, atque præcepit, tractans quomodo se suæ potestati subderent, regnique eum fastigio subleuarent. Huic consilio maxima pars procerum hoc dolo consensit, quod licentiam a Domino suimet rege, cui iurauerat prius, peteret, postque secura nouo regi seruiret. Quidam autem ob eius indignationem digressi, occultis meditantur astutiis, qualiter hoc nunquam fieret. Inde egressus Henricus proximum pascha Quidilingiburg festiuis peregit gaudiis. Quo magnus regni primatus colligitur, a quibusdam venire illo nolentibus ad omnia diligenter inquirenda nuntius mittitur. Hac in festiuitate idem a suis publice rex appellatur, laudibus diuinis attollitur.* Quam solennis autem atque festiua hæc fuerit curia, tradit idem DITMARVS *p. 349.* dum ait: *Celebrata prima Paschatis solennitas in Quindilinborg a rege, vbi quatuor ministrabant Duces, Henricus ad mensam, Conradus ad Cameram, Hezilo ad Cellariam, Bernardus equis præfuit.* Et statim: *Henricus vero cum fidelibus suis singula quaque discutiens, seque ob Domini timorem, patriæque salutem, a proposito recessurum suo veraciter indicans, grates auxilii suimet & bonæ voluntatis condignas refert, & vt cum illo ad condictum pergerent diem, omnes caritatiue postulat. Ventum ad Rara ab Imperatricibus, in Papia humiliter diuinam consolationem hucusque præstolantibus, & ab vniuersis Imperii ac Regni Principibus, fidelisque promissio Ducis completur, data cunctis, qui ad regnum pertinebant, gratia sui, abeundique licentia. Stella a Domino prædestinati Rectoris media die cernentibus vniuersis clara refulsit. Fit vnus laicorum atque clericorum in Christi laude concentus, ac prius repugnantium supplex affectus conuenitque in vnum dissona turba dominum. Rex a suimet matre auiaque diligenter susceptus; Hoiconis magisterio Comitis commissus est. Inter Regem & Ducem pax firmatur vsque*

nistrarent. 12) Magnam etiam in regendo Imperio partem fuisse Willigisi Archiepiscopi Moguntini, docet nos DODECHINVS. 13)

§. II. Primum ipsi bellum 14) sub initium statim regiminis a. 984. fuit cum Lothario, rege Francorum. Hic enim inuadere Lotharingiam decreuit & rursus recuperare, maxime, dum Lotharingiæ Proceres Ottoni parum fauerent. 15) Exercitu igitur congregato, regionem subintrauit: Viridunum quoque ad deditionem coëgit, & Godefridum ipsius vrbis comitem captiuum secum adduxit. Lotharius autem videns, Ottonem virtute suorum proficere, mandatis & apicibus eius obtemperans, Virdunum vrbem a. 985. reddidit, tractatumque concordiæ cum patre suo iam pactum cum eo stabiliuit. 16) Licet Godfridus Comes demum post Lotharii mortem, variis pro redemptione sua concessis villis, liberaretur. 17)

§. III. A. 986. Misico, Slauorum dux ipsi se subiecit. 18) Insequenti anno Slaui Saxoniam deuastantes ab Ottone fuerunt repulsi, vt Regis se ditioni subdere cogerentur, & castella iuxta Albiam fuerunt restaurata. 19) A. 991. Otto cum magno exercitu, atque auxiliis Misiconis Brandeburgum obsedit & occupauit, quam tamen Saxo quidam, Kitzo dictus, Liutizorum auxilio eodem adhuc anno Imperio Regis subduxit, 20) qui tamen se ipsum & cum prædicta vrbe Brennaburg Regis ditioni a. 983. iterum subiecit. 21) A. 995. vero Misiconis & Bohemorum ope, Abotritorum regionem deuastauit, vrbes ipsorum & oppida occupauit. 22) A. 996. Otto antequam in Italiam secederet, cum Slauis pacem fuit pactus. 23) Ast, redux ex Italia factus, terram Heuellorum incendio & magna deprædatione deuastauit, & victor Magdeburgum rediit. Ob hoc Slaui Bardengouiam turmatim adgressi, a Saxonibus sunt deuicti. 24)

§. IV. Expulso a Crescentio Romano, Ioanne XVI. Pontifice, Otto ab eodem & Landulpho Mediolanensi Archiepiscopo euocatus, primam a. 994. in Italiam suscepit expeditionem, Mediolanum obsedit, inque ea vrbe restituto per pactiones Archiepiscopo, regio

quæ ad supra memorata VVesenstat prata, vtrisque sua petentibus. LAMBERTVS SCHAFNABVRGENSIS, ALBERICVS, *ad a. 983.* ANNALISTA SAXO *ad a. 985.* CHRONOGRAPHVS SAXO *ad a. 983.984.985.* AVENTINVS *lib. V. c. IV.*

12) DITMARVS lib. IV. p. 349. *Rex a suimet matre auiaque diligenter susceptus.* Et p. 351. *Adelheidis* (Regem) *vice matris secum tamdiu habuit, quod ipse proteruorum consiliis iuuenum deprauatus tristem illam dimisit.*

13) DODECHINVS *App. ad Marian. Scotum a. 1160. Temporibus Ottonis imperatoris huius nominis tertii præfuit ecclesia Moguntinæ Villegisus, archiepiscopus memoria dignus, qui ipsum Ottonem adhuc valde puerum & imperatorem educauit, & interim per annos Romanum rexit Imperium.*

14) DAV. BLONDELLVS *Tom. II. plen. assert. Geneal. Franc. p. 266.* ANT. PAGI *Tom. IV. Crit. Ann. Baronii ad a. 984. n. III. IV.* atque OBRECHTVS *Prodr. Rer. Alsat. c. VII.* pro glaucomate saltim habent, atque bello in Ottonis fauorem suscepto, cum tamen circumstantiæ doceant contrarium.

15) Docet hoc GERBERTVS *Ep. LX. Ego fidelium Cæsaris non immemor. Coniuratio in filium Cæsaris ac in vos & acta est, & agitur, non solum a principibus, inter quos Carolus Dux iam non in occulto est, sed etiam a militibus, quos spe aut metu allici est possibile.*

16) Hæc verba sunt GVIL. NANGII *ad a. 984.985.* Adde GERBERTI *Epist. LVII. C. LXXX.* SIGEBERTVS GEMBLACENSIS *ad a. 984.* ALBERICVS *ad h. a.*

17) GVIL. de NANGIACO quidem Godefridum statim fuisse restitutum, contendit: Ast, contrarium nos docet GERBERTVS Epistola ad Stephanum *n. LXXII.* scribens: *exequiis domini Lotharii Regis occupati multa tibi quærenti pauca rescripsimus. Lotharienses dudum capti, omnes elapsi sunt, præter Comitem Godefridum, de quo in breui meliora sperantur.* Deliberatione vero eius ADALBERO, *Rhemensis Archiepiscopus* in epistola ad Theophaniam apud GERBERTVM *n. CIII. fratre meo* (Godefrido) *de inferni tenebris liberato, quædam lux vestri honoris oriri visa est. - - Iustas & honestas petitiones fratris mei clementer audietis, cum pro sui merito, tum pro vestra beneuolentia in me. Iniustas autem, & quas tyrannus irrationabiliter extorsit, in destructionem Ecclesiarum domini, ac in dedecus vestri generis, prudenti consilio deulabitis. Num villas Virdunensis Episcopi, quas pro redemptione sua vna cum filio, Adalberone Episcopo, inuitus donat Godesfridus Comes, iureiurando in perpetuum ab Ecclesia alienabitis.* Adalberonem vero fuisse Godefridi fratrem, docet GERBERTVS *epist. LXI.* Adde MABILLONIVM *Tom. IV. Annalium Ord. S. Benedicti lib. XLIX. n. LXXV. LXXVI.*

18) ANNALES HILDESHEIMENSES & CHRONOGRAPHVS SAXO ad a. 986. *Otto Rex adhuc puerulus cum magno exercitu Saxonum peruexit in Sclauiam, vbi adueniens Miseco cum Multitudine nimia obtulit ei vnum Camelum & alia Xenia multa, semetipsum etiam subdidit potestati illius & tunc simul pergentes deuastauerunt totam terram incendiis & depopulationibus multis.*

19) Iidem ANNALES & CHRONOGRAPHVS SAXO *ad a. 987.* DITMARVS *lib. IV. p. 349.* Hinc etiam GERBERTVS *ep. C.* Slauos, Saxonum consuetum hostem vocat.

20) ANNALES HILDESHEIMENSES ad a. 991. *Otto Rex cum magno exercitu Saxonum, ac supplemento Misacon, Brannanburg obsedit, & vicit. Illo autem inde digrediente, Saxonicus quidam Kizo eandem vrbem Liutizorum auxilio audacter satis contra Regis Imperium inuasit, atque prædictorum Sciauorum pertinacia aduersum ius fasque omne iniusta ditioni sua subegit. Crebras latrociniarum irruptiones in Saxoniam iuxta Albiam flumen molitus est, a quibus Dei gratia non victor, sed veluti fugitiuus prædo, latitando aufugit.* WITTICHINDVS *lib. III. p. 660.* Plura DITMARVS *lib. IV. p. 352.* ANNALISTA SAXO *ad a. 991.*

21) ANNALES HILDESHEIMENSES *ad an. 992.*

22) ANNALES HILDESHEIMENSES & CHRONOGRAPHVS SAXO *ad a. 995.*

23) CHRONOGRAPHVS SAXO ad a. 996. *Otto Rex, compacta inter Saxones & Sclauos pace, Italiam perrexit.* CHRON. QVEDLINBVRGENSE *ad a. 996.*

24) DITMARVS *lib. IV. p. 354.*

25) Hæc

regio diademate est ornatus. Inde Rauennam progressus, & defuncto Iohanne XVII. celebrata a. 996. in vrbe Papia Paschali festiuitate, Romam veniens, Brunonem, Ottonis Francia Ducis filium Papam constituit, quem Romani Gregorium V. vocarunt. Ab hoc etiam in Ascensione Christi XII. Kal. Iunii a. 996. vnctionem adeptus fuit Imperialem, atque Aduocatus Ecclesiæ S. Petri est effectus. 25) In Germaniam reuerso Ottone, Crescentius Romanorum Ciuis præpotens, 26) qui iam ante turbas mouerat, a. 997. Gregorium istum e sede papali expellit, Ioannem Philagatum Placentinum, XVIII. dictum, surrogando. 27) Hic Theophaniæ Augustæ dilectus Comes, Imperialem dignitatem ad Græcos deferre cogitabat. 28) Hoc comperto, Otto, postquam curam Imperii amitæ suæ Mathildi Quedlinburgensi Abbatissæ demandasset, in qua vltra sexum mira prudentia enituit 29) cum permagno exercitu Romam properauit, Crescentius autem cum suis in Castellum S. Angeli 30) se recepit, turrim conscendens, quæ est extra Ciuitatem trans Tiberim, ob altitudinem suam, inter Cælos vocatam, eam pro vita defensurus. Imperator vero cum an. 998. peruenisset ad vrbem, statim comprehendi iussit Pontificem, Crescentii arrogantia constitutum, atque præcepit eius manus, quasi sacrilegas amputari, deinde aures abscindi, atque oculos euelli. Sic igitur Pseudo Papa Græcus, effossis oculis, abscissis naso & auribus, dorso asinæ retrouersus, manu tenens caudam, totam distrahitur per vrbem 31) Inde Crescentius captus fuit ac grauiter vulneratus, per superiora propugnacula deiectus, deinde post terga boum religatus per paludes tractus, demum in conspectu Ciuitatis in prato Neronis in trabe excelsa pedibus fuit suspensus. 32) Id quod contra datam fidem fuisse factum,

25) Hæc sunt verba DITMARI *lib. IV. p. 353.* & *lib. VI. p. 399.* CHRONOGRAPHVS SAXO *ad a. 996. huius anni vernali tempore Otto Rex compacta inter Saxones & Sclauos pace Italiam perrexit, & Dominicam resurrectionem Papiæ regali more celebrauit. Dehinc omni regno potenter potitus Italico, Romam veniens beatæ memoriæ Iohannem Papam defunctum repperit, cui nepotem suum Brunonem virum valde præclarum non solum cleri, sed & omnium Romanorum vnanimi voto ciuium, Pontificem electum subrogari pie consensit, quem Romani dempto Brunonis nomine Gregorium vocauerunt. Hic ergo sede inthronizatus Apostolica Dominum hactenus Regem vocatum non solum Romano, sed pene totius Europæ populo acclamante XII. Kal. Iunii, in ipsa ascensionis Christi festiuitate Imperatorem, consecrauit Augustum.* Quare etiam in Diplomate apud SCHATENIVM *lib. IV. p. 997.* annus 997. vocatur primus Imperii. ANNALES HILDESHEIMENSES *ad a. 996.* GLABER RODVLPHVS lib. I. c. IV. *contingit Imperii initio, vt sedes Apostolica vrbis Romæ proposito viduaretur Pontifice. Ille vero illico imperiali vsus præcepto, quendam sui consanguineum, cuiusdam Ducis filium illo delegit.* AVCTOR VITAE S. ADALBERTI Pragensis §. *XXXI.* ANNALISTA SAXO *ad a. 996.*

26) GLABER RODVLPHVS c. l. *erat quidam Crescentius Romanorum ciuis præpotens, qui quantum onerosior pecunia, tantum pronior seruiens auaritiæ.* Hic vocabatur a Caballo marmoreo, prout HVGO FARFENSIS Abbas in Relatione de imminutione Rerum monasterii sui, apud MABILLONIVM *in Append. ad Tom. IV. Annal. Ord. S. Benedicti n. XXVII.* tradit.

27) GLABER RODVLPHVS *c. l.* DITMARVS *lib. IV. pag. 354.* CHRONOGRAPHVS SAXO *ad a. 997.*

28) ARNVLPHVS MEDIOLANENSIS *lib. I. Gest. Mediolan. c. IX. regnante Ottone III. cum matre Græca, quidam Græcus, Græcæ dominæ capellanus, factus est Placentinus Episcopus. De quo dictum est, quod Romani decus Imperii astute in Græcos transferre tentasset.*

29) ANNALES HILDESHEIMENSES ad a. 997. *Imperator, vt Romanorum sentinam purgaret, Italiam perrexit summa rerum dominæ Mathildæ, amita sua, Quidilingaburgensi Abbatissæ delegata, in qua vltra sexum mira prudentia enituit. Ipsam etiam tunc Dornburgi & Magdeburgi publicos conuentus celebrasse, fertur.* DITMARVS *lib. II. p.* 6. ANNALISTA SAXO *ad a. 999.*

30) LEO OSTIENSIS lib. II. cap. XVIII. *Eo scilicet tempore, quo idem Imperator Crescentium Romanum Senatorem, qui se in Castello sancti Angeli de Ponte sancti Petri, contra eum rebellem, munierat, Sacramento deceptum cepit, & mox quasi reum maiestatis, capite obtruncauit.* Quare idem Leo castellum illud *lib. II. c. XXXIX.* vocat castrum Crescentii. SIGONIVS lib. VII. ad a. 996. *hæc olim Moles Hadriani dicta, post per multos annos arx Crescentis est appellata.* Adde DONNIZONEM VITA MATHILDIS *c. XVIII.* ARNVLPHVM *lib. III. Gest. Mediolan. c. XVI.* CHRON. S. PANTALEONIS *pag. 897.*

31) Verba sunt ARNVLPHI *Mediolan. lib. I. c. X.* Adde DITMARVM *c. loc.* GLABRVM RODVLPHVM *c. l.* ANNALES HILDESHEIMENSES *ad a. 998.* Acta S. NILI apud BARONIVM *Tom. X. n. XVI. XVIII.*

32) Integram historiam narrat, atque annos probe distinguit AVCTOR VITAE MEINWERCI Paderbornensis Episcopi *c. X.* apud LEIBNITIVM Tom. I. p. 520. *ante quinquennium, Dominicæ Incarnationis videlicet annum Nongentesimum nonagesimum sextum, Rex ad mitigandam sæuitiam Crescentii, Romam venit, & tumultu oborto decenter sedato, Iohanne Papa defuncto, Brunonem, cognominatum Gregorium, Ottonis Ducis filium, in sedem eius locauit, & ab eo Imperialem vnctionem accepit. Imperatore autem Romam egresso, proximo anno, consiliante Crescentio, Ioannes, Placentinus Episcopus, contra velle Imperatoris, sedem Apostolicam inuasit. Vnde iterum Imperator Romam veniens, proximo anno, prædictum Ioannem, inuasorem, cæcatum, & naso truncatum, deposuit & Crescentium, cum duodecim suis, decollatum ante Vrbem suspendi iussit. Bruno autem, qui & Gregorius, ab eo restituitur, sed, post discessum eius, a Romanis expulsus, ac deinde veneno peremptus.* Ex verbis hisce BARONIVS *Tom. X. ad a. 996.* eruere conatur, Ottonem viuo adhuc Iohanne XVII. Romam venisse, quod tamen nec ex verbis hisce patet, & contra fidem est Scriptorum. Prolixius hanc historiam refert DITMARVS lib. IV. p. 354. *Crescentius autem Roma absente Papa prædicto, qui post benedictionem Gregorius vocabatur, Iohannem Calabritanum Theophanæ Imperatricis dilectum comitem & hunc Placentinum Antistitem substituit, & sibi Imperium tali præsumtione vsurpauit immemor iuramenti & magnæ pietatis ab Ottone Augusto sibi illatæ. Insuper nuncii eiusdem a prædicto inuasore capti diligenti custodiæ traduntur. Imperator mox vt hæc audiuit, illo properans Dominum Apostolicum sibi obuiare per internuncios postulauit. Iohannes autem supplantator his*

appro-

factum, quidam contendunt, vitæ gratia ipsi promissa. 33)

§. V. Defuncto anno 999. Gregorio V. nouum Papam constituit Gerbertum. Hic primum Archiepiscopus Rhemensis, ex hoc Rauennatensis, demum sub Syluestri II. nomine factus est Archiepiscopus Romanus. 34) Hinc sollicitus, qualiter iura regni & Imperii ad statum antiquum reformaret, 35) quare etiam pactum Ottonis M. in Synodo Romana confirmari fecisse dicitur, vt quem Germani Regem elegerint, a Romanis reciperetur Imperator. 36) Quæ vero de Electorum origine cum Gregorii V. Papæ consensu di-

appropinquantibus fugit, sed postea a fidelibus Christi & Cæsaris captus linguam cum oculis ac naribus amisit. Crescentius vere Leonianum ingressus, claustrum Imperatori resistere frustra tentauit. Namque Imperator Dominicam resurrectionem Romæ celebrans, post festiuos dies instrumenta bellica præparans post albas domum Diederici vbi ille peruersus sedebat, Eckihardum Marchionem impugnare iussit: Qui eandem perdius & pernox latescere non desistens, tandem per machinamenta alte constructa ascendit, & eundem decollatum voce Imperatoris per pedes laqueo suspendit, & timorem cunctis præsentibus ineffabilem intulit. Gregorius autem Papa cum magno honore inthronizatur, & Cæsar sine omni infestatione deinceps dominatur. LEO OSTIENSIS *cit. loc.* PETRVS DAMIANI *Vita S. Romualdi §. XXXIII. Crescentius, Senator Romanus, indignationem Regis incurrens, in montem qui dicitur sancti Angeli, confugium petiit, & quia munitio inexpugnabilis est, obsidente Rege ad defendendum se fiducialiter præparauit. Ei vero Thammus, ex præcepto Regis iusiurandum securitatis præstitit, & ita ille deceptus adnitente Papa, quasi reus maiestatis capitalem sententiam subiit.* ARNVLPHVS lib. I. c. X. *Crescentium Imperator vndique obsidione circumdat, omnibus belli machinis quotidie oppugnans, donec pacto vtcunque composito, illius se tradidit potestati.* CHRON. REG. S. PANTALEONIS p. 897. *interea Crescentio non sua, vt opinabatur munitio, imperii gloriam, sed longum carceris efficiebat custodiam, & quem Imperatoris longanimitas sua suorumque sibi indulta impunitate flectere non potuit ad deditionem, iustam sua Dei iudicio pertinatia passus est vltionem. Tandem enim ad præsentiam eius, fide interposita, euocatus venit, monitus, vt sese cum omnibus suis Imperatoris gratiæ dederet, tumens abnuit, redire permissus electis militibus, qui fidem suam virtute probarent, eum pertinaciter insequentibus, reuertitur, & ad altioris ædis secretum ascendere, ostiumque pessulo obfirmare nititur: sed repente velociori persequentium impetu repulsus, clamore in altum leuato simulque strictis e latere, quos absconderant, gladiis perterritis suis, ipse vecors impigre e cauea sua extrahitur, Imperatori præsentatur, vt reus maiestatis capite dampnatur: Ductus vero in montis illius planitiem qua totam videre posset vrbem, capite truncatur, idemque mons vsque hodie ob triumphatum tyrannidis præsumptorem a Teutonicis Mons Gaudii, a Romanis autem Mons malus vocatur.* GLABER RODVLPHVS *lib. I. c. IV.* CHRONOGRAPHVS SAXO ad a. 998. *Imperator igitur Romam adueniens, sanctissimam illic Christi resurrectionem celebrauit, statimque post albas, scalis & machinis arcem quam Crescentius insederat hactenus omnibus inexpugnabilem fortiter expugnat, illumque captum decollari, & e summo præcipitatum in patibulo iussit pedibus suspendi.* LAMBERTVS SCHAFNABVRGENSIS *ad a. 996. 997. 998.* SIGEBERTVS vero GEMBLACENSIS & cum eo ALBERICVS hæc male referunt *ad a. 999. & 1001.* Sic enim iste ad a. 1001. *Otto imperator Romæ Crescentem patritium bello aggreditur, sed victus Crescens & ex fuga retractus capitur, vilique iumento auerse impositus circumducitur, & paulatim membris truncatus, ad vltimum ante vrbem suspenditur.*

33) Hunc sequitur ANNALISTA SAXO *ad a. 998.* SIGONIVS lib. VII. ad a. 998. *quæ cum in longum obsidio traheretur, Crescenti, si se dederet, spem haud dubiam veniæ fecit, ac Crescente conditionem accipiente securitatis sacramentum per Tammum hominem sibi familiarissimum præstitit. Egressus inde Crescens contra fidem datam captus, ac maiestatis damnatus cum duodecim aliis fœdissimo suspendii supplicio est affectus, quæ res maximam clarissimo Othonis nomini perfidiæ notam inussit.* Ast, soli Itali Imp. inculpant, reliqui de hac Ottonis perfidia plane tacent. DITMARVS potius Crescentis perfidiam nocat, dum *lib. IV. p. 354.* de eodem ita loquatur: *sibi Imperium tali præsumtione vsurpauit immemor iuramenti & magnæ pietatis ab Ottone Augusto sibi illata.* Vix etiam credendum, Ottonem de hac executione fuisse gloriatum, si perfide egisset. Sic enim in diplomate, Monasterio Einsidelensi a. 998. concesso, apud MABILLONIVM *Tom. IV. Ann. Ord. S. Benedicti lib. LI. n. LXVI. data III. Kal. Maii, an. dominicæ incarnationis DCCCCXCVIII. indictione XI. anno tertii Ottonis regnantis XV. imperii secundo. Actum Romæ, quando Crescentius decollatus suspensus fuit.*

34) HELGALDVS vita Roberti Regis sub initium, apud du CHESNE Tom. IV. p. 63. *is quippe Girbertus pro maximo suæ sapientiæ merito, qua toto radiabat in mundo, donatiuo Regis Hugonis munere, Pontificium adeptus Remense, non multis annis illud adornauit splendide, in his quæ forent necessaria Ecclesiæ sanctæ. Eo namque derelicto, Rauennatium factus est Rector ab Ottone III. De quo ad Apostolatum Petri Apostoli sanctissimi festinus conscendens, multa in eo virtutum operatus est insignia; & præcipue in eleemosyna sancta, quam fortiter tenuit, dum fideliter vixit. Inter cetera de se lætus & hilaris ita in R. litera lusit*

Scandit ab R. Girbertus in R. post Papa viget R.
Hoc aperte demonstrans, quo hi tres Episcopatus honores, quos professione regularis vitæ Patris Benedicti Monachus factus suscepit, rexit, & tenuit, huius R. litteræ signo in capite sunt declarati. MARLOTVS *Metropoli Rhemensi Tom. II. lib. I. c. VII.* CHRONICON RHEMENSE ad a. 999. *hic leuatus est Dominus Gerbertus in Apostolatum.* CHRONOGRAPHVS SAXO ad a. 999. *Gregorius Apostolicus, Imperatoris cognatus, II. Non. Februar. migrauit ad Dominum, cui successit Gerbertus.* HERM. CONTRACTVS *ad a. 1000.* DITMARVS *lib. VI. p. 399.*

35) SIGEBERTVS GEMBLACENSIS *ad a. 1002.*

36) Ad hoc prouocant ipsi Pontificii. Sic enim PLATINA de Gregorio V. p. 162. *is autem cognita imperii imbecillitate, varietateque fortunæ, quo diutius apud Germanos summa potestas remaneret, illeque cæteris præesset, qui virtute & dignitate cæteris præstaret, sanctionem retulit, haud abnuente Othone de imperatore eligendo anno Christi M. ac secundo, quam vsque ad tempora nostra seruatam videmus, videlicet, solis Germanis licere principem deligere, qui Cæsar & Romanorum rex appellatus, tum demum Imperator & Augustus haberetur, si eum Romanus pontifex confirmasset.* Verum, dum constitutio non extet, nullus Coæuorum eiusdem faciat mentionem, merito de eadem re dubitat CONRINGIVS *de Imperio Germanorum cap. X. §. 32.* PFEFFINGERVS quidem *Vitriario illustrato p. 63.* hoc confir-

su dicuntur, fide plane destituuntur. 37) Idem Imp. iura Imperii constituit, ementitam a Ioanne Diacono donationem Constantini redarguit, octo tamen Italiæ Comitatibus Syluestro Papæ concessis. 38)

§. VI. Reuersus ex Italia in Poloniam, venit a. 1000. ad limina S. Adelberti, 39) quem Borussi a. 996. martyrio affecerunt, oraturus, atque a Bolislao Duce magnifice fuit susceptus, & Gnesnam ductus. vbi corpus Adalberti sepultum, ibidemque Archiepiscopatum fundauit, 40) Ottonis etiam fauore Boleslaus, Dux Polonorum, Slauos, & Borussos fecit tributarios. 41) Addunt Poloni Scriptores, quod ab isto tempore iura Regni Polonici suam traxerint originem, dum per Gaudentium Archiepiscopum Gnesnensem coronari ipsum, atque a tributo & omni subiectione & iurisdictione Imperii fecerit immunem, 42) de

confirmari dicit per GVNTHERVM, qui in *Ligurino* suo *lib. I. p. 246.* ita canit:

Nos quibus est melior libertas, iure vetusto
Orba suo quoties vacat inclita principe sedes,
Quodlibet arbitrium statuendi Regis habemus,
Ex quo Romanum nostra virtute redemptum,
Hostibus expulsis, ad nos iustissimus ordo
Transtulit Imperium; Romani gloria regni
Nos penes est: quemcunque sibi Germania Regem
Præficit, hunc diues submisso vertice Roma
Suscipit, & verso Tiberim regit ordine Rhenus.

Ast, verbis hisce iura quidem Germanorum in Imperium Romanorum enarrantur, quæ ex pacto Leonis VIII. cum Ottone suam trahunt originem; nihil vero de Ottone III.

37) Auctor quidem Compilationis Hamerslebiensis de Gregorio V, apud LEIBNITIVM *Tom. I. p. 576.* & MVTIVS hæc adserit *Chron. Germ. p 107.* quem sequitur SIMON SCHARDIVS *de origine Electorum.* BARONIVS *ad a. 996.* & plures alii, quos longo numero recenset THVLEMARIVS *de Octoniratu cap. VII. §. 7.* & GEWOLDVS *de Septemuiratu c. V. VI.* His tamen fuit responsum SYNT. IVR. PVBL. *cap. XVI. §. III.* & a LEHMANNO *lib. V. cap. XVII.*

38) Extat ista apud GOLDASTVM *Tomo vno p. 226.* LEHMANNVM *lib. V. c. XV.* eandem notis illustrauit MARQVARDVS FREHERVS *ad lib. I. c. II.* Petri de Andlo. Defendit istam CONRINGIVS *de Imperio Germanorum cap. X. §. 15.* De Constantini M. donatione, in eadem hic habentur: *hæc sunt enim commenta ab illis ipsis inuenta, quibus Iohannes Diaconus cognomento Digitorum mutuis preceptum aureis literis scripsit, sub titulo Magni Constantini, longi mendacii tempora finxit.*

39) ANNALES HILDESHEIMENSES ad a. 1000. *Imperator Otto III. causa orationis ad sanctum Adalbertum Episcopum martyrem, quadragesimæ tempore Slauiam intrauit.* CHRONOGRAPHVS SAXO *ad a. 1000.*

40) CHRONOGRAPHVS SAXO ad a. 996. *Sanctus Adalbertus Episcopus de Praga ciuitate, eodem anno a Prucis glorioso martyrio IX. Kal. Maii coronatur. Quod cum Imperator nuper reuersus de Italia comperisset, mox ad illius limina orationis causa profectus est cum Imperialibus donis, vbi a Bolizlao Duce magnifice susceptus & Gnesin est vsque perductus, in quo eodem duce emente, a loco interfectionis translatum pausabat præfati martyris corpus. Hanc ergo vrbem deuotus Imperator occurrente sibi loci Episcopo nudis pedibus intrauit, & post lacrymosam ad sanctum Adalbertum orationem, noua illum institutione, idem Archiepiscopatus in eodem loco fundatione, sed non legitima honorauit. Nam tota hæc prouincia vnius Poznaniensis Episcopi erat parrochia, & ipsa cum omnibus futuro tempore illic fundandis Episcopatibus, auctoritate primi Ottonis & Pontificum Apostolicæ sedis Metropolitano Magdeburgensis Episcopii fuerat subiecta. Hanc ergo sine vtrorumque Episcoporum consensu iste Imperator in quinque diuidens Episcopatus in ipsa vrbe Gnesi Gaudentium beati Adelberti germanum consecrari fecit Archiepiscopum, eique tres alios Episcopos in tribus locis, videlicet Salz Colberch, Cracouwe, Wrotizla, ordinatos subiecit, Poznaniensem vero Episcopum non assentientem priori iuri & Magdeburgensis Archiepiscopi subiectioni reliquit.* Singulare est quod dicit DITMARVS *lib. IV. p. 357. nec mora, fecit ibi Archiepiscopatum, vt spero, legitime, sine consensu tamen præfati Præsulis cuius diœcesi omnis hæc regio subiecta est: committens eundem prædicti martyris fratri Kadimo, eidemque subiiciens Reinbernum, sanctæ Cholbergiensis Ecclesiæ Episcopum, Poponem Cracauensem, Ioannem Wiotislacensem, Vngero Posnaniense excepto.* Qui addit: *perfectis tunc omnibus Imperator a præfato duce magnis muneribus decoratur, & quod maxime sibi placuit trecentis militibus loricatis.* VITA MEINWERCI *cap. IX.* ANNALISTA SAXO *ad a. 1000.* Qua ratione Adalbertus ad prædicandum Borussis ab Imp. fuerit commotus, testatur ADEMARVS *Chron. p. 168.*

41) HELMODVS lib. I. c. XV. *eodem quoque tempore Bolizlaus, Polonorum Christianissimus Rex, confœderatus cum Ottone tertio, omnem Slauiam, quæ est vltra Odoram, tributis subiecit, sed & Russiam, & Prussos, a quibus passus est Adelbertus Episcopus, cuius reliquias tunc Bolizlaus transtulit in Poloniam.*

42) NEVGEBAVERVS Historia Polonica lib. III. c. LIII. *valens Otto tam splendido hospiti & amico parem referre gratiam, Regem eum appellat sociumque & amicum Romani Imperii, a tributo & omni iurisdictione Imperatorum immunem: ac diadema suum, Gaudentio Archiepiscopo solemnes ceremonias peragente, ipse imponit, eumque honorem sempiternum ipsi ac posteris eius in Polonia regnaturis esse iubet.* MATTHIAS de MECHOVIA *lib. II. Chron. Polon. cap. IV. §. XXVII.* MART. CROMERVS *lib. III. Hist. Polon. c. LII.* Adstipulatur LVDEWIG *de Auspicio Regio cap. II. p. 77.* Idem tradit ALEXANDER GVAGNINVS *Rerum Polon. Tom. I. p. 71.* MART. CROMERVS *Rer. Polon. lib. II. c. IV.* DLVGLOSSVS *Hist. Polon. lib. II. p. 131.* Concordare videtur, quod hic Boleslaus Helmoldo Rex dicatur. Potissimum hoc demonstrare conantur ex ipsius epitaphio, quod reperitur apud CHRISTOPHORVM HARTKNOCH *lib. I. de Rep. Polonia c. II. §. VIII.* in quo:

tu possedisti velut athleta Christi
Regnum Slauorum, Gothorum, seu Polonorum,
Cæsar præcellens a te Ducalia pellens

Ast, ipse ob potentiam saltim, & quod pro Rege vellet haberi, sic dictus, cum & antea Poloniam regnum vocatet DITMARVS, qui *lib. IV. p. 360.* ait: *sed anno Dominicæ incarnationis DCCCCXCII. regni autem tertii Ottonis octauo hic præfatus Dux iam senex & febricitans, ab exilio ad patriam transit, relinquens regnum suimet plurimis diuidendum, quod postea filius eiusdem Bolizlaus, nouerca & fratribus expulsa, ex cæcatisque familiaribus suis Odilieno atque Pribauoio vulpina calliditate traxit in vnum.* Contrarium satis ex eo patet, quod demum sub Henrico II. Boleslaus regium titulum atque potestatem affectauerit, de quo PETRVS DAMIANI Vita S. Romualdi §. XLVIII. *Busclauus, volens coronam sui regni ex Romana auctoritate suscipere, prædictos bene-*

de quo tamen tacent Scriptores coæui. 43) Poloni etiam post ista tempora Germaniæ fuerint subiecti.

§. VII. Redux e Polonia factus, paschalem festiuitatem a. 1000. Quedlinburgi celebrauit, inde Comitia Aquisgrani fuerunt peracta. Imperator etiam antiquam Romanorum consuetudinem iam ex parte magna deletam, suis cupiens renouare temporibus, multa faciebat, quæ diuersi diuerse accipiebant. Solus ad mensam, quasi semicirculum factam, loco cæteris eminentiori sedebat. Caroli Cæsaris ossa, vbi requiescerent, dum dubitaret, rupto clam pauimento, vbi ea esse putauit, fodere, quousque hæc in solio inuenta sunt regio, iussit. Crucem auream, quæ in collo eius pependit, cum vestimentorum parte adhuc imputribilium sumens, cætera cum veneratione magna reposuit. 44)

§. VIII. Post hæc tempora Romæ degens, dum cum Romanis remissius ageret, Romani per hoc ad eius contemptum adducti, instigante Gregorio quodam, subito contra eum a. 1002. conspirant, & aliquot militum eius peremptis, eum in palatio obsident. Vnde per industriam Henrici, ducis Baioariæ, & Hugonis marchionis Italiæ, simulato pacto vix extractus, Roma decedit cum Syluestro Papa. 45) Et quia Stephania Crescentii vidua, 46) Imperatorem spe regnandi ad amorem sui pellexerat, dolens pro eius decessu venenum ei misit, quo ille consumptus, dum in Germaniam properaret, postquam insignia Imperii Heriberto Coloniensi Archiepiscopo, qui tunc aderat, commendasset, 47) in castro Romaniæ Paterno IX. Kalendas Februarii 1002. fuit defunctus. 48) Eius reliquiæ

venerabiles viros (Ioannem & Benedictum) *obnoxia cœpit supplicatione deposcere, vt ipsi plurima eius dona Papæ deferrent, & coronam sibi a Sede Apostolica reportarent, qui regiæ petitioni assensum penitus denegantes dixerunt: Nos in sacro ordine positi sumus, tractare nobis secularia negotia minime licet, & ita relinquentes Regem ad cellam reuersi sunt. Quidam vero Regis familiares agnoscentes ipsius desiderium, sed quid sancti viri respondissent, ignorantes, copiosum auri pondus, quod mittendum Papæ fuerat, secum eos detulisse ad cellulam, falso opinati sunt.*

43) Vid. CONRING *de Finibus Imperii I.I. c. XVIII*, quo demonstrauit, Poloniam ab Ottonis M. temporibus ad Friderici II. vsque, fuisse tributariam. Docet hoc etiam DITMARVS lib. IV. p. 349. *Miseco semetipsum Regi dedit, & cum muneribus aliis camelum ei præsentauit, & duas expeditiones cum eo fecit.* Idem confirmant ANNALES HILDESHEIMENSES *ad a. 986.*

44) Verba sunt DITMARI *lib. IV. pag. 357.* ADEMARVS Chron. apud LABBEVM *Tom. II. Mstorum p. 169. Quibus diebus Oto Imp. per somnium monitus est, vt leuaret corpus Caroli M. Imper. qui Aquis humatus erat, sed vetustate oblitterante ignorabatur locus certus, vbi quiescebat, & peracto triduano ieiunio, inuentus est eo loco, quem per visum cognouerat Imper. sedens in aurea cathedra, intra arcuatam speluncam infra Basilicam B. Mariæ, coronatus corona ex auro & gemmis, tenens sceptrum & ensem ex auro purissimo & ipsius corpus incorruptum inuentum est, quod leuatum, populis demonstratum est. - - Corpus vero Caroli conditum in dextro membro Basilicæ ipsius retro altare S. Ioannis Baptistæ, & crypta aurea super illud mirifica est fabricata, multisque signis & miraculis clarescere cœpit. Non tamen sollennitas de ipso agitur nisi communi more anniuersarium defunctorum.* ANNALISTA SAXO *ad a. 1000.* NOPPIVS *Aacker Chronic. lib. I. cap. II.* SCHATENIVS *Annal. Paderborn. lib. IV. pag. 352.*

45) Verba sunt SIGEBERTI *ad a. 1002.* DITMARVS lib. IV. p. 357. *cunctis apud transalpinos bene dispositis, Romanum visitauit imperium, Romuleasque peruenit ad arces. Vbi ab Apostolico, cæterisque coëpiscopis magnis laudibus suscipitur. Post hoc Gregorius, qui Cæsari valde charus erat dolo eum capere nisus occultas tendebat insidias. Quibus collectis & ex improuiso aduersus eum iam insurgentibus, Imperator de porta cum paucis euasit, maxima suorum caterua sociorum inclusa, & vulgus nunquam suis contentum dominis, malum huic pro ineffabili pietate restituit. Dehinc nuncio suimet omnes Cæsar sibi familiares conuenire illuc rogat & præcipit, demandans singulis quibusque, si vnquam de honore sui vel incolumitate curarent ad vlciscendum eum, ac amplius tuendum, armato ad se milite properarent. Romani autem manifestati tunc, sceleris culpa erubescentes, seque inuicem supra modum redarguentes omnes inclusos emisere securos, gratiam Imperatoris, & pacem modis omnibus suppliciter expetentes. Quos vbicunque vel in ipsis, vel in rebus suis Cæsar lædere potuit, verbis eorundem mendacibus diffidens, nocere non tardauit. Omnes Regiones quæ Romanos & Langobardos respitiebant suæ dominationi fideliter subditas Roma solum, quam præ cæteris diligebat, ac semper excolebat, excepta, habebat.* ANNALISTA SAXO *ad a. 1001.*

46) Nomen ipsius prodit ARNVLPHVS MEDIOLANENSIS lib. I. c. X. *Stephania vxor* (Crescentii) *traditur adulteranda Teutonibus.* REINERVS Vita S. Wolbodonis Leodiensis §. IX. *Crescentii vxor spe imperandi, Imperatorem ad suum illexerat amorem. Sed cum doleret repatriantem, & nuptiis se frustrari, misso clam veneno illum infecit.* RVPERTVS TVITIENSIS *Vita S. Heriberti c. III.* Male vero hæc Stephania Ottonis III. legitima coniux dicitur GLABRO RODVLPHO *lib. I. cap. IV.* AVCTORI VITAE MEINWERCI *§. X.*

47) REINERVS *in Vita S. Wolbodonis* §. IX. *Otto agens in extremis, Heriberto, Coloniensi Archiepiscopo, qui tum aderat - - insignia Imperii commendauit.* RVPERTVS TVITIENSIS Vita S. Heriberti c. III. *Otto cum se mori persentiret, id supremum ab Heriberto postulauit, quatenus corpus eius Aquisgrani sepeliendum transferret. Hoc agere insistens vir fidelis, regalia quoque penes se habuit* DITMARVS *lib. IV. p. 358.*

48) VITA MEINWERCI c. X. *Rex ergo cum isto Syluestro Papa Natali Domini Tudertinæ celebrato, cum confusionem tam in beati Petri Ecclesia, quam in Republica factam decenter composuisset, incidit in insidias mulieris malæ, eius videlicet, cuius virum Crescentium sibi rebellantem captum iusserat capitalem subire sententiam: quam formæ elegantissimæ nimis insipienter thoro suo socians, ab ea non præcauens, quamuis a sancto viro Heriberto sæpius esset admonitus, veneno intra cubiculum dormiens, infectus est. Et sequenti die, beato Heriberto pestem quam perceperat, confessus, cum se mori sensisset, vt corpus suum Aquisgrani sepeliendum transferret, petiit: & sic Paternum ingressus, cum generali omnium dolore nono Kalend. Februarii obiit.* LAMBERTVS TVITIENSIS Vita S. Heriberti cap. II. §. II. *Otto in Patyrna castro per mulierem veneno periit.* PETRVS DAMIANI Vita S. Romualdi §. LII. *Rex languore correptus, apud Paternum defunctus est.* PHIL. CLVVERVS dicit, Paternum illud, quo sita fuerit, plene non liquere *Tom. II. Italiæ antiquæ lib. IV.*

quæ ægre, infestantibus Romanis, in Germaniam delatæ, 49) intestina Augustæ, reliquum corpus Aquisgrani, prout iusserat, fuit sepultum. 50)

§. IX. Desponsata ipsi primum fuit Helena, vxor Græca, ad quam petendam a. 995. Ioannem Placentinum & Bernwardum Würtzburgensem, legatos Constantinopolim direxerat. 51) Bernwardo in hac legatione defuncto, mittebat Imp. Arnulphum Mediolanensem Archiepiscopum Constantinopolim, qui etiam cum Basilio negotium rite composuit, interea moritur Imperator. 52) Sed ei fraudulenta calliditate a Russorum Principe, Wolodomiro dicitur fuisse ex subtracta, 53) cum tamen dictus Wolodomirus cum Anna Græcorum Principe iamdum fuerit iunctus. 54) Ab aliis ipsum Mariam, Sancti II. Regis Arra-

lib. IV. c. XV. Hoc vero in partibus Beneuenti situm fuisse videtur, cum ADEMARVS *Chron. p. 170.* tradit: *Otto Imperator haustu veneni in partes Beneuenti periit.* Collectores vero Actorum S. S. in notis ad LAMBERTVM TVITIENSEM *c. I.* Paternum ad lacum Fucinum situm fuisse dicunt. DITMARVS lib. IV. p. 358. *qui facie clarus, ac fide precipuus, IX. Cal. Febr. Romani corona imperii exiuit ab hoc seculo, suis insuperabilem relinquens mærorem, quia tempore eo non fuit vllus largior ac per omnia clementior illo.* LEO OSTIENSIS lib. II. cap. XXIV. *sequenti vero tempore, perrexit iterum super Beneuentum, & obsedit eam vndique per dies multos: sed nichil aduersus eam preualens, Romam reuersus est. Vnde vix ad sua reuerti incipiens, & mortuus est apud Oppidum, quod nuncupatur Paternum, non longe a Ciuitate, qua dicitur Castellana, ab vxore, vt fertur, Crescentii Senatoris, quem superius ab illo retulimus decollatum, qua impudice abutebatur, potionatus. Sed antequam mors eius a circummanentibus dinosci posset, corpus ipsius aromatibus conditum a suis vltra montem delatum est, & Heinricus Dux consobrinus ipsius constitutus est Rex.* DITMARVS etiam dicit, quod *pustellis interiora prementibus, & interdum paulatim erumpentibus* fuerit infirmatus. TANCMARVS *c. XXXIII.* Ast nihil de veneno alii. TANGMARVS Vita S. Berwardi c. XXXIII. *Otto tertio Idus Ianuarii tentari se febricula fassus est, eaque quotidianis incrementis auctior, illum decimo Kalendas Februarii vita expulit.* Sequuntur ANNALES HILDESHEIMENSES *ad a. 1002.* Ex hoc AVGVSTINVS ERATH *diss. de Ottone III.* apud DVELLIVM *Miscell. lib. II. pag. 378* concludit, omnia hæc de amoribus viduæ Crescentii & veneno ab ipso propinato esse fabulosa, cum tamen scriptores ante adlegati contrarium suadeant. De morte saltim tradunt ADELBOLDVS *c. I.* LAMBERTVS SCHAFNABVRGENSIS, MARIANVS SCOTVS, HERMANNVS CONTRACTVS, SIGEBERTVS GEMBLACENSIS, HVGO FLAVINIACENSIS, ANNALISTA SAXO, CHRONOGRAPHVS SAXO, CHRONICON LEODIENSE & ROTHOMAGENSE *ad h. a.*

49) DITMARVS l. c. *Hi autem, qui extremis eius intererant, hæc tamdiu celabant, quod exercitus vndique tam dispersus per internuncios colligeretur. Tunc tristis turba dilecti senioris corpus comitata, magnas bellorum asperitates VII. dies continuo perpessa est, nullaque securitatis certitudo ab hostibus concessa, nisi tum duntaxat quando ad Bernam peruenirant ciuitatem.* Plenius hoc narrat CHRONOGRAPHVS SAXO, ANNALISTA SAXO *ad a. 1002.* CHRON. REG. S. PANTALEONIS *p. 898.*

50) HERMANNVS CONTRACTVS ad a. 1002. *Otto Imperator in Italia, 10. Kal. Febr. obiit, anno Regni 18, & intestina eius Augusta, reliquum vero Corpus Aquisgrani sepelitur.* Idem dicit MARIANVS SCOTVS, ALBERTVS STADENSIS, MONACHVS HAMERSLEBIENSIS. DITMARVS lib. IV. p. 358. *Dux vero* (Henricus) *cum his Augustanam attingens vrbem, dilecti senioris intestina duabus Liguncülis prius diligenter reposita in oratorio sancti presulis Othelrici, quod in honorem eius Luidulphus, eiusdem ecclesiæ Episcopus, construxit, in australi parte monasterii sanctæ martyris Afre sepulture honorabili tradidit & ob animæ remedium suæ centum mansos propriæ hereditatis concessit. Deindeque dimissa cum pace magna multitudine, ad ciuitatem suam qua noua vocatur, corpus Cæsaris prosequitur. Posteaque ab æquiuoco suimet Henrico, cuius sororem viuente Imperatore iam duxit, suppliciter exoratus, tandem corpus, valedicens singulis, ad loca destinata dimisit.* Et paullo post: *Cuius corpus cum ad Coloniam veniret, primum susceptum est ab Archiepiscopo eiusdem ciuitatis Heriberto ad monasterium sancti Seuerini post palmas, II. feria ad Sanctum Pantaleonem, III. defertur feria ad sanctum Gereonem, IV. die in Cœna Domini ad sanctum Petrum portatur, vbi pœnitentibus more Ecclesiastico introductis & indulgentia resolutis animæ præsentis corporis ab Archipræsule remissio datur, a consacerdotibus autem memoria exposcitur, lacrymabiliter autem a populo supplice impenditur. VI. feria illucescente funus eleuatum ad Aquasgrani sancto perducitur in sabbato, die vero Dominica in Ecclesia sanctæ Mariæ semper virginis in medio sepelitur choro.* LAMBERTVS TVITIENSIS *Vita S. Heriberti c. II. §. II.* RVPERTVS TVITIENSIS *Vita Heriberti c. III.* TANCMARVS *Vita Bernwardi c. XXXIII* ANNALISTA SAXO *ad a. 1002.* CHRON. REG. S. PANTALEONIS *p. 898.* Idem tradit ADELBOLDVS *in vita Henrici c. III. IV.* CHRONICON MAGDEBVRGENSE ap. MEIBOMIVM *Tom. II. p. 281.* *Fridericus III. Saxoniæ Elector eiusdem monumentum Augustanum fecit restaurari cum hac inscriptione*

Romani imperii decus amplum, Tertius Otto,
Ossa in Aquisgrani, hic viscera clausa tenet.

Male igitur Adamus Cabannensis p. 170. dicit, Ottonis corpus delatum esse Romam & ibidem sepultum.

51) ANNALES HILDESHEIMENSES ad a. 995. *Ioannes Placentinus & Bernwardus, Wirciburgensis Episcopi, Constantinopolim ex latere Regis, vt sponsam illi inde peterent, directi sunt.* Hic vero in Achaia fuit defunctus, de quo DITMARVS lib. IV. p. 354. *eo tempore Bernwardus, sanctæ Wurziburgensis Ecclesiæ iussu Cæsaris ad Graciam missus in Achaia moritur.* ANNALISTA SAXO *ad a. 995.*

52) ARNVLPHVS MEDIOLANENSIS lib. I. c. XI. *decreuerat Imperator maternæ gentis sociari coniugio. Huius causa consilii, -- Arnulphus, venerabilis Archiepiscopus, regia iussione præmonitus, mare transiens, Constantinopolim proficiscitur. -- Arnulphus ab ipso admirabili Monarcha magna susceptus honorificentia, satis Episcopaliter conuersatus est in vrbe regia, ita carus, vt quidquid poposcerat, facile impetraret. Composito tandem, propter quod venerat, negotio, ab eodem Basileo decenter absolutus reuersionem accelerat. -- Interea Imperator primo iuuentutis in flore defungitur Otto.*

53) ADAMVS OLEARIVS *Itin. Persico c. XXI. pag. 278.*

54) DITMARVS lib. VII. p. 417. *Vlodomirus a Græcia ducens vxorem, Helenam nomine, tertio Ottoni desponsatam, sed ei fraudulenta calliditate subtractam Christianitatis sanctæ fidem eius hortatu suscepit.* Sequitur ANNALISTA SAXO *ad a. 1013.*

55) MA-

Arragoniæ & Nauarræ filiam in matrimonium duxisse, dicitur, de quo tamen scriptores coæui tacent, Arragoniæ etiam Reges post Ottonis III. tempora demum fuerunt suborti. Hinc fabula omnino, quod Mariæ impudicitiæ notam inurere conatur GOTFRIDVS VITERBIENSIS, 55) & quod ob tentatum cum Comite Mutinensi adulterium, eundemque postea malitiose apud Imperatorem delatum, fuerit combusta. Certum igitur, quod sine liberis fuerit defunctus. 56)

55) MARIANVS SCOTVS ad a. 1002. *Otto III. Imperator in Italia obiit absque filiis.* ADEMARI Chronicon: *Otto Imperator, hausti venenu in partes Beneuenti, periit sine filiis.*

56) P. XVII. p. 329. quem sequitur ANDR. PRESBYTER *Chron. Bauar. p. 29.* SIFFRIDVS PRESBYTER *ad a. 988.* Horum fide SIGONIVS lib. VII. p. 183. rem ita narrat: *eo inde in agro Mutinensi agente res exempli memorabilis incidit. Maria Augusta Comitem Mutinensem in amorem pellicere sui conata, postquam libidini reluctari sua vidit, ira furens se ab illo de stupro tentatam apud Othonem simulauit. Eius rei admonitus Comes, totam, vt erat, coniugi suæ mulieri prudentissimæ patefecit: se citius millies moriturum, quam tantum Imperatoris dedecus palam facturum, proinde ipsum precibus omnibus obtestans, vt forti, atque imperterrito animo apud eum mortui innocentiam sui purgaret. Neque ita multo post Comes irati & creduli Imperatoris iudicio condemnatus pœnas capite dedit. Conuentu inde populis ad Roncalias instituto, quo die ius viduis dicebatur, mulier processit, atque ex lege Imperatorem ipsum ad supplicium, quod maritum suum iniuste necasset, postulauit. Qua voce audita mirabundus Otho, At tu, quonam pacto, inquit, viri tui, quam iactas innocentiam comprobabis? Cui illa, candenti lamina, inquit, atque mox inspectantibus omnibus ferrum ignitum iussu Othonis allatum sine vlla offensione prehendit. Ea re Otho confusus, se quidem pœna dignum esse dicere, verum ad eam subeundam spatium postulare. Tum mulier tribus vadimoniis dilatis, Atqui, inquit, ego supplicio reginæ contentus sum, cuius nefaria calumnia maritus est meus oppressus. Otho muliere collaudata reginam igne cremari iussit, mulierem vero propter dilata sibi vadimonia, quatuor in Etruria castris donauit. Huius iudicii Gothifredus est auctor.* THEODOR. ENGELHVSIVS *Chron. pag. 1079.* PONTANVS *Hist. Dan. lib. V. p. 141.* BROMTONVS *pag. 878.* Refutat etiam AVGVST. CRATH *Diss. de Ottone III. p. 378.*

SECTIO QVINTA
DE
HENRICO II.

§. I. Henrici II. nomen & parentes. §. II. Electio & coronatio eius in R. Germaniæ, multis ipsi, aduersantibus. §. III. Bellum cum Germaniæ quibusdam Principibus. §. IV. Bellum cum Slauis & Bohemis. §. V. Prima expeditio Italica & coronatio in Regem Germaniæ. §. VI. Noua expeditio Italica & coronatio Romana. §. VII. Græcos etiam atque Saracenos Italiæ inhiantes vincit. §. VII. Bellum cum Balduino Flandriæ Comite. §. VIII. Bellum cum Theodorico Comite. Rudolphus R. Burgundiæ ipsi donat. Conuentus cum Roberto, Francorum Rege. §. IX. Ducatum Bauariæ, Lotharingiæ concedit, Hungari se subiiciunt. §. X. Fundatio Bambergensis Episcopatus. §. XI. Diuersæ fundationes aliæ. Synodus Tremoniensis, Monachus vult fieri. §. XII. Henrici designatio Successoris, mors & familia. §. XIII. Coniugium eius cum Cunigunda & vtriusque castitas.

§. I.

SVccessit Ottoni III. HENRICVS II. 1) ob vitæ probitatem, intermixta tamen superstitione, Sanctus, 2) & Pius 3) ob munificentiam erga clerum *Monachorum pater*, 4) a luxu-

1) Itali ipsum primum vocant, quia primus ex Henrico qui Romæ fuerit coronatus, id quod vberius examinat IO. HENR. FELTZIVS *selectis capitibus ex Historia Henrici Sancti*,

2) AVCTOR VITÆ HENRICI sub initium: *tam bonitate quam nobilitate Regia conspicuus & vniuersa morum honestate præclarus. Hic initium sapientiæ timorem Domini pleniter est sequutus, quia erat omni literarum studio principaliter imbutus, & totus sane fide & actione Katholicus.* Idem sub finem tractatus, multa miracula quæ ad sepulcrum ipsius facta dicuntur, describit, & demum addit: *præter hæc multa alia sanctitatis argumenta & experimenta frequenter in eodem loco visa sunt:* Qui etiam declarat, qua ratione in sanctorum munerum fuerit relatus. CHRON. SAXO ad an. 1004. *Rex Heinricus cultor æquitatis inclytus, & religionis diuinæ præcipuus.* ADELBODVS c. I. *Henricus Dux gloriosus, & vir ad regnum suscipiendum strenuus. Is tunc temporis Ducatum in Bauariensi regno tenebat, populum pacifice regebat, pacem amplificabat, Ecclesiarum facultates augebat, leges & religiones magnificabat.*

3) CÆSARIVS Nunbergensis in libro de Miraculis S. Erentradis §. 1. 2. *Infra scripta studui comportare. Primo & principaliter de curatione sancti Henrici Imperatoris, cognomento pii.* NONNOSIVS Vita S. Cunegundis §. 1. *ex præclaro parentum sanguine & augustæ nobilitatis gradu, duo immarcessibiles gloriæ flores mundo enituerunt, sanctus videlicet Henricus, cognomento pius.* AVCTOR VITÆ S. RICHARDI VIRDVNENSIS §. VII. *factum est, vt primus Henricus, Imperator pius, tertii Ottonis successor, audita opinione tanti patris* (Richardi) *eum accersiret.* EVERHELMVS, Altimontensis Abbas *c. VI. §. XXI. erat viro Dei* (Popponi) *iter ad Henricum tam pium, quam magnum Romani potentatus Imperatorem.*

4) CHRON. LAVRISHAMENSE pag. 122. *Henricus Dux Bawariorum Imperii fascibus arreptis Rex eligitur, & Moguntia solenniter ordinatur. Cuius quanta fuerint iustitiæ & pietatis insignia testatur illa nobilis, quam condidit, & in qua conditus est, Babenbergensis Ecclesia. Siquidem tanto religionis amore ducebatur, vt Monachorum pater appellaretur.* AVCTOR VITÆ MEINWERCI cap. XI. *Heinricus dux Baioaricus secundum seculi dignitatem locupletissimus, & litterarum studiis non tenuiter instructus: & quod his maius est, vir in omni perfectione ecclesiastica præcipuus, eligitur.*

5) Car

a luxato femore *Claudus* 5) alias *gloriosus* 6) etiam *Bambergensis* dictus. 7) Hic an. 972. natus. 8) Patrem habuit Hezilonem, siue Henricum II. Bauariæ Ducem, Henrici I. qui Ottonis M. germanus erat, filium. 9) Mater eius erat Gisela, Conradi, Burgundiæ Regis filia. 10) Immo, ex stirpe Caroli M. dicitur esse prognatus. 11) Hic per Wolfgangum Ratisbonensem præsulem enutritus. 12) Hildesheimi litteras fuit edoctus 13) clero & superstitioni plurimum deditus, 14) Princeps vero morbidus erat, colica, calculo atque epilepsia plumiuum laborans. 15)

§. II. Mor-

5) Cur Claudus dictus fuerit, diversæ sunt sententiæ. AVCTOR ADDIT. AD VITAM HENRICI S. c. XXII. *Angelus modeste femur* (Henrici) *tetigit, inquiens, ne timeas, electe Dei, surge velociter, signum patis diuinitus tibi transmissum suscipiens alacriter; extemplo & statim femur eius emaruit, & exinde omni tempore vitæ suæ claudicauit.* NAVCLERVS *vol. 2. Generat. XXXIV.* miraculo tribuit, quem sequitur GRETSERVS *notis ad Vitam eius c. XXII.* & IO. CRAWSIVS *pag.* 86. 87. KRANTZIVS vero *Saxonia lib. IV. c. XXXII.* dicit: *sunt qui scribunt Henricum Regem ante acceptam benedictionem,* (Papæ) *in Italica expeditione captum ab hostibus, sed illusisse capientibus, vt ex Arce, qua teneretur, desiliens coxam læserit, vnde per reliquum tempus claudicarit.* Idem dicit LEHMANNVS *lib. V. c. XVI.* Verum, optime BROWERVS Ant. Fuld. lib. III. c. XV. fin. *Naucterus famæ exceptum perhibet, ex obiecto regi coelitus viso id euenisse, cum Romæ in Ecclesia D. Mariæ Maioris, Christum Iesum summum sacerdotem, Matre sanctorumque stipatum choro, rem diuinam parare conspicatus, simul ab Evangelio recitato, Angeli manu librum ad se ferri vidit, osculo de more libandum; atque eo in ostento exiisse de mentis potestate, sensibus alienatis, cumque quid secum ageretur, ille quidem nesciret, Angelum, collaudata eius pudicitia, & castimoniæ studio, tetigisse neruum femoris; atque inde claudicare coepisse. At comperior equidem, in Ecclesiæ Fuldensis membranis iis, quibus munificentia eius regia describitur, primis regnandi exordiis, cum se exerceret venatu, grauiter a fera saucium, nomen inde populari iactatione* Hufftehola, (*grallator seu ligno saliens*) *id est claudi tulisse. Quam ob rem ex hoc feræ incursu claudicasse potius, quam maioribus credere liceat, ex Angeli contactu, si illo viso sua fides, testificationem retulisse coniugalis abstinentiæ pudicitiaque.* ADLZREITER *Ann. Boiic. lib. XVI. n. VIII.* MART. HOFFMANNVS *lib. I. Annal. Bamberg.* §. *LXII. ante portam orientalem basilicæ cathedralis - cernitur lapidea Imperatoris statua, cuius sinistro pedi dextro breuiori lapillus artificiose subtractus iacet.*


6) REINERVS in Vita S. Wolbodonis §. V. *Imperator Henricus, qui propter insignia virtutum, generisque claritudinem agnominatus est gloriosus.*

7) Sic enim vocatur apud ANNALISTAM SAXONEM ad a. 1047. Et ad a. 1056. *Beuenburgensis Ecclesiæ fundator.*

8) DITMARVS quidem *lib. VI. p.* 390. ecclesiam Bambergensem dedicatam esse dicit, cum natalicius Regis dies esset & XXXV. iam inciperet. Hæc autem dedicatio facta a 1012. vt exinde annum 977. computare, necessum haberemus. Verum, dum hic Ditmari locus numeris constet, facile potuit corrumpi. AVCTOR VITÆ MEINWERCI satis clare annos eiusdem definit, dum c. LXXXIX. ita loquatur, *anno vitæ suæ LII. Regni XXII. Imperii X. Dominicæ Incarnationis clɔ XXIV. est defunctus,* ex quo si retro supputemus, annus 772. satis patebit.

9) SIGEBERTVS GEMBLACENSIS ad ann. 1002. *erat quippe filius Henrici Ducis, qui fuit genitus de Henrico, fratre primi Ottonis Imperatoris.* OTTONIS FRISINGENSIS *VI. c. XXVII.* Heinricus patre Hezilone GOTFR. VITERB. *p. XVII. p.* 483. ALBERICVS *ad a.* 1002.

Schema tale est:



10) DITMARVS in prologo libri V.
Heinricus scandit, postquam puerilia vicit,
Ardua virtutum, natus de stemmate Regum,
Huic pater, Henricus Dux, & Genitrix erat eius
Gisla, suis meritis æquans vestigia Regis,
Conradi Patris, Burgundiæ regna tenentis.

ADELBOLDVS in vita Henrici c. I. *Mater autem sua, Conradi regis fuit filia.* Hinc BODO in Syntagmate de Cœnobio Gandesiano *apud* MEIBOMIVM *Tom. II. p.* 499. *Inuictissimo Imperatore & semper Augusto tertio Ottone Romæ cum ingenti totius Imperii dolore vitæ vltimum diem claudente non dimisso herede, Principes votis in Henricum illustrissimum Principem Bauariæ Ducem directis, ipsum Regem, demum Imperatorem statuerunt Ann.* 1006. *Hunc quidam filium volunt fuisse principis Henrici fratris videlicet Ottonis Magni. Quod autem nonnulli (vt ille qui rythmo de ecclesiæ Gandesianæ constructione scribit Teutonico) hunc filium fuisse Ottonis tertii veritate caret, licet dominam Sophiam sororem in priuilegio suo vocet: cognationis enim ratione eo ad illam vocabulo vtitur.* HENRICVS WOLTERVS *Chron. Bremensi apud* MEIBONIVM *Tom. II. p.* 36. 37. eundem confundit cum Henrico III. & comitis cuiusdam Eggehardi filium facit, de quo sub Henrico III. pluribus. Plura de hoc IO. SALLER *de stirpe S. Henrici,* & PAREVS Hist. Palatina *p.* 45.

11) ADELBOLDVS in vita c. I. *Henricus sic in Ducatu vixit, quod omnibus placuit, vt de Ducatu transduceretur ad regnum, de vexillo extolleretur in solium hereditarium. Hereditarium dicimus; quia, vt ab his, qui genealogias computare nouerant audiuimus, a Karolo magno ex parte Patris decimam septimam; ex parte matris, decimam sextam lineam propagationis tenebat. Insuper Tertius Otto post obitum in regem eligebatur, & ipsi tertium ad inuicem consanguinitatis gradum tenebant.*

12) DITMARVS *prologo lib. V. p.* 364. *nutrit præclarum Wolfgangus præsul alumnum.* BARONIVS *Tom. XI. Annal. Eccles. ad a.* 1002. *n. VII.*

13) AVCTOR VITÆ HENRICI S. c. III. (Henricus Hildesheimi) *a puero nutritus, & litteras edoctus fuit.* AVCTOR VITÆ MEINWERCI §. IV. *Heinricus, filius Ducis Baioariæ, Heinrici cum aliis plurimis, honori & decori ecclesiæ Christi suo tempore profuturus,* (Hildesheimi) *theoriæ studiis continuam operam dedit.*

14) WOLFHERVS Vita S. Godehardi c. II. *his diebus prænominatus Baioariæ Dux* (Henricus) *obiit, cuius loco pius Henricus, filius eius surrexit, non patris insolentiam, sed initium sapientiæ timorem domini pleniter secutus.* ADELBOLDVS Vita Henrici S. §. I. *Henricus, tunc temporis Ducatum in Bawariensi regni tenebat, populum pacifice regebat, pacem amplificabat ecclesiarum, facultates augebat, leges & religiones magnificabat. Tandem sic in Ducatu vixit, quod omnibus placuit, vt de Ducatu transduceretur ad regnum.*

15) ANNALES HILDESHEIMENSES ad an. 1013.

§. II. Mortuo Ottone III. diuisi erant Procerum animi, 16) dum Heribertus Archiepiscopus Coloniensis, vir magnæ auctoritatis, insignia Imperii, quæ a moribundo Ottone acceperat, Ezoni Comiti Palatino Rheni, qui Ottonis M. filiam Machildem habebat in matrimonio, vellet defferri, 17) quæ tamen postea in suam accepit potestatem, Henricus, Imperium plurimum adsectans, 18) sacram etiam lanceam tanquam iure hæreditario sibi competentia, Heriberto extorquens. 19) Adsectabat quidem Imperium Bruno, Saxoniæ Dux ad Visurgim, votis tamen ipsi haut fauentibus. 20) Henricus autem Ottonem Carentanorum Ducem & Veronensium Comitem, qui Conradi ducis ex Luidgarde Ottonis M. filia, erat filius, ex consanguinitatis iure in Regem eligi volebat, qui tamen hoc onus recusans, inter primos fuit, qui Henrico deferendam esse Imperii dignitatem iudicarat. 21) Maxima vero pars Procerum Hermanno, Alemanniæ Duci auxilium promittebat ad regnum adquirendum & tuendum, Henricum mentientes, ad hoc non esse idoneum. 22) Ast, Henricus insignium possessione, & quod ex familia Ottonum Saxonica, immo

1013. *Henricus Werla veniens, graui languore correptus, hebdomadum V. spatio decubuit.* ADELBOLDVS c. XXI. *Henricus cholicam infirmitatem ab antecessoribus sibi ingenitam grauissime patitur.* ANNALISTA SAXO *ad a.* 1003. DITMARVS *lib. V. p.* 371. AVCTOR VITÆ MEINWERCI c. XXVI. *Henricus infirmatus morbo calculi, nulla poterat medicorum arte sanari.* AVCTOR VITÆ HENRICI S. *c. XXII.* CÆSARIVS NVNBERGENSIS in libro de Miraculis S. Erentrudis §. II. *Henricus, permittente siue disponente Deo, morbum incidit, phrenesis, siue epilepsia, non multa medicorum sollicitudine curari poterat.* AVCTOR VITÆ HENRICI apud CANISIVM *Tom. VI. p.* 387. ANNALISTA SAXO *ad a.* 1013. *Rex in Quadragesima Werla ueniens, diu colica passione laborans infirmatur.*

16) TANGMARVS in vita Berwardi c. XXXIV. *interea vota principum in diuersa rapiuntur, plerisque Regni fastigium sine respectu timoris Dei vsurpare nitentibus.* Id quod etiam ex subsequentibus facillime patet. Ex quo facile constat, quam vere sint dicta, quæ AVCTOR VITÆ HENRICI apud CANISIVM *Lect. antiqu. Tom. VI. p.* 383. habet: *Ottone tertio defuncto Roma, vacante Regni solio, cum de Principe ageretur, subrogando, omnium vota nutu diuino ad eum inclinantur, qui tunc in Regno potissimus habebatur.*

17) RVPERTVS TVITIENSIS in Vita S. Heriberti c. X. *vir fidelis* (Herbertus) *Regalia quoque penes se habuit, & electioni non interfuit noui Principis Henrici, tunc Baioariorum Ducis, quem secundum seculi dignitatem, locupletissimum, & literarum studiis non tenuiter instructum, Principes Regni regem sibi eligerunt.* TOLNERVS *Hist. Palatina c. IX. p.* 232. ex interpolatore vitæ Ezonis dicit, Ottonem III. in agone constitutum, Heriberto, cui moribundus confessus est, insignia commisisse, ad sororis maritum Ezonem deferenda.

18) ANNALISTA SAXO ad ann. 1002. *exin cum ad Pollingun Curtem Sigefridi Præsulis Augustani venirent, ab Heinrico Duce suscepti, lacrimis eius vehementer iterum commoti sunt, quos singulatim, ut se in Dominum & Regem eligere voluissent, multis promissionibus hortatur. Qui omnes, excepto Antistite Sigefrido, neque consentiebant, neque omnino denegabant.*

19) RVPERTVS TVITIENSIS: *& hæc quidem Regalia repetita cito reddidit.* AVCTOR VITÆ MEINWERCI *c. XI.* SIGEBERTVS GEMBLACENSIS ad a. 1002. *sed cum iam res in tuto esse putaretur, dux Baioariæ Henricus iniuriato Heriberto Coloniensium archiepiscopo, a cuius ore omnes pendebant, insignia regni ab eo violenter extorsit, quasi iure hæreditario sibi competentia.* ADAMVS CABANNENSIS p. 170. *Arbertus Archi-Episcopus Coloniæ sceptrum & coronam cum lancea S. Mauritii secum ab Imperatore defuncto in Baioariam detulit.* CHRON. MALLEACENSE p. 205. *Arbertus, Coloniæ Archi-Episcopus, expirante Othone in partes Capuæ, sceptrum & coronam auream, cum lancea sacra secum afferens ab Hainrico circumuentus insidiis captus est.* Plenius autem omnem rem narrat DITMARVS lib. IV. p. p. 358. *tunc tristis turba dilecti senioris corpus comitata, magnas bellorum asperitates VII. dies continuo perpessa est, nullaque securitatis certitudo ab hostibus concessa, nisi tum duntaxat quando ad Bernam peruenitunt ciuitatem. Exin cum ad Pallingum curtem Sigefrid, Præsulis Augustani, venirent, ab Henrico Duce suscepti lacrymis eiusdem vehementer iterum commoti sunt. Quos singulatim, ut se in Dominum sibi & Regem eligere voluissent, multis promissionibus hortatur, & corpus Imperatoris cum apparatu Imperiali lancea duntaxat excepta, quam Heribertus Archipræsul clam præmittens, suam sumsit in potestatem, habet honorifice. Archiepiscopus autem custodia parumper detentus, relicto ibi pro vadimonio suimet fratre, cum licentia abiit, ac sacram mox lanceam remisit.*

20) AVCTOR VITÆ MEINWERCI c. XI. *Quidam etiam princeps, Bruno nomine, regni fastigium obtinere voluit, sed effectu carens, multis votis eius non fauentibus, & præcipue beatæ memoriæ Berenwardo Hildineshemensis Ecclesiæ Episcopo, in hominibus & bonis eius multa mala intulit.* Id quod TANGMARVS *vita Berwardi c. XXXIV.* plenius persequitur. Dicitur ab iisdem quidem saltim *quidam princeps.* Ast, dum Tangmarus Berwardo in hominibus & bonis ipsius multa mala intulisse dicat, facile hæc Brunoni, qui in Saxonia inferiori circa illa tempora memoratur, tribuimus.

21) DITMARVS lib. V. p. 370. *horum necessitati ad succurrendum Otto Carrentorum Dux & Veronensium Comes, cum Heriberti Comitis filio Ottone & Arnesto Luipoldi Marchionis filio cum aliis paucis ob spem auxilii maioris ab Italis promissi a rege dirigitur. Quis autem ille Dux Otto fuerit, quia superius reticui, breuiter intimabo: Hic igitur a Conrado Duce & Luitgarda filia Ottonis primi Cæsaris maximi procreatus, morum prauitate actuumque probitate parentelam suam decorabat. Et cum post mortem Cæsaris iure consanguinitatis & ætatis virtutumque maturitate ab Henrico tunc duce, in regem obligeretur, tantum hoc onus humiliter excusans, eundem primus per internuntios ac per se ipsum quasi ad hæc aptiorem sibi præposuit fideliter semper adiuuit.*

22) Verba sunt DITMARI *lib. IV. pag.* 359. Idem lib. V. ineunte: *Hermannus Alemanniæ & Alsatiæ Dux, timoratus & humilis homo, a multis, quibus lenitas eius placuit, seductus, contra Henricum se armauit.* CHRON. SAXO *ad a.* 1062. AVCTOR VITÆ MEINWERCI c. XI. *Herimannus quoque Dux Sueuiæ non expers fuit tantæ discordiæ, qui dum ipse regnare voluit, electioni generali impedimento fuit.* ADELBOLDVS vita Henrici c. V. *remansit contentio inter Henricum Ducem gloriosissimum, & Hermannum virum potentissimum, sed breuis & cito finem habitura. Erat namque alter alteri dissimilis nobilitate & sapientia, facultate & corporis elegantia.* ANNALISTA SAXO *ad a.* 1002.

23) Re-

mo Caroli M. esset prognatus, ius sibi in Imperium esse ratus, 23) conciliatis sibi quorundam Principum 24) animis, in Comitiis Werlensibus Westphaliæ 25) eligitur, atque tradita ipsi a Bernhardo Saxoniæ Duce sacra lancea, Regni cura ipsi committitur; 26) idemque a Willigiso Moguntino Præsule Moguntiæ in regem inungitur, 27) ipso demum Hermanno, qui primum contra Imp. arma mouebat, Brusselliæ 28) s. Bruchsaliæ in gratiam recepto. Dum autem huic electioni atque coronationi non omnes interfuissent, præcipue Lotharienses, tunc a reliquis etiam adprobatus, Aquisgrani in sedem regalem ab Heriberto denuo fuit constitutus, 29) & a plerisque Germaniæ Proceribus susceptus. 30) Saxo-

nes

23) Rationem hanc habet SIGEB. GEMBL. ad a. 1002 ANNALISTA SAXO ad a. 1002. *hæreditarium dicimus, quia vt ab his, qui genealogias computare nouerunt, didicimus, a Karolo magno ex parte matris, decimam sextam lineam propagationis tenebat. Insuper tertius Otto, post cuius obitum in Regem eligebatur & ipse tertium ad inuicem Consanguinitatis gradum tenebant.*

24) Principes qui Henrico fauerint vel minus, describit ADELBOLDVS c. V. *tunc temporis post Heinricum ducem magnificum, maiores erant in regno, Benno Dux in Saxonia, Herimannus Dux in Alemannia, Theodoricus in Lotariensi regno; Ekehardus Marchio in Toringia. Benno vt sapiens, non animabatur ad regnum, sciens Heinricum vigere præ cæteris ad obtinendum. Sapientis enim est spernere in his appetitionem, in quibus scit fieri non posse consecutionem. Theodoricus quoque Heinricum Ducem in regno esse sciens hæredem, noluit incipere, quod non posset finire. Herimannus vero homo potens, & in ceteris prudens, in hoc tamen non sapiens se posse credidit, quod postmodum se non posse probauit. Ekhardus autem an in adipiscendo regno spem tenens, an rebellionem meditans.* ADELBOLDVS vita S. Henrici c. VI. *erant cum Duce Henrico viri illustres & sapientissimi, Archiepiscopus Moguntinus, Archi-Episcopus Salzburgensis, Episcopus Brixensis, Episcopus Regenesburgensis, Episcopus Strasburgensis, Episcopus Batauiensis, Episcopus Frisiensis, Abbas Fuldensis, cæteri Abbates & Comites plurimi.*

25) DITMARVS lib. IV. p. 358. *Interim Principes Saxoniæ, comperta senioris sui nece immatura, ad Frosam,* (hodie ignobile Ducatus Magdeburgici oppidum) *curtem regiam, quam tunc Guncilinus Comes ex parte Imperatoris in beneficium tenuit, tristes conueniunt. Gisilerus Archiepiscopus Magdeburgensis cum coëpiscopis, Bernhardus Dux, Lutharius & Ekkihardus ac Gero Marchiones, cum optimatibus regni, de statu Reipublicæ tractantes. Comes autem Lutharius, vt pro primo persensit, Ekkihardum se velle exaltare super se Archiepiscopum prædictum, meliorem procerum partem in secretum foras vocauit colloquium, hoc omnibus dans consilium, vt iuramento firmarent, se nullum sibi Dominum vel Regem communiter vel singulariter electuros ante constitutum in Werle colloquium. Quod ab omnibus laudatum excepto Ekkihardo, & collaudatum.* Idem lib. V. ineunte: *Huius* (Lotharii) *consilio, Dux quendam militem ad ciuitatem, quæ Werla dicitur, ad neptes suas consorores Sophiam & Ethelheidam, & ad omnes, qui tunc ibi conuenerunt, regni primates, misit. Quo omnibus in vnum collectis legationem suam aperuit, auxiliantibusque domino suo ad regnum bona plurima promisit. Cui mox a maxima multitudine vox vna respondit: Henricum Christi adiutorio, & iure hæreditario, regnaturum, se paratos ad omnia, quæ sibi vnquam scirent esse voluntaria. Hocque dextris manibus eleuatis affirmatur.* ANNALISTA SAXO *ad a.* 1002.

26) DITMARVS lib. V. p. 368. *Bernhardus Dux, accepta in manibus sacra lancea, ex parte omnium Regni curam* (Henrico) *fideliter committit.* TANGMARVS Vita S. Berwardi c. XXXIV. *Willegisus Archi-Episcopus & beatus Bernwardus - Hinricum Moguntiam cum summo honore ducentes, regimen & regiam potestatem cum dominica hasta illi tradiderunt.*

27) DITMARVS lib. V. p. 367. *Henricus initio mensis Iunii cumprimis Bauariorum & Orientalium Francorum Wormatiam venit, causa Rhenum transeundi, Magontiaque benedictionem accipiendi. Quod prohibere Hermannus Dux nititur, nullumque eis patefecit Rheno fauente ingressum. Dux autem Henricus, habito de his rebus cum suis consilio, simulato in Bauariam reditu, transituque quasi desperato, ad vrbem Larsem, vbi S. requiescit Nazarius, venit. Deindeque ad Magontiam celeriter properando, Rhenum securus enauigat. Hic VIII. Id. Iunii ibidem communi deuotione in regem electus a Willigiso eiusdem sedis Archiepiscopo, suffraganeorumque suimet auxilio, accepta regali vnctione, cunctis præsentibus Deum collaudantibus, coronatur Francorum & Muselenensium primatus, regi manus tunc applicans, gratiam eiusdem meruit.* TANGMARVS vita Berwardi c. XXXV. *Omnibus ergo, pari voto, in electione illius concordantibus, Willigisus Archiepiscopus & B. Bernwardus cum ceteris Regni Principibus, D. Henricum Moguntiam, cum summo honore ducentes; Dominica octaua Pentecostes; Regimen, & Regiam potestatem, cum dominica hasta, illi tradiderunt, ac deinde omnibus rite peractis, cum maximo tripudio vniuersorum solemniter eum, Dei gratia, vnxerunt.* ADELBOLDVS *in vita c. VII.* AVCTOR VITÆ MEINWERCI *c. XII.* SIG. GEMBLACENSIS, ALBERICVS, CHRONOGRAPHVS SAXO *ad a.* 1002.

28) Qua ratione primum contra Imp. arma mouerit, atque Argentinam occupauerit, docet ANNALISTA SAXO *ad ann.* 1002. ADELBOLDVS c. XIII. *Sed Hermannus, qui consilia iuuenum sequendo, & spem vacuam tenendo, extra se positus erat, se in semetipsum recollegit, & in solennitate S. Remigii Brusellæ Regi obuiam venit, sciens melius esse ante damnum non fecisse, pœnitere. Nudis igitur pedibus cum fidis intercessoribus Regi se repræsentat, & pro male commissis, veniam petit pro bonis suis per regium donum possidendis gratiam quærit, pro his impetrandis humotenus genua flectit. Ilico benigne recipitur & ei, quod quærebat cum omni humilitate, conceditur.* DITMARVS lib. V. pag. 370. *post hæc Hermannus Dux matris meæ auunculi filius, diuina, vt prædixi comparatione, Kalendis Octobr. Bruselæ Regi humiliter præsentatur.*

29) ADELBOLDVS c. XII. *cum plurima igitur difficultate sedato tumultu, castigatisque illis quorum stultitia causa seditionis extitit: inde Regi Dinsberg properat, & illic Lothariensium aduentum exspectat. Occurrunt primi Leodicenses & Cameracensis Episcopi, nil de regis prudentia dubitantes, nil de fide eius hæsitantes. Occurrit etiam Coloniensis Archiepiscopus, sed quando ditior, tanto morosior. Erat insuper causa dilationis Moguntiæ accepta corona benedictionis. Hi simul Regis efficiuntur, fidem promittunt, promissam sacramento concludunt. Cum his Rex Aquisgrani perueniens, cæteris Lothariensibus conuenientibus in natiuitate, post partum virginis eligitur, collaudatur, in regiam sedem extollitur, glorificatur.* DITMARVS *lib. V. p.* 369. ANNALISTA SAXO *ad a.* 1002.

30) ADELBOLDVS c. XI. *Rex igitur non multis diebus in Francia moratus, in Turingiam iuit: Ibi absque mora Guilhelmus Princeps Thuringorum cum cæteris occurrens, Regis efficitur. Inde Rex procedens in Saxoniam, peruenit Merseburg. Benno Dux Saxonum, Bilizlaus Dux Sclauorum Liubo Archiepi-*

 scopus

nes etiam Merseburgi se ipsi subiecerunt, 31) postquam ipsis promisisset, se ipsorum legem esse adimpleturum. 32) Eccardus I. quidem Misniæ Marchio regno inhiabat, regios etiam honores sibi tribui volebat: ast derelictus a Proceribus, Poledæ a Sigfrido Comite Northeimensi fuit occisus. 33) Cunigunda quoque vxor ipsius Paderbrunnæ fuit coronata regina. 34)

§. III. Sub initium statim Regiminis, Principes quidam Germaniæ contra eundem insurrexerunt. Henricus quidem, Bertholdi, qui inter Bauariæ Comites erat præcipuus, filius, ob denegatum sibi Bauariæ Ducatum, qui Bolislai, Bohemiæ Ducis auxilio potissimum nitebatur. 35) Accedebat Ernestus, Lupoldi Austriæ Marchionis filius, & Bruno, Augustensis Episcopus, Henrici Regis frater, atque alii, 36) quos celeriter deuicit, ipsorum terras deuastauit, ipsosque per syluam latitare coëgit 37) Hezilo, licet ad Bohemiæ tunc

scopus Bremensis, Benno Episcopus Hildenensis, Ratherius Episcopus Paderbornensis, Arnulphus Halberstetensis, cæteri Episcopi de Saxonia, & Comites plurimi in festiuitate S. Iacobi Regi recurrunt, acclamatum suscipiunt, collaudato manus singuli per ordinem reddunt, redditis manibus fidem suam per Sacramenta promittunt, fide promissa, regem coronant, coronatum in solio locant, locatum debita congratulatione venerantur. DITMARVS *lib. V. p.* 369. ANNALISTA SAXO *ad a.* 1002.

31) CHRONOGRAPHVS SAXO ad an. 1002. *fama volat - dicens pariter Merseburch* (Henricum) *quam citissime venturum, quod & factum est. Illo Bernhardus Dux & Saxonum primates - - conuenientes, benigne ab eo suscepti sunt, moxque Dominum sibi illum ac Regem elegerunt.* DITMARVS *lib. V. p.* 367.

32) DITMARVS lib. I. pag. 368. *Bernhardus Dux cum consensu omnium adstante coram Rege voluntatem plebis conuenientis aperiens, omniumque necessitatem ac legem specialiter exponens, quid eis misericordiæ dictis promittere, seu factis vellet impendere, diligenter inquirit. Talia quærebat, ac contra Rex referebat:* DEO *primum, deindeque vobis omnibus condignas grates persoluere nequaquam sufficio. Vnde voluntatis meæ secretum vobis aperio, quod ex adiutorio efficaciter vobis omnibus impendere desidero. Notum etenim etiam est, quam fideliter vestris Regibus semper vtique ad audientiam & solatiam parere studueritis, & ideo vos magis in omnibus optime honorare, diligere, & ad regni prouectum nostramque salutem libet conseruare, & vt certi de his sitis, quomodo vobis placet, saluo honore regni affirmo, regna non renuentibus, nec contradicentibus vobis, seu potius quasi adplaudentibus & huc me inuitantibus hac regali dignitate honoratus appareo. Legem igitur vestram non in aliquo corrumpere, sed vita comite modo clementer in omnibus adimplere, & vestra rationabili, in quantum valeo, vbique animum adhibere.* ANNALISTA SAXO *ad a.* 1002.

33) Late DITMARVS *lib. V. p.* 366. GOBELINVS PERSONA *æt. VI. c. LII.* KRANTZIVS *Saxoniæ lib. IV. c. XXVII.* ADELBOLDVS c. V. *Ekhardus autem nescio an in adipiscendo regno spem tenens an rebellionem meditans in regia curte quæ Poleda dicitur, per noctem ab inimicis suis egreditur, viriliter pugnans, interficitur.* AVCTOR VITÆ MEINWERCI *c. XI.* LAMBERTVS SCHAFNABVRGENSIS, ANNALISTA SAXO *ad ann.* 1002. qui etiam tempus definit II. Kal. Maii. CHRONOGRAPHVS SAXO *ad an.* 1002. SPANGENBERG *Chron. Mansf. c. CLIX.* SAGITTARII *Historia Eccardi I.* LEVCKFELD *Ant. Pold. c. XVI. §. 3.*

34) ADELBOLDVS in vita c. XI. *Inde etiam Paderbronnam veniens in festo S. Laurentii acclamatur, benedicitur, coronatur, & fit Kungunda Kuninga, quod latine interpretari potest, regia, Regina.* AVCTOR VITAE MEINWERCI *c. XII.* ANNALES HILDESHEIMENSES *ad a.* 1002. ANNALISTA SAXO *ad a.* 1002.

35) Hanc rem prolixe narrat ADELBOLDVS vita Henrici c. X. *prætereundum non existimo, quod antequam Rex ab Alemannia exiret, Hezelo, Bertholdi filius, quem tempore Ducatus sui vltra omnes Comites Regni huius ditauerat, legatos, quos in ipso exercitu meliores eligere poterat, ad ipsum transmisit, vt Bauariensem Ducatum sibi concederet, inconsulte rogauit. Sed inconsultæ quæstioni consulta paratur responsio, & festinanti petitioni, ponderata monstratur deliberatio. Patienter enim audita legatione ait: Quos semper præcipuos inter omnes gentes habui, quosque semper toto mentis affectu amaui, hos adepta benedictione regali, in lege sua nec deteriorare volo, nec deteriorari patiar, dum vixero. Legem habent, & ducem eligendi potestatem ex lege tenent: hanc nedum ego frangam quicunque frangere tentauerit, me inimicum habebit. In hac etiam expeditione male promeruerunt, vt cuilibet eos, absque eorundem electione, concedam. Adhuc mecum sub ancipiti fine militant, & ego eos nolentes cuilibet mortalium traderem. Exspectet, vt in Bauariam redeam: ibi si illum elegerint, eligo & laudo, si renuerint, renuo. Nec etiam existimo illum esse tantæ insipientiæ, vt ex meo dedecore honorem suum quærat amplificare. Hezelo accepto huiusmodi responso, fomitem rebellionis concepit, quem post annum monstrando dolorem sui peperit.* Eadem habet DITMARVS *lib. V. p.* 368. & ex eo ANNALISTA SAXO *ad a.* 1002. ADELBOLDVS c. XXIII. *post hæc in diebus Rogationum Meresberg moratur, ibique eidem Bulizlai & Hezilonis contumacia renunciatur. Ipse, credere dissimulans, inde discessit, & ad celebrandam Pentecosten Halberstete venit. Deinde in Bauariam tendit, scire volens, an, quæ de Hetzelone dicebantur, vera essent. Quo cum peruenisset, & Hezelonis furorem circa loca sibi finitima irrationabiliter accensum comperisset, ac Bulizlai adiutorio illum fretum esse nouisset, Bolizlao talionem in futura reseruans.*

36) ADELBOLDVS lib. XXIV. *Interea & Ernesto eidem rebellioni adiungitur, nulla læsione coactus, sed, vel iuuentutis feruore, vel per eum commoda sua amplificare quærentium suggestione seductus. Dominus Bruno etiam frater Regis Heinrici & Episcopus associatur, ætate iuuenis, & per iuuentutem ad seducendum facilis. Et hoc infidelium erat gloriatio, quod in partibus suis fratrem Regis habebant.* DITMARVS lib. V. p. 372. *post hæc ad Bauariam tendens, Henricum auxilio Bolizlaui resistentem, primo deuincere, posteaque positas a longe insidias amouere conatur. Comperit etiam ad hoc, quod Ernestus, ab eo nuper honoratus, & Dominus Bruno, frater suus, cum eo iniuste conspirauerunt.*

37) SIGEBERTVS GEMBLACENSIS *ad an.* 1003. *Henricus imperator potentiores regni viros, bello sibi concitare volentes, celeriter deuincit.* HERMANNVS CONTRACTVS ad a. 1003. *Henricus rex Henricum marchionem & alios sibi resistentes exercitu petit.* LAMBERTVS SCHAFNABVRGENSIS ad a. 1003. *plerique Principes a rege deficiunt, sed post modicum correcti in gratiam recipiuntur.* ANNALES HILDESHEIMENSES *ad a.* 1003. 1004. AVCTOR VITAE HENRICI apud CANISIVM Tom. VI. p. 386. *frater eius erat Bruno Augustensis, sedis Episcopus, qui felicibus eius actibus inuidens, multas ei aduer-*

tunc inuasorem Bolizlauum cum Brunone, residuisque fautoribus concessisset, 38) nihilominus, dum ipsum cœpti pœniteret, tandem reuertitur, & fidis quæsitis intercessoribus, Merseburgi se maiestati Regiæ reddit. 39) Rex Comiti gratiam ea ratione indulsit, vt prædium ipsi suisque fautoribus incolatum redderet, ipsum autem, quamdiu voluisset, in custodia retineret, Henricus vero se nimis in omnibus culpabiliter professus, more & habitu pœnitentis, Regi se tradidit, eiusque iussu, in castellum Gibichenstein detruditur, 40) intercedente vero Godeschalco Frisingensi Episcopo, liberatur, 41) Bruno vero interuentu Gislæ matris suæ, cum Rege iterum conciliatur, 42) Schöngauiæ supplex Imp. factus. 43)

§. IV. Diuersa ipsi bella fuerunt cum Slauis. Inter eos quidem, qui ipsi sub initium statim regiminis adplaudebant, erat Bohemorum Dux Bolislaus, 44) qui tamen a fide statim defecit, in Hezilonis partes cessit. 45) Hoc autem erga fratres sæuiente, Henricus Blademarium Slauum a. 1002. Ducem facit Bohemiæ. 46) Hoc a. 1003. defuncto, contra Regis voluntatem ipsius terras fraude & armis ad se trahebat Bolislaus 47) Henricus igitur vindictam differens, a. 1004. collecto magno exercitu, terram Mizlauorum intrauit, Bohemos iterum reddidit tributarios, constitutis ad Albim Marchionibus, qui Bohemis resisterent. 48) An. 1005. fugato Boleslao Polono, Iaromirum Bohemiæ Ducem constituit, Slauos etiam iterum sibi reddit tributarios. 49) Nouam an. 1015. contra Boleslaum Polonum suscepit expeditionem, 50) atque eundem deuicit, Slauos demum an. 1020. eo adegit

aduersitatum iniurias, in quantum potuit, inferebat, & vbi per se non potuit, inferentibus se adiunxit aliosque ad inferendos exhortando stimulos suæ praue incitationis subiunxit. ADELBOLDVS c. XXV. *Rex bona Hezelonis deuastauit, ipsum cum Domino Brunone & Ernestione per siluas latitare coegit.*

38) DITMARVS *lib. VI. p.* 372.

39) ADELBOLDVS c. XXXI. *interea Hezelonem cæpti pænitet, & sub alieno pane diutius viuere pudet, soliuagum etiam inter alienos exultare tadet. eligit ergo potius periculum mortis inire, quam sic vitam ducere. Tandem reuertitur, & fidis quæsitis intercessoribus, Meresborg se maiestati regiæ reddit. Sic contra stimulum calcitrans, bis aculeum sensit: quia & sua perdidit, & semet ipsum alienæ potestati tradidit. Dominus Bruno autem apud Bulizlaum consolationem non inueniens, ad sororem suam Vngaricam reginam confugit: & etiam semet ipsum recognoscens intercessionem eius implorauit.* LAMBERTVS SCHAFNABVRGENSIS ad ann. 1004. *Brun frater regis, qui electioni eius aliquandiu restiterat, in gratiam eius rediit.*

40) DITMARVS *lib. VI. p.* 378.

41) DITMARVS *c. l.*

42) AVCTOR VITAE MEINWERCI §. *XIV.* ADELBOLDVS *c. XXXI. XXXII.* LAMBERTVS SCHAFNAB. *ad a.* 1004.

43) DITMARVS lib. VI. p. 377. *Rex cum exercitu progreditur vsque ad locum qui Schanga dicitur, vbi Dominus Bruno, frater eius præsentatur, & ab eo sibi data gratia misericorditer suscipitur.* ADLZREITER *p. I. Ann. Boiic. lib. XI. n. XIX.*

44) ADELBOLDVS c. XI.

45) ADELBOLDVS pergit: *his strenue peractis, Bulizlaus inde discedens, ab ipsa die, qua fidem promiserat, & promissam Sacramento firmauerat peruersa meditari, & meditata, prout potuit, cæpit machinari. Ipse enim & Hezelo collocutione in inuicem habita, alter alterius venenatis consiliis tactus, vterque capit, quod vtrumque male finisse puduit.*

46) ADELBOLDVS c. XIV. *Regensborg igitur S. Martini solennia celebrans, Blademario cuidam Sclauo Ducatum Boëmicensem largitur, & vt cæteris acceptabilior existat, illum plus iusto verbis & rebus honorat. & c. XLIV. XLV.* DITMARVS *lib. VI. p.* 378. late, ita concludens: *post hæc Rex cum exercitu, itinere ac inedia iam defatigato, domum rediit, Marchione, vbicunque opus fuerit, solitis adiuuans adminiculis.* GOLDASTVS *de Regno Bohemiæ lib. II. c. IV. p.* 131.

47) ADELBOLDVS c. XXII. *interea Blademarius Dux Boëmensis moritur, & Bolizlaus infidelitatis venenum ex propria iniquitatis fonte potatum in contrarietatem Regis euomere nititur. Nam Pragam, quæ caput est Boëmiæ, per pecuniæ deceptiones, per falsas promissiones, per astutissimas fraudes inuadit. Mizlauiam quoque Saxoniæ & Poloniæ interiacentem Marchiam insidiis, quibus edoctus erat, suæ infelicitati subiicit.* Idem *c. XLV.*

48) ADELBOLDVS c. XXX. *post hæc collectis Toringis & Saxonibus Rex in Milzauiam intrat, munitiones, quas Bulizlaus occuparat, expugnare volens, sed huiusmodi dispositum hiemis asperitas intercepit & effectum, qui expleri leniter in æstate posset regiæ voluntati denegauit.* c. XXXI. *omissis igitur munitionibus, terram deuastat, hanc incolis deputans culpam, quod pecunia corrupti, ex fide Bulizlao non restiterint. Inde Meresborg reuertitur, iuxta decursum Albis Marchiones statuens, qui & Saxoniam & Bulizlai incursum latrocinandi custodiant, & ipsi Bulizlao assiduæ inquietationis molestias inferant.* Vide & *c. XLII. XLIII.* NONNOSIVS Presbyter *de gestis Henrici II. c. III.* MARIANVS SCOTVS ad a. 1004. *Henricus Rex Italiam, Bohemiam, & Boleslaum ducem cum omni Sclauorum gente subiugauit.* HERMANNVS CONTRACTVS ad an. 1004. *Henricus in Saxoniam rediens, Boemiam, & Bolizlaum Ducem Sclauorum, cum tota gente sua subiugauit.* ANNALISTA SAXO, CHRON. REICHERSBERGENSE *ad a.* 1004. CHRONOG. SAXO *ad a.* 1003.

49) DITMARVS *lib. VII. p.* 413. CHRONOGRAPHVS SAXO ad a. 1005. *Rex ira permanente contra Bolizlauonem, reparato agmine Poloniam accelerans fugientem insequitur, suam quasi iniuriam defensurus.*

50) CHRONOGRAPHVS SAXO ad an. 1015. *addidit etiam hoc anno Imperator legationem mittere, ad Bolizlauum pro restituendis regionibus quas abstulerat. Ille vero more consueto superbe respondit, se non solum propria retinere velle, quin potius non sua diripere malle. Ad hæc Imperator merito indignatus, bella parat, fortiaque virorum milia vocat in arma, cum quibus sine mora Poloniæ attigit fines, cum in primo aditu diuina assunt solatia. Hostes enim terga verterunt, sed alibi nongenti ceciderunt, ipse quoque Bolizlauus a facie eius cominus fugit, sicque Rex exhilaratur saluo satellite, excepto vno iuuene egregio, qui viribus imbellis cum paucis fortibus intrepida morte laudabiliter occubuit.* Et paullo post: *Cæsar Oderam transmeans, reluctantem Poloniorum multitudinem admodum prostrauit, & nemo de exercitu regio, nisi Oddo inclitus iuuenis, cum aliis duobus satellitibus sauciantur.* Latius hæc describit DITMARVS *lib. VII. p.* 403. ANNALES HILDESHEIMENSES *ad a.* 1015.

 51) HEL-

adegit, vt pacem petentes, se Henrico subiicerent. 51) Idem etiam an. 1003. Winidos sibi fecit tributarios. 52)

§. V. Sequuntur Italicæ illius expeditiones. Post obitum Ottonis III. Itali deficientes, Harduinum Eporædiensem Marchionem sibi creauerant Regem. 53) Verum, dum Arduinus Episcopos nimis duriter haberet, illi pœnitentia ducti, quod ipsum elegissent, legatos ad Imp. mittunt, vt ipsis subueniret. 54) Direxit Imp. an. 1002. in Italiam cum exercitu Ottonem Carentanorum Ducem, 55) cui Harduinus cum Longobardis superuenit, eundemque deuincit. 56) An. 1004. Henricus Imp. per Veronam Italiam intrat, & licet per clusas iuxta Athesin, quas Harduinus cum plurima multitudine tuebatur, transire non posset, alio se vertens, ad Brentam perrumpebat. 57) Hinc Harduinus meliori militum parte destituitur. 58) Imp. vero Veronam venit, inde Brixiam vsque & Papiam progrediens, eandem concremauit, 59) vbi ab omni populo beneuole susceptus, & an. 1005. communi consensu in Regem Italiæ fuit coronatus, 60) Hinc, postquam Papienses ad construendum ipsi Palatium obligasset, 61) sedato & Papiensium contra Germanos commoto tumultu, ob expeditionem Bohemicam in Germaniam fuit reuersus. 62) Dum Henricus a. 1013. Italiam iterum intraret, Harduinus legatos ad ipsum mittebat, qui Comitatum quendam sibi dari peterent, & coronam suimet cum filiis ei redditurum veraciter promitteret. Hoc cum consilio eorundam adquiescens, facere Rex noluisset. 63) Arduinus Vercellensium vrbem cepit, Nouariam obsedit, Cumam inuasit, multaque demolitus est loca

51) HELMOLDVS Chron. Slav. lib. I. c. XVIII. *placuit piissimo Cæsari Henrico Curiam celebrare in Castro Werbene, quod est iuxta Albiam, ad experiendos animos Slauorum, venerunt omnes Principes Winulorum in præsentiam Cæsaris, seque Imperio ad bonum pacis & subiectionis obtemperaturos protestati sunt.* CHRONICON SLAVICVM apud LINDENBROGIVM *c. XIII.* DITMARVS *lib. VI. p.* 382.

52) SIGEBERTVS GEMBLACENSIS ad an. 1003. *reges gentilium, in Interiori Germania commorantes, qui dicuntur Winidi, tributarios sibi facit.* ALBERICVS *ad a.* 1003.

53) DITMARVS lib. IV. p. 359. *Longobardi autem audito Imperatoris discessu, de futuris nil solliciti, neque de dignis poenitentiæ fructibus cupidi, Hardwigum sibi in regem elegerunt, destruendi potius, gnarum artis, quam regendi, vt in diuino iudicio ipsis post claruit, huius rei authoribus.* ADELBOLDVS *c. XV. XVI.* ARNVLPHVS lib. I. Gest. Mediolan. c. XII. *Arduinus, quidam nobilis, Iporegiæ Marchio, a Longobardis Papiæ elegitur & vocatur Cæsar ab omnibus.* ANNALISTA SAXO *ad a.* 1002.

54) ADELBOLDVS Vita Henrici S. c. XV. *Harduinus Episcopos, qui in electione illius præ cæteris omnibus æstuantes & sitientes fuerunt, honorabat vt bubulcos, tractabat vt subulcos - - Quapropter quidam pro coronatione illius poenitentia ducti, Regi Heinrico alii legatos, alii litteras transmittunt, vt terræ oneri grauissimo subiacenti subueniat, humillima prece deposcunt. Mandant etiam, vt si ipse, idem in aliquibus occupatus teneretur, saltem eis suorum principem aliquem cum paucis transmitteret.* ANNALISTA SAXO ad a. 1002.

55) ADELBOLDVS c. XVI. XVIII. *a Rege Otto, Dux Carentanorum ad petitionem Langobardorum explendam eligitur, & cum paucis in Italiam dirigitur. Harduinus cum Longobardis superuenit. Otto cum Theutonibus obuiam venit. Fit congressio, fit pugna, fit cædes ex vtraque parte grauissima. Longobardorum tandem exstitit victoria. Reuertuntur Theutonici, & sic tunc confusi, quandoque tamen talionem reddituri.* ARNVLPHVS MEDIOLANENSIS *lib. I. Gest. Mediolan. c. XIII.* ANNALISTA SAXO *ad a.* 1002. DITMARVS lib. V. p. 370. *dum hæc aguntur, Hartwigus omnes introitus Longobardiæ, qui ab accolis Clusæ vocantur, vigilanti custodia firmabat.* Et paullo post: *vnde nonnullos priores sibi suppositos commissi poenituit, & per internuntios & per literas Henricum Regem ad defendendum se venire rogabant, aut eo in aliis negotiis occupato Principes suos mitteret. Horum necessitati ad succurrendum Otto Carrentorum Dux & Veronensium Comes cum Heriberti Comitis filio Ottone & Arnesto Luipoldi Marchionis filio cum aliis paucis ob spem auxilii maioris ab Italis promissi a rege dirigitur.*

56) HERMANNVS CONTRACTVS, CHRONOGRAPHVS SAXO *ad a.* 1004. ADELBOLDVS *c. XXXIII.*

57) DITMARVS *lib. V. p.* 377.

58) ARNVLPHVS MEDIOLANENSIS *lib. I. Gest. Mediolan. c. XIV.* ADELBOLDVS *c. XXXV.* ANNALISTA SAXO *ad a.* 1003.

59) ADELBOLDVS *c. XXXII. XXXVI.* DITMARVS *lib. VI. pag.* 377. HERMANNVS CONTRACTVS, CHRONOGRAPHVS & ANNALISTA SAXO *ad an.* 1004. ADELBOLDVS *c. XXXVI.* DITMARVS, ARNVLPHVS MEDIOLANENSIS *c. l.*

60) ADELBOLDVS c. XXXVI. *inde Papiam venit, vbi a multitudine maxima nobilium Longobardorum, qui ad suscipiendum eum congregati erant, per dignos applausus recipitur, & cum exultatione totius ciuitatis ad S. Michaelis Ecclesiam ducitur. Ibi Clerus, ibi nobilium coetus, ibi plebs vtriusque sexus omnes vnanimes, vno ore Heinricum acclamant, collaudant, collaudatum per manuum elationem designant. Collaudatus igitur coronatur ex debito ab omnibus honoratur. Ad Palatium deinde cum iocunditate reducitur.* DITMARVS *c. l.* CHRONOGRAPHVS SAXO tamen ad a. 1004. *Post hæc per Franciam in Italiam veniens, sanctum pascha ibi acturus, sed adempto gaudio multa milia rebellium iussit interire gladio, ob vlciscendam iniuriam ab eisdem Romanis Theotonicis iamdudum illatam, omnibus simul ædificiis Papiæ exustis, quæ veterum construxerat industria illustris.* DITMARVS lib. VI. p. 377. *inde Bergomum ab Arnulpho Imperatore olim deuictam, itinere attingens Mediolanensem Archipræsulem, fide sacramentis firmata, recepit. Post hæc Papiam visitans vrbem, ab Archiantistite hoc, & a primis illius regionis susceptus, cum admirabili laude ad Ecclesiam ducitur, & communi electione sublimatus, in solium regale collocatur.* ANNALISTA SAXO *ad a.* 1004.

61) HVGO FLAVINIACENSIS ad an. 1013. *Et cum iam Langobardorum instabilitas Arduinum quendam sibi regem constituisset, tandem non sine magna suorum cæde subdidere se ei, & sic Heinricus Papiam veniens, ab eis miri operis Palatium sibi construi fecit.*

62) Hunc tumultum late describit DITMARVS *lib. VI. p.* 377. & ADELBOLDVS *cap. XXXVII. XXXVIII.* ANNALISTA SAXO *ad a.* 1004.

63) DITMARVS *lib. VI. pag.* 398. ARNVLPHVS MEDIOLANENSIS *lib. I. Gest. Mediolan. c. XIV.*

64) AB-

loca sibi contraria. 64) Henricus, postquam quatuor Italiæ Marchiones Arduino fauentes cepisset, Astensem Episcopum fugasset, Vercellas recuperasset, vndique victor euasit. Arduinus vero ad vltimum lalore confectus & morbo, priuatus regno, solo contentus est monasterio, nomine Frucheria, ibique depositis regalibus super altare, sumptoque habitu paupere, in eodem monasterio a. 1015. obiit, ibidemque fuit sepultus. 65)

§. VII. Dum autem Otto III. sanxisset, ne contrauenirent Romani futuræ electioni Germanorum, sed vt eundem, quem hi elegissent Regem Germanorum & Romanorum atque Imperatorem, isti simul adgnoscerent, & Pontifex consecraret, quamprimum Romam venisset. 66) Romam pergens Henricus, duodecim senatoribus vallatur, quorum sex rasi barba, alii prolixa mystice incedebant, cum baculis VI. Kal. Martii, postquam se fidelem fore Ecclesiæ Romanæ defensorem promisisset, a Benedicto VIII. Papa cum coniuge sua Cunigunda, promissa ecclesiæ fide atque defensione, in Imp. fuit inunctus, corona Germanica super altare S. Petri suspensa. 67) In octaua die inter Romanos & Teutonicos in Ponte Tiberino magna contentio oritur, & vtrinque multi corruerunt; tandem nox eos diremit. Huius rei auctores tres germani extiterunt, Hugo, Hezil, & Ezelinus, qui capti sunt & in custodia detenti, e quibus vnus euasit, secundus ad Fuldam ductus est; tertius autem in castello Gibichenstein diu seruatus. 68) Dum autem Græci Italiæ inhiarent, Melus Princeps quidam eosdem Normannorum ope deuincebat, sed cum parem se iisdem haut videret, 69) Imp. a. 1022. ab Italis vocatus, cum magno exercitu Italiam ingressus est, 70) Græcos fudit, Apuliam Imperio vindicauit, capta Capua Pandulfum

64) ARNVLPHVS MEDIOLANENSIS c. XVI. *Henricus quid de reliquo gesserit, qualiter Marchiones Italiæ quatuor, Vgonem, Azonem, Adelbertum & Obizonem captione vna constrinxerit, recitare non expedit. In fortitudine eius omnis terra contremuit adeo, vt, si qui reperti fuerint, Arduini fauisse partibus, aut fugerent, aut deditionem facerent. E quibus Astensis Episcopus propria relicta sede, Mediolani vsque ad obitum latuit.* Adde SIGONIVM *de R. Italiæ lib. VIII. p.* 189.

65) ARNVLPHVS MEDIOLANENSIS *lib. I. c. XIV.* ANNALISTA SAXO *ad a.* 1015. BVCELINI MENOLOGIVM *Benedictinum ad* 2. *Martii* 1028. IO. MABILLONIVS *App. I. ad Vitam Guilielmi §. VII.*

66) Verba sunt OTTONIS FRISINGENSIS *Chron. lib. VI. c. XXVI.*

67) DITMARVS lib. VII. p. 400. *die dominica, ac VI. Cal. Martii, Henricus D. G. Rex inclytus, a Senatoribus duodecim vallatus, quorum sex rasi barba, alii prolixa mystice incedebant, cum baculis cum dilecta suimet Coniuge, Cunegunda, ad Ecclesiam S. Petri, Papa, cum Clero, expectante, venit, & antequam introduceretur, ab eodem interrogatus: si fidelis vellet Romanæ Patronus esse & Defensor Ecclesiæ? sibi autem, suisque successoribus, per omnia intimus fidelis? deuota professione se sic facturum, respondit; & tunc, ab eodem, inunctionem Regalem, & coronam, cum Contectali sua, suscepit. Priorem autem coronam super Altare Principis Apostolorum suspendi praecepit.* Eadem verba habet ANNALISTA SAXO, CHRONOGRAPHVS SAXO, ANNALES HILDESHEIMENSES, HERMANNVS CONTRACTVS, LAMBERTVS SCHAFNABVRGENSIS, MARIANVS SCOTVS, SIGEBERTVS GEMBLACENSIS, ALBERICVS *ad an.* 1014. LEO OSTIENSIS lib. II. c. XXXI. *huius anno ordinationis tertio, anno videlicet Domini millesimo quarto decimo, quo tempore Paschalis festiuitas ipso die sancti Marci, iuxta calculi ordinem extitit, Henricus Rex, de quo supra diximus, venit Romam, & coronam Romani Imperii de manibus Benedicti octaui Papæ recepit.* HVGO FLAVINIACENSIS *Chron. Verdun.* ad an. 1013. refert. IO. *de* CECCANI CHRON. *Fossæ nou. ad ann.* 1014. Qualiter tunc Papa nouum pomum aureum insigne fabricari fecerit, docet GLABER RODVLPHVS *lib. I. c. V.* & GOTTFRIDVS VITERBIENSIS *p. XIX. p.* 366.

68) ANNALISTA SAXO *ad a.* 1013.

69) LEO OSTIENSIS II. c. XXXVII. *Hic itaque Melus, vt retro aliquantulum redeam, Barensium ciuium, immo totius Apuliæ primus, ac clarior erat, strenuissimus valde, ac prudentissimus vir. Sed cum superbiam, insolentiamque, ac nequitiam Græcorum, qui non multo antea tempore, scilicet primi Ottonis, Apuliam sibi Calabriamque sociatis in auxilium suum Danis, Russis & Gualanis vendicauerunt, Apuli ferre non possent, cum eodem Melo, & cum Datto quondam æque nobilissimo, ipsiusque Meli cognato tandem rebellant. Verum cum exercitui, quem Imperator illo transmiserat, idem Barenses resistere non valerent, post non longum tempus turpiter se, suaque dedentes, eundem quoque Melum Græcis tradere nequiter conabantur. Quod prudentissimus vir aduertens, vna cum Datto, clam fugit, & Asculum introiuit, atque post paucos dies, timens ne etiam ipsi Græcis, qui eum obsidebant, contraderent, noctu gressus cum Datto pariter Beneuentum venit. Inde Salernum, ac deinde Capuam, nullo interim otio indulgens, quin modis omnibus satageret, qualiter Græcorum dominationem abiicere, atque ab eorum tyrannide suam posset patriam liberare.* Et paullo post: *Melus igitur inter illa Capuæ commorans, cognito prædictorum Normannorum aduentu, mox illos accersit, eorumque caussa diligentius perquisita, & agnita, illis de more militiæ protinus fœderatur, & e vestigio Salernum, ac Beneuentum repedans, multos sibi tam Græcorum odio, quam sui gratia ductos associat, statimque Græcorum terram ingressus expugnare repugnantes viriliter coepit. Tribus itaque vicibus cum Græcis, primo apud Arenolam, secundo apud ciuitatem, tertio apud Vaccariciam campestri certamine dimicans, tribus eos vicibus vicit, multosque ex his interficiens, & vsque Tranum eos constringens omnes ex hac parte, quas inuaserant Apuliæ ciuitates, & oppida recepit. Quarta demum pugna apud Cannas Romanorum olim clade famosas, Bobano, Captapani insidiis, atque ingeniis superatus vniuersa, quæ facile receperat, facilius perdidit. Fertur in ea pugna Normannorum ex ducentis quinquaginta numero, decem tantummodo remansisse, de Græcis autem innumerabilem turbam accubuisse. Melus vero cernens se militum auxiliis destitutum, Normannos superstites, partim apud Guaimarium, partim apud Pandulfum constituens, ipse vltra montes ad prædictum Imperatorem abiit vt ad expellendos Græcos vel ipsum per se ad has partes venire suaderet, si posset, vel militum ab eo auxilia acciperet, si non posset.* GVIL. APVLVS *de Reb. Normann. in Sicilia lib. I. p.* 579. WILH. GEMMETICENSIS *lib. VII. Hist. Normann. c. XXX.*

70) LEO OSTIENSIS II. c. XXXIX. *his omnibus Augustæ memoriæ Imperator Heinricus auditis, Græcorum scilicet inuasionem, Principis tergiuersatio*-

nem

fum Comitem Teanenſem ibidem Principem conſtituit, Troiam etiam, Neapolim aliasque vrbes cepit, Normannis quoque, qui ipſi in auxilio fuerant, aliquam terræ partem conceſſit. 71) Hinc ſæuientibus æſtatis caloribus, Romam, Romaque in Germaniam abiit. 72) Circa eadem tempora, Saraceni Italiam inuadebant, vrbem Lunam capiebant, quos tamen Henricus in tantum deuincit, vt nec vno de illis relicto, interfectorum & eorundem ſpoliorum multitudinem victores numerare nequirent. Tunc Regina eorum capta ob audaciam capite plectitur. 73)

§. VII. Bellum cum Balduino barbato, Flandriæ Comite a. 1006. geſſit. Hic enim caſtrum Valentinianas in confiniis Marchiæ Antwerpienſis & Lotharingiæ ſitum inuaſerat, quod Henricus obſidet, concurrentibus ad auxilium eius Roberto, Francorum rege, & Richardo Normannorum Comite. Relicta tamen obſidione, Henricus inſequenti anno contra Balduinum denuo profectus, Gandauum inuadit, & depopulatus terram, aliquot Flandrenſium primores capit. Vnde Balduinus perterritus, Imperatori ſatisfacit, Valentianas reddit, datisque obſidibus cum ſacramento fidelitatis manus ei dedit. Poſtea Imperator ſeditione ſuorum coactus, Valentianas Balduino comiti in beneficium dedit, vt ſibi contra motus ſuorum auxilio eſſet, poſtea ei etiam Walchriam Selandiæ addidit. 74)

§. VIII. Anno 1009. rebellabat contra ipſum Theodericus, vxoris ſuæ frater, Metenſem vrbem cum epiſcopatu occupans, quam vrbem obſedit, eademque ad deditionem compulſa, pax conuenit. 75) A. 1016. Rudolphus III. Burgundiæ Rex, Henrici auunculus 76) regnum

nem, Datti denique crudeliſſimam necem, reputans, amiſſa Apulia, ac Principatu, Romam quoque, ni maturaret, ac per hoc Italiam totam conſequenter ſibi, & in proximo amittendam, cum iam Melus bis ad eum hac de cauſa profectus vltra montes defunctus fuiſſet, minime amplius remorandum ratus, anno Incarnationis Dominicæ milleſimo viceſimo ſecundo, immenſo valde totius Regni congregato exercitu, Italiam venit. Et ipſe quidem cum maxima eiusdem exercitus parte per Marchias tranſiit. Archiepiſcopum vero Pappum cum vndecim milibus, vt perhibent, armatorum per Marſorum regionem direxit. Belgrimum autem Colonienſem Archiepiſcopum, cum viginti millibus, ad Principem, & Abbatem capiendum per Romam præmiſit.

71) HERMANNVS CONTRACTVS ad a. 1022. *Henricus Imperator Campaniam petens, Troiam, Neapolim, Capuam & cæteras ciuitates in deditionem accepit, & Nordmannis quibusdam, qui tempore eius illo confluxerant, quoddam (vt ferunt) in illis partibus territorium conceſſit, ſicque ipſe per Romam victor redit in Germaniam.* Annos confundere videtur SIGEBERTVS GEMBLACENSIS, qui ad a. 1013. *Henricus imperator Italiam petens, vt ſubueniret ſuis quos Græci premebant, circa Beneuentum, Salernum, & Capuam debacchantes, Troiam ciuitatem capit.* Cum tamen hæc ad hunc annum 1022. potius ſint referenda. AVCTOR VITAE apud CANISIVM Tom. VI. p. 387. *Apuliam a Græcis diu poſſeſſam Romano Imperio recuperauit, & eidem prouinciæ Ismahelem ducem præfecit: Qui poſtea in vrbe Babenbergenſi mortuus.* MARIANVS SCOTVS, CONR. VRSPERGENSIS, CHRON. AVGVSTANVM *ad a. 1022.* LEO OSTIENSIS *lib. II. c. XLI.*

72) LEO OSTIENSIS II. c. XLI. *poſt paucos dies ſponte Troianis deditionem ſui facientibus & ad Imperatoris veſtigia vniuerſis a minimo vsque ad maximum ſuppliciter procurrentibus, Imperiali clementia veniam tribuit. Et quoniam propter æſtiuum tempus gens continuis aſſueta frigoribus in partibus iſtis diu remorari non poterat, reditum dies ſingulos maturabat.*

73) DITMARVS *lib. VII. pag. 411.* Sequitur ANNALISTA SAXO *ad a. 1016.*

74) Hæc verba ſunt SIGEBERTI GEMBLACENSIS *ad a. 1006. & 1007.* CHRONOGRAPHVS SAXO ad a. 1006. *Balduinus in Gallia eleuatur contra Regem cum Lamperto, in Valentia ciuitate non ſua. Quod Rex ægre ferens eo in expeditionem properat plurimo ſuorum ſudore & longo tempore fruſtra ibidem commoratus, tandem facta pace reuertitur.* ALBERICVS *ad a. 1006. 1007.* DITMARVS lib. VI. pag. 383. *Interea Balduinum Ducem iuuentus & rerum affluentia, ac mala iniquorum inflatio aduerſus Regem armauit, & Valentinam vrbem poſſidere, poteſtatique ſuimet ſubdere, ſuaſit. Quod Rex vbi primum comperit, ipſe cum ſuis militaribus accedens, eripere eandem aſſidua pugnatione tentauit, & nil proficiens, abiit, expeditionem ſuam in proxima æſtate ſuper Balduinum fieri Orientalibus & Occidentalibus firmiter indicens. Aduenit optatum tempus, exercitus grandis colligitur, & a rege cum eodem ad Scellam fluuium peruenitur. Ibi ſe Balduinus armato milite præſentans, tranſitum regi prohibere fruſtratoria ſpe nititur, ſed prudenti conſilio quorundam noſtri nauibus alio latenter transuecti, eiusdem nimiam præſumptionem, ex improuiſo irruentes, confundunt. Fugiente eo, Rex in Chriſto victore lætatur, flumen transgreditur, vicinitatemque contiguam populatur. Cum autem ad Abbatiam, quæ Gent dicitur, veniret, a confratribus illius Eccleſiæ ſuſceptus, nec eidem, & bonis appertinentibus cunctis pepercit. Tandem Balduinus magna neceſſitate coactus, humili ſupplicatione veniam impetrat, & non longe poſt per manus Regis Walcron & prænominatam vrbem in beneficium adipiſcitur.* AEGIDIVS *a Leodio in Addit. ad Anſelmi Geſta Pontific. Leod. c. LIII.* MATTH. VOSSIVS *lib. I. Ann. Holland. ad a. 1007.* ANNALISTA SAXO *ad a. 1006. 1007.* CHRON. EGMVNDANVM ANTON. MATTHAEI *pag. 184.*

75) SIGEBERTVS GEMBLACENSIS *ad a. 1009. Henricus imperator Metis vrbem obſidet propter Deodericum fratrem vxoris ſuæ contra ſe rebellantem, qui epiſcopatum ipſius vrbis vſurpauerat. Dux enim Moſelanorum Deodericus poſt fratrem ſuum Alberonem dato epiſcopatu Metenſium filio ſuo adhuc puero, tutorem ei ſubſtituit ipſum Deodericum. Qui puero vrbe excluſo, & epiſcopatu vſurpato, ipſum etiam Deodericum ducem bello capit. Vrbe ergo per obſidionem pene deſolata, tandem pax conuenit:* ALBERICVS *ad a. 1009.* Cauſſam rebellionis addit CHRONOGRAPHVS SAXO ad a. 1010. *Theodericus Metenſium Epiſcopus, dotem & patrimonium Reginæ Kunigundis quæ ſoror erat ſua, Bauenbergenſi Eccleſiæ dolens delegari a rege, contra ipſum rebellat.* Idem ait ANNALISTA SAXO *ad a. 1009. 1012.*

76) Tale enim Schema:

Conradus
R. Burgundiæ

Rudolph. III.	Giſela vx. Henr. Rixoſi	Bertha vx. Eudonis Com. Campan.	Gerberga vx. Herm. II. D. Sueuiæ	Mathildis vx. Balduini III. Comitis Flandriæ
	Henricus II.	Eudo II.		

77) DIT-

regnum suum Argentinæ per donationem mortis causa Henrico tradit. 77) Imp. vero Rudolpho Regi & eius coniuge, cunctisque principibus ineffabilem pecuniam dedit, & firmato antiquo foedere, eos abire permisit. 78) Et licet ex sententia quorundam Procerum, postea mutare vellet, 79) illud tamen post biennium a. 1018. Procerum consensu, qui primum Imp. aduersabantur, mediante etiam iuramento fuit confirmatum. 80) A. 1023. Henricus Imperator, & Robertus, Rex Francorum, super Carum fluuium, apud Euasium, conueniunt, de Statu Ecclesiæ, Regni & Imperii tractaturi, & conuenit, vt super his confirmandis, etiam Papam Romanum simul ambo Papiæ opportune conuenirent. 81)

§. IX. Inter gesta ipsius ciuilia est referendum, quod varios æque contulerit Ducatus. A. 1004. equidem Henrico, vxoris suæ fratri in festiuitate S. Benedicti Ducatum Bauariæ concessit. 82) Hermanno Alemanniæ Duce eodem anno defuncto, Ducatum ipsius concessit Hermanno Iuniori, ipsius filio. 83) A. 1005. Lotharingiæ Ducatum committit Godefrido Arduennæ Comitis filio. 84) Ipso etiam imperante, Hungarorum rex cum vniuersa natione, per Giselam, ipsius sororem, Stephano Vngariæ R. nuptam, ad fidem Christianam fuit conuersa. 85) Ipsa etiam Pannonia Imperio Romano subiecta. 86)

§. X. Nec

77) DITMARVS lib. VII. p. 406. *proximam Palmarum iucunditatem Imperator, cum Henrico, Venerabili Wirciburgensis Ecclesiæ Episcopo, complens, quarta feria ad Bauenberg venit, ibique Cœnam Domini, & Passionem, cum Paschali tripudio, honorabiliter peregit. Et quia Rudolphus, Burgundionum Rex, Auunculus Eius, sicut vocatus erat, huc venire non potuit, Nepotem sibi dilectum obuiam sibi pergere rogauit. Fit eorundem Conuentio, in vrbe Argentina, & mutuæ charitatis inuicem larga benignitas consociis arrisit vtrisque. Fuit quoque ibidem, Rudolphi Regis inclyta coniux, quæ familiaritatis huius adiutrix, filios suimet duos, Senioris autem sui priuignos Cæsari commendauit; & dilectis sibi Militibus hoc totum dedit in Beneficium, quod sibi ab Auunculo suimet tum concessum, & quod Wilhelmus Pictauensis hactenus habuit Regio munere præstitum. Imperator, sapiente vsus consilio, hoc voluit, cum his, id sibi firmius subdere, quod longe prius Rex prædictus Ei sacramentis post mortem suam, sancierat. Omnem namque Burgundiæ regionis primatum, per manus, ab Auunculo accepit, & de maximis rebus, sibi Eius consilio non fiendis, securitatem firmauit.* Hanc donationem alia fuit insecuta, de qua *lib. VIII. pag. 420.* Idem dicit ANNALISTA SAXO *ad a. 1016.* SIGEBERTVS *ad a. 1020.* WIPPO in vita Conradi Salici p. 131. *Rudolphus, Rex Burgundiæ, dum in senectute sua, Regnum molliter tractaret, maximam inuidiam apud Principes Regni sui comparans, secundum Henricum Imperatorem, filium sororis suæ, in Regnum inuitauit, Eumque, post vitam suam, Regem Burgundiæ designauit. Ad quam rem commendandam, Imperator Heinricus infinitam pecuniam sæpe & sæpissime consumpsit.*

78) ANNALISTA SAXO *ad a. 1016.*

79) ANNALISTA SAXO *c. l. Burgundiæ vero Rex mollis & effœminatus, quæ nepoti suo bona promiserat, instinctu inimicorum imitari voluit, nam Regis nomen tantum & coronam habebat.*

80) DITMARVS *lib. VIII. p. 420.* ad a. 1018. *iam declinam ab his, & loquar Imperatoris Nostri prosperitatem, nuper sibi exortam. Auunculus namque suus, Burgundionum Rex, Rudolphus, coronam suimet, & sceptrum, cum Vxore sua & priuigna, ab Optimatibus vniuersis sibi concessit, reiteraturque sacramenti Confirmatio. Actum est illud Maguntiæ.* ANNALISTA SAXO *ad a. 1018.* Proceres autem primum fuisse Imp. contrarios, docet AVCTOR VITAE p. 390. *Burgundionum quoque non humana sed diuinæ fuit victoria. Nam cum armis, & omnibus belli copiis essent instructi viri ad bella doctissimi, armis depositis non hominis metu, sed nutu Dei rogantes ea quæ pacis sunt dextras dederunt.* Hinc facile patet, quid de SIGEBERTO GEMBLACENSI sit sentiendum, qui *ad a. 1020.* dicit: *Rodulphus rex Burgundiæ insolentia Burgundionum irritatus, regnum Burgundiæ Henrico imperatori dare tractat, sed eum ab hac intentione reuocat simulata Burgundionum satisfactio.*

81) Verba sunt SIGEBERTI GEMBLACENSIS *ad h. a.*

82) ADELBOLDVS c. XXXII. *Rex interea iniuriæ, quam Theutonicis Itali intulerant, non immemor a Saxonia discedens, in Bauariam venit. Ibi Henrico, fratri Reginæ, in festiuitate S. Benedicti, Ducatum Bauariensem concessit.* DITMARVS lib. VIII. p. 423. *Imperatrix autem, ad dilectam sibi Capungam veniens, Monarchicam ibi vitam ordinauit, indeque, per Orientalem Franciam profecta, Bauariam petiit, fratremque suum, Ducem Henricum, Ratispone inthronizauit.* Hunc tamen *lib. VI. p. 376.* Henrici Generum vocat: *per Thuringiæ Orientalisque fines Franciæ transiens, ad Ratisbonam venit, ibique Regali habito Placito, Milite suimet, Generoque, Henrico, 12. Cal. April. cum omnium laude præsentium, cumque hasta signifera, Ducatum dedit.* ANNALISTA SAXO *ad a. 1004.*

83) HERMANNVS CONTRACTVS ad a. 1004. *Herimannus dux obiit, pro quo filius eius puer Herimannus.* DITMARVS lib. VI. p. 378. *dehinc patriam reuisere festinans, Alemanniæ fines nuper a Ducis Hermanni solatio priuatos, filioque eius, & æquiuoco adhuc puerulo, deditos ad regendum & confirmandum, inuadit.* ANNALISTA SAXO *ad a. 1004.*

84) SIGEBERTVS GEMBLACENSIS ad a. 1005. *Mortuo Ottone duce, ducatus Lotharingiæ datur comiti Godefrido, filio Godefridi Ardennensis.*

85) ANNALISTA SAXO *ad a. 1002. horum sororem Gislam bonæ memoriæ fœminam Rex Vngariorum, qui postea Stephanus in Baptismo est dictus, in coniugium expetiit. Sed eam ducere non promeruit, donec se Christianæ Religionis rudimenta & sacri baptismatis sacramenta, cum omni gente sua suscepturum promisit.* SIGEBERTVS GEMBLACENSIS ad a. 1010. *Gens Hungarorum hactenus idololatriæ dedita, hoc tempore ad fidem Christi conuertitur per Gislam sororem imperatoris, quæ nupta Hungarorum regi ad hoc sua instantia regem adduxit, vt se & totam Hungarorum gentem baptizari expeteret, qui in baptismo Stephanus est vocatus.* AVCTOR VITAE *p. 390.*

86) Hungarici quidem Scriptores hoc denegant. Sic enim PETRVS de REWA Corona Hungarica p. 2. *Regnum Hungariæ semper liberum extitit, & nihil vnquam cum Imperio commune habuit: quamuis ratione dignitatis, superiorem esse Cæsarem censeamus, ratione tamen dominii, pares nos illi arbitramur.* Ast AVCTOR VITAE HENRICI apud CANISIVM *p. 390.* claris verbis hoc adserit, dicens: *Pannoniam quoque Catholicæ fidei & Romano Imperio coadunauit: victor autem aliarum nationum, Apostolus fit Vngarorum.* AVENTINVS quidem *lib. V. Ann. c. V. n. 8.* dicit: *filio Geizonis qui obie-*

rat

§. X. Nec minor fuit in fundationibus. Quippe a. 1007. in ciuitate sua Babenberg, quam Otto II. patri ipsius Hetziloni in proprietatem dederat, 87) in honorem B. Petri Episcopatum in Synodo Francofurtensi fundauit, 88) eidem facta commutatione cum Henrico, Herbipolitano Præsule aliquam partem parochiæ ipsius subiecit. 89) Hanc Episcopatus fundationem Ioannes XVIII. an. 1007. firmauit, hoc addito priuilegio, vt Episcopatus hicce ab omni humana subiectione liber, soli subiectus sit Pontifici Romano, 90) atque hæc fundatio in altera Synodo Francofurtensi a. 1007. ab omnibus, qui interfuerunt Episcopis, fuit suscepta. 91) Iste etiam Episcopatus præsente Benedicto VIII. Papa peracta templi maioris constructione, a. 1012. demum fuit consecratus. 92) Præter alia huic Ecclesiæ concessa Priuilegia, idem Henricus constituisse dicitur, vt quatuor isti Principes, qui Imperio Germanico præstant Officia Mareschalli, Dapiferi, Pincernæ & Came-

rat A. 996. Gisala soror Henrici II. desponsetur, hac lege atque ordine, vt ille explosa falsorum deorum superstitione, Christi vnius & veri Dei cultum cum popularibus reciperet. Accepit conditionem princeps Vgrus statim aqua lustrica tingitur, Stephanus, id est, coronatus, appellatus, & a Cæsare Rex nuncupatur. Ex quo LVDEWIG *de auspicio regio p. 91.* concludit, *vero absimile non esse Stephanum diploma regale ab Henrico accepisse.* Ast, silentibus reliquis Scriptoribus antiquis, soli Auentino hac in parte fidem haut habemus.

87) Extant tabulæ donationis Ottonianæ apud GRETSERVM *de Diuis Bambergensibus* in vita Henrici Sancti c. X. *ob interuentum dilectissimæ Genitricis nostræ, Adelheidæ, caro Nepoti Nostro, Bauariorum Duci Henrico, quoddam Iuris nostri Prædium, Ciuitatem videlicet, Babenberc nominatam, cum omnibus ad hanc respicientibus, & Nemken Vraba; in Comitatu Bertholdi Comitis, Volckfert nuncupato, sita, nostra Imperiali potentia, in perpetuæ vsum proprietatis, concessimus firmiterque donauimus, cum vtriusque sexus mancipiis, ædificiis, Ecclesiis, terris, cultis & incultis & cum omnibus, iure legaliterque, ad hæc iam dicta prædia pertinentibus, eo tenore, vt libero ipse deinceps perfruatur arbitrio, hæc tenendi, commutandi, dandi, posteris relinquendi, seu quicquid sibi licuerit, inde faciendi.* Male igitur ADEMARVS Chron. apud LABBEVM *Noua Bibl. Mstorum Tom. I. p. 171.* de eodem: *hic in terra Theodisca a nouo ciuitatem ædificauit vocabulo Baenburg, quam Benedictus PP. in honorem Dei Genitricis consecrauit, & Parochias in circuitu ex Paganorum vicis & opidis dum conuerterentur, attitulauit ad illam.* Rectius igitur TANGMARVS Vitâ S. Berwardi c. XXXVII. *Henricus Bauenbereh regali loco, qui sibi hæreditario iure a maioribus suis competebat, Episcopalem sedem nouiter cupiebat instituere.* De hac etiam Episcopatus erectione late agit DITMARVS *lib. VI. p. 383.*

88) Acta Synodi Francofurtensis apud DITMARVM lib. VI. p. 383. exhibentur, in quibus hæc verba: *Episcopatum in Baueberga, cum licentia Antistitis mei, facere hactenus concupiui, & hodie perficere volo desiderium. Eberhardo tunc Cancellario, cura Pastoralis a Rege committitur.* ANNALISTA SAXO *ad a. 1007.* MARIANVS SCOTVS *ad a. 1005.* VITA MEINWERCI *c. XXIII.* BVRCKHARDVS *de Cas. Monasterii S. Galli c. IV.* Hunc autem Bambergensem Comitatum vxori Henrici Cunigundæ in dotalitium fuisse concessum, docet nos SIGEBERTVS GEMBLACENSIS *ad a. 1004.* dum ait: *Heinricus imperator Babenbergensem ecclesiam episcopalis sedis honore sublimat, & quia liberis carebat, eam omnium rerum suarum heredem facit: Vnde Deodericus Metensium episcopus dolens, dotem & patrimonium sororis suæ Chunigundis imperatricis delegari ab imperatore Babenbergensi ecclesia, rebellat.* Adde Henrici II. Priuilegium de constitutione huius Ecclesiæ in Codice Vdalrici Babenbergensis *n. LVII.*

89) Sic enim in Bulla Iohannis XVIII. *in vita Henrici* apud GRETSERVM c. XI. *quia dilectus & Spiritualis noster filius, Heinricus, Gloriosissimus atque Inuictissimus Rex, diuina inspirante Clementia, de propriis hæreditariis rebus, pro sua, suorumque Parentum anima, Episcopatum, in loco, qui dicitur Babenberc, perfecta fidei, & charitatis deuotione, in honorem Beatissimi Petri, Apostolorum Principis, esse constituit, commutatione facta, iure ac legaliter, cum Heinrico, Wirzeburgensi Episcopo, de aliqua parte parochiæ sui Episcopatus.* Quænam vero bona Henrico Herbipolitano in compensationem contesserit Imperator, docet Diploma in LAVRENTII FRIESENS *Chronico p. 1008.* scilicet *Meinungam in pago Grabfeldico sitam vna cum Marca & Walddorf.* Adde Priuilegium Henrici Würtzburgensis Episcopi super hac constitutione in eodem Codice *n. LVIII.* & Priuilegia Henrici II. *n. LIX. sqq.* DITMARVS *lib. III. p. 416.* Adde Arnoldi, Halberstadtensis Episcopi epistolam ad Henricum, Herbipolensem Episcopum de institutione Episcopatus Bambergensis apud STEPH. BALVTZIVM *Miscell. lib. IV. p. 435.*

90) AVCTOR VITAE HENRICI l. c. *nostra quoque auctoritate sancimus, vt nullus ibi Comes, aut Iudex, Legem facere præsumat, nisi quam, per concessionem Gloriosissimi Regis, Heinrici, vel successorum eius, Episcopus loci eiusdem deligeret; nulla aliena potestas ibi, per violentiam, irruat; sit ille Episcopatus liber, & ab omni potestate extranea securus, Romano tantummodo mundiburdio subditus, sit tamen idem suo Metropolitano subiectus atque obediens.* Hæc vltima verba satis testantur, hunc episcopatum sub initium exemptum haut fuisse, vsque dum etiam a iure Metropolitani eximeretur, prout docet BRVSCHIVS *de Episcopis Babenbergensibus sub initium.* Hanc autem confirmationem cum fundatione Episcopatus confundentes quidam Scriptores, hanc ad annum 1607. referunt. ANNALES EINSIDELENSES apud MABILLONIVM Tomo IV. Analectorum p. 479. ad a. 1007. *Episcopium in Pabenberg constructum est, & Eberhardus, primus Episcopus ibi ordinatus est.* CHRON. WVRTZBVRG. HERMANNVS CONTRACTVS, CHRONOGRAPHVS SAXO *ad a. 1007.* BRVSCHIVS *c. l.* MARTIN. HOFMANNVS *lib. I. Annal. Bamberg. §. LXV.*

91) AVCTOR VITAE HENRICI: *habitum est rursum generale concilium in Franckonfurt, cui præsedit Willigisus Moguntinus, vniuersi Archiepiscopi & Episcopi, qui interfuerunt, numero XXXVI. cum debita veneratione priuilegium sedis Apostolicæ susceperunt.* SCHATENIVS *Ann. Paderborn. lib. IV. p. 378.* Ipsum diploma cum Episcoporum subscriptione habetur in LABBEI *Collectione Concil. Tom. IX. p. 786.*

92) ANNALES EINSIDELENSES ad a. 1012. *Ecclesia in Episcopis Babenberg primum consecrata est;* LAMBERTVS SCHAFNABVRGENSIS. Plenius vero DITMARVS ad h. a. *peracta in ciuitate Bauenbergensi Ecclesia maiore cum natalicius Regis dies esset & XXXV. iam inciperet II. Non. Maii, omnis primatus ad dedicationem illius aulæ continuo congregatur, & sponsa hæc Christi per manus Iohannis Patriarchæ de Aquilegia, & aliorum XXXV. Episcoporum ministerio consecratur, quæ vt summo decuit

Camerarii, similia præstarent in Episcopatu. Huius quidem reliquias in Electoribus antiquis secularibus, Bohemo inquam, Palatino, Saxone, Brandenburgico adhuc videmus, qui de similibus, quæ Imperio debent officiis, Bambergensi quoque sunt obligati, quod vero ista officia ab Henrico II. sint introducta, solis nititur coniecturis. 93) Idem vero sericatum Cunigundæ filum solet adpellari.

§. XI. Præter hæc, Ecclesias ditare possessionibus, & immensis ornatibus augere cœpit. Sedes autem Episcopales, Hildesheim, vbi a puero nutritus, & literas edoctus fuerat, Magdeburch, Argentinam, Misenam, & Merseburch, quæ barbarica immanitate Sclauorum vastatæ fuerunt, restaurauit. Et tam ipsis, quam aliis Episcopatibus innumerabilia contulit. 94) Synodo etiam Tremoniensi a. 1005. celebrata, multa circa statum ecclesiasticum ordinauit. 95) Sic etiam de eodem Imperatore narratur, quod Richardo, Virdunensi Abbati professionem fecerit, & eius consilio se totum commiserit, volens apud S. Vitonem Monachus fieri; sed S. Abbas Richardus, virtute obedientiæ ei iniunxit, ne Imperium dimitteret, quamdiu viueret, & ita eum ad imperandum remisit. 96) Idem ipsi institutum fuit in monasterio de monte Cassino, 97) atque in Ecclesia Argentoratensi, vbi inter Canonicos recipi voluit, 98) licet quibusdam in locis inter fratres conscriptos fuerit receptus. 99)

§. XII. Henricus igitur designato sibi successore, Conrado, Franciæ & Sueuiæ Duce, 100) Grunæ decumbens, defunctus est anno vitæ suæ quinquagesimo secundo, Regni vigesimo secundo, Imperii decimo 3. Idus Iulii Dominicæ incarnationis Millesimo vige-

decuit regi in omnibus ornata fuit. Intererant etiam regio gaudio domina sorores Abbatissæ Sophia & Adelheida, quod erat insigne decus Imperatoria aulæ. Aderat & incredibilis frequentia cleri ac populi, inter quos multis Regis indulgentia a Rege donata est, aliis venia repromissa. Ex hoc habet ANNALISTA SAXO *ad a. 1012.* LEO OSTIENSIS lib. II. c. XLVI. *Idem Augustus* (de Henrico Sancto dicens) *ex proprii patrimonii sumptibus, construxit Ecclesiam, ad honorem S. Georgii in Babembergensi, & aduocans Benedictum Papam, ab ipso illam consecrari fecit, atque Episcopalem in ea sedem constituens, B. Petro, ex integro contulit, per annos singulos, Equo vno optimo albo, cum omnibus ornamentis, & phaleris suis & centum marcheis argenti. Postmodum vero Leo IX. Papa, vicariationis gratia, Beneuentum, ab Henrico, Conradi filio, recipiens, prædictum Episcopium Babembergense, sub eius ditione remisit, equo tantum, quem prædiximus, sibi retento.* AVCTOR VITAE apud CANISIVM *p. 389.* MARIANVS SCOTVS hæc *ad a. 1011.* AVCTOR VITAE MEINWERCI *ad a. 1013.* refert. HVGO FLAVINIACENSIS *ad eundem annum. Hic etiam fecit ciuitatem Bauebergensem, & Ecclesiam a Benedicto Papa dedicari obtinuit, eiusque auctoritate Episcopum ibi constituit. Erat enim vere Catholicus, & religionis amator præcipuus.* Extant priuilegia super hac confirmatione in Codice Vdalrici *n. LXXVII. sqq.*

93) BRVSCHIVS de Episcopis Bambergensibus sub initium: *constituit amplius D. Henricus Imperator, vt seculares quatuor seculi Romani Electores, feuda Electoratus ab huius Ecclesiæ Pontifice, & vasalli a suo directo Domino petere accipere & necesse habeant. Quod insigne & longe amplissimum priuilegium vulgo Sericatum Diuæ Chunigundis filum appellant, qua laudatissima Imperatrix, vera Ecclesiæ nutrix Babenbergensem suam Diœcesin & Ecclesiam voluit esse, quasi fortissimo muro, & inexpugnabili propugnaculo communitam.* Idem adfirmat FREHERVS *Origg. Palat. Cap. XV.* MART. HOFMANNVS *Annal. Bamberg. lib. I. §. LXVIII. Ei. Bambergæ p. 890.* ANDR. GOLDMETERI *Origg. Bamberg. n. 994.* Ast, hæc officia ab Henrico II. fuisse introducta, nulla certa nititur fide veterum auctorum. Vid. PFEFFINGERI VITRIARIVS *illustratus lib. I. Tit. XIV. §. XV. p. 1103.* & SYNTAGMA IVRIS PVBLICI *cap. XVI. §. vlt.*

94) Verba sunt AVCTORIS VITAE eius apud CANISIVM *Tom. VI. pag. 384.* De Merseburgensi quoque Episcopatu DITMARVS *lib. VI.* Quæ monasterio Cassinensi, & Cluniacensi Ecclesiæ, etiam Leodiensi & Treuirensi munera concesserit, docet AVCTOR VITAE *p. 388-389.* Vid. etiam COMPILATIO CHRONOLOGICA *ad a. 1002.* ALBERICVS *ad a. 1004.*

95) DITMARVS lib. VI. p. 380. *posita est etiam in loco, qui Thrutmanni dicitur magna synodus, vbi Rex Coepiscopis, præsentibusque cunctis, plurima questus est sanctæ Ecclesiæ conuenientia & communi eorundem consilio hæc statuit deinceps prohiberi, & optimo noua institutionis decreto grauem peccatorum simul sarcinam releuari.* Idem etiam Episcopos recenset huic Synodo præsentes. ANNALISTA SAXO *ad a. 1005.* GOBELINVS PERSONA æt. VI. c. LII. *Henricus Imperator, vir magnæ deuotionis, anno quarto regni sui, in Tremonia habuit concilium cum episcopis & principibus regni.* Sequitur pro more THEODOR. ENGELHVSIVS *Chron. p. 191.* De hac synodo singulari dissertatione egit IO. GEORGIVS IOCHIVS *Tremonia 1715.*

96) Hæc ALBERICVS habet *ad a. 1019.* & AVCTOR MAGNI CHRONICI BELGICI *pag. 96.* Quos sequuntur MVTIVS *lib. XIV. p. 109.* NAVCLERVS *Chron. Germ. vol. II. gen. XXXIV. p. 753.* Licet coæui scriptores de hoc taceant. Ex quo fundamento OBRECHTVS *de Abdicatione Caroli V. cap. I.* hæc plane reiicit.

97) LEO OSTIENSIS lib. II. c. XLIII. *Henricus tanta circa hunc sanctum locum deuotionis extitit, vt si aliquanto diutius viueret, relicto Imperii fastigio, Deo se sub sanctæ professionis habitu hic serviturum sponderet.*

98) IAC. VON KÖNIGSHOVEN *Elsassische Chronic. cap. II. §. 143.*

99) Facit huc Diploma Conradi II. apud MABILLONIVM *app. I. ad vitam S. Guilielmi Diuionensis cap. IV. Sec. VI. Benedict. p. I. dignum duximus, Fructuariense cœnobium litteralibus præceptis confirmare - - nos nostrosque in perpetuum successores, prout diue memoria prædecessorem nostrum, Henricum, suis ac fratrum contubernio sociauerit, omnium benefactorum suorum participium habere cupiens.* AVCTOR VITAE MEINWERCI c. XXX. *Imperator Cluniacum adiit, & fraternitate monachorum humiliter petita & accepta, cum maxima contritione cordis omnium se orationibus commendauit.*

100) SIGEBERTVS GEMBLACENSIS ad a. 1024. *Henricus Imperator, consulentibus sibi Principibus super substitutione Regni, designans Conradum, Virum egregii generis, & egregiæ libertatis, quippe qui nunquam se submiserat alicuius seruituti, moritur.*

 1) LAM-

vigesimo quarto, 1) & Babenbergam translatus, in Ecclesia Beatorum Apostolorum Petri & Pauli ab ipso fundata honorifice est sepultus, 2) atque ab Hildegarde Abbatissa singulare ipsi positum fuit epitaphium. 3) Ipse vero ab Eugenio III. Papa an. 1151. in numerum sanctorum fuit receptus. 4)

§. XIII. Vxor ipsius erat Cunigunda, 5) Sigefridi 6) Luxenburgensis Comitis filia, & Hedwigis, cuius fratres 7) erant Theodoricus Metensium Episcopus, Giselbertus Fridericus, & Henricus, cui Bauariæ Ducatum concessit Henricus. Hæc adulterii inculpata, quod per triduum homo ignotus ex thalamo ipsius fuerit egressus, sed duodecim vomerum iudicio innocentiam suam comprobasse dicitur. 8) Hoc igitur coniugium tanta castitate ex voto gestum fuisse fertur, vt illibatam virginitatem vtrique seruarent. Hinc etiam morti proximus, ad cognatos ipsius, Episcopos Abbatesque adstantes dixisse fertur: *recipite, quam mihi tradidistis virginem vestram.* 9) Ideoque ducentos fere post annos

a. 1201.

1) LAMBERTVS SCHAFNABVRGENSIS, HERMANNVS CONTRACTVS, ANNALES HILDESHEIMENSES *ad a. 1024.*

2) AVCTOR VITAE MEINWERCI *c. LXXXIX.* MONACHVS BRVNWILLERENSIS *de Comitibus Palatinis Ezone, & Mathild, c. II.* LAMBERTVS SCHAFNABVRGENSIS, MARIANVS SCOTVS, HERMANNVS CONTRACTVS, ANNALES HILDESHEIMENSES *ad ann. 1024.* WIPPO *de vita Conradi pag. 461.*

3) AVCTOR VITAE MEINWERCI *cap. LXXXIX. Tumulus tali epitaphio insignitus.*

Henric Augustus virtutum germine iustus
hac seruat cuius viscera patris humus.
Splendor erat legum, speculum, lux, gemmaque Regum;
ad cœlos abiit, non moriens obiit.
Idibus in ternis vexantem pondera carnis
Iulius æthereo sumpserat Imperio,
Abbatissa pia, (quod reddat sancta Maria)
Hildegarda sibi iusserat hoc fieri.

4) Extat Bulla Canzoniationis Henrici S. apud BARONIVM *Tom. XII. Ann. ad a. 1152. n. IV.* GRETSERVM *Diuis Bamberg. cap. XI.* SCHATENIVM *Ann. Paderborn. ad a. 1024.* & in vol. I. Script. Bamberg. p. 326. in qua: *huius memorabilis viri, cuius exaltationem requiritis, fratrum nostrorum Archi-Episcoporum & Episcoporum, qui præsentes aderant, communicato consilio memoriam inter sanctos de cætero fieri censemus, & anniuersariam ipsius diem solenniter celebrari constituimus.* OTTO FRISINGENSIS *lib. I. de G. Friderici I. c. LXXII. iuxta tumbam Imp. Henrici, eius loci fundatoris, qui nuper auctoritate Romanæ Ecclesiæ in loca sancta leuatus, pro sancto habetur, regio cultu* (Conradum III.) *sepeliuit.* CONRADVS BOTHO *Chron. ad a. 1151. In dussem Iare war uppgehaen Keyser Hinrick, de Babenburge stichtede.*

5) Dicta etiam fuit Cunitza, EGBERTVS *Vita S. Heimeradi §. X. audiuimus Egbertum Cunitzæ Imperatricis iussu vapulasse, qua* (Paderbornæ) *tunc aderat simul cum D. Imperatore Hinrico.*

6) Recentiores hunc Comitem Palatinum faciunt, ast TOLNERVS *Hist. Palatina cap. I. pag. 3.* demonstrauit, Luxenburgicum esse Comitem. ANDREAS du CHESNE *Histoire Genealogique de la Maison Royale de Dreux,* potissimum *Histoire de la Maison de Luxenburg p. I. cap. I.* idem satis demonstrauit.

7) Horum facit mentionem VVIPPO in vita Conradi Salici ad a. 1024. p. 461. *Imperatrix Chunigunda, quanquam maritali vigore destituta foret, tamen, consilio fratrum suorum, Theodorici, Metensis Episcopi, & Hetzelonis, Ducis Bauariæ, pro viribus Reipublicæ succurrebat.* De Giselberto vero ADELBOLDVS c. XXXIX. *Iuuenis quidam frater Reginæ, Gislebertus nomine, a Langobardis vulneratur.* DITMARVS *lib. VI. p. 372.* ANNALISTA SAXO *ad a. 1002. 1004.* ALBERICVS *ad a. 1003. Adalbero de Lucelebirch, frater vxoris Henrici Theodoricus, Metensis Episcopus, natus de Lucelborc, dolens dotem ac matrimonium sororis suæ Chunegundis Imperatricis delegari ab Imperatore Ecclesiæ Bauenburgensi rebellat.* ADELBOLDVS c. XXXII. *Rex Henricus fratri Reginæ, Ducatum Bauariensem concessit.* CHRON. QVEDLINBVRG ad a. 1009. *hoc ipso anno Fridericus, frater Cunigundæ Imperatricis defunctus est.*

8) COMPILATIO CHRONOLOGICA ad a. 1025. *S. Kunigundis vt se purgaret facta deuota oratione audacter coram Imperatore, Sponso eius, dum adhuc viueret, & coram Principibus & multis aliis 12. candentes vomeres nudo vestigio calcauit, & Domino protegente penitus illæsa permansit, nam auctore Diabolo, qui inuidebat eius virginitati, de crimine adulterii vehementer infamata fuit, callidus namque Diabolus transfiguratus est in formam militis speciosi, tribus continuis diebus mane videbatur pluribus exire de thalamo S. Kunigundæ.* AVCTOR VITAE HENRICI apud CANISIVM *pag. 387.* AVCTOR VITAE CVNIGVNDIS *cap. I. & II.* KRANTZIVS *Metrop. lib. IV. c. V.* Hinc versus antiqui. *Iudicio vomerum Cunigunda virgo probatur.* Immo, Bambergæ adseruantur adhuc in Capella, duo vomeres, qui ex istis reliqui esse dicuntur.

9) LEO OSTIENSIS lib. II. cap. XLVI. *super cæteras autem bonitates, seu virtutes, quas idem Imperator habuisse narratur a Deo, fertur vixisse castissimus, vt ad mortis articulum veniens coram præsentibus Episcopis, atque Abbatibus Cunigundæ Coniugis suæ propinquis, eaque illis tradita, fertur. Recipite quam michi tradidistis virginem vestram.* AVCTOR VITAE HENRICI apud CANISIVM p. 391. *qui cernens diem mortis sibi imminere, vocatis ad se parentibus & cognatis beatissimæ Imperatricis Chunigundæ, nec non etiam quibusdam Regni primoribus, manu eam apprehendit & commendauit eam illis huiusmodi verbis memoria dignissimis; Hanc ecce, inquit, mihi a vobis, immo a Christo consignatam, ipsi Christo Domino nostro & vobis resigno virginem vestram.* AVCTOR VITAE MEINVVERCI cap. XII. *Domna Chunigunda, ipsius, vt putabatur, Vxore, re autem vera, castitatis æmulatione sorori.* Bulla Canonizationis apud BARONIVM Tom. XII. Annal. Eccles. ad a. 1152. n. 4. & vol. I. Script. Bamberg. pag. 326. *cum diadema sceptrumque Imperii* (Henricus) *suscepisset, non Imperialiter, sed spiritualiter vixit. In thoro etiam legitimo positus, quod paucorum fuisse legitur, integritatem castimoniæ vsque in finem vitæ conseruauit.* ANNALISTA SAXO ad a. 1002. *Hic Domnam Cunigundam - - quasi in matrimonium sibi copulauit, quam tamen voto castitatis quæ vtrisque placuerat, nunquam cognouit, sed vt sororem dilexit.* NONNOSIVS Vita Cunegundis cap. I. *beata & Deo dilecta Chunegundis terreno Imperatori corporaliter, non carnaliter, coniuncta, cælesti Regi suam virginitatem consecrauit, quam vsque in finem casti coniugis consensu, Deo teste, conseruauit.* GOTFRIDVS VITERBIENSIS *p. XVII. p. 453.* VITA MEINVVERCI *eodem* anno (MII) *nouo Rege natiuitatem Laurentii in ciuitate Patherbrunnensi*

cele-

a. 1201. ab Innocentio III. Papa in numerum sanctarum fuit recepta. 10) Verum, dum eam virginem restituisse dicitur Henricus, potius mihi intelligi debere videtur, prole carentem, id quod locus DITMARI 11) ex parte indicare videtur, vel ob matrimonii castitatem, cum virginis nomen etiam maritatis concederetur. 12) Ex quo moniales pro stabiliendo cœlibatu miraculum quoddam fecisse videntur, cum de illibata virginitate taceant plane Scriptores veteres. 13) Prole tamen destitutos fuisse vtrosque, certum est. 14) Licet spes prolis ipsis fuerit, 15) ex quo præterea Cunigundæ virginitas satis refellitur. Immo, dum morbidus fuerit Imp. etiam, quæ de ipsius castitate proferantur, satis videntur esse suspecta. 16)

celebrante Domina Chunigunda ipsius vt putabatur vxor, re autem vera castitatis æmulatione soror a Willegiso Maguntiensi Episcopo inibi regia consecrationis dominium adinuenit. MART. HOFMANNVS *lib. I. Annal. Bamberg. §. LXXXIII.*

10) Extat Bulla Innocentii III. de Canonisatione apud GRETSERVM de diuis Bambergensibus p. 424. in qua hæc verba: *B. Kunegundis S. Henrico Imperatori, fuit matrimonialiter copulata, sed ab eo non extitit carnaliter cognita. Vnde, cum Dn. Imperator ageret in extremis, Principibus & Parentibus inquit, de illa: qualem mihi eam assignatis, talem vobis eam resigno. Virginem eam dedistis, & Virginem reddo. Suam ergo Virginitatem Domino consecrauit, & seruauit intactam, ita, quod, cum aliquando instigante humani generis inimico, suspicio quadam contra ipsam fuisset exorta; ipsa, vt suam innocentiam demonstraret, super ignitos vomeres, nudis plantis incessit, & processit illæsa.* Et porro: *Nos de meritis & miraculis* (Kunigundis) *multis & magnis non solum testimoniis sed & testibus certiores effecti, cum secundum Prophetam laudatus sit Deus in sanctis suis, de fratrum nostrorum consilio & Pontificum multorum apud sedem Apostolicam existentiam, ipsam beatam virginem Kunegundem catalogo sanctorum adscripsimus, eiusque memoriam inter sanctos decreuimus celebrandam.* Vid. Vita eius apud SVRIVM ad d. 3. Martii. BARONII Martyrologium *ad 3. Martii.* IO. TRITHEMIVS *de Viris illustribus Ord. Benedicti lib. III. c. CCLIX.* BRVSCHII *Cat. Episc. Bamberg. n. 13.*

11) *Lib. VI. p. 383.* dum Imp. in synodo Francofurtensi ita loquentem inducit: *ob recompensationem futuram Christum heredem elegi, quia in sobole acquirenda nulla spes remanet mihi.* Ex quo loco fere concludimus, Henricum spe prolis suscipiendæ iniuisse connubium, sed spe sua fuisse destitutum.

12) Sic encomium Emmæ Reginæ *p. 72.* de eadem Emma Ricardi I. Ducis Regis Angliæ vidua, a Cnutone Danorum in Anglia Rege in vxorem expetita: *placuit ergo Regi verbum virginis, & iusiurando facto virgini placuit voluntas Regis. Et sic, Deo gratias, Domina Emma mulierum nobilissima fit coniux Regis fortissimi Cnutonis*, apud du FRESNE *voce Virgo.* Cum tamen ista & Alfredo & Eduardo filiis gauderet.

13) Hanc igitur virginitatem merito reiicit LEIBNITIVS *introduct. in Collect. Script. Brunsuic. §. XXX.* & DIETERICI Henrico *II. p. 63.* Simile tamen exemplum ex Anglicana Historia refert RADVLPHVS HIGDENVS Polychronico p. 277. ad a. 1043. *hic itaque Rex* (Edvvardus) *Goditham filiam Godwini desponsabat, quam tali arte tractabat, vt nec a thoro ammoueret, nec tamen virili more cognosceret, quod familiæ illius odio, an castitatis Zelo faceret, compertum non habeo. Illud tamen celeberrime fertur, quod semper vixerit Rex sine mulieris contagio.*

14) AVCTOR VITAE eius *cap. XXI. Liberos secundum carnem nec habebat, nec expectabat, quando quidem eam, quam pro Coniuge habere videbatur, Chunigundam, nunquam cognouisse, comprobatum est.* Hinc soror ipsius Gisela, Stephani Hungariæ Regis vxor, perperam a quibusdam filia dicitur.

15) Extat enim apud SCHATENIVM *Annal. Paderborn p. 424.* diploma Henrici, in quo: *qualiter nos rogatu diligentissima coniugis nostra, qui duo sumus in carne vna.* Et in Prolegomenis LEIBNITII *Tom. II. p. 19.* Imp. se n. 1013. Ecclesiæ Hildesheimensi priuilegium se concedere ait, *pro coniugis prolisque regia incolumitate.*

16) Vide GVNDLINGI *Otia III. Auflage cap. I.*

PERIODVS SEXTA.
GERMANIA FRANCICA,
SECTIO PRIMA
DE
CONRADO II. SALICO.

§. I. Secunda periodus Germanicorum Cæsarum Francica a Conrado II: huius ortus. §. II. Electio & Coronatio in Regem Germaniæ. §. III. Ab Italis in Regem accipitur. §. IV. Bellum Polonicum. §. V. Rebellio Ernesti aliorumque Germaniæ Principum contra eum. §. VI. Expeditiones Italicæ, coronatio in Regem Italiæ & Imperatorem, & Exercitium Iuris in vrbem & Papam Romanum. §. VII. Renouat de Burgundia regno pacta cum Rudolpho. §. VIII. Burgundiam & testamento, & bello & Procerum consensu contra Ottonem, Campaniæ Comitem obtinet. §. IX. Conradum Ducem, patruelem suum in gratiam recipit: filium suum in Regem fecit coronari. §. X. Bellum Hungaricum. §. XI. Pacem facit cum Canuto, Danorum Rege. §. XII. Constitutio de expeditione Romana & Leges Feudales. §. XIII. Mors Conradi. §. XIV. Vxor & liberi.

§. I.

NOua nunc & secunda quidem oritur Periodus Germaniæ proprii Iuris, *Francica*, quæ a Conrado II. suam trahit originem, Pater ipsius erat Henricus, Dux Francorum, auus Otto, ex antiqua & regia stirpe Ducum Wormatiensium, abauus Conradus sapiens, Ottonis M. gener, quam ex Ludgarda a Conrado I. atque ea ratione ex stirpe Caroli M. indirecta ducunt. 1) Mater Adelheyda Metensis, quæ stirpis antiquissimæ, 2)

1) Ex Conradi I. stirpe ipsum fuisse prognatum, ex eo videtur, quod REGINO dicat ad a. 919. *fratres cognatos, maiores scilicet Francorum* ipsum reliquisse. Ex antiqua Francorum stirpe eum ducit

 AVCTOR

mæ. 2) Dicebatur autem Salicus, quia in Terra Salica Franciæ Teutonicæ erat natus, 3) & licet genere & virtute atque in propriis bonis nemine esset inferior, tamen de republica ad comparationem Ducum & Marchionum parum beneficii & potestatis habebat. 4) Commendatur etiam a morum maxime probitate, 5) licet litteras ignoraret. 6)

§. II. De natiuitate ipsius & Gestis, antequam Regiam dignitatem fuisset adeptus, tacent Scriptores, vt ad ipsam statim electionem pergere necessum habeamus. Postquam enim sine liberis defunctus esset Henricus, quilibet potentissimus secularium Principum, vi magis, quam ingenio nitebatur, aut fieri primus, aut quacunque pactione a primo secundus. 7) Inde post interregnum octo hebdomadum 8) conuenerunt apud villam Kambam 9) Germania æquali Regem electuri. 10) Erant præcipue duo Conradi, quorum vnus hic Salicus, quod maioris ætatis esset, maior Chuno vocabatur, alter autem Franciæ Dux iunior Chuno dicebatur, ambo nobilissimi, ex duobus fratribus nati. 11) Vtros-

AVCTOR HIST. LANDGRAV. THVRINGIAE c. XI. *Anno Domini MXV. Conradus Francigena, quidam dux Francorum imperator, habebat duos consanguineos: scilicet Hugonem & Ludouicum fratrem suum, ex stirpe Regum Franciæ progeniti & multum pecuniosi.* Hinc etiam SIFFRIDVS PRESBYTER ad a. 1025. *hic descenderat de stirpe Clodouæi.* Id quod ex OTTONE FRISINGENSI patet, qui de Henrico III. lib. VI. c. XXXII. dicit, quod in ipso *dignitas imperialis, quæ per longum tempus a semine Caroli exulauerat, ad generosum & antiquum germen fuerit reducta.* Hæc autem stirps regia solet vocari. Sic enim Canticum in Conradum Salicum apud ECCARDVM in Quaternione Monum. Vet. p. 56.

ortus auorum stemmate Regum

Auctor Versuum pro obitu Conradi Imp. p. 445.

Regum sanguine genitus, omnes precellit penitus
Gloriosus in persona - -

CHRON. QVEDLINBVRG in Tom. II. LEIBNITII ad a. 1024. *Conradus inclyta Regum prosapia ortus, in regnum eligitur.*

Stemma tale est

Otto M.
|
Luitgardis
n. Conrado
|
Otto, Dux
Carentanorum

Henricus	Conradus
Conradus II.	Conradus Iunior

2) Chron. apud LEIBNITIVM Tom. II. p. 194. *Conradus Dux qui fuit ex progenie Conradi I. accepit filiam Ottonis Primi Imperatoris, ex qua natus fuit Otto Dux. Otto Dux habuit filios duos; vnus nomine Cono & alter Hetzil. Ex isto Hetzil natus fuit Cono, qui modo Rex est.* WIPPO p. 463. *erant duo Chunones; quorum vnus, quod maioris ætatis esset, Maior Chuno vocabatur: alter autem, iunior Chuno dicebatur, ambo in Francia Teutonica Nobilissimi, ex duobus fratribus nati: quorum alter Hetzel, & alter Chuno dictus est: ipsos vero ab Ottone, Duce Francorum, natos accepimus, cum duobus aliis, Brunone & Wilhelmo, ex quibus Bruno Apostolicæ Sedis Romanæ Ecclesiæ Papa est electus, mutato nomine, Gregorius appellatus est: Wilhelmus factus Argentinensis Ecclesiæ Episcopus miro modo eam sublimauit. Prædicti duo Chunones, cum essent, vt dictum est, ex parte genitorum nobilissimi: haut secus ex materno genere claruerunt. Iunioris Chunonis mater Mathilda de filia Conradi Regis Burgundiæ, (alias Longobardiæ) nata fuit. Maioris Chunonis mater Adelberta (vel Adelberta, vel Adelheyda) ex nobilissima gente Lotharingorum oriunda fuerunt. Quæ Adelhayda soror erat Comitum Gerhardi & Adelberti, qui semper cum Regibus & Ducibus confligentes ad extremum causa propinqui sui Conradi Regis vix acquiescebant.* HERMANNVS CONTRACTVS ad a. 1024. *Conradus senior, filius Henrici Rex promotus.* ALBERICVS ad a. 1024. OTTO FRISINGENSIS VI. c. XXVIII. *hic ex parte patris a Conrado Varmatiensium Duce, qui in prælio cum Vngaris sub Ottone habito, occubuerat, prosapiam ducens, ex parte matris ex probatissimorum Galliarum Principum, qui ex antiqua Troianorum stirpe descenderant, & in beato Remigio baptizati fuerant, originem trahens.* DITMARVS *lib. V. p. 370.* Vid. FRANC. GVILLIMANNVS *de vera origine & stemmate Conradi.* Male igitur HVGO FLAVINIACENSIS pag. 174. ipsum vocat Ottonis III. filium. Errant etiam, qui ipsum ab Ottonis M. filio FRANCISCVM GVILLIMANNVM secuti, Ludolpho ducunt, vtpote DAVID BLONDELLVS *Tom. II. plen. assert. Geneal. Franc. p. 35.* ANDR. BRVNNERVS *p. II. Ann. Boior. lib. IV. n. VII.* IO. ADLZREITER *p. I. Annal. Boior. lib. XVI. n. XI.* & plures alii, quos satis refutauit HAHNIVS *Oratione auspicali de genuino ac Salico Conradi II. ortu p. 68.* hic Conradus a WILHELMO *Gemmet. Hist. Norm. lib. VII. cap. XXIII.* vocatur Cono Saxonum Dux.

3) Sic eum vocat MONACHVS WEINGARTENSIS *Hist. de Guelphis p. 783.* SIFRIDVS PRESBYTER *lib. I. p. 1028.* De Terra vero Salica vide supra.

4) Verba sunt WIPPONIS *p. 425.*

5) WIPPO p. 466. *erat enim vir magnæ humilitatis, prouidus consilio, verax in dictis, strenuus in factis, minimum auarus, omnium regum in dando liberalissimus.* OTTO FRISINGENSIS VI. c. XXVIII. *armis strenuus, consilio prouidus, sapientia tam forensi, quam ciuili præditus, in religione Christiana satis deuotus, humilitate qua Regem decebat adornatus.*

6) WIPPO p. 430. *Conradus quanquam litteras ignoraret, tamen omnem clerum cum amabiliter, & liberaliter palam, tum conuenienti disciplina secreto prudenter instituit.*

7) Verba sunt WIPPONIS *p. 463.*

8) AVCTOR VITAE MEINWERCI c. XCIII. *Principibus pro electione Regis diffidentibus, octo ebdomadibus solium regni vacauit.* HVGO FLAVINIACENSIS *p. II. Chron. Virdun. p. 174.*

9) HERMANNVS CONTRACTVS ad a. 1024. *Habito Conuentu, apud villam Kambam, Cuonradus Senior, filius Henrici, Rex promotus.* Hunc vero locum WIPPO in vita Conradi Salici pag. 463. sic describit: *inter Moguntia confinia & Wormatiæ locus est amplitudine planiciei caussa, multitudinis maxima receptibilis: ex insularum recessu ad secretas res tractandas tutus & habilis.*

10) Populos electores hoc modo describit WIPPO p. 463. *ibi dum conuenissent cuncti primates, & vt ita dicam vires & viscera regni ei, & circa Rhenum castra locabant. Qui, dum Galliam a Germania dirimat, ex parte Germaniæ Saxones cum sibi adiacentibus Sclauis. Franci Orientales, Norici, Alemanni conuenere. De Gallia vero Franci qui supra Rhenum habitant, Ribuarii, Lutharingi, coadunati sunt.*

11) WIPPO *l. c.* HERMANNVS CONTRACTVS ad a. 1024. *Conradus senior, filius Heinrici & Adel-*

Vtrosque commendabat & natalium splendor, maiorem insuper virtus & probitas, 12) &, quod ab Henrico iamdum esset designatus, 13) iuniorem potentia. Vtrisque tamen inter se conuenientibus, vt quem maior pars populi probaret, alter eidem cederet, 14) per maiora electus fuit, immo communi fere applausu maior ex Conradis, Aribone potissimum Moguntino & Eberhardo Bambergensi ipsi plurimum fauentibus. Cunigunda regina Imperii insignia lubenter offerente: 15) Inde 6. Idus Septembris 1024. ab Aribone, Archiepiscopo Moguntino Moguntiæ fuit coronatus. 16)

§. III. Post coronationem statim Aquisgranum venit, ibidemque regni statum ordinauit. 17) Itali vero a Germanis discedentes, proprium Regem eligere tentabant, 18) modo in Robertum atque Hugonem Galliæ Reges, 19) modo in Guilielmum Aquitaniæ Regem 20) intendentes. Verum a. 1025. diem pentecostes in Constantia ciuitate celebrauit, vbi Heribertus archiepiscopus Mediolanensis, & reliqui Italiæ Proceres fidem ipsi sacramento promiserunt. Papienses vero, eo quod palatium regium destruxissent, in gratiam minime fuerunt recepti. 21) Eodem anno Natalem Christi Mindæ celebrauit, vbi tunc

& Adelheida, & patruelis eius Conradus, filius Conradi Ducis ex Mathilde, ad regnum præcipue adnituntur.

12) VVIPPO p. 462. *in his duobus: id est, in maiore Chunone & Iuniore (minore) diu pendebat reliqua nobilitas: & quanquam maiorem Chunonem secretiori consilio & auido desiderio propter virtutem & probitatem illius pene omnes eligerent, tamen propter iunioris potentiam, ne pro honoris ambitione dissiderent, animum suum ingeniose quisque dissimulabat.*

13) *Sect. superiori §. XII.* LEO OSTIENSIS lib. II. cap. LVIII. *defuncto igitur augustæ memoriæ Imperatore Heinrico anno Domini MXXV. & Chuonrado Duce, qui & Cono dictus est, eiusdem Heinrici electione in Regem leuato.* OTTO FRISINGENSIS VI. c. XXVII. *anno ab incarnatione Domini MXXV. defuncto sine filiis Henrico, Conradus natione Francus, consilio antecessoris sui, cuius tamen dum adhuc viueret, gratia carebat, ab omnibus electus, LXXXVIII. ab Augusto regnum sortitur.*

14) VVIPPO p. 464. *ad extremum vero diuina prouidentia contigit, vt ipsi inter se conuenirent quodam pacto, in tam dubia re satis conuenienti, vt si quem illorum maior pars populi laudaret, alter eidem sine mora cederet.*

15) VVIPPO p. 465. *archiepiscopus Moguntinensis, cuius sententia ante alios accipienda fuit, rogatus a populo quid sibi videretur, abundanti corde, hilari voce laudauit & elegit maioris ætatis Chunonem suum in Dominum & Regem atque rectorem & defensorem patriæ. Hanc sententiam cæteri Archiepiscopi & reliqui sacrorum ordinum viri indubitanter sequebantur. Iunior Chuno paululum cum Lotharingis placitans, statim reuersus maximo fauore illum ad Dominum & Regem elegit: quem rex manu apprehendens fecit illum considere sibi. Tunc singuli de singulis regnis eadem verba electionis sæpissime repetebant: fit clamor populi: omnes vnanimiter in Regis electione principibus consentiebant: omnes maiorem Chunonem desiderabant: in illo persistebant: ipsum cunctis dominantibus nihil hæsitando præposuerunt; eundemque regali potentia dignissimum iudicabant: & vt nulla mora consecrationis illius fieret, postulabant, supradicta imperatrix Chunegunda regalia insignia quæ sibi Imperator Heinricus reliquerat, gratanter obtulit, & ad regnandum quantum huius sexus authoritatis est, illum corroborauit.* VITA MEINVVERCI cap. XCIII. *principibus autem pro electione Regis dissidentibus, octo ebdomatibus solium regni vacauit, & sic Conradus, vnus ex regni primoribus, sed regno antea per rebellionem aduersus, fauentibus sibi Aribone Magontiense Archiepiscopo, Euerhardo Bauenbergense Ann. Domin. Incarnat. MXXIV, ab V. C. MDCCCLXXV, octogesimo quinto loco ab Augusto, VI. Idus Sept. illud obtinuit, & Mogontiæ Regia consecrationis dominium accepit.*

16) CHRONOGRAPHVS SAXO ad a. 1024. *facto autem in breui totius senatus conuentu, Conradus Princeps in Regem eligitur atque a Moguntino Aribone vnctus coronatur.* ANNALES HILDESHEIMENSES HERMANNVS CONTRACTVS *ad ann. 1024.* Cæremonias Coronationis describit VVIPPPO *pag. 466.* ADAMARVS CABANNENSIS *Chron. p. 182.* AVCTOR VITAE MEINVVERCI *cap. XCIII.* HEPIDANNVS *ad a. 1030.* VVIPPO *p. 427.* Eiusdem regiam ac Cæsaream electionem singulari oratione descripsit SIMON FRIDERICVS HAHNIVS.

17) VVIPPO p. 465. *collecto regali comitatu Rex Chonradus primum per regionem Ribuariorum, vsque ad locum qui dicitur Aquisgrani palatium peruenit, vbi publicus thronus regalis ab antiquis Regibus, & a Carolo præcipue locatus, totius regni archisolium habetur. Quo sedens excellentissime, Rempublicam ordinauit, ibique publice placito & generali concilio habito, diuina & humana iura vtiliter distribuebat.*

18) ARNVLPHVS MEDIOLANENSIS lib. II. de Gestis Mediolanensium cap. 1. *factum est autem, vt simul conuenientes in commune, tentarent de constituendo Rege primates. Diuersis itaque in diuersa trahentibus, non omnium idem fuerat animus.*

19) FVLBERTVS CARNOTENSIS *Epist. n. LV.* ad Robertum sic scribit: *Guilielmus Pictauorum Comes, herus meus, locutus est mihi nuper, dicens: postquam Itali discesserunt a vobis, diffisi, quod vos Regem haberent, petierunt filium suum ad Regem.* De eodem Roberto etiam tradit SIGEBERTVS GEMBLACENSIS ad a. 1026. *Robertus, Rex Francorum, ad inuadendum Lotharingiam animum intendit.* De Hugone dicit GLABER RODVLPHVS lib. III. c. IX. *huiusmodi enim fama vbique prouinciarum penitus peroptabatur a multis, præcipue ab Italicis, vt sibi imperaret in Imperium sublimari.*

20) ADEMARVS CABANNENSIS pag. 182. *multi nobiliores Longobardorum venerunt Pictauam vrbem ad Wilhelmum Ducem Aquitanorum, & eum super se Regem constituere cupiebant.* FVLBERTVS CARNOTENSIS *Epist. n. LVI. LX.* Ottonem etiam Campaniæ Comitem de Imperio cogitasse, vult MABILLONIVS *Tom. IV. Annal. Ordin. S. Benedicti lib. LV. §. LXXXIV.*

21) VVIPPO pag. 469. *Anno primo regni sui Chuonradus Rex diem sanctum pentecostes in Constantia ciuitate celebrauit; ibi archiepiscopus Mediolanensis Heribertus cum cæteris optimatibus Italicis Regi occurrebat, & effectus est suus, fidemque sibi fecit sacramentorum & obsidum pignus, vt quando veniret cum exercitu ad subiiciendam Italiam, ipse eum reciperet, & cum omnibus suis ad Dominum & Regem publice laudaret, statimque coronaret. Similiter reliqui Longobardi fecerant propter Ticinenses, qui & alio nomine Papienses vocantur, quorum legati aderant cum muneribus & amicis, molientes, vt regem pro offensione ciuium placarent, quanquam id adipisci a Rege iuxta votum suum nullo modo valerent. In qua autem re offenderint, breuiter absoluam.*

 Erat

reliqui qui tunc absentes erant, ipsi se subiecerunt. 22)

§. IV. Eodem anno 1025. Boleslaus, Dux Polonorum regium nomen sibi sumsit, paullo post defunctus. 23) Filius quoque eius, Miseco, rebellis factus, 24) non solum orientales partes Saxoniæ cum exercitu violenter inuasit, sed etiam cædibus, incendiis ac deprædationibus omnia deuastauit, 25) fratrem etiam suum Ottonem aliis Bezbrimum, dictum, quoniam Ottonis partibus fauebat, in Russiam depulit, 26) Conradus vero contra Misiconem agens, cum diu sibi resistentem, a. 1029. eo adegit, vt Lusatiam cum aliquot vrbibus & præda, quæ prioribus annis in Saxoniæ partibus facta fuerat, restitueret, pacemque iuramento firmaret, 27) Misico, post mensis spatium, a fratre suo subito inuasione est perturbatus, 28) qui Imp. coronam cum aliis regalibus, quæ frater eius iniuste vsurpauerat, transmisit, ac semet humili mandato per legatos Imp. subditurum promisit. 29) Hunc vero Miseconem Otto in eas redegit angustias, vt ad Vdalricum Bohemorum eum fugere compelleret, quem in Poloniæ Ducatu confirmat. 30) Hoc autem an. a 1032. quodam familiari suo ob tyrannidem occiso. 31) Misico Imp. Merseburgi supplex factus, in gratiam ab eodem fuit receptus, Polonia in tres partes diuisa, in vna harum Misiconem sub tributi lege constituit Tetrarcham, Masouia etiam tunc proprio Ducatu facto. 32) Defuncto

Erat in ciuitate Papiensi Palatium a Theoderico rege quondam miro opere conditum, ac postea ab Imperatore Ottone tertio nimis adornatum. Cognito autem obitu Imperatoris Heinrici antecessoris Chuonradi regis, vt mos est hominum semper in nouis rebus intemperanter se habere, statim Papienses inconsulto ad imbellem aulam ruentes ausibus inlicitis fregerunt moenia Regis. Totumque Palatium vsque ad imum fundamenti lapidem eruebant, ne quisquam regum vlterius infra ciuitatem illam Palatium ponere decreuisset. Ex qua audacia diu magna controuersia inter Regem & Papienses habita est. Idem dixerat p. 462. *Italiam transeo cuius Principes in breui conuenire ad regiam electionem nequiuerunt, qui postmodum in vrbe Constantiensi cum Archiepiscopo Mediolanensi & reliquis Principibus occurrentes Regi, sui effecti sunt, & ei fidelitatem libenti animo iurauerunt.*

22) ANNALES HILDESHEIMENSES ad an. 1025. *Cuonradus Rex natalem Christi Minda cum ingenti gloria & lætitia peregit. Ibi etiam plurimos, qui prædictæ eius electioni non intererant, obuios habuit, omnesque sibi deuotos in gratiam recepit.* CHRON. QVEDLINBVRG. *ad an.* 1024. CHRONOGRAPHVS SAXO *ad a.* 1025.

23) OTTO FRISINGENSIS lib. VI. c. XXVIII. *in primordio regni* (Conradi) *Boleslaus, Polonorum Dux, qui ab antecessore suo Henrico nouiter subactus fuerat, a regno diuidi, Rexque per se vocari molitur. Qui non multo post moriens, Misiconem, filium suum, successorem reliquit.* CHRONICON QVEDLINBVRGENSE ad a. 1025. *Bolezlauo, Dux Poloniæ, obitu Henrici Imperatoris Augusti comperto, elatus animo, visceretenus superbia veneno perfunditur, adeo, vt vnctam etiam sibi imponi coronam temere sit vsurpatus. Quam animi sui præsumtionis audaciam diuina mox subsecuta est vltio. In breui namque tristem mortis sententiam compulsus subire.* WIPPO *pag.* 470. *Eodem anno Bolislaus Slauigena, Dux Bolanorum insignia regalia & regium nomen in iniuriam Regis Chuonradi sibi aptauit, cuius temeritatem cita mors exinaniuit.* Male igitur MARTINVS CROMERVS *de gestis Polonorum lib. III. p.* 67. scribit, Conradum imperium, viuente Boleslao, non esse adeptum.

24) WIPPO *c. l. Filius autem eius Misico similiter rebellis fratrem suum Ottonem, quoniam Regis partibus fauebat in Russiam prouinciam pepulit.* Idem p. 477. *Misico dum fratrem suum Ottonem persequeretur, expulerat eum in Russiam.* OTTO FRISINGENSIS *VI. c. XXVII.* GOTFR. VITERB. *p. XVII. p.* 331. CHRONOGRAPHVS SAXO, ALBERICVS *ad a.* 1025. CHRON. QVEDLINBVRG. ANNALISTA SAXO *ad a.* 1025.

25) AVCTOR VITÆ MEINWERCI c. C. *Misaco, Sclauorum princeps, orientales partes Saxoniæ cum exercitu violenter inuasit, & incendiis ac deprædationibus peractis, virorum & mulierum paruulorumque innumerabilem multitudinem miserabili & inaudita mortificatione trucidauit.* ANNALES HILDESHEIMENSES *ad ann.* 1028. CHRONOGRAPHVS SAXO *ad a.* 1030.

26) WIPPO *p.* 430. OTTO FRISINGENSIS *lib. VI. c. XXVIII.*

27) CHRONOGRAPHVS SAXO *ad an.* 1029. AVCTOR VITÆ MEINWERCI *c. CVIII.* ANNALES HILDESHEIMENSES *ad a.* 1031.

28) CHRONOGRAPHVS SAXO *ad a.* 1029. ANNALES HILDESHEIMENSES *ad a.* 1031.

29) ANNALES HILDESHEIMENSES *ad an.* 1031.

30) OTTO FRISINGENSIS c. l. *Misico dum Patrem imitari cogitaret, insuperque fratrem suum Ottonem expulisset, Rex tam profugum in Patriam reducturus, quam de contumace regni iniuriam vindicaturus, in Poloniam procinctum mouet. Misico Regis impetum ferre non valens, fractis quibusdam regni insignibus, ad Vlricum Boëmensium Ducem, qui & ipse tunc temporis hostis regni fuerat, fugit. Quem cum Vlricus Regi dare, & sic ad gratiam eius redire vellet, ipse, vt erat serenissimus, eum hoc modo a perfido Duce recipere noluit. Otto vero libere ducatu potitus, diadema, quod Pater eius ad ignominiam regni illicite fecerat, regi misit, seque per omnia ditioni eius subiecit. Ipse vero non multo post fraude armigeri sui vita priuatus est.* ALBERICVS *ad a.* 1026.

31) WIPPO *pag.* 477. ANNALES HILDESHEIMENSES *ad ann.* 1032. ANNALISTA SAXO *ad a.* 1031.

32) WIPPO c. l. *supradictus Bolislaus Dux Bolanorum mortuus, reliquit duos filios Misiconem & Ottonem. Misico dum fratrem suum Ottonem persequeretur, expulerat eum in Russiam. Dum ibi aliquantum tempus miserabiliter viueret, coepit rogare gratiam Imperatoris Conradi, vt ipso imperante & iuuante, restitueretur patriæ suæ. Quod dum Imperator facere vellet, decreuit, vt ipse cum copiis ex vna parte, ex altera frater Otto Misiconem aggrederentur. Hunc impetum Misico ferre non valens, fugit in Boemiam ad Vdalricum Ducem, cui tunc temporis imperator iratus fuerat. Sed ille vt sic placaret Imperatorem, voluit sibi reddere Misiconem; quod pactum sceleratum renuit Cæsar, dicens, se nolle inimicum emere ab inimico. Otto restitutus patriæ, & Dux factus a Cæsare; dum post aliquod tempus minus caute ageret, a quodam familiari suo clam interfectus est. Tunc Misico omnibus modis quærebat gratiam Imperatricis Giselæ, & reliquorum Principum, vt mereretur redire ad gratiam Imperatoris. Cæsar misericordia motus dedit sibi veniam, & diuisa prouincia Bolanorum in tres partes, Misiconem fecit Tetrarcham: reliquas duas duobus aliis commendauit: sic imminuta potestate minor facta est temeritas. Defuncto Misecone Casimirus filius eius fideliter seruiebat huc vsque Imperatoribus nostris.* OTTO FRISINGENSIS

functo Misicone, filius ipsius Casimirus fidus mansit Imperatori. 33)

§. V. Sub initium quoque Regiminis, a. 1025. Ernestus, Dux Alemanniæ, ipsius priuignus, Cuno, Dux Franconiæ, Fridericus Dux Lotharingorum, cum aliis plerisque contra Conradum Regem consenserunt, quos omnes Conradus parui pendens, iter suum in Italiam cum copiis destinauit. Ast, Ernestus iter eius prosecutus, Augustam Vindelicorum vsque peruenit, ibidemque interuentu matris suæ, Giselæ Reginæ, & fratris sui Heinrici, adhuc paruuli, aliorumque Principum, multum renuente Rege, vix in gratiam eius est receptus. 34) Hunc etiam postea de Campidonensi Abbatia inuestit, atque ad tutandam patriam remittit. 35) Anno 1027. idem Ernestus vna cum Friderico Lotharingo & Welfone, Altdorfensi Comite, nouam contra Imp. iniit conspirationem. Ernestus tamen cum se intellexisset a suis dimitti, & Fridericus morte præpropera esset defunctus cum Welfone, sine omni pactione Imperatori se reddidit: quem Cæsar in Saxonia in Castro Gibichenstein fecit custodiri. Quo facto, Imperator pertransiens Alemanniam, cunctos qui sibi rebelles fuerant, Vlmæ in deditionem recepit, & munitiones eorum deiecit. 36) Dux Conradus etiam se reddidit, quem Imperator in liberis custodiis aliquantum castigauit, destructisque munitionibus, quas optimas habuit, in gratiam illum recepit, totumque in honorem suum sibi restituit. 37) Tandem vero Ernestum, priuignum suum restitutum licet, Ingelheimi, eo quod promissa nollet adimplere, læsæ Maiestatis damnatum, atque ab Episcopis excommunicatum, Ducatu exuit, quem in Hermannum, fratrem eius transtulit. 38) Ernestus vero assumpto Wehelone, milite suo, cum aliis paucis perrexit in Franciam latinam ad Ottonem Campaniæ Comitem, propinquum suum. Nam mater Ottonis & mater Giselæ Imperatricis fuerant sorores. 39) Sed reuersus, ex Campania iterum in Alemanniam venit, ibique in nigra sylua moratus, Castrum Falckenstein cum Werinhero milite suo insidebat, locaque vicina cum incolis non minima

GENSIS VI. c. XXVIII. *At Misico a Rege exul factus, ad Imperatorem supplex venit, interuentuque Reginæ diuisa in tres partes Prouincia, tertiam partem ipse obtinuit. Ex hinc Prouincia illa Regibus nostris sub tributo seruire cognoscitur.* ANNALISTA SAXO *ad a.* 1032. ANNALES HILDESHEIMENSES vero *ad an.* 1032. de duplici saltim diuisione tradunt, narrantes: *sed Misiko statim domum redit, qui cognoscens sibi propter immoderatam sui insolentiam, quam prioribus annis exercuit, omnia quæ perpessus est merito euenisse, Legatos suos ad Imperatorem destinauit, tempusque semet præsentandi, condignoque satisfaciendi postulauit. Et post modum Imperatore consentiente Mersburg venit, & semet Non. Iulii in Imperatoriam potestatem, Coronæ scilicet ac totius regalis ornamenti oblitus, humiliter dedit. Quem Imperator clementius, quam ipse opinaretur, suscepit, eique & eius patrueli cuidam Thiedrico Regnum, quod ipse solus ante possederat, diuisit: quod ipse tamen postea solus iterum sibi vsurpauit.* Idem fere dicit CHRONOGRAPHVS SAXO *ad a.* 1032. Masouiam ista ætate accepisse Duces, Germanico Imperio obnoxios, testatur CONRINGIVS *de Fin. Imperii lib. II. c. XXIX. p.* 817. De tributo, præter OTTONEM FRISINGENSEM testatur MONACHVS TRVNWILERENSIS vita Ezonis & Mathildæ c. II. dicens: *patrata mox super Polonos expeditione, triumphatoque sub tributo Misechone cum tota Slauorum gente, victoriæ trophæum duplici quoque sub corona sortitus est.* Licet Polonici Scriptores hac de re tacceant, MARTINVS CROMERVS *lib. III. de reb. Polon. p.* 67. 68. hoc plane refutet, & GEORGIVS SCHVLTZIVS singulari schediasmate demonstrare conatus fuerit, Poloniam Imperio nunquam fuisse tributariam.

33) WIPPO c. l. CHRONOGRAPHVS SAXO *ad a.* 1034.

34) Verba sunt WIPPONIS *pag.* 471. HERMANNVS CONTRACTVS, ALBERTVS STADENSIS *ad a.* 1015. OTTO FRISINGENSIS VI. c. XXVIII. *circa idem tempus, consanguineus Regis Conradus Vangionum, & Ernustus, priuignus eius Sueuorum siue Alemannorum Duces, Regi cum multis aliis rebellare attendunt. Rex vero filio suo Henrico adhuc infantulo Rege post se designato, Italiam ingreditur: ad quem Ernustus Dux consilio matris suæ Reginæ venit, gratiamque suam eius auxilio promittens, se cum Rege in Italiam profecturum promittit.* HEPIDANNVS *ad a.* 1031.

35) WIPPO p. 471. *Ernestus Dux Alemanniæ, aliquantulum Regi militans, Campidonensem Abbatiam, licet contra fas & ius esset, liberam rem nisi liberaliter seruire, in beneficium accepit a Rege, & ad tutandam patriam honorifice remissus est.*

36) WIPPO *pag.* 473. MONACHVS WEINGARTENSIS *de Guelphis c. VI.* HEPIDANNVS *ad a.* 1032. ANNALISTA SAXO *ad a.* 1029. *Ernest Dux & Welf Comes Imperatori ad deditionem veniunt.*

37) WIPPO *p.* 474.

38) WIPPO *p.* 475. *Imperator Chuonradus apud Ingelheym, Pascha celebrauit. Ibi Ernestus, supra memoratus Dux Alemanniæ, a custodia solutus, Ducatum recepit, eo tenore, vt Wehelonem Militem suum, qui multis factionibus Regnum turbauerat, quasi hostem Reipublicæ, cum omnibus suis persequeretur, idque se facturum, cum sacramento confirmaret; Quod cum Dux facere nollet, hostis publicus Imperatoris diiudicatus est, & penitus Ducatu amisso cum paucis inde recessit. Imperator vero Ducatum Alemanniæ Hermanno, iuniori fratri eiusdem Ernesti dedit, eumque Warmanno, Constantiensi Episcopo, commendauit. Imperator vero, communi consilio omnium Principum Regni, eundem Ernestum; & cunctos iustitiæ & paci reluctantes, ab Episcopis excommunicari facit, eorumque res publicari iussit.* HERMANNVS CONTRACTVS vero ad a. 1030. *Ernist Dux exilio relaxatus, iterumque Imperator rebellans, cum aliis occiditur 16. Cal. Septembr.* Clarius adhuc OTTO FRISINGENSIS VI. c. XXIX. *Inde per Pyrenæum in Franciam rediens, denuo sibi Ducem Ernustum priuignum suum, consilio Comitis Werenharii rebellare nitentem audiuit. Quem censura iustitiæ ac viribus regalis excellentiæ terra marique pulsum, in syluis latitare coëgit, vbi postmodum a fidelibus Regis occisus est, eiusque ducatum Hermannus frater eius accepit.* GOTFR. VITERB. *p. XVII. p.* 332. ALBERICVS *ad an.* 1029. HERMANNVS CONTRACTVS *ad a.* 1030.

39) Verba sunt WIPPONIS p. 476.

40) WIPPO

ma clade adfligebat. 40) Verum, cum Manegoldo Comite conserto prœlio XVI. Kal. Septembris victus fuit & occisus. 41)

§. VI. Sequuntur Italicæ expeditiones. An. 1026. quidem, postquam filium suum, Henricum puerum, circa natalitias Christi 1025. Regem post se designasset, illumque Brunoni, Augustensis Ecclesiæ Episcopo in tutelam commendasset, 42) ad instantiam Heriberti Mediolanensis 43) Archiepiscopi, prima vice 44) Italiam intrauit, & postquam Ticinenses, qui palatium Regium destruxerant, 45) admodum adflixisset, 46) Luccam, resistente licet ipsi Regimherio Marchione, 47) ad deditionem compulisset, Mediolanum ingressus, coronam regni Italici suscepit. 48) Hinc a. 1027. Romam veniens, a Ioanne Papa & vniuersis Romanis regio honore fuit susceptus, & in die Paschatos qui eo anno, VII. Cal. Aprilis terminabatur, a Romanis ad Imperatorem electus, præsente Canuto Anglorum, & Rudolpho Burgundiæ Rege, 49) Imperialem benedictionem a Ioanne Papa suscepit. Quin etiam Regina, Gisela, Imperatricis consecrationem & nomen ibidem accepit. 50) Exortæ hac occasione Romanos inter atque Germanos fuerunt turbæ, ab his tamen victoria fuit reportata. 51) Postera die Romani, qui seditionem commouerant, ante Imperatorem venientes nudatis pedibus, liberi, cum nudis gladiis, serui, cum torquibus

40) WIPPO p. 476. HEPIDANNVS *ad an.* 1036. OTTO FRISINGENSIS *lib. VI. c. XXIX. Ernestum censura iustitiæ ac viribus regalis excellentiæ terra marique pulsum, in siluis latitare coëgit Conradus.*

41) HERMANNVS CONTRACTVS *ad a.* 1030. HEPIDANNVS *ad a.* 1036. WIPPO *c. l.* STVMPF *Chron. Heluet. c. XL.* FRANC. GVILLIMANNVS *lib. IV. Habsburg c. III.* ANNALISTA SAXO *ad a.* 1029. *In Alamannia Ernest Dux & Werinherus Comes cum aliis multis occiduntur.*

42) VVIPPO *pag.* 471. HERMANNVS CONTRACTVS, MARIANVS SCOTVS *ad an.* 1026. Hi scriptores equidem hanc designationem ad ann. 1026. referunt. Verum factum hoc fuit circa Natalem Domini, de quo CHRONOGRAPHVS SAXO ad a. 1026. *Rex natalem Domini Leodii celebrauit, & Heinricum filium suum Regem fecit*, ANNALISTA SAXO *ad a.* 1026. annum vero tunc a natali Christi incoaret, ad eundem erit referendum VVIPPO p. 433. *Inchoante anno natiuitatis Christi MXXVII. Rex Conradus in Iporegia ciuitate natalem domini celebrauit.*

43) VVIPPO pag. 469 *Anno primo regni sui Chonradus Rex diem sanctam pentecostes in Constantia ciuitate celebrauit. Ibi Archi-Episcopus Mediolanensis, Heribertus, cum ceteris optimatibus Italicis Regi occurrebat, & effectus est suus, fidemque sibi fecit per sacramentorum & obsidum pignus, vt, quando veniret cum exercitu ad subiiciendam Italiam, ipse eum reciperet, & cum omnibus suis ad dominum & Regem publice laudaret, statimque coronaret. Similiter reliqui Longobardi fecerant.*

44) VVIBERTVS *Vita Leonis IX. lib. I. c. VII.* expeditionem in an. 1025. reiicit. Verum, rectius HERMANNVS CONTRACTVS ad an. 1026. *Rex circa tempus quadragesimæ cum exercitu Italiam adiit, & pascha Vercellis acto &c.* VVOLFHERVS *Vita S.* Godehardi c. IV. *Rex ad purificationem S. Mariæ Augustæ mansit. Inde iter suum ad partes Italiæ direxit, & proximum pascha Versellis prospere celebrauit.*

45) ARNVLPHVS MEDIOLANENSIS lib. II. Gest. Mediol. c. I. *Papienses, in vltionem incensæ vrbis, regium, quod apud ipsos erat, destruxere palatium.* ADEMARVS CABANNENSIS *pag.* 182. *Longobardi fine Imperatoris* (Henrici S.) *gauisi, destruunt palatium Imperiale, quod erat Papiæ.*

46) VVIPPO p. 471. *Rex Papienses in gratiam recipere noluit, quia palatium, quod destruxerant in loco, vbi prius fuerat, reædificare adhuc renuebant. - - - Grande malum factum est in Italia propter contentiones Papiensium. Multæ eorum ecclesiæ in circuitu cum ipsis castellis incensæ sunt & populus, qui illuc confugerat, igne & gladio periit, agri vastati sunt, vineæ truncabantur, exitum & introitum Rex prohibebat, nauigium abstulit, mercimonia vetuit, & sic per biennium omnes Ticinenses afflixit.*

47) HEPIDANNVS ad a. 1032. *Rex Italiam sibi pene totam cis Romam subiugauit, sola Luca sibi resistente cum Reginbaro Marchione.* OTTO FRISINGENSIS lib. V. c. XXVIII. *Rex Reginberum Marchionem cum ciuibus Luccensibus obuiam habuit, susceptisque ad deditionem omnibus ad vrbem ita tendit.*

48) Singulare est, quod de coronatione Conradi Italica narrat SIGONIVS *lib. VIII. ad a.* 1026. dicens: *primo vere expedito cum exercitu, in Italiam transiit. Ibi, ab Hereberto rogatus, Paschate Vercellis acto, Mottenses, qui in armis erant, inuasit, atque eis, vixdum inito prælio, fessis veniam patriamque petentibus, haud grauate, ipso permittente Archiepiscopo gratiam patriamque restituit. His ita gestis magno inde honore Mediolanum intrauit, & regium, ab Archiepiscopo, Diadema suscepit. Inde Modoetiam progressus, ibi iterum coronari se, veteri renouata consuetudine petiit, & cum id necessarium esse Herebertus negaret: se Caroli Magni, & posterorum eius exemplo, permoueri respondit. Conradum inde imitati Posteri, ac successores eius plerique Modoetiensem quoque Coronam appetiuerunt, quam Coronam Mediolanensem inuidia perciti ad contemtum, Palearem vocarunt.* Huius tamen facti memoriam apud antiquos reperire nondum licuit.

49) ADAMVS BREMENSIS Hist. Eccles. lib. II. c. XLVII. *Rex regio fastu Italiam ingressus, cum Regem itineris sui habens comitem, potentia trium regnorum barbaris gentibus valde terribilem.* Epistola Canuto ad Anglos missa apud GVILELMVM MALMESBVRIENSEM *lib. II. c. XI.* & INGVLPHVM *p.* 893. VVIPPO p. 472. *Rudolphi, Regis Burgundiæ, legati* (Iporegiam) *venerunt, promittentes, illum Romam venturum ad electionem & consecrationem Imperatoriam Regis Chuonradi, quod Rex gratanter accepit.*

50) Verba sunt VVIPPONIS *p.* 473. OTTO FRISINGENSIS VI. c. XXIX. *anno ab incarnatione Domini MXXVII. Conradus Romam veniens in ipsa die Paschalis solennitatis inter duos Cinttonem Anglorum, & Reginæ Gisilæ auunculum Rudolphum Burgundiæ Reges, honorifice procedens, a summo Pontifice Ioanne coronatus, ab omni populo Romano Imperatoris & Augusti nomen sortitur.* ANNALISTA SAXO, HERMANNVS CONTRACTVS, LAMBERTVS SCHAFNABVRGENSIS, SIGEBERTVS GEMBLACENSIS, CHRONOGRAPHVS SAXO *ad a.* 1027. HEPIDANNVS *ad an.* 1033. AVCTOR VITÆ MEINVVERCI *c. XLVII.*

51) VVIPPO p. 475. *in ipsis diebus Paschalibus inter Romanos & Teutonicos pro vili causa orta est seditio magna. Contendebant duo pro corio bouis, cumque se inuicem pugnis cædere cepissent, totus exercitus*

quibus vimineis circa collum, quasi ad suspensionem præparati, vt Imperator iussit, satisfaciebant. 52) Hinc in Apuliam processit, & Beneuentanum, & Capuam, ac reliquas Ciuitates illius Regionis, seu vi, siue voluntaria deditione sibi subiugauit, & Normannis, qui de patria sua, nescio qua necessitate compulsi, in Apuliam confluxerant, ibi habitare licentiam dedit, & ad defendendos terminos Regni, aduersus Græcorum versutias, eos Principibus suis coadunauit. 53) Exorta seditione valuasorum & militum gregariorum contra dominos suos, Conradus sub finem anni 1036. iterum cum Henrico filio Italiam fuit ingressus, atque celebratis Domini natalitiis, Mediolanum peruenit, 54) inde Romam porrexit, atque Benedictum IX. Papam a Romanis expulsum restituit. 55) Hinc habito Papiæ generali conuentu, dum quamplures Italici Heribertum, Mediolanensem Archiepiscopum pro multis caussis, quibus eos offenderat, appellarent, Imperator, vocato Archiepiscopo præcepit, vt satisfaceret omnibus. Quod, dum Archi-Episcopus renueret, iniurius potius esset erga Imperatorem, 56) sensit Imperator, omnem illam Italiæ coniurationem ipsius consilio esse factam, maxime, dum cum aliis, Ottonem Campaniæ Comitem in Italiam vocasset, 57) illum comprehendit, atque in sua retinuit potestate, 58) ipsumque Archiepiscopali dignitate priuauit, quam Mediolanensi Canonico Ambrosio contulit. 59) Licet iste Heribertus defuncto Imp. cum filio ipsius & successore in gratiam iterum redierit. 60) Tres etiam Episcopi, Vercellensis, Cremonensis, Placentinus apud Imp. sunt accusati, quos Imp. comprehensos fecit exulare. 61) Parmensem vrbem ob tumultum concitatum, a. 1038. cremauit. 62) Ciuitatum Apuliæ dissensionem cum Normannis sedauit, 63) Pandulphum Capuæ Principem, quem ex captiuitate liberauerat,

ercitus Imperatoris commotus est: & armati equites & pedites, ex vtraque parte conuenerunt, ibi interfectus est ex nostra parte quidam iuuenis nomine Berengarius, filius Lutoldi Comitis de Alemannia, multum nobilis & bellicosus nimis. Romani diu resistentes, ad extremum victi fugerunt, & innumerabiles ex illis perierunt. OTTO FRISINGENSIS VI. c. XXIX. *in ipsa vero Paschali hepdomada, tumultu orto inter milites Imperatoris & ciues, grauis pugna committitur: cæsisque multis, Romanis fugientibus, Imperator victoria potitur.*

52) Verba sunt VVIPPONIS c. l.

53) Verba sunt VVIPPONIS l. c.

54) Hæc late narrat VVIPPO p. 479. sqq. OTTO FRISINGENSIS *VI. c. XXXI. non multo post ad sedandam ignobilis vulgi contumaciam qui bene Principibus præualuerunt, Italiam ingreditur: natalemque Domini celebrans, per Brixiam ac Cremonam Mediolanum venit, eiusdemque vrbis Episcopum, eo quod coniurationis erga eum factæ reus diceretur, cepit, ac Pupioni Aquileiensium Patriarchæ custodiendum commisit. Episcopus vero clam elapsus aufugit. Eapropter Imperator Paschate Domini Rauenna celebrato, verno tempore præfatæ ciuitatis territoria vastans, multa castra partim vi capta destruxit, partim in deditionem accepit. Inde Cremonam veniens, Romanum Pontificem obuiam habuit: quem cum multo honore susceptum & habitum dimisit, & ipse declinando calorem montana loca subiit.* Et paulo post: *ea tempestate Placentinus, Vercellensis, Cremonensis Episcopi, dubium vtrum licite an secus, maiestatis rei iudicati, in exilium deportantur, proximo dehinc Imperatore natale Domini Parmæ celebrante, tumultu orto, dapifer Regis necatur. Qua de re commotus Princeps, omnium nisu Vrbem impugnat. Quibus autem fortiter defendentibus sed tamen impetum Regis diutius ferre non valentibus, fusi multi, tandem misera ciuitas crematur.* HERMANNVS CONTRACTVS, ANNALES HILDESHEIMENSES, CHRONOGRAPHVS SAXO, ALBERICVS & LEO OSTIENSIS *lib. II. c. LXV.* HEPIDANNVS *ad ann.* 1041.

55) GLABER RODVLPHVS lib. IV. cap. IX. *Quidam de principibus Romanorum conspirantes in Papam Romanum, cupientes illum interimere, sed minime valentes, a sede tamen propria expulerunt. Sed Imperator illuc proficiscens, propria sedi restituit.*

56) CHRONOGRAPHVS SAXO ad a. 1037. *Cæsar, Alpes transcendens, cum regni illius maioribus conuentum tenuit, de corrigenda republica. Contigit quoque & Mediolanensem Episcopum, qui eidem Colloquio interfuit, ab Imperatore de quadam infidelitatis nebula notari, & a comprouincialibus in multis accusari. Cumque ab Imperatore admoneretur, vt talia emendaret, primo secessum petiit, indeque regrediens, spiritu arrogantiæ perflatus audenter ait: Si quid in proprietate ecclesiæ sancti Ambrosii inuenerit, vel quoquo modo adquisiuerit, se semper vita comite firmiter habiturum, nec vllius iussione, siue petitione, vel minimum quidquam dimissurum. A primatibus autem vt vel solam Cæsaris personam exciperet admonitus, prædictum sermonem iterando perorauit.*

57) CHRONOGRAPHVS SAXO ad a. 1037. *Heribertus consentientibus sibi tribus Episcopis, missis clam nuntiis, cum Ottone, Burgundiæ tyranno, consiliatur, quomodo ipse in Romanum Imperium suo suorumque iuuamine Augusto necato introducatur.* GLABER RODVLPHVS *c. l.*

58) VVIPPO *p.* 480. ARNVLPHVS MEDIOLANENSIS *c. l.*

59) VVIPPO, ARNVLPHVS MEDIOLANENSIS *cc. ll.*

60) ANNALISTA SAXO ad an. 1040. *illuc etiam* (Ingelheimum) *post Pascha Metropolitanus Mediolanensis aduenieus, & de omni sua controuersia, quam contra Imperatorem Conradum exercuit, satisfaciens, interuentu Principum gratiam Regis promeruit, & iterum iuramentis pacem fidemque se seruaturum affirmauit; sicque Regem Agrippinam prosecutus, inde ad patriam cum Pace simul & gratia Regis remeauit.*

61) ANNALES HILDESHEIMENSES ad an. 1037. VVIPPO *c. l.* ANNALISTA SAXO ad ann. 1037.

62) OTTO FRISINGENSIS lib. VI. c. XXXI. *Imperatore natale domini Parmæ celebrante, tumultu orto dapifer Regis necatur. Qua re commotus Princeps, omnium nisu vrbem impugnat. Ciuibus autem fortiter se defendentibus, sed tamen impetum Regis diutius ferre non valentibus, fusis multis tandem misera ciuitas trematur.* ANNALES HILDESHEIMENSES ad a. 1038. *Parmenses pro insolentiæ temeritate cum ciuitate omnibusque suis præda igne ferro perierunt.* ANNALISTA SAXO *ad a.* 1038.

63) ALBERICVS ad an. 1038. *Normanni in Apuleia copiis suis a Normannia paulatim adauctis ad inuadendam Apuleiam fortitudine sua & Italorum imbecillitate animati, castellis & vrbibus, aut dolo aut virtute captis, in Apulia potenter agunt, vicinisque gentibus terrorem sui nominis incutiunt.* WIPPO *pag.* 482. *Imperator ad terminos Imperii sui*

rat, restituit, 64) verum, dum Ecclesiæ Casinensi & subditis suis nimium grauis esset, Principatu priuauit, & Guaimerio, Salernitano Principi Capuani tradidit Principatus honorem. 65)

§. VII. Anno 1027. noua pacta de successione in Burgundiæ regnum iniit. Mortuo enim Henrico II. Imp. Rudolphus Rex promissa sua irrita fieri voluit. Conradus autem Basileam sibi subiugauit, vt animaduerteret, an Rex Rudolphus promissa attenderet, quos postea Gisela Augusta, filia sororis ipsius regis Rudolphi inuicem conciliauit. 66) Hinc in Italiam tendens, Rudolphi regis legati ad eum venientes, promiserunt, Regem suum Romam venturum ad consecrationem Conradi, quod Rex gratanter accepit. 67) Imperator autem factus a. 1027. pertransiens Alemanniam, cunctos qui sibi rebelles fuerant, in deditionem recepit, munitiones eorum deiecit: & perueniens vsque ad Basileam, Rudolphum Regem Burgundiæ alloquitur: qui illic sibi occurrebat, extra vrbem, iuxta vicum, qui Miltenha dicitur: & habito familiari colloquio, Imperator Regem secum duxit in vrbem. Confirmata inter eos pace, Gisela Imperatrice hæc omnia mediante, regnoque Burgundiæ Imperatori tradito, eodem pacto, quemadmodum prius antecessori suo, Henrico Imperatori datum fuerat: Rex iterum donis ampliatus, cum suis reuersus est in Burgundiam. 68)

§. VIII. Moribundus Rudolphus, a. 1032. diadema regni vna 69) cum lancea S. Mauritii, quod insigne erat regni Burgundici, 70) transmisit, Conradum, eiusdemque filium Henricum hoc ipso designans successores. Otto quidem Campaniæ Comes Thebaldi Carnotensis Comitis filius, nepos Rudolphi ex sorore Bertha, 71) regnum inuadebat 72). Sed electus Conradus a Proceribus & omni populo atque in die purificationis Mariæ a. 1033. in monasterio Paterniaco a Maioribus & Minoribus Regni ad regendam Burgundiam electus est, & in ipsa die pro Rege coronatus. 73) Licet solennis postmodum coro-

sui perueniens, Troiam, Beneuentanum, & Capuam, aliasque ciuitates Apuliæ lege & iustitia stabiliuit, dissensiones, quæ erant inter Nortmannos extraneos & indigenas sola iussione sedauit, & cunctis offensionibus de regno sublatis, feliciter reuersus.

64) LEO OSTIENSIS *lib. II. c. LVIII.*

65) PETRVS DIACONVS *Vita SS. Guinizonis & Ianuarii cap. I. §. III.* LEO OSTIENSIS *lib. II. c. LVIII. LXV.*

66) WIPPO *p.* 470.

67) WIPPO *p.* 472.

68) WIPPO *p.* 474.

69) HERMANNVS CONTRACTVS ad ann. 1032. *Rudolphus, Rex Burgundiæ, ignauus obiit, & Cuonrado Imperatori diadema suum transmisit. Cuius regnum Odo, sororis suæ filius, princeps Gallicæ Campaniæ, inuasit:* SIGEBERTVS GEMBLACENSIS ad a. 1043. *Burgundionibus non desistentibus a consueta contra Regem suum insolentia, Rex Rudolphus Regnum Burgundiæ Conrado Imperatori tradidit, quod, a tempore Arnulphi Imperatoris, per annos plus quam centum triginta, Gentis suæ Reges tenuerat, sicque Burgundia iterum redacta est in Prouinciam.* MARIANVS SCOTVS *ad a.* 1032. ALBERICVS, ANNALISTA SAXO *ad a.* 1034. ALBERTVS STADENSIS *ad a.* 1032. 1033. MONACHVS HAMERSLEBIENSIS *apud* MADERVM *p.* 141. Filio autem eius Henrico diadema transmissum esse, docet OTTO FRISINGENSIS *VI. c. XXX.* dicens: *Rudolphus, Burgundiæ, seu Galliæ Lugdunensis Rex moriens, Henrico, filio Regis, nepoti suo, Regnum cum diademate, aliisque insignibus, sub testamento reliquit.* Idem lib. II. de Gestis Friderici I. c. XXIX. *Reinaldus iste, de antiqua & illustri Burgundionum prosapia originem trahens, illius Burgundiæ Comes dicebatur, quæ olim, a Rudolfo Rege, Imperatori Henrico Conradi filio, cum Testamento relicta, Regnum erat,* GOTFRIDVS VITERBIENSIS p. XVII. p. 332. *Radulphus, Burgundiæ Rex, moriens, Henrico filio Imperatoris Conradi, nepoti suo, Regnum cum Corona, aliisque insignibus, sub testamento reliquit.* Vtrique relictum fuisse, adserit WIPPO pag. 477. de Odone dicens: *eo modo magnam partem Burgundiæ distraxit, licet regnum Burgundiæ Cunrado Imperatori, & filio Eius, Henrico, Regi, a Rege, postquam ipse Rudolpho superstes non esset, per iusiurandum iamdudum confirmatum esset.*

70) HVGO FLAVINIACENSIS Chronico n. XXIX. pag. 185. *Rudolphus vero Rex absque liberis existens, Conrado Imperatori Burgundiæ regnum dereliquit, dans ei lanceam S. Mauritii, quod erat insigne regni Burgundiæ.*

71) GLABER RODVLPHVS lib. III. c. IX. *Odo nepos fuit illius Tebaldi, Carnoti Comitis, cui cognomen tricator fuit.* HVGO FLAVINIACENSIS Chron. Virdun. p. I. p. 134. *Bertam Conradi filiam accepit Odo, Tetbaldi Carnotensis filius, ex qua genuit Odonem, qui apud Barrum obiit. Tetbaldus enim Carnotensis, cuius cognomen fuit tricator, qui Willelmum Normannorum dolo interfecit, ex sorore Heriberti, Trecarum Comitis, genuit hunc Odonem qui Bertam accepit, ex qua natus est Odo, qui apud Barrum obiit.*

72) HVGO FLAVINIACENSIS c. l. *Rudolpho vero defuncto, & Conrado regno petito, Odo, quia erat ex sorore Rodulfi, sumpta tyrannide ad regnum coepit aspirare: & qui erat acris animi & ferocis ingenii, frequentibus irruptionibus irrupit fines Burgundiæ, obtinuitque ciuitates & castella vsque ad Iuram & montem Iouis, & magnus factus est vehementer. Obsedit quoque Viennam, quam ea conditione in fœdus recepit, vt præstituto termino in eadem vrbe Rex appellari & coronari debuisset.* WIPPO pag. 477. *Anno Domini 1032. Rudolphus, Rex Burgundiæ, Auunculus Giselæ Imperatricis, obiit in pace, cuius regnum Comes Odo, Francigena, filius sororis suæ, inuasit, & quædam castra munitissima, siue Ciuitates, seu dolo, seu bello, ceperat: nec se Regem ausus est facere, nec tamen Regnum voluit dimittere. Referebat quidam, illum dixisse sæpe, quod nunquam Rex fieri, sed tamen semper Magister esse Regis vellet. Eo modo magnam partem Burgundiæ distraxit.* SIGEBERTVS GEMBLACENSIS ad ann. 1035. *Odo Campanensis Regnum Rodulphi Regis, auunculi sui, a Conrado Imperatore, nepote suo, repetens, vt sub eo regat Burgundiam efflagitat.* HERMANNVS CONTRACTVS *ad a.* 1032. HEPIDANNVS *ad a.* 1038.

73) WIPPO p. 478. *Anno Domini MXXXIII. Imperator Cunradus cum filio suo rege Henrico natalem Domini in Argentina ciuitate celebrauit: Inde collecto exercitu per Solodurum Burgundiam intrauit, & veniens ad Paterniacum monasterium in purificatione Sanctæ Mariæ, a maioribus & minoribus regni, ad regendam Burgundiam electus est: & in ipsa die pro rege coronatus est. Deinde quædam castella quæ Odo inuaserat, obsedit, sed propter nimiam asperitatem*

coronatio eodem anno in festiuitate S. Petri ad vincula, ab Heriberto Mediolanensi Archiepiscopo Geneuæ fuerit facta. 74) Hinc non solum castella, quæ Otto inuaserat, obsedit, sed etiam ipsius Comitatum Campaniæ inuadens, illum eo adegit, vt ipse Otto necessitate compulsus, humiliter veniens, quæreret veniam, promittens Burgundiam dimittere. 75) Dum autem Otto nondum omnem dimitteret Burgundiam, Conradus eandem intrauit, castrum munitum, Murat occupauit, & acceptis a Principibus Burgundiæ obsidibus, rediit in Germaniam. 76) Otto vero a. 1037. denuo mouit, & Viennam obsedit, quam ea ratione in fœdus recepit, vt præstituto termino, in eadem vrbe Rex appellari & coronari debuisset. 77) Intra hunc terminum, expeditionem mouit in Lotharingiam, & collecto vndecunque exercitu permaximo, conscendit in Tullensem pagum, quem iam sæpius fuerat depopulatus, 78) Barrum occupauit, 79) immo, corde elato, Aquisgranense palatium inuadere decreuit, seque natiuitate domini inibi sessurum præiactauit. 80) Verum, eodem anno, a Gozelone, Lotharingiæ Duce, & filio ipsius Godefrido & Gerhardo Comite, atque a militia Episcopi Metensis iuxta Barrum pugna commissa, cum illo fugiendo interfectus est. 81) Tandem vero a. 1038. Proceribus & omni populo collaudante, filio suo Henrico regnum Burgundiæ tradidit, eidemque fidelitatem denuo fecit iurare. 82)

§. IX. Anno 1027. Conradus Dux, patruelis eius, prius rebellis se reddidit, quem Imperator in libera custodia aliquantum castigauit, destructisque ipsius munitionibus quas optimas habebat, in gratiam illum recepit, totumque in honorem suum restituit. Adelberone etiam Carinthiæ Duce Maiestatis reo, cum filiis in exilium misso, Ducatum ipsius in Comitiis Augustanis ab Imp. suscepit. Inde fidus Imp. eiusque filio Henrico, quo-

speritatem hyemis, quæ tunc fuerat, valde impediebatur. OTTO FRISINGENSIS *VI. c. XXXI.*

74) WIPPO p. 478. *eiusdem anni* (1033.) *æstate Imperator cum exercitu suo super Odonem Comitem in Gallias Francorum venit, dicens, si Odo in Burgundia res alienas iniuste quæreret, de suo proprio, iuuante Deo, aliquid perdere deberet. Tunc in regno Henrici regis Francorum, in prædiis tamen & beneficiis Odonis tantas deuastationes & incendia fecit Imperator, vt ipse Odo necessitate compulsus humiliter veniens, quæreret veniam, promittens, Burgundiam dimittere, & secundum iussionem illius sibi satisfacere. Sic Imperator cum suo honore, & Odonis damno reuersus est.*

75) HEPIDANNVS ad a. 1040. *Chuonradus Imperator iterum Burgundium cum exercitu intrauit, & omnia municipia cum ciuibus vsque ad Rhodanum fluuium suæ ditioni subegit, Geneuamque peruenit. Ibi vero ab Heriberto Mediolanensi Archi-Episcopo, cæterisque Italiæ & Burgundiæ principibus honorifice susceptus, in festiuitate S. Petri ad vincula, coronatus producitur, & in regnum Burgundionum Rex eligitur.* Licet in computandis annis non adeo sit accuratus. Sequitur ipsum IO. STVMPFIVS *Chron. lib. IV. c. XL.* WALDKIRCH *Eydgenossische Bunds- und Staats-Historie p. I. p.* 113.

76) WIPPO p. 478. *huius anni* (1034.) *æstate cum Odo præfatus promissa non attenderet, sed adhuc quandam partem Burgundiæ, quam iniuste inuaserat, obtineret: Imperator Cunradus, expeditis Teutonicis & Italis, Burgundiam acute adiit: Teutones ex vna parte, ex altera Archiepiscopus Mediolanensis Heribertus & cæteri Italici, ductu Huperti Comitis de Burgundia, vsque Rhodanum fluuium conuenerunt. Augustus veniens ad Geneuensem ciuitatem, Geroldum principem regionis illius, & Archiepiscopum Lugdunensem atque alios quamplures subegit: & reuersus castrum Murat cum fortissimis militibus Odonis munitum obsidens, vi coepit, & quos intus inuenerat, captiuos duxit. Cæteri fautores Odonis hoc audientes, solo timore Cæsaris fugerunt: quos persequutus Cæsar omnino exterminauit de regno, & acceptis de principibus Burgundiæ multis obsidibus, rediit per Alsatiam ad Imperatricem. Nam dum ille in Burgundiam pergeret, Imperatrix secuta est eum vsque Basileam.* HERMANNVS CONTRACTVS *ad a.* 1033. 1034. ANNALES HILDESHEIMENSES *ad a.* 1034.

77) HVGO FLAVINIACENSIS *p. II. Chron. Verdun. p.* 185.

78) HVGO FLAVINIACENSIS *c. l.* GLABER RODVLPHVS *lib. III. c. IX.* WIBERTVS *Vita Leonis IX. lib. I. c. XIV.*

79) ANNALES HILDESHEIMENSES *ad a.* 1037. GLABER RODVLPHVS *c. l.*

80) CHRONOGRAPHVS SAXO ad a. 1037.

81) Verba sunt WIPPONIS pag. 481. HERMANNVS CONTRACTVS ad an. 1037. *ipso anno pugna inter Odonem, Gallicæ Campaniæ principem, & Gozzilonem Lotharingorum Ducem, commissa, Odo victus, & cum suis fugatus, in ipsa fuga peremtus interiit.* Factum hoc esse d. XVI. Decembris ex NECROLOGIO Monasterii S. Petri Carnotensis demonstrat IO. MABILLONIVS *Tom. IV. Annal. Benedict lib. VII. n. LXXXII. p.* 415. De eodem testantur WIBERTVS *vita Leonis IX. c. l.* ARNVLPHVS MEDIOLANENSIS *lib. II. c. IX.* HVGO FLAVINIACENSIS *Chron. Verdun. p. II. pag.* 185. LAMBERTVS SCHAFNABVRGENSIS *ad a.* 1037. BLONDELLVS *Barro Campano-Francico p.* 11. 12. IO. IAC. CHIFFLETIVS *in Comment. Lothariensi p.* 5. ANNALISTA SAXO *ad a.* 1037. *Vrbem Imperatoris, quæ Bera dicitur, sitam in Lotharingia iuxta Marcam Gozelonis Ducis filiique eius Godefridi, circum quaque debacchatus prædando obsedit, iuxta quam ab hisdem Ducibus occupatus consertoque prælio inter primos inglorius occubuit. Ab ipsis sane victoribus ignoratus, in carsinum inter vulgus inuentus est nudus vita pariter & regno, quod affectabat, spoliatus.*

82) WIPPO pag. 482. *eiusdem anni* (1038.) *autumno Burgundiam adiit, & conuocatis cunctis Principibus regni, generale colloquium habuit cum eis: & diu desuetam atque pene deletam legem tunc primum Burgundiam prælibare fecerat. Transactis tribus diebus generalis colloquii quarta die, primatibus regni cum vniuerso populo laudantibus, atque rogantibus, Imperator filio suo Heinrico regi regnum Burgundiæ tradidit, eique fidelitatem denuo iurare fecit. Quem Episcopi cum cæteris Principibus in ecclesiam Sancti Stephani, quæ pro capella Regis Soloduri habetur, deducentes hymnis, & canticis Deum laudabant, populo clamante, & dicente, quod pax pacem generaret, si rex cum Cæsare regnaret.* HEPIDANNVS *ad a.* 1044.

83) WIPPO

quousque vixit, permansit. 83) Mortuo quoque eodem anno Henrico, Bauariæ Duce, filio suo cognomini, cum Principum consensu Bauariam commendauit. 84) Anno 1028. filium suum Henricum, magni ingenii, & bonæ indolis puerum, ætate vndecim annorum, biennio ante Regem designatum, Principibus regni cum tota multitudine populi id probantibus, a Piligrino, Archiepiscopo Coloniensi, in Regalem apicem apud Aquisgrani Palatium fecerat sublimari. 85)

§. X. Anno 1030. Stephanus Vngariæ Rex, qui Giselam, Henrici II. Imp. sororem habebat in matrimonio, pro Henrico filio suo, eo quod mater exinde oriunda, Bauariam petebat, eandemque armata manu inuadebat. Hunc tamen insequente anno, mediante Henrico Rege, filio suo in gratiam & amicitiam iterum admittit. 86) A. 1032. Slaui, auctore Godeschalco rebellantes, in Saxonia omnia ferro igneque depopulantur. 87) Imperator vero collecto de Saxonibus exercitu, super Slauos Lutitios venit, horum incursiones vt compesceret, construxit castrum Wirbinam, in quo præsidia militum locabat, & Principes Saxoniæ, vt vnanimiter resisterent paganis, sacramento, & imperiali iussione constringebat. Deinde reuersus est in Franciam. Sequenti vero anno idem castrum a Paganis dolo captum est, & plures qui in eo erant occisi. Hinc commotus Imperator, iterum cum exercitu ad Albim fluuium venit, & ita fugatis hostibus, ipse per ripam liberam ingrediens regionem, immensis deuastationibus & incendiis sic humiliauit eos, vt censum, ab antiquis Imperatoribus propositum & iam auctum, Conrado Imp. postea persoluerent. 88)

§. XI. Idem Imperator anno 1036. cum Rege Danorum Canuto, mediante Archiepiscopo Vnwano, pacem fecit, cuius & filiam, filio suo deposcens vxorem, dedit ei Ciuitatem Slesuicum, cum marchia, quæ trans Eidoram est, in fœdus amicitiæ; quæ ex eo tempore fuit Regum Daniæ. 89) An. 1038. filio suo Henrico Ducatum Alemanniæ, post mortem Hermanni iunioris contulit. 90) An 1039. Ludouico Barbato Thuringiæ Landgrauiatum vna cum parte vastæ solitudinis Loybe, villa Altenburg & certo territorio concessit. 91) Anno 1033. Friderico Mosellanorum Duce mortuo, quia mares filios non habebat,

83) WIPPO pag. 474. CHRONOGRAPHVS SAXO ad an. 1026. *Imperator natalem Domini Argentinæ seruauit, purificationem beatissimæ Dei genitricis Mariæ, Augustæ peregit, vbi publicum conuentum tenuit, in quo Conradum patruelem suum Ducem Carentinorum constituit, a quo ducatu priori anno Adelberonem maiestatis reum amouit.* ANNALISTA SAXO & ANNALES HILDESHEIMENSES hæc perperam referunt ad a. 1036.

84) VITA MEINWERCI c. 97. *natiuitatem S. Iohannis Baptistæ nouus Imperator in Imbriboli* (Ratisbonæ) *celebrauit, vbi, in bona senectute defuncto Heinrico, duce Baioariæ, fratre Imperatricis Cunigundæ, filio suo Henrico, eundem Ducatum, Principum delectu, commendauit.* Idem dicit AVCTOR VITÆ GODEHARDI *apud* LEIBNITIVM *Tom. I. p.* 493. CHRONOGRAPHVS & ANNALISTA SAXO *ad a.* 1027. ANNALES HILDESHEIMENSES *ad h. a. Cuonradus Rex in Pascha Romæ Imperator factus est. Et filius eius Henricus Rex Dux Baioariæ esse cæpit.*

85) Verba sunt WIPPONIS p. 475. qui addit: *tunc in principali Dominica Paschæ consecratus, & coronatus, Paschalem lætitiam triplicauit. Nam dum in superioribus annis duas coronas, id est, Patris & matris suæ, mundus veneraretur, nunc tertia addita.* VITA S. GODEHARDI cap. IV. *natale Domini festum Imperator Leodii celebrauit, Pascha vero Aquisgrani festiue feriauit, vbi & filius eius, Henricus, Regalis nominis coronam, a Piligrino Archiepiscopo, Cleri plebisque electione honorifice percepit.* VITA MEINWERCI c. 99. LAMB. SCHAFNABVRGENSIS, HERMANNVS CONTRACTVS, CHRONOGRAPHVS & ANNALISTA SAXO, CHRONICON LEODIENSE *ad an.* 1028. HEPIDANNVS *ad a.* 1034.

86) WIPPO p. 476. *eodem tempore multæ dissensiones inter gentem Pannonicam & Baioarios, culpa tamen Baioariorum factæ sunt: ita vt Stephanus rex Vngarorum multas incursiones & predas in regno Noricorum id est Baioariorum faceret: vnde commotus Imperator Chuonradus cum grandi exercitu super Vngaros venit: Rex autem Stephanus minime sufficiens aduersus Imperatorem, orationibus & ieiuniis in vniuerso regno suo indictis, præsidium Domini tantummodo flagitabat. Imperator tam munitum regnum fluuiis & syluis intrare non valens, multis tamen prædationibus, incendiis circa terminos regni iniuriam suam satis vlciscens, reuersus est: volens tempore opportuniori cœpta sua peragere. Sed filius suus Rex Heinricus adhuc puerulus, Eigelberto Frisingensi Episcopo creditus, legatione Stephani regis pacem rogantis accepta, vnico consilio principum regni, patre nesciente, gratiam reconciliationis annuit: iuste & sapienter agens, qui regem iniuste iniuriatum, vltro petentem gratiam recepit in amicitiam.* CHARTVITIVS *Vita Stephani p.* 275. HERMANNVS CONTRACTVS, ALBERICVS, ALB. STADENSIS *ad an.* 1030. SIG. GEMBLACENSIS *ad an.* 1029. CHRONOGRAPHVS SAXO *ad a.* 1029. 1031. ANNALES HILDESHEIMENSES, LAMBERTVS SCHAFNABVRGENSIS, ANNALISTA SAXO *ad an.* 1029. 1030. 1031. AVCTOR VITÆ MEINWERCI *c. CV.* AVENTINVS *lic. V. c. VI.*

87) ALBERTVS STADENSIS *ad ann.* 1032. ADAMVS BREMENSIS *II. c. XLVIII.* HELMOLDVS *I. c. XIX.* ANNALISTA SAXO *ad a.* 1031. 1034.

88) WIPPO *p.* 479. HERM. CONTRACTVS, ANNALES HILDESHEIMENSES, CHRONOGRAPHVS & ANNALISTA SAXO *ad ann.* 1035. ALBERTVS STADENSIS *ad a.* 1036. AVCTOR VITÆ MEINWERCI *c. CVIII.* ADAMVS BREMENSIS *II. c. XXXIX.* HELMOLDVS *I. c. XIX.* ANNALES HILDESHEIMENSES *ad ann.* 1033 1035.

89) Hæc ADAMVS BREMENSIS *lib. II. cap. XXXIX.* Idem dicit CHRONOGRAPHVS SAXO *ad a.* 1026. ANNALISTA SAXO *ad a.* 1027. ANNALES HILDESHEIMENSES *ad a.* 1036. HEPIDANNVS *ad an.* 1042. WIPPO *p.* 440. CONRING. *de Fin. Imperii lib. I. c. XIV. p.* 209.

90) HEPIDANNVS *ad a.* 1044.

91) AVCTOR HIST. LANDGR. THVR. *c. XI. iste Imperator diligens Ludouicum cognatum suum, volens sibi prouidere de aliqua hæreditate & beneficiis, misit eum ad archiepiscopum Moguntinum Bardonem, antea abbatem Herfeldensem, inuadens ei, vt amore sui, & propter seruitium fratris sui Hugonis, conferret Ludouico cognato suo aliqua beneficia in diœcesi in feudum*

bebat, quibus Ducatus competeret, Gothelo Dux impetrans ab Imperatore etiam Mosellanorum Ducatum in Lotharingia potentius principatur. 92)

§. XII. Multæ ipsi Leges tribuuntur, 93) inter easdemque Constitutio ista de Expeditione Romana. 94) Sic inter Leges etiam Feudales 95) multæ ipsi adscribuntur. Inde GOLDASTVS ipsius exhibet Constitutiones de Pace Publica, Pace Mercatorum, Banno Forrestorum, & bonis Ecclesiarum non alienandis. Maxime vero legem crudelissimam Saxonum secundum eorum voluntatem, constanti auctoritate roborauit. 96)

§. XIII. Rebus igitur sic bene dispositis, diem sanctum Pentecostes a. 1039. apud Traiectum, Frisiæ tunc temporis ciuitatem, celebrauit, vbi, cum sacratissimam solennitatem venerando, magnifice cum filio & Imperatrice, coronatus procederet, ad mensem mediocri dolore correptus est, quem tamen dissimulauit. Sequenti die, Imperatrici, & filio, regi Henrico, per fida monita, valedicens, ex hac vita migrauit XI. Nonas Iunii, Feria secunda, Indict. VII. An. 1039. Viscera Imperatoris apud Traiectum condita sunt, & Rex locum sepulturæ, donis & prædiis ampliauit. Reliquum corpus ab Imperatrice & filio rege inuolutum & reconditum, vsque Agrippinam Coloniam vectum, per cuncta cœnobia illius ciuitatis atque Moguntiæ seu Wormatiæ, siue illorum, quæ in medio fuerunt, omni populo sequente & orante, deportatum, incredibili oratione & magnis eleemosynis pro redemtione animæ factis, tricesima octaua qua obdormiuit die, in Spira ciuitate, quam ipse Imperator, sicut & postea filius, multum sublimauit, honorifice est sepultus. 97) Episcopatum

feudum. Episcopus vero ad nutum imperatoris ipsum in Thuringiam misit, & ibidem vicedominum, id est vicarium, per totam Thuringiam fecit; ei beneficia plura iure hæreditario hinc inde contulit & dedit. Et etiam ipsi Imperator quadam donauit, sicut ex sequenti priuilegio videri potest. Exinde male colligunt CYR. SPANGENBERG *lib. II. Henneberg. Chronic. c. I.* CHRISTOPH. BROVVER *Antiquit. Fuldens. lib. IV. n. XVIII.* Ludouicum saltim Vicarium Moguntini fuisse factum, cum tamen hic saltim dicatur, Bardonem Ludouico quædam feuda in diœcesi sua donasse. Adde notas meas in d. l. *Hist. Landgrau.* PAVLLINI *Annales Isenacenses §. XIII.*

92) SIGEBERTVS GEMBLACENSIS *ad an.* 1033. CHRON. MAGN. BELG. *p.* 101. ALBERICVS *ad an.* 1033. CHIFLETIVS *Lotharingia Masculina c. I.*

93) MARTINVS POLONVS *c. XCIV. hic multas leges condidit.*

94) Hanc Conrado II. tribuendam esse, coniectatur SCHILTERVS *Cod. Iur. Feud. Alemann. ad cap. VIII. §. XI.* & SCHVRTZFLEISCH *singulari dissertatione de expeditione Romana Conrado Salico vindicata,* illam a Stylo potissimum confutari, concludi.

95) Talis est Constitutio Conradi in Legibus Longobardorum *lib. III. Tit. VIII. c. 4.* de successione filiorum & agnatorum. Hanc HEROLDVS Legibus Francicis *lib. V. pag.* 344. inseruit, eundem pro more Pontificiorum, vocans Conradum I. quia is, quem ante primum vocauimus, Imperator non fuit. Exinde ortum esse videtur, quod ANTONIVS BADINVS ALTESERRA *de Orig. & Statu Feud. pro Mor. Galliæ c. II. p. 9.* Conradum I. qui eodem æuo cum Carolo simplice vixit, primas de feudis perpetuis & hæreditariis leges tulisse dicit. Potius istas Conrado II. tribuunt CAR. SIGONIVS *lib. VIII. de R. Italiæ.* Huius constitutionis pars reperitur *I. F. I.* Huic autem Conrado tribui debere, ex eo, patet, quod dicto §. 1. dicatur: *cum vero Conradus Romam proficisceretur*, quod de reliquis Conradis, qui Romam haut venerunt, dici nequit. De hac etiam loquitur VVIPPO p. 469. scribens: *Militum vero animos multum attraxit, quod antiqua beneficia parentum nemini posterorum auferri sustinuit.* Sic etiam *II. F. IX. §. vlt.* Legis Conradi de feudi alienatione fit mentio. Et *II. F. XXXIV.* Lex Conradi de contentione inter Capitaneos extat. *II. F. XL.* Capitula Conradi de beneficiis in Romandiola publicata exhibentur.

96) Dubium adhuc superest, quidnam per Saxonum legem crudelissimam a Conrado II. confirmatam VVIPPO c. l. cuius verbis locuti sumus, intelligat. CONRINGIVS quidem *de Origine Iuris Germanici cap. XIX. p.* 101. Vehmicum ius hisce verbis innui putat, quod solum crudelitatis nota non careat, dum in reliquo Saxonico iure nihil hoc nomine possit accusari. De eodem intelligit MEIBOMIVS *de Irmensula c. XII.* DATTIVS in Opere suo *de Pace publica lib. IV. c. II. §. 53.* sub eadem Capitulare Caroli M. de partibus Saxoniæ intelligi putat, quod e tenebris primus protraxit LVCAS HOLSTENIVS, edidit postea CONRINGIVS atque BALVZIVS. Eadem sentit THOMASIVS *de Iudiciis Westphalicis p. 7.* Sequitur eundem MÜLLERVS egregio alias suo *Theatro Comitiorum sub Friderico III. p. I. c. IX. §. 4.* eo quod duriores in hoc Capitulari statuantur pœnæ, quam in lege Saxonica. Ast, quo minus adsentiar, facit, quod Capitulare illud potissimum directum sit ad extirpandum e Saxonia Paganismum, cuius ratio cum ista ætate cessaret, nec ratio adparet illud confirmandi. Potius igitur cum SCHILTERO facios, qui *Inst. Iuris Publici lib. IV. Tit. X. §. 1.* intelligi putat Legem Saxonum, quam exhibet LINDENBROGIVS *p.* 473. & HEROLDVS *p.* 121. quam VVIPPO ideo crudelitatis incuset, eo quod pœnarum grauitate & supplicii magnitudine Legem Alemannicam excedat, fatente hoc HACHENBERGIO *Germania media diss. III. §. 8.* Id quod potissimum patet ex capite III. & IV. in quibus capitis pœna vel semper statuta. Mouet me adhuc, quod ipse Carolus M. in dicto Capitulari §. XXXIII. dicat: *de periuris secundum legem Saxonum sit.*

97) VVIPPO *p.* 482. HERM. CONTRACTVS, LAMB. SCHAFNABVRGENSIS, MARIANVS SCOTVS, SIGEBERTVS GEMBLACENSIS, CONRADVS VRSPERGENSIS, CHRONOGRAPHVS, ANNALISTA SAXO, ANNALES HILDESHEIMENSES *ad a.* 1039. ANNALISTA SAXO ad h. a. *Inde ad celebrandum Pentecosten Traiectum venit, & ibi quidem in summa letitia sanctum diem scilicet in regalis diadematis decore procedendo peregit: sed sequenti die hora diei sexta pridie Non. Iunii mense, gratia reficiendi, adsidens, subita defectione prareptus, vixdum confessionis sententia prolata, flebiliter exspirauit.* Et paullo post: *Verum, vt verius dicamus, o dura & insensibilia humani generis corda, quia in quo viro pene totius orbis caput virtusque concidit, ad eius obitum tam subitum tamque periculosum sane nullus ingemuit.* OTTO FRISINGENSIS VI. c. XXXI. *non multo post reuerso ab Italia Imperatore, sanctamque Pentecostes in inferiori Traiecto Frisiæ vrbe celebrante, in ipsa solennitate infirmatus, XVII. regni, imperii vero XIV. anno, diem vltimum clausit: sepultisque ibidem intestinis eius, reliquum in Spirensem*

scopatum enim Spirensem incoauit, sed morte præuentus, Henrico tertio consummandum reliquit. Vbi etiam sepulturam Imperatorum voluit esse perpetuam. 98)

§. XIV. Vxor ipsius erat Gisela, ex stemmate Caroli M. orta, Scriptoribus plurimum laudata. 99) Huius pater erat Hermannus, Dux Alemannorum, mater Gerburgis, Conradi Burgundiæ Regis filia ex Mathilde. 100) Hæc primum Ernesto, Alemanniæ Duci fuit nupta, ex quo geminos filios Ernestum & Hermannum suscepit, 1) Ernesto defuncto, accepit eam vxorem Bruno Saxoniæ Marchio, 2) & hoc defuncto, duxit eam violenter Conradus, ipsius cognatus. 3) Ipsa demum XIV. Februarii 1043. mortem obiit. 4) Ex hoc matrimonio erat Henricus III. qui patri successit, & Mathildis nimiæ formositatis puella, Heinrico, Regi Francorum desponsatur, quæ tamen a. 1034. Wormatiæ

rensem vrbem deportatur, ibique in Ecclesia S. Mariæ humatur. WILH. HEDA Hist. Traiectensi p. 118. *Conradus vero Imp. decesserat iam pridem anno M XXXIX. pergens Romam orandi causa, & multis vrbibus Italiæ atque Apuliæ peragratis, dum per mare Adriaticum redire disponit, ex tempestate & aëris inclementia magnam iacturam in principibus suis patitur. Reuersus tandem Traiectum, ibidem incidit in infirmitatem, & obiit Regni sui XV. Imperii vero 13. annis. Cuius corpus Spiram vrbem (quæ Nemetis dicitur,) delatum, regio more inhumatur in templo Diuæ Mariæ virginis, reconditis intestinis suis in ipsa Ecclesia Cathedrali Traiectensi.* De Epitaphio ipsius dicit ARN. BVCHELIVS in notis: *vbi hodie spectatur sepulcrum marmoreum hac epigraphe: Conradus Imp. Rom. obiit anno D. incarnat. MXXXIX. prid. Nonas Iunii.* Locum autem, vbi viscera ipsius recondita, describit idem BVCHELIVS in notis ad Hedam p. 41. *in capite summi templi, ante eum locum; vbi olim altare maximum stetit, etiamnum pauimentum ostendit lapides inscriptos hisce literis memoriam huius rei conseruantibus:* EXTA CONRADI SECVNDI IMP. 1039. Confundi igitur Conradum II. cum Henrico IV. videmus in diplomate Conradi III. apud HEDAM p. 164. in quo: *& propter hoc volentes eandem Ecclesiam maiorem Traiectensem honoris prærogatiua speciali sublimare, ob remedium animæ nostræ, & animarum Domini Henrici III. Aui nostri, (cuius viscera in ipsa Ecclesia pro pignore sunt sepulta.)*

98) Verba sunt LANGII *Chron. Citicensi p. 771.* Qui etiam ideo *p. 772.* Conradum hunc Spirensem vocat. Vid. etiam LEHMANN *lib. V. c. XIX.*

99) Sic enim de eadem WIPPO p. 467. *Gisela in Dei seruitio erat timorata, in orationibus & eleemosynis adsidua, liberalis ingenii, illustris solertiæ, auida gloriæ, non laudis, pudoris amans, feminei laboris patiens, in cassum minime profusa, in rebus honestis & vtilibus abunde larga, diues in prædiis, summos honores bene tractare perita.*

100) WIPPO p. 467. *Super hos omnes dilecta Regis coniunx Gisela prudentia & consilio viguit, cui pater erat Herimannus Dux Alemanniæ, Mater eius, Kerbirga, filia Conradi Regis de Burgundia fuit, cuius parentes de Caroli magni stirpe processerant, vnde quidam de nostris in libello, quem tetralogum nominauit, & postea regi Henrico tertio, cum natalem Domini in Argentina ciuitate celebraret, præsentauit, inter alios, duos versus edidit hoc modo: quando post decimam numeratur linea quarta, de Carolo Magno procedit Gisela prudens.* Has quatuordecim stirpes enumerat CHIFLETIVS *Vindiciis Hispanicis c. III. p. 36.* Commendat inde eandem a pietate aliisque virtutibus. Huius etiam Genealogiam ex antiquo Codice nectit IO. MICH. HAYNECCIVS *in Diatribe Genealogica de Domus Borussico-Brandenburgicæ ex stirpe Carolina Originibus §. VII. &* FELLER *Monum. inedit. Trim. II. pag. 76.* OTTO FRISINGENSIS VI. c. XXVIII. *vxorem Giselam nomine, de antiquo & glorioso Carolorum sanguine oriundam habuit.* ALBERICVS *ad a. 1024.* GOTFRIDVS VITERBIENSIS *p. XVII. p. 331.* ODILO *de vita Adelheidis lib. II. p. II. p. 269.*

1) OTTO FRISINGENSIS VI. c. XXVII. *hæc primum Ernesto Duci Sueuorum, fratri Alberti superioris Pannoniæ Marchionis nupta fuit, geminosque ex ea filios Ernustum & Hermannum suscepit. Quo mortuo Conradum, hunc, de quo agimus accepit.* HERMANNVS CONTRACTVS *ad a. 1045.*

2) ANNALISTA SAXO ad a. 1026. *Duce Ernesto defuncto accepit eam vxorem Comes Bruno de Brunesiwic, peperitque illi Liudulfum Comitem. Comite Brunone etiam defuncto, duxit eam violenter Conradus suus cognatus.* CHRON. BRVNSVICENSE apud MADERVM p. 7. CHRON. REGIM. ap. LEIBNITIVM *Tom. III. p. 27.* ALB. KRANTZIVS *Saxonia lib. IV. c. XXXVI.* De hoc Ludolpho Brunonis & Gislæ *filio.* ANNALISTA SAXO *ad a. 1038. Eo anno Liudolfus Comes Saxonicus filius Brunonis de Brunesvic, & Gislæ Imperatricis IX. Kal. Maii immatura morte cum maximo suorum comprouincialium mœrore obiit.*

3) DITMARVS lib. VII. p. 415. *sauciatus est ibi Cono, cui iam illicite nupsit neptis sua, Ernesti Ducis vidua.* ANNALISTA SAXO *ad a. 1017.* HERMANNVS CONTRACTVS ad a. 1015. *Ernist, Dux Alemanniæ, in venatu, ab Adelberone Comite, feram appetente, sagitta vulneratus, interiit: & Ducatum, eius filius æquiuocus, viduam vero eius Giselam, Cuonradus, Henrici filius, Imperator postea futurus, accepit.* Vberius Gislæ Stemma declarat HVGO FLAVINIACENSIS *Chron. Verdun. ad a. 854. Ludouicus itaque præfatus Rex Francorum eodem anno moriens duos dimisit liberos Lotharium & Carolum, quos genuit ei Gerberga soror Ottonis Imperatoris. Karolus, qui iuuenis dictus est, priuatus senuit, in hereditatem omnem Lotharius successit. Hic Mathildem sororem suam despondit Conrado Regi Burgundiæ, & in dotem dedit ei Lugdunum, quæ sita est in termino regni Burgundiæ, & erat tunc temporis iuris regni Francorum. De hoc Matilde genitus est Rodolfus Rex Burgundiæ, qui post patrem suum Conradum suscepit Burgundiæ regnum -- & de eadem Matilde genita est Gisla, quam Conradus Imperator postmodum duxit vxorem, de qua genuit tertium Henricum Imperatorem, quem Rodulphus Rex, cuius fuit vxor Ermengardis, quia erat absque liberis, vt nepotem suum, heredem regni Burgundiæ instituit, & sic in dominationem Imperatorum transiit Burgundiæ regnum.* Idem p. 174. *Conradus Othonis III. filius successit, qui accepit vxorem Gislam Rodulfi Regis Burgundiæ sororem, Conradi & Mathildis filiam, de qua genuit tertium Henricum.*

4) HERM. CONTRACTVS ad a. 1043. *Gisla Imperatrix, Mater Henrici Regis, 16. Calend. Martias obiit, & apud vrbem Spiram sepelitur.* ANNALES HILDESHEIMENSES, MARIANVS SCOTVS, CHRONICON STEDERNBVRGENSE, LAMBERTVS SCHAFNABVRGENSIS, ALBERTVS STADENSIS, CHRONOGRAPHVS SAXO *ad a. 1043.* ANNALISTA SAXO *ad a. 1044.*

5) Verba

tiæ obiit, ibidemque fuit sepulta, 5) Addunt Beatricem, Bonifacii, Tusciæ Ducis Coniugem, & Iuditham, Azoni IV. Marchioni Estensi nuptam, ast fide incerta. 6)

5) Verba sunt WIPPONIS *p. 470.* GLABER RODVLPHVS *lib. IV. c. VIII.*

6) De hac CHRON. QVEDLINBVRG. ad a. 1025. *Rex filiam vnicam vnice delectam, dilectæ ac adoptiuæ sibimet sorori, Adelheidæ videlicet Abbatissæ* (Quedlinburgensi) *nutriendam transmittit. Mox quoque percepto Dominæ Beatricis aduentu, præfata Imperialis Abbatissa - - lata Quidelingeburgensem metropolin secum duxit.* Adde PFEFFINGERVM *Vitriario illustrato p. 518.*

SECTIO SECVNDA DE HENRICO III.

§. I. Henrici III. nomen & parentes. §. II. Bellum Bohemicum. §. III. Bellum Vngaricum. §. IV. Schisma Papale tollit, Papas vitio creatos deponit, Clementem II. Papam constituit, a quo coronatur, & pactum cum Romanis renouat. §. V. Damasum II. Leonem IX. & Victorem II. Papas constituit. §. VI. Henrici expeditio Burgundica. §. VII. Henricus Lotharingiam & Belgium ordinat. §. VIII. Cum Henrico Rege Gallorum paciscitur, eundem vero postea ad duellum prouocat. §. IX. Diuersos confert Ducatus. Synodus Moguntina, b. Polonicum & cum Luticiis. §. X. Filium suum Henricum Regem facit coronari. §. XI. Eius mors & sepultura. §. XII. Vxor & familia.

§. I.

HEnricus III. Pius & Niger, cum barba dictus 1) ipsius ex Gisela filius, 2) natus fuit die Simonis Iudæ 3) anno 1017. 4) Errant igitur, qui longo satis figmento ipsum Lupoldi cuiusdam Comitis filium faciunt, fauente tamen fortuna generum factum Conradi. 5) Hunc in Italiam ducturus pater a. 1025. consilio & petitione Principum Regni, Regem post se designauit, & 1028. Aquisgrani Regem fecit coronari eundemque Brunoni, Augustensis Ecclesiæ Episcopo in tutelam commendauit. 6) Post cuius mortem, Eigelberto, Frisingensi Episcopo, fuit concreditus. 7) A. 1027. a patre constitutus fuit Dux Bauariæ, a. 1038. Dux Alemanniæ. 8) A. 1038. factus fuit Rex Arelatensis

1) Sic ENGELHVSIVS *Chronico p. 1085.* Pius etiam dicitur MONACHO WEINGARTENSI apud LEIBNITIVM *Tom. I. pag. 797.* In Diplomatario Halberstadtiensi apud LVDEVVIG *Reliquiis Mstorum Tom. VII. p. 422. 424.* dicitur Henricus tertius rex, imperator secundus.

2) Hos parentes ipse definit in appendice Antiquitatum Pœldensium *p. 277. §. 5.* verbis: *qualiter nos, ob æternam nostri, nostrique thori ac Regni consortis, scil. Agnetis, Imperatricis Augustæ, commemorationem; nec non, pro salutatione beatarum animarum fel. mem. Conradi Imperatoris, Nostri quidem Antecessoris & Patris, atque Matris nostræ, Imperatricis Gislæ.* Sic apud VVIPPONEM sæpius vocatur Conradi filius, vtpote p. 476. *Imperator Chuonradus filium suum Henricum magni ingenii & bonæ indolis puerum ætate XI. annorum in regalem apicem apud Aquisgrani palatium sublimari fecit.* In diuersis etiam diplomatibus Conradus *carus vel dilectus filius*, vtpote apud SCHATENIVM *Annal. Paderborn. lib. V. pag. 476. 478. 479.* In templo S. Guidonis Spirensi apud LEHMANNVM *lib. V. c. XXIII. Henricus III. Rom. Imperator, Conradi II. Imperatoris filius, corpus S. Guidonis in hanc ædem transtulit. MXLVII.*

3) LAMBERTVS SCHAFNABVRGENSIS *ad a. 1056. Corpus Henrici Spiram translatum est, & celebratis regio more exequiis, die natalitio Apostolorum Simonis & Iudæ, quo scilicet die etiam natus fuerit, sepultura est traditum.*

4) Patet ex loco modo adlegato annus natiuitatis: Sic enim anno 1028. vndecim annorum fuit, certus erat natalis 1017. Idem confirmat, quod secundum CONT. HERMANNI CONTRACTI *ad a. 1056.* obiit anno ætatis suæ trigesimo nono.

5) Fabulæ auctor est GOTFRIDVS VITERBIENSIS p. 333. *Conradus secundus,* ait, *Imperator nulli violatori pacis parcebat. Vnde comes Lupoldus violator pacis, timens occidi ab Imperatore fugit in syluam remotissimam, ibique cum vxore sua solus in tugurio latitabat. Contigit Imperatori e venatione sua fortuito casu illuc diuertisse, & ea nocte ibi mansisse. Vxor comitis eadem nocte peperit masculum, quo vagiente, vox de cœlo ait: O imperator, infans iste erit tibi gener & hæres. Hac voce tertia vice audita, surgit Imperator diluculo, & inuentis duobus suis famulis, dixit: ite, & occidite illum infantem. Qui euntes, accipiunt infantem, sed miserti ipsius, non occidunt; sed super arborem ponunt, atque relinquunt. Regi autem repræsentant cor leporis, pro corde infantis. Rex autem eos remuneranit. Transiens postea inde dux quidam, inuenit & deportat infantem, & adoptat eum filium. Imperator longe post in domo ducis videt puerum, & habet suspectum, ne sit ille quem præcepit occidi; & assumit eum quasi pro cliente, & præcipit vt ad Reginam literas suas portet, in quibus præcipiebat Reginæ, vt visis literis statim faciat eum occidi. Puer autem rem ignorans, pergit, & in domo sacerdotis cuiusdam hospitatur, qui ei dormienti literas subripuit, & aperuit; & visa ibi morte pueri, alias literas scripsit in hunc modum; Quum videris hunc puerum, o Regina, statim da ei, filiam nostram in vxorem, sicut diligis vitam tuam. Et istas literas reposuit in marsupium pueri. Puer nescius abiit; & ita filia Regis statim tradita est ei.* Ex hoc sua sine dubio hauserunt MARTINVS POLONVS *pag. 368.* LANGIVS *Chron. Citic. ad a. 1039.* BODO *Synt. de Eccles. Gandes.* apud LEIBNITIVM *Tom. III. p. 720.* FELIX FABER *Hist. Suev. lib. I. cap. XI.* NAVCLERVS *Chron. vol. II. Gen. XXXV.* ENGELHVSIVS *de Impp. e domo Brunsuicensi oriundis* apud MADERVM *de Antiquit. Brunsuic. p. 41.* Contra fidem tamen hoc est coæuorum.

6) VVIPPO *p. 470.* HERMANNVS CONTRACTVS, MARIANVS SCOTVS, CHRONOGRAPHVS SAXO *ad a. 1026.* OTTO FRISINGENSIS *VI. c. XXVIII.*

7) VVIPPO *pag. 476.*

8) Superior. Sect. *§. IX.*

9) De

tenfis. 9) Anno 1039. vero defuncto patri fucceffit. 10) Hic per omnia patrem in virtutibus non folum æquaffe, fed tranfcendiffe perhibetur, regnum moderatiffime gubernans. 11) Ob iuftitiam maxime laudatur, ideoque etiam linea Iuftitiæ dictus, 12) licet poftmodum ad quæftum & incuriam deficeret, 13) & prædia quibusdam auferret. 14)

§. II. Primam aduerfus Bohemos expeditionem an. 1040. fufcepit, 15) eo quod Bretislaus, Bohemorum Dux Poloniam Imperio fubiectam deuaftauerat, quæ tamen fuit irrita, dum ob fyluofa, difficilia, & obftructa loca, Rex infecto negotio rediret, pluribus captis atque interfectis. 16) Altera vice Henricus a. 1041. Bohemiam ingreffus, igne prædaque cuncta deuaftat, & rebellem Ducem obfides dare, atque ipfum poft fe Ratisbonam ad deditionem venire, fibique iureiurando fidelitatem feruitiumque confirmare cœpit, terramque eius fecit tributariam. 17)

§. III. Anno 1041. Vngari quendam Ouonem fibi Regem conftituentes, Petrum regem fuum expellunt. Qui profugus & exul, Henrici Regis gratiam, cui priori anno rebellauerat, quærit & inuenit. Infequenti anno, Ouo cum Baioariæ fines deuaftaret, maxima pars exercitus eius ab Adalberto Marchione bello deuicta periit. Henricus Rex Pannonias petens, vrbes munitas deleuit, & plures deditione fubiecit. Et dum Petrum Regem fuum Vngari recipere nollent, Ducem eis quendam præfecit, quem ftatim poft eius difceffum, Ouo in Boëmiam repulit. Anno 1043. Henricus Rex iterum Pannonias petens, ab Ouone, vix pactum impetrante, fufcepta fatisfactione & muneribus, difceffit. Anno 1044. Henricus Rex cum paruo exercitu, contra grauiffimam Hungarorum gentem for-

9) De quo *Super. Sect. §. VIII.*

10) CHRONOGRAPHVS SAXO ad a. 1039. *item Auguftus ad celebrandum fanctum Pentecoftem Traiectum venit, vbi fumma cum lætitia conuerfatus eft primum diem. Sed fequenti die, id eft fecunda feria hora fexta, II. Non. Iun. menfa reficiendi gratia affidens fubita defectione præreptus, vix confeffionis fententia prolata, flebiliter exfpirauit. Poftbac Heinricus filius eius communi electione paterno inthronizatus eft folio.* OTTO FRISINGENSIS VI. c. XXXII. *Anno ab incarnatione MXL. Henricus tertius fupra dictæ Gifelæ filius, qui patre viuente regnare cœperat, ipfo mortuo LXXXIX. ab Augufto, folus regnauit, in ipfoque dignitas imperialis: quæ per longum iam tempus a femine Caroli exulauerat, ad generofum & antiquum germen Caroli reducta eft.* Eadem repetit GOTFR. VITERB. *p. XVII. p. 336.* ANNALISTA SAXO *ad a. 1039.* ANNALES HILDESHEIMENSES *ad a. 1039.*

11) Verba funt OTTONIS FRISINGENSIS *c. l.* GOTFRIDVS VITERBIENSIS *c. l. Ifte Henricus Patri fuo æqualis in virtutibus, & præcelfior fuiffe perhibetur.* ANNALES HILDESHEIMENSES ad a. 1039. *filius* (Conradi) *dominus Heinricus in omni quidem virtutum exhibitione perftrenuus, folio patris eft inthronizatus.* GLABER RODVLPHVS *lib. V. c. I. erat* (Henricus) *affabilitate gratiffimus, ac liberalitate perfpicuus, atque humilitatis gratia præditus, nec cuiufpiam extollentiæ nutu notatabatur, atque idcirco vniuerfis circumcirca exfiftebat amabilis.* DONNIZO vita Mathildis c. XII.

Rex vbi Chonradus moritur, natusque leuatur
Eius Henricus, Rex prudens atque peritus

Et cap. XIII.

venit Henricus fapiens, iucundus, opimus

ALBERICVS ad a. 1048. *erat Imperator Henricus multis & magnis virtutibus præclarus, & omnium pene ante fe bellicofiffimus, vtpote qui multas feroces & indomitas Imperio fubiugauit nationes.*

12) VVIPPO p. 461. *Henricum lineam iuftitiæ cuncti pene prudentiores cognominant -- Henricus tertius, pius, pacificus, linea iuftitiæ.* Quare etiam, tefte HERMANNO CONTRACTO ad a. 1054. *furibus infeftus nonnulla eorum conuenticula exuri iubet.*

13) Docet hoc HERMANNVS CONTRACTVS *ad a. 1053.*

14) ANNALES HILDESHEIMENSES *ad a. 1056. Henricus infirmari cœpit, & perductus vsque ad mortem, fapienti tamen vfus confilio ab omnibus, quibus potuit; veniam petiuit. Quibusdam prædia, quæ abftulit, reftituit.*

15) Variant in nomine Regis Scriptores. SIGEBERTVS GEMBLACENIS ad a. 1040. *Henricus Imperator vadit ad debellandum Odericum Boemanorum ducem, fed Boëmanis viriliter refiftentibus inefficax redit.* MARIANVS SCOTVS ad a. 1041. *Henricus rex ducem Bohemiæ Fratizlaum bello petit, fed multis proceribus & militibus in præftructione fyluæ, citra & vltra occifis vel captis, nil dignum efficere potuit.* LAMBERTVS SCHAFNABVRGENSIS, CHRONOGRAPHVS SAXO, ALBERICVS, *ad a. 1040.* ANNALES HILDESHEIMENSES, ALBERTVS STADENSIS, CONRADVS VRSPERGENSIS *ad a. 1041.* Verum nomen tradunt DVBRAVIVS *Hift. Bohem. lib. VII. p. 51.* & COSMAS PRAGENSIS *Chron. lib. II. p. 25.*

16) HERMANNVS CONTRACTVS ad a. 1041. *Cum milites fyluofa, difficilia, & obftructa loca ingreffi, caffo labore iam fatigabundi, firmiffimum quandam machinam oppugnatum aggredi fruftra tentarent, irruentibus vndique Boëmanis cæfi capti, fugatique funt. -- Rex vero plurimis militum & procerum amiffis infecto interim negotio difceffit.* CHRONOGRAPHVS & ANNALISTA SAXO, CHRON. LOBIENSE *ad a. 1046.* ANNALISTA SAXO *ad a. 1061.*

17) HERMANNVS CONTRACTVS *ad a. 1041.* LAMBERTVS SCHAFNABVRGENSIS ad a. 1041. *Heinricus Rex fecundo Boëmiam ingreffus, Ducem eius in deditionem accepit, Prenzlao nomine, Terramque eius tributariam fecit.* OTTO FRISINGENSIS VI. cap. XXXII. *verum in principio regni fui, dum Boemos refiftentes fibi incaute bello peteret, plurimos de exercitu in abditis fyluarum clauftris perdidit. Contra quos cum debitæ indignationis aculeos exerceret, gentemque præfatam multis malis attereret, tandem Ducem eius in deditionem accepit.* SIGEB. GEMBLACENSIS, ANNALES HILDESHEIMENSES, ALBERTVS STADENSIS *ad a. 1041.* MARIANVS SCOTAS, CHRONOGRAPHVS SAXO *ad a. 1042.* HEPIDANNVS *ad a. 1047.* Quale vero fuerit tributum, COSMAS PRAGENSIS lib. II. Chron. p. 28. exponit, fcribens: *talem nobis legem inftituit Pipinus, magni Caroli filius, vt annuatim Imperatorum fucceſſoribus CXX. boues electos, & D. marcas foluamus. Marcam noftra moneta CC. nummos dicimus. Hoc teftatur noftratum ætas in ætate, hoc omni anno fine refragatione foluimus.* Idem ad a. 1042. (Brecislaus Bohemiæ Dux) *promittit* (Henrico) *mille & quingentas marcas denariorum, quod erat tributum trium annorum præteritorum.*

18) Verba

fortiter pugnauit, eandemque vicit, Ottonem tyrannum fugauit, & Petrum expulsum pristinæ dignitati restituit. 18) Petrus vero Henrico regnum Hungariæ cum deaurata lancea tradidit, idemque ab eo dum viueret, possidendum recepit. 19) Omnes Hungari vero ad deditionem Henrico Regi cateruatim concurrerunt, subiectionem seruitiumque promittentes. 20) Id quod Petri etiam successor, Andreas a. 1047. fecit. 21)

§. IV. Præcipuam partem gestorum faciunt expeditiones Italicæ. Exorto enim Romæ schismate, Benedicto, Syluestro, & Gregorio, cui prius Gratiani nomen erat, Papalem dignitatem sibi vindicantibus, hoc in Laterano, isto ad Mariam maiorem, illo ad S. Petrum sedente, Rex Henricus coadunato Exercitu, Papiæ Synodum celebrauit, inde Placentiam veniens, Gregorium VI. ad se venientem honorifice suscepit, sicque cunctis prospere cedentibus, iuxta Natalem Domini, non longe ab vrbe Roma; apud Sutriam, synodo ibidem acta, caussaque vitio creatorum Pontificum diligentius ventilata, illos baculo pastorali priuauit, deinde omnium, tam Romanorum quam aliorum consensu, Suidgerum, episcopum Bambergensem, Romanæ ecclesiæ elegit Pontificem, 22) qui in ipsa Natalis Domini die, 1046. pro more consecratus, & Clemens II. fuit vocatus. Hic ipsa die Hen-

18) Verba sunt HERMANNI CONTRACTI addictos annos. Eadem habet OTTO FRISINGENSIS lib. VI. c. XXXII. LAMBERTVS SCHAFNABVRGENSIS, MARIANVS SCOTVS, SIGEBERTVS GEMBLACENSIS, CHRONOGRAPHVS & ANNALISTA SAXO, ALBERICVS, ALBERTVS STADENSIS, ANNALES HILDESHEIMENSES. CHRON. REG. S. PANTALEONIS *ad a. 1042.* IO. THVVROCZIVS *Chron. Hung. p. II. c. XXXV. sqq.*

19) Hæc antiquus Codex HERMANNI CONTRACTI *ad a. 1044.* Nouus Codex ad a. 1045. *Petrus Rex Vngariorum Henrico Rege ad se inuitato, regnum Pannoniarum tradidit, quod tamen ab eo, ipse dum viueret, possidendum recepit.* ALBERICVS ad a. 1045. *Henricus lanceam insigne Regis recepit, Petrum vero Vngarorum regno restituit.* IO. THVVROCZ *p. II. Chron. Vngar. c. XXXVIII. Reuersus est Cæsar in Hungariam, cui Petrus Rex -- regnum Hungariæ cum deaurata lancea, tradidit coram Hungaris simul & Theutonicis multis.*

20) MARIANVS SCOTVS ad a. 1045. *Petrum in regnum constituit, subditoque sibi Vngarorum regno honorifice reuertitur.* SIGEBERTVS GEMBLACENSIS ad a. 1043. *Petrum vero, quem Abba expulerat, Hungarorum Regno restituit, & Hungariam sibi tributariam fecit.* VVIPPO pag. 463. cum illos recenseret, qui Conradi II. electioni interfuerint, addit: *Vngaria autem quam idem Rex Heinricus tertius nobili atque admirabili victoria domuit, & post victoriam sapientissimo consilio sibi & successoribus suis stabiliuit, prædicto tempore nec audire nos sustinuit.* Eadem habent ALBERICVS, ANNALES HILDESHEIMENSES, ALBERTVS STADENSIS, BONFINIVS *Hist. Hung. dec. II. lib. II. pag. 132.* CONRING *de Fin. Imperii lib. I. cap. XVI.*

21) HERMANNVS CONTRACTVS ad a. 1047. *præterea Andreas, qui regnum Petri obtinuit, iam crebro legatos supplices miserat, regnum se ab Hungaris coactum suscepisse confirmans, de Petri sese iniuriis excusans, quique aduersus eum coniurauerant, partim a se trucidatos, partim Imperatori tradendos, denuntians; suamque Imperatori subiectionem, annuum censum, & deuotam seruitutem, si regnum se habere permitteret, mandans.*

22) Verba plerumque sunt HERMANNI CONTRACTI *ad a. 1046.* SIGEB. GEMBLACENSIS ad a. 1046. *Benedictus qui simoniace papatum Romanum inuaserat, cum esset rudis literarum, alterum ad vices ecclesiastici officii exequendas secum Papam Syluestrum 151. consecrari fecit. Quod cum multis non placeret, tertius superducitur Gregorius 142. qui solus vices duorum implet.* Idem ad a. 1046. *Romæ vno contra duos, & duobus contra vnum de papatu contendentibus, rex Henricus contra eos Romam vadit & eis canonica & Imperiali censura depositis, Suidgerus Babenbergensis episcopus qui & Clemens, Romanæ ecclesiæ 153. præsidet, & ab eo rex Henricus in imperatorem benedicitur, iurantibus Romanis, se sine eius consensu nunquam Papam electuros.* MARIANVS SCOTVS *ad a. 1046.* Acta Clementis II. apud LEIBNITIVM *Tom. I. p. 577.* LAMBERTVS SCHAFNABVRGENSIS *ad a.* 1047. LEO OSTIENSIS *lib. II. c. XXXIV.* DESIDERIVS CASSINENSIS *lib. III. Mirac. S. Benedicti pag. 853.* CONRADVS VRSPERGENSIS *p. 216.* ARNVLPHVS MEDIOLANENSIS *lib. III. Gest. Mediol. c. II.* Omnem vero rem prolixius recenset OTTO FRISINGENSIS VI. c. XXXII. dicens: *circa idem tempus pudenda confusio Ecclesia Dei in vrbe Roma fuit. Tribus ibi inuasoribus, quorum vnus Benedictus dicebatur, sedem illam simul occupantibus, atque ad maioris miseriæ cumulum diuisis simul cum redditibus Patriarchis, vno ad S. Petrum, altero ad sanctam Mariam, maiorem, tertio, id est, Benedicto, in Palatio Lateranensi sedente, flagitiosam & turpem vitam, vt egomet in Vrbe Romanis tradentibus audiui, duxere. Hunc miserrimum statum Ecclesiæ religiosus quidam presbyter Gratianus nomine videns, zeloque pietatis matris suæ compatiendo, animaduertens, præfatos viros adiit, eisque a se de sancta cedere pecunia persuasit, Benedicto redditibus Angliæ, quia maioris videbatur auctoritatis esse, relictis. Ob ea ciues præfatum presbyterum tanquam Ecclesiæ Dei liberatorem, in summum Pontificem elegerunt, eumque mutato nomine Gregorium septimum vocauerunt. Quod audiens Rex, procinctum mouet in Italiam. Porro Gratianus Regi apud Sutrium occurrens, ad leniendum ipsius animum, diadema preciosum obtulisse dicitur. Quem Rex primo, vt decuit, honorifice suscepit, postmodum autem collecto Episcoporum conuentu, a pontificatu pro nota simoniæ cedere persuasit, eique Suidegerum Babenbergensem Episcopum, qui & Clemens, consensu Romanæ Ecclesiæ substituit.* ANNALISTA SAXO ad a. 1046. *Heinricus Rex domitis Pannonum seditionibus Ecclesiastica necessitate Romam tractus est, Comitem habens cum cæteris Imperii Magnatibus, Adalbertum Bremensem Archiepiscopum, vbi synodaliter depositi sunt tres Schismatici, Benedictus, Gratianus, Siluester, qui pro Apostolica Sede certarant. Super quibus, Regi quidam Heremita scripserat: Vna Sunamitis nupsit tribus maritis, Rex Heinrice, Omnipotentis vice solue Connubium triforme dubium.* ANNALES HILDESHEIMENSES *ad a. 1046. 1047.* CHRONOGRAPHVS SAXO *ad a. 1047.* GOTFR. VITERBIENSIS *p. XVII. p. 336.* SIGONIVS *lib. VIII. de Regno Italiæ p. 332.* ENGELHVSIVS *Chron. p. 1085.* Licet autem omnes tres istos Papas baculo Pastorali fuisse priuatos, adferunt, sunt tamen, qui dicunt, Gregorium VI. sponte se abdicasse. LEO OSTIENSIS c. l. *Gregorius sponte sua sede desistens Pontificalibus se infulis exuit, & terræ prostratus inuasi honoris indulgentiam sibi concedi humiliter petiit.* DESIDERIVS CASSINENSIS c. l. *Gregorius agnoscens se non posse iuste ho-*

norem

Henricum Regem, & coniugem eius Agnetem Imperiali benedictione sublimauit, 23) iurantibus insuper Romanis, se sine eius consensu, eiusque successorum, nunquam Papam esse electuros. 24) Iidem Romani etiam Patriciatus honorem ipsi attribuunt, ipsumque præter Imperialem coronam aureo circulo vti decernunt. 25) Hinc Beneuentanam terram Normannis auctoritate sua confirmans, vltra montes exinde est reuersus, Gregorium secum asportans. 26)

§. V. Mortuo 1047. Clemente II. Papa, Aquileiensium Patriarcha, in locum eius ab Imp. surrogatur, & vocatur Damasus II. 27) Hoc a. 1049. extincto, Brunonem, Leonem IX. dictum, substituit. 28) Mortuo a. 1054. Leone IX. efflagitantibus Romanis, nouum

norem tanti sacerdotii administrare, ex pontificali sella exiliens, ac semetipsum Pontificalia indumenta exuens, postulata venia summi sacerdotii dignitatem deposuit.

23) HERMANNVS CONTRACTVS ad a. 1047. *in ipsa Natalis Domini die præfatus Suidegerus, Natione Saxo Apostolicæ sedi Centesimus quinquagesimus primus Papa, ex more consecratus, & nomine auctus, Clemens II. vocatus est. Qui mox ipsa die Henricum regem, & Coniugem Eius, Agnetem, Imperiali benedictione sublimauit, peractisque missarum solenniis, ipse Dominus Papa, & Imperator, cum Imperatrice, ita vt erat coronatus, ad Lateranense palatium, cum ingenti gloria, proficiscuntur, cunctis ciuibus Romanis mirantibus, honoremque singulis quibusque, pro facultate, obiter impendentibus.* OTTO FRISINGENSIS VI. c. XXXIII. *anno ab incarnatione Domini MXLVII. Henricus Rex victoriosissimus, in die natalis Domini a Clemente coronatus, Imperatoris & Augusti, XC. ab Augusto nomen suscepit. Inde per Apuliam exercitum ducens, cum honore ad patriam reuertitur.* MARIANVS SCOTVS, SIGEBERTVS GEMBLACENSIS, CHRONICON LEODIENSE, ALBERTVS STADENSIS *ad a.* 1046. ANNALISTA SAXO *ad a. 1047.*

24) Verba sunt WALTRAMI *de vnitate Ecclesiæ conseruanda.* Idem dicit SIGEB. GEMBACENSIS *ad a. 1046.* ALBERICVS *ad a. 1046. Rex Henricus a Clemente Papa, in Imperatorem benedicitur, iurantibus Romanis, sine eius consensu, nunquam se Papam electuros.* Exhibet decretum GOLDASTVS *Tom. vno p. 231.* Sic etiam Aduocatus regius apud PETRVM DAMIANI in disceptatione synodali ait: *quod pater Domini mei regis piæ memoriæ Henricus Imp. factus est patricius Romanorum, a quibus accepit in electione super ordinando Pontifice Principatum.* Vix tamen adsentiendum est AVCTORI VITAE HALINARDI in Chron. S. Benigni Diuionensis apud MABILLONIVM *Sec. VI. Benedictino p. II.* p. 38. 39. *a Romanis Imperator data pecunia non parum exegerat, vt sine eius permissu Papa non eligeretur.*

25) LEO OSTIENSIS lib. II. c. LXXIX. *tunc temporis ob huiusmodi res tam prospere, tamque canonice gestas, eidem Henrico IV. Patriciatus honorem Romani contribuunt, eumque præter Imperialem coronam aureo circulo vti decernunt.*

26) Verba sunt LEONIS OSTIENSIS *II. c. LXXX.* HERMAN. CONTRACTVS ad a. 1047. *Imperator vero Roma egressus, nonnulla castella sibi rebellantia cepit, Prouincias illas prout videbatur, disposuit, Duces Nortmannis, qui in partibus commorantur & aliis eo loco vrbibus, constituit.* Benedictus vero, teste DESIDERIO CASSINENSI c. I. in *propriis se castellis recipiens, vrbe cessit.*

27) HERM. CONTRACTVS ad a. 1048. *sequente Iulio, Poppo Brixiensis Episcopus ab Imperatore electus, Romam mittitur, & honorifice susceptus, Apostolicæ sedis CLII. Papa ordinatus, mutato nomine Damasus secundus vocatur.* LAMBERTVS SCHAFNABVRGENSIS ad a. 1048. *Imperator Natalem domini Polethe celebrauit. Ibi legati aderant Romanorum, Suitgeri papæ obitum nunciantes, eique successorem postulantes: quibus imperator Bopponem Prisnensem episcopum assignauit.* OTTO FRISINGENSIS VI. c. XXXIII. SIGEBERTVS GEMBLACENSIS, ANNALES HILDESHEIMENSES, LAMBERTVS SCHAFNABVRGENSIS, ANNALISTA SAXO, ALBERICVS, MARIANVS SCOTVS *ad a. 1047.* GOTFR. VITERBIENSIS *p. XVII. p. 493.*

28) LAMBERTVS SCHAFNABVRGENSIS ad a. 1049. *Imperator Natalem domini Frisinga celebrauit. Ibi iterum legati Romanorum, Bopponis papæ morte nunciata, rectorem Romanæ ecclesiæ postulabant: quibus imperator Brunonem Tolosæ episcopum dedit.* OTTO FRISINGENSIS VI. c. XXXIII. *Popione quoque, qui & Damasus, mortuo, Bruno, qui & Leo, Tullensium Episcopus, Romanam Ecclesiam gubernandam suscepit. Hic ex nobili Francorum prosapia oriundus, auctoritate regalis excellentiæ, ad sedem beati Petri destinatus fuerat.* Plenius vero WIBERTVS in vita Leonis IX. lib. II. c. II. *An. 1049. apud Wangionum Vrbem, ante præsentiam gloriosi Henrici Secundi, Romanorum Augusti, fit Pontificum, reliquorumque Procerum non modicus Conuentus. Inter quos hic Christo dignus, Præsul conuocatur, quippe sine cuius consilio, intra Imperialem Curiam, nihil magni disponebatur. Et repente, Illo nihil tale suspicante, ad onus Apostolici honoris suscipiendum, & eligitur a cunctis. Quod onus, humilitate commonente, diutissime refugiens, dum magis ac magis cogitur, triduanum consulendi deposcit spacium.* Et paullo post: *Videns ergo nullo modo se posse effugere Imperiale præceptum, & commune omnium desiderium, coactus suscepit iniunctum officium, præsentibus Legatis Romanorum, ea conditione, si audiret totius Cleri, ac Romani populi communem esse sine dubio consensum.* Singulare est, quod de electione Leonis tradit LEO OSTIENSIS lib. II. cap. LXXXI. *Clemente vero post nouem menses vltra montes defuncto, præfatus Benedictus iterum in Pontificatum reuersus, per octo circiter menses illum retinuit, donec ab Imperatore transmissus ex Germania Damasus Brexenorum Episcopus illi in Papatu successit. Quo etiam post viginti, & tres dies apud Præneste vita decedente, Brunonem Tullensem Episcopum, Teutonicum natione, & stirpe regale progenitum, Romani ab vltramontanis partibus expetentes in suum Pontificem eligunt, eumque Leonem Papam vocari decernunt.* HERM. CONTRACTVS, MARIANVS SCOTVS *ad a. 1049.* ANSELMVS RHEMENSIS *Actis Rhemensis Synodi* apud BARONIVM *Annal. Eccles. Tom. XI. ad a. 1049. n. XVII.* Displicebat autem hæc ab Imp. facta electio Romanis, quasi contra libertatem esset Ecclesiæ. Exinde OTTO FRISINGENSIS VI. c. XXXII. *Ex hinc Romana Ecclesia in electione Canonica Pontificum, in tantum infirmata inuenitur, quod iste quatuorque sequentes ab Imperatore ibi positi in catalogo inueniuntur. Qualiter autem industria & opera præfati Hildebrandi sub Leone iuniore libertatem suam ex parte, sub Alexandro vero plene rehabuerit, sicut probatorum virorum relatu cognouimus, infra dicemus.* Hoc autem *cap. XXXIII.* tradit, de Leone dicens: *Cumque assumpta purpura pontificali, per Gallias iter ageret, contigit eum Cluniacum venire, vt forte tunc præfatus Hildebrandus prioratus, vt dicitur, obedientiam*

nouum Papam dat, Gebhardum, Eichstadiensem Episcopum, dictum Victorem II. 29)

§. VI. Anno 1042. in Burgundiam expeditionem suscepit, multos principes ibi illi se subiicientes suscepit, nonnullaque legitime diiudicauit. 30) Rebellabant autem contra eum Reginoldus & Geroldus Comites. Ludouicus vero Comes a. 1041. Reginoldum Regi Henrico inimicum, dum quoddam castellum eius, quod Monspiligardæ dicitur, magna cum manu expugnare pararet, cum parua militum suorum copia pugnam iniens vicit, multisque cæsis, reliquos fugauit. Reginoldus igitur & Geroldus Regi apud Solodorum ad deditionem venerunt. 31) Imperator vero a. 1048. Pentecostem Soloduri celebrauit, habitoque ibi cum Burgundionibus colloquio, remeauit. 32) Dum Imp. a. 1052. iterum Soloduri Colloquium haberet, quidam ex Burgundionibus offensi inde discedunt, sed non multo post, aliqui ex illis ad gratiam eius redeunt. 33)

§. VII. Anno 1044. defuncto Gothofredo Lotharingiæ Duce, surrogauit filium ipsius cognominem dictum ignauum. 34) Hoc ægre ferens alter filius, Gothofredus Dux Ribuariorum, dum ipsi Ducatus Mosellanorum, siue Lotharingia inferior denegaretur, 35) contra Imp. rebellat, 36) sed capto ipsius castro Beggenheim, 37) rebellioni suæ desperans, Regique ad deditionem veniens, in arcem Gibichenstein missus est custodiendus. 38) Restitutus tamen a. 1046. in Ducatum suum Lotharingiæ superioris, dum Lotharingia inferior, Gotzelonis ignaui pars, Friderico concederetur. 39) Hoc ipse grauiter ferens, denuo cum Balduino, Flandriæ Comite, 40) & Theodorico, Phladirtingensi Marchio-

tiam administrabat. Is Leonem adiens, æmulatione Dei plenus, constanter eum de incepto redarguit, illicitum esse inquiens, per manum laicam summum Pontificem, ad gubernationem totius Ecclesiæ violenter introire. Verum si suis se credere velit consiliis, vtrumque & quod maiestas imperialis in ipso non exacerbetur, quodque libertas Ecclesiæ in electione canonica renouetur, se pollicetur effecturum. Inclinatus ille ad monitum eius, purpuram deponit, peregrinique habitum assumens, ducens secum Hildebrandum, iter carpit. Igitur ad vrbem vsque venientes, consilio Hildebrandi a clero & populo Bruno in summum Pontificem eligitur, sicque vtcunque Romana Ecclesia ad faciendam electionem informatur.

29) LEO OSTIENSIS II. c. LXXXIX. *defuncto preterea sanctæ memoriæ Papa Leone Hildebrandus tunc Romanæ Ecclesiæ Subdiaconus, ad Imperatorem a Romanis transmissus est, vt, quoniam in Romana Ecclesia persona ad tantum officium idonea reperiri non poterat, de partibus illis, quem ipse tamen vice Cleri, populique Romani in Pontificem elegisset, adduceret. Quod cum Imperator assensus fuisset, & Gebeardum Aistettensem Episcopum, cuius supra meminimus, Hildebrandus ex industria, & consilio Romanorum expetiuisset, tristis super hoc valde Imperator effectus est: nimis enim illum carum habebat, & cumeundem sibi omnimodis necessarium Imperator assereret, & alium, atque alium huic officio magis idoneum iudicaret, Hildebrando tamen, vt alterum reciperet, persuadere nullatenus potuit. Erat enim idem Episcopus, super id, quod prudentia multa callebat, post Imperatorem potentior, ac ditior cunctis in Regno. Hunc ergo Hildebrandus, inuito licet Imperatore, inuito etiam eodem ipso Episcopo, propter quod vtique postmodum dictus est Monachos non amasse, Romam secum adduxit, eique Victoris nomen imponens, Romanum Papam, cunctorum assensu constituit. Cum iam ferme a transitu Papæ Leonis annus elaberetur.* LAMBERTVS SCHAFNABVRGENSIS, BERTHOLDVS CONSTANTIENSIS, CONT. HERM. CONTRACTI, *ad an. 1054.* ALBERICVS *ad a. 1055.* OTTO FRISINGENSIS VI. c. XXXII.

30) Verba sunt HERMANNI CONTRACTI *ad a. 1042.* DONNIZO *Vita Mathildis c. XII.* VVIPPO p. 424. *quod autem Burgundia subiecta est modo, trinum regum gloriæ ascribitur. Secundus Heinricus Imperator primum eam subiicere intendit, & bene in hoc studio perseuerauit. Deinde Conradus Imperator animoso impetu Francos hostiliter ex ea eiecit, belloque eam subiugauit, ad extremum Rex Heinricus tertius, pius, pacificus, linea iustitiæ bello & pace eandem Burgundiam temperauit cum magnificentia.* PANEGYRICVS de Henrico III. apud CANISIVM *Tom. II. p. 190.*

31) HERMANNVS CONTRACTVS *ad a. 1044.*

32) HERMANNVS CONTRACTVS *ad a. 1048.*

33) HERMANNVS CONTRACTVS *ad a. 1052.* STVMPF *Schweitzer Chronic. lib. IV. c. XLI.*

34) HERMANNVS CONTRACTVS ad a. 1044. *Gozzilo Dux Lotharingorum moriens, Gozzeloni filio suo, quamuis ignauo, Ducatum suum a Rege Henrico promissum reliquit.* LAMBERTVS SCHAFNABVRGENSIS, CHRON. LEODIENSE *ad h. a.* ALBERICVS *ad a. 1043.*

35) SIGEBERTVS GEMBLACENSIS ad a. 1014. *Gothelonis filius Gotefridus, dum ei Ducatus Mosellanorum denegatur, altero Ducatu repudiato, contra Imperatorem rebellat.* ALBERICVS ad a. 1043. *Godefridus, dum ei Ducatus Mosellanorum denegatur.* AVENTINVS V. Annal. Boiorum c. VII. *Gotzelo dum adhuc viueret, inferiorem Lotharingiam consensu Cæsaris, Godefrido tradiderat: ipse Mosellanum ducatum, quoad vixit, retinuit; quem Cæsar alteri eius filio in tutelam committere destinauit. At Godefridus refragabatur, principatum fratri inuidebat, vtrumque ambibat, altero Ducatu contra Imperatorem rebellat.*

36) HERMANNVS CONTRACTVS c. l. *sed alter filius eius Godefridus, iamdudum Dux cum Ducatum fratri debitum, a Rege obtinere nequisset, pie Regi rebellare præsumit* ad a. 1045.

37) HERMANNVS CONTRACTVS ad a. 1044. *Beggelenheim castellum Godefridi a Rege captum.*

38) HERMANNVS CONTRACTVS *ad a. 1045.* CHRON. LOBIENSE *ad a. h.* LAMBERTVS SCHAFNABVRGENSIS ad a. 1045. *Dux Godefridus a Rege in deditionem acceptus, in Gibikestein missus est custodiendus.* THEODOR. ENGELHVSIVS *Chron. pag. 1087.* ANNALISTA SAXO *ad a. 1046.* CHRON. REG. S. PANTALEONIS *ad a. 1045.*

39) HERMANNVS CONTRACTVS ad a. 1046. *Henricus Gotefrido Duci e custodia relaxato, sibique procedenti, terratenus prostrato, Ducatum suum misertus reddidit.* Et paullo post: *Fridericus Dux Lotharingorum pro Gotefridi fratre ignauo Gozzilone constituitur.* CHRONOGRAPHVS & ANNALISTA SAXO *ad a. 1046.*

40) LAMBERTVS SCHAFNABVRGENSIS ad a. 1046. *Dux Gotefridus custodia absolutus, dum videret, nec intercessionem principum, nec deditionem, quam sponte subierat, sibi aliquid profuisse, & rei indignitate, & inopia familiaris tædio permotus, bellum rursus de integro sumpsit.*

41) CHRON.

Marchione a. 1047. rebellat, 41) maxime, dum Imp. Lotharienſem Ducatum Adelberto concederet, quem Godefridus occidit, poſt quem Gerhardus Dux ab Imp. conſtituitur. 42) Hinc Nouiomagi domum regiam miri & incomparabilis operis incendit, Ciuitatem Verdunenſem cepit, maiorem in ea eccleſiam concremauit. 43) Verum Henricus a. 1047. Belgicam ingreſſus, duas municiſſimas vrbes, Rinesburg & Vlaerdingen cepit, 44) & deuicto a quibusdam Principibus, Marchione atque occiſo, 45) Godfridum & Balduinum ad detitionem coëgit, iſte etiam interuentu Leonis IX. Papæ & Principum, gratiam Imp. a. 1050. obtinuit. 46) Balduinus tamen eodem adhuc anno inuaſo Hannonienſium Comitatu contra Imp. rebellans, Huium incendit. 47) Verum, Imp. contra Balduinum a. 1054. proficiſcitur, & Scaldem fluuium, Balduino fugiente tranſiens, omnia depopulatur, multam cædem inimicorum faciens, & vltra progreſſus, Lambertum Comitem, Balduini ſatellitem, cum multis peremit, multos etiam Flandrenſium primores exercitum ſuum perſequentes, concludit intra vrbem Tornacum, & obſeſſos coepit 48)

§. VIII. Anno 1047. Henricus Imp. & Henricus Galliarum Rex in Metenſi territorio conuenientes, pacem inter ſe iuramento firmant. 49) Anno 1056. perrexit ad villam Ciuois, 50) in confinio ſitam regni Francorum ac Teutonicorum, colloquium ibi habiturus cum rege Francorum, a quo contumelioſe atque hoſtiliter obiurgatus, quod multa ſæpe ſibi mentitus fuiſſet, & quod partem maximam regni Francorum dolo a patribus eius occupatam, reddere tamdiu diſtuliſſet. Cum Imperator paratum ſe diceret, ſingulariter cum eo conſerta manu obiecta refellere, ille proxima nocte fuga lapſus, in ſuos ſe fines recepit. 51) Anno 1055. Imperator rurſum Italiam ingreſſus, Beatricem, Mathildæ matrem, conſanguineam ſuam marito ſuo Bonifacio Marchione defuncto, ſecum reduxit, 52) moleſte ferens, quod Gothofredo Lotharingiæ Duci eſſet copulata. 53) Veritus, quia prædiues erat Beatrix, Godefrido plurimum potentiæ eſſe adceſſurum.

§. IX. Inter

41) CHRON. LOBIENSE ad a. 1046. *Godefridus cuſtodia relaxatus, cum Balduino Comite concordatur, & ambo rebellant.* HERMANNVS CONTRACTVS ad a. 1047. *Theodoricus de Phatirdinga Marchio rebellauiſſe, & Epiſcopatus ſibi contiguos ad iniuriam Imperatoris populatus eſſe nuntiatur.* MATTHAEVS VOSSIVS *Annal. Hollandiæ Zelandiaque pag. 36.*

42) HERMAN. CONTRACTVS nou. Cod. *ad a. 1047. Codefridus Dux inter alia quæ contra Regem fecit, Viridunenſem ciuitatem combuſſit, cuius Ducatum Imperator Adalberto cuidam tradidit.* Idem ad a. 1048. *Godefridus Adalbertum Ducem occidit: cuius ducatum Gerhardo Imperator dedit.* ANNALISTA SAXO *ad a. 1044.*

43) LAMBERTVS SCHAFNABVRGENSIS *ad a. 1046.* HVGO FLAVINIACENSIS *pag. 190.* HERM. CONTRACTVS ad a. 1047. *per idem tempus cum expeditionem in Pannonias, ad Petrum vlciſcendum diſponerent, Gotefridus Dux, cum Balduino de Flandria & aliis nonnullis rebellionem innouaſſe, bellumque copiis collectis parauiſſe nuntiatur.* Et paullo poſt: *quibus ex cauſis dilata expeditione illa, cum Gotefridus quoque Dux rebellionem ſuam callidis legationibus diſſimularet.* Et ſtatim: *Ipſo quoque tempore Gotefridus inter alia quæ contra Regem geſſit, Viridunenſem ciuitatem dolo captam, incendit & euertit.*

44) LAMBERTVS SCHAFNABVRG. *c. l.*

45) HERMANNVS CONTRACTVS *ad a. 1049.* VOSSIVS *p. 39.*

46) HERMANNVS CONTRACTVS ad a. 1049. *ſequuta æſtate, cum Imperator expeditionem contra Gotefridum & Balduinum a Domino Papa excommunicatos, pararet: Godefridus tam contra vim Imperatoris, quam Papæ excommunicationem, Aquisgranum venit, & opitulante Papa, gratiam Imperatoris promeruit, Balduinus vero vtrumque contemnens vaſtata ab exercitu magna ex parte prouincia ſua, tandem obſides dedit, & pactum cum Imperatore fecit.* OTTO FRISINGENSIS VI. c. XXXIII. *Imperator Belgicam ingreſſus, Gotfridum & Balduinum Duces ad deditionem coëgit.* SIGEBERTVS GEMBLACENSIS, CHRONOGRAPHVS SAXO, VRSPERGENSIS *ad a. 1049.* LAMBERTVS SCHAFNABVRGENSIS, ALBERICVS *ad a. 1050.*

47) ALBERICVS, CHRON. LOBIENSE *ad a. 1050.* SIGEBERTVS GEMBLACENSISS *ad an. 1053.*

48) Verba ſunt ALBERICI *ad a. 1054.*

49) Verba ſunt HERMANNI CONTRACTI *ad a. 1048.* CHRON. LOBIENSE *ad a. 1048.*

50) Eſt Epuſium, Germanis *Ipſch*, Gallis *Iuoy* dictum, caſtrum antiquiſſimum in finibus Treuirorum. Ad quod iam olim conuenire ſolebant, prout ex SIGEBERTO videmus ad a. 1024. *Henricus Imperator, & Robertus Rex Francorum ſuper Carum fluuium apud Euaſium conueniunt.* Vid. VALESII *Not. Galliarum voce Epuſium.*

51) Verba ſunt LAMBERTI SCHAFNABVRGENSIS *ad a. 1056.*

52) Verba ſunt OTTONIS FRISINGENSIS *VI. c. XXXIII.* LAMBERTVS SCHAFNABVRGENSIS ad a. 1055. *Beatrix diſſimulato metu Imperatori obuiam proceſſit, & vix impetrata dicendi copia ait: nihil ſe egiſſe, præterquam quod iure gentium ſibi agere licuiſſet. Deſtitutam ſe priori marito deſolatæ domui patronum parauiſſe, & ingenuum ingenuo ſine fuco nefariæ cuiusdam machinationis nupſiſſe. Nec æqui nec boni memorem eum eſſe, ſi id ſibi pace eius non liceret, quod in Imperio Romano fœminis nobilibus ſemper licuiſſet.* Et paullo poſt: *Imperator Beatricem quaſi per deditionem acceptam ſecum abduxit hoc illi culpæ obiiciens, quod contractis ſe inconſulto nuptiis hoſti publico Italiam prodidiſſet.* CHRONOGRAPHVS SAXO ad a. 1055. *Henricus Imperator Italiam cum exercitu petens omnia in pace diſpoſuit, reuertensque neptem ſuam Beatricem matrem Mathildæ ſecum duxit, indigne eam tractans, propter quasdam inſolentias eius quibus viuere conſueuerat, mortuo ipſius marito Bonifacio Duce.* ANNALISTA SAXO *ad an. 1054. 1055.* CHRON. REG. S. PANTALEONIS *ad a. 1055.*

53) BERTHOLDVS CONSTANTIENSIS ad a. 1054. *Godefridus clam ingreſſus Italiam, Dominam Beatricem, viduam Bonifacii Marchionis, ſibi in coniugium copulauit.* Idem ad a. 1055. *Imperator Italiam viſitat, & prædictam Beatricem inde abduxit captiuam, quippe multum moleſte ferens, Duci Godefrido eſſe copulatam.* LAMBERTVS SCHAFNABVRGENSIS *ad a. 1055.* CONRADVS VRSPERGENSIS *p. 218.* ANNALISTA SAXO *ad a. 1051.*

54) HERM.

§. IX. Inter gesta ipsius ciuilia est referendum, quod anno 1047. Welfum Comitem Sueuigenam, Welfi Comitis filium, Carentanum Ducem fecerit. 54) Anno 1048. creauit Ottonem, Sueinfurti Marchionem Ducem Alemanniæ. 55) Anno 1049. post mortem Henrici, Cunigundæ fratris filii, constituit Conradum, Ludolphi Palatini Comitis filium, Etzonis nepotem. Ducem Bauariæ: 56) Verum, dum Imp. filiam, quam accipere vxorem debuerat, contemneret, infensus ipsi factus 57) Imp. ipsum incusatum etiam quorundam Principum iudicio, Merseburgi Ducatu priuauit, & in Bauariam veniens, Ducatum eiusdem Prouinciæ filio suo æquiuoco tradidit, etiam quibusdam possessionibus in Carinthia priuauit. 58) Verum, Conradus contracta cum Vngaris amicitia, auxilio Andreæ Regis, quando Carinthiæ partem, quorundam etiam primatum, qui eum possidebant, machinatione, aliis expulsis primoribus, inuasam cepit. Immo, Vngarorum auxilio moliebatur Henricum regno priuare. 59) Verum, ab Henrico expulsus, in Pannonia exul veneno fuit sublatus. 60) Anno 1049. synodum celebrauit Moguntinam. 61) Anno 1050. contra Gazmerum, Polonorum Ducem rebellionem molientem, expeditionem parat, grauique infirmitate detentus, pacem pactumque eum petentem suscipiens, discessit. 62) Anno 1056. magna cædes a Luitiis in Christianos facta est. Miserat enim contra eos Imp. Wilhelmum Marchionem & Theodericum Comitem, qui illos cum infinita multitudine exercitus Saxonici peremerunt. 63)

§. X. Anno 1045. grauissima infirmitate decubuit Henricus, ita, vt Henrico Comiti Palatino Rheni Proceres regnum iamdum destinarent. Quæ tamen spes fuit frustranea, recuperata sanitate. 64) Anno 1051. Natalem Domini in Saxonia apud Goslariam agens, & multos ex Principibus filio suo Henrico IV. iureiurando fidem, subiectionemque promittere fecit. 65) Anno 1053. vero magno apud Triburiam conuentu habito, filium æquiuocum Regem a cunctis eligi, eique post obitum suum, si Rector iustus futurus esset, subiectionem fecit promitti. 66). Idem insequenti anno, ab Hermanno Coloniensi, inuito licet Luipoldo Moguntino, in regem fuit coronatus Aquisgrani. 67)

§. XI.

54) HERM. CONTRACTVS *ad a. 1047.* HIST. GVELPHORVM *n. 6. genuit & filium sui nominis Guelfum, virum per omnia probatum, qui Ducatum Carintiorum & Marchiam Veronensem acquisiuit & strenuissime rexit.*

55) HERM. CONTRACTVS ad a. 1048. *Imperator natalem Domini in Saxonia moratus, confestim per Wurciburgum in Alemanniam venit, & Vlma colloquium habens, Othonem de Suinfurto Marchionem, Sueuis Ducem constituit.* ANNALISTA SAXO *ad a. 1047.*

56) HERM. CONTRACTVS ad a. 1049. *Imperator natalem Domini Frisinga, & purificationem sanctæ Mariæ Ratispona agens, Baioariæ Ducem Conradum constituit.* MONACHVS BRVNWILERENSIS *Vita Etzonis c. I.* VITVS ARENPECK *Chron. Boioar. p. 660.* AVENTINVS *lib. V. c. VII.*

57) MONACHVS BRVNWILERENSIS vita Ezonis apud LEIBNITIVM Tom. I. p. 316. dicens: *Sed Cunonis interitus hac causa extitit, quod contempta Imperatoris Henrici filia, quam vxorem accipere debuerat, hoc sui Ducatus honore depulsus, sed propere Vngaris amicitia coniunctus est.* HERMANNVS CONTRACTVS ad a. 1053. *Imperator vero in Baioariam veniens Ducatum eiusdem prouinciæ filio suo æquiuoco tradidit.* CHRONOGRAPHVS SAXO *ad a. 1053. 1054.*

58) HERM. CONTRACTVS ad a. 1053. *Imperatore in Saxonia apud Merseburg commorante, cum Rege Danorum pascha egit, ipsisque diebus Conradum Baioariæ Ducem, cui iam prius infensus erat, incusatum quorundam Principum iudicio, Ducatu priuauit.* Et paullo post: *Ad conuentum Triburiensem cum Conradus dudum Baioariæ Dux venire nolens, cum expeditis militibus Regi rebellare moliens, Hungaris se adiungere tentasset, & Carentani fines inuasisset: quibusdam inibi quæ prius habuerat possessionibus suis, ab Imperatore priuatus est, eas quasi legaliter acquirente.* Et statim: *per idem tempus Conradus dudum Dux ab Andrea Rege Hungarorum gratanter susceptus, ei, ne allegatum cum Imperatore fœdus perficeret, dissuasit, & auxilio eius quandam Carentani partem, quorundam etiam Primatum, qui eam possidebant machinatione, aliis expulsis primoribus inuasum.*

59) HERMANNVS CONTRACTVS *cit. loc.* MONACHVS BRVNWILERENSIS *c. l.*

60) MARIANVS SCOTVS *ad a. 1054.* ANNALES HILDESHEIMENSES *ad a. 1054.* Male igitur ADLZREITERVS *Ann. Boiic. p. I. lib. XVII. n. 18.* mortem ipsi naturalem tribuit. ANDR. BRVNNERVS *Ann. Boiic. p. II. lib. V. pag. 235.* eum peste euomuisse impuram animam dicit.

61) LAMBERTVS SCHAFNABVRGENSIS, HERM. CONTRACTVS, SIGEBERTVS GEMBLACENSIS, ALBERICVS, CHRONOGRAPHVS SAXO *ad a. 1049.*

62) Verba sunt HERMANNI CONTRACTI *ad a. 1050.*

63) CHRONOGRAPHVS SAXO *ad an. 1056.* CONTIN. HERMANNI CONTRACTI *ad a. 1056.* LAMBERTVS SCHAFNABVRGENSIS, ANNALISTA SAXO, ANNALES HILDESHEIMENSES *ad a. 1056.*

64) De infirmitate quidem tradit HERMANNVS CONTRACTVS ad a. 1045. *per idem tempus regale colloquium apud Tribura condictum, grauis Regis infirmitas præpediuit.* De reliquo solus, quod noui, AVENTINVS lib. V. cap. VII. n. 35. dicens de eodem: *inde Francofordiam se confert, vbi grauissima ægritudine decubuit, adeo, vt desperata eius salute Hainricus summus Boiorum regulus, Otto Sueuorum dux, episcoporum plerique, Hainrico filio Heitzilini huius Ottonis patrueli Imperium destinarint. Sed consilium illorum frustra fuit.*

65) Verba sunt HERMANNI CONTRACTI *ad a. 1051.* LAMB. SCHAFN. vero ad a. 1052. *Imperator Natalem Domini Polethæ celebrauit, vbi filio suo Henrico adhuc catechumeno principes regni sub iuramento fidem promittere fecit.*

66) Verba sunt HERMANNI CONTRACTI & BERTHOLDI *ad a. 1053.* LAMB. SCHAFNAB. ad a. 1052. *Imperator Natalem domini Polethæ celebrauit, vbi filio suo Henrico adhuc catechumeno principes regni sub iuramento fidem promittere fecit. Pascha celebrauit Coloniæ, ibique prædictus puer ab Herimanno eiusdem ciuitatis archiepiscopo baptizatus est.*

67) LAMB. SCHAFNAB. ad a. 1054. *Imperatoris filius Heinricus consecratus est in regem Aquisgrani ab Hermanno Coloniensi archiepiscopo, vix & ægre super hoc impetrato consensu Lupoldi archiepiscopi ad quem propter primatum Moguntiæ sedis consecratio regis & cætera negotiorum regni dispositio potissimum pertinebat.* Sed Imperator potius Heri-

manru-

§. XI. Dum interim Germaniæ Principes de ipso, quasi a virtutis tramite decederet, parum essent contenti, 68) ipse aduocato ad se Victore Papa, Bothfeldæ, quod in Thuringiæ & Saxoniæ finibus situm est oppidum, 69) vbi commorabatur, morbo ex mœrore de accepta a Luititiis insigni clade 70) ingrauescente, infirmatus, commentato & adprobato a præsente Papa, Episcopis & Principibus filio suo successore, 71) obiit 3. Nonas Octobris 1056. 72) anno ætatis suæ 39. Regni vero 18. Imperii 15. Indictione decima. Qui inde asportatus, Spiramque translatus, in Templo S. Mariæ, quod ipse construxerat, adhuc imperfecto, iuxta patrem matremque est sepultus. 73) Cor vero ipsius Goslariæ, in hac quam fundauerat, Ecclesia S. Simonis & Iudæ fuit reconditum. 74)

§. XII. Binas habuit vxores. Prima Cunichildis, Canuti Anglorum & Danorum Regis filia, quam sibi a. 1036. apud Nouiomagum Regalibus nuptiis copulauit vxorem. 75) Ex hac an. 1038. defuncta, vnicam suscepit filiam, Beatricem, quam pater Abbatissam Qued-

manno Archiepiscopo hoc priuilegium vendicabat, propter claritatem generis eius, & quia intra diœcesin ipsius consecratio hæc celebranda contigisset. Erat vero hic Hermannus, Mathildis sororis tertiæ Ottonis filius, secundum ALBERICUM ad an. 1037. & MONACHUM BRUNWILERENSEM *Vita Ezonis cap. I. & III.*

68) HERMANNUS CONTRACTUS ad ann. 1056. *quo tempore regni tam Primores, quam inferiores, contra Imperatorem magis magisque mussitantes iamdum eum ab inchoata iustitia, pacis, pietatis, diuini timoris, multimodaeque virtutis tenore, in quo de die in diem debuerat proficere, paulatim ad quaestum & inturiam quandam deficere, multumque se ipso deteriorem fore causabantur.*

69) ANNALISTA SAXO ad a. 1056. *decessit autem in Saxonia, in silua, qua dicitur Hart, in loco Botuelde nominato, vbi autumnali tempore exercitandi gratia, venationem agens, morabatur.* De hoc loco nunc diruto IO. GEORG LEUCKFELD *Antiquit. Halberstad. p. I. pag.* 440. 466. & *Alstedensibus §. XIV.*

70) LAMBERTUS SCHAFNABURGENSIS ad a. 1006. *Imperator profectus Botfelden, cum ibi aliquandiu venationi deditus moraretur, comperit Wilhelmum Marchionem & Diodericum Comitem cum infinita multitudine Saxonici exercitus, quos contra Luticios miserat; male gestis rebus occubuisse. Nec multo post ipse corporis molestia correptus, cum VII. aut eo amplius diebus lecto decubasset, diem clausit extremum.* ANNALES HILDESHEIMENSES ad a. 1056. *Henricus doloribus, cordetenus compunctus infirmari cœpit, & hanc vitam præsentem in Deo finiuit.* ANNALISTA SAXO *ad ann.* 1056. CHRON. REG. S. PANTALEONIS *ad a.* 1056.

71) MARIANUS SCOTUS ad a. 1056. *Henricus Imperator bis doloribus corde tenus compunctus, infirmari cœpit, & productus vsque ad mortem. Sapienti tamen vsus consilio, ab omnibus quibus potuit, veniam petens, quibusdam pradia qua abstulit, restituit, cunctis, qui contra eum culpas damnabiles fecerunt, relaxans. Filium suum Henricum Romani pontificis tunc præsentis, caeterorumque pontificum & principum electione regem constituit. His & aliis, prout vita possibilitas admisit, bene dispositis, 3. nonis Octobris hanc vitam præsentem finiuit: sepultusque Spiræ, Papa præsente.* DODECHINUS ad a. 1106. de Henrico IV. dicit: *Pater eius apud Botfeld quum agrotaret (nam in iecore cerui mortem comederat) rogauit, immo imperando imperauit, vt filio suo iurarent ad obtinendum imperium. Quod quidam fecerunt, quum esset octo annorum, & nondum baptizatus.* SIGEBERTUS GEMBL. *ad an.* 1056. CHRON. WURTZB. *ad a.* 1056.

72) HUGO FLAVINIACENSIS Chron. Verdun. *obiit apud Goslare Henricus Imperator, & exsequiis eius interfuit, qui & Spiræ sepultus est anno ab incarnat Domini M L V I. Et remansit Agnes Imperatrix cum filio paruulo, qui & regnum obtinuit sub tutore regni Annone Coloniensi Archiepiscopo.* CONT. HERMANNI CONTRACTI *ad ann.* 1056. OTTO FRISINGENSIS *lib. VI. c. XXXIII.*

73) Verba sunt CONT. HERMANNI CONTRACTI *ad an.* 1056. LAMBERTUS SCHAFNABURGENSIS ad ann. 1056. *Corpus eius Spiram translatum est, & celebratis regio more exequiis, die natalitio Apostolorum Simonis & Iudæ, quo scilicet die etiam natus fuerat, sepulturæ est traditum.* MARIANUS SCOTUS, *bis aliis prout vita possibilitas admisit, bene dispositis 3. Nonis Octobris hanc vitam præsentem admisit: sepultusque Spiræ, Papa præsente.* ANNALES HILDESHEIMENSES, ALBERTUS STADENSIS, LAMBERTUS SCHAFNABURGENSIS, SIGEBERTUS GEMBLACENSIS, CHRONOGRAPHUS SAXO, ALBERICUS. Epitaphium eius habet GUILIELMUS MALMESBURIENSIS *c. XII. pag.* 29.

74) CHRON. GOSLARIENSE apud LEIBNITIUM Tom. III. p. 534. *in argumentum summa dilectionis primo filiam suam, post hæc cor proprium, cum præcordiis in choro nostro tumulari deuotus procurauit, quia propter loci distantiam hic integraliter sepeliri non poterat. Inde & corpus ipsius sepultum est in Spira.* ENGELHUSIUS CHRON. pag. 1087. *Henricus vero iste tertius moriturus, quia semper corde erat Goslariæ; vt viscera sua ibi reconderentur, petit: reliquum autem corpus locaretur Spiræ, cuius extitit fundator.* HAYNECCII *antiquit. Goslar. ad ann.* 1056. LEUCKFELD *Antiquit. Halberstadt. pag.* 440.

75) Verba sunt HERM. CONTRACTI ad an. 1036. GUILIELMUS MALMESBUR. *de gestis Anglorum lib. II. c. XII.* WIPPO p. 480. eam vocat Chunelindem. Dum vero in diuersis diplomatibus Chunigunda vocetur, rationem huius rei reddunt ANNALES HILDESHEIMENSES ad an. 1036. *ibi* (Nouiomagi) *filio Imperatoris, Heinrico Regi venit Regina, Cunichild nomine, in Benedictione Cunigund dicta est.* Idem tradit ANNALISTA SAXO ad an. 1036. Singulare est, quod de eadem narrat IO. BROMTONUS *Chronico pag.* 933. dicens: *quæ ad sponsum veniens multo tempore fœdus coniugale fouit. Postremo super adulterio accusata, mirabili duello cuiusdam iuuenis nomine Manicon, quem secum ab Anglia duxerat, contra hominem giganti similem nomine Roddyngar, sicut Deus per miraculum voluit, se purgauit; vnde ipsa de triumpho insperato gaudens, repudianti viro repudium dedit, & nunquam imposterum voluit eius consortio consentire; sed velum sanctimonialium suscipiens vitam castam Dei seruitio terminauit.* Eadem habet GUIL. MALMESBURIENSIS *c. l.*

75) WIPPO

Quedlinburgensem fecit consecrari. 76) Dein Agnetem, Wilhelmi Pictauiensis filiam sibi, Vesontione desponsauit, 77) eandemque Moguntiæ Reginam vngi faciens, regales apud Ingelheim nuptias celebrauit. 78) Ex hac sustulit Henricum IV. ipsius successorem, & Conradum, Bauariæ Ducem infantem mortuum. 79) Inter filias erant Mathildis, Rudolpho, Sueuorum Duci nupta, 80) Iuditha, Boleslao Polonorum Duci nupta. 81) Sophia, Salomoni Vngariæ Regi nupta. 83) Adelheidis abbatissa erat Quedlinburgensis. 82) Agnes vero a. 1077. Romæ fuit defuncta. 84)

SECT.

76) WIPPO pag. 442. *Regina Chunelindis coniux Henrici Regis, XV. Calend. Augusti, quasi in limine vitæ, ingressu mortis, occubuit, relinquens tantummodo solam filiolam de Rege, quam postea Pater Christo desponsans, in Abbatissam consecrari facit.* ANNALISTA SAXO, ANNALES HILDESHEIMENSES, HERM. CONTRACTVS *ad an.* 1038 Hanc Beatricem fuisse dictam putant, & quidem BONO *Syntagmate de Ecclesia Gandesiana* apud MEIBOMIVM *Tom. II. pag.* 50. contradicente LEVCKFELDO *antiquitatibus Gandersheimensibus* p. 230. Hoc certum, quod Henricus III. filiam habuerit, dictam Beatricem, Abbatissam, cuius ipse mentionem facit in diplomate ad ann. 1045. apud KETTNERVM antiquit. Quedlinburgensibus p. 165. *Tale predium, quale haberi visi sumus in locis Sinslebo & anegrimeslebo causa dilectissimæ Filiæ nostræ Beatricis Ecclesiæ in honore Domini nostri Iesu Christi & sancti Seruatii atque sancti Dionisii constructæ, cui prædicta Filia nostra diuina munificentia nostraque beneuolentia præest.* LEVCKFELDVS etiam, mutata priori sententia, *Antiquit. Halberstadt. p.* 412. satis demonstrauit, hanc Beatricem Henrici III. fuisse filiam ex Cunichilde.

77) GLABER RODVLPHVS lib. V. c. I. *Henricus duxit vxorem filiam Wilhelmi, Pictauorum Ducis, nomine Agnetem, quam etiam desponsauit, in ciuitate Chrysopolitana, quæ vulgo Vesontio vocatur.*

78) Verba sunt HERMANNI CONTRACTI *ad a.* 1043. LAMBERTVS SCHAFNABVRGENSIS, CHRONICON ANDEGAVENSE *ad a.* 1043. MARIANVS SCOTVS, ALBERTVS STADENSIS, ANNALES HILDESHEIMENSES, CHRON. REG. S. PANTALEONIS ad an. 1044. CHRONOGRAPHVS SAXO, ALBERICVS, HEPIDANNVS ad a. 1045. OTTO FRISINGENSIS *VI. c. XXXII.* ANNALISTA SAXO ad a. 1045.

79) HERM. CONTRACTVS ad a. 1052. *Imperator iterum filium, quem Conradum postea vocauerunt, Imperatori peperit.* LAMB. SCHAFNABVRGENSIS ad a. 1056. *Conradus filius Imperatoris, Dux Baioariæ obiit.*

80) HERM. CONTRACTVS ad a. 1045. *Agnes Regina filiam Regi peperit.* Hæc fine dubio est, de qua LAMBERTVS SCHAFNABVRGENSIS ad an. 1058. scribit: *Otto de Suinfurde, Dux Sueuorum obiit. Ducatum eius Rudolphus obtinuit, &, vt Regi in dubiis tunc rebus, ex affinitate deuinctior, fideliorque in Rempublicam foret, soror quoque Regis ei desponsata est, tenera adhuc ætate, traditaque est Episcopo Constantiensi nutrienda, dum thoro coniugali maturesceret.* Eadem habet CONT. RHEGINONIS ad a. 1059. ANNALISTA SAXO vero ad a. 1053. *filiam autem eius Rudolfus Sueuus mox post obitum Imperatoris Romoldo Episcopo Constantiensi commentatam vtrum consilio raptam, an dolo, nescitur, vxorem duxit.*

81) ANDREAS Abbas vita Ottonis Bambergensis lib. I. c. I. *accidit forte illis diebus, vt Germana soror Henrici IV. Imperatoris, Iudita nomine, in matrimonio iungeretur Bolezlao, Bolonorum Duci.* Ea esse videtur, de qua HERM. CONTRACTVS ad a. 1047. *Imperatrix Agnes, quæ Romæ ab Imperatore digressa fuerat, in Rauennati Territorio filiam peperit.*

82) Salomonem, Vngariæ Regem, Henrici IV. sororem habuisse in matrimonio, docet nos LAMBERTVS SCHAFNABVRGENSIS, dum ad a. 1061. sic scribit: *Andreas Rex Vngariorum . . vxorem suam & filium Salomonem, cui imperator filiam suam paruulo paruulam desponderat, cum multis opibus ad regem Henricum transmisit.* De eadem *idem dicit pag.* 277. 293. 408. CONRINGIVS quidem *de finibus Imperii lib. I. c. XVIII.* ipsam vocat Sophiam & maritum Stephanum Vngariæ Regem, quod vltimum omnino est falsum. Sic enim etiam SIGEBERTVS GEMBLACENSIS ad a. 1063. *Salomon, Vngarorum Rex, Andreæ Regis filius, Heinrici Imp. sororem accipit vxorem.* Idem dicit *ad a.* 1070. Salomonis etiam vxorem Sophiam vocat BONFINIVS *Rerum Vngar. Dec. II. lib. IV. p.* 153.

83) Vid. PFEFFINGERVS *Vitriario pag.* 524. Huius insidiis Egbertus, Saxoniæ Marchio a. 1090. dicitur peremptus apud BERTOLDVM CONSTANTIENSEM. Sic etiam CHRON. HALBERSTADTENSE apud LEIBNITIVM *Tom. II. p.* 125. in quo dedicationis restauratæ Ecclesiæ Halberstadtensis fit mentio: *affuit quoque dedicandæ Dei aulæ Serenissima Domina Bertha regina. Cum præclara matertera sua Irmengarda Ducissa & sorore regis Adelheide, Quedlinburgensis Ecclesiæ Abbatissa.* Huius diploma de anno 1068. exhibet KETTNERVS *antiquitatibus Quedlinburgensibus p.* 167.

84) CHRON. STEDERNBVRGENSE, ANNALES HILDESHEIMENSES *ad a.* 1077. Epitaphium reperitur apud BARONIVM *Ann. Eccles. Tom. XI. n.* 78.

SECTIO TERTIA
DE
HENRICO IV.

§. I. Henrici IV. natiuitas & baptismus. §. II. Henrici successio sub educatione Agnetis matris. §. III. Otto Saxoniæ Marchio cum Saxonum quibusdam rebellat. §. IV. Romani Papam petunt ab Imp. §. V. Alexander II. inconsulto Imp. Papa a Romanis constituitur. §. VI. Imp. matri suæ in Cæsaris insula ab Annone Coloniensi subducitur. §. VII. Vilis regis, minoris adhuc, auctoritas: turba Goslarienses inter episcopum Hildesheimensem & abbatem Fuldensem. §. VIII. Regimen episcoporum, præcipue Adelberti Archiepiscopi Bremensis. §. IX. Henrici mores. §. X. Henricus armis accingitur. §. XI. Rex a morbo conualescens cum Berthâ nuptias celebrat, a qua tamen separari cupit. §. XII. initia motuum Thuringicorum. §. XIII. negotium cum Ottone duce Bauariæ. §. XIV. Imperii maiestatem in Polonos & Russos exercet. §. XV. Rex castella in montibus Thuringiæ atque Saxoniæ extruit, decimas introducere & Saxonum ferociam coërcere conatur. §. XVI. Hildebrandus, dictus Gregorius VII. Papa constituitur. §. XVII. Prima initia coniurationis Principum Saxoniæ a. 1073. ob contemptum Regis. §. XVIII. Præs-

Præsidiarii castellorum graues Saxonibus: Hi conuentus agunt, coniurationem ineunt. §. XIX. Postulata Saxonum. §. XX. Saxones castella obsident: Conuentus Gerstungensis, Moguntinus, Openheimensis. §. XXI. Primum bellum Saxonicum, in quo cedere Henricus necessum habet, castella diruuntur. §. XXII. Henricus Papam contra Saxones ob violata sacra interpellat: Papa legatos mittit. §. XXIII. Bellum Vngaricum ob Salomonem regem eiectum. §. XXIV. Russorum Princeps Demetrius Henrici auxilium implorat. §. XXV. Alterum bellum Saxonicum a. 1075. Prælium ad Vnstrudtam: Conuentus Gerstungensis: deditio Saxonum. §. XXVI. Rex in Comitiis Goslariensibus Conradum filium constituit successorem. §. XXVII. Gregorius VII. Henricum Romam citat. Dictatus Hildebrandinus: Papæ in synodo Wormatiensi condemnatio. Henrici nouo exemplo facta excommunicatio. §. XXVIII. Henricus castella restaurat & Saxonibus grauis est: Hi conuentus agunt: Comitia Wormatiensia. §. XXIX. Saxonum conuentus Vlmæ & Triburiæ. Castra castris ad Oppenheimium opponuntur: Henricus cum Saxonibus paciscitur, controuersiam Papæ cognitioni subiicit. §. XXX. Henricus ineunte anno 1077. venit in Italiam. §. XXXI. Absolutio Henrici a banno ope Mathildis. §. XXXII. Italorum suasu contra Papam iterum insurgit Henricus. §. XXXIII. Rudolphi Sueui electio in Comitiis Forcheimensibus 1077. §. XXXIV. b. cum Boleslao Polonorum Duce. Mathildis, Tusciæ Comitissa sedem Papalem instituit heredem. §. XXXV. Primum cum Rudolpho prœlium ad Herbipolim: Legati Papales rei componendæ caussa veniunt in Germaniam. §. XXXVI. Alterum prælium ad Mellerstadtum & tertium ad Fladenheimum. §. XXXVII. In synodo Romana 1080. Henricus iterum excommunicatur. Huic Henricus opponit synodum Brixiensem & Moguntinam. §. XXXVIII. Quartum cum Rudolpho prælium & mors Rudolphi. Sueuiæ Ducatus Friderico Hohenstaufio conceditur. §. XXXIX. Henricus Saxonibus filium suum Regem commendat, qui reiicitur. §. XL. Henricus vrbem Romam capit, a Clemente III. Imp. coronatur, sed a Normannis & Mathildianis infestatur. §. XLI. Hermannus Lotharingus, dictus Cnufloch in regem eligitur. §. XLII. Henrici expeditio in Sueuiam. Gregorius Guibertum & Henricum denuo excommunicat. Synodus Quedlinburgensis & Moguntina an. 1088. §. XLIII. Gregorius VII. moritur. Victor III. Vrbanus II. Papa. §. XLIV. Prælium ad Herbipolim. Conuentus Herbipolitanus & Spirensis. Saxones Henricum recipiunt. Hermanni Lotharingi mors. §. XLV. Egbertus regiam dignitatem adfectat, sed in molendino occiditur. §. XLVI. Vrbanus Henricum denuo excommunicat. Mathildis Welphoni nubit. Imp. pergit in Italiam. §. XLVII. Conradus patri Henrico rebellat. Paschalis II. Henricum denuo excommunicat. §. XLVIII. Henricus V. patri rebellis ipsi regni insignia extorquet. §. XLIX. Henricus priuatus Leodii viuit, ibidemque moritur. §. L. Vxores & liberi. §. LI. Initium expeditionum cruciatarum.

§. I.

HEnrico III. ex Agnete filius erat atque successor Henricus IV. 1) natus Goslariæ 3. Idus Nouembris 1050. 2) Huic pater in natiuitate Domini Principes iuramento obligauit, dein Christianæ religionis sacris eum Coloniæ, feriis Paschalibus insequentis anni 1051. per Hermannum archiepiscopum 3) fecit initiari. An. 1054. vero ab eodem Hermanno in Regem fuit inauguratus Aquisgrani. 4) Princeps erat ingenio, fortitudine & audacia, statura etiam, totaque elegantia corporis fascibus Imperialibus aptior, 5) Prudens, Magnanimis, misericors, in eleemosynis largus, 6) licet ex praua educatione

1) Ipse se Henricum IV. & patrem suum Henricum III. vocat, in donatione Præpositure ad S. Hyppolitum ann. 1058. apud LVDEWIG *Reliqu. MS. Tom. IV. p.* 240. Henricus quartus etiam dicitur BRVNONI *Hist. B. Saxonici sub initium.*

2) HERM. CONTRACTVS ad an. 1050. *quo etiam tempore Agnes imperatrix tandem imperii filium peperit.* CHRONICON ANDEGAVENSE ad ann. 1050. *Henrico Imperatori filius natus est, & a Domino Papa, Leone IX. baptizatus.* Idem repetit CHRONICON MALLEACENSE *ad h. a.* CHRON. MELLICENSE pag. 224. CHRON. CLAVSTRONEOBVRGENSE ad a. 1050. CHRON. LOBIENSE ad a. 1050. Huc facit etiam BERTHOLDVS CONSTANTIENSIS *ad a.* 1064. *Rex Henricus anno regni sui nono, ætatis suæ decimo quarto, accinctus gladio.* LAMBERTVS SCHAFNABVRGENSIS vero ad ad. 1051. *natus est Imperatori filius, Henricus IV. Rex 3. Idus Nouembris.* Idem ad a. 1056. *Regnum pro patre obtinuit filius eius Henricus, quinque annorum infantulus.* HAYNECCIVS *Ant. Goslar. ad a.* 1050. BARONIVS *Annal. Tom. XI. ad a.* 1051. *n. XI.* Errat igitur MARIANVS SCOTVS, ANNALES HILDESHEIMENSES, ANNALISTA SAXO & CHRON. REG. S. PANTALEONIS, qui Henrici natalem ad a. 1048. referunt.

3) HERMANNVS CONTRACTVS ad a. 1051. Licet LAMBERTVS SCHAFNABVRGENSIS ad a. 1052. *Imperator natalem Domini Polethæ celebrauit, vbi filio suo Henrico adhuc catechumeno principes regni sub iuramento fidem promittere fecit. Pascha celebrauit Coloniæ, ibique prædictus puer a Herimanno eiusdem ciuitatis archiepiscopo baptizatus est.* Hinc facile patet, quam male CHRONICON ANDEGAVENSE atque MALLEACENSE ipsum a Leone IX. dicant esse baptizatum. Quod autem baptismus ad menses aliquot fuerit dilatus, ex ritibus illorum temporum ecclesiasticis erit diiudicandum, dum, nisi necessitate postulante, solo Paschatos & Pentecostes festo celebraretur. Plenius hunc natalem & Baptismum Henrici euicit ECCARDVS *stemmate Desideriano §. VI.*

4) *Sect. Super. §. IX.*

5) Verba sunt CONRADI VRSPERGENSIS p. 251. ALBERICVS ad a. 1083. *erat hic Imperator laudandus in multis, quod esset ore facundus, acer ingenio, multa eruditus lectione, impiger in eleemosynis multis, præclarus corporis & animi bonis, promtus ad arma, vtpote qui sexagies & bis acie collata dimicauerit.* AVCTOR CARMINIS DE BELLO SAXONICO *lib. I. p.* 202.

Aduersus Regem nulli pietate secundum:
Cuius & externi gaudent iuga ferre tyranni
Et cui se numquam tulit impune obuius hostis.

Quare AVCTORI VITÆ HENRICI *p. I. p.* 382. dicitur *gloria Romæ, decus Imperii, lucerna mundi.*

6) DODECHINVS ad a. 1106. *vt de Henrico omnia loquar, erat valde misericors. Aliqui enim dum sederet ad requisita naturæ, eum perforare volentes capti sunt, & ante eum ducti, qui conuicti & confessi abire iussi sunt impuniti. Multi etiam Principes, qui ei multa mala fecerunt, atque magnum contemptum ingesserunt, mox, vt ei se prostrauerunt, omnia eis condonauit. Et quamuis esset valde compatiens, & misericors in eleemosynis pauperum, obstinata tamen mente in excommunicatione permansit.*

7) BERT-

catione voluptuosus, tumidus & variis sceleribus inquinatus, 7) tyrannidis autem nota ipsi non adeo conueniens. 8) Adultior tamen factus, diuersa educationis vitia damnauit atque emendauit. 9)

§. II. Defuncto Henrico III. Henricus IV. sextum ætatis annum habens, non æque iure hæreditario, nec beneficio Victoris Papæ successit, 10) a primoribus Agneti matri Imperatrici educandus est commendatus. 11) Quæ prudens mulier, non curam solum educationis gessit insignem, sed etiam magna prudentia statum Reipublicæ periclitantis gubernauit. 12) Vsa potissimum consilio Henrici, episcopi Augustani. 13) Ista quoque a. 1057. Bauariæ Ducatum suscepit. 14)

§. III. Durante matris tutela, primas turbas a. 1057. mouit Otto, Guilielmi, 15) Saxoniæ siue Orientalis terræ Marchionis frater, sed matrimonio impari, matre scilicet Danica natus, vir acer ingenio & manu impiger. A puero apud Bohemos exul, post mortem fratris magna spe obtinendæ hæreditatis, regressus in Saxoniam, a cunctis illic Principibus benigne accipitur, magnisque omnium adhortationibus instigatur, vt non modo Saxoniæ Marchiam, quæ sibi iure hæreditario competeret, sed ipsum quoque regnum adfectaret. Vbi alacrem paratumque negotio aduertunt, fidem illi omnes dicunt, suas quisque manus, suam operam pollicentur, Regemque vbicunque fortuna opportunum fecisset,

7) BERTHOLDVS CONSTANTIENSIS ad a. 1068. *Henricus Rex adolescentiæ sua errore seductus legitima coniugis adeo obliuiscitur, & tam nefandis criminibus inuolutus esse infamatur, vt etiam Principes eius eum regno priuare molirentur.* CONRADVS VRSPERGENSIS *c. l. Henricus Archipirata & hæresiarcha nec non & apostata, persecutorque plus animarum quam corporum competenter dicebatur, vtpote qui nec naturalibus nec consuetudinariis contentus sceleribus noua & a sæculis inaudita ideoque nonnulla incredibilia excogitasse & exercuisse infamabatur.* ANNALES HILDESHEIMENSES ad ann. 1103. *Nemo vmquam talia ex antiquis voluminibus reperit scripta, qualia inaudita* (Henricus) *perpetrarat facinora; & nisi mira Dei clementia eum sufferret, & ad poenitentiam distulisset, terra eum virum, sicut Dathan, absorbuisset.* HVGO FLAVINIACENSIS *p. II. p.* 208. *Henricus aduersus Deum & matrem omnium catholicorum Romanam ecclesiam superbe tumidus.* BRVNO Hist. B. Saxonici pag. 177. *Rex ad omnia simulando dictus erat.* Et paullo post: *Rex magnus dissimulatur* CHRON. MAGDEBVRGENSE p. 321. *regnabat tunc Henricus illius nominis quartus, qui velut furens ignis cælo lapsus, certa videlicet tunc mortalibus aut - - infernalis furia conturbabat omnia, fasque nefasque confundens in ecclesia.*

8) BRVNO Hist. B. Saxonici p. 177. *Rex omnibus erat horribiliter crudelis.* PAVLVS BERNRIEDENSIS *Vita Gregorii VII. c. I.* §. 4. ipsum vocat modernum Neronem. De Anselmo Cantuariensi Episcopo dicit ALBERTVS STADENSIS ad a. 1093. *hic detestabatur Henricum, sicut & cæteri Episcopi, appellans eum in quadam epistola successorem Neronis & Iuliani apostatæ contra vicarium Petri.* Reperitur hæc epistola Anselmi apud DODECHINVM ad a. 1094.

9) AVCTOR VITÆ HENRICI p. 381. *postquam Rex puer de sinu matris abstractus in manus Principum nutriendus venit, quidquid illi præscribebant faciendum, vt puer fecit. Fuit hæc perfidia vel maxima, quod cum in puerilibus actis sua potestati relinquebant, vt & sic elicerent ab eo, quod adfectabant. Sed cum in eam ætatis & ingenii metam euasisset, vt quid honestum, quid turpe, quid vtile, quid non, discernere posset, retractans, quæ suggestione Principum inductus gessisset, multa, quæ gesserat, damnauit, & ipse index sui factus ex iis mutanda mutauit.* Adde ANNALISTAM SAXONEM ad ann. 1056.

10) PAVLVS BERNRIEDENSIS Vita Gregorii VII. §. LX. *Tertio Henrico mortuo, quartus ille Henricus Rex, permittente Romano Pontifice Victore, qui tunc morienti præsens erat, hæreditario iure successit.* ANTONIVS PAGI *Critica Annal. Baronii ad a.* 1056. *n. I.* hæc ita explicat: *Paulus intelligit de iure successionis ad Imperium Romanum, in quo summa erat Pontificis Romani auctoritas.* Verum, dum iam viuo adhuc patre a. 1051. antequam Victor Papa fuisset factus, Rex constitutus, prout *Sectione Superiore* §. *IX.* dixi, hæc saltim de consensu Papæ, moribundo Henrico III. præstito, sunt intelligenda.

11) Verba sunt CONTINVATORIS HERMANNI CONTRACTI *ad a.* 1056. nisi quod septimum ætatis annum habet, BRVNO vero Historia belli Saxonici ineunte: *Postquam Henricus Imperator ab hoc seculo felici morte migrauit, filius eius Heinricus quartus infeliciter in hoc seculo relictus vita, regnum patris electione communi suscepit. Quod cum adhuc decenter, vtpote puerulus quinquennis, gubernare non potuit, ipsum cum regni causa curandum cunctorum iussu Principum mater ipsius Agnes venerabilis Imperatrix accepit.* CHRONICON LAVRISHAMENSE pag. 128. MARIANVS SCOTVS, LAMBERTVS SCHAFNABVRGENSIS, ANNALES HILDESHEIMENSES, CHRONOGRAPHVS SAXO, ALBERICVS, ALB. STADENSIS *ad an.* 1056. OTTO FRISINGENSIS *VI. c. XXXIV.* AVCTOR VITÆ HENRICI pag. 381. ARNVLPHVS MEDIOLANENSIS *lib. III. Gest. Mediol. c. IV.* ANNALISTA SAXO *ad a.* 1056.

12) LAMBERTVS SCHAFNABVRGENSIS *ad a.* 1056. *Summa tamen rerum, & omnium quibus facto opus erat, administratio remansit, quæ tanta arte periclitantis reipublicæ statum tutata est, vt nihil in ea tumultus, nihil simultatis tanta rei nouitas generaret.* OTTO FRISINGENSIS VI. c. XXXIV. *ipsa per aliquod tempus prudenter ac strenue Imperium rexit.* AVCTOR VITÆ HENRICI *sub initium.* CHRON. REG. S. PANTALEONIS *ad a.* 1056.

13) HERM. CONTRACTVS ad an. 1057. *eodem tempore Henricus Augustæ Episcopus apud Imperatricem summum consilii locum habuit, quod nonnullis regni Principibus, eius insolentiam non ferentibus multum displicuit.* LAMBERTVS SCHAFNABVRGENSIS *ad ann.* 1062. *Imperatrix nutriens adhuc filium suum, regni negotium per se ipsam curabat, vtebaturque plurimum consilio Henrici Augustensis episcopi.* Idem ad a. 1064. *Henricus Augustensis episcopus obiit inuisus regi, inuisus episcopis omnibus, propter superbe administratam regni gubernationem tempore Imperatricis.*

14) ANNALES HILDESHEIMENSES, MARIANVS SCOTVS, CHRONOGRAPHVS & ANNALISTA SAXO, CONRADVS VRSPERGENSIS ad a. 1057.

15) Alius erat Wilhelmus, Thuringiæ Marchio, de quo LAMBERTVS SCHAFNABVRGENSIS ad a. 1061. Hic vero a. 1056. Luticios vicit, de quo LAMBERTVS SCHAFNABVRGENSIS *ad d. a.*

 16) Verba

ciffet, interficere conftituunt. 16) Huic accedebant Fridericus & frater eius de Gleisberg Comites, qui tamen cum Rege iterum fuerunt conciliati. 17) Saxones etiam iam tunc crebra conuenticula agebant, de iniuriis, quibus fub Henrico III. fuerant affecti, 18) inuicem conquefti. Conftituto igitur an. 1057. generali Saxonum conuentu Merfeburgi, Bruno & Ecbertus, patrueles regis ad eundem properantes, inciderunt in Ottonem, eundemque iuxta villam Niendorff ad Selckam, prope Halberftadtium 19) interfecerunt, atque hoc ipfo Germaniam magno metu liberauerunt. 20)

§. IV. Mortuo an. 1058. Stephano Papa, fedem papalem protinus inconfulto rege & principibus inuafit Benedictus quidam Lateranenfis, antea dictus Io. Mincius, adiutus factione populari, quos pecunia corruperat. 21) Infequenti vero anno Romani principes fatisfactionem ad regem mittunt, fe fcilicet fidem, quam patri dixiffent, filio, quoad poffent, feruaturos, eoque animo vacanti Romanæ ecclefiæ pontificem vsque ad id tempus non furrogaffe, eius magis fuper hoc expectare fententiam, orantque fedulo, vt quem ipfe velit, transmittat, nihil eius ordinationi obftare, fi quis non per legitimæ electionis oftium, afcendiffet in ouile. Rex habita cum primoribus deliberatione, Gerardum Florentinum epifcopum, in quem & Romanorum ftudia confenferunt, pontificem defignat, Romamque per Godefridum marchionem transmittit. Ita Benedicto, qui fine iuffu regis & principum facerdotium vfurpauerat, reprobato: Gerardus, qui & Nicolaus II. pontificatum obtinuit. Hic etiam in Synodo Romana a. 1059. celebrata, iura Imp. circa ordinandum Papam denuo confirmauit. 22)

§. V. Defuncto a. 1061. Nicolao Papa, Romani, Henrico IV. Coronam & alia munera mittentes, de fummi Pontificis electione, Regem interpellant. Qui generali concilio Bafileæ habito, impofita corona, a Romanis transmiffa, Patritius Romanorum eft adpellatus: Deinde, communi omnium confilio, Romanorumque legatis eligentibus, Chadelo, Parmenfis Epifcopus, Papa eligitur, Honorius appellatur; Papatum nunquam poffeffurus, fed per diffidia, ante eius promotionem, Hildebrandi archidiaconi artibus, Lucenfis Epifcopus, nomine Anfelmus, a Nortmannis, & quibusdam Romanis, Papa ordinatus, Alexander II. vocatur. 23) Hic iam a. 1073. Regem ad fatisfactionem pro fimonia,

16) Verba funt LAMBERTI SCHAFNABVRGENSIS ad a. 1057.

17) BERTHOLDVS CONSTANTIENSIS ad an. 1059. *Fridericus & Frater eius de Glichberga, Henrico Regi rebellant.* Hi nulli alii fuiffe videntur, quam e vicinia noftra Comites de Gleisberg, quorum memoria fere eft extincta. CHRONOGR. SAXO ad a. 1057. *eodem tempore quidam Fridericus & fratres eius Germaniæ partibus tyrannidem exercentes, ab Agnete Imperatrice & Principibus victi ad deditionem venere.* ANNALISTA SAXO *ad a.* 1057.

18) Verba funt LAMBERTI ad a. 1057.

19) CHRONOGRAPHVS SAXO ad an. 1060. *circumventus eft iuxta villam, quæ dicitur Niendorf fecus fluuium Salicam.* AVENTINVS *lib. V. Annal. Boiorum c. X.* SCHATENIVS *lib. VI. Ann. Paderborn. p.* 549. LEVCKFELD *Antiquit. Halberftadt. p.* 443.

20) Pergit LAMBERTVS SCHAFNABVRGENSIS: *perculfis metu omnibus quibus rerum publicarum folicitudo aliqua erat, & magnopere intentis ad fedandam turbam quæ oriebatur, placuit regem ocyus in Saxoniam venire, & periclitanti reipublicæ quaqua poffet ratione confulere. Itaque Natalem fanctorum Apoftolorum Petri & Pauli in Eifenburg celebraturus erat, eo, quicquid principum erat in Saxonia, ad colloquium evocari iusfit. Quo dum pergerent pro fua finguli copia, magna militum manu ftipati, contigit, vt Brun & Ecbertus patrueles regis cafu inciderent in multitudinem prædicti Ottonis, conglobato agmine ad curtem regiam proficifcentis. Hi præter cauffam publicam, priuatis quoque inimicitiis infeftisfimi illi erant. Nec mora, dato militibus figno ad pugnam, equis fubdunt calcaria, & pari vtraque pars audacia, paribus odiis in mutua vulnera ruunt. Ibi in prima fronte Brun & Otto, ambo pleni irarum, ambo fui regendi immemores, dum hoftem ferirent, tam concitatos in fefe vicisfim impetus dederunt, vt vterque alterum primo incurfu equo excuffum letali vulnere transfoderet. Amisfis ducibus aliquamdiu vtramque aciem anceps pugna tenuit. Sed Ecbertus quanquam grauiter faucius, dolore tamen interempti fratris efferatus, rapido curfu in confertisfimos hoftes præcipitem fe mittit. Bernardi Comitis filium egregium adolefcentem, fed vix dum militiæ maturum, interfecit; cæteros languidius, quoniam ducem perdidiffent, pugnantes in fugam convertit. Sic refpublica maximo metu liberata eft, & Saxones adempto rebellionis fignifero, nihil vlterius quod fecus effet, contra regem moliti funt.* CHRONOGRAPHVS SAXO *ad an.* 1060. ANNALISTA SAXO *ad a.* 1057. SCHATENIVS *Annal. Paderb. lib. IV. p.* 549. LEVCKFELDS *Halberftadt. Chronic. p.* 441. FABRICIVS *Origg. Saxon. lib. IV. pag.* 335.

21) Verba funt LAMBERTI SCHAFNABVRGENSIS ad a. 1058. 1059. BERTHOLDVS CONSTANTIENSIS ad a. 1059. *Romæ poft Stephanum quidem Benedictus contra canones priuata quorundam gratia ordinatus, fine confecratione menfibus VII. præfuit Ecclefiæ qui a Godefrido Duce expellitur, & Gerhardus Florentiæ Epifcopus, fecundus Nicolaus vocatus, Papa CLVII. præfuit annos fere tres.* CONTIN. HERMANNI CONTRACTI ad a. 1057. LEO OSTIENSIS *lib. II. c. CI.* PETRVS DAMIANI in epiftola ad Henricum Rauennatenfem Archiepifcopum *Tom. XI. Annalium Ecclef.* BARONII *ad a.* 1058. *n. XI.* Licet a Clero & populo Romanorum eum dicat electum PETRVS DIACONVS *lib. VII. c. XIII.*

22) Extat decretum Nicolai dift. XXIII. c. I. vbi §. 4. *eligatur autem de ipfius Ecclefiæ gremio, fi reperitur idoneus, vel fi de ipfa non inuenitur, ex alia affumatur. Saluo debito honore, & reuerentia dilecti filii noftri Henrici, qui in præfentiarum Rex habetur, & futurus Imperator, Deo concedente, fperatur: ficut iam fibi concesfimus, & Succesforibus illius, qui ab hac Apoftolica fede perfonaliter hoc ius impetrauerint.* LAMBERTVS *ad a.* 1059. HVGO FLAVINIACENSIS *p. II. pag.* 192. BARONIVS *Tom. XI. n. XXVII.*

23) Verba funt BERTHOLDI CONSTANTIENSIS *ad a.* 1061. CONT. HERMANNI CONTRACTI *ad h. a.* SIGEBERTVS GEMBLACENSIS, CHRONOGRAPHVS SAXO, ALBERICVS *ad an.* 1063. OTTO FRISINGENSIS VI. c. XXXIV. *his dictis*

nia, aliisque multis, quæ ipsi fuerunt obiecta, Romam inuitadit. 24)

§. VI. Licet autem prudenter tutelam administraret Agnes, non deerant tamen, qui vel muliebre Imperium imbecille, vel effœminatum Principem fieri dicerent, vel ipsam Augustam criminarentur, quod Henrico Augustano Pontifici adhæreret nimium familiaris. 25) Maxime vero Episcopi ad clauum Imperii sedere cupientes, Principem e matris gremio rapere tentabant. Ad vltimum Anno, Coloniensis Episcopus, communicatis cum

diebus Alexander primo Lucensis Episcopus, post communi voto & electione in summum Pontificem promotus, Ecclesiam iam diu ancillatam in pristinam reduxit libertatem, Cadolumque Parmensem Episcopum, armata manu, sedem Romanam occupare volentem, constantissime repressit. Inde de ipso in palatio Lateranensi scriptum reperi: regnat Alexander, Carolus cadit, & superatur. Dissidium hoc, mutato tamen ordine proponit PETRVS DIACONVS lib. III. c. XXI. dicens: *interea, vt superius redeam, defuncto apud Florentiam Apostolico, post duos annos & dimidium, quibus Ecclesiæ præfuit, cum maxima seditio inter Romanos cœpisset de ordinando Pontifice exoriri. Hildebrandus Archidiaconus cum Cardinalibus, nobilibusque Romanis consilio habito, ne dissensio conualesceret, Anselmum tandem Lucensem Episcopum, post tres circiter menses, in Romanum Pontificem eligunt, eumque Alexandrum vocari decernunt, nostro desiderio simul cum Principe Romam proficiscente, eique in omnibus suffragante. Quod cum ad aures Imperatricis, eiusque filii peruenisset, indignatione nimia ducti, quod hæc sine illorum consensu & auctoritate gesta fuissent, & ipsi nihilominus Cadaloum Parmensem Episcopum vltra montes a Placentino dumtaxat, & Vercellino Episcopis ipsa die festiuitatis Apostolorum Symonis & Iudæ in Papam eligi faciunt, eumque Romam e vestigio ad impugnandam, siue exordinandam Ecclesiam, cum valida manu militum, & pecunia multa, transmittunt; Sed, fauente Deo, licet plurimi Romanorum, nec non & plurium Capitaneorum illi, gratia Regis, adhæserint, licet etiam Castellum sancti Angeli ad vrbis oppugnationem illi tradiderint, cum semel, & bis magis instructus copiis aduentasset, & immensam valde pecuniam profligasset, multamque stragem non minus suorum, quam cæterorum fecisset, ad vltimum, clam de præfato Castello egressus, turpiter cum paucis aufugit, nec vltra venire ad has partes apposuit. Quippe qui eodem anno, id est in prædictorum Apostolorum Symonis, & Iudæ vigiliis, ab omnibus Teutonicis Episcopis, qui cum Rege tunc aderant, iusto Dei iudicio damnatus est, ac depositus.* Paullo aliter rem narrat LAMBERTVS SCHAFNABVRGENSIS ad an. 1063. *Gerhardus Papa, qui & Nicolaus, obiit, in cuius locum per electionem regis & quorundam Principum Parmensis episcopus substitutus est, & Romam per Bucconem, Halberstadtensem Episcopum missus.* Idem ad ann. 1064. *caussabantur Romani principes, quod rex eis inconsultis Romanæ Ecclesiæ pontificem constituisset, & ob eam iniuriam defectionem meditari videbantur, propter quod placuit Coloniensem archiepiscopum Romam mitti. Qui veniens eo, cum aliud turbatis rebus inuenire non posset remedium, iudicauit ordinationem, quæ inscio Senatu Romano facta fuisset, irritam fore, & sic amoto Parmensi episcopo, per electionem eorum Anselmum Luccensem episcopum pro eo ordinari constituit. Verum vbi ipse peracta legatione regressus est in Galliam, Parmensis episcopus armata multitudine non modica Luccensem episcopum sede Apostolica per vim deturbare aggressus est. E contra fautoribus illius ad arma impigre concurrentibus, congressio facta est, multique hinc & inde vulneribus acceptis corruerunt. Sic deprauata ecclesiastici rigoris censura, homines non vt quondam, vt præessent ecclesiæ Dei, iniecta manu trahebantur, sed ne non præessent, armata manu præliabantur, fundebantque mutuo sanguinem non pro ouibus Christi, sed ne non dominarentur ouibus Christi. Anselmus tamen, qui & Alexander & virtute militum & fauore Principum sedem obtinuit. Alter vero etsi per contumeliam repulsus, tamen quoad vixit, ab iure suo non cedebat, huic semper derogans, hunc adulterum ecclesiæ Dei, hunc pseudo-Apostolum appellans, missas quoque seorsum celebrans, ordinationes facere, & sua per ecclesias decreta & epistolas more sedis Apostolicæ destinare non desistebat. Verum nullus attendebat, criminantibus vniuersis, quod in vltionem priuatæ contumeliæ sedem quanquam Apostolicam homicidio maculasset.* ARNVLPHVS MEDIOLANENSIS *lib. III. Gest. Mediol. c. XVI.* PETRVS DAMIANI *in Epistola ad Cunibertum Taurinensem Episcopum* apud BARONIVM *Tom. XI. n. LXXI.* FERDINANDVS VGHELLVS *Italia Sacra Tom. II. in Vita Cadoli p. 211.*

24) CONRADVS VRSPERGENSIS pag. 221. *Anno domini 1073. Anno Coloniensis Episcopus & Hermannus Babenbergensis Romam missi sunt. - - Qui legatione peracta reuersi, litteras Alexandri apostolici detulerunt, Regem vocantes ad satisfaciendum pro Simoniaca hæresi aliisque nonnullis emendatione dignis, quæ de ipso Romæ fuerant audita.* OTTO FRISINGENSIS *lib. VI. c. XXXIV.* (Anno & Hermannus) *peracta legatione reuertentes, litteras summi Pontificis reportant, Regem ad satisfactionem pro simonia, aliisque multis, quæ ei obiecta fuerant, inuitantes.*

25) LAMBERTVS SCHAFNABVRGENSIS ad a. 1062. *Imperatrix nutriens adhuc filium suum, regni negotia per se ipsam curabat, vtebaturque plurimum consilio Henrici Augustensis episcopi. Vnde nec suspicionem incesti amoris effugere potuit. Passim fama iactitante, quod non sine turpi commercio in tantam coaluissent familiaritatem. Ea res principes grauiter offendebat, videntes scilicet, quod propter vnius priuatum amorem, sua, quæ potissimum reipublica valere debuerat, authoritas pene obliterata fuisset. Itaque indignitatem rei non ferentes, crebra conuenticula facere, circa publicas functiones remissius agere, aduersus imperatricem populorum animos sollicitare, postremo omnibus modis niti, vt a matre puerum distraherent, & regni administrationem in se transferrent.* BRVNO Hist. belli Saxonici ineuntes *Anno Coloniensis Præsul venerandus, eum violenter matri eripuit, eumque cum omni diligentia, sicut decebat Imperatoriam prolem, non tam regi quam regno prospiciens nutrire curauit.* SIGEBERTVS GEMBLACENSIS ad a. 1062. *Anno episcopus Coloniensis, concilio primorum regni indigne ferentium, per Agnetem matrem imperatoris Henrici non viriliter gubernari puerum, violenter & industrie captum sub tutela sua accepit, & imperii regimen, a matre eius amouit, de hac re coram cunctis ratione reddita, gratiam Domini sui imperatoris recepit, & per ipsum filium ad gratiam matris eius rediit,* OTTO FRISINGENSIS vero VI. c. XXXIV. *Henricus primo sub custodia matris suæ Agnetis imperatricis fuit, ipsaque per aliquod tempus prudenter ac strenue Imperium rexit, postmodum consilio quorundam matri alienatus, per se regnauit: quod fœminarum maxima dissensionis fuit.* CONT. HERM. CONTRACTI ad a. 1062. *Henricus Rex apud Traiectum Frisiæ vrbem, diem Paschæ cum matre Imperatrice egit. His diebus Hanno Agrippinæ Coloniæ Archiepiscopus adnitentibus quibusdam regni Principibus, Henricum Regem cum lancea & aliis Imperii insignibus a matre Imperatrice vi arripuit, secumque Coloniam adduxit.* ALBERICVS

cum Sigfrido Moguntino, Ecberto comite & Ottone duce Bauariorum consiliis, 26) nauigio per Rhenum, ad locum, qui dicitur S. Suiberti insula, 27) nunc Kayserswerth, venit. Ibi tum Rex erat, qui dum quadam die post solemnes epulas factus fuisset hilarior, hortari eum Episcopus cœpit, vt nauim quandam suam, quam ad hoc ipsum miro opere instruxerat, spectatum procederet. Facile hoc persuasit puero simplici, & nihil minus quam insidias suspicanti. Cumque nauim ingressus fuisset, stipantibus eum his, quos episcopus factionis suæ socios ac ministros parauerat, repente remiges insurgunt, remis incumbunt, nauim dicto citius in medium fluminis impellunt. Rex noua rerum facie confusus, incertusque animi, nec aliud quam vim & necem sibi paratam arbitratus, in flumen se præcipitem dedit, citiusque eum aqua violentior suffocasset, nisi Ecbertus comes dato post eum saltu, periclitantem, ipse quoque non minimum periclitatus, vix & ægre morti eriperet, & naui restitueret. Exin blanditiis, quibus poterant delinitum, Coloniam perducunt. Cætera multitudo per terram subsequitur, criminantibus plurimis, quod Regia Maiestas violata, suique impos facta foret. Anno, vt inuidiam facti mitigaret, ne videlicet priuatæ gloriæ potius, quam communis commodi ratione hæc admisisse videretur, statuit, vt episcopus quilibet in cuius diœcesi rex tunc temporis moraretur, ne quid detrimenti respublica pateretur, prouideret, & causis quæ ad regem delatæ fuissent, potissimum responderet. 28) Augusta vero, mutationis rerum intuitu, ad monasterium Fruteriam religiose viuens, se contulit, ac inde Romam veniens, & per aliquod tempus ibidem manens, vita decessit, & in Ecclesia sanctæ Petronellæ honorifice in tumba marmorea est sepulta. 29)

§. VII. Solutus tutela materna Henricus, consilio potissimum vtebatur Coloniensis Archiepiscopi, & Ottonis, ducis Baioariorum, quorum tunc arbitrio respublica administrabatur. 30) Ast, rege adhuc in puerilibus annis constituto, singuli quod sibi animus suggessisset, facere impune poterant. 31) Hinc etiam, dum Rex natalem Domini a. 1062. Goslariæ celebraret, inter Camerarios Henrici Hildesheimensis Episcopi, & Camerarios Wideradi Fuldensis Abbatis, de præcedentia grauis concertatio fuit suborta, quæ primo

BERICVS *ad a.* 1062. GOTFR. VITERB. *p. XVII. p.* 340. AVCTOR VITÆ HENRICI p. 381. *Principes puerum matre spoliabant - - illud causantes non decere regnum administrari a femina.* ADAMVS BREMENSIS *lib. III. c. XXXV. Indignantes principes, muliebri potestate constringi - - vindicarunt se in libertatem.*

26) Sic enim Principes, huius consilii participes recenset ANNALISTA SAXO ad a. 1062. *Rex puer machinatione quorundam principum, Sigefridi Mogontini videlicet Archiepiscopi, Ottonis Ducis de Northeim & Ecberti Comitis de Bruneswic, qui ipsius Regis patruelis erat, a matre Imperatrice subtrahitur, quorum numero Domnus Anno Coloniensis Episcopus se immiscuit, qui puerum in loco, qui dicitur Werida, naui imponens, abduxit, quod ille, qua intentione fecerit, vel qualiter diuino iudicio placuerit, discernere non valemus, multa tamen incommoda ex tunc orta & deinceps aucta, certum tenemus. Nam perinde dissentiones Ecclesiæ, Regni perturbatio, Monasteriorum destructio, Clericatus despectio, totius Religionis ac iustitiæ conculcatio, & cœpit & permanet.* AVCTOR TRIVMPHI S. REMACLI *l. I. c. II.* apud IO. CHAPEAVILLIVM Tom. II. Script. Leodiensium: *Anno Coloniensis non sine iniuria regiæ dignitatis, iniectis in dominum suum manibus, ac quasi tuendi gratia, puero a matre per vim abstracto, non dubitauit ad se transferre ius dominationis, ausu temerario.*

27) Locum hunc S. Suiberti insulam vocat LAMBERTVS SCHAFNABVRGENSIS, CONRADVS VRSPERGENSIS fol. 231. *Anno Coloniensis archiepiscopus puerum in loco, qui Werida dicitur, naui imponens, matri adduxit.* Locus itaque est, quem hodie vocamus Cæsaris Insula, *Kayserswerth.* Cur autem ista S. Suiberti insula vocetur, rationem reddit WILH. HEDA Cat. Episc. Traiect. p. 25. dicens. *Suitbertus item Episcopus post fidem per Frisiorum ac Saxonum prouincias late denunciatam insula Cæsaris (quam Germani Kayserswerdam vocant) quiescit, clarens vita, & post mortem miraculis.* Exinde LEHMANNVS *Chron. Spirensi V. c. XXVI.* Spiram male supponit.

28) Verba sunt LAMBERTI SCHAFNABVRGENSIS *ad a.* 1062.

29) Verba sunt OTTONIS FRISINGENSIS *c. l.* LAMBERTVS SCHAFNABVRGENSIS: *Imperatrix rex filium sequi, nec iniurias suas iure gentium expostulare voluit, sed in propria recedens, priuate deinceps ætatem agere proposuit. Nec multo post tædium passa ærumnarum seculi, domesticis quoque erudita calamitatibus quam cito & velociter ex sufflante spiritu Dei exsiccetur fenum temporalis gloriæ, cogitauit seculo renunciare; Statimque ad explendum quod cogitauerat, præceps abisset, nisi in ea impetum spiritus amici maturioribus consiliis inhibuissent.* ANNALISTA SAXO ad an. 1069. *Agnes Imperatrix tædio affecta vel potius diuinitus compuncta, Ducatum Bauariæ deposuit, & regni gubernacula penitus pro Christo contemnens, Romam se contulit ibique dignis pœnitentiæ fructibus mira humilitate inseruiens, post aliquot annos vitam præsentem in Domino finiuit.* SIGEBERTVS GEMBLACENSIS *ad a.* 1062. CHRON. REG. S. PANTALEONIS *ad a.* 1056.

30) Verba sunt LAMBERTI SCHAFNABVRGENSIS *ad a.* 1063. p. 330. Idem ad ann. 1070. *clarus eo tempore in palatio & magnæ in republica auctoritatis erat Otto Dux Baioariorum.* Hinc teste eodem ad an. 1057. *Coloniensis nominis maiestatem ac secularem pompam ambitiosius pæne, quam omnis eius præcessores ostentabant ad populum.*

31) LAMB. SCHAFNABVRGENSIS pag. 327. AVCTOR VITÆ HENRICI p. 381. *Quoniam ætas immatura parum timori est, & dum metus languet, audacia crescit, pueriles anni Regis multis suggerebant animum sceleris. Igitur quisque nitebatur maiori se æqualis aut etiam maior fieri multorumque potentia scelere creuit, fecit puer, quicquid illi præscribebant faciendum. Quem volebant, exaltauit, quem volebant, deposuit, vt regi suo non tam ministrasse quam imperasse merito dicantur. Cum regni caussam tractarent, non tam regni, quam sua caussa consulebant, idque præcipuum iis fuit in omnibus, quæ egerunt, ante omnia quæstum suum facere. Fuit hac perfidia vel ideo maxima, quod eum, quasi sub sigillo seruandum in puerilibus actis, potestati suæ relinquebant, vt & sic elicerent ab eo, quod affectarent.* ALBERTVS STADENSIS ad a. 1056.

32) Verba

primo iurgiis, deinde pugnis fuit gesta, citoque ad gladios prorupissent, nisi Ottonis Ducis Baioariorum, qui caussam Abbatis tuebatur, auctoritas intercessisset. 32) Dum autem insequenti anno 1063. Rex Pentecostem Goslariæ celebraret, atque ad vespertinam Synaxin Rex & Episcopi conuenissent, rursus de positione sellarum episcopalium tumultus exoritur, in quo, frustra licet prohibente Rege, 33) multi fuerunt vulnerati, multi occisi. 34) Eodem quoque anno, mortuo Andrea Vngariæ Rege, filium ipsius in solium patris restituit, a Belo quodam inuasum, iuncta etiam ipsi sua sorore. 35)

§. VIII. Inter hæc educatio regis atque ordinatio omnium rerum publicarum penes Episcopos erat, eminebatque inter eos Moguntini & Coloniensis Archiepiscoporum auctoritas. A quibus cum in partem consilii Adelbertus Bremensis archiepiscopus 36) assumptus fuisset, tum propter claritatem generis, tum propter ætatis atque archiepiscopatus prærogatiuam, ille sæpius colloquendo, obsequendo etiam atque assentiendo ita sibi regem breui deuinxerat, maxime, dum paullo durius ipsum haberet Anno Coloniensis, 37) vt cæteris episcopis posthabitis, totus in eum inclinaretur, & ipse in regno communi pene monarchiam vsurpare videretur. Secundas post eum partes agebat Wernerus comes, iuuenis tam ingenio quam ætate ferox. Hi duo pro rege imperitabant: Ab his episcopatus & abbatiæ, ab his quicquid ecclesiasticarum, quicquid secularium dignitatum erat, emebatur: Nec alia cuiquam, licet industrio atque egregio viro spes adipiscendi honoris illius erat, quam vt hos prius ingenti profusione pecuniarum suarum redemisset. Hi etiam ditissimas ad se rapiebant Abbatias. 38)

§. IX. Adelberti potissimum instinctu, ad deuia quæuis dilabebatur Henricus, 39) binas vel ternas simul concubinas habebat, nec his contentus, cuiuscunque filiam vel vxorem iuuenem & formosam audierat, si seduci non poterat, sibi violenter adduci præcipiebat. 40) Hinc mala multa apud Germanos, cædes, rapinæ, adulteria. 41) Exinde potissimum

32) Verba sunt LAMBERTI SCHAFNABVRGENSIS *ad a. 1063.* qui etiam hanc addit rationem. *Consuetudo erat in regno per multos retro maiores obseruata, vt semper in conuentu episcoporum abbas Fuldensis archiepiscopo Moguntino proximus assideret. Sed Episcopus causabatur neminem sibi intra diœcesim suam post archiepiscopum debere præferri animatus ad hoc & opum gloria, qua antecessores suos longe supergrediebatur & temporis opportunitate.* AVCTOR APOLOGIAE PRO HENRICO *p. 216.*

33) Quam inanis fuerit Regis auctoritas interposita, docet LAMBERTVS SCHAFNABVRGENSIS *ad a. 1063.* dicens: *Rex inter hæc vociferans, & sub obtentu regiæ maiestatis populum adiurans, surdis fabulam narrare videbatur.*

34) Hanc contentionem, & cædes in templo peractas prolixius narrat LAMBERTVS SCHAFNABVRGENSIS *ad a. 1063.* ANNALISTA SAXO *ad a. 1063.* Addit CHRON. GOSLARIENSE apud LEIBNITIVM Tom. III. p. 536. *& cantante choro hunc versum: Hunc diem gloriosum fecisti, cantabat dæmon in summitate monasterii: Hunc diem bellicosum ego feci.* HAYNECCIVS etiam *ad a. 1063.* ostendi foramen tradit, e quo dæmonem clamasse dicant, rem ipsam tamen ex coæuorum silentio merito refutat.

35) BERTHOLDVS CONSTANTIENSIS ad a. 1063. *Henricus Rex exercitum in Pannoniam mouens, Salomonem, filium Andreæ Regis in Regnum Patris sui restituit.* LAMBERTVS SCHAFNABVRGENSIS ad a. 1063. *Bel qui regnum inuaserat Vngariorum, obiit, Ioas filius eius satius putans moderatis opibus in pace perfrui, quam immoderatius ambiendo calamitatem atque excidium parere genti suæ, mandauit regi Heinrico, si sibi apud Salomonem filium Andreæ regis natalibus & meritis suis condignus honor haberetur, subditum se ei fidelemque futurum, & malle beneficiis cum eo quam armis, fide quam acie dimicare. Eadem Vngarii omnes assidua legatione pollicebantur. Ita rex Henricus Vngariam cum exercitu ingressus, Salomonem in solium patris restituit, iuncta ei in coniugium sorore sua, ablatisque omnibus quæ regi scrupulum mouere, vel regni statum labefactare poterant, in pace remeauit ad Gallias.*

36) Hic Friderici, Saxoniæ Comitis Palatini filius erat, Comes Wertinensis, ex Præposito Halberstadtiensi factus Archiepiscopus Bremensis, laudatur alias a prudentia atque eruditione. Vide LEVCKFELDI *Antiquitates Halberstadtienses p. 409.*

37) REGINARDVS Vita Annonis apud SVRIVM *Tom. VII. ad d. 4. Decembris.* LEVCKFELD *Antiquit. Halberstadt p. 466.*

38) Verba sunt LAMBERTI SCHAFNABVRGENSIS *ad a. 1063.* qui etiam late narrat, quas Abbatias rapere fuerint conati. Idem ad a. 1065. *Adelbertus vir pessimæ in populo existimationis, qui viam virtutum non habebat.* ANNALISTA SAXO *ad a. 1067.* ADAMVS BREMENSIS *lib. III. c. XXXVI.* BRVNO vero Hist. B. Saxonici p. 175. omissis reliquis Episcopis, omnem culpam in solum reiicit Adalbertum, dicens: *Erat eodem tempore Bremensis Præsul Adelbertus, sic typho superbiæ turgidus, vt nec in sancta conuersatione quenquam putaret sibi æqualem.* Eadem dicit ANNALISTA SAXO *ad a. 1068.* CONRADVS VRSPERGENSIS *p. 220. Errant, qui non tam (Regem) quam Adelbertum Bremensem Archi-Episcopum culpandum iudicarent, quod eius consilio omnia gereret.*

39) Testatur hoc BRVNO Hist. B. Saxonici p. 175. de Adelberto dicens: *Hic igitur Episcopus vbi Regem infrenem vel vt equum per abrupta flagitiorum ruere vidit, eius se lateri adiungere quæsiuit; Non vt vitiorum spinas, quæ fuerunt ortæ, manu seuera auctoritatis radicitus erueret, & virtutum semina Episcopali prædicatione plantaret, sed vt germina viciorum adulationis aqua rigaret, & si quæ virtutum fruges emergerent, amaritudine peruersi dogmatis enecaret.* Et paullo post: *Velut Apostolicum dabat ei præceptum; fac omnia quæ placent animæ tuæ, hoc solum obseruans, vt in die tua mortis, in recta fide inueniaris.* ANNALISTA SAXO *ad a. 1068.*

40) Verba sunt BRVNONIS *pag. 176.* BERTHOLDVS CONSTANTIENSIS ad a. 1068. *Henricus Rex adolescentiæ suæ errore seductus, legitimæ coniugis adeo obliuiscitur & tam nefandis criminibus inuolutus esse diffamatur, vt etiam principes eius eum regno priuare molirentur.*

41) BRVNO *p. 175. seq.* ANNALISTA SAXO ad a. 1056. *post obitum Imperatoris tertii, Heinricus filius eius IV. huius nominis regni Monarchiam obtinuit, per cuius insolentiam mala in terra multiplicata sunt, cædibus, rapinis, incendiis; sacrilegiis omnes fere Imperii Romani prouinciæ, sed præcipue Saxo-*

simum origo Iuris Manuarii apud Germanos. Prudens tamen Princeps erat, manu & consilio promptus, 42) postquam adultior factus, nitebatur pulsam pacem & iustitiam reuocare, neglectas leges restituere, ac sceleris licentiam resecare, 43) externam quoque præse ferens maiestatem.

§. X. Anno 1065. Rex Wormatiæ armis militaribus voluit accingi, statimque primam susceptæ 44) armaturæ experientiam in archiepiscopum Coloniensem dedisset, qui ipsum matri subduxerat & durius habuerat, & ad persequendum eum ferro & igne præceps abiisset, nisi res turbatas imperatrix tempestiuo valde consilio composuisset. Inter cætera, id potissimum inuidiæ ei erat, quod ante aliquot annos, dum imperatrici regni rerumque gubernacula eripere vellet, ipsum pene regem in vltimum discrimen præcipitasset. 45) Dum autem Natalem Domini a. 1066. Goslariæ celebraret, Henricus, Moguntinus potissimum atque Coloniensis Archiepiscopus, quibus curæ erat respublica, consultantes, demum conuentu Triburiæ habito, regi denuntiant, aut regno ei cedendum esse, aut familiaritate Bremensis archiepiscopi defungendum. 46) Tergiuersante rege, & suasu Adalberti cum insignibus regni aufugere conante, curtem regiam Goslariæ armati circumdederunt, Adelbertum eiicientes. Sic iterum reipublicæ administratio rediit ad Episcopos. 47) Ast, triumphatis æmulis, paullo post in pristinum fuit restitutus, sed a. 1072. defunctus. 48) Deplorato inde reipublicæ statu, Rex Annonem Coloniensem archiepiscopum

Saxonica tellus fœdata est, & secundum propheticum eloquium, sanguis sanguinem tetigit.

42) OTBERTVS LEOD. vita Henricici p. 206. *ille modo personam Imperatoris, modo tanquam militis gerebat: Ex vno gerendæ dignitatis, ex altero documentum præbens humilitatis. Tam subtilis ingenii tamque magni consilii fuit, vt dum sententia Principum vel in causa decernendi iuris, vel in tractandis regni negotiis hæsitaret, ipse cito nondum solueret, & quid æquius, quid vtilius esset, tanquam ex ipsius arcano sapientiæ sumptum, edoceret. Intendebat aliorum verbis, ipsemet pauca loquebatur: Nec prius ad sententiam erumpebat, sed aliorum expectabat. In cuius vultum aciem oculorum suorum fixisset, eius animi motus perspiciebat, videbatque, tanquam lynceis oculis, siue aduersum se cor odii seu gereret amoris. Nec illud laude vacat, quod in turba Procerum cæteris eminentior & maior se ipso videbatur, & quod in vultu terribile quoddam decus præferebat, vnde intuitus aspicientium tanquam fulmine reuerberaret cum inter domesticos suos, & raram turbam, vultu placidus & statura æqualis appareret.*

43) AVCTOR VITAE HENRICI sub initium: *Sed cum in eam ætatis & ingenii metam euasisset, vt quid honestum, quid turpe, quid vtile, quid non, discernere posset, retractans quæ suggestione Principum inductus gessisset, multa quæ gesserat, damnauit: Et ipse iudex sui factus, ex iis mutandum mutauit. Prohibebat quoque bella, violentiam & rapinas. Nitebatur pulsam pacem & iustitiam reuocare, neglectas leges restituere, & sceleris licentiam resecare. Quos assuetos sceleri, per edictum coërcere non potuit, per censuram legis & ius curiæ, mitius tamen quam culpa exigeret, correxit.*

44) Ita LAMBERTVS, BERTHOLDVS CONSTANTIENSIS ad a. 1094. *Rex Henricus anno regni sui Nono, ætatis suæ XIV. accinctus gladio, in nomine Domini.* CONT. HERMANNI CONTRACTI *ad a. 1065.* ANNALISTA SAXO *ad a. 1065.* Id autem solenne erat Regibus, vt postquam annos pubertatis ingressi, armis cingerentur, prout olim demonstraui Obseru. Halens. *Tom. II. obs. IV. c. I.*

45) Verba sunt LAMBERTI SCHAFNABVRGENSIS *ad a. 1065.*

46) LAMBERTVS SCHAFNABVRGENSIS ad a. 1066. *Rex Natalem domini Goslariæ celebrauit, vbi ab ipso iam initio autumni vsque ad eam partem hyemis tanquam statiuis castris se continuerat, sumptus habens regiæ Magnificentiæ multum impares. Nam præter pauca quæ ex reditibus regalis fisci veniebant, vel quæ abbates coactitio famulatu ministrabant, cætera omnia in quotidianos vsus opus quotidianis impensis emebantur. Hoc adeo fiebat odio Bremensis archiepiscopi, quem omnes criminabantur, sub prætextu regiæ familiaritatis monarchiam vsurpasse manifestæ tyrannidis, & ipsi ergo consueta regi seruitia mittere detractabant; Et ille in alias regni partes regem abducere nolebat, ne scilicet cum aliis principibus communicando principatum consiliorum & familiaritatis, ipse sibi aliquid imminueret de fastigio vsurpatæ singularitatis. Sed non vltra laturi iniuriam videbantur principes regni, Archiepiscopi Moguntinus & Coloniensis cum cæteris quibus curæ erat respublica, crebra conuenticula faciebant, atque omnes in commune quid facto opus esset, consulere rogitabant. Deinde iam adulta conspiratione, indixere regni principibus, vt Triburiam conuenientes, Bremensem archiepiscopum communem omnium hostem communibus omnes studiis oppugnarent, regique denunciarent, aut regno ei cedendum esse, aut familiaritate & amicitia Bremensis archiepiscopi defungendum.* ADAMVS BREMENSIS *lib. IV. cap. VII.*

47) LAMBERTVS SCHAFNABVRGENSIS c. l. *statuta die tristis in regem omnium vultus, tristis erat sententia, aut regno se abdicaret, aut archiepiscopum Bremensem a consiliis suis atque a regni consortio amoueret. Tergiuersanti & quid potius eligeret hæsitanti, archiepiscopus consilium dedit, vt proxima nocte ablatis secum regni insignibus clam aufugeret, & Goslariam aut in alium locum se reciperet, vbi ab iniuria tutus foret, donec turba hæc conquiesceret. Adueniente vespera thesauros regios per satellites & socios fraudis suæ iam exportare cœperat, cum repente ministros regis consilium hoc (nescio quo indicio) permanauit, qui statim raptis armis curtem regiam circumdederunt, totamque deinceps noctem ducentes peruigilem, ne quid noui accideret asseruabant. Facto mane infensis adeo animis omnes in archiepiscopum coorti sunt, vt nec manibus temperassent, nisi regia maiestas vix & ægre iracundiam cohibuisset. Contumeliose itaque eiectus est de curte regia cum omnibus tyrannidis suæ fautoribus, misitque cum eo rex amicorum suorum non modicam manum, ne scilicet ab æmulis suis insidias in via pateretur. Sic iterum rerumpublicarum administratio ad episcopos rediit, vt singuli suis vicibus quid regi, quid reipublicæ facto opus esset, prauiderent.* ALBERTVS STADENSIS *ad a. 1066.*

48) LAMBERTVS SCHAFNABVRGENSIS ad a. 1072. *primus tunc in palatio erat Adalbertus Bremensis archiepiscopus, qui triumphatis æmulis suis, qui eum ante aliquot annos de palatio eiecerant, solus nunc rege fruebatur, receptis non modo in gratiam & familiaritatem, sed pene in regni consortium, & omnium quæ publice vel priuatim agenda erant, societatem. Ita regem callidis subreptionibus suum fecerat. Sed is morbo & ætate exhaustus, cum iam* per

scopum eo permouit, vt reipubl. administrationem susciperet. 49) Iste tamen a. 1073. offensus his, quæ plurima præter æquum & bonum fiebant in palatio, petiit a Rege vacationem deinceps dari sibi, ab rerumpublicarum administratione, caussatus in senium iam vergentem ætatem, & laboriosis regni negotiis minus minusque indies sufficientem. Quod Rex haud difficulter annuit, quia prauis libidinibus suis, & iuuenilibus ineptiis iamdudum animaduerterat, eum grauiter offendi. 50)

§. XI. Anno 1067. Rex Fridislariam iam veniens, in grauissimam incidit ægritudinem, ita vt medici de eo desperarent, & principes de regni successione consilia conferre inciperent. Ab hac infirmitate vix dum plene resumptis viribus, Pentecosten Herueldiæ, nec multo post nuptias Triburiæ regio apparatu celebrauit cum Bertha, filia Ottonis Marchionis Italorum ex Adelheida, quæ ipsi, patre adhuc viuo, iamdum a. 1055. fuerat desponsata. 51) Ast, alienatus ab eadem, post Pentecostem 1069. Wormatiæ cum regni principibus colloquium habuit; & primum cum episcopo Moguntino rem secreto agit, eiusque opem ad diuortium cum vxore implorat, promittens ipsi, se Thuringos ad decimas ipsi persoluendas, quas Otto Marchio, Comes de Orlamunda postea promiserat, 52) armata manu, si aliter fieri nequeat, coacturum. 53) Annuente Moguntino, in publico Rex caussam proponit, diuortium ab vxore petens, & cunctis id fieri decernentibus, synodum conficiendo negotio indixit Moguntiæ, proxima post festum Michaelis hebdomada. Adparente tempore præfixo, Pontifex per legatum suum Petrum Damianum sub comminatione censuræ ecclesiasticæ Henricum a proposito auertit, eidemque persuasit, vt communicato cum ea solum regni nomine, sic eam haberet, quasi non haberet 54)

§. XII. Hæc igitur caussa motuum Thuringicorum. Accedebat, quod ex superiori potissimum Germania ministris vteretur, quos primos faciebat in palatio. 55) Concitabat eosdem magis Dedi marchio Saxonicus, cum Adelam viduam duxisset Ottonis marchionis defuncti, 56) prædia etiam, quæ ille a diuersis dominis beneficii loco habuerat, summa

per exquisitissimas medicorum operas morti obluctatus fuisset, quasi naturam arte eludere posset, mediante Quadragesima XVI. Calendas Aprilis, debitum conditioni persoluit, & pertinacibus odiis hominum, quod nunquam potuerat viuendo, tandem aliquando satisfecit moriendo. ADAMVS BREMENSIS lib. IV. c. XXIV. *Adalbertus tandem post triennium expulsionis suæ voti compos effectus, in pristinum gradum curiæ restitutus est, moxque succedentibus prosperis, summam rerum, quod est Vicedominatus, meruit.* ALBERTVS STADENSIS *ad a. 1072.* HENR. WOLTERVS *Chron. Brem. p. 46.*

49) LAMBERTVS SCHAFNABVRGENSIS ad a. 1072. *Rex Palmas Coloniæ, Pascha Traiecti celebrauit. Vbi dum ei populus vehementer obstreperet pro iniuriis & calamitatibus, quibus passim per regnum innocentes opprimebantur, pupilli & viduæ diripiebantur, monasteria & ecclesiæ vastabantur, & ruptis iniquitatis habenis, in omne quod voluisset facinus impune bacchabatur: permotus tandem vel ipsa rei acerbitate, vel proclamantium importunitate, annuentibus in hoc ipsum cunctis regni principibus, exorauit Coloniensem archiepiscopum, vt post se rerum publicarum administrationem susciperet. Diu ille restitit petenti, partim memoria veterum iniuriarum, partim quia homo totus in Deum suspensus, diuinis quam secularibus negotiis implicari maluisset. Superatus tamen vnanimitate postulantium, priuatum commodum publico postposuit. Tum primum respublica in pristinum statum dignitatemque reformari cœpit, frenaque iniecta sunt, Vaganti vsque ad id tempus licentiæ. Nam cum rex omnem causarum cognitionem a se ad archiepiscopum tanquam ad patrem ac salutis suæ tutorem reiicere soleret; Ille nec gratia cuiusquam, nec odio a iure ad iniuriam vnquam abduci poterat, sed iudicabat omnia (sicut scriptum est) sine personarum acceptione, nec considerans personam pauperis in iudicio, nec honorans vultum potentis.* HVGO FLAVINIACENSIS *p. II. p. 224.*

50) Verba sunt LAMBERTI SCHAFNABVRGENSIS *ad a. 1073.*

51) LAMBERTVS SCHAFNABVRGENSIS *ad a. 1067.* ANNALISTA SAXO ad a. 1067. *Heinricus Rex Bertam filiam Ottonis Marchionis de Italia & Adelheidis, quæ soror erat Comitis, qui agnominatus est de Monte Bardonis in Italia, & Immula seu Irmingardis, quam post mortem Ottonis Ducis de Suinuorde Ekbertus Marchio senior de Bruneswic vxorem tunc habebat, ducens, nuptias Triburi celebrauit.*

52) LAMBERTVS SCHAFNABVRGENSIS ad a. 1062. *Wilhelmus Marchio reuersus in Thuringiam, dum redire in Vngariam, & sponsam suam cum magna opum suarum ostentatione adducere pararet, inter eundum secunda mansione morbo correptus obiit. Sponsam eius Vdalricus Marchio Carentinorum cognatus eius accepit, Marcham Otto frater eius obtinuit. Sed is beneficia Moguntini episcopatus aliter obtinere non potuit, nisi promitteret decimas se de suis in Thuringia possessionibus daturum & ceteros Thuringos vt idem facerent, coacturum: quæ res multorum malorum seminarium fuit, detestantibus omnibus Thuringis factum eius, & asserentibus, mori se malle, quam patrum suorum legitima amittere.* ANNALISTA SAXO ad a. 1060. *Luitpoldus Archiepiscopus Mogontinus obiit, pro quo Sigefridus Abbas constituitur, qui per Ottonem de Orlagemunde, postea Marchionem, decimas a Thuringis expostulare cœpit: Sed executus non est, quia bella iam tunc in regno exoriebantur, quæ eum impediebant.*

53) LAMBERTVS SCHAFNABVRGENSIS ad a. 1069. *Post Pentecostem Wormatiæ cum Principibus regni colloquium habuit. Ibi primum cum episcopo Moguntino rem secreto agit, eiusque opem ad perficiendum, quod mente machinetur, obnixe implorat: Si impetret, se deinceps ei subditum, & dicto obtemperantem fore, ad hoc Thuringos armata manu, si aliter nequeat, coacturum, vt decimas sine vlla in perpetuum contradictione persoluant. Annuente episcopo, & pactione vtrinque firmata, rex ad publicum refert, sibi cum vxore sua non conuenire.*

54) Hæc singula prolixe LAMB. SCHAFNABVRGENSIS *ad a. 1069.*

55) LAMBERTVS SCHAFNABVRGENSIS ad a. 1073. *hac superioris Germaniæ gens illi erat acceptissima, vnde plerosque obscuris maioribus ortos amplissimis honoribus extulit & primos in palatio fecit.*

56) AVCTOR APPEND. CHRON. MONTIS SERENI inter HOFMANNI *Scriptores Rer. Lusat. Tom. IV. p. 105. Dedo Marchio viduam eius* (Ottonis) *Adelam*

summa vi niteretur acquirere. Cum nullus daret postulanti, indignitatem non ferens, regi, per quem potissimum stetisset, ne darentur, bellum parabat, crebrisque colloquiis Thuringos ad societatem armorum sollicitabat; Promptum hoc fore sperans, eo quod rex, archiepiscopum adiuuando, in exigendis decimationibus, multum a se auertisset illorum animos. Rex igitur ingentes copias celerrime contraxit. Moguntinus etiam, quo per occasionem publici belli priuatum in Thuringos odium vindicaret, totis Episcopatus opibus cœpto annitebatur. Thuringi legatos ad regem mittebant, petentes, vt decimationum leges priorum regum & episcoporum indulgentia sibi statutas ratas inuiolatasque fore pateretur, quibus Rex benigne respondit. Dehinc vbi res matura visa est, infesto agmine Thuringiam intrauit. Duo ibi castella, quibus Marchio præsidium imposuerat, Bichelingam & Scheidingam, alterum manu expugnatum recepit. Cæteris ilico admouendus erat exercitus. Sed Marchio aduertens, nullo loco vel munitione sustineri posse impetum regis, incisa spe resistendi se suaque omnia dedidit, & aliquamdiu habitus in custodia, tandem adempta possessionum & redituum non modica parte dimissus est. Thuringi, licet erga regem fideles essent & deuoti, in episcopum tamen Moguntinum hostilia quæuis perpetrabant. 57)

§. XIII. Eodem anno Otto, Dux Bauariæ, ex Saxonia ortus, Comes de Northeim, 58) magnæ in republica auctoritatis, ab Egene, homine quodam malæ frugis 59) inculpabatur, quod ipsum ad occidendum Regem pollicitationibus multis sæpenumero sollicitasset. Igitur Rex eum Moguntiam cum cæteris Principibus ad colloquium euocauit, quid delatum esset, exposuit, negantique inducias in sex hebdomadas dedit, vt Kalendis Augusti Goslariam veniens; obiectum crimen, congressus cum accusatore sua, manu propria refelleret. Improbantibus licet conditionem principibus, iniquum esse dicentes, sceleratissimum hominem nobilissimo opponi. 60) Dux tamen eandem acceptabat. Statuta igitur die ad proxima Goslariæ loca cum armata multitudine veniens, sed dum securitatem Rex haut promitteret, & Dux cum latrone, primas cum ignobili congredi contemneret, ab amicis suis præmonitus, ad sua se recepit. 61) Rex igitur Principes Saxoniæ, quod ex his oriundus esset Otto, & hi propter priuatas inimicitias maxime inuisum eum haberent, sententiam super eo rogauit. Qui eum tanquam manifesti criminis deprehensum, reum maiestatis iudicauerunt, & si caperetur, capitali in eum sententia animaduertendum fore decreuerunt. Hinc Rex terras Ottonis inuadit, multa sæuitia in easdem debacchatur, ita vt nec a templis abstineret. Otto vero impetum in Thuringiam fecit, villas regalis fisci incendit, multasque prædas fecit, Thuringos etiam ei occurrentes fudit ad Eschwegam. 62) Egenem vero, dum plurimi aduersus eum pro iniuriis priuatis & deprædationibus faciem Regis interpellassent, Anno Coloniensis 1072. teneri fecit, eumque catenis oneratum plerumque ad spectaculum vulgi deduci iussit. 63) Tandem excoecatus fuit, atque ad tantam egestatem redactus, vt deinceps ostiatim circumeundo stipem publicam peteret. 64) Insequenti anno 1071. Ottone Ducatu priuato in Comitiis Goslariensibus, Welfo, filio Azzonis, Ottonis genero Marchionis Italorum, Bauariæ Ducatum concessit, 65) quem armis

Adelam duxit vxorem. Hæc fuit nata de Brabantia ex castello quod dicitur Leuene. LAMBERTVS SCHAFNABVRGENSIS *ad a. 1073.* ANNALISTA SAXO *ad a. 1070.*

57) Hæc prolixius narrat LAMB. SCHAFNABVRGENSIS *ad a. 1069.* BERTHOLDVS CONSTANTIENSIS ad a. 1069. *Dedo Marchio Saxonicus Regi Henrico rebellat: Sed postmodum coactus ad deditionem venit.* CHRON. WÜRTZB. ad a. 1070. CONRADVS VRSPERGENSIS *p. 220.* CHRISTOPHORVS MANLIVS *lib. II. Rer. Lusat. c. XXV.*

58) ANNALISTA SAXO ad a. 1057. *pollebat iisdem temporibus in Saxonia Otto Dux de Northeim genere Saxo; Dux autem Bawaria vir amplissimæ nobilitatis filius Bennonis de Northeim, cuius frater nomine Sigefridus cum Henrico & Vdone fratribus de Catelenburb Ekkibardum Marchionem Guntarii filium interfecit. Hunc Ottonem Rex Henricus a Ducatu postmodum deiecit.*

59) LAMBERTO SCHAFNABVRGENSI ad a. 1073. dicitur *homo ingenuus, sed omni flagitiorum genere infamatus, qui ingenuitatem a parentibus acceptam per scelera multa oblitterauerit.* CHRONOGRAPHO SAXONI ad an. 1071. *homo mediocri loco natus, rebus admodum tenuis, audacia tamen & nequitia satis diffamatus.* ANNALISTA SAXO *ad a. 1069.* Apud MONACHVM HAMERSLEBIENSEM *p. 209. proditor nequam.*

60) LAMBERTVS SCHAFNAB. *c. l.* CONRADVS VRSPERGENSIS *p. 220. placitis vel colloquiis regalibus, vno Moguntia altero Goslariæ condictis, Otto cum Egimone, vtpote Dux cum latrone,* PRIMVS CVM IGNOBILI CONGREDI *contempsit.* CHRONOGRAPHVS SAXO *ad a. 1071.* VITVS ARENPECK *Chron. Baioar. p. 600.* ANDREAS RATISBONENSIS *p. 22.*

61) ANNALISTA SAXO ad a. 1069. *placitis vel colloquiis regalibus, vno Mogontia, altero Goslaria condictis, Otto cum Eginone, vtpote Dux cum latrone, primas cum ignobili, congredi contempsit, a Primatibus amicis suis nimirum præmonitus, quod si Goslariam, vbi duellum futurum erat, venisset, etiamsi vicisset, viuus euadere non posset.; Elegit honore suo iniuste priuari, quam tale iudicium subire, vbi sciebat, ipsi iustitiæ violentiam fieri.*

62) Hæc late narrat LAMBERTVS SCHAFNABVRGENSIS *ad a. 1070.* BERTHOLDVS CONSTANTIENSIS *ad a. 1070.* ALBERTVS STADENSIS, CHRONOGRAPHVS SAXO *ad a. 1071.* HELMOLDVS *l. c. XXVII.* ADLZREITER *Ann. Boi. p. I. lib. XVIII. n. 5.* ANNALISTA SAXO *ad a. 1069.* CONRADVS VRSPERGENSIS *pag. 220.* BRVNO *pag. 176.*

63) LAMB. SCHAFNABVRGENSIS *ad a. 1072.*

64) LAMBERTVS SCHAFNAB. *ad a. 1073.*

65) LAMBERTVS SCHAFNABVRGENSIS ad a. 1071. *Rex Natalem Domini Goslariæ celebrauit. Ibi per interuentum Rudolphi ducis Sueuorum Welfus filius Azzonis marchionis Italorum ducatum Baioariæ suscepit. Is filiam Ottonis ducis Baioariorum vxorem duxerat, & per iusiurandum altera iam vice matrimonio fidem dixerat.* CHRONOGRAPHVS

mis quidem vindicare conabatur Otto, 66) sed consilio Eberhardi Comitis, Regi se submisit, pace per iusiurandum vtrinque firmata, induciæ datæ sunt Ottoni vsque in Pascha, vt Coloniam veniens, deditionem, lege, quam principes æquam iudicassent, perficeret, quæ ad Pentecostem vsque fuerunt dilatæ. 67) Hinc Pentecostem Halberstadti celebrauit; ibi Ottonem Ducem cæterosque, qui cum eo arma contra rem publicam sumpsisse arguebantur, in deditionem suscepit, principibusque regni in custodia habendos, & statuto die sibi restituendos commendauit. 68) Inde in Curia festiua Magdeburgensi a. 1072. in gratiam regis Otto iterum fuit receptus. 69) Verum, a. 1073. cum aliis contra Imp. coniurabat, querimoniam faciens, quod Ducatum Bauariæ, quem diu iuste possederat, Rex sibi in nullo crimine conuicto, fraude quadam excogitata iniuste rapuerit. 70) Anno 1074. Saxones ipsi vehementer insistebant, vt regnum super ipsos susciperet. 71) A. 1075. vero supplex Regi Spiræ ad Helbam factus, 72) ab eodem castello Hartesburgo præfectus, eidemque Rex per totam Saxoniam vices suas & publicarum rerum procurationem delegauerat. 73) Nihilominus Otto præsidio ex castro Hartesburg & monte lapideo abducto, communem deinceps cum Saxonibus socialem vitam agebat. 74) Inde ipse & Welpho hac conditione sibi inuicem pacis oscula dederunt, vt electo nouo Rege, quicunque eorum ipsum honorem iure retineret, alter ei non inuidens libenter concederet. 75) Inde Hermanno Lotharingo adhæsit, qui ipsum in Saxonia pro Capitaneo omnium suorum reliquit. 76)

§. XIV. Eodem anno 1071. inter ducem Polonorum & Bohemorum infestissima erat dissensio, propter quod eos rex in ciuitatem Misenæ autumnali tempore euocatos durius corripuit, & vt deinceps suis singulis terminis contenti essent, nec se vicissim temerariis incursionibus lacesserent, sub obtentu regiæ maiestatis præcepit, alioquin se hostem & vindicem experturus foret, qui prior alteri arma intulisset. 77) Ex quo Maiestas Imperii in vtrosque patet. Intestinis tamen Germanorum discordiis commotus Polonorum dux, Boleslaus, a. 1077. regium nomen vsurpare coepit, atque ipso die natalis Domini a XV. episcopis in regem est consecratus. 78)

§. XV. Dum autem Coloniensis archiepiscopus a. 1073. a munere suo vacationem impetrasset, rex tanquam seuerissimo pædagogo liberatus, mox in montibus colliculisque Saxoniæ & Thuringiæ castella munitissima extruxit, iisdemque præsidia imposuit, inter quæ præcipuum erat Hartesburgum, prope Goslariam, quod mirum in modum muniebat exornabatque. 79) Quibus cum victui necessaria minus sufficerent, permisit, vt ex proximis villis & agris hostili more prædas agerent, & ad ipsa castella munienda circumquaque manentes cogerent. Moguntinum etiam instigabat, vt decimationes Thuringiæ exigeret, opem pollicitus. Hic igitur Synodum indixit VI. Idus Martii habendam. In eadem decimarum caussa publice agebatur. Iamque in eo res vertebatur, vt Thuringi, improbata synodo

GRAPHVS & ANNALISTA SAXO ad a. 1071. HELMOLDVS I. c. XXVII. *Ottoni Ducatum Bauaria quia Saxo erat abstulit, & Welponi dedit.* BRVNO *p. 180.* BERTHOLDVS *ad a. 1070.* CHRON. SALISBVRGENSE *ad a. 1071.*

66) LAMBERTVS SCHAFNABVRGENSIS *ad a. 1070.*

67) LAMB. SCHAFNABVRGENSIS *c. l.*

68) LAMB. SCHAFNABVRGENSIS *cit. loc. p. 184.* BERTHOLDVS *ad a. 1071.* BRVNO *p. 180.*

69) LAMBERTVS SCHAFN. ad a. 1072. *Rex Pentecostem Magdeburg celebrauit. Ibi quoque Otto dux Baioariorum post integrum annum deditionis sua gratiam regis accepit, data vel regi vel his qui regi pro eo suggesserant, non modica portione prædiorum suorum.*

70) LAMBERTVS ad a. 1075. *huius coniurationis auctores ac signiferi quidam erant, Bucco Halberstatensis Episcopus, Otto Dux quondam Bauaria.* Idem *ad a. 1074.* BRVNO *p. 183.*

71) LAMBERTVS *ad a. 1074.*

72) LAMBERTVS *ad a. 1075.* Spira ad Helbam inter Greussen & Kindelbrück CALVÖR *Saxon. Infer. p. IV. lib. II. c. XX. §. 424.*

73) BRVNO *p. 195.* LAMBERTVS *ad a. 1076.*

74) LAMBERTVS *ad a. 1076.*

75) BRVNO *pag. 210.* ANNALISTA SAXO *ad a. 1071.*

76) BERTHOLDVS CONSTANTIENSIS *ad an. 1083.*

77) Verba sunt LAMBERTI SCHAFNABVRGENSIS *ad a. 1071.*

78) LAMBERTVS SCHAFNABVRGENSIS ad a. 1077. *Dux Polonorum, qui per multos iam annos regibus Teutonicis tributarius fuerat, cuiusque regnum olim Teutonicorum virtute subactum, & in prouinciam redactum fuerat, repente in superbiam elatus, propterea quod principes Teutonicos cerneret domesticis occupatos seditionibus, nequaquam ad inferenda gentibus externis arma vacare, regiam dignitatem, regiumque nomen sibi vsurpauit, diadema imposuit, atque ipso die natalis Domini a XV. episcopis in regem est consecratus. Quæ breui post comperta, principes Teutonicos, quibus reipublicæ dignitas curæ fuit, grauiter afficere, sibique inuicem succensebant, quod dum intestinis in se atque in sua viscera odiis sæuirent, & digladiarentur, potentiam opesque barbarorum in tantum aluissent, vt iam tertio dux Boëmicus regnum Teutonicum ferro & igne populabundus peragrasset, & nunc Dux Polonorum in ignominiam regni Teutonici contra leges ac iura maiorum regium nomen, regiumque diadema imprudens affectasset.*

79) BRVNO Hist. B. Saxonici p. 170. *Inter hæc omnia iam abeunte adolescentia, mox vt Adelbertum Bremensem Episcopum nactus est consiliarium, ipsius suasionibus cœpit in diuersis locis altos & natura munitos montes quærere, & in his huiusmodi castella fabricare, quæ si in locis competentibus starent, ingens regno firmamentum simul & ornamentum forent. Quorum primum & maximum Hartesburg appellatum.* BERT. CONSTANTIENSIS, LAMBERTVS SCHAFNABVRGENSIS *ad a. 1072. 1073.* AVCTOR VITAE HENRICI *lib. I. pag. 21.* Reliqua castella recenset LAMB. SCHAFNABVRGENSIS p. 196. *Hæc autem sunt castella, quæ ipse, postquam pater eius decesserat, extruxit, quæ tamen ad præ-*

synodo, ad sedem Papalem appellarent, Rege tamen contra eosdem, si id facerent, capitali sententia esse animaduersurum, comminante, deterrebantur. Licet etiam negandum non sit, Leges eum Saxonibus dedisse & rapinas eorum coërcere voluisse. 80)

§. XVI. Mortuo a. 1073. Alexandro Papa, Romani protinus inconsulto Rege successorem elegerunt Hildebrandum Saonensem ex Florentino, dictum Gregorium VII. 81) qui per varias artes 82) hancce sibi comparauerat dignitatem. Galliæ igitur episcopi eius metuentes vehementiam, regem orabant, vt electionem quæ, sine eius iussu fuerat facta, irritam faceret. Statim rex a latere suo Eberhardum Comitem misit, qui Romanos proceres conueniens, caussam ab iis sciscitaretur, quare præter consuetudinem maiorum, rege inconsulto, Romanæ ecclesiæ pontificem ordinassent, ipsumque si non idonee satisfaceret, illicite accepta dignitate abdicare se præciperet. Is veniens Romam, benigne ab Hildebrando susceptus est. Cumque illi mandata regis exposuisset, respondit, se, Deo teste, honoris huius apicem nunquam per ambitionem affectasse, esse electum se a Romanis, & violenter sibi impositam fuisse ecclesiastici regiminis necessitatem, cogi tamen nullo modo potuisse, vt ordinari se permitteret, donec in electionem suam tam regem quam principes Teutonici regni consensisse certa legatione cognosceret: Hac ratione distulisse adhuc ordinationem suam, & sine dubio dilaturum, donec sibi voluntatem regis certius inde veniens nuntius intimaret. Hoc vbi regi est nuntiatum, libenter suscepit satisfactionem, & lætissimo suffragio, vt ordinaretur, mandauit, quod & factum est anno sequenti. 83) Eodem anno Imp. Annonem Coloniensem & Hermannum Bambergensem pro iustitia regni & pecuniæ, quæ Imp. debebatur congregandæ caussa, Romam misit. 84)

§. XVII. Cum festiuitas Petri & Pauli a. 1073. instaret, præcepit Rex, vt vniuersa Principum Saxoniæ multitudo Goslariam conueniret, vt si quid de regni negotiis dignum agi emergeret, communi principum consilio tractaret. Illuc alacres cuncti festinabant, diutinarum calamitatum solatium sperantes. Celebrata igitur festiuitate, Episcopi, Duces, Comites ad palatium diluculo congregantur: Rex intus cum suis, aleis & nugis operam dabat, & tot Magnates ad ianuam suam excubare, vt vilia mancipia parui pendebat. Cum tota dies transisset, nec aliquis vera portans Nuntius ad eos exiret, iam nocte facta, quidam de parasitis egressus nuntiauit; Regem per aliam egressum ianuam, celeriter ad castrum Hartesburg pergere, qui omnes adeo sunt turbati, quod a Regis superbia tanto habiti fuerint contemptui, vt nisi Dedo Marchio eorum furorem sua prudentia compesceret, omni proiecto timore, eadem hora Regi manifeste omnes renuntiarent. Illa dies & hæc causa principium omnium, quæ sequuntur, malorum fuit. Eadem enim nocte, Principes omnes parum pransi cum singulis, quibus maxime credebant, in vnam Ecclesiam ceteris dormientibus conuenerunt, ibique non paucis prius lachrymis fusis, melius fore mortem quamlibet pati, quam talem vitam in contumeliis ducere. Constituto itaque die & loco, vbi cum omnibus Saxonibus conuenirent, ita sunt digressi, quasi non amplius ad Regis seruitium venturi. Conueniunt omnes ad villam, quæ Holeinsleue vocatur. Tunc Otto Dux collem, vnde ab omnibus audiri posset, adscendens, conuentus illius coepit rationem reddere, iniurias a rege illatas, & multo maiores, nisi obsisteretur

ad præsens, memoriæ occurrant, Hartespurg, Wigantenstein, Moseburg, Sassenstein, Spatenberg, Heimenburg, Asenberg, Vokenroth.

80) Patet hoc ex RVPERTI GOSLARIENSIS *Hist. B. Saxonici*, dum *lib. I. p. 21.* ita canit:

Sed Rex vt teneros superat virtutibus annos,
Ante nimis laxas huic genti strinxit habenas,
Iura dedit, leges statuit, cohibenda coërcet,
Ecclesiis, viduis, miseris, vi rapta requirit:
Nec fecit quisquam post hac impune rapinam.
Talia quod populus tolerabat fræna superbus,
Perdoluit, multumque timens ne pœna sequatur
Tot malefacta sui, studuit contraria Regi
Viribus, atque dolis, furor hinc euerterat omnis.
Hinc belli caussa veniunt, sub imagine recti.

81) ANNALISTA SAXO ad a. 1074. *ea tempestate bonæ memoriæ Alexandro Papa defuncto, Hildebrandus, qui & Gregorius VII. dictus est, professione Monachus & Archi-Diaconus Romanæ sedi successit, sub quo omnis Ecclesia inauditis schismatum erroribus periclitari cœpit.* Inde varia de ipsius statu, & ominibus de ipsius Pontificatu narrat. Ipsius vitam singulari Tractatu scripsit IVSTVS CHRISTOPHORVS DITHMARVS.

82) Inde ortum videtur esse prouerbium, *er braucht Hilpers-Griffe*, quod contractum esse videtur ex *Hildebrands-Griffe*, prout etiam animaduertit LAVR. FRIESE *Wirtzb. Chronic. p. 477.*

83) Verba sunt LAMBERTI SCHANABVRGENSIS *ad a. 1073. p. 191.* OTTO FRISINGENSIS *VI. c. XXXIV.* THEODORICVS VERDVNENSIS Epistola ad Hildebrandum, apud EDM. MARTENE *Tom. I. p. 216.* A partibus tamen Hildebrandi stat BERTHOLDVS CONSTANTIENSIS ad a. 1073. dicens: *Romæ Alexander Papa decessit: pro quo venerabilis Hildebrandus, Romanæ Ecclesiæ Archidiaconus, communi omnium consilio expetitur Papa constituendus. Quo audito, ipse archidiaconus se viribus esse imparem tanto honori imo oneri, reputans, inducias respondendi petiit, & sic fuga elapsus, aliquot dies ad vincula S. Petri occultatus latuit. Sed tandem vix inuentus, & ad Apostolicam sedem vi perductus, Papa CLIX. septimo Calend. Maii ordinatur, & Gregorius VII. appellatur: Cuius prudentia, non solum in Italia sed etiam in Teutonicis partibus, refrenata est Sacerdotum incontinentia, scilicet, quod prædecessor eius in Italia habuit, hoc ipse in tota Ecclesia Catholica prohibere studuit.* Qua ratione Gregorius Desiderio Cassinensi Abbati electionem suam significauerit, vide apud HVGONEM FLAVINIACENSEM *Chron. Verdun. p. 266.* PAVLVM BERNRIEDENSEM *§. XXVIII.* CONRADVS VRSPERGENSIS *p. 221.* CENTIVS CAMERARIVS *libro Censuali c. I.*

84) OTTO FRISINGENSIS *lib. VI. c. XXXII.* CONRADVS VRSPERGENSIS *p. 221.* Hos etiam nuntios Cæsaris fuisse, de quibus epistola Gregorii apud

tur, inferendas, replicare. Postquam singuli iniurias ipsis illatas exposuissent, omnes iurauerunt, Episcopi quidem, vt quantum saluo ordine suo possent, totis viribus Ecclesiarum suarum & totius Saxoniæ libertatem contra omnes homines defenderent, laici vero, vt, quamdiu viuerent, libertatem non amitterent, terram suam deinceps nullum violenter prædari sinerent. 85)

§. XVIII. Interim hi, qui castella insidebant, graues erant Saxonibus atque Thuringis, nimia tributa & vectigalia exigebant, & plerumque sub prætextu decimarum, integras simul greges abigebant. Ipsos prouinciales & plerosque ex his honesto loco natos mancipiorum ritu inseruire sibi cogebant, filias eorum & vxores consciis & pene adspicientibus maritis, violabant. Ipse Henricus, promissa Saxoniæ parte, cum Danorum Rege contra Saxones paciscebatur, idque agebat, vt Saxonibus & Thuringis in seruitutem redactis, prædia eorum fisco publico addicerentur. Immo intendisse dicitur, vt delatis vsque ad internecionem Saxonibus, in loco eorum, gentem Sueuorum constitueret. Rex etiam posthabitis Principibus, solos circa se Sueuos assidue habebat, ex his sibi auricularios, a secretis, ex his tam familiarium quam publicorum negotiorum procuratores constituebat. 86) Hoc animaduertentes Saxoniæ Principes, clandestina conuenticula crebro faciebant, quid facto opus esset, inuicem consultantes, qui accepto vicissim sacramento, confirmabant, malle se mori atque extrema omnia prius experi, quam acceptam a parentibus libertatem per dedecus amittere. Infensi quoque Saxones Regi erant ideo, quod ducem illorum Magnum, cui post Ottonis mortem, tanquam filio legitima Ducatus Saxoniæ successio debebatur, dum vltro iure suo cedere & Ducatum, cui Rex voluisset, dandum permittere nollet, 87) iam per biennium in castro Hartesburg in custodia teneret. Coniurationem igitur instinctu potissimum Bucconis Halberstadtiensis Episcopi, contra Regem ineunt Saxoniæ Principes. Liemarus vero Bremensis archiepiscopus, Eppo Citicensis Episcopus, & Benno, Osnabrugensis Episcopus, quia in communem sententiam gentis suæ concedere nolebant, de finibus Saxoniæ effugati, ad Regem se contulerunt, eique toto belli huius tempore indiuidui comites adhæserunt. 88) Rudolphus vero Dux Alemanniæ, Bertoldus Dux Carinthiorum, & Welfus Dux Baioariæ a Rege Henrico discesserunt, quia aliis subintroeuntibus consiliariis, suum consilium apud Regem non valere perspexerunt. 89)

§. XIX. Circa Calendas igitur Augusti, adulta iam satisque roborata coniuratione, legatos mittunt ad regem tum temporis Goslariæ constitutum, postulantes, vt expeditio, quam in Polonos instituerat, ipsis remitteretur, se aduersos Luititios, hostes acerrimos paratos esse debere. Præterea postulant, vt castella, quæ ad euersionem Saxoniæ extruxerat, dirui iuberet; vt principibus Saxoniæ, quibus sine legitima discussione bona sua ademerat, secundum principum suorum iurisdictionem, satisfaceret; vt relicta interdum Saxonia, in qua iam a puero residens, otio atque ignauia pene emarcuisset, etiam alias regni sui partes inuiseret; vt vilissimos homines, quorum consilio, seque rempublicam præcipitem dedisset, de palatio eiiceret, & regni negotia regni principibus, quibus ea competerent, curanda atque administranda permitteret; vt abdicata grege concubinarum, reginam coniugali loco haberet & cætera flagitiorum probra, quibus dignitatem regiam adolescens infamauerat, nunc maturato sensu & ætate abdicaret, ipsisque suam relinqueret libertatem, quam alias armata etiam manu essent defensuri. Vehementer regem permouit hæc legatio, quam tamen sine certa responsione dimisit, potius per legatos Saxonum animos mitigare conatus. 90)

§. XX. Saxones autem armati Goslariam contendunt, ibique mediocri a villa interuallo castra locant. Rex igitur cum regni insignibus & magna thesaurorum parte Hartesburgum se recepit, verum e castello clam egressus, 91) Germaniam peragrauit, reli-

apud LVDEWIG *Reliquiis Mstorum Tom. II. p. 428. nouerit ad hec magnificentia regia, quod nuncii, quos misisti, taliter se gesserint, vt bene in eis magnificentia regia debeat complacere.*

85) Verba sunt ANNALISTAE SAXONIS *ad a. 1073.*

86) LAMBERTVS SCHAFNABVRGENSIS c. l. *volebat deletis vsque ad internecionem Saxonibus loco eorum gentem Sueuorum constituere. Hac enim illi gens erat acceptissima, & eorum plerosque obscuris, & pene nullis maioribus ortos, amplissimis honoribus extulerat, & primos in palatio fecerat, & ad eorum nutum cuncta regni negotia disponebantur. Qua res eum valde exosum inuisumque principibus reddiderat.* Et paullo post: *Rex posthabitis Principibus solos circa se Sueuos assidue habebat, ex his sibi auricularios a secretis, ex his tam familiarium quam publicorum negotiorum procuratores instituebat.*

87) LAMBERTVS SCHAFNABVRGENSIS *ad a. 1073.* De ortu Magni Ducis agit ADAMVS BREMENSIS *Hist. Eccles. lib. IV. c. IX.* ALBERTVS STADENSIS *ad a. 1066. 1067.* & potissimum ANNALISTA SAXO *ad a. 1059.* demonstrat, qua ratione ab Hermanno Billingo descendat.

88) Hæc late narrat LAMBERTVS SCHAFNABVRGENSIS *ad a. 1073.* ANNALISTA SAXO *ad an. 1067. 1069. 1073.* BRVNO *hist. B. Saxonici pag. 180.* BERTHOLDVS CONSTANTIENSIS ad a. 1073. *tota Thuringia & Saxonia Regi Henrico rebellant, propter predictas munitiones & alia multa, que contra voluntatem eiusdem populi Rex in eorum regione fecit inconsulte.* CONTIN. LAMBERTI ad a. 1072. *coniurant Principes Saxonum contra Heinricum regem.* CHRON. LOBIENSE *ad a. 1073.*

89) LAMBERTVS SCHAFNABVRGENSIS *ad a. 1073.*

90) LAMBERTVS SCHAFNABVRGENSIS *pag. 193.*

91) LAMBERTVS SCHAFNABVRGENSIS ad a. 1073. *Rex nocte quadam cum nihil minus suspicarentur, clam egressus est de castello. Quarto die media,*

reliquos Germaniæ Principes populosque contra Saxones concitans. Heinricus vero singulos Teutonici regni Principes supplex adiens, se de Regno Saxoniæ eiectum flebiliter exponens, auxilium ad vindicandas iniurias postulabat. Hi honori suo prospicientes auxilium ei hac ratione promittebant, vt Saxonibus ad placitum conuocatis, partium causas adgnoscerent, ac si iniuste eiectus foret, totis eum viribus restituerent; sin autem stultorum consiliis credulus terram opulentam sua culpa perdidisset, opus esse, vt furore deposito, subiectis nationibus pius Rex existeret, nec deceptores suos amplius audiret, se contra Christianos innocentes sibique sanguine propinquos gratis pugnare non posse. Quos sermones Rex quasi gratos accepit, quia non posse fieri videbat, vt Saxoniam violenter intraret, eosque ex liberis omnes seruos faceret. Misit ergo nuntios ad principes Saxoniæ, omne bonum promittens, vt se permitterent cum pace redire. Ottoni Duci de quo sciebat omnium consilia pendere, honorem pristinum pollicetur cum augmento restituere, si se vellet in regnum Saxoniæ reducere. 92) Hi vero in auxilium vocatis Thuringis, castella ipsius obsidere coeperunt, Hermannus etiam, frater Magni, Saxoniæ Ducis, captis in vrbe Luneburgo multis militibus regis, eos non nisi liberato Magno voluit dimittere. Interuentu tandem Moguntini archiepiscopi, conuentus Gerstungæ indicitur, in quo cunctis sententia conuenit, vt reprobato rege, alium, qui gubernando regno idoneus esset, eligerent. Sollicitantibus igitur Saxonibus, reliquos Germaniæ Principes, Archiepiscopus Moguntinus de toto regno Moguntiam euocauit, vt communi consilio Rudolphum ducem regem constituerent. Quo comperto, Wormatiam se recepit Henricus, ibidemque a ciuibus benigne susceptus, hanc ciuitatem belli deinceps sedem habere coepit. Interim Principum, quos Oppenheimum inuitauerat, animos ad se trahere iterum fuit conatus, Moguntinum etiam & Coloniensem archiepiscopos ad colloquium euocans, obnixe rogauit, vt Saxones conuocarent, agerentque cum eis, vt ab oppugnatione castellorum, datis saltem ad modicum tempus induciis, recederent. 93)

§. XXI. Conuocatis igitur a. 1074. a Moguntino Saxonibus Corbeiam, hi tamen non aliter nisi militari manu omnem controuersiam diiudicandam esse existimabant. Potius post purificationem Mariæ Fridslariam conuentum indicebant, vt ibi communicato cum cæteris Principibus regni consilio, periclitanti reipublicæ rectorem qui omnibus placuisset, constituerent: Regi quoque mandabant, vt si ita sibi expedire iudicaret, die statuta præsto adesset, & ius suum non per epistolas, aut per internuncios, sed præsens ipse viua voce expostularet. Rex autem potius armis experiendum esse ratus, omnes Germaniæ Principes euocat, ad auxilium ipsi ferendum. Saxones terram suam defensuri, cum maximo exercitu ipsi apud oppidum Bachan prope Wirram occurrunt, & a Rege non longius, quam vt vterque exercitus alterum videre posset, castra constituunt. Henricus vero cum se longe inferiorem esse, perspiceret, legatos ad Saxones mittebat, qui ad pacem eosdem iterum componerent. Hi vero pacem non fore adserebant, ni castella diruerentur, sua singulis erepta restituerentur, Ottoni duci Bauariæ Ducatus redderetur, omnibus libertas atque impunitas concederetur. Motus necessitate rex, armis longe inferior, in hæc consentit postulata, & Saxoniæ principibus cum honore susceptis, pacis conditiones, quas per internuntios significauerat, viua vocis auctoritate roborauit. 94) Tergiuersante licet Rege, Saxones nunciis vndiquaque missis, castella dirui fecerunt, & licet Principes muris tantum Hartesburgi dirutis, cæterorum ædificiorum statum sinerent esse incolumen, populus tertio die postquam rex abscesserat, insciis inconsultisque principibus, facta grege in Hartesburg irruunt, quod residuum erat murorum a fundamento deiiciunt, lapides longe lateque dispergunt, cæteris ædificiis, quæ indulgentia principum integra seruauerat, idem faciunt, ecclesiam, quæ accelerandi operis studio interim lignis elegantissime constructa fuerat, incendunt, thesauros diruunt, altaria confringunt: postremo ne qua regi instaurandi castelli occasio reliqua esset, filium eius & fratrem, quos ille ad gratificandum popularibus locum ibi tumulauerat, effodiunt, aguntque omnia quantum possunt, ne administrando bello deinceps mons complanatus vllam præstare possit opportunitatem. 95)

§. XXII.

inedia, vigiliis, ac longi itineris labore vsque ad extremam lassitudinem confecti Eschenewege peruenerunt. Vbi cibo somnoque paululum recreati, postero die cum iam miles frequentior ad Regem confluere cœpisset, Herueldiam contenderunt. - - Rex decreuit, vt septima die post festum Michaelis miles in expeditionem adunaretur in villa Herueldensis monasterii, quæ dicitur Bredingen. AVCTOR VITAE HENRICI *p. 382. Rex cum paucis contra innumeros armatos confligere periculosum existimans, vix elapsus, vitam laudi, salutem fortunæ prætulit* BRVNO *p. 181.* ANNALISTA SAXO *ad a. 1073.*

92) Verba sunt ANNALISTAE SAXONIS *ad a. 1073.*

93) Hæc prolixius describit LAMBERTVS SCHAFNABVRGENSIS *ad a. 1073.* BRVNO *pag. 181. 182. 183.* SPANGENBERG *Mansfeld. Chronic. cap. 185. 186.*

94) BRVNO *p. 184.* ALBERTVS STADENSIS *ad a. 1073.* ANNALISTA SAXO ad a. 1074.

95) LAMBERTVS SCHAFNABVRGENSIS *p. 203. 204.* MARIANVS SCOTVS *ad a. 1075.* AVCTOR VITAE HENRICI apud VRSTISIVM *p. 382.* BERTHOLDVS CONSTANTIENSIS ad a. 1074. *Heinricus Rex absentibus sui regni Principibus eo pacto pacificatur cum Saxonibus, vt munitiones prædicta destruerentur, propter quas seditio orta est, quæ & postea sunt destructa.* CONTIN. LAMBERTI, CHRON. WVRTZB. *ad a. 1073.* ANNALES HILDESHEIMENSES, CHRON. STEDERNBVRGENSE, CHRO-

§. XXII. Henricus igitur protinus legatos Romam misit, vt sedem Papalem contra eos interpellaret, qui Ecclesiam incendissent, altaria confregissent, sepulchra violassent, & odio viuentis in sepultos cineres barbara crudelitate debacchati fuissent. 96) Mittebantur a Papa legati ad componendum Germaniæ statum, nec tamen isti cum rege sermonem communicari sæpius rogati consenserunt, donec secundum ecclesiasticas leges pœnitentiam professus, per iudicium eorum anathemate persolueretur, pro eo, quod propter venditas ecclesiasticas dignitates, simoniacæ hæreditatis insimulatus fuisset apud sedem Papalem. Petierunt itaque verbis Romani Pontificis, vt synodum tenere intra Germaniam pace episcoporum concederetur, quod tamen ipsi tanquam inusitatum atque a suis rationibus alienum, 97) denegabant. Re itaque ad pontificis audientiam delata, Rex legatos dimisit. 98)

§. XXIII. Interim repentino ac tumultuario milite collecto, exercitum ducere parabat in Vngariam, comperto, quod Salomon rex Vngarorum a Ioiade Beli filio bello impetitus, & tribus iam proeliis victus, amisso exercitu, vix de regno effugisset. Præstabat illud & affinitati, quam tradita illi in coniugium sorore sua, contraxerat, & vtilitatibus propriis, quia magnam ei partem regni sui pollicitus fuerat, si eius beneficio expugnatis hostibus, in regnum restitueretur. Hanc expeditionem tamen impediuit vanus rumor, quod Guilielmus Nothus, rex Anglorum ab archiepiscopo Coloniensi inuitatus, cum magno exercitu aduentaret, regni sedem Aquisgrani occupare paratus. 99) Mediante Iulio, Regem iterum adierunt legati regis Vngarorum auxilium petentes. Et quia preces tardius mouebant priuatis occupationibus intentum, datis XII. obsidibus fidem ei firmabant, quod, si eius beneficio in regnum Salomo restitueretur, deinceps ei tributarius, dictoque obtemperans foret, & sex ei munitissimas Vngariæ ciuitates in argumentum nunquam irrumpendæ fidei traderet. Hac mercede redemptus, illico missis circumquaque nunciis, principes in expeditionem solenni indictione euocauit: his tamen se excusantibus, gregario tantum & priuato milite contentus, infesto exercitu ingressus est Vngariam & nonnullas eius regiones hostiliter peragrauit. Sed ob prohibitum commeatum, grauissima statim laborabat inedia, qua necessitate compulsus, nullo insigni facinore perpetrato, Vngaria excessit. 100)

§. XXIV. Eodem anno 1075. Moguntiam venit Russorum Rex Demetrius, deferens ei haud æstimandas diuitias in vasis aureis & argenteis & vestibus valde preciosis, petiitque, vt auxilio sibi foret contra fratrem suum, qui ipsum per vim regno expulisset, & regnum tyrannica immanitate occupasset. Missus est protinus a rege Burcardus, Treuirensis ecclesiæ Præpositus, qui ipsum commoneret, vt regno, quod iniuste inuasisset, vltro decederet, alioquin ipsum auctoritatem & arma Teutonici regni propediem experturum. Is legationi huic propterea opportunus videbatur, quod ille, ad quem mittebatur, sororem eius in coniugio habebat, & ipse hac de caussa apud regem, ne quid in illum interim grauius decerneretur, summis precibus obtinuerat. Demetrius Dedoni marchioni Saxonico, cuius ductu eo aduenerat, a Rege commissus est secundus, donec legati reuerterentur. 101) Reuersus iste tantum Regi deferebat auri, argenti & vestium preciosarum, vt nulla retro memoria tantum regno Teutonico vno tempore illatum referatur. Qua regem mercede redimere volebat, vt fratri suo quem regno expulerat, aduersum se non præberet auxilium. 1)

§. XXV. Insequenti anno 1075. bellum contra Saxones atque Thuringos restaurare conabatur, cunctisque qui in regno suo erant Principibus, bellum indixit, contra Saxones, quorum Principes violatæ regiæ Maiestatis incusabat, sub testificatione iurisiurandi singulis promittebat, si eorum auxilio Saxoniam Thuringiamque recuperasset, quod ipsis vtramque prouinciam pro arbitratu sui, inter se partiendam, & perpetuo iure possidendum esset traditurus. Immo, omnes Principes Regesque ad bellum contra Saxones concitare nite-

SE, CHRONOGRAPHVS & ANNALISTA SAXO, CONRADVS VRSPERGENSIS *ad an. 1073. 1074.* HAYNECCIVS *Antiquit. Goslar. lib. I. p. 81. 89.* BRVNO *p. 182.*

96) LAMBERTVS SCHAFNABVRGENSIS *p. 372.* BRVNO p. 196. *deinde misit Romano pontifici legatos, qui ei intimarent, quod Episcopi Saxoniæ sui ordinis obliti contra se in prælio congressi fuissent, eumque rogarent, vt eos sicut infideles, periuros & belli ciuilis auctores gradu sacerdotali deponerent, quatenus tales per quos Ecclesia pacata regeretur, ipse in eorum locum poneret. Sed Regis legatos ad Apostolicum fama praecesserat, eique seriem rerum gestarum totam veraciter indicauerat.*

97) LAMBERTVS SCHAFNABVRGENSIS p. 377. *siquidem intenderat Romanus pontifex, vt omnes episcopos & abbates, qui sacros gradus precio redimissent, discussione habita deponeret: iamque hac de causa Babenbergensem episcopum, & alios nonnullos ab omni diuino officio suspenderat, donec coram venientes iniustum sibi crimen hæreseos digna satisfactione purgarent.* HVGO FLAVINIACENSIS *p. II. pag. 213.*

98) LAMBERTVS SCHAFNABVRGENSIS *cit. loc.*

99) LAMBERTVS SCHAFNABVRGENSIS *pag. 377.*

100) LAMBERTVS SCHAFNABVRGENSIS *pag. 378.*

101) LAMBERTVS SCHAFNABVRGENSIS *ad a. 1075. p. 380.* SIGEBERTVS GEMBLACENSIS *ad a. 1073.*

1) LAMBERTVS *pag. 380.*

nitebatur. 2) Saxones, missis legatis, veniam, si quæ commiserant, petunt, tamen in Regis adspectum haut fuerunt admissi, etiam Principibus interdictum, ne pro Saxonibus intercederent. Rex igitur ex omni Germania exercitu comparato, & Duce militari vtens Rudolpho Sueuo, 3) Saxones ipsi obuiam euntes, sed inter epulas & pocula ineptis lasciuientes lusibus, 4) haut procul ab Hohenburgo arce ad Vnstrutum prope Longensaltzam Idibus Iunii 1075. adgreditur, & strenue se defendentes in fugam coniecit, cruenta tamen ob nobilium potissimum cædem, vsus fuit victoria. 5) Rex inde Saxoniam ingressus, hanc igne ferroque depopulatur. Saxones quidem collato consilio ad Regem mittebant, orare per Deum, vt saltim nunc sanguine eorum exsaturatus, iracundiæ suæ modum poneret, nec exiguum gentis Saxonicæ, quod atrocissimæ sedi superfuerat, vsque ad internecionem deleret. Ast, Henricus nouo indicto conuentu Gerstungensi, nouoque mense Nouembri comparato exercitu, denuo Saxoniam ingreditur, sed interueniente Moguntino, & Gozelone gibboso, Lotharingiæ Duce, Saxones absque vlla exceptione, Regi se dederunt, fide ab ipso iuramento data. 6) Contemptis tamen omnibus, quibus se obligauerat iurisiurandi vinculis, Principes eorum fecit captiuos, vsque dum de ipsis a Germaniæ Principibus cognosceretur, eosdemque per Galliam, Sueuiam, & Baioariam, per Italiam & Burgundiam deportari fecit. 7) Beneficiaque eorum militibus suis, quorum præcipue opera in bello Saxonico vsus fuerat, distribuit: castellum Hartesburg & Asenburg restaurauit, eidem coercendæ plebi præsidium imponens. 8)

§. XXVI. Exeunte anno 1075. Rex natalem domini Goslariæ celebrauit. Cumque eo omnes regni Principes euocasset, vt de principibus Saxoniæ, qui in deditionem venerunt, communi consilio deliberaretur; præter ducem Bohemiæ pauci admodum venerunt. Ab ipsis tamen qui venerunt, iusiurandum exegit & accepit, vt non alium post eum,

2) ANNALISTA SAXO ad a. 1074.

3) MARIANVS SCOTVS ad an. 1075. *in ista pugna dux Sueuorum Rudolphus, qui postea Saxonibus regnauit, exercitum regis ducens, strenuissime dimicauit.*

4) LAMBERTVS pag. 387. *Rex refrigerandi gratia se in lectum reclinauerat, cum subito Dux Rudolphus ingrediens, nuntiat, Saxones breuissimo spatio abesse, & incertum negligentes an ignaros aduenientium hostium, inter epulas & pocula ineptis lasciuire lusibus. - - Placere sibi cum adhuc maior pars supersit diei, vt acies instruatur, prælium committatur.*

5) BRVNO p. 191. *hoc prælium factum est anno Domini MLXXV. Idus Iunii fer. III. Ergo Rex adepta cum multo suorum cruore victoria. aliquot dies intra sua castra manebat, donec eos quos de suis metus disperserat, recollegit & mortuos suos vel sepeliri vel in patriam sepeliendos fecit deportari.* MARIANVS, CHRONOGRAPHVS & ANNALISTA SAXO, SIGEB. GEMBLACENSIS, BERTHOLDVS CONSTANTIENSIS ad a. 1075. *post Pentecostem exercitum in Saxoniam promouit, in qua expeditione innumerabilis multitudo VI. Idus Iunias, iuxta flumen nomine Onstrut, vtrinque ceciderunt, & multi ex Saxonibus Regi ad deditionem venerunt,* OTTO FRISINGENSIS *VI. c. XXXIV.* CHRON. WÜRTZB. ad a. 1075. CONRADVS VRSPERGENSIS p. 221. ARNVLPHVS MEDIOLANENSES *lib. IV. Gestorum Mediolanensium c. III. Veruntamen gens illa admodum ferocissima in rebellionem prorumpit apertam, adeo, vt facta congressione partis vtriusque, plusquam viginti millia hominum referuntur occisa. Arrisit tamen Henrico victoria.* ANNALISTA SAXO ad a. 1075.

6) LAMBERTVS SCHAFNABVRGENSIS p. 394. *tandem placuit mitti ad eos Moguntinum archiepiscopum, Salzburgensem archiepiscopum, Augustensem episcopum, Wirzeburgensem episcopum, & cum his ducem Gozzelonem, cuius potissimum in ea expeditione authoritas valebat, & in eo omnium, quæ agenda erant, summa & cardo vertebatur, pro eo, quod licet statura pusillus, & gibbo deformis esset, tamen opum gloria, & militum lectissimorum copia, tum sapientiæ & eloquii maturitate cæteris principibus quamplurimum eminebat.* Et paullo post p. 396. *Gozzilo Dux, & qui cum eo erant Episcopi ferocientis* (Saxonicæ) *multitudinis tumultum nunc minis nunc blandimentis comprimebant, pollicentes, & quia verbis parum fidei erat, etiam sub iureiurando confirmantes, non salutis, non libertatis, non prædiorum, non beneficiorum, non cæteræ supellectilis suæ vllam eos iacturam sensuros, sed postquam faciem Regis & regni maiestatem momentanea satisfactione magnificassent, statim deditione absoluendos, & patriæ libertatique in nullis, imminuto sibi conditionis suæ statu restituendos esse.* Addit MARIANVS SCOTVS ad a. 1077: *Saxones ferociores ex damno, quod passi sunt, effecti, adhuc rebellare nitebantur. Quos Dux Rudolphus compescuit, vt hoc facerent, dans eis consilium propter pacem & concordiam, vt in potestatem Regis se traderent in fide sua, dicens se acturum, quod nihil eis noceret.* Verum, contrarium tradit LAMBERTVS SCHAFNABVRGENSIS p. 394. *Rex XI. Calendas Nouembris, iuxta condictum venit in Gerstungum venerunt omnes Teutonici regni episcopi & comites: aderat Diodericus Dux Mosellæ regionis, aderat Gozzelo, dux Lotharingiæ, tantas habens copias, ita militaribus armis instructas, ita de tota, cui præerat, regione, seuerissimo delectu habito, exquisitas, vt sola cæterum regis exercitum & numero & bellici apparatus gloria præcellere ac supergredi viderentur. Alii duces, Rudolphus scilicet, Dux Sueuorum, Welf, dux Baioariorum, Bertholdus dux Carentinorum, regi auxilium suum petenti denegauerant: poenitentes, (vt aiebant) superiori expeditione in irritum fusi tanti sanguinis, offensi etiam regis immiti atque implacabili ingenio, cuius iracundiæ incendium nec lachryma Saxonum, nec inundantes campis Thuringiæ riui sanguinis restinguere potuissent.*

7) LAMBERTVS SCHAFNABVRGENSIS p. 397. BRVNO p. 194. *Igitur omnes Episcopi nostri, Duces, Comites cæterique maiores, manu fidei ab illis accepta Regiæ potestati se sponte tradiderunt, totumque populum suum valde tristem in patriam redire iusserunt. Distributis ergo per custodias Principibus nostris, Rex omisso exercitu Saxoniam cum magna gloria ingreditur, & ab his qui domi erant cum maiore gloria suscipitur.* AVCTOR VITÆ HENRICI p. 382. *Saxonibus longe præter spem euenit. Nam Rex eos exilio addictos in alienas terras misit, vbi dura custodia constricti relaxationis edictum exspectarent.* HELMOLDVS *lib. I. c. XXVII.* BERTHOLDVS CONSTANTIENSIS ad a. 1075.

8) LAMBERTVS SCHAFNABVRGENSIS, ANNALISTA SAXO ad a. 1075.

9) LAMB.

eum, quam filium eius Conradum, tenerum adhuc infantulum, regem sibi eligerent. Ibi Otto dux quondam Bauariæ datis pro se duobus filiis obsidibus, in gratiam regis fuit receptus. 9)

§. XXVII. Tandem vero ingens istud cum Gregorio VII. Pontifice malum fuit subortum. Scilicet, postquam vulpina calliditate Pontificatum fuisset adeptus, atque Imp. consensum impetrasset homo flagitiosus, 10) statim caput efferre cœpit, publicis edictis Cœlibatum clericorum inducere conatus, 11) simoniacos episcopos remoueri volebat, atque diuersis legationibus admonebat, vt ab Episcopatuum & Ecclesiarum venditione omnino quiesceret Imperator. 12) Immo super ipsos Reges nimio ausu se extollens. Quæ singula sub nomine DICTATVS siue TOTATVS Hildebrandini venire solent. 13) Habita etiam Romæ a. 1074. synodo, palam interdicit Regi ius deinde habere aliquod in dandis Epi-

9) LAMB. SCHAFN. BERTHOLDVS ad an. 1076.

10) *Vid. supra §. XIV.* LAMBERTVS SCHAFNABVRGENSIS p. 1403. *commode quoque conficiendis tantis rebus interuenit quidam ex Cardinalibus Romanis Hugo cognomento Blancus, quem ante paucos dies propter ineptiam eius & mores inconditos papa de statione sua amouerat, deferens secum de vita & institutione papæ scenicis figmentis consimilem tragœdiam: Scilicet vnde oriundus, qualiter ab ineunte ætate conuersatus, quam peruerso ordine sedem Apostolicam occupauerit, quæ ante episcopatum, quæ post acceptum episcopatum, memoratu quoque incredibilia flagitia commiserit.* Hinc Wilhelmus, Traiectensis episcopus, teste eodem LAMBERTO p. 405. *periurum eum, adulterum & pseudo Apostolum* appellauit. Fraudes ipsius artesque duobus libris descripsit BENNO Cardinalis, quos Apologiæ suæ pro Henrico IV. inseruit GOLDASTVS, qui etiam plura eiusdem farinæ scripta congessit. Eiusdem vitam in compendio exhibuit RECHENBERGIVS in dissertatione *de Totatu Hildebrandino §. XV.* GERHOHVS tamen REICHERSBERGENSIS in Syntagmate suo *c. XIII.* Gregorii optimum Zelum conatur defendere. Varia de eius statu & Pontificatu enarrat ANNALISTA SAXO ad a. 1074.

11) LAMBERTVS SCHAFNABVRGENSIS ad a. 1074. p. 378. *Hildebrandus Papa cum Episcopis Italiæ conueniens, iam frequentibus Synodis decreuerat, vt secundum instituta antiquorum Canonum, Presbyteri Vxores non haberent, habentes aut dimittant, aut deponantur; Nec quisquam omnino ad sacerdotium admittatur, qui non in perpetuum continentiam vitamque cœlibem profiteatur. Hoc decreto per totam Italiam promulgato, crebras literas ad Episcopos Galliarum transmittebat, præcipiens, vt ipsi quoque in suis ecclesiis similiter facerent, atque a contubernio sacerdotum omnes omnino feminas perpetuo anathemate resecarent. Aduersus hoc decretum protinus vehementer infremuit tota factio clericorum, hominem plane hæreticum, & vesani dogmatis esse clamitans, qui oblitus sermonis domini quo ait, non omnes capiunt hoc verbum, qui potest capere, capiat: & apostolus; qui se non continet, nubat; Melius est enim nubere, quam vri: violenta exactione homines viuere cogeret ritu angelorum, & dum consuetum cursum naturæ negaret, fornicationi & immunditiei frena laxaret: quod si pergeret sententiam confirmare, malle se sacerdotium quam coniugium deserere, & tunc visurum eum cui homines sorderent, vnde gubernandis per ecclesiam Dei plebibus angelos comparaturus esset. Nihilominus ille instabat, & assiduis legationibus episcopos omnes socordiæ ac desidiæ arguebat, & nisi ocyus iniunctum sibi negotium exequerentur, Apostolica se censura in eos animaduersurum comminabatur.* Decreta Concilii Lateranensis contra eiusmodi inuestituras vide apud HVGONEM FLAVINIACENSEM *Chron. Verdun. p. 207.* MARIANVS SCOTVS, SIGEBERTVS GEMBLACENSIS, ALBERICVS ad an. 1074. GOLSCHERVS *de gestis Treuirorum c. XXXIX.* GOTFRIDVS VITERBIENSIS *p. XVII. p. 340.* GEORGIVS CALIXTVS *de Coniugio clericorum,* CASPAR ZIEGLER *de Diaconis veteris Ecclesiæ c. XIV.* Hinc etiam ALBOINVS Presbyter scripsit de coniugio sacerdotum per Hildebrandum Papam damnato, contra epistolas Bertholdi Constantiensis Presbyteri de Cœlibatu Ecclesiasticorum.

12) CENTIVS CAMERARIVS in libro Censuali cap. I. §. II. *Gregorius percepta Apostolicæ dignitatis plenitudine Regem benigne ac paterne commonuit, vt matri suæ sanctæ Romanæ ecclesiæ se deuotum & subiectum filium exhiberet, atque ab Episcopatuum & ecclesiarum venditione omnino quiesceret.* AVCTOR VITÆ ANSELMI LVCENSIS §. XLI. *Papa Gregorius - - misit ad Regem frequenter benignas legationes, tum paterne admonens, tum asperius etiam redarguens. Atqui dum hoc quoque modo minime se percepit proficere, tandem direxit ad eum matrem ipsius, religiosissimam Imperatricem Agnetem, & cum ea reuerendissimos duos Episcopos.* ARNVLPHVS MEDIOLANENSIS *lib. IV. Gestorum Mediolan. c. VII.* HVGO FLAVINIACENSIS *p. II. pag.* 208. ANNALISTA SAXO ad a. 1073. *Eisdem temporibus Anno Coloniensis Archiepiscopus & Herimannus Babenbergensis Episcopus Romam missi sunt, pecuniam, quæ Regi debebatur, congregandi causa, qua legatione peracta reuersi, Regi Apostolici literas detulerunt, ad satisfactionem illum vocantes pro Simonia & aliis, quæ de illo Romæ audita fuerunt.*

Commisso bello victor Rex exstitit ergo.
Vnde superbus adest, Papam despexit & amens
Omnia, quæ Papæ matrique spoponderat ante
fregit & inuasit, Simoniacos reuocauit.

BERTHOLDVS CONSTANTIENSIS ad an. 1074. *hoc tempore legati sedis Apostolicæ in Alemanniam ad Regem venere, pro ipsius Regis moribus corrigendis, in quorum manus se Rex ipse, sub correctionis sponsione, commisit, suumque auxilium Domino Apostolico, ad deponendos Simoniacos, firmissime promisit. Ipsi etiam Regis consiliarii omnes res Ecclesiarum iniuste acquisitas, se reddituros coram eiusdem legatis, sub Sacramento promisere: quippe qui easdem res a Simoniacis emerint, consilio suo eosdem indignos ad Ecclesiasticum honorem adiuuando. His ita dispositis, legati sedis Apostolicæ redierunt.*

13) Plenius de hoc egerunt SCHILTERVS *de libertate ecclesiarum Germaniæ lib. IV. c. I. II. III. IV.* RECHENBERG *de Totatu Hildebrandino* & M. IO. ANDR. VHLII *diss. de methodo Hildebrandina perueniendi ad Monarchiam vniuersalem.* LEHMANN *lib. V. c. XXXI.* LAMB. SCHAFN. p. 381. PETRVS DAMIANI ep. XXXII. ad Henricum Archiepiscopum Rauennatensem & IO. LAVNOIVS *in veneranda Romanæ ecclesiæ circa Simoniam traditione.* Licet ista XXVII. Capita, quæ sub hoc nomine veniunt, quæ inter ipsius Epistolas *lib. II. n. LV.* occurrunt, & apud BARONIVM *Tom. XI. n. XXXI. XXXIV.* non tam a Gregorio VII. fuerint profecta prout NATALIS ALEXANDER *in diss. de Gregorii VII. Dictatu Tom. VI. Hist. Eccles. p. 719.* probe asseruit, verum ab ipso exercita. Licet LAVNOIVS *p. VI. Epist. p. 289.* istam in quibusdam doctrinam Gregorii velit aduersari.

14) BERT-

Episcopatibus, omnesque laicas ab inuestituris ecclesiarum summouet personas. 14) Licet autem sub initium a Simoniaca hæresi se velle desistere, legatis, idemque datis ad Papam litteris promitteret Imperator, post 15) victoriam tamen de Saxonibus partim horum omnium obliuiscebatur. 16) Hinc Gregorius legatos ad conuentum Goslariensem a. 1075. misit, denuntiantes regi, vt secunda feria secundæ hebdomadæ in Quadragesima ad synodum Romæ occurreret de criminibus, quæ obiicerentur, causam dicturus, alioquin sciret, se absque omni procrastinatione, eodem die de corpore sanctæ ecclesiæ Apostolico anathemate esse abscindendum. 17) Hæc legatio regem vehementer permouit: statimque abiectis eum graui contumelia legatis, omnes, qui in regno suo essent, episcopos & abbates Wormatiæ dominica Septuagesimæ conuenire præcepit, tractare cum eis volens de Pontifice deponendo. 18) Conuenientibus etiam Wormatiam episcopis, quibus accedebat Hugo Blancus, Cardinalis, quem de statione sua mouerat Hildebrandus, horumque decreto Papa fuit condemnatus, 19) aliis tamen contradicentibus, qui contra Canonum scita esse iudicabant, episcopum absentem, absque generali concilio, sine legitimis & idoneis

14) BERTHOLDVS CONSTANTIENSIS ad an. 1075. ANNALISTA SAXO ad a. 1075. *in eadem synodo* (Romana) *decretum est a Gregorio Papa, vt clerici aliquem Sacrorum ordinum gradum & officium pretio adepti, deinceps in Ecclesia non ministrent, nec Ecclesiam pretio acquisitam aliquis retineat, nec deinceps alicui Ecclesiam vendere & emere liceat. Deinde vt a clericali officio cessent, quicunque se per incontinentiam reprehensibiles exhibent. Item vt populus clericorum officia nullatenus recipiat, quos prædictas Apostolicas institutiones contemnere percipiat.* ARNVLPHVS MEDIOLANENSIS *lib. III. Gestorum Mediolanensium c. XXIX.* HVGO FLAVINIACENSIS Chron. Verdun. ad a. 1074. *eodem anno in Romana Synodo 50. Episcoporum, considente Presbyterorum & Abbatum multitudine, iuxta Decreta Pontificalia & institutiones Canonicas ne hoc amplius a quoquam præsumeretur, prohibuit sub interminatione anathematis, decretum faciens in hæc verba. Si quis deinceps Episcopatum vel Abbatiam de manu alicuius Laicæ personæ susceperit, nullatenus inter Episcopos vel Abbates habeatur, nec ulla ei, vt Episcopo vel Abbati audientia concedatur. Insuper & gratiam beati Petri & introitum Ecclesiæ interdicimus, quoad vsque locum quem sub crimine tam ambitionis, quam inobedientiæ, quod est scelus idololatriæ cœpit, deseruerit. Similiter etiam de inferioribus Ecclesiasticis dignitatibus constituimus. Item. Si quis Imperatorum, Ducum, Marchionum, Comitum, vel quilibet Secularium potestatum aut personarum, inuestituram Episcopatus, vel alicuius Ecclesiasticæ dignitatis dare præsumserit, eiusdem sententiæ vinculo se astrictum sciat.* Adde eundem p. 206. qui tamen Papæ partibus fauet. BERTHOLDVS CONSTANTIENSIS ad a. 1077.

15) Patet hoc ex epistola Henrici IV. ad Gregorium VII. apud HVGONEM FLAVINIACENSEM *p. II. Chron. Virdun. pag.* 209. in qua: *Eheu criminosi nos & infelices - - peccauimus in cælum & coram vobis & iam digni non sumus vocatione vestra filiationis. Non solum enim nos res ecclesiasticas inuasimus, verum quoque indignos quibuslibet & simoniaco felle amaricatis & non per ostium sed aliunde ingredientibus ecclesias ipsas vendidimus - - - At nunc, quia soli absque vestra auctoritate ecclesias corrigere non possumus, super his, vt etiam de nostris omnibus vestrum vna consilium & auxilium obnixe quærimus, vestrum præceptum studiosissime seruabitur in omnibus.* Gregorius VII. in Epistola ad Henricum II. *lib. II. Epist. n. XXX.* & apud BARONIVM *Tom. XI. Annal. Eccles. ad an. 1074. n. VI. Illud, quod piæ memoriæ Agnes mater tua, Imperatrix Augusta apud nos constanter testificata est, iidemque legati Episcopi attestati sunt, simoniacam scilicet hæresin funditus de regno tuo exstirpare - - - velle vehementer nos hilarauit.* DONNIZO *Vita Mathildis lib. I. c. XIX.* ANNALISTA SAXO *ad a.* 1074. addens: *erant autem Legati Humbertus Pranestinus Antistes & Geraldus Hostiensis Episcopus, quæ promissa qualiter more suo mentitus fuerit, postea dicetur.*

16) HVGO FLAVINIACENSIS p. II. Chron. Verdun. p. 209. *Henricus commisso prælio, & victoria obtenta ad vomitum cito rediit, vota fregit, excommunicatos in communionem & gratiam suscepit, ecclesiarum confusionem non abhorruit.* DONNIZO *Vita Mathildis lib. I. c. XIX.*

17) Hæc omnia plenius describit LAMBERTVS SCHAFNABVRGENSIS *ad a.* 1076. *pag.* 403. BRVNO hist. B. Saxonici p. 196. *misit ergo regi litteras, quibus eum de multis aliis criminibus arguebat, & vt Episcopos a captiuitate dimissos, Ecclesiis bonisque suis integre restitutis remitteret, orabat, & post hæc concilium in eo loco quo venire posset Apostolicus, congregaret, vbi Episcopi vel si digni essent Episcopalem perderent dignitatem, vel iniuriarum, quas erant passi, Canonicam reciperent satisfactionem. Quod si in his sacris canonibus noluisset Rex obediens existere, & excommunicatos a societate sua repellere, se eum velut putre membrum Anathematis gladio ab vnitate S. matris Ecclesiæ minabatur abscindere. Qua legatione suscepta, & venientibus suis quos miserat Apostolico confirmata, tristis valde fuit, quod in Apostolica dignitate malitia sua, sicut sperabat, auxilium non inuenit.*

18) HVGO FLAVINIACENSIS *Chron. Verdun.* apud LABBEVM Tom. I. pag. 214. *Conuentus hic inter Natiuitatem Dominicam & sequentem Quadragesimam habitus est ita distantibus spatiis, vt quæcumque ibi gererentur, Romam tempore synodi referri possent. Die vero Natalitio Andreæ Apostoli, ante ipsam diei festiuitatem apud Bauenberg Henrico, tanta adhuc inter Regnum & summum sacerdotium vigebat Concordia, vt destitutio Pontificis vrbis ipsius & substitutio alterius obedientiæ Domini Papæ deputaretur. Ille igitur, qui ante Natiuitatem Dominicam tanta in Ecclesia magnificentia erat, vt ad nutum illius mutationes ordinum fierent, paucis post Natiuitatem diebus inconuentus & inauditus proscriptus est, & quantum ad illos depositus. Ex die enim, qua tanti ab hominibus habitus est, nullam eorum legationem accepit, vsque dum illa veniret, qua dictum est, descende, descende, interdicimus tibi ius omne Papatus.*

19) Epistola, qua Annonem Coloniensem [illegible] hanc Synodum inuitat, reperitur apud VRSTISIVM p. 394. BRVNO p. 197. *Rex igitur cum suis deceptoribus vna Wormatiam venit, & cum singulis illis binis consilium iniuit, qualiter dignam vicem rependeret illi contumeliæ, quam omnes audierant, Romanum Pontificem sibi fecisse, quod eum se minatus sit excommunicaturum, quum tale quid cunctis temporibus fuisset inauditum. Quumque multa multis modis diu voluntarent; tandem quibusdam eorum placuit,* vt

neis accusatoribus & testibus, nec dum probatis criminibus quae obiicerentur, condemnare. 20) Nihilominus ex nomine omnium, qui conuenerant Episcoporum & Abbatum, plenae contumeliarum litterae 21) Romam destinantur, quibus denuntiatur Romano pontifici, vt pontificatu, quem contra Ecclesiasticas leges vsurpasset, sese abdicet, sciatque, post eam diem quicquid agat, iubeat, decernat irritum haberi. Mittebantur etiam a latere Regis legati in Longobardiam; vt facto anathemati subscriberent. Congregatis ergo omnibus Papiae, ex praecepto Regis anathemati subscripserunt, idemque positis sacrosanctis euangeliis, iuramento firmauerunt, nullo modo se deinceps Gregorium pro Papa habituros, vel obedientiam exhibituros. 22) Imp. vero legati, inter quos Rolandus, Parmensis Clericus erat, 23) litteras, prout iussum fuerat, Romam detulerunt, in quarum fine haec habentur: *Tu hoc anathemate, & omnium Episcoporum nostrorum iudicio damnatus descende, vendicatam tibi sedem apostolicam relinque, alius in solium beati Petri ascendat, qui nulla violentia religionem palliet, sed beati Petri sanam doctrinam doceat. Ego Henricus Rex Dei gratia cum omnibus Episcopis nostris tibi dicimus, descende, descende.* 24) Addebat Rolandus: *vt ad futuram Pentecostes solennitatem regio conspectui vos repraesentetis, suscepturi de manibus Regis Papam & Patrem.* 25) Postquam hasce Imp. litteras in synodo Romana recitari iussisset Papa, omnibus acclamantibus definitum est, vt honore regio priuaretur, & anathematis vinculis tam Rex quam omnes assentanei sui colligarentur. 26) Accepta itaque fiducia, Papa ex synodi consensu, regem nouo plane exemplo illegitimo modo excommunicat, Imp. ab Imperii culmine deponit, omnesque a iuramento ipsi praestito, absoluit, 27) & cum

vt Episcoporum concilio facto Papam quasi simoniacum communi consensu damnaret, eoque deposito Rex in loco eius vnum de suis amicis constitueret, qui omnia quae Regi fuissent placita, tota voluntate perficeret. Hoc igitur inito confirmatoque consilio fecit omnes suos Episcopos conuenire, & coegit eos Hildebrando, qui Romanus Pontifex vocaretur, & non esset, subiectionem & obedientiam interdicere, & hoc vt postea nullus eorum posset negare, fecit vnumquemque eorum nomine suo praenotato manu propria abnegationem Hildebrando cartis singulis inscribere. LAMBERTVS SCHAFNABVRGENSIS p. 404. MARIANVS SCOTVS ad a. 1077. BERTHOLDVS CONSTANTIENSIS ad a. 1076. *cum autem Rex iam dudum saepe a Papa praemonitus, se corrigere nollet, & Papa in admonendo nihil proficeret: ad vltimum mandauit ei, quod in Romana synodo proxima eum excommunicaturus esset, nisi resipisceret; quae legatio in octaua natiuitatis Domini ad Regem peruenit. Vnde Rex in septuagesima apud Wormatiam colloquio facto, & alio in Lombardia apud Placentiam, omnesque quos potuit obedientiam praedicto Papa exhibendam, abiurare fecit: & missa legatione ad Romanam Synodum, quae in proxima Quadragesima celebrata est, ipsum Apostolicum ab Apostolica sede contumaciter iussit descendere.* ALBERTVS STADENSIS ad a. 1076. ALBERICVS ad a. 1077. VITA HENRICI apud VRSTISIVM p. 382. CONRADVS VRSPERGENSIS p. 221. *Anno Domini 1076. habitum est concilium apud Wormatiam, vbi praesente Rege Heinrico, vniuersi pene Teutonici Episcopi, praeter Saxonicos, Hildebrandum Papam abdicarunt.* AVCTOR VITAE ANSELMI LVCENSIS §. *XIII.* PAVLVS BERNRIEDENSIS *vita Gregorii VII.* §. *LXVI.* CHRON. HILDESHEIMENSE, SIGEBERTVS GEMBLACENSIS ad a. 1076.

20) LAMBERTVS SCHAFNABVRGENSIS *c. l.* BRVNO p. 197. *quod quidem pauci fecerunt ex animo, qui & auctores ipsi fuere consilii: plures vero literas quidem abrenuntiationis mortis timore scripserunt, sed invitos se fecisse per hoc ostenderunt, quod quam primum data eis opportunitas, Apostolico supplices confessionis literas dirigunt, & se reos ei agnoscunt, sed expurgationem necessitatis obtendunt.* ANNALISTA SAXO ad a. 1076. *Rex vero ne vllus eorum posset id postmodum negare, fecit vnumquemque eorum propria manu nomine suo praenotato, cartis singulis inscribere abdicationem in Hildebrandum hoc modo: Ego N. Ciuitatis N. Episcopus, Hildebrando subiectionem & obedientiam ex hac hora & deinceps interdico, & eum Apostolicum nec habebo, nec vocabo.*

21) Exemplum harum literarum reperitur apud BRVNONEM pag. 198. GOLDASTVM *Tomo vno* p. 235. & ANNALISTAM SAXONEM ad a. 1076. Excerpta quaedam ex his epistolis reperiuntur inter epistolas Henrici IV. ab VRSTISIO, editas p. 394. Vna harum hunc titulum praefert. *Henricus non vsurpatione, sed Dei ordinatione Rex, Hildebrando iam non Apostolico sed falso monacho.*

22) PAVLVS BERNRIEDENSIS *Vita Gregorii* §. *LXVI.* BERTHOLDVS CONSTANTIENSIS *ad a.* 1076.

23) CENTIVS *libro Censuali c. I.* §. *V.* DONNIZO *Vita Mathildis lib. I. c. XIX.*

24) Extant litterae apud VRSTISIVM *Tom. I.* p. 394.

25) PAVLVS BERNRIEDENSIS *c. l.* §. *LXIX.*

26) PAVLVS BERNRIEDENSIS *c. l.* AVCTOR VITAE ANSELMI LVCENSIS §. *XIII.*

27) BERTHOLDVS CONSTANTIENSIS ad a. 1076. *sed missi eius turpissime in synodo tractati, vix a Romanis, adiuuante Papa euaserunt. Ipsum autem Regem, synodo iudicante, fidelitate hominum, regno & communione priuauit, & omnes ei ad regnum iuratos, iuramento absoluit. Omnes Episcopos, qui Regi sponte contra Papam fauerunt, officio & communione priuauit: reliquis autem, qui inuiti eidem conspirationi intererant vsque ad festiuitatem sancti Petri, inducias dedit.* AVCTOR VITAE HENRICI p. 382. LAMB. SCHAFN. p. 404. Extat sententia excommunicationis apud ANNALISTAM SAXONEM ad an. 1076. BRVNONEM p. 200. in libro III. epistolarum Gregorii ep. VI. apud BARONIVM *Ann. Tom. XI. ad a.* 1076. *n.* 25. CHERVBINVM *Magno Bullario Romano Tomo I. p.* 52. & LEHMANNVM *Chron. Spir. lib. V. c. XXXI.* In hac sententia haec habentur: *ex parte omnipotentis Dei, patris & filii, & spiritus sancti, per tuam* (Petre) *potestatem & auctoritatem, Henrico Regi, - - - qui contra tuam ecclesiam inaudita superbia insurrexit, totius regni Teutonicorum & Italiae gubernacula contradico, & omnes Christianos a vinculo iuramenti, quod sibi fecere vel facient, absoluo, & vt nullus ei sicut Regi seruiat, interdico. Dignum est enim, vt qui studet honorem ecclesiae tuae imminuere, ipse honorem amittat, quem videtur habere.* Extant Epistolae super hac excommunicatione in Codice S. Vdalrici *n. CLVI. sqq. n. CCLXXVII.* Quam illegitima haec fuerit excommunicatio, docet BENNO Vita Hildebrandi lib. I. p. 2. *praeter voluntatem & consilium Cardinalium extra ordinem iudicandi, sacris canonibus determinatum, Imperatorem in nulla synodo canonice accusatum, praecipitanter excommunicauit, in* qua

& cum eo archiepiſcopum Moguntinum Sigifridum, epiſcopum Traiectenſem Wilhelmum, epiſcopum Bambergenſem Rubertum excommunicat: Cæteris, qui conſpirationis huius participes extiterunt, diem ſtatuit, qua niſi Romæ præſentati cauſam dicerent, ſimilem cæteris excommunicationis ſententiam ſortirentur: porro Ottonem Ratisbonenſem, Ottonem Conſtantienſem, Burchardum Loſannenſem epiſcopum, Eberhardum comitem, Vdalricum, & alios nonnullos, quibus rex potisſimum conſiliariis vtebatur, iam pridem excommunicauerat. 28)

§. XXVIII.

qua excommunicatione nullus Cardinalium ſubſcripſit. Vt primum ad excommunicandum Cæſarem de ſede ſurrexit, ſedes ipſa nouiter lignis fortisſimis compoſita, ſubito Dei nutu terribiliter ſciſſa eſt in plures partes: vt manifeſte daretur intelligi, quanta ſeſſor ille tam periculoſa excommunicatione & præſumtione, quamque terribilia ſchiſmata ſeminare contra Eccleſiam Chriſti, contra ſedem beati Petri, quam crudeliter disſiparet cathedram Chriſti, conculcando leges Eccleſiæ, imperando cum potentia & auſteritate. In deſcriptione eiusdem excommunicationis ea interſeruit, in quibus manifeſte a fide Catholica errauit, cum iniuſte excommunicatum Imperatorem, & Epiſcopos communicantes ei, excepit ab excommunicatione tertio gradu communicantes eis & vnitatem Eccleſiæ ſcindens, quantum in ipſo fuit duas Eccleſias fecit. Improbat etiam illud AVCTOR VITÆ HENRICI IV. qui p. 382. ita loquitur: *abſoluit omnes a iuramento, vt contra eum impelleret abſolutio, quos fidei terruit obligatio. Quod factum multis diſplicuit (ſi cui diſplicere licet, quod apoſtolicus fecit) & aſſerebant, tam inefficaciter quam illicite factum, quod factum eſt. Sed non auſim aſſertiones eorum ponere, ne videar cum eis apoſtolicum factum refellere.* Nouo autem exemplo hoc fuiſſe factum teſtatur OTTO FRISINGENSIS VI. c. XXXV. dicens: *lego & relego Romanorum regum & Imperatorum geſta, & nunquam inuenio, quemquam eorum ante hunc a Romano pontifice excommunicatum vel regno priuatum: niſi forte quis pro anathemate habendum ducat, quod Philippus ad breue tempus a Romano Epiſcopo, inter pœnitentes collocatus, & Theodoſius a beato Ambroſio propter cruentam cædem a liminibus Eccleſiæ ſequeſtratus ſit.* Idem de geſtis Friderici I. lib. I. c. I. *Gregorius ſeptimus qui tunc Vrbis Romæ Pontificatum tenebat, eundem Imperatorem tanquam a ſuis deſtitutum, anathematis gladio feriendum decernit. Cuius rei nouitate eo vehementius indignatione motum ſuſcepit Imperium, quo nunquam ante hac tempora huiusmodi ſententiam in Principem Romanorum promulgatam cognouerat.* MARIANVS SCOTVS ad a. 1075. de hac excommunicatione loquens dicit: *quod factum Catholicis quidem viris bene placuit, ſimoniacis vero ac fautoribus regis nimium diſplicuit nunquam fuiſſe auditum, regem aliquando excommunicationi ſubditum.* AVCTOR VITÆ S. GEBEHARDI Salisburgenſis apud CANISIVM Tomo VI. Lect. Antiqu. p. 1234. *hoc nouum ſiue rarum in Regem anathema, vtrum ex venditione Epiſcoporum & Abbatiarum; an ex alia infamia cauſas ſumpſerit, penes earum conſcios ſit & iudices, nobis ſententia paſtoris tenenda eſt, ſiue iuſta ſiue iniuſta.* Impugnatur quoque hæc excommunicatio in Cleri & Ordinis Eccleſiaſtici in S. Romano Imperio Apologetica pro Henrico IV. Imperatore aduerſus Hildebrandi Papæ excommunicationem, & CONRADI TRAIECTENSIS oratione pro Henrico IV. quæ ſcripta in GOLDASTI reperiuntur *Apologia pro Henrico IV.* in qua præter dicta, BENNONIS *Vita Hildebrandi*, huius ſcelera exponens, ANONYMVS *de bello Saxonico* Brunoni contrarius, WALTRAMVS *de vnitate Eccleſiæ conſeruanda.* VENRICVS VERCELLENSIS, OTTONIS LEODIENSIS ſcripta pro iure Henrici IV. reperiuntur. Huic oppoſuit SEBASTIANVS TENGNAGEL *Vetera monumenta*, contra ſchiſmaticos iam olim pro Gregorio VII. conſcripta, inter quos GERHOHVS REICHERSBERGENSIS eſt præcipuus. Inter hæc, varia ſcripta inter Goldaſtum & Gretſerum fuerunt agitata, GOLDASTVS etiam ſcripſit replicationem pro Imperii Maieſtate. IACOBVS GRETSERVS Apologiam pro Gregorio VII. ſuſcepit. SIGEBERTVS GEMBLACENSIS Ep. pro Leodienſibus p. 198. dicit, Hildebrandum Papam primum leuauiſſe ſacerdotalem lanceam contra diadema regni. Idem eundem increpat *Chronogr. ad a.* 1088. THEODORICVS VERDVNENSIS in Epiſtola ad ipſum Gregorium Papam in EDM. MARTENE *Theſ. Anecdotorum Tom. I. p.* 220. factum hoc increpat, ſcribens: *nouum eſt & omnibus ſæculis inauditum, pontifices regna gentium - - velle diuidere, nomen regum inter ipſa mundi initia repertum adeo poſtea ſtabilitum repentina factione elidere, Chriſtos domini, quoties libuerit, plebeia ſorte ſicut villicos mutare, regno patrum ſuorum decedere iuſſos, niſi confeſtim adquieuerint, anathemate damnare.* Idem fecit THEODERICVS in epiſtola ad Status Imperii, apud GOLDASTVM *Conſtit. Imper. Tom. I. pag.* 236. Immo, NATALIS ALEXANDER *in diſſ. de disſidio quod Gregorium VII. cum Henrico commiſit art. IX.* ita de eodem iudicat: *Gregorium VII. primum Romanorum Pontificum, ſibi Regum exauctorandorum tribuiſſe poteſtatem, contra patrum doctrinam, immo contra verbum Dei.* Ipſe tamen Papa in Epiſtola ſcripta ad Hermannum, Epiſcopum Metenſem, hanc excommunicationem tanquam legitime factam, defendit, ſcribens apud BRVNONEM p. 204. *talibus ergo inſtitutis, talibusque fulti auctoritatibus, plerique Pontificum alii Reges, alii Imperatores excommunicauerunt. Nam ſi ſpeciale aliquod de perſonis Principum requiratur exemplum, B. Innocentius Papa Arcadium Imperatorem quod conſenſit, vt S. Ioannes Chryſoſtomus a ſede ſua pelleretur, excommunicauit. Alius item Romanus Pontifex Regem Francorum, non tam pro ſuis iniquitatibus, quam pro eo, quod tantæ poteſtati non erat vtilis, a regno depoſuit: & Pipinum Caroli Magni Imperatoris patrem in eius loco ſubſtituit, omnesque Francigenas a iuramento fidelitatis, quod illi fecerant, abſoluit. Quod etiam ex frequenti auctoritate ſæpe agit Eccleſia ſancta, quum milites abſoluit a vinculo iuramenti, quod factum eſt his epiſcopis, qui Apoſtolica auctoritate a pontificali gradu deponuntur. Et B. Ambroſius licet ſanctus, non tamen vniuerſalis Eccleſiæ Epiſcopus pro culpa, quæ aliis ſacerdotibus non adeo grauis videbatur, Theodoſium Magnum Imperatorem excommunicans ab Eccleſia excluſit.* Verum, ad hæc etiam ſatis reſpondet WALTRAMVS Numburgenſis *de vnitate Eccleſiæ conſerv.* integro libro primo. Extant etiam Diderici Verdunenſis Epiſcopi, & Egilberti Treuirenſis Archiepiſcopi, Henrici, Spirenſis Epiſcopi Epiſtolæ contra Hildebrandum in S. Vdalrici Codice *n. CLIX. CLX. CLXI. CLXII.* Defendere quoque hoc Gregorii factum conatur CENTIVS *libro Cenſuali c. I. §. V.* ſcribens: *neque reprehenſibile, nec nouum - - a ſanctorum patrum ſenctionibus minime diſcrepans, & a pluribus Romanis Pontificibus etiam pro minoribus cauſis factum.* Adde CHRIST. THOMASII *Hiſtoriam contentionis ſacerdotii & Imperii.*

28) LAMBERTVS SCHAFNABVRGENSIS *pag.* 404.

§. XXVIII. Dum autem Rex castella apud Saxones prouincialium labore & impensis restaurari præciperet, tributa regioni difficillima imponeret, atque vniuersæ prouinciæ grauis esset, Saxones, postquam eorum principes vel fuga fuissent elapsi, vel data pecunia, a custodibus dimissi, 29) iterum conuentus agere, & arma capere cœperunt. Ipso etiam tempore Rudolphus dux Sueuorum, Welfus dux Baioariorum, Bertoldus dux Carentinorum, Adalbero episcopus Würtzburgensis, Hermannus episcopus Metensis, & alii Principes, conuenientes in vnum, deliberaturi quid facto opus esset, dum Rex post bellum Saxonicum nihil de leuitate, crudelitate, & pessimorum hominum conuictu ac familiaritate mutasset. Facta est igitur conspiratio non modica, eo quod Regem scirent a Papa esse excommunicatum. Dum igitur plerique Principes a communione Henrici se sequestrarent, 30) missis circumquaque nunciis, Henricus, omnes regni principes in Pentecostem Wormatiæ sibi occurrere iussit, quid facto opus esset, communi consilio deliberaturus. Statuta die, cæteris amplo satis numero occurrentibus, nullus aderat supra dictorum Ducum, a quibus reipublicæ periculum timebatur. Iterum in Natali sancti Petri Moguntiæ eos adesse præcepit: sed ne tunc quidem quisquam eorum, vel supplicantem attendit, vel præcipientem, omnibus plane ad rebellionis studium obstinatis. Ipsi qui conuenerant, fœda simultate a se inuicem diffidebant. 31)

§. XXIX. Saxoniæ igitur Principes datis inuicem sacramentis atque obsidibus, eodem anno 1076. de nouo Rege eligendo deliberant, 32) & renouato cum Sueuis fœdere, habitoque Vlmæ communi consilio, vniuersalem conuentum XVII. Kal. Nouembris Triburiæ habendum indicunt. 33) Aderant etiam legati Papales, Sigehardus Patriarcha Aquileiensis, & Altmannus Patauiensis episcopus, qui ad eligendum alium Regem Papæ consensum & auctoritatis suffragium pollicerentur. Collatis inuicem consiliis, omnia delictorum opprobria Henrico obiiciebantur, obstinatis mentibus ad summouendum a negotiis regni Henricum, aliumque Regem eligendum. 34) Rex autem contractis in vnum suæ partis adsertoribus, in villa, quæ dicitur Oppenheim, se continebat, Rheno fluuio vtraque castra dirimente, frequentes ad eos indies legatos mittebat: pollicens omnium, quæ eos offenderant, in reliquum emendationem: se veterum iniuriarum memoriam, sequentibus beneficiis aboliturum, nihilque deinceps circa rerum publicarum administrationem, absque communi consulto acturum: postremo, vltro se iure suo cedere, eisque gubernandi disponendique pro suo arbitratu, totius regni ius potestatemque facere, dummodo æquo animo paterentur, sola regii nominis, regiique cultus rata sibi manere insignia, quæ semel legitime accepta, sine summa eorum ignominia amittere non posset. Ast, renuebant Principes, eo quod sancte promissa sæpius ruperit: ipsos ab omni iuramento absolutos Rege indigere, qui ipsis cum iustitia præsit. 35) Tandem vero cum Rege fuerunt pacti, vt Pontificis Romani cognitioni integrum negotium reseruaret, qui in conuentu Principum Augustæ in purificatione sanctæ Mariæ 1077. instituendo iudex esset. Interim ipse abdicatis regni negotiis & dimisso exercitu, priuatus Spiræ sederet, & curaret, vt ante termini elapsum, ab excommunicatione absoluatur, alias se regno excisurum. 36) Annuit Rex, & quæ promiserat, adimpleuit. 37)

§. XXX. Rex igitur proficuum esse ratus, vt Romano Pontifici in Germaniam inuitato in Italia occurreret, atque absolutionem ab ipso impetraret paucis ante Natalem domini 1076. diebus, Spira discedens, vna cum vxore & filio paruulo iter in Italiam fuit adgres-

29) AVCTOR VITÆ HENRICI p. 382. (Saxonici Principes) *de exilio alii fuga elapsi, alii propter pecuniam a custodibus dimissi, dum ad patriam & domum suam repedassent, recenti coniuratione se inuicem obligabant, vt parati essent ante mori, quam denuo deditioni subiici.*

30) BERTHOLDVS CONSTANTIENSIS, LAMBERTVS SCHAFNABVRGENSIS ad a. 1076.

31) Hæc plenius declarat LAMB. SCHAFN. p. 405. sqq. SIGEBERTVS GEMBLACENSIS ad an. 1077.

32) LAMBERTVS SCHAFNABVRGENSIS p. 411. BRVNO p. 210. *Principes ergo nostri simul adunati iuramentis & obsidibus inuicem datis in vnum se confirmant, & vt ad inuicem firmissime cohaerevent, Regem cui subiaceant omnes eligere deliberant. Sed quum audissent, quod Sueuos tam crudeliter antiquum fœdus infregisse pœnituit, ad eos legatos de reuocando fœdere mittere placuit; vt iterum conuenientes in vnum, inimicitiarum acerbitatem multa dilectionis suauitate superarent, & inuicem sibi donantes contra communem omnibus hostem vno de se Rege facto concorditer starent. Domino quoque Apostolico literas miserunt, quibus vt per se, vel per nuntium genti pene perditæ consolator adesset, suppliciter orauerunt.*

33) LAMB. SCHAFN. pag. 412.

34) LAMB. SCHAFN. p. 414.

35) LAMB. SCHAFN. c. l. BRVNO pag. 210. ANNALISTA SAXO ad a. 1076.

36) BRVNO p. 211. *nostrates vero singuli sacramento firmauerunt, vt nisi Heinricus quartus Imperatoris filius in Februarii mensis initio a banno per Apostolicum solutus fuisset, nunquam amplius vllo ingenio suo Rex eorum nec appellaretur, nec esset,* BERTHOLDVS ad an. 1076. *Mense igitur Octobri colloquium apud Oppeheim a Principibus regni colligitur cui legatio sedis Apostolicæ interfuit. Ibi Heinricus in purificatione S. Mariæ tunc proxima, præsentandum Domino Papæ apud Augustam, firmissime promisit. Nam & illuc Dominum Apostolicum ipse cum Principibus regni inuitauit.*

37) Integram rem atque conditiones singulas prolixe descripsit LAMBERTVS SCHAFNABVRGENSIS pag. 414. ANNALISTA SAXO ad an. 1076. CHRONOGRAPHVS SAXO ad ann. 1076. ANSELMVS LVCENSIS §. XIV.

adgressus, vt Papæ Augustam tendenti ante purificationem Mariæ obuiaret, 38) & cum Rudolphus Dux cum sociis omnes Italiæ aditus occupasset, & nulla illic ei copia fieret transeundi, per Burgundiam, Alpes asperrima hyeme, nimia difficultate, dum Reginam, & alias, quæ in obsequio eius erant mulieres, boum coriis impositas, Duces itineris conductu præeuntes deorsum traherent. Equorum alios per machinas quasdam submitterent, alios colligatis pedibus traherent, 39) ineunte anno 1077. transcendit, ibidemque ab Italiæ Episcopis & Comitibus, qui Papæ nimium erant infesti, summo cum honore fuit susceptus. 40)

§. XXXI. Papa interim a Germaniæ Principibus Augustam inuitatus, Roma egressus erat, 41) comitem præbente Mathilda, Bonifacii Tusciæ Marchionis filia, Gotzelonis Lotharingiæ Ducis derelicta, cum qua incesti amoris dicebatur habere familiaritatem. 42) Cum ea iter accelerans, audiuit Regem iam esse intra Italiam, 43) quare hortante Mathilda, in castellum Apuliæ munitissimum, Canusium se recepit, expectaturus, qua ratione veniret Henricus, dum illi nuntiaretur, Henricum cum magno exercitu Italiam intrasse, & alium Papam pro illo constituere velle. Hic autem Mathildam comitissam ad colloquium inuitauit, eamque precibus ac promissionibus oneratam ad papam vna cum quibusdam ex Italiæ Principibus transmisit, obsecrans, vt a Papa absolueretur. Renuebat vero absolutionem Papa, ni coronam & cætera regni insignia in argumentum veræ pœnitentiæ ipsius potestati dedat, & se regio nomine & honore deinceps indignum profiteatur. Duram hancce amplectebatur conditionem Henricus, & cum castellum illud triplici

38) BERTHOLDVS CONSTANTIENSIS ad an. 1077. AVCTOR VITÆ ANSELMI c. I.

39) LAMBERTVS SCHAFNABVRGENSIS ad a. 1077. p. 418.

40) Hanc optime describit LAMB. SCHAFN. ad a. 1077.

41) LAMB. SCHAFN. pag. 418. *postquam per Italiam fama percrebuit, venisse regem, & superatis asperrimis rupibus iam intra Italia fines consistere, certatim ad eum omnes Italia episcopi & comites confluebant, eumque (vt regia magnificentia dignum erat) summo cum honore suscipiebant, atque intra paucos dies infinita multitudinis ad eum congregatus est exercitus. Erant enim iam ab exordio regni eius semper desiderantes aduentum eius in Italiam, eo quod regnum illud bellis, seditionibus & latrociniis, ac variis priuatorum infestationibus assidue infestaretur, & omnia que præter leges & iura maiorum ab improbis hominibus præsumebantur, regia authoritatis censura corrigi sperarent. Præterea quia fama vulgauerat ad deponendum papam ferocibus eum animis properare, admodum gratulabantur, oblatam sibi occasionem esse, qua in eum, qui se iam pridem ab ecclesiastica communione suspenderat, iniuriam suam idonee vindicarent.*

42) PAVLVS BERNRIEDENSIS *Vita Gregorii §. LXXXII.* Extant hac de re litteræ HVGONIS FLAVINIACENSIS *Chron. Verdun. Part. II. pag. 216.*

43) LAMBERTVS SCHAFNABVRGENSIS ad a. 1077. p. 418. *Mathilda derelicta ducis Lotharingorum Gozelonis, filia Bonifacii marchionis & Beatricis comitissæ. Hac viuente adhuc viro suo, quandam viduitatis speciem longissimis ab eo spaciis exclusa prætendebat, cum nec ipsa maritum in Lotharingiam extra natale solum sequi vellet, & ille ducatus quem in Lotharingia administrabat, negotiis implicitus, vix post tertium vel quartum annum semel marcham Italicam inuiseret: post cuius mortem Romani pontificis lateri pene comes indiuidua adhærebat, eumque miro colebat affectu. Cumque magna pars Italia eius pareret imperio, & omnibus qua prima mortales ducunt supra cæteros terra illius principes abundaret, vbicunque opera eius papa indiguisset, ocyus aderat. & tanquam patri vel domino sedulum exhibebat officium. Vnde nec euadere potuit incesti amoris suspicionem, passim iactantibus regis fautoribus, & præcipue clericis, quibus illicita & contra scita canonum contracta coniugia prohibebat, quod die ac nocte impudenter papa in eius volutaretur amplexibus, & illa furtiuis papæ amoribus praeoccupata, post amissum coniugem vltro secundas contrahere nuptias detrectaret. Sed apud omnes sanum aliquid sapientes luce clarius constabat, falsa esse qua dicebantur. Nam & papa tam eximie tamque apostolice vitam instituebat, vt nec minimam sinistri rumoris maculam conuersationis eius sublimitas admitteret, & illa in vrbe celeberrima atque in tanta obsequentium frequentium obscœnum aliquid perpetrans, latere nequaquam potuisset.* ALBERICVS ad a. 1052. HVGO FLAVINIACENSIS Chron. Verdun. ad an. 1085. *At vero Mathildis Comitissa Rom. Ecclesiæ filia viribus animi constantiam tenens, tanto ei fortius resistebat, quanto magis huius astutias, & Papæ innocentiam nouerat. Sola enim tunc temporis inuenta est inter feminas qua Regis potentiam aspernata sit, qua calliditatibus eius & potentia etiam bellico certamine obuiauerit, vt merito nominetur virago, quæ virtute animi etiam viros præibat. - - Hac est mulier illa, de qua ab obtrectatoribus fidei, & conculcatoribus veritatis crimen incestus sancto Pontifici obiiciebatur. Cui si deessent meritorum laudes, hoc solum satis eam commendabilem redderet, quod cum tali viro, dum exprobratur, dum conuicia suscipit, dum improperia audit, approbatur, honoratur, laudatur.* Falsa igitur plane sunt, quæ habet PETRVS DIACONVS lib. III. Chronici Casinensis c. XLIX. *Anno Dominica Incarnationis 1077. Mattilda, Comitissa Liguria & Tuscia, iram Imperatoris Henrici, sibi infesti, metuens. Liguriam & Tusciam prouincias Gregorio Papa, & sancta Romana Ecclesia, deuotissime obtulit. Hac ergo causa inter Pontificem, & Romanum Imperium, dissensionis & odii fomitem ministrauit. Quapropter Pontifex, opportunitate reperta, eundem Imperatorem, ob inuestituram Ecclesiarum, a liminibus Ecclesia separauit.* Vitam huius Mathildis scripsit DONNIZO presbyter, qui in arce Canusii a apud ipsam vixit, quam LEIBNITIVS Tomo primo Scriptorum Rerum Brunsuicensium inseruit, eidemque aliam ab Anonymo conscriptam, subiunxit. Iste vero Mathildem tanquam piam & castam plurimum laudat. Mathildis Vitam etiam FRANCISCVS MARIA FLORENTINVS Medicus apud Lucenses, ex fide diplomatum scripsit. BENEDICTVS BACCHINVS Monachus Benedictinus de *celeberrimo Monasterio Benedicti apud Padolinum*, Mantuani Territorii, quod a Maioribus Mathildis est fundatum, vbi ista sepulta, sed multis post seculis Vrbani VIII. iussu corpus clam sublatum, Romamque in Basilicam Vaticanam translatum, protestante desuper ob violatum territorium Mantuano. Huius etiam Stemma explicat FELLERVS *Trimestr. II. pag. 86.*

plici muro feptum effet, intra fecundum murorum ambitum receptus, foris derelicto omni comitatu fuo, depofito cultu regio, nudis pedibus, ieiunus, mane vsque ad vefperam perftabat, Romani Pontificis fententiam præftolando. Hoc fecundo, hoc tertio die fecit. Quarto demum die in confpectum eius admiffus, poft multas hinc inde dictas fententias, his poftremo conditionibus excommunicatione folutus eft, ad generale Concilium, Teutonicis Principibus præfto effet, & Papæ iudicium de criminibus obiectis expectaret: vsque ad illum diem vero nulla regii cultus ornamenta, nulla regiæ dignitatis infignia adhiberet, nihil circa Reip. adminiftrationem ageret, nihil regium, nihil publicum vfurparet, omnes etiam qui ipfi fidem facramento dixiffent, ab hoc vinculo interim liberi expeditique manerent. Quod fi purgatis, quæ obiicerentur, confirmatus regno perftitiffet, fubditus Romano pontifici femper dictoque obtemperans foret. Hæc omnia feruaturum fe, quam fanctisfimis poterat affertionibus promifit, fidem etiam defuper promittentibus Epifcopis & iurantibus, quos fecum duxerat Principibus. Papa quoque vt innocentiam fuam de promotione Simoniaca publice teftaretur, partem Dominici corporis accepit, ab Imp. poftulans, vt accepta altera parte fe a criminibus obiectis æque purgaret, hoc tamen renuente. 45) Accepit etiam Imp. in mandatis, vt anno integro Roma non difcederet, equum non adfcenderet, fed in vefte humili circuiret limina ecclefiarum, orationibus & ieiuniis reddens dignum pœnitentiæ fructum. 46)

§. XXXII. Poftquam autem Principes Italiæ hæc comperiffent, fremere & contra eum confpirare cœperunt, eo quod homini hæretico & probris omnibus infamato maieftatem regiam fubmiferit, & fœdisfima fubiectione fua fidem plane catholicam, auctoritatem ecclefiæ, dignitatem Reip. prodiderit. Hinc vna illorum fententia erat, vt abdicato patre, filium eius, licet impubem adhuc, & regni negotiis immaturum, regem fibi facerent, & cum eo Romam profecti, papam alium eligerent, per quem & ipfe protinus imperator confecraretur, & omnia papæ huius gefta caffarentur. Rex igitur refumptis regni infignibus, reuocatis, quos a confortio fuo reiecerat, curam iterum Imperii fufcepit, Papæ plane renuntians, quo ipfo Italorum iram mitigauit, eosdem fibi iterum reddidit fauentes. 47)

§. XXXIII. Interea Sigfridus Moguntinus, Adelbero Würtzburgenfis & Metenfis Epifcopi, Otto de Northeim, Rudolphus Sueuiæ, Welphus, Bertoldus, Zæringiæ Duces, & alii ex Principibus Teutonicis conuentum indicunt III. Idus Martii a. 1077. Forchemi inftituendum, ad eundemque Papam quoque inuitant. Hic legatos ad Henricum mittebat,

44) LAMB. SCHAFN. c. l. BRVNO pag. 211. *Apoftolicus autem quum, ficut rogatus erat, Auguftam verfus tenderet, vt ibi ingrediente Februario, qui erat annus Domini MLXXVII. ficut placuerat Principibus, adeffet, & noftrates illuc econtra venire feftinarent; vt Dominum Papam venerabiliter (ficut decebat) acciperent; ecce nunciatur Apoftolico, Henricum cum magno exercitu Italiam intraffe, & fi ipfe montes, ficut volebat, tranfcendiffet, alium Papam illum conftituere velle. Itaque miffo velociter noftris obuiam legato, ipfe triftis, immo multa timens reuertitur, vt Italiam a gladio & igne tueatur.* ANNALISTA SAXO ad an. 1077.

45) Hæc fingula late defcribit LAMBERTVS SCHAFNABVRGENSIS ad ann. 1077. pag. 419. ALBERTVS STADENSIS ad a. 1076. *hac commotione coactus Rex, humiliter Romam, vtpote veniam ab Apoftolico poftulaturus, inimicis non fperantibus tetendit inuentoque Papa in oppido Canufino, ibi per triduum ante portam caftri, depofito omni regio cultu, difcalceatus & lanis indutus perftitit, nec prius cum multo fletu Apoftolicæ miferationis auxilium & confolationem implorare deftitit, quam omnium, qui ibi aderant, precibus & lachrymis intercedentibus, laxato tandem anathematis vinculo, in communionis gratiam & finum matris Ecclefiæ receptus eft, acceptis, ab eo in futurum vitæ fuæ correctionis fecuritatibus multis.* PETRVS DIACONVS lib. III. c. XLIX. *triduanam ante Pontificis curiam, qui eo tempore in vnam munitisfimam Mattildæ arcem fe contulerat, idem Auguftus difcalceatus permanens, pacem expofcebat, & hoc per fe, hoc per principes Imperii, hoc per familiares Apoftolici poftulabat. Pacis autem tenor huiusmodi fuit, vt fi quid commiffi ab vtraque parte factum effet, folueretur. Demum vero Cæfar, more anteceſſorum fuorum, Romano Pontifici fidelitatem faceret.* BENNO lib. II. p. 2. *fi ex confesfione extorta potius non extitit reus Canonum hic, qui extorfit, quam qui peruerfe iudicatus peruerforis iudicis iniuriam & violentiam patienter & publice, & cum lachrymabili afflictione, nudis pedibus in laneis veftibus, hyeme præter folitum afpera, apud Canufium Spectaculum Angelorum factus & hominum, & Hildebrandi ludibrium triduo pertulit* BRVNO p. 211. CENTIVS *libro Cenfuali c. I. §. VIII. Rex Canufii fuper niuem & glaciem nudis pedibus per dies aliquot ftetit, & abfolutionis gratiam inftantisfime poftulauit.* DONNIZO *Vita Mathildis lib. II. c. I.* ARNVLPHVS MEDIOLANENSIS *lib. IV. Geft. Mediolan. c. VIII.* HVGO FLAVINIACENSIS p. 216. PAVLVS BERNRIEDENSIS *§. LXXXIV.* LAMBERTVS SCHAFNABVRGENSIS ad ann. 1077. AVCTOR APOLOGIÆ *pro Henrico p.* 161. ANNALISTA SAXO ad a. 1077. GREGORIVS *lib. IV. ep. XII.* SIGEBERTVS GEMBLACENSIS ad ann. 1077. BARONIVS *Tom. XI. Annalium ad a.* 1077. Iuramentum Hildebrando præftitum habet GOLDASTVS *Tomo vno p.* 239.

46) Verba funt ALBERTI STADENSIS ad a. 1076.

47) Hæc late defcribit LAMBERTVS SCHAFNABVRGENSIS, ANNALISTA SAXO ad a. 1077. BRVNO pag. 211. *itaque reuerfus ad fuos quum cœpiffet eos a fuo conuiuio feparare, magnum cœperunt tumultum facere; dicentes ei, quia fi eos, quorum fapientia & virtute obtinuiffet hactenus regnum, nunc a fe repelleret, Apoftolicus ei nec illud reddere, nec aliud acquirere potuiffet. His & aliis talibus verbis animus eius immutatur, & ad confueta prauia prauorumque confilia reuertitur. Imponit capiti aureum diadema, & in corde retinet ferro fortius anathemata. Excommunicatorum communioni mifcetur, & fanctorum communione mifer ille repellitur. Nunc fecit omnibus manifeftum, quam non verum effet, quod dixit: plus fe amare regnum cæleſte quam terrenum.* PAVLVS BERNRIEDENSIS *§. LXXXVI.*

 48) LAMB.

bat, vt præstituto die presto sit cum discussis eis quæ obiicerentur, vel recepturus esset regnum, vel sine omni deinceps retractatione amissurus. 48) Hoc tamen angustias temporis excusante, 49) eo misit suos legatos Papa, se absoluisse quidem Henricum, non vero regno iterum imposuisse, tradens. Tandem vero in isto conuentu e multis quos in electione proposuerant, Rudolphum Ducem Suevorum, Regem sibi Saxones & Suevi concorditer elegerunt, 50) Principem magnæ auctoritatis, 51) qui Henrici sororem Mathildem habuerat in matrimonio, 52) qua tamen a. 1060. defuncta, 53) alienus ab Imp. esse cœpit, accusatus, quod iniqua contra Imp. atque Remp. machinaretur, per interpositionem vero Agnetis, matris Imp. fuit absolutus, atque cum ipso iterum conciliatus. 54) A. 1073. iterum delatus, quod nefaria contra Imp. machinaretur, verum mox iterum in gratiam, Augustæ fuit receptus, 55) quare etiam delatum ipsi regnum accipere recusabat, 56) potius a. 1075. vt omnem suspicionem a se auerteret, Imp. exercitum contra Saxones ducebat. 57) Post istam victoriam vero, dum Rex contra Saxones admodum durus esset, cum Bertholdo vouit, se non amplius contra Saxones velle pugnare, 58) & cum Welpho aliisque, contra Imp. a. 1076. nefaria consilia agebat Vlmæ atque Triburiæ, 59) vsque dum mense Martio 1077. in Regem eligeretur. Hoc insuper addito decreto, vt Episcopatus inposterum non per simoniam, sed iusta electione conferantur, & Regia potestas nulli cederet per hæreditatem. 60) Nouiter electus cum multo honore Moguntiam fuit deductus, atque VII. Kl. Aprilis 1077. a Sigifrido, Moguntino Archiepiscopo, præsentibus & adiuuantibus quam plurimis

48) LAMB. SCHAFN. p. 423. CHRON. REG. S. PANTALEONIS ad a. 1077.

49) LAMB. SCHAFN. c. l. *ille dissimulatis mediocriter his quæ animo agitabat, respondit se post acceptum regnum hac primum vice Italiam intrasse, & ideo multis nunc & magnis reipublicæ negotiis implicitum non posse tam cito infectis rebus prouincia excedere: quia si id faciat, Italus quos longo tempore anxia aduentus sui expectatione suspendisset, grauissime offendat: præterea diem conuentu habendo statutum e vicino imminere, seque iam breuibus induciis tanta terrarum spacia nulla equorum celeritate posse transcurrere, etiamsi nullis extrinsecus retardetur impedimentis.*

50) BRVNO p. 214. BERTHOLDVS, MARIANVS SCOTVS, CONTIN. LAMBERTI, CONRADVS VRSPERGENSIS, ALBERTVS STADENSIS, CHRONOGRAPHVS SAXO, SIGEB. GEMBLACENSIS, ALBERICVS CHRON. RICHERSBERGENSE ad ann. 1077. ANNALES HILDESHEIMENSES ad a. 1076. 1077. SPANGENBERG MANSFELD. CHRONIC. c. 200. ADLZREITER *Ann. Boi. p. I. lib. XVIII. num.* 46. 47. AVCTOR APOLOGIÆ PRO HENRICO p. 183. PAVLVS BERNRIEDENSIS §. *XLVI.* ARNVLPHVS MEDIOLANENSIS *lib. IV. Gest. Mediolan. c. X.*

51) AVCTOR VITÆ HENRICI IV. p. 383. *Rudolphus Dux eximius, vir magnæ auctoritatis & laudis in toto regno, veri rectique tenax, fortis in armis, denique spectatus in omni genere virtutum.* PAVLVS BERNRIEDENSIS *Vita Gregorii VII.* §. *XCV.* ipsum vocat regio honori ætate & moribus idoneum. THEODORICVS VERDVNENSIS vero epistola ad Hildebrandum Papam apud EDM. MARTENE *Tom. I. Anecdotorum p.* 219 ipsum vocat hominem impium, scelestum, proditione infamem, periuriis exsecrabilem. Et p. 225. scribit: *homicidia Rudolphi digitorum ostensione adhuc recensere possumus.*

52) AVCTOR APOLOGIÆ PRO HENRICO IV. p. 195. *Tum erat Rudolphus, Dux Sueuorum, cui etiam dederat Hagna Imperatrix filiam suam in coniugium, vt Regi Henricho filio suo esset tanto fidelior, quanto affinitate simul & beneficiis coniunctior.* LAMBERTVS SCHAFNABVRGENSIS ad a. 1058. *Ducatum Ottonis* (de Schweinfurt) *Rudolphus obtinuit, & vt Regi in dubiis tunc rebus ex adfinitate deuinctior, fideliorque in rempublicam foret, soror quoque Regis ei desponsata est, tenera adhuc ætate, traditaque est episcopo Constantiensi nutrienda, dum thoro coniugali maturesceret.* CONTIN. HERMANNI CONTRACTI ad ann. 1059. *Rudolphus Alemannorum Dux Mathildam Henrici Regis sororem duxit vxorem.* De eius ætate edisserit HIER. PETZ *diss. VI. Prælim.* §. *CVIII. Tom. I. Script. Rer. Austriac.* THEODORICVS VERDVNENSIS vero de eodem apud EDM. MARTENE Thes. Anecd. p. 225. *Tres vxores* (Rudolphi) *quas aperte solenni nuptiarum apparatu duxit, eodem simul tempore viuentes & nouimus & nominamus.*

53) CONTIN. HERMANNI CONTRACTI ad a. 1060. LAMB. SCHAFN. ad a. 1072

54) LAMBERTVS SCHAFNABVRGENSIS ad a. 1072. p. 35.

55) LAMBERTVS SCHAFNABVRGENSIS p. 362.

56) LAMBERRVS SCHAFNABVRGENSIS ad a. 1073. p. 363. *& profecto Rudolphum ducem ibidem, absque dilatione regem constituissent, nisi ille pertinaciter resistendo iuraret, nunquam se in hoc consensurum, nisi a cunctis principibus conuentu habito, sine nota periurii, integra existimatione sua, id facere posse decerneretur.*

57) LAMBERTVS SCHAFNABVRGENSIS ad a. 1075. p. 386. *Rex præcauens quam maxime satagebat, vt ante exercitus committerent, quam legati Saxonum pacem postulaturi venirent, plurimum in hoc ipsum annitente duce Sueuorum Rudolpho, propterea, quod anno priore regnum adfectasse infamatus, suspicionem hanc nouis erga regem studiis abstergere cupidissime volebat.*

58) BRVNO *Hist. B. Sax. p.* 194. *Nam Bertholdus & Rudolphus Duces postquam a priori sunt prælio reuersi, diuina pietate compuncti quadragesimam publice ieiunarunt, & amplius se pro Rege contra Saxonum innocentiam non esse pugnaturos fideliter Deo vouerunt.*

59) *Vide supra* §. *XXIX.* Exinde facile patet, quid sentiendum sit de PAVLO BERNRIEDENSI qui in vita Gregorii VII. c. X. dicit, Principes regni, vt liberos homines elegisse Rudolphum Ducem Sueuorum, frustra renitentem.

60) BRVNO p. 212. *At cum singuli deberent eum Regem laudare, quidam voluerunt aliquas conditiones interponere, vt hac lege eum super se leuarent Regem, quatenus sibi de suis iniuriis specialiter promitteret iustificationem. Otto namque Dux non prius volebat eum sibi Regem constituere, nisi promitteret honorem sibi iniuste ablatum restituere. Sic & alii multi suas singulares causas interponunt, quas vt ille se correcturum promitteret, volunt. Quod intelligens Apostolici legatus fieri prohibuit, & ostendens, eum non singulorum; sed vniuersorum fore Regem, vt vniuersis iustum se promitteret, satis esse probibuit. Ait etiam, si eo modo, quo cœptum fuerat, promissionibus singillatim præmissis eligeretur, ipsa electio non sincera,*

plurimis in Regem Germaniæ coronatus. 61) Licet autem Papa sub initium videri voluerit, quasi ipsius electionem minime adprobaret, & quod sine ipsius consuleris facta, 62) nihilominus postmodum Diadema ipsi a Gregorio dicitur fuisse transmissum, cum hac inscriptione.

Petra dedit Petro, Petrus diadema Rudolpho. 63)

§. XXXIV. Inter has turbas Boleslaus Krziowsti Dux Polonorum, qui per multos iam annos Regibus Teutonicis tributarius fuerat, cuiusque regnum iam olim Teutonicorum virtute subactum atque in prouinciam redactum fuerat, repente in superbiam elatus, propterea, quod principes Teutonicos cerneret domesticis seditionibus occupatos, nequaquam ad inferenda exteris gentibus arma vacare, regiam dignitatem regiumque nomen sibi vsurpauit, diadema imposuit. 64) Eodem anno, potentissima per Italiam fœmina, Mathilda prouincias suas Liguriam & Tusciam, 65) in præiudicium Imperii, cuius dominio eminenti erant subiectæ, 66) Gregorio VII. Papæ atque Romanæ ecclesiæ dono obtulit. 67)

§. XXXV.

sincera, sed hæresis simoniaca veneno polluta videretur. Tamen quædam sunt ibi causæ specialiter exceptæ, quas quod iniuste viguerunt, deberet emendare, scilicet vt Episcopatus non pro pretio nec pro amicitia daret, sed vnicuique Ecclesiæ de suis electionem (sicut iubent Canones) permitteret. Hoc etiam ibi consensu communi comprobatum, Romani Pontificis auctoritate est corroboratum, vt Regia potestas nulli per hæreditatem (sicut ante fuit consuetudo) cederet, sed filius Regis, etiamsi valde dignus esset per electionem spontaneam, quam per successionis lineam Rex proueniret: si vero non esset dignus Regis filius, vel si nollet eum populus, quem Regem facere vellet, haberet in potestate populus. CHRON. AVGVSTANVM *ad a. 1277.* dicit electionem factam fuisse in loco infausto, in prædio Pontii Pilati. PAVLVS BERNRIEDENSIS *cap. X. XI. XII.* Ex quo male initia ducuntur Capitulationum. Extant decreta Comitiorum Forchemensium apud GOLDASTVM *Tomo I. p. 238.*

61) BRVNO *p. 212.* MARIANVS SCOTVS ad a. 1077. *ipsi autem sine voluntate Regis, quomodocumque liberati de custodia, & ad sua tandem reversi, post Rudolphum miserunt, eumque super se Regem fecerunt. Qui ductus Moguntiam, consecratus est a Sigefrido Archiepiscopo in Regem.* SIGEBERTVS GEMBLACENSIS, ADDIT. AD LAMBERTVM, BERTOLDVS, CHRON. WVRTZB. ad a. 1077.

62) Sic enim ipse Papa *lib. IX. Epist. n. 28.* & apud BARONIVM *Tom. XI. Ann. Eccles. ad a. 1081. n. V. Illud admodum -- notificare non dedignamus Deo teste, Rudolphum, qui Rex ab Vltramontanis ordinatus est, non nostro pracepto, siue consilio, regnum tunc suscepisse. Insuper etiam nos in synodo decernentes firmauisse, nisi Archi-Episcopi & Episcopi, qui illum ordinauerant, hoc factum suum recte defendere potuissent, tum ipsos a dignitatibus suis, quam præfatum Rudolphum a regno deponere.* Hinc etiam BRVNO dicit, *Apostolicus multum a priore sententia fuerit mutatus.*

63) OTTO FRISINGENSIS lib. I. de Gestis Friderici I. c. VII. *At Romanus Pontifex, Gregorius, qui iam, vt dictum est, Principes aduersus Imperatorem concitabat, omnibus, vt alium crearent, latenter & manifeste scribebat. Igitur Rudolfus, Dux Sueuorum, ab eis Rex factus, diadema a Romana Ecclesia accepisse traditur, cum huiusmodi scripto:*

Roma dedit Petro, Petrus diadema Rudolfo.

GOTFRIDVS VITERBIENSIS *p. XVII. pag. 341.* SIGEBERTVS GEMBLACENSIS, MARIANVS SCOTVS *ad a. 1077.* ALBERTVS STADENSIS *ad a. 1076.* HELMOLDVS *lib. I. c. XXVIII.* Hinc etiam PETRVS DIACONVS lib. III. c. XLIX. *cum Henricus in pristina relapsus esset, a Gregorio rursus excommunicatus fuit, coronaque Imperii Rudolphum Ducem insigniri curauit.*

64) Verba sunt LAMBERTI SCHAFNABVRGENSIS *ad a. 1077.* BERTHOLDVS CONSTANTIENSIS *ad a. 1077. Dux Poloniæ se in Regem coronauit.*

65) PETRVS DIACONVS lib. III. CHRON. CASINENSIS c. XLIX. *Anno dominicæ incarnationis millesimo septuagesimo septimo, Mathilda, Comitissa Liguriæ, & Tusciæ, Henrici exercitum timens Liguriam & Tusciam prouincias Gregorio Papæ, & sanctæ Romanæ Ecclesiæ deuotissime obtulit.*

66) Charta donationis reperitur in MIRAEI *Codice Donationum Belgicarum lib. I. c. XXXVI.* & apud LEIBNITIVM *Tom. I. Script. Rerum Brunsuic. p. 687.* in qua: *ego Mathildis Dei gratia Comitissa pro remedio animæ & parentum meorum dedi, & obtuli ecclesiæ S. Petri, per interuentum domini Gregorii Papæ VII. omnia bona mea, iure proprietario tam quæ nunc habueram quam ea, quæ in antea adquisitura eram, siue iure successionis, siue alio quocunque iure ad me pertinent, & tam ea, quæ ex hac parte montium habebam, quam illa, quæ in vltramontanis partibus ad me pertinere videbantur, omnia sicut dictum est, per manum domini Gregorii VII. Papæ, Romanæ ecclesiæ dedi & tradidi, & chartulam inde fieri rogaui. Sed quia chartula nusquam apparet, & timeo ne donatio & oblatio mea in dubium reuocetur; ideo ego Comitissa Mathilda iterum a præsenti die dono & offero eidem Romanæ ecclesiæ omnia bona mea.*

67) CHRON. HALBERSTADTENSE p. 128. *potentissima per Italiam femina, domina Magatillis -- Hildebrando obsequiosa nimium ac familiaris esse cæpit, ita etiam, quod patrimonium suum, quod ipsa latissimum habuit, in præiudicium Imperatoris, qui legitimus eius erat hæres, ad instantiam Hildebrandi S. Petro donaret.* Disputatur adhuc, an hæ terræ fuerint feudales an vero allodiales. MEIBOMIVS Apologia pro Ottone IV. p. 139. ista pro feudis siue beneficiis Imperii habet. Verum, si Scriptores antiquos euoluamus, de eo non est dubitandum, quod Imperio fuerint subiectæ, cum illud clare testentur GODEFRIDVS MONACHVS *ad a. 1209. Mathildis ad senilem perueniens ætatem circumuenta a Papa, tunc temporis Marchiam Imperium attinentem quam regebat, magistratibus insciis & inconsultis beato Petro tradidit.* Et CONRADVS VRSPERGENSIS p. 1110. *Henricus V. Mathildem comitissam per internuncios sibi subiectam gratia sua propriis iustitiis donauit.* Ast, nullibi dicitur, quod fuerint beneficium Imperii, potius ista Historia de Guelfis apud LEIBNITIVM *Tom. I. p. 803.* dicitur *Mantuæ, Ferrariæ ac Lucæ Domina simul ac aliarum ciuitatum & oppidorum Lombardiæ.*

68) ANNA-

§. XXXV. Rudolphus igitur post consecrationem in Sueuiam secedens, partem regni, quæ ab Henrico defecerat, 68) sibi subiugauit. 69) Inde Pascha celebrauit Augustæ, & post Pascha generale colloquium apud Eslingam cum Principibus regni collegit. 70) Rex autem Henricus cum magna multitudine Bohemorum & Bauarorum 71) in Germaniam veniens, imposita sibi corona apud Vlmam, Rudolphum Regem in castro Sigmaringen obsessum turpiter fugauit, 72) inde eundem obsidionem Würtzburgensem soluere coëgit. Conueniebant Exercitus ad Nicrum, & fere ad manus ventum fuisset, ni mediantibus quibusdam Principibus de pace fuisset actum, quæ tamen statim iterum fuit abrupta. 73) Eo tempore Papa vtrique Regi præcepit, vt treugas facerent, & aduentum eius ad Teutonicas partes, pro dirimenda lite non impedirent, sed debitum consilium & auxilium ad hoc iter ei præberent. Legatis autem suis, qui adhuc in Teutonicis partibus morabantur, præcepit, vt ex duobus Regibus illum excommunicarent, qui prædictæ legationi non obediret: obedientem vero in regno confirmarent. Henrico conditionem non accipiente, in die sequenti post festiuitatem sancti Martini, Goslariæ iterum fuit excommunicatus & Rudolphus in regno confirmatus. 74).

§. XXXVI. Insequenti a. 1078. Henricus iterum Apostolicæ sedi de sua quasi iniusta donatione conqueritur, vnde Gregorius Papa facto Concilio, Vdalricum Paduanum & Petrum Albanum Episcopos, mense Martio idoneos legatos iterum destinauit, in quo ordinationes illorum, qui ab excommunicatis sunt ordinati, irrita fieri censuit. 75) Hi etiam facto Würtzburgi generali concilio, caussam regni iterum determinarunt, & omnes Synodali sententia damnarunt, qui illud impedirent. Henricus autem, coadunata magna multitudine in Saxoniam tendens, obuiam habuit Rudolphum ad Mellerstadtum Franconiæ, ad fluuium Strouam. Facto prœlio VII. Idus Augusti, 1078. primum Episcopi, qui ex

68) ANNALISTA SAXO ad a. 1077. *Rodolfus itaque, Indigena Suenia, ex quo dictum est modo in regnum eleuatus, non integris IV. annis regnauit, in illis tantummodo Teutonici regni partibus, quæ ab Heinrico iam excommunicato defecerunt.* HELMOLDVS lib. I. c. XXVIII. *Principes ciuitatesque quæ sunt circa Rhenum, non receperunt Rudolfum, omnesque Francorum Populi eo quod iurassent Henrico & iuramenta temerare noluissent.*

69) BERTHOLDVS *ad a. 1077.*

70) BERTHOLDVS *c. l.*

71) HELMOLDVS *lib. I. c. XXVIII.* BERTHOLDVS, SIGEBERTVS GEMBLACENSIS, ANNALISTA SAXO *ad a. 1077.*

72) BVRCKHARDVS *de Cas. Mon. S. Galli cap. VII.*

73) Hæc prolixius describit BRVNO *pag. 211.* Hoc tamen plerumque primum prœlium dici solet, licet iustum non fuerit. ANNALISTA SAXO *ad an. 1077.*

74) Inculpat papam iniustitiæ BRVNO p. 216. dicens: *interea Dominus Apostolicus apostolici vigoris oblitus (qua causa nescimus) multum est a priore sententia mutatus. Nam qui prius Henricum cum omnibus suis adiutoribus Apostolica seueritate excommunicauerat, eique regnandi potestatem potenter interdixerat, & omnes qui ei fidelitatem iurassent, a iuramenti notis Apostolica auctoritate absoluerat, & electionem noui Regis consensu suo confirmauerat, nunc per litteras mandauit, vt concilio facto Rex vterque conuocatus audiatur, & quem iustitia regnare permiserit, altero deposito tutus in regno confirmetur.* Has litteras ipse quoque adducit, ad quas Teutonici, Henrici aduersarii respondent, desuper conquesti, quod excommunicato iamdum Henrico rem denuo iudicio velit submittere. ANNALISTA SAXO *ad a. 1079.* qui etiam papalem redarguit pecuniæ auiditatem, scribens: *sic totus ille consumitur annus, vt pene nil aliud memorabile ageretur, nisi quod Legati Apostolici frequenter venientes, & nunc his, nunc illis Apostolicum fauorem promittentes, ab vtrisque pecuniam, quantam poterant, Romano more secum detulerunt.*

75) BERTHOLDVS ad a. 1078. *cum contra Apostolicum praeceptum maxima multitudine flagitiosorum adunata, procinctum in Saxoniam parauit, cui rex Rudolfus apud Struua cum exercitu obuiauit: vt illo fugato, ipse campum victoria obtinuit, VII. Idus Augusti. Occubuit tamen ibi ex parte Rudolfi, Wecel, venerabilis Magdeburgensis Episcopus, & Wormatiensis Episcopus captus est. Infinita autem multitudo vtrinque occubuit: plures tamen & excellentiores ex parte Henrici.* Quem sequitur MARIANVS SCOTVS *ad a. 1078.* CONTIN. LAMBERTI ad a. 1078. *secundum bellum iuxta Medelrichstadt commissum est a Rudolpho, qui regnum inuaserat contra Henricum regem, vbi idem Rex Henricus fugam iniit.*, CHRON. WVRTZB. ad a. 1078. *bellum iuxta Strowi commissum est VII. Idus Augusti.* Incertam faciunt victoriam ANNALES HILDESHEIMENSES & ALBERTVS STADENSIS *ad a. 1078.* Ast BRVNO p. 214. primum dicit: *ex nostris itaque primi fecerunt fugam, qui nunquam venire debuissent ad pugnam, Episcopi scilicet vnius nominis sed (vt ita dicam) non vnius ominis.* Et paullo post: *quos omnes, quod sub religione nutriti melius sciebant Psalmos cantare, quam legiones armatas ad bella disponere, solo visu prælantium versos in fugam tanta multitudo sequitur, vt Rex totum exercitum penitus fugæ se dedisse arbitretur. Quos cum Rex nec victoriam certam promittendo, nec seruitutem perpetuam, nisi fuissent reuersi, minando potuisset reuocare; solum se relictum cum paucis existimans, cœpit ipse etiam paullatim reuertendo Saxoniæ finibus appropinquare.* Idem p. 215. *interea Dux Otto, & Fridericus Palatii præfectus de Symmersenborch diuersis in partibus acriter pugnantes, non ante cessauerunt, quam Henricum cum omnibus suis ad fugam coëgerunt, eosque fugientes tam diu sunt insequuti, donec eos muro Wirceburgensi videbant includi.* Quod autem Henricus victor videri voluerit, idem paullo post dicit: *Heinricus vero in Octobri primo Reginesburg veniens, Principibus collectis narrauit, quod iam longo labori finem fecisset, nihilque sibi faciendum restaret, nisi vt illos, qui secum participes erant laboris, consortes etiam faceret digna retributionis. Dixit namque, Saxones in proximi prælii conflictu sic esse prostratos, vt nisi de gentibus exteris agrorum cultores aduenirent, Saxonica tellus in solitudinem versa bestiis Syluestribus habitanda remaneret.* ANNALISTA SAXO *ad a. 1078.* CHRON. REG. S. PANTALEONIS *ad a. 1078.* Tempus idem BRVNO p. 215. definit, dicens: *factum est ergo prælium secundum anno Domini MLXXVIII. XII. Mensi Augusti, feria III.*

ex parte Rudolphi stabant, fugam arripuerunt, ita, vt ipse Rudolphus in fuga salutem quæreret. Ast, restituto ab Ottone Duce & Friderico Saxoniæ Palatino, prœlio, Henricus in fugam fuit conuersus. 76) Henricus vero iterum collecto exercitu, Saxoniam tentans, sed resistentibus ciuibus, Alemanniam præda, ferro & igne circa festum omnium sanctorum deuastauit. 77) Tertium prœlium ad Vnstrudtam, prope Fladenheimum Thuringiæ VI. Kal. Februarii 1080. fuit habitum, in quo Saxones, licet diuersi ex ipsorum primoribus paullo ante prœlii diem, Henrico accesserint, 78) fuerunt superiores, fugato Henrico. 79)

§. XXXVII. Post hæc, Gregorius Papa synodum Romæ mense Martio 1080. collegit, ad quam de Teutonicis partibus Legati Papæ redierunt, Rudolphi obedientiam Papæ renuntiantes. Vnde ipse Henricum deposuit, eundemque vna cum fautoribus suis denuo excommunicauit, & Rudolphum in regia dignitate confirmauit. 80) Henricus vero congregata in Pentecoste Episcoporum multitudine, apud Moguntiam Gregorium deposuit, 81) & Guibertum, Rauennatensium quondam Episcopum, sed ante triennium a Gregorio excommunicatum Papam elegit. 82) Deinde apud Brixiam conuentu facto, eandem electionem, ab Italis & quibuscunque potuit, fecit confirmari. 83) Mathildis etiam, quæ partes Gregorii VII. tuebatur, copiæ prope Mantuam funduntur. 84)

§. XXXVIII. Nouam Octobri mense in Saxoniam suscepit expeditionem Henricus, & castris ad Elystrum 85) positis, prœlium quartum Idibus Octobris 1080. fuit factum, in quo Henricus quidem fuit in fugam versus, 86) Rudolpho vero per Godefridum

76) HVGO FLAVINIACENSIS *p. 218.* illos nominat, qui etiam diuersas ad Germaniæ Episcopos missas Epistolas inseruit.

77) BRVNO p. 216. *venientes ergo ad syluam, quæ Thuringos separat a Francia, audiebant (quod & verum erat) quod Saxones ex altera parte syluæ cum tanta multitudine sederent, quantam prius nunquam sint auditi collegisse. Nam de militibus armatis millia fere sexaginta habebant, qui vel fortiter mori, vel terram suam tueri volebant. Quod auditum, quum primum non crederent, postquam missis exploratoribus, nimis verum esse cognoscebant, multo magis redire timore cogente, quam venire spe trahente properabant. Sed Henricus Ex rex, ne tantum frustra congregasset exercitum, cum eodem agmine Sueuos petiit: vbi nec Ecclesiis, nec atriis Ecclesiarum pepercit & inter sacras profanasque res nullam differentiam fecit, vt illorum auaritiam insaturabilem saturaret, quos Saxoniam pollicendo fefellerat.* SIGEBERTVS GEMBLACENSIS, BERTHOLDVS *ad a. 1078.*

78) ANNALISTA SAXO ad a. 1080. *Henricus solita calliditate Saxones ab inuicem multa promittendo diuiserat, vt non diu ante diem prælii Widikin, Wipertus, Theodericus filius Geronis Comitis, cum multis aliis a Saxonibus ad hostes transirent, & Ekbertus Marchio cum sua legione neutra parti accedens non longe a præliantibus lentus sederet, vt cui parti victoria cederet, ei gratulando socius accederet.*

79) BRVNO p. 224. *igitur exercitus vterque conuenerunt in loco qui Flathecheim vocatur,* Idem p. 225. *acriter itaque vtrinque pugnatur, sed momento breui finitur. Nam Saxones citissime conuersi, hostibus, qui sibi venerant a tergo, vultus horribiles ostendunt, & non ante quiescunt, quam eos in fugam versos sibi terga monstrare compellunt. Victores itaque Saxones reuersi, multas (sicut decebat) laudes referebant omnium bonorum largitori.* Et paullo post: *factum est autem hoc tertium prælium anno Domini MLXXX. VI. Kalend. Februar. fer. II.* BERTOLDVS ad a. 1080. *iterum Heinricus post Epiphaniam cum exercitu in Saxoniam venire disponens, a Rudolfo sexto Calendas Februarii fugatur.* MARIANVS SCOTVS *ad a. 1079.* CHRON. WVRTZB. *bellum iuxta Fladecheim 5. Calendis Februarii commissum est.* ANNALES HILDESHEIMENSES CONT. LAMBERTI, CHRONOGRAPHVS & ANNALISTA SAXO, ALBERTVS STADENSIS *ad a. 1079.* CHRON. REG. S. PANTALEONIS *ad a. 1079.*

80) BERTHOLDVS, CHRON. WVRTZB. MARIANVS SCOTVS *ad a. 1081.* SIGEBERTVS GEMBLACENSIS *ad a. 1079.* PAVLVS BERNRIEDENSIS §. *XII.* HVGO FLAVINIACENSIS *pag. 223.* Sententiam excommunicationis Henrici exhibet PAVLVS BERNRIEDENSIS *Vita Gregorii XII.* HVGO FLAVINIACENSIS *p. II. p. 223.* CHERVBINVS *Bullario Magno Tom. I. p. 53.* Acta huius Synodi Romanæ habet GOLDASTVS *Tomo vno p. 240.*

81) SIGEBERTVS GEMBLACENSIS ad a. 1079. *Henricus in Pentecoste conuentu habito Moguntiæ decreuit Hildebrannum a Papatu esse deponendum.*

82) BERTHOLDVS, CHRON. WVRTZBVRG. *ad a. 1080.* OTTO FRISINGENSIS de gestis Friderici I. lib. I. cap. I. *his igitur acclamantibus, præfata electio ab eis cassanda iudicatur, Guibertusque Rauennatensium Archiepiscopus, Clemens vocatus, assensu Principis, vrbis episcopus creatur Gregoriusque VII. ab ipsis Pseudomonachus vel necromanticus appellatus exsufflatur.* ANNALISTA SAXO *ad a. 1080.* Extat Relatio de depositione Hildebrandi in Codice S. Vdalrici *n. CLXIV. CLXVII.* In eodem Codice *n. CLXXII.* prolixe disputatur, an iste Wibertus legitime fuerit intronizatus. AVCTOR VITAE ANSELMI §. *XVI.* CONRADVS VRSPERGENSIS *p. 224.* PAVLVS BERNRIEDENSIS §. *CXIII.* HVGO FLAVINIACENSIS *p. 226.* MARIANVS SCOTVS *ad a. 1077.* PETRVS DIACONVS *lib. III. Chron. Casinensis* c. L.

83) Extant Acta Synodi Brixinensis apud GOLDASTVM *Tomo vno p. 241.* Decretum apud CONRADVM VRSPERGENSEM p. 224. *Nos auctore Dei congregati in vnum legatis ac litteris freti decem & nouem Episcoporum die sancto præteritæ pentecostes Moguntiæ congregatorum contra Hildebrandum iudicamus canonice deponendum.* CHRON. REG. S. PANTALEONIS *ad a. 1080.*

84) BERTHOLDVS CONSTANTIENSIS *ad ann. 1080.*

85) Locum Volcksheim definit FABRICIVS *Origg. Saxon. lib. III. p. 359.* BROTVFF p. 325. inter Dröffig & Gera.

86) BRVNO p. 227. *igitur Heinricus castris in Elistre ripa locatis, crastino mane suas acies disposuit, quod nullam prælii moram per se fieri voluit.* Idem p. 228. *factum est hoc prælium quartum anno ab incarnatione Domini MLXXX. Idibus Octobris, fer. V.* BROTVFF Chron. Merseburg. *lib. I. c. XVI. p. 510.* BERTHOLDVS ad an. 1080. *iam autem mediante Octobri, Heinricus, expeditionem in Saxoniam iterum parans, a militibus Rudolfi itinere vnius diei fugatur: quamuis in eadem congressione Rudolfus Rex piæ memoriæ occubuerit. Bellum iuxta Elstra committitur*

dum Bullionensem dextra manus fuit amputata, & graue vulnus in ventre datum. 87) Rudolphus igitur Martisburgum delatus, vbi altera die, facta pœnitentia, 88) animam exhalauit. Corpus ipsius in templo Cathedrali Martisburgensi splendide fuit sepultum, vbi ipsius Monumentum sepulcrale, vna cum epitaphio, 89) atque manu amputata adhuc cernitur, Sueuiæ Ducatum inuasit gener Rudolphi Bertoldus, quo tamen deiecto, Friderico Hohenstaufio, Sueuorum dynastæ, eundem contulit Henricus, concessa ipsi insuper Agnete filia in vxorem, 90) Bertol-

mittitur a rege Henrico idus Octobris, in quo Rudolphus rex occiditur, & Merseburg sepelitur, Saxones vero victoriam reportarunt. SIGEBERTVS GEMBLACENSIS MARIANVS SCOTVS, CONTIN. LAMBERTI, CHRON. WVRTZB. *ad a. 1080.* HELMOLDVS *lib. I. c. XXIX.* HVGO FLAVINIACENSIS *Chron. Verdun. Anno igitur ab incarnatione Domini MLXXIX. factum est prælium in Saxonia, in quo Rodulfus Rex cecidit, & Heinricus fugiendo victus est.* ANNALISTA SAXO *ad a. 1080.*

87) BRVNO p. 228. *quamuis autem dextera manus illi fuisset amputata, & graue vulnus haberet venter, vbi descendit ad ilia, tamen vt illos, quos de sua morte videbat dolentes, consolaretur, se non in præsenti moriturum fidenter pollicetur, suique postponens curam, suis vulneratis ostendebat, quam deceret adhiberi medicinam. Qua fortitudine simul & pietate nostri Principes valde commoti, concorditer ei omnes spoponderunt, vt si Deus omnipotens illius vitam seruare vellet, eo viuo, etiamsi vtraque manu careret, Saxonia nullum alium rectorem eligeret. Qua fide multum ille lætatus, felici est morte resolutus.* SIGEBERTVS GEMBLACENSIS ad a. 1080. *Hildebrandus papa quasi diuinitus reuelatum sibi prædixit, hoc anno falsum regem esse moriturum: & verum quidem prædixit, sed fefellit eum de falso rege coniectura, secundum suum velle super Henrico rege interpretata. Rex enim Henricus Saxonibus graui prælio congreditur, & in congressu falsus rex Rudolphus cum multis Saxoniæ principibus extinguitur.* BERTHOLDVS CONSTANTIENSIS, MARIANVS SCOTVS, CONTIN. LAMBERTI SCHAFNABVRGENSIS, ALBERTVS STADENSIS, ALBERICVS, CHRONOGRAPHVS & ANNALISTA SAXO, CONRADVS VRSPERGENSIS, ANNALES HILDESHEIMENSES *ad a. 1080.* HELMOLDVS *lib. I. c. XXIX.* CRVSIVS Ann. Sueu. *lib. VIII. p. II. p. 252.* Vulnus ipsi a Gothofredo Bollionæo inflictum fuisse dicit ALBERICVS *ad a. 1080.* Vulnus vero in ventre a Ferfrido Zollerensi Comite inflictum fuisse dicitur a IO. CERNITIO *Icon. Elect. Brandenburg. p. 12.* Male vero LEO OSTIENSIS lib. III. c. XLIX. *anno Dominicæ Incarnationis millesimo octogesimo primo contra eundem Ducem bellum iniens, in quo primo publico marte superatus, deinde victor effectus, eundem Ducem gladio trucidauit.*

88) Patet hoc ex verbis illius vltimis apud ALBERTVM STADENSEM *ad a. 1080. Bellum inter Henricum & Rodulfum iuxta fluuium Ellestram geritur, in quo Rodulfus vulneratus in manu dextra, fugit Merseburg, mortique iam proximus dixit ad familiares suos: videtis dexteram meam de vulnere sauciam: Ecce hæc est manus, qua Domino meo Heinrico fidem firmaui sacramento, sed iussio Apostolica, Pontificumque petitio, me ad id deduxit, vt iuramenti transgressor, honorem mihi indebitum vsurparem. Quis igitur finis nos exceperit, videtis, quia in manu, vnde iuramenta violaui, mortale hoc vulnus accepi. Viderint ergo hi, qui nos ad hoc instigauerunt, qualiter nos duxerint, ne forte deducti simus in præcipitio damnationis æternæ. Et hæc dicens, diem clausit extremum.* Eadem fere refert CONRADVS VRSPERGENSIS *f. 238.* AVCTOR ANONYMVS de vita Henrici p. 383. *nam abscissa Rudolfi dextera dignissimam periurii vindictam demonstrauit, qui fidem Domino suo Regi iuratam violare non timuit, & tanquam alia vulnera non sufficerent, ad mortem accessit etiam huius membri pœna, vt per pœnam agnosceretur & culpa.* CHRON. REG. S. PANTALEONIS *ad a. 1080.* THEOD. ENGELHVSIVS *c. l.* HELMOLDVS *lib. I. c. XXIX.* OTBERTVS LEODIENSIS *vita Henrici IV. p. 210.* BOTHO *Chron. Brunsuic. ad a. 1080.* Contraria tamen plane tradit CHRON. MAGDEBVRG. apud MEIBOMIVM *Tom. II. p. 316.* scribens: *Rex Rudolfus duobus acceptis vulneribus, dolebat magis, quam suum, populi casum. Sed cum cognouisset, quod suus haberet populus victoriam: nunc ait; lætus patior viuus & moriens, quicquid voluerit dominus. Qua fortitudine simul & pietate nostri principes valde commoti, concorditer ei omnes spoponderunt: vt, si Deus omnipotens illius vitam seruare vellet, eo viuo, etiamsi vtraque manu careret, Saxonia nullum alium rectorem eligeret. Qua fide, multum ille lætatus, felici est morte resolutus. Ac inde translatus Merseburg, sicut hodie patet, ab ipsis honorifice est tumulatus.* IO. ADLZREITER *Ann. Boic. p. I. lib. XVIII. n. LVIII.* Adde Dn. a LVDEWIG *Reliquias Mstorum præf. Tom. IV. p. 82. sqq.* & IO. STRAVSS *diss. de Rudolpho Sueuo.*

89) CHRON. HALBERSTADT. apud LEIBNITIVM Tom. II. p. 125. *inter Henricum IV. regem & Rudolfum rursus geritur bellum, in Saxonia iuxta fluuium Helhestrum, in quo Rudolphus cecidit, amputata sibi manu dextra. Sed a suis in ciuitatem Merseburg, nimis zelatus & in breui defunctus in medio chori ibidem honorifice sepultus.* FABRICIVS Originum Saxonicarum lib. III. p. 360. *sepulchrum Rudolphi ad nostra vsque tempora in loco templi subterraneo magnifice stetit: Donec Michael Sidonius Præsul ibi cellam vinariam effodit: nihil terrente ipsum aut loci religione, aut reuerentia Summi Principis; quem videlicet Præsules olim perdiderunt viuentem, & nunc iste dehonestauit, in causa Pontificia fortiter mortuum. Visitur tamen adhuc in choro templi Cathedralis cenotaphium orichalceum sepulcro isti subterraneo superimpositum, in quo Rudolphi imaginem cum corona & sceptro videmus impressam his in margine positis distichis:*

Rex hoc Rudolphus, patriæ pro lege peremtus
Plorandus merito conditur in tumulo:
Quæ vicere sui, ruit hic sacra victima belli,
Mors sibi vita fuit, ecclesiæ cecidit.
Rex illi similis, si regnet tempore pacis,
Consilio, gladio, non fuit a Carolo.

90) OTTO FRISINGENSIS de gestis Friderici I. lib. I. c. VIII. *ea tempestate Comes quidam Fridericus nomine, ex nobilissimis Sueuiæ Comitibus originem trahens, in castro Stryphe dicto coloniam posuerat. Hic cum esset consilio prouidus, armis strenuus, ad curiam Imperatoris assumptus, per multos dies ibidem militarat, strenuissimique ac nobilissimi militis officium implens, in omnibus periculis suis viriliter Imperatori astiterat.* Hinc postquam dixisset, qua ratione ipsi Imp. filiam cum Sueuiæ Ducatu obtulerit, addit: *Sic, itaque prædictus Fridericus Dux simul Sueuorum, & gener Regis factus, ad propria rediit: & ne multis morer, Bertolfum tandem pacem petere coëgit: quod tamen quidam sub filio suo Friderico factum tradunt. Conditio autem pacis talis fuit, vt Bertolfus Ducatum exfestucaret, sic tamen quod Turegum nobilissimum Sueuiæ oppidum a manu Imperatoris ei tenendum remaneret.* Ex quo hauserunt LANGIVS *Chron. cit. p. 778.* & MVTIVS *lib. XV.*

Bertoldo non nisi vacuum nomen Ducis retinente. 91)

§. XXXIX. Defuncto Rudolpho, congregato exercitu, in Saxoniam tendebat, vt terram hancce Rectore vacuam suæ subiiceret potestati, qui tamen cum ipsi obuiam facti, exercitu suo dimisso, consilioque mutato, misit ad Saxones legatos, filium suum ipsis Regem commendans, promittensque, se nolle intrare terram Saxoniæ. Quibus Otto Dux respondet: sæpe ex boue malo malum vitulum vidi gnatum: ideoque nec filii nec patris habeo desiderium. 92)

§. XL. Defuncto igitur Rudolpho, insequenti anno 1081. Henricus, Italiam ingressus, omnem furorem in Mathildem conuertit, villas incendit, castella diruit, 93) inde cum nouo constituto Papa Romam perrexit, sed in eandem haud fuit admissus. 94) Anno 1082. per æstatem Romam incassum obsedit, 95) Tandem vero capta a. 1083. III. Non. Iunii vrbe Leonina, Guibertum sub Clementis III. nomine Papam constituit. 96) Gregorio in vrbe Roma synodum adhuc celebrante, in qua omnes excommunicauit, qui aliquem ad Papam venientem impedirent. 97) Tandem a. 1084. intra reliquam vrbem fuit admissus, dum Gregorius in Castellum S. Angeli se reciperet, omnesque Tiberinos pontes & firmiores Romanorum munitiones in sua retinuit potestate. Demum Henricus a Clemente in die Resurrectionis Dominicæ 1084. vna cum Bertha vxore, in Imperatorem fuit coronatus. 98) Robertus vero Guiscardus Dux Normannorum post Kalendas Maii Romam

lib. XV. p. 122. De Hohenstaufiorum familia agunt SVNDLINGIANA *p. VII. p. 118.* Qua ratione castrum Staufen pignoris iure ad Comites Würtenbergicos peruenerit, docet BESOLDVS *Docum. Rediuiuis pag. 14.*

91) OTTO FRISINGENSIS lib. I. c. IX. *At supra nominatus Bertolfus, vacuum ex hinc nomen Ducis gerens, id quasi hæreditarium posteris reliquit.*

92) BRVNO *p. 228.* ANNALISTA SAXO *ad an. 1080.*

93) BERTHOLDVS ad a. 1081. *Heinricus post obitum Regis Rudolfi, Veronam in Pascha venit, & inde ad inuadendam Romam, cum suo non Apostolico, sed apostata Guiberto vtpote Domini Apostolici non semel periuro & anathemizato, profectus, sed mactæ reuersus est.* PETRVS DIACONVS *III. c. XLIX.*

94) BERTHOLDVS *ad ann. 1082.* SIGEBERTVS GEMBLACENSIS, CHRON. WÜRTZB. CHRON. LOBIENSE, ANNALISTA SAXO *ad an. 1081.* MONACHVS PEGAVIENSIS Vita Wiperti c. III. §. XI. *Imperator tam Italici quam Teutonici fidens exercitus copia, Romam arcta obsidione vallauit, & triennio circiter in eodem statu durauit.*

95) BERTHOLDVS *ad a. 1083.* ANNALES HILDESHEIMENSES, SIGEBERTVS GEMBLACENSIS *ad a. 1084. Romani Imp. Henricum recipiunt in vrbe, & eorum iudicio Hildebrandus papatu abdicatur, & Guibertus Rauenna archiepiscopus in sedem Apostolicam inthronizatus, Clemens nominatur.* PETRVS DIACONVS III. c. L. *Henricus interea Imperator alio anno exercitum congregans Romam aduenit, & Porticum sancti Petri per vim cepit, & ex magna parte destruxit, atque Archiepiscopum Rauennatem inuasorem Apostolicæ sedis absque consilio & voluntate totius Romanæ Ecclesiæ constituit.* AVCTOR VITAE ANSELMI *§. XIX.* SIGEBERTVS GEMBLACENSIS *ad a. 1083. 1084.* AVCTOR VITAE HENRICI *p. 385.* qui etiam describit, qua ratione custodum negligentia Roma fuerit capta. MARIANVS SCOTVS hæc male *ad a. 1081.* refert. HVGO FLAVINIACENSIS *Chron. Verdun.* illum non Apostolicum sed Apostatam vocat, atque in ipsius *electionem inuehitur.* Idem *Anno ab incarn. Domini MLXXXIV. Heinricus Romam veniens vrbem cepit, muros euertit, Gregorium Papam in turre Crescentis muro clausit, suumque Papam in Ecclesiam S. Petri constituit.* Mathilda in Epistola ad Teutonicos *p. 229.* ipsum vocat Barrabam latronem.

96) BERTHOLDVS ad a. 1083. *quid plura? omnes pene Romani, præter Principem Salernitanum, hoc laudauerunt, vt Papa Gregorius synodum in media Nouembri colligeret Romæ, cuius synodi statuta de causa regni, nec Heinrico nec Romanis, imo nulli penitus, liceret præuaricari.*

97) BERTHOLDVS, SIGEBERTVS GEMBLACENSIS ad a. 1084. *Henricus Rex patricius Romanorum constituitur, & a Clemente papa in imperatorem benedicitur.* MARIANVS SCOTVS *ad a. 1081.* AVCTOR VITAE HENRICI p. 385. *Clementem Papam ad electionem omnium instituit: a quo ipse communi omnium fauore consecratus Imperator, & patricius factus.* OTTO FRISINGENSIS de gestis Friderici I. lib. I. c. II. *post hæc Princeps militem copiosum colligens, Italiam ingreditur, ad Vrbemque vsque progressus, Romani populi fauore, pulso Gregorio, Guibertum ibidem ponens, Imperatoris & Augusti nomen sortitur.* CONRADVS VRSPERGENSIS, ANNALISTA SAXO *ad a. 1084.*

98) OTTO FRISINGENSIS *de gestis Friderici lib. I. c. II.* ALBERICVS *ad a. 1084.* HELMOLDVS *lib. I. c. XXX.* Ipse hæc Imp. speciali epistola narrat Theodorico, Verdunensi episcopo, quæ extat apud GOLSCHERVM *gestis Treuirorum cap. LXI.* & BROWERVM *p. I. Annal. Treuiror. lib. XII. n. LXXXIII.* in qua hæc verba: *in tantum vt in Domino fiducialiter dicamus, quia tota Roma in manu nostra est, excepto illo castello in quo inclusus est Hildebrand, scilicet in domo Crescentii, quem Hiltebrandum legali omnium Cardinalium ac totius populi Romani iudicio scias abiectum, & electum Papam nostrum Clementem, in Sede Apostolica sublimatum omnium Romanorum acclamatione. Nosque a Papa Clemente ordinatum & consensu omnium Romanorum consecratum in die Sancto Paschæ in Imperatorem, totius populi Romani exultatione, sacerdos persecutionem fugiens, ad tutiora montana Tuscia, in terram Comitissæ Mathildis, quæ Imper. consanguinea fuit, se contulit: ibique per aliquot dies manens, sententiamque anathematis renouans Epistolis quæ multis in locis habentur, Principes Regni aduersus Imperatorem suum concitauit. Deinde Campaniam seu Apuliam ingrediens in municipia Nortmannorum qui nuper Roberto Guiscardo Duce, Prouincias illas indigenis necatis vel eiectis, seu seruituti subactis, irruperant, se recepit, ibique diem mortis expectauit.* HVGO FLAVINIACENSIS Chron. Verdun. p. 229. hæc narrat vberius, scribens: *Gregorius igitur in turre Crescentis muro clausus legatos misit ad Robertum Apuliæ Ducem, qui tunc forte classe instructa mare transire parabat, vt veniret & obsidionem solueret. - - - Qui obedientiam non segniter exequutus Principem adduxit, & data vrbi obsidione, patefactoque ingressu, Rege fugato, Papa liberatur, & ad Lateranense Palatium cum gloria reducitur. At quia Normannorum instabilitas vrbe capta & præda data multa mala perpetrauerat, nobilium Romanorum filiae*

Romam inuasit, fugatoque Henrico, Papam ad Palatium Lateranense reducit, 99) vrbemque exspoliat. Inde quoque diuersa castella & vrbes Papales recuperat. Papa tamen Romanorum veritus inconstantiam, Salernum se contulit. 100) Interim Henricus Roberto resistere haut valens, in Germaniam satis festinanter reuertitur. Eodem tempore quoque milites Mathildæ contra Henrici fautores viriliter pugnauerunt.

§. XLI. Interea temporis Principes quidam Germaniæ a. 1081. Hermannum Lotharingum de Luxenburg, filium Giselberti 1) ante festum S. Laurentii sibi in Regem elegerunt. Hunc Knufflock nominabant, quia Islebiæ fuerat electus, vbi allium abundat. 2) Hoc cum impedire conarentur fautores Henrici, ad Hochstedtum Sueuiæ, die post festum S. Laurentii a Sueuis, qui Hermanno fauebant, cæsi fuerunt & fugati. 3) Hinc in Saxoniam consecrandus discessit. Insequenti anno 1082. Hermannus natiuitatem Domini celebrauit Goslariæ, ibi etiam in festo S. Stephani, eo quod Patronus eius fuerit, Regiæ dignitatis vnctionem & coronam, Principibus regni annitentibus, a Sigefrido Moguntino, præsentibus Magdeburgensi, Halberstadtensi, Merseburgensi Episcopis, Ottone Northeimensi, Friderico Sommersenburgensi solenniter accepit. 4) Hermannus autem sedem Romanam a manu Henrici liberare volens, expeditionem in Italiam parauit, vnde & de Saxonia venit in Sueuiam. 5) Ibi natalem Domini cum Principibus Regni celebrauit. Dum autem in Longobardiam cum exercitu mouere vellet, nuntiatur illi, Ottonem Saxoniæ Ducem fuisse defunctum. Motus igitur in Saxonia metuens, hanc festinanter intrauit. 6)

§. XLII.

lias stuprando, & nocentes pariter innocentesque pari pœna affligendo, nullumque modum, vti victoribus mos est, in rapina, crudelitate, direptione habendo: veritus ne Duce recedente infidelitas Romana exagitata recrudesceret, & quos antea habuerat quasi fidos amicos, pateretur infidos; cedendum tempori arbitratus, Salernum se contulit. Rex vero hoste aduentante, fuga præsidium requirens, sigillum domini Papæ, quod furto subripuerat, secum tulit, & Portuensem, quia olim familiaris Papæ fuerat, sibi conciliatum secum duxit. Witbertus vero & ipse aufugit ANNALISTA SAXO *ad an. 1083.* GVILIELMVS APPVLVS *lib. IV. de gestis Normannorum p. 622.* ORDERICVS VITALIS *lib. VII. Hist. Eccles. p. 642.* DONNIZO *Vita Mathildis lib. II. cap. I.* PETRVS DIACONVS *lib. III. Chron. Casin. c. LIII.*

99) ORDERICVS VITALIS *lib. VII. Hist. Eccles. p. 642.* PETRVS DIACONVS *Chron. Casin. lib. III. cap. LIII.* DONNIZO *Vita Mathildis lib. II. cap. I.*

100) OTTO FRISINGENSIS *de gestis Friderici I. lib. I. c. II. venerabilis autem Sacerdos persecutionem fugiens, ad tutiora montana Tusciæ, in terram Comitissæ Mathildis, quæ Imper. consanguinea fuit, se contulit: ibique per aliquot dies manens, sententiamque anathematis renouans Epistolis quæ multis in locis habentur, Principes Regni aduersus Imperatorem suum concitauit. Deinde Campaniam seu Apuliam ingrediens, in municipia Normannorum, qui nuper Roberto Guiscardo Duce, Prouincias illas, indigenis necatis vel eiectis, seu seruituti subactis, irrupuerant, se recepit, ibique diem mortis expectabat.*

1) BVRCKHARDVS *de Cas. Mon. S. Galli c. VII. Hermannus de Luzilenburg ab Alamannis Rex constituitur.* ALBERTVS STADENSIS *ad an. 1082.* ipsum vocat nobilem ex Germania. OTTO FRISINGENSIS *Chron. lib. VI. c. XXXV.* Lotharingiæ Principem. SIGEBERTVS GEMBLACENSIS *ad a. 1082.* militem Hermanni Episcopi. Genealogiam ipsius nectit ANDR. du CHESNE *Hist. Genealogique de la Maison de Luxenburg c. II. & X.* & TOLNERVS *Hist. Palat. c. I. p. 17.*

2) Hæc verba sunt THEOD. ENGELHVSII *Chron. p. 1090.* HELMOLDVS lib. I. c. XXX. *Saxones quoque, post quam de cæde vires recuperauerunt, statuerunt sibi regem Hermannum quendam, cognomento Clufloch.* AVENTINVS lib. V. c. XV. n. 4. *in Germania interim Saxones & socii Hermannum Lotharingium rebus imponunt Islebiæ, vrbs est Thuringorum, vbi allii prouentus, hanc ob caussam rex Alli vulgo nominatus est.* ALBERTVS STADENSIS *ad a. 1087.* Chron. Halberstadtense p. 128. ipsum corrupte vocat Hermannum Gesniæ Regem.

3) BERTHOLDVS ad a. 1081. *Eodem tempore Principes regni Teutonicorum, scilicet Archiepiscopi, Episcopi, Duces, Marchiones & Comites, conuentu facto, Hermannum nobilem virum, sibi in Regem elegerunt: qui statim eodem conuentu aciem contra fautores Heinrici direxit: ipsi enim electionem eius impedire volentes, eodem tempore maximam multitudinem contraxerant. Sed nouo Rege ex improuiso irruente, omnes penitus aut cæde prostrati sunt, aut irreuocabiliter fugati: licet regiis militibus, se insequentibus, non paruo præstarent numero. Quapropter Rex de diuino auxilio tali Triumpho certificatus, eadem nocte in campo victoriæ castra metatus est, & postea ad subiugandum sibi regnum digressus est. Electus est autem ante festum S. Laurentii, & in sequenti die, post festum eiusdem Sancti, de inimicis triumphauit, in confinio Baioariæ, in loco qui dicitur Hostette: postea in Saxoniam consecrandus discessit.* ANNALISTA SAXO *ad a. 1081.* CHRON. MAGDEBVRG. *p. 319.* GOBELINVS PERSONA *æt. VI. c. LV.* Diem definit CHRONICON WVRTZBVRGENSE apud BALVZIVM Tomo I. p. 516. ad a. 1081. *bellum inter Sueuos & Baioarios iuxta Danubium, loco qui vocatur Hohstetin, IV. Idus Augusti.* SIGEBERTVS GEMBLACENSIS *ad a. 1081.* BRVNO *pag. 26.* CONTINVATOR LAMBERTI SCHAFNABVRGENSIS, MARIANVS SCOTVS, CHRONOGRAPHVS SAXO, ALBERICVS, ANNALES HILDESHEIMENSES, ALBERTVS STADENSIS hæc referunt ad a. 1082. sine dubio, quia natalitiis Christi fuit coronatus, a quo plerique annum incipiebant. Quis iste fuerit, declarat MARIANVS SCOTVS ad a. 1082. dicens: *Catholici per Saxoniam constituti, ex constantia domini apostolici roborati, constituerunt super se Regem Hermannum. Iste fuit Lotharingius, vir sapiens, modestus, genere & fortitudine insignis. Ipsius filius erat Otho Palatinus, comes de Rinecke.* Id quod plenius declarat TOLNERVS *Hist. Palatina cap. I. p. 145.* dicens, quod Giselberti fuerit filius.

4) BERTHOLDVS *ad a. 1082.* BRVNO *Historia B. Saxonici exeunte. Vnde Principes Saxoniæ valde lætati, Regem suum Herimannum cum magno tripudio Goslariæ susceperunt, paucis diebus ante natalem Domini. In natali vero, S. Stephani protomartyris, a Sigefrido, Moguntinæ sedis Archiepiscopo in Regem venerabiliter est vnctus, quum iam MLXXXII. annus incarnationis Dominicæ fuisset inceptus.* HELMOLDVS *lib. I. cap. XXX.* GOLDASTVS *Tomo vno p. 243.*

5) BERTHOLDVS *ad a. 1082.*

6) BERTHOLDVS *ad a. 1083.*

7) BER-

§. XLII. Henricus autem ex Italia redux, circa Calendas Augusti 1084. expeditionem in Sueuiam parauit, & capta Augusta, prope Licum castra metatus, Sueuis licet prouocantibus, pugnandi copiam facere noluit. Inde Henricus discedens, Ratisbonam, demum Moguntiam reuertitur. 7) Gregorius vero collecta synodo, Guibertum & Henricum cum fautoribus suis denuo excommunicauit, idque per legatos Teutonicis Principibus fecit annuntiari. 8) Saxones etiam habito a. 1085. Gerstungæ colloquio, licet non deessent, & potissimum Wezilo Moguntinus Archiepiscopus, & Conradus Traiectensis, qui ipsum illegitime fuisse excommunicatum traderent, reliqui tamen Episcopi Imp. contrarii illud comprobarunt, iure Henricum fuisse excommunicatum, id quod facto colloquio, decimo quinto die post Epiphaniam denuo fuit comprobatum. 9) Verum, Imperator Saxones adgreditur. Illi pacem petunt & impetrant, pacti, quod omnibus pro hac rebellione proscriptis sua restituantur. Quod quia factum non est, iterum rebellant. 10) Henricus igitur Saxoniam iterum a. 1086. ingreditur, & patriam vndique præda & incendio omnibus iratus, vastat. 11) Eodem anno, in ipsa Paschali hebdomade præsente Hermanno, celebrata fuit Synodus Quedlinburgensis, in qua præter primatum Papæ & cœlibatum clericorum adsertum, condemnatus fuit Guibertus antipapa. 12) Henriciani vero Moguntiæ synodum celebrabant huic contrariam. Gregorium denuo sedis Papalis indignum declararunt. 13) Anno 1086. Imp. Wratislaum Ducem Bohemiæ tam Bohemiæ quam Poloniæ præfecit, & imponens capiti eius manu sua regalem circulum, iussit Egilberto Treuirensi Archiepiscopo, vt eum in sua Metropoli Praga in Regem vngeret & diadema capiti eius imponeret. Hic etiam Pragam veniens XVII. Kal. Iulii intra sacra missarum solemnia, Wratizlao Regalibus fascibus induto, tam ipsi quam Coniugi eius Zuatauæ diadema imposuit & ipse muneribus donatus rediit. 14)

§. XLIII. Inter has turbas moriebatur Gregorius VIII. Kal. Iunii 1085. Salerni, 15) dum prius pœnitentiam professus admissorum, & quod durius habuisset Henricum, eundemque banno liberasset. 16) Romani vero Guibertum Rauennam redire compulerunt. 17) Desiderium Cardinalem Cassinensis monasterii Abbatem a. 1087. eligentes, qui assumpto Victoris III. nomine, exeunte Maio, apud S. Petrum fuit inauguratus. 18) Hic iudicium antecessoris sui super Henricum, eiusdemque fautores confirmauit, 19) post quartum mensem autem sui Pontificatus diem clausit extremum. 20) Insequenti igitur a. 1088.

7) BERTHOLDVS, DODECHINVS, CONT. LAMBERTI *ad a. 1084.*

8) BERTHOLDVS *c. l.*

9) BERTHOLDVS, ANNALISTA & CHRONOGRAPHVS SAXO *ad a. 1085.*

10) Verba sunt SIGEBERTI GEMBLACENSIS *ad a. 1085.*

11) DODECHINVS *ad a. 1086.*

12) Acta huius Synodi recenset BERTHOLDVS *ad a. 1085.* & ex eo GOLDASTVS *Tomo vno p. 244.* CHRONOGRAPHVS SAXO *ad a. 1085.*

13) BERTHOLDVS *cit. loc.* SIGEBERTVS GEMBLACENSIS ad a. 1085. *Henricus Imperator Moguntiæ regali & synodali conuentu coacto exigit ab omnibus, vt Hildebrandi depositionem & Guiberti ordinationem sub scripto approbent, cui aliqui manu & ore fauentes, corde tamen Hildebrando adhærebant.* DODECHINVS, ALBERTVS STADENSIS *ad a. 1085.* ex hoc GOLDASTVS *Tomo vno pag. 245.*

14) ANNALISTA SAXO *ad a. 1086.* COSMAS PRAGENSIS *ad a. 1086.* AENEAS SYLVIVS *cap. XXII.* IO. DVBRAVIVS *lib. IX. p. 63.*

15) BERTHOLDVS, CHRONOGRAPHVS SAXO, SIGEBERTVS GEMBLACENSIS, HVGO FLAVINIACENSIS, CHRONOGRAPHVS & ANNALISTA SAXO *ad a. 1085.* PETRVS DIACONVS *lib. III. Chron. Casin. cap. LXV.* DONNIZO *Vita Mathildis lib. II. cap. III.* OTTO FRISINGENSIS *lib. VI. exeunte.* Codex S. Vdalrici *n. CLXVI.*

16) SIGEBERTVS GEMBLACENSIS ad a. 1085. *Hildebrandus papa, qui & Gregorius septimus, apud Salernum exulans moritur. De hoc ita scriptum reperi. Volumus vos scire qui ecclesiasticæ Curæ soliciti estis, quod Dominus Apostolicus Hildebrandus qui & Gregorius nunc in extremis positus ad se vocauit vnum de duodecim cardinalibus, quem multum diligebat præ cæteris, & confessus est Deo, & sancto Petro, & toti ecclesiæ, se valde peccasse in pastorali cura, quæ ei ad regendum commissa erat & suadente Diabolo contra humanum genus odium & iram concitasse. Postea vero sententiam quæ in orbe terrarum effusa est, pro augmento Christianitatis cœpisse dicebat. Tunc demum misit prædictum confessorem ad imperatorem & ad totam ecclesiam, vt optaret illi indulgentiam, quia finem vitæ suæ aspiciebat, & tam cito induebat se Angelica veste, & dimisit ac dissoluit vincula omnium bannorum suorum imperatori, & omni populo Christiano viuis & defunctis clericis & laicis, iussit suos abire de domo Deoderici, & amicos Imperatoris ascendere.* Idem confirmat ALBERICVS, ANNALISTA SAXO ad a. 1085.

17) BERTHOLDVS ad a. 1086. *sed Guibertus hæresiarcha multum de obitu eius lætabatur, licet parum prosperitatis suæ parti in eo lucraretur. Nam omnes Catholici post mortem Domini Apostol. non minus quam ante, eidem hæresiarchæ restiterunt, ipsumque de Roma Rauennam repedare compulerunt.*

18) BERTHOLDVS *ad a. 1087.* Electionem ipsius late describit PETRVS DIACONVS *lib. III. c. LXVI.* rationem quoque adducens, cur tamdiu fuerit dilata: *iam fere annus in tali fluctuatione transierat, quo in Apostolica sede nullus Pastor erat, nullus Dominici gregis curam gerebat, & Guibertus hæresiarcha oues Christi sanguine redemptas, suis cum sequacibus laniabat.* DODECHINVS *ad an. 1085.*

19) OTTO FRISINGENSIS lib. VII. cap. I. *defuncto Salerni beatæ memoriæ summo Pontifice Gregorio, Ecclesiaque in summo discrimine posita, eo quod Gibertus auctoritate Imperatoris Romanam sedem & Vrbem occupasset, Abbatem Cassinensem, Cardinalem Desiderium, qui & Victor, inuitum pauci de Romanis ad culmen sacerdotii summum trahunt corruptisque pecunia Leoninæ Vrbis custodibus, ob metum schismatis, nocte consecrandum in Ecclesiam beati Petri inducunt. Vbi profluuio ventris correptus, moxque Vrbem egressus, rebus humanis in breui excessit, ac Ottoni Hostiensi Episcopo, qui & Vrbanus, Ecclesiæ regimen reliquit.* ANNALISTA SAXO *ad a. 1085.*

20) BERTHOLDVS *c. l.*

21) BER-

Episcopatibus, omnesque laicas ab inuestituris ecclesiarum summouet personas. 14) Licet autem sub initium a Simoniaca hæresi se velle desistere, legatis, idemque datis ad Papam litteris promitteret Imperator, post 15) victoriam tamen de Saxonibus partim horum omnium obliuiscebatur. 16) Hinc Gregorius legatos ad conuentum Goslariensem a. 1075. misit, denunciantes regi, vt secunda feria secundæ hebdomadæ in Quadragesima ad synodum Romæ occurreret de criminibus, quæ obiicerentur, causam dicturus, alioquin sciret, se absque omni procrastinatione, eodem die de corpore sanctæ ecclesiæ Apostolico anathemate esse abscindendum. 17) Hæc legatio regem vehementer permouit: statimque abiectis eum graui contumelia legatis, omnes, qui in regno suo essent, episcopos & abbates Wormatiæ dominica Septuagesimæ conuenire præcepit, tractare cum eis volens de Pontifice deponendo. 18) Conuenientibus etiam Wormatiam episcopis, quibus accedebat Hugo Blancus, Cardinalis, quem de statione sua mouerat Hildebrandus, horumque decreto Papa fuit condemnatus, 19) aliis tamen contradicentibus, qui contra Canonum scita esse iudicabant, episcopum absentem, absque generali concilio, sine legitimis & idoneis

14) BERTHOLDVS CONSTANTIENSIS ad an. 1075. ANNALISTA SAXO ad a. 1075. *in eadem synodo* (Romana) *decretum est a Gregorio Papa, vt clerici aliquem Sacrorum ordinum gradum & officium pretio adepti, deinceps in Ecclesia non ministrent, nec Ecclesiam pretio acquisitam aliquis retineat, nec deinceps alicui Ecclesiam vendere & emere liceat. Deinde vt a clericali officio cessent, quicunque se per incontinentiam reprehensibiles exhibent. Item vt populus clericorum officia nullatenus recipiat, quos prædictas Apostolicas institutiones contemnere percipiat.* ARNVLPHVS MEDIOLANENSIS *lib. III. Gestorum Mediolanensium c. XXIX.* HVGO FLAVINIACENSIS Chron. Verdun. ad a. 1074. *eodem anno in Romana Synodo 50. Episcoporum, considente Presbyterorum & Abbatum multitudine, iuxta Decreta Pontificalia & institutiones Canonicas ne hoc amplius a quoquam præsumeretur, prohibuit sub interminatione anathematis, decretum faciens in hac verba. Si quis deinceps Episcopatum vel Abbatiam de manu alicuius Laicæ personæ susceperit, nullatenus inter Episcopos vel Abbates habeatur, nec ulla ei, vt Episcopo vel Abbati audientia concedatur. Insuper & gratiam beati Petri & introitum Ecclesiæ interdicimus, quoad vsque locum quem sub crimine tam ambitionis, quam inobedientiæ, quod est scelus idololatriæ cœpit, deseruerit. Similiter etiam de inferioribus Ecclesiasticis dignitatibus constituimus. Item. Si quis Imperatorum, Ducum, Marchionum, Comitum, vel quilibet Secularium potestatum aut personarum, inuestituram Episcopatus, vel alicuius Ecclesiasticæ dignitatis dare præsumserit, eiusdem sententiæ vinculo se astrictum sciat.* Adde eundem p. 206. qui tamen Papæ partibus fauet. BERTHOLDVS CONSTANTIENSIS ad a. 1077.

15) Patet hoc ex epistola Henrici IV. ad Gregorium VII. apud HVGONEM FLAVINIACENSEM *p. II. Chron. Virdun. pag.* 209. in qua: *Eheu criminosi nos & infelices - - peccauimus in cælum & coram vobis & iam digni non sumus vocatione vestra filiationis. Non solum enim nos res ecclesiasticas inuasimus, verum quoque indignos quibuslibet & simoniaco felle amaricatis & non per ostium sed aliunde ingredientibus ecclesias ipsas vendidimus - - - At nunc, quia soli absque vestra auctoritate ecclesias corrigere non possumus, super his, vt etiam de nostris omnibus vestrum vna consilium & auxilium obnixe quærimus, vestrum præceptum studiosissime seruabitur in omnibus.* Gregorius VII. in Epistola ad Henricum II. *lib. II. Epist. n. XXX.* & apud BARONIVM *Tom. XI. Annal. Eccles. ad an. 1074. n. VI. Illud, quod pia memoria Agnes mater tua, Imperatrix Augusta apud nos constanter testificata est, iidemque legati Episcopi attestati sunt, simoniacam scilicet hæresin funditus de regno tuo exstirpare - - - velle vehementer nos hilarauit.* DONNIZO *Vita Mathildis lib. I. c. XIX.* ANNALISTA SAXO *ad a.* 1074. addens: *erant autem Legati Humbertus Prænestinus Antistes & Geraldus Hostiensis Episcopus, quæ promissa qualiter more suo mentitus fuerit, postea dicetur.*

16) HVGO FLAVINIACENSIS p. II. Chron. Verdun. p. 209. *Henricus commisso prælio, & victoria obtenta ad vomitum cito rediit, vota fregit, excommunicatos in communionem & gratiam suscepit, ecclesiarum confusionem non abhorruit.* DONNIZO *Vita Mathildis lib. I. c. XIX.*

17) Hæc omnia plenius describit LAMBERTVS SCHAFNABVRGENSIS *ad a.* 1076. *pag.* 403. BRVNO hist. B. Saxonici p. 196. *misit ergo regi literas, quibus eum de multis aliis criminibus arguebat, & vt Episcopos a captiuitate dimissos, Ecclesiis bonisque suis integre restitutis remitteret, orabat, & post hæc concilium in eo loco quo venire posset Apostolicus, congregaret, vbi Episcopi vel si digni essent Episcopalem perderent dignitatem, vel iniuriarum, quas erant passi, Canonicam reciperent satisfactionem. Quod si in his sacris canonibus noluisset Rex obediens existere, & excommunicatos a societate sua repellere, se eum velut putre membrum Anathematis gladio ab vnitate S. matris Ecclesiæ minabatur abscindere. Qua legatione suscepta, & venientibus suis quos miserat Apostolico confirmata, tristis valde fuit, quod in Apostolica dignitate malitiæ suæ, sicut sperabat, auxilium non inuenit.*

18) HVGO FLAVINIACENSIS *Chron. Verdun.* apud LABBEVM Tom. I. pag. 214. *Conuentus hic inter Natiuitatem Dominicam & sequentem Quadragesimam habitus est ita distantibus spatiis, vt quæcumque ibi gererentur, Romam tempore synodi referri possent. Die vero Natalitio Andreæ Apostoli, ante ipsam diei festiuitatem apud Bauenberg Henrico, tanta adhuc inter Regnum & summum sacerdotium vigebat Concordia, vt destitutio Pontificis vrbis ipsius & substitutio alterius obedientiæ Domini Papæ deputaretur. Ille igitur, qui ante Natiuitatem Dominicam tanta in Ecclesia magnificentia erat, vt ad nutum illius mutationes ordinum fierent, paucis post Natiuitatem diebus inconuentus & inauditus proscriptus est, & quantum ad illos depositus. Ex die enim, qua tanti ab hominibus habitus est, nullam eorum legationem accepit, vsque dum illa veniret, qua dictum est, descende, descende, interdicimus tibi ius omne Papatus.*

19) Epistola, qua Annonem Coloniensem ad hanc Synodum inuitat, reperitur apud VRSTISIVM p. 394. BRVNO p. 197. *Rex igitur cum suis deceptoribus vna Wormatiam venit, & cum singulis illis binis consilium iniuit, qualiter dignam vicem rependeret illi contumeliæ, quam omnes audierant, Romanum Pontificem sibi fecisse, quod eum se minatus sit excommunicaturum, quum tale quid cunctis temporibus fuisset inauditum. Quumque multa multis modis diu volutarent; tandem quibusdam eorum placuit, vt*

neis accusatoribus & testibus, nec dum probatis criminibus quæ obiicerentur, condemnare. 20) Nihilominus ex nomine omnium, qui conuenerant Episcoporum & Abbatum, plenæ contumeliarum litteræ 21) Romam destinantur, quibus denuntiatur Romano pontifici, vt pontificatu, quem contra Ecclesiasticas leges vsurpasset, sese abdicet, sciatque, post eam diem quicquid agat, iubeat, decernat irritum haberi. Mittebantur etiam a latere Regis legati in Longobardiam; vt facto anathemati subscriberent. Congregatis ergo omnibus Papiæ, ex præcepto Regis anathemati subscripserunt, idemque positis sacrosanctis euangeliis, iuramento firmauerunt, nullo modo se deinceps Gregorium pro Papa habituros, vel obedientiam exhibituros. 22) Imp. vero legati, inter quos Rolandus, Parmensis Clericus erat, 23) litteras, prout iussum fuerat, Romam detulerunt, in quarum fine hæc habentur: *Tu hoc anathemate, & omnium Episcoporum nostrorum iudicio damnatus descende, vendicatam tibi sedem apostolicam relinque, alius in solium beati Petri ascendat, qui nulla violentia religionem palliet, sed beati Petri sanam doctrinam doceat. Ego Henricus Rex Dei gratia cum omnibus Episcopis nostris tibi dicimus, descende, descende.* 24) Addebat Rolandus: *vt ad futuram Pentecostes solennitatem regio conspectui vos repræsentetis, suscepturi de manibus Regis Papam & Patrem.* 25) Postquam hasce Imp. litteras in synodo Romana recitari iussisset Papa, omnibus acclamantibus definitum est, vt honore regio priuaretur, & anathematis vinculis tam Rex quam omnes assentanei sui colligarentur. 26) Accepta itaque fiducia, Papa ex synodi consensu, regem nouo plane exemplo illegitimo modo excommunicat, Imp. ab Imperii culmine deponit, omnesque a iuramento ipsi præstito, absoluit, 27) & cum

vt Episcoporum concilio facto Papam quasi simoniacum communi consensu damnaret, eoque deposito Rex in loco eius vnum de suis amicis constitueret, qui omnia quæ Regi fuissent placita, tota voluntate perficeret. Hoc igitur inito confirmatoque consilio fecit omnes suos Episcopos conuenire, & coëgit eos Hildebrando, qui Romanus Pontifex vocaretur, & non esset, subiectionem & obedientiam interdicere, & hoc vt postea nullus eorum posset negare, fecit vnumquemque eorum nomine suo prænotato manu propria abnegationem Hildebrando cartis singulis inscribere. LAMBERTVS SCHAFNABVRGENSIS p. 404. MARIANVS SCOTVS ad a. 1077. BERTHOLDVS CONSTANTIENSIS ad a. 1076. *cum autem Rex iam dudum sæpe a Papa præmonitus, se corrigere nollet, & Papa in admonendo nihil proficeret: ad vltimum mandauit ei, quod in Romana synodo proxima eum excommunicaturus esset, nisi resipisceret; quæ legatio in octaua natiuitatis Domini ad Regem peruenit. Vnde Rex in septuagesima apud Wormatiam colloquio facto, & alio in Lombardia apud Placentiam, omnesque quos potuit obedientiam prædicto Papæ exhibendam, abiurare fecit: & missa legatione ad Romanam Synodum, quæ in proxima Quadragesima celebrata est, ipsum Apostolicum ab Apostolica sede contumaciter iussit descendere.* ALBERTVS STADENSIS ad a. 1076. ALBERICVS ad a. 1077. VITA HENRICI apud VRSTISIVM p. 382. CONRADVS VRSPERGENSIS p. 221. *Anno Domini 1076. habitum est concilium apud Wormatiam, vbi præsente Rege Heinrico, vniuersi pene Teutonici Episcopi, præter Saxonicos, Hildebrandum Papam abdicarunt.* AVCTOR VITÆ ANSELMI LVCENSIS §. XIII. PAVLVS BERNRIEDENSIS *vita Gregorii VII. §. LXVI.* CHRON. HILDESHEIMENSE, SIGEBERTVS GEMBLACENSIS ad a. 1076.

20) LAMBERTVS SCHAFNABVRGENSIS c. l. BRVNO p. 197. *quod quidem pauci fecerunt ex animo, qui & auctores ipsi fuere consilii: plures vero literas quidem abrenuntiationis mortis timore scripserunt, sed invitos se fecisse per hoc ostenderunt, quod quam primum data eis opportunitas, Apostolico supplices confessionis literas dirigunt, & se reos ei agnoscunt, sed expurgationem necessitatis obtendunt.* ANNALISTA SAXO ad a. 1076. *Rex vero ne vllus eorum posset id postmodum negare, fecit vnumquemque eorum propria manu nomine suo prænotato, cartis singulis inscribere abdicationem in Hildebrandum hoc modo: Ego N. Ciuitatis N. Episcopus, Hildebrando subiectionem & obedientiam ex hac hora & deinceps interdico, & eum Apostolicum nec habebo, nec vocabo.*

21) Exemplum harum literarum reperitur apud BRVNONEM pag. 198. GOLDASTVM *Tomo vno p. 235.* & ANNALISTAM SAXONEM ad a. 1076. Excerpta quædam ex his epistolis reperiuntur inter epistolas Henrici IV. ab VRSTISIO, editas p. 394. Vna harum hunc titulum præfert. *Henricus non vsurpatione, sed Dei ordinatione Rex, Hildebrando iam non Apostolico sed falso monacho.*

22) PAVLVS BERNRIEDENSIS *Vita Gregorii §. LXVI.* BERTHOLDVS CONSTANTIENSIS *ad a.* 1076.

23) CENTIVS *libro Censuali c. I. §. V.* DONNIZO *Vita Mathildis lib. I. c. XIX.*

24) Extant litteræ apud VRSTISIVM *Tom. I. p.* 394.

25) PAVLVS BERNRIEDENSIS *c. l. §. LXIX.*

26) PAVLVS BERNRIEDENSIS *c. l.* AVCTOR VITÆ ANSELMI LVCENSIS *§. XIII.*

27) BERTHOLDVS CONSTANTIENSIS ad a. 1076. *sed missi eius turpissime in synodo tractati, vix a Romanis, adiuuante Papa euaserunt. Ipsum autem Regem, synodo iudicante, fidelitate hominum, regno & communione priuauit, & omnes ei ad regnum iuratos, iuramento absoluit. Omnes Episcopos, qui Regi sponte contra Papam fauerunt, officio & communione priuauit: reliquis autem, qui inuiti eidem conspirationi intererant vsque ad festiuitatem sancti Petri, inducias dedit.* AVCTOR VITÆ HENRICI p. 382. LAMB. SCHAFN. p. 404. Extat sententia excommunicationis apud ANNALISTAM SAXONEM ad an. 1076. BRVNONEM p. 200. in libro III. epistolarum Gregorii ep. VI. apud BARONIVM *Ann. Tom. XI. ad a. 1076. n. 25.* CHERVBINVM *Magno Bullario Romano Tomo I. p. 52.* & LEHMANNVM *Chron. Spir. lib. V. c. XXXI.* In hac sententia hæc habentur: *ex parte omnipotentis Dei, patris & filii, & spiritus sancti, per tuam* (Petre) *potestatem & auctoritatem, Henrico Regi, - - - qui contra tuam ecclesiam inaudita superbia insurrexit, totius regni Teutonicorum & Italiæ gubernacula contradico, & omnes Christianos a vinculo iuramenti, quod sibi fecere vel facient, absoluo, & vt nullus ei sicut Regi seruiat, interdico. Dignum est enim, vt qui studet honorem ecclesiæ tuæ imminuere, ipse honorem amittat, quem videtur habere.* Extant Epistolæ super hac excommunicatione in Codice S. Vdalrici *n. CLVI. sqq. n. CCLXXVII.* Quam illegitima hæc fuerit excommunicatio, docet BENNO Vita Hildebrandi lib. I. p. 2. *præter voluntatem & consilium Cardinalium extra ordinem iudicandi, sacris canonibus determinatum, Imperatorem in nulla synodo canonice accusatum, præcipitanter excommunicauit, in* *qua*

& cum eo archiepiſcopum Moguntinum Sigifridum, epiſcopum Traiectenſem Wilhelmum, epiſcopum Bambergenſem Rubertum excommunicat: Cæteris, qui conſpirationis huius participes extiterunt, diem ſtatuit, qua niſi Romæ præſentati cauſam dicerent, ſimilem cæteris excommunicationis ſententiam ſortirentur: porro Ottonem Ratisbonenſem, Ottonem Conſtantienſem, Burchardum Loſannenſem epiſcopum, Eberhardum comitem, Vdalricum, & alios nonnullos, quibus rex potiſſimum conſiliariis vtebatur, iam pridem excommunicauerat. 28)

§. XXVIII.

qua excommunicatione nullus Cardinalium ſubſcripſit. Vt primum ad excommunicandum Cæſarem de ſede ſurrexit, ſedet ipſa nouiter lignis fortisſimis compoſita, ſubito Dei nutu terribiliter ſciſſa eſt in plures partes: vt manifeſte daretur intelligi, quanta ſeſſor ille tam periculoſa excommunicatione & præſumtione, quamque terribilia ſchiſmata ſeminare contra Eccleſiam Chriſti, contra ſedem beati Petri, quam crudeliter diſſiparet cathedram Chriſti, conculcando leges Eccleſiæ, imperando cum potentia & auſteritate. In deſcriptione eiusdem excommunicationis ea interſeruit, in quibus manifeſte a fide Catholica errauit, cum iniuſte excommunicatum Imperatorem, & Epiſcopos communicantes ei, excepit ab excommunicatione tertio gradu communicantes eis & vnitatem Eccleſiæ ſcindens, quantum in ipſo fuit duas Eccleſias fecit. Improbat etiam illud AVCTOR VITÆ HENRICI IV. qui p. 382. ita loquitur: *abſoluit omnes a iuramento, vt contra eum impelleret abſolutio, quos fidei terruit obligatio. Quod factum multis diſplicuit (ſi cui diſplicere licet, quod apoſtolicus fecit) & aſſerebant, tam inefficaciter quam illicite factum, quod factum eſt. Sed non auſim aſſertiones eorum ponere, ne videar cum eis apoſtolicum factum refellere.* Nouo autem exemplo hoc fuiſſe factum teſtatur OTTO FRISINGENSIS VI. c. XXXV. dicens: *lego & relego Romanorum regum & Imperatorum geſta, & nunquam inuenio, quemquam eorum ante hunc a Romano pontifice excommunicatum vel regno priuatum: niſi forte quis pro anathemate habendum ducat, quod Philippus ad breue tempus a Romano Epiſcopo, inter pœnitentes collocatus, & Theodoſius a beato Ambroſio propter cruentam cædem a liminibus Eccleſiæ ſequeſtratus ſit.* Idem de geſtis Friderici I. lib. I. c. I. *Gregorius ſeptimus qui tunc Vrbis Romæ Pontificatum tenebat, eundem Imperatorem tanquam a ſuis deſtitutum, anathematis gladio feriendum decernit. Cuius rei nouitate eo vehementius indignatione motum ſuſcepit Imperium, quo nunquam ante hæc tempora huiusmodi ſententiam in Principem Romanorum promulgatam cognouerat.* MARIANVS SCOTVS ad a. 1075. de hac excommunicatione loquens dicit: *quod factum Catholicis quidem viris bene placuit, ſimoniacis vero ac fautoribus regis nimium diſplicuit nunquam fuiſſe auditum, regem aliquando excommunicationi ſubditum.* AVCTOR VITÆ S. GEBEHARDI Saliſburgenſis apud CANISIVM Tomo VI. Lect. Antiqu. p. 1234. *hoc nouum ſiue rarum in Regem anathema, vtrum ex venditione Epiſcoporum & Abbatiarum; an ex alia infamia cauſas ſumpſerit, penes earum conſcios ſit & iudices, nobis ſententia paſtoris tenenda eſt, ſiue iuſta ſiue iniuſta.* Impugnatur quoque hæc excommunicatio in Cleri & Ordinis Eccleſiaſtici in S. Romano Imperio Apologetica pro Henrico IV. Imperatore aduerſus Hildebrandi Papæ excommunicationem, & CONRADI TRAIECTENSIS oratione pro Henrico IV. quæ ſcripta in GOLDASTI reperiuntur *Apologia pro Henrico IV.* in qua præter dicta, BENNONIS *Vita Hildebrandi*, huius ſcelera exponens, ANONYMVS *de bello Saxonico* Brunoni contrarius, WALTRAMVS *de vnitate Eccleſiæ conſeruanda.* VENERICVS VERCELLENSIS, OTTONIS LEODIENSIS ſcripta pro iure Henrici IV. reperiuntur. Huic oppoſuit SEBASTIANVS TENGNAGEL *Vetera monumenta*, contra ſchiſmaticos iam olim pro Gregorio VII. conſcripta, inter quos GERHOHVS REICHERSBERGENSIS eſt præcipuus. Inter hæc, varia ſcripta inter Goldaſtum & Gretſerum fuerunt agitata, GOLDASTVS etiam ſcripſit replicationem pro Imperii Maieſtate. IACOBVS GRETSERVS Apologiam pro Gregorio VII. ſuſcepit. SIGEBERTVS GEMBLACENSIS Ep. pro Leodienſibus p. 198. dicit, Hildebrandum Papam primum leuauiſſe ſacerdotalem lanceam contra diadema regni. Idem eundem increpat *Chronogr. ad a.* 1088. THEODORICVS VERDVNENSIS in Epiſtola ad ipſum Gregorium Papam in EDM. MARTENE *Theſ. Anecdotorum Tom. I. p.* 220. factum hoc increpat, ſcribens: *nouum eſt & omnibus ſæculis inauditum, pontifices regna gentium - - velle diuidere, nomen regum inter ipſa mundi initia repertum adeo poſtea ſtabilitum repentina factione elidere, Chriſtos domini, quoties libuerit, plebeia ſorte ſicut villicos mutare, regno patrum ſuorum decedere iuſſos, niſi confeſtim adquieuerint, anathemate damnare.* Idem fecit THEODERICVS in epiſtola ad Status Imperii, apud GOLDASTVM *Conſtit. Imper. Tom. I. pag.* 236. Immo, NATALIS ALEXANDER *in diſſ. de diſſidio quod Gregorium VII. cum Henrico commiſit art. IX.* ita de eodem iudicat: *Gregorium VII. primum Romanorum Pontificum, ſibi Regum exauctorandorum tribuiſſe poteſtatem, contra patrum doctrinam, immo contra verbum Dei.* Ipſe tamen Papa in Epiſtola ſcripta ad Hermannum, Epiſcopum Metenſem, hanc excommunicationem tanquam legitime factam, defendit, ſcribens apud BRVNONEM p. 204. *talibus ergo inſtitutis, talibusque fulti auctoritatibus, plerique Pontificum alii Reges, alii Imperatores excommunicauerunt. Nam ſi ſpeciale aliquod de perſonis Principum requiratur exemplum, B. Innocentius Papa Arcadium Imperatorem quod conſenſit, vt S. Ioannes Chryſoſtomus a ſede ſua pelleretur, excommunicauit. Alius item Romanus Pontifex Regem Francorum, non tam pro ſuis iniquitatibus, quam pro eo, quod tantæ poteſtati non erat vtilis, a regno depoſuit: & Pipinum Caroli Magni Imperatoris patrem in eius loco ſubſtituit, omnesque Francigenas a iuramento fidelitatis, quod illi fecerant, abſoluit. Quod etiam ex frequenti auctoritate ſæpe agit Eccleſia ſancta, quum milites abſoluit a vinculo iuramenti, quod factum eſt his epiſcopis, qui Apoſtolica auctoritate a pontificali gradu deponuntur. Et B. Ambroſius licet ſanctus, non tamen vniuerſalis Eccleſiæ Epiſcopus pro culpa, quæ aliis ſacerdotibus non adeo grauis videbatur, Theodoſium Magnum Imperatorem excommunicans ab Eccleſia excluſit.* Verum, ad hæc etiam ſatis reſpondet WALTRAMVS Numburgenſis *de vnitate Eccleſiæ conſerv.* integro libro, primo. Extant etiam Dideríci Verdunenſis Epiſcopi, & Egilberti Treuirenſis Archiepiſcopi, Henrici, Spirenſis Epiſcopi Epiſtolæ contra Hildebrandum in S. Vdalrici Codice *n. CLIX. CLX. CLXI. CLXII.* Defendere quoque hoc Gregorii factum conatur CENTIVS *libro Cenſuali c. I. §. V.* ſcribens: *neque reprehenſibile, nec nouum - - a ſanctorum patrum ſanctionibus minime diſcrepans, & a pluribus Romanis Pontificibus etiam pro minoribus cauſis factum.* Adde CHRIST. THOMASII *Hiſtoriam contentionis ſacerdotii & Imperii.*

28) LAMBERTVS SCHAFNABVRGENSIS *pag.* 404.

29) AVCTOR

§. XXVIII. Dum autem Rex castella apud Saxones prouincialium labore & impensis restaurari præciperet, tributa regioni difficillima imponeret, atque vniuersæ prouinciæ grauis esset, Saxones, postquam eorum principes vel fuga fuissent elapsi, vel data pecunia, a custodibus dimissi, 29) iterum conuentus agere, & arma capere cœperunt. Ipso etiam tempore Rudolphus dux Sueuorum, Welfus dux Baioariorum, Bertoldus dux Carentinorum, Adalbero episcopus Würtzburgensis, Hermannus episcopus Metensis, & alii Principes, conuenientes in vnum, deliberaturi quid facto opus esset, dum Rex post bellum Saxonicum nihil de leuitate, crudelitate, & pessimorum hominum conuictu ac familiaritate mutasset. Facta est igitur conspiratio non modica, eo quod Regem scirent a Papa esse excommunicatum. Dum igitur plerique Principes a communione Henrici se sequestrarent, 30) missis circumquaque nunciis, Henricus, omnes regni principes in Pentecostem Wormatiæ sibi occurrere iussit, quid facto opus esset, communi consilio deliberaturus. Statuta die, cæteris amplo satis numero occurrentibus, nullus aderat supra dictorum Ducum, a quibus reipublicæ periculum timebatur. Iterum in Natali sancti Petri Moguntiæ eos adesse præcepit: sed ne tunc quidem quisquam eorum, vel supplicantem attendit, vel præcipientem, omnibus plane ad rebellionis studium obstinatis. Ipsi qui conuenerant, fœda simultate a se inuicem dissidebant. 31)

§. XXIX. Saxoniæ igitur Principes datis inuicem sacramentis atque obsidibus, eodem anno 1076. de nouo Rege eligendo deliberant, 32) & renouato cum Sueuis fœdere, habitoque Vlmæ communi consilio, vniuersalem conuentum XVII. Kal. Nouembris Triburiæ habendum indicunt. 33) Aderant etiam legati Papales, Sigehardus Patriarcha Aquileiensis, & Altmannus Patauiensis episcopus, qui ad eligendum alium Regem Papæ consensum & auctoritatis suffragium pollicerentur. Collatis inuicem consiliis, omnia delictorum opprobria Henrico obiiciebantur, obstinatis mentibus ad summouendum a negotiis regni Henricum, aliumque Regem eligendum. 34) Rex autem contractis in vnum suæ partis adsertoribus, in villa, quæ dicitur Oppenheim, se continebat, Rheno fluuio vtraque castra dirimente, frequentes ad eos indies legatos mittebat: pollicens omnium, quæ eos offenderant, in reliquum emendationem: se veterum iniuriarum memoriam, sequentibus beneficiis aboliturum, nihilque deinceps circa rerum publicarum administrationem, absque communi consulto acturum: postremo, vltro se iure suo cedere, eisque gubernandi disponendique pro suo arbitratu, totius regni ius potestatemque facere, dummodo æquo animo paterentur, sola regii nominis, regiique cultus rata sibi manere insignia, quæ semel legitime accepta, sine summa eorum ignominia amittere non posset. Ast, renuebant Principes, eo quod sancte promissa sæpius ruperit: ipsos ab omni iuramento absolutos Rege indigere, qui ipsis cum iustitia præsit. 35) Tandem vero cum Rege fuerunt pacti, vt Pontificis Romani cognitioni integrum negotium reseruaret, qui in conuentu Principum Augustæ in purificatione sanctæ Mariæ 1077. instituendo iudex esset. Interim ipse abdicatis regni negotiis & dimisso exercitu, priuatus Spiræ sederet, & curaret, vt ante termini elapsum, ab excommunicatione absoluatur, alias se regno excisurum. 36) Annuit Rex, & quæ promiserat, adimpleuit. 37)

§. XXX. Rex igitur proficuum esse ratus, vt Romano Pontifici in Germaniam inuitato in Italia occurreret, atque absolutionem ab ipso impetraret paucis ante Natalem domini 1076. diebus, Spira discedens, vna cum vxore & filio paruulo iter in Italiam fuit adgres-

29) AVCTOR VITÆ HENRICI p. 382. (Saxonici Principes) *de exilio alii fuga elapsi, alii propter pecuniam a custodibus dimissi, dum ad patriam & domum suam repedassent, recenti coniuratione se inuicem obligabant, vt parati essent ante mori, quam denuo deditioni subiici.*

30) BERTHOLDVS CONSTANTIENSIS, LAMBERTVS SCHAFNABVRGENSIS ad a. 1076.

31) Hæc plenius declarat LAMB. SCHAFN. p. 405. sqq. SIGEBERTVS GEMBLACENSIS ad an. 1077.

32) LAMBERTVS SCHAFNABVRGENSIS p. 411. BRVNO p. 210. *Principes ergo nostri simul adunati iuramentis & obsidibus inuicem datis in vnum se confirmant, & vt ad inuicem firmissime cohærerent, Regem cui subiaceant omnes eligere deliberant. Sed quum audissent, quod Sueuos tam crudeliter antiquum fœdus infregisse pœnituit, ad eos legatos de reuocando fœdere mittere placuit; vt iterum conuenientes in vnum, inimicitiarum acerbitatem multa dilectionis suauitate superarent, & inuicem sibi donantes contra communem omnibus hostem vno de se Rege facto concorditer starent. Domino quoque Apostolico literas miserunt, quibus vt per se, vel per nuntium genti pene perdita consolator adesset, suppliciter orauerunt.*

33) LAMB. SCHAFN. pag. 412.

34) LAMB. SCHAFN. p. 414.

35) LAMB. SCHAFN. c. l. BRVNO pag. 210. ANNALISTA SAXO ad a. 1076.

36) BRVNO p. 211. *nostrates vero singuli sacramento firmauerunt, vt nisi Heinricus quartus Imperatoris filius in Februarii mensis initio a banno per Apostolicum solutus fuisset, nunquam amplius vllo ingenio suo Rex eorum nec appellaretur, nec esset,* BERTHOLDVS ad an. 1076. *Mense igitur Octobri colloquium apud Oppeheim a Principibus regni colligitur cui legatio sedis Apostolica interfuit. Ibi Heinricus in purificatione S. Maria tunc proxima, præsentandum Domino Papa apud Augustam, firmissime promisit. Nam & illuc Dominum Apostolicum ipse cum Principibus regni inuitauit.*

37) Integram rem atque conditiones singulas prolixe descripsit LAMBERTVS SCHAFNABVRGENSIS pag. 414. ANNALISTA SAXO ad an. 1076. CHRONOGRAPHVS SAXO ad ann. 1076. ANSELMVS LVCENSIS §. XIV.

 38) BERT.

adgressus, vt Papæ Augustam tendenti ante purificationem Mariæ obuiaret, 38) & cum Rudolphus Dux cum sociis omnes Italiæ aditus occupasset, & nulla illic ei copia fieret transeundi, per Burgundiam, Alpes asperrima hyeme, nimia difficultate, dum Reginam, & alias, quæ in obsequio eius erant mulieres, boum coriis impositas, Duces itineris conductu præeuntes deorsum traherent. Equorum alios per machinas quasdam submitterent, alios colligatis pedibus traherent, 39) ineunte anno 1077. transcendit, ibidemque ab Italiæ Episcopis & Comitibus, qui Papæ nimium erant infesti, summo cum honore fuit susceptus. 40)

§. XXXI. Papa interim a Germaniæ Principibus Augustam inuitatus, Roma egressus erat, 41) comitem præbente Mathilda, Bonifacii Tusciæ Marchionis filia, Gotzelonis Lotharingiæ Ducis derelicta, cum qua incesti amoris dicebatur habere familiaritatem. 42) Cum ea iter accelerans, audiuit Regem iam esse intra Italiam, 43) quare hortante Mathilda, in castellum Apuliæ munitissimum, Canusium se recepit, expectaturus, qua ratione veniret Henricus, dum illi nuntiaretur, Henricum cum magno exercitu Italiam intrasse, & alium Papam pro illo constituere velle. Hic autem Mathildam comitissam ad colloquium inuitauit, eamque precibus ac promissionibus oneratam ad papam vna cum quibusdam ex Italiæ Principibus transmisit, obsecrans, vt a Papa absolueretur. Renuebat vero absolutionem Papa, ni coronam & cætera regni insignia in argumentum veræ pœnitentiæ ipsius potestati dedat, & se regio nomine & honore deinceps indignum profiteatur. Duram hancce amplectebatur conditionem Henricus, & cum castellum illud triplici

38) BERTHOLDVS CONSTANTIENSIS ad an. 1077. AVCTOR VITÆ ANSELMI c. I.

39) LAMBERTVS SCHAFNABVRGENSIS ad a. 1077. p. 418.

40) Hanc optime describit LAMB. SCHAFN. ad a. 1077.

41) LAMB. SCHAFN. pag. 418. *postquam per Italiam fama percrebuit, venisse regem, & superatis asperrimis rupibus iam intra Italiæ fines consistere, certatim ad eum omnes Italiæ episcopi & comites confluebant, eumque (vt regia magnificentia dignum erat) summo cum honore suscipiebant, atque intra paucos dies infinita multitudinis ad eum congregatus est exercitus. Erant enim iam ab exordio regni eius semper desiderantes aduentum eius in Italiam, eo quod regnum illud bellis, seditionibus & latrociniis, ac variis priuatorum infestationibus assidue infestaretur, & omnia quæ præter leges & iura maiorum ab improbis hominibus præsumebantur, regiæ authoritatis censura corrigi sperarent. Præterea quia fama vulgauerat ad deponendum papam ferocibus eum animis properare, admodum gratulabantur, oblatam sibi occasionem esse, qua in eum, qui se iam pridem ab ecclesiastica communione suspenderat, iniuriam suam idonee vindicarent.*

42) PAVLVS BERNRIEDENSIS *Vita Gregorii §. LXXXII.* Extant hac de re litteræ HVGONIS FLAVINIACENSIS *Chron. Verdun. Part. II. pag. 216.*

43) LAMBERTVS SCHAFNABVRGENSIS ad a. 1077. p. 418. *Mathilda derelicta ducis Lotharingorum Gozelonis, filia Bonifacii marchionis & Beatricis comitissæ. Hæc viuente adhuc viro suo, quandam viduitatis speciem longissimis ab eo spaciis exclusa prætendebat, cum nec ipsa maritum in Lotharingiam extra natale solum sequi vellet, & ille ducatus quem in Lotharingia administrabat, negotiis implicitus, vix post tertium vel quartum annum semel marcham Italicam inuiseret: post cuius mortem Romani pontificis lateri pene comes indiuidua adhærebat, eumque miro colebat affectu. Cumque magna pars Italiæ eius pareret imperio, & omnibus quæ prima mortales ducunt supra ceteros terra illius principes abundaret, vbicunque opera eius papa indiguisset, ocyus aderat. & tanquam patri vel domino sedulum exhibebat officium. Vnde nec euadere potuit incesti amoris suspicionem, passim iactantibus regis fautoribus, & præcipue clericis, quibus illicita & contra scita canonum contracta coniugia prohibebat, quod die ac nocte impudenter papa in eius volutaretur amplexibus, & illa furtiuis papæ amoribus præoccupata, post amissum coniugem vltro secundas contrahere nuptias detrectaret. Sed apud omnes sanum aliquid sapientes luce clarius constabat, falsa esse quæ dicebantur. Nam & papa tam eximie tamque apostolice vitam instituebat, vt nec minimam sinistri rumoris maculam conuersationis eius sublimitas admitteret, & illa in vrbe celeberrima atque in tanta obsequentium frequentium obscœnum aliquid perpetrans, latere nequaquam potuisset.* ALBERICVS ad a. 1052. HVGO FLAVINIACENSIS Chron. Verdun. ad an. 1085. *At vero Mathildis Comitissa Rom. Ecclesiæ filia virilis animi constantiam tenens, tanto ei fortius resistebat, quanto magis huius astutias, & Papæ innocentiam nouerat. Sola enim tunc temporis inuenta est inter feminas quæ Regis potentiam aspernata sit, quæ calliditatibus eius & potentiæ etiam bellico certamine obuiauerit, vt merito nominetur virago, quæ virtute animi etiam viros præibat. - - Hæc est mulier illa, de qua ab obtrectatoribus fidei, & conculcatoribus veritatis crimen incestus sancto Pontifici obiiciebatur. Cui si deessent meritorum laudes, hoc solum satis eam commendabilem redderet, quod cum tali viro, dum exprobratur, dum conuicia suscipit, dum improperia audit, approbatur, honoratur, laudatur.* Falsa igitur plane sunt, quæ habet PETRVS DIACONVS lib. III. Chronici Cassinensis c. XLIX. *Anno Dominicæ Incarnationis 1077. Matilda, Comitissa Liguriæ & Tusciæ, iram Imperatoris Henrici, sibi infesti, metuens. Liguriam & Tusciam prouincias Gregorio Papæ, & sanctæ Romanæ Ecclesiæ, deuotissime obtulit. Hæc ergo caussa inter Pontificem, & Romanum Imperium, dissensionis & odii fomitem ministrauit. Quapropter Pontifex, opportunitate reperta, eundem Imperatorem, ob inuestituram Ecclesiarum, a liminibus Ecclesiæ separauit.* Vitam huius Mathildis scripsit DONNIZO presbyter, qui in arce Canusina apud ipsam vixit, quam LEIBNITIVS Tomo primo Scriptorum Rerum Brunsuicensium inseruit, eidemque aliam ab Anonymo conscriptam, subiunxit. Iste vero Mathildem tanquam piam & castam plurimum laudat. Mathildis Vitam etiam FRANCISCVS MARIA FLORENTINVS Medicus apud Lucenses, ex fide diplomatum scripsit. BENEDICTVS BACCHINVS Monachus Benedictinus de *celeberrimo Monasterio Benedicti apud Padolinum*, Mantuani Territorii, quod a Maioribus Mathildis est fundatum, vbi ista sepulta, sed multis post seculis Vrbani VIII. iussu corpus clam sublatum, Romamque in Basilicam Vaticanam translatum, protestante desuper ob violatum territorium Mantuano. Huius etiam Stemma explicat FELLERVS *Trimestr. II. pag. 86.*

plici muro septum esset, intra secundum murorum ambitum receptus, foris derelicto omni comitatu suo, deposito cultu regio, nudis pedibus, ieiunus, mane vsque ad vesperam perstabat, Romani Pontificis sententiam præstolando. Hoc secundo, hoc tertio die fecit. Quarto demum die in conspectum eius admissus, post multas hinc inde dictas sententias, his postremo conditionibus excommunicatione solutus est, ad generale Concilium, Teutonicis Principibus præsto esset, & Papæ iudicium de criminibus obiectis expectaret: vsque ad illum diem vero nulla regii cultus ornamenta, nulla regiæ dignitatis insignia adhiberet, nihil circa Reip. administrationem ageret, nihil regium, nihil publicum vsurparet, omnes etiam qui ipsi fidem sacramento dixissent, ab hoc vinculo interim liberi expeditique manerent. Quod si purgatis, quæ obiicerentur, confirmatus regno perstitisset, subditus Romano pontifici semper dictoque obtemperans foret. Hæc omnia seruaturum se, quam sanctissimis poterat assertionibus promisit, fidem etiam desuper promittentibus Episcopis & iurantibus, quos secum duxerat Principibus. Papa quoque vt innocentiam suam de promotione Simoniaca publice testaretur, partem Dominici corporis accepit, ab Imp. postulans, vt accepta altera parte se a criminibus obiectis æque purgaret, hoc tamen renuente. 45) Accepit etiam Imp. in mandatis, vt anno integro Roma non discederet, equum non adscenderet, sed in veste humili circuiret limina ecclesiarum, orationibus & ieiuniis reddens dignum pœnitentiæ fructum. 46)

§. XXXII. Postquam autem Principes Italiæ hæc comperissent, fremere & contra eum conspirare cœperunt, eo quod homini hæretico & probris omnibus infamato maiestatem regiam submiserit, & fœdissima subiectione sua fidem plane catholicam, auctoritatem ecclesiæ, dignitatem Reip. prodiderit. Hinc vna illorum sententia erat, vt abdicato patre, filium eius, licet impubem adhuc, & regni negotiis immaturum, regem sibi facerent, & cum eo Romam profecti, papam alium eligerent, per quem & ipse protinus imperator consecraretur, & omnia papæ huius gesta cassarentur. Rex igitur resumptis regni insignibus, reuocatis, quos a consortio suo reiecerat, curam iterum Imperii suscepit, Papæ plane renuntians, quo ipso Italorum iram mitigauit, eosdem sibi iterum reddidit fauentes. 47)

§. XXXIII. Interea Sigfridus Moguntinus, Adelbero Würtzburgensis & Metensis Episcopi, Otto de Northeim, Rudolphus Sueuiæ, Welphus, Bertoldus, Zæringiæ Duces, & alii ex Principibus Teutonicis conuentum indicunt III. Idus Martii a. 1077. Forchemi instituendum, ad eundemque Papam quoque inuitant. Hic legatos ad Henricum mittebat,

44) LAMB. SCHAFN. c. l. BRVNO pag. 211. *Apostolicus autem quum, sicut rogatus erat, Augustam versus tenderet, vt ibi ingrediente Februario, qui erat annus Domini MLXXVII. sicut placuerat Principibus, adesset, & nostrates illuc econtra venire festinarent; vt Dominum Papam venerabiliter (sicut decebat) acciperent; ecce nunciatur Apostolico, Henricum cum magno exercitu Italiam intrasse, & si ipse montes, sicut volebat, transcendisset, alium Papam illum constituere velle. Itaque misso velociter nostris obuiam legato, ipse tristis, immo multa timens reuertitur, vt Italiam a gladio & igne tueatur.* ANNALISTA SAXO ad an. 1077.

45) Hæc singula late describit LAMBERTVS SCHAFNABVRGENSIS ad ann. 1077. pag. 419. ALBERTVS STADENSIS ad a. 1076. *hac commotione coactus Rex, humiliter Romam, vtpote veniam ab Apostolico postulaturus, inimicis non sperantibus tetendit inuentoque Papa in oppido Canusino, ibi per triduum ante portam castri, deposito omni regio cultu, discalceatus & lanis indutus perstitit, nec prius cum multo fletu Apostolicæ miserationis auxilium & consolationem implorare destitit, quam omnium, qui ibi aderant, precibus & lachrymis intercedentibus, laxato tandem anathematis vinculo, in communionis gratiam & sinum matris Ecclesiæ receptus est, acceptis, ab eo in futurum vitæ suæ correctionis securitatibus multis.* PETRVS DIACONVS lib. III. c. XLIX. *triduanam ante Pontificis curiam, qui eo tempore in vnam munitissimam Mattildæ arcem se contulerat, idem Augustus discalceatus permanens, pacem exposcebat, & hoc per se, hoc per principes Imperii, hoc per familiares Apostolici postulabat. Pacis autem tenor huiusmodi fuit, vt si quid commissi ab vtraque parte factum esset, solueretur. Demum vero Cæsar, more antecessorum suorum, Romano Pontifici fidelitatem faceret.* BENNO lib. II. p. 2. *si ex confessione extorta potius non extitit reus Canonum hic, qui extorsit, quam qui peruerse iudicatus peruersoris iudicis iniuriam & violentiam patienter & publice, & cum lachrymabili afflictione, nudis pedibus in laneis vestibus, hyeme præter solitum aspera, apud Canusium Spectaculum Angelorum factus & hominum, & Hildebrandi ludibrium triduo pertulit* BRVNO p. 211. CENTIVS *libro Censuali c. I. §. VIII. Rex Canusii super niuem & glaciem nudis pedibus per dies aliquot stetit, & absolutionis gratiam instantissime postulauit.* DONNIZO *Vita Mathildis lib. II. c. I.* ARNVLPHVS MEDIOLANENSIS *lib. IV. Gest. Mediolan. c. VIII.* HVGO FLAVINIACENSIS p. 216. PAVLVS BERNRIEDENSIS *§. LXXXIV.* LAMBERTVS SCHAFNABVRGENSIS ad ann. 1077. AVCTOR APOLOGIÆ *pro Henrico p.* 161. ANNALISTA SAXO ad a. 1077. GREGORIVS *lib. IV. ep. XII.* SIGEBERTVS GEMBLACENSIS ad an. 1077. BARONIVS *Tom. XI. Annalium ad a.* 1077. Iuramentum Hildebrando præstitum habet GOLDASTVS *Tomo vno p.* 239.

46) Verba sunt ALBERTI STADENSIS ad a. 1076.

47) Hæc late describit LAMBERTVS SCHAFNABVRGENSIS, ANNALISTA SAXO ad a. 1077. BRVNO pag. 211. *itaque reuersus ad suos quum cœpisset eos a suo conuiuio separare, magnum cœperunt tumultum facere; dicentes ei, quia si eos, quorum sapientia & virtute obtinuisset hactenus regnum, nunc a se repelleret, Apostolicus ei nec illud reddere, nec aliud acquirere potuisset. His & aliis talibus verbis animus eius immutatur, & ad consueta praua prauorumque consilia reuertitur. Imponit capiti aureum diadema, & in corde retinet ferro fortius anathemata. Excommunicatorum communioni miscetur, & sanctorum communione miser ille repellitur. Nunc fecit omnibus manifestum, quam non verum esset, quod dixit: plus se amare regnum cœleste quam terrenum.* PAVLVS BERNRIEDENSIS *§. LXXXVI.*

bat, vt præstituto die presto sit cum discussis eis quæ obiicerentur, vel recepturus esset regnum, vel sine omni deinceps retractatione amissurus. 48) Hoc tamen angustias temporis excusante, 49) eo misit suos legatos Papa, se absoluisse quidem Henricum, non vero regno iterum imposuisse, tradens. Tandem vero in isto conuentu e multis quos in electione proposuerant, Rudolphum Ducem Suevorum, Regem sibi Saxones & Suevi concorditer elegerunt, 50) Principem magnæ auctoritatis, 51) qui Henrici sororem Mathildem habuerat in matrimonio, 52) qua tamen a. 1060. defuncta, 53) alienus ab Imp. esse cœpit, accusatus, quod iniqua contra Imp. atque Remp. machinaretur, per interpositionem vero Agnetis, matris Imp. fuit absolutus, atque cum ipso iterum conciliatus. 54) A. 1073. iterum delatus, quod nefaria contra Imp. machinaretur, verum mox iterum in gratiam, Augustæ fuit receptus, 55) quare etiam delatum ipsi regnum accipere recusabat, 56) potius a. 1075. vt omnem suspicionem a se auerteret, Imp. exercitum contra Saxones ducebat. 57) Post istam victoriam vero, dum Rex contra Saxones admodum durus esset, cum Bertholdo vouit, se non amplius contra Saxones velle pugnare, 58) & cum Welpho aliisque, contra Imp. a. 1076. nefaria consilia agebat Vlmæ atque Triburiæ, 59) vsque dum mense Martio 1077. in Regem eligeretur. Hoc insuper addito decreto, vt Episcopatus inposterum non per simoniam, sed iusta electione conferantur, & Regia potestas nulli cederet per hæreditatem. 60) Nouiter electus cum multo honore Moguntiam fuit deductus, atque VII. Kl. Aprilis 1077. a Sigifrido, Moguntino Archiepiscopo, præsentibus & adiuuantibus quam plurimis

48) LAMB. SCHAFN. p. 423. CHRON. REG. S. PANTALEONIS ad a. 1077.

49) LAMB. SCHAFN. c. l. *ille dissimulatis mediocriter his quæ animo agitabat, respondit se post acceptum regnum hâc primum vice Italiam intrasse, & ideo multis nunc & magnis reipublicæ negotiis implicitum non posse tam cito infectis rebus prouincia excedere: quia si id faciat, Italus quos longo tempore anxia aduentus sui expectatione suspendisset, grauissime offendat: præterea diem conuentu habendo statutum e vicino imminere, seque iam breuibus induciis tanta terrarum spacia nulla equorum celeritate posse transcurrere, etiamsi nullis extrinsecus retardetur impedimentis.*

50) BRVNO p. 214. BERTHOLDVS, MARIANVS SCOTVS, CONTIN. LAMBERTI, CONRADVS VRSPERGENSIS, ALBERTVS STADENSIS, CHRONOGRAPHVS SAXO, SIGEB. GEMBLACENSIS, ALBERICVS CHRON. RICHERSBERGENSE ad ann. 1077. ANNALES HILDESHEIMENSES ad a. 1076. 1077. SPANGENBERG MANSFELD. CHRONIC. c. 200. ADLZREITER *Ann. Boi. p. I. lib. XVIII. num.* 46. 47. AVCTOR APOLOGIÆ PRO HENRICO p. 183. PAVLVS BERNRIEDENSIS §. *XLVI.* ARNVLPHVS MEDIOLANENSIS *lib. IV. Gest. Mediolan. c. X.*

51) AVCTOR VITÆ HENRICI IV. p. 383. *Rudolphus Dux eximius, vir magnæ auctoritatis & laudis in toto regno, veri rectique tenax, fortis in armis, denique spectatus in omni genere virtutum.* PAVLVS BERNRIEDENSIS *Vita Gregorii VII.* §. *XCV.* ipsum vocat regio honori ætate & moribus idoneum. THEODORICVS VERDVNENSIS vero epistola ad Hildebrandum Papam apud EDM. MARTENE *Tom. I. Anecdotorum p.* 219 ipsum vocat hominem impium, scelestum, proditione infamem, periuriis exsecrabilem. Et p. 225. scribit: *homicidia Rudolphi digitorum ostensione adhuc recensere possumus.*

52) AVCTOR APOLOGIÆ PRO HENRICO IV. p. 195. *Tum erat Rudolphus, Dux Sueuorum, cui etiam dederat Hagna Imperatrix filiam suam in coniugium, vt Regi Henricho filio suo esset tanto fidelior, quanto affinitate simul & beneficiis coniunctior.* LAMBERTVS SCHAFNABVRGENSIS ad a. 1058. *Ducatum Ottonis* (de Schweinfurt) *Rudolphus obtinuit, & vt Regi in dubiis tunc rebus ex adfinitate deuinctior, fideliorque in rempublicam foret, soror quoque Regis ei desponsata est, tenera adhuc ætate, traditaque est episcopo Constantiensi nutrienda, dum thoro coniugali maturesceret.* CONTIN. HERMANNI CONTRACTI ad ann. 1059. *Rudolphus Alemannorum Dux Mathildam Henrici Regis sororem duxit vxorem.* De eius ætate edisserit HIER. PETZ *diss. VI. Prælim.* §. *CVIII. Tom. I. Script. Rer. Austriac.* THEODORICVS VERDVNENSIS vero de eodem apud EDM. MARTENE Thes. Anecd. p. 225. *Tres vxores* (Rudolphi) *quas aperte solenni nuptiarum apparatu duxit, eodem simul tempore viuentes & nouimus & nominamus.*

53) CONTIN. HERMANNI CONTRACTI ad a. 1060. LAMB. SCHAFN. ad a. 1072

54) LAMBERTVS SCHAFNABVRGENSIS ad a. 1072. p. 35.

55) LAMBERTVS SCHAFNABVRGENSIS p. 362.

56) LAMBERRVS SCHAFNABVRGENSIS ad a. 1073. p. 363. *& profecto Rudolphum ducem ibidem, absque dilatione regem constituissent, nisi ille pertinaciter resistendo iuraret, nunquam se in hoc consensurum, nisi a cunctis principibus conuentu habito, sine nota periurii, integra existimatione sua, id facere posse decerneretur.*

57) LAMBERTVS SCHAFNABVRGENSIS ad a. 1075. p. 386. *Rex præcauens quam maxime satagebat, vt ante exercitus committerent, quam legati Saxonum pacem postulaturi venirent, plurimum in hoc ipsum annitente duce Sueuorum Rudolpho, propterea, quod anno priore regnum adfectasse infamatus, suspicionem hanc nouis erga regem studiis abstergere cupidissime volebat.*

58) BRVNO *Hist. B. Sax. p.* 194. *Nam Bertholdus & Rudolphus Duces postquam a priori sunt prælio reuersi, diuina pietate compuncti quadragesimam publice ieiunarunt, & amplius se pro Rege contra Saxonum innocentiam non esse pugnaturos fideliter Deo vouerunt.*

59) *Vide supra* §. *XXIX.* Exinde facile patet, quid sentiendum sit de PAVLO BERNRIEDENSI qui in vita Gregorii VII. c. X. dicit, Principes regni, vt liberos homines elegisse Rudolphum Ducem Sueuorum, frustra renitentem.

60) BRVNO p. 212. *At cum singuli deberent eum Regem laudare, quidam voluerunt aliquas conditiones interponere, vt hac lege eum super se leuarent Regem, quatenus sibi de suis iniuriis specialiter promitteret iustificationem. Otto namque Dux non prius volebat eum sibi Regem constituere, nisi promitteret honorem sibi iniuste ablatum restituere. Sic & alii multi suas singulares causas interponunt, quas vt ille se correcturum promitteret, volunt. Quod intelligens Apostolici legatus fieri prohibuit, & ostendens, eum non singulorum; sed vniuersorum fore Regem, vt vniuersis iustum se promitteret, satis esse prohibuit. Aut etiam, si eo modo, quo cœptum fuerat, promissionibus sigillatim præmissis eligeretur, ipsa electio non sincera,*

plurimis in Regem Germaniæ coronatus. 61) Licet autem Papa sub initium videri voluerit, quasi ipsius electionem minime adprobaret, & quod sine ipsius consulerit facta, 62) nihilominus postmodum Diadema ipsi a Gregorio dicitur fuisse transmissum, cum hac inscriptione.

Petra dedit Petro, Petrus diadema Rudolpho. 63)

§. XXXIV. Inter has turbas Boleslaus Krziowsti Dux Polonorum, qui per multos iam annos Regibus Teutonicis tributarius fuerat, cuiusque regnum iam olim Teutonicorum virtute subactum atque in prouinciam redactum fuerat, repente in superbiam elatus, propterea, quod principes Teutonicos cerneret domesticis seditionibus occupatos, nequaquam ad inferenda exteris gentibus arma vacare, regiam dignitatem regiumque nomen sibi vsurpauit, diadema imposuit. 64) Eodem anno, potentissima per Italiam fœmina, Mathilda prouincias suas Liguriam & Tusciam, 65) in præiudicium Imperii, cuius dominio eminenti erant subiectæ, 66) Gregorio VII. Papæ atque Romanæ ecclesiæ dono obtulit. 67)

§. XXXV.

sincera, sed hæresis simoniaca veneno polluta videretur. Tamen quadam sunt ibi causæ specialiter exceptæ, quas quod iniuste viguerunt, deberet emendare, scilicet vt Episcopatus non pro pretio nec pro amicitia daret, sed vnicuique Ecclesiæ de suis electionem (sicut iubent Canones) permitteret. Hoc etiam ibi consensu communi comprobatum, Romani Pontificis auctoritate est corroboratum, vt Regia potestas nulli per hæreditatem (sicut ante fuit consuetudo) cederet, sed filius Regis, etiamsi valde dignus esset per electionem spontaneam, quam per successionis lineam Rex proueniret: si vero non esset dignus Regis filius, vel si nollet eum populus, quem Regem facere vellet, haberet in potestate populus. CHRON. AVGVSTANVM *ad a. 1277.* dicit electionem factam fuisse in loco infausto, in prædio Pontii Pilati. PAVLVS BERNRIEDENSIS *cap. X. XI. XII.* Ex quo male initia ducuntur Capitulationum. Extant decreta Comitiorum Forcheimensium apud GOLDASTVM *Tomo I. p. 238.*

61) BRVNO *p. 212.* MARIANVS SCOTVS ad a. 1077. *ipsi autem sine voluntate Regis, quomodocunque liberati de custodia, & ad sua tandem reuersi, post Rudolphum miserunt, eumque super se Regem fecerunt. Qui ductus Moguntiam, consecratus est a Sigefrido Archiepiscopo in Regem.* SIGEBERTVS GEMBLACENSIS, ADDIT. AD LAMBERTVM, BERTOLDVS, CHRON. WVRTZB. ad a. 1077.

62) Sic enim ipse Papa *lib. IX. Epist. n. 28.* & apud BARONIVM *Tom. XI. Ann. Eccles. ad a. 1082. n. V. Illud admodum - - notificare non dedignamur Deo teste, Rudolphum, qui Rex ab Vltramontanis ordinatus est, non nostro pracepto, siue consilio, regnum tunc suscepisse. Insuper etiam nos in synodo decernentes firmauisse, nisi Archi-Episcopi & Episcopi, qui illum ordinauerant, hoc factum suum recte defendere potuissent, tum ipsos a dignitatibus suis, quam præfatum Rudolphum a regno deponere.* Hinc etiam BRVNO dicit, *Apostolicus multum a priore sententia fuerit mutatus.*

63) OTTO FRISINGENSIS lib. I. de Gestis Friderici I. c. VII. *At Romanus Pontifex, Gregorius, qui iam, vt dictum est, Principes aduersus Imperatorem concitabat, omnibus, vt alium crearent, latenter & manifeste scribebat. Igitur Rudolfus, Dux Sueuorum, ab eis Rex factus, diadema a Romana Ecclesia accepisse traditur, cum huiusmodi scripto:*

Roma dedit Petro, Petrus diadema Rudolfo.

GOTFRIDVS VITERBIENSIS *p. XVII. pag. 341.* SIGEBERTVS GEMBLACENSIS, MARIANVS SCOTVS *ad a. 1077.* ALBERTVS STADENSIS *ad a. 1076.* HELMOLDVS *lib. I. c. XXVIII.* Hinc etiam PETRVS DIACONVS lib. III. c. XLIX. *cum Henricus in pristina relapsus esset, a Gregorio rursus excommunicatus fuit, coronaque Imperii Rudolphum Ducem insigniri curauit.*

64) Verba sunt LAMBERTI SCHAFNABVRGENSIS *ad a. 1077.* BERTHOLDVS CONSTANTIENSIS *ad a. 1077. Dux Poloniæ se in Regem coronauit.*

65) PETRVS DIACONVS lib. III. CHRON. CASINENSIS c. XLIX. *Anno dominica incarnationis millesimo septuagesimo septimo, Mathilda, Comitissa Liguriæ, & Tusciæ, Henrici exercitum timens Liguriam & Tusciam prouincias Gregorio Papa, & sancta Romana Ecclesia deuotissime obtulit.*

66) Charta donationis reperitur in MIRAEI *Codice Donationum Belgicarum lib. I. c. XXXVI.* & apud LEIBNITIVM *Tom. I. Script. Rerum Brunsuic. p. 687.* in qua: *ego Mathildis Dei gratia Comitissa pro remedio anima & parentum meorum dedi, & obtuli ecclesiæ S. Petri, per interuentum domini Gregorii Papæ VII. omnia bona mea, iure proprietario tam qua nunc habueram quam ea, qua in antea adquisitura eram, siue iure successionis, siue alio quocunque iure ad me pertinent, & tam ea, qua ex hac parte montium habebam, quam illa, qua in vltramontanis partibus ad me pertinere videbantur, omnia sicut dictum est, per manum domini Gregorii VII. Papæ, Romana ecclesiæ dedi & tradidi, & chartulam inde fieri rogaui. Sed quia chartula nusquam apparet, & timeo ne donatio & oblatio mea in dubium reuocetur; ideo ego Comitissa Mathilda iterum a præsenti die dono & offero eidem Romana ecclesiæ omnia bona mea.*

67) CHRON. HALBERSTADTENSE p. 128. *potentissima per Italiam femina, domina Magatillis - - Hildebrando obsequiosa nimium ac familiaris esse cœpit, ita etiam, quod patrimonium suum, quod ipsa latissimum habuit, in præiudicium Imperatoris, qui legitimus eius erat heres, ad instantiam Hildebrandi S. Petro donaret.* Disputatur adhuc, an hæ terræ fuerint feudales an vero allodiales. MEIBOMIVS Apologia pro Ottone IV. p. 139. ista pro feudis siue beneficiis Imperii habet. Verum, si Scriptores antiquos euoluamus, de eo non est dubitandum, quod Imperio fuerint subiectæ, cum illud clare testentur GODEFRIDVS MONACHVS *ad a. 1209. Mathildis ad senilem perueniens ætatem circumuenta a Papa, tunc temporis Marchiam Imperium attinentem quam regebat, magistratibus insciis & inconsultis beato Petro tradidit.* Et CONRADVS VRSPERGENSIS p. 1110. *Henricus V. Mathildem comitissam per internuncios sibi subiectam gratia sua propriis iustitiis donauit.* Ast, nullibi dicitur, quod fuerint beneficium Imperii, potius ista Historia de Guelfis apud LEIBNITIVM *Tom. I. p. 803.* dicitur *Mantuæ, Ferrariæ ac Lucæ Domina simul ac aliarum ciuitatum & oppidorum Lombardiæ.*

68) ANNA-

§. XXXV. Rudolphus igitur post consecrationem in Sueuiam secedens, partem regni, quæ ab Henrico defecerat, 68) sibi subiugauit. 69) Inde Pascha celebrauit Augustæ, & post Pascha generale colloquium apud Eslingam cum Principibus regni collegit. 70) Rex autem Henricus cum magna multitudine Bohemorum & Bauarorum 71) in Germaniam veniens, imposita sibi corona apud Vlmam, Rudolphum Regem in castro Sigmaringen obsessum turpiter fugauit, 72) inde eundem obsidionem Würtzburgensem soluere coëgit. Conueniebant Exercitus ad Nicrum, & fere ad manus ventum fuisset, ni mediantibus quibusdam Principibus de pace fuisset actum, quæ tamen statim iterum fuit abrupta. 73) Eo tempore Papa vtrique Regi præcepit, vt treugas facerent, & aduentum eius ad Teutonicas partes, pro dirimenda lite non impedirent, sed debitum consilium & auxilium ad hoc iter ei præberent. Legatis autem suis, qui adhuc in Teutonicis partibus morabantur, præcepit, vt ex duobus Regibus illum excommunicarent, qui prædictæ legationi non obediret: obedientem vero in regno confirmarent. Henrico conditionem non accipiente, in die sequenti post festiuitatem sancti Martini, Goslariæ iterum fuit excommunicatus & Rudolphus in regno confirmatus. 74).

§. XXXVI. Insequenti a. 1078. Henricus iterum Apostolicæ sedi de sua quasi iniusta donatione conqueritur, vnde Gregorius Papa facto Concilio, Vdalricum Paduanum & Petrum Albanum Episcopos, mense Martio idoneos legatos iterum destinauit, in quo ordinationes illorum, qui ab excommunicatis sunt ordinati, irrita fieri censuit. 75) Hi etiam facto Würtzburgi generali concilio, caussam regni iterum determinarunt, & omnes Synodali sententia damnarunt, qui illud impedirent. Henricus autem, coadunata magna multitudine in Saxoniam tendens, obuiam habuit Rudolphum ad Mellerstadtum Franconiæ, ad fluuium Strouam. Facto prœlio VII. Idus Augusti, 1078. primum Episcopi, qui ex

68) ANNALISTA SAXO ad a. 1077. *Rodolfus itaque, Indigena Suenia, ex quo dictum est modo in regnum eleuatus, non integris IV. annis regnauit, in illis tantummodo Teutonici regni partibus, quæ ab Heinrico iam excommunicato defecerunt.* HELMOLDVS lib. I. c. XXVIII. *Principes ciuitatesque quæ sunt circa Rhenum, non receperunt Rudolfum, omnesque Francorum Populi eo quod iurassent Henrico & iuramenta temerare noluissent.*

69) BERTHOLDVS *ad a. 1077.*

70) BERTHOLDVS *c. l.*

71) HELMOLDVS *lib. I. c. XXVIII.* BERTHOLDVS, SIGEBERTVS GEMBLACENSIS, ANNALISTA SAXO *ad a. 1077.*

72) BVRCKHARDVS *de Cas. Mon. S. Galli cap. VII.*

73) Hæc prolixius describit BRVNO *pag. 211.* Hoc tamen plerumque primum prœlium dici solet, licet iustum non fuerit. ANNALISTA SAXO *ad an. 1077.*

74) Inculpat papam iniustitiæ BRVNO p. 216. dicens: *interea Dominus Apostolicus apostolici vigoris oblitus (qua causa nescimus) multum est a priore sententia mutatus. Nam qui prius Henricum cum omnibus suis adiutoribus Apostolica seueritate excommunicauerat, eique regnandi potestatem potenter interdixerat, & omnes qui ei fidelitatem iurassent, a iuramenti nexis Apostolica auctoritate absoluerat, & electionem noui Regis consensu suo confirmauerat, nunc per litteras mandauit, vt concilio facto Rex vterque conuocatus audiatur, & quem iustitia regnare permiserit, altero deposito tutus in regno confirmetur.* Has litteras ipse quoque adducit, ad quas Teutonici, Henrici aduersarii respondent, desuper conquesti, quod excommunicato iamdum Henrico rem denuo iudicio velit submittere. ANNALISTA SAXO *ad a. 1079.* qui etiam papalem redarguit pecuniæ auiditatem, scribens: *sic totus ille consumitur annus, vt pene nil aliud memorabile ageretur, nisi quod Legati Apostolici frequenter venientes, & nunc his, nunc illis Apostolicum fauorem promittentes, ab vtrisque pecuniam, quantam poterant, Romano more secum detulerunt.*

75) BERTHOLDVS ad a. 1078. *cum contra Apostolicum preceptum maxima multitudine flagitiosorum adunata, procinctum in Saxoniam parauit, cui rex Rudolfus apud Struue cum exercitu obuiauit: vt illo fugato, ipse campum victoria obtinuit, VII. Idus Augusti. Occubuit tamen ibi ex parte Rudolfi, Wecel, venerabilis Magdeburgensis Episcopus, & Wormatiensis Episcopus captus est. Infinita autem multitudo vtrinque occubuit: plures tamen & excellentiores ex parte Henrici.* Quem sequitur MARIANVS SCOTVS *ad a. 1078.* CONTIN. LAMBERTI ad a. 1078. *secundum bellum iuxta Medelrichstadt commissum est a Rudolpho, qui regnum inuaserat contra Henricum regem, vbi idem Rex Henricus fugam iniit.* CHRON. WVRTZB. ad a. 1078. *bellum iuxta Strowi commissum est VII. Idus Augusti.* Incertam faciunt victoriam ANNALES HILDESHEIMENSES & ALBERTVS STADENSIS *ad a. 1078.* Ast BRVNO p. 214. primum dicit: *ex nostris itaque primi fecerunt fugam, qui nunquam venire debuissent ad pugnam, Episcopi scilicet vnius nominis sed (vt ita dicam) non vnius ominis.* Et paullo post: *qui omnes, quod sub religione nutriti melius sciebant Psalmos cantare, quam legiones armatas ad bella disponere, solo visu prœliantium versos in fugam tanta multitudo sequitur, vt Rex totum exercitum penitus fuga se dedisse arbitretur. Quos cum Rex nec victoriam certam promittendo, nec seruitutem perpetuam, nisi fuissent reuersi, minando potuisset reuocare; solum se relictum cum paucis existimans, cœpit ipse etiam paullatim reuertendo Saxoniæ finibus appropinquare.* Idem p. 215. *interea Dux Otto, & Fridericus Palatii præfectus de Symmersenborch diuersis in partibus acriter pugnantes, non ante cessauerunt, quam Henricum cum omnibus suis ad fugam coëgerunt, eosque fugientes tam diu sunt insequuti, donec eos muro Wirceburgensi videbant includi.* Quod autem Henricus victor videri voluerit, idem paullo post dicit: *Heinricus vero in Octobri primo Reginesburg veniens, Principibus collectis narrauit, quod iam longo labori finem fecisset, nihilque sibi faciendum restaret, nisi vt illos, qui secum participes erant laboris, consortes etiam faceret dignæ retributionis. Dixit namque, Saxones in proximi prœlii conflictu sic esse prostratos, vt nisi de gentibus exteris agrorum cultores aduenirent, Saxonica tellus in solitudinem versa bestiis Syluestribus habitanda remaneret.* ANNALISTA SAXO *ad a. 1078.* CHRON. REG. S. PANTALEONIS *ad a. 1078.* Tempus idem BRVNO p. 215. definit, dicens: *factum est ergo prœlium secundum anno Domini MLXXVIII. XII. Mensis Augusti, feria III.*

76) HVGO

ex parte Rudolphi ſtabant, fugam arripuerunt, ita, vt ipſe Rudolphus in fuga ſalutem quæreret. Aſt, reſtituto ab Ottone Duce & Friderico Saxoniæ Palatino, prœlio, Henricus in fugam fuit conuerſus. 76) Henricus vero iterum collecto exercitu, Saxoniam tentans, ſed reſiſtentibus ciuibus, Alemanniam præda, ferro & igne circa feſtum omnium ſanctorum deuaſtauit. 77) Tertium prœlium ad Vnſtrudtam, prope Fladenheimum Thuringiæ VI. Kal. Februarii 1080. fuit habitum, in quo Saxones, licet diuerſi ex ipſorum primoribus paullo ante prœlii diem, Henrico acceſſerint, 78) fuerunt ſuperiores, fugato Henrico. 79)

§. XXXVII. Poſt hæc, Gregorius Papa ſynodum Romæ menſe Martio 1080. collegit, ad quam de Teutonicis partibus Legati Papæ redierunt, Rudolphi obedientiam Papæ renuntiantes. Vnde ipſe Henricum depoſuit, eundemque vna cum fautoribus ſuis denuo excommunicauit, & Rudolphum in regia dignitate confirmauit. 80) Henricus vero congregata in Pentecoſte Epiſcoporum multitudine, apud Moguntiam Gregorium depoſuit, 81) & Guibertum, Rauennatenſium quondam Epiſcopum, ſed ante triennium a Gregorio excommunicatum Papam elegit. 82) Deinde apud Brixiam conuentu facto, eandem electionem, ab Italis & quibuscunque potuit, fecit confirmari. 83) Mathildis etiam, quæ partes Gregorii VII. tuebatur, copiæ prope Mantuam funduntur. 84)

§. XXXVIII. Nouam Octobri menſe in Saxoniam ſuſcepit expeditionem Henricus, & caſtris ad Elyſtrum 85) poſitis, prœlium quartum Idibus Octobris 1080. fuit factum, in quo Henricus quidem fuit in fugam verſus, 86) Rudolpho vero per Godefridum

76) HVGO FLAVINIACENSIS *p. 218.* illos nominat, qui etiam diuerſas ad Germaniæ Epiſcopos miſſas Epiſtolas inſeruit.

77) BRVNO p. 216. *venientes ergo ad ſyluam, quæ Thuringos ſeparat a Francia, audiebant (quod & verum erat) quod Saxones ex altera parte ſyluæ cum tanta multitudine ſederent, quantam prius nunquam ſint auditi collegiſſe. Nam de militibus armatis millia fere ſexaginta habebant, qui vel fortiter mori, vel terram ſuam tueri volebant. Quod auditum, quum primum non crederent, poſtquam miſſis exploratoribus, nimis verum eſſe cognoſcebant, multo magis redire timore cogente, quam venire ſpe trahente properabant. Sed Henricus Ex rex, ne tantum fruſtra congregaſſet exercitum, cum eodem agmine Sueuos petiit: vbi nec Eccleſiis, nec atriis Eccleſiarum pepercit & inter ſacras profanasque res nullam differentiam fecit, vt illorum auaritiam inſaturabilem ſaturaret, quos Saxoniam pollicendo fefellerat.* SIGEBERTVS GEMBLACENSIS, BERTHOLDVS *ad a. 1078.*

78) ANNALISTA SAXO ad a. 1080. *Henricus ſolita calliditate Saxones ab inuicem multa promittendo diuiſerat, vt non diu ante diem prælii Widikin, Wipertus, Theodericus filius Geronis Comitis, cum multis aliis a Saxonibus ad hoſtes tranſirent, & Ekbertus Marchio cum ſua legione neutra parti accedens non longe a præliantibus lentus ſederet, vt cui parti victoria cederet, ei gratulando ſocius accederet.*

79) BRVNO p. 224. *igitur exercitus vterque conuenerunt in loco qui Flathecheim vocatur,* Idem p. 225. *acriter itaque vtrinque pugnatur, ſed momento breui finitur. Nam Saxones citiſſime conuerſi, hoſtibus, qui ſibi venerant a tergo, vultus horribiles oſtendunt, & non ante quieſcunt, quam eos in fugam verſos ſibi terga monſtrare compellunt. Victores itaque Saxones reuerſi, multas (ſicut decebat) laudes referebant omnium bonorum largitori.* Et paullo poſt: *factum eſt autem hoc tertium prælium anno Domini MLXXX. VI. Kalend. Februar. fer. II.* BERTOLDVS ad a. 1080. *iterum Heinricus poſt Epiphaniam cum exercitu in Saxoniam venire diſponens, a Rudolfo ſexto Calendas Februaris fugatur.* MARIANVS SCOTVS *ad a. 1079.* CHRON. WVRTZB. *bellum iuxta Fladecheim 5. Calendis Februarii commiſſum eſt.* ANNALES HILDESHEIMENSES CONT. LAMBERTI, CHRONOGRAPHVS & ANNALISTA SAXO, ALBERTVS STADENSIS *ad a. 1079.* CHRON. REG. S. PANTALEONIS *ad a. 1079.*

80) BERTHOLDVS, CHRON. WVRTZB. MARIANVS SCOTVS *ad a. 1081.* SIGEBERTVS GEMBLACENSIS *ad a. 1079.* PAVLVS BERNRIEDENSIS §. *XII.* HVGO FLAVINIACENSIS *pag. 223.* Sententiam excommunicationis Henrici exhibet PAVLVS BERNRIEDENSIS *Vita Gregorii XII.* HVGO FLAVINIACENSIS *p. II. p. 223.* CHERVBINVS *Bullario Magno Tom. I. p. 53.* Acta huius Synodi Romanæ habet GOLDASTVS *Tomo vno p. 240.*

81) SIGEBERTVS GEMBLACENSIS ad a. 1079. *Henricus in Pentecoſte conuentu habito Moguntiæ decreuit Hildebrannum a Papatu eſſe deponendum.*

82) BERTHOLDVS, CHRON. WVRTZBVRG. *ad a. 1080.* OTTO FRISINGENSIS de geſtis Friderici I. lib. I. cap. I. *his igitur acclamantibus, præfata electio ab eis caſſanda iudicatur, Guibertusque Rauennatenſium Archiepiſcopus, Clemens vocatus, aſſenſu Principis, vrbis epiſcopus creatur Gregoriusque VII. ab ipſis Pſeudomonachus vel necromanticus appellatus exſufflatur.* ANNALISTA SAXO *ad a. 1080.* Extat Relatio de depoſitione Hildebrandi in Codice S. Vdalrici *n. CLXIV. CLXVII.* In eodem Codice *n. CLXXII.* prolixe diſputatur, an iſte Wibertus legitime fuerit intronizatus. AVCTOR VITAE ANSELMI §. *XVI.* CONRADVS VRSPERGENSIS *p. 224.* PAVLVS BERNRIEDENSIS §. *CXIII.* HVGO FLAVINIACENSIS *p. 226.* MARIANVS SCOTVS *ad a. 1077.* PETRVS DIACONVS *lib. III. Chron. Caſinenſis* c. L.

83) Extant Acta Synodi Brixinenſis apud GOLDASTVM *Tomo vno p. 241.* Decretum apud CONRADVM VRSPERGENSEM p. 224. *Nos auctore Dei congregati in vnum legatis ac litteris freti decem & nouem Epiſcoporum die ſancto præterita pentecoſtes Moguntiæ congregatorum contra Hildebrandum iudicamus canonice deponendum.* CHRON. REG. S. PANTALEONIS *ad a. 1080.*

84) BERTHOLDVS CONSTANTIENSIS *ad ann. 1080.*

85) Locum Volcksheim definit FABRICIVS *Origg. Saxon. lib. III. p. 359.* BROTVFF p. 325. inter Dröſſig & Gera.

86) BRVNO p. 227. *igitur Heinricus caſtris in Eliſtre ripa locatis, craſtino mane ſuas acies diſpoſuit, quod nullam prælii moram per ſe fieri voluit.* Idem p. 228. *factum eſt hoc prælium quartum anno ab incarnatione Domini MLXXX. Idibus Octobris, fer. V.* BROTVFF Chron. Merſeburg. *lib. I. c. XVI. p. 510.* BERTHOLDVS ad an. 1080. *iam autem mediante Octobri, Heinricus, expeditionem in Saxoniam iterum parans, a militibus Rudolfi itinere vnius diei fugatur: quamuis in eadem congreſſione Rudolfus Rex piæ memoriæ occubuerit. Bellum iuxta Elſtra committitur*

dum Bullionensem dextra manus fuit amputata, & graue vulnus in ventre datum. 87) Rudolphus igitur Martisburgum delatus, vbi altera die, facta poenitentia, 88) animam exhalauit. Corpus ipsius in templo Cathedrali Martisburgensi splendide fuit sepultum, vbi ipsius Monumentum sepulcrale, vna cum epitaphio, 89) atque manu amputata adhuc cernitur, Sueuiæ Ducatum inuasit gener Rudolphi Bertoldus, quo tamen deiecto, Friderico Hohenstaufio, Sueuorum dynastæ, eundem contulit Henricus, concessa ipsi insuper Agnete filia in vxorem, 90) Bertol-

mittitur a rege Henrico idus Octobris, in quo Rudolphus rex occiditur, & Merseburg sepelitur, Saxones vero victoriam reportarunt. SIGEBERTVS GEMBLACENSIS MARIANVS SCOTVS, CONTIN. LAMBERTI, CHRON. WVRTZB. *ad a. 1080.* HELMOLDVS *lib. I. c. XXIX.* HVGO FLAVINIACENSIS *Chron. Verdun. Anno igitur ab incarnatione Domini MLXXIX. factum est prælium in Saxonia, in quo Rodulfus Rex cecidit, & Heinricus fugiendo victus est.* ANNALISTA SAXO *ad a. 1080.*

87) BRVNO p. 228. *quamuis autem dextera manus illi fuisset amputata, & graue vulnus haberet venter, vbi descendit ad ilia, tamen vt illos, quos de sua morte videbat dolentes, consolaretur, se non in præsenti moriturum fidenter pollicetur, suique postponens curam, suis vulneratis ostendebat, quam deceret adhiberi medicinam. Qua fortitudine simul & pietate nostri Principes valde commoti, concorditer ei omnes spoponderunt, vt si Deus omnipotens illius vitam seruare vellet, eo viuo, etiamsi vtraque manu careret, Saxonia nullum alium rectorem eligeret. Qua fide multum ille lætatus, felici est morte resolutus.* SIGEBERTVS GEMBLACENSIS ad a. 1080. *Hildebrandus papa quasi diuinitus reuelatum sibi prædixit, hoc anno falsum regem esse moriturum: & verum quidem prædixit, sed fefellit eum de falso rege coniectura, secundum suum velle super Henrico rege interpretata. Rex enim Henricus Saxonibus graui prælio congreditur, & in congressu falsus rex Rudolphus cum multis Saxoniæ principibus extinguitur.* BERTHOLDVS CONSTANTIENSIS, MARIANVS SCOTVS, CONTIN. LAMBERTI SCHAFNABVRGENSIS, ALBERTVS STADENSIS, ALBERICVS, CHRONOGRAPHVS & ANNALISTA SAXO, CONRADVS VRSPERGENSIS, ANNALES HILDESHEIMENSES *ad a. 1080.* HELMOLDVS *lib. I. c. XXIX.* CRVSIVS Ann. Sueu. *lib. VIII. p. II. p. 252.* Vulnus ipsi a Gothofredo Bollionæo inflictum fuisse dicit ALBERICVS *ad a. 1080.* Vulnus vero in ventre a Ferfrido Zollerensi Comite inflictum fuisse dicitur a IO. CERNITIO *Icon. Elect. Brandenburg. p. 12.* Male vero LEO OSTIENSIS lib. III. c. XLIX. *anno Dominicæ Incarnationis millesimo octogesimo primo contra eundem Ducem bellum iniens, in quo primo publico marte superatus, deinde victor effectus, eundem Ducem gladio trucidauit.*

88) Patet hoc ex verbis illius vltimis apud ALBERTVM STADENSEM *ad a. 1080. Bellum inter Henricum & Rodulfum iuxta fluuium Ellestram geritur, in quo Rodulfus vulneratus in manu dextra, fugit Merseburg, mortique iam proximus dixit ad familiares suos: videtis dexteram meam de vulnere sauciam: Ecce hæc est manus, qua Domino meo Heinrico fidem firmaui sacramento, sed iussio Apostolica, Pontificumque petitio, me ad id deduxit, vt iuramenti transgressor, honorem mihi indebitum vsurparem. Quis igitur finis nos exceperit, videtis, quia in manu, vnde iuramenta violaui, mortale hoc vulnus accepi. Viderint ergo hi, qui nos ad hoc instigauerunt, qualiter nos duxerint, ne forte deducti simus in præcipitio damnationis æternæ. Et hæc dicens, diem clausit extremum.* Eadem fere refert CONRADVS VRSPERGENSIS *f. 238.* AVCTOR ANONYMVS de vita Henrici p. 383. *nam abscissa Rudolfi dextera dignissimam periurii vindictam demonstrauit, qui fidem Domino suo Regi iuratam violare non timuit, & tanquam alia vulnera non sufficerent, ad mortem accessit etiam huius membri pœna, vt per pœnam agnosceretur & culpa.* CHRON. REG. S. PANTALEONIS *ad a. 1080.* THEOD. ENGELHVSIVS *c. l.* HELMOLDVS *lib. I. c. XXIX.* OTBERTVS LEODIENSIS *vita Henrici IV. p. 210.* BOTHO *Chron. Brunsuic. ad a. 1080.* Contraria tamen plane tradit CHRON. MAGDEBVRG. apud MEIBOMIVM *Tom. II. p. 316.* scribens: *Rex Rudolfus duobus acceptis vulneribus, dolebat magis, quam suum, populi casum. Sed cum cognouisset, quod suus haberet populus victoriam: nunc ait; lætus patior viuus & moriens, quicquid voluerit dominus. Qua fortitudine simul & pietate nostri principes valde commoti, concorditer ei omnes spoponderunt: vt, si Deus omnipotens illius vitam seruare vellet, eo viuo, etiamsi vtraque manu careret, Saxonia nullum alium rectorem eligeret. Qua fide, multum ille lætatus, felici est morte resolutus. Ac inde translatus Merseburg, sicut hodie patet, ab ipsis honorifice est tumulatus.* IO. ADLZREITER *Ann. Boic. p. I. lib. XVIII. n. LVIII.* Adde Dn. a LVDEWIG *Reliquias Mstorum præf. Tom. IV. p. 82. sqq.* & IO. STRAVSS *diss. de Rudolpho Sueuo.*

89) CHRON. HALBERSTADT. apud LEIBNITIVM Tom. II. p. 125. *inter Henricum IV. regem & Rudolfum rursus geritur bellum, in Saxonia iuxta fluuium Helhestrum, in quo Rudolphus cecidit, amputata sibi manu dextra. Sed a suis in ciuitatem Merseburg, nimis zelatus & in breui defunctus in medio chori ibidem honorifice sepultus.* FABRICIVS Originum Saxonicarum lib. III. p. 360. *sepulchrum Rudolphi ad nostra vsque tempora in loco templi subterraneo magnifice stetit: Donec Michael Sidonius Præsul ibi cellam vinariam effodit: nihil terrente ipsum aut loci religione, aut reuerentia Summi Principis; quem videlicet Præsules olim perdiderunt viuentem, & nunc iste dehonestauit, in causa Pontificia fortiter mortuum. Visitur tamen adhuc in choro templi Cathedralis cenotaphium orichalceum sepulcro isti subterraneo superimpositum, in quo Rudolphi imaginem cum corona & sceptro videmus impressam his in margine positis distichis:*

Rex hoc Rudolphus, patriæ pro lege peremtus
Plorandus merito conditur in tumulo:
Quæ vicere sui, ruit hic sacra victima belli,
Mors sibi vita fuit, ecclesia cecidit.
Rex illi similis, si regnet tempore pacis,
Consilio, gladio, non fuit a Carolo.

90) OTTO FRISINGENSIS de gestis Friderici I. lib. I. c. VIII. *ea tempestate Comes quidam Fridericus nomine, ex nobilissimis Sueuiæ Comitibus originem trahens, in castro Stryphe dicto coloniam posuerat. Hic cum esset consilio prouidus, armis strenuus, ad curiam Imperatoris assumptus, per multos dies ibidem militarat, strenuissimique ac nobilissimi militis officium implens, in omnibus periculis suis viriliter Imperatori astiterat.* Hinc postquam dixisset, qua ratione ipsi Imp. filiam cum Sueuiæ Ducatu obtulerit, addit: *Sic, itaque prædictus Fridericus Dux simul Sueuorum, & gener Regis factus, ad propria rediit: & ne multis morer, Bertolfum tandem pacem petere coëgit: quod tamen quidam sub filio suo Friderico factum tradunt. Conditio autem pacis talis fuit, vt Bertolfus Ducatum exfestucaret, sic tamen quod Turegum nobilissimum Sueuiæ oppidum a manu Imperatoris ei tenendum remaneret.* Ex quo hauserunt LANGIVS *Chron. cit. p. 778.* & MVTIVS *lib. XV.*

Bertoldo non nisi vacuum nomen Ducis retinente. 91)

§. XXXIX. Defuncto Rudolpho, congregato exercitu, in Saxoniam tendebat, vt terram hancce Rectore vacuam suæ subiiceret potestati, qui tamen cum ipsi obuiam facti, exercitu suo dimisso, consilioque mutato, misit ad Saxones legatos, filium suum ipsis Regem commendans, promittensque, se nolle intrare terram Saxoniæ. Quibus Otto Dux respondet: sæpe ex boue malo malum vitulum vidi gnatum: ideoque nec filii nec patris habeo desiderium. 92)

§. XL. Defuncto igitur Rudolpho, insequenti anno 1081. Henricus, Italiam ingressus, omnem furorem in Mathildem conuertit, villas incendit, castella diruit, 93) inde cum nouo constituto Papa Romam perrexit, sed in eandem haud fuit admissus. 94) Anno 1082. per æstatem Romam incassum obsedit, 95) Tandem vero capta a. 1083. III. Non. Iunii vrbe Leonina, Guibertum sub Clementis III. nomine Papam constituit. 96) Gregorio in vrbe Roma synodum adhuc celebrante, in qua omnes excommunicauit, qui aliquem ad Papam venientem impedirent. 97) Tandem a. 1084. intra reliquam vrbem fuit admissus, dum Gregorius in Castellum S. Angeli se reciperet, omnesque Tiberinos pontes & firmiores Romanorum munitiones in sua retinuit potestate. Demum Henricus a Clemente in die Resurrectionis Dominicæ 1084. vna cum Bertha vxore, in Imperatorem fuit coronatus. 98) Robertus vero Guiscardus Dux Normannorum post Kalendas Maii Romam

lib. XV. p. 122. De Hohenstaufiorum familia agunt GVNDLINGIANA *p. VII. p. 118.* Qua ratione castrum Staufen pignoris iure ad Comites Würtenbergicos peruenerit, docet BESOLDVS *Docum. Rediuiuis pag. 14.*

91) OTTO FRISINGENSIS lib. I. c. IX. *At supra nominatus Bertolfus, vacuum ex hinc nomen Ducis gerens, id quasi hæreditarium posteris reliquit.*

92) BRVNO *p. 228.* ANNALISTA SAXO *ad an. 1080.*

93) BERTHOLDVS ad a. 1081. *Heinricus post obitum Regis Rudolfi, Veronam in Pascha venit, & inde ad inuadendam Romam, cum suo non Apostolico, sed apostata Guiberto vtpote Domini Apostolici non semel periuro & anathemizato, profectus, sed macte reuersus est.* PETRVS DIACONVS *III. c. XLIX.*

94) BERTHOLDVS *ad ann. 1082.* SIGEBERTVS GEMBLACENSIS, CHRON. WÜRTZB. CHRON. LOBIENSE, ANNALISTA SAXO *ad an. 1081.* MONACHVS PEGAVIENSIS Vita Wiperti c. III. §. XI. *Imperator tam Italici quam Teutonici fidens exercitus copia, Romam arcta obsidione vallauit, & triennio circiter in eodem statu durauit.*

95) BERTHOLDVS *ad a. 1083.* ANNALES HILDESHEIMENSES, SIGEBERTVS GEMBLACENSIS *ad a. 1084. Romani Imp. Henricum recipiunt in vrbe, & eorum iudicio Hildebrandus papatu abdicatur, & Guibertus Rauenna archiepiscopus in sedem Apostolicam inthronizatus, Clemens nominatur.* PETRVS DIACONVS III. c. L. *Henricus interea Imperator alio anno exercitum congregans Romam aduenit, & Porticum sancti Petri per vim cepit, & ex magna parte destruxit, atque Archiepiscopum Rauennatem inuasorem Apostolicæ sedis absque consilio & voluntate totius Romanæ Ecclesiæ constituit.* AVCTOR VITAE ANSELMI *§. XIX.* SIGEBERTVS GEMBLACENSIS *ad a. 1083. 1084.* AVCTOR VITAE HENRICI *p. 385.* qui etiam describit, qua ratione custodum negligentia Roma fuerit capta. MARIANVS SCOTVS hæc male *ad a. 1081.* refert. HVGO FLAVINIACENSIS *Chron. Verdun.* illum non Apostolicum sed Apostatam vocat, atque in ipsius *electionem inuehitur.* Idem *Anno ab incarn. Domini MLXXXIV. Heinricus Romam veniens vrbem cepit, muros euertit, Gregorium Papam in turre Crescentis muro clausit, suumque Papam in Ecclesiam S. Petri constituit.* Mathilda in Epistola ad Teutonicos *p. 229.* ipsum vocat Barrabam latronem.

96) BERTHOLDVS ad a. 1083. *quid plura? omnes pene Romani, præter Principem Salernitanum, hoc laudauerunt, vt Papa Gregorius synodum in medio Nouembri colligeret Romæ, cuius synodi statuta de causa regni, nec Heinrico nec Romanis, imo nulli penitus, liceret prauaricari.*

97) BERTHOLDVS, SIGEBERTVS GEMBLACENSIS ad a. 1084. *Henricus Rex patricius Romanorum constituitur, & a Clemente papa in imperatorem benedicitur.* MARIANVS SCOTVS *ad a. 1081.* AVCTOR VITAE HENRICI p. 385. *Clementem Papam ad electionem omnium instituit: a quo ipse communi omnium fauore consecratus Imperator, & patricius factus.* OTTO FRISINGENSIS de gestis Friderici I. lib. I. c. II. *post hæc Princeps militem copiosum colligens, Italiam ingreditur, ad Vrbemque vsque progressus, Romani populi fauore, pulso Gregorio, Guibertum ibidem ponens, Imperatoris & Augusti nomen sortitur.* CONRADVS VRSPERGENSIS, ANNALISTA SAXO *ad a. 1084.*

98) OTTO FRISINGENSIS *de gestis Friderici lib. I. c. II.* ALBERICVS *ad a. 1084.* HELMOLDVS *lib. I. c. XXX.* Ipse hæc Imp. speciali epistola narrat Theodorico, Verdunensi episcopo, quæ extat apud GOLSCHERVM *gestis Treuirorum cap. LXI.* & BROWERVM *p. I. Annal. Treuiror. lib. XII. n. LXXXIII.* in qua hæc verba: *in tantum vt in Domino fiducialiter dicamus, quia tota Roma in manu nostra est, excepto illo castello in quo inclusus est Hildebrand, scilicet in domo Crescentii, quem Hiltebrandum legali omnium Cardinalium ac totius populi Romani iudicio scias abiectum, & electum Papam nostrum Clementem, in Sede Apostolica sublimatum omnium Romanorum acclamatione. Nosque a Papa Clemente ordinatum & consensu omnium Romanorum consecratum in die Sancto Paschæ in Imperatorem, totius populi Romani exultatione, sacerdos persecutionem fugiens, ad tutiora montana Tusciæ, in terram Comitissæ Mathildis, quæ Imper. consanguinea fuit, se contulit: ibique per aliquot dies manens, sententiamque anathematis renouans Epistolis quæ multis in locis habentur, Principes Regni aduersus Imperatorem suum concitauit. Deinde Campaniam seu Apuliam ingrediens in municipia Normannorum qui nuper Roberto Guiscardo Duce, Prouincias illas indigenis necatis vel eiectis, seu seruienti subactis, irruperant, se recepit, ibique diem mortis expectauit.* HVGO FLAVINIACENSIS Chron. Verdun. p. 229. hæc narrat vberius, scribens: *Gregorius igitur in turre Crescentis muro clausus legatos misit ad Robertum Apuliæ Ducem, qui tunc forte classe instructa mare transire parabat, vt veniret & obsidionem solueret. - - - Qui obedientiam non segniter exequutus Principem adduxit, & datu vrbi obsidione, patefactoque ingressu, Rege fugato, Papa liberatur, & ad Lateranense Palatium cum gloria reducitur. At quia Normannorum instabilitas vrbe capta & præda data multa mala perpetrauerat, nobilium Romanorum filiis*

Romam inuasit, fugatoque Henrico, Papam ad Palatium Lateranense reducit, 99) vrbemque exspoliat. Inde quoque diuersa castella & vrbes Papales recuperat. Papa tamen Romanorum veritus inconstantiam, Salernum se contulit. 100) Interim Henricus Roberto resistere haut valens, in Germaniam satis festinanter reuertitur. Eodem tempore quoque milites Mathildæ contra Henrici fautores viriliter pugnauerunt.

§. XLI. Interea temporis Principes quidam Germaniæ a. 1081. Hermannum Lotharingum de Luxenburg, filium Giselberti 1) ante festum S. Laurentii sibi in Regem elegerunt. Hunc Knufflock nominabant, quia Islebiæ fuerat electus, vbi allium abundat. 2) Hoc cum impedire conarentur fautores Henrici, ad Hochstedtum Sueuiæ, die post festum S. Laurentii a Sueuis, qui Hermanno fauebant, cæsi fuerunt & fugati. 3) Hinc in Saxoniam consecrandus discessit. Insequenti anno 1082. Hermannus natiuitatem Domini celebrauit Goslariæ, ibi etiam in festo S. Stephani, eo quod Patronus eius fuerit, Regiæ dignitatis vnctionem & coronam, Principibus regni annitentibus, a Sigefrido Moguntino, præsentibus Magdeburgensi, Halberstadtensi, Merseburgensi Episcopis, Ottone Northeimensi, Friderico Sommersenburgensi solenniter accepit. 4) Hermannus autem sedem Romanam a manu Henrici liberare volens, expeditionem in Italiam parauit, vnde & de Saxonia venit in Sueuiam. 5) Ibi natalem Domini cum Principibus Regni celebrauit. Dum autem in Longobardiam cum exercitu mouere vellet, nuntiatur illi, Ottonem Saxoniæ Ducem fuisse defunctum. Motus igitur in Saxonia metuens, hanc festinanter intrauit. 6)

§. XLII.

lias stuprando, & nocentes pariter innocentesque pari pœna affligendo, nullumque modum, vti victoribus mos est, in rapina, crudelitate, direptione habendo: veritus ne Duce recedente infidelitas Romana exagitata recrudesceret, & quos antea habuerat quasi fidos amicos, pateretur infidos; cedendum tempori arbitratus, Salernum se contulit. Rex vero hoste aduentante, fuga præsidium requirens, sigillum domini Papæ, quod furto subripuerat, secum tulit, & Portuensem, quia olim familiaris Papæ fuerat, sibi conciliatum secum duxit. Witbertus vero & ipse aufugit ANNALISTA SAXO *ad an. 1083.* GVILIELMVS APPVLVS *lib. IV. de gestis Normannorum p. 622.* ORDERICVS VITALIS *lib. VII. Hist. Eccles. p. 642.* DONNIZO *Vita Mathildis lib. II. cap. I.* PETRVS DIACONVS *lib. III. Chron. Casin. c. LIII.*

99) ORDERICVS VITALIS *lib. VII. Hist. Eccles. p. 642.* PETRVS DIACONVS *Chron. Casin. lib. III. cap. LIII.* DONNIZO *Vita Mathildis lib. II. cap. I.*

100) OTTO FRISINGENSIS *de gestis Friderici I. lib. I. c. II. venerabilis autem Sacerdos persecutionem fugiens, ad tutiora montana Tusciæ, in terram Comitissæ Mathildis, quæ Imper. consanguinea fuit, se contulit: ibique per aliquot dies manens, sententiamque anathematis renouans Epistolis quæ multis in locis habentur, Principes Regni aduersus Imperatorem suum concitauit. Deinde Campaniam seu Apuliam ingrediens, in municipia Normannorum, qui nuper Roberto Guiscardo Duce, Prouincias illas, indigenis necatis vel eiectis, seu seruituti subactis, irruperant, se recepit, ibique diem mortis expectabat.*

1) BVRCKHARDVS *de Cas. Mon. S. Galli c. VII. Hermannus de Luzilenburg ab Alamannis Rex constituitur.* ALBERTVS STADENSIS *ad an. 1082.* ipsum vocat nobilem ex Germania. OTTO FRISINGENSIS *Chron. lib. VI. c. XXXV.* Lotharingiæ Principem. SIGEBERTVS GEMBLACENSIS *ad a. 1082.* militem Hermanni Episcopi. Genealogiam ipsius nectit ANDR. du CHESNE *Hist. Genealogique de la Maison de Luxenburg c. II. & X.* & TOLNERVS *Hist. Palat. c. I. p. 17.*

2) Hæc verba sunt THEOD. ENGELHVSII *Chron. p. 1090.* HELMOLDVS lib. I. c. XXX. *Saxones quoque, post quam de cæde vires recuperauerunt, statuerunt sibi regem Hermannum quendam, cognomento Clufloch.* AVENTINVS lib. V. c. XV. n. 4. *in Germania interim Saxones & socii Hermannum Lotharingium rebus imponunt Islebia, vrbs est Thuringorum, vbi allii prouentus, hanc ob caussam rex Alli vulgo nominatus est.* ALBERTVS STADENSIS *ad a. 1087.* Chron. Halberstadtense p. 128. ipsum corrupte vocat Hermannum Gesniæ Regem.

3) BERTHOLDVS ad a. 1081. *Eodem tempore Principes regni Teutonicorum, scilicet Archiepiscopi, Episcopi, Duces, Marchiones & Comites, conuentu facto, Hermannum nobilem virum, sibi in Regem elegerunt: qui statim eodem conuentu aciem contra fautores Heinrici direxit: ipsi enim electionem eius impedire volentes, eodem tempore maximam multitudinem contraxerant. Sed nouo Rege ex improuiso irruente, omnes penitus aut cæde prostrati sunt, aut irreuocabiliter fugati: licet regiis militibus, se insequentibus, non paruo præstarent numero. Quapropter Rex de diuino auxilio tali Triumpho certificatus, eadem nocte in campo victoriæ castra metatus est, & postea ad subiugandum sibi regnum digressus est. Electus est autem ante festum S. Laurentii, & in sequenti die, post festum eiusdem Sancti, de inimicis triumphauit, in confinio Baioariæ, in loco qui dicitur Hostette: postea in Saxoniam consecrandus discessit.* ANNALISTA SAXO *ad a. 1081.* CHRON. MAGDEBVRG. *p. 319.* GOBELINVS PERSONA *æt. VI. c. LV.* Diem definit CHRONICON WVRTZBVRGENSE apud BALVZIVM Tomo I. p. 516. ad a. 1081. *bellum inter Sueuos & Baioarios iuxta Danubium, loco qui vocatur Hohstetin, IV. Idus Augusti.* SIGEBERTVS GEMBLACENSIS *ad a. 1081.* BRVNO *pag. 26.* CONTINVATOR LAMBERTI SCHAFNABVRGENSIS, MARIANVS SCOTVS, CHRONOGRAPHVS SAXO, ALBERICVS, ANNALES HILDESHEIMENSES, ALBERTVS STADENSIS hæc referunt ad a. 1082. sine dubio, quia natalitiis Christi fuit coronatus, a quo plerique annum incipiebant. Quis iste fuerit, declarat MARIANVS SCOTVS ad a. 1082. dicens: *Catholici per Saxoniam constituti, ex constantia domini apostolici roborati, constituerunt super se Regem Hermannum. Iste fuit Lotharingius, vir sapiens, modestus, genere & fortitudine insignis. Ipsius filius erat Otho Palatinus, comes de Rinecke.* Id quod plenius declarat TOLNERVS *Hist. Palatina cap. I. p. 145.* dicens, quod Giselberti fuerit filius.

4) BERTHOLDVS *ad a. 1082.* BRVNO *Historia B. Saxonici exeunte. Vnde Principes Saxoniæ valde lætati, Regem suum Herimannum cum magno tripudio Goslariæ susceperunt, paucis diebus ante natalem Domini. In natali vero, S. Stephani protomartyris, a Sigefrido, Moguntinæ sedis Archiepiscopo in Regem venerabiliter est vnctus, quum iam MLXXXII. annus incarnationis Dominicæ fuisset inceptus.* HELMOLDVS *lib. I. cap. XXX.* GOLDASTVS *Tomo vno p. 243.*

5) BERTHOLDVS *ad a. 1082.*

6) BERTHOLDVS *ad a. 1083.*

7) BER-

§. XLII. Henricus autem ex Italia redux, circa Calendas Augusti 1084. expeditionem in Sueuiam parauit, & capta Augusta, prope Licum castra metatus, Sueuis licet prouocantibus, pugnandi copiam facere noluit. Inde Henricus discedens, Ratisbonam, demum Moguntiam reuertitur. 7) Gregorius vero collecta synodo, Guibertum & Henricum cum fautoribus suis denuo excommunicauit, idque per legatos Teutonicis Principibus fecit annuntiari. 8) Saxones etiam habito a. 1085. Gerstungæ colloquio, licet non deessent, & potissimum Wezilo Moguntinus Archiepiscopus, & Conradus Traiectensis, qui ipsum illegitime fuisse excommunicatum traderent, reliqui tamen Episcopi Imp. contrarii illud comprobarunt, iure Henricum fuisse excommunicatum, id quod facto colloquio, decimo quinto die post Epiphaniam denuo fuit comprobatum. 9) Verum, Imperator Saxones adgreditur. Illi pacem petunt & impetrant, pacti, quod omnibus pro hac rebellione proscriptis sua restituantur. Quod quia factum non est, iterum rebellant. 10) Henricus igitur Saxoniam iterum a. 1086. ingreditur, & patriam vndique præda & incendio omnibus iratus, vastat. 11) Eodem anno, in ipsa Paschali hebdomade præsente Hermanno, celebrata fuit Synodus Quedlinburgensis, in qua præter primatum Papæ & cœlibatum clericorum adsertum, condemnatus fuit Guibertus antipapa. 12) Henriciani vero Moguntiæ synodum celebrabant huic contrariam. Gregorium denuo sedis Papalis indignum declararunt. 13) Anno 1086. Imp. Wratislaum Ducem Bohemiæ tam Bohemiæ quam Poloniæ præfecit, & imponens capiti eius manu sua regalem circulum, iussit Egilberto Treuirensi Archiepiscopo, vt eum in sua Metropoli Praga in Regem vngeret & diadema capiti eius imponeret. Hic etiam Pragam veniens XVII. Kal. Iulii intra sacra missarum solemnia, Wratizlao Regalibus fascibus induto, tam ipsi quam Coniugi eius Zuatauæ diadema imposuit & ipse muneribus donatus rediit. 14)

§. XLIII. Inter has turbas moriebatur Gregorius VIII. Kal. Iunii 1085. Salerni, 15) dum prius pœnitentiam professus admissorum, & quod durius habuisset Henricum, eundemque banno liberasset. 16) Romani vero Guibertum Rauennam redire compulerunt. 17) Desiderium Cardinalem Cassinensis monasterii Abbatem a. 1087. eligentes, qui assumpto Victoris III. nomine, exeunte Maio, apud S. Petrum fuit inauguratus. 18) Hic iudicium antecessoris sui super Henricum, eiusdemque fautores confirmauit, 19) post quartum mensem autem sui Pontificatus diem clausit extremum. 20) Insequenti igitur a. 1088.

7) BERTHOLDVS, DODECHINVS, CONT. LAMBERTI *ad a. 1084.*

8) BERTHOLDVS *c. l.*

9) BERTHOLDVS, ANNALISTA & CHRONOGRAPHVS SAXO *ad a. 1085.*

10) Verba sunt SIGEBERTI GEMBLACENSIS *ad a. 1085.*

11) DODECHINVS *ad a. 1086.*

12) Acta huius Synodi recenset BERTHOLDVS *ad a. 1085.* & ex eo GOLDASTVS *Tomo vno p. 244.* CHRONOGRAPHVS SAXO *ad a. 1085.*

13) BERTHOLDVS *cit. loc.* SIGEBERTVS GEMBLACENSIS ad a. 1085. *Henricus Imperator Moguntiæ regali & synodali conuentu coacto exigit ab omnibus, vt Hildebrandi depositionem & Guiberti ordinationem sub scripto approbent, cui aliqui manu & ore fauentes, corde tamen Hildebrando adhærebant.* DODECHINVS, ALBERTVS STADENSIS *ad a. 1085.* ex hoc GOLDASTVS *Tomo vno pag. 245.*

14) ANNALISTA SAXO *ad a. 1086.* COSMAS PRAGENSIS *ad a. 1086.* AENEAS SYLVIVS *cap. XXII.* 10. DVBRAVIVS *lib. IX. p. 63.*

15) BERTHOLDVS, CHRONOGRAPHVS SAXO, SIGEBERTVS GEMBLACENSIS, HVGO FLAVINIACENSIS, CHRONOGRAPHVS & ANNALISTA SAXO *ad a. 1085.* PETRVS DIACONVS *lib. III. Chron. Casin. cap. LXV.* DONNIZO *Vita Mathildis lib. II. cap. III.* OTTO FRISINGENSIS *lib. VI. exeunte.* Codex S. Vdalrici *n. CLXVI.*

16) SIGEBERTVS GEMBLACENSIS ad a. 1085. *Hildebrandus papa, qui & Gregorius septimus, apud Salernum exulans moritur. De hoc ita scriptum reperi. Volumus vos scire qui ecclesiastica Cura soliciti estis, quod Dominus Apostolicus Hildebrandus qui & Gregorius nunc in extremis positus ad se vocauit vnum de duodecim cardinalibus, quem multum diligebat præ cæteris, & confessus est Deo, & sancto Petro, & toti ecclesiæ, se valde peccasse in pastorali cura, quæ ei ad regendum commissa erat & suadente Diabolo contra humanum genus odium & iram concitasse. Postea vero sententiam quæ in orbe terrarum effusa est, pro augmento Christianitatis cœpisse dicebat. Tunc demum misit prædictum confessorem ad imperatorem & ad totam ecclesiam, vt optaret illi indulgentiam, quia finem vitæ suæ aspiciebat, & tam cito induebat se Angelica veste, & dimisit ac dissoluit vincula omnium bannorum suorum imperatori, & omni populo Christiano viuis & defunctis clericis & laicis, iussit suos abire de domo Deoderici, & amicos Imperatoris ascendere.* Idem confirmat ALBERICVS, ANNALISTA SAXO ad a. 1085.

17) BERTHOLDVS ad a. 1086. *sed Guibertus hæresiarcha multum de obitu eius lætabatur, licet parum prosperitatis suæ parti in eo lucraretur. Nam omnes Catholici post mortem Domini Apostol. non minus quam ante, eidem hæresiarchæ restiterunt, ipsumque de Roma Rauennam repedare compulerunt.*

18) BERTHOLDVS *ad a. 1087.* Electionem ipsius late describit PETRVS DIACONVS *lib. III. c. LXVI.* rationem quoque adducens, cur tamdiu fuerit dilata: *iam fere annus in tali fluctuatione transierat, quo in Apostolica sede nullus Pastor erat, nullus Dominici gregis curam gerebat, & Guibertus hæresiarcha oues Christi sanguine redemptas, suis cum sequacibus laniabat.* DODECHINVS *ad an. 1085.*

19) OTTO FRISINGENSIS lib. VII. cap. I. *defuncto Salerni beatæ memoriæ summo Pontifice Gregorio, Ecclesiaque in summo discrimine posita, eo quod Gibertus auctoritate Imperatoris Romanam sedem & Vrbem occupasset, Abbatem Cassinensem, Cardinalem Desiderium, qui & Victor, inuitum pauci de Romanis ad culmen sacerdotii summum trahunt corruptisque pecunia Leonina Vrbis custodibus, ob metum schismatis, nocte consecrandum in Ecclesiam beati Petri inducunt. Vbi profluuio ventris correptus, moxque Vrbem egressus, rebus humanis in breui excessit, ac Ottoni Hostiensi Episcopo, qui & Vrbanus, Ecclesiæ regimen reliquit.* ANNALISTA SAXO *ad a. 1085.*

20) BERTHOLDVS *c. l.*

a. 1088. quarto Idus Martii, Romani Ottonem Ostiensem Episcopum elegerunt, eidemque nomen Vrbani II. dederunt. 21) Qui statim insequenti die missis litteris omnibus Catholicis, suam ordinationem declarauit, & se vestigia sui prædecessoris Gregorii Papæ obseruaturum denuntiauit. 22)

§. XLIV. Interim Henricus an. 1087. postquam filium suum Conradum a Sigewino, Archiepiscopo Coloniensi Aquisgrani in Regem fecisset consecrari, 23) nouam in Saxones parabat expeditionem, his autem ipsi obuiam factis nihil proficiebat. 24) Principes vero Sueuorum cum Saxonibus & Baioariis generale colloquium, post festum Apostolorum prope Herbipolim condixerunt, quod Henricus turbare fuit conatus. Sueui autem vna cum Saxonibus Herbipolim obsidebant, quam liberare cupiens Henricus, die post festum S. Laurentii ingens prœlium factum fuit, in quo ipse fugatus, Herbipolis postea capitur. Adalbero introducitur Episcopus, 25) licet Imp. paullo post hanc vrbem reciperet, expulsoque Adalberone, Meginhardum cum suis restitueret. 26) Anno 1087. colloquium Oppenheimi fuit indictum. 27) Inde Principes Germaniæ cum Henrico, eiusdemque fautoribus Kl. Augusti colloquium prope Nemetensem Ciuitatem habuerunt, regni restitutionem ipsi promittentes, si ab excommunicatione restitueretur, sed non conuenientes inuicem, Saxoniam inuasit Henricus, ab Hermanno tamen fuit reiectus. 28) Insequenti vero anno 1088. Saxones Hermannum de terra sua eiicientes, 29) Henricum receperunt. Vnde Hermannus, cum apud omnes despectus haberetur, 30) deposito Regis nomine, in Lotharingiam secesſit, ibidemque casu quodam, haut multo post fuit defunctus, & Metis cum honore sepultus. 31) Incentoribus vero Saxonici belli omnibus pene

21) BERTHOLDVS *c. l.* OTTO FRISINGENSIS *lib. VII. c. I.*

22) BERTHOLDVS, SIG. GEMBL. ad ann. 1088. PETRVS DIACONVS *lib. IV. c. II.*

23) ANNALISTA SAXO *ad a.* 1807.

24) BERTHOLDVS ad a. 1086. *Heinricus contra Saxones exercitum VI. Cal. promouit. Sed Saxones ei cum magna multitudine obuiam venientes, macte eum repedare compulerunt.*

25) ANNALISTA SAXO ad a. 1086. *Saxones & Alemanni Wirceburch obsident, ad quam liberandum Heinricus copiosum tam peditum, quam equitum congregat exercitum, pugnaque iuxta Bleichfeld commissa, digreditur absque victoria, mox vrbe ab hostibus capta, episcopus Adalbero introducitur, relictoque cum eo militari præsidio, ad propria vnusquisque proficiscitur.* AVCTOR APOLOGIÆ PRO HENRICO p. 209.

26) BERTHOLDVS *c. l.* DODECHINVS ad an. 1086. *Henricus rex Saxoniam ingreditur, & patriam vndique præda & incendio omnibus iratus vastat. Hermannus autem rex, congregato exercitu quam maximo, occurrit ei iuxta Verzeburg, in loco qui dicitur Bleichfeld: ibique conserto prælio innumerabilis multitudo hominum ab vtraque parte occubuit. Hermannus vero durissimam victoriam adeptus cum pace rediit.* SIG. GEMBL. ad an. 1086. *Saxones vrbem Wirzburch obsidentes, vt episcopum ipsius Alberonem expulsum a ciuibus sedi suæ restituant, Henricus imperator aggreditur. Sed exercitus eius diuinitus exterritus cessit, & ceciderunt ex eis plus quam quatuor millia, a parte Saxonum quatuordecim tantum occisis:* ADDIT. LAMBERTI, CHRONOGRAPHVS SAXO, ANNALES HILDESHEIMENSES, ALBERICVS ad a. 1086.

27) BERTHOLDVS *ad a.* 1086.

28) BERTHOLDVS *ad a.* 1087. ANNALISTA SAXO ad a. 1087.

29) AVCTOR VITÆ HENRICI p. 383. *Saxones Hermannum de terra sua proturbabant, quidquid illud fuerit, quod eis in illa displicuit.* BERTHOLDVS CONSTANTIENSIS ad a. 1088. *Saxones a fidelitate S. Petri discedentes, Henricum, quem multoties abiurauerant, receperunt.*

30) CONRADVS VRSPERGENSIS pag. 225. *Hermannus quidam vir præpotens ac nobilis ex Germania a Saxonibus & Alemannis Rex constituitur. Cui cum suis in partibus hoc est in Lotharingia vel Germania nemo bellicis in rebus atque diuitiis posset æquiparari, sumpto Regis nomine, tam suis quam alienis cœpit ea breui despectui haberi.* AVCTOR APOLOGIÆ *pro Henrico IV. p.* 194. qui ipsum p. 195. vocat Regem despectatissimum & p. 200. dicit, Hermanno ne apud suos quidam tributum esse regium honorem.

31) BERTHOLDVS ad a. 1088. *Saxones a fidelitate S. Petri discedentes, Henricum, quem multoties abiurauerant, receperunt. Vnde Hermannus Rex Catholicus ab eis in Lotharingiam secessit, ibique non multo post viam vniuersæ terræ arripuit: anno Dominicæ incarnationis MLXXXVIII. regni vero eius VII. indictione XII. & in patria sua Metis honorifice sepelitur.* BVRCKHARDVS *de Cas. Mon. S. Galli c. VII.* CHRONOGRAPHVS SAXO *ad a.* 1087. ANNALES HILDESHEIMENSES ad ann. 1086. CHRON. WÜRTZB. & CONT. LAMBERTI *ad a.* 1088. *Hermannus nomen regium deponit, & ipse mox periit.* DODECHINVS vero ad an. 1087. *Hermannus rex occiditur.* Quem sequitur OTTO FRISING. VI. c. XXXIV. ANNALISTA SAXO ad a. 1087. *Herimannus Regis nomine deposito permissione Imperatoris ad propria reuersus post paucos dies in cuiusdam oppidi obsidione interiit.* Speciatim vero genus mortis describit SIGEBERTVS GEMBLACENSIS ad an. 1090. dicens: *Hermannus tyrannus a Saxonia Lotharingiam repetens ad concitandos regni motus laborat, qui tum muro castelli cuiusdam incaute approximat, iacto de turri saxo in capite percutitur & moritur.* Id quod plenius explicat AVCTOR VITÆ HENRICI p. 383. *quadam die cum iter ageret, incidit animo suo iocus ille, vt ad castellum quo ituri erant, sub specie hostium ruerent, & quæ audacia, quæ virtus animis defendentium inesset, tentarent. Quam mirabilem viam, quam inopinam sæpe inuenit quod facturum est vt fiat? Cumque portam absque claustris & absque custode repertam irrumperent, aliis qui intus erant raptis armis viriliter contra procurrentibus, aliis latebras eneruiter quæritantibus femina sexu, femina non animo, quæ in turrim euaserat, molarem in caput regis demisit: & sic ille manu feminea, vt mors eius turpior esset, occubuit. Sed vt hoc dedecus dealbarent, feminæ factum in virilem personam ex composito transtulerunt.* Eadem habet ALBERICVS ad a. 1090. CHRONOGRAPHVS SAXO ad an. 1087. *Hermannus Regis nomine deposito, permissione tamen Henrici ad propria reuersus post paucos dies in cuiusdam oppidi obsidione interiit.* AVCTOR APOLOGIÆ p. 158. ALBERTVS STADENSIS vero ad a. 1087. *Hermannus Clufloch, Saxonum Rex, cum iam secundo potitus victoria, castrum quoddam victor ingrederetur, contigit miro Dei iudicio, vt porta in cardina-*

pene peremptis, Saxones pertæsi malorum, an. 1092. composita inter se pace, quiescunt ab omni motu bellorum. 32)

§. XLV. Egbertus II. interea, Thuringiæ Marchio, patruelis Henrici, 33) de quo optima quæuis sperabat, 34) qui viuo adhuc Hermanno regiam dignitatem adfectauerat, ipsi resistere cœpit, 35) eundemque dum an. 1089. in obsidione castri Gleichen hæreret, fugauit, vt amissis regni insignibus, vix de illorum manibus eriperetur. 36) Hic tamen a. 1090. insidiis Adelheidis, abbatissæ Quedlinburgensis, quæ soror erat Henrici, in molendino Eisenbüttel fuit occisus. 37) Ludolfus, Carentinorum Dux æque contra Henricum Imp. regnum adfectabat, qui tamen eodem anno moriebatur. 38)

§. XLVI. Tandem Vrbanus Papa ann. 1089. Henricum cum adseclis denuo excommunicauit, 39) Mathilda etiam Welphoni Bauariæ Duci, inuito Henrico coniugio copulatur. 40) Id quod Henricum, posthabita cum schismaticis compositione, 41) permouit, vt a. 1090. arma ferret in Italiam, vbi vastatis terris Mathildianis, 42) Mantuam an. 1091. occupauit 43) & reliquas Welphonis terras igne ferroque deuastare non desistens

cardinalibus auulsa Regem cum aliis quam pluribus attriuerit. Idem dicit HELMOLDVS *lib. I. c. XXX.* BVRCKHARDVS *de Cas. S. Galli c. VII.* dicit, Hermannum per insidias esse interemptum.

32) Verba sunt SIGEBERTI GEMBLACENSIS ad a. 1092.

33) LAMBERTVS SCHAFNABVRGENSIS ad an. 1067. *Marchiam Ottonis Egbertus patruelis Regis suscepit.* -

34) ANNALISTA SAXO ad a. 1087. *Imperator expeditionem mouit in Saxoniam, sed amicorum suorum consilio vsque Herueldiam rediit. Illuc ex parte Saxonum Ecbertus Marchio ad eum venit pro pace inter eos facienda, qui cum omne bonum de se Imperatori promitteret, Imperator exercitum dimisit, & Ecbertus omne bonum, quod promiserat, adnihilauit, & non occultum sed manifestum inimicum Imperatori se postmodum exhibuit.*

35) ANNALISTA SAXO ad a. 1085. *recepto iam a Saxonibus pacifice Heinrico Imperatore Ecbertus Marchio de Bruneswich Imperatoris consanguineus, animo strenuus & animosus atque ditissimus, iterum in Saxonia contra Imperatoris tyrannidem suscitauit, qua cognita, Imperator propere in Franciam rediit,*

36) BERTHOLDVS ad a. 1089. Locum vero definit CONT. LAMBERTI ad a. 1089. & plenius adhuc DODECHINVS ad a. 1089. *Heinricus Rex memor iniuriæ, quam sibi Eggebertus anno præterito, marchio apud Marsburg fecerat, marchiam Orientalem ei auferens, Henrico cuidam contulerat: congregato exercitu quamplurimo, Glico castrum eius valde munitum, quod est in Thuringia, iuxta Erphesfort ad Occidentem situm, in vigilia Assumtionis Mariæ obsidione circumuallatur, & vsque ad Natiuitatem Domini obsidebat.* ANNALES HILDESHEIMENSES, CHRONOGRAPHVS SAXO, CHRON. WÜRTZB. & CONT. LAMBERTI ad a. 1089. *sextum bellum committitur iuxta Glichin castellum in Thuringia inter Heinricum imperatorem & Ecclibertum marchionem.* WALTRAMVS *de vn. eccles. conseru. lib. II. c. XXXIII.* ANNALISTA SAXO ad a. 1089.

37) BERTHOLDVS ad an. 1089. *Eggebertus quoque Marchio de Saxonia, in causa S. Petri strenuus, dolo cuiusdam Abbatissæ a Quintelenburc, sororis inquam Henrici Regis, vt aiunt, per insidias occiditur.* CONTIN. LAMB. ad a. 1089. *Eckibertus marchio iuxta aquam quæ dicitur Selicha, interfectus occubuit.* AVCTOR VITÆ HENRICI p. 384. *regis tamen fortuna vicit, & hostis ferocissimus non in acie sed in molendino peremptus turpiter iacuit.* SIG. GEMBL. CHRONOGRAPHVS & ANNALISTA SAXO, ALBERTVS STADENSIS, ANNALES HILDESHEIMENSES ad a. 1090. AVCTOR APOLOGIÆ p. 218. CONRADVS VRSPERGENSIS p. 227. Molendinum vero prodit CONRADVS BOTHO Chron. p. 330. *De Marggreue benachte de in syner Molen, dat nu Aysenbuttel heyt, in dem schlape morden de Vorreders Marggreuem Eggebrechte.* De Adelheida vide *Sect. Super.* §. *vlt.*

38) WALTRAMVS *lib. II. c. XXXVI. eodem anno (MXC.) defunctus est Luidolfus, Dux Carentinorum, cum & ipse appeteret regnum contra Imperatorem Henrichum.*

39) BERTHOLDVS ad an. 1089. *sententiam quoque anathematis, a prædecessore suo Papa Gregorio promulgatam, ea discretione confirmauit, vt in primo gradu Rauennatem hæresiarcham, cum Henrico Rege anathemisaret. In secundo gradu eorum fautores qui eisdem armis, pecunia, consilio, obedientia fauerent, quique ab eisdem & ab eorum fautoribus Ecclesiasticos ordines & honores acciperent. In tertio autem gradu eorum communicatores posuit, quos etsi non excommunicaret, adeo tamen eos extrema communione commaculatos asseruit, vt in Catholicam societatem sine absolutione & pænitentia, recipi non deberent, videlicet, qui excommunicatis salutatione, osculo, oatione, conuictu & ignoranter communicassent.*

40) BERTHOLDVS c. l. *in Italia nobilissima Dux Mathildis, filia Bonifacii Marchionis, sed vidua Godefridi Ducis, Welphoni Duci, filio Welphonis Ducis, coniugio copulatur: & hoc vtique non tam pro innocentia, quam pro Romani Pontificis obedientia, videlicet, vt tanto virilius S. Romanæ Ecclesiæ contra schismaticos, posset subuenire. Qui statim maritum eius impetere voluerunt, sed cum ei resistere non possent, treugas vsque ad Pascha ab eo per interuentum coniugis eius impetrauerunt. Henricus Rex dictus, multum de prædicto coniugio tristatur: qui iterum in Saxoniam cum expeditione profectus sine honore reuerti compellitur.* CHRONOGRAPHVS SAXO ad an. 1089. ALBERTVS STADENSIS ad an. 1108. CHRON. WEINGARTENSE *c. IX.*

41) BERTHOLDVS c. l. *sed iam aliquantulum diuturna regni discordia inter Catholicos & schismaticos tepescere cœpit, vt non iam bellum ad inuicem, sed pacem componere sanius indicarent. Quapropter Duces & Comites, fideles S. Petri cum Heinrico colloquium habuerunt, eique suum consilium & auxilium ad obtinendum regnum firmissime promiserunt, si Guibertum hæresiarcham vellet dimittere, & ad Ecclesiasticam communionem per Catholicum pastorem remeare. Quam quidem conditionem nec ipse multum respuit: si tamen in hoc ei Principes sui assentiri vellent, videlicet Episcopi, qui se cum Guiberto deponendos esse non dubitauerunt, eo quod in eius parte ordinationem imo execrationem perceperunt. Hi ergo ei penitus hac vice dissuaserunt, ne S. Ecclesiæ reconciliaretur.*

42) BERTHOLDVS ad an. 1090. *Welfo Dux Italiæ, multa incendia & damnationes a Heinrico Rege, hoc in anno Longobardiam ingresso, patitur. Sed adhortatu Dominæ Mathildis suæ charissimæ coniugis, eidem Heinrico resistere, & in fidelitate S. Petri persistere, viriliter contendit.*

43) BERTHOLDVS ad an. 1091. *eo tempore Mantuani diuturna obsidione a Heinrico Rege iam per annum constricti, a Domino suo Welphone Duce discesserunt, & se ac ciuitatem suam suo deuastatori tradide-*

ſtens, 44) Guibertum etiam Romanæ vrbi ſedique reſtituit 45)

§. XLVII. Imp. vero per biennium apud Italos commoratus, oblatam a Welphone pacem reſpuens, 46) pergebat terras ipſius deuaſtare. 47) Aſt filius Henrici, Conradus, ob iniurias Adelheidi reginæ illatas, patri ſit rebellis. 48) Hunc pater a. 1076. iamdum ſucceſſorem deſtinauerat, 49) ipſique Traiecti Lotharingiæ Ducatum conceſſerat. 50) Dum igitur Imp. ipſum Mathildi in Italia opponeret, ab eadem perſuaſus, iunctus inimicis patris, coronam ſibi impoſuit, regnum inuadit. 51) Welphoni an. 1093. accedit, atque potentiores Longobardiæ ciuitates contra Imp. in viginti annos coniurant. 52) Captus quidem ab Henrico Conradus, ſed ſtatim liberatus, annuentibus Welphone & Papæ adſeclis, ab Anſelmo Archiepiſcopo Mediolanenſi in Regem fuit coronatus. De hoc nimio dolore affectus Henricus, ſe ipſum morti tradere voluit, ſed a ſuis præuentus, ad effectum venire haut potuit. 53) Iſti vero Alemanniæ etiam Principes habito Vlmæ magno conuentu, Bertoldum Sueuiæ Ducem conſtituunt, 54) qui an. 1094. firmiſſimam pacem concluſit cum Welphone. 55) Inſequenti anno 1095. Welpho, Mathilda relicta, in partes iterum Henrici tranſiit, atque in Germaniam rediens, multum cum Principibus regni de reſtituendo Henrico adlaborabat. 56) Conradus interea, poſtquam Papæ fidelitatem iuraſſet,

tradiderunt. SIGEBERTVS GEMBLACENSIS *ad a.* 1091. DONNIZO *lib. II. c. IV.*

44) BERTHOLDVS *c. l.*

45) BERTHOLDVS c. l. *Romani quoque Guibertum hæreſiarcham, quam iamdudum expulerunt, iterum Romam intrare, & ſanctam Eccleſiam, ſuis non benedictionibus ſed maledictionibus infeſtare permiſerunt.*

46) BERTHOLDVS ad an. 1091. *Welph Dux Baioariæ in Auguſto menſe Longobardiam ingreditur, vt Heinrico Regi reconciliaretur, ſi ipſe vellet permittere, vt Apoſtolica ſedes, a Guiberto hereſiarcha inuaſa, Canonice diſponeretur, nec non ſi eidem Duci filioque eius Welphoni, cæteriſque eorum fautoribus bona eorum reddere vellet, quæ eis iniuſte ablata forent. Quam conditionem ille noluit adimplere. Vnde & Dux in Alemanniam non tardauit redire. Multi tamen ex Alemannis Heinrico Regi reconciliati ſunt, & excommunicationem ſedis Apoſtolicæ communem ſibi cum Heinrico fecere. Dux autem iterum multos contra Heinricum eiusque fautores incitauit, vt etiam nouum Regem eligere decernerent, ſi quorundam pigritia ſiue maleuolentia eos non impediret.*

47 BERTHOLDVS ad a. 1092. *Henricus quoque impius imperator in Longocardia iam biennio morabatur, vbique circumquaque terram Welphonis, Italici Ducis, præda, ferro, & incendio, deuaſtare non ceſſauit, vt eundem Ducem, & prudentiſſimam eius vxorem a fidelitate S. Petri diſcedere, ſibique adhærere compelleret, ſed fruſtra. Nam Dux in ſua ſententia perſtitit, ipſique ſatis viriliter reſtitit.*

48) DODECHINVS ad a. 1093. *Conradus filius Heinrici imperatoris, patri ſuo hac de cauſa rebellauit: Heinricus rex Adelheidam reginam quam duxerat vxorem, odio cœpit habere: ideo incarcerauit eam, & conceſſit, vt plerique vim ei inferrent: immo filium hortans, vt eam ſubagitaret. Quo recuſante patris polluere ſtratum, eum rex non ſuum, ſed peregrini filium eſſe affirmauit, cuiusdam principis de Sueuia, cuius etiam faciem prædictus Conradus plurimum aſſimulauit.* CHRON. WÜRTZB. *ad a.* 1097.

49) BERTHOLDVS ad a. 1076. *Rex natiuitatem Domini Goſlare celebrauit, ibique quosdam iurare compulit, vt filium eius poſt ipſum eligerent ad regnum.* LAMBERTVS SCHAFNABVRGENSIS, *ad a.* 1076.

50) LAMBERTVS SCHAFNABVRGENSIS *ad a.* 1076.

51) AVCTOR VITÆ HENRICI *pag.* 386. CONRADVS VRSPERGENSIS p. 227. *Chunradus Imperatoris filius & Bertæ Imperatricis patri rebellaſſe infamatur.* SIGEBERTVS GEMBLACENSIS *ad a.* 1093. *Conradus filius Imperatoris Henrici in Italia ſe ad patris ſui aduerſarios contulit.* DONNIZO *Vita Mathildis lib. II. p. XI.*

52) BERTHOLDVS ad a. 1093. *In Longobardia prudentiſſimi milites S. Petri, Welpho Dux & vxor eius Mathilda, (Deo opitulante) confortati ſunt. Nam Cuonradus filius Heinrici Regis a Patre diſceſſit, & Welphoni Duci reliquisque fidelibus S. Petri, contra Patrem cum ſuis adiuuit. Ciuitates quoque de Longobardia, Mediolanum, Cremona, Lauda, Placentia, contra Heinricum in viginti annos coniurauerunt, qui omnes prædicto Duci fideliter adhæſerunt.* SIGEB. GEMBL. ad a. 1093. *Conradus filius imperatoris Henrici in Italia ſe ad patris ſui aduerſarios contulit, & multis ſe a patre ad filium vertentibus, hæc res priores patris victorias multum obfuſcat & vires eius attenuat.* Hunc autem ſucceſſorem iam fuiſſe deſtinatum tradit AVCTOR VITÆ HENRICI p. 382.

53) BERTHOLDVS ad a. 1093. *In Longobardia Cuonradus filius Heinrici Regis a Patre dolo circumuenitur & captiuatur, ſed Dei miſericordia inde ereptus, a Mediolanenſi Archiepiſcopo, & reliquis fidelibus S. Petri, in Regem coronatur, annuente Welphone Duce Italiæ, & Mathilda eius clariſſima coniuge. Sed & Pater eiusdem Ducis, Welpho, Dux Baioariæ, non multo poſt ad eundem nouiter coronatum Regem, in Longobardiam venit, eique tum filio ſuo fideliter adhærere ſategit. Heinricus vero Pater Regis, in quandam munitionem ſe contulit, ibique diu absque Regia dignitate moratus, nimioque dolore affectus, ſe ipſum (vt aiunt) morti tradere voluit: ſed a ſuis præuentus, ad effectum venire non potuit.* DODECHINVS ad ann. 1093. CHRON. SAXO, SIG. GEMBL. ad a. 1093.

54) BERTHOLDVS c. l.

55) BERTHOLDVS ad a. 1094. *Welpho Dux Baioariæ firmiſſimam pacem cum Alemannico Duce Bertoldo & reliquis Alemanniæ Principibus initiauit, vsque Baioariam imo vsque ad Vngariam propagauit.*

56) BERTHOLDVS ad a. 1059. *Welpho filius Welphonis Ducis Baioariæ, a coniugio Dominæ Mathildis ſe penitus ſequeſtrauit, aſſerens illam a ſe omnino immunem permanſiſſe, quod ipſa in perpetuum reticuiſſet, ſi non ipſe prior illud ſatis inconſiderate publicaſſet. Vnde Pater ipſius in Longobardiam nimis irato animo peruenit, & fruſtra diu multumque pro huiusmodi reconciliatione laborauit. Ipſum etiam Heinricum ſibi in adiutorium aſciuit contra Dominam Machtildam, vt ipſam bona ſua filio eius dare compelleret, quamuis nondum illum in maritali opere cognoſceret. Vnde diu fruſtra laboratum eſt.* Et paullo poſt: *Welpho Dux Baioariæ, cum filio ſuo Welphone tandem de Longobardia in Alemanniam rediit, multumque de reſtitutione Henrici in regnum, quamuis de anathemate non abſolutum, cum Principibus regni fruſtra laborauit; nam & fautores Heinrici, non facile eius perſuaſioni crediderunt: catholici autem excommunicationem & periurium incurrere timuerunt*

ruisset, 57) atque suasu Mathildis, Pisæ, cum Rogerii Siciliæ Regis filia nuptias contraxisset, 58) cuius tamen tam caste vsus fuisse dicitur coniunctione, vt vix crederetur, eam vnquam cognouisse, 59) pergebat patrem infestare, idque cum Mathilda egit, vt Henricus an. 1097. Italia pelleretur. 60) Quo facto, Roma an. 1099. iterum eiicitur Guibertus cum adseclis, idemque in synodo Romana, vna cum clericis, qui concubinas haberent, denuo excommunicatur. 61) Paschalis etiam Vrbani successor Henricum cum fautoribus suis denuo excommunicauit; cui mortuo Guiberto, omnes adhærebant Romani. 62) Hunc tamen missis ad eum litteris, placare conatus fuit Henricus. 63) Imp. vero a. 1099. in Epiphania Aquis, filium suum iuniorem Henricum V. Regem fecit, reprobato maiore suo Conrado. 64) Conradus autem an. 1101. in Italia non sine suspicione veneni obiit, sepultus in Florentia ciuitate. 65)

§. XLVIII. Henricus vero habitis an. 1102. Comitiis, Romam se profecturum, schisma compositurum, & pacem Germaniæ redditurum promittit. 66) Hinc, sedatis Saxonum motibus, pace in quadriennium constituta, 67) an. 1103. in Comitiis Moguntinis Henricum filium suum Regem fecit salutari; 68) cum prius iurasset, se nunquam ab eo defecturum. 69) Immo, se rerum summam Henrico filio esse dimissurum & sepulcrum Domini

timuerunt, si reciperent Henricum, quem sub excommunicatione communiter abiurauerunt. AVCTOR VITÆ HEINRICI p. 386. CHRONOGRAPHVS SAXO ad a. 1096. *Welf Dux autem Noricus, qui ab Heinrico iamdudum abiurauerat, & ob id Ducatum perdiderat, in gratiam eius redit, Ducatumque recipit.* BERTHOLDVS CONSTANTIENSIS ad an. 1095. ANNALISTA SAXO ad a. 1096.

57) BERTHOLDVS c. l. *Conradus Rex filius Heinrici, Domino Papa Vrbano, Cremonam venienti, obuiam progreditur, eique stratoris officium exhibuit, quarto Idus Aprilis. Deinde fecit ei fidelitatem iuramento, de vita, de membris, & de Papatu Romano. Dominus autem Papa in filium S. Romanæ Ecclesiæ recepit illum, eique consilium & adiutorium ad obtinendum regnum, & ad coronam Imperii acquirendam, coram populo firmissime promisit, salua quidem iustitia illius Ecclesiæ & statutis Apostolicis, maxime de inuestituris in spiritualibus officiis a laico non vsurpandis.*

58) BERTHOLDVS c. l. *Conradus Rex cum regio apparatu in Tusciam Pisas perrexit, ibique sponsam suam filiam Rogerii Ducis de Sicilia, adhuc admodum paruulam, cum inaudita pecunia sibi oblatam recepit.* AVCTOR VITÆ MATHILDIS c. XIII. *Conradus eius natus ipsius scelera execrans ab eo discessit & comitissæ adhæsit. Cuius consilio filiam Rogerii Apuliæ Principis duxit vxorem.* Idem tradit DONNIZO *vita Mathildis lib. II. c. XI.* CONRADVS VRSPERGENSIS p. 242.

59) ANNALISTA SAXO ad a. 1099. CHRON. REG. S. PANTALEONIS ad ann. 1098. CONRADVS VRSPERGENSIS p. 228.

60) BERTHOLDVS ad an. 1097. *Domina Mathildis egregia Dux & Marchionissa, deuotissima S. Petri filia, magnum sibi nomen vtique eo tempore acquisiuit. Nam ipsa pene sola cum suis contra Henricum & hæresiarcham Guibertum, complicesque eorum, iam septennio prudentissime pugnauit, tandemque Heinricum de Longobardia satis viriliter fugauit: & ipsa recuperatis suis bonis, Deo & S. Petro gratias referre non destitit. Heinricus vero cum paucis Ratisbonam deuenit, & ibidem totam æstatem, & circa castrum Nurenberg satis priuate moratus, tandem Nemetum migrauit, itidem ibi satis priuate diu moratur.*

61) BERTHOLDVS ad a. 1099. OTTO FRISINGENSIS *VII. c. VII.*

62) DODECHINVS ad a. 1099. *Paschalis igitur Pontifex in specula totius ecclesiæ constitutus, iuxta tenorem antecessorum suorum, Alexandri, Gregorii, Vrbani, contra inuasores spiritualium charismatum decretum promulgauit; ac denuo Henrico regem cum omnibus fautoribus suis excommunicatum pronunciauit. Interea Vigbertus, Romanæ, & apostolicæ sedis inuasor, moritur: & quia non habuit successorem suæ sectæ, ruit omnis populus ad Paschalem papam, & sic annihilata est hæresis eius, quæ hactenus vigebat.*

63) Extat ista apud VRSTISIVM p. 395. CONRADVS VRSPERGENSIS p. 237.

64) CONRADVS VRSPERGENSIS pag. 228. ANNALISTA SAXO, ALBERTVS STADENSIS, ANNALES HILDESHEIMENSES ad ann. 1099. CHRONOGRAPHVS SAXO ad a. 1100. AVCTOR VITÆ HENRICI pag. 386. AVENTINVS *lib. V. c. XVII.* Ex Comitiis Aquisgranensibus decretum adducit GOLDASTVS *Tom. I. pag.* 247. qui tamen illud ad a. 1096. refert.

65) DODECHINVS, SIG. GEMBL. ad ann. 1101. CHRONOGRAPHVS SAXO ad ann. 1102. *Conradus Rex adolescens, IX. postquam a patris palatio discesserat anno immaturo præuentus occasu plena fide & bona confessione migrauit.* OTTO FRISING. *VII. c. VII.* ANNALISTA SAXO ad an. 1101. CHRON. REG. S. PANTALEONIS ad an. 1101. addit: *sunt etiam qui eum veneno dicunt interiisse.* Idem tradunt DONNIZO *Vita Mathildis* apud LEIBNITIVM *Tom. I. p.* 675. 677. CONRADVS VRSPERGENSIS p. 249. AVENTINVS *lib. V. c. XVII.*

66) CHRONOGRAPHVS SAXO ad an. 1102. *Heinricus Imperator natalem Domini apud Magontiam celebrauit. Ibi multi Principes conuenerunt, & consilium Imperatori fecerunt, vt Romam mitteret nuntios propter vnitatem Ecclesiæ, & Papam constituere secundum electionem Romanorum & omnium Ecclesiarum.* ALBERTVS STADENSIS, CONRADVS VRSPERGENSIS ad a. 1102.

67) Verba sunt SIGEBERTI ad ann. 1103. CHRON. AVGVSTENSE ad an. 1103. *Imperator Moguntiæ in Epiphania Domini regnum per quadriennium cum iuramento pacificari constituit, Saxones sibi rebelles reconciliauit, cunctis gratiam suam impertiuit.*

68) OTTO FRISINGENSIS VII. c. VIII. *anno ab incarnatione Domini MCIII. Imperator Henricus natale Domini Moguntiæ celebrans, ibique Henrico filio suo Rege post se designato.* ALBERICVS ad a. 1103.

69) Ipse Imp. ad Hugonem Abbatem Cluniacensem apud d' ACHERY *Spicilegio Tom. III. p.* 441. sic scribit: *scire enim te credimus, quia audisse non dubitamus, quanta affectione, & intima cordis dilectione, contra volantatem multorum, eumdem filium nostrum exaltauimus vsque ad Regis solium, qui in ipsa electione sua nobis iurauit Moguntiæ vitam & salutem personæ nostræ; & quod de regno & omni honore nostro, & de omnibus quæ habebamus, vel habituri eramus nullo modo se intromitteret me viuente contra voluntatem, & præceptum nostrum. Idem quoque super Crucem & Dominicum clauum cum lancea*

Domini visitaturum, per Emhardum Episcopum publice fecit prædicari. 70) Anno 1105. vero filius Henrici a Papæ adseclis instigatur, sub specie Reipublicæ constituendæ, restaurandæque Ecclesiæ contra Patrem rebellat, habitoque Northusæ Episcoporum conuentu, Rotardus Moguntinus archiepiscopus Merseburgi Henricum, postquam a legato Romani Pontificis Geuehardo Constantiensi Episcopo de excommunicatione fuisset absolutus, 71) & ab ipso Papa absolutionem a iuramento patri præstito impetrasset, 72) fecit consecrari. 73) Hic monitus licet a patre, vt desistat, 74) omnes Germaniæ Proceres & Patris Ministeriales ab ipso auertere conatur. 75) Arma armis opponuntur ad Ratisbonam, intermedio saltim fluuio. 76) Filius autem Patrem die Aduentus Dominica 1106. Confluentiam vocauit ad Colloquium, vbi veniam delictorum precatus, fidem ipsi iuramento promisit, si modo Papæ iterum vellet conciliari. Dimisso igitur exercitu, Henricus Moguntiam properabat, vt coram regni Principibus cum filio in gratiam rediret. Cum vero ad oppidum Bingen venissent, filius patrem in castrum Becklenheim adducit, eidem, quem indigne admodum habuerat, coram quibusdam Principibus, Moguntino potissimum, Coloniensi atque Wormatiensi regni insignia extorquet, ipsumque vt regno renuntiaret, cogit. 77) Pater igitur, dum Legatus Papalis absolutionem a banno licet eum supplex peteret,

lancea, coram omnibus Principibus, nobis iurauit, cum inthronizatus fuisset Aquis. Verum his omnibus posthabitis, & obliuioni traditis Consilio perfidorum & periuratorum; mortaliumque inimicorum nostrorum ita a nobis separatus est, vt omnimode nos persequi tam in rebus quam in persona cupiens, nos priuare regno & vita, ab ea hora semper intenderet. AVCTOR VITÆ HENRICI p. 386. *ne & ipse abiret in viam fratris sui* (Conradi) *iusiurandum accepit, videlicet, ne vmquam se vel de regno, vel de prædiis patris eo viuente, nisi forte ex consensu ipsius, intromitteret.*

70) ANNALISTA SAXO ad a. 1103. CHRON. REG. S. PANTALEONIS ad a. 1103.

71) DODECHINVS *ad a.* 1105. *filius* (Henricus V.) *Sueuiam petens, a legato Romani Pontificis, Geuehardo Constantiensi Episcopo de excommunicatione absoluitur, & matris ecclesiæ gremio restituitur.*

72) ANNALES HILDESHEIMENSES ad an. 1104.

73) OTTO FRISINGENSIS VII. c. VIII. *Henricus filius eius, rebellionem contra patrem, in Noricis partibus, consilio Theobaldi Marchionis, & Berengarii Comitis, sub specie Religionis, eo quod Pater eius a Romanis Pontificibus excommunicatus esset, molitur: ascitisque sibi quibusdam ex Orientali Francia, Alemannia, Baioaria, Principibus, Saxoniam, terram & gentem contra Regem facile animandam ingreditur.* SIGEB. GEMBL. ad a. 1105. *filius Imperatoris Henrici a patre auersus quoscunque potest ab eo auertit, & sub obtentu melioranda reipublicæ & restauranda ecclesiæ in eum insurgit.* DODECHINVS, CHRONICON LEODIENSE, ALBERTVS STADENSIS, ALBERICVS ad a. 1105. CHRONOGRAPHVS SAXO *ad a.* 1104. ANNALISTA SAXO *ad a.* 1105.

74) Hoc AVCTOR VITÆ HENRICI p. 387. late narrat. OTTO FRISINGENSIS *l. VII. c. VIII.* ALBERTVS STADENSIS ad a. 1105. Acta huius conuentus exhibet GOLDASTVS *Tomo vno p.* 247. ANNALISTA SAXO ad a. 1105.

75) AVCTOR VITÆ ADALBERONIS §. VI. *filius adsciuit sibi arte pestifera patris secretarios, cubicularios, consiliarios, duces, tetrarchas palatinos, vniuersique regni principes, & alios quidem emollit blanditiis, alios impetit minis & terroribus, illos nefandis suggestionibus, illos verbis ad deprecandum compositis & muneribus illis prædiorum & beneficiorum copiam, illis vrbium & castellorum eminentiam - - & infinitam thesaurorum pecuniam promittit & offert.*

76) OTTO FRISINGENSIS VII. c. IX. *igitur regno in se ipso miserabiliter diuiso, ex omnibus eius viribus coadunato milite, ferro flammaque crudeliter vastata terra, in ripa Rhegini fluminis, vterque, scilicet Pater & filius, consedit. Iam castra disponuntur, iam acies ordinantur, iam ad parricidiale scelus Pater in Filium, filius in patrem a suis inflammatur. Sed fluminis aluco nepharii conatus impediebantur.*

77) Singula hæc multis verbis ipse Henricus, epistola ad Philippum I. Galliæ Regem exponit, quæ reperitur apud ALBERICVM ad a. 1106. atque inter alias epistolas Henrici, apud VRSTISIVM p. 396. Ad hanc epistolam prouocat OTTO FRISINGENSIS *lib. VII. c. XII.* dicens: *extat de hoc inter ceteras eius Epistolas ad Regem Celticæ, qui Francorum dicitur, seu Aquitaniæ Ducem Epistola missa, quæ miseriarum eius tragœdiam continens, saxeas quoque mentes ad mutabilium rerum ærumnas contemplandas ac deplorandas emollire posset,* & SIG. GEMBL. ad a. 1106. Extant etiam de hoc facinore epistolæ Henrici ad filium Henricum, Principes Saxoniæ atque Germaniæ, apud VRSTISIVM p. 399. Breuiter rem narrat OTTO FRISINGENSIS VI. c. XI. *anno ab incarnatione Domini MCVI. in natali Domini maximus conuentus Principum Moguntiæ factus est: vbi superuenientes Apostolicæ sedis legati, anathema a Romanis Pontificibus in Imperatorem factum, manifeste omnibus qui aderant promulgabant. Ea propter dum ipse in quodam castro positus, ac custodiæ mancipatus, audientiam peteret, Principes seditionem vulgi timentes, ei apud Ingelheim occurrunt, ibique multis modis commonitum, vel iuxta alios circumuentum, ac coactum insignia regni resignare, ac filio mittere, XLIII. regni sui post mortem patris, Imperii Vanno, persuadent:* Inuehitur in hoc factum SVGERIVS *in Vita Ludouici Grossi* ap. DV CHESNE *Tom. IV. p.* 288. dicens, de Henrico V. *vir affectus paterni, & totius humanitatis expers, qui & genitorem Henricum crudelissime persecutus, exheredauit: & vt ferebatur, nequissima captione tenens, inimicorum verberibus & iniuriis vt insignia regalia, videlicet coronam, sceptrum & lanceam sancti Mauritii redderet, nec aliquid in toto Regno proprium retineret, impiissime coegit.* DODECHINVS, ALBERICVS, ANNALES HILDESHEIMENSES ad an. 1105. 1106. CHRONOGRAPHVS SAXO ad a. 1107. AVCTOR VITÆ HENRICI p. 388. 389. GOTFRIDVS VITERB. *p. XVII. p.* 343. Integrum processum describit HELMOLDVS *lib. I. c. XXXII.* ANNALISTA SAXO ad a. 1105. *altera die Patrem quasi inuitum in Bekelenheim castellum deduxit & in vigilia Natalis Domini Spirensi Episcopo diligenter custodiendum commisit.* CHRON. REG. S. PANTALEONIS ad *a.* 1105. 1106. DODECHINVS *ad a.* 1106. *Henricus iunior communicato consilio principum patrem suæ curiæ præsentauit, qui pridie Calend. Ianuariis apud Ingelheim prædicto filio suo coram quibusdam principibus regnum tradidit.* OTTO FRISINGENSIS lib. VII. c. XI. *Dum* (Henricus Imp.) *in quodam castro positus ac custodiæ mancipatus audientiam peteret,*

ret, denegaret, 78) vitæ metuens, Coloniam fugit, ibidemque aliquot dies commoratus, Leodium venit, vbi fidos regni consortes semper inuenerat. 79) Proceres vero Germaniæ Moguntiæ congregati, Imperii insignia Henrico iuniori deferunt, ipsum per impositionem manus legatorum Pontificiorum, cunctorumque electione Regem creant. 80)

§. XLIX. Fauebant tamen partibus Henrici IV. Henricus Dux Lotharingiæ, Episcopus Leodiensis, Princeps Limburgensis, & quædam ad Rhenum Ciuitates, qui commisso ad Mosam prœlio, cum Henrico V. superiores existebant, Colonia etiam obsidionem Henrici eludebat. 81) Rursus tamen instauratum est prœlium, & Cæsar senior victus, conclusus & comprehensus ludibrio habitus, atque omni ope humana fuit destitutus. 82) Ast, Henricus Præbendam a Gebehardo, Spirensi Episcopo petit, quam tamen, ideo quod excommunicatus esset, non obtinuit. 83) Tandem vero postquam gladium & diadema, quæ adhuc secum habebat, per Erkenbaldum, fidelissimum Camerarium suum, & Burcardum Monasteriensem Episcopum, filio suo misisset, 84) VIII. Idus Augusti 85) 1106. Leodii misere obiit, & more regio ibi sepelitur. 86) Sed postea, ex mandato Romani pontificis, e cœmiterio eiicitur, eique omnis Christiana sepultura denegatur. Corpus autem eius Spiram fuit deportatum, & in Capella S. Afræ sine sepultura per spatium quinque annorum in feretro conseruatum. 87) Tandem vero VII. Idus Augusti an. 1111. Henri-

teret, principes seditionem vulgi timentes ei apud Ingilnheim occurrunt, ibique multis modis commonitum vel iuxta alios circumuentum ac coactum insignia regni resignare ac filio mittere persuadent.

78) AVCTOR VITÆ HENRICI p. 389. *Imperator pedibus Apostolici legati aduoluitur, orans & obsecrans, vt se a banno solueret, & communi ecclesiæ redderet. Legatus autem domini Apostolici absolutionem negabat, asserens non hoc suæ potestatis esse, oportere ab ipso Apostolico absolutionis gratiam eum expectare.*

79) OTTO FRISINGENSIS VII. c. XII. *resignatis ab Imperatore regalibus, ipse iam ex Rege opulentissimo ac potentissimo miserabile mortalibus relinquens exemplum, egens factus, ad inferiores partes Rheni in Belgas se contulit: ibique a Coloniensibus, non vt exul, sed vt Rex regio apparatu susceptus est.* Et paullo post: *inde Leodium digressus ab eisque fastigio regali susceptus, omnibus se fraude circumuentum, se ad reddenda regalia vi coactum, quibus potuit in regno suo, seu aliis regnis positis declamauit.* ÆGIDIVS AVREÆ VALLIS MONACHVS Gestis Pontificum Leodiensium c. XV. *Episcopus Obertus - - cum Leodiensibus semper Henrico pro posse adhæsit.* ALBERICVS ad an. 1106. *Episcopus Otbertus Leodiensis multorum corda ad auxilium patris contra filium sollicitauit* CHRONICON LEODIENSE *Tom. III.* Anecdotorum EDM. MARTENE p. 1007. *Imperator rebus Imperii priuatus, ab Episcopo Otberto & ciuibus Leodiensibus sustentatur.* ANNALISTA SAXO *ad a.* 1106.

80) OTTO FRISINGENSIS *VI. c. XI.* ANNALISTA SAXO, CONRADVS VRSPERGENSIS ad a. 1106.

81) SIG. GEMBL. ad an. 1106. *Imperatore Henrico morante Leodii, filius eius Aquisgranum venit, & volens venire Leodium contra patrem suum, quinta feria Dominicæ cœnæ præmisit suos præoccupare pontem apud Vinsatum, ne quis venienti sibi obstaret. Sed militibus patris concurrentibus ad occupandum pontem, milites filii a ponte repelluntur, aliis eorum captis, aliis in Mosam dimersis, aliis occisis, inter quos etiam Bruno comes occisus est. Sicque filius contra patrem veniens redit inglorius. Coloniensibus fidem imperatoris seruantibus, & eorum archiepiscopo filium imperatoris contra patrem suum animante. Colonia obsessa oppugnatur sed non expugnatur.* OTTO FRISINGENSIS VII. c. XII. *filius itaque iam Rex factus collecto milite patrem subsequens, circa Mosam consedit: vbi ab Henrico Duce Belgarum, aliisque patris sui fidelibus, super pontem Mosæ, in loco qui Gueges ar dicitur, bello tentatus, cedere compellitur.* Plenius AVCTOR VITAE HENRICI pag. 391. ANNALES HILDESHEIMENSES ad an. 1106. HELMOLDVS *lib. I. c. XXXII.* Videtur etiam Ludouicus, Gallorum Rex ipsi fauisse, cui hoc filii factum nuntians, hoc titulo vsus: *Princeps clarissime, & omnium, in quibus post Deum speramus, amicorum nostrorum fidelissime in* CODICE S. VDALRICI *n. CCXVI.* ANNALISTA SAXO ad a. 1106.

82) Verba sunt HELMOLDI lib. I. c. XXXIII. qui addit: *quantas autem contumelias, quantaue opprobria vir iste magnificus in illis diebus pertulerit, sicut relatu difficile, ita auditu lamentabile est.* COMPIL. CHRON. ad an. 1109. *Henricus quartus ad tantam paupertatem deuenit, quod ocreas pro pane exposuit, & isto filio gladium hæreditauit, dicens si mihi plus dimisisses, plus tibi misissem.*

83) HELMOLDVS *lib. I. c. XXXIII.*

84) ANNALISTA SAXO ad a. 1106.

85) ANNALISTA SAXO ad an. 1106. *si quis autem obitum eius scire voluerit, VII. Idus Augusti hunc esse sciret, quo scilicet die primo matrem suam Ecclesiam iuxta Vnstrot fluuium inuadens, innumeros ad inferos præmisit.*

86) OTTO FRISINGENSIS *c. l.* DODECHINVS, SIGEBERTVS GEMBLACENSIS, CHRONICON STEDERNBVRGENSE, LEODIENSE, MALLEACENSE, CONTIN. LAMBERTI, ALBERICVS, ALBERTVS STADENSIS *ad an.* 1106. CHRONOGRAPHVS SAXO *ad a.* 1107. AVCTOR VITÆ eius *p.* 392. CONRADVS VRSPERGENSIS pag. 219.

87) Ita quidem GOTFRIDVS VITERBIENSIS *p. XVII. p.* 343. ANNALES HILDESHEIMENSES ad an. 1106. HELMOLDVS *lib. I. cap. XXXIII.* DODECHINVS ad a. 1106. *sed iterum moritur pater apud Leodium constitutus, & Spiram deportatus, in quandam desertam ecclesiolam deponitur insepultus, pro eo quod a tot & tantis patribus tanto tempore permansisset excommunicatus.* AEGIDIVS AVREAE VALLIS MONACHVS de Gestis Pontificum Leodiensium c. XV. apud CHAPEAVILLIVM Tom. II. Scriptorum Leodiensium. *Imperator in ecclesia sancti Lamberti ante altare beatæ Mariæ tumulatur. Sed quia a Pontificibus Romanis sæpe excommunicatus sub anathemate obiit, præcipiente Papa inde est eiectus, & extra ciuitatem Leodiensem, in loco, qui mons Cornelii dicitur, tumulatus. - - Vbi aliquanto tempore iacuit, sed postea inde delatum corpus eius per licentiam Papæ Spiræ reconditum est.* Verum, rationem sepulturæ eius recenset ANNALISTA SAXO ad a. 1106. *Rex vero statim conuocauit ad se principes Regni, quærens ab eis consilium, quid de patris exequiis esset facturus. Erat enim humatus sicut Regem decebat, si tamen apud Deum meruisset, apud Sanctum Lambertum Leodii coram altari Sanctæ Mariæ honorifice ab Episcopo, qui semper sibi extitit fidelis in omnibus. Tunc Principes Regni dederunt consilium, vt iuberet eum effodi & in æde non sacrata poneret, ne in eadem esset sententia, qua & pater, si vllas ei faceret exequias, vsque Romam nuntios*

Henricus V. filius eius Patrem suum, cooperantibus Episcopis atque Principibus, regio more Spiræ sepelit. 88)

§. L. Vxores binas habuit. Prima erat Bertha, Ottonis, Marchionis Italiæ filia, ex Adelheida, quæ ipsi infanti, viuo adhuc patre a. 1055. fuit desponsata. 89) Cum hac an. 1066. nuptias Triburiæ celebrauit, 90) inuitus tamen, eamque sic exosam habebat, vt post nuptias celebratas eam sponte sua nunquam videret, 91) diuortium potius cum eadem facere cupiens. 92) Hac anno 1088. Moguntiæ defuncta, 93) duxit insequenti anno Coloniæ Adelheidam, filiam Regis Russorum, viduamque Vtonis, Marchionis Brandenburgici. 94). Hæc Praxedis aliis dicta, 95) de iniuriis mariti nimium questa, 96) in mona-

nuntiôs mitteret & ab Apostolico banni solutionem, si fieri posset, impetraret. Leodiensis autem Otbertus cœterique Coëpiscopi hac inter cætera recipiuntur in communionem poenitentiæ conditione, quo cadauer eiusdem excommunicati per se pridie in Monasterio tumulati effoderent, comprobantibus his, qui aderant, Archiepiscopis & Episcopis, quia quibus viuis Ecclesia non communicat, illis etiam nec mortuis communicare possit. Sicque factum est & in quandam Mosæ insulam est positus, nullumque diuinum officium vlterius super eum est factum, nisi Hierosolimitanus quidam Monachus casu venit, qui die noctuque, quandiu ibi stabat, indesinenter sibi psalmodiam decantabat. Proch dolor, quod vmquam talis persona ita meruit tractari a filio suo, & nisi adesset vltio diuina, nequaquam in extremis suis id ei euenisset. Et paullo post: *post hæc placuit Regi, vt patris corpus Spiram deferret, iussitque de aliquibus familiaribus ipsius maxime Erkenbaldo, qui semper in angustiis illi adhæserat, præbere illuc famulatum; Cumque tertio Nonas illuc allatus esset, solito more defunctorum a Clero & populo suscipitur, & in Basilicam Sanctæ Mariæ, quam summo studio construexerat, deportatur. Vnde Episcopus interdixit, vllum ibi diuinum celebrari officium, donec ab hoc facto purgarentur, sicque extra Monasterium fecit corpus statui in Capella non diu consecrata, vnde & factus est tumultus & planctus magnus in populo, quia dilexit locum & populum illum præ omnibus. Itaque multo tempore inhumatum corpus ab incolis ibi frequentabatur.*

88) Verba sunt ANNALIVM HILDESHEIMENSIVM ad a. 1111. LEHMANN *lib. V. c. XLIII.* OTTO FRISINGENSIS vero de gestis Friderici I. lib. I. c. X. dicit, quasi vnico nexu hoc fuerit factum: *circa idem tempus Imperator Henricus apud Leodium Belgicæ vrbem, diem obiit. Sepultisque ibidem intestinis eius, corpus in Galliæ ciuitatem Spiram deportatur: ibique in Ecclesia beatæ Dei genitricis, semperque virginis Mariæ, quam ipse miro & artificioso sicut hodie cernitur, construxerat opere, iuxta patrem, auum, Imperatores, cultu regio sepelitur.* ANNALISTA SAXO ad a. 1111. *Heinricus Imperator mense Augusto plurimos Episcopos & Abbates nonnullos etiam Principes Spiram conuocat, quorum assensu & cooperatione patris sui anniuersarium permagnifice celebrant. Nam toto quinquennio suspensa communio sepulturæ & Orationum Apostolica auctoritate ab eisdem Sacerdotibus, qui & Romæ coram Papa poenitentiæ illius testimonium reddiderunt, tunc testificantibus conceditur, & quibus nulli Imperatori angustiores impensæ sint exequiis, iuxta maiores suos in Ecclesia sepelitur.* Vide GEORGII SCHVBARTI *Henricum IV. exemplum turbatæ Reipublicæ.*

89) CONT. HERM. CONTRACTI ad a. 1055. *Imperator de Italia per Baioariam rediens, natalem Domini apud castrum Turegum celebrauit, ibique Othonis Marchionis filiam æquiuoco suo filio desponsauit.* ANNALISTA SAXO ad an. 1067. *Henricus Rex Bertam filiam Ottonis Marchionis de Italia & Adelheidis, quæ soror erat Comitis, qui agnominatus est de monte Bardonis in Italia & Immulæ seu Irmengardis, quam post mortem Ottonis Ducis de Suinuorde Ecbertus Marchio Senior de Brunesuic vxorem tunc habebat, ducens, nuptias Triburi celebrat.* Ipsius Genealogiam examinant GVNDLINGIANA *p. XXX. n. 2.*

90) OTTO FRISINGENSIS VI. c. XXXV. ad a. 1066. *anno sequenti Rex Bertam Ottonis Italici Marchionis filiam vxorem accipiens, nuptias apud Triburias celebrauit.* Hunc sequitur ALBERICVS & CHRONOGRAPHVS SAXO ad a. 1067. BERTHOLDVS vero, LAMBERTVS SCHAFNABVRGENSIS easdem ad an. 1066. referunt. CONRADVS VRSPERGENSIS p. 220.

91) BRVNO p. 176. *vxorem suam, quam nobilem & pulchram suasionibus Principum inuitus duxerat, sic exosam habebat, vt, post nuptias celebratas, eam sponte sua nunquam videret, quod & ipsas nuptias non sponte sua celebrauerat. Ergo, multis modis, eam a se separare quærebat, vt tunc quasi licenter illiciter faceret, quum hoc, quod licebat, coniugium non haberet.* BERTHOLDVS ad an. 1068. *Henricus Rex, adolescentiæ suæ errore seductus, legitimæ coniugis adeo obliuiscitur, & tam nefandis criminibus inuolutus esse diffamatur, vt etiam Principes eius eum regno priuare molirentur.*

92) *Vide supra §. IX.*

93) CHRONOGRAPHVS SAXO, ANNALISTA SAXO, ALBERTVS STADENSIS ad a. 1089. DODECHINVS, ANNALES HILDESHEIMENSES ad a. 1087.

94) CHRONOGRAPHVS SAXO ad an. 1089. *Imperator Coloniæ nuptias celebrauit, quandam Vtonis, Marchionis viduam, filiam Regis Ruzorum, ducens vxorem.* DODECHINVS ad a. 1093. ANNALISTA SAXO ad a. 1082. *igitur defuncto Vdone seniore successit ei filius eius Heinricus Marchio, hic habuit vxorem Eupraeciam, filiam Regis Russiæ, quæ in nostra lingua vocabatur Adelheid, quam postea duxit Heinricus Imperator.* Idem ad ann. 1089. *Heinricus Imperator Coloniæ nuptias celebrauit, Heinrici supradicti Marchionis de Stadhe viduam, filiam Regis Ruzorum ducens vxorem.*

95) Sic eam vocat BERTHOLDVS, AVCTOR VITAE MATHILDIS *c. XIII.*

96) BERTHOLDVS ad an. 1094. *vxor huius Imp. iamdum multis iniuriis lacessita, multisque annis ne aufugeret custodita, tandem ad Welphonem Ducem Italiæ aufugit. Quæ apud suos tot & tanta, tamque inaudita mala se passam conquesta est, vt etiam apud inimicos misericordiam se inuenturam non dubitaret, nec in hac vtique spe decepta est. Nam Dux & vxor eius Mathildis gratanter eam susceperunt & tractauerunt.* ANNALISTA SAXO ad an. 1094. *discessio facta est inter Imperatorem Heinricum & vxorem eius Adelheidam.* Qua ratione illam aliis subiecerit, docet DODECHINVS ad ann. 1093. Hinc BERTHOLDVS ad an. 1095. *In synodo Placentina Praxedis regina iamdudum a Heinrico separata, super maritum suum Domino Apostolico & sanctæ synodo conquesta est, de inauditis fornicationum spurcitiis, quas apud maritum passa est. Cuius querimoniam Dominus Papa cum sancta synodo satis misericorditer suscepit, eo quod ipsam tantas spurcitias non tam commisisse, quam inuitam pertulisse, pro certo cognouerit. Vnde & de poenitentia pro huiusmodi flagitiis iniungenda, illam clementer absoluit, quæ &* peccatum

monasterium secessit. 97) Cum hac sterile habuit matrimonium. Ex priori vero Bertha sustulit an. 1071. filium, qui postquam baptizatus, defunctus & Hartesburgi fuit sepultus. 98) Alter Conradus 2. Februarii 1074. fuit natus, contra patrem factus rebellis. 99) Tertius erat Henricus V. qui ipsi successit: Inter filias Agnes erat, Friderico Hohenstauffio, Sueuorum Duci nupta, 100) quæ alias memorantur, incertæ sunt fidei. 1)

§. LI. Imperante hoc Henrico IV. suscepta fuit prima expeditio Cruciata. Mittebant enim Constantinopolitani, Alexio imperante, ad synodum Placentinam an. 1095. legatos, auxilia contra Turcas petentes, ad hoc auxilium Vrbanus II. Papa multos incitauit. 3) Insequenti igitur anno 1096. maxima multitudo Italorum, Gallorum & Germanorum Hierosolymam contra paganos duce Godofredo Bullionæo perrexit, qui cruce in uestibus fuerunt signati, quorum permulta pars, eo quod Hungariam deuastarent, fuerunt interfecti, 4) reliqui vero cum maximo labore Palæstinam intrant; Antiochiam, demum idibus Iulii 1099. Hierosolymarum vrbem capiunt, Godefrido Rege constituto. 5)

peccatum suum sponte & publice confiteri non erubuit. DONNIZO *Vita Mathildis lib. II. c. VIII.*

97) DODECHINVS ad a. 1093. *regina autem reuersa est in regionem suam, & ingressa monasterium facta est abbatissa, vt quidam dicunt.*

98) LAMB. SCHAFN. ad an. 1071. *Regina, quæ, vna cum Rege, Moguntiæ aderat, filium peperit, sed is baptizatus statim obiit, delatusque in Hartesburg, ibi sepultus est.* Adde MABILLONIVM *Ann. Benedictin. Tom. V. p. 15.* Henricum V. ipsum filium fuisse dicit.

99) LAMB. SCHAFN. ad a. 1074. *Castellum Vokenrot paucis ante diebus coeptum fuerat obsidere, & quia regina in eo toto tempore belli huius seruabatur, iussu regis profectus eo abbas Herueldensis consentientibus Thuringis eandem inde accepit, atque Herueldiam adduxit pregnantem, & iam de partus vicinitate in dies anxiantem. Cumque ibi diebus multis moraretur, nesciente scilicet rege propter perturbationem reipublicæ, quo eam mittere posset seruandam, 2. idus Februarii feria 4. peperit filium. Is quomodo infirmari, & iamiam expiraturus putabatur, tertio die baptizatus est ab Ezzone Altenburgensi episcopo, qui tunc forte apud abbatem hospitabatur, & nomine atani sui Conradus est vocatus: & quoniam alii non aderant, qui digne eo munere fungerentur, abbas & alii plerique fratres Herueldensis coenobii eum de sacro fonte susceperunt.*

100) OTTO FRISING. *lib. I. de Gestis Friderici I. c. VIII.* Nomen eiusdem produnt litteræ fundationis Monasterii Loricensis in GVNDLINGIANIS *p. VII. p. 119.* Hæc postea Leopoldo Austriæ Marchioni fuit nupta c. X. *mortuo Alemannorum Duce, Friderico, Agnetem, ab ipso viduatam, frater suus, Henricus, Imperatoris Henrici filius, in sua suscepit; eamque Leopoldo, Orientali Marchioni in vxorem dedit, filiis ipsius, (prioris matrimonii) Friderico, quindecim, Conrado, duodecim annos, habentibus.* Idem *lib. VII. Chron. c. IX.*

1) Hæc sunt Adelheida, Gandersheimensis Abbatissa, Bertha, Marquardi Carentani vxor. Sophia, Salomonis Vngariæ Regis Coniux.

2) BERTHOLDVS ad an. 1095. *item legatio Constantinopolitani inprimis ad hanc synodum* (Placentinam) *peruenit, qui Dominum Papam omnesque Christi fideles suppliciter implorauit, vt aliquod auxilium sibi contra Paganos pro defensione S. Ecclesiæ conferrent, quam Pagani iam pene in illis partibus deleuerant, qui partes illas vsque ad muros Constantinopolitanæ ciuitatis obtinuerunt. Ad hoc ergo auxilium Dominus Papa multos incitauit, vt etiam iure iurando promitterent, se illuc, Deo annuente, ituros, & eidem Imperatori contra Paganos pro posse suo, fidelissimum adiutorium collaturos* DODECHINVS, ANNALISTA SAXO ad a. 1095.

3) Duces illorum recenset SIGEBERTVS GEMBLACENSIS ad a. 1096. *erant in hoc Dei hostico dux Lotharingiæ Godefridus, & fratres eius Eustachius & Balduinus, Anselmus de Ribodimonte, Balduinus Comes Montensis, Robertus comes Flandrensis, Stephanus comes Blesensis, Hugo Magnus frater Philippi regis Francorum, Robertus comes Normannorum, Raymundus comes Sancti Aegidii, Baiamundus dux Apuliæ, & Tancredus nepos eius. Horum omnium curam Apostolica auctoritate suscepit vir eximius Hamarus Podiensis episcopus, eiusque consilio & doctrina vsque ad captam Antiochiam plurimum profectum fuit. Huius etiam viæ incitator Petrus quidam eremita fuit, qui vsque ad captam Hierusalem in multis vtilis cum exercitu Dei perseuerauit.* Quanto feruore hæc expeditio fuerit suscepta, narrat ANNALISTA SAXO ad a. 1096. inter alia scribens. *consentientibus igitur dictis eius omnibus, regna rectoribus, vrbes pastoribus, vici desolantur habitatoribus, ne tantum viri seu pueri, sed & mulierum quamplurima, hoc iter sunt aggressæ.* Adde a. 1097. 1099. Plenius hæc persequitur OTTO FRISINGENSIS *VII. c. II.* CHRON. WÜRTZB. ad a. 1099. *Hierosolyma a Christianis capitur, Godefrido Duce exercitum regente.*

4) BERTHOLDVS ad a. 1096. Late eandem describit CHRON. REG. S. PANTALEONIS ad a. 1096. Vide vberius IACOBI BONGARSII *Gesta Dei per Francos.* IO. FRANC. BVDDEVM *de Expeditionibus Cruciatis.* RECHENBERGII dissertationem *de prima expeditione cruciata.*

5) DODECHINVS ad an. 1099. *Hierosolyma idus Iulii capta est a Christianis, eo die quo diuisio Apostolorum facta est, Gotfrido duce exercitum ibi regente: & statim eum Christiani regem super se constituerunt.* SIGEBERTVS GEMBLACENSIS, ANNALISTA SAXO ad a. 1090.

SECTIO QVARTA
DE
HENRICO V.

§. I. Henrici V. natiuitas & parentes. §. II. Henricus Goslariæ tonitru perterritus. §. III. Synodus Guastallana, Trecensis & Beneuentana, & orta inde controuersia de inuestitura Episcoporum. §. IV. Compositio inter legatos Imp. & Papæ de hac inuestitura, vt Clerus terris & Regalibus cederet. §. V. Imp. vrbem ingreditur, Papam promissa haut adimplentem captiuum facit, qui Henrico coronato, ipsi renuntiat inuestituram. §. VI. Papa in Concilio Lateranensi & Viennensi omnia reuocat. §. VII. Imp. ad occupandas terras Mathildianas Italiam ingreditur, & a Papa absoluitur. §. VIII. Mortuo Paschali II. Romani Gelasium II, Imp. Gregorium VIII. Papam imponit, a quo coronatur. §. IX. Calixtus II.

apud

apud Gallos Papa eligitur, qui inuestituras repetit, Imp. excommunicat. §. *X. Imp. desistere a se regnum, videns Calixto II. a.* 1122. *postquam a banno esset absolutus, cedit Episcoporum inuestituras.* §. *XI. Imp. Henricum Ducem Lotharingiae terris priuat.* §. *XII. Lothario concedit Ducatum Saxoniae, Conrado Ducatum Franconiae, Friderico Hohenstaufio Ducatum Sueuiae.* §. *XIII. Imp. Robertum Flandriae Comitem subiugat, Bohemiae Ducem restituit, Boleslaum III. Polonum in ordinem redigit, & expeditionem in Vngariam suscipit.* §. *XIV. Turbae Henrici cum Principibus Germaniae & Alberto Moguntino.* §. *XV. Bellum Saxonicum.* §. *XVI. Bellum cum Rainaldo, Barri Comite.* §. *XVII. b. Henrici contra Ludouicum Gallorum regem & Petronellam Batauam.* §. *XVIII. Mors Henrici V.* §. *XIX. Familia.*

§. I.

HEnrici IV. ex Bertha tertius filius erat Henricus V. 1) aliis, non computato Henrico Aucupe, IV. dictus, 2) natus a. 1081. 3) Hic a patre iamdum an. 1099. ad successionem fuerat destinatus, 4) a. 1102. ab eodem cingulo militari accinctus, 5) in Comitiis Moguntinis 6) a. 1105. Rex Romanorum constitutus patri Imperii dignitatem a. 1106. pessimo exemplo praeripuit, 7) & patre mortuo, libere regnans, Coloniam Agrippinam obsidione cingit, eamque tandem multa pecunia accepta, ad deditionem coegit. Princeps acer ingenio, 8) armis strenuus, 9) verum iustitiis regni parum inuigilauit, pecunias infinitas congesserat. 10)

§. II. Sub initium statim Regiminis, rex natiuitatem Ratisbonae, Pascha vero an. 1107. Moguntiae celebrauit. Postea, dum in Goslariensi oppido Conuentum habuisset, & iura regni, prout voluit, disposuisset, subito tempestas, nimium horribilis, fulgurum, coruscationum, tonitruum exorta, Regem & omnem populum perterruit, adeo enim vehemens fuit, vt ensem Regalem perstringens, partem non modicam in acumine, cum baltheo clypei Regalis, absumeret, coriumque interius clypei per partes in rugam conuerteret. 11) Omnibus etiam in Germania rite dispositis, Episcopos, qui in schismate propriis sedibus pulsi fuerant, restituit. 12)

§. III. Graues statim Paschalis II. Papa turbas fuit expertus. Celebrata enim ab eodem Guastallae apud Lombardos Synodo, 13) multa circa res Ecclesiasticas fuerunt composita. Post haec in Galliam abeunte Papa, vt a Philippo R. Galliae, eiusdemque filio Ludouico VI. Gallorum Rege auxilia peteret, misit Imp. legatos suos, Archiepiscopum Treuirensem, Episcopum Halberstadtiensem, Episcopum Monasteriensem, vna cum Welphone Duce & Comitibus quam pluribus in Galliam, qui Catalauni Papam inuenientes, inuestituram Episcoporum ab antiquis temporibus Imp. conuenire contenderent, quam tamen

1) Dicitur quibusdam Carolus Henricus. CHRON. MALLEACENSE ad a. 1106. apud LABBEVM Tom. II. *Bibl. MStorum p.* 217. *Hinricus Imperator Alamannorum obiit, & successit Hinricus filius suus cognomento Carolus.* ORDERICVS VITALIS *lib. X. Hist. Eccles. p.* 762. *Karolus Henricus V. Imperator anno ab incarnatione domini MCVI. regnare coepit.* Idem lib. XI. *Henricus Imperator Alemannorum - - - expirauit. Karolus Henricus V. filius eius post eum imperauit.* Idem lib. XII. p. 846. *Gelasii Papa legatus - - - querimoniam fecit de Karolo Imperatore.* DODECHINVS ad an. 1125. *Henricus quartus Imperator, sed huius nominis quintus Rex.* WILHELMVS GEMMETICENSIS *Hist. Normann. c. XI. Henricus quintus Rex, & quartus Imperator Romanorum & Alemannorum Augustus.* In Diplomate Eberaldo, Ministeriali suo concesso an. 1120. se ipsum vocat Henricum quartum in IOANNIS *Spicilegio* Tabularum *Veter. Tom. I. p.* 443

2) CHRON. LOBIENSE ad an. 1124. apud MARTENE *Tom. III. p.* 1420. *Inter Calixtum - - & Henricum Imperatorem de nomine IV. - - pax promouetur.* Idem ad a. 1125. *Imperator Henricus de nomine IV. moritur.*

3) CONT. LAMB. ad a. 1081. *Heinricus rex natus est, ille qui patrem suum de regno expulit.* MARIANVS SCOTVS, ANNALES HILDESHEIMENSES, CHRONOGRAPHVS SAXO ad a. 1081.

4) *Super. Sectione* §. *XLV.*

5) CHRONOGRAPHVS SAXO ad an. 1102. *Imperator Leodio Pascha celebrauit, filius eius senior gladium accepit.*

6) *Super. Sect.* §. *vlt.*

7) Prout superiori Sect. §. *XLVIII.* fuit declaratum. OTTO FRISINGENSIS de gestis Friderici lib. I. c. X. *Henrico in regnum successit filius suus Henricus, in ordine Imperatorum quartus, Regum vero quintus.*

8) CONRADVS VRSPERGENSIS p. 271.

9) OTTO FRISINGENSIS lib. VII. c. XIV. *Rex vt erat armis experientissimus* & lib. I. de G. Friderici I. c. X. dicitur *armis strenuissimus*, CONRADO VRSPERGENSI c. l. dicitur fortis & audax.

10) CONRADVS VRSPERGENSIS c. l. ANNALISTA SAXO ad a. 1109. 1125.

11) DODECHINI verba sunt ad ann. 1107. Eadem repetit CHRON. SAXO ad a. 1108. ALB. STADENSIS ad a. 1107. GOBEL. PERSONA *ae. VI. c. LVIII.* LEHMANN *lib. V. c. XLII.* HEINECCII *Ant. Goslar. ad a.* 1107. ANNALISTA SAXO *ad a.* 1107.

12) ALBERICVS ad an. 1107. OTTO FRISINGENSIS *VI. c. XIII.*

13) CONRADVS VRSPERGENSIS pag. 265. *post haec hebdomada IV. Mensis Octob. habitum est concilium generale in prouincia Longobardia super ripam Padi fluminis, loco qui Warstallis nuncupatur, vbi praesente fere per omnia Apostolico viro Paschali II. coram multitudine maxima clericorum, nec non laicorum, qui de diuersorum regnorum ecclesiis conuenerant, praesentibus etiam legatis domini Heinrici regis multa sunt, prout canonica dictabat aequitas de inimici Zizaniis euulsa, multa de structuris super harenam positis destructa, plura quoque posici seminis plantaria, profundius plantata simul & rigata, nonnulla etiam tutissima munitionis per ecclesias propugnacula sunt aedificata.* DONNIZO *lib. II. c. XVII.* ANNALISTA SAXO *ad a.* 1106.

14) Hanc

tamen Papa denegabat. 14) Insequenti anno 1107. in Concilio Trecensi apud Gallos laicorum inuestitura de ecclesiasticis dignitatibus fuit prohibita, & diuersi Episcopi a manu laica inuestiti, depositi. 15) Imperator vero per legatos vniuersæ Synodo significauit, potestatem constituendorum Episcoporum priuilegiis Papalibus Carolo Imp. fuisse concessam, 16) Adelgotum etiam eodem anno de archiepiscopatu Magdeburgensi inuestiuit. 17) Hoc nihili faciens Papa, in Synodo Beneuentana 1108. decernit, vt quicunque Inuestituram Ecclesiæ, vel Ecclesiasticam dignitatem de manu Laici acceperit, & dans, & accipiens, communione priuetur. 18) Nihilominus Heinricus in conuentu Francofurtensi a. 1109. deposito Gotefrido Fuldensium abbate, Wolfhelmum eis præfecit ex eadem congregatione. 19) Eodem anno mittebat Imp. Fridericum Coloniensem Archiepiscopum, Brunonem Treuirensem, Adalbertum Cancellarium, Hermannum Comitem de Winzeburg, aliosque Principes satis claros Romam pro corona impetranda, & concordia inter Imp. & Papam stabilienda, Papa etiam Imp. omni mansuetudine esse excepturum spondet. 20)

§. IV. Anno 1110. Paschalis II. Papa vrbe egrediens, aduocatis ad se Principibus & Comitibus Italiæ, hos vna cum Romanis iuramento obstrinxit, vt sibi essent in auxilio contra Imperatorem. 21) Heinricus vero habito in Epiphania Domini Ratisbonæ colloquio, Principibus exposuit, quatenus profectionem Romanam vellet suscipere pro impetranda benedictione Imperiali atque iuribus Imperii stabiliendis. 22) Annuentibus hisce & fidem

14) Hanc legationem late describit SVGERIVS in vita Ludouici Grossi, apud du CHESNE Tom. IV. p. 289. qui tandem addit, *Cumque hæc & his similia ceruicosi audissent Legati, Theutonico impetu frendentes tumultuabant, & si tuto auderent, conuitia eructuarent, iniurias inferrent. Non hic, inquiunt, sed Romæ gladiis determinabitur querela.* ANNALISTA SAXO ad a. 1107. *Rex Henricus Pascha Mogontiæ celebrauit, indeque obuiam Papæ in confinio Lotharingiæ & Franciæ venit, & per triduum Legatis inuicem missis, infecto pro quo venerant, negotio discesserunt.*

15) CONRADVS VRSPERGENSIS pag. 266. de Paschali II. *tandem circa Ascensionem Domini concilium non modicum apud Trecas habuit: vbi inter multa quæ pro tempore & necessitate corrigenda, correxit, sententiam de libera pastorum electione, & de coërcenda laicorum in ecclesiasticas dignitates præsumptione, iuxta prædecessorum suorum decreta promulgauit.* ANNALES HILDESHEIMENSES ad a. 1107. *Papa ex Synodi sententia apud Trecas Rothardum Moguntinensem Episcopum ab officio suspendit, eo quod Vdonem Hildesheimensem sine Ecclesiæ consensu restituit; & quia Reinhardum contra iura canonum Haluerstadensi Ecclesiæ ordinauit. Similis sententia de Guichardo Constantiensi ---- atur, quia his consensit qui Godescalcum Mindensi Ecclesiæ loco Episcopi intruserunt, & quia Heinricum Magdeburgensem ordinauit. Omnibus ibi Ecclesiis Apostolicus libertatem, vt ex præcepto canonum Prælatos sibi eligant, quos dignos viderint, restituit.* GOBELINVS PERSONA *at. VI. c. LVIII.* ALBERICVS *ad a. 1108.* ANNALISTA SAXO, CHRON. MALLEACENSE, VEZELIACENSE *ad a. 1107.* Extat tamen in GOLDASTI *apologia pro Henrico IV.* SIGEBERTI GEMBLACENSIS epistola, nomine Ecclesiæ Leodiensis contra epistolam Paschalis II. Papæ, Ecclesias Henrico Cæsari & Imperio fideles excommunicantis & deuastantis.

16) CONRADVS VRSPERGENSIS c. l. *at rex Heinricus peragratis Saxoniæ finibus, post paschale festum Moguntiæ actum, eidem se concilio vicinum, non tamen præsentem, cum nonnullis episcopis & optimatibus exhibuit: cum quibus etiam inito consilio, legatos honorabiles ad Apostolicum transmisit, per quos tam ipsi, quam vniuersæ synodo potestatem constituendorum episcoporum priuilegiis Apostolicis Carolo imperatori concessam notificarent. Super qua quæstione, quia in alieno regno quicquam diffiniri, vtpote Romano iam incipiens potiri sceptro H. non patitur, induciæ sibi totum sequentis anni spatium Romam veniendi, & eandem causam generali concilio ventilandi conceduntur.* Vid. HENR. MEIBOMII Dissertatio *de Iure Inuestituræ Episcopalis Imperatoribus Romanis a Pontificibus per vim ademto.*

17) CHRON. MAGDEB. apud MEIBOMIVM *Tom. II. p. 323.*

18) PETRVS DIACONVS lib. IV. c. XXXIII. *mense itaque Octobris adueniente, idem Apostolicus ad hunc locum adueniens, sociato sibi nostro Abbate, Synodum celebraturus, Beneuentum perrexit. In quo videlicet vestigia prædecessorum suorum secutus, constituit, vt quicunque inuestituram Ecclesiæ, vel Ecclesiasticam dignitatem de manu laici acceperit, & dans, & accipiens communione priuetur.*

19) Verba sunt CONRADI VRSPERGENSIS *p. 266.* CORNELIVS *Breuiario Fuldensi n. XXII.* apud PAVLLINI *Synt. Rer. German. p. 432.* BROWER *Antiquit. Fuld. n. XXVI. XXVII.* ANNALISTA SAXO *ad a. 1109.*

20) DONNIZO Vita Mathildis lib. II. c. XVIII.
Mille decem centum Christi dum tempora crescunt,
pontifices magnos (Heinr.) *comites direxit & altos,*
magnificam Romam pro regni quippe corona;
Filius esse Petri si vult, Rex atque fidelis.
Papa, dabo Romam, respondit, eique coronam.
ANNALES HILDESH. ad a. 1109. *Principes satis clari Romam cum pompa non parua vadunt, inter apostolicum & Regem concordiam facturi, Domnus Apostolicus omni paternitate, omni mansuetudine se excepturum spondet.* ANNALISTA SAXO *ad an. 1109.*

21) PETRVS DIACONVS Chron. Casin. lib. IV. c. XXXV. *anno autem Dominicæ Incarnationis millesimo, centesimo decimo, indictione tertia, mense Iunio, Sexto eiusdem, stella Cometes apparuit. Eo etiam tempore iam dictus Paschalis Papa secundus vrbem egrediens, ad has partes deuenit, & Ducem, ac Principem, omnesque Comites Apuliæ, Calabriæ, ac Principatus aduocans, accepit securitatem ab eis, quatinus illum adiuuarent contra Heinricum Imperatorem, si necessitas sibi incumberet, & ad hoc prouocati fuissent. His ita peractis, Romam rediit, & omnes proceres Romanorum simili sacramento constrinxit.*

22) CONRADVS VRSPERGENSIS pag. 267. *in Epiphania Domini Ratispone Heinricus colloquium cum principibus faciens, animi sui propositum eis aperuit, scilicet, quod transalpinis partibus se exhibere vellet, quatenus & benedictionem imperialem a summo pontifice, Romana, quæ caput mundi est, in vrbe perciperet, & latus Italiæ prouincias in societatem regni Germanici fraterna pace, & iustitiis ac legibus antiquis componeret: insuper ad omnia quæ defensio posceret ecclesiastica, ad nutum patris Apostolici se prom-*

& fidem sacramento promittentibus, id quod etiam Traiecti fuit repetitum, 23) cum magno exercitu XXX. millium equitum electorum Italiam intrat, 24) eius oppida, castella, municipia rapinis & incendio depopulatur. Rebus etiam per Tusciam & Longobardiam bene dispositis, 25) legati Papales cum missis Imperatoriis apud Sutriam conuenientes, promptum esse Papam ad consecrationem & omnem Regis honorem, & voluntatem, si Imp. in die coronationis suæ refutaret omnem Inuestituram ecclesiarum in manum Pontificis, Clerus vero omnibus terris & Regalibus, quæ possideret, cederet, decimis saltim atque oblationibus esset contentus. 26) Hæc postquam a legatis fuissent deliberata atque inuicem promissa, ab ipso Imp. vna cum quibusdam Imperii Principibus, & Pontificis legato Petro Leonis sacramento fuerunt confirmata. 27)

§. V. Rebus sic dispositis, a. 1111. versus vrbem progreditur, ad componendam istam de inuestitura Episcopali controuersiam. 28) Henricus ibi a Paschali Papa I. Idus Februa-

promptum demonstraret. ANNALISTA SAXO *ad an. 1110.*

23) ANNALES HILDESHEIMENSES ad a. 1110. *Expeditio in Italiam ab vniuersis occidentis principibus Traiecti collaudatur.*

24) OTTO FRISINGENSIS VII. c. XIV. *anno abhinc tertio, ex omnibus regni visceribus infinito contracto exercitu, Romam iturus, per montem Iouis Pyraneum transit, ac in plano Italiæ residens, iuxta Padum militem recensuit. In comitatu eius XXX. millia equitum electorum, exceptis his qui ex Italia ad eum confluxerant: tantumque castrorum ambitum, qui adhuc superstites sunt, fuisse tradunt, vt visu vix penetrari potuisset. In plano ergo Italiæ castra metantes, vnusquisque militum ante papilionem suum lumen noctu accendit. Quod ad humanæ ostentationem gloriæ factum, quantum spectaculum indigenis in tam amplo ambitu præbuerit, dicere non oportet.* SVGERIVS *p. 260.* HELMOLDVS *lib. I. cap. XXXIX.* DODECHINVS, ALBERTVS STADENSIS, CONRADVS VRSPERGENSIS, ANNALES HILDESHEIMENSES, ANNALISTA SAXO *ad a. 1110.* DONNIZO *in vita Mathildis lib. II. c. XVIII.* GOTFRIDVS VITERBIENSIS *p. XVII. Chron. p. 344.*

25) OTTO FRISINGENSIS *VII. cap. XIV.* CONRADVS VRSPERGENSIS p. 267. *Anno Domini millesimo CXI. Rex Heinricus postquam rebus prospere per Longobardiam atque Tusciam dispositis, apud Florentiam Dominicæ natiuitatis gaudia, cum ingenti suorum tripudio & mirando, ac eatenus illius patriæ ciuibus nunquam viso decore & honore percelebrauit.*

26) OTTO FRISINGENSIS *cit. loc.* CONRADVS VRSPERGENSIS pag. 267. *Inde ad Aquam pendentem progressus, legatos suos dudum ab Aricia missos, ab Apostolico boni nuncii baiulos repperit: remissisque aliis nunciis cum Romanorum qui supplices illic sibi occurrerant, paulatim Sutriam processit. Ibi legati Apostolici cum missis regiis aduenientes, promptum esse papam ad consecrationem & omnem regis honorem & voluntatem, si tamen ipse sibimet annueret, libertatem ecclesiarum, laicam ab illis prohibens inuestituram, recipiendo nihilominus ab ecclesiis ducatus, marchias, comitatus, monetas, thelonea, cæterorumque regalium quæ possident, summum præbuit rex assensum, sed eo pacto, quatenus hæc transmutatio firma & autentica ratione, consilio quoque vel concordia totius ecclesiæ, ac regni principum assensu stabiliretur: quod etiam vix aut nullo modo fieri posse credebatur.* PETRVS DIACONVS lib. IV. c. XXXV. *Heinricus interea Imperator, immensum valde exercitum congregans, intrauit Italiam, prædecessorem suorum antiquorum, videlicet, Imperatorum dignitates, & iura, & Imperii coronam ab eodem Pontifice Romæ accipere cupiens, sicque cursum suum cottidie accelerabat, erat iam hyemis tempus. Cumque in Tusciam deuenisset, missis Romam in porticu sancti Petri nuntiis, cum Petro Leonis, & aliis Pontificis nuntiis, hoc pactum inter eos deliberatum est, vt Imperator scripto refutaret omnem inuestituram omnium Ecclesiarum in manu Pontificis in conspectu Cleri, & populi in die coronationis suæ, & postquam Papa fecerit de regalibus, sicut in alia carta scriptum est, sacramento firmabit, & dimittet Ecclesias liberas, cum oblationibus, & possessionibus, quæ ad regnum manifeste non pertinebant, & absoluet populos a iuramentis, quæ contra Episcopos facta sunt.* Idem deinde plenius exponit, qua ratione patrimonium & possessiones Petri se restituturum atque Ecclesiam Romanam defensurum esse promiserit Imperator. Integrum processum ipse Imp. epistola ad omnes Christianos describit, quæ reperitur apud DODECHINVM *ad a. 1110.* in qua hæc verba. *Fratres Ecclesiæ Decimis & oblationibus suis contenti sunt. Rex vero prædia & regalia, quæ a Carolo & Ludouico, Ottone & Henrico, Ecclesiis collata sunt. Sibi & successoribus suis recipiat & detineat.*

27) DODECHINVS c. l. *Hæc sunt Sacramenta ex parte Domini Papæ: Ego Petrus Leonis iuro vobis, quia Dominus Papa, proximo die Dominico, adimplebit Regi, quod in charta Conuentionis scriptum est. Hæc sunt sacramenta ex parte Regis: Ego Comes Hermannus, ego Volmarus, ego Adelbertus, iuro vobis, quia Dominus Rex, proxima quarta vel quinta Feria, ita Principes iurare faciet, & obsides dabit, sicut in charta conuentionis scriptum est. Et sic obseruabunt Domino Papæ, eo tenore, si Dominus Papa, proximo die Dominico, sic adimpleuerit Regi per omnia, sicut in charta Conuentionis scriptum est:* Ex Dodechino sua sumsit GOLDASTVS *Tomo vno p. 256. 257.* PETRVS DIACONVS lib. IV. c. XXXV. *cumque hoc inter eos constitutum fuisset, iureiurando firmauit hoc Imperator, Albertus Cancellarius, Hermannus, Fridericus, & Gotfridus Comites, Fridericus Saxo, & Cono frater Berengarii, Sigeboth de Bauoaria, Heinricus Dux Carinthiæ, Bertulfus filius Ducis Bertulfi, atque Albertus Cancellarius. Hi omnes post Imperatorem eo ordine iurauerunt, vt si Imperator hoc implere nollet, ipsi, cum omnibus suis, tenerent se ad Romanam Ecclesiam.*

28) Sic enim SIGEBERTVS GEMBLACENSIS ad a. 1111. *Heinricus rex Romam vadit, propter sedandam discordiam quæ erat inter regnum & sacerdotium, quæ cœpta a papa Gregorio septimo qui & Hildebrandus nominatus est, & exagitata a successoribus eius, Victore & Vrbano, magno scandalo erat toti mundo. Rex autem vti volens authoritate & consuetudine & authorialibus priuilegiis imperatorum, qui a Carolo Magno, qui post de regibus Francorum imperauit Romanis, iamque per trecentos & eo amplius annos imperauerat sub 63. apostolicis, dabat licite episcopatus & abbatias, & per annulum & per virgam. Contra hanc maiorum authoritatem censebant papæ synodali iudicio, non posse nec debere dari per virgam vel per annulum episcopatum aut aliquam ecclesiasticam inuestituram a laicali manu. Et quicunque ita episcopatum aut aliquam ecclesiasticam inuestituram accipiebant, excommunicabantur. Propter hanc præcipue causam Rex Romam tendebat, & si qui Longobardorum quoquo modo*

Februarii cum clero & populo Romano in vrbe Leonina, ante fores beati Petri, cum crucibus & thuribulis, aliisque Ecclesiasticis seu forensibus ornamentis stante, & aduentum eius præstolante, cum maximo tripudio suscipitur. 29) Dum autem Papa reclamantibus Episcopis, Conrado potissimum Archiepiscopo Salisburgensi, promissa haut adimpleret, exortoque tumultu, iste potius iuramentum ab Imp. exigeret, 30) Imp. iussu d. XII. Februarii cum multis Cardinalibus, in captiuitatem ducitur, ac Vlrico Aquileiensium Patriarchæ traditur custodiendus. 31) Henricus igitur sedato tumultu, disiectis muris Romanis, egressus, Papam secum duxit captiuum. 32) Conuentione tamen facta, Henricus a ciuibus reuocatur, & per conditionem concedendæ inuestituræ Episcopalis dimisso Pontifice, Cardinalibus ex Papæ consensu huic inuestituræ iurato renuntiantibus, & quod Papa nullam iniuriam Imp. facere, nec ipsum excommunicare vellet, iurantibus 33) vrbem iterum ingreditur. 34) Tunc ciues atque Papam muneribus sibi conciliat, ab eodemque post Pascha anni 1111. coronatus, fauore omnium, Imperatoris Augusti nomen sortitur, 35) Coronato Imp. post lectum euangelium, tradidit ei Papa ante altare Petri & Pauli priuilegium de inuestitura episcoporum tam per annulum quam per vir-

modo ei resistere volebant, potenter eos praeterebat. SVGERIVS *pag. 290.* MATTH. PARIS. *ad a. 1112.* GVIL. MALMESBVR. *de gest. Angl. R. lib. V.*

29) Verba sunt OTTONIS FRISINGENSIS *l. VII. c. XIV.* DODECHINVS, ALBERTVS STADENSIS, ANNALES HILDESHEIMENSES, ALBERICVS *ad a. 1111.* PETRVS DIACONVS *lib. IV. c. XXXVII.* CONRADVS VRSPERGENSIS *p. 268.* GOTFRIDVS VITERBIENSIS *p. XVII. pag. 343.* DONNIZO in vita Mathildis *lib. II. cap. XVIII.* HELMOLDVS *lib. I. c. XXXIX.* CHRONOGRAPHVS SAXO *ad a. 1112.* ANNALISTA SAXO *ad an. 1111.*

30) HELMOLDVS I. cap. XXXIX. *vbi autem ventum est ad consecrationem, exegit ab eo Dominus Papa iuramenta, quatenus in Catholicae fidei obseruantia integer, in Apostolicae sedis reuerentia promptus, in Ecclesiarum defensione solicitus existeret. Sed Rex superbus iurare noluit, dicens, Imperatorem nemini iurare debere, cui iuramentorum sacramenta ab omnibus sint exhibenda. Facta est ergo contentio inter Dominum Papam & Regem, & interceptum est opus consecrationis.* OTTO FRISINGENSIS *lib. VII. c. XIV.* CONRADVS VRSPERGENSIS *pag. 255.* GOTFRIDVS VITERBIENSIS *p. XVII. p.* 346.

31) OTTO FRISINGENSIS VII. c. XIV. *ipse autem praefatum Pontificem consilio quorundam sceleratorum, cum magna tamen reuerentia captiuauit, ac Vlrico Aquileiensium Patriarcha custodiendum commisit: sicque tumultu orto, ac omnibus preciosis rebus ad decorem & regale fastigium expositis, immuniter distractis, in luctum versum est gaudium. Occasio autem sceleris huius haec fuit, quod Rege Romam tendente, inter ipsum & Papam conuentio facta, ab obsidibus firmata narratur, vt scilicet Rex inuestituras Episcoporum remitteret, & Papa ipsi regalia eorum resignaret. Itaque dum Romam venisset, ac a Pontifice promissa sibi persolui exegisset, Papa, eo quod reclamantibus Episcopis, ea quae petebantur adimplere non posset, tanquam nocens, cum per omnia esset innocens, custodia mancipatur.* PETRVS DIACONVS *lib. IV. c. XXXVIII.* HELMOLDVS *lib. I. c. XXXIX.* ANNALES HILDESHEIMENSES, CHRON. S. PETRI CATALAVNENSE, CHRON. S. VINCENTII METENSE, VEZELIACENSE & MALLEACENSE *ad a. 1111.* ORDERICVS VITALIS *lib. X. pag. 762. lib. XI. pag. 84.* SVGERIVS *Vita Ludouici Grossi pag. 104.*

32) OTTO FRISINGENSIS VII. c. XIV. *populus Romanus, cum infinita erumpens multitudine, Tyberim transeunt, ac Regem pene ex improuiso, multis de exercitu in Vrbe, siue in agro manentibus, ante gradus Ecclesiae S. Petri inuadunt. Rex ergo, vt erat armis experientissimus, cum paucis, quos ibi habebat, in hostem ruit, diutissimeque ac acerrime, suis iam aduentantibus, pugnans, occisis multis, caeteros in fugam vertit, Romani fuga, in Ponte iuxta Castrum Crescentii, coartati, Tyberi se committunt, pluresque aquis, quam gladiis periisse narrantur. Rex, tam crudeli facto perpetrato, angustias portarum suspectas habens, muros Vrbis rupit, egressusque Papam captiuum secum duxit.* Prolixius hæc narrat PETRVS DIACONVS *lib. IV. cap. XXXIX. XL.* GOTFRIDVS VITERBIENSIS *loc. cit.* HELMOLDVS *I. c. XXXIX.* DONNIZO *lib. II. c. XVII.* ANNALES HILDESHEIMENSES *ad a. 1111.*

33) PETRVS DIACONVS lib. IV. c. XL. *ex verbo igitur Papa ab eis iuratum est in agro, iuxta Pontem Mammeum, qui Romanos a Teutonicis dirimebat, in hoc videlicet modo, quod vlterius non inquietaret Imperatorem, neque eius Imperium de inuestitura Episcopatuum, & Abbatiarum, & de iniuria sibi illata, & suis in persona, & bonis Imperatoris aliquod malum sibi, vel alicui personae non redderet pro hac causa, & penitus in persona Imperatoris nunquam anathemata ponat, vt condecet eidem Imperatori, & eius Imperio, & priuilegio suo sub anathemate confirmat Episcopos, & Abbates, libere electos, assensu Imperatoris, sine Symonia, quos idem Imperator annulo, & virga inuestiat, & Episcopus inuestitus libere consecrationem accipiat ab Archiepiscopo, ad quem pertinuerit. Si quis vero a populo, & a Clero eligatur, nisi ab Imperatore inuestiatur, a nemine consecretur, & Archiepiscopi, & Episcopi libertatem habeant consecrandi inuestitos ab Imperatore, & Regnum, & Imperium, & Patriciatum officii sui auxilio tenere adiuuabit.* GOLDASTVS *Tomo vno p. 254. 255.* ALBERICVS *ad a. 1111.* SVGERIVS *p. 104.* AVCTOR HISTORIAE PONTIFICVM ET COMITVM ENGOLISMENSIVM *c. XXXV.* ANNALISTA SAXO *ad a. 1111.*

34) OTTO FRISINGENSIS VII. cap. XIV. *igitur per aliquod temporis sacrilego ausu tento summo Pontifice, conuentione facta, Rex a ciuibus reuocatur, & per conditionem dimisso summo Pontifice, ac extorto ab eo per vim de inuestitura Episcoporum priuilegio, in Vrbem ingreditur.* SVGERIVS *pag. 290.*

35) OTTO FRISINGENSIS *c. l.* PETRVS DIACONVS *lib. IV. c. XL.* GOTFRIDVS VITERBIENSIS *p. XVII. p. 343.* Tempus definit DODECHINVS ad a. 1111. *post Pascha a papa imperator consecratur.* CONRADVS VRSPERGENSIS c. l. *post octauas Pascha.* GVILIELMVS MALMESBVRIENSIS *de Gestis Anglorum Regum lib. V. p. 167.* dominica Quasimodogeniti. Cum eo conuenit SIGEBERTVS GEMBLACENSIS, qui priuilegium de inuestituris tempore coronationis datum dicit *Idibus Aprilis* CHRON. LEODIENSE *ad an. 1111.* DONNIZO *cit. loc.*

 36) SIGE-

virgam. 36) Ista etiam conuentio pro more illorum temporum, per S. Eucharistiam firmiter fuit stabilita. 37)

§. VI. Verum, Rodbertus Parisiensis, Gualo Episcopus Leodiensis, aliique plures de Cardinalibus & Prælatis Ecclesiarum Papam redarguebant, & quidquid Imperatori verbo seu scripto concesserat, irritum esse debere, indubitanter censebant. 38) Vix igitur in Germaniam reuersus fuerat Imp. cum insequenti anno 1112. Papa Concilium Lateranense, multis Cardinalibus, Archiepiscopis atque Episcopis præsentibus, celebraret, eodemque Imp. excommunicaret & dictum Priuilegium reprobaret. 39) Id quod in Concilio Viennensi eiusdem anni repetitum, ipseque Imp. denuo fuit excommunicatus. 40) Habito a. 1116. Concilio Lateranensi II. hoc denuo. confirmatur atque Imp. excommunicatur. 41)

§. VII. De-

36) SIGEBERTVS GEMBLACENSIS ad a. 1111. In reconciliatione autem quæ facta est inter imperatorem & papam, (nam ipsum papam cum episcopis & cardinalibus ceperat) die Paschæ Heinrico in imperatorem coronato post lectum euangelium tradidit ei papa ante altare Apostolorum Petri & Pauli in oculis omnium principum priuilegium de inuestitura episcopatuum vel abbatiarum, tam per annulum quam per virgam, scilicet vt regi eius episcopis vel abbatibus libere præter violentiam electis, inuestituram virgæ & annuli conferat, post inuestitionem vero canonice consecrationem accipiat ab episcopo, ad quem pertinuerit. Iisdem verbis vtitur ALBERICVS ad a. 1111. qui insuper super hac concessione conscriptum priuilegium Paschalis II. exhibet. Ex eo habet GOLDASTVS Tomo vno p. 255. & PFEFFINGERVS Vitriario illustrato pag. 554. AVENTINVS lib. VI. cap. II.

37) PETRVS DIACONVS IV. cap. XL. porro cum ibidem cartam ipsam Imperator accepisset, postmodum tamen cum ad beati Petri Ecclesiam peruenissent, post coronæ acceptionem, eam ad manum Pontificis retulit, nec solum contra eius voluntatem, sed etiam contra omnem consuetudinem de eius manu accepit. Coronatus est autem idem Imperator, portis omnibus Romanæ vrbis, ne quis ciuium ad eum accederet, obseratis. Cumque ad hostiæ confractionem venisset, partem ipse accipiens, partem Imperatori contradens, dixit. Sicut pars ista viuifici Corporis diuisa est, ita diuisus sit a Regno Christi, & Dei quicumque pactum istud dirumpere temptauerit. Post coronationem, finitis Missarum solempniis, Imperator statim ad castra in campum egreditur: Pontifex autem, vrbem ingressus est, abhinc igitur in Romana Ecclesia scandala dissensionum, & schismatum oriri cœperunt. SIGEBERTVS GEMBLACENSIS ad a. 1111. Confirmatio pacis inter Apostolicum & imperatorem dum in celebratione Missæ traderet ei corpus & sanguinem Domini nostri Iesu Christi, Domine imperator, hoc corpus Domini natum ex Maria virgine, passum in cruce pro nobis (sicut sancta & apostolica tenet ecclesia) damus tibi in confirmationem veræ pacis inter me & te. Datum est idibus Aprilis, indictione quarta. Hunc sequitur ALBERICVS, ANNALES HILDESHEIMENSES, CHRON. LOBIENSE ad a. 1111. De hoc more, hausto Christi poculo fidem iurandi NICOL. ALEMANNVS notis ad Procopium p. 23.

38) ORDERICVS VITALIS lib. X. p. 762.

39) OTTO FRISINGENSIS VII. c. XIV. hoc priuilegium, quod a Romano Pontifice minis extorsit, postmodum synodo congregata, Episcoporum auctoritas tanquam prauilegium reprobauit. SVGERIVS p. 290. aliud etiam de manu domini Papæ, vt deinceps inuestiret surreptitium priuilegium extorsit, quod idem dominus Papa in magno Concilio trecentorum & eo amplius episcoporum iudicio Ecclesiæ nobis audientibus conquassauit, & perenni anathemate irritum duxit. HELMOLDVS lib. I. c. XL. postquam ergo arrepta benedictione Imperator Teutonicas venisset terras, collecta est in vrbe Roma Synodus centum viginti patrum, vbi Dominus Papa acrius infestatus est, pro eo quod regem sacrilegum, capto summo Pontifice, tractis Cardinalibus, fuso sanguine Cleri & ciuium, ad imperiale culmen prouexerit, insuper constitutiones Episcoporum, quas patres sui Ecclesiastico iuri vsque ad mortes & exilia defensauerint, huic omnium indignissimo etiam priuilegio stabilierit. Ille prætendere cœpit necessitatis articulum, maximaque pericula minori dispendio intercepta, strages plebium, incendia vrbis non aliter posse restringi, se quidem peccasse, sed impulsum: emendaturum se hanc noxam, secundum quod imperaret sanctum concilium. Accepta ergo satisfactione, accusantium refriguit feruor, definitoque consilio, exortum illud priuilegium non priuilegium imp. prauilegium vocandum, ideoque anathemate sanxerunt, ipsum præterea rescindendum Imperatorem a liminibus sanctæ Ecclesiæ sequestrandum censuerunt. ANNALISTA SAXO ad a. 1112. CHRONOGRAPHVS SAXO ad a. 1113. ALBERICVS ad ann. 1112. GOTFRIDVS VITERBIENSIS p. XVII. p. 343. ALBERTVS STADENSIS ad a. 1112. GOBELINVS PERSONA at. VI. c. LVIII. PETRVS DIACONVS IV. cap. XLII. Acta Concilii Lateranensis reperiuntur apud BARONIVM Annalium Tom. XII. ad a. 1122. n. VII. & BALVZIVM notis ad Petrum de Marca Concordia Sacerdotii & Imperii c. XX. p. 1199. sqq. CONRADVS VRSPERGENSIS ad a. 1112. 1116. Rationem reprobationis reddit IVO epist. CCXXXVI. quod enim propter vitandam populi stragem paterne in se admisit summus pontifex, coegit necessitas, non approbauit voluntas.

40) Exhibet decretum Concilii P. PITHOEVS in Obseru. ad Iuonis epistolas p. 758. inuestituras episcopatuum & abbatiarum & omnium ecclesiasticarum de manu laica, sanctæ Romanæ Ecclesiæ auctoritatem sequentes, hæresin esse iudicamus. Scriptum illud seu priuilegium quod a domno Paschali Papa violenter Henricus Rex de inuestituris, de anathemate in persona sua non sponte extorsit, in virtute sancti spiritus damnamus, atque irritum esse & nullius beatæ memoriæ iudicamus fieri. Henricum Theutonicum Regem, qui simulata pace Romam veniens, post data sacramenta domno Papæ Paschali, vitæ, membrorum, malæ captionis, refutationis inuestiturarum, eundem domnum Papam in sede apostolica ante corpus beati Petri, post osculationem pedis, oris & faciei, proditione, periurio & sacrilegio, velut alter Iudas, cum Cardinalibus, episcopis, & multis Romanorum nobilibus tradidit, & cepit, & ruptum in castra insignibus apostolicis exuit, & indigne atque inhoneste irrisum tractauit, & ab eo supradictum nefandissimum & detestabile scriptum violenter extorsit, excommunicamus, anathemizamus, & a gremio sanctæ matris ecclesiæ sequestramus, donec his omnibus abrenuntiatis plenam satisfactionem eidem ecclesiæ exhibeat. Eadem habet FRANCISCVS LONGVS a CORIOLANO Summa Conciliorum pag. 770. Acta Concilii Viennensis reperiuntur apud BARONIVM Tom. XII. n. XIII.

41) Late CONRADVS VRSPERGENSIS ad a. 1116. ANNALISTA SAXO ad a. 1116.

42) Dictum

§. VII. Defuncta a. 1115. Mathilda, Tusciæ Comitissa, quæ a. 1079. sedem Romanam possessionem suarum scripserat hæredem, 42) directi ab Italia Nuntii obitum illius nuntiantes, eiusque prædiorum terras amplissimas hæreditario iure possidendas Cæsarem inuitant. 43) Cæsare igitur postquam sororiis suis Conrado & Friderico rerum summam commisisset, 44) a. 1116. Italiam secunda vice ingresso, Papa secessit in Monasterium Cassinense, inde Beneuentum, agens cum Principibus Italiæ & Romanis, vt Imp. resisterent. 45) Imp. vero per Cluniacensem Abbatem pacem facere tentans, 46) qui tamen impedire non potuit, quo minus Henricus per legatos Pontificis, Cunonem & Gũidonem denuo excommunicaretur. 47) Imp. vero in Lombardiam reuersus, coniurantes contra se Principes modo minis, modo satisfactione ad pacem inuitat, 48) a Papa etiam absolutionem petens, quam datis induciis, obtinuit. 49)

§. VIII. Mortuo d. XXI. Ianuarii a. 1118. Paschali II. Papa, Romani interea aduentum ipsius minime præstolantes, Ioannem Caietanum, Cardinalem, & Cancellarium, monachum antea Cassinensem sub Gelasii II. nomine Papam eligunt. Imp. missis ad eum legatis, confirmationem ipsi obtulit, si conuentionem cum Paschali II. factam confirmaret: ipso vero hoc denegante, procinctus contra Vrbem mouens Imp. Burdinum Braccarensem apud Hispanos episcopum a Paschali II. depositum, sub Gregorii VIII. nomine sedi Romanæ imponit. 50) Gelasius vero Capuam veniens, vna cum Episcopis & Cardinalibus

42) Dictum de eadem Sect. priori §. *XXX.* Extat Testamentum Mathildis in MIRAEI *Cod. Don. Belg. lib. I. c. XXXVI.* & apud LEIBNITIVM *Tom. I. Script. rer. Brunsuic. p. 687.* vbi hæc verba: *Ego Mathildis Dei gratia, Comitissa, pro remedio animæ meæ & parentum meorum dedi & obtuli Ecclesiæ Sancti Petri, per internentum Domini Gregorii VII. omnia bona mea, iure proprietario, tam quæ tunc habueram, quam ea quæ in antea acquisitura eram, siue iure successionis, siue alio quocunque iure ad me pertineant.* Quare etiam DONNIZO *lib. II. cap. I.* PETRVS DIACONVS *Chron. Cassinensi lib. III. c. XLVIII. anno incarnationis dominicæ MLXXIX. Mathilda Comitissa Henrici Imperatoris exercitum timens Liguriam & Tusciam prouincias Gregorio Papæ & sanctæ Romanæ Ecclesiæ deuotissime obtulit.* Dum autem prioris istius donationis autographum periisset, ista XV. Kl. Decembris 1115. Paschali II. Pontifici omnia bona sua per manum Bernhardi Cardinalis & Legati Romanæ Ecclesiæ iterum obtulit. Huius donationis chartam BARONIVS ex Vaticano Codice *ad a. 1102. n. 20.* MIRAEVS *lib. I. Donat. Belg. c. XXXVI.* LEIBNITIVS *Tom. I. Script Rer. Brunsuic. p. 687.* exhibent. Henricum vero ex iure cognationis has terras Mathildianas occupasse, auctor est IO. DAN. KOELERVS *de donatione Mathildiana*, qui etiam hanc proximitatem fuit persecutus, id quod vberius egerunt ANT. PAGI *Crit. Ann. Baronii Tom. IV. pag. 239.* IOACH. FRID. FELLER *Monument. var. inedit. Trim. II. p. 90. 104.* Labitur igitur GODOFREDVS MONACHVS *ad an. 1209.* dum de ipsa dicit: *quæ quondam fuit filia Rutgeri Principis Siciliæ viri famosissimi, & vxor Conradi Regis filii Heinrici Imp. IV*, cum hæc plane alia fuerit, quam consilio Mathildis sibi iunxit Conradus, vti dictum Sect. superiori §. *XLVII.* Hoc tamen certum, quod de Mathilda dicit idem Auctor: *quæ ad senilem perueniens ætatem, circumuenta a Papa, tunc temporis Marchiam Imperium attinentem, quam regebat, magistratibus & potestatibus insciis & inconsultis, beato Petro tradidit.* Inualidum etiam de terris Imperii inscio Imp. factum testamentum in dissertatione de allodiis Imperii §. *XIII.* iamdum demonstraui.

43) CONRADVS VRSPERGENSIS *ad a. 1115.* ALBERICVS, ANNALISTA SAXO *ad h. a. Heinricus Imperator in Italiam secedit propter maximos motus Regni, & maxime propter Marchisæ Mathildis, cognatæ suæ, quæ recens obierat hæreditatem, quæ sibi iure competebat, obtinendam.* PETRVS DIACONVS lib. IV. c. LX. *Heinricus Imperator, qui, defuncta Matilda, tunc apud Liguriam degebat, gratia disponendarum rerum illius, lætus effectus, quia non bene cum Papa conueniebat, xenia Imperialia Vrbis Præfecto, & Romanis transmisit, aduentum suum illis prænuntians affuturum.*

44) OTTO FRISINGENSIS VII. c. XV. *hinc etiam publica bella cum magna sanguinis effusione, tam præsente Imperatore, quam in Italiam migrante, rerumque summam sororiis suis Conrado & Friderico committente, peraguntur.* DODECHINVS *ad a. 1116.* CONRADVS VRSPERGENSIS *c. l.*

45) PETRVS DIACONVS lib. IV. c. LXI. *anno autem Dominicæ incarnationis millesimo centesimo septimo decimo idem Imperator, congregato exercitu, Romam aduenit. Quod dum Papa, Paschalis comperisset, vrbem egrediens, venit ad hoc Monasterium.* Et paullo post: *agit interim Papa cum Principe, aliisque Normannis, quatenus contra Imperatorem conglutinentur, illique obsistant.*

46) CONRADVS VRSPERGENSIS cit. loc. (Regiæ) *legationis primatum Abbas Cluniacensis - - tenuit, qui inter vtramque partem pro componendis pacifice rebus, fidelis & impiger apocrisiarius multis argumentis inuigilare studuit.* DONNIZO *Vita Mathildis lib. II. c. XXI.*

47) CONRADVS VRSPERGENSIS *c. l.*

48) Verba sunt ALBERICI *ad an. 1117.* quæ ROBERTVS de MONTE in Appendice ad Sigebertum repetit.

49) HELMOLDVS lib. I. c. XL. *his motionibus exacerbatus Cæsar, transit in Longobardiam cum vxore sua Mathilde, filia regis Angliæ. Transmisitque Legatis ad Dominum Paschalem Papam, orarent veniam super excommunicationis verbo. At ille distulit causam ad audientiam sancti concilii, legitimas regi præfigens inducias, laxatoque interim excommunicationis vinculo.*

50) PETRVS DIACONVS IV. c. LXIV. *Papa Paschalis a Beneuento Romam regressus, duodecimo Kal. Febr. vita decedit, & Iohannes Cancellarius, huius Casinensis Coenobii a pueritia Monachus, a Clero, Senatu, Populoque Romano in Gelasium Papam eligitur. Talia dum Heinrici Imperatoris peruenissent ad aures, festinus Romam aduenit, Nuntiosque ad eundem Electum transmittere studuit, per quos ei direxit, quod si finem, quem Papa Paschalis cum Imperatore fecerat, obseruaret, & conuentiones, quæ inter Romanum Imperium, & Sedem Apostolicam statutæ fuerant, firmaret, Imperator, confestim fidelitatem eidem Electo, & Romanæ Ecclesiæ faceret, sin alias, alium Pontificem in Romana Ecclesia inthronizaret: Videns igitur idem Electus rationes suas cum rationibus Imperii conuenire non posse, per flumium Tiberim mare ingressus, vna cum Episcopis & Cardinalibus, aliisque Clericis Romanæ Ecclesiæ, nec non & Præfecto Romanæ vrbis, multisque aliis nobilibus Romanis, aduenit Gaietam. Hoc vbi Imperatori*

bus excommunicauit Imp. 51) qui Romam rediit, ibidemque in die S. Pentecostes a Gregorio VIII. fuit coronatus, 52) Gelasio in Galliam aufugiente, vbi etiam paullo post d. 29. Ianuarii a. 1119. in monasterio Cluniacensi fuit defunctus. 53) Huius tamen legatus Cono, Prænestinus Episcopus, habitis Coloniæ, Fridslariæque synodis, Cæsarem in Italia degentem iterum excommunicauit. 54)

§. IX. Nouus a. 1119. apud Gallos sub Calixti II. nomine constitutus fuit Papa, Guido, archiepiscopus Viennensis, Cardinalis, 55) qui conuocato statim Concilio Rhemensi, Episcopatuum, Abbatiarum, aut quarumlibet Ecclesiasticarum possessionum Inuestituram, per manum laicam fieri penitus prohibuit. Hoc non adprobante Imp. excommunicabatur, 56) Diuersi quidem Conuentus Moguntiæ a. 1119. Fuldæ & Quedlinburgi 1120. fuerunt habiti, ad lites hasce componendas, ast ob dissidia Principum Germaniæ, sine successu. 57) Calixtus interea Romam veniens, Burdinum antipapam a Sutrinis, ad quos

tori nunciatum est, e vestigio Mauricium Bracariensem Archiepiscopum a Papa Paschali depositum inuasorem Romana Ecclesiæ constituit. Supradictus autem Electus Cageta remorans, in quadragesima Presbyter ordinatus, & ab eisdem Episcopis, & Cardinalibus in Papam Gelasium consecratus est. CONR. VRSPERGENSIS, ANNALES HILDESHEIMENSES, ROBERTVS de MONTE, ROGERIVS HOVEDENVS, ALBERTVS STADENSIS, CHRON. LOBIENSE *ad an. 1118.* ALBERICVS *ad an. 1117.* CHRON. SAXO *ad a. 1119.* GOBELINVS PERSONA *at. VI. c. LVIII.* GERHOHVS cap. XXII. *non multo post tempore Paschali Papa viam vniuersæ carnis ingresso, Gelasius in Pontificatu succedit, optimus & ipse legis Dei ac libertatis Ecclesiasticæ æmulator, cuius post ordinationem die XL. Heinricus Imperator vrbem ingressus, bestiam quandam nomine Burdinum super intrusit, Gelasio Papa ab vrbe deturbato.* HELMOLDVS lib. I. c. XL. *obiit interea Paschalis, cui substituit Cæsar Burdinum quendam reprobato Gelasio, quem Canonica electio statuerat.* SVGERIVS *Vita Ludouici p. 123.* ORDERICVS VITALIS *lib. XII. p. 842.* extat Gelasii II. epistola ad Episcopos, Clerum & plebem Galliæ apud SEVERINVM BINIVM *Tom. VII. Concil. p. II. p. 557.* Vitam Burdini scripsit STEPH. BALVTZIVS *lib. III. Miscell. p. 471.* ANNALISTA SAXO *ad a. 1118.* INNOCENTII *III. Ep. XXIX.*

51) PETRVS DIACONVS c. l. *deinde Capuam veniens, vna cum Episcopis, & Cardinalibus, excommunicauit eundem Imperatorem, vna cum prædicto inuasore eorumque complicibus.* ANNALES HILDESHEIMENSES ad a. 1118. *Imperator vero alium surrogat Bacarensem scilicet Episcopum quem Gregorium vocauerunt. Quo facto, Iohannes electus Apostolicus Beneuentum secedit. Imperatorem cum idolo suo (hoc enim nomine, quem ipse substituit, vocatus est) omnesque huic parti consentientes excommunicauit.* Idem dicit CONRADVS VRSPERGENSIS *ad a. 1118.* ORDERICVS VITALIS *c. l.* PANDVLPHVS *Vita Gelasii II.* apud BINIVM c. l. ANNALES HILDESHEIMENSES *ad a. 1118.*

52) PETRVS DIACONVS c. l. *Imperator interea, Romam rediit, ibique die sancti Pentecostes ab eodem Hæresiarcha coronatus, Liguriam rediit.*

53) PETRVS DIACONVS *IV. c. LXIV. Exinde vero supra dictus Pontifex discedens cum Episcopis, & Cardinalibus, Cluniacense Cœnobium petiit, atque a supradicti loci Abbate honorifice nimis receptus, & ibi aliquandiu remoratus, post paucos dies vita decessit, vtique in eodem Monasterio decenti est sepultura reconditus.* CONRADVS VRSPERGENSIS p. 175. de hoc Gelasio: *hinc per Campaniam cum suis ad Burgundiam transmigrauit, ac Vienna Synodum congregari constituit. Anno Dominicæ incarnationis MCXIX. Dominus Apostolicus Gelasius secundus apud Viennam Synodum congregauit, eaque transacta, post paucos dies in monasterio Cluniacensi vitam præsentem in Domino finiuit.* SVGERIVS *p. 123.* ORDERICVS VITALIS *c. l.* ANNALISTA SAXO *ad a. 1119.*

54) CONRADVS VRSPERGENSIS ad a. 1119. *his etiam temporibus Cuno Prænestinus adhuc legatione Gelasii functus, synodum Coloniæ cum Teutonicis habuit, vbi Imperatoris omnimodis excommunicationem propalauit.* Et paullo post: *alteram quoque synodum in Friteslar, eadem pro causa indixit, qua & habita, eandem quam prius excommunicationem confirmauit.*

55) PETRVS DIACONVS VI. c. LXIV. *Cardinales igitur videntes se tanto destitutos esse Pastore, consilio habito, ne diutius Romana ecclesia morsibus Scismaticorum pateret, Guydonem Byennensem Archiepiscopum, Regali stirpe progenitum, in rebus secularibus, & Ecclesiasticis apprime eruditum, ibidem sibi in Papam Calixtum præficiunt.* CONRADVS VRSPERGENSIS *p. 275.* ALBERICVS *ad a. 1117.*

56) ALBERICVS ad a. 1118. *Postea mediante Octobri mense synodum congregans Rhemis, multos in vtroque Regno Episcopos consecrat, inter quos etiam Dominus Fridericus Leodiensis Episcopus Otberto iam mortuo vngitur. Interim Henricus Imperator Tuosium venit, & dum pro reconciliatione Regni & sacerdotii nunc a Rege ad Papam venit, nunc a Papa ad Regem vicissim redit, dissensu quorundam inuidorum lux pacis turbatur, & Imperator cum sibi fauentibus excommunicatur.* ANNALES HILDESHEIMENSES ad a. 1119. *Calistus Papa Synodum Remis circa festum S. Lucæ celebrat, cui Adelbertus Mogontinensis Archiepiscopus, pluresque Episcopi Germaniæ interfuerunt. Imperator non longe cum suis consistit, auditurus super synodalibus decretis; sed nihil quod ad reconciliationem pertineret, actum est: immo Imperator anathemizatus est.* ROGERIVS HOVEDENVS, ALBERTVS STADENSIS, ANNALISTA SAXO *ad a. 1119.* CHRON. MALLEACENSE, S. MAXENTII, CHRON. SAXO *ad a. 1119.* OTTO FRISINGENSIS *VII. cap. XV.* GERHOHVS REICHERSBERGENSIS *c. XXV.* qui tamen hoc concilium Rhemense a Gelasio adhuc dicit fuisse celebratum. SVGERIVS p. 124. ORDERICVS VITALIS *lib. XII. p. 863.*

57) OTTO FRISINGENSIS VII. c. XV. *verum in hac curia* (Moguntina) *quia pene omnes Principes regni confluxerant, conspirationes fiunt: ac exhinc non solum occulta consilia, sed & publica contra eum machinamenta disponuntur. Hinc iterum miserum Imperium, quod per paucos vix quieuerat annos, scinditur, ac tam in transalpinis quam in cisalpinis regionibus intra se colliditur. Hinc etiam publica bella cum magna sanguinis effusione, tam præsente Imperatore, quam in Italiam migrante, rerumque summam sororiis suis Conrado & Friderico committente, peraguntur. Sententia quoque excommunicationis a Calixto, qui Paschali & Gelasio successit, suadente Alberto, Friderico Coloniensi, Conrado Iuuauiensi, in eum datur, iterumque schismate renouato, totum Imperium perturbatur.* Eadem verba repetit ALBERICVS *ad a. 1118.* DODECHINVS *ad an. 1118.* CONTIN. LAMBERTI SCHAFNABVRGENSIS *ad an. 1120. colloquium ab vniuersis Be-*

quos confugerat, recepit, eundemque Romam ductum, omniumque ludibrio expositum, tandem a. 1121. in Monasterio Clauensi fecit includi, in quo mortem inglorius oppetiit. 58)

§. X. Anno 1121. Henricus cum Germaniæ Principibus atque Episcopis circa S. Michaelis festum Herbipoli Comitia celebrauit, ad componenda cum Pontifice dissidia, quibus & ipse cum Principibus rediit in concordiam. Mittuntur etiam Romam ex parte Imp. Bruno Spirensis Episcopus & Arnulphus Abbas Fuldensis. 59) His anno 1121. in Concilio Lateranensi mandata exponentibus, mittitur ad Germanos Lambertus, Episcopus Ostiensis vna cum duobus Cardinalibus. 60) Conuentus igitur vniuersalis Herbipoli fuit indictus, ad quem multi conuenientes, postquam comperissent, Imp. eo minime esse venturum, ad propria redierunt. 61) Postea venerunt ad Regem apud Argentinam Episcopus Catalaunensis, & Abbas Cluniacensis, acturi cum eo de pace & concordia inter regnum & sacerdotium. 62) Romano igitur Imperio multis modis in se attrito, Imperator propter anathema deficere a se regnum videns, patrisque metuens exemplum, congregato iuxta Vormaciam maximo Principum conuentu, inuestituram Episcoporum legato sedis Papalis Lamperdo, qui postquam summus Pontifex factus, Honorius est dictus, resignauit, per eumque ab anathematis vinculo est absolutus. Priuilegium desuper Calixto atque Ecclesiæ Romanæ scribitur, Henrico vero a Papa, vt omnes electi tam cisalpini, quam transalpini non prius ordinentur Episcopi, quam regalia de manu eius, per sceptrum susceperint, scripto confirmatur. 63) Hoc tamen Imp. insuper reseruato, vt si forsan

sis Regni Teutonici Principibus, sub dissensione Regni, habendum Fulda condicitur. CHRON. BIGAVGIENSE *ad a. 1120.* ALBERICVS ad a. 1120. *Mense Octobris Henricus Imperator Quintiliburg venit, & huc Optimates Regni, Legati etiam Apostolicæ sedis tractaturi de controuersia quæ erat inter Imperatorem & Regnum, seu etiam contra Dominum Papam. Cum autem disceptatur de statu Regni & de inuestituris Ecclesiarum, & hæreditate Sicfridi Comitis Palatini & de aliis negotiis, partim fauendo Regi, partim differendo causam vsque ad præsentiam Apostolici, dissimulato fœdere incertiores redeunt quam venerant.*

58) OTTO FRISINGENSIS VII. c. XV. *Burdinus non multo post apud Sutrium recedente Imperatore, a Romanis captus, apud Clauam custodiæ mancipatur.* PETRVS DIACONVS IV. c. LXVIII. de Calixto: *dehinc vero exercitum congregans, Mauricium Aeresiarcham in Ciuitate Sutrina obsidens, cæpit, & in Arce huius Monasterii, quam idem Abbas a fundamentis construxerat, exilio relegauit.* CONRADVS VRSPERGENSIS p. 277. *auditur interea, nec non & nunciis a Roma venientibus approbatur, illum pseudopapam Burdinum in castello Sutriæ, qui miserrimo suo inseruiens officio residebat, per Romani exercitus zelum destructo, captum, & post plures a vulgo sibi contumelias & illusiones illatas, vix a manibus eorum domino Apostolico illum eripiente, ob agendam pœnitentiam exilio relegatum.* ALBERICVS *ad a. 1118.* CHRONOGRAPHVS SAXO, ALBERTVS STADENSIS, ROBERTVS de MONTE *ad a. 1121.* SVGERIVS *p. 124.* ORDERICVS VITALIS *lib. XII. p. 870.* Hunc actum Romanos pictura expressisse, docet nos SVGERIVS *vita Ludouici Grossi p. 124.* scribens: (Romani Burdinum) *captiuatum damnauerunt & ad tantæ vltionis memoriæ conseruationem in Camera palatii, sub pedibus Papæ conculcatum depinxerunt.* SIGONIVS *lib. X. pag. 418.* BARONIVS *Tomo XII. ad a. 1121.* GVIL. TYRIVS *lib. XII. c. VIII.* Vitam ipsius sigillatim scripsit STEPHANVS BALVTZIVS *in Miscellaneorum lib. III. p. 471.*

59) ALBERICVS *ad a. 1121.* ROBERTVS de MONTE *ad a. 1123.* Late CONRADVS VRSPERGENSIS *p. 278.* ANNALES HILDESHEIMENSES ad a. 1121. *Circa festum S. Michaelis in sede Episcopali Werciburch Imperator & totius Regni Principes conueniunt, & in concordiam redeunt: iudicio & consilio domni Apostolici causam Imperatoris determinandam reseruantes.*

60) ALBERICVS ad a. 1122. *dominus Apostolicus visa & recepta legatione imperatoris sibi genere propinqui, pertæsus & ipse valde dissonantiæ nimium inter eos diutnæ libenter assensit, & tam consulta totius Romani senatus, quam etiam omnium Episcoporum Italicorum, mittuntur ex latere Apostolici, Lambertus Episcopus, Saxo Cardinalis de Montecelio, & Gregorius alter Cardinalis ad ordinandam rem tanti negotii.*

61) CONRADVS VRSPERGENSIS pag. 280. *hac de causa iterum colloquium curiale per prouincias indictum est, cui locus Wirciburg: tempus festum sancti Petri præfinitum est. Quo propinquante, appropinquare cœperant condictæ ciuitati, non sine damno totius orientalis Franciæ, diuersarum prouinciarum principes. Sed vbi nunciis veracibus dominum imperatorem illo minime venturum, vtpote circa Rhenum aliis irretitum negociis didicerant, vnusquisque in sua redire disponebant.*

62) Prout ex Codice S. Vdalrici *n. CIII. CIV.* patet.

63) Hæc potissimum verba sunt OTTONIS FRISINGENSIS *lib. VII. c. XVI.* Ipsas conuentionis tabulas exhibet ALBERICVS *ad ann. 1122.* CONRADVS VRSPERGENSIS *p. 280.* atque ex Tabulario Romano BARONIVS *Annalium Tomo XII. ad a. 1122.* GVILIELMVS MALMESBVRIENSIS *de gestis Regum Anglorum lib. V. p. 69. 70.* SIGONIVS *de regno Italiæ lib. X. ad an. 1122.* GOLDASTVS *Tomo vno Constit. Imp. pag. 258.* CHERVBINVS *Tomo I. Magni Bullarii Romani p. 58. 59.* SCHILTERVS *de Libertate Eccles. Germ. lib. IV. c. V. §. 6. 7.* LEIBNITIVS *Cod. I. Gent. diplom. p. I. n. 2.* ANNALISTA SAXO *ad a. 1122.* BROWER *Annal. Treuir. p. II. lib. XIII. n. LXVI.* CONRING *de Const. Episc. Germ. §. 56. sqq.* PETRVS PITHOEVS *Obs. ad Iuonis Carnot. Epist. p. 753.* Neruus conuentionis in verbis hisce consistit: *dimitto Deo & Sanctis Dei Apostolis Petro & Paulo, Sanctæ Catholicæ Ecclesiæ, omnem Inuestituram per annulum & baculum, & concedo in omnibus Ecclesiis, quæ in regno vel Imperio meo sunt, fieri electionem, & liberam consecrationem.* Papa e contrario promittebat: *electus autem Regalia per Sceptrum a Te recipiat, exceptis omnibus, quæ ad Romanam Ecclesiam pertinere noscuntur, & quæ ex his Iure Tibi debet, faciat: ex aliis vero partibus Imperii consecratus, infra sex menses, Regalia per Sceptrum a Te recipiat.* CHRON. REG. S. PANTALEONIS ad a. 1122. *Imperator e contra inuestituras ecclesiasticarum dignitatum beato Petro remisit, ita dumtaxat, vt libera electione præcedente, Imperialis dignitas, quod suum est, in constituendis episcopis, abbatibus vel abbatissis non variaret.* CHRONOGRAPHVS SAXO ad a. 1122. *Calistus Papa reuocauit in communionem Ecclesiæ Heinricum Imperatorem dudum antecessoribus suis Paschali & Gela-*

forsan in eligendo partes fiant, Regis arbitrii sit, Episcopum quem voluerit, ex Primatum suorum consilio ponere. 64)

§. XI. Progredimur ad gesta ipsius reliqua. Sub initium statim regiminis Henricum Limburgensem Lotharingiæ Ducem, eo quod patri adhæserat, in Comitiis Wormatiensibus a. 1106. condemnat, terrisque priuat. 65) Hic vero demum vt reum Maiestatis se Imp. dedit, ab eodemque captus custodiæ traditur; ex qua tamen euasit. Lotharingiæ vero Ducatus datur Godefrido, Comiti Louaniensi. 66) Hunc armata manu repetens Henricus, Aquisgranum etiam occupans, a Godefrido victus fuit & fugere coactus. 67) Henricus tamen a. 1108. in gratiam Regis fuit receptus. 68)

§. XII. Defuncto a. 1106. Magno, ex Billinganis Saxoniæ Ducibus vltimo, Saxoniæ Ducatum in Lotharium Comitem Supplinburgicum transtulit, 69) qui Comitiam Holsatiæ vacantem dedit Adolpho de Schauenburg. 70) A. 1116. Conrado, Friderici Hohenstaufii ex sorore Agnete filio concessit Ducatum Franconiæ. 71) Frater Conradi Fride-

& Gelasio excommunicatum. Canonica autem autoritate sancitum est, ne amplius sibi regalis potestas vsurparet inuestire spiritualia, sed libera electio fieret a Clero & populo, & sic insigniretur regalibus per sceptrum. Quod vtrique confirmauerunt, sicque facta est pax & concordia inter ipsos. Papæ pro more suo fauet GERHOHVS REICHERSBERGENSIS c.*XXV.* dicens: *non multo post Gelasio obeunte, Calistus succedit, cuius in tempore tandem Ecclesia ad eligendos sibi Episcopos libertati donata est: cui & inuestiura per annulum & baculum, virgam videlicet pastoralem in Episcoporum consecrationem facienda, recognita sunt. Videns namque Imperator Ecclesiæ graues manus super se, ac metuens, ne forte in iniquitate sua per cœlos rationales, videlicet Episcopos & sanctos Dei reuelata; etiam terra, terreni scilicet Principes aduersus eum consurgerent; sicque & ipse, quemadmodum Patri contigit, regno priuaretur, collecta curia, in loco, qui Lobwise dicitur, vbi & legati Romanæ sedis aderant, electiones, vt prædiximus, atque inuestituras liberas Ecclesiæ remisit: ita vt electus vel consecratus de manu Imperatoris vel regis regalia per sceptrum acciperet, facto sibi hominio & fidelitate iurata.* Licet OTTO FRISINGENSIS VII. c.XVI. dicat: *Hoc* (quod episcopi regalia suscipere debeant, ab Episcopis) *pro bono pacis sibi soli, & non successoribus datum dicant Romani.* ANNALES HILDESHEIMENSES, DODECHINVS *ad a. 1122.* Vid. plenius HENRICVS MEIBOMIVS *in dissertatione de Iure Inuestituræ Episcopalis Imperatoribus Romanis a Pontificibus per vim ademto.*

64) OTTO FRISINGENSIS de gestis Friderici Barbarossæ lib. II. c. VI. *tradit enim Curia, & ab Ecclesia, eo tempore quo sub Henrico quinto de inuestitura Episcoporum decisa fuit inter regnum & sacerdotium controuersia, sibi concessum autumat, quod obeuntibus Episcopis, si forte in eligendo partes fiant, Principis arbitrii esse, Episcopum quem voluerit, ex primatum suorum consilio ponere: nec electum aliquem ante consecrandum, quam ab ipsius manu regalia per sceptrum suscipiat.* ANNALES HILDESHEIMENSES ad a. 1122. *Imperator vero, vt Ecclesiastica iustitia satisfaceret, inuestituras Ecclesiasticarum dignitatum S. Petro remisit: ita duntaxat, vt libera electione præcedente, & Canonum grauitate conseruata, Imperialis autoritatis, quod sui iuris est, in constituendis Episcopis siue Abbatibus vel Abbatissis non amitteret: & si in constituendis his dignitatibus discordia, vt sæpe fit, oboriretur, Imperialis potestas consilio Sapientum contrairet.*

65) ANNALES HILDESHEIMENSES ad a. 1106. *deinde vero visum est ei apud Wangionem ciuitatem placitum habere Pentecostem ibique Henricum ducem rebus publicis priuauit.* CHRON. LEODIENSE *ad a. 1106.* apud MARTENE *Tom. III. p. 1408.*

66) SIGEBERTVS GEMBLACENSIS ad a. 1106. *Dux Henricus qui ab Imperatore ad filium eius animo transiens, eum, contra patrem suum, consilio suo armauit, & a filio ad patrem rediens, partes Filii debellauit, mortuo Imperatore, se, vt reum Maiestatis, filio Regis dedit, & ab eo captus custodiæ traditur, de qua Ipse, per industriam suam euasit. Ducatus eius datur Godefrido, Louaniensi Comiti.* Eadem habet ALBERICVS, CHRONICON LEODIENSE, ANNALES HILDESHEIMENSES *ad an. 1106.*

67) SIGEBERTVS GEMBLACENSIS ad a. 1107. *Henricus exdux affectans repetere ducatum, occupat oppidum Aquisgrani contra Godefridum ducem. Sed hoc non ferens Godefridus, oppidum Aquense violenter irrupit, oppidanos a facie Henrici exterruit, aliquos potentes comites & multos nobiles cepit. Ipse Henricus cum filiis suis vix fuga euasit.* ALBERICVS *ad a. 1107. vxorem eius capere dux indignum duxit, comites & honoratiores eorum quos ceperat & conditionem sub se militandi, sibi conciliatos ad fidelitatem suam adduxit.* CHRON. LEODIENSE *ad a. 1107.* apud LABBEVM *Tom. I. p. 338.*

68) CONRADVS VRSPERGENSIS pag. 253. *Rex Sigefridum custodiæ deputauit, eo quod prodente Henrico prius Duce Lotharingiæ iam in gratiam Regis recepto, in necem & regnum eius insurgere consiliatus sit.*

69) ANNALES HILDESHEIMENSES ad a. 1106. *Dux Magnus Saxonum moritur & Ducatus Liutgero de Supelingeburg commendatur.* HELMOLDVS lib. I. c. XXXV. *mortuus est post hæc Dux Saxoniæ Magnus, & dedit Cæsar Ducatum Ludero Comiti, eo quod Magnus non haberet filium sed filias: Quarum vna Eil ki nomine nupsit Ottoni Comiti de Ballenstede, genuitque ei Adalbertum Marchionem, cognomento Vrsum. Altera vero filiarum, Wulfildis nomine, data est Duci Bauariæ Catulo, quæ peperit ei Henricum Leonem. Luder autem obtinuit ducatum Saxoniæ, & gubernauit cum modestia tam Slauos quam Saxones.* CHRON. SAXO *ad an. 1107.* CONRADVS VRSPERGENSIS *ad a. 1106.* THEODORICVS ENGELHVSIVS *Chronico p. 1095.*

70) HELMOLDVS *lib. I. c. XXXVI.* HERM. de LERBECKE *Chron. Comitum Schauenburgicorum Tom. I. p. 498.* CHRON. HOLSATIAE *c. XII. Luderus Dux Saxoniæ Cometiam Holsatiæ ac Stormariæ nobili viro Adolpho Comiti Schowenborch concessit in feudum.*

71) CONRADVS VRSPERGENSIS p. 287. *Fridericus Dux Sueuorum & Conradus frater eius, qui ducatum acceperat, pertinentem ad Herbipolensem Ecclesiam a Henrico iuniore sicut supra descriptum est, nepotes fuerant præfati Heinrici filii, videlicet sororis eius, filia namque Heinrici senioris, cuidam Friderico nobili de Stophen, matrimonio iuncta fuit, mortuoque Rudolpho duce Sueuorum in bello, qui sibi regnum vendicauerat, dictus Heinricus senior ducatum Sueuiæ præfato Friderico genero suo contulit. Ipse quoque Fridericus, de præfata filia dicta Agnete, duos filios progenuit, Fridericum videlicet & Conradum, quorum Fridericus ducatum Sueuiæ tenuit, quem a quibusdam audiuimus dominari monoculum.* Dum autem ad superius dicta prouocat Conra-

Fridericus monoculus, defuncto iam dum a. 1105. patre Friderico Hohenſtaufio, Sueuiæ Ducatum fuerat adeptus. 72)

§. XIII. Anno 1107. contra Robertum Flandriæ Comitem ipſi rebellem, & Cameracum vrbem infeſtantem, 73) expeditionem ſuſcepit, facto tamen ad Edingesheim prœlio, terraque ipſius vaſtata, pacem fecit. 74) Ipſe etiam eodem anno 1107. in Saxoniam veniens, inuenit Boëmiæ Ducem patria pulſum, quem reduci iuſſit in Ducatum per Comitem Wicbertum. 75) Anno 1109. expeditionem in Vngariam ſuſcepit, Almo contra Colomannum fratrem, Vngarorum regem, auxilia laturus, maxime, quod Colomannus fines regni Germanici in locis maritimis infeſtauerat, 76) Poſonium etiam obſidebat, 77) verum ob infidelitatem quorundam Principum, 78) infecto tamen negotio ad propria fuit reuerſus. 79) Eodem anno, contra Boleslaum III. tributum denegantem egit. Poloniam igitur cum exercitu ingreditur, & exacto tributo, terraque vaſtata reuertitur. 80)

§. XIV. Celebratis an. 1114. in vrbe Moguntina cum Mathilde nuptiis, Principes Germaniæ præter Fridericum Sueuiæ, Conradum Franciæ ducem, Goteſridum Comitem Palatinum Rheni, omnes fere ab eo defecerunt. Fridericus vero Sueuorum dux pleramque regni Germanici partem ſub Imp. poteſtatem reduxit. 81) Maxime turbas mouebat Albertus, qui Lotharingus natione, regni primum Cancellarius, poſt archiepi-

Conradus, ita loquitur ad a. 1116. *qua etiam commotione ſuccenſus Imperator, ducatum Orientalis Franciæ, Wirziburgenſi Epiſcopio, antiqua regum ſucceſſione competebat, Chunrado ſororis ſuæ filio commiſit.* Idem dicit ANNALISTA SAXO ad an. 1116. MVTIVS lib. XVI. p. 132. *quam ob cauſam Cæſar vehementi ira commotus eſt. Id circo ducatum Franciæ orientalis qui erat Epiſcopi Herbipolenſis, dat Conrado Sueuorum duci, filio ſororis ſuæ.* Idem dicit TRITHEMIVS Chron. Hirſ. ad ann. 1116. *Conrado Ducatum Francorum orientalium Erlango Præſuli Wirzburgenſium violenter ablatum commiſerat.* Adſentitur CRVSIVS *Ann. Sueu. p. II. f. 322.* Cur autem ducatus Franconiæ Epiſcopo Herbipolitano dicatur ablatus, cum iſtum non habuerit, dubium omnino ſubeſt. LAVRENTIVS FRIESIVS *in Chronico ſuo ad a.* 1120. *p.* 493. non ipſas terras, verum adminiſtrationem, poteſtatem gubernandi in tota Franconia ſaltim ablatam fuiſſe dicit Erlango, quam Henricus V. eidem, ſingulari diplomate, quod in vernaculum translatum idioma ibidem exhibetur, reſtituerit. Scilicet, prout a temporibus Ottonis M. inualuit, vt poteſtatem ſecularem adſectarent Epiſcopi, ex diuerſorum Impp. conceſſione, diuerſos Comitatus cum iuriſdictione obtinuerunt epiſcopi Herbipolenſes. Sic Otto III. conceſſiſſe dicitur Ereberto epiſcopo cum omni iuriſdictione, Comitatum Waldſachſen & Rangai, FRISE *Chron. p.* 450. Henricus II. Comitatum Besſingen eodem iure, FRIESE *p.* 457. Inde Epiſcopi Herbipolitani ſenſim ſibi iura ſumſerunt & poteſtatem ſecularem in omnem prouinciam. Patet hoc ex ADAMO BREMENSI lib. IV. c. V. dum de archiepiſcopo Bremenſi dicit: *voluit efficere, Epiſcopo Würtzburgico ſimilem ſe eſſe, qui in Epiſcopatu ſuo neminem dicitur habere conſortem, quia ipſe tenet omnes Comitatus ſuæ Parochiæ, & Ducatum quoque Prouinciæ gubernat. Ita & Epiſcopus Brem. ſtatuebat, omnes Comitatus, ſui Epiſcopatus, iuriſdictionem habentes, in Eccleſiæ poteſtatem redigere.* Hæc igitur ſecularis poteſtas, quam ſibi adrogauerat Erlangus, per conſtitutionem Conradi Ducis Franconiæ, ipſi fuit abrogata.

72) OTTO FRISINGENSIS lib. I. c. X. *mortuo Alemannorum Duce Friderico, Agnetem ab ipſo viduatam, frater ſuus Henricus, Imperatoris Henrici filius in ſua ſuſcepit, eamque Leopaldo Orientali Marchione (quod alias a nobis plenius dictum eſt,) in vxorem dedit, filiis ipſius Friderico quindecim, Conrado duodecim annos habentibus. Porro Fridericus qui maior natu erat, patri in Ducatum ſucceſſerat.*

73) AVCTOR GENEALOGIÆ COMITVM FLANDRIÆ §. *IX. Roberto Cameracium vrbem inquietante, Henricus Imperator contra eum proficiſcitur.*

74) CHRONOGRAPHVS SAXO ad an. 1107. *deinde Rex Flandriam cum valida manu intrauit, ferro & igne cuncta domans, Rubertum etiam Comitem cum omni populo ſubiugauit.* ANNALES HILDESHEIMENSES *ad ann.* 1107. *deinde circa feſtiuitatem omnium ſanctorum, cum exercitu Flandriam petiit, & pacto cum Comite illius Prouinciæ Roberto confirmato, Aquisgrani venit, ibique Natalem Domini celebrauit.* CONRADVS VRSPERGENSIS ad a. 1107. *Rex vero orientalibus redditus, colloquium Ratisbonæ cum Baioariis, in quo expeditionem verſus Flandriam contra Rupertum inſtituit. Qua circa Octobrem mota, terram rebellium ingreſſus, non ſine graui exercitus ſui diſpendio, per vnum & amplius menſem vaſtat, donec per internuntios res ad proximam curiam dilata, litem ſeparat.* DODECHINVS, ANNALES HILDESHEIMENSES, ANNALISTA SAXO, CHRONICON ELWANGENSE ad an. 1107. SIGEBERTVS GEMBLACENSIS ad a. 1108.

75) ANNALES HILDESHEIMENSES ad a. 1107.

76) CONRADVS VRSPERGENSIS p. 253.

77) OTTO FRISINGENSIS *c. l.* CONRADVS VRSPERGENSIS *c. l. Henricus poſt moroſam & caſſam obſidionem caſtri Bresburg pene inacte rediit.*

78) DODECHINVS ad a. 1108. *Henricus Rex Pannoniæ ingreditur, vbi ob infidelitatem quorundam principum nihil memoria dignum ab eo agitur* ANNALISTA SAXO ad a. 1108.

79) OTTO FRISINGENSIS VII. c. XIII. *Eo tempore Colomannus Vngarorum Rex, fratrem ſuum Almum de conſortio regni ſuſpectum habens, perſequitur. Qui profugus ad Regem Henricum veniens, iniuriamque ſuam deplorans, auxilium eius impetrat. Itaque condicta Rex expeditione, Vngaros bello petit: ſed caſtro, quod Poſonium dicitur, inconſulte ſe occupans, parum proficere potuit, ſicque infecto negotio, ad propria rediit.* CHRONOGRAPHVS SAXO ad a. 1109. *Heinricus Rex Pannoniam cum exercitu aggreditur, vbi ob infidelitatem quorundam nihil memoria dignum ab eo agitur.* ALBERICVS ad a. 1109. ANN. HILDESHEIM. DODECHINVS, CONR. VRSP. ad a. 1108.

80) ANNALES HILDESHEIMENSES ad a. 1109. *Henricus Rex Natalem Domini Moguntiæ celebrauit, & poſt Pentecoſten Regem de Bolena bello petiit, eumque nimis coartat.* CONR. VRSP. ad a. 1109. *poſt hæc ad Poloniam gentem longinquam mouit exercitum, multoque ita atque diutino deſudans labore, diu negatum a terra illa tributi exegit debitum.* ANNALISTA SAXO, ALBERTVS STADENSIS ad a. 1109.

81) OTTO FRISINGENSIS *de geſtis Friderici I. lib. I. c. XII.*

82) OTTO

chiepiscopus Moguntinus, prædictæ factionis caput & autor. Huic quoque bellum indixit Fridericus, Moguntiam vrbem illius obsedit. 82) Hunc post reditum ex Italia, captiuitati mandauit, ipsumque diuersis tormentis adflixit, 83) a Moguntinis tamen fuit coactus, vt eundem a. 1115. in pristinam restitueret libertatem, 84) quem quoad vixit, sibi expertus fuit inimicissimum.

§. XV. Durantibus cum Papa dissidiis, Saxones concitabat Paschalis II. Primum quidem Saxoniæ Comes Palatinus, Sigfridus, a. 1109. contra Regem & regnum insurrexit, quem tamen captum apud Würtzburgensem episcopum custodiæ mancipauit, 85) ast an. 1111. in gratiam iterum recepit. 86) Lotharius etiam Saxoniæ Dux & Rudolphus Marchio propter Fridericum Comitem de Stade, quem ille captum vinculis mancipauerat, quod Imperator grauiter accepit, pro qua dissensione Imp. Principes Goslariam conuocat, quorum sententia vtrique damnantur. Ducatus Ottoni de Ballenstad committitur, Marchia Helprico de Plöceke: Imperator oppidum Saltzwedel obsidet, Duces, qui longe cum Imperatore pugnaturi cum exercitu manent. Sed misericordia Dei prædicti Principes gratiam Imp. obtinentes, honoribus suis restituuntur. 87) Postquam Imp. eodem anno a Papa esset excommunicatus, Adalbertus Moguntinus præsul Saxones ad rebellionem concitabat. Sentiens autem Imperator omnem iam Saxoniam a se deficere, & conspirationum virus capto Alberto, latius serpere, toti infusus Saxoniæ, Prouinciam eorum maxima strage peruasit, Principibus eorum occisioni, aut certe captiuitati traditis. Postea Wigbertus Comes Groicensis an. 1114. amicitiam cum Sigefrido & Ludouico Comite de Thuringia pepigit, qui apud Warensted condixere colloquium. Hos adortus Hogerus, Mansfeldiæ Comes, Ludouicum in fugam coniecit, Sigefridum occidit, Wigbertum captiuum abduxit, qui in curia Würtzburgensi capitali sententia fuit damnatus, Groisca tamen castrum antiquum, cuius rudera prope Pegauiam adhuc supersunt, cum prædiis paternis pro redemtione patris oblata, captiuitati relinquitur. 88) Imp. quidem a. 1114. iterum conciliatus fuit Lotharius Dux, 89) ast insequenti anno, Principes Saxonum, videlicet Luderus Dux, Reingerus Halberstadtensis Episcopus, Fridericus comes de Arensberg, quos dignitatibus suis priuauerat Imp. multique nobiles iuxta Cruciburg conglobati in vnum, Imperatori denuo in Saxoniam cum exercitu, vt eandem redderet tributariam, 90) redeun-

82) OTTO FRISINGENSIS *lib. I. c. XIII.* ANNALISTA SAXO ad a. 1114.

83) OTTO FRISINGENSIS VII. cap. XIV. *huius maximi sceleris autor fuisse dicitur Albertus, natione Lotharingus, qui postmodum factus est Moguntiæ Archiepiscopus, tunc vero Regis Cancellarius, & primus inter primos eius præcordialis consiliarius. Quem tamen post reditum Rex captinatum, & in carcere positum, diuersis tormentis & incredibili famis inedia afflixit, ipsumque de amicissimo inimicissimum, ac regni sui pestiferum hostem, diuino iudicio vsque ad vitæ terminum sensit.* CONRADVS VRSPERGENSIS ad a. 1112: *Adelbertus designatus Moguntiæ pontifex, qui per omnia secundus a rege semper fuerat, sine cuius Consilio nihil facere solebat, aduersus imperatorem (quod vix quisquam crederet) conspirare cum quibusdam principibus infamatur, reque cognita, custodiæ traditur.*

84) CONRADVS VRSPERGENSIS ad a. 1115. *sedato vix militum plebisque feruentissimo furore Cæsar ab vrbe secessit, & post paucos dies Adelbertum, quem iam per annos tres artissima mancipauerat custodia, vix nimirum ossibus hærentem, vt coactus promiserat, cathedræ suæ remisit.* CHRONOGRAPHVS SAXO ad a. 1116. *Adalbertus Mogunt. Archiepiscopus pristino honori restituitur:* DODECHINVS ad an. 1116. *Adalbertus archiepiscopus apud Coloniam, in festo sancti Stephani protomartyris, ab Ottone Babenbergensi episcopo consecratur.* SERARIVS *rer. Mogunt. lib. V. p. 801.*

85) CONRADVS VRSPERGENSIS ad a. 1109. *Rex Heinricus natalem domini Mogontiæ celebrat:* & paullo post: *Franckenfurt conuentu procerum habito, Sigefridum Palatinum comitem apud Wirciburgensem episcopum custodia deputauit, eo quod prodente Heinrico prius duce Lotharingiæ iam in gratiam regis recepto, in necem & regnum eius insurgere consiliatus sit.* ANNALISTA SAXO *ad a.* 1107.

86) CONRADVS VRSPERGENSIS *ad a.* 1112. *Sigefridum Palatinum comitem diutina satis adflictum custodia, iuxta principum consilium atque petitionem sibi reconciliatum dimittens, benigne tractare cœpit, adeo vt eius filium baptismate susciperet & iniuriarum præteritarum obliuisci se facturum sponderet.* ANNALES HILDESHEIMENSES, ANNALISTA SAXO ad a. 1111.

87) Verba sunt ANNALISTÆ SAXONIS ad a. 1112. *Concordant* ANNALES HILDESHEIMENSES ad h. a.

88) Hæc singula latius exponit MONACHVS PEGAVIENSIS *in vita Viperti Groicensis.*

89) OTTO FRISINGENSIS VII. c. XV. *in ipsa nuptiarum solennitate* (Henrici cum Mathilde) *Lotharius Dux Saxonum nudis pedibus sago indutus coram omnibus ad pedes eius venit, seque sibi tradidit. Tantus enim vsque ad id temporis timor Principes inuaserat, vt nullus rebellare auderet, vel rebellans cum maximo damno sui, vel etiam vitæ detrimento in gratiam eius rediret.* CHRON. ELWANG. ad a. 1112.

90) Hanc rationem reddit COMPILATIO CHRONOLOGICA ad a. 1115. apud LEIBNITIVM Tom. II. p. 65. *Imperator namque Henricus V. Haluerstad destructa, Brunswigk & Orlemünde obsessis, nitebatur Saxoniam facere tributariam.* Qui omnem hanc historiam vberius exposuit MONACHVS PEGAVIENSIS ad an. 1115. ita scribit: *interim Henricus Imperator insolentiæ suæ modum nesciens imponere, omnes Principes Saxoniæ, censu antea inaudito cunctis indicto, vehementer infestabat, ita vt Episcopum de Halberstat Reinhardum, & Palatinum Comitem de Sumerseburg, & Fredericum de Arnsberg, Rudolphum Nortmarchia potitum, singulos suis dignitatibus priuaret, aliosque sibi fauentes substitueret. Qua iniuria vnanimes commoti, cum Lothario Duce Saxoniæ, & Wigberto iuniore & fratre eius Henrico cæterisque ab eo iniuriatis pariter adunati, multa conuenticula simul habuerunt, & tandem iuxta Cruciburg simul conglobati initum fœdus iuramento firmarunt. Inde proficiscentes, castrum quod Wallebeche dicitur, ad iniuriam Regis ædificarunt. Ex quo Hogerum Comitem omnibus modis infestabant.* HELMOLDVS *lib. I. c. XL.*

91) SPAN-

eunti, occurrerunt, in loco qui dicitur Welphesholtz, in Comitatu Mansfeldico, 91) duxeruntque exercitum suum aduersus exercitum regis, quem Walhusæ congregaue- licet impares numero, tres enim contra quinque pugnauerunt, commissumque est elium illud nostra ætate famosissimum, III. Idus Februarii 1115. 92) quo Saxones su- iores inuenti, virtutem Regis attriuerunt. 93) Cecidit in eo bello Hogerus Princeps itiæ Regis, natus & ipse in Saxonia, destinatus ad Ducatum Saxoniæ, si res prospere issent. 94) Isti vero Saxoniæ Principes in Comitiis Goslariensibus anno 1120. Imp. um conciliantur. 95)

§. XVI. Aliud ipsi bellum fuit a. 1113. contra Rainaldum Barri Comitem. Hic n curias Principis adire neglexerat, & Comitatum Verdunensem armis sibi vendica- at, quare Richardus Episcopus & Guilielmus Luxenburgensis Comes ipsum grauiter vr- ant, atque Imp. in auxilium vocabant. Hunc in castro Barro obsidione clausum, ad vl- um cum expugnato castro in deditionem accepit, & captiuum abduxit. 96) Hinc ta arcem ipsius Muntzuun castra posuit, quam in altissimo monte sitam, naturaque loco- munitissimam, dum nulla arte vel vi capere valeret, patibulum erigi præcepit, dicens: od nisi velociter castrum redderetur, comitem ipsum suspendio perimeret. Tandem nen motu deferuescente, cunctorum precibus Augustus inclinatus, a mortis sententia mum reuocauit, prædictumque comitem secum captiuum ducens, ad familiaria domi- a rediit. 97) Interuenientibus autem pro Rainaldo ipsius consanguineis, Imperator n custodia soluit, & cum omnibus suis, vt sibi cognatum ad propria remisit; tantum- do hominium ab eo suscepit. 98) Anno 1123. quærimonia Virdunensium ad Impe- orem delata contra Comitem Rainaldum, Imperator Henrico de Grandiprato Comita- n Verdunensis Ciuitatis dedit, qui improuisus Ciuitatem intrauit, & Episcopum ad naldum fugere coëgit. Pugnatum est acriter ab vtraque parte, pars tamen Grandi- tensis facta est superior. 99) Anno 1124. vero Henricus Grandipratensis Rainaldo rdunensem Comitatum reddidit. 100)

§. XVII.

91) SPANGENBERGIVS c. XIV. locum ita de- : *und lagerten sich für das Welphesboltz, auf die e zwischen Hettsted und Schandersleben.* GEORGIVS RICIVS *in Elect. Saxon. p. 7.* hunc locum ad m Guelphonis definit, prope Helmstadium in po, ab alaudis dicto. Adstipulari hisce videtur RON. EPP. VERDVNENSIVM *num. 24.* apud ENITIVM *Tomo II. p. 216.* vbi dicitur: *in loco, dicitur Welphesholt Halberstadensis diocesis.* Dum o nec CONRINGIVS, nec ECCARDVS Anti- atum Helmstadiensium indagatores sollertissimi, is loci atque prœlii faciant mentionem, potius aliis Spangenbergium sequimur. Idem facit CKFELDVS *Antiquit. Walbus. p. 93. & Hal- stadensibus pag. 594.* HAYNECCIVS *Antiquit. lar. lib. I. ad* 1015. In Carmine antiquo d BROWERVM *Annal. Treuir. Tom. II. lib. XIII. 7.* dicitur hæc sylua catuli saltus, *der Katzen- ng.*

92) Ita tempus definiunt ANNALES HIL- HEIMENSES, siue XI. Februarii. Eundem m habet Necrologium HILDESIENSE VETVS RONOGRAPHVS SAXO, licet ad ann. 1116. re- r. CHRON. STEDERNBVRGENSE pag. 854. c ad a. 1114. HELMOLDVS *lib. I. Chron. Slau. L. commissum est prælium illud nostra ætate fa- issimum Calend. Februarii.* DODECHINVS ad 115. *& post octauam Epiphania, cum Saxonibus va facta.* Eundem diem confirmat SPANGEN- GIVS, HELMOLDVS vero & ALBERTVS DENSIS habent *Kalendas Februarii.*

93) ALBERTVS STADENSIS, CHRON. HAL- STADTENSE ad a. 1115.

94) Hæc verba sunt HELMOLDI *lib. I. c. XL.* m iisdem verbis sequitur ALB. STADENSIS ad 115. ANNALES HILDESHEIMENSES ad a. 5. *Imperator Natalem Domini Goslariæ cele- t, Duci Liutgero, Episcopo Haluerstadensi, Pala- Comiti Fritherico, Marchioni Rodolfo, vt Curia interfint, edicit. Non veniunt. In præsidio in- n Walbike commorantur. Imperator Brunesvvib pat, Haluerstad deuastat. Orlagemunden ab a- s eius obsidione vallatur. Contra quos Liutgerus Principes prædicti, adiunctis sibi Fritherico Comite Westfaliæ, Henrico fratre suo, Heinrico ab Lindburch Herimanno de Cauelage, tendunt. Imperator vero eis in loco qui dicitur Welpesholt occurrit. Ibique III. Idus Februarii acriter cum eo congrediuntur, & victoria plene potiuntur.* ANNALISTA SAXO ad a. 1115. CHRON. SAXO ad an. 1116. *factum est bellum in Saxonia Welfesholtz inter Imperatorem & Principes III. Idus Febr. vbi Cæsar victus aufugit suorum plurimis amissis.* CONR. VRSPERGENSIS, CHRONICON MONTIS SERENI, BIGAVGIEN- SE, AVSTRALE, BRVNSVICENSE ad ann. 1115. KRANTZIVS *Saxonia lib. V. cap. XXXVI.* Spe- ciali tractatu hoc bellum Saxonicum descripsit CY- RIACVS SPANGENBERG in libro, cui titulus: *Vrsach vnd Handelung des Sechsischen Krieges bey dem Welphesholtz in der Herrschafft Mansfeld ge- schehen im Iar MCXV. den 11. Februarii, Wittenberg* 1555. 8. Qua ratione statua in memoriam prœlii erecta occasionem dederit Joduttam deam credendi, dixi *Proleg. Sect. II. §. XVIII.*

95) Sic habent ANNALISTA SAXO ad a. 1120. *Dux Liuderus, Fridericus Palatinus Comes & Ro- dolfus & plures alii Imperatori reconciliantur Gosla- ria.* ANNALES HILDESHEIMENSES *ad ann.* 1120.

96) Verba sunt OTTONIS FRISINGENSIS *VII. c. XV.* quem sequitur ALBERICVS ad a. 1113. Latius hæc scribit OTTO FRISINGENSIS *de gestis Friderici lib. I. c. XII.*

97) OTTO FRISINGENSIS *de Gest. Friderici I. lib. I. cap. XI.* CONRADVS VRSPERGENSIS *pag. 257.*

98) ALBERICVS ad a. 1113. AVENTINVS *lib. VI. c. II. n. 23.*

99) ALBERICVS ad a. 1123. CHRON. MO- NASTERII *S. Vitoni Virdunensis ad an. 1122.* Ex his CHIFLETIVS *in Commentario Lotariensi c. I.* etiam contendit, Barrum iuris Germanici fuisse, licet pro more suo contradicat BLONDELLVS *Barro Campano-Francico p. 13.* adserens, Rainaldum ho- minium dedisse ratione Virduni & Moncionis, quæ ex regno Lotharingico tenebat.

100) ALBERICVS ad a. 1124.

§. XVII. Anno 1124. Henricus V. expeditionem mouens contra Ludouicum VI. Gallorum Regem, eo quod Papæ faueret, Henrico etiam Anglorum Regi pro Normanniæ possessione auxilium laturus. 1) Remis ciuitatem inopine adgredi conabatur, 2) sed Metas saltim progreditur: ibi, dum Vangiones a se defecisse, ac palatium suum extra muros positum comperit destruxisse, iter reflexit, vrbemque obsidione cinxit. Dum autem ciues quadam die incaute erumperent, & cum Augusto pugnare cogitarent, a muris callide prouocat, plurimis occisis, ac per fugam paucis elapsis, cæteri capiuntur: qui ad refrenandam aliorum insolentiam, alii naribus mutilati, alii luminibus orbati dimittuntur, & sic demum infinitæ pactione pecuniæ in gratiam Imperatoris redierunt. 3) Anno 1124. etiam mouit expeditionem contra Petronellam, Florentii Hollandiæ Comitis vxorem, Lotharii Saxonis sororem, eandemque subegit. 4)

§. XVIII. Omnibus demum bene dispositis, consilio soceri sui, Regis Anglorum, totum Regnum vectigale facere volens, multum in se Optimatum odium contraxit. Huius rei gratia, dum Inferiores Rheni partes circuire pararet, apud Traiectum ciuitatem, Pentecostem celebraturus, ægritudine, morbo draguncului, quam iam diu celauerat, superatus, ad extrema cœpit propinquare, vocatisque, qui secum erant, id est regina Mathilde, coniuge sua, prout potuit, de regni statu consilium dedit, coronam, cæteraque regalia vsque ad conuentum Principum conseruanda in castello firmissimo, quod Trisfels dicitur, reponi disposuit, sicque diem clausit supremum X. Kl. Iunii 1125. regni anno 19. Imperii vero 14, 5) ac postquam intestina ibidem fuerint sepulta, per Coloniam Agrippinam deportatus, in Ciuitate Spira, iuxta patrem, auum, proauum Imperatores, cultu regio sepelitur. 6) Exortus tamen, an. 1138. qui se Henricum V. esse venditaret, qui etiam a multis

1) ANNALISTA SAXO ad a. 1124. *Imperator indignatus, his qui curiam in Babenberch adire contempserant, instituit expeditionem generaliter fieri mense Augusto, specie quidem contra Saxoniam, re autem vera contra Galliam in regnum Regis Lodouici, præbiturus auxilium socero suo Heinrico Regi Angliæ pro possessione Normanniæ prouinciæ, contra eundem Regem Galliæ Ludouicum contendenti, cuius fines postquam Teutonicus exercitus cœpit attingere, exploratores quotidie affirmabant, Francigenas maximo domi congregato exercitu, congressum expectare, immo temere expetere. Imperator autem non multas ducebat copias, quia Teutonici non facile gentes impugnant exteras.*

2) SVGERIVS in vita Ludouici p. 312. *vt autem ad propositum recolendæ Regis Historiæ reuertamur, ante Domini Papæ Calixti decessum, Imperator Henricus collecto longe animi rancore contra Dominum Regem Ludouicum, eo quod in Regno eius Remis in Concilio Domini Calixti anathemate innodatus fuerat, exercitum quantumcunque potest Lotharingorum, Alemannorum, Baiuariorum, Sueuorum, & Saxonum, licet eis infestaretur, colligit, alioque tendere simulans consilio Regis Anglici Henrici, cuius filiam Reginam duxerat, qui etiam Regi guerram inferebat, Remis ciuitatem inopinate aggredi machinatur, proponens aut eam subito destruere, aut tanta dehonestatione & oppressione ciuitatem obsidere, quanta dominus Papa in eum agens sedit sessione.*

3) Verba sunt OTTONIS FRISINGENSIS *VII. c. XVII.* Sequitur eundem ALBERICVS ad an. 1124. ANNALISTA SAXO ad a. 1124.

4) ANNALISTA SAXO ad ann. 1123. *Capit etiam tunc germinare discordiæ illius seminarium, quod sequenti æstate maximo illius regionis damno, quæ vulgo Hollant dicitur, morose ac laboriose & vix tandem ipso Imperatore copiosum illo ducente exercitum terminabatur, vbi soror Luderi Ducis Gertrudis siue Petronella eiusdem Ducis patrocinio confisa Imperatori rebellare præsumebat.* CONRADVS VRSPERGENSIS ad a. 1124. *non multo post imperator H. mouit expeditionem contra eos, qui sibi in regione Holland contrarii existebant. Hisque licet tarde subactis, ad superiores se partes contulit, regina circa fines Lotharingiæ relicta.* Contra Petronellam autem ipsum expeditionem suscepisse, tradit WILH. HEDA *Hist. Traiect. p.* 148.

5) ANNALISTA SAXO ad ann. 1125. CONRADVS VRSPERGENSIS pag. 284. qui tamen insignia regni in castro Hammerstein adseruata fuisse, dicit. CHRON. REG. S. PANTALEONIS ad an. 1124. *Heinricus Imperator Traiecti infra ebdomadam Pentecostes obiit, corpus eius Spiræ humandum deportatur.* ANNALISTA SAXO ad a. 1125.

6) Verba sunt OTTONIS FRISINGENSIS *VII. c. XVI.* Idem de gestis Friderici lib. I. c. XV. *Imperator Henricus, reuocatis in pacem, qui erant ei oppositi, Principibus, libere potitus Imperio, apud inferius Traiectum, Frisiæ vrbem, in Pentecoste curiam celebrauit: vbi morbo correptus, rebus humanis exemptus, sepultisque ibidem interioribus, per ripam Rheni ad superiora deportatus, in ciuitate Spira patribus suis appositus est.* Sequitur ALBERICVS ad a. 1125. qui tamen simul genus morbi indagat, dicens: *Leodii pascha Domini celebrat Henricus Imperator, inde Aquis contendens, morbo draguncului qui sibi erat natiuus, molestari cœpit, propter quod & ibi aliquot dies remoratur: deinde Neomaciam venit, sed cum post dies languor increscerct, tandem feria quinta in pentecoste vitam cum regno amisit. Corpus eius eiectis intestinis, sale respersum Spiræ relatum est.* Idem tradit SIGEBERTVS GEMBLACENSIS & ROBERTVS de MONTE ad an. 1126. De Henrici morte scribunt DODECHINVS, CHRON. BIGAVGIENSE, CHRON. SAXO, ANNALES HILDESHEIMENSES, ALB. STADENSIS, CONT. LAMBERTI, ad a. 1125. licet alii hanc mortem vel ad an. 1124. vel 1126. reiiciant. IO. BECKA Hist. Vltraiectin, p. 46. *Anno MCXXV. Henricus Imperator apud Traiectum ægrotans decessit a valle præsentis miseriæ, cuius intestina recondita sunt in medio chori maioris ecclesiæ.* Idem testatur Mathildis Imperatrix in diplomate apud WILHELMVM HEDAM p. 154. Quare ARNOLDVS BVCHELIVS *notis ad* IO. de BECKA *p.* 47. dicit, in templo cathedrali S. Martini Traiecti reperiri incisa hæc verba

Exta
Henrici quinti Imp.
1125.

Integrum Mausoleum Imperatorium Spirense describit CONRADVS VRSPERGENSIS p. 286. in quo tale nostri Henrici est epitaphium: *filius eiusdem Henricus V. dictus iunior, Romanorum Imperator, anno Dominicæ Incarnationis MCXXV. X. Kalend. Augusti obiit.* Ex eo habet FVGGER *im Spiegel der Ehren des Hauses Oesterreich lib. III. c. I. pag.* 257. qui etiam monumentum illud sepulcrale integrum æri fecit incidi.

7) ENGEL-

ultis fuit receptus, sed fraude detecta, Cluniaci in monachum fuit attonsus. 7)

§. XIX. Vxor ipsius fuit Mathildis, Henrici Anglorum Regis filia, quam quinquen-em adhuc in matrimonium requisiuit, 8) quæ tamen cum ipso an. 1109. fuit desponsa-.9) a. 1110. cum multis diuitiis per Episcopos & Comites in Germaniam deducta. 10) erum, vsque dum Germanorum linguam & mores addisceret, 11) nuptiæ ad annum 14. vsque fuerunt dilatæ, atque tunc regio adparatu Moguntiæ celebratæ. 12) Post Imp. ortem, Gaufrido Andegauensium Comiti matrimonio fuit copulata, 13) an. 1167. de-ncta. 14) Filiam reliquit Christinam, Vladislao II. Poloniæ Regi nuptam, 15) & Ber-am, Ptolemæo, Consulis Romani filio elocatam, quæ tamen saltim naturalis fuisse vi-tur. 16) Filios non reliquit, extincta igitur cum ipso omnis stirps Ducem Franciæ. 17)

7) ENGELHVSIVS Chron. p. 1100. *Pseudo -dam surrexit mentiens se Henricum quintum ; & n multos seducendo allexisset, in tantum, vt pro etiam graues pugnæ fierent & homicidia; declara- tandem eius falsitate, in monachum tonsus est.* -BERTVS de MONTE ad a. 1138. *His tempori- quidam pseudo imperator in partibus Alemanniæ rexit, qui per aliquot annos apud Soloturum in lusione viuens, egressus inde, imperatorem Henri- se esse mentiendo dixit. Et cum multos seducen- sibi allexisset intrantium, vt pro eo etiam graues pu- & homicidia fierent, aliis eum recipientibus, aliis ctorem palam profitentibus, tandem declarata eius itate, Cluniaci in monachum attonsus est.*

8) WILHELMVS GEMMETICENSIS *lib. VII. ?. Normann. c. XI.* (Mathildam) *virginem vix quennem Henricus quintus - - in coniugem uisiuit.*

9) DODECHINVS ad a. 1107. *eodem anno de- sata est* (Henrico) *filia Regis Anglorum.* AN- LES HILDESHEIMENSES ad an. 1109. OR- RICVS VITALIS *lib. XI. p.* 819. ANNALISTA :O ad a. 1109.

10) ANNALES HILDESHEIMENSES ad an. o. *Rex Anglici Regis filiam sponsam suscepit, quam . apud Traiectum regio more dotauit.* ORDE- VS VITALIS *lib. X. p.* 763. *Mathildem - - erius cognatus Regis cum nobili comitatu de An- in Alemanniam duxit. Argenti quoque decem ia marcas cum filia sua Rex opulentus ei donauit, egali more munera insignia destinauit.* WILHEL- S GEMMETICENSIS c. l. (Henricus Mathil- in coniugem) *adquisitam per claros viros Epi- os & Comites internuntios, cum ineffabili muni- tia vtriusque parentis in suum regnum suscepit.*

11) WILH. GEMMETICENSIS c. l. (Rex hildam) *vsque ad tempestiuum tempus nuptiarum ose nutriri pracepit, in quo nutrimento & lin- n addisceret, & se secundum Teutonicos mores oneret.*

12) OTTO FRISINGENSIS VII. c. XV. *Mo- iæ Regio apparatu coniuncta sibi filia Henrici Re- Anglorum, Mathilda, magnifice nuptias celebra-* Idem de gestis Friderici *lib. I. c. XII.* RO- TVS de MONTE ad a. 1114. *Heinricus Impe- rator, cum magna Optimatum suorum, & totius Re- gni gloria, Natalem Domini celebrat Moguntiæ, ibi- que vxorem duxit Mathildam, filiam Regis Anglo- rum.* Ex eodem habet ALBERICVS ad an. 1114. DODECHINVS tamen tempora ita distinguit. *Im- perator natiuitatem Domini Babenbergæ celebrauit, &, post Epiphaniam, apud Moguntiam nuptias fecit.* Sequitur eundem CONRADVS VRSPERGENSIS ad an. 1114. ANNALES HILDESHEIMENSES, ANNALISTA SAXO, ALB. STAD. CHRON. LEO- DIENSE, LOBIENSE ad a. 1114. CHRON. SAXO ad a. 1115.

13) MATTHÆVS PARISIENSIS ad a. 1127. WILHELMVS GEMMETICENSIS *lib. VIII. c. XXV.* ORDERICVS VITALIS *lib. XII. p.* 889.

14) CHRON. MONASTARII S. ALBINI, CHRON. MONASTERII S. STEPHANI CADO- MENSIS ad a. 1167.

15) De hac late CROMERVS *Hist. Polon. lib VI. ineunte.*

16) P. DIACONVS lib. IV. c. LXI. *Ptolemaeo illustrissimo Octauia stirpe progenito, Ptolomæi ma- gnificentissimi Consulis Romanorum filio, Bertam, filiam suam in coniugio tradidit.* Id quod indicare videtur ORDERICVS VITALIS lib. X. Hist. Eccles. p. 763. *Imperator - - generosam coniugem admodum dilexit, sed - - sobole imperio digna caruit.*

17) CHRON. VET. DVC. BRVNSV. ap. LEIBNITIVM *Tom. II. p.* 15. de Henrico V. *qui postea moriens in Spira MCXXV. nullum reliquit de suo genere successorem.* CHRON. LOBIENSE ad a. 1125. *Imperator Henricus moritur carens liberis.* CONRADVS VRSPERGENSIS p. 281. *pecunias, vt aiunt, infinitas congesserat* (Henricus) *quas secun- dum scripturas, cui thesaurizasset, ipse sine liberis obiens, heu heu ignorabat.* Hinc perperam in Frag- mento Genealogiæ Ducum Brunsuicensium eod. Tom. II. p. 18. *Henrico vero rege apud Traiectum defuncto, anno Domini MCXXVI. ex Mathilde vxore sua, filia regis Angliæ, reliquit filium Frideri- cum, Ducem Sueuiæ, & hic decedens, reliquit tres filios; scilicet Henricum, Fridericum & Conradum regem;* Cum Fridericus iste fuerit sororius Henrici, prout ipsum adpellat OTTO FRISINGENSIS *VII. c. XV.* siue sororis maritus.

SECTIO QVINTA
DE
LOTHARIO II.

§. I. Lotharii Natiuitas & parentes. §. II. -arii electio & coronatio Germanica. §. III. -itium iuris Imperialis in Duces Bohemiæ atque -iæ. §. IV. Bellum cum Friderico Franconiæ, -ado Sueuiæ Duce. Hic factus Rex Italiæ: v- tamen se Imp. subiiciunt. §. V. Schisma Pa- post mortem Henrici II. inter Innocentium II. & -etum II. Innocentius II. Imp. auxilium im- -. §. VI. Lotharius Innocentium II. restituit -lemque coronatur. Pictura de hac coronatione. I. Rogerius R. Neapolitanum & Siciliæ adfectat Imp. contra ipsum a. 1136. in Italiam pergit & Lon- gobardos subigit. §. VIII. Lotharius Rogerium vin- cit, atque vna cum Papa Reginaldo Apuliam confert. §. IX. In eadem expeditione Amalphi repertus fuit Codex Pandectarum. §. X. Conrado Wettinensi Misniæ Marchionatum, Ludouico Thuringiam, Henrico Bauariam concedit: Canutum creat Regem Obotritorum. Magnus Daniæ Rex ipsius fit vasallus, Conradus Zeringiæ Dux Burgundiæ Principatum adi- piscitur. §. XI. Mors Lotharii. §. XII. Familia Lotharii.

§. I.

SVccesſit ipſi LOTHARIVS, dictus Saxo, vel Secundus, quibusdam Tertius. 1) Hic Geuehardi Comitis filius, Comes erat Supplinburgenſis, ex familia dynaſtarum Querfurtenſium, Comes potens atque induſtrius, 2) natus an. 1075. in prædio quodam dicto Lutterloch, prope Cellam, 3) paucis ante prœlium ad Vnſtrudam diebus, in quo obiit pater ipſius Geuehardus. 4) Ab Henrico V. a. 1106. Saxoniæ Ducatum fuit adeptus, 5) atque ducta Richenza, Henrici Pinguis, Saxoniæ Principis atque Comitis Northeimenſis, & Gertrudis Eckberti Marchionis filia, horum quoque poſſeſſiones iure vxoris obtinuit, 6) vt ideo Princeps eſſet potentia inclytus. Vir ſtrenuus erat, præcipuus in armis, prouidus in conſilio, 7) ex probitatis induſtria omni laude dignus, 8) eccleſiaſtico iuri deuotus, 9) Clero

1) Secundus quidem eſt in iuſto ordine Impp. dum Ludouici Pii filius Lotharius, primus huius nominis eſſet Imperator. Dum autem Lotharius Arelatenſis, qui ſeculo X. Imp. dignitatem affectauit, a quibusdam ſecundus diceretur, tertium vocant hunc Lotharium. Sic Tertius dicitur in diplomate Reichenbergenſi cœnobio conceſſo apud HAYNECCIVM *Antiqu. Goslar. lib. II. p.* 123. Et in alio diplomate Friderico Saxoniæ Palatino conceſſo apud SCHATENIVM *Ann. Paderborn. lib. VIII. p.* 720. & HAYNECCIVM p. 125. Sic & GOLDASTVS conſtanter ipſum vocat Tertium *Conſt. Imp. Tom. III. pag.* 320.

2) Genealogiam ſuam ſic deſcribit CHRONOGRAPHVS SAXO *ad a.* 1109. *pater præfati Epiſcopi* (Brunonis) *Bruno dicebatur, mater Ida, frater Geuehardus, Geuehardus genuit Burchardum & Idam, Burchardus genuit Geuehardum patrem Conradi, Magdeburgenſis Archiepiſcopi. Ida vero genuit Geuehardum Comitem, patrem Lotharii Imperatoris.* Adde ANNALISTAM SAXONEM ad ann. 1106. DITMARVS *lib. VI. p.* 398. KRANTZIVS *Saxonia lib. VI. c. I.* dicens: *Luderus; Dux Saxoniæ, Pronepos Gebehardi eius, qui fratrem habuit Brunonem, Religioſum virum, qui in Pruſſia prædicans, pro Chriſto fecit martyrium, ſub imperio Henrici II. anno octo poſt mille. Erat is proauus Comes de Queruorde, filium habens Burchardum, qui genuit Gebehardum, huius Luderi patrem.* Conuenit KRANTZIVS cum CHRONOGRAPHO, niſi, quod Lotharium non Idæ ſed Burcardi faciat nepotem, id quod etiam vero magis eſt ſimile. Conuenit cum Krantzio BVCELINVS *Germ. Topo-Chrono-Stemmatographica p.* 403. & SPANGENBERG *Chron. Querfurt. lib. II. c. XXI.*

3) Docet hoc nos RVPERTVS *notis ad Beſoldi Synopſin cap. XVIII. pag.* 590. ſcribens: *Valde memorabilis eſt, quod ex ore Erneſti Ducis Luneburgici refert Henricus Paxmannus in Oratione, quam honori laudati Principis dixit. A. C.* 1557. *Prædium eſt vicinum oppido Cellæ, quod nominatur Lutherloch, & habet perpetuam immunitatem. Cum autem Quæſtor illum fundum noua penſione oneraturus eſſet, accedit colonus Principem, narrat fuiſſe perpetuam immunitatem, & cauſam addit, quia in eo fundo natus ſit Lotharius Imperator. Adiicit etiam, ſe & maiores ſuos multis ſeculis tenuiſſe hunc fundum, & narrationem traditam eſſe a maioribus, ab eadem ſtirpe & Lotharium & familiam ſuam ortos eſſe; ac orat, vt propter Lotharii memoriam veterem immunitatem locus eius natalis retineat. Delectatus hac narratione Princeps, quia Lotharium propter virtutis præſtantiam & ſtirpis decus ſæpe celebrabat, accerſit quæſtorem, interrogat de immunitate fundi; iubet & vocari ſenes vicinos, quos & de immunitate & de coloni familia interrogat. Horum narratio cum congrueret coloni verbis, Princeps lætus, quod locus natalis Lotharii Imperatoris, ſapientia & virtute præſtantis, ſibi monſtratus erat; & quod vicinus eſſet e domicilio ſuo, ſenere iubet in libros quæſturæ ſcribi totam hanc narrationem; & addit, ſe velle, vt ad omnem poſteritatem hic fundus ſit immunis, velut locus natalis Lotharii Imperatoris. Colonum etiam iubet ſecum prandere, & hortatur, vt, cum cognationis mentionem feciſſet, filios recte erudiat de Deo & de bonis moribus & eos ad virtutem aſſuefaciat, & tradat fundum poſteris tuendum; ſe quoque nulli filiorum, qui literis operam daturus ſit, defuturum recipit. Denique diſcedenti colono iubet dari pannos, ad veſtiendos filios & filias.*

4) GOTFRIDVS VITERB. *p. XVII. pag.* 341. BRVNO *Hiſt. B. Saxonici pag.* 191. MARIANVS SCOTVS ad a. 1075. CHRON. MONTIS SERENI ad a. 1125.

5) *Supra §. XII.*

6) CHRON. BRVNSVICENSE apud MADERVM pag. 12. *Gertrudis nupſit Comiti Henrico, qui Pinguis dicebatur, qui fuit filius Ottonis de Northeym, Ducis quondam Saxoniæ, & erat de progenie Sifridi, Comitis de Berneborch, cuius filii Ekkehardum Marchionem in Polede occiderunt, Gertrudis, de Henrico, genuit Rikyſam, quæ tradita eſt Ludero, qui fuit filius Comitis Geuehardi de Supelingheborch, & erat potens & induſtrius, ad quem deuoluta eſt hæreditas de Haldesleue.* ANNALISTA SAXO *ad an.* 1082. CHRON. STEDERNBVRG. pag. 854. CHRON. MONTIS SERENI ad a. 1137. HENR. MEIBOMIVS *notis ad Hiſtoriam Bardeuici p.* 32.

7) ANNALISTA SAXO ad a. 1124. *erat enim vir totius prudentiæ ſacerdotii & regni fideliſſimus coadunator, apud Deum ſummæ deuotionis, prouidus in conſilio, ſtrenuitate bellorum fortiſſimus, & nullius vnquam timore periculi perterritus, ita vt iis ad regni gubernacula videretur eſſe decentiſſimus.* HVGO in vita S. Nortberti c. L. *erat vir ille ſtrenuus belli ductor, præcipuus in armis, prouidus in conſilio, terribilis inimicis Dei & S. Eccleſiæ, veritatis amicus, iuſtitiæ tenax, iniuſtitiæ hoſtis. Cuius probitas patuit in Sicilia, viguit in Saxonia. Cui quamdiu vixit, Romanum Imperium, quod eius curæ mandatum fuerat, titubare non potuit.* HELMOLDVS lib. I. c. CLI. *cœpit, in diebus Lotharii Cæſaris, oriri noua lux, non tam in Saxoniæ finibus, quam in vniuerſo Regno, tranquillitas temporum, abundantia rerum, pax inter regnum & Sacerdotium.* Eadem habet ALBERTVS STADENSIS ad an. 1133. In Monumento Lotharii apud MEIBOMIVM notis ad Henr. Roslæ Herlingsbergam Tom. I. Script. p. 789. *Lotharius vir in Chriſto fideliſſimus, verax, conſtans, pacificus.* Idem Monumentum ipſum vocat *militem imperterritum.* PETRVS DIACONVS *lib. IV. c. CVIII. clementiſſimum Imperatorem & religioſiſſimum* c. CXI. *triumphatorem præcelſum* & lib. IV. c. LXXXVII. *Moguntinus Lotharium armis experientiſſimum, religione & prudentia multa pollentem - - vtilem atque idoneum ad Imperiale faſtigium accipiendum iudicauit.* SVGERIVS Vita Ludouici Groſſi p. 104. *Lotharius vir bellicoſus, rei publicæ defenſor inuictus.*

8) OTTO FRISINGENSIS *de geſtis Friderici lib. I. c. XVI.*

9) CONTINVATOR SIGEBERTI ad a. 1126. HELMOLDVS lib. I. c. LIII. *inclytus Cæſar Lotharius - - plenam erga diuinum cultum deuotionis curam gerebat.* GERVASIVS TILBERIENSIS *Otiis Imper. dec. II. c. XVIII.* de Lothario: *qui ſicut*

Clero nimium addictus, maximus Historiæ amator. 10)

§. II. Defuncto an. 1125. Henrico V. Archiepiscopus Moguntinus, Albertus, Episcopos & Proceres totius Regni de constituendo nouo Imp. Moguntiam vocauit. 11) Congregati igitur fuerunt frequentes Principes, Archiepiscopi, Episcopi, Abbates, Præpositi, Clerici, Monachi, Duces, Marchiones, Comites, cæterique nobiles, quantos nulla alias curia ceperat, ita vt plusquam LX. millia, 12) pugnatorum adessent. Saxonum Principes ultra Rhenum dispositis in ripa fluminis sine numero castris, honorifice consederunt, & supra eos Leopoldus Marchio cum Duce Bauarico cum magno militum collegio. Sueuiæ autem Dux Fridericus adiuncto sibi Episcopo Basileensi cæterisque Principibus ac quibusque nobilibus e regione ex altera Rheni parte consederant. Conuenientes igitur regni Principes gratiam S. Spiritus per antiphonam *Veni S. Spiritus*, inuocantes, primo decem ex singulis Bauariæ, Sueuiæ, Franconiæ, Saxoniæ prouinciis Principes consilio vtiliores proposuerunt, quorum electioni cæteri omnes assensum præbere promiserunt. Hi itaque tres ex omnibus tam diuitiis, quam virtute animi præstantiores, scilicet Fridericum, Ducem Sueuorum, Henrici V. nepotem ex sorore, Leopoldum Marchionem Orientalem, qui sororem Henrici habebat in matrimonio, & Saxoniæ Ducem Lotharium in concione designantes, vnum ex tribus, qui placeret omnibus, in Regem eligi persuaserunt. His alii quartum addunt Carolum, Flandriæ Comitem. 13) Absente autem Duce Friderico, reliqui duo, qui aderant, oblatum sibi regii nomen Imperii, profusis lacrymis, genibusque terræ defixis, humiliter renuebant. Fridericus vero primum distulit ad Principum venire colloquium, explorare prius volens, quem principum assensus promouere pararet. Postquam autem Imperium a duobus humuliter refutatum vidit, vrbem ingressus est, & Principum conuentui sociatus, in Regem eligi paratus adstabat. Surgens vero Moguntinus Archiepiscopus consulto requisiuit a tribus præfatis Principibus, vtrum sine contradictione, sine retractatione & inuidia, singuli quoque tertio communiter, a Principibus electo vellent obedire. Ad quæ verba Dux Lotharius sicut & pridie, ne ipse vllatenus eligeretur, humiliter expetiit, & eligendo cuicunque se vt Domino & Imperatori Romano obedire promisit. Idem de se Marchio Liupoldus publice professus, & regni ambitionem, & futuri Regis æmulationem Sacramento a se remouere volebat. Requisitus igitur Dux Fridericus, vtrum ipse quoque, sicut & cæteri, ad totius Ecclesiæ regnique honorem & liberæ electionis commendationem perpetuam, idem quod cæteri fecerant, facere vellet. Sine consilio suorum in castris relictorum se respondere nec velle, nec posse, asseruit: & quia se exaltandum, Principum animos nequicquam vnanimes vsque quaque persensit, consilium suum & aspectum curiæ iam exinde subtraxit. Videntes ergo Principes tam violentam quasi debitæ sibi potestatis exactionem, ne quando sibi præficeretur, vnanimiter renuebant. Postera vero die 30. Augusti 1125. 14) congregatis in electionem Principibus, cum abesset Dux Fridericus cum eo Dux Bauariæ, iidemque dimissis, iam Lothario & Leopoldo, Principes admonerentur, vt communicato consilio, diligenti ratione personam quæ-

ab Innocentio consecratus, ita deuotus & innocens in Romanam semper extitit ecclesiam. PETRVS DIACONVS lib. IV. c. CXXIV. *sacerdotes honorabat patres, clericos vt dominos, pauperes vt filios, viduas vt matres.*

10) PETRVS DIACONVS lib. IV. c. CVIII. *Item illam Imperator fere totam duxit insomnem, atque ante se relegi omnia gesta antecessorum suorum Imperatorum.* Et cap. CXIV. *gesta Imperatorum, Regum, Ducum ac Principum Romanorum, Francorum, Hismahelitarum & diuersarum gentium Annalibus Imperatorum recitare præcepit, & illorum sententias sigillatim annotare.* Quare etiam hic Petrum Diaconum propter antiquitates & regestarum relationes plurimum adamauit, vt scribit in epistola ad Guibaldum Casinensem item *l. c. c. CXXVI.*

11) Extat inter HIER. PETZII Scriptores Austriacos p. 578. Narratio de electione Lotharii. Sinis extat epistola in Codice S. Vdalrici n. CCCXX. verbis: *A Moguntinus, F. Coloniensis, V. Constantiensis, B. Wormatiensis, A. Spirensis per Dei misericordiam Archi-Episcopi & Episcopi, V. Fuldensis Abbas, H. quoque Dux, G. Palatinus Comes, Comes de Sulzbach, & cæteri vtriusque professionis principes, qui exequiis Imperatoris intererant, venerabili Fratri Babenbergensi Episcopo hinc fraternæ in Christo orationes, etiam fidelissimum deuota mentis obsequium. Postquam Dominus Imperator viam vniuersæ carnis ingressus est, & nos exequias eius iusta deuotione, & reuerentia complevimus, ipse ordo rei & temporis qualitas exigere videbatur, vt de statu & pace regni aliquid conferremus, si non abesset, prudentia vestra consilium, & aliorum principum tanto negotio vtile & pernecessarium. Quoniam expectare pergraue erat & difficile, sedit omnium nostrum sententia, si tantum vestræ non displicuerit concordia curiam in festo beati Bartholomæi apud Moguntiam celebrare, & ibidem conuenientibus principibus de statu & successore regni, ac negotiis necessariis, prout Spiritus sanctus aspirauerit, ordinare.* Hæc Epistola satis docet, Electores ista ætate nondum fuisse.

12) ORDERICVS VITALIS *lib. XII. Hist. Eccles. p. 883. ibi plusquam LX. millia pugnatorum aderant, & in diuersa nitentes, exitum rei considerabant.*

13) Hunc addunt OTTO FRISINGENSIS *lib. VII. c. XVII.* ALBERICVS ad a. 1125. GALBERTVS, Brugensis Notarius *in Vita Caroli boni c. I. §. VII. VIII. Tom. I. Actorum SS. Martii ad §. II.* dicit, *Coloniensem Archiepiscopum cum Godefrido Comite ad illum fuisse missos, qui Carolo dignitatem Imperii offerrent.* Verum, dum Gualterus Morinorum Archidiaconus in Vita Caroli, & Auctor Narrationis nihil de eo tradant, non adeo magnæ considerationis Carolum fuisse habitum, crederem.

14) Diem electionis definit DODECHINVS, dum ad an. 1125. scribit: *Lotharius Dux Saxoniæ Calendis Septembris Moguntiæ Rex constituitur.* Contradicere equidem videntur ANNALES HILDESHEIMENSES ad an. 1125. *In festo S. Bartholomæi omnes*

quærerent, quam Regno præficerent, subito a Laicis quamplurimis, Lotharius Rex fiat; clamor exoritur. Lotharius rapitur, Lotharius humeris imponitur, & regiis laudibus renitens ac reclamans extollitur. Licet hac in electione Moguntini auctoritas plurimum valuerit, qui aduersus cognationem Henrici erat infestus. 15) Principes vero quam plurimi, maximeque Bauariæ prouinciæ Episcopi, rem tantam inconsulte & impetuose factam abhorrentes, & de sedibus suis se perturbatos debita cum indignatione conquerentes, ab aliis irati secedere, & prorsus a curia infecto negotio recedere parabant. Moguntinus vero cum aliis quibusdam Principibus, ostium ne quis egrederetur vel ingrederetur, obserari præcepit, istis Regem suum de intus concrepando circumferentibus; illis ad laudem Regis, quem ignorabant, deforis cum summo clamore currentibus. Fit tandem interuentu legati, qui aderat, Papalis, Cardinalis, concordia, Rex Lotharius electus ab omnibus, & quidem in Regem Alemannorum, Lotharingorum, Longobardorum, & omnium Italiæ populorum & in Imperatorem Romanorum, 16) expetitus ab omnibus, ab Episcopis vniuersis, quorum XXII. aderant, & Principibus homagium accepit, ipse quoque Dux Fridericus, Ratisbonensis Episcopi, cæterorumque Episcoporum consilio atque precibus correctus, debitam Regi iam domino suo reuerentiam exhibuit. Et postquam Pacem publicam vsque ad Natiuitatem Domini & abinde ad annum vsquequaque communiter edixisset, Idibus Septembris, a Friderico Archipræsule Coloniensi Aquisgrani in Regem fuit inunctus. 17) Richenza vero vxor eius Coloniæ a Friderico Archiepiscopo in Reginam fuit consecrata. 18)

§. III. Circa regni primordia, bellum statim gessit Bohemicum. Otto enim Morauiæ Marchio, Ducatum Bohemiæ affectans, Regi magnam pecuniam promittebat, vt eum Ducem Bohemiæ crearet, quod Sobeslaus, 19) qui eundem Ducatum possidebat, nulla ratione impedire valuit. Rex igitur Saxoniam intrans, militem instaurat: ducensque secum Ottonem, claustra syluarum, quæ Bohemiam & Saxoniam sciungunt, hyemali tempore ingreditur. Sobeslaus vero Dux Bohemiæ in ipsis syluarum abditis, super amniculum quendam castra posuit, & Saxones per deuia syluarum oberrantes, niueque atque inedia defatigatos, ex improuiso adortus, cædit, vt pauci fuga elaberentur. Videns hoc Rex, suisque ex angustia viarum nullum præsidium ferre valens, sæuissima mentis amaritudine perculsus, rerum tamen quas ab adolescentia gesserat, ac antiquæ virtutis memoria, quasi cœlesti rore reple-

omnes totius Imperii principes Mogontia conueniunt, omnes vnanimiter Lotharium in Regem eligentes. Verum, loquitur de die conuentus, dum quinta demum die electus Lotharius, prout ex dicta Narratione *p. 47. 48.* patescit.

15) PETRVS DIACONVS Chron. Cassinensi lib. IV. c. LXXXVII. *Henrico V. Imperatore defuncto, Consules, Præfecti, Dictatores, Duces, & Principes, in vnum conuenientes, de Imperatoris electione tractare cœperunt. Visum demum omnibus est, vt Electionem ipsam in arbitrio Archiepiscopi Moguntini, & Lotharii, Ducis Saxoniæ, ponerent, vt, quem illi vtilem Romano Imperio esse astruerent, hunc procul dubio eligerent vniuersi. Archiepiscopus autem ferali Zelo aduersus cognationem Einrici Imperatoris desæuiens & de Imperiali culmine Fridericum & Conradum, Nepotes eius, propellere cupiens, ob illorum odium supradictum Lotharium, armis experientissimum, Religione, & prudentia multa pollentem, qui per plura annorum curricula, Leuticos expugnans, sub Romano Imperio redegerat, vtilem atque idoneum, ad Imperiale fastigium accipiendum, iudicauit, sicque huius calliditate Romanum Imperium a Teutonicis ad Saxones translatum est.* OTTO FRISINGENSIS vero lib. VII. cap. XVII. *tandem Lotharius natione Saxo, patre Gebehardo voto omnium, renitens valde, ac reclamans, ad regnum tractus, sub præsentia sedis apostolicæ legati XCIII. ab augusto regnauit.* Idem FRISINGENSIS lib. I. de gestis Friderici c. XV. *Ac Imperatrix Mathildis Henrici Regis Anglorum filia, regalia in potestate sua habebat: Quam prædictus Albertus Moguntinæ Ecclesiæ Archiepiscopus ad se vocauit, falsisque promissionibus ad sibi tradenda regalia induxit* & cap. XVI. *igitur Albertus (nam id iuris, dum Regnum vacat, Moguntini Archiepiscopi ab antiquioribus esse traditur) Principes Regni in ipsa ciuitate Moguntina tempore autumnali conuocat, malorumque a Duce Friderico sibi illatorum haud immemor, cum prædictus Dux ad Regnum a multis exposceretur, ipse Lotharium Ducem Saxonum, virum tamen ex probitatis industria omni honore dignum, plus familiari rei, quantum in ipso erat, quam communi commodo consulens, in Regem a cunctis qui aderant Principibus eligi persuasit.* Idem fere dicit ALBERTVS STADENSIS *ad a. 1126.* nisi quod addat, Albertum Moguntinum Fridericum falsis persuasionibus ad reddenda regalia induxisse. GOBSCHERVS *de Gestis Treuirorum c. LXXVI.* HELMOLDVS I. c. XLI. *obiit apud Traiectum Henricus Cæsar & successerat in solium Regni Luderus, Saxonum Dux. Indignati autem Francigenæ Virum Saxonem eleuatum in Regnum, conati sunt alium suscitare Regem, Conradum videlicet, consobrinum Heinrici Cæsaris, præualuit autem pars, quæ fuit cum Ludero, abiensque Romam promotus est ad apicem Imperii per manus Innocentii Papæ.* GOTFRIDVS VITERBIENSIS *p. XVII. p. 348.* DODECHINVS, CHRON. SAXO, ALBERICVS, CHRON. LEODIENSE *ad a. 1125.* CONRADVS VRSPERGENSIS, ROBERTVS de MONTE *ad a. 1126.*

16) Totum hoc electionis negotium plerumque verbis dictæ Narrationis apud PETZIVM descripsi.

17) ALBERICVS ad a. 1125. *Lotharius Dux Saxonum vir sapiens ac industrius, & ecclesiastico iuri deuotus, præpotens diuitiis & victoriis, omnium consensu eligitur. Hic mense Septembri cum eisdem Legatis, & duobus Archiepiscopis & Octo Episcopis, & multis Abbatibus, & cum eminentioribus aulæ regalis primatibus Aquisgrani veniens, dominica die Idibus Septembris, a Friderico Archipræsule Coloniensi in Regem benedicitur & vngitur, omni clero & populo festiuum epinicium acclamantibus.* Idem dicit DODECHINVS *ad a. 1125.* CONTIN. SIGEBERTI GEMBLACENSIS *ad a. 1126.* ROBERTVS de MONTE & CONTIN. LAMBERTI *ad a. 1126.* CHRON. S. PANTALEONIS *ad a. 1125.*

18) ANNALISTA SAXO *ad a. 1125.*

19) COSMAS PRAGENSIS tamen *Hist. Bohem. lib. III. p. 67.* ipsum vocat Sobeslaum, quod etiam rectius secundum ANNALISTAM SAXONEM *ad an. 1125.* dum Vlricus iamdum fuisset defunctus.

20) Verba

repletus, in collem quendam cum paucis, quos adhuc residuos habebat, se recepit. ...uem præfatus Dux suis in circuitu positis, magnarumque arborum iactu & clausura re...tum negantibus, tanquam clausum tenuit. Tandem Henrico Saxoniæ Marchione, qui ...forore Ducis natus, cum Rege aduenerat, mediante, ad pedes Imperatoris satisfactio...m offerens, humiliter Dux venit, hominiumque ipsi cum sacramento fidelitatis exhi...ns, Ducatum ab eo suscepit, captiuos reddidit: sicque Rex portatis secum eorum, qui ...biliores erant, funeribus, cum multo mœrore rediit. Tanta enim strages Saxonum & ...æcipue nobilium & illustrium virorum ibi facta fuit, vt perpetui odii inter Saxones & ...hemos fomes tunc fuerit accensus. 20) Bolislaum etiam Poloniæ Ducem eo adegit, ...tributum duodecim annorum ipsi persolueret, de Pomeranis & Rugiis homagium face..., subiectionemque, perpetuo sacramento confirmaret. 21) Hic etiam, vna cum Vlrico ...hemorum Duce a. 1135. Comitiis Merseburgensibus interfuit, & gladium Imp. reportauit. 22)

§. IV. Composito bello Bohemico, Fridericum atque Conradum persequitur, ...tra quos iam a. 1126. mouerat expeditionem, 23) castrum illorum Noricum 24) per ...os menses vna cum Bohemorum Duce obsidet, sed ipsis adpropinquantibus, obsidione ...cta, per Babenberg transiens, in ciuitatem Herbipolim se contulit. Ipsi etiam Regem ...equentes, in Spirensi ciuitate præsidium imponunt. Hanc Lotharius iuncto sibi Al...to Moguntino, & Henrico Superbo ab Idibus Augusti vsque ad Kalendas Nouembris ...8. frustra obsedit. 25) Inflatus ex hoc Conradus, singulari conuentu a Friderico fra... & quibusdam aliis Rex creatus, a. 1127. Alpes transcendit, vbi a Mediolanensibus ho...ifice fuit susceptus, ac ab eorum Archiepiscopo Anshelmo Modoetiæ, 26) sede Italici ...ni, etiam paullo post, Mediolani 27) in Regem fuit inunctus, pro his aliisque præfa... Archiepiscopus a summo Pontifice fuit depositus. Conradus etiam cum Friderico, ...re suo, a tribus Archi-Episcopis, Moguntino, Salisburgensi & Magdeburgensi atque eo... suffraganeis fuit excommunicatus. 28) Vtrique a. 1128. ab Honorio Papa in die Paschali

20) Verba sunt OTTONIS FRISINGENSIS ...stis Friderici lib. I. c. XX. XXI. CHRONOGRA...S SAXO, DODECHINVS, ANNALES HIL...HEIMENSES, ALBERTVS STADENSIS, ...ON. M. SERENI, CONTIN. LAMBERTI *ad* ...26. ALBERICVS *ad a. 1126. 1127.* ROBERTVS ...ONTE *ad ann. 1127.* HERM. de LERBEKE ...*n. Com. Schauenburg. ad a. 1125.* apud MEI...IVM *Tom. I. p. 499.* DVBRAVIVS *Hist. Bohem.* ...*I. pag. 85.* Diem prœlii definit ALBERTVS ...DENSIS *ad a. 1126.* scribens: *Lotharius mox ...gressu a Duce gentis per insidias circumuenitur, ...ltitudo nobilium de comitatu eius occiditur XI. ...Id. Martii.* BOHVSLAVS BALBINVS vero *Rer. Bohem. lib. III. c. X.* prœlium ad Chlu...m in Bohemia 2. Martii commissum esse dicit. ...ALISTA SAXO *ad a. 1126.*

21) OTTO FRISINGENSIS VII. c. XIX. *In Saxoniam diuertens, Polonorum Ducem, cum ...muneribus, obuiam habuit, quem tamen non ...ignatus est suo conspectui præsentari, quam tri... duodecim annorum, hoc est, quingentas libras, ...ulos annos, persolueret, & de Pomeranis & ...homagium sibi faceret, subiectionemque perpe... sacramento confirmaret, Regemque Daciæ, in ... subiectionis, ad decorem Imperialis reueren...ladium sibi, sub corona, deferre fecit, ac ab ...orum Rege, terrore perculso, multa & magni...unera suscepit.* Sequitur ALBERICVS *ad ...5.*

22) CHRON. M. SERENI ad a. 1135. *Impe...ssumtionem S. Mariæ in Mersenburg celebras, ...lizlaus, Dux Poloniæ, & Othilricus, Dux ...iæ, cum cæteris Principibus, adfuerunt, vbi Bolizlaus gladium Imperatori reportauit.* ...N. BIGAVGIENSE ad a. 1135. *Imperator ...apud Mersburg habuit, vbi ex præcepto, Dux ...rum affuit, qui nunquam antea ad alicuius ...orum Curiam venire valuerat, nec precibus, ...iis. Affuit & Dux Boëmorum, Vlricus, ibi ... Duci, per Lotharium conciliatus. Aduene... a Græcia missi Dux & Episcopus, cum Le...ucis Venetiæ, conquerentes contra Rugerum, ...n Siciliæ, eo, quod Græcis abstulisset Africam, ...auxiliantibus, Venetiam spoliasset, de Impe...rano totam Apuliam & Calabriam subtraxis... fuerant Regis Hungariæ Nuncii obedientes.*

23) ANNALES HILDESHEIMENSES ad a. 1126. *Rex expeditionem mouet super Fridericum Ducem Sueuiæ vel Alsatiæ.* ANNALISTA SAXO *ad a. 1126.*

24) Noribergam esse, patet ex DODECHINO ad a. 1127. qui dicit: *castrum Nurenbergense obsessum per duos menses a rege & duce de Bohemia, sed absque effectu soluta est obsidio.* Vid. WAGENSEILIVS *de Noriberga cap. II.* ANNALISTA SAXO *ad a. 1127.* OTTO FRISINGENSIS *de gestis Friderici I. lib. I. c. XVI. Lotharius Princeps, consilio Alberti Moguntini Episcopi, iuxta quod dicitur, non missura cutem nisi plena cruoris hirundo, nondum odio in heredes Imperatoris Henrici satiati, Fridericum Ducem, Fratremque suum Conradum persequitur, cuius rei gratia, Castrum Noricum, vbi ipsi præsidia posuerunt, & tanquam iure hereditario possidebant, obsidione clausit.*

25) Verba sunt OTTONIS FRISINGENSIS, *de gestis Friderici lib. I. c. XVII.* ALBERICVS, DODECHINVS, ANNALISTA SAXO, MONACHVS WEINGARTENSIS *de Guelphis p. 706.* LEHMANN *Chron. Spir. lib. V. c. XLVII.* ANNALES HILDESHEIMENSES *ad a. 1128.* CHRON. REG. S. PANTALEONIS *ad a. 1128.*

26) Verba sunt OTTONIS FRISINGENSIS *lib. VII. c. XVII.* ALBERICVS, ANNALISTA SAXO *ad a. 1127. 1128.* CHRONOGRAPHVS SAXO, CHRON. BIGAVGIENSE, CONRADVS VRSPERGENSIS *ad a. 1127.* LANDVLPHVS Iunior *Historia Mediolanensi cap. XXXIX.* de Anselmo scribit: *qui ... consentiens, communi omnium gentium voto, Conradum in Ecclesia S. Michaëlis, quæ est Modoëtiæ benedixit & vnxit, & coronam electo Conrado posuit, altero Episcopo adstante Regi coronando.*

27) LANDVLFVS c. I. *eandem solennitatem coronationis idem Pontifex in ecclesia S. Ambrosii celebrauit.* GOTFRIDVS VITERBIENSIS *p. XVII. pag. 348.*

Transit in Italiam Conradus ibique receptus,
Est, Mediolani diadema potenter adeptus.

28) CHRONOGRAPHVS SAXO *ad an. 1127. n. 34.* CHRON. MONTIS SERENI *ad h. a.* SIGONIVS *lib. XI. pag. 261.* ANNALISTA SAXO *ad ann. 1128.*

29) Verba

Paſchali extinctis luminibus damnati ſunt & excommunicati, 29) id quod ab Innocentio II. Papa a. 1131. 30) atque a. 1134. in Concilio Leodienſi fuit repetitum. 31) Immo idem a. 1130. egit Pſeudo-Papa Anacletus. 32) Anno 1129. Spira ſecundo obſeſſa, ab Idibus Iulii vsque ad III. Nonas Ianuarii 1130. quibus demum deditione fuit ſubacta, 33) Conrado interea in Italia commorante, Henricus Noricorum Dux Alemanniam hoſtili manu inuaſit, Vlmam occupauit, 34) ſed a Friderico ſtatim iterum fuit fugatus. 35) Noriberga etiam a. 1130. Imp. traditur. 36) Poſtquam autem Imp. a prima expeditione 37) Italica fuiſſet reuerſus, Fridericus a pluribus ſibi fauentibus derelictus, an. 1134. neceſſitate coactus, Fuldæ nudis pedibus Imp. adiit, & per Imperatricem ipſius gratiam obtinuit. 38) Inde a. 1135. in ſolenni Principum conuentu Bambergæ in gratiam fuit receptus. 39) Conradus vero ipſius frater interuentu potiſſimum Bernhardi Claraualleuſis Abbatis, Mulhuſæ in feſto Michaelis a. 1135. cum Imp. iterum conciliatur, 40) Imp. vexillifer factus. 41)

§. V. Defuncto a. 1120. Honorio II. nouum apud Romanos oritur Schiſma, aliis Gregorium Io. Vidonis filium, Diaconum S. Angeli ſub Innocentii II nomine, ex familia Transtiberana, cui nulla gentis claritudo, aliis Petrum Leonis Frangipani filium, nobilem Romanum, Anacletum II. dictum, eligentibus. 42) Anacletus coacta e ſpoliis Eccleſiarum ingenti pecunia, plurimos ſua largitione corruperat, immo venalem populum con-

contra

29) Verba ſunt CHRONOGRAPHI SAXONIS *ad a. 1128.* Idem *ad a. 1134.* LANDVLPHVS IVNIOR *c. l. Conradus benigne & fortiter agendo Romam appropinquauit, ſed fortis manus Honorii Papæ ipſum reſupinauit.* GOTFRIDVS VITERBIENSIS *p. XVII. pag. 347.* ANNALISTA SAXO *ad an. 1131.*

30) CHRON. MONTIS SERENI ad a. 1131. *ab Apoſtolico* (Innocentio II.) *& omni eccleſia* (Leodii) *collecta excommunicati ſunt. Conradus tyrannus, & Fridericus frater ſuus, cum omnibus illis fauentibus.*

31) CHRONOGRAPHVS SAXO ad a. 1134. *Conradus & Fridericus tertio in Leodicenſi concilio a Papa Innocentio & omni eccleſia excommunicati ſunt.*

32) Teſtatur de eo epiſtola ad Lotharium Imp. apud BARONIVM *Annal. Eccleſ. Tom. XII. n. XII. ad a. 1130.* ANNALISTA SAXO.

33) ANNALES HILDESHEIMENSES, DODECHINVS *ad a. 1130.* ALBERICVS ad a. 1130. *Lotharius Rex vrbem Spiram alternis annis obſeſſam tandem capit tertio nonas Ianuarii, feria ſexta.* LEHMANN *cit. loc.*

34) CHRONOGRAPHVS SAXO ad a. 1134. *Heinricus Dux Bawariorum præueniens Imperatorem oppidum* (Vlmam) *expugnauit, deprædauit atque incendit abſque eccleſiis.* ANNALISTA SAXO *ad an. 1134.* MONACHVS WEINGARTENSIS *pag. 787. Henricus - - copioſum exercitum congregat, fineſque Friderici ingreſſus, a villa Congirdorf, quæ eſt in ripa Danubii incipiens, & vltra Stouphen perueniens, omnia circumquaque in tranſitu & in reditu incendio & præda deuaſtat.* De alia deuaſtatione CHRONICON BIGAVGIENSE *ad a. 1134. tanta clade Sueuia opprimitur, vt nunquam poſt taliter.*

35) DODECHINVS, CHRON. SAXO. CHRON. M. SERENI, ANNALES HILDESHEIMENSES *ad a. 1129.* ALBERICVS *ad a. 1128.* LEHMANN *lib. V. c. XLVII.*

36) CHRONOGRAPHVS SAXO *ad an. 1127.* DODECHINVS *ad a. 1130.*

37) OTTO FRISINGENSIS *lib. I. c. XVIII. XIX.* ANNALISTA SAXO *ad a. 1130.*

38) CHRONOGRAPHVS SAXO ad a. 1134. *deuaſtata ex plurima parte regione, Imperator ad Fuldenſem Abbatem diuertit. Fridericus verò Dux cernens ſe a pluribus derelictum & deſtitutum, & ſibi adhærentes valde adflictos, neceſſitate compulſus adiit Imperatricem in prædicto loco cum Imperatore degentem, nudis pedibus ſatis humiliter flagitans gratiam ipſius, ſimulque ſperans ſe per illam - - in gratiam Cæſaris deuenturum. Quod & ſic factum eſt.* ANNALISTA SAXO *ad a. 1134.*

39) ANNALES HILDESHEIMENSES: *Anno 1135. Dominica ante mediam Quadrageſimam, ſcilicet XVI. Kal. Aprilis, frequens Principum fere totius Regni Conuentus fit apud Bauenberg, Imperatore præſente; ibi, Dei gratia aſpirante, Fridericus, Dux Sueuorum, comitantibus Principibus, in concordiam cum Imperatore ſociatur. In feſto Pentecoſtes, apud Magdaburgum, primum Principes Regni, coram Imperatore, firmiſſimam pacem, domi foriſque, ad decem annos iurauerunt. In Feſto S. Michaelis, in loco, qui dicitur Mulenhuſen, Conradus, frater Friderici Ducis Imperatori reconciliatur.* OTTO FRISINGENSIS VII. cap. XIX. *Imperator ab Vrbe rediens, Germaniam ingreditur: non multo poſt generalem curiam Babenberg circa mediam Quadrageſimam celebrans, Conradum & Fridericum Duces interuentu Claraualleuſis Abbatis Bernardi, in gratiam recepit, ac ita renouata pace, omnibuſque in Gallia & Germania compoſitis, expeditionem rurſum in Italia edixit.* CHRONOGRAPHVS SAXO. ALBERICVS, ANNALISTA SAXO *ad a. 1135.* MONACHVS WEINGARTENSIS *de Guelphis c. XII.*

40) MONACHVS WEINGARTENSIS *de Guelphis p. 788. Imperator - - Conradum - - interuentu Bernhardi Clareuallenſis Abbatis in gratiam recepit.* OTTO FRISINGENSIS *lib. VII. c. XIX.* ANNALES HILDESHEIMENSES, & ANNALISTA SAXO, CONRADVS VRSPERGENSIS *ad a. 1135.* CHRON. MONTIS SERENI, CHRONOGRAPHVS SAXO ad a. 1135. *Imperator poſt feſtum S. Michaelis Mulehuſen venit, vbi Conradus frater Friderici Ducis, coronæ ac totius regalis oblitus ornamenti humiliter per Cunradum Archiepiſcopum Magdeburgenſem ab excommunicatione ſoluitur ac deinde per interceſſionem Imperatricis, Cæſaris pedibus prouolutus gratiam illius promeretur.* Quare OTTO FRISINGENSIS *lib. VII. c. XXII. Hic per omnia progeniem Henrici humiliauit.*

41) GOTFRIDVS VITERBIENSIS p. XVII. p. 348. LANDVLPHVS c. XLI.

42) PETRVS DIACONVS IV. c. XCVII. *interea Papa Honorio vita decedente, electi ſunt Gregorius Diaconus Cardinalis ſancti Angeli in Papam Innocentium ſecundum, & Petrus Presbyter Cardinalis ſancti Calixti in Anacletum. Innocentius vero per aliquantum temporis ſpatium in vrbe permanens, cum Epiſcopis, & Cardinalibus, qui ſuo patri fauebant, ad ciuitatem Piſanam perrexit, Conradum Sauinenſem Epiſcopum Vicarium in vrbe relinquens.* ALBERICVS ad a. 1130. *Romana eccleſia pax interpolatur altercantibus duobus ſeditioſis de ſede Apoſtolica quodam Gregorio, & altero Petro Leonis de*

gente

ra ipsum armauerat, vt, dum Innocentius viribus se imparem esse animaduerteret, tota iuitate Anacleto adhærente, manu etiam, telisque eum, eiusdemque fautores incessante, andem intercedente Bernhardo Clareuallensi Abbate, Pisanorum ope, vrbem dereliquit, duobus illorum triremibus, Pisas deducitur. 43) Postquam eo appulerat, confestim gatos misit in Franciam ad Ludouicum Crassum, Galliæ Regem, qui vtriusque Pontifis causa, in Concilio Stampis discussa, auctoritate Bernhardi, Innocentio adhæsit. Hic gitur iter in Galliam parat, Anacletum cum suis sacra detestatione percutiens. Anacleus e contrario Romæ omnia gubernans, Rogerium in suas partes adlicit, regiam dignitaem a decessore ipsi denegatam, confirmans, eiusdem ope, magnam Italiæ partem in suas artes trahens, idem etiam de Lothario Imp. & Ludouico Crasso tentans. Innocentius iterea in Gallia exceptus beneuole, & celebrato Claramonte concilio, Rogerium Sicuum & Petrum Leonem, pontificis munus sub Anacleti nomine Romæ vsurpans, hostes cclesiæ declarat, & palam Christianis sacris interdicit. Inde Carnotum veniens, etiam Henrico I. Anglorum Rege, qui tunc ibi aderat, operam implorat, verum incassum. ide XI. Kl. Aprilis Leodium venit, quo etiam ad condictum venerat Lotharius, Comitia i celebraturus. Venienti Lotharius cum splendido Præsulum, Principumque Comitatu, rocessit obuiam, & inter structos cleri deducentis ordines ex aduerso progressus, ponticem pedes ipse salutauit: stratorisque munere functurus, virgam altera manu ad arcendam rbam, altera frenum accepit, deduxitque pontificem, ac descendentem ex equo sustinuit rachiis. Pontifex vero percussis anathemate tam suis quam Lotharii aduersariis, in Temlo S. Lamberti Regem atque Reginam coronat, 44) eumque ad Ecclesiæ, maiorum exemlo tuendam dignitatem vehementer exhortatur, Lotharius se ipsi minime defuturum reondit, modo ademptum nuper inuestituræ ius restitueret. Qua voce nimium consterati sunt Pontificis, & qui cum eo erant, animi. 45) Huic tamen Bernhardus Clareualnsis resistebat, iniquam esse eius petitionem, docens, neque ipsum petiisse, sed extorse, tempore iniquioris fortunæ captato, iudicaturos homines esse. Hac oratione Reem mira auctoritate compescuit. In præmium autem nauandæ operæ Lothario concessa terra Mathildiana. Promisit ergo Lotharius, Innocentium se cum exercitu Romam ducturum, pulso Anacleto, vt tamen ille vicissim Augustalem coronam ipsi sponderet more imponendam. 46)

§. VI. Re-

nte Romano, Monacho Cluniacensi. Gregorius priegium electionis ab Honorio Papa adhuc viuente, nsensu quorundam Cardinalium sibi vsurpat. Pes altitudine sanguinis glorians domum Crescentii uadit, cædibus hominum, rapinis, incendiis grassar. CHRON. SAXO, DODECHINVS, ROBERS DE MONTE, CHRON. MONTIS SERENI, ALBERTVS STADENSIS. Schisma hocce ARNVLPHVS SAGIENSIS Archidiaconus, postea Episcos Lexouiensis, illorum temporum, ad Girardum olismensem singulari Tractatu describit apud d' HERY *Spicilegio Tom. I. p. 153.*

43) OTTO FRISINGENSIS *VII. c. XVIII.*

44) ALBERICVS ad a. 1131. *Innocentius odium venit - - Dominica in medio quadragesima n curribus & rhedis ab ecclesia sancti Martini in blico monte quasi Roma via triumphali vsque ad itolium sancti Lamberti adscendit, missam celebrat, gem & Reginam coronat.*

45) OTTO FRISINGENSIS VII. c. XVIII. *non lto post Honorio mortuo, grauissimum Schisma in lesia Dei oritur, Innocentio canonice electo, sed ro Petri Leonis filio, violentia amicorum suorum fortissimi in Vrbe erant, fauente sibi Rogerio Sio intruso. Cui dum Innocentius resistere non va-t, vrbe cedit, transcensisque Alpibus Gallias inditur: vbi in regno Gallici regis in ciuitate, apud rum montem Concilium celebrans, nunciis Lotha-, Conradum Iuuauiensem, Eribertum Monastesem Episcopos, obuios habuit. Indeque profectus d Leodium Belgicæ Vrbem, synodum Episcoporum uocans, Regem Lotharium ad defensionem sanctæ mana Ecclesiæ inuitauit. Qui nil cunctatus, exto tamen prius modeste, in quantum regnum amo-Ecclesiarum attenuatum, inuestituram earum quanibi dispendio remiserit, auxilium Romanæ Ecclesiæ mittit.* Eadem refert ALBERICVS *ad an. 1130.* quod in ciuitate Carnoto Concilium fuisse ceatum, dicat. CONRADVS VRSPERGENSIS 92. *anno Domini millesimo CXXX. Honorius Papa obiit, cui Innocentius II. per electionem canonicam successit: sed propter intrusionem Petri Leonis, cui fauebat multitudo Romanorum, sedem suam obtinere non potuit, ideoque in Franciam se contulit, vbi concilio Remis habito cum multis episcopis, præfatum Leonem & suos fautores excommunicauit, sicque in partibus Germaniæ vsque ad septimum annum permansit.* DODECHINVS, CHRON. SAXO, ALBERICVS, ALBERTVS STADENSIS *ad an. 1132.* SIGONIVS *ad a. 1132.* Vita Godehardi apud LEIBNITIVM *Tom. III. pag. 507.* BARTHOL. FISEN *Hist. Eccles. Leod. lib. X. p. 368.*

46) BERNHARDVS BONAEVALLENSIS in vita S. Bernhardi lib. II. cap. I. *Leodium Dominus Papa Romanorum Regi occurrit, & honorifice quidem susceptus est, sed velociter obnubilata est illa Serenitas, si quidem importune idem Rex institit, tempus se habere reputans opportunum, Episcoporum sibi restitui inuestituras, quas ab Eius Prædecessore, Imperatore Henrico, per maximos quidem labores, & pericula multa, Romana Ecclesia vendicarat. Ad quod verbum expauere & expallucre Romani, grauius se apud Leodium arbitrati periculum offendisse, quam declinauerant Roma. Nec consilium suppetebat, donec murum se opposuit Abbas Sanctus. Audacter enim resistens Regi, verbum malignum, mira libertate redarguit, mira auctoritate compescuit.* CONRADVS VRSPERGENSIS p. 291. *eo quoque tempore ipse Papa adiit imperatorem Lotharium apud Leodium, petens ab ipso fauorem & auxilium contra prædictum Petrum & suos fautores. Sane imperator vsus consilio super huiusmodi responso, cœpit a papa repetere inuestituras episcoporum, quas multo tempore imperatores ante habuerunt. Ideoque apostolicus non modicum est turbatus, & de aduentu suo est contristatus, de reditu quoque anxius effectus: nam petitionem principis exaudire non poterat super tali articulo, pro quo ecclesia tot mala sustinuerat. Interueniente tamen consilio & orationibus beati Bernhardi, securus recessit ab Imperatore.* Exinde BARONIVS ad an. 1131. PETRVM DIACONVM haut immerito erroris arguit, dum lib. IV. c. XLVII. tradit:

§. VI. Reuerso per Galliam in Italiam Pontifice, insequenti anno 1132. Lotharius militem instaurat, exercitumque, sed propter discordiam regni paruum, 47) per vallem Tridentinam in Italiam duxit, 48) ideo in multis locis tam amore Conradi, quam respectu paucitatis suæ, ab incolis terræ fuit despectus. Verum, cum paulo ante Conradus, qui a Mediolanensibus Rex fuerat constitutus, pene omnibus suis amissis, ad patriam fuisset reuersus, Rex a. 1123. ad vrbem vsque progreditur, damnatoque Petro Leonis, 49) & restituto Innocentio, II. Non. Iunii ab eodem in Ecclesia S. Saluatoris, quæ Constantiniana dicitur, 50) dum prius iuramento se defensorem fore Ecclesiæ Romanæ promisisset, 51) coronatus, Imperatoris & Augusti nomen est adeptus, Templum Petri, vbi mos erat coronari Imperatores, Anacleto tenente. Actum hunc coronationis in palatio Lateranensi depingi fecerunt Romani, hac addita inscriptione

Rex venit ante fores iurans prius vrbis honores
Post homo fit Papæ, sumit quo dante coronam 52)

Fridericus Barbarossa tamen ab Adriano Papa obtinuit, vt hæc pictura vna cum inscriptione e medio tolleretur. 53) Romani etiam in ciuitate S. Germani circulum Patricialem ipsi indulserunt. 54)

§. V. Inte-

tradit: *Innocentius igitur Alemannorum & Lotharingorum terram ingressus, iuxta Leodium a Lothario Rege excipitur, virgam, & annulum ei iuxta morem antiquum confirmans, nec non & terram Comitissæ Mathildæ ei contradens.* Post longam tamen altercationem, de electione Abbatis in Monasterio Casinensi, Pontifex tandem rationibus victus, Casinensis Abbatis electionem Fratribus, ordinationem Lothario Imperatori, & successoribus eius concessit & confirmauit, consecrationem vero Abbatis & prandium in eundo, & redeundo a Beneuento, sibi, & successoribus suis retinuit, prout tradit PETRVS DIACONVS *in Chronico Casinensi lib. IV. c. CXXIII.* qui etiam hanc controuersiam inter Imp. & Papam anterioribus capitibus late exposuit. Breuiter hanc controuersiam exposuit SIGONIVS *lib. XI. p. 269.* Adducit, etiam BARONIVS *ad a. 1133.* Diploma Innocentii, quo allodium Mathildæ Comitissæ Lothario ad vitam ipsius Imp. eiusque Generi & Coniugis concedit, reseruato sibi censu annuo centum librarum argenti. Post istorum mortem vero, prædictum Allodium ad ius & dominium Ecclesiæ Romanæ reducatur. Singula hæc coæuis Scriptoribus vberius declarauit HENRICVS BRENCMANNVS *de Amalphi a Pisanis direpta cap. VII. VIII. IX. X. XI.*

47) CHRON. BIGAVGIENSE ad an. 1133. *cum exercitu mille & quingentorum pergit in Italiam ad reducendum illuc Innocentium:* Quare S. BERNHARDVS ep. CXXXIX. *Romæ Imperialis culminis plenitudinem gloriosissime assecutus, idque quod maius fuit, in manu non magna, vt animi fideique magnitudo clarius emineret. Quod si ante tantillum exercitum terra tremuit & quieuit, quantus putamus horror hostium corda inuadere habeat, cum cœperit Rex procedere in magnitudine brachii sui.*

48) ANNALES HILDESHEIMENSES ad a. 1132. *circa assumptionem sanctæ Mariæ profectio Regis in Italia pro consecratione sua ab Apostolico apud Romam in Cæsarem.* CHRONOGRAPHVS SAXO ad a. 1132. *Rex celebrauit assumptionem sanctæ Mariæ in Werzeburch, & inde cum exercitu Longobardorum fines intrauit.*

49) Verba sunt OTTONIS FRISINGENSIS *lib. VII. c. XVIII.* PETRVS DIACONVS lib. IV. c. XCVII. *deinde Lotharius Rex venit Romam, & accipiens coronam ab Innocentio reuersus est.* ALBERICVS ad a. 1133. *Rex Lotharius veterem Romam ingressus, Innocentium Papam in primarchio Lateranensi relocat; & ab ipso in Imperatorem benedicitur.* PHILOTHEVS MONACHVS *in Carmine encomiastico de Vita & Moribus Bernhardi cap. IV.* ARNOLDVS BONAEVALLENSIS *de Vita S. Bernhardi lib. II. c. II.* Lotharius II. in Litteris Encyclicis apud ANT. PAGI *Crit. Ann. Baronii Tom. IV. n. VII. ad a. 1133.* Diem definit CHRONOGRAPHVS SAXO *ad a. 1133.* dicens: *Rex autem inde progressus sanctum Pascha celebrauit apud sanctum Flauianum, ac postea in Kal. Maii Romam veniens ad sanctum Ioannem in Lateranis a Papa & clero ac Romanis honorifice suscipitur, ibique Pentecosten celebrans, & in ipso sancto die in monte Auentino ad sanctam Sabinam coronatus processit. Ibidem ergo per sex continuas ebdomas commoratus tandem ex consilio & voluntate principum mediante Norberto Archi-Episcopo in præfata Basilica Constantini a Papa Innocentio Imperialem suscepit benedictionem cum coniuge sua II. Non. Iun. die Dominica, quæ tunc tertia exstitit, post solempitatem aduentus Spiritus sancti.* GOTFRIDVS VITERBIENSIS *p. XVII. p. 347.* ROBERTVS de MONTE, ALBERTVS STADENSIS, ANNALES HILDESHEIMENSES, DODECHINVS, ANNALISTA SAXO, CONRADVS VRSPERGENSIS *ad a. 1133.* CHRONICON MONTIS SERENI *ad a. 1133.* IO. IPERIVS CHRON. S. BERTINI *cap. XLII.*

50) Extat hac de re publicum Edictum Lotharii apud SCHATENIVM, *Ann. Paderborn. lib. VIII. p. 730.* in quo hæc verba: *tandem quia ipsi commoniti implere, quod promiserant, noluerunt, tanquam fallaces & perfidi, & tam diuinæ quam regiæ maiestatis rei, cum Petro Leonis eiusque complicibus damnati, & hostes a Principibus nostræ curiæ iudicati.*

51) BARONIVS ad a. 1133. iuramentum Lotharii ex schedis Vaticanis hac ratione describit. *Ego Lotharius Rex, promitto & iuro, Tibi, Domino Papæ Innocentio, Tuisque successoribus, securitatem vitæ, & in membris, & malæ captionis, & defendere Papatum, & honorem tuum, & Regalia S. Petri, quæ habes, manutenere, & quæ non habes, iuxta meum posse, recuperare.*

52) Ita SIGONIVS *lib. XI. p. 264.* Talem picturam Romæ extitisse infra ex verbis Radeuici patebit, istam etiam ad Lotharii coronationem esse referendam, docet CHRON. REG. S. PANTALEONIS *ad a. 1157. Papa Innocentius, eius nominis secundus Romæ quondam in muro pingi fecerat se ipsum quasi in sede Pontificali residentem, Imperatorem vero Lotharium complicatis manibus coram se inclinatum, coronam imperii suscipientem.* HAHNIVS sub Lothario *p. 185.* illam minime ad Lotharii, potius ad Conradi III. tempora referendam esse autumat.

53) RADEVICVS lib. I. c. X. *talis pictura talisque superscriptio Principi, quando alio anno circa Vrbem fuerat per fideles Imperii delata, cum vehementer displicuisset, amica prius inuectione præcedente, laudamentum a Papa Adriano accepisse memoratur, vt & scriptura pariter atque pictura talis de medio tolleretur, ne tam vana res summis in orbe viris litigandi & discordandi præbere posset materiam.*

54) PETRVS DIACONVS lib. IV. cap. CXIX. *ipse vero* (Lotharius) *in ciuitate* (S. Germani) *coronam circuli Patricialis accepturus remansit: nam tunc exaltationis sanctæ Crucis agebatur celebritas.*

55) HVGO

§. VII. Interim Rogerius Tancredi nepos, Siciliam ac Calabriæ partem iure successionis obtinuit, deinde vero totam Calabriam atque Apuliam, vicinasque ditiones armis sibi subiecit, atque Idibus Maii a. 1129. solenni ritu Panormi in Regem Siciliæ inungitur, 55) coronam ipsi imponente Roberto Capuæ Principe, qui Rogerio homagium fecerat, præsentibus coronationi Siciliæ atque Neapolitani Regni Proceribus. 56) His successibus elatus, Italiæ Regem se nominauit. 57) Huius auxilio dum vti vellet Anacletus, ipsum per Cardinalem Conti V. Kl. Augusti a. 1130. Panormi iterum fecit coronari, 58) & per priuilegium, Capuanum Principatum, Ducatum Neapolitanum cum Apulia, Calabria & Sicilia illi confirmans, Rex Siciliæ, Ducatus Apuliæ, Principatus Capuæ fuit appellatus. 59) Anacletus etiam præcepit, vt Episcopi, & Abbates, qui in suæ ditionis terra manebant, ei hominium facerent. 60) Hic Anacletum restituere conabatur. Imp. igitur ab Innocentio Pisis remorante, frequentibus litteris monitus, vt Romani Imperii coronam ab hostium iugo defenderet, & Ecclesiam scissam ad pacem, concordiam, & vnitatem liberaret, denuo anno 1136. cum Richiza vxore & immenso exercitu, Conrado Duce comitante, Italiam intrauit. 61) Ibi Mediolanenses & Cremonenses diuturnum inter se bellum habentes, obuios habuit, discussaque vtriusque Vrbis causa, Cremonenses a Principibus Italiæ hostes iudicantur, proscriptique discedunt. Quos Ciues Imp. subsecutus, territoria illorum, villas ac castella destruxit. Inde Papiam veniens, illos pactione pecuniæ in gratiam suscepit, Bononienses quoque & Aemilienses supplices, Duce Henrico Superbo, genero suo, interueniente, recepit, post, vsque ad Taurinum progrediens, totam inferiorem Italiam sine ferro subegit. Inde Apenninum transiens, ac interiorem Italiam perlustrans, Anconam, Spoletum, cum aliis vrbibus in deditionem accepit. Dehinc contra Rogerium aciem dirigens, Campaniam & Apuliam peragrauit. Porro Henricus per Tusciam exercitum duxit, quam etiam ab Imp. beneficio obtinuit. Henricus vero Dux cum militia Baioariorum, Beneuentum cepit ac Papæ restituit. 62)

§. VIII. Rogerius igitur cum multo auri & argenti pondere Augustum flectere haut potuisset, exercitum longe copiosiorem congregat, seque publico bello confligendum cum eo denuntiat. Imp. vero in occursum eius procedente, fractus animo, fugit Rogerius, ac ad montana se contulit. Augustus itaque, eiecto e Campania & Apulia Rogerio, dum eum in Calabria quoque seu Sicilia persequi intentat, a suis, qui iam longo tempore extra patriam morati, vxores, liberos & amicos visere cogitabant, reuocatur. Rogerio ergo hoste iudicato, Reginaldo viro forti ac nobili, ducatus Apuliæ traditur: & sic Princeps victor de reditu disponit. Dum autem in dando Ducatu inter ipsum & Romanum Pontificem pene controuersia orta fuisset, vtroque ducatum Apuliæ, sui fore iuris affirmante: lis ista tandem hoc modo decisa, dicitur, vt in dando Duci vexillo vtrique manum adhiberent. 63) §. IX. In

55) HVGO FALCANDVS de Siciliæ Calamitatibus, sub initium: *Postmodum vero consanguinei sui Guilielmi Ducis Apuliæ morte cognita, transiens in Apuliam, postquam, vniuersis ciuitatibus ac principibus, qui ei resistendum putauerant, expugnatis, ad suum cuncta redegit Imperium, tandem ducatum suscepit Apuliæ, minusque ratus idoneum tantam ac tam late diffusam potentiam in dignitate nominis coarctari, Regem se maluit appellari quam Ducem, exindeque Siciliam regnum esse constituit.*

56) THOMAS FAZELLVS *de reb. Siculis dec. poster. lib. VII. cap. III.* GIO. ANT. SVMMONTE *della Citta e regno di Napoli lib. I.*

57) ANONYMVS *de Regum Neapolit. Vitis;* de eodem *Victoriarum successibus Regem se Italiæ nominauit: quo tamen titulo vltra VIII. Kal. Augusti anni MCXXXI. ei gaudere non licuit, quod ab Anacleto Pontifice Vtriusque Siciliæ, cis & vltra Pharum, Rex appellaretur.* FL. BLONDVS *Hist. Dec. II. lib. V.* FAZELLVS *de Rebus Siculis lib. VII. cap. III.* FVLCO BENEVENTANVS *ad a. 1131.* adducit Priuilegium Beneuentanis concessum, cum hoc initio: *Ego Rogerius Dei Gratia Siciliæ, Italiæ Rex Christianorum.* Adde ANT. PAGI *Crit. Ann. Baronii ad a. 1130.* HENR. BRENCMANN *de Amalphi a Pisanis direpta cap. V.*

58) FVLCO BENEVENTANVS in Chron. ad 1130. *Anacletus Cardinalem suum, Comitem nomine, ad Ducem illum* (Rogerium) *direxit, quem in ciuitate Palermitana in Regem coronauit.* ORDERICVS VITALIS *lib. XIII. Hist. Eccles. p. 895. 898.* DE CECCANO *Chron. fossæ nouæ ad d. a. p. 463.*

59) AVCTOR ANONYMVS *c. l.* CAMILLVS PEREGRINVS Hist. Princip. Longobardor. *Idem, cum sibi subegisset Ducatum Amalfiæ, Neapolis & Caietæ, Principatumque Barii, & depulso principe Roberto II. anno MCXXXV. Principatum Capuæ, in quo instituit filium Anfusum, dici in publicis tabulis voluit, Rex Siciliæ Ducatus Apuliæ, & Principatus Capuæ; quod etiam successores eius diu seruarunt.* Exinde Monarchiam Siciliæ reputat BARONIVS, singulari Tractatu.

60) PETRVS DIACONVS *lib. IV. c. XCVII.* Extat Diploma apud BARONIVM *Annal. Eccles. Tom. XII. ad a. 1130.*

61) PETRVS DIACONVS *c. l.* DODECHINVS, ALBERTVS STADENSIS, CHRON. MONTIS SERENI *ad a. 1136.*

62) Verba sunt OTTONIS FRISINGENSIS *lib. VII. c. XIX.* quem sequitur MONACHVS WEINGARTENSIS *de Guelphis cap. XII.* PETRVS DIACONVS *lib. IV. c. CV.* GOTFRIDVS VITERBIENSIS *p. 347.* HELMOLDVS *lib. I. c. LIV.* CONRADVS VRSPERGENSIS, DODECHINVS, ALBERTVS STADENSIS *ad a. 1136.* ROBERTVS de MONTE, CHRONOGRAPHVS SAXO, ANNALES HILDESHEIMENSES, CHRON. MONTIS SERENI *ad a. 1137.* ALBERICVS *ad a. 1136. 1137.* ANNALISTA SAXO *ad a. 1136. 1137.*

63) Verba hæc sunt OTTONIS FRISINGENSIS *lib. VII. c. XX.* Idem tradit FVLCO apud BARONIVM ad a. 1137. §. 14. Postquam dixisset, Imp. cum Innocentio Papa Beneuentum aduenisse, addit: *vbi ipse Apostolicus Innocentius Ducem ad defensionem Apuliæ ordinare nomine suo satagebat, Imperator vero nomine suo contra voluntatem Apostolici ordinare volebat. Vnde factum est, vt per triginta fere dies adinuicem ea de re fuerit discordatum, sed sapientium consilio communicato, discordia talis destructa est. Quid multa, diuina fauente Clementia,*

 & ipse

§. IX. In eadem expeditione, Amalphi, vrbe Salerno proxima, a. 1137. repertus fuit Codex Pandectarum, 64) litteris antiquis exaratus, qui Iustiniani tempora prope attingit. 65) Hunc Pisani classe Imp. adiuuantes, Amalphim diripientes, 66) præmium nauatæ operæ eximii beneficii loco ab Imp. exorarunt. Pisis vero post longam obsidionem a. 1406. a Caponio militiæ duce expugnatis, 67) translatus fuit Florentiam, vbi in Musæo magni Ducis adhuc adseruatur. Exinde Pandectarum vel Pisanarum vel Florentinarum nomen. 68) Primus etiam Bononiæ Irnerius easdem, priuata tamen saltim auctoritate, nulla, vt vulgo creditur, publica Iuris Ciuilis introductione a Lothario facta, 69) exponere cœpit, primusque glossas in eas scripsit, quem deinde alii secuti, certatim illius industriam sunt æmulati. 70)

§. X. Inter

& ipso Imperatore annuente, omnibusque suis, prædictus Apostolicus, suo nomine, ad B. Petri fidelitatem, Comitem Rainulphum, virum vbique prudentem & discretum, in Ducem elegit, & eo electo, vexillum, ad honorem Ducatus Apostolicus & Imperator in conspectu omnium Ei tradiderunt, & confirmauerunt. BRENCMANN *c. l. cap. XXXIX.*

64) Tacent hac de re antiquiores, præter ANNALES PISANOS, quos adlegat BRENCMANN *c. l. c. XXVII.* ast SIGONIVS *lib. XI. p. 270.* inquit: *Pisani vero quadraginta sex triremes omnibus rebus instructas eisdem littoribus admouentes infestam omnem oram maritimam habuerunt. Pridie Nonas Augusti cum adorti Amalfim essent, vrbem primo impetu expugnarunt. Quod autem ad memoriam est insigne, ex omni præda vrbis nihil nisi rem vnam eximii loco beneficii a Lothario petierunt. Hoc fuit iuris ciuilis Pandectarum volumen, olim a Iustiniano Imperatore conditum, & priscis admodum litteris exaratum, quod in hanc vsque diem Pisis Florentiam translatum, ibi magna, vt ita dicam, religione seruatur.* Hinc POLITIANVS *Miscell. c. XLI.* hanc prædæ Pisanæ vocat portionem. Adde ANT. GATTVM *Hist. Gymnasii Ticinensis cap. XII. p. 92.* GVIDONEM PANCIROLLVM *de claris Legum Interpretibus lib. II. c. XIII.*

65) POLITIANVS c. l. hunc Codicem putat Digestorum seu Pandectarum procul dubio archetypum esse, & quidem scriptum esse dicit *maioribus characteribus, nullisque interuallis dictionum, nullis item compendiariis notis.* Idem putat BVDAEVS *annot. in Pandectas p. 47.* Horum tamen sententiam refellit ANTONIVS AVGVSTINVS *lib. I. Emendat. c. I.* qui tandem ita concludit: *magis probo eos libros, cum ius ciuile Byzantii traderetur, scriptos post aliquot annos, quam Iustinianus e vita migrauit. Fuisseque Studiosi alicuius viri in Græcia, non publicos, mihi sit verisimile. Maximum eius rei signum est, quod numerorum & verborum notis vsi multis locis librarii sint, quas notas Iustinianus tribus constitutionibus fieri prohibuit. Hoc habent ab Iustiniani temporibus alienum: item quod antea dicebam alios reprehendere, menda frequentia partim sublata, partim scriptionem desiderantia. Quæ ablata sunt, ostendunt ad alicuius libri exemplum eos libros emendatos: quæ adhuc deprehenduntur, indicant, non vt singulare quoddam iuris monumentum, vt nunc merito habentur, initio habitos eos libros.* Hunc sequitur MABILLONIVS *de re diplomatica in Tab. VII. p. 356.* qui etiam Specimen Scripturæ æri fecit incidi.

66) De hac direptione ALEXANDER, Abbas Celesinus, *Rerum Gest. Rogerii Siculi*, quæ ad instantiam Mathildis, Regis sororis, conscripsit, *lib. III.* ita loquitur: *cum ergo immensa acies ab eis* (Pisanis) *directa cum ratibus æquora sulcando Neapolim tendissent, istiusmodi præfirmantur consilio, vt vrbem Amalphiam, incoante aurora ortu aggredientes, aut prædarentur, aut Regi, si fortuna sinistra eis impedimentum non faceret, eriperent. Erat autem tunc Amalfia pene omnibus euacuata belligeris viris, quorum iam pars, iubente Rege, cum liburnis quatuor armatorum refertis copia, per maritimas prædatum aquas recesserant: pars vero cum Rege euntes in hostem aderant: alii autem Pisanorum tunc nauigia metuentes, quoniam eos putarunt Salernum aggressuros, cito illic præeuntes eam tuituri, ibi remanserunt. Venientes itaque ipsi Pisani subito, inchoante auroræ luce inuaserunt vrbem: nulloque resistente, eam funditus impieque depopulantur. Cumque vrbe tota depopulata vniuersa ad classem spolia deportata fuissent, mox Scala oppido cæteris luce Amalfiæ munitionibus inuasis, nouissime quoddam munimentum, quod dicitur Fracta, oppugnare nituntur.* Et paullo post: *reuersi innumeris quibus onusti fuerant spoliis, fugam arripiendo euaserunt.*

67) VB. FOLIETA *Hist. Genuensis lib. IX. ad ann. 1406.*

68) Vid. GRAVINA *de ortu & progr. Iuris Ciuilis p. 169.* Describit ista LAVRENTIVS THEODORVS GRONOVIVS in dedicatione ad Antonium Magliabequium, præmissa Emendationibus Pandectarum, dum scribit: *quid multa? effecisti, vt fruerer consummatione voti vltra fidem felicis, vtque clementia Serenissimi & Celsissimi Magni Ducis in palatio veteri, in diæta gemmis auroque & magnificentia regia instrumentis copiosissima, Dauide & Hercule ianitoribus vtens illas purpureas sittybas rasili auro distinctas per tres quatuorue menses calide tractauerim, & hæc beneficio summi Numinis non tam residua quam in ditionem possessionemque dignam relata duo volumina ad lubitum meum voluerim & inspexerim. Sunt autem ista volumina holoserico rubro ligata, argenteis clausulis ornata.*

69) Vulgaris quidem est opinio, Lotharium publica lege Ius Iustinianeum in fora & scholas introduxisse, ita vt LIPSIVS ideo rosas & lilia sepulchro Lotharii putet esse deneganda. Primus id negauerat CALIXTVS, cui BARTHOLDVS NIHVSIVS apostata in Apologetico suo & Irnerio contradicit. Ast CONRINGIVS eleganti Tractatu *de orig. Iuris Germanici c. XXII.* satis certe demonstrauit, temere hoc Lothario tribui, cum nulla Scriptorum nitatur auctoritate. Immo semel tantum conuentum Italicum celebrasse Lotharium anno 1136, cum sequenti demum anno repertus fuerit Codex Pandectarum. Receptionem autem istam publicam lege in Comitiis lata fieri debuisse.

70) CONRADVS VRSPERGENSIS f. 291. *eisdem quoque temporibus dominus Wernerius libros legum, qui dudum neglecti fuerant, nec quisquam in eis studuerat, ad petitionem Mathildæ comitissæ renouauit.* Ast SIGONIVS de R. Italiæ lib. XI. p. 272. *constans præterea doctorum hominum monumentis est fama, Lotharium, vt ex vno iure ciuili Romano posthac iudicia fierent, lege sanxisse. Ante hoc tempus Italici certi alii Longobardica, alii Salica, alii Romana lege vtebantur. Imposterum autem omnes vni iuri, vnique legi reliquis abrogatis nempe Romanæ obtemperarunt, iusque ciuile publicis Italiæ in gymnasiis maiore celebrari studio & diligentiore coli opera cœptum. Primus autem Bononiæ Irnerius exponere cœpit, vt Odofredus memoriæ prodidit, primusque glossas, vt vocauit, in illud scripsit, quem deinde alii sequuti certatim illius sunt industriam æmulati. Hoc autem sensisse quoque videtur Vrspergensis, cum Irnerium

§. X. Inter dignitates & officia ab Lothario concessa, referendum, quod post mortem Henrici Misniæ Marchionis, a. 1127. Conrado, Comiti Wettinensi, qui Richizæ reginæ erat cognatus, Marchiam Misnensem contulerit. 71) Huic etiam a. 1136. Lusatiæ Marchiam concessit. 72) Anno 1130. Ludouico III. concessit cum vexillorum festiua exhibitione prouincialem Comitatum Thuringiæ, cum eo per sententiam priuatus esset Hermannus de Wintzenburg, ipsique nomen Principis imposuit, & Landgrauium Thuringiæ ab omnibus fecit nominari. 73) A. 1133. Erici Danorum Regis filium, Canutum, creat Regem Obotritorum. 74) Hoc autem a Magno, Danorum Rege occiso, vlturus mortem Lotharius, cum magno exercitu vsque ad Slesuicum venit. Confederat e regione Magnus, cum immenso Danorum exercitu, defensurus terram suam. Sed territus virtute Teutonici militis, apud Cæsarem immenso auro, & hominis impunitatem est ineptus. 75) Dum igitur a. 1134. Imp. Pascha Halberstadti celebraret, Magnus iste aduenit, & in die sancto manibus applicatis, Miles, seu vasallus Imp. efficitur, & Regnum ipsius patriæ ab ipso percepit, &, post Sacramenta, Cæsari ad Ecclesiam procedenti, circulo illius decoratus, ensem Imperatoris honorifice portauit. Qui in patriam reuersus, a quodam Henrico, & fratre 76) illius, est occisus. Anno 1136. Henricum Superbum Bauariæ Ducem, Ducatu insuper Saxoniæ auget. 77) Ipsius etiam auspiciis, Conradus, Zeringiæ Dux

ium regnante Lothario ad Pandectas interpretandas cessisse scribit, in eo tamen aperte falsus, quod Mathildis rogatu id suscepisse muneris ait, quæ multo ante Lotharii Imperium e vita migrauit. Adde *Historiam Iuris cap. VII. §. VIII. IX.* & potissimum HENRICI BRENCMANNI Historiam Pandectarum, qui ex professo omnia examinat, atque ex eodem Alphabethum imprimi curauit.

71) CHRONICON MONTIS SERENI p. 5. *Anno MCXXVII. Henricus Marchio obiit: cuius morte in castro Kirchberg nunciata, cum eam ex lu... familia Conradus Comes intellexisset, persuasis ...is custodibus dimissus, & ad Luderum Regem profectus, interuentu Richizæ Reginæ cuius erat cognatus, Marchiam Misnensem obtinuit. Præterea totius proprietatis Henrici Marchionis heres effectus est.* FABRICIVS Annal. Misn. lib. V. pag. 338. de hoc Conrado dicit: *prouinciæ Misnensis plenam consequitur potestatem.* Hunc Conradum Henricus ante in castro Kirchberg captiuum detinuerat. Plura de eodem tradit CHRIST. CELLARIVS *de Co... Wettinensi §. 14. & seqq.*

72) CHRON. MONTIS SERENI ad a. 1136. *Henricus Marchio & Magdeburgensis præfectus, ...us Wiperti, ad curiam pergens Moguntiæ moritur ... Kal. Ian. cui in comitatu Magdeburgensi successit ...rchardus frater Archiepiscopi. Marchiam vero ...censem, quæ nunc Orientalis dicitur, Imperator Conrado Marchioni Misnensi concessit, qui etiam to...s proprietatis heres factus est, quia alium here... non habuit.*

73) ALBERTVS STADENSIS ad an. 1144. *...ra* (Vdonis primi, qui factus est Marchio, filia) *...lheidis nupsit Lodewico & genuit secundum Lode...um, qui a Lothario Rege impetrauit prouincialem ...mitatum in Thuringia, cum ea per sententiam pri...us esset Hermannus de Wincenburg.* AVCTOR ...NDATIONIS MONASTERII GOCEZENSIS ...15. *Annus quartus Lotharii Regis computatur ... generalis curia Quedelinburg in Pentecoste cele...tur. Hic Hermannus de Winziburg prouincialis ...oribus, dignitatibus, principum iudicio abdicatur ...ziburg obsidetur, capitur, incenditur, funditus ...ertitur. Causa fuisse dicitur quia Burchardum de ...nem, Regis quidem consiliarium, hominem vero ..., pro cuiusdam castri exstructione fraude cir...uenit, & fide violata occiderit. Cuius principa... Comes Ludowicus sublimatur quippe qui Regi vt ...s vt prudens carissimus habebatur. Sed & Regi ...ropinquus fuisse narratur.* AVTOR APPEND. ...RIANI SCOTI Chron. ad a. 1130. *Ludouicus Comes Thuringiæ, Filius Ludouici II. duxit in ...em filiam Lotharii Ducis Saxoniæ, Imperatoris ...essoris Henrici Regis nomine Hedwigis, Qui Im...tor videns, Ludouicum, Generum suum esse mi... strenuum & potentem in Thuringia & Hassia de concilio Principum, ipsum cum vexillorum festiua exhibitione, vt moris erat, Imperatoria largitione solenniter extulit, & cum magno præconio et nomen Principis imposuit, & Landgrauium Thuringiæ ab omnibus nominari fecit.* Sequitur eundem AVCTOR HIST. LANDGR. THVRING. *c. XVIII.*

74) HELMOLDVS lib. I. c. XLIX. de Canuto dicens: *interea subiit animum eius, quod principatus regni Slauorum vacaret, mortuo scilicet Henrico & filiis eius adnullatis. Adiit ergo Lotharium Imperatorem, emitque multa pecunia regnum Obotritorum, omnem scilicet potestatem, qua præditus fuerat Henricus. Et posuit Imperator coronam in caput eius, vt esset Rex Obotritorum recepitque eum in hominium.* ALBERTVS STADENSIS *ad a. 1133.* KRANTZIVS *Wandalia lib. III. c. XXX.* exinde Daniæ Regibus titulum Wandalorum Regis accessisse autumat, quem etiam alii sequuntur, quos merito refellit CONRINGIVS *de Finibus Imperii lib. III. c. XVI. pag. 246.* PONTANI *Hist. Danica lib. V. p. 207.*

75) Verba sunt HELMOLDI *lib. I. c. L.* quem sequitur ALBERTVS STADENSIS, HERMANNVS CONTRACTVS, ALBERICVS, CHRONOGRAPHVS SAXO *ad a. 1131.* ANNALISTA SAXO ad ad 1130. *Rex Saxoniam regressus, expeditione mota contra Danos, eos ad deditionem coëgit, qui pro eius gratia impetranda quatuor millia marcarum persoluerent.*

76) Verba sunt CHRONOGRAPHI SAXONIS *ad a. 1134.* ALBERTVS STADENSIS ad a. 1134. *Lotharius Imperator Coloniæ natalem Domini celebrauit Pascha vero Haluerstade, eiusque curiæ affuit Rex Danorum Magnus, quem pacifice suscepit, ac cum honore ad propria remisit.* ALBERICVS *ad a. 1135.* ANNALES HILDESHEIMENSES, ANNALISTA SAXO & BIGAVGIENSE, CHRON. MONTIS SERENI *ad a. 1134.* SAXO GRAMMATICVS lib. XIII. Hist. Dan. p. 219. *Lotharius pactum cum aduersæ partis principibus habuit, vt Slesuici obsidioni ipse parceret, Magnusque Romani imperii militem ageret. Qui cupide conditione vsus supplex Lotharium veneratus est, sed insidias parabat obsequio* ALB. KRANTZIVS *lib. V. Hist. Dan. c. XIII.* IO. MEVRSIVS *p. I. Hist. Dan. lib. IV. p. 78.*

77) MONACHVS WEINGARTENSIS c. XI. *ipse vero* (Henricus) *ad Imperatorem reuersus Ducatum Saxoniæ, Nurenberch, Gredingen, & omnia beneficia, quæ Imperator ab Episcopis & Abbatibus habuit, suscepit; ac rebellionem, id est, Fridericum Ducem, sororis suæ maritum pollicetur.* Sequitur CONRADVS VRSPERGENSIS *p. 290.* HELMOLDVS I. c. LIV. *his ita peractis, Imperator ordinatis rebus tam Slauorum quam Saxonum, dedit Ducatum Saxoniæ Henrico genero suo, Duci Bauariæ, quem etiam secum assumens parauit secundam profectionem in Italiam.*

78) Verba

giæ Dux a. 1127. coram plerisque Burgundionum optimatibus principatu Burgundiæ apud Spiram ciuitatem sublimatur. 78) Inter Leges ipsius Feudales potissimum est referendum, quod nemo sine domini directi consensu audeat feudum alienare. 79)

§. XI. Lotharius 80) autem ex Italia rediens, apud Tridentum 81) morbo correptus, in ipsis montibus in castro quodam Boiorum ducis, Bretina, 82) in vilissima casa miseram humanæ conditionis relinquens memoriam XIII. regni sui, Imperii vero VII. anno II. Non. Decembris 1137. 83) plenus dierum obiit. Futurus, nisi morte præuentus foret, cuius virtute & industria corona Imperii ad pristinam dignitatem reduceretur. Regalia Dux Henricus gener eius, in cuius finibus obierat, accepit: 84) & ipse per Augustam, ac Orientalem Franciam, in Saxoniam ad monasterium Luter, 85) quod construxerat, deportatus, honorifice sepelitur, actusque eius vt nulla possent aboleri memoria, in plumbeis laminis 86) descripti, iuxta eum reconduntur.

§. XII. Vxor

78) Verba sunt DODECHINI *ad a. 1127.*

79) Extant Lotharii Constitutiones *I. F. XIX. II. F. LII.* Sic etiam de iisdem GERVASIVS TILBERIENSIS p. 63. *Hic Legem Feudorum primus instituit, sanciens vt nullus Feudum, vel partem Feudi, audeat vendere, seu impignorare, vel quocunque modo alienare, sine permissione maioris Domini, ad quem feudum spectare dignoscitur.*

80) Hæc & sequentia verba sunt OTTONIS FRISINGENSIS *lib. VII. c. XX.*

81) CHRONOGRAPHVS SAXO & CHRON. MAGDEBVRGENSE *ad a. 1137.* ipsum apud Tridentum infirmari cœpisse dicit, GODEFRIDVS VITERBIENSIS vero *p. XVII. p. 348.* Veronæ.

82) DODECHINVS ad a. 1137. *Imperator in Italia rebus prospere & magnifice gestis reuertitur, & apud castrum quoddam Boiariorum ducis 3. Calend. Decemb. defungitur, corpus eius in Saxo apud Lutheram ipsius monasterium sepelitur.* CHRON. SAXO ad a. 1137. *dum vero cottidie languor ingrauesceret, nec ob hoc iter suum intermisisset, tandem praualente mortali infirmitate apud Breduwan villam in faucibus Alpium constitutam II. Nonas Decembr. a seculo migrauit.* CONTIN. SIGEBERTI GEMBLACENSIS, ANNALES HILDESHEIMENSES, CHRON. MONTIS SERENI, ALBERTVS STADENSIS *ad a. 1137.* SCHATENIVS *Ann. Paderborn. lib. VIII. p. 745.* VITVS ARENPECK *de Guelfis* apud LEIBNITIVM Tom. III. p. 663. *igitur Lotharius ex Italia rediens, apud Tridentum in sylua, quæ est inter Enum & Licum morbo correptus, in ipsis montibus, in vilissima casa Imperator potentissimus miseram humanæ conditionis relinquens memoriam, obiit in die S. Nicolai Episcopi anno Christi MCXXXVIII. Regalia Dux Hainricus gener eius, in cuius finibus obierat, accepit.* ANNALISTA SAXO ad a. 1137. *Denique Lotharius Imperator, Tridentinam veniens vtique festum Sancti Martini cum gaudio celebrans infirmari cœpit, quo langore quotidie ingrauescente, amore magno reuisendæ patriæ nec ob hoc iter suum remorari patiebatur; Sed praualente mortali ægritudine desperatus, cum Episcopi, qui aderant, exitum eius, vnctione sacri olei & viuificis sacramentis muniissent, tandem apud Breduuan, villam, in faucibus Alpium constitutam, ille heu multis lamentabilis, vtpote pax Ecclesiæ, amator religionis & iustitiæ III. Nonas Decembris, a sæculo migrauit.* PETRVS DIACONVS Chron. Casin. lib. IV. c. CXXXI. mortem & locum ita describit: *nam idem Imperator morbo simul & senio fessus, videns sibi iamiam finem vitæ imminere, apud Clusam Liguriæ se contulerat, ibique Henricum Ducem Baioariæ Generum suum de Ducatu Saxoniæ sibi hæredem instituens, gemmea Cœli palatia, cum Christo sine fine regnaturus, intrauit, corpusque eius Moguntiæ relatum, & honorifice reconditum est.* Vbi in notis: *Clausa quæ & Clesis, vulgo Chiete, flumen est per agrum Brixiensem incedens: & in Ollium se exonerans.* CHRON. REG. S. PANTALEONIS *ad ann. 1137.*

83) Discrepant circa annum mortis Scriptores. CHRON. AVSTRALE habet 1136. Plures vero, vtpote DODECHINVS, ROBERTVS de MONTE, CHRON. SAXO, ALBERICVS, CHRON. MONTIS SERENI, ANNALES HILDESHEIMENSES, ALBERTVS STADENSIS, CONT. LAMBERTI, aliique, rectius habent 1137. OTTO FRISINGENSIS VII. cap. XXII. *anno ab incarnatione Domini MCXXXVIII. defuncto in autumno sine filiis Lothario*, quem sequitur CONRADVS VRSPERGENSIS, CHRON. MAGDEBVRGENSE *p. 329.* BARONIVS *Annal. Eccles. Tom. XII. ad a. 1138.* BROWERVS *Tom. II. Annal. Treuir. lib. XIV. n. XIV.*

84) Sic ALBERICVS ad a. 1137. ex eo tamen male concludit GVNDLING *in Historia Conradi III. præf. §. XIV.* Henrico ideo hoc ius recipiendi Regalia de more competiisse, quia in ipsius finibus obierit, dum potius tanquam gener ista receperit.

85) OTTO FRISINGENSIS lib. I. de G. Friderici c. XXII. *defuncto Imperatore Lothario, ac in monasterio Luter, quod in eius proprio fundo situm est, humato, Principes regni - - conueniunt.* DODECHINVS *Corpus Lotharii in saxo apud Lutheram ipsius monasterium sepelitur.* ANNALES HILDESHEIMENSES ad a. 1137. *Corpus* (Lotharii) *delatum in patriam sepelitur regio more in hæreditate paterna, in loco, qui dicitur Lutherum.* Male igitur PETRVS DIACONVS *lib. IV. c. CXXVI.* ipsum Moguntiæ fuisse sepultum, dicit, quem sequitur BARONIVS *Tom. XII. Annal. Eccles. n. XII. ad an. 1138.* CHRONICON LAVRISHAMENSE p. 143. *Lothario Imperatore in Italia defuncto, & in Brunswich tumulato.* Monasterium istud medio inter Helmstadtum atque Brunsuigam itinere, hodie sedes præfecti, ab isto vocatur *Kayserslutter.*

86) MEIBOMIVS *in notis ad Henrici Rosla Herlingsbergam Tom. I. p. 798.* ita loquitur: *in mausoleo Lotharii, quod est in Lotharia Regia, cuius cœnobium conditum ab ipso dixi, quum anno 1618. aperiretur, reperta tantum fuit vna plumbea, cuius inscriptionem, quod alibi nondum extet, vt ipse coram, iussu Parentis mei, descripsi, hic subiungo.*

LOTHARIVS DI. GRA
ROMANORVM IMPERA-
TOR AVGVSTVS.
REGNAVIT. ANNOS.
XII. MENSES III. DI-
ES. XII. OBIIT. AVTEM.
II. NONAS DECEM-
BRIS. VIR. IN XPO. FIDELIS-
SIMVS. VERAX, CONSTANS. PA-
CIFICVS. MILES. IMPERTERRITVS.
REDIENS. AB. APVLIA. SAR-
RACENIS. OCCISIS. ET. EIECTIS.

Eandem habet FRID. VLR. CALIXTVS *differt. de cultu religioso p. 10. & 11.* & ex Bibliotheca Guelferbytana, vbi ista lamina adhuc reperitur, excerpsit IACOBVS TOLLIVS *Epist. Itin. pag. 8.* SCHATENIVS *Annal. Paderborn. lib. VIII. p. 745.* Alter hoc Epitaphium reperitur in HENNINGI HAGENII Syllabo Abb. Werthin, apud LEIBNITIVM *Tomo III. p. 600.*

87) Dictum

§. XII. Vxor ipsius Richenza erat, Henrici Pinguis Saxoniæ Ducis ad Visurgim filia, 87) ... a. 1141. fuit defuncta, 88) ex qua genuit Gertrudem, Henrico Boiorum Duci nu... 89) qui exinde etiam Saxoniæ Ducatum fuit adeptus. Addunt quidam alteram ...ius filiam, Hedwigem, quæ Ludouico III, Thuringiæ Landgrauio fuisse nupta dici... 90) quod tamen, dum auctoritate saltim Scriptorum recentiorum nitatur, antiquio... Lothario vnicam saltim filiam tribuant, aliis Ludouicus saltim Reginæ propinquus vo... 91) fidem haut esse habendam crederem. Extinctus vero fuit sine filiis. 92)

87) Dictum de eadem supra §. *I.*

88) CHRONOGRAPHVS SAXO ad a. 1141. *...cheza Imperatrix obiit.*

89) CHRON. BRVNSVICENSE quidem *p. 14.* ...it: *Hinricus Catulus, de Ghertrude, filia Regis ...ica, genuit Hinricum Leonen.* CONRADVS VR...ERGENSIS p. 209. *Lotharius vero filiam, Ger...udim vnicam, quam habebat, dederat vxorem Hen...o Duci Bauariorum Fratri Welfonis nouissimi, ...em nos vidimus.* Ast reliqui filiam saltim vocant, ...ote CHRON. SAXO ad a. 1127. *Heinricus Dux ...wariorum, Gertrudem, filiam Regis, duxit vxo...m.* DODECHINVS ad a. 1127. *Rex, in Festo ...tecostes, apud Vrbem Merseburg, Duci Bauaro...m, filiam suam iuxta Regalem magnificentiam con...gio sociauit.* CHRON. MONTIS SERENI *ad a.* ...7. CONRADVS VRSPERGENSIS vero p. 290. *...c est Henricus ille, de quo supra dictum est, frater ...elfonis nouissimi, qui filiam Lotharii accepit vxo...m, & nuptias cum ea apud Augustam ciuitatem, ...uocatis fere omnibus principibus, magnifice cele...auit, in loco qui dicitur concio legum.* Vtrosque ...nciliat MONACHVS WEINGARTENSIS de ...elfis cap. XI. *interea Missis legatis in Saxoniam* (...ne dubio Merseburgium) *ad deducendam sponsam ...um, Gertrudem scilicet filiam Lotharii Imperato..., optimates quoque Bauariæ ac Sueuiæ ad nuptias ...itat. Quibus laute in plano iuxta Licum fluuium ...a Augustam in loco qui dicitur Concio legum, in ...ana Pentecostes celebratis, eandem in partes istas adduxit, & in castro Rauenspurg vsque ad autumnum stare constituit.* ANNALISTA SAXO ad a. 1127. *Rex Liuderus Pentecosten Merseburh celebrauit; vbi decentissimo multorum principum habito conuentu, vnicam & dilectam filiam suam Gertrudem, glorioso Bawariæ Duci Heinrico, Ducis Heinrici & Wulfildæ, Magni Ducis nata, filio, cum multa honorificentia in matrimonii honore sociauit.* Nuptiarum locum AVENTINVS Ann. Boi. lib. VI. c. III. n. 6. ita describit, *in campo Lyci supra Augustam inter Friedbergam & Moring, qui locus Concio legionum vocari solet, nuptias octauo quinquagenalium die facit.* Locum hunc plenius adhuc definit WERLICHIVS Augspurg. Chronic. p. II. p. 56. *an dem Orth so dazumahl Concio legionum genant wurde, und sehr herrlich gebauet ward, nun aber zum Cuntzilech heisset, und zwischen Landsperg und Moringen ligt, gantz und gar verwüstet und zerstöret.* De hoc loco vberius actum fuit singulari scripto *de Geographia medii aui per Germanos vberius excolenda* a. 1717. edito. De hac sine dubio intelligenda sunt verba ANNALISTAE SAXONIS ad a. 1115. *Richeza Ductrix XV. annos sterilis manens Duci Liudero filiam in festiuitate Paschali genuit....*

90) Vide supra §. *X.*

91) AVCTOR FVNDATIONIS MONASTERII GOCEZENSIS *p. 215.* vide supra §. X. Adde FELLERI Trimestre IX. p. 513.

92) Verba sunt OTTONIS FRISINGENSIS *lib. VII. c. II.*

PERIODVS SEPTIMA.
GERMANIA SVEVICA.
SECTIO PRIMA
DE
CONRADO III.

§. I. Conradi III. natiuitas & electio. §. II. Sa...es & Henricus Superbus Conradum pro Rege non ...noscunt, qui proscribitur. §. III. Saxonia Al...to Vrso conceditur: Bauaria Leopoldo Austriæ ...rchioni. §. IV. Henricus, deuicto Alberto, Sa...iam recuperat, & Henrico Leoni relinquit. B. ...elphonis. Nomina Guelphorum & Gibellinorum. V. Henricus Austriæ Marchio Bauariam adipiscitur, contranitente licet Guelphone. §. VI. Bellum Bohemicum. §. VII. Rogerii turba in Apulia. §. VIII. Bellum Vngaricum. §. IX. Expeditio Cruciata. §. X. Fœdus cum Byzantinis. §. XI. Iura Imperii Romani. §. XII. Iudicium Rotwilæ stabilitum. §. XIII. Mors Conradi III. nondum accepta Imperiali benedictione. §. XIV. Vxor & Liberi.

§. I.

Conradus III. 1) Princeps corpore conspicuus, 2) bello promptus 3) mansuetus 4) generositate insignis, vita ac moribus commendabilis, 5) Clero tamen nimium deditus 6), patre Friderico Sueuiæ Duce, Matre Agnete, quæ Henrici IV. erat filia, primus

1) Ipse vero se vocat secundum in litteris Hu...ni de Cranichberg a. 1142. concessis, apud LVDWIG *Reliquiis Ms. Tom. IV. p. 242.*

2) Sic eum describit GVILIELMVS TYRIVS *... XVII. c. VIII.*

3) Idem c. I. *Conradus rei militaris ad perfe...m habebat experientiam.* IO. CINNAMVS de *...is Iohannis,* & MANVELIS COMNENORVM *...7. Conradus erat magnis in bello ausis promptus.*

4) OTTO FRISINGENSIS lib. VII. c. XXIV. *Regi rebellantes plus mansuetudine ipsius quam armis inclinantur.*

5) Sic de eo GVILIELMVS TYRIVS *t. VIII.* GODEFRIDVS VITERBIENSIS etiam *p. XVII. p. 340.* ipsum laudat tanquam virum sapientem, & consilio Senecam.

6) ALBERICVS ad a. 1145. *Conradus Rex per se sciens & per religiosorum virorum admonitus, quantum reuerentia debeatur ecclesiastico ordini, cui Deus dicit; qui vos tangit, tangit pupillam oculi mei, si quos elatos fasta secularis potentiæ, contra Episcopos,*

primus ex gente Hohenstauffica 7) fuit Imperator, circa annum 1094. natus. 8) Hic primum ab Henrico V. Franconiæ Ducatum obtinuerat, 9) post huius mortem, Lothario factus contrarius, 10) isto vero a. 1137. defuncto, quidam ex Principibus timentes, ne forte in generali curia Henricus Dux Noricorum, qui tunc præcipui & nominis & dignitatis in regno fuit, per potentiam præualeret, circa mediam quadragesimam consilio habito, in oppido Galliæ Confluentia a. 1138. conuentum celebrant; ibique Conradum Imperatoris Henrici sororium, præsente Theoduino Episcopo Cardinali, Romanæ Ecclesiæ, summi Pontificis ac totius Romani populi, vrbiumque Italiæ assensum promittente, Regem creant. Qui mox ad palatium Aquis veniens, a prædicto Cardinale (nam Coloniensis Arnoldus qui id facere iure debuerat, nouiter intronisatus pallio carebat) cooperantibus Coloniensi & Treuirensi Archiepiscopis, cum cæteris Episcopis in Regem vngitur. Proximum dehinc Pascha Coloniæ celebrans, Moguntiam, quæ tunc forte pastore carebat, adiit, ibique Albertum prioris Alberti fratruelem per electionem cleri ac populi, archiepiscopum constituit. 11)

§. II. Saxones autem, & Dux Henricus, aliique qui electioni non interfuerant, Regem non legitime, sed per surreptionem electum calumniabantur: quibus omnibus in proxima Pentecoste generalis curia Babenbergæ 12) indicitur. Conradus igitur curiam in præfata ciuitate maximo Principum conuentu habuit: vbi omnes, Saxones simul cum viduata imperatrice Richinza venientes, vltro se suæ ditioni subdidere. Solus ex Principibus Dux Henricus regalia seruans, aberat: ad quæ reddenda in festiuitate Apostolorum Petri & Pauli dies ei præfigitur Ratisponæ. Quo veniens, regalia quidem multis illectus promissis reddidit, sed tamen infecto pacis negotio, sine gratia Conradi recessit. Cumque multis modis homo præpotens & animosus, sed nutu Dei humiliatus, misericordiam peteret, nec impetraret: tandem iudicio quorundam Principum apud Herbipolim proscribitur, ac proxima natiuitate Domini in palatio Goslariensi ducatus ei abiudicatur. Et mirum dictu, Princeps ante potentissimus, & cuius auctoritas (vt ipse gloriabatur) a mari vsque ad mare, id est, a Dania vsque in Siciliam extendebatur, in tantam in breui humilitatem venit, vt pene omnibus fidelibus & amicis suis in Baioaria a se deficientibus, clam inde egressus, quatuor tantum comitatus sociis, in Saxoniam veniret. 13)

§. III. Ex-

scopos, vel contra alios ecclesiæ prælatos noverat insolenter agere, regia censura cogebat eos, ab insolentia desistere, & illis, quos offenderant decenter satisfacere.

7) Gens Hohenstauffica Sueuiæ Ducatum post mortem Rudolphi ab Henrico IV. fuit adepta, prout *Per. VI. Sect. III. §. XXXVIII.* iamdum fuit adsertum. Plerique, Itali maxime, eandem stirpem ab Aniciis Vitalianis ducunt, prout GABRIEL BVCELINVS *Historia Agilolfingica p. 408.* demonstrauit. ALBERICVS ad a. 1138. *post mortem Lotharii non ferentes Principes Teutonici Regni aliquem extraneum a stirpe Regia sibi dominari Regem, constituerunt Conradum tertium virum regii generis. Erat quippe ex sorore Nepos Henrici quinti Regis, quarti Imperatoris huius nominis.* OTTO FRISINGENSIS lib. I. de Gest. Friderici I. c. IX. *Fridericus suscepit ex nobilissima compare sua Agnete duos filios, Fridericum, & Conradum, & ipse post multa virtutum suarum insignia, in senectute bona diem vltimum claudens, in monasterio Laureacensi humatus est.* Eiusdem Genealogiam per probationes nectit IO. DAVID KOELERVS.

8) Annus natiuitatis ex eo patet, quod mater ipsius Agnes, Leopoldo, Austriæ Marchioni dicatur collocata, dum duodecimum ætatis annum haberet, secundum OTTONEM FRISINGENSEM *lib. I. c. X.* hoc autem circa annum 1106. contigisse, patet ex eodem *Chron. lib. VII. c. IX.*

9) CONRADVS VRSPERGENSIS *pag. 258.* de Henrico V. *Ducatum Orientalis Franciæ Chunrado sororis suæ filio commisit.* Et p. 174. *Chunradus Ducatum Franconiæ accepit.*

10) Vide supra *Per. VI. Sect. V. §. IV.*

11) Verba sunt OTTONIS FRISINGENSIS *lib. VII. c. XXII.* Idem de gestis Friderici I. lib. I. c. XXII. *defuncto Imperatore Lothario ac in monasterio Lutre, quod in eius proprio fundo situm est, humato, Principes Regni apud Galliæ oppidum Confluentiam, vbi Mosella Rhenum influit, conueniunt, & de eligendo Principe consilium ineunt. Igitur Conradus Friderici Ducis frater, ab omnibus qui aderant, exposcitur: ad regnumque leuatus, in palatio Aquis coronatur. Quod eo facilius fieri potuit, quod Imperatoris Henrici odium in mentibus plurimum iam deferbuerat. Albertusque Moguntinus archiepiscopus iam recenter viuendi finem fecerat. Accessit etiam ad huius negocii promotionem, quod Henricus Noricorum Dux, pro nota superbia, pene omnium, qui in expeditione Italica cum Lothario Imp. fuerant, odium contraxerat.* Adstipulatur ALBERICVS, CHRON. SAXO ad a. 1138. dicens: *Primates Regni decreuerunt generalem Conuentum fieri Mogontiæ, in Pentecosten, vt communiter ibi Regno præficerent, quemcunque Deus ad hoc præordinasset. Interea quidam sequestrantes se ab aliis, mediante Thietwino, Cardinali Episcopo, in medio Quadragesimæ apud Confluentiam Oppidum, Conradum fratrem Friderici, Ducis Sueuorum, priuatim sibi Regem elegerunt, vnde deinceps non modica dissensio & perturbatio exorta est.* GOTFRIDVS VITERBIENSIS *p. XVII. p. 348.* DODECHINVS, ALBERICVS, CONT. LAMBERTI, CHRON. MONTIS SERENI, CHRON. BIGAVGIENSE *ad a. 1138.* CONRADVS VRSPERGENSIS *ad a. 1139.* MONACHVS WEINGARTENSIS *de Guelphis cap. XIII.* GOBELINVS PERSONA *at. VI. c. LIX.* MATTHAEVS PARISIENSIS *p. 52.*

12) Verba sunt OTTONIS FRISINGENSIS *VII. cap. XXII.* GOTFRIDVS VITERBIENSIS *p. XVII. p. 349.* DODECHINVS, ALBERICVS *ad a. 1138.* CONRADVS VRSPERGENSIS *ad an. 1139.* MONACHVS WEINGARTENSIS *l. c.* DODECHINVS vero dicit ad a. 1138. *Legati a rege ad Henricum ducem Boariæ directi, Ratisbonæ receptis regalibus regi occurrunt.*

13) Verba sunt OTTONIS FRISINGENSIS *VII. c. XXIII.* Hic etiam *c. XXIV.* diuina adgnoscit consilia, quod Deus humiliauerit Henricum, exaltauerit Conradum, DODECHINVS *ad a. 1138. 1139.* MONACHVS WEINGARTENSIS *l. c.*

14) Varia

§. III. Exortæ etiam contentiones inter Henricum, & Albertum Vrsum Soltquellensem Marchionem, qui matris Eilickæ iure, Saxoniæ Ducatum petebat. Conradus Rex Adelbertum in Ducatu firmare nisus est, iniustum esse perhibens, quenquam Principum duos tenere Ducatus. Nam Henricus duplicem sibi vendicabat Principatum, Bauariæ atque Saxoniæ. Licet hoc ipso potius magnam Henrici potentiam vellet frangere. 14) Bellabant ergo hi duo principes, duarum sororum filii, intestinis præliis, & commota est vniuersa Saxonia. Et quidem Adelbertus, præripiens castrum Luneburg, cum ciuitatibus Bardewico atque Brema, Occidentali Saxonia potitus est. Sed & Nordalbingorum fines partibus eius appliciti sunt. Quam ob rem, Holsatiæ Comes Adolphus Prouincia pulsus est, eo quod fidem iuratam Imperatrici Richenzæ, & Genero eius temerare noluisset. 15) Sic Saxoniæ Ducatu priuatus fuit Henricus. Conradus etiam Rex Baioariam ingressus, Ducatum Leopoldo iuniori, Leopoldi Marchionis filio, fratri suo, ex parte Matris tradidit. 16)

§. IV. Henricus interea dum terras recuperare contenderet, victo Alberto, eundem ex Saxonia eiecit, atque ad Imp. auxilii gratia ire compulit. Dum autem in Baioariam ire proposuisset, 17) morbo correptus, siue ex mœrore, siue ex accepto veneno, XIII. Kl. Nouembris 1139. 18) Quedlinburgi diem clausit extremum, ac in monasterio Luter iuxta Socerum tumulatur. 19) Hoc defuncto, Saxones amore filii sui paruuli, Henrici, Leonis postea dicti, quem eis adhuc viuens commendauerat, Regi denuo rebellant. 20) Albertus Saxoniæ Marchio Ducatum iterum suscepit, contra quem omnes Principes Saxoniæ coniurantes, Albertum patria expellunt, cuius Marcam Soltwedel Rudolphus Comes acceptis vrbibus, occupauit. 21) Mortua vero Richentza, Albertus Marchio a. 1142. reuocatus est in gratiam Principum, & recepit omnia sua, Comitatum & Marchiam Soltwedelensem. 22) Leopoldus vero ducatum Noricum occupans, eundemque omnibus terræ primoribus siue amore, siue terrore ad eum confluentibus, 23) potenter se habere confidens, dum in obsidione castri Phaleis duorum fratrum, qui soli ex Noricis Baronibus in parte Ducis Henrici steterant, incaute moraretur, Guelfo, Ducis Henrici

14) Varia enim in promptu sunt exempla. Henricus Auceps Saxonum & Thuringorum dux præpotens dicitur LVITPRANDO *II. c. VII.* Otto M. generum suum Conradum Franconiæ Ducem fecit & Lotharingiæ CONT. RHEGIN. *ad a. 943.* SIGEBERTVS *ad a. 944.* Sic etiam Franciæ & Sueuiæ Ducatus fuerunt iuncti.

15) Verba sunt HELMOLDI *lib. I. cap. LIV.* Eadem repetit ALBERTVS STADENSIS, ALBERICVS *ad a. 1138.* CONRADVS VRSPERGENSIS *p. 280.* MONACHVS WEINGARTENSIS *de Gelphis cap. XIII.* GOBELINVS PERSONA *Cosmodr. æt. VI. c. LIX.* KRANTZIVS *Saxonia lib. VI. c. VIII.* SAGITTARIVS *Hist. Bardeuici c. VI. §. VIII. & Hist. March. Soltwedel. §. LIII.*

16) OTTO FRISINGENSIS *VII. cap. XXIII. & de Gestis Friderici I. lib. II. c. VII.* GOTFRIDVS VITERBIENSIS *p. XVII. p. 511.* ALBERICVS *ad a. 1139.* CHRON. ZWETALENSE *ad a. 1138.* CHRON. MELLICENSE *ad a. 1139.*

17) HELMOLDVS I. c. LVI. *postquam Henricus gener Lotharii regis auxilio socrus Rikenzæ Imperatricis Ducatum obtinuit, & nepotem suum Adalbertum Saxonia deturbauit. Adolphus Comes rediit in Cometiam suam.* ALBERTVS STADENSIS *ad ann. 1139.*

18) ALBERICVS de Henrico Superbo ad a. 1139. *irremediabili morbo tristitiæ peruenit ad extrema vitæ.* CHRONOGRAPHVS SAXO vero ad a. 1139. *deinde facto colloquio in Quidilingeburch Heinricus nobilissimus atque probissimus Dux Bawariorum atque Saxonum veneficio ibidem infectus XIII. Kal. Nouem. vitam finiuit. Corpus eius Luttere ad dextrum Lotharii Imperatoris positum est.* CHRONICON MONTIS SERENI ad a. 1139. *Henricus Dux Bauarorum & Saxonum veneno occisus est XIII. Kal. Nouembr. & Lutter iuxta Luderum Imperatorem sepultus est.*

19) OTTO FRISINGENSIS VII. c. XXV. *Eadem tempestate, Henricus Dux dum in Saxonia Albertum, Marchionem sibi rebellantem in tantum humiliasset, vt castris eius dirutis, terris circumquaque vastatis, ad Regem auxilii gratia ire compulisset, omnibusque suis ibidem rite dispositis, iam in Baioariam ire proposuisset, morbo correptus, diem clausit extremum, ac in monasterio Luter, iuxta socerum humatur.* CHRON. SAXO, DODECHINVS, CHRON. MONTIS SERENI *ad a. 1139.*

20) OTTO FRISINGENSIS *c. l.* DODECHINVS, ALBERICVS ad a. 1139.

21) Verba sunt DODECHINI *ad a. 1139.*

22) ALBERTVS STADENSIS *ad a. 1142.* Putat etiam KRANTZIVS, Albertum obtinuisse Marchiam Brandenburgensem, dum dicit: *videbantur omnia in deterius prolapsura ad vastitatem prouinciæ. Sed internenere Principes, qui rem ponerent in treugas, constitutus a Rege dies in Quedelenburg. Sed tum Henricus Marchio Brandenburgensis locum fecit nouo beneficio, quum feudum vacaret, Imperatori. Contulit ergo Conradus Rex Aliverto Comiti de Balenstede siue de Anehold, Marchionatum antedictum. Ita auctus Albertus a Rege nouo principatu, facile dimisit Henrico Saxoniam in eodem conuentu Principum habito in Quedelenburg.* BECMANNVS *in Historia Anhaltina p. V. lib. I. c. V. §. 5.* auctor est, ipsum iam dum a. 1134. a Lothario Imp. per mortem Conradi, de Marchia Brandenburgensi fuisse inuestitum, nitens auctoritate CHRONOGRAPHI SAXONIS, qui ad a. 1134. *Albertus Comes succedit Conrado Marchioni.* Verum, quis iste Conradus fuerit, patet ex CHRONICO MONTIS SERENI *ad a. 1133.* vbi dicitur Marchio de Plöske. Vid. etiam SAGITTARIVS *Hist. March. Soltwedel. §. LX.* Si enim Albertus Vrsus Marchiam iam Brandenburgensem possedisset, idem, prout Henrico Superbo fiebat, de duobus ducatibus obiici potuisset.

23) OTTO FRISINGENSIS V. c. XXV. *cum hæc aguntur in Italia, Leopoldus Marchio suscepto à Rege ducatu Norico omnibus pene Baronibus ad eum pertinentibus, amoreque seu terrore vltro ad eum confluentibus, primo metropolim, ac sedem ducatus Ratisponam ditioni suæ subdidit, post collecto milite copioso totam Baioariam pertransiens, in ipso eius termino iuxta Licum fluuium, contra Vrbem Augustensem negotia terræ per triduum tractans, strenui iudicis officium exercuit.*

24) Verba

Henrici frater, ex improuiso, collecto milite, superueniens, fortissime pugnando, cæsis ex vtraque parte pluribus, multis captiuatis, Ducem cedere coëgit. His elatus successibus, dum Regem quoque non multo post a. 1140. in obsidione castri Winsperg morantem, pugna aggredi attentat, amissis multis, cum paucis fugit e prœlio. 24) Ex isto prœlio nomina Guelphorum & Gibellinorum, siue factionis Papalis & Imperatoriæ videntur habere originem, 25) dum in exercitu Guelphi vox militaris fuerit, *hy Welf*, in exercitu vero Imp. *hy Gibelingen*, idque a villa Gibelingen, in qua educatus fuerat Fridericus Sueuiæ, dux exercitus Imperialis.

§. V. Non

24) Verba sunt OTTONIS FRISINGENSIS *VII. c. XXV.* DODECHINVS ad a. 1140. *castrum Vinsberg a Rege obsessum: in qua obsidione Velph, frater Henrici Ducis, cum Rege in eodem loco, bellum commisit, in sabbato 12. Cal. & Rex tandem victor extitit multis prædicti Velfonis interfectis, & nonnullis captis, ac non longe post castrum cepit.* MONACHVS WEINGARTENSIS *de Guelphis c. XIII.* ALBERICVS *ad a. 1140.* GODEFRIDVS VITERBIENSIS *p. XVII. p. 350.* CONRADVS VRSPERGENSIS *p. 280.*

25) Diuersæ de origine harum factionum in historia Italica illorum temporum decantatarum sunt sententiæ. SIGONIVS *de Regno Italiæ lib. XIII. sub initium* ita loquitur: *hinc enim Gibellinorum & Guelforum nominibus ex vetere Germaniæ dissensione desumptis exitiales Italis factiones manarunt, quæ sub Friderico patre exortæ, neque omnino post sub Henrico filio obliteratæ, demum sub Friderico nepote effusius erumpentes ingentes in multos post annos strages in Italia edidere.* Originem sub Friderico II. quærit ALBERTINVS MVSSATVS *p. 5.* scribens: *in duas partes secta Christianitas erat nostra, & paucos inuenisse contingens fuerat per hanc præcipue nostram Italiam, quos vna ex duabus ipsis non inquinauerit, aut illa, quam aiunt, Gibelenga vel Gelfa. Hæc enim a tempore Friderici II. vocabula duo inseparabilia germina, seu potius pestifera scismata pullularunt, atque inualuerunt, quæ semel tenuere Italiam inquietam.* Veriorem vero de origine factionum tradit sententiam ANDREAS PRESBYTER, dum in *Chron. Bauariæ* p. 25. ita loquitur: *Papa autem Conrado se opponens, ne ad Imperium ascenderet, neue manu potenti regnum Siciliæ recuperaret, stipendiauit Henricum Superbum generum Lotharii Cæsaris, & fratrem suum Welfonem Duces Bauariæ, vt vexarent fortiter Conradum Regem in Alemannia, ne se posset ad partes Italiæ vel Siciliæ aptare. Misit ergo Papa & Rogerius inuasor Siciliæ magnum exercitum Italicorum, Gallorum & Siculorum ad pugnandum contra Conradum Regem: Welfo igitur Dux ad bellandum se præparat. Henricus enim frater eius propter senectutem bellare non potuit. At Fridericus Dux Sueuiæ e contra ex parte Conradi: & habito prælio iuxta Cœnobium Nernsheim ordinis S. Benedicti, diœceseos Augustensis in prouincia Rhetiæ, Fridericus interfectis multis de exercitu Welfonis gloriosam obtinuit victoriam. Welfo autem cum paucis vix effugit. Qui secundario se contra Fridericum ad præliandum prope Winsberg, iuxta villam Herbipolensis diœcesis, quæ vocatur Elnhosem, præparauit, vbi VVelfo interfectus fuit & cum eo multi de exercitu, paucis per fugam euadentibus. Clamor vero exhortationis ad resistendum & fortiter pugnandum, in exercitu VVelfonis fuit talis:* Hye Welff. *Vnde Fridericus ad confusionem VVelfonis præcepit clamari in exercitu suo* Hye Giebelingen. *Est autem Gibelinga villa Augustensis diœcesis, sita in montibus dictis auf dem Hertsfeld, infra castrum dictum Hochburg, & oppidum Neresheim; in qua villa nutrix ipsum Fridericum infantulum lactauerat; quasi per hoc volens significare, quod non regali potentia, vel per Ducatum Sueuiæ VVelfonem vellet debellare, sed lacte nutricis suæ, id est, auxilio & potentia rusticali, sicut & fecit. Italici autem, Gallici, Lombardi & Siculi non intelligentes quid esset.* Hye Welff, *& quid,* Hye Gibelingen; *quæsiuerunt sibi exponi. Quibus declaratum fuit, quod Papales significarentur per VVelff, & Imperiales per* Giebelingen. *Vnde vsque adhuc per vrbem totam ab illo euentu Papæ adhærentes vocantur Guelfi, & Imperio adhærentes vocantur Gibelini.* Idem testantur TRITHEMIVS *Chron. Hirsaug. ad a. 1140.* NAVCLERVS *vol. II. Gen. XLII. p. 933.* & ADLZREITERVS *Ann. Boi. p. I. lib. XXI. n. 2.* Exinde OTTO FRISINGENSIS de gestis Friderici lib. II. c. II. *duæ in Romana vrbe apud Galliæ, Germaniaue fines famosæ familiæ hactenus fuere: vna Henricorum de Gueibelinga, alia Guelforum de Altdorfio: altera Imperatores, altera magnos duces producere solita.* Vid. etiam ECCARDVS *de vsu & præstantia studii Etymologici in Historia §. V.* Sita igitur Gibelingen inter castrum Hochberg & oppidum Neresheim auf dem Hertfeld, ad fluuium Rems, hodie ad Ducatum Wurtenbergicum spectans. Hæc male intelligentes Itali diuersimode corruperunt. Sic enim IACOBVS PHILIPPVS BERGOMAS ad a. 1234. *Guelphorum & Gibellinorum perniciosissima & dyabolica nomina ad totius Italiæ interitum: per hoc tempus ex duobus Alemanis fratribus tumultuantibus adinuicem Rom. pontifice & imperatore Friderico ab ipso Cæsare perditissimo homine Pisis hoc modo initium sumpsisse constat. Cum enim Federicus Cæsar Gregorium pontificem hostili animo insequeretur & omnes Italiæ ciuitates propter hoc multi in tumultu existerent: easque turpi discordia diuisisset: scire volens Cæsar qui secum & qui cum pontifice sentirent. Non modo ciuitates: verum etiam castella ac familias: & vt ita dixerim: filios cum patre nec non & fratrem cum fratre: tum primum in duas partes diuisit. Et hæc quidem nomina apud Pistorienses primum audita sunt. Cumque alteri factioni quidam nomine Guelpho, alteri Gibal theutonici fratres fuerent. Guelph enim ecclesiæ fauebat & Gibel imperio. Ab ipsis duobus deinceps perniciei huius nomina indita sunt.* NAVCLERVS vero *c. l.* dicit, *Nomen hoc apud Pistorienses aiunt primum auditum.* Plenius hæc Italorum commenta de origine & nomine huius factionis exposuit FELIX OSIVS *notis ad Alb. Mussati Historiam pag. 140.* Nouum est commentum, quod CHRON. REG. S. PANTALEONIS & IO. TRITHEMIVS CHRON. HIRSAVG. ad a. 1140. proponit, dicens: *prælio autem iuxta Ellenshouen sicut diximus, consummato, & Duce VVelfone diuina præordinante prouidentia deuicto, Rex Conradus castrum ipsius Ducis & oppidum VVynsperg obsidione vallauit: & tandem sub ea conditione in deditionem accepit: sub qua Reges consueuerunt inimicis capitalibus, quos potenter suo subdiderint imperio, vitam cum rebus auferre. Nam præter infantes & pueros, quidquid sexus erat in hominibus virilis, aut morti, aut captiuitati fuit obnoxium. Mulieribus duntaxat, & pueris liber promittebatur egressus: ita tamen quod nihil secum deferrent. Quæ consilio inter se habito Regis clementiam prostratæ in terram rogabant ne vacuæ pellerentur ab oppido: sed liceret vnicuique de suis propriis secum deferre, quantum humeris deportare potuerint. Et annuit Rex. At illæ contempta supellectili, rebusque vniuersis animo virili contemptis, maritum suum vnaquaque dorso imponens suo extra oppidum per medium castrorum deportabat. Fratre autem Regis Duce Sueuorum Friderico suadente ne*

talia

§. V. Non multo post, anno 1142. in Comitiis Francofurtensibus pacem cum Saxonibus faciens, & Henricum Leonem restituens, viduam Henrici, Lotharii Imp. filiam, Henrico, Leopoldi fratri interim defuncti, Austriæ Marchioni in vxorem dedit, eique Ducatum Noricum, quem consilio matris, Ducis Henrici filius iam abdicauerat, concessit. 26) Quæ res maximæ discordiæ fuit seminarium. Guelfus enim Princeps præfatum ducatum sibi iure hæreditario competere dicebat. Armata igitur manu in præsentia Ducis Henrici Baioariam ingrediebatur, parteque Prouinciæ vastata, regreditur. Ob ea dux inflammatus, immenso coadunato milite, Sueuiæ fines ingrediebatur: multisque Ecclesiarum reditibus direptis, tandem etiam multas vrbes destruxit. Cui dum Guelfo cum copiis occurrere parat, audito, quod Rex superuenturus esset, cessit. Porro Dux simul cum Rege castrum Comitis Morauiæ, Conradi, qui ex parte Guelfonis erat, Tachouiam, obsidione clausit, illudque vastatis in circuitu vniuersis, adiutorio Regis in deditionem coëgit ac igne succendit. 27) Ipse postea Henricus Leo cum exercitu venit in Bauariam, sed dum Conradus non solum per omnem Sueuiam custodiam poneret, ne Dux elaberetur, ipseque Imp. Brunsuicum obsidere tentaret, re infecta reuersus fuit Henricus. 28)

§. VI. Circa eadem tempora, Conradus Morauiensis Comes, conspiratione cum Bohemis facta, ducatum terræ illius adfectans, de Morauia in Bohemiam exercitum duxit. Cui dum Dux Ladislaus cum copiis occurrere parat, a suis proditus, fugæ præsidio vix periculum mortis euasit: sicque profugus ad Regem veniens, casum suum deplorat. Quem Rex misericordia motus, cum exercitu in Bohemiam reduxit, ac Pentecoste in vrbe Praga Prouinciæ illius metropoli celebrata, Conrado fugato, in ducatum restituit. 29)

§. VII. Interea Rogerius, post egressum Lotharii Imperatoris, Apuliam recipere gestiens, congressu cum Reginaldo Duce habito, in fugam vertitur. 30) Ast mortuo a. 1141. Reginaldo, Rogerius Apuliam rectore suo destitutam ingreditur, expulsisque cum multis nobilibus, Reginaldi fratre, ac Principe Capuano, tam ipsam quam Campaniam recepit. 31) Calabriæ & Apuliæ principatu occupato, Innocentium papam bello capit, & facta cum eodem qualicunque pace, vt ab eo in regem coronaretur, obtinuit. Sicque primus iste de Normannorum genere Regis Siciliæ sibi nomen vsurpauit, & postmodum etiam in Africa nonnullas prouincias occupauit. 32) Rogerius autem audiens huiusmodi conflictationes inter Guelfum & Regem, timens, ne forte cessante bello, Conradus Rex quandocunque Italiam intraret, eundemque eiiceret, Guelfonem aduersus eundem muneribus illectum incitat, singulisque annis mille marcas se ad hoc daturum iuramento confirmat. 33)

§. VIII. Wardis quoque Rex Vngariæ, Boritium Colomanni, Vngariæ Regis filium regno suo priuauerat. Hinc Conradum frequens sollicitans, interuentu etiam Ladislai, Bohemorum Ducis, auxilia ab eodem impetrauit. 34) Wardis igitur Conradum metuens, Guelfonem ad se accersiuit, dataque pecunia non modica, quam deinceps omni anno dandam pollicitus, ad rebellandum nihilominus instigat. 35) Conradus igitur Rex a. 1147. Vngariam intrat, ac ducem eorum, Wardis nomine, bello petit, igne prædaque vniuersa vastat, & rebellem ducem obsides dare, sibique iureiurando fidelitatem confirmare coarctat. 36) Anno 1143. etiam bellum gessit cum quibusdam Slauis rebellibus, regnum inquietantibus, multos eorum cepit, vel occidit, multosque in fugam versos in flumen,

talia permitterentur, Cæsar respondit: non decet Regis immutare sermonem. Delectatus industria mulierum Conradus, singulis res suas, cum viris indulsit. Sequitur TRITHEMIVM NAVCLERVS *volum. II. Gen. XXXVIII. p. 827.* CRVSIVS *Ann. Suev. p. II. lib. X. cap. 3.* & SCHATENIVS *Annal. Paderborn. Tom. I. p. 755.* Sed merito hæc pro fabula habet LEIBNITIVS *notis ad Mon. VVeingartensis Hist. de Guelphis p. 789.* & præcipue ECCARDVS *de vsu & præstantia studii Etymol. in historia §. V.* Qua ratione per matrimonium Friderici Sueuiæ Ducis cum Iuditha Guelphica hæ factiones fuerint abolitæ, ex OTTONIS FRISINGENSIS *lib. II. c. II.* sequenti Sectione *§. I.* demonstrabitur.

26) DODECHINVS ad a. 1142. *Rex Pascha Verzeberg celebrauit, & inde post Festum transiens, Francenfort venit, in Dominica Misericordia & ibi curiam habuit, vbi conuenerunt omnes pene Principes Teutonici Regni, vbi & Saxones in gratiam Regis venerunt. Et filius Henrici Ducis Ducatum Saxoniæ suscepit, cuius matrem Rex fratri suo, Henrico Marchioni ibidem copulauit, ac Ducatum Boariæ tradidit.* OTTO FRISINGENSIS *lib. VI. c. XXVI.* CHRON. CLAVSTRO NEOBVRGENSE *ad a. 1143.*

27) OTTO FRISINGENSIS *lib. VII. c. XXVI.* MONACHVS WEINGARTENSIS *Hist. de Guelphis c. XIII.* ALBERICVS *ad a. 1141.*

28) HELMOLDVS I. c. LXX. *in diebus illis congregauit Dux exercitum, vt abiret in Bauariam, & requireret ducatum, quem vitricus suus Henricus, frater Conradi Regis occupauerat.* Idem *c. LXXII.*

29) Verba sunt OTTONIS FRISINGENSIS *Chron. lib. VII. c. XXVI.* quem sequitur ALBERICVS *ad a. 1142.*

30) OTTO FRISINGENSIS *VII. c. XXII.*

31) OTTO FRISINGENSIS *VII. c. XXIII.* ALBERICVS *ad a. 1139.*

32) ROBERTVS de MONTE *ad a. 1141.* OTTO FRISINGENSIS *VII. c. XXIV. At Rogerius Innocentium Papam in Apuliam cum militia Romanorum venire volentem, flagitiose in Christum Domini manum mittens, ex insidiis capit, & Regii nominis in Sicilia ab eo auctoritatem, & absolutionem anathematis extorsit, cum Ducatu Apuliæ, Calabriæ & Principatum Capuæ.* CONRADVS VRSPERGENSIS *pag. 281.* GODEFRIDVS VITERBIENSIS *p. XVII. p. 349.*

33) *Hist. de Guelphis c. XIII.*

34) OTTO FRISINGENSIS *Chron. lib. VII. cap. XXXIV. & de gestis Friderici lib. I. cap. XXX.* ALBERICVS *ad a. 1146.*

35) *Hist. de Guelphis c. XIII.*

36) DODECHINVS *ad a. 1147.*

 37) ALBE-

flumen, quod contiguum fuit, demerfit, reliquos multa fumma gratiam fuam redimentes ad deditionem compulit 37)

§. IX. Poftquam Eugenius Papa atque Bernhardus Clareuallenfis Abbas Ludouico VII. Gallorum Regi perfuafiffent, vt cruce accepta, expeditionem fufciperet Hierofolymitanam, venit etiam in Germaniam Bernhardus, ad perfuadendum æque Conradum. 38) Audiens hoc Princeps, generalem curiam in Natiuitate Dominiapud Spiram ciuitatem celebrandam, indixit. Quo veniens prædictus Abbas, Principi cum Friderico fratris fui filio, aliisque Principibus & viris illuftribus crucem accipere perfuafit. 39) Conradus igitur Principes Francofurtum a. 1147. conuocans, generalem curiam celebrauit: ibique filio fuo Henrico adhuc puero, per electionem Principum Rege conftituto, in palatio Aquis eum Dominica medianæ Quadragefimæ Regem inungi ac coronari iubens, Regni participem legit. 40) Ad prædictam Curiam Henricus Noricorum Ducis filius, qui iam adoleuerat, venit, Ducatum Noricum, quem patri fuo non iufte abiudicatum adferebat, iure hæreditario repofcens. Quem princeps multa prudentia & ingenio inductum vsque ad reditum fuum fufpendens, quiete iuffit expectare. 41) Infequenti anno, Conradus Rex a Norico caftro cum exercitu immenfo procinctum mouit, 42) quem Francorum Rex Ludouicus VII. fuit infecutus. 43) Hi demum longo exantlato itinere, multisque exfuperatis difficultatibus, in terram fanctam peruenicbant, 44) aft infelix ifta expeditio, dum partim tempefta-

37) ALBERICVS *ad a. 1143.*

38) OTTO FRISINGENSIS de geftis Friderici I. lib. I. c. XXXVI. *igitur vt ad narrationis feriem redeamus, Bernardus abbas venerabilis, conceffa fibi Apoftol. fedis auctoritate non abufus, gladio verbi Dei fortiter accingitur, ac excitatis ad transmarinum expeditionem multorum animis: tandem curia generalis apud Verzelacum Galliæ oppidum, vbi B. Maria Magdalena offa recondita funt, indicitur: conuocatis ex diuerfis Galliæ Prouinciis Optimatibus, virisque illuftribus. Ibi Ludouicus Francorum Rex Crucem, a prætaxato Abbate, cum multa mentis alacritate fumens, militiam transmarinam profeffus eft, cum Theodorico Flandrenfi, & Henrico Theobaldi Blefenfis filio, Comitibus, aliis, de Regno fuo Baronibus, virisque Nobilibus.* OTTO de S. BLASIO *cit. loc.*

39) OTTO FRISINGENSIS *lib. I. c. XXXIX.* PHIL. de CLARAVALLE *lib. VI. Miraculorum S. Bernhardi cap. IV.*

40) OTTO FRISINGENSIS *lib. I. c. XLIII.* ALBERICVS male ad a. 1149. refert, dicens: *Conradus Rex receffurus Henricum filium fuum Aquisgrani in Regem fublimat, ne poft difceffum fuum Regnum absque Principe remaneret, & aliqua rerum perturbatio fieret.*

41) Verba funt OTTONIS FRISINGENSIS *de Geftis Friderici I. c. XLIII. fin.* Quare HELMOLDVS I. c. LXXII. dicit: *Ducatum Bauariæ requirere non poterat omni tempore, quo Conradus Rex fupervixit.* ADLZREITER *Annal. Boiicis. p. I. lib. XXI. n. 12.*

42) OTTO FRISINGENSIS I. c. XLIII. *Conradus Rex a Norico caftro cum fuis procinctum mouens, per Danubium iturus, Ratispona naues ingreditur, ac in Afcenfione Domini, in Orientali Marchia, iuxta Burgum, qui Ardacher vocatur, caftra ponens, fuos qui iam aduentabant, duobus feu tribus diebus expectauit. Inde vsque ad terminos ferme Regni fui procedens, non longe a fluuio Vifcabe manfionem locauit: celebrataque ibi fancta Pentecofte, cum vniuerfis pene copiis fuis Litabe tranfiens, in Pannonia tentoria fixit, aliis per Danubium nauigantibus, aliis per terram euntibus. Tantam autem poft fe multitudinem traxit, vt flumina ad nauigandum, camporumque latitudo ad ambulandum vix fufficere videtur.* GOTFRIDVS VITERBIENSIS *p. XVII. p. 350.* HELMOLDVS I. cap. XLIX. *non eft recognitum vicinis temporibus, nec conditum a diebus feculi tantum conueniffe exercitum, exercitum grandem nimis.* WILHEMVS TYRIVS *lib. XVI. c. XIX. n. 20.* refert, cataphractorum fuiffe feptuaginta millia, peditum vero infinitam multitudinem. MARIANVS SANVTVS *libro fecret. fidelium Crucis lib. III. p. VI. c. XIX. vterque principum* (Conradus & Ludouicus) *circa LXX. millia equitum habuiffe dicitur. Quid putas feciffent CXL. millia equitum, fi fuiffet Deus cum iis.* ROBERTVS de MONTE, DODECHINVS, ALBERICVS, CHRON. SAXO. ALBERTVS STADENSIS *ad a. 1147.*

43) OTTO FRISINGENSIS I. c. XLIV. *quem Francorum Rex Ludouicus, non multo poft cum fuis fubfecutus eft, ducens fecum ex noftris Lotharingos.* Huius profectio in Geftis ipfius optime defcribitur c. IV. apud du CHESNE Tom. IV. p. 393. *Anno igitur ab Incarnatione Domini MCXLVII. in hebdomada fecunda poft feftum Pentecoftes, prius ordinatis rebus, ad iter peregrinationis tanta neceffitatis, venit Rex, vt moris eft, ad Ecclefiam beati Dionyfii, a Martyribus licentiam accepturus: & ibi poft celebrationem Miffarum baculum peregrinationis & vexillum beati Dionyfii, quod Oriflambe Gallis dicitur, valde reuerenter accepit. Sicut moris eft antiquorum Regum, quando debent ad bella procedere, vel votum peregrinationis adimplere.*

44) OTTO de S. BLASIO cap. II. *Anno Dominica incarnationis MCXLVII. Conradus Rex mortuo fratre fuo Friderico Sueuorum Duce, filio eiusdem nominis Ducatum conceffit, ac pariter cum ipfo cruce peregrinationis accepta, Ierofolymam adiit. Præterea VVelfo Dux, Henricus Noricorum Dux & multi alii noftrarum partium Principes, & Epifcopi cum innumerabili diuerfæ conditionis exercitu, eandem viam aggreffi, per Vngariam & Græciam iter arripuerunt, ac Francorum Regi Ludouico cum multis Principibus fuæ gentis illuc tendenti confociantur. In itinere itaque multa pericula paffi, plurimisque diuerfo modo confumptis, Conradus Rex cum fuis, mari emenfo, Ptolemaidam applicuit, ac inde itinere terreno Ierofolymam veniens, cum maximo tripudio, a Patriarcha, a Rege & vniuerfis ciuibus fufcipitur. Poft hoc quoque Ludouico Francorum Rege cum reliqua parte exercitus pari honore fufcepto: contra Sarracenos procinctum mouens. Regione igitur paganorum diuerfis modis igne ferroque profligata, Damafcum obfidione cingunt, ipfam Vrbem, pro paganis poffe refiftentibus, toto nifu impugnant. Itaque pagani vim Chriftianorum non fuftinentes, conditiones, militibus templi mediantibus, pro velle Principum ftatuunt, ficque obfidione foluta exercitus Chriftianorum difceffit, ac Ierufalem veniens cum triumpho fufcipitur.* ROBERTVS de MONTE ad an. 1147. *Conradus rex menfe Maio cum multitudine innumerabili & virtute incomparabili peregrinationem aggreffus, tranfito profpere Bofporo, dum ad expugnandum Iconium inconfulte diuertit, confumptis terra germinibus & deficientibus victualibus, fuis fame afflictis, redit, & profequentibus eos Turcis, multa millia fuorum amittit.*

45) Hift.

pestatibus, partim etiam dolo Græcorum, siti & fame attriti, pauciores cum Conrado Rege in Germaniam reuerterentur, nihil memoria dignum referentes. 45)

§. X. Bina quoque habuit negotia: alterum cum Byzantinis, alterum cum Papa. Missis enim hinc inde litteris, Ioannes Comnenus legatos suos ad Conradum, tam confœderationis vinculum inter vtrumque Imperium renouare cupientes, quam in huius rei argumentum aliquam regalis sanguinis puellam filio suo in vxorem dandam, postulantes. Imp. vxoris suæ sororem Bertham protinus illi destinauit: firmatum etiam a. 1142. inter vtrosque fœdus fuit. 46) Defuncto interim Ioanne, misit Manuel Comnenus Nicephorum, apocrisiarium suum, qui primum duris verbis Conradum perturbabat, post, dulcioribus verbis amicitiam præ se ferens, Bertham in vxorem petebat, atque vt fœdus inter vtrosque percuteretur, postulabat. 47) Misit igitur Conradus Herbipolensem Episcopum Embriconem, vna cum aliis legatis. Hic omnia sapienter & solerter ordinans, nuptias, proxima post Epiphaniam hebdomada in vrbe Regia celebrari cum decore regio persuasit. Ipse autem, dum remigrando in patriam redire cogitaret, multis Græcorum xeniis honoratus, apud Aquileiam decessit. 48) Postea Conradus & Manuel in Græcia conuenientes, exercitum parabant contra Rogerium. Sed hoc profligato, ob famem & aëris intemperantiam Conradus rediit in Alemanniam.

§. XI. Existebant ista ætate nonnulli, qui Papæ omnem potestatem secularem denegabant. Inter hosce reperiebatur Petrus de Bruis, 49) eundemque sequebatur Petrus Abailardus vir doctus, 50) qui eadem dogmata proferebat, cui Bernhardus Claræuallensis Abbas contradicebat, idemque in Concilio Senonensi a. 1140. condemnabatur, a quo tamen ad Papam adpellabat, cum Bernhardo vero conciliatus, voluntarie secessit in monasterium Cluniacense, in qua etiam XI. Kl. Maii a. 1141. fuit defunctus. 51) Ex scholis ipsius prodiit Arnoldus Brixiensis, quidam religiosus, 52) qui a. 1139. senatoriam dignitatem, equestremque ordinem renouare ad instar antiquorum volens, totam pene vrbem, ac præcipue populum aduersus Pontificem suum Innocentium II. concitauit. 53) Inprimis propo-

45) Hist. de Guelfis c. XIII. *egressi itaque anno Dominicæ incarnationis MCXLVII. per Vngariam & Græciam innumerabilem exercitum ducunt: qui totus pene, exceptis Principibus seu aliis plus cautis, vel inedia, vel aëris intemperantia, vel ciborum insolentia, vel Sarracenorum inuasione, infecto negocio interierunt.* DODECHINVS ad a. 1149. *Conradus Rex ab Hierosolymis reuersus est nihil dignum memoriæ referens.* GAVFRIDVS *Chron. ad a. 1149.* GVILIEMVS TYRIVS *Hist. B. Sacri lib. XVII. c. VIII.* ALBERICVS *ad a. 1150.* HELMOLDVS lib. I. c. LX. *transmisso ergo mari, Ludouicus, Rex Franciæ, direxit iter versus Hierosolymam, & pugnantibus secum Barbaris vniuersum perdidit exercitum. Quid dicam de Rege Alemanniæ, & his, qui cum Eo fuerunt, vniuersi perierunt siti & fame, transducti in desertum maximum, dolo legati Regis Græciæ, qui eos in fines Persarum ducere debuerat. Adeo, contabuerunt fame & siti, vt, incursantibus Barbaris vltro ceruices præbuerint.* ARNOLDVS LVBECENSIS *lib. III. cap. X.* CHRON. LOBIENSE *ad a. 1149.* Plenius de infelici hac expeditione OTTO FRISINGENSIS *de gestis Friderici I. lib. I. c. XLV. & LX.* NICETAS etiam de Manuele Comneno *lib. V.* auctor est, Græcos farinæ, quam Germanis vendebant, calcem vel gypsum miscuisse.

46) OTTO FRISINGENSIS *lib. I. c. XXIII. & Chron. lib. VII. c. XXVIII. anno ab incarnatione Domini MCXLIII. Caloianes Constantinopolitanus Imperator, qui filio suo Manuel sororem Reginæ Gertrudis desponsando, cum Romano Rege Conrado amicitiæ fœdus inierat, ab Antiocheno Principe Raimundo frustratur.* Extat Rescriptum apud GOLDASTVM *Tom. I. p. 262.* & SCHILTERVM *Instit. Iur. Publ. Tit. XIV. p. 106.* Singulare est, quod in litteris ad Conradum scriptis apud OTTONEM FRISINGENSEM lib. I. c. XXIV. Ioannes sequenti vtatur titulo: *Ioannes in Christo Deo fidelis Rex Porphyrogenitus, sublimis, fortis, Augustus, Comnenos & Imperator Romanorum, ad nobilissimum fratrem & amicum Imperii mei.* Conradum vero ita adloquitur: *Nobilissime & dilecte amice Imperii mei, Rex.* Conradus in responsoriis ad Emanuelem hoc titulo vtitur. *Conradus Dei gratia Romanorum Imperator Augustus clarissimo fratri suo Porphyrogenito Comneno illustri & glorioso Regi Græcorum, Salutem, & fraternam dilectionem.*

47) OTTO FRISINGENSIS Chron. lib. VII. c. XXVIII. *at Manuel ad regnum sublimatus, nuncios ad Regem Conradum cum preciosis muneribus, sicut prius Pater eius fecerat, dirigens, fœdus renouauit. Et sicut frequenter inter hos duos Imperatores a translato ad Francos Imperio, pro diuersis opportunitatibus mos iste seruatus est: sic & nunc inter Ioannem Patrem huius & Conradum, contra Rogerium, vtriusque Imperii inuasorem hæc facta est confœderatio.* ALBERICVS *ad a. 1143.*

48) OTTO FRISING. *lib. I. c. XIII. XXXIV.*

49) De hoc PETRVS CLVNIACENSIS *lib. I. epist. CXII.*

50) *Chron. Auriniacense* apud LABBEVM *Tom. IV. p. 377.* sic de eodem: *Petrus Abailardus Monachus & Abbas, & ipse vir religiosus, excellentissimarum rector Scholarum, ad quas pene de tota Latinitate viri litterati confluebant.* OTTO FRISINGENSIS *lib. I. c. XLVII.*

51) Huius vitam exposuit IACOBVS THOMASIVS, quam filius ipsius Historiæ Sapientiæ & Stultitiæ *Tomo primo c. VI.* inseruit. Adde BAYLE *Dictionaire voce Abelard.*

52) OTTO FRISINGENSIS de Gestis Friderici II. lib. II. c. XX. *Arnaldus iste ex Italia ciuitate Brixia oriundus, eiusdemque Ecclesiæ clericus; ac tantum lector ordinatus, Petrum Abailardum olim præceptorem habuerat. Vir quidem natura non hebetis, plus tamen verborum profluuio quam sententiarum pondere copiosus, Singularitatis amator, nouitatis cupidus; cuiusmodi hominum ingenia ad fabricandas hæreses, schismatumque perturbationes sunt prona. Is a studio in Italiam reuertens, religiosum habitum, quo amplius decipere posset, induit, omnia lacerans, omnia rodens nemini parcens. Clericorum ac Episcoporum derogator, monachorum persecutor, laicis tantum adulans. Dicebat enim nec clericos proprietatem, nec Episcopos regalia, nec monachos possessiones habentes, aliqua ratione saluari posse. Cuncta hæc principis esse, ab eiusque beneficentia in vsum tantum laicum cedere oportere.*

53) OTTO FRISINGENSIS *de Gestis Friderici I. lib. I. c. XXVII. & lib. VII. c. XXVII.*

54) Late

proponebat, neque clericos aliquid proprii, neque episcopos regalia, neque monachos possessiones habere debere, ea omnia Principum esse, atque ab eorum benignitate in vsum tantummodo laicorum suppeditari oportere. Quam ob caussam in Concilio Lateranensi damnatus, ex Italia cessit, 54) istaque hæresis dicta fuit Politicorum siue Arnaldistarum. Inde Imp. Romam inuitantes, vt imperialem regio capiti valeant imponere coronam & Imperium Romanum concedere. 55) Ast Conradus, motus potissimum S. Bernhardi persuasionibus, huiusmodi verbis aures præbere abnuit: quinimo venientes ad se ex parte Rom. Ecclesiæ viros, quorum vnus Guido Pisanus, eiusdem Curiæ Cardinalis & Cancellarius erat, renouationemque antiquorum priuilegiorum suorum postulantes honorifice suscepit, & honeste dimisit. 56) Postea Lucius successit Cœlestino, qui grauem a ciuibus passus fuit persecutionem. Quippe Romani Iordanum, Petri Leonis filium eligunt Patricium, atque a Pontifice Regalia eius tam in vrbe quam extra posita ad ius Patricii sui reposcunt, eumque, more antiquorum sacerdotum ex decimis & oblationibus sustentari oportere dicentes. 57) Defuncto Lucio II. eligebatur Bernhardus Monasterii S. Anastasii, Ordinis Cistericensis Abbas, licet ista electio S. Bernhardo minus placeret. 58) Tandem anno 1146. Eugenius Papa cum Romanis pacem fecit, vt patritiatus dignitatem exfestucarent, Præfectum in pristinam dignitatem reciperent, Senatores vero ex ipsius auctoritate penderent. 59) Arnoldus vero tandem in manus quorundam incidens, in Tusciæ finibus captus, Principis examini est reseruatus, & ad vltimum a Præfecto vrbis ligno adactus, ac rogo in puluerem redacto funere, ne a stolida plebe corpus eius venerationi haberetur, in Tyberim sparsus. 60)

§. XII. Inter ciuilia ipsius est referendum, quod Godefrido Barbato a. 1139. defuncto, filio ipsius Ducatum Lothariensem concesserit. 61) Iudicium totius Sueuiæ Imperiale antiquitus iamdum constitutum, sed diuersis in locis habitum, Rotwilensi Ciuitati a. 1146. in perpetuum concessit. 62)

§. XIII.

54) Late hæc dogmata Arnoldi describit GVNTHERVS *in Ligurino lib. III. n. 270.*

Audebat Papam, sceleratáque dogmata vulgo
diffundens, variis implebat vocibus aures.
Nil proprium cleri, fundos, & prædia nullo
iure sequi monachos, nulli fiscalia iura
Pontificum, nulli curæ popularis honorem
abbatum sacras referens concedere leges.
Omnia Principibus terrenis subdita, tantum
commitenda viris popularibus, atque regenda:
illis primitias, & quæ deuotio plebis
offerat, & decimas castos in corporis vsus,
non ad luxuriam, siue oblectamina carnis
concedens, mollesque cibos, cultusque nitorem
illicitosque iocos, lasciuaque gaudia cleri.
Pontificum fastus, Abbatum denique laxos
damnabat penitus mores, monachosque superbos.

SIGONIVS *lib. XI. p. 273.* BARONIVS *ad a. 1139.* De Synodo Lateranensi OTTO FRISINGENSIS *VII. c. XXIII.*

55) Extat Romanorum Epistola ad Conradum apud OTTONEM FRISINGENSEM *lib. I. cap. XXVIII.* in qua inter alia hæc quoque verba: *& quidem Regnum & Imperium Romanorum, vestro a Deo regimini concessum, exultare atque amplificare cupientes, in eum statum, quo fuit tempore Constantini & Iustiniani, qui totum orbem vigore senatus, & populi Romani suis tenuere manibus, reducere, senatu pro his omnibus Dei gratia restituto, & eis qui vestro Imperio semper rebelles erant, quique tantum honorem Rom. Imperio subripuerant, magna ex parte conculcatis, quatenus ea quæ Cæsari & Imperio deberentur, per omnia & in omnibus obtineatis, vehementer atque omnibus satagamus atque studeamus.*

56) OTTO FRISINGENSIS *lib. I. c. XXVIII.*

57) OTTO FRISINGENSIS *Chron.* lib. VII. c. XXXI. *Populus enim Romanus nullas insaniæ suæ metas ponere volens, Senatoribus quos ante instituerant, Patricium adiiciunt, atque ad hanc dignitatem Iordanem Petri Leonis filium eligentes, omnes ei tanquam Principi subiiciuntur. Denique Pontificem suum adeunt, ac omnia regalia eius tam in Vrbe, quam extra posita, ad Iura Patricii sui reposcunt: eumque more antiquorum Sacerdotum, de decimis tantum, & oblationibus sustentari oportere dicentes, de die in diem animam iusti affligere non timuerunt.* ALBERICVS *ad ann. 1144.* SIGONIVS *lib. XI. ad an. 1144.*

58) Patet hoc ex BERNHARDI epistola CCXXXVI. *parcat vobis Deus, quid fecistis, sepultum hominem reuocastis ad hominem. Quid igitur consilii aut rationis habuit, defuncto Pontifice repente irruere in hominem rusticanum latenti iniicere manus & excussa e manibus securi, & ascia vel ligone in palatium trahere, leuare in cathedram, induere purpura & bysso, accingere gladio ad faciendam vindictam in nationibus, increpationes in populis, ad alligandos reges eorum compedibus & nobilem eorum in manicis ferreis? Sic non erat inter vos sapiens & exercitatus, cui potius ista conuenirent. Ridiculum profecto videtur pannosum homuncionem assumi ad præsidendum Principibus, ad imperandum Episcopis ad regna & imperia disponenda.*

59) Verba sunt OTTONIS FRISINGENSIS *VII. cap. XXXIV.* quem sequitur ALBERICVS *ad an. 1146.*

60) Verba sunt OTTONIS FRISINGENSIS *lib. II. c. XX.*

61) ALBERICVS ad a. 1139. *Conradus tertius huius nominis Rex Godefridum Godefridi filium fecit paterni honoris successorem, ea maxime pro caussa quia suæ coniugis sororem ei dederat vxorem.* Ex quo satis perspicimus, successionem in Ducatus isto tempore nondum plane fuisse hæreditariam.

62) WEHNERVS in notis ad Procemium Reformationis lit. f. occasionem hoc modo describit: *Conradus III. Dux Sueuiæ electus ad Imperium Romanum gubernandum, Imperiale hoc δικαστήριον in hac vrbe Rotweil Imperiali ac libera constituit. Electi duo simul erant Imperatores dissentientibus verbis, Lotharius Saxo & Conradus Sueuus: Et ille quidem Lotharius potentia praeminebat: hic vero Conradus pluribus votis emicabat. Persequens ergo Saxo Conradum, coëgit eum fugere ad Henricum Comitem Hohenbergensem, in arcem eius, cui quoque conquestus Conradus quam inique Lotharius ageret contra se, consilium simul & auxilium eius implorauit. Timens autem Comes, ne & ipse periclitaretur propter receptum Conradum suasit illi, vt Rotwilam Imperii vrbem proximam, quæ in arce Hohenbergensi videri potest, reciperet, salutemque suam ciuibus illius vrbis committeret, qui procul dubio se & totam ciuitatem expos.*

§. XIII. Tandem vero omnibus in Gallia & Germania bene compositis, cum etiam proxime Imperii Coronam accepturus esset, non sine suspicione quorundam, quos ex Italia habuit, medicorum, quasi a Rogerio Siculo submissorum, morbo corripitur. Sicque tamen tanto non fractus infirmitatis dolore, curiam celebraturus, Babenberg venit: vbi XV. Kl. Martii 1152. nondum accepta imperiali benedictione, 73) vitam finiuit, regalia fratris filio, Sueuiæ Duci Friderico, cum filio suo cognomine commendans. 64) Erat enim tanquam vir prudens de filio suo adhuc paruulo, ne in Regem sublimaretur, quasi desperatus: idcirco & priuatæ & Reipublicæ melius profuturum iudicabat, si is potius, qui fratris sui filius erat, ob multa virtutum suarum clara facinora, sibi succederet. Volentibus vero familiaribus, iuxta eius petitionem, eum ad Laureacense monasterium deferre, ibique in proprio fundo iuxta patrem humare, Babenbergensis Ecclesia hoc contumeliosum sibi fore iudicans, non permisit: quinimo conuenientissimum esse decernens, iuxta tumbam Imp. Henrici sancti, Regio cultu eum sepeliuit. 65)

§. XI. Vxor eius erat Gertrudis, filia Beringeri Principis Solisbacensis, 66) ex qua genuit Henricum a. 1147. Francofurti electum Regem Romanorum, qui tamen a. 1150. fuit extinctus 67) & Fridericum, Ducem Franconiæ a sede sua dictum Ducem de Rotenburg

expositurі essent pro salute eius. Nam sciebat Comes, quam integer esset populus ille & quam fortis ac intrepidus. Rex obsequens consilio Comitis magna fiducia confugit ad ciues Rotwilenses, & in necessitate tanta illorum implorauit auxilium, Ciues aquam eius petitionem aduertentes, dederunt refugii locum. Audiens autem Lotharius æmulum receptum a Rotwilensibus, admoto exercitu, integro fere anno obsidione cinxit ciuitatem, deficienteque in ciuitate alimonia, ciues subito erumpentes, abstulerunt Lothario commeatum, qui iam recens erat allatus. Quod Lotharius videns soluta obsidione discessit. Et paullo post: *facta est concordia tali conditione, vt Conradus libere permitteret imperare Lotharium, quoad ille viueret; (nam quod Lotharius superior esset, illi cedere coactus fuit Conradus) Ipse autem post Lotharii mortem regni ac Imperii habenas susciperet: quod & factum est: dum iterum plenioribus votis ac numeris vnanimiter & nominatus & confirmatus imperium reliquit. Tunc Conradus Imperator memor beneficiorum Rotwilensium, propter fidelissima accepta illa beneficia, præstitamque ab iis operam contra dictum Lotharium, volens illis aliquam recompensationem facere, pro se, suisque successoribus Imperatoribus ac Regibus Romanis, vrbi Rotwilensi hoc priuilegium concessit, & instituit apud eos Iudicium aulicum, siue Dicasterium vel Consistorium Imperiale.* Iudicium igitur antiqoitus iamdum *von alters her* constitutum, vti ex Titulo I. Ordinationis patet, sed mobile olim in vrbe Rotwilensi perpetuo fixit Conradus. Vid. etiam STVMPFFIVS *Chron. Heluet. lib. V. c. XXXIX.* LEHMANN *lib. V. c. L.* MAVRITIVS *de Iudicio Rotwilensi cap. II. §. 4.* SEBASTIANVS MVNSTERVS vero *Cosmographia lib. III. cap. CCCVI.* eiusdem iudicii originem Conrado tribuit.

63) ROBERTVS de MONTE ad a. 1152. *Conradus Teutonicorum rex obiit. Qui cum quindecim annis regnauerit, benedictionem tamen imperialem non habuit, cui Fridericus dux nepos eius succedit.* Quare etiam in diplomatibus se Regem saltim Romanorum vel secundum scribit, quale est apud HEDAM *Hist. Vltraiect. p. 163.* & apud SCHATENIVM *Ann. Paderborn. p. I. pag. 770. 772. 783. 786.* WIGVL. HVND *Metrop. Salisburg Tom. I. p. 157.* In Epistola autem ad Iohannem Constantinopolitanum hoc vtitur titulo. *Conradus Dei gratia Romanorum Imperator Augustus* apud OTTONEM FRISINGENSEM *de gestis Friderici lib. I. c. XXIII. XXIV.* vt maiestatem suam demonstraret erga Græcos.

64) Falsum itaque est, quod dicit ALBERICVS ad a. 1152. *Ludouicus de Nerembergis, qui erat Tutor, audita morte Imperatoris cruce signatus puerum commisit auunculo suo Duci Frederico, e partibus transmarinis regresso. Quomodo eiusdem Frederici filius a maiori parte Baronum electus Romam abiit &c.* non enim Friderico patri, qui iam a. 1147. erat defunctus, sed Friderico iuniori filium suum commisit Conradus. CHRON. REG. S. PANTALEONIS *ad a. 1151.*

65) Verba sunt OTTONIS FRISINGENSIS *lib. I. c. XIII. & lib. VII. Chron. c. vlt.* CONTIN. LAMBERTI *ad a. 1152.* GVIL. TYRIVS *lib. XVII. c. VIII.* THEODOR. ENGELHVSIVS *Chron. p. 1102.* MARTIN HOFMANNVS *lib. III. Annal. Bamberg. p. 125.* Male igitur CONRADVS VRSPERGENSIS *p. 281. Rex vita decessit, ac in monasterio Loracensi est sepultus.* TOLNERVS *Hist. Palat. c. XIV. p. 301.* Errat etiam BARONIVS dum *Tom. XII. Annal. Eccles. ad a. 1152. n. III.* ipsum Magdeburgi tumulatum esse dicit. OTTO de S. BLASIO c. IV. *anno Dominicæ incarnationis MCLII. Cunradus Rex moritur, eodem scilicet anno, quo hospitatus est in ciuitate Friburgensi, Spiram deportatus exequiis regalibus, anno regni sui XV.* quem sequitur LEHMANNVS *lib. V. cap. XLIX.* De sola morte Conradi testatur ROBERTVS de MONTE, DODECHINVS, CHRON. BIGAVGIENSE, CONRADVS VRSPERGENSIS *pag. 282.* CHRON. MONTIS SERENI *ad an. 1152.* CONTIN. SIGEBERTI *ad a. 1152.* CHRON. BIGAVGIENSE *pag. 261.* CHRONOGRAPHVS SAXO *ad a. 1155.* CHRON. HALBERSTADTIENSE *ad a. 1150.* ALBERICVS, ALBERTVS STADENSIS *ad a. 1152.* Vid. ARNOLDI HENRICI de TRESKOW dissertatio *de rebus a Conrado III. gestis Hala 1709.* & IACOBI PAVLI von GVNDLING *Geschichten und Thaten Kayser Conrads.*

66) Nomen ipsius habet OTTO FRISINGENSIS *Chron. lib. VII. c. XXVII.* & in binis Conradi diplomatibus apud HEDAM *Historia Traiect. p. 165. 166.* Pater ipsius Berengarius dicitur Comes de Sulzbach apud WILHELMVM TYRIVM *de B. Sacro lib. XVI. cap. XXIII.* sub finem dicentem. *Eorum* (Emanuelis Imp. Constantinopolitani & Conradi Imp.) *vxores sorores erant filiæ Berengarii senioris Comitis de Sulcepach, magni & egregii principis, & in regno Teutonicorum potentissimi.* GODEFRIDVS VITERBIENSIS p. XVII. p. 350. *Tunc Constantinopoli Manuel imperabat, habens vxorem Teutonicam, sororem scilicet vxoris Regis Conradi, natam de Sulzbach, filiam nobilissimi Comitis in terra Bauarorum.* Hinc minime adsentior TOLNERO *Hist. Palatina cap. II. pag. 65.* qui Gebhardum eum vocat.

67) OTTO FRISINGENSIS de gestis Friderici I. lib. I. c. LXII. *circa idem tempus Filius Regis Henricus, quem ipse, vt supra dictum est, per electionem Principum Regem ordinauerat, diem obiit, habens adhuc alium fratrem paruulum nomine Fridericum.* CHRON. REG. S. PANTALEONIS ad a. 1045. *natus est regi filius nomine Heinricus, quem alii Beringerum ex nomine aui eius vocant.*

68) ACER-

burg, 68) qui anno 1166. peste fuit defunctus. 69) Filia ipsius erat Iuditha, Ludouici Ferrei Thuringiæ Landgrauii vxor. 70)

68) ACERBVS MORENA *de rebus Laudensibus* apud LEIBNITIVM *de Script. Brunsuic. p.844. Dux Fridericus, Regis quondam Conradi filius, homo pulcher, multum fortis, sapiens & ingeniosus.* OTTO de S. BLASIO *c.XX.* ALBERICVS *ad a. 1160.*

69) OTTO de S. BLASIO c. XX. *Praeterea in partibus Tusciæ, Dux Fridericus de Rotinburch, filius Cunradi Regis, Berengerus Princeps de Sultzbach, & antea apud Sienem Welf iunior, Welfonis Ducis filius cum aliis Principibus, Comitibus, liberis, Principumque ministerialibus, cum multitudine vulgi de exercitu hac pestilentia tracti, occubuerunt. Ossa itaque VVelfonis in Alemanniam translata, a patre VVelfone cunctisque ipsius terræ maioribus apud Staingadin cum maximo planctu reconduntur, nec non & Frid. Ducis de Rotinburch simili modo apud Hebera tumulantur.* HELMOLDVS *lib. II. c. X.*

70) HIST. LANDGR. THVR. *Ludouicus Thuringiæ Landgrauius secundus & quartus in Ordine duxit in vxorem Iuttam filiam Conradi ducis Sueuiæ, pro tunc Imperatoris, anno Domini MCL.*

SECTIO SECVNDA
DE
FRIDERICO BARBAROSSA.

§. I. Friderici Barbarossæ parentes & mores. §. II. Friderici educatio in exercitiis militaribus. Exercitium belli contra Henricum de VVolfratesbusen. Patri in Sueuia Ducatum succedit. §. III. Fridericus I. eligitur Imp. Aquisgrani & Romæ coronatur, legatos Romam dirigit, Curia Ratisponensis. §. IV. In Curia Merseburgensi a. 1152. Daniæ Rex inuestitur. Controuersia inter Henricum Leonem & Albertum Vrsum de VVinceburgensi hæreditate componitur. §. V. Imp. VVichmannum, Magdeburgensem Episcopum, Papa licet contranitente, constituit. §.VI. Imp. controuersiam inter Henricum Austriacum & Henricum Leonem de Bauariæ Ducatu variis in Comitiis componit. §. VII. Primam expeditionem Italicam a. 1155. suscipit, conuentum habet in Campis Roncaliis, Romæ coronatur, Romanorum sedat rebellionem. Controuersia in Archiepiscopatu Coloniensi per Imp. componitur. §. VIII. In Comitiis Ratisbonensibus & VVormatiensibus a. 1156. Arnoldum Moguntinum & Hermannum Palatinum inuicem componit, hunc etiam cum complicibus canem portare iubet. Leges fert de pace tenenda. §. IX. Repudiata Adelheida, Beatricem Burgundam ducit vxorem, & cum eadem Burgundiæ regnum adquirit. §. X. Græci Campaniam atque Apuliam sibi subiicere perfide tentant. §. XI. Bellum Polonicum. §. XII. Comitia Herbipolensia. Reuerentia Græcorum & aliorum Europæ Regum erga Fridericum. Fridericus de Rotenburg gladio accingitur militari. §. XIII. Curia Bisontina a. 1157. Controuersia cum Papa, quod Imperium sit beneficium Papæ, Imp. corona Regni Arelatensis redimitur. §. XIV. Comitia Ratisbonensia a. 1158. Imp. Maiestatem Imperii in Polonos, Vngaros & Bohemos exercet. §. XV. Comitia Augustana a. 1158. Legati Papæ Imp. mitigant. In iisdem Daniæ Rex VValdemarus se submittit. Expeditio Longobardica indicitur. §. XVI. Reinaldum Archi-Cancellarium & Ottonem VVittelsbachium legatos in Italiam mittit, qui Ciuitates in fidem reciperent. §. XVII. Imp. Italiam altera vice intrat, Mediolanenses ad deditionem atque submissionem cogit. §. XVIII. Imp. Modoëtiæ iterum coronatur, in campis Roncaliæ Italiæ Statum ordinat. Itali Imp. regalia dimittunt. Leges Imp. §. XIX. Imp. fodrum per Italiam colligit, reditus ex terris Mathildianis vindicat, Iura in Papam exercet, duos filios, post mortem suam Impp. designat. §. XX. Mediolanenses iterum rebellant. §. XXI. Mediolanum accitis ex Germania auxiliis, ad deditionem compellitur & penitus destruitur. §. XXII. Legati Romani ad Imp. mittuntur iniqua postulantes. §. XXIII. Mortuo Adriano Papa, oritur Schisma Papale, aliis Alexandrum, aliis Victorem eligentibus. Hic ab Imp. atque a Synodo Papiensi adprobatur. §. XXIV. In Curia Bisuntina celeberrima Victor adprobatur, VValdemarus Rex Daniæ inuestitur. §. XXV. Imp. Moguntiæ Comitiis habitis, muros ciuitatis ob tumultum factum iubet destrui, Conradum, & post hunc Christianum constituit Archiepiscopos. §. XXVI. Tertia expeditio in Italiam: constituit Barasonum Sardiniæ Regem. §. XXVII. In Comitiis Herbipolitanis a. 1165. Paschalem III. confirmat. Carolus M. in numerum Sanctorum refertur. §. XXVIII. Quarta Expeditio Italica a. 1166. Paschalis Papa Romæ constituitur, Romanis fidem iurantibus. Verum Mediolanenses cum vicinis fœdus pungunt. Imp. peste in exercitu grassante, in Germaniam reuertitur. §. XXIX. Imp. Friderici de Rotenburg, VVelfonis & diuersorum Comitum hæreditatem adit, Burgundiam in suam potestatem redigit, Henricum filium suum facit coronari. §. XXX. Expeditio in Poloniam & Saxoniam. §. XXXI. Mediolanenses Ciuitatem suam reædificant, Alexandro III. adhærent. Alexandria conditur. Imp. quinta expeditio in Italiam a. 1174. §. XXXII. Longobardi denuo rebellant. Imp. auxilia a Germanis petit, Colloquium ipsius cum Henrico, Saxoniæ Duce Clauennæ: hic Imp. submisse licet petenti auxilia denegat. §. XXXIII. Imp. cum Alexandro Papa & Longobardis Venetiis se componit. Fabula, quod Papa Imp. pedibus proculcauerit. §. XXXIV. Imp. in Germaniam reuertitur, Curiam Bisantiæ habet, Christianum Moguntinum in Italia relinquit. §. XXXV. Iudicium in Henricum Leonem Imp. tribus indictis Curiis, Henricum Leonem Ducatibus priuat, relicto allodio. Lubeca ab Imp. capitur, fit vrbs Imperii. §. XXXVI. Duces Pomeraniæ Ius Ciuitatis Germanicæ nanciscuntur. Pax Constantiensis. Curia Moguntina solennis a. 1184. In eadem Henricus & Fridericus Imp. filii armis equestribus decorantur. Controuersia de Præcedentia inter Archiepiscopum Coloniensem & Abbatem Fuldensem componitur. §. XXXVII. Controuersia Imp. cum Lucio III. & Vrbano III. super terris Mathildianis, iure manus mortuæ & & decimis. §. XXXVIII. Henricus Leo a. 1185. in terras suas vult restitui, sed iterum per triennium in exilium abit. §. XXXIX. Imp. sexta & vltima expeditio in Italiam, Henrici filii nuptiæ cum Constantia Sicula. Cremonenses subiugat. Conuentus Principum Noribergensis a. 1187. In Curia Moguntina a. 1188. cruce signatur. §. XL. Expeditio Friderici cruciata & Mors. §. XLI. Vxores & familia.

§. I. Suc-

§. I.

Successit ipsi FRIDERICVS, BARBAROSSA 1) a barba & capillo ruso sic dictus, parentibus Friderico Lusco seu Coclite, Alemannorum Duce, & Iuditha, Henrici Nigri, Bauariæ Ducis filia. 2) Hic laudatur, tanquam vir armis strenuus, acer animo, exercitatus in bellis, corpore robustus, in consiliis prouidus, in negotiis peragendis virilis, affabilis, mansuetus, superbis resistens, ingenio subtilis, memoria excellentissimus. Erat quoque statura mediocris, magis tamen longa quam breui, pectore plenus, facie satis eleganti. 3) Maiestatem & iura Imperii magno animo vindicauit, omnibus Europæ Regibus ipsi honorem atque reuerentiam exhibentibus, ideoque dictus fuit Magnus. 4)

§. II. Educatus fuit Fridericus, vt moris erat, ludis militaribus, ad seria tandem accingebatur negotia, adhuc patre viuente, terramque suam plenarie tenente. Nam & Comitem quendam nobilem Henricum de Wolfrateshusen hostem denuncians, Baioariam cum magna militum copia ingreditur. Norici & maxime Comites & Nobiles velut tyrocinium celebraturi, in prædicti Comitis castro se recipiunt. Itaque strenuissimus superueniens adolescens, Noricos ante murum stantes, ipsumque armatos expectantes, non vt iocando, sed vt rem seriam agendo, viriliter aggressus est, diuque & fortiter vtrisque pugnantibus, tandem vt hostes castro se reciperent, coëgit. Versis in fugam Noricis, atque ex angustia portarum artatis, Comes quidam Conradus de Dachowe, postea Dux factus Croatiæ & Dalmatiæ, qui incautus extra remanserat, ab ipso capitur. Sicque adolescens præfatum ducens Comitem, ad propria cum victoria reuertitur. Cumque a multis sibi suaderetur, vt pecuniam magnam ab eo extorqueret, ipse ex innata sibi nobilitate, prauorum declinauit consilia. Nam sicut fortiter captum, sic eum liberaliter dimissum, ad propria redire sine pecuniæ exactione permisit. 5) Litteris tamen non fuit innutritus. 6) Defuncto a. 1147. patre ipsius, Friderico, Conradus III. ipsi Sueuiæ Ducatum concessit & Alsatiæ, atque cum ipso expeditionem Hierosolymitanam suscepit. 7)

§. III. Mor-

1) CONRADVS VRSPERGENSIS pag. 282. *Imperator erat facie satis eleganti, barba & capillo ruso.* Et p. 299. *fuit Fridericus statura mediocris, corpore rufus.* Quare RADEVICVS *de Gestis Friderici I. lib. II. c. LXXV.* ipsi tribuit flauam cæsariem, barbam vero rufam OTTO & ACERBVS MORENA *p. 848.*

2) OTTO FRISINGENSIS lib. VII. cap. vl. *Fridericus Dux Sueuorum, filius fratris eius* (Conradi III.) *Friderici. de gestis Friderici lib. I. cap. XV. XVIII.* GOTFRIDVS VITERBIENSIS *p. XVII. pag. 514.* Male igitur IAC. a. KÖNIGSHOVEN *Chron. Alsatiæ* c. II. §. CLXXI. *Fridrich der erste des vorgenanten Conrotz sun richzezete XXXVIII. ior.* De gestis Friderici patris enarrat OTTO FRISINGENSIS *de gestis Friderici I. lib. I. c. XII.* qui etiam prouerbium de eodem adducit: *Dux Fridericus in cauda equi sui semper trahit castrum.* Mortem ipsius describit OTTO FRISINGENSIS *lib. I. c. XXXIX.* De matre idem *lib. I. c. XIV. accepit autem Henrici Noricorum Ducis filiam in vxorem, ex qua postea, dum Fridericum gloriosissimum, qui in præsentiarum Imperator est, & Iuditham, quæ modo in Matthæo Lotharingorum Duci copulata noscitur, genuit.* Nomen ipsius exprimit Historia de Guelphis apud LEIBNITIVM *Tom. I. pag. 798.* & p. 805. *Iuditha prima filia Hainrici nigri Ducis Bauariæ & Dominæ Welfildis eius vxoris, soror Hainrici Senioris Superbi Ducis Saxoniæ & Bauariæ, Germana Welphonis Senioris, vxor Friderici Ducis Sueuiæ de Hohenstaufen, mater Friderici primi Cæsaris & Iudithæ eius sororis Ducissæ Lotharingiæ.* Sic etiam VITVS ARENPECK de Guelfis p. 662. *Iuditha nupsit Friderico Sueuorum Duci, quæ Fridericum I. Imperatorem, & Iuditham vxorem Matthæi Ducis Lotharingiæ progenuit.* PAVLVS LANGIVS Chron. Citic. ad a. 1080. *Fridericus dux in vxorem accepit Iuttam sororem Henrici Conradi potentissimi Baioariæ & Saxoniæ ducis, genuitque ex ea Fridericum tertium cognomento Enobarbum de quo & aliis infra dicetur.* De hac Iuditha pluribus agit GABRIEL BVCELINVS *Hist. Agilolfing. n. XXIII.* Ipsius Genealogiam per probationes historicas accurate nectit HENRICVS a BVNAV, quam Historiæ suæ Friderici I. adnexit.

3) Verba sunt CONRADI VRSPERGENSIS p. 295. & p. 213. *fuit autem Fridericus imperator vir Christianissimus, bellorum omnium triumphator, animosus, familiaris, quibuslibet victis clementissimus, obliuiosus iniuriæ, statura mediocris, corpore rufus, ætate longæuus: & qui corporis strenuitate non erat inferior quolibet ducatu regiminis.* Idem p. 299. *Fridericus Imperator vir Christianissimus bellorum omnium triumphator.* Sequitur CONTINVATOR OTTONIS & ACERBI MORENARVM *de rebus Laudensibus* apud LEIBNITIVM *de Script. Brunsuic. p. 848.* Formam ipsius moresue prolixius describit RADEVICVS *lib. II. c. LXXVI.* RADEVICVS lib. I. de gestis Friderici I. c. XXVII. *Imperator coniuncta cum hilaritate iuuenili regia seueritate, vt & timeri pariter & amari mereretur.* Nimius est in laudibus ipsius GVNTHERVS *Ligurino lib. I. v. 25.*

4) OTTO FRISINGENSIS *lib. II. de gestis Friderici I. c. XXVIII. districto Friderici iudicio per totam transalpini imperii latitudinem promulgato, omnes terror inuasit, vt vniuersi magis quiescere, quam bellorum turbini inseruire vellent.* IO. SARISBERIENSIS epist. CLIX. *nonne Teutonicus tyrannus nominis sui fama nuper orbem perculerat, & fere subegerat regna vicina & imperium Græcorum terrore concusserat, vt magis deditionem, quam fœderationem legationibus missis videretur offerre.*

5) Verba sunt OTTONIS FRISINGENSIS *lib. I. c. XXV.*

6) Patet hoc ex RADEVICO II. cap. IV. dum orationem Friderici in campis Roncaliis factam describit, addit: *his dictis magnus fauor omnium prosequitur admirantium & stupentium, quod qui literas non nosset, quique parum adhuc supra adolescentem ageret ætatem in oratione sua tanta prudentiæ, tantaque facundiæ gratiam accepisset.* Idem lib. II. c. LXXVI. *in patria lingua Fridericus admodum facundus, Latinam vero melius intelligere potest, quam pronuntiare.*

7) OTTO FRISINGENSIS lib. I. c. XXXIX. *Friderico successit in Ducatu filius suus Fridericus.* OTTO de S.

§. III. Mortuo Conrado, ad ipsius commendationem, prudenti consilio factam, ad abolendam Guelphorum Gibellinorumque factionem 8) III. Nonas Martii a. 1152. Francofurti electus fuit Imperator vnanimi Principum, totiusque regni consensu. Aderant etiam electioni quidam Italiæ Principes atque Barones. 9) Inde Aquisgranum progressus, Dominica Lætare eiusdem anni 1152. ab Arnoldo Coloniensi Archiepiscopo, aliis cooperantibus, in sede regni Francorum coronatur atque in thronum regalem colloca-

de S. BLASIO c. II. *Anno Dominicæ incarnationis MCXLVII. Conradus Rex mortuo fratre suo Friderico Sueuorum Duce filio eiusdem nominis Ducatum concessit, ac pariter cum ipso cruce peregrinationis accepta Ierosolymam adiit.* Sic etiam Dux Elisatii audit in CHRONICO S. VITONI Virdunensis apud LABBEVM *Tom. I. Bibl. MS. p. 402.* Alsatiam autem partem Alemanniæ vel Sueuiæ constituisse demonstraui in Syntagmate Iuris Publici *c. III. §. X.*

8) Dictum de eo fuit *Super. Sect. §. XIII.* Conradum III. hac ipsa commendatione Reipublicæ prospicere voluisse. Rationem huius rei reddit OTTO FRISINGENSIS *lib. II. c. II.* dicens: *Huius consultationis summa in illamque personam* (Fridericum) *iam vnanimis assensus ratio, vt recolo, hæc fuit. Duæ in Romana vrbe apud Galliæ, Germaniæue fines famosæ familiæ hactenus fuere: vna Henricorum de Gueibelinga, alia Guelforum de Altdorfio; altera Imperatores, altera magnos Duces producere solita. Istæ, vt inter viros magnos, gloriæque auidos assolet fieri, frequenter sese inuicem æmulantes, Reip. quietem multotiens perturbarunt. Nutu vero Dei vt creditur, paci populi sui in posterum prouidentis, sub Henrico quinto factum est, vt Fridericus Dux pater huius, qui de altera, id est, de regum familia descenderat, de altera Henrici scilicet Noricorum Ducis filiam in vxorem acciperet, ex eaque Fridericum, qui in præsentiarum est & regnat, generaret. Principes ergo non solum industriam ac virtutem iam sæpe dicti iuuenis, sed etiam hoc quod vtriusque sanguinis consors, tanquam angularis lapis, vtrorumque horum parietum diffidentiam vnire posset, considerantes, caput regni eum constituere adiudicauerant: plurimum Reip. profuturum præcogitantes, si tam grauis & diutina inter maximos Imperii viros, ob priuatum emolumentum simultas hac demum occasione, Deo cooperante, sopiretur. Ita non Regis Conradi zelo, sed vniuersalis (vt dictum est) boni intuitu, hunc Fridericum, eius filio item Friderico adhuc paruulo proponere maluerunt. Hac consideratione & ordine electio Friderici celebrata est.* CONRADVS VRSPERGENSIS p. 282. *Friderico imperium cessit eo, quod Welfo auunculus eius, & alii principes Alemanniæ proxima linea consanguinitatis eum attingerent. Et ideo, quod cum ex nominis sui interpretatione pacis diues vocitaretur, inter principes Alemanniæ studuit pacem potissimum reformare.* Falsum itaque est, quod dicit ALBERICVS ad a. 1152. *quomodo eiusdem Friderici filius a maiori parte Baronum electus Romam abiit, infantem secum duxit, violenter a Papa benedictionem extorsit, & quod Papa post benedictionem dedit ei maledictionem, nisi Infanti regnum redderet, cum ad ætatem peruenisset, sed eodem Infante qui dicebatur Infans de Rodeburc similiter mortuo, Regnum sibi retinuit idem magnus Fredericus, filius Ducis Frederici, fratris eiusdem Conradi & imperauit annis triginta nouem.* Fridericus enim demum a. 1155. Romæ fuit coronatus.

9) OTTO FRISINGENSIS VII. c. vlt. *anno ab incarnatione Domini MCLII. Conradus Dux de Zeringen obiit, post quem etiam Conradus Rex eodem anno defunctus est: in cuius locum Fridericus Dux Sueuorum, filius fratris eius Friderici, XCV. ab Augusto rex electus est apud Franconofurt, vnanimi principum, totiusque regni consensu.* Idem de gestis Friderici I. lib. II. cap. I. *anno ab vrbe condita MDCCC. ab incarnatione vero Domini MCLII. decedente ab hac luce vernali tempore, id est, sexta feria proxima (vt dictum est) post caput ieiunii, in ciuitate Babenbergensi, piissimo Rege Conrado III. Nonas Martii, id est, tertia feria post Oculi mei, in oppido Franconcfurt, de tam immensa transalpini Regni latitudine, vniuersum (mirum dictu) Principum robur, non sine quibusdam ex Italia Baronibus, tanquam in vnum corpus coadunari potuit. Vbi cum de eligendo Principe Primates consultarent, (nam id Iuris Romani Imperii apex, videlicet non per sanguinis propaginem descendere, sed per Principum electionem Reges creare, sibi tanquam ex singulari vindicat prærogatiua) tandem ab omnibus Fridericus Sueuorum Dux, Friderici Ducis filius petitur, cunctorumque fauore in regnum sublimatur.* GOTFRIDVS VITERBIENSIS *p. XVII. p. 351.* CONT. LAMBERTI, ROBERTVS de MONTE, ALBERICVS, ALBERTVS STADENSIS, CHRON. AVGVSTENSE, CHRONICON MONTIS SERENI, CHRONICON BIGAVGIENSE *ad a. 1152.* Male igitur OTTO de S. BLASIO *c. V.* & CHRONOGRAPHVS SAXO *ad a. 1153.* referunt. HELMOLDVS lib. I. c. LXXII. *anno ergo incarnati verbi, millesimo centesimo quinquagesimo primo regnauit Fridericus huius nominis primus Rex, & eleuatum est solium eius super solium Regum, qui fuerunt ante eum diebus multis. Inualuitque sapientia & fortitudine super omnes inhabitantes terram. Mater eius fuit amita Ducis nostri.* Abbates tamen multum in Friderici electione valuisse, patet ex Diplomate Friderici Corbeiensibus concesso, apud SCHATENIVM *Ann. Paderborn. lib. VIII. p. 791.* in quo hæc verba: *cuius religiosæ petitioni ob insignem ipsius fidem circa Dominum & Patruum nostrum beatæ scilicet recordationis antecessorem nostrum inclytum Regem Conradum nec non & circa promotionem nostram in regnum cuius gubernacula Deo auctore post mortem eius suscepimus.* Quinam populi elegerint Fridericum I. describit GVNTHERVS LIGVRINO *lib. I. v. 199.*

Sic postquam sedere Duces, dubioque volutant
pectore, cui tanti regni tribuantur honores,
Saxones, & quorum Ripuaria nomine tellus
Westualiaque vrbes, & Norica rura regentes,
Allobrogumque duces coëunt Cymbrique feroces,
quos perfusa suo pugnax Germania Rheno
misit, & a magno tellus signata Luthero,
Vindelici, Rhetique ruunt, quos Sueuia nutrit,
quosque Carentinis collimitat Austria campis,
quos Lycus, & tumidis Ister prælabitur vndis,
quaque suos vrbes huc direxere potentes,
claraque Teutonici coierunt nomina regni.
Nec minus ex Italis multos, & gente Latina
Traxerat huc rerum miratrix fama nouarum;
Concilium, Regemque nouum faciesque verendas
aspexisse Ducum, famosaque nomina nosse
optabant, populisque suis exacta referre.

Ex hisce facile refelli possunt, quæ GEWOLDVS *de Septemuiratu c. VI. p. 689.* ex AMANDI libro de primis actis a Friderico in Imperio peractis refert: *Anno MCLII. multi illustres heroes ex Lambardia, Tuscia, Ianuensi & aliis Italiæ dominiis ac maior & potior pars Principum in Transalpino regno conuenerunt in vrbe Francofurtensi plurimo numero Principes conuenientes, dixerant per suos internuncios ad sex aut Octo Principes officiatos regni, residentes in arcano loco curiæ regalis. Nos & tota patria testatur nullum aptiorem esse regno regendo quam Fridericum de VVaiblingen & Stauffa, natum ex generosa prosapia, meritis & virtutibus decoratum, ac illu-*

locatur. 10) Omnibus autem in Saxonia bene dispositis, Baioariam ingreditur, ac Ratisbonae Norici Ducatus metropoli, in festiuitate Apostolorum, in Monasterio S. Emerani nam maior Ecclesia, cum quibusdam Ciuitatis vicis, conflagrauerat, coronatur. 11) Ab eadem Curia Hilinus Treuirensis electus atque Eberhardus Bambergensis Episcopus Legati ad Eugenium Papam, Vrbem, ac caeteras Italiae Ciuitates directi, de promotione Friderici in regnum significaturi, 12) & dum Papa coronationem Romanam promitteret, laeta reportantes redeunt. Fridericus etiam se Vngaris bellum indicere, eosdemque ad Monarchiae apicem velle reducere in his Comitiis proponebat. Sed, cum assensum super hoc Principum habere non posset, ad opportuniora tempora distulit. 13)

§. IV. Eodem anno 1152. Curiam magnam Merseburgi cum multa Principum frequentia celebrauit, in qua controuersiam, quae de successione in Daniae regnum inter Suenonem & Canutum fuit, hoc modo definiuit, vt Sueno porrecto gladio, regnum ab Imp. accipiens, fidelitate & hominio ei obligaretur, Canutus vero & Gualdemarus, qui eiusdem sanguinis erat particeps, vterque porrecto vexillo, de Ducatu quodam inuestiretur. 14) In eadem curia proposita quoque fuit controuersia inter Albertum Vrsum Brandenburgicum

ac illustrem. Quem per vos Deus in regnum sublimare dignetur, cui parata erunt nostra obsequia vsque ad mortem. In hunc si vestris vocibus & officiali consentitis firmum robur habebit sui Imperii. Cum ex secreto conclaui prodirent officiari, indicantes ipsos vnanimiter Fridericum in Regem, seruatis de iure seruandis elegisse, cunctus omnium ordinum applausus est consecutus, dicentes, hac electio tota ac firma consistet: nam omnium nostrum munietur praesidiis. Ex quo loco Electorum Originem volunt demonstrare. Verum, optime LEIBNITIVS in praefatione Codicis diplomatici declarauit, hunc Amandum vna cum Welberto *notum* esse manifestum.

10) OTTO FRISINGENSIS II. c. III. *astrictis igitur omnibus qui illo confluxerant, fidelitate & hominio principibus cum paucis, quos ad hoc idoneos iudicauit, caeteris in pace dimissis, Rex cum multa iucunditate quinta feria naues ingreditur: ac per Mogum & Rhenum nauigans, in villa regali Sinciche applicuit, ibi equos ascendens, in proximo sabbato Aquisgranum venit. Sequenti die, id est, ea Dominica qua Letare Hierusalem canitur, ab Episcopis in Palatio in Ecclesiam Beatae Mariae semper virginis deductus, cum omnium qui aderant applausu, ab Arnoldo Coloniensi Archiepiscopo, aliis cooperantibus coronatus, in sede regni Francorum, qui in eadem Ecclesia a Carolo M. posita est, collocatur: non sine multorum stupore, quod in tam paruo temporis spatio, non solum tanta Principum, seu de Regno nobilium confluxerat multitudo, sed & quod de Occidentali Gallia, ad quam nondum huius facti rumor peruenisse putabatur, nonnulli aduenerant.* GVNTHERVS LIGVRINO *lib. I. v. 435. seqq.*

11) Verba sunt OTTONIS FRISINGENSIS *lib. II. c. VI.* Testatur de eadem ADLZREITER *Ann. Boiicis. p. I. lib. XXI. n. 23.* BRVNNERVS *p. III. lib. II. ad a. 1152.* Caussam Boicae coronationis Scriptores non tradunt. Mihi sic videtur: Henricus Austriacus Bauariam isto tempore tenebat, quam repetebat proscripti Henrici Superbi filius, Henricus Leo, vt infra dicetur. Huic vt Ducatum eo facilius redderet, omnem in Baioariam potestatem sumta corona sibi vindicauit Fridericus. Neque tamen pro noua hoc coronatione erit reputandum, sed potius, quod in iisdem Comitiis Ratisbonensibus cum corona processerit. Idem factum fuisse in Comitiis Moguntinis dicit ARNOLDVS LVBECENSIS III. c. IX. *sedata itaque controuersia, coronatur Imperator, & cum Imperatrice & coronato filio processit,* prout infra pluribus.

12) OTTO FRISINGENSIS II. c. IV. *peractis omnibus quae ad coronae decorem spectabant, Princeps in palatii secreta se recepit, vocatisque prudentioribus, seu maioribus ex numero Principum, de statu Reip. consultans, legatos ad Romanum Pontificem Eugenium, Vrbem ac totam Italiam destinandos disponit, de promotione sua in Regnum significaturos. Mittuntur itaque Hilinus Treuerensis electus, & Eberhardus Babenbergensis Episcopus, viri prudentes & litterati.* Adducit BARONIVS *ad a. 1152.* pactum, quod inter Fridericum & Eugenium Papam X. Kl. Aprilis 1152. fuerit conclusum, idemque in Comitiis Constantiensibus publicatum, in quo Fridericus se obligat, quod ipse nec treugam, nec pacem faciet cum Romanis, nec cum Rogerio Rege Siciliae, sine libero consensu & voluntate Romanorum & Papae Eugenii vel eius successorum, & pro viribus laboraret Romanos Papae subiugare, honorem Papatus sicut spiritualis Aduocatus defendat, Graecorum quoque Regi nullam terram ex ista maris parte concedat. Papa e contrario promisit se Fridericum tanquam filium honoraturum, ipsumque sine contradictione coronaturum. Hoc pactum ex Codice Documentorum Bibliothecae Vaticanae, qui CENCIVS CAMERALIS inscribitur, se hausisse testatur BARONIVS, quem sequitur GOLDASTVS *Tom. III. Constit. p. 331.* Verum, dum nullus Scriptor horum Comitiorum Constantiensium faciat mentionem, vix etiam credendum, quod intra quatuordecim dies post factam coronationem, Constantiae, in loco tam dissito, Comitia fuerint celebrata, potius legati ad Eugenium directi dicantur, qui factam coronationem significarent, qui demum in festiuitate Apostolorum Petri & Pauli rediisse dicuntur, ideo de fide huius Conuentionis nollem spondere. BROWER *Annal. Treuir. lib. II. p. 56.*

13) OTTO FRISINGENSIS *II. c. VI.*

14) Breuiter hanc rem in epistola sua ad OTTONEM FRISINGENSEM narrat ipse Caesar, scribens: *post primam vnctionem Aquisgrani, & acceptam coronam Teutonici regni, generalem curiam Merseburg in Pentecoste celebrauimus: vbi Rex Danorum Petrus ad curiam nostram vocatus venit, & hominio ac fidelitate nobis facta, coronam Regni de manu nostra suscepit.* OTTO FRISINGENSIS II. c. V. *erat illo tempore, in Regno Danorum, inter duos consanguineos, Petrum videlicet qui & Sueno, & Gunotonem, de Regno grauis controuersia; quos Rex ad se venire praecipiens Curiam magnam, in Ciuitate Saxoniae Martinopoli, quae & Merseburg, cum multa Principum frequentia, habuit. Eo praefati iuuenes venientes, eius se mandato humiliter supposuerunt, eorumque ad vltimum causa iudicio, seu consilio Primatum sic decisa fuisse dicitur: Gunoto, relictis sibi quibusdam Prouinciis, Regium nomen, per porrectum gladium abdicaret. Est enim consuetudo Curiae, vt Regna per gladium; prouinciae per vexillum a Principe tradantur vel recipiantur. Petrus vero, accepto ab ipsius manu regno, fidelitate & hominio ei obligaretur. Ita Corona Regni, per manum Principis sibi imposita, in die S. Pentecostes, ipse coronatus, gladium Regis, sub corona incedentis, portauit. Gualdemarus etiam, qui eiusdem sanguinis particeps fuit, Ducatum quendam Daniae accepit.* Idem dicit GVNTHERVS *Ligurino lib. I. v. 537.* Quos autem Otto & Güntherus Petrum & Guidonem vocant; hos

denburgensem Marchionem & Henricum Leonem, propter castra & possessiones Hermanni Comitis in Winzeburg, modo defuncti in tractu Hildesiensi, quæ tamen sedari haut potuit. 15)

§. V. Eodem anno 1152. defuncto Friderico Magdeburgensi archiepiscopo, circa electionem controuertebatur: aliis Gerhardum Præpositum, aliis Decanum eius Ecclesiæ eligentibus. Diuisis hinc inde personis, Regem adhuc in Saxonia commorantem adire disponunt. Quos dum multis modis ad vnitatem & vinculum pacis Princeps reducere satageret, ac proficere non valeret, alteri parti id est Decano cum suis persuasit, vt Wichmannum, Cicensem Episcopum, virum adhuc iuuenem, sed nobilem eligerent, eique accersito Regalia eiusdem ecclesiæ concessit. Tradebat enim Curia, & ab Ecclesia, eo tempore, quo sub Henrico V. de Inuestitura Episcoporum decisa fuit inter Regnum & Sacerdotium controuersia, sibi concessum autumabat, quod obeuntibus Episcopis, si forte in eligendo partes fiant, Principis arbitrii esse, Episcoporum quem voluerit, ex Primatum suorum consilio ponere, nec electum aliquem ante consecrandum, quam ab ipsius manu regalia per sceptrum suscipiat. 16) Gerhardus præpositus Romam pergens, hac de re conquerebatur. Quam grauiter autem hoc tulerit Papa, testatur epistola Eugenii ad quosdam Germaniæ Præsules hac de re scripta, qua non solum translationem Episcoporum mali rem esse exempli proponit, sed etiam vt Imp. Ecclesiæ Magdeburgensi liberam relinquat electionem, contendit. 17) Mortuo autem Eugenio, Imp. missis ad Anastasium ipsius successorem cum Wichmanno nuntiis, non solum facti sui ratihabitionem, sed etiam pallium obtinere eum fecit. Exhinc non solum in secularibus, sed & in Ecclesiasticis negotiis disponendis autoritas Principis plurimum creuit. 18)

§. VI. Inde eodem adhuc anno, animum adplicabat ad decidendam, quæ vigebat de Bauariæ Ducatu controuersiam, inter Henricum, Austriæ Marchionem, & Henricum Leonem. Rex ergo prædictam litem Principum iudicio decisurus, vtrique autumnali tempore mense Octobri in ciuitate Herbipoli curiam præfigit, quo dum Henricus Leo veniret, Henricus vero Austriacus se absentaret, iterum atque iterum vocatur. In eadem curia Italiæ exulibus, quos Rogerius de solo natali propulerat, conquerentibus, ac ad pedes Principis miserabiliter se proiicientibus, expeditio Italica tam pro horum adflictione, quam corona Imperii accipienda, paullo minus quam ad duos annos iurata est. 19) Insequenti anno 1153. Imperator proximam Pentecosten Vormaciæ celebrans, Henricum, Moguntinæ Sedis Archiepiscopum, virum pro distractione Ecclesiæ suæ frequenter correptum, nec correctum, per Bernhardum Presbyterum & Gregorium Diaconum, Cardinales deposuit, ac Arnaldum Cancellarium suum, per quorundam ex Clero & populo, qui illuc venerant, electionem, ei subrogauit. Per eosdem etiam Henricum Mindensem & Bur-

hos reliqui Sueuonem atque Canutum. Sic ALBERTVS STADENSIS ad a. 1152. *Pentecosten Mertburg celebrauit, vbi Regi Danorum Sueuoni, Regnum confirmauit, & Kanutum parte Regni, & possessionibus suis propriis contentum esse fecit.* HELMOLDVS *lib. I. cap. LI. LII. LXVII. LXXIII.* CHRON. SLAV. apud LINDENBROGIVM *c. XXI. XXII.* HERMANNVS de LERBEKE *Chron. Com. Schauenburg. ad a. 1152.* AENEAS SYLVIUS *Hist. Friderici III. p. 19.* Scilicet ipse Otto Petrum etiam Sueuum vocat, Guido vero siue Ginoto corruptum esse videtur ex Cnuto. Haud absonum videtur, quod THOMAS BRODERVS BIRCHERODIVS *in Specimine antiqua rei Monetaria Danorum* p. 78. tradit: *non ideo fidei absonum est, si dicamus, Suenonem, cum exularet in Saxonia & omnium Ordinum auxilia emendicaret, se collegio cuidam, vt erat simulator peritus, associasse, & in ea fraternitate nomen Petri gestasse.* Idem nomen Petri etiam ex nummis declarat. PONTANVS *Hist. Dan. lib. V. p. 226.* auctor est, Valdemarum ex compromisso ita rem definuisse, vt ipse Iutiam, Canutus Selandiam cum proximis insulis, Scaniam Sueno possideret. Sequitur eosdem VITVS BERINGIVS. Addit SAXO: *reuersus in regnum Sueno, deque æmulo comitem nactus, remissis e vestigio literis fidem Cæsaris aperta fraudis exprobatione damnauit, initasque cum eo pactiones obsequii negatione subuertit; in eas se conditiones fallaciter adductum affirmans, in quas Danicorum adhuc Regum nemo concesserit.* Adde MEVRSIVM *Hist. Dan. lib. V. p. 89.*

15) HELMOLDVS lib. I. cap. LXXIII. *circa idem tempus dierum illorum occisus est Hermannus Comes, in castro Winzeburg, vir potens, & magnarum pecuniarum, & orta sunt contentiones inter Ducem nostrum* (Henricum Leonem) *& Marchionem Adalbertum, propter castra & facultates eius. Propter hos compacandos denunciauit Rex curiam apud Marcipolim, Ciuitatem Saxoniæ, mandauitque Principibus solenniter adesse; missaque Legatione Reges Danorum tumultuantes euocauit vt decerneret inter Eos, mediante iustitia. Tunc Kanutus, quem tertio Dania pulsum supra dictum est, venit ad Ducem nostrum, rogans, vt eius conductu & auxilio in Curia potiri mereretur. Porro Archiepiscopus conduxit Suein Regem, habens inter multos Religiosos & honestos Viros Dn. Vicelinum Episcopum in Comitatu suo. Et habita est Curia illa celebris apud Marcipolim, vbi Principes Danorum confœderati sunt. Suein coronato in Regem, cæteris eidem hominio subactis. Dissensio autem qua erat inter Ducem & Marchionem, sedari non poterat, eo quod Principes elati Regis adhuc recentis monita parui penderent. Persuasit ergo Archiepiscopus Vicelino Episcopo, vt inuestituram de manu Regis perciperet, non fructum Ecclesiæ, sed odium Ducis intentans. At ille non consensit, ratus iram Ducis implacabiliter accendi. In hac enim terra sola Ducis authoritas attenditur. Soluta est Curia.*

16) Verba sunt OTTONIS FRISINGENSIS *lib. II. c. VI.*

17) Integram epistolam habet OTTO FRISINGENSIS *II. c. VIII.*

18) OTTO FRISINGENSIS *lib. II. c. X.*

19) OTTO FRISINGENSIS *II. c. VII.* ALBERTVS STADENSIS CHRON. AVGVST. *ad a. 1152.* GVNTHERVS *Ligurino lib. I. v. 634. 627. sqq. 740.*

20) CHRON.

Burcardum Aichstadtensem Episcopum fecit deponi. 20) Ad prædictam curiam prænominati Duces, ambo Henrici, pro ducatu Norico contendentes venerunt, sed altero, quod legitime vocatus non fuerit, prætendente, debitum finem negotium ibi habere non potuit. 21) Mense Septembri, Principes, Maioresque Baioariæ a Rege Ratisbonam conuocantur, sed nihil ibi de bono pacis in illa Prouincia, propter duorum Ducum litem potuit terminari. Proximo dehinc mense Decembri, vtrique Duces, in ciuitate Spira Principis adsistunt iudicio, sed iterum altero de legitima vocatione se excusante, rex protelatur. Fridericus autem Imp. tandem, instantia Henrici Leonis flexus, imminente etiam sibi expeditionis labore, in qua eundem iuuenem, militem sociumque viæ habere voluit, finem negotio imponere cogebatur. Proinde in oppido Saxoniæ, Goslaria Curiam celebrans, vtrosque Duces, datis edictis, euocauit. Vbi; dum altero veniente, alter se absentaret, iudicio Principum, Henrico, Saxoniæ Duci, Baioariæ Ducatus adiudicatur. 22) Nondum vero huic iudicio adquiescente Henrico Austriaco, redux ex Italia factus Fridericus, dum ipsi persuadere haut valeret, vt transigeret, a. 1155. diem alium, in Baioaria, versus confinia Bohemorum constituit. 23) Sed cum & eo nihil definiri posset, mediante Octobri, Imperator Ratisbonam, Norici Ducatus Metropolim, Curiam in ea celebraturus, ingreditur, habens secum Henricum Leonem, qui sedente in publico Consistorio Imperatore, possessionem suam, patrumque suorum recepit. 24) Tandem vero in Curia Ratisbonensi a. 1156. ita inter vtrosque conuenit, vt Henricus Austriacus Ducatum Baioariæ per septem vexilla resignaret, quibus Henrico Leoni traditis, ille duobus vexillis Marchiam Orientalem, quæ nunc Austria dicitur, cum Comitatibus ad eam ex antiquo pertinentibus, cum omni iure suo, & cum omnibus beneficiis, quæ quondam Marchio Lupoldus habuit a Ducatu Bauariæ resignauit. Hanc autem ex Principum iudicio Ducatum fecit, eundemque non solum sibi, sed etiam vxori cum duobus vexillis tradidit. Neue inposterum ab aliquo Successorum suorum mutari possit, aut infringi priuilegio, confirmauit, 25) atque treugam ad annum in Baioaria iurari fecit. In eadem Ratisbonensi curia controuersiam circa electionem Coloniensis archiepiscopi post mortem Arnoldi, inter Gerhardum Bunnensem Præpositum, quem Præpositi & Abbates, & Fridericum, Adol-

20) CHRON. MONTIS SERENI *ad an. 1153.* CHRONOGRAPHVS SAXO *ad a. 1154.*

21) OTTO FRISINGENSIS *II. c. XI.*

22) OTTO FRISINGENSIS *II. c. XI.* GVNTHERVS *v. 740.*

23) OTTO FRISINGENSIS II. cap. XXVII. *consummato feliciter via labore, Princeps ad familiaria remeans domicilia, alloquitur in confinio Ratisbonensium patruum suum Henricum Ducem, vt ei transactione facienda, cum altero Henrico, qui iam, vt dictum est, Ducatum Baioariæ, iudicio Principum obtinuerat, persuaderet. Cui dum ille tunc non adquiesceret, iterum diem alium, quo eum, super eodem negotio, per internuncios conueniret, in Baioaria, versus confinium Boemorum constituit. Quo Princeps veniens, Labezlaum Ducem Boemiæ, Albertum, Marchionem Saxoniæ, Hermannum, Palatinum Comitem Rheni, cum aliis viris magnis, obuios habuit. - - - At cum multis modis ad transigendum, nos, qui mediatorum vice fungebamur, operam daremus, infecto adhuc negotio, insalutati abinuicem separati sunt.*

24) OTTO FRISINGENSIS II. c. XXVIII. *post hæc mediante Octobre, Imperator Ratisponam Norici Ducatus metropolim, curiam celebraturus ingreditur, habens secum Henricum, Henrici Ducis filium, in possessionem eiusdem Ducatus mittendum. - - - Igitur sedente ibi in publico consistorio Imperatore, iam sæpe nominatus Henricus Dux possessionem suam, patrumque suorum recepit sedem. Nam & proceres Baioariæ hominio & sacramento sibi obligantur, & ciues non solum iuramento, sed etiam ne vllam vacillandi potestatem haberent, vadibus obfirmantur.*

25) OTTO FRISINGENSIS *II. c. XXXII.* OTTO de S. BLASIO c. VI. *Anno Dominicæ incarnationis MCLIV. Henricus Dux Saxoniæ filius auunculi Friderici Regis, filius Henrici ex filia imperatoris Lotharii ducatum Noricum sui iuris hereditate paterna affectans, cum Henrico filio Leopoldi, patruo Friderici Regis qui eundem Ducatum beneficii loco a Rege Cunrado acceperat, toto nisu contendit Henrico non minore ambitione sibi resistente. Quorum litem Fridericus Rex sedare cupiens, vtrumque enim linea consanguinitatis tangebat, consilio Principum taliter definitum est, vt Marchia Orientalis, quæ prius ducatui Norico iure beneficii subiacens, Ducatus iure & nomine constaret, hocque Henricus filius Leopoldi Principis iure & Ducis nomine & honore sublimatus, contentus esset: Ducatu Norico Henrico Duci Saxoniæ cedente. Ad hæc vtroque consentiente, lite decisa, qui prius Marchio, Dux Orientalis deinceps dictus est. Sicque Henricus fratruelis Welfonis Ducatu Bauariæ & Saxoniæ potitus, hereditatem paternam consequitur.* CHRON. AVGVST. ad a. 1154. *Fridericus Imperator Roma rediens curiam Ratisponensem habuit, & restituto Ducatu Bauariæ Henrico Duci Saxoniæ Marchionatum Austriæ in Ducatum mutauit. Ex quo facto multum est diminutus honor & potentia Ducum Bauariæ: sicut patet in priuilegio imperii hic transcripto.* Sequitur exinde integrum Priuilegium, in quo hæc verba: *litem & controuersiam quæ inter dilectissimum patruum nostrum Hainricum Ducem Austriæ & carissimum nepotem nostrum Hainricum Ducem Saxoniæ diu agitata fuit, de ducatu Bauariæ, hoc modo terminauimus, quod Dux Austriæ nobis resignauit Ducatum Bauariæ, quem statim in beneficium concessimus Duci Saxoniæ. Dux autem Bauariæ resignauit bonis Marchiam Austriæ cum omni iure suo & cum omnibus beneficiis, quæ quondam Marchio Luipoldus habebat a Ducatu Bauariæ. Ne autem in hoc facto minui videatur honor & gloria dilectissimi patrui nostri, de consilio & iudicio Principum, Wadizlao illustri Duci Boëmiæ sententiam promulgante, & omnibus Principibus approbantibus, Marchiam Austriæ in Ducatum commutauimus & eundem Ducatum cum omni iure præfato patruo nostro Heinrico & prænobilissimæ vxori suæ Theodoræ in beneficium concessimus, perpetuali iure sancientes, vt ipsi & liberi eorum post eos, indifferenter filii & filiæ, eundem Ducatum Austriæ hereditario iure a Regno teneant & possideant.* Idem diploma reperitur in ANDR. PRESBYTERI *Chron. Bauariæ p. 27.* FRANC. GVILIMANNVM *lib. V. Habsburg c. VI.* FVGGERVM *Ehren-Spiegel des Hauses Oesterreich lib. II. c. II. p. 168.* & GOLDA-

27) STVM

Adolphi Comitis filium, quem maioris Ecclesiæ Canonici elegerunt, subortam definiuit, ita, vt Fridericum de regalibus inuestiret, sicque eum a Romano Pontifice consecrandum ad Vrbem mitteret. 26)

§. VII. Inter hæc, elapso ad expeditionem Italicam præstituto biennio, vt res Italicas ordinaret, coronam susciperet, & Mediolanensium, qui ipsius legato Sicherio, pacis causa misso, manus intulerant, temeritatem castigaret, 27) indicta expeditione Romana, collectoque apud Augustam milite, 28) Italiam intrat a. 1154. socium habens Henricum Leonem. 29) Castra metatus in Roncaliæ Campis, super Padum, non longe a Placentia. Ibi quorundam & laicorum & secularium feuda qui domi remanserunt, potissimum Hartuici Bremensis, atque Vlrici Halberstadtensis abiudicata fuerunt. 30) Rege etiam apud Roncalias per quinque dies sedente, & ex Principum, ac de vniuersis pene ciuitatibus Consulum seu Maiorum conuentu curiam celebrante, diuersa hinc inde diuersis ex querimoniis emersere negotia. 31) Cumanorum seu Laudensium consules multam super Mediolanensium superbia faciebant querimoniam, præsentibus duobus consulibus eiusdem ciuitatis Oberto de Orto & Gerhardo Nigro. Princeps igitur superiores Italiæ partes aditurus, per Mediolanensium fines transire volens, prædictos consules tanquam viæ duces futuros, & de idoneis tabernaculorum locis disposituros secum retinuit. Dumque a prænominatis consulibus, per arida, vbi nec stipendia inueniri, nec ex mercatu haberi possent, circumduceretur loca, indignatione motus, iussis primo, vt ad propria redirent, consulibus, in Mediolanenses arma conuertit. 32) Captis euersisque diuersis ciuitatibus,

STVM *Tomo I. p. 282.* TOLNERVM *Cod. diplom. n. 57.* Idemque Fridericus II. confirmauit, quam confirmationem exhibet CVSPINIANVS, qui etiam *p. 22.* putat, Marchiam supra Anasum, quæ olim pars Bauariæ fuerat, Austriacis fuisse cessam. Verum, in priuilegio Friderici II. Marchionatus Austriæ & Marchia supra Anasum clare distinguuntur. Totam rem probe declarauit Andr. PRESBYTER *Historia Bauariæ* p. 27. dicens: *Hic Fridericus Imp. Henrico Duci Saxoniæ, filio illius Henrici Ducis Bauariæ a Conrado antecessore suo (vt ex prædictis habetur) eiecti a Bauaria, consilio & rogatu Principum, Ducatum paternum restituit Noricorum, & Henricum patruum suum Marchionem Austriæ tunc Ducem Bauariæ ab eodem Ducatu remouit. Et quod eiusdem Marchionis magna nobilitas, & multa exigebat honestas, vt nomen Ducis non perderet, & vt Duces Bauariæ minus deinceps contra Imperium superbire valerent; Imperator de voluntate & consensu Principum anno Domini MCLVI. in curia Ratisbonæ in natiuitate S. Mariæ habita, Marchionatum Austriæ a iurisdictione Ducis Bauariæ exemit, & quosdam ei Comitatus de Bauaria adiungens, conuertit in Ducatum: iudiciariam potestatem principi Austriæ ab Anaso vsque ad siluam prope Patauiam quæ dicitur Rosental protendendo. Sic igitur ille Heinricus factus est primus Dux Austriæ: Huc vsque namque quatuor Marchiones, Austriæ, Stiriæ, Istriæ & Chambensis (qui dicebatur de Vohburg) euocati ad celebrationem curiæ Ducis Bauariæ veniebant, sicut hodie Comites & nobiles ipsius terræ facere tenentur.* Sequitur eundem ADLZREITERVS *Annal Boïc. p. I. lib. XXI. n. 29.* AVCTARIVM AFFLIGEMENSE ad a. 1156. *Henricus Marchio Austriæ creatur primum Dux Austriæ a Friderico Imperatore Ratisbonæ.* HENR. STERO *ad a. 1156.* GVNTHERVS *Ligurino lib. V. v. 560.* Vid. OTTO de S. BLASIO *c. VI.* HELMOLDVS *I. c. LXXXIV.* CHRONOGRAPHVS SAXO *ad a. 1156.* ALBERTVS STADENSIS CHRON. RIGAVG. *ad a. 1156.* GOBELINVS PERSONA *at VI. c. LX.* HIST. DE GVELPHIS *p. 798.*

26) OTTO FRISINGENSIS *lib. II. c. XXXI. XXXII.*

27) Hanc rationem multis verbis exponit OTHO MORENA *Hist. Rerum Laudensium sub initium* apud LEIBNITIVM *Tom. I. p. 806.* Potissimum p. 807. ita scribit: *Fridericus cuidam suo legato Sicherius nomine iussit, quatenus litteras susciperet Mediolanumque deferret, ac viua voce Mediolanensibus ex parte sua præciperet, vt sicut eis litteræ nuntiauerint, ita peragant omni modo. Consules vero palam & in communi cœtu litteris ipsis perlectis valde ira & furore commoti, ipso Sicherio aliisque videntibus, ipsas litteras pariter cum ipso sigillo in terram proiecerunt, & pedibus suis fregerunt atque conculcauerunt, insuper etiam super ipsum Sicherium omnibus vnanimiter irruentibus, ipse fugiendo se abscondens vix euasit.*

28) OTTO FRISINGENSIS II. cap. XI. *post hæc Princeps de Saxonia in Baioariam se recipiens, ac inde per Alemanniam transiens, anno Regni sui tertio, in Campania Lici fluminis termino Baioariæ, contra ciuitatem Augustensem, circa principium mensis Octobris militem in Italiam iturus collegit, finitis, ex quo iurata fuerat prima expeditio, duobus annis.*

29) HELMOLDVS I. cap. LXXVIII. *post hæc abiit Dux noster in Italiam cum Rege pro Corona Imperiali.*

30) Hanc rem plenius declarat OTTO FRISINGENSIS *II. c. XII.* dicens: *inde castra mouens in campo Roncaliæ super Padum, non longe a Placentia, mense Nouembri resedit. Est autem consuetudinis Regum Francorum, quæ & Teutonicorum, vt quotiescunque ad sumendam Romani Imperii coronam, militem ad transalpizandum coëgerint, in prædicto campo mansionem faciant. Ibi ligno in altum porrecto scutum suspenditur, vniuersorumque equitum agmen feuda habentium, ad excubias proxima nocte Principi faciendas, per curiæ præconem exposcitur: quod sectantes qui in eius Comitatu fuerunt, singuli singulos beneficiatos suos per præcones exposcunt, & sequenti die quicunque nocturnis vigiliis defuisse deprensus fuerat, denuo ad præsentiam Regis, aliorumque Principum, vel virorum illustrium euocatur: sicque omnes omnium beneficiati, qui sine bona voluntate Dominiorum suorum domi remanserunt, in feudis condemnantur. Hunc morem Principe secuto, non solum laicorum feuda, sed & quorundam Episcoporum, id est, Hartuici Bremensis, & Vlrici Halberstadensis regalia personis tantum, quia nec personis, sed Ecclesiis perpetualiter a Principibus tradita sunt, abiudicata fuere.*

31) OTTO FRISINGENSIS *II. c. XII.*

32) OTTO FRISINGENSIS *lib. II. c. XII.* Ipse Imp. in epistola ad dictum Ottonem *pag. 403. Mediolanenses, cum ad terram eorum venissemus, a terra copiosa sua declinantes, tres dies in solitudine nos duxerunt.*

33) Hæc

bus, 33) potissimum Chaira & Asta 34) demum Terdonam cepit, quæ primum militum direptioni exposita, post excidio & flammis fuit deleta. 35) Hinc Papiam pergens, Dominica Iubilate a. 1155. in Templo S. Michaëlis, vbi antiquum Regum Longobardorum palatium fuit, cum multo ciuium tripudio coronatur. 36) Postquam Romanæ vrbi adpropinquaret, Romani legatos ad eum mittebant, qui post quam multa de vrbis Monarchia arroganter dixissent, petebant, vt antiqua illorum priuilegia confirmaret, Officialibus Romanis quinque millia librarum expenderet, atque omnem iniuriam a Romanis propelleret. His postulatis indignatus Fridericus, imperium non amplius apud Romanos, verum Francos esse respondebat, se iusta ipsis non denegare, pecuniam tamen præbere nefas esse. 37) Inuitante igitur Papa, vrbem Leoninam armatus fuit ingressus. 38) Mox Princeps ad gradus Ecclesiæ beati Petri veniens, ab Hadriano IV. summo Pontifice honorifice susceptus, ac vsque ad confessionem beati Petri deductus est. Dehinc celebratis ab ipso Papa missarum solennibus, armato stipatus Rex milite, cum benedictione debita Imperii coronam accepit, anno regni sui IV. XIV. Kl. Iulii 1155. cunctis qui aderant magna lætitia acclamantibus, Deumque super tam glorioso facto glorificantibus. 39) Dum hæc agerentur, Romanus populus cum Senatoribus in Capitolio conuenerant. Audientes autem Imperatorem sine sua adstipulatione Coronam Imperii accepisse, in furorem versi, cum impetu magno Tiberim transeunt: ac iuxta ecclesiam beati Petri procurrentes, quosdam ex stratoribus qui remanserant, in ipsa sacrosancta Ecclesia necare non timuerunt. Clamor attollitur. Audiens hæc Imperator, militem ex æstus magnitudine, sitisque ac laboris defatigatione recreari cupientem, armari iubet. Festinabat eo amplius, quo timebat, furentem plebem in Romanum Pontificem Cardinalesque irruisse. Pugna conseritur, ex vna parte iuxta castrum Crescentii cum Romanis, ex altero latere iuxta piscinam cum trastyberinis. Prœlium hoc a decima pene diei hora vsque ad noctem protractum est. Cæsi

33) Hæc prolixius describit OTTO FRISINGENSIS *lib. II. c. XIII. XIV. XV.*

34) Ipse Imp. ad Frisingensem *p. 403. Chairam maximam & munitissimam villam destruximus, & ciuitatem Astam incendio vastauimus.* OTTO FRISINGENSIS *lib. II. c. XV.*

35) OTTO FRISINGENSIS *II. c. XVI. XVII. XVIII. XIX. XX.* OTTO de S. BLASIO *cap. VII.* MORENA *p. 811.* HELMODLVS *I. c. LXXIX.* CONRADVS VRSPERGENSIS *pag. 283.* GVNTHERVS *Ligurino lib. III. v. 159.* GOTTFRIDVS VITERBIENSIS *p. 352.*

36) OTTO FRISINGENSIS *II. c. XX.* CONT. LAMBERTI *ad a. 1155.* GVNTHERVS *lib. III. v. 215.*

37) Hanc orationem vna cum Imp. responsione integram refert OTTO FRISINGENSIS II. c. XXI. *Imp. quidem inter alia sic loquitur: non cessit nobis nudum Imperium: virtute sua amictum venit, ornamenta sua secum traxit. Penes nos sunt consules tui: penes nos est senatus tuus: penes nos est miles tuus. Proceres Francorum ipsi te consilio regere, Equites Francorum ipsi tuam ferro iniuriam propellere debebunt.* GVNTHERVS *Ligurino lib. III. v. 565.* Aliter rem narrat HELMOLDVS I. c. LXXIX. dicens: *miserunt ergo Romani legatos ad regem in castra, qua dicerent ei, paratum esse Senatum, & vniuersos ciues vrbis; ad excipiendum eum cum triumphalibus pompis, siquidem Imperatorio more sese exhibuisset. Quo percunctante modum, quo sese exhibere deberet, illi aiunt, Regem propter Imperiale fastigium Romam venientem decet venire more suo, hoc est, in curru aureo purpuratum, agentem pra curribus suis tyrannos bello subactos, & diuitias gentium. Praterea oportet eum honorare vrbem, que caput orbis est, & mater imperii, & dare senatui qua edictis prafixa sunt, videlicet quindecim millium libras argenti, vt per hoc suscitentur animi senatus ad beneuolentiam, & exhibeant ei honorem triumphalem, & quem electio principum Regni creauit Regem, autoritas senatus perficiat Casarem. Tunc Rex subridens, grata, inquit, promissio, sed cara emptio. Magna requiritis, o viri Romani, de exinanita camera nostra. Puto autem quia occasiones quaritis aduersum nos, imponendo non imponenda. Consultius vero agitis, si his omissis, amicitia potius nostra quam armorum ceperitis experimentum. At illi pertinacius instabant, dicentes: iura ciuitatis nullatenus irritanda, sed gerendum morem senatui, alioquin aduentanti claustra vrbis obiicienda.* Ipse Fridericus in epistola sua *p. 403.*

38) AVCTARIVM AFFLIGEMENSE *ad Sigebertum Gemblacensem ad a. 1155. Fridericus hoc anno Romam peruenit, multis in itinere laboribus attritus, & diuersis hostiliter obsistentibus, quos omnes superauit, & ad deditionem atque subiectionem compulit. Romanis principibus mandauit, vt se cum pace susciperent, & subiectionem non negarent. Quod illi renuerunt dicentes, quod nisi ad quas vellent conditiones adquiesceret, ipsos non subiectos sed hostes sentiret. Imperator Romam armatus ingreditur, Papam Adrianum amicum sibi inueniens.*

39) OTTO FRISINGENSIS *II. c. XXII.* qui etiam addit: *interim a suis pons, qui iuxta castrum Crescentii ab vrbe Leonina vsque ad ingressum ipsius extenditur Vrbis, ne a furente populo celebratis huius iucunditas interrumpi posset, seruabatur. Peractis omnibus, Imperator cum corona solus equum phaleratum insidens, cateris pedes euntibus per eandem qua introierat portam, ad tabernacula qua ipsis muris adharebant, reuertitur. Romano Pontifice in palatio, quod iuxta Ecclesiam habebat, remanente.* ALBERTVS verò STADENSIS ad a. 1155. tradit Imperatorem Papam in castra inuitasse, addens: *veniente ergo eo in castra, Rex festinus ei occurrit, & descendenti de equo tenuit strepam, duxitque per manum in tentorium.* HELMOLDVS *I. c. LXXX.* OTTO de S. BLASIO c. VII. *exin ad Vrbem tendens, Romanis resistentibus, Vrbe arcetur, quos forti aggressione in breui expugnans, multis occisis, fauente sibi Adriano quarto Apostolico, Vrbem ingreditur, ab eoque consecratus, Imperatoris & Augusti nomen, nonagesimus quartus ab Augusto sortitur.* DODECHINVS, ALBERICVS, CHRON. MONTIS SERENI, ALBERTVS STADENSIS, CONT. LAMBERTI, CONRADVS VRSPERGENSIS, MORENA IO. de CECCANO *Chron. Fossa noua.* AVCTARIVM AFFLIGEMENSE *ad a. 1155.* MONACHVS WEINGARTENSIS *ad a. 1154. Fridericus expeditionem Romanam aggressus est, in qua Imperiali benedictione ab Adriano Papa sublimatur. In festo sancti Michaëlis recedens, & post annum in eodem tempore reuertens.* CHRONOGRAPHVS SAXO in annum 1156. reiicit.

40) OTTO

Cæsi fuerunt ibi, vel in Tyberi mersi pene mille, capti ferme ducenti, sauciati innumeri, cæteri in fugam versi, vno tantum ex Germanis occiso, vno capto. 40) Demum deleta Spoletanorum vrbe, Veronam venit, vbi in præcipitio cuiusdam montis latrones quidam ipsi insidias posuerant, Otto vero Palatinus de Wittelbach montana adscendit, latronesque a tergo signo dato, cum clamore inuadens, in præcipitium compulit, sicque omnibus morti datis, captos ex eis XII. præcipuus Imperatori tradidit, ex quibus XI. patibulo suspensi, vno dimisso, qui reliquos laqueo suspenderat. 41) Inde recepta in fidem Apulia, dimisso exercitu, Alpes transgreditur. Dehinc per Tridentum, vallemque Tridentinam transiens, ad Bauzanum vsque peruenit, inde in Baioariam, controuersiam de eius Ducatu, vt ante diximus, compositurus. 42)

§. VIII. A. 1156. Septembri mense Comitia Ratisbonæ celebrauit, in iisdemque Henrico Leoni Bauariæ possessionem adiudicauit, 43) & Veronenses in gratiam recepit. Hardeuicus etiam, Ratisbonensium Episcopus, qui absente Imp. electus, eo quod vasallos suos contra morem inuestiuerat, nondum acceptis ab Imp. regalibus, compositionis incurrit noxam, siue centum libris fuit mulctatus. 44) Venerunt eo Arnoldus Moguntinus archiepiscopus, & Hermannus Rheni Palatinus Comes, alter de altero querimoniam facientes. Manente enim in Italia Principe, totum pene transalpinum Imperium seditionibus motum, ferro, flamma, publicisque congressionibus fuit turbatum. Finitis Comitiis, ad partes Rheni se confert Imp. proximum natale Domini Wormatiæ celebrauit. Ad hanc curiam iidem venientes de hoc, quod absente Friderico, terram illam præda & incendio perturbarunt, in causam ponuntur: ambobusque cum complicibus suis reis inuentis, alteri ob senii morumque grauitatem, & Pontificalis ordinis reuerentiam parcitur, Hermannum vero Palatinum cum decem Comitibus, inter quos Enicho, Leiningensis, Gotfridus Spanheimensis, Henricus Catilenbocensis, Conradus Kirchbergensis Comes complicibus suis canes per Teutonicum milliare portare coëgit. Hoc tam districto iudicio per totam transalpini Imperii latitudinem promulgato, tantus omnes terror inuasit, vt vniuersi magis quiescere, quam bellorum turbini inseruire vellent. Accessit ad huius tam magni boni augmentum, quod Princeps circumquaque non impigre discurrens, nonnullorum raptorum castra, munitiones, receptacula diruit, quosdam comprehensos capitali sententia plectendo, alios patibuli tormento torquendo. 45) Exinde etiam Leges Fridericus tulit de pace tenenda, vt & pœnis & Legibus turbas Germaniæ tam fatales sedaret.

§. IX. Eodem anno 1156. in ciuitate Orientalis Franciæ Herbipoli, regio apparatu, multa Principum adstipulatione; repudiata priori coniuge Adelheida, iuncta sibi Beatrice, Rainaldi Comitis filia, nuptias celebrauit, quam Rainaldus non multo post a. 1156. moriens, totius terræ suæ hæredem reliquit. 46) Hinc Imp. Burgundiam a Bertolfo Duce

40) OTTO FRISINGENSIS *II. cap. XXII.* ALBERICVS *ad a. 1155.*

41) Ipse Imp. in epistola ad Frisingensem *p. 404. Veronam vsque peruenimus, qualiter illi in præcipitio cuiusdam montis nobis insidias posuerint, & qualiter a nobis occisi, & duodecim suspensi sint, tu nosti.* MORENA *p. 813.* OTTO de S. BLASIO *cap. VII.*

42) OTTO FRISINGENSIS *II. cap. XXIII. XXIV. XXV. XXVI.* Fridericus in epistola p. 404. MORENA *Hist. Rer. Laudensium p. 813.* GVNTHERVS *Ligurino lib. IV. v. 331.*

43) OTTO FRISINGENSIS II. cap. XXVIII. CHRONOGRAPHVS SAXO ad a. 1157. *Fridericus Imperator Radispone conuentum habuit, vbi ipso mediante Heinricus Dux Saxoniæ ducatum Bauariæ optinuit. Heinricus Bawaricus Marchiam terræ illius retinuit.*

44) OTTO FRISINGENSIS II. cap. XXVIII. *impetitur ibi Hardeuicus, qui nouiter per electionem cleri & populi, & metropolitani sui consecrationem, Pontificatum eiusdem ciuitatis acceperat. Regalia siquidem, quæ iuxta rationes curiæ, nulli Episcoporum, militi antequam de manu Principis suscipiantur, tradere licet, ipse huius rei nescius, impræmeditate morante adhuc in Italia Principe tradiderat, ob ea in causam positus, dum & factum inficiari, qualitatemque facti defendere nequit, compositionis incurrit noxam. Cæterique quoque ab eo susceperant, quique iuxta suam conditionem & sortem, in plusue minusue consimili pœna damnantur. Est enim lex curiæ, quod quisquis de ordine Principum Principis sui iram incurrens, compositionem persoluere cogatur, centum librarum debitor existat; cæteri minoris ordinis viri siue ingenui, siue liberi, vel ministri, decem.*

45) Latius hæc exponit OTTO FRISINGENSIS *II. c. XXVIII.* GVNTHERVS *Ligurino lib. V.* DODECHINVS. CHRON. LOBIEN. *ad a. 1155.*

46) Totam rem exponit FRISINGENSIS lib. II. c. XXIX. *Sequenti hebdomada* (post festum Pentecostes) *Imperator in ciuitate orientalis Franciæ Herbipoli, regio apparatu multa principum adstipulatione, iuncta sibi Beatrice Reinaldi Comitis filia nuptias celebrat. Reinaldus iste de antiqua & illustri Burgundionum prosapia originem trahens, illius Burgundiæ Comes dicebatur, quæ olim a Rudolfo Rege Imperatori Henrico, Conradi filio, cum testamento relicta, regnum erat. Hæc eadem Prouincia est, a qua Conradus Dux, eiusque filius Bertolfus Duces vocari consueuerunt. Quæ vero huius disceptationis causa fuerit, paucis absoluam. Mos in illa, qui pene in omnibus Galliæ Prouinciis seruatur, remansit, quod semper seniori fratri eiusque liberis, seu maribus, seu fœminis, paternæ hereditatis cedat auctoritas, cæteris ad illum tanquam ad Dominum respicientibus. Ex qua consuetudine factum est, vt Guilhelmus qui dicebatur puer, huius ex parte patris consanguineus, Conradi vero Ducis sororis filius rerum summam dum adhuc viueret, illa in Prouincia haberet. Quod fraude suorum rebus humanis exempto, Reinbaldo Comiti iure hereditario Dominium cessit. Actum est hoc sub Henrico V. seu Lothario II. Verum prædictus Comes nimis iustitiæ suæ confisus, erat enim homo lenis, & nimia lenitate remissus, curias Principis adire neglexit. Ex quo factum est, vt indignatione motus Princeps, prædictam terram Conrado Duci concederet, sicque vterque vicina sibi vendicaret*

Duce extorsit: Idem Imp. datis literis Viennensem archiepiscopum in Regno Burgundiæ Sacri Palatii Archicancellarium & summum constituit Notarium. 47) Ciuitatem etiam Lugdunensem & totum Episcopatum liberum fecit ab omni extranea potestate, salua per omnia Imperiali iustitia. 48) Inde Proceres & nobiles Burgundiæ fidelitatem ipsi facientes, beneficia ab illo receperunt, regalibus tamen Imp. reseruatis. 49)

§. X. Eodem tempore, Græcorum etiam perfidiam fuit expertus. Commorante enim in Italia Imp. horum legati, literas ab eodem sigillo clausas per surreptionem impetrauerant. Redeunte igitur ad transalpina Principe, Græci Campaniam simul & Apuliam ingrediuntur, ostensisque imperialibus litteris, maxima sibi a Principe concessa fuisse mentiuntur: Sicque indigenas quosque non solum auctoritate Imperatoris terrendo, sed & auro corrumpendo, totam Prouinciam ad suam ditionem inclinant. Adiuuabantur a diuersis Principibus, præterea totus pene populus in ciuitatibus oppidisque manens, eo quod iamdiu Guilielmi patrisque sui Rogerii tyrannide premeretur, tanquam de iugo tam graui liberari optans, illis adhærebat. Ad dictam igitur Curiam Herbipolitanam Guibaldus Corbeiensis e Græcis rediens venit, legati Græcorum, qui cum eo ad Imperatorem destinati fuerant, apud Iuuauiam relicti, non admittebantur. Tandem inclinatus quorundam precibus, audientiam eis præstare disponit, & ad hoc dies eis in Notico castro, mense Iulio præscribitur. 50) Interim expeditionem illic iurari fecit. 51) Non multo tamen post, ex quo cognouit, Guilielmum, fusis Græcis, Apuliam & Calabriam recepisse, consilium mutauit, expeditionem contra Græcos remisit, potius ad compescendam Mediolanensium contumaciam iram conuertit. 52)

§. XI. Dum interim nouam in Italiam meditaretur expeditionem, exortum fuit bellum Polonicum. Bolislaus enim Latislaum fratrem, qui filiam Leopoldi, Austriæ Marchionis sortitus fuerat vxorem, expulerat, de quo ipse apud Conradum Imp. fuit conquestus, atque hoc defuncto, apud Fridericum. Accedebat, quod debitum fidelitatis sacramentum offerre, vel solitum singulis annis tributum quingentarum marcarum publico ærario inferre iam desueuerant. 53) Anno igitur 1157. mense Augusto, Viadrum tran-

dicaret loca. Longa itaque concertatione in tantum vt etiam in campo congressu publico ab eis pugnaretur, pene vsque in præsentiarum deducta est hæc controuersia, donec recenter ab Imperatore, sicut cognouimus, eo tenore decisa est: Quod Bertolfus prædicti Conradi filius, in negotii transactionem, tres ciuitates inter Iuram & montem Iouis Losannam, Gebennam & N. accepit, cæteris omnibus Imperatrici relictis. ALBERICVS ad a. 1156. *Fredericus Imperator iudicio & consilio Archiepiscoporum & Episcoporum relicta vxore sua duxit filiam Comitis Burgundionum Rainald nomine, de Vltra Saonam, quam patruus suus Comes Guillelmus arcta turris custodia diu clausam tenuerat, vt eum perderet, & hereditatem eius fraudulenter praeriperet, sed Deo miserante de manibus eius liberata Imperatori in coniugium copulata est.* OTTO de S. BLASIO *c. XXIV.* DODECHINVS & AVCTARIVM AFFLIGEMENSE *ad a. 1156.* eam male vocant Agnetem. CONTINVATOR HISTORIAE RERVM LAVDENSIVM MORENARVM p. 848. *Beatrix erat mediocris staturæ, facie pulcherrima, dentibus candidis bene compositis, erectam habens staturam, ore pusillo, vultu modesto, oculis claris, suauibus & blandis, sermonibus pudica, manibus gracilis, litterata.* Breuibus, Conradi successionem ad a. 1127. refert DODECHINVS.

47) OTTO de S. BLASIO *c. XXI.*

48) Vtrumque CONRINGIVS *de Finibus Imperii lib. I. c. XIII. p. 188.* ex tabulis antiquis declarat. PETRVS de MARCA *de Primatibus* §. 121.

49) RADEVICVS I. c. XI. *denique (quod modo viuentium excedit memoriam hominum, aliquando contigisse) Stephanus Viennensis Archiepiscopus, & Archicancellarius de Burgundia, & Eraclius Archiepiscopus & primas Lugdunensis, & Odo, Valent. Episcopus, & Ganfredus Auinionensis & Siluio magnus Princeps & præpotens de Claria, tunc ad Curiam venientes, Friderico fidelitatem fecerunt atque hominium, & beneficia sua de manu illius reuerenter susceperunt. Arelatensis autem Archiepiscopus, & alii omnes Archiepiscopi, Episcopi, Primates, & nobiles venissent, idemque fecissent, nisi mora Principem adeundi compendio sua breuitatis præstitisset impedimentum. Missis tamen per honestos valde, & industrios nuncios literis; omnimodam subiectionem, & debitam fidelitatem Imperio Romano compromiserunt.* Quæ vero Regalia sibi Imp. reseruarit, patet ex literis Inuestituræ, concessæ Raymundo, Prouinciæ Comiti apud PETRVM de MARCA *in Marca Hispanica App. p. 1331.* in quibus hæc verba: *insuper dat ei in feudum ciuitatem Arelatensem, ita vt omnes ciues sint ad eius fidelitatem & seruitium sicut esse deberent ad seruitium ipsius Imperatoris, tam milites quam populares, ita quod omnia regalia ipsius sint tam in monetis quam in portubus & in ripaticis, pratis, pascuis, salinis, & omnibus aquis, aquarumue decursibus, & omnino omnia hæc quæ ad ius imperiale spectant.*

50) OTTO FRISINGENSIS *II. c. XXIX.*

51) OTTO FRISINGENSIS *II. c. XXX.*

52) Sic enim ipse Imp. ad OTTONEM FRISINGENSEM lib. II. c. XXX. *cum enim ea, quæ necessitatis caussa instituta fuerint, cessante necessitate, cessare debeant. Expeditionem, quam proxime Wirtzeburg propter inuasionem Græcorum in Apuliam iurari præcepimus, post fugam eorum, tibi, cæterisque Principibus relaxamus, vt alia Imperii negocia promptiores eos inuenire possimus.*

53) Caussam huius expeditionis describit RADEVICVS lib. I. c. II. *Boizlaus, Cazimerus & tertius item Labizlaus, qui Gertrudem neptem Imperatoris, filiam Leopoldi Marchionis Austriæ sortitus fuerat vxorem, totam terram funiculo hereditatis tenere debebant maiore natu, quem vltimo posuimus loco, nomen & honorem Ducis habente. Quo a fratribus per vim cum regalis sanguinis vxore proiecto, & ad Conradum Romani Imperii tunc Principem perfuga profecto, & clementer recepto. Missa ad prænominatos tyrannos crebra legatione, vt in pristinum statum fratrem reciperent, Rex spretus est, Ducisque exilium vsque ad obitum Regis durauit. Diuo autem Principe Friderico rerum summam gubernante, pari modo mandatum eius floccipendere sibi impune arbitrabantur. Cessit vero his, secus ac rati sunt. Nam & altioris spiritus, & acrioris ingenii Principem, multiplicata iniuria vlterius dissimulare facinus* non

transiens, contra Polonos procinctum mouit. 54) Dux autem se pareri haut videns, in territorio episcopatus Posnaniensis circa partes Crisgouæ pedibus Imperatoris prouolutus, interuentu Principum, hoc tenore in gratiam receptus est. Primo iurauit, pro se, & pro omnibus Polonis, quod frater suus exul, ad ignominiam Romani Imperii, non fuerit expulsus. Deinde pollicitus est dare duo millia marcarum Imperatori, & Principibus mille, Imperatrici viginti marcas argenti, Curiæ ducentas marcas argenti, ob eam negligentiam, quod ad Curiam non venerat, nec de Terra debitam fecerat fidelitatem. Iurauit quoque Italicam expeditionem; deinde iurauit, vt in proxima Natiuitate Domini, ad Curiam Magdeburgi celebrandam, venire deberet, iuxta iudicium & sententiam Polonorum & Boemorum, super querimonia fratris sui expulsi, plenarie responsurus. Sicque iurata Imp. fidelitate, sicut mos erat, & de supradictis omnibus fideliter adimplendis, acceptis obsidibus, Gazimero videlicet, fratre Ducis, & aliis nobilibus, gloriosam adeptus victoriam, Deo Duce feliciter Augustus reuertitur. Ipse tamen Dux dolis plenus & acerbam dominationis cupidinem mente gerens iamiam suis promissionibus, vt postmodum patuit, moliebatur insidias. Nam nec ad Curiam venit, nec sufficientes pro se Procuratores misit: Italicam quoque expeditionem, violato sacramento mentitus est. 55)

§. XII. Non multo post, apud Herbipolim Constantinopolitani Imp. legati cum muneribus suam peragunt legationem: quia tamen verba eorum in quibusdam fastum regalem & Græcum & subornato sermone, videbantur sapere tumorem, Imperator eos despexit, & nisi in melius commutata sententia, commodius sibi prospexissent, si fieri poterat saluo nunciorum priuilegio, dissimulationem agente Principe, prope fuit, vt a quibusdam ignominiosum & ærumnosum accepissent responsum. Placatus tamen multis eorum precibus & lacrymis Imperator, veniam insuper his donauit: accepta sponsione, quod deinceps spernentes ampulosa, non nisi eam quam decere Romanum Principem, & Vrbis ac orbis Dominatorem reuerentiam suis salutationibus apportarent. Indulgentiam & gratiam consecuti, Fridericum de Rotenburg, Ducem Sueuiæ, filium Conradi Regis, adhuc adolescentulum, in præsentia sua gladio accingi, & militem profiteri postulant, & impetrant. Matertera siquidem ipsius Hirena Imperatrix Constantinopolitana multis & magnificis puerum visitauerat legationum muneribus, idque legatis in mandatis dedisse tradebatur, ne quando nisi completo negotio in Græciam reuerterentur, adstipulante proprio marito, ob gratiam & amicitiam cum patre pueri, Rege Conrado habitam. 56) Ibidem tunc affuere etiam Henrici Angliæ Regis missi, varia & pretiosa donaria, multo verborum lepore adornata, præsentantes. 57) Aderant præterea diuersarum nationum, vtpote de Dania, Pannonia, Italia, seu Burgundia diuersæ legationes, quarum portitores se mutuo videntes, atque certatim munera & supplicationes adserentes, singuli singulis stuporem pariter atque admirationem addidere. 58) Ex quo Maiestas Imperii Friderici satis patescit.

§. XIII. Eodem anno 1157. mense Octobri mediante, Imperator apud Bisuntiam curiam celebraturus, in Burgundiam iter adgreditur, in qua ciuitate pene omnibus Proceribus terræ illius adunatis, multis quoque exterarum gentium, vtpote Romanis, Apulis, Tuscis, Venetis, Italis, Francis, Anglis & Hispanis per legatos suos Imp. aduentum præstolantibus, festiuissimo apparatu & solenni fauore excipitur. 59) Mittebat ad eandem Curiam Adrianus IV. Pontifex legatos, Rolandum Cardinalem presbyterum tituli S. Marci, & Bernhardum tituli S. Clementis, ob Lundinensem Archiepiscopum, qui in reditu a Romana

non sinebant. Accessit siquidem ad hæc quod vel debitum fidelitatis sacramentum offerre, vel solitum singulis annis tributum quingentarum marcarum, publico ærario inferre iam desueuerant, talibusque indiciis aperte se ab Imperio desciuisse, & non clanculum, sed euidentem rebellionem moliri protestabantur.

54) CONT. LAMBERTI ad a. 1157. *Imperator in Poloniam cum exercitu venit, ducem illius prouinciæ in deditionem suscepit, & sic rediit.* RADEVICUS lib. I. c. III. *Imperator ergo cum magnis copiis Poloniam, quamuis arte & natura admodum munita sit, ita vt priores Reges seu Imperatores vix magna difficultate ad fluuium Oderam peruenissent, fretus ope diuina, qua visibiliter exercitum præcessit, clausuras illorum, quas in angustis locis præcisa densitate sylvarum fecerant, & magna mole ingeniose obstruxerant, penetrauit, & XI. Kalend. Septembris prænominatum amnem, qui ex illa parte totam Poloniam quasi murus ambit, & profunditate sui gurgitis omnes excludit aditus, præter opinionem incolarum, cum magno exercitu transuadauit. Tantum enim omnes tenebat transeundi desiderium, vt alii natando, alii, quodlibet instrumentum fors obtulisset, eo pro nauicula vtendo transirent:* OTTO de S. BLASIO *c. VII.* qui tamen hanc expeditionem ad a. 1155. refert.

55) RADEVICUS *lib. I. c. III. IV. V.* Licet CROMERUS *Hist. Polon. lib. VI. p. 147.* hasce conditiones pro incertis habeat. OTTO de S. BLASIO c. VII. *nam post regressum Regis periurus effectus, nec expeditioni interfuit; nec cætera quæ sacramentis firmauerat, custodiens, iram denuo Regis promeruit.*

56) RADEVICUS *I. c. VI.*

57) RADEVICUS I. c. VII. qui etiam litteras Henrici inseruit, in quibus hæc verba: *regnum nostrum, & quicquid vbique nostra subiicitur ditioni, vobis exponimus, & vestra committimus potestati, vt ad vestrum nutum omnia disponantur, & in omnibus vestri fiat voluntas Imperii. Sit igitur inter nos & populos nostros dilectionis & pacis vnitas indiuisa, commercia tuta, ita tamen vt vobis qui dignitate præminetis, imperandi cedat auctoritas, nobis non deerit voluntas obsequendi.*

58) RADEVICUS *I. c. VIII.*

59) RADEVICUS *I. c. VIII.*

60) Patet

mana Curia fuerat captus, & custodiæ mancipatus. 60) Hi arroganter 61) nimis Imperatorem Imperium beneficio Papæ habere, adserebant. 62) Indignatus de hoc Imp. omnesque Imperii Proceres, vt parum abfuisset, quin per Ottonem Palatinum de Witelsbach manus legatis fuerint illatæ. 63) Papa vero ad Germaniæ Episcopos litteris datis, de iniuria legatis illata conqueritur: 64) hi vero Papam, vt Cæsaris iram mitigarent, admonebant. 65) Noua igitur a. 1158. a Pontifice in Germaniam mittitur legatio, quæ Imp. mitigaret, datisque litteris, se per beneficium non feudum, sed bonum factum intelligere professus. 66) In ista vero Curia omnes Burgundiæ Episcopi & Principes ipsi fidelitatem fecerunt. Immo Imp. III. Kl. Augusti a. 1178. corona Arelatensi fuit redimitus. 67)

§. XIV. Rebus in Burgundia ordinatis, in Saxoniam iter flectit, diemque natiuitatis Magdeburgi celebrauit, vbi Poloni promissa sua adimplere debuerant, fidem tamen fuerunt mentiti. Deinde in Baioariam tendens, Ratisbonæ Curiam magna cum frequentia Principum in octaua Epiphaniæ 1158. agit. Ibi inter cæteros, qui tunc crebri aderant, etiam Regis Vngariæ Geisæ legati affuere, dum frater ipsius Stephanus a regno eiectus, Imp. auxilium implorasset. Imperator partibus auditis, cum videret rem eo venturam, vt aut in communi diuidendo, aut in vnius condemnatione litem opus esset terminari, conferens quoque in corde suo plurium negociorum occupationes, ad opportuniora tempora decisionem huius litis placuit protelandum. Itaque rogatus a Stephano, per Venetias illum transmittitit in Græciam. Legatos quoque Regis, acceptis ab eis muneribus, ferme ad mille talenta, simulque eos sua liberalitate honoratos, ad Principem suum remeare concessit. 68)

60) Patet hoc ex litteris Adriani ad Imp. scriptis apud RADEVICVM *lib. I. c. IX.* in quibus hæc verba: *qualiter enim venerabilis frater noster E. Londonensis Archiepiscopus, dum a sede Apostolica remearet, a quibusdam impiis & scelestis (quod sine grandi animi mœrore non dicimus) in partibus illis captus fuerit, & adhuc in custodia teneatur: qualiter etiam in ipsa captione prædicta, viri impietatis, semen nequam, sibi scelerati, in eum & in suos euaginatis gladiis violenter exarserint, & eos ablatis omnibus, quam turpiter atque inhoneste tractauerint: & Tua Serenissima Celsitudo cognoscit, atque ad longinquas & remotissimas regiones fama tanti sceleris iam peruenit.* OTTO de S. BLASIO *c. VIII. Anno Dominica incarnationis MCLVI. Episcopus Lundoniensis, cum quodam alio Episcopo collega suo, a Romana curia recedens, ac per Burgundiam repatriando iter faciens, a quibusdam capitur, rebusque omnibus denudatus, lucri gratia in custodiam mittitur, dissimulante Imperatore, querimoniamque pro hac re parui pendente.*

61) Insolitum sane exordium, prout refert RADEVICVS I. c. VIII. *Exordium autem sermonis illorum in fronte ipsa notabile comparuit, quod tale fuisse dicitur: salutat vos beatissimus, pater noster Papa Adrianus, & vniuersitas Cardinalium S. Romanæ Ecclesiæ. Ille vt pater, illi vt Fratres.*

62 Sic enim in litteris Hadriani: *debes enim gloriosissime fili, ante oculos mentis reducere, quam gratanter & quam iucunde te tractauerit, quantam tibi dignitatis plenitudinem contulerit & honoris & qualiter Imperialis insigne Coronæ libentissime conferens, benignissimo gremio suo, tuæ sublimitatis apicem studuerit confouere: nihil prorsus efficiens quod Regiæ voluntati vel in minimo cognosceret obuiare. Neque tamen pœnitet nos desideria tuæ voluntatis in omnibus impleuisse, sed si maiora beneficia Excellentia Tua de manu nostra suscepisset, si fieri posset, considerantes quanta Ecclesia Dei & nobis per Te incrementa possint, & commoda prouenire, non immerito gauderemus.*

63) RADEVICVS *lib. I. c. X.* qui addit: *his omnibus in vnum collatis, cum strepitus & turba inter Optimates Regni de tam insolita legatione magis ac magis inualesceret, quasi gladium igni adderet, dixisse ferunt vnum de legatis: a quo ergo habet, si a Domino Papa non habet Imperium? ob hoc dictum eo processit iracundia, vt vnus eorum videlicet Otto Palatinus Comes de Baioaria, vt dicebatur, prope exerto gladio ceruici illius mortem intentaret. At Fridericus auctoritate præsentia sua interposita, tumultum quidem compescuit: ipsos autem legatos securitate donatos, ad habitacula deduci, ac primo mane via sua proficisci præcepit.* OTTO de S. BLASIO *cap. VIII.*

64) Extat ista Epistola apud RADEVICVM *lib. I. c. XV.*

65) Extat ista epistola apud RADEVICVM *lib. I. c. XVI.* OTTO de S. BLASIO *c. IX.*

66) Extat epistola Papæ ad Imp. apud RADEVICVM *lib. I. c. XXII.* in qua hæc verba: *occasione siquidem cuiusdam verbi, quod est Beneficium, tuus animus, (sicut dicitur) est commotus, quod vtique nedum tanti viri, sed nec cuiuslibet minoris animum merito commouisset. Licet enim, hoc nomen, quod est beneficium, apud quosdam in alia significatione, quam ex impositione habeat, assumatur, tunc tamen in ea significatione accipiendum fuerat, quam nos ipsi posuimus, & quam ex institutione sua noscitur retinere. Hoc enim nomen ex bono & facto est editum, & dicitur beneficium apud nos non feudum, sed bonum factum. In qua significatione in vniuerso Sacra Scriptura corpore inuenitur, vbi ex beneficio Dei non tanquam ex feudo, sed velut ex benedictione, & bono facto ipsius gubernari dicimus & nutriri. Et Tua quidem Magnificentia liquido recognoscit, quod nos ita bene & honorifice Imperialis dignitatis insigne tuo capiti imposuimus, vt bonum factum valeat ab omnibus iudicari. Vnde quod quidam verbum hoc, & illud scilicet, Contulimus tibi insigne Imperialis Coronæ, a sensu suo visi sunt ad alium retorquere: non ex merito causæ, sed de voluntate propria, & illorum suggestione, qui pacem regni & Ecclesiæ nullatenus diligunt, hoc egerunt. Per hoc enim vocabulum, Contulimus, nil aliud intelleximus, nisi quod superius dictum est, imposuimus.* CHRON. REG. S. PANTALEONIS *ad a.* 1157.

67) ANT. PAGI *Tom. IV. Crit. Ann. Baronii ad a. 1178. n. V.* hoc demonstrat ex Petri Saxii Pontificii Arelatensi vita Raimundi a Bolena, in quarum prima hæc habentur: *facta est hac transactio . . anno D. N. I. Christi MCLXXVIII. XVII. Kal. Iulii regnante Imp. Federico, qui VII. Kal. Augusti sequentis cum vxore natoque Philippo venit Arelatem coronandus anno XV. Archi-Episcopatus Raimundi Arelatensis.* In altera: *acta sunt hac anno dominica incarnationis MCLXXVIII. . . regnante domino Federico, Roma Imperatore gloriosissimo, anno regni eius XXVII. imperii autem XXIV. feliciter . . Datum palatio Arelatensi III. Kal. Aug. mensis die dominico, quo coronatus est in ecclesia Arelatensi Imperator.*

68) RADE-

cessit. 68) In eadem Curia Dux Boemorum Labezlaus, vir ingenio validus, viribus præpollens, consilio, manu, audaciaque magnus, cuius ante hac industriæ, obsequii multa præcesserant experimenta, maximeque nuper in expeditione Polonica magna virtus claruerat, adeo, vt ob merita sua omnibus charus esset, ab Imperatore, ac Imperii primis, ex Duce Rex creatur. Suscepto itaque priuilegio de vsu diadematis, aliisque regni insignibus lætus reuertitur, & ad Italicam expeditionem Rex pariter cum Imperatore fastu regali profecturus accingitur. 69) Licet posteriori tempore, cum Alexandro Papæ faueret Ladislaus, eidem hanc dignitatem iterum adimeret, & Sobislao in eius locum reposito, non nisi Ducis titulum concederet. 70)

§. XV. Postquam Rheni partes peragrasset Imperator, celebratoque apud Ecclesiam Sancti Guiberti Paschate, rursus ad superiores Vangionum partes iter reflexit, ac Luteræ Cæsareæ diuertens, domui suæ, & familiaribus negotiis ordinandis aliquot dies indulsit. 71) Indicta etiam in Longobardiam expeditione, apud Augustam Vindelicorum super ripam Lici fluminis castra ponens, confluentem ex diuersis partibus militem per septem dies operitur. 72) In iisdem Comitiis legati Hadriani Papæ Cæsarem mitigaturi adueniunt. 73) Nuncii etiam Regis Waldemari, qui Suenoni successerat, Imp. adeunt præsentiam, postulantes, quatenus inuestituram de regno suo Regi mittere, ac electionem de ipso factam ratihabitione confirmare dignaretur. Exaudiuit eos Imperator, præbito, & accepto ab eis sacramento iurisiurandi. Post reditum suum de Italia, intra XL. dies Regem ad Curiam venturum, & Regni administrationem de manu Principis, debitæ fidelitatis interposita securitate, suscepturum. 74) Licet iste Waldemarus post reditum demum Cæsaris a. 1163. de regno fuerit inuestitus. 75)

§. XVI. Interea confluente ad ipsum vndique copioso exercitu, alteram Italicam expeditionem a. 1158. properabat. 76) Causam dabant Mediolanenses, qui contra Imp. edictum, Terdonam ab ipso dirutam, eximiis reædificabant muris, etiam Vigeuanum ad deditionem coegerant, & ciues pacem petere & obsides dare, 77) Laudenses etiam ad Pizighetonis castrum fugere compulerant, 78) & Statium quendam regulum super se creare cogitauerant. 79) Accedebat Wilhelmus, Rogerii filius, inuasor Apuliæ, Calabriæ, Siciliæ. 80) Mittebat primum in Italiam legatos suos Reinaldum Cancellarium, & Ottonem Wittels-

68) RADEVICVS *I. cap. XII.* GVNTHERVS *Ligurino lib. VI. v. 396.*

69) RADEVICVS *I. c. XIII.* GVNTHERVS *Ligurino lib. VI. v. 446.* CONRADVS VRSPERGENSIS *p. 217.* DVBRAVIVS lib. XIX. p. 318. *Cæsarem porro Germani Fridericum, Conradi ex Friderico fratre nepotem, cui Aenobarbo cognomen, quoniam Barba rutila conspicuus esset, in Comitiis Francfordiæ habitis, declararunt, Vladislao inter primos Electores ei suffragante, tanquam affini suo, & præterea tanta amicitia & familiaritate coniuncta, vt prima in Italiam (Coronæ Imperialis capiendæ gratia, qua ab Adriano Pontifice Romano donatus est,) profectione, Vicarium eum Imperii in Germania reliquerit, rediensque testimonium ei bene administratæ Prouinciæ prolixe perhibuerit. Mox vocatum ad nuptias, quas cum Beatrice ex Burgundia adducta celebraturus erat, hunc ei dein honorem vltro habuit, vt eum auito more, post tam longum Interregnum, Bohemiæ Regem coronaret, data in matrimonium viduo filia Landgrauii Principis, cui Iudith nomen erat.* Ex quibus Dubrauii verbis, causæ, cur regiam dignitatem concesserit Fridericus, patescunt. Quare etiam Fridericus facultatem Circulum gestandi, Ladislao, eiusdemque successoribus concessit, prout integrum Diploma in PESSINAE Marte Morauico reperitur. AVCTARIVM AFFLIGEMENSE *ad a. 1158.* GVNTHERVS *lib. VI. v. 446.* Vid. etiam Dnus LVDEWIG *diss. de auspicio Regum c. V. §. V.* WENCESLAI HAGECII *Chron. Bohem. ad a. 1159.*

70) AEN. SYLVIVS *Hist. Bohem. cap. XXV.* SCHATENIVS *Ann. Paderborn. ad a. 1173.*

71) RADEVICVS *I. c. XIV.* Ecclesia vero S. Guiberti nulla alia videtur quam Suiberti siue Kayserswerth. Confundit igitur Paschalis festiuitatem cum curia Wormatiensi DODECHINVS, dicens ad a. 1158. *Imperator Pascha Vormatiæ celebrauit, vbi pene omnes principes Teutonici regni conuenerunt & in Longobardiam sequenti anno cum rege se ituros iurauerunt.*

72) RADEVICVS *I. c. XVII.*

73) RADEVICVS *I. c. XXII. XXIII.*

74) RADEVICVS *I. c. XXIV.* GVNTHERVS *Ligurino lib. VII. p. 194.*

75) *Vide infra §. XXIV.*

76) RADEVICVS I. c. XXIV. *interea confluente ad ipsum vndique versus copioso exercitu, nuntii diuersorum Principum aulam repleuere, quibus locis singuli eorum cum singulis exercitibus, per arctiora montium loca transirent, Imperatorem consultantes. Tanta siquidem erant auxiliariorum copia, quod plurium viarum meatus vix eos præ multitudine sustinere potuisset, videlicet Francorum, Saxonum, Ribuariorum, Burgundionum, Sueuorum, Baioariorum, Boëmorum, Vngarorum, Carentanorum & cum his Lotharingiorum aliæ nonnullæ Celticæ seu Germaniæ nationes: viri fortes, bellatores, infinitæ multitudinis, vario armorum apparatu iuuentus valida, & ad bellorum motus imperterrita.*

77) OTTO FRISINGENSIS lib. II. c. XXX. CONRADVS VRSPERGENSIS *p. 234.*

78) MORENA *p. 813. 814.*

79) RADEVICVS lib. I. de Gestis Friderici c. XXXVI. *Inter alios, qui de Mediolanensibus ceciderunt, occisus est quidam de nobilissimis illorum nomine Statius, quem, vt tunc fama fuerat, regulum super se creare cogitauerant, auditaque morte eius, tota ciuitas luctum adsumpsit, corpusque mortui, cum viuis, quos de nostris habebant, & copiosa pecunia commutantes redemerunt, & regalibus exequiis honorando sepelierunt.* GVNTHERVS *Ligurino lib. VII. v. 658.*

80) OTTO de S. BLASIO c. XI. *anno Dominicæ incarnationis MCLVIII. Fridericus contra Wilhelmum Rogerii filium, inuasorem Apuliæ, Calabriæ, Siciliæ, expeditionem instaurans, a Mediolanensibus rebellantibus multis iniuriis affectus, in ipsos arma conuertit.*

81) RADE-

Wittelsbachium Comitem Palatinum Bauariæ, viros prudentes, 81) qui in primo suo ingressu castrum Riuola super clausuram Veronensium situm, in deditionem acceperunt, existimantes, præsidio eiusdem in tam strictis locorum faucibus Germanos clementiorem aditum veniendi redeundique inuenturos. Excepti etiam cum magna frequentia & honore Episcopi ciuiumque Veronensium, tam illis, quam in aliis Ciuitatibus fidelitatem Imp. & adminiculum expeditionis, tactis sacrosanctis Euangeliis, promitti fecerunt, 82) viamque venturo Imp. præparantes, eius aduentus fidi atque vtiles præcursores fuere. Inde Cremonæ cum plerisque Italiæ Proceribus colloquium habentes, Græcorumque legatos, in Marchia Anconitana commorantes, vt maritimas ciuitates, seu dolo, seu vi, sub Græcorum redigerent potestatem, increpatos, domum mittunt. 83)

§. XVII. Inde Imp. multa Principum Comitumque frequentia 84) comitatus a. 1158. Italiam intrauit, atque Brixia capta, 85) pacem in exercitu conseruandam omnes Principes iurare fecit. 86) Post, Mediolanenses peremptorie, vt dicitur, fecit citari, 87) qui missis legatis, iram Imp. delinire conati, pacis infecto negotio ad suos reuertuntur. 88) Inde Liguria igne ferroque profligata, Cremenses primum, Mediolanensium fautores obsidione cinxit, ciuitateque tradita, ipsam funditus euertit. 89) Hinc, postquam adstipulantibus iudicibus, & primis de Italia, contra Mediolanenses condemnationis protulisset sententiam, hostes eos iudicasset, centum armatorum millibus Mediolanum, LX. armatorum millibus defensum, obsidebat. 90) Mediolanenses primum resistentes, postea fame ac peste pressi, legatos postea de pace mittebant, quæ his conditionibus data est, vt iuri suo in Cumas & Laudum renuntient, Imp. fidem iurent, palatium imperiale exstruant, nouem millia marcarum soluant, trecentos obsides dent, regalia dimittant, captiuos reddant. Talibus conditionibus cum Mediolanenses, postquam Imp. supplices facti, Archiepiscopus sacerdotalibus indutus cum Consulibus & primoribus Ciuitatis nudis pedibus cum omni clero, & cæteris ordinibus ecclesiasticis, lugubri facie, reliquias sanctorum gestantes, exertis gladiis collo impositis suo quisque ordine venientes pedibus Imp. prouoluuntur, seque maiestatis reos verbis & gestibus profitentur. Principibus ergo pro ipsis supplican-

81) RADEVICVS *I. cap. XVII. XVIII. XIX.* GVNTHERVS *Ligurino lib. VII. v. 12.*

82) Iuramentum tale habet RADEVICVS I. c. XIX. *ego iuro, quod a modo in antea ero fidelis Domino meo Friderico Romanorum Imperatori contra omnes homines, sicut iure debeo Domino & Imperatori, & adiuuabo eum retinere coronam Imperii, & omnem honorem eius in Italia, nominatim & specialiter ciuitatem illam, & quicquid in ea iuris habere debet, vel in omni virtute Comitatus vel Episcopatus N. Regalia sua ei non auferam ibidem, nec alibi, & si fuerint ablata, bona fide recuperare & retinere adiuuabo. Neque in consilio ero neque in facto, quod vitam, membrum, vel honorem suum perdat, vel mala captione teneatur. Omne mandatum eius, quod ipse mihi fecerit, per se, vel Epistolam suam, aut per legatum suum, de facienda iustitia fideliter obseruabo, & illud audire, vel recipere, vel complere nullo malo ingenio euitabo. Hæc omnia obseruabo fide bona, sine fraude, Sic me Deus adiuuet, & hæc sancta quatuor Euangelia.* GODEFRIDVS MONACHVS *ad a. 1167.*

83) RADEVICVS *I. c. XX.*

84) RADEVICVS I. c. XXV. *Princeps ipse habens in Comitatu suo Regem Boemiæ, Ducem Sueuiæ, videlicet Fridericum filium Regis Conradi, fratrem suum Conradum Palatinum Comitem de Rheno, Fridericum Coloniensem, Arnaldum Moguntinum, Hellinum, Treuirensem Archiepiscopos, cum Episcopis Conrado Eistetensi, Daniele Pragensi, Hermanno Verdensi, Gebehardo Herbipolensi & Abbatibus regalium cœnobiorum, videlicet Fuldensi, Augiensi. Taceo Marchiones, Comites clarissimos, & valde potentes, quorum nomina si coner perstringere, delicato seu pigro lectori onerosus existam.* MORENA Hist. Rer. Laudensium p. 816. *A. MCLVIII. in mense Iulii venit dominus Federicus Imperator vna cum Rege Bohemiæ maxima multitudine Archi-Episcoporum, Episcoporum, Ducum, Marchionum & Comitum, aliorumque principum plurium cum maximo & innumerabili exercitu in Lombardiam.* ALBERTVS STADENSIS, DODECHINVS, CONRADVS VRSPERGENSIS *ad a. 1158.* AVCTARIVM AFFLIGEMENSE *ad a. 1157.*

85) RADEVICVS c. l. *iam angustias montium lætus exierat exercitus, iam in planis Italiæ campestribus castra metati fuerunt, primaque venientium impetum Brixia temere in locis munitis, & militum suorum fortitudine confisa, armis ausa fuit excipere. Sed momento temporis laceratis eius viribus fabacta est. Primo a Rege Boëmorum grauiter attrita: deinde in aduentu Principis, datis LX. vadibus, simulque non modica pecunia, in deditionem pactionis recepta.* CONRADVS VRSPERGENSIS *pag. 284.* GVNTHERVS *lib. VII. v. 236.*

86) Has leges castrenses exhibet RADEVICVS *lib. I. c. XXVI.* tandem ita concludens: *hanc treugam Archiepiscopi, Episcopi, Abbates datis pro se dextris firmauerunt, & violatores pacis Pontificalis officii seueritate coërcendos promiserunt.*

87) RADEVICVS I. c. XXVII. *Sapientes & legum periti persuadent, Mediolanenses licet improbos & infames, iudicis tamen officio per legitimas inducias citandos esse, ne violentia eis illata, vel contra ius in absentes prolata sententia videretur. Legitimas vero inducias dicunt iudicis edictum vnum, mox alterum, & tertium: seu vnum pro omnibus, quod peremptorium nominatur: quod & factum est.*

88) RADEVICVS I. c. XXVIII. *itaque Mediolanenses cum viderent vniuersam vim belli suis imminere capitibus, eligunt quos ad Curiam mittant legatos, viros eruditos, & in dicendo acerrimos: Qui cum se pœnalibus & stricti iuris actionibus conueniri viderent, neque Principem pactione multa pecuniæ posse deliniri, suffragio Optimatum frustra quæsito, pacisque infecto negotio, ad suos reuertuntur. Imperator adstipulantibus iudicibus, & primis de Italia, contra Mediolanenses condemnationis proferens sententiam, hostes eos iudicat, omnique apparatu ad obsidionem ciuitatis accingitur.*

89) RADEVICVS *I. cap. XXIX. XXX. XXXI.* OTTO de S. BLASIO *c. XI.*

90) RADEVICVS *I. c. XXXII. ad XL. vsque.* GVNTHERVS *lib. VII. v. 525.* AVCTARIVM AFFLIGEMENSE *ad an. 1158.* MORENA *Hist. Rer. Laudensium p. 817.*

plicantibus, subiectioneque omnimoda sacramentis firmata, Imp. ad misericordiam flectitur, ipsosque vitæ, ciuitati & pristinis honoribus reddidit. 91) Factum id VI. Idus Septembris a. 1158. 92)

§. XVIII. Fridericus igitur a Mediolano castra mouens, apud Modoëtiam, sedem regni Italiæ iterum coronatur. 93) Post hæc IX. Kl. Decembris a. 1158. in Campis Roncaliis Comitia celebrauit. 94) ad quæ ex omnibus Regni partibus cum magna frequentia confluebant Archiepiscopi, Episcopi, multique alii Ecclesiastici viri, Duces, Marchiones, Comites, & Proceres, Consules & Ciuitatum Iudices, tabernacula sua varie disponentes. 95) Habebat etiam secum Imperator quatuor iudices, videlicet Bulgarum, Martinum Grosis, Iacobum, Hugonem viros religiosos & in lege doctissimos, legumque in Ciuitate Bononiensi Doctores, & multorum auditorum Præceptores: cum his, aliisque legisperitis, qui diuersi ex diuersis ciuitatibus aderant, audiebat, discutiebat & terminabat negotia. 96) Deinde super iustitia regni, & de regalibus, quæ longo iam tempore deperierant, studiose disserens, cum nullam possent inuenire defensionem excusationis, tam Episcopi quam primates & Ciuitates vno ore, vno assensu in manum Principis regalia reddidere, primique resignantium Mediolanenses extitere. Requisitique de hoc ipso iure quid esset, adiudicauerunt Imp. Ducatus, Marchias, Comitatus, Consulatus, Monetas, telonia, fodrum, vectigalia, portus, pedatica, molendina, piscarias, portus, omnemque vtilitatem ex decursu fluminum peruenientem: nec de terra tantum, verum etiam de suis propriis capitibus census annui redditionem, vt ex eo reditus Imperii plurimum augerentur. 97) De Feudis etiam & pace non violanda leges ibidem tulit, Ciuitatibus iudices dedit. 98) Controuer-

91) RADEVICVS *I. c. XLI. XLII. XLIV.* OTTO de S. BLASIO c. XI. *pace data dies statuitur, in qua ciues se suaque omnia in manus Cæsaris contraderent, sicque obtentu Principum gratiam eius inuenirent. Qua veniente, Imperator procul a ciuitate per quatuor ferme milliaria Latina secessit, inque tribunali ambitiosissime instructo, cum frequentia Principum resedit, cuncto exercitu per turmas suas tractu longissimo a ciuitate vsque ad locum tribunalis extento, totiusque militaris gloriæ apparatu decentissime instructo. Via itaque per medium exercitum vsque ad Imperatorem ciuibus patefacta: primo procedit Archiepiscopus, Sacerdotalibus indutus; nudis pedibus, cum omni clero & cæteris ordinibus Ecclesiasticis simili habitu, lugubri facie reliquias sanctorum gestantes. Post hos consules aliarumque dignitatum Barones, cum omnibus liberæ conditionis ordinibus, nudis pedibus, sagis induti, exertis gladiis collo impositis. Post hos seruilis conditionis cum omni vulgo torque collo innexo, eadem via suo quisque ordine venientes, pedibus Imperatoris prouoluuntur, se Maiestatis reos verbis & gestibus profitentur, Principibus ergo pro eis supplicantibus, subiectioneque omnimoda Sacramentis firmata: Imperator ad misericordiam flectitur, ipsosque vitæ & ciuitati, pristinisque honoribus redditos, de malis peiores (sicut in sequentibus ostendemus) reddidit: sicque soluta obsidione cum exercitu discessit.* ALBERICVS, ALBSTADENSIS, AVCTARIVM AFFLIGEMENSE *ad a. 1158.* GVNTHERVS *Ligurino lib. VIII. v. 175. 241. sqq.*

92) RADEVICVS *I. c. XLIII.* Actus est hic triumphus VI. Id. Septembris. ANNALES RERVM PISANORVM *p. 868. Sexto idus Septembris Imperatori se dedit Mediolanum.*

93) RADEVICVS *I. c. XLIV.* GVNTHERVS lib. VIII. v. 301.

- - Fridericus ab vrbe recessit
Modionumque petens, prisco dignatus honore
illustrare locum, sacro diademate crines
induit, & dextra gestauit sceptra potenti.

94) Hæcce Comitia prolixius describit RADEVICVS *lib. II. c. I. ad VIII.* OTTO MORENA *de rebus Laudensibus ad a. 1158.* GVNTHERVS *Ligurino lib. VIII.* SIGONIVS *lib. XII. p. 301.*

95) RADEVICVS *II. c. I.*

96) RADEVICVS *II. c. V.* Singularia sunt, quæ de iisdem narrat MORENA p. 818. *interea Dominus Federicus in Roncalia colloquium, in Sancto Martino proximo veniente, maximum se constituit habiturum, præcepitque omnibus fere Italiæ Principibus atque ciuitatum Consulibus, vt ipsi colloquio interessent: ad quod etiam quatuor principales legis doctores, videlicet DD. Bulgarum atque Martinum Grosiam, Iacobum atque Vgonem de porta Rauegnana, Bononiæ magistros interesse fecit. Istorum autem quatuor Doctorum & quam plurimorum aliorum fuit Magister Dominus Guarnerius doctor antiquus. Ad quem cum in extremis laboraret, accesserunt sui scolares dicentes: Domine, quem vultis post mortem vestram doctorem nobis constituere? Quibus ipse respondit per hæc duo carmina:*

Bulgarus os aureum, Martinus copia legum,
Mons legum est Vgo, Iacobus id, quod ego.

Et sic Iacobus fuit Doctor. Post ista cum Dominus Imperator semel equitaret super quodam suo Palafreno in medio DD. Bulgari & Martini, exquisiuit ab eis, vtrum de iure esset Dominus Mundi? & dictus Dominus Bulgarus respondit, quod non erat Dominus, quantum ad proprietatem, Dominus vero Martinus dixit, quod erat Dominus, & tunc Imperator, cum descendisset de Palafreno, super quo sedebat, fecit eum præsentari dicto Martino. Bulgarus autem hoc audiens dixit hæc elegantia verba: amisi equum, quia dixi æquum, quod non fuit æquum.

97) RADEVICVS *c. l.* OTTO de S. BLASIO c. XIV. *anno ab incarnatione Domini MCLX. Fridericus Imperator conuocatis omnibus Italicis Baronibus, generalem Curiam apud Roncaliam, cum maximo Principum conuentu celebrauit: ibique renouatis antiquis legibus, nouas de suo promulgauit, ac diuersis Imperii negotiis expeditis, iura desueta in consuetudinem reduxit, & quo iuris genere ciuitates Italicæ subiacerent Imperio iudicialiter exquisiuit. Quod a Principibus & legum Dominis diligenter examinatum, generali omnium sententia iudicatur: omnia regalia ciuitatum, vtpote monetas, telonia, nauigia, nec non & dignitates potestatum, Consulum, iudicum ad ius spectare Imperii, electasque a ciuibus ad has dignitates personas, de manu Imperatoris iure beneficii easdem suscipere, nec sine eius consultu suspectas deponere. In hac etiam Curia, iam per multa tempora obliuioni & neglectui datos, ad XX. millia talentorum annuos reditus Imperio acquisiuit. Præterea vectigalia antiquitus constituta, nec non exactiones pro imperii necessitate exigendas in rationem Cæsaris, vbi, quando, & a quibus, & quomodo tractentur, decretum est, & edicto confirmatum.* GVNTHERVS *Ligurino lib. VIII. p. 408.* Hoc etiam decretum insertum videmus II. F. LVI. OTTO de S. BLASIO *c. XIV.*

98) Extant istæ apud RADEVICVM *II. c. VII. & II. F. tit. LV.*

99) RADE-

trouerſiam quoque inter Cremonenſes atque Placentinos definiuit, atque Modoëtiam, quam Mediolanenſes prætendebant, Imperio vindicauit. 99)

§. XIX. His geſtis, Fridericus nuntios pro colligendo fodro per totam Tuſciam, & maritima, atque Campaniam direxit: de principibus quoque ad ordinandos in ciuitatibus Conſules ſeu poteſtates, alium alio dimittit: reditus Imperiales, quæ dicuntur domus Mathildis, a Duce Guelfone ſeu ab aliis diſtractos & diſperſos, congregauit. 100) Adrianus vero Papa, cum audiſſet, Principes regalia ſua dimiſiſſe Imperatori, literas ſuper hoc negotio acriori commonitione plenas ad Imp. dirigit. Hic etiam Guidonem Blanderatenſem, quem Rauennatenſi Eccleſiæ ſurrogari fecerat, a Papa confirmari petebat, hoc tamen denegante. 1) Fridericus ergo & ipſe accepta occaſione, ſuam hoc modo ſolatur indignationem. Iubet notario vt in ſcribendis chartis nomen ſuum præferens, Romani Epiſcopi ſubſecundet, & dictionibus ſingularis numeri ipſum alloquatur. Hæc itaque cauſa ſermonum & nunciorum, maiorem inter eos ſimulatis fomitem miniſtrauit, in tantum, vt quædam litteræ deprehenſæ dicerentur, a ſede Papali directæ, quæ Mediolanenſes, & quaſdam alias ciuitates, rurſus ad defectionem hortarentur. 2) Mediolanenſes etiam caſtrum, in quo Imperator theſauros ſuos depoſuerat, inuadunt, milites cuſtodes caſtelli capiunt, theſauros diripiunt, vlteriusque progredientes, amicos eius & confœderatos impugnant. 3) Eodem anno 1160. Fridericus deſignauit, ſi forte vita decederet, duos Imperatores, filium Conradi prædeceſſoris ſui, & poſt eum, Henricum Ducem Saxoniæ. 4)

§. XX. Interea cum de curia Optimatum ad ſingulas ciuitates bini vel plures pro conſtituendis poteſtatibus & Conſulibus a Principe deſtinati fuiſſent, contigit, Reinaldum Cancellarium, & Ottonem Palatinum Comitem de Baioaria, ſæpe iam memoratos, Comitemque Gotzwinum Mediolanum deueniſſe, id negotium in ea ciuitate, ſicut & in cæteris, iuſſos promouere. Populus ergo in ſeditionem conuerſus, ad domos, vbi legatos manere ſuſpicabantur, mox procurrere, contumelioſa & ſuperba perſtrepere, lapidibus aliisque miſſilibus crepitare, nec ab eo tumultu auerti poterant. 5) Hanc legatorum violationem grauiter ferens Imperator, in Antiniaco villa, vbi feſtiuitatem Luminum celebrabat, Principibus ſuis amplo ſermone expoſuit, quorum ſuffragio in Mediolanenſes vindicta decernitur. 6) Proponuntur itaque edicta, iterumque Mediolanenſes in ius per legitimas citantur inducias. Die ſtatuto, Friderico apud villam regiam, quæ Marnica dicitur, commorante, per legatos ſuos ſe præſentant Mediolanenſes, qui de violato fœdere & ſacramentis admoniti, reſponderunt: iurauimus quidem, ſed iuramentum attendere non promiſimus. Infecto igitur pacis negocio diſceditur, aliusque illis dies præfigitur. 7)

§. XXI. Fridericus igitur miſſis nuntiis, auxilia vltramontanorum contra reprobam ciuitatem accienda reputauit. 8) Iam dies aderat, quæ Mediolanenſibus tertio vel quarto fuerat præfixa. Tum Imperator conuocatis iudicibus & legis peritis, citari iubet Mediolanenſes. Cum autem nemo compareret, qui abſentiæ illorum cauſam redderet, tanquam contumaces rebelles & Imperii deſertores hoſtes pronunciantur, res eorum direptioni, perſonæ ſeruituti adiudicantur. 9) Curiam igitur apud Roncaliam denuo glorioſe celebrauit, & ibidem copioſam multitudinem bellatorum collegit, Mediolanenſium terras ingreditur, easdemque vaſtat & depopulatur. 10) Vario inde Marte bellum geritur contra Mediolanenſes, his Tretium expugnantibus, Laudam incendentibus, contra Imp. varie conſpirantibus, 11) immo Imp. per hominem quendam furioſum interficere conantibus. 12) Imp. e contrario ex diuerſis Regnis & regionibus exercitu coadunato, poſt-

99) RADEVICVS *II. c. VIII.* GVNTHERVS *lib. VIII. v. 301.*

100) RADEVICVS *II. c. X.*

1) RADEVICVS *II. c. XV.*

2) RADEVICVS *II. c. XVIII.* GVNTHERVS *lib. IX. v. 134.*

3) Verba ſunt AVCTARII AFFLIGEMENSIS *ad a. 1159.*

4) Verba ſunt AVCTARII AFFLIGEMENSIS *ad a. 1160.* ALBERICVS *ad a. 1160.*

5) RADEVICVS *II. c. XXI.* OTTO de S. BLASIO *c. XIV.* GVNTHERVS *Ligurino lib. IX. v. 138.*

6) RADEVICVS *II. c. XXII.*

7) RADEVICVS *II. cap. XXV.* CONRADVS VRSPERGENSIS *p. 284.*

8) RADEVICVS II. c. XXVI. *inter hæc videns Imperator Mediolanenſium ſuperbiam non niſi in manu graui & forti poſſe compeſci, cum (vt ſupra memorauimus) dimiſſo exercitu, ipſe cum paucis remanſiſſet, auxilia vltramontanorum contra reprobam ciuitatem accienda reputauit. Itaque miſſis nunciis Imperatricem aduocat, & Ducem Baioariæ Henricum, aliosque tam Epiſcopos, quam Proceres Imperii, commonens eos fidelitatis ſuæ, ne deſertores Regni pro tanta temeritate de impunitate lætentur: velle ſe probare ipſorum beneuolentiam circa ſtatum Imperii conſeruandum, impetumque inimicorum cohibendum. Illi accepta legatione, alacri animo ſe ad nouam in proximo vere accingunt expeditionem.*

9) RADEVICVS *II. c. XXX.* GVNTHERVS *lib. IX. v. 188. ſqq.*

10) RADEVICVS *II. c. XXXIII. XXXVIII.* GVNTHERVS *lib. IX.*

11) RADEVICVS *II. c. XXXII. ad XXXVII.* CONRADVS VRSPERGENSIS *p. 287.*

12) RADEVICVS lib. II. c. XXXVI. *Mediolanenſes cæci & amentes facti etiam in perſonam Chriſtianiſſimi principis auſi ſunt conſpirare. - - Itaque quendam, qui ſe ſtultum & mente captum ſimularet, inueniunt, eumque ad caſtra Friderici dirigunt, qui tunc apud Laudum morabatur, vt quouis modo violentas manus Imperatori iniiceret. Erat autem hic homo tam magnus corpore, tantusque viribus, vt non ſine cauſa tantam audaciam concepiſſe videretur. - - Talis tunc de illo opinio fuerat. Nos tamen audiuimus eundem fere furioſum fuiſſe.* Aliter hoc narrat ALBERTVS STADENSIS *ad a. 1163.* SIGONIVS *lib. XX. p. 305.*

13) Fri-

postquam maximam multitudinem Mediolanensium profligasset, 13) primo in Mediolanensium auxiliarios arma conuertit, & dum Cremenses horum socii 14) muros & fossata castro Cremensi præducta ad Imp. iussum destruere nollent, potius super ipsius legatos irruerent, vt vix euadere possent, 15) Cremam obsedit, & post sextum mensem d. 27. Ianuarii, a. 1160. ad deditionem compulit, destruxit, & totam fecit cremari. 16) Inde Placentinos, qui etiam aliquos ex suis Cremensibus in auxilium destinauerant, 17) in multitudine turrium suarum confidentes obsidione cinxit, fortique aggressione vrbem expugnatam, turribus vniuersis deiectis, ciuitatem ipsam solo coæquauit. Exinde ad Mantuanos diuertens, cunctis, ad eos pertinentibus igne ferroque profligatis, ipsos ad deditionem coëgit, omnesque ciuitates Mediolanensibus fauentes, aut dedi fecit aut funditus euertit: nouamque Laudam inter Mediolanum & Placentiam ad receptionem exercitus a fundamentis ædificauit, & in ea sedem belli contra Mediolanenses constituit, 18) Mediolanenses vastata eorum terra, mense Augusto 1160. ab omni parte includebantur, vt non haberent potestatem libere egrediendi vel ingrediendi, emendi vel vendendi. 19) Hinc anno 1160. Imperatrix, comitante eam Conrado Augustensi Episcopo, nec non Henricus Saxoniæ, Henricus Austriæ Dux, multique nobiliores cum militia, Imp. coniunguntur. His victoriis elatus Imp. plerosque Germaniæ Principes cum exercitu in Germaniam dimittebat, se cum exercitu solum Mediolanensibus parem esse iudicans. Hi vero, concluso cum Alexandro III. fœdere, Laudam obsidebant, quod Imp. liberabat. 20) Inde Carcano ad lacum Comensem obsidebant, quod cum liberare vellet Imp. facto IX. Augusti 1160. conflictu, in fugam fuit conuersus. 21) A. 1161. Imp. Castillionum a Mediolanensibus obsessam liberat. 22) Irritatus hisce Imp. quibus TRITHEMIVS aliique recentiores iniurias Beatrici vxori illatas 23) addunt, postquam ab Vngariæ Rege, Conrado Palatino, Ludouico Thuringiæ Landgrauio, Henrico Carinthiæ, Friderico Sueuiæ Duce, Ottone de Wittelsbach, Rainoldo Coloniensi, Würtzburgensi & Pragensi Episcopis, qui in ipsius castra venerunt, plurimum fuisset firmatus, coactoque in vnum corpus exercitu, & ad C. millia

13) Fridericus epistola ad Ottonem Frisingensem apud RADEVICVM lib. II. c. XLII. *maximam enim multitudinem tradidit Deus in manus nostras, ita quod Idus Iulii, qua data diuisio Apostolorum celebrari solet, DC. de fortioribus ciuitatis captiuos in vinculis abduximus, centum & fere quinquaginta per campos & itinera viarum interfecti sunt. De submersis vero & de vulneratis modus non fuit, neque numerus.*

14) RADEVICVS lib. II. c. XL. *erant Cremenses cum suis contubernalibus videlicet Mediolanensibus & Brixiensibus in atrocitatem, insolentiam, ac arrogantiam irritati.*

15) MORENA Historia Rerum Laudensium p. 819. *Mense Ianuarii* (MCLIX.) *Imperator legatos suos mittit Cremam, qui ex parte sua Cremensibus præciperent, quod muros & fossata castri Cremæ ab die vsque ad sanctam Mariam, quæ dicitur Cerealis,* (siue festiuitatem luminum secundum RADEVICVM *lib. XI. c. XXIII.*) *destruerent. Ipsi vero Cremenses hoc audientes, & in magnum dedecus accipientes, super ipsos legatos fortiter irruerunt, & eos interficere volebant. Sed ipsi fugientes & se abscondentes vix euadere potuerunt.*

16) CHRON. LAVRISHAMENSE p. 93. *in Cremensi obsidione multo labore ac sanguine Teutonicæ virtutis desudatum est.* CONRADVS VRSPERGENSIS p. 288. *Mulieres castri* (Cremensis) *choreas ducentes per plateas cantionem decantarunt, in qua continebatur, quod sicut olim Lotharius, sic & iste Imperator recedere cogeretur.* RADEVICVS lib. II. c. LVII. *sextus iam mensis erat, ex quo ciuitas obsessa fuerat.* IO. de CECCANO Chron. Fossæ nouæ ad a. 1160. *in hoc anno Fridericus Imperator destruxit Cremam, & totam fecit cremare.* Fridedericus Imp. in epistola Circulari apud RADEVICVM lib. II. c. LXIII. *proxima die post conuersionem S. Pauli plenam victoriam de Crema Deus nobis contulit, sicque gloriose ex ipsa triumphauimus, quod tam miseræ genti, quæ in ea fuit, vitam concessimus.* Deditionis conditiones refert RADEVICVS *lib. VI. c. LXII.* OTTO MORENA *p. 826.* GVNTHERVS *lib. X. v. 467.*

17) RADEVICVS *lib. II. c. XLIX.*

18) OTTO de S. BLASIO *c. XV.*

19) AVCTARIVM AFFLIGEMENSE *ad a. 1161.* MORENA *p. 836.*

20) OTTO MORENA *p. 829.* SIGONIVS *c. l.*

21) Hoc prælium late describit MORENA *p. 830. 831.*

22) MORENA *cit. loc.*

23) TRITHEMIVS Ann. Hirsaug. ad a. 1161. *His temporibus Imperatore adhuc in Lombardia constituto, Mediolanenses iuramentorum immemores, fideque simul & conditionibus fractis, denuo rebellare præsumunt. Nam Oratores, quos Imperator Mediolanum pro tributo annuo, quod promiserant, exigendo destinauerat, contumeliis affectos de ciuitate satis iniuriose proiecerunt, omnem Imperatori & censum & obedientiam vel subiectionem temere, & contumaciter negantes. Quibus Imperator auditis grauiter commotus est, & nihil aliud quam interitum Mediolanensium cogitabat. Ad consilium tamen Principum vxorem suam Agnetem filiam Principis Burgundiæ, vt bene notam, simul & gratam ciuibus Mediolanum pro pace firmanda, cum literis, quibus monebat illos iuramentorum esse debere memores, destinauit. Quæ ad Mediolanum vt peruenit, sine honore a ciuibus fuit suscepta, & multis afflicta iniuriis. Conuenientes enim maiores natu, & maximum, quod contra Imperatorem habebant, odium palam volentes ostendere, Imperatricem mulæ transuersa sessione imposuerunt, faciem eius ad posteriora bestiæ retorquentes, dataque in manibus sedentis cauda bruti pro freno per medium ciuitatis eam flentem & lacrymantem irridentes & subsannantes cum maxima confusione & ignominia circumducebant, & postea sic in mula sedentem de ciuitate eiecerunt: Familiares quoque eius pari contumelia affectos, flagellis ceciderunt. Reuersa tandem ad Cæsarem Imperatrix coram multitudine Principum in castris euentum rei præstolantium iniuriarum suarum historiam lacrimando exposuit, & quantas a Mediolanensibus fuerit contumelias perpessa declarauit. Vnde nimium irati sunt Principes Regni qui aderant omnes, & vnanimi consensu belli perseuerantiam statuerunt in hostes. Cæsar enim Vxoris suæ contumeliam grauiter ferens per Dei potentiam coram optimatibus iureiurando firmauit ad Germaniam se nunquam reuersurum, nisi prius Mediolanum funditus euertisset, quod etiam postea factum est.*

millia pugnatorum computato: Mediolanum denuo obsidione cingitur, ac diuersis machinis tota industria impugnatur. Ciues quidem fortiter resistentes, tandem diuersis attriti cladibus, ad magnam inopiam redacti, miseri dextras petunt, ac multis modis iram Cæsaris sedare tentantes, nullo modo nisi hac sola conditione proficiunt, scilicet, vt traditis armis, vrbem relinquentes egrediantur, vita tantum rebusque necessariis licet exiguis, sibi indultis. 24) Quo pacto, Kl. Martii 1162. Consules Mediolanensium cum aliis nobilibus numero quasi viginti, se cum ciuitate, cum rebus & personis, remota omni simulatione fraudis, sine omni conditione, prostrati cum nudis gladiis in ceruicibus, palam in plena curia Imperatori reddiderunt, præstantes Sacramenta quæcunque iubebantur pro se & cæteris omnibus Mediolanensibus. Dominica Reminiscere trecenti electissimi milites Mediolanensium cum præfatis Consulibus venientes, claues ciuitatis & vexilla principalia obtulerunt. Tertia feria omnis populus cum Carocio prægrandi vexillo conspicuo, quod centum & plura alia circumstabant, Imp. se submisit. Destructis igitur muris fossatis, turribusque ciuitatis, & secum sumtis quadringentis obsidibus, populum a banno Imperiali absoluit. 25) Postmodum vero totam ciuitatem a fundamentis ac omnibus modis inhabitabilem reddens, igne postremo reliquias omnino consumsit, diuisisque in quatuor partes ciuibus, regione inculta ipsis ad inhabitandum concessa, quatuor eos oppida ædificare iussit, ipsosque per partes diuisos, ea incedere fecit, conseruatis saltim quibusdam ædibus sacris S. Mariæ, S. Mauritii, & S. Ambrosii, & domibus clericorum, 26) solum etiam arari & in eo in signum, quod restaurari nunquam debeat, salem iussit seminari. 27) Ex hisce ruinis Trium Regum Orientis corpora a Rainoldo Coloniensi Antistite, in suam metropolim dicuntur fuisse delata. 28) Hoc exemplo motæ reliquæ ciuitates Imp. se subiecerunt, 29) qui statum Italiæ per Rainoldum Coloniensem Archiepiscopum, Italiæ Archi-Cancellarium probe ordinauit. 30)

§. XXII. Inter

24) OTTO de S. BLASIO *c. XVI. ad a. 1162.*

25) Hanc destructionem singulari epistola ad Nicolaum Sigebergensem abbatem descripsit BVRCARDVS Notarius, quæ reperitur in Tomo primo Freheri. OTTO de S. BLASIO *c. XVI.* OTTO & ACERBVS MORENA *Rer. Laudensium Historia p. 836. 997. sqq.* TRISTANVS CALCHVS *Hist. patria lib. X. pag. 252.* CHRON. REG. S. PANTALEONIS *ad a. 1162.* IO. de CECCANO *Chron. Fossæ nouæ ad a. 1162.* AVCTARIVM AFFLIGEMENSE *ad a. 1667.* Fridericus I. Epistola ad Comitem Suessionensem apud EDM. MARTENE *T. I. p. 473.* CHRON. LOBIENSE, ALBERTVS STADENSIS, GODEFRIDVS MONACHVS, DODECHINVS *ad a. 1162.* SIGONIVS *lib. XIII. p. 312.*

26) Hæc verba sunt OTTONIS de S. BLASIO *c. XVI.* BVRCARDVS sub finem: *deinde muri ciuitatis & fossata, & turres paulatim destructæ sunt, & sic tota ciuitas de die in diem magis ac magis in ruinam & desolationem detracta est. Quæ autem de populo & terra futura sit ordinatio, in voluntate Dei & principum consilio pendet.* GODEFRIDVS Mon. Annal. ad an. 1162. *Iussit ergo Imperator omnes Consules & Exconsulares, maiores, milites, legistas & iudices in obsidatu teneri: populum vero tanquam minus reum Sacramento constrictum in ciuitatem remitti: muros ciuitatis cum turribus funditus destrui, fossatum impleri.* HELMOLDVS I. c. XC. *postquam ergo transierunt obsidionis quinque vel eo amplius anni Cæsar obtinuit Mediolanum, & eiecit habitatores eius ex illa, & destruxit omnes turres eius, Ecclesias & muros ciuitatis adæquauit solo, & posuit eam in solitudine.* DODECHINVS ad a. 1162. *Mediolanum rursus a Cæsare obsessa, insimul etiam in breui capta: populus expulsus: murus in circuitu deiectus. Ædes exceptis sanctorum templis solo tenus destructæ.* Clarius ALBERICVS ad a. 1162. *deinde iussit suos ciuitatem ingredi, muros, turres, alta & superba fastigia & ædificia destrui. Tribus tamen pepercit Ecclesiis, sanctæ Mariæ, sancti Mauritii & sancti Ambrosii, cum officinis clericorum officialibus, ipsorum domibus & indemnitate rerum concessa, ærarium publicum sibi reseruat.* ACERBVS MORENA *p. 838.* tamen dicit: *Remansit totus murus ciuitatem circumdans, qui adeo bonis & magnis lapidibus confectus fuerat, & quasi centum turribus decoratus, quod vt existimo, nunquam tam bonus fuit visus in Italia, nec deinceps videbitur præter fortem murum Romanum.* OTTO de S. BLASIO *c. XVI.*

27) PTOLEMAEVS LVCENSIS *ad a. 1162.*

28) OTTO de S. BLASIO *c. XVI.* DODECHINVS *ad a. 1162.* GOBELINVS PERSONA *æt. VI. cap. LX.*

29) ALBERICVS ad a. 1162. *Placentini, Bononienses, Brixiani, Mediolanensibus contra Imperatorem confœderati, exemplo eorum territi eandem humilitatis subiectionem quasi rei Maiestatis prostrati Imperatoris pedibus exhibuerunt, ipsiusque indulgentiam obtinuerunt:* MORENA p. 839. *subdidit suis legibus Brixiam, Placentiam, Bononiam, Imolam, Fauentiam, similiter omnes Ciuitates Lombardiæ, & totius Italiæ, & Castra, & arces in illa æstate Domino Imperatori subditæ sunt, præter Guardum, quæ est prope Veronam; quam tunc tenebat procer quidam, Tarisendus nomine, qui se Imperatori parere quasi dedignabatur. Contra quem Comes Marcoaldus, cum Pergamensibus & Veronensibus, atque Mantuanis, veniens, & quasi per annum, ipsam arcem obsidens, tandem cum ipso Tarisendo fœdere composito, obtinuit ipsam arcem.* GODEFRIDVS, AVCTARIVM AFFLIGEMENSE, ANNALES RERVM PISANARVM *ad a. 1162.* CONRADVS VRSPERGENSIS *p. 292.*

30) MORENA c. l. *post paucos vero dies, remisit Dn. Imperator in Italiam, Raynaldum Archicancellarium & Electum Archiepiscopum Coloniæ, vt vice sua, quæ forent ordinanda in Italia, statueret ipse. Archicancellarius aliquantulum in Lombardia, & in Marchia, deinde Tuscia & Romania singulas Ciuitates perambulans, sua solertia eximia omnes Ciuitates & Principes Marchiæ & Tusciæ, atque Romaniæ, ad Imperatoris amorem & obsequium mirabiliter prouocauit, &, ad honorem Domini Papæ Victoris, quosdam Episcopos, rebelles ei deposuit, aliis in locum eorum subrogatis. Deinde misit in Italiam Clarissimus Imperator, quasi circa festum S. Andreæ, Hermannum, Verdensem Episcopum, de Saxonia, deditque ei potestatem, vt de omnibus causis Italiæ, tam de principalibus, quam de litibus appellationum, sua vice cognosceret, easque legitimo tramite definiret. Qui & ipse partim Laudæ, partimque in aliis, tam Marchiæ quam Lombardiæ Ciuitatibus sapienter & mode-*

§. XXII. Inter hæc, ad Imp. Bononiæ a. 1159. agentem venerunt legati Hadriani Pontificis vna cum nunciis Senatus Populique Romani, proponentes, nuncios ad vrbem, ignorante Papa, ab Imp. non esse mittendos, cum omnis magistratus inibi B. Petri sit, cum vniuersis regalibus. De dominicalibus Papæ fodrum non esse colligendum, nisi tempore suscipiendæ Coronæ, Episcopos Italiæ solum sacramentum fidelitatis sine hominio facere debere Imperatori. Neque nuncios Imperatoris in palatiis Episcoporum esse recipiendos. De possessionibus Ecclesiæ Romanæ restituendis, totius terræ Comitissæ Mathildæ, Ducatus Spoletani, Insularum Sardiniæ, Corsicæ, aliarumque. Imperator vero iustitiam constanter offerens, si & ipsi iustitiam vellent facere. E contrario Imp. multa proponebat de rupta concordia, de Græcis, Siculo, Romanis sine communi consensu non recipiendis: de Cardinalibus quoque sine permissione imperiali libere per regnum transeuntibus, & regalia Episcoporum palatia ingredientibus, & Ecclesias Dei grauantibus, de iniustis appellationibus, & cæteris quam pluribus. 31) Eodem vero ad Papæ postulata argute respondente, 32) consilium initur, vt ex parte summi Pontificis Cardinales sex, & ex parte Principis sex Episcopi religiosi, prudentes eligantur, tantorum negotiorum hinc inde cognitionem accepturi, tantamque litem congruo fine decisuri, quod tamen Consilium Romanis displicuit. 33) Imp. postmodum apud Cremam agente, nuntii de nobilioribus Romanæ vrbis ex parte Senatus populique Romani ad Curiam venerunt, suum promittentes obsequium: quos benigne exceptos & per aliquot dies secum commoratos regaliter donauit atque absoluit, mittens cum eis legatos, Ottonem palatii Comitem & Haribertum Aquensem Præpositum, qui Senatum & concordiam cum Papa stabilirent. 34)

§. XXIII. Nunciis adhuc Romæ existentibus, Adrianus Papa Kl. Septembris 1159. musca suffocatus, apud Anagniam diem clausit extremum. 35) Post cuius obitum, Cardinales in seditionem conuersi, gemina electione scindunt vnitatem, quibusdam eligentibus Octauianum tituli Sanctæ Cæciliæ presbyterum Cardinalem, cui nomen dederant Victor: 36) aliis per factionem quandam, dictum Cæcilianum, Rolandum tituli Sancti Marci & Romanæ Ecclesiæ Cancellarium, presbyterum Cardinalem, cui nomen imposuerunt Alexander. 37) Octauianus etiam in prima Dominica mensis Octobris, Rolandus in die XVIII. mensis

moderate, mandatum Imperatoris adimpleuit. TRISTANVS CALCHVS *lib. X. p. 219.*

31) Late hæc narrat RADEVICVS *II. c. XXX.* qui etiam epistolam Eberhardi Bambergensis ad Eberhardum Saltzburgensem Episcopum eadem de re inseruit. Extat in HAHNII Collectione Monum. Veter. Adriani IV. Inuectiua in Fridericum ad Electores Ecclesiasticos data Lateranis XIV. Kl. Aprilis 1159.

32) RADEVICVS c. I. *Imperator ad hæc verba Cardinalium tale dedit responsum: quamuis non ignorem ad tanta negotia, non ex animi mei sententia, sed ex consilio Principum me respondere debere, sine præiudicio tamen sapientum, hoc absque consultatione respondeo. Episcoporum Italiæ ego quidem non affecto hominium, si tamen & eos de nostris regalibus nihil delectat habere. Qui si gratanter audierint, a Romano Præsule, quid tibi & Regi? Consequenter quoque ab Imperatore non pigeat audire; quid tibi & possessioni? nuncios nostros non esse recipiendos in palatiis Episcoporum asserit. Concedo, si forte aliquis Episcoporum habet in suo proprio solo, & non in nostro palatium. Si autem in nostro solo & allodio sunt palatia Episcoporum, cum profecto omne quod ædificatur solo cedat, nostra sunt & palatia. Iniuria ergo esset, si quis nuncios nostros a Regiis palatiis prohiberet. Legatos ab Imperatore ad Vrbem non esse mittendos affirmas, cum omnis magistratus inibi Beati Petri sit, cum vniuersis regalibus. Hæc res fateor, magna est & grauis, grauiorique & maturiori egens consilio. Nam cum diuina ordinatione ego Romanus Imperator & dicar, & sim, speciem tantum dominantis effingo & inane vtique porto nomen ac sine re, si vrbis Romæ de manu nostra potestas fuerit excussa.*

33) RADEVICVS *II. c. XXXI.*

34) RADEVICVS *II. c. XLI.*

35) CONRADVS VRSPERGENSIS pag. 290. *Adrianus cœpit procedere refrigerandi gratia cum suis, cumque venisset ad quendam fontem, hausit de potu illius, & continuo, vt dicitur, musca os eius intrauit, & gutturi eius adhæsit, nulloque artificio medicorum euelli potuit, quoad vsque spiritum exhalaret.* RADEVICVS lib. II. c. XLIII. *Adrianus Papa in Kalend. Septembr. apud Anagniam diem clausit extremum.* IO. de CECCANO *Chron. fossæ nouæ ad a. 1159.*

36) RADEVICVS *II. c. XLIII.* OTTO de S. BLASIO cap. XIII. *anno Dominicæ incarnationis MCLX. Adriano Papa mortuo, factum est schisma in electione, quibusdam in Octauianum Cardinalem, Victorem vocatum, eligentibus: aliis Ruolandum Cancellarium, Alexandrum dictum, inthronisantibus. Diuisis itaque tali schismate Cardinalibus, nouem numero in parte Victoris, vndecim in parte Alexandri consistentibus, res ad Imperatorem refertur.* AVCTARIVM AFFLIGEMENSE *ad a. 1159.* IO. SARISBERIENSIS *Ep. ad Alexandrum n. LXXXVII.* GVNTHERVS *Ligurino lib. X. v. 116. sqq.*

37) Discrepant isti, qui a partibus stant Alexandri, inter quos ALBERICVS ad a. 1159. *Romæ Papa Adriano mortuo eligitur a saniore parte Cardinalium Rollandus Cancellarius natione Senensis, & vocatur Alexander tertius, qui cum se protestaretur indignum causa humilitatis, prosiliit in medium Octauianus vir ambitiosus, vt aiunt quibusdam sibi fauentibus Cardinalibus; Iste non est cogendus. Et mox ab illa parte, de qua præsumebat, se patiens eligi, Victorem se nominare (quamuis victoria careret) præsumpsit, & veniens ad Imperatorem Fredericum qui Mediolanum in Lombardia obsidebat, ipsum ad se traxit, & generale schisma in Ecclesia fabricauit, & per annos fere nouemdecim innumera hominum millia ad inferos transmisit. Papa Alexander immobilis in fide stetit, qui habuit in partem suam Regem Franciæ, & Regem Angliæ, & multos alios.* Epistola Friderici I. apud FREHERVM *n. 1. 3. 6. 7.* Dum autem Ludouicus, Gallorum Rex Alexandro faueret, eum ab eiusdem partibus abducere voluit Rainoldus, Coloniensis Archiepiscopus, prout ex Epistola IX. & X. patet. ALBERTVS STADENSIS *ad a. 1159.* Plures Cardinalium sibi attraxit, & aliquos Romanorum, qui omnes in eadem voluntate perstiterunt.

Inte-

mensis Octobris in Papam fuit consecratus: vterque per epistolas electionem de se factam publicabat. 38) Caussa hac ad Imp. delata, generalem Curiam in octaua Epiphaniæ 1160. Papiæ indixit celebrandam, ad eandemque vtrumque per legatos suos, Danielem Pragensem, atque Hermannum Verdensem episcopum inuitat, 39) Aduentante igitur tempore, cum resedisset Imp. auctoritatem definiendi hoc negotium Episcopis magno numero ibidem congregatis reliquit, 40) qui ventilata per septem dies caussa, condemnato Rolando, reprobatoque pro Octauiano, dicto Victore, responderunt, 41) eo quod a saniori parte Cardinalium ad petitionem populi Romani cum consensu & voluntate cleri prior fuerit immantatus, præsente, & non contradicente Rolando quondam cancellario suo, in cathedra beati Petri fuerit collocatus. Rolandus vero duodecim dies post Victoris promotionem, primo fuerit immantatus. 42) Accedebat, quod Victor iudicio Concilii se præsentauerit, seque iudicium ecclesiæ humiliter subire profiteretur. 43) Licet potior subsuerit ratio, quod Victor Imp. faueret, Rolandus ipsi fuisset infensus, 44) ipseque ad ecclesiam S. Saluatoris vocatus, & magna solennitate ac frequentia cleri ac populi suscipitur, ipsique vt summo Pontifici ac Papæ adclamatur. Idemque Imp. per epistolam nuntiarunt, 45) qui hanc

Iurauerunt insuper, vt mortuo Adriano Papa de suis vnum eligerent, qui cum ipsis in eodem proposito permaneret. Et hæc conspiratio in tantum inualuit, vt secta Cæciliana ab aliis vocaretur. CONRADVS VRSPERGENSIS, ALBERTVS STADENSIS *ad a. 1159.* Acta Alexandri apud BARONIVM *ad a. 1159.* §. 28.

38) RADEVICVS *II. c. L. LI. LII. LIII.* qui etiam vtriusque non solum, sed etiam Cardinalium vtriusque partis epistolas inseruit. Acta Alexandri III. apud BARONIVM *Tom. XII. Ann. ad a. 1159. n. XIX.*

39) RADEVICVS *II. c. LIV.* qui etiam litteras ea de causa ad Rolandum & cæteros Cardinales scriptam inseruit, in qua hæc verba: *vt autem huic pesti competens & Deo gratum exhibeamus remedium, religiosorum virorum consilio generalem Curiam & Conuentum in octaua Epiphaniæ Papiæ indiximus celebrandam. Ad quam euocauimus totius Imperii nostri & aliorum regnorum, scilicet Angliæ, Franciæ, Vngariæ, Daciæ Archiepiscopos, Episcopos, Abbates, & viros religiosos, ac Deum timentes, quatenus remoto omni seculari iudicio, hoc tam magnum Ecclesiæ negotium Ecclesiasticarum tantum personarum sententia sopiatur.* OTTO de S. BLASIO *c. XXII.* IO. SARISBERIENSIS *ep. LIX.*

40) RADEVICVS II. c. LXIV. *tempus erat quo Concilium Papiæ indictum, celebrandum fuerat, idque de vniuersis regni partibus, videlicet cisalpinis & transalpinis in vnum collecti Archiepiscopi, & Episcopi, aliique Ecclesiarum Prælati pendula expectatione operiebantur. Tum Augustus commonens omnes ieiuniorum & orationum subsidiis Ecclesiæ Catholicæ causam Deo commendari, cum sacerdotibus, & omni populo auxilium diuinum fida sanctorum intercessione poscebat. Deinde conuocato in vnum concilio, cum resedisset, ait ad Episcopos. Quamuis nouerim officio ac dignitate Imperii penes nos esse potestatem congregandorum conciliorum, præsertim in tantis Ecclesiæ periculis: (hoc enim & Constantinus, & Theodosius, nec non Iustinianus seu recentioris memoriæ Carolus Magnus, & Otto Imperatores, fecisse memorantur,) auctoritatem tamen diffiniendi huius maximi & summi negotii, vestræ prudentiæ, vestræque potestati committo. Deus enim constituit vos sacerdotes, & potestatem vobis dedit, de nobis quoque iudicandi. Et quia in his quæ ad Deum sunt, non est nostrum de vobis iudicare, tales vos, & taliter in hac causa hortamur habere, tanquam solius Dei de votis expectantes iudicium. Cum hæc dixisset, ipse se concilio subtraxit, examen totum Ecclesiæ & Ecclesiasticis, quæ ibi innumerabiles erant committens personis. Erant autem circiter quinquaginta Archiepiscopi & Episcopi. Abbatum & præpositorum non erat præ multitudine æstimatio. Legati quoque diuersarum terrarum aderant, spondentes quicquid a synodo decretum foret, indubitanter a suis recipiendum.* Idem *cap. LXVIII.* Episcopos ibidem congregatos recenset.

41) RADEVICVS II. c. LXV. *residentibus itaque Episcopis, & clero vniuerso VII. diebus causa ventilata est, tandemque Domino Octauiano, qui cum præsens aduenisset, & haberet qui partem suam defenderent, cessit litis victoria, & pro ipso concilium siue curia dedit sententiam, condemnato Rolando & reprobato, qui citatus legitime concilio se præsentare contumaciter abnuisse dicebatur.* OTTO de S. BLASIO c. XIII. *concilio ab Episcopis habito, exclusis primum cum Imperatore laicis, Octauianus qui & Victor, cum sua parte, iudicio istius Concilii se præsentauit, seque iudicium Ecclesiæ humiliter subire profitetur. Ruolandus autem qui & Alexander cum sui parte se canonice, vtpote a maiori & saniori parte electum affirmans, nec summum Pontificem a laico citari omnesque ipsius iudicio subiacere, & ipsum a nemine iudicari debere contestans, huic Concilio se absentauit, nec responsales aliquot pro se destinauit. Cuius absentatione Concilio præsidentes permoti, electionem Domini Victoris canonicam iudicantes, Alexandro reportato, ipsum in summum Pontificem, fauente Imperatore, omnibus præsentibus, receperunt: omnique obedientia reuerentia ei exhibita, pedibus eius vtpote Apostolici cum oblationibus osculatis, Concilium soluitur: ascendentique Imp. strepam pro sacerdotali reuerentia tenens, se fautorem & auctorem promotionis ipsius ostendit. Alexander autem cum maiori parte Cardinalium, vim Cæsaris non sustinens, vrbe cessit, ac in partes Apuliæ, Calabriæ & Siciliæ, Apostolica nihilominus vtens auctoritate, se contulit, fautoresque Victoris cum Concilio Papiensi detestans, in potestate Wilhelmi Regis Siciliæ mansit aliquamdiu.* CONRADVS VRSPERGENSIS *p. 290.* Extat Epistola Præsidentium Concilio Ticinensi apud RADEVICVM *lib. II. c. LXX.* BARONIVM *Tom. XII. ad a. 1160.* GOLDASTVM *Tom. I. Constit. Imper. pag. 274.*

42) MORENA *Hist. Rerum Laudensium p. 827.* EBERHARDVS Bambergensis in Epistola ad Eberhardum Salisburgensem apud RADEVICVM *lib. II. c. LXXI.* ALBERTVS STADENSIS, CONRADVS VRSPERGENSIS *c. l.*

43) OTTO de S. BLASIO *c. XIII.* CHRON. REICHERSBERGENSE *ad a. 1160.* DODECHINVS *ad a. 1160.*

44) DODECHINVS *ad a. 1158.*

45) Extat ista apud RADEVICVM *II. c. LXVI.* quam insequitur *c. LXVII.* actio concilii.

hanc Victoris electionem confirmans, 46) eundemque per annnulum inuestiens, 47) consuetam ipsi reuerentiam pro foribus Ecclesiæ exhibuit, & manu eius accepta, ipsum vsque ad sedem deduxit & inthronizauit, nouum argumentum dedit Iuris Imperatorii in Papam. Alexander Papa vero vim Cæsaris non sustinens, vrbe cessit, ac in partes Apuliæ, Calabriæ & Siciliæ se contulit, Victoris fautores in Concilio Papiensi detestans, 48) & collecto generali concilio, Turonis Victorem excommunicauit. 49) Mediolanenses etiam, cum ipsis pactus, contra Imp. concitat, eundemque d. 28. Martii 1160. banno notauit. 50)

§. XXIV. Anno 1161. in Concilio Laudensi, cui plures intererant Episcopi & Abbates, Victor Papa iterum confirmatur, 51) etiam a Daniæ, Vngariæ & Bohemiæ Regibus adprobatur. Anno 1162. Comitia Burgundiæ in municipio quod Leonæ dicitur, 52) fuerunt celebrata, ad eademque Victor Papa vna cum Rolando fuit euocatus. Venit eo tota Gallia, Alemannia, Burgundia, Lombardia cum suis Principibus. Expectabatur Rex Franciæ Ludouicus, qui se Victorem pro Papa esse adgniturum declarauerat, 53) & Henricus

46) RADEVICVS II. c. LXX. *confirmato & recepto taliter in papatu Victore, defertur ad principem sacerdotalis concilii sententia. Qua venerabiliter suscepta & approbata, Victor ad Ecclesiam vocatur, & magna solennitate, & frequentia cleri ac populi suscipitur, ipsique vt summo Pontifici & vniuersali Papa acclamatur. Diuus quoque Imperator consuetam ei reuerentiam, sicut Constantinus beato Syluestro humiliter pro foribus Ecclesia exhibuit & manu eius accepta vsque ad sedem deduxit, & intronizauit.* Extat de eodem etiam Epistola Imp. ad Eberhardum Salisburgensem Episcopum, apud RADEVICVM *II. c. LXXI.* & epistola Episcoporum *c. LXXII.* OTTO MORENA *de reb. Laudensibus ad a. 1160.* Singularem rationem, cum Rolandum confirmauerit Imp. adducit DODECHINVS ad a. 1159. dicens: *Adrianus papa imperatorem pro coniugii dissidio excommunicare disposuerat, sed mense Octobri morte praeuentus est: pro quo duo constituti sunt, id est, Orlandus, qui dictus est Alexander, Adriani sententiam approbans: & Octauianus, cognominatus Victor, imperatori plurimum fauens.* Nec sine partium studio hoc factum, patet ex Vita S. Gebehardi apud CANISIVM Tom. VI. p. 1247. *in diebus quoque Archiepiscopatus, Deo digni antistitis Eberhardi, schismate pernicioso Ecclesia cœpit laborare, dum ex parte Ecclesiæ Alexander Apostolicus habebatur: ex parte vero Imperatoris Friderici, & eius sequacium, Octauianus, qui & Victor, Apostolici nomine falso extollebatur. Qua tempestate, iste beatus Antistes, nutantem Ecclesiam in Teutonicis partibus, ad vnitatem & fidem sancta Romana Ecclesia reuocabat & roborabat.* Id quod etiam plenius adhuc patet ex HELMOLDO *I. c. XC.* De hoc schismate CHRON. SENONENSE *cap. VII. VIII.* apud d' ACHERY *Spicilegio Tomo II. p. 624.*

47) Alexander III. Epist. ad Arnulphum Lexouiensem, apud BARONIVM lib. XII. Annal. lib. XII. Annal. ad a. 1160. n. XLI. *& Imperator ecclesiam Dei sua videretur subiugare & supponere ditioni, & eam in supremam redigere seruitutem, Apostatico* (Victori II.) *pontificalia insignia reddidit, & eum de papatu, quod est a seculis inauditum, per annulum, prout dicitur inuestiuit.*

48) OTTO de S. BLASIO *cap. XIII.* IO. SARISBERIENSIS *ep. LIX.*

49) AVCTARIVM AFFLIGEMENSE *ad a. 1162.*

50) SIGONIVS *lib. XIII. p. 310.*

51) MORENA Historia Rerum Laudensium p. 834. *ad honorem Laudensium ex voluntate Imperatoris Laude celebratum est concilium, in quo Imperator cum suis Principibus - - & multi Episcopi, & magna copia priorum, Abbatum, praepositorum, aliorumque clericorum, qui venerunt ad synodum siue concilium vnanimiter confirmationem adprobauerunt, qua in praeterito anno MCLX. Papia iam facta fuerat de ipso Papa Victore. Fuerunt autem in ipso concilio recitata litterae excusatione Regis Dacia, Regis Norwegia, Regis Vngaria & Regis Bohemia, & sex Archi-Episcoporum & viginti Episcoporum multorumque Abbatum - - in quibus omnibus litteris continebatur, ipsos Reges cum vniuersis eorum prouinciis, praedictos Archiepiscopos, Episcopos, Abbates & praepositos velle tenere praefatum Victorem pro Papa & domino & se velle ratum habere hoc totum, quod Victor statuit in ipso concilio cum aliis ibi praesentibus.* Licet Geysa II. qui tunc erat Vngariæ Rex, prout patet ex epistola ad Ludouicum VII. Gallorum Regem, apud FRANC. du CHESNE *Tom. IV. Script. Rer. Franc. p. 578.* potius Alexandro III. adhæserit. SIGONIVS *lib. XIII. p. 311.*

52) GODEFRIDVS ad a. 1162. *igitur generali synodo indicta in municipio quod Leona dicitur, super fluuium Saonam in Episcopatu Bisontino, Imperator cum Papa Victore, multisque Archiepiscopis, Episcopis, Abbatibusque affuit, in decollationis S. Iohannis Baptista.* HELMOLDVS I. c. XC. *& misit ad Regem Francia Ludouicum, vt occurreret sibi ad colloquium apud Laonam, qua est in terra Burgundionum, iuxta Ararim fluuium, ad redintegrandam vnitatem Ecclesia.* Clarius adhuc locus definitur in FRIDERICI I. epistola VI. *vniuersorum nostrorum Principum consilio colloquium indiximus IIII. Kalendas Septembris, ad pontem Laone, inter Diuionem & Dolam, cum Archiepiscopis, Abbatibus, aliisque Cleri nostri Prioribus illuc venturi.* Vix igitur est vt credamus CHRONOGRAPHO SAXONI, qui ad a. 1162. *Conuentus apud Bisantium.* Idem dicit ALBERTVS STADENSIS ad a. 1163. *Imperator, tam Rolandum quam Octauianum, vocat ad Iudicium, curiam indicens Bisanzia.* Vtrosque sequitur KRANTZIVS *Saxonia VI. c. XVIII.* & CHIFLETIVS *Vesontione I. c. LII.* ALBERICVS ad a. 1162. *Imperator Fredericus a Rege Francorum inuitatus, vt sublato schismate Romana Ecclesia pax firma redderetur, Concilium in territorio Besantionum Dolo villa super Sagonam fluuium in decollatione sancti Ioannis Baptista conuocauit.* Potius sequimur GODEFRIDVM, & Leonam *Ledonem*, de quo CHIFLETIVS p. II. p. 55. agit, hodieque *Lon* dicitur, esse putamus.

53) Epistola Friderici III. *pro illa siquidem controuersia, qua inter nos & Regem Francorum pro schismate Romana Ecclesia iam diu agitabatur aspirante spiritus sancti gratia, qua facit habitare vnanimes, in domo Domini, mediantibus hinc inde legatis tandem pari voluntate, & vnanimi consensu inter nos conuenit, quod nos videlicet vna cum Archiepiscopis, Episcopis, & Patribus, Orthodoxis ac viris religiosis, Baronibus & vniuersis vtriusque regni Principibus IIII. Kal. Septemb. in die videlicet decollationis Ioannis Baptista, super fluuium Saonam in episcopatu Bizantino concilium generale pariter celebraturi sumus, in quo Rex Francorum dilectus consanguineus noster cum vniuersis Archiepiscopis, suis Episcopis, & cum omnibus regni sui Principibus, & tota Gallicana ecclesia reuerendum patrem nostrum Dominum Papam Victorem sicut per sacramenta & firmissimas securitates praeordinatum est, in Apostolicum & vniuersalem sancta Dei Ecclesia Pontificem reci-*

ricus Rex Angliæ, Rexque Hispaniæ, sed non venerunt, sollicitati per Rolandum. Solus Rex Franciæ nocte venit, sed consilio Rolandi, 54) & sibi parentium in proximo castro resedit; nec, insidias metuens, ad Imp. peruenit, sed lotis manibus, statim iterum discessit. 55) Adfuit huic synodo Rex Danorum Waldemarus; qui ibidem coronam de manibus Imperatoris suscipiens, homo eius factus est. 56) Igitur Imperator & Rex Danorum cum tota illa frequentia Pontificum & principum; sicut in prima & secunda Synodo, Victorem vniuersalem Papam nominauerunt; & Alexandrum cum suis sequacibus schismaticos designauerunt. 57) Licet Ludouicus VII. instante vxore Constantia, Alexandro III. qui ad ipsum confugerat, faueret, ipseque in Concilio Tholosano adprobaretur. 58)

§. XXV. Anno 1163. Imperator curiam celebrem apud Moguntiam habuit, & quosdam conuictos de interfectione Archiepiscopi Arnoldi, digna vltione multauit, & ad reprimendam ciuium insolentiam murum destrui ciuitatis mandauit. Quandam etiam cognatum suum nomine Conradum, Ottonis Wittelsbachici fratrem, Episcopum eis suo arbitrio præfecit, qui nec multo post contra Imperatorem sentiens, sponte Episcopatum tanquam pro iustitia deseruit, & ad partem Alexandri Papæ, eo quod sibi probabilior videretur, transiuit. Vnde Imperator Christianum Cancellarium suum in eius loco subrogauit. 59) Ex quo iuris Imperatorii, in Episcopos patent argumenta.

§. XXVI. Anno 1163. Fridericus Imp. tertia vice, sed sine instructu bellico, Italiam ingreditur, ibique sicut & in Germania diuersis placitis, cum Italicis Baronibus per loca habitis, negotia Imperii inducialiter exercuit, ac per aliquod tempus cum eis quietus permansit. 60) Anno 1164. Barrasonem iudicem olim Ciuitatis Eboncæ, pro magna pecuniæ summa, Regem Sardiniæ, quæ antea in diuersas dynastias fuerat diuisa, constituit, ipsi-

recipiet & debitam ei exhibebit reuerentiam. Factum id etiam esse per legatum, patet ex Epistola VI. *Comes siquidem Henricus Trecensis quum ad curiam nostram in legatione Domini sui Regis Francorum venisset, & reuerendum patrem nostrum Papam Victorem humili veneratione honorasset.*

54) Extat epistola Alexandri III. ad Hugonem Suessionensem Episcopum, vt Ludouicum Galliarum Regem moneat, ne intersit conuentui a Friderico indicto apud du CHESNE *Tom. IV. Script. Franc. Ep. DXCV.* ANT. PAGI *Crit. Ann. Baronii ad a. 1162. §. IV.* HARDVINVM *Actis Conciliorum Tom. VI. p. II. p. 1490.*

55) ALBERTVS STADENSIS ad an. 1163. *venit Imperator, venit Rex Daciæ, Waldimarus, in cuius Comitatu Dux Borius erat, quem ipse postea submersit, quia Regnum affectauit. Ibi Waldemarus duo regna, Daciæ & Sueciæ, ab Imperatore suscepit. Venit Hartwicus, Bremensis Archiepiscopus, conquerens ibidem, quod tria regna, Dacia, Sueuia, Norwegia, se de sua sede abstraxerint violenter, cum iure deberent suam Synodum obseruare; venit Reinoldus Coloniensis, & Absolon Lundensis; venit tota Gallia, Alemannia, Prouincia, Burgundia, Lombardia, cum suis Principibus. Expectatur Rex Franciæ, Lodowicus, & Heinricus, Rex Angliæ, Rexque Hispaniæ, sed non veniunt, sollicitati per Rolandum. Solus Rex Franciæ nocte venit, quia, cum venturum, Heinricus Comes Campaniæ, iurauerat, & manibus in flumine lotis, statim discessit. Alexandro cum suis non veniente, Imperator Victorem in Papatu, cum rege Daciæ confirmauit, qui Treuerim veniens Rolandum cum suis excommunicauit.* Breuiter GODEFRIDVS MONACHVS ad a. 1162. *Rex autem Franciæ ex altera parte fluminis pridie aduenerat; sed ex consilio Papæ Alexandri & sibi parentium, in proximo castro resedit; nec ad Imperatorem peruenit.* Prolixius vero rem omnem exponit HELMOLDVS lib. I. c. XI. dicens: *Ludouicus ergo Rex Franciæ, cuius præcipue expectabatur aduentus, vbi intellexit, Cæsarem approperare cum exercitu & armis multis dubitauit occurrere illi. Sed propter fidem sacramentorum, venit ad locum placiti constituto die, hoc est, in decollatione Ioannis Baptistæ, & exhibuit se in pontis medio ab hora tertia vsque ad horam nonam. Porro Cæsar necdum venerat. Quod Rex Franciæ accipiens pro omine, lauit manus suas in flumine ob testimonium, quasi qui fidem pollicitam reddiderit; & digrediens inde abiit ipso vespere Diuionem. Veniens ergo noctu Cæsar, intellexit Regem Franciæ discessisse, & misit honorabiles personas denuo accersere eum. Sed ille nulla ratione vacare potuit, gratulans se fidem soluisse, & suspectam Cæsaris manum euasisse. Ferebatur enim a multis, quod Cæsar eum circumuenire voluerit, & propter hoc contra pactionum tenorem armatus aduenerit. Sed ars arte delusa est. Francigenæ enim ingenio altiores, quod armis & viribus impossibile videbatur, consilio euicerant. Tunc Cæsar vehementer irritatus, secessit a Curia, intentans Francigenis bellum.*

56) Verba sunt GODEFRIDI *ad a. 1162.* Nec denegat illud SAXO GRAMMATICVS lib. XIV. p. 302. nisi quod in Metensi Curia hæc celebrata dicat Comitia, & Fridericum perfidiæ incusat, quasi multis artibus Waldemarum ad hoc pellexerit, cui tamen ideo respondet CONRINGIVS *de Fin. Imperii lib. I. c. XIV. p. 215.* Maxime vero Saxo ex eo refelli poterit, quod de eodem Waldemaro tradat RADEVICVS I. c. XXIV. *eodem loco, iisdemque diebus nuntii Regis Daciæ nuper electi, Principis adeunt præsentiam* (in Comitiis Augustanis 1158.) *postulantes, quatenus inuestituram de regno suo Regi mittere, & electionem de ipso factam ratihabitione confirmare dignaretur. Exaudiuit eos Imperator, præbito & accepto ab eis sacramento iurisiurandi. Post reditum suum de Italia, infra XL. dies Regem ad curiam venturum, & Regni administrationem de manu Principis, debitæ fidelitatis interposita securitate suscepturum.*

57) GODEFRIDVS *c. l.*

58) RUBERTVS de MONTE *ad a. 1161.* PAGI *Crit. Ann. Baronii ad a. 1161. n. I. sqq.* GERHOHVS *de Inu. Antichristi lib. I.* HARDVINVS *Concil. Tom. VI. p. II. p. 1585.*

59) Verba sunt GODEFRIDI *ad a. 1163.* Adstipulatur CHRONOGRAPHVS SAXO *ad h. a.* CHRON. MONT. SERENI *p. 33.* DODECHINVS. CONT. LAMBERTI a. 1160. 1163. CONRADVS *Chron. Mogunt. p. 570.* BARONIVS *Ann. Eccles. ad a. 1160. n. XXXII.* SERARIVS *Rer. Mogunt. lib. V. pag. 565.*

60) Verba sunt OTTONIS de S. BLASIO *cap. XVII.* CHRON. ELWANGENSE. ACERBVS MORENA *ad a. 1163.* GODEFRIDVS *ad a. 1164.*

61) AUEM-

ipſique poſtquam Imp. fidem promiſiſſet, atque iuraſſet, contradicentibus licet populis atque Piſanis, ab epiſcopo Leodienſi vncto d. III. Auguſti coronam ipſe impoſuit. 61) Bariſo Rex in Sardiniam vectus, cum pecuniam ſoluere non poſſet, quam a Genuenſibus ad regium faſtigium emendum mutuo accepiſſet, ab iiſdem Genuæ eſt reiectus, atque in cuſtodiam traditus. 62) A. 1166. in conuentu Laudæ ab Imp. habito, legati Piſanorum & Genuenſium de Iure Sardiniæ diſceptant, cumque Piſani ſe tredecim librarum millibus ius eius ab Antiſtite Moguntino præſente redemiſſe adſererent, Genuenſes vero id in fraudem ſuam fieri non poſſe, oſtenderent, Fridericus eam cauſam de integro cognoſci mandauit, ac conuentu perfecto ad exercitum in Roncalias, ac inde in Papiam conceſſit. 63) A. 1172. vero Genuenſes Bariſonem Regem tandem cuſtodia liberarunt, atque in Sardiniam reduxerunt. 64) Tandem a. 1175. Imp. Piſanos atque Genuenſes ad concordiam reduxit, atque Genuenſibus dimidia pars Sardiniæ eſt addicta, propter quam diu cum Piſanis fuerat decertatum. 65) Dum vero Imp. in Germaniam fuiſſet reuerſus, legatos in Italia relinquebat, qui iura Cæſaris in Italiæ Ciuitatibus ſeruarent. Hi autem dum nimis graues eſſent, pleræque Italiæ Ciuitates, quarum Padua, Verona atque Vincentia erant præcipuæ, pro defendenda libertate, atque abolendis Grauaminibus inter ſe paciſcebantur, idemque ab Imp. per legatos petebant, qui tamen re infecta dimittebantur. 66) Inde Imp. Comitia Bambergæ poſt Martini diem a. 1164. celebrat, ibidemque litem inter Reinoldum Colonienſem Antiſtitem & Conradum Palatinum Comitem componit, 67) de pace etiam in Germania ſtabilienda fuit ſollicitus.

§. XXVII. Mortuo a. 1164. Victore Papa, Wido ſucceſſit, Cremenſis Epiſcopus, Paſchalis III. dictus. 68) Anno vero 1165. Imp. celeberrimam curiam Würtzburgi in Pentecoſte habuit: vbi tam ipſe Imperator quam omnes Epiſcopi, quorum XL. erant & Principes iurauerunt, quod Paſchalem nunquam deſererent, nec ad partem Rulandi aliquando tranſirent. 69) Huc etiam Henrici Anglorum Regis legati venerunt, iſtum Alexandro

61) ACERBVS MORENA *ad a. 1164. ea vero tempeſtate quidam Iudex de Sardinia de ciuitate Ebonca, maxime opulentus, ad maiorem dignitatem proueht deſiderans, ab Imperatore cœpit implorare, vt regio ſolo decoraretur. Tandem Principum ac non modica pecunia interuentu, pro poſſe licet reſiſterent ac rogarent populi, ne illum Regem conſtitueret, Die Lucæ tertia menſis Auguſti ipſum Imperator Regem Sardiniæ inſtituit promittentem & iurantem Imperatori fidelitatem.* ALBERICVS *ad a. 1164. Regem Sardiniæ Barraſonam ab Imperatore coronatum, idem Leodienſis Epiſcopus* (Henricus) *in Regem benedicit.* SIGONIVS lib. XIII. p. 316. *Fani eum Genuenſes adierunt, rogantes, nunquid Siculæ expeditionis gratia ſibi parandum eſſet. Parmam deinde reuerſum rogarunt, quatuor millibus marcharum acceptis nouum regni Sardiniæ titulum inſtitueret, id eſt Bariſonem Arboreæ, quæ pars erat Sardiniæ, iudicem, appellaret regem: eum inſulam ad commoda Imperii obtenturum.* ANNALES PISANORVM *ad an. 1165.* TRISTANVS CALCHVS *lib. X. p. 219. lib. XI. p. 222.* AEGIDIVS de AVREA VALLE *Hiſt. Leod. c. XLIV.*

62) SIGONIVS *p. 317.*

63) SIGONIVS *ad a. 1166.*

64) SIGONIVS *ad a. 1172.*

65) SIGONIVS *ad a. 1175.* FELLER *Monum. ineditis Trim. I. p. 14.*

66) MORENA p. 840. de Imp. *Qui cum in Alemanniam profectus eſſet, ibique cauſa congregandi exercitum plurimum moraretur, prædicti ſui procuratores non ſolum iura & rationes Imperatoris in Lombardia exigebant: ſed in ſeptuplo plus, quam ſibi de iure deberetur, a Lombardia inique & irrationabiliter extorquebant, & in tantum ipſos Lombardos omnes, tam Clericos quam laicos, magnos & paruos, opprimebant, quod ſe quaſi mortuos reputabant: & cum tam grauiter ab ipſis Imperatoris Nuntiis comprimerentur, & ſe ab iis, licet poſſent, defendere non volebant, Imperatoris magis amore quam timore; dicentes intra ſe mala, quæ ſibi fiebant, Imperatori diſplicere: cum ipſe veniret, eos a tantis oneribus adiuuabit. Quare aduentum ſuum quotidie expectantes, mala omnia, quæ ſibi ingerebantur, pacifice ſuſtinebant.* Adde RADEVICI *Appendicem ad a. 1164.* Acta Alexandri III. apud BARONIVM *ad a. 1164. n. LXV.* TRISTANI CALCHI *Hiſtoriam Mediolanenſem lib. XI. ad a. 1164.* SIGONIVM *de R. Italiæ lib. XIII. p. 316.*

67) GODEFRIDVS COLONIENSIS *ad an. 1164.*

68) GODEFRIDVS ad a. 1164. *Victor Papa apud Lucam obiit, ibique ſepultus eſt, cui Wido ſucceſſit Cremenſis Epiſcopus X. Cal. Maii, & ab Henrico Leodienſi Epiſcopo, ordinatus eſt VI. Cal. Maii, & Romano more Paſchalis eſt appellatus.* OTTO de S. BLASIO c. XVIII. *Anno Dominicæ incarnationis 1164. Victore vno Pontificum Romæ defuncto, Paſchalis ab his, a quibus & Victor prius electus eſt, ſubſtituitur, Alexandro adhuc ſedente.* Epiſtola FRIDERICI I. ad Henricum Trecarum Comitem n. VIII. *denique beatiſſimo Papa Victore ad Paradiſi gaudia aſſumpto, & in eius locum ab Epiſcopis Cardinalibus almæ ſedis Apoſtolicæ, Domino Paſchali viro Chriſtianiſſimo in præſentia Epiſcoporum & religioſorum Lombardiæ ac Tuſciæ, illuſtris quoque Præfecti Vrbis Romæ ac multorum nobilium Romanorum Catholico ſubſtituto, ipſum etiam Dominum Paſchalem, ex Eccleſiæ ac Principum imperii iudicio atque conſilio in Papam & Patrem Catholicum ſolenniter recepimus, debitoque honore venerari ſemper intendimus.* ACERBVS MORENA, ALBERICVS, CHRONOGRAPHVS SAXO, AVCTARIVM AQVICINCTINVM, ALBERTVS STADENSIS, ACTA ALEXANDRI III. IO. de CECCANO, CHRON. REICHERSBERGENSE, PAGI *Critica Ann. Baronii ad a. 1166. n. I. ſqq.* CHRON. AVGVST. *ad a. 1164.* CHRON. MONTIS SERENI *p. 33.* GOBELINVS PERSONA *æt. VI. c. LX.*

69) GODEFRIDVS *ad a. 1165.* AVCTOR APPENDICIS AD RADEVICVM, CHRON. AVGVST. AVCTARIVM AQVICINCTINVM *ad ann. 1165.* FRIDERICVS in epiſtola VIII. ad Henricum Trecarum Comitem: *igitur zelo reformandi decoris domus Dei ardentius accenſi eum Regem Francorum (qui nulla noſtra culpa præeunte, vna cum Rulando Imperii noſtri hoſte publico eiusque ſequacibus Imperialem noſtrum honorem manifeſte molitur auferre) poſt multos noſtros ammonitus irreuocabilem perſenſiſſemus, vniuerſis Imperii noſtri Principibus in ſancto Pentecoſtes curiam generalem Wirzeburc indiximus, quorum cætu celeberrimo ibidem ſolenniter præſidente, Eccleſia*

xandro plane renuntiasse, iurato declarantes. 70) Exeunte Anno 1165. Imp. Natalem Domini Aquisgrani celebrat. Ibi IV. Kl. Ianuarii cum frequentia Pontificum ac Principum, magnoque cum tripudio cleri ac populi extulit de sarcophago ossa Caroli M. Imperatoris, vbi sepultus quieuerat annis CCCLII. & quædam regalia Xenia in vasis aureis & palliis sericis tam Imp. quam Regina eidem contulerunt Ecclesiæ, additis X. marcis annuatim 71) Carolo in numerum Sanctorum relato.

§. XXVIII. Quartam expeditionem in Italiam Imp. a. 1166. suscepit, tum pro confirmatione Paschalis Papæ, tum pro perfidia Mediolanensium, qui sine permissu eius Ciuitatem reædificabant. 72) Episcopi etiam & Barones totius Longobardiæ cum gaudio Imp. susceperunt. Hic vero per virtutem optimatum suorum, & præcipue per industriam Reinoldi Coloniensis Pontificis, in breui omnem Italiam, Longobardiam & Apuliam sibi subiecit. 73) Hærente autem Cæsare in obsidione vrbis Anconæ, Romani cum XLII. millibus, Reinoldum in castro Tusculano commorantem includunt, aduenante autem in auxilium Christiano Moguntino, victi fuerunt, sex millibus illorum occisis, reliquis fugatis; 74) Ancona igitur dedita, Romam armata manu intrat Fridericus Imp. Paschalem in sede Papali collocat, 75) qui eundem atque Beatricem coronat 76) Romanis ipsi fidem iurantibus atque obsequium. 77) Rolandus dictus Alexander, cedere cogebatur. 78) Nihilominus Mediolanenses vrbem icto cum vicinis, maxime Cremonensibus,

Ecclesiæ Dei statum ac Domini Paschalis Papæ negotium serio ac magnifice duximus roborandum. Inuocata igitur deuotissime Spiritus sancti gratia, & vniuersorum qui aderant consilio communicato, & remouendam pro parte nostra omnem ambiguitatem ipsi nos manu propria super sanctorum reliquias iuramentum publice præstitimus, quod Rolandum schismaticum, vel eius successorem, quem pars ipsius elegerit, in Papam nunquam recipiemus, nec ad eum recipiendum assensum vnquam alicui præbebimus. Et paullo post: *idem quoque iuramentum Archiepiscopi omnes & Episcopi, atque Electi, qui interfuerunt numero XL. super sancta Dei Euangelia manu propria vnusquisque sub stola sua præstiterunt, & publice firmauerunt. Nihilominus Principes seculares vniuersi, Dux videlicet Saxoniæ ac Bauarus, Marchio Albertus Senior, Conradus Palatinus Comes de Rheno, & Ludouicus Landgrauius, & reliqui omnes super Sanctorum reliquias publice ad ipsum iurauerunt.* Addit demum, Henrici Angliæ Regis legatos idem iurasse.

70) GODEFRIDVS COLON. *ad a. 1165.*

71) Verba sunt GODEFRIDI *ad a. 1166.* Vide supra *Per. Quarta sect. I. sub Carolo M. §. fin.*

72) Hasce rationes adducit GODEFRIDVS *ad a. 1166.* ACERBVS MORENA ad h. a. OTTO de S. BLASIO c. XX. *anno incarnationis Dominicæ 1166. Fridericus Imperator sedata, vti dictum est, Principum controuersia, ac bene dispositis in Germaniæ rebus, ex omnibus regni visceribus congregato exercitu, Alpes iam quarta vice transcendens, procinctum mouet in Italiam, indeque Appenninum transiens, ac per Tusciam exercitum ducens, in Marchiam Anconitanam diuertit, & Anconam vrbem rebellem obsidione cinxit.* ALBERTVS STADENSIS *ad an. 1166.* CHRON. AVGVSTENSE *ad a. 1167.*

73) GODEFRIDVS *ad a. 1167.*

74) Hæc late narrat GODEFRIDVS *ad a. 1167.* OTTO de S. BLASIO *c. XX.* DODECHINVS *ad a. 1165.* CHRON. SAXO *ad an. 1167.* CONT. RADEVICI *ad a. 1168.* IO. de CECCANO Chron. Fossæ nouæ ad a. 1167. *hoc anno, mense Medio Cancellarius Imperatoris Friderici venit super Romanos cum grandi exercitu, & pugnauit cum eis III. Kal. Iunii, in qua pugna fuerunt mortui de Romanis sex millia, & capti multa millia. Deinde prædictus Cancellarius deuastauit & obsedit Romam.* CHRON. LOBIENSE ad a. 1167. *Romani in ipso die pentecostes Roma viriliter erumpentes, dum se fortiter acturos sperant pene vsque ad internecionem aut captiuantur aut trucidantur. Subsecutus est Imperator, Romamque ingressus eorum primatibus filiis coronatus incedit.*

75) GODEFRIDVS, ACERBVS MORENA, CHRONOGRAPHVS SAXO, ALBERTVS STADENSIS *ad a. 1167.* HELMOLDVS *Chron. Slau. lib. II. c. X.* OTTO de S. BLASIO *cap. XX.* SIGONIVS *lib. XIV. ad h. a.*

76) GODEFRIDVS ad a. 1167. *tertia dehinc die, in festo beati Petri, Dominam Beatricem vxorem Cæsaris in Imperatricem consecrauit.* OTTO de S. BLASIO c. XX. *Cæsar itaque hac vtinam non consequuta victoria potitus, coronata Imperatrice ab Vrbe recedit.* Errauit igitur ACERBVS MORENA l. c. dicens: *prædictus Dn. Papa Paschalis Dn. Fridericum Imperatorem, & Serenissimam Augustam, Beatricem, Coniugem suam, coronis, ex auro purissimo, & multis pretiosissimis gemmis decoratis coronauit, in ipsa Ecclesia S. Petri.* CHRON. REICHERSBERG. *ad an. 1167.* GOBELINVS PERSONA *at. VI. c. XX.*

77) GODEFRIDVS c. l. *Pactum quod pepigerunt Romani cum Domino Friderico Imperatore & semper Augusto iurauerunt præsentes, & iurabunt futuri senatores & totus populus Romanus Domino Friderico Imperatori fidelitatem & quod iuuabunt eum coronam Imperii Romani retinere, & defendere eum contra omnes homines: & iustitias suas tam intra vrbem, quam extra vrbem iuuabunt eum retinere, & quod nunquam erunt tam in consilio quam in facto, vbi Dominus Imperator mala captione capiatur, vel membrum perdat, vel aliquod detrimentum in persona patiatur: & quod Senatum non nisi per eum vel per nuncium suum ordinabunt sine fraude & malo ingenio. Dominus Imperator confirmabit Senatum perpetuo in eo vigore, in quo nunc est, & augebit eum tali tenore, vt Senatus per eum ordinetur & ei subiectus fiat, & faciet inde priuilegium cum sigillo auri, in quo contineantur hæc, videlicet confirmatio Senatus, & quod faciet salua omnia iusta testamenta populi Romani quantum ad Imperatorem pertinet, quod ea illis non aufferret, bonos vsus vrbis & locationis libellos tertii & quarti generis conseruabit, & præcipiet in eodem priuilegio non aufferri Romanis in toto imperio suo plateaticum, portaticum, aut ripaticum, & si aufferre præsumpserit, incidat in pœnam C. librarum auri. Hæc omnia cum subscriptione Principum curiæ fient.* IO. de CECCANO c. l.

78) CONT. RADEVICI ad a. 1168. *Rolandus, qui & Alexander, denuo vrbe cedit. Nam hoc eodem anno de Francia reuersus, fretus, quibusdam de nobilioribus Romanis & Guilhelmo Siculo sedem Lateranensis Patriarchis insederat.*

79) GODE-

sibus, Vicentinis, Mantuanis, Brixiensibus, Ferrariensibus & Bergamensibus fœdere restaurari fecerunt, quos Imp. ideo banno notauit, obsidesque eorum iussit suspendi. 79) Verum, peste in exercitu Cæsaris grassante, perplures absumebantur. Inter hos Hermannus Verdensis, Eberhardus Ratisbonensis, Daniel Pragensis, Alexander Leodiensis, Conradus Augustanus, Gotfridus Spirensis, Fridericus Dux de Rotenburg, Guelphus iunior, Berengarius Comes de Sultzbach, cum multis aliis, ita, vt dum sepulcra deficerent, corpora defunctorum in Tiberim proiicerentur. 80) Motus inde Imp. Paschali relicto, in Lombardiam arma vertit, & postquam vrbes rebelles banno notasset, agrum Mediolanensem atque Placentinum deuastat. Ast, dum exercitus Imp. indies defecisset, Mediolanenses ipsum vndique persequebantur, atque ex vna vrbe in alteram fugere compulerunt, 81) vsque dum, simulata pace, occulte cum paucis in Germaniam reuerteretur. Alexander vero Fridericum denuo anathemate percussit, & subditos a fidelitate absoluit. 82)

§. XXIX. Reuersus a. 1168. ad Cisalpina, totam terram & vniuersam substantiam Friderici de Rotenburg fratruelis sui Conradi III. filii hæreditaria possessione possedit, ac multorum Baronum possessiones postmodum in suam potestatem contraxit. 83) Eodem anno Welfo Dux, licet iam antea Henricum Leonem scripsisset hæredem, beneficia sua, Ducatum scilicet Spoleti, Marchiam Tusciæ vna cum Principatu Sardiniæ, de quibus a. 1152. ab Imp. fuerat inuestitus, 84) ipsi resignauit, fructibus saltim ad vitæ dies sibi reser-

79) GODEFRIDVS c. l. OTTO de S. BLASIO c. XX. AVCTARIVM AQVACINCTINVM, PTOLEMAEVS LVCENSIS, *ad a. 1167.* MORENA *Historia Rerum Laudensium p. 840.* Formulam iurati fœderis exhibet CAROLVS SIGONIVS *de Regno Italiæ lib. XIV. p. 332.* Idem *de rebus Bononiensibus lib. III. p. 63.*

80) MORENA p. 846. *Interea, dum hæc Romæ agerentur, quædam maxima ac miserabilis & mortalis pestilentia super Imperatorem, eiusque totum exercitum diuinitus accidit. Sequenti namque die Mercurii proxima, cum maxima cæli serenitas esset, statim quasi in ictu oculi mirabiliter pluere cœpit; deinde post aquam serenitas magna & clara nimis facta est: statimque infirmitas super Imperatoris exercitum talis excreuit, quod equites & pedites atque scutiferi corruebant & moriebantur. Ob quam rem Episcopi, Archiepiscopi, Comites, Marchiones & Duces, aliique multi nobiles & ignobiles, qui in ipso exercitu erant, corruebant. Obiit namque Dux Fridericus in Rotemburgo, Regis quondam Conradi filius, & Imperatoris Germanus Consobrinus, de quo immensus dolor fere per totum inoleuit, quoniam ipse homo erat magnæ virtutis. Decessit etiam tunc Guelphus, Ducis Guilielmi filius, & Raynaldus Archi-Cancellarius & Coloniæ Electus Archiepiscopus, homo maximi ingenii, & cuius scientia & probitate Imperium multum fuerat sublimatum. Episcopus etiam de Laxe vita priuatus est.* ALBERTVS STADENSIS, GODEFRIDVS COLONIENSIS, DODECHINVS, IO. de CECCANO, CHRON. REICHERSBERG. CONRADVS VRSPERGENSIS, ACTA ALEXANDRI *ad a. 1167. n. VI.* CONT. RADEVICI *ad a. 1168.* OTTO de S. BLASIO *c. XX.* HELMOLDVS *c. l.* HENRICVS *Hist. Cal. Saltzburg c. VI.*

81) GODEFRIDVS ad a. 1168. *Imperator contra Imperatoriam dignitatem de Italia occulte cum paucis rediit, omnibus ciuitatibus Italiæ contra eum coniurantibus.* OTTO de S. BLASIO *cap. XX.* CONT. RADEVICI 1168. CONRADVS VRSPERGENSIS p. 296. *Imperator compulsus exercitum suum dimittere - - egressus est de Italia per montem Iouis tendens in Burgundiam, terram vxoris suæ, in quibusdam etiam locis adeo angustiatus, vt accepta tunica seruientis, seruum se esse simularet, & equos tanquam seruus procuraret.* IOANNES SARISBERIENSIS ep. CCXXXIV. *Imperator assumpto habitu seruientis, quasi vt alicuius magni viri procuraret hospitium, cum aliis quinque seruientibus noctu egressus est latus, quod ei fata concesserant Italiam perdere, quam demeruerat diutius retinere. Inde transiens Crisopolim turbauit Burgundiam proceribus intentans minas.*

82) PETRVS BLESENSIS apud MARTENE *Tom. I. Thesauri Anecdotorum p. 640.* de Alexandro III. *Fredericum plena auctoritate apostolicæ sedis, solenniter & terribiliter a fidelium communione præscidit.* IO. SARISBERIENSIS ep. CCX. *Vicarius Petri a domino constitutus super gentes & regna Italiæ, & omnes, qui* (Friderico) *ex causa Imperii & regni religione iurisiurandi tenebantur adstricti, a fidelitate eius absoluit. Abstulit ei etiam regiam dignitatem, ipsumque anatemate condemnauit. . . In quo secutus est exemplum Gregorii VII. decessoris sui.*

83) OTTO de S. BLASIO c. XXI. *eodem tempore Fridericus Imperator reuersus ad cisalpina, totam terram & vniuersam substantiam Friderici de Rotinburch ditissimi, fidelis in possessione prædiorum Principis, fratruelis sui, hæreditaria possessione possedit, ac multorum Baronum possessiones postmodum in suam potestatem contraxit.* WOLTERVS *Chron. Brem. p. 53.*

84) MONACHVS WEINGARTENSIS de Guelphis cap. XIII. qui (Fridericus Imp.) *Auunculo suo Gwelfoni, Marchiam Tusciæ, Ducatum Spoleti, Principatum Sardinii, Domum Comitissæ Machtildis, in Beneficio tradidit. Reditus tamen illos, ad Fiscum pertinentes, quorum iam mentionem habuimus, nihilominus recepit.* RADEVICVS II. c. X. *Reditus quoque Imperiales, quæ dicuntur Domus Mathildis, a Duce Guelfone, seu ab aliis, distractos & dispersos congregauit, quos postmodum eidem Nobilissimo Principi adunatos & melioratos, liberali restitutione, noscitur reddidisse.* Idem dicit MONACHVS WEINGARTENSIS *Hist. de Guelphis c. XIII.* & CHRON. WEINGARTENSE *pag. 789.* OTTO de S. BLASIO c. XXI. *Welf vero Dux orbatus herede in amisso filio, tactusque dolore cordis intrinsecus, Henricum Ducem Saxoniæ & Bauariæ fratruelem suum in heredem asciuit: ab eoque pro hoc quantitatem pecuniæ exigens, dum consequi putat, frustratur promissis, Dux enim Henricus quorundam prauorum consilio, Welfonem iam grandæuum cito moriturum præsagiens, argentum pro constituto dare distulit. Welf iratus, Imp. Friderico sororio suo, recepta ab eo prius pro libitu suo pecunia, primo beneficiis scilicet ducatu Spoleti, Marchia Tusciæ, principatu Sardiniæ ipsi resignatis, omnia prædia sua ipsi condidit, eaque vsque ad terminum vitæ pluribus aliis additis recepit. Simili modo Rudolfus Comes de Phullendorf, sororius Comitis Rudolfi de Brigantia, omnia prædia sua heredis loco Imperatori tradidit. Pro his Imperator Alberto Comiti de Habsburg, qui filiam Comitis Rudolfi in matrimonio habebat, concessit Turicensem Comitatum, & aduocatiam Seckingensis Ecclesiæ, cum prædiis conquisitis de Bieder-*

reseruatis. Præter hæc, diuersa Comitum & nobilium, qui hæredibus carebant, prædia donatione vel pretio adquisiuit. 85) Eodem anno 1168. Francofurti Comitia celebrauit, vbi Henricum Leonem, Saxoniæ Ducem cum reliquis Saxoniæ Principibus ad pacem reuocauit. 86) Sic etiam eodem anno celebrauit Comitia Herbipoli, quibus Heroldo Würtzburgensi Episcopo iudiciariam tantum potestatem in terris Episcopatus sui sub Ducatus Herbipolitani titulo concessit, qui secularem saltim potestatem in terras Episcopatus Würtzburgensis comprehendebat. 87) Insequenti anno 1169. Imp. celeberrimam Curiam VIII. Idus Aprilis apud Babenberg habuit, vbi de Francia Abbas Cisterciensis & Abbas Claræuallensis ipsius vocatione eum adierunt, quos cum Episcopo Babenbergensi in Italiam pro Ecclesiæ vnitate direxit. 88) Inde Burgundiam ingressus Imp. terram soceri sui Reginaldi Comitis, qui iam obierat, in ditionem suam redegit, ac regnum Burgundiæ cum Archisolio Arelatensi, a Bertolfo Duce Zeringensi extorsit. Dehinc anno 1169. filium suum Henricum quinque annorum, Aquisgrani, a Philippo Coloniensi Archiepiscopo in Regem fecit coronari. 89)

§. XXX. Anno 1173. Imperator decreta in Comitiis Wormatiensibus expeditione, cum maximo exercitu Bauarorum, Sueuorum, Francorum, Saxonum, in Poloniam proficiscitur, pro restituendo nepote suo Micislao, a Polonis eiecto, in Ducatum. Tanta autem fuit multitudo exercitus, vt multi testentur, nullum vnquam Imperatorem tam honesta expeditione Poloniam intrasse. Primo itaque ingressu eius Poloni exterriti, quam citissime ad gratiam eius redierunt, ita, vt octo millia marcarum Imperatori de suis conferrent, & imperio eius & omni voluntati sese deuote subiicerent. 90) Inde Imperator rediens, Saxoniam ingrediebatur, cum iam a. 1168. pacem inter Henricum, Ducem & Principes Saxoniæ fecisset. 91) Animus Imp. fuisse dicitur, vt, dum ad terram sanctam profectus fuisset Dux Henricus, potentiores quosdam Prouinciæ, quibus Dux vrbes suas commiserat, terroribus vel promissionibus secreto circumueniret, & iuramento constringeret, vt, si forte Dux non rediret, vrbes cum terra sibi contraderent. 92) Omnes autem Principes eiusdem prouinciæ Imp. deuote occurrerunt, quod hæreditatem Comitis Bernardi & Domini Martini Halberstadtiensis Episcopi requisiuerit. 93) Contra hos itaque Imp. bellum mouere nisus, interuentu quorundam Principum hoc distulit, qui eos ad gratiam eius reducere promiserunt. 94)

§. XXXI. Interea Anno 1168. Paschali Papa defuncto, Iohannes Strumensis Abbas, dictus Calixtus, ab his, a quibus prius Paschalis & Victor, substituitur, 95) Alexandro adhuc

Biedertan. Præter hæc multorum nobilium, qui hæredibus carebant, prædia, donatione vel pretio acquisiuit: vtpote illius de Suabegg, de Warthusin, de Bibra, de Horningen, de Swanbusin, de Biedertan, de Lentzeburch & de Werde, multorumque aliorum in aliis regionibus, quæ nobis incerta sunt. Hæc enim omnia in sola Alemannia acquisierat.

85) Verba sunt OTTONIS de S. BLASIO *c. XXI.* Hinc etiam Ludouico Gallorum Regi accessit, prout in ipsius Epistola videmus inter Epistolas Friderici *n. XVI.*

86) GODEFRIDVS ad a. 1169. *filius Imperatoris Henricus adhuc quinquennis vnctus est in Regem Aquisgrani a Philippo Coloniensi Archiepiscopo, die assumptionis beatæ Mariæ.* OTTO de S. BLASIO *cap. XXI.* CHRON. BIGAVGIENSE, REICHERSBERGENSE, *ad a. 1169.* ALBERTVS STADENSIS *ad a. 1168.* GOBELINVS PERSONA *æt. VI. c. LX.* GOTFRIDVS VITERBIENSIS *p. 355.*

87) GODEFRIDVS *ad a. 1168.*

88) Extat Diploma de dato VI. Idus Iulii 1168. apud LEVCKFELDVM *Antiquit. Pold. pag. 254.* LVNIGIVM *Spicil. Eccles. Tom. II. p. 943.* LAVRIESSEN *Würtzburg. Chronic. p. 528.* in quo: *vt omnem iurisdictionem quam Antecessores sui & Ecclesia & Ducatus Würtzburgens. a Carolo M. & omnibus successoribus suis vsque ad præsens tempus iusta & quieta possessione sine diminutione tenuerunt & possederunt, sibi & Ecclesiæ & Ducatui imperiali auctoritate & priuilegii nostri imminutione confirmare dignaremur.* Et paucis interiectis: *damus & concedimus & præsentis priuilegii munimine confirmari omnem Iurisdictionem, seu plenam potestatem faciendi iustitiam per totum Episcopatum & Ducatum Wirtzburgensem & per omnes Cometias, in eodem Episcopatu vel Ducatu sitas, de rapinis & incendiis, de Allodiis & beneficiis, de hominibus, & de vindicta sanguinis.* Immo, in toto hoc diplomate saltim Ducatus Herbipolitani fit mentio. Male igitur TRITHEMIVS *Ann. Hirs. ad a. 1128.* hunc Ducatum Francorum vocat. Adde SYNTAGMA IVRIS PVBLICI *cap. III. §. XII.*

89) GODEFRIDVS *ad a. 1169.*

90) GODEFRIDVS *ad a. 1173.* Male igitur MATTHIAS de MICHOVIA lib. III. cap. XXVI. *Mieczlaus his cognitis, atque a Friderico imperatore, ad quem se contulerat, nullis reportatis auxiliis.* MART. CROMERVS *Rer. Polon. lib. VI. pag. 192.* DLVGLOSSVS *Hist. Polon. lib. V. ad a. 1162. p. 411. ad a. 1169. p. 513.*

91) ALBERTVS STADENSIS ad an. 1168. *Principes Merseburg conuenerunt, aduersus Ducem iurantes. Sed Imperator, de Italia rediens, audiuit querelas Principum, contra Ducem, in Bomeneburg, & aliquamdiu pacem fecit.* GODEFRIDVS vero ad a. 1168. *II. Kal. Iunii curiam Frankinfort habuit, vbi Ducem & principes Saxoniæ ad pacem reuocauit.*

92) Hæc enim tradit GOBELINVS PERSONA *æt. VI. c. LX.*

93) GODEFRIDVS *ad a. 1173.* CHRON. SAXO *ad an. 1171. Fridericus Imperator, in nocte S. Martini, Goslariæ Curiam tenuit, in qua Patrimonium Bernhardi Comitis, filii Marchionis Adalberti, quod dicitur Plozeke exegit, ex quo grauis inter Imperatorem & fratres eiusdem Comitis dissensio orta, vsque in Festum S. Iohannis Baptistæ est dilata.* ALBERTVS STADENSIS *ad a. 1170.* HAYNECCIVS *Antiquit. Goslar. ad a. 1169. 1170.*

94) GODEFRIDVS *ad a. 1173.*

95) GODEFRIDVS ad a. 1168. *Paschalis Papa moritur, cui Dominus Calixtus per eosdem fautores Imperii successit.* OTTO de S. BLASIO *c. XXI.* CHRONICON AVGVSTANVM, CONT. RADEVICI *ad a. 1168.* ACTA ALEXANDRI III. ALBERICVS *ad an. 1170. post falsum Papam Paschalem Octauia-*

adhuc Papalem dignitatem adfectante, Mediolanenses enim reædificata a. 1167. Ciuitate, 96) Cæsaris iram metuentes, omnibus Italiæ Ciuitatibus confœderati, præter Cumanos, Papienses, Cremonenses, cum aliquibus ciuitatibus ipsis fauentibus; quæ cum Imp. sentiebant, reliqui vero Imp. eiusdemque filio Henrico plane renuntiabant. 97) Spretoque in ignominiam Cæsaris, Pontifice Calixto, Alexandro Papæ jam diu exuli obedientia firmata, subiiciuntur, ac territorium Palense fossatis firmissimis & profundissimis cingunt. Homines etiam quidam agrarii Guilielmi, Marchionis Montisferratensis, cum quibusdam militibus terras suas & possessiones derelinquentes, vrbem nouam prope Vercellas contra Fridericum Imperatorem ædificant, quam Alexandriam in honorem Alexandri Papæ nuncupant, 98) Italis in contemtum dictum Palearem. 99) Alexander insuper eam episcopali cathedra exornat. 100) Imp. vero a. 1169. Christianum Archiepiscopum Moguntinum cum valido exercitu in Italiam mittit, qui Imp. hostes inuadens, munitiones eorum destruxit, & ciuitates cepit, magnamque Italiæ partem Imp. subegit & per quinque fere annos in Italia degens, multa strenue fuit operatus. 1) Imperator igitur, postquam in Curia Fuldensi declarasset, nunquam se pro Papa Rulandum esse habiturum, 2) his compertis, expeditione Italica in Comitiis Wormatiensibus a. 1172. determinata, eo quod isti, qui partibus fauebant Alexandri, coronam Imperii Græco imponere vellent, 3) quinta jam vice a. 1174. Italiam ingreditur, 4) atque Alexandriam obsidione cingit. 5) Ast Mediolanenses cum aliis Italiæ vrbium populis, conducto magno exercitu, Imp. vt obuiam illis procederet, ad soluendam obsidionem coëgerunt. 6) Hoc territi Longobardi, pacem

Octauiani successorem in parte schismatica fuit falsus Papa ex parte Imperatoris Guido quidam Cremonensis, & vocabulo Aladamus, igne concremandus, qui se Calixtum appellauit. Sed hic a partibus stabat Alexandri. CONRADVS VRSPERGENSIS *p. 294.* PAGI *Critic. ad a. 1168. n. XIII.*

96) AVCTARIVM AQVICINCTINVM ad a. 1167. *Italienses ciuitatem Mediolanensem egregie munitam reædificant in contemptum Imperatoris.* IO. SARISBERIENSIS Ep. CCX. *Itali a Friderico discedentes reædificauerunt Mediolanum.* PTOLEMAEVS LVCENSIS ad a. 1167. Creuisse etiam statim iterum Ciuitatem, testatur CHRONICON ELNONENSE S. Amandi apud MARTENE *Tom. III. Thesauri Anecdotorum noui p. 1399. Ciuitas Mediolanensis nobiliter reædificata vicinarum ciuitatum obtinet principatum.*

97) *Formulam fœderis* vide apud SIGONIVM *lib. XXV. de R. Italiæ pag. 527.*

98) GODEFRIDVS COLONIENSIS *ad an. 1170.* IO. SARISBERIENSIS *ep. CCXXXII.*

99) AVCTARIVM AQVICINCTINVM *ad a. 1175. Alexander III. Papa nouam Insubriæ vrbem Alexandriam episcopali cathedra exornat.* PTOLEMAEVS LVCENSIS *c. l.*

100) AVCTARIVM AQVICINCTINVM *ad a. 1169.* GODEFRIDVS COLONIENSIS *ad a. 1171.* ALBERTVS STADENSIS *ad a. 1172.*

1) OTTO de S. BLASIO *c. XXII.* ALBERICVS ad a. 1173. *item fundabatur hoc tempore noua Alexandria in Lombardia sub nomine Papæ Alexandri appellata, Imp. Frederico reluctante diu, vt Cæsarea diceretur, sed non potuit præualere. Hæc est Alexandria in Aquensi & cognominatur Palea.* AVCTARIVM AQVICINCTINVM *ad a. 1175.* PTOLEMAEVS LVCENSIS *ad a. 1168.*

2) GAVDENTIVS MERVLA de Gallorum Cisalpinorum antiquitate cap. I. *Alexandria olim, vt quibusdam placet, vicus fuit, nomine Cæsarea, qui deinde auctus a Mediolanensibus, vt facilius Ticinensibus & Rubrobarbo resisterent. Alexandria est appellata ab Alexandro Romanorum ea ætate Pontifice.* TRISTANVS CALCHVS Hist. Mediolan. lib. XI. p. 271. *quare & eo ipso, quo ædificari cœpta est anno, fossa, aggere, valloque cincta est. De nomine aliquandiu inter populos certatum est, aliis Cæsariam, aliis Ciuitatem Nouam appellantibus: fuere & qui in honorem Pontificis, quem legitimum colebant, Alexandriam, quod postea inualuit, dicerent. Papiensis in contemptum Paleam nuncupauit: duratque apud nonnullos cognomen Alexandriæ Palearis.* IO. BAPT. VILLANOVA Hist. Laudis Pompeiæ Tom. III. p. 882. *& vt ægre facerent Imperatori, nomen eam habere voluerunt a summo Pont. Alexandro, & Alexandriam dixerunt: quanquam Papienses aliquot Cæsari fauentes Cæsaream eam appellauerunt, & si quando Alexandriam dicerent, contumeliæ causa vocem paleæ (della paglia) addebant, quod cognomen illa hodieque seruat: vt scilicet eam parum fore durabilem significarent.* Vocatur alias *Alexandria Stelliorum.* Vide *Schau-Platz des Krieges von Italien pag. 281.*

3) GODEFRIDVS ad a. 1172. *Imperator in media quadragesima apud Wormatiam curiam celebrem habuit: vbi conquestus de Italicis, & illis qui partibus fauebant Rulandi, quod coronam Romani Imperii Græco imponere vellent, iudicio cunctorum Principum expeditionem in Italiam iterum indixit, post circulum duorum annorum iterum determinatam.*

4) GODEFRIDVS ad a. 1174. *In Pascha vero Aquisgrani curiam celebrem habuit: deinde venit Nouiomagum & per aliquot dies ibi moratus, expeditionem ante biennium indictam cunctos iurare fecit. Pentecoste vero apud castrum quod Cocme dicitur egit. Circa festum Primi & Feliciani cis alpes apud Wiuelinburch colloquium habuit, vbi legati Transalpinorum Principum eum adierunt, promittentes obsequium & conductum trans alpes.* OTTO de S. BLASIO c. XXII. *Imperator vndique contracto validissimo exercitu, quinta vice Italiam ingreditur, confluentibusque ad eum ciuitatibus auxiliaris procinctum Alexandriam versus mouit.* Etiam quinta vice dicunt ACTA ALEXANDRI III. apud BARONIVM *Tom. XII. n. I.* Male igitur CHRON. AVGVST. *ad a. 1174. ipse in Lombardiam sexto pergens Alexandriam obsedit.* DODECHINVS, CHRONOGRAPHVS SAXO, CHRON. AVSTRALE *ad a. 1174.* SIGONIVS *lib. XIV. p. 327.*

5) GODEFRIDVS ad a. 1174. *igitur Imperator validissimo adunato exercitu Italiam iterum ingreditur.* Et paullo post: *transcensis alpibus quasdam ciuitates in deditionem accepit; Alexandriam nouam, quæ ex nomine Alexandri Papæ vocabulum sumpsit, obsidione cinxit.* CHRONOGRAPHVS SAXO ad a. 1174. Male igitur OTTO de S. BLASIO *c. XXIII. anno Dominicæ incarnationis MCLXXI. obsessa est ciuitas.* CONRADVS VRSPERGENSIS *p. 246. ad a. 1173.* AVCTARIVM AQVICINCTINVM *ad a. 1173. 1174.* CHRON. AVGVSTANVM, ACTA ALEXANDRI *ad a. 1174.* SIGONIVS *c. l.*

6) GODEFRIDVS COLONIENSIS ad a. 1175. *Imperator natalem domini in castris circa Alexandriam celebrat - - In ipsa paschali solennitate primo diluculo ab obsidione Alexandriæ recedit.*

7) GODE-

cem & misericordiam ab Imp. postulabant, quam etiam impetrarunt. 7) Imp. igitur Papiam se recipiente; Germanos ad sua remisit, Rex etiam Bohemiæ cum suis in patriam fuit reuersus. 8)

§. XXXII. Nec multo post Longobardi pœnitentes, Imperatori denuntiauerunt, se omnino Sacramentum fidei violaturos, nisi Alexandrinos in conditione illius pacis consortes haberet. Sed Imperatore id recusante, iterum more suo Longobardi fœdus periurio soluunt. Qua necessitate Cæsar impulsus, per omne Teutonicum regnum directis nuntiis, nouum exercitum adunari præcepit. 9) Direxit etiam ad Henricum Ducem Saxoniæ & Bauariæ nuntios, vt Clauennæ ad colloquium sibi occurreret: venientique obuiam procedens, vt periclitanti Imperio subueniret, plusquam Imperialem decet maiestatem, humiliter efflagitauit. Dux igitur Henricus, vtpote solus ad subueniendum Imperio hoc tempore potentia & opulentia idoneus, Goslariam, ditissimam Saxoniæ ciuitatem iure beneficii pro donatiuo ad hoc expetiit. Cæsar autem tale beneficium sibi inuito extorqueri ignominiosum existimans, minime consensit. Pro quo Henricus iratus ipsum in periculo constitutum recedens relinquit. 10) Philippus autem Coloniensis archiepiscopus collecto nouo exercitu, cum quibusdam Teutonicis Principibus mense Maio a. 1176. postquam in transitu Henrici Leonis terras Bauaricas plurimum deuastassent, Italiam intrauit, & Cumis se Imp. iunxit, Mediolanenses vero vna cum Veronensibus & Longobardis Teutonicos adgressi, ad Lignanum nobilem victoriam reportarunt. 11)

§. XXXIII. Mortuo interim Calixto Papa, Episcopi Germaniæ de Concordia Imperii atque sacerdotii Imp. adloquuntur, ipse etiam Imp. ab Henrico Leone aliisque Germaniæ Principibus destitutus, a Lombardis vero cæsus, ad pacem inclinabat. Misso igitur Christiano Moguntino cum aliis Episcopis ad Papam, qui tunc Anagniæ commorabatur, de pace tractari cœptum. 12) Plures sub initium oriebantur difficultates, dum Imp. primum Alexandriam destrui, Papa omnes Lombardiæ vrbes fœderatas vellet includi. Inde Papa Ostiensem Episcopum Hubaldum atque Rainerum Cardinalem pro impetrando saluo conductu ad Imp. Mutinam mittebat, quo impetrato, Henricus de Diessa Monti-

7) GODEFRIDVS ad a. 1174. *itaque omnis illa terribilis acies ad Castra Cæsaris prostrata pacem & misericordiam postulabat, nudos in ceruicibus gladios portantes. Certatim quoque ad Imperatorem currentes vexilla cunctarum vrbium ipsi resignauerunt, alii vero pallium, alii pedes, nonnulli tentorium Imperatoris exosculabantur, fidem Sacramento firmantes. Interuentu quoque eorum Alexandrinis vsque ad terminum Maii Mensis pacem indulsit.* CHRON. SAXO ad a. 1175. OTTO de S. BLASIO *c. XXIII.* TRISTANVS CALCHVS *Hist. Mediol. lib. VII. ad a. 1175.* GODEFRIDVS VITERBIENSIS *p. XVII. p. 518.*

8) GODEFRIDVS ad a. 1175. *quibus gestis partem militum repatriare permisit, opulentioribus secum retentis.* OTTO de S. BLASIO cap. XXIII. *Cæsar igitur cum exercitu Papiam recepit. Italicis ad sua loca remeantibus, Rege vero Bohemiæ cum suis repatriante.* DODECHINVS, CHRONOGRAPHVS SAXO *ad a. 1175.*

9) GODEFRIDVS, CHRONOGRAPHVS SAXO ad a. 1175. In Italia igitur mansit Imp. legatos saltim ad congreganda auxilia in Germaniam mittens, prout etiam tradit OTTO de S. BLASIO cap. XXIII. *Imperator igitur angustatus legatos in Germaniam pro supplemento exercitus direxit.* ARNOLDO hinc LVBECENSI haut adsentimur, qui *lib. II. c. XV.* tradit: *Cæsar igitur fortunatus, bellorum frustratus euentibus, grauiterque anxiatus, exiens de finibus illis, transmissis Alpibus venit in partes Teutonicas, & conuocatis Principibus, perturbationem Imperii exposuit, & ad comprimendos rebelles in Italicam expeditionem eos secum euocauit.* Formulam iuramenti ciuitatum Italicarum exhibet SIGONIVS *lib. XIV. p. 330.*

10) OTTO de S. BLASIO *c. XXIII.* Latius hæc exponit ARNOLDVS LVBECENSIS *lib. II. c. XV.* addens: *cumque Dux adhuc renueret, & ad omne obsequium se paratum offerret, se tamen in propria persona venire negaret, Imperator assurgens de solio suo, vtpote quem angustia tenebant, ad pedes eius corruit. Dux autem vehementer conturbatus de re tam inaudita, quod humiliatus in terra iaceret, sub quo curuatur orbis, quantocyus eum a terra leuat, nec tamen eius consensui inclinat.* ALBERTVS STADENSIS ad a. 1177. *circa idem tempus Imperator Mediolanensibus offensus, Principes in auxilium vocauit, & præcipue Heinricum Ducem. Qui cum ei difficilis esset, ad pedes eius procidit, quem Dux leuare contempsit. Sed Imperatrix eum leuauit, dicens: Surge mi Domine memor esto casus huius, & memor sit Deus.* Nugatur ANDREAS PRESBYTER *Chron. Bauariæ p. 29.* dicens: *Heinricus Dux Saxoniæ & Bauariæ magnam multitudinem militaris exercitus ad auxilium Friderici Imperatoris in Italiam duxit. Imperator autem Henrico Duci obuiam veniens petiit ab eo, vt modo paccatis rebus ipse cum suis domum reuertatur. Quem dum Heinricus Dux in hoc non audiret; ipse Imperator flexis genibus, vt ab hac expeditione quiesceret, petiuit. Quod videns vnus de officialibus Ducis dixit ad eum: Ecce Domine coronam Imperii prope pedes habetis, sollicitus ergo sitis, vt eadem caput a modo coronetis. Huius verbi notam Dux Heinricus, quam diu vixit, nunquam potuit apud Imperatorem postmodum abrogare.* Alii vero pecunia corruptum fuisse dicunt Henricum, vt Imp. desereret; CONRADVS VRSPERGENSIS p. 296. *Dux Henricus de Saxonia -- perfide ab Imperatore recessit, sumpta occasione de excommunicatione, & forte accepta pecunia.* Alii religionis sensu tactum, excommunicationis pontificiæ fulmen expauisse. Forsan etiam odium ex eo enatum fuisse videtur, quod terras ipsius appetierit Imp. prout superius fuit dictum. Vid. HAYNECCII *Ant. Goslarienses lib. II. ad 1175.*

11) GODEFRIDVS *ad a. 1176.* CHRON. SAXO *ad a. 1176.* nisi quod ad Papiam hoc factum dicat, & victoriam Longobardis cruentam fuisse. OTTO de S. BLASIO *c. XXIII.*

12) OTTO de S. BLASIO *cap. XXIII.* GODEFRIDVS COLONIENSIS, CHRON. MONTIS SERENI, ACTA ALEXANDRI, ROBERTVS de MONTE, ROMVALDVS *ad an. 1177.* SIGONIVS *lib. XIV. p. 331.*

13) AVCTA-

Montisferratensis Marchio vna cum Sigellotho Imp. Camerario nomine Imp. coram Papa, Venetiis commorante, 13) super libro Euangeliorum & Reliquiis Sanctorum, iurabat, se omnia esse præstiturum, quæ legati ipsius Anagniæ promiserant, idque duodecim Germaniæ Principes iurato esse confirmaturos, Bononia etiam ad locum pacis congressus destinabatur. Postquam autem Papa Venetias aduentasset, mittebat eo Imp. Wichmannum, Magdeburgensem Archiepiscopum, Wormatiensem Episcopum, electum Protonotarium Cæsareum, 14) de alio congressus loco cum Papa acturos, dum Bononia a Christiano Moguntino priori bello fuerit diruta, vt ipse se parum securum ibi crederet, & Venetiæ vel Rauenna proponebantur. Tandem vero habito Ferraræ a Papa conuentu, quibus & Cæsaris legati, & Longobardicarum Ciuitatum legati intererant, communi consensu diem Venetias condixerunt. Missis hinc inde legatis, post varias remoras paci iniectas, ista tandem, mediante Christiano Moguntino, Philippo Coloniensi, Conrado Saltzburgensi, maxime vero Wichmanno Magdeburgensi Antistite, atque ex Gallis, Pontio, Episcopo Claromontensi, Hugone, Abbate Bonæ vallis, & fratre Rerico, Carthusiensi, 15) & cæteris Episcopis, postquam Imp. se Pontificem esse recepturum, ipsique reuerentiam exhibiturum promisisset. Hinc, postquam Imp. IX. Kl. Augusti Venetias peruenisset, ibidemque summo cum honore fuisset receptus, 16) Sacerdotium & Imperium in concordiam rediit, quibusdam Episcopis sedes suas propter iustitiæ censuram cedentibus. 17) Adprobato enim ab Imperatore Alexandro III. Papa, schisma, proxima die Dominica ante festum S. Iacobi IX. Kl. Augusti a. 1177. fuit abolitum, pax etiam statuta. 18) Imp. enim ad Ecclesiam S. Marci, ante cuius atrium Alexander Papa cum Episcopis suis & Cardinalibus, cum Patriarcha Aquileiæ, Archiepiscopis Lombardiæ ecclesiastico more ornatis, habitu Pontificali honorifice residebat, pedes accessit. Cumque ad Papam adpropinquasset, imperiali dignitate postposita, reiecto pallio, ad pedes Papæ totum se extenso corpore inclinauit, eleuatus vero a Pontifice, & recepto osculo pacis, adprehensa Imp. dextra, ipsum in Templum introduxit, & accepta a Papa benedictione, ad palatium Ducis cum suis rediit. 19) Nauclerus, aliique recen-

13) AVCTARIVM AQVICINCTINVM ad a. 1177. *Imperator degens in ciuitate Rauenna, & Alexander Papa in Venetia, legationes alternatim de pace inter ipsos reformanda plus vice simplici mittunt.* ROMVALDVS *ad a. 1177. §. 50. sqq.* ACTA ALEXANDRI *ad a. 1177. §. 20. sqq.*

14) ANT. PAGI *Tom. IV. Crit. Ann. Baronii ad a. 1176. n. VI.* ex Archiuo Vaticano producit Præliminaria huius Tractatus, cum hoc initio: *Nos legati D. Imperatoris Christianus Moguntinus & Wigmannus Magdeburgensis Archiepiscopus, & Warmacensis electus sacra aula Imperialis protonotarius, ad pacem ecclesia & imperii ordinandam destinati promittimus, & fidem damus, quod D. Imperator & sui, D. Papam Alexandrum recipient, reuerentiam exhibebunt, & veram pacem relinquet D. Imperator domino Papa Alexandro & successoribus suis & toti Romana ecclesia, & prafecturam vrbis - - restituet ei & quod ordinatum est de Calixto ex parte sua obseruabit.* SIGONIVS *lib. XIV. de R. Italia p. 332.* OTTO de S. BLASIO *c. XXIII.*

15) Hos nominat ipse Fridericus in Epistola ad Capitulum Generale Ordinis Cisterciensis, qua hanc reconciliationem refert apud MARTENE *Tom. I. p. 1847. Notum autem vestra religioni facimus, quoniam cooperantibus dilectis nostris magna sanctitatis viris & discretionis episcopo scilicet Claromontensi & abbate Bona-vallis, & fratre Rerico Carthusiensi, qui studiose & efficaciter pro pace & concordia inter nos & iam nominatum Alexandrum Romana Ecclesia summum pontificem laborauerunt, discordia & iis qua diu viguerat, penitus est sopita; & dilectio qua inter nos fuerat, ipsis mediantibus est reformata.* Eadem narrat Alexander III. Papa in epistola ad dictum Capitulum. CHRONICON HALBERSTADENSE *p. 136. Fridericus tandem cum suo imperio consensit in Alexandrum domino Philippo Coloniensi, & domino Wigmanno Magdeburgensi Archiepiscopis officiosa sedulitate laborantibus, & fideliter proficientibus in hoc facto.*

16) IO. de CECCANO Chron. Fossæ Nouæ ad a. 1177. *Nono Kalendas Augusti venit Imperator ad Papam Alexandrum ad Venetias & receptus honorifice a Papa.* GAVFRIDVS VOSIENSIS PRIOR *c. LXX. IX. Cal. Augusti venit Federicus coram Papa Alexandro apud Venetiam, & incredibili honore susceptus est.*

17) GODEFRIDVS ad a. 1176. *hoc etiam anno habita sunt pleraque concilia in Italia cum Imperatore & amicis eius pro diutino schismate sancta Ecclesia, & admonitus per Dei misericordiam Dominus Imperator iustitia cedere & totius orbis vnitatem non deserere. Sed tam repente ea res nequiuit finem habere.* CHRON. SAXO *ad a. 1176.* AVCTOR VITAE ALEXANDRI III. coæuus apud BARONIVM *Tom. XII. ad a. 1176. §. 27. 28.* Multi autem Episcopi non a Papa, sed a Christiano fuerunt consecrati, prout ex CONT. RADEVICI *ad a. 1168.* discimus. Sic FRIDERICVS in Epistola VIII. postquam Paschalis confirmationem in Comitiis Herbipolensibus factam nuntiasset, addit: *primo Reinoldus Coloniensis, electus & Italia Archicancellarius, deinde cateri omnes in Sabbatho quatuor temporum ad laudem Dei & honorem Imperii sacros ordines deuotissime susceperunt.*

18) GODEFRIDVS ad a. 1177. *Indictione X. Paschali die VIII. Cal. Maii occurrente anno Friderici Romanorum Augusti XXV. in vigilia beati Iacobi Apostoli, apud Venetiam informata est & confirmata pax & vnitas sancta matris Ecclesia, & Dominus Alexander Papa Catholicus & Romana Ecclesia pontifex summus est receptus, præsente & collaudante Imperatore, & de toto orbe Episcopis, Abbatibus & pralatis Ecclesiarum, cum iam schisma XVII. annis continuis perdurasset.* AVCTARIVM AQVICINCTINVM *ad a. 1177.* GAVFRIDVS VOSIENSIS PRIOR *Chron. c. LXX.* CHRONOGRAPHVS SAXO *ad a. 1177.*

19) CHRON. SAXO ad a. 1177. *Alexander Papa Venetiis adueniens, Imperatorem in classe manentem expectat. In vigilia sancti Iacobi Imperator Venetiam venit, vbi diu exspectatus & optatus a Cardinalibus & Episcopis & nobilibus & populi infinita multitudine honestissime suscipitur & ante monasterium sancti Marci cum Papa in osculo pacis, in concordiam & pacem firmam rediit.* ROMVALDVS apud BARONIVM §. LXVIII. *cum Imp. ad Papam appropiasset, imperiali dignitate postposita reiecto pallio, ad pedes Papa totum se extenso corpore inclinauit.*

recentiores nugantur, isto fœdere inito, Alexandrum Papam, confestim ad ianuas templi D. Marci accessisse, & ibidem vniuerso adstante populo, Imperatori iussisse, vt se humi prosterneret, & veniam denuo postularet. Summum vero Pontificem Imp. collum pede compressisse, dicentem: scriptum est: super aspidem & basiliscum ambulabis, & conculcabis leonem & draconem. Fridericum respondisse, non tibi, sed Petro, cui successor es, pareo, Pontificem regessisse: & mihi & Petro. 20) Ast, dum omnes coæui, & qui coæuis sunt proximi, hac de re taceant, ipse etiam Salernitanus Præsul, Romualdus, qui præsens Imp. fuit, immo, ipse Imp. atque Papa, qui hanc conciliationem in epistolis suis ad capitulum Generale Ordinis Cisterciensis referunt, atque Papa, qui in litteris ad Eboracen-

nauit. *Quem Alexander Papa cum lacrymis benigne eleuans, recepit in osculo & benedixit, moxque a Teutonicis Te Deum laudamus est excelsa voce cantatum.* MATTHAEVS PARISIENSIS ad a. 1177. *eodem anno Fridericus Imp. venit ad pedes Alexandri Papæ Imperator stupefactus, humiliatus satisfecit illi per omnia, timens tamen plus Deum quam hominem, & sic cessauit schisma.* ARNOLDVS LVBECENSIS *lib. II. cap. XVII.* ROBERTVS de MONTE, ALBERTVS STADENSIS, CONRADVS VRSPERGENSIS *ad an. 1177.* ALBERICVS *ad a. 1179.* OTTO de S. BLASIO *c. XXIII.* GVIL. NEVBRIGIENSIS *III. c. II.* GERVASIVS TILBER. *Ot. Imp. cap. XIX.* LEHMANN *V. c. LVI.* BARONIVS *Tom. XII. ad a. 1177.* Omnem vero controuersiæ sopitæ modum ipse Papa describit ad Rogerium Eboracensem & Hugonem Dunelmensem episcopos, duobus post factum diebus VII. Kl. Augusti 1177. quæ reperitur apud ROGERIVM HOVEDENVM *Ann. Angl. p. II. p. 569.* & CHERVBINVM M. Bullario Tom. I. p. 72. 73. his verbis: *duodecimo Kalendas instantis mensis Augusti, de mandato charissimi in Christo Filii nostri, Friderici, Illustris Romanorum Imperatoris, præsentibus Principibus Ecclesiasticis, & etiam Secularibus, Theutonici Regni, publice in anima Eius, in præsentia Nostra, coram innumerosa hominum multitudine præstiterunt, tactis SS. Euangeliis, iuramentum, quod postquam idem Imperator veniret Venetias, omni quæstione & contradictione sopita, pacem Ecclesiæ, sicut per Fratres nostros, & Principes suos deposita est tractata, & pacem Christianissimi in Christo Filii nostri, VVilhelmi, illustris Siciliæ Regis, vsque ad quindecim annos, & treugam Longobardorum, vsque ad sex annos, in anima sua, & etiam a Principibus suis faceret, sicut in scripto pacis & treugæ continetur, iuramento firmari. Et Principes Teutonici Regni, scilicet Venerabiles Fratres nostri, Magdeburgensis, Coloniensis, & Christianus dictus Moguntinus, Archi-Episcopi, & quidam alii, in anima sua pro se iurare fecerunt. Nono vero Kal. Augusti, præfatus Imperator, sicut tractatum fuerat & dispositum, venit ad Ecclesiam B. Nicolai, quæ per vnum milliare distat a Venetiis, & ibi tam Ipse, quam Archiepiscopi, Episcopi & alii Principes Teutonici Regni, abrenuntiantes schismati, per fratres Nostros, Episcopos & Cardinales, de mandato nostro, præsentibus quibusdam aliis, absolutionis beneficium meruerunt. Deinde venerunt Venetias, & ibi, ante ecclesiam B. Mariæ, prædictus Imperator, innumera multitudine Virorum & mulierum præsente, & alta voce reddente gratias & laudes Altissimo, Nobis sicut Summo Pontifici, obedientiam & reuerentiam humiliter & reuerenter exhibuit, &, recepto a Nobis pacis osculo, nos deuote dextrauit, & cum reuerentia, qua decuit, & deuotione, vsque ad Altare in Ecclesiam introduxit. Sequenti vero die, in festo B. Iacobi, ab eodem Imperatore rogati, ad prædictam Ecclesiam S. Marci solennia celebraturi Missarum accessimus. Et nobis illuc venientibus præfatus Imperator extra Ecclesiam obuiam venit, & dextro latere nostro deuote suscepto, nos in Ecclesiam introduxit, & peractis Missarum solemniis, Nos, vsque ad ipsius Ecclesiæ portam, dextrauit, & cum ascenderemus palefredum Nostrum, ibi paratum, stapham tenuit, & omnem honorem & reuerentiam Nobis exhibuit, quam Prædecessores Eius nostris consueuerunt Antecessoribus.*

20) Fabula hæc desumta esse videtur ex Codice Msto Veneto, ad quod prouocat BARONIVS *ad an. 1177.* Idem habet HARTMANNVS SCHEDELIVS *Chron. Noribergensi f. 202.* Ex his habet NAVCLERVS qui *Vol. II. Chronographiæ Gen. XL. p. 846.* hæc tradit. Adsentitur ANT. SABELLICVS *lib. VII. rer. Venet. Dec. I. p. 200.* MVTIVS *lib. XVIII. ad a. 1177.* THEODOR. VALLE *Cit. de Pip. c. X.* Sic etiam a. 1545. prodiit cum LVTHERI præfatione libellus, hoc titulo: *Pabsts Trew Hadriani IV. und Alexandri III. gegen Kayser Friderichen Barbarossa geübt* & plures ex recentioribus, inter quos potissimum est FORTVNATVS VLMVS, Casinensis, *in Historia de Alexandri III. occulto aduentu Venetias*, ad quam tamen animaduersiones scripsit FELIX CONTELORIVS. Adfirmant eandem M. IEREMIAS HOFFMANNVS disputatione historica *de tyrannica ignominia, quam Friderico Ahenobarbo Imp. intulit Alexander III.* IO. DAN. ARTOPAEVS *diss. Anti-Baroniana, num Alexander III. Fridericum Barbarossam calcauerit pedibus*, quam notante HEVMANNO, ex Gerhardi præfatione & dedicatione libri II. parti primæ præfixa *p. 336. sqq.* exscripsit. Demum IO. CHRISTOPH. WAGENSEIL *in Disputatione Circulari, exhibente Catalogum Impp. qui post Francicos ad interregnum vsque Imp. Germanico præfuerunt.* In factum illud nimium inuehitur LEHMANN *lib. V. cap. LVI.* Refutat illud GEORGIVS REMVS in Dissertatione, *qua, commentum esse putidum demonstratur, calcasse Fridericum I. Alexandrum III. Papam.* IO. BVRC. MAIVS in dissertatione, *Imp. Fridericum Aenobarbum ab Alexandro III. Pontifice pede non esse conculcatum, Kiloni 1701.* & CHRIST. AVGVST. HEVMANNI *dissertatio Historico-Critica fabulam de Friderico I. Imp. a pontifice Rom. pedibus conculcato refellens, Isenaci 1710.* SCHILTERVS *de libertate Eccles. lib. V. c. IV. §. 16.* RVPERTVS *notis ad Synopsin Besoldi p. 594. sqq.* Hinc BARONIVS *lib. XII. Ann. ad a. 1177. §. 124.* eandem refellit, hac inter alias vsus ratione, non credendum esse, mansuetissimum Pontificem supplicem & ad pedes suos prouolutum Imp. tanto probro tam insoleto & inaudito afficere voluisse. Quem IACOBVS GRETSERVS sequitur in Appendice ad Tractatum *de Munificentia Principum in sedem Apostolicam p. 124.* Exinde etiam Veneti Scriptores festum desponsationis cum mari ducunt. Sic enim PETRVS IVSTINIANI Historia Veneta lib. II. cap. 27. *ferunt solenni Dominicæ Ascensionis die id factum: vnde in tam fœlicis rei memoriam, celebrem illam indulgentiam Diui Marci templum visitantibus, quotannis eadem die in perpetuum concessam. Qua item luce Princeps cum magna Senatus parte Bucentauro ad mare desponsandum ad portus fauces progreditur, inauratoque annulo e puppi in subiectum pelagus proiecto, hæc pauca ore profatur, desponsamus te mare, in signum veri, perpetuique Imperii: atque inde Superis pie exoratis, Princeps, Patresque reuersi, laute in Curia epulantur.*

 21) Verum

racensem & Dunelmensem Episcopos, 21) omne negotium, exponit, nihil hac de refert, reliqui eandem dubiam proponunt, nec Friderici animi magnitudo hoc facile permiserit, merito hanc fabulam reiicimus, recentiori saltim Scriptorum auctoritate & picturis 22) comprobatam. Ansam tamen fabulae dedisse putamus, quod hac ipsa compositione Impe-

21) Verum rectius negotium definiuit ipse Papa in dicta epistola apud MARTENE Tom. I. p. 1848. *Sane carissimus filius noster in Christo Fredericus illustris Romanorum imperator, inspirante Domino, in cuius manu corda sunt regum & principum, per studium & laborem fratrum nostrorum, & venerabilis fratris nostri Pontii Claromontensis episcopi, & dilecti filii abbatis* (Hugonis) *Bonae vallis, ad deuotionem nostram rediit & ad catholicam vnitatem, abrenuntians schismati cum principibus Teutonici regni, tam ecclesiasticis quam secularibus, proximo die Dominico ante festum beati Iacobi apostoli, praesente innumera multitudine virorum & mulierum in Domino altis vocibus exultante, venit Venetiam ad praesentiam nostram, & nobis sicut summo pontifici reuerentiam & subiectionem inpendit, & recepto pacis osculo, in ecclesiam beati Marci, vsque ad altare humiliter & deuote dextrauit. In festo vero beati Iacobi ab eodem imperatore rogati, ad eamdem ecclesiam iuimus ibi celebraturi missarum solemnia; & cum audiret nos aduenire, continuo nobis occurrit, & nos a dextro latere cum ea qua decuit reuerentia & humilitate suscipiens, in praescriptam ecclesiam introduxit, & finita missa, quam a nobis, licet indignis audiuit, nos vsque ad portam ecclesiae dextrauit, & omnem honorem & reuerentiam exhibuit, quam praedecessores eius nostris consueuerunt antecessoribus exhibere.*

22) Prouocatur equidem ad picturas ROGISSART *Delices de l' Italie* p. 59. sic de tali pictura loquitur: *au reste il ne faut pas oublier de dire, l' on garde dans cette Eglise prope du portail un Tableau, dans lequel est représenté le Pape Alexandre III. mettant le pied sur le col de l' Empereur Frederic Barberousse auec ses mots, super aspidem & basiliscum ambulabis.* MISSON *Voyage d' Italie Tom. I.* p. 165. ita de hoc facto iudicat. *On nous a fait remarquer vn morceau de porphyre, enchassé dans le paué au milieu du portique de l' Eglise, vis-auis de la grande porte: c' est pour marquer l' endroit auquel le Pape Alexandre III. mit le pied, comme on dit, sur la gorge, a l' Empereur Frederic Barberousse; lorsque ce Prince se vint soumettre à luy, pour obtenir sa paix. Je n' ignore pas que Baronius & quelques autres, n' ayent traittée de fable. Mais ie vous diray en passant, puis que l' occasion s' en presente, que quelque sorte de vray-semblance qu' il y ait dans les raisons qu' ils alléguent, ce ne sont pourtant que des soupçons & des coniectures, qui n' ont rien de conuainquant contre vn fait attesté par quantité d' Historiens. Alexandre III. estoit vn homme fier. Ses ennemis l' avoient irrité, & il avoit enfin le plaisir de triompher d' vn Empereur & de quatre Antipapes. Dans le temps mesme de sa fuite en France, il avoit eû l' orgueil de souffrir que deux Rois (Louis le ieune Roy de France, & Henry second Roy d' Angleterre) descendissent de cheval à sa rencontre, & qu' ils prissent chacun vne des resnes de la bride du sien pour le conduire ainsi dans l' hostel qui luy estoit preparé. S' il en avoit ainsi osé pendant sa disgrace, de quoy n' estoit il pas capable dans sa posterité.* Et p. 170. sic loquitur. *On y voit les portraits des Doges, l' histoire de la conqueste de Constantinople, laquelle fut prise l' an. 1192. & perdüe soixante ans aprés: celle de Frederic & de Alexandre y est aussi en grand volume, & on n' a pas oublie la circonstance du pied sur la gorge. Ce que j' ay remarqué dans ce Tableau, me donne lieu d' ajoûter à ce que je vous ay de ja dit touchant cette histoire, que je croirois bien qu' il ne faudroit pas entendre à la rigueur, & au pied de la lettre, ce que l' on dit ordinairement que le Pape mit le pied sur la gorge à l' Empereur. Cette action deviendra beaucoup moins choquante, & d' autant plus aisée à croire, quand on la réduira à ce qui est représenté dans cette ancienne Peinture: Le Pape y paroist mettre légérement le pied sur l' épaule de l' Empereur, sans faire paroistre aucun mouvement de passion. Encore que l' histoire des Papes, nous en fasse voir plusieurs qui ont outré l' orgueil, la brutalité & la fureur & quoy que cet Alexandre, altier comme il estoit, & animé d' un esprit de vengeance, fust alors capable de tout: Nean moins une action de violence dans cette occasion, chez des Etrangers, dans un lieu public, & à la veue de tout un peuple auroit esté si l'on veut contre la Politique aussi bien que contre la gravité d'un Vicaire de Dieu. Au lieu que non seulement il estoit d'une noble fierté mais aussi du devoir de celuy, qui tient icy bas la place du Maistre de l' Vnivers, & duquel l' Intendance s' etend sur tous les Rois du monde; de soûtenir en cette rencontre, toute la dignité de son caractere. Il est vray que le retour, & l' humiliation du Vasal, devoit estre receue avec un esprit de charité: mais il n' estoit pas juste aussi qu'il en fust quitté pour vne simple reverence. Il falloit comme je le viens de dire, que le Lieutenant de Jesus Christ soutient la l' interest de son Maistre, & qu'il fist du moins sentir son pouvoir, en mesme temps qu'il accordoit sa grace si l' on objecte que tout ce raisonnement n' est fondé que sur la fantasie d' un Peintre, qui a représenté cette histoire comme il luy asemble bon, je repondray premierement que c' est avancer vne chose dont on n' est pas asseuré. Les Peintres ne se licencient pas toujours; & ils ne le font pas d' ordinaire au préjudice d' une circonstance importante. Et je diray en second lieu, qu'il est bien plus raisonnable de s'en rapporter à ce tableau, que de se former vne Chimere pour la combattre. Quelque disputeur insistera peut-estre à dire que l' épaule n est pas la gorge, mais je ne pense pas qu'il faille se mettre en peine de répliquer à vne si foible chicane.* FORTVNATVS OLMVS saltim ex Romano prototypo apud Vaticanum, figuram exhibet Imp. cum corona & sceptro coram Papa procumbentis, cum hac inscriptione: *Alexander Papa III. Friderici I. Imperatoris iram & impetum fugiens abdidit se Venetiis cognitum & a Senatu pro honorifice susceptum Othone Imperatoris filio nauali praelio a Venetis victo captoque Fridericus pace facta supplex adorat, fidem & obedientiam pollicitus: Ita Pontifici sua dignitas Veneta Reip. beneficio restituta MCLXXVII.* IAC. SBIGELIVS notis ad Güntheri Ligurinum p. 434. *quod autem Fridericus apud Venetias sub pedibus Alexandri succubuerit, veniam praeteritorum petendo, dicens: non tibi, sed Petro, vt exprimit pictura, quam ego ipse vidi in Comitio (locus est in palatio Veneti ducis, in quo noui magistratus creari solent) cum ipso Merula poëticum magis argumentum quam fidem historiae crediderim.* De hac pictura IO. FABRICIVS in Orat. de vtilitate itineris Italici p. 9. sic loquitur. *Venetiis in Vestibulo templi D. Marci lapis loquitur quadratus, quid Papa Alexander III. fecerit Friderico Barbarossae Imperatori, quod nimirum in terram ibi prostratum Monarcham pede conculcauerit, verbis hisce adiectis: super aspidem & basiliscum ambulabis, & conculcabis leonem & draconem. Quae historia sapientissimorum Senatorum iussione dicam an permissu? denuo depicta cernitur in augustissimo palatii Ducalis loco, qui Consilium Magnum dicitur, & Iustitia, qua Veritatem complectitur, sedes est. Ipsa autem pictura, vt eo-*

Imperatoria Maiestas nimium fuerit compressa. 23) In ipso festo vero Iacobi, dum missam Papa celebraret, Imp. sumpto stratoris officio, pallium deposuit, manu virgam accepit, laicos de choro expulit, atque Papæ ad altare solenniter & processionaliter venienti viam tanquam ostiarius præparauit. Dehinc in choro cum Archi-Episcopis, Episcopis, & clericis Alemanniæ remanens, missam deuote humiliter audiuit. Finitis sacris, Imp. iterum Papæ pedes fuit osculatus, aurum obtulit, & accepta Papæ sinistra, ipsum extra Templum duxit, ipsi dum equum adscenderet, stapedem tenens, paratus etiam equum freno ducere, ni ipse Papa hoc inhibuisset. 24) Tandem vero Kl. Augusti ipsa Pax in domo Patriarchæ penitus fuit confirmata. Insidebat Papa throno regali loco elatiori collocato, ad dextram Imp. ad sinistram Archiepiscopus Salernitanus, Siciliæ Regis legatus, ad vtrumque latus Cardinales, Episcopi & Principes tam Germaniæ quam Italiæ. Alexander Papa, præmissa oratione, quatenus Imp. a priori errore ad veram ecclesiam Catholicam fuisset reuersus, omnesque de pace & concordia seruanda fuisset adhortatus, Imp. Augustam, filiumque, tanquam veros Principes Catholicos in gremium Ecclesiæ Catholicæ recipiebat. Ad hæc dum Imp. idiomate Germanico respondisset, quod tamen a Christiano Moguntino Italico sermone fuit declaratum, Deo gratias habens, quod ab errore fuerit reuocatus, Ecclesiæ se subiiciebat, Alexandrum, eiusdemque successorem pro legitimo Papa adgnoscebat, ipsi promittens obedientiam, pacem etiam ab Henrico de Diesem iurato promissam denuo confirmabat, eandemque nomine Imperii duodecim Principes Ecclesiastici & Seculares, nomine Regis Siciliæ, ipsius legatus Romualdus Salernitanus Archiepiscopus, ratione vrbium Lombardicarum vero Consules Ciuitatum, Mediolanensis, Placentinæ, Brixiensis, Bergamensis, Veronensis, Parmensis, Regiensis, Bononiensis, Nouatensis, Alexandrinæ, Patauinæ & Venetæ æque iuramento confirmarunt. Conditiones in eo consistebant, vt Imp. & vniuersum Imperium abdicato plane Calixto, Alexandrum pro vero ac legitimo Papa adgnoscerent, ipsique obedientiam exhiberent, præfecturam Vrbis & terras Mathildianas restitueret, Christianus Moguntinum, Philippus Coloniensem Archiepiscopatum retineret, Calixtus Abbatiam obtineret, ipsius adseclæ in beneficia sua & terras restituerentur, Clerus Papæ esset subiectus. Papa vero Beatricem pro Augusta, filium Henricum pro Rege Romanorum adgnosceret. Hæc pax inter Imp. & Papam sit perpetua, cum Wilhelmo Siculo per quindecim annos, cum Longobardis per sex annos duret, atque sic omne negotium fuit compositum. 25) Licet de restituendis terris Mathildianis scrupulus superesset, idemque per arbitros componendum, dum a parte Imp. Archiepiscopus Moguntinus, Episcopus Wormatiensis, Protonotarius Imperialis, a parte Papæ vero Episcopi Ostiensis atque Portuensis vna cum Cardinale Cynthio constituerentur, qui tamen nihil perfecerunt. 26) Imp. exemplum secutus fuit Calixtus, Ioannes de Struma dictus, qui etiam Alexandro se subiecit, veniam impetrauit, Beneuentanæ ecclesiæ præpositus constitutus. 27)

§. XXXIV.

vt curiositati vestræ satisfatiam, ita se habet: Papa stans, brachiisque a Venetorum Duce & Cardinali quodam suffultus, pede sinistro ceruicem imperatoris gradibus solii pontificii incumbentis comprimit, in eumque, quasi hoc ipsi agendum esset, super hos oculos intendit, maxima hominum multitudine sacram tragœdiam pariter spectante. Addit p. 27. *exiguum esse eum lapidem, soleam pedis humani vix superantem, operis tessellati & varii coloris.* Verum, probe de hisce picturis sentit FRANCISCVS SCHOTTVS in *Itinerario Italiæ p.* 134. dicens, in templo S. Marci multas symbolicas picturas conspici, quas ad eludendas contemnendasque atroces Friderici Barbarossæ minas, faciendas curauerint. Nec apud Romanos inconsuetum, per eiusmodi picturas subiectionem Papæ factam demonstrare. Patet hoc ex SVGERTO *vita Ludouici Grossi p.* 124. vbi de Burdino Antipapa: *captiuatum damnauerunt, & ad tantæ vltionis memoriæ conseruationem in camera palatii, sub pedibus Papæ conculcatum depinxerunt.*

23) Patet hoc etiam ex CHRONICO MONTIS SERENI p. 42. *Anno MCLXXVII. Alexander Papa in vigilia B. Iacobi præsentibus Cardinalibus & infinita multitudine Episcoporum & Abbatum & Principum secularium & populorum Venetiis ante monasterium S. Marci Imperatorem in osculo reconciliationis suscepit mortuo iam Paschali antipapa, & Iohanne qui ei successit deposito. Et hæc dies reconciliationis ab ipso & imperatore & clero & populo solemnissime peracta est. Huius autem concordiæ reformandæ præcipuus cooperator fuit Wichmannus Archiepiscopus, cuius industria Imperatoris animositas ad tantam mansuetudinem deducta est, vt in condemnationem erroris sui coram summi Pontificis pedibus prosterneretur. Fertur autem, quod cum sublevandi eum Papa moram faceret, Fridericus Orientalis Marchio qui cum Imperatore aderat, quasi cum querela & redargutione exclamauit, cur imperialem auctoritatem tantæ iniuriæ subiecisset? Papa vero idioma Teutonicum non intelligens, inquisiuit, quid diceret Alemannus? quod cum didicisset, festinus accedens, Imperatorem subleuauit, & ad osculum suum erexit.* Patet hoc etiam ex verbis IOANNIS SARISBERIENSIS ep. CLIX. *spes fidelium est, quod* (Fridericus) *ad honorem Dei in breui amplius deprimatur, donec eum omnino Christus, cuius sponsam persequitur, conteret sub pedibus suis.*

24) Verba sunt ROMVALDI apud BARONIVM c. l. ALEXANDER vero in epistola ad Cistercienses: *in festo Iacobi ab Imperatore rogati ad ecclesiam* (S. Marci) *iuimus, ibi celebraturi missarum solennia, & cum audiret nos aduenire, continuo nobis occurrit, & nos a dextero latere cum ea qua decuit reuerentia & humilitate suscipiens in præscriptam ecclesiam introduxit, & finita missa, quam a nobis licet indignis audiuit nos vsque ad portam ecclesiæ dextrauit, & omnem honorem & reuerentiam exhibuit, quam prædecessores eius nostris consueuerunt antecessoribus exhibere.*

25) ROMVALDVS *ad a.* 1177. §. *LXX.* ACTA ALEXANDRI *ad a.* 1177. §. *XXVII.* Conditiones Pacis exhibet PAGI *Crit. Ann. Baronii ad a.* 1176. *n. VI.*

26) ACTA ALEXANDRI *ad an.* 1177. §. *XXXVII.*

27) IO. de CECCANO Chron. Fossæ nouæ ad a. 1178. *IV. Kal. Septemb. Ioannes Strumi Tusculanum*

§. XXXIV. Imp. vero in Germaniam redire disponens, Italicorum fidei se credere non audebat, sed missis nuntiis ad Bertholdum, Zæringensem Ducem, petiit, vt in Italia ipsi occurreret, vt eo securius Alpes transiret. 28) Reuersus, curiam in assumptione S. Mariæ apud Bisuntium in Burgundia habuit, 29) Christianum Moguntinum tamen apud Italos reliquit, qui a. 1179. a Marchione Montisferratensi fuit captus, 30) verum dato non modico argento a. 1181. captiuitate solutus. 31) Iste a. 1183. cum magno exercitu Alemannorum venit apud Tusculanum, & cœpit valde infestare Romam & deprædare. Tandem mense Augusto ibi mortuus est atque sepultus. 32)

§. XXXV. Dum autem Imp. in Italia iamdum Principes contra Henricum concitasset, 33) Philippus Coloniensis inde commotus, a. 1178. in terras Ducis Hamelam vsque irruptionem facit. 34) Reuerso igitur ex Italia Imp. Dux ipsi apud Spiram occurrit, de iniuriis a Philippo sibi illatis conquesturus, 35) Imp. vtrisque a. 1179. curiam indixit apud Wormatiam, Ducem tamen præcipue ad audientiam illuc citauit, responsurum querimoniis Principum. Immo ipse Imp. memor contemptus a Duce Henrico apud Clauennam ipsi exhibiti, in ipsum vehementissime exarsit, & quod Italicis hostibus Reipublicæ contra Imperium faueret, vniuersis principibus conqueritur. 36) Quod intelligens Dux, eo venire dissimulauit. 37) Imp. autem aliam ei curiam indixit in Magdeburg, quo etiam ipse cum Augusta, & filio Henrico venit. Ibi etiam querimonia multorum Principum habita est de Henrico, & Theodoricus Marchio de Landsberg duellum contra eum expetiit, imponens ei quasdam traditiones contra Imperium factas. Verius tamen propter indignationem id factum fuisse credebatur, quia Slaui exciti a Duce omnem terram illius Lusatiam vastauerant. Nec multo post, expeditio in Saxoniam ab Imperatore & Principibus indicitur, Episcopus Coloniensis collecto forti milite, terram Ducis iterum potenter ingressus, nullo ipsi resistente, sine congressione pugnæ pacifice rediit. 38) Dux autem hoc animaduertens, venire noluit. 39) In Haldesleben tamen constitutus, per internuntios colloquium Imperatoris expetiit. Imperator itaque exiuit ad eum ad locum placiti, quem Dux verbis compositis lenire studuit. Imperator autem quinque millia marcarum ab eo expetiit, hoc ei dans consilium, vt hunc honorem Imperatoriæ Maiestati deferret, & ipso mediante, gratiam Principum, quos offenderat, inueniret. Illi vero durum visum est, tantam persoluere pecuniam, & non acquiescens verbis Imperatoris, discessit. 40) Exinde Imperator tertiam ei curiam Goslariæ 41) præfixit, nec minus illam

num venit, & Alexandro Papa satisfecit, pœnitentiam egit, & circa eum permansit. AVCTARIVM AQVICINCTINVN ad a. 1177. *post reconciliationem Friderici Imperatoris cum Alexandro Papa, Joannes Strumensis apostolici nominis præsumptuosus inuasor, suis suorumque diffidens viribus ad pedes domini Papæ corruit vltroneus. Cui Papa obtentu Cancellarii, veniam clementer indulsit, eumque præpositum Beneuentanæ ecclesiæ constituit.* GAVFREDVS VOSIENSIS PRIOR *c. l.*

28) OTTO de S. BLASIO *c. XXIV.*

29) GODEFRIDVS COLONIENSIS *ad a.* 1178.

30) GODEFRIDVS MON. *ad a.* 1179.

31) GODEFRIDVS MON. *ad a.* 1181.

32) IO. de CECCANO *Chron. Fossæ nouæ ad an.* 1183. GODEFRIDVS MON. *ad a.* 1183.

33) ARNOLDVS LVBECENSIS II. c. XVI. *Videns itaque* (Imp.) *quod data esset requies, opportunitatem nactus, conuocatis Principibus, multa contra Henricum Ducem allegare cœpit, quod propter nimium fastum superbia sua tantum Imperio contemptum exhibuerit, vt eo ante pedes eius humiliato, nullo eum miserationis intuitu in tanta necessitate constitutum attendere dignatus fuerit, & despecta republica & auctoritate Imperatoriæ maiestatis neglecta, omne auxilium obstinato animo ei negauerit. His auditis, Principes, qui eum prius oderant, accepta occasione, contra eum multa conqueri cœperunt, & cooperantes verbis Imperatoris, omni honore eum priuandum iudicabant, & reum imperatoriæ maiestatis proclamabant, non solum quia præcepta vel merita ipsius despexisset, sed quod ad ignominiam omnium principum in propria eum persona humiliatum confudisset. Et alii atque alii se ingerentes illas vel illas ab eo illatas sibi iniurias conquesti fuerunt, & iustitiam sibi fieri iudicio Imperatoris expostulauerunt. Pontifices ante omnes Ecclesiarum oppressiones clamabant, nullam fere Ecclesiam esse dicentes, quæ eius direptioni non subiaceret. Facta est igitur coniuratio valida aduersus eum.*

34) ARNOLDVS LVBECENSIS II. c. XXIV. *in illo tempore Philippus Coloniensis cum multitudine graui exiens de finibus suis, peruagatus est terram ducis, deuastans eam incendiis multis, & ita procedens vsque Quernhamele, non adiecit vlterius progredi, sicque reuersus est in locum suum.* GODEFRIDVS *ad a.* 1178. CHRON. STEDERNBVRG. *ad a.* 1178. 1179. CAT. EPISC. COLON. *apud* MEIBOMIVM *Tom. II. p.* 8.

35) ARNOLDVS LVBECENSIS *c. l.* OTTO de S. BLASIO *c. XXIV.*

36) OTTO de S. BLASIO *c. XXIV.*

37) ARNOLDVS LVBECENSIS *c. l.* GODEFRIDVS ad a. 1179. *Imperator Natalem Domini apud Wirzburg celebrat, curiam vero in oct. Epiphaniæ Wormatiæ habuit pro prædicta dissensione Coloniensis Episcopi & Ducis & Principum Orientalium Saxonum, qui omnes iustitiam de duce a Cæsare implorabant, cum ille tamen absens esset.*

38) GODEFRIDVS COLONIENSIS *ad a.* 1179.

39) ARNOLDVS LVBECENSIS *c. l.* GODEFRIDVS ad a. 1179. *Curia apud Magdeburg satis celebris, vbi querimonia omnium principum habita est de Duce Saxonum, qui iam per annum ad audientiam vocatus venire aut noluit, aut timuit, ibique fraus eius & perfidia primum Imperatori detecta est. Nec multo post expeditio in Saxoniam ab Imperatore & Principibus indicitur. Episcopus Coloniensis collecto forti milite terram Ducis iterum potenter ingressus, nullo sibi resistente, sine congressione pugnæ pacifice rediit.*

40) ARNOLDVS LVBECENSIS *c. l.*

41) ARNOLDVS LVBECENSIS *c. l.* OTTO de S. BLASIO plane alia Comitia, ad quæ citatus fuerit Henricus, proponit, *c. XXIV.* dicens: *data ei Curia apud Vlmam ipsum ad iudicium subeundum Imperia-*

illam superſedendo neglexit. Imperator itaque procedens in concionem, ſententiam aduerſus eum propoſuit, quærens, quid ſuper hoc iuſtitia decernat, quod tertio 42) legitime vocatus, iudicium declinauerit, & per contemtum ad audientiam ſuam venire noluerit. Cui ex ſententia Principum reſponſum eſt, quod iuſtitia dictante, omni ſit honore deſtituendus, ita, vt proſcriptione publica diiudicatus, & Ducatu & omnibus beneficiis careat, & alter in locum eius conſurgat. Confirmata itaque ſententia, Imperator id adiudicauit fieri. 43) Quartam tamen curiam adhuc rogatu Principum Herbipoli 44) a. 1180. ei indixit, ad quam cum non veniſſet, Ducatus & omnia feuda Imperii ex ſententia Principum ipſi fuerunt abiudicata, atque Imp. iuri addicta, qui poſtea in curia Gelinhuſenſi 45) in media Quadrageſima celebrata, Bernhardo Aſcanio Saxoniæ Ducatum vna cum Angriæ & Weſtphaliæ parte, Philippo vero Colonienſi reliquam partem conceſſit, eam ſcilicet, quæ Colonienſi & Paderbornenſi eſt territorio finitima. 46) In Comitiis Ratisbonenſibus vero Bauariam Ottoni Wittelsbachio conceſſit, 47) & bona eius publicari præcepit. 48) Procinctumque mouet contra Henricum Ducem, omnes ciuitates & caſtella, cunctaque

imperiali more citauit. Quo non veniente, curiam ſibi ſecundam Ratispona præfixit: quam parvipendens, tertiam nihilominus apud Herbipolim ſibi datam ſuperſedit, ibique ſententia Principum Ducatu Norico cum Saxonico & omni prædiorum & beneficiorum poſſeſſione, feudali pœna multatus priuatur.

42) Ternas enim inducias legitimas fuiſſe, patet etiam ex cauſſa Mediolanenſi apud RADEVICVM I. c. XXVII. *legitimas vero inducias dicunt iudicis edictum vnum, mox alterum & tertium:* & lib. II. c. XXX. *iam dies aderat, qua Mediolanenſibus tertio vel quarto præfixa fuerat.* Sic etiam tertia dies Archiepiſcopo Colonienſi ab hoc Imp. fuit dicta, ſecundum GODEFRIDVM ad a. 1188. *Imperator purificationem S. Mariæ apud Nurmberg agit, vbi Archiepiſcopo Colonienſi poſt plurimos dies ex ſententiis præfixos, quos ille ſuperſedit, tandem peremtorium diem iudicialiter poſuerat. Quo cum idem præſul occurriſſet, inde vsque Lætare Ieruſalem ad curiam Mogu tia cauſa induciata eſt.*

43) ARNOLDVS LVBECENSIS *c. l.*

44) Variant in loco Scriptores, ARNOLDVS LVBECENSIS ſaltim ait: *quartam tamen curiam adhuc rogatu Principum indixit.* OTTO de S. BLASIO c. XXIV. *in tertia curia* apud HERBIPOLIM ipſum Ducatu dicit fuiſſe priuatum. ALBERTVS STADENSIS ad a. 1180. *Imperator Wirceburg Curiam habens, in Natali Domini, Henrico Duci abiudicauit omne Feudum, quod ab Imperio tenuit.* CHRON. BIGAVGIENSE p. 264. *Imperator Curiam in Wirzenburch tenet, Henricus non venit. Reus ergo Maieſtatis adiudicatur omnisque hæreditas, quam ab Imperatore, vel epiſcopis tenuit Dux eidem abiudicatur.* GODEFRIDVS MONACHVS *ad a.* 1180. Quos ſequuntur plures alii.

45) GODEFRIDVS ad a. 1180. vtraque Comitia probe diſtinguit, dicens: *Imperator natalem Domini apud Herbipolim celebrat. In media Quadrageſima curiam apud Geylnhuſen habuit. Ibi ſententia ipſius Cæſaris & iudicio cunctorum Principum Dux Saxoniæ ducatu ſuo priuatur, & aſſenſu cunctorum Epiſcopus Colonienſis in ſua diœceſi & per omnem Weſtfaliam & Angriam eidem ducatui præficitur. Reliqua autem pars per omnem Saxoniam Comiti Bernardo de H[illegible]bale obuenit.* ALBERTVS STADENSIS, AVCTARIVM AQVINCINTINVM *ad a.* 1180. Diſtinguit etiam Diploma, qua Philippo Colonienſi Weſtphaliæ Ducatus traditur, in quo hæc verba: *deinde quoniam in Eccleſias Dei & Principum & Nobilium iura & libertatem graſſari non deſtiterit, tam pro illorum iniuria, quam pro multiplici contemptu Nobis exhibito, ac præcipue pro euidenti reatu Maieſtatis, & ſub fœdali iure legitimo, trino edicto ad noſtram citatus audientiam, eo quod ſe abſentaſſet, nec aliquem pro ſe miſiſſet reſponſalem, contumax iudicatus eſt, ac proinde tam Ducatus Bauariæ, quam Weſtphaliæ & Angariæ, quam etiam vniuerſa quæ ab Imperio tenuerit beneficia per vnanimem Principum ſententiam in ſolenni Curia Wirzibure celebrata, & abiudicata ſunt, noſtroque iuri addicta & poteſtati: nos itaque habita cum Principibus deliberatione communi ipſorum conſilio Ducatum, qui dicitur Weſtphalia & Angariæ, in duo diuiſimus &c.* Subſcriptio autem diplomatis ita ſe habet: *Datum in ſolenni curia in Gelinhuſen in territorio Moguntino Idibus Aprilis.* Reperitur hoc Diploma apud LIMNÆVM *Iur. Publ. Tom. V. Addit. p.* 174. SCHATENIVM *Ann. Paderborn. lib. I. p.* 850. FRID. LVCÆ *Fürſtenſaal p.* 17. LVNIGII *Reichsarchiv P. Spec. ſ. II. p.* 434. Territorium autem hic dicitur pro diœceſi. Nominis conuenientia deceptus eſſe videtur AVCTOR CHRONICI BIGAVGIENSIS p. 264. dicens: *Imperator inde Ingelheim Curiam tenet in quadrageſima, præſentibus Legatis Papæ duobus Cardinalibus, Bernhardo Comiti, fratri Epiſcopi ducatus Saxoniæ ex omnium ſententia adiudicatur, circa orientalem plagam fluminis Weſera. Ducatum vero ad occidentalem plagam in Weſtfalia Epiſcopus Colonienſis obtinuit.*

46) Patet hoc ex verbis dicti diplomatis: *nam itaque habita cum Principibus deliberatione, communi ipſorum conſilio ducatum, qui dicitur Weſtphalia & Angariæ in duo diuiſimus, & conſideratione meritorum quibus dilectus Princeps noſter Philippus Colonienſis Archiepiſcopus ob honorem Imperialis coronæ promouendæ & manutenendæ, nec rerum diſpendia, nec perſonæ formidans pericula, gratiæ imperialis promeruit priuilegium, vnam partem, eam videlicet, quæ in Epiſcopatum Colonienſem & per totum Epiſcopatum Patherburnenſem prætendebatur cum omni iure & iuriſdictione, videlicet cum Comitatibus, cum Aduocatiis, cum Conductibus, cum manſis, cum curtibus, cum beneficiis, cum miniſterialibus, cum mancipiis, & cum omnibus ad eundem Ducatum pertinentibus Eccleſiæ Colonienſi legitimo donationis titulo imperatoria liberalitate contulimus, & requiſita a Principibus ſententia, an id fieri liceat, adiudicata & communi Principum & totius curiæ aſſenſu approbata, accedente quoque publico conſenſu dilecti conſanguinei noſtri Ducis Bernhardi, cui reliquam partem ducatus conceſſimus, præmemoratum Archiepiſcopum Philippum portione illa Ducatus ſibi collata Eccleſiæ vexillo imperiali ſolenniter inueſtimus.*

47) CHRON. BIGAVGIENSE c. l. *Imperator tenet curiam Ratisbonæ feſto Baptiſtæ. Ibi Henricus Leo priuatur Ducatu Bauariæ, veniensque Aldenburg adiudicauit ducatum Bauariæ ante Palatino de Wicilingesbach.* AVENTINVS *lib. VI. c. VI. n.* 14.

48) ARNOLDVS LVBECENSIS *c. l.* GODEFRIDVS *c. l.* OTTO de S. BLASIO c. XXIV. *nam Imperator prædiis & beneficiis cedentibus, Ottoni Palatino de Witlinsbach Ducatum Noricum conceſſit, ac Bernhardum Comitem de Anehalde Ducatu Saxonico ſublimauit.* ARNOLDVS tamen LVBECENSIS *lib. III. c. I.* exiguæ Bernhardum fuiſſe auctoritatis, docet. Nugæ ſunt, quas proponit ALBERTVS KRANTZIVS lib. V. c. XXVI. Saxoniæ, dicens: *Otto, pater Alberti ſtratoria ligna in clypeo transmiſſa, vero gli*

Fff   *hoque*

ctaque iuris ipsius in Sueuia, Bauaria, & Saxonia, ditioni suæ subiugauit. Anno 1181. Lubecam obsidebat, auxiliis Waldemari Daniæ Regis firmatus, licet ciues hanc vrbem acerrime defenderent. 49) In iisdem castris Fridericus filius ipsius, Dux Sueuiæ cum filia Waldemari fuit desponsatus 50) ipsique quatuor Marcarum millia soluenda post sex annos desponsationis 51) in dotem fuerunt promissa, vrbs vero Lubeca consensu Ducis Imp. dedita, atque Imperio fuit subiecta, variis etiam priuilegiis donata. 52) Deinde contra ciuitatem munitissimam Brunsuicum aciem dirigens, eam obsedit, ciuibusque acriter resistentibus cum minime proficeret, cæteris omnibus cis Albim fluuium ei subiectis, soluta obsidione discedit. 53) Dux autem iniuste de se iudicatum esse affirmabat, dicens, se de Sueuia oriundum, & nullum proscriptione damnari posse, non conuictum in terra natiuitatis suæ. 54) Licet autem Dux accepto saluo conductu, in Curia Quedlinburgensi & Erpisfordiensi, postquam Ludouicum Thuringiæ Landgrauium, eiusdemque fratrem, Hermannum Palatinum de captiuitate liberasset, gratiam ipsius impetrare conaretur, hoc tandem a. 1181. circa ipsum dispensatum fuit, vt feudis priuatus, finibus Imperii per tres 55) annos cederet, interim patrimonium Guelphicum siue Allodium suum vbicunque terrarum

uoque colore variata, ferebat, Bernhardus ad pedes Imperatoris Friderici iam de Ducatu Saxoniæ inuestitus orabat: vt aliquo a fratribus discrimine arma ducatus sui insignirentur. Tum Imperator, ut erat coronatus per æstum, ruteam coronam iniecit ex obliquo supplicantis clypeo. Hoc est ergo sertum, quod paternis insigniis Bernhardus iam Imperatoris dono adiecerat: nam vetera Saxoniæ insignia candidum præferebant pullum equinum. Has tamen in Dissertatione nostra de Ruta Saxonica satis explosimus, maxime, cum Comitia ista circa Natale Domini fuerint celebrata.

49) ALBERTVS STADENSIS, CHRONICON BIGAVGIENSE *ad a.* 1181. ARNOLDVS LVBECENSIS *lib. II. c. XXXV.*

50) ARNOLDVS LVBECENSIS c. l. *Rex vero VValdemarus cum multo comitatu veniens in præsentiam Imperatoris, cum magna iactantia gloriæ suæ ei se exhibuit, & filiam suam filio ipsius, Duci Sueuiæ videlicet, desponsauit, & Episcoporum iuramentis firmata sunt sacramenta coniugalia.*

51) ARNOLDVS LVBECENSIS lib. III. c. II. *In tempore illo mortuus est Rex Danorum VValdemarus, & regnauit Canutus filius eius pro eo. Ad quem misit Imperator legatos honoratos, Sifridum videlicet, Archiepiscopum Bremensem, cum aliis nobilibus pro sorore ipsius, quam pater eius iam pridem filio eius desponsauerat, & vt partem pecuniæ persolueret, sicut determinatum fuerat. Hæc enim pactio desponsationis fuerat inter Imperatorem & Regem Daniæ, ut quatuor millia marcarum cum filia persolueret, librata pondere publico, quod Carolus Magnus instituerat, & ut in ipso tempore, quo filiam repræsentaret, partem pecuniæ, prout sibi visum fuisset, persolueret, & post sex annos desponsationis, dum nubilis ætas aduenisset (qui tunc puella septennis erat) sex hebdomadibus prius pecunia tota ex integro solueretur. Hæc priuilegiis utrobique firmata erant, vt si quid horum negligeretur, hæc pactio seu desponsatio irrita haberetur. Venerunt igitur ad Egedoram fluuium legati Imperatoris cum quadringentis equis, quibus Comes Adolfus per triduum abundantissime ministrauit, Canutus autem Rex Sororem quasi cum dedignatione eis tradebat, dicens, sororem suam nequaquam filio Imperatoris sociandam, si iuramenta partis temerare voluisset. Tradidit tamen eam illis cum equitatu & vestitura mediocri, sed non iuxta regalem magnificentiam & partem quandam pecuniæ, vt dictum est, persoluit. Iam enim inter Imperatorem & ipsum discordia erat, quia Imperator ab ipso hominium exigebat, quod ei rex negabat: quia propter generum suum, Ducem Henricum, quem de terra eiecerat, occasionem rebellionis aduersus eum, vt quidam arbitrati sunt, suscipere attentabat.*

52) ARNOLDVS LVBECENSIS c. l. *post aliquot autem dies burgenses reuersi cum Guacelino Comite, ex præcepto Ducis ciuitatem in manu eius tradiderunt. Verum priusquam ei ciuitatem aperuissent, exierunt ad eum, rogantes vt libertatem ciuitatis, quam a Duce prius traditam habuerant, obtinerent, & iustitias, quas in priuilegiis scriptis habebant, secundum iura Sosatiæ, & titulos, quos in pascuis, syluis, fluuiis possederant, ipsius auctoritate & munificentia possiderent, Imperator vero annuit petitioni eorum, & non solum ista confirmauit, verum etiam quicquid a Duce de telonio ad stipendia Canonicorum in Lubeca vel in Raceburg donatum fuerat, ratum iudicauit. Comiti autem Adolfo medietatem tributorum totius ciuitatis de teloniis, de molendinis, de trapezitis in beneficio dedit, tum quia multum Imperio seruierat, tum quia propter ipsum ad tempus exulauerat.* Addit HERMANNVS CORNERVS *Chron. ad a.* 1182. apud LEIBNITIVM Tom. II. p. 750. *concessitque eisdem ciuibus gratiose, vt amplius caput essent omnium ciuitatum maritimarum, & quod consulatus eorum aurum deferre posset, & eo uti vt milites. Et insuper omnes in præsentiarum de consulatu existentes, & in perpetuum futuros, assumsit de speciali gratia in consiliatores imperii.* BOTHO Chron. Pictur. ad a. 1182. *Do gaff de Keyser, dat de Stadt Lubke scholde Keyser fry syn, vnde gaff æne grot Priuilegia, vnde dat den Rathheren Golt temede to dragen, vnde gaff æn den arne mit den doppelden Koppe to einem VVapen.* Eadem dicunt CHRONICA SLAVORVM LINDENBROGII p. 205. CHRON. LVBECENSE lib. II. p. 11. HENRICVS AQVILONIPOLENSIS *de primordiis Lubecanæ Vrbis lib. II. cap. VII. VIII.* KRANTZIVS *lib. VI. Vandal. cap. XV.* LEHMANN *Chron. Spir. lib. IV. cap. IV.* PETRVS LAMBECIVS *lib. I. Origg. Hamburg. §. LXXXII.*

53) ARNOLDVS LVBECENSIS *lib. III. c. XXXIV.* OTTO de S. BLASIO *c. XXIV.* Qua ratione etiam alii terras ipsius inuaserint, late describit ARNOLDVS *lib. II. c. XVII. & sqq.* CHRON. STEDERNBVRGENSE ad a. 1182.

54) ARNOLDVS LVBECENSIS c. l. *Eadem ratione ac Otto Dux Baioariorum quia ex Saxonia oriundus, ex Principum Saxoniæ sententia Goslariæ reus maiestatis fuit condemnatus.* CONRADVS VRSPERGENSIS *p.* 296. SYNT. IVRISPVBLICI *cap. XXIV. §. IV.*

55) GODEFRIDVS ad a. 1181. *Expeditio Imperatoris in Saxoniam. Castella Ducis plurima deditionem Imperii faciunt: omnisque Saxonia a Duce deficiens, Imperatoris gratiam adire festinat. Quid plura? Ille quondam famosissimus & potentissimus in Romano Imperio Dux Heinricus Dei voluntate humiliatus & deiectus tandem ad deditionem venit, sententia cunctorum Principum nomine & officio Principis priuatur, quicquid ab Imperio & Episcopis habuit, ei aufertur, finibus Imperii tribus annis cedere cogitur.* ARNOLDVS LVBECENSIS *III. c. XXXVI.* GODEFRIDVS ad a. 1182. *Dux Saxoniæ exilium subiens in Angliam tendit, ibique triennio, vt Imperator & Principes decreuerunt, demoratur.*

56) Clare

rum fuisset, sine omni contradictione liberrime possideret. 56) Hoc postea ab Ottone puero Friderico II. in feudum oblatum, originem dedit Ducatus Brunsuicensis & Luneburgensis. 57)

§. XXXVI. Inter res ciuiles est referendum, quod a. 1181. Casimirum, & Bogislaum, Slauorum Principes, in castris Lubecensibus, datis solenniter vexillis, in numerum Principum Germaniæ cooptauerit, ex quo Duces Pomeraniæ trahunt originem. 58) Anno 1183. cum Italiæ Ciuitatibus pacem iuratam Placentiæ primum pertractatam 59) mediante Ezzelino I. fecit Constantiæ. 60) Anno 1184. Pentecoste generalis Curia Moguntina magna solennitate fuit celebrata, ita, vt non nisi Reges, Duces, aut Marchiones officia Imperii facerent. Nec solum ex Romano Imperio, verum etiam ex multis aliis regnis, legati ibidem aderant, liberalissime eis Imperatore per triduum copiam impartiente. Ipse etiam Imp. cum Imperatrice & filio Henrico coronatus processit. 61) In hac Henricum Regem

56) Clare hoc testatur ARNOLDVS LVBECENSIS III. c. XXXVI. dicens: *Dux veniens Luneburg, omnibus modis per internuncios animum Imperatoris lenire studuit. Captiuos etiam suos, Ludouicum Landgrafium & Hermannum, fratrem eius, Palatinum, de captiuitate laxauit, sperans se his beneficiis gratiam aliquam mereri: sed nihil inde consecutus est. Imperator tamen inde proficiscens, curiam apud Quidelingeburg ei præfixit, vt ibi inter Principes, quid de ipso fieret, iustitia mediante decerneretur. Vnde gauisi sunt omnes amici Ducis, sperantes aliquid boni ibi de eo ordinandum. Vbi cum nihil de causa ipsius tractatum fuisset, propter seditionem, quæ inter ipsum & æmulum eius, Ducem Bernhardum, coorta est, aliam ei curiam apud Erpisfordiam indixit.* Et paulo post: *Dux autem veniens ad curiam sibi præfixam, totum se submittens gratiæ Imperatoris, venit ad pedes eius. Qui de terra leuans osculatus est, eum, non sine lachrymis quod tanta inter eos controuersia diu durauerit, & quod ipse sibi tanta deiectionis causa fuerit. Quæ tamen an vera fuerint, ambigitur: nam videtur eum vere non fuisse miseratum: quia ad statum pristini honoris eum restituere non est conatus. Quod tamen propter iusiurandum ad præsens facere non potuit. Denique cum omnes Principes ad deiectionem ipsius aspirarent, iurauit eis Imperator per thronum regni sui, nunquam se eum in gradum pristinum restauraturum, nisi id fieret in beneplacito omnium, hoc tamen circa ipsum dispensatum est, vt patrimonium suum, vbicunque terrarum fuisset, sine omni contradictione liberrime possideret. Dux vero per triennium terram abiurauit, vt infra tempus id terram suam non intraret, nisi per Imperatorem reuocatus. Profectusque est ad generum suum, regem Angliæ, cum vxore & liberis, & apud eum moratus est omni tempore illo.* ALBERICVS ad a. 1193. *Dux Henricus cum contra Imperatorem Fredericum cognatum suum arma tulisset, & eius coronationi contrarius extitisset, imperator tandem concione contra facta, tres Ducatus vna die illi abstulit, quia Dux erat Bauariæ ex parte patris, Dux Saxoniæ ex parte matris, quæ fuit filia Lotharii Imperatoris & Ducatum Westphaliæ debuit tenere de Archiepiscopo Coloniensi. Factus est itaque Dux Bauariæ quidam Comes Otto Palatinus, cognatus illius, Dux Saxoniæ factus est Bernardus, Ducatum Westphaliæ recepit Archiepiscopus Coloniensis. Allodium suum de Brunsuic & de Rodemburgh* (leg. Luneburg) *& ea, quæ in Slauia acquisierat, retinuit Dux Henricus.* MONACHVS WEINGARTENSIS *p.* 793. GODEFRIDVS COLONIENSIS, ALBERTVS STADENSIS *ad a.* 1181. CHRON. BIGAVGIENSE *ad a.* 1182. ROGER. HOVEDENVS *Annal. p. post. p.* 595. ENGELHVSIVS *Chron. p.* 1106. HIST. LANDGR. THVR. *c. XXIV.* Hinc post triennium ex Anglia redux factus, contentus fuit patrimonio suo, prout tradit ARNOLDVS LVBECENSIS lib. III. c. XII. *hac serie temporum Dux Henricus, transactis diebus peregrinationis suæ, reuersus est in terram patrum suorum & sedit in Brunschwig, contentus patrimonio suo, quod tamen ex magna parte a multis violenter occupatum fuerat.* Vid. etiam dissertatio nostra *de allodiis Imperii §. XII.* Caussam Henrici singulari apologia defendit MEIBOMIVS.

57) de quo sequenti dissertatione.

58) SAXO GRAMMATICVS *Hist. Dan. lib. XVII. p.* 375. & quidem, vt idem tradit, antea Danicarum virium metu Henrico se subdiderant. Inuehitur quidem de eo mirum in modum Grammaticus, quod veterem atque hæreditariam patriæ libertatem variis atque fucosis dignitatum nominibus venditauerint, cui tamen respondet CONRINGIVS *de Finibus Imperii c. XVI. p.* 264.

59) Prout tradit SIGONIVS *de R. Italiæ libr. XIV. p.* 338.

60) GERARDVS MAVRISIVS Historia DD. de Romani & Marchiæ Taruisinæ p. 3. *tanta fuit distretio & scientia* (Eccelini primi) *quod, quamuis grauissime Lombardi imperatoriam maiestatem læsissent, & non modice contra illos fuisset dominus Imperator indignatione commotus, tamen sic humiliter verbis & factis supplicauit eidem, quod tam sibi, quam dictis Lombardis, & obitioni Marchioni Estensi suam indignationem dimisit, & gratiam & bonam voluntatem recepit. Multa quoque priuilegia ex imperiali largitate, & voluntate benigna dominus Imperator misericorditer Lombardis indulsit, sicut in pace facta & firmata apud Constantiam scriptum reperitur atque notatum hoc fuit sub MCLXXXIII.* CONRADVS VRSPERGENSIS *p.* 297. *bellis nimis fatigatus Imperator Lombardis omnibus condixit Curiam apud Constantiam, vbi principes & potestates eorum se repræsentauerunt, & pacta quædam de faciendo seruitio Imperatori de singulis ciuitatibus Lombardiæ ibidem statuta sunt, quæ adhuc dicunt se tenere in scriptis, nec ad seruiendum vltra hæc compelli volunt.* Sicque pax reformata est OTTO de S. BLASIO *c. XXVII.* MVTIVS lib. XVIII. Chron. fin. *Post conuentum Moguntinum, Constantiam profectus est Fridericus cum Imperii Proceribus: vocauit illuc Longobardos, vt cum illis ageret de Iure Imperatoris in eos, quid singulæ ciuitates illi deberent & priuilegia ciuitatibus concessa confirmataque sunt, constitutaque est inter eos pax, quæ debeat durare perpetuo.* Hanc Constantiæ Pacem vocant. NAVCLERVS *Vol. II. Gen. XL. ad a.* 1183. SIGONIVS *lib. XIV. ad a.* 1183. Subiicitur libris Feudorum *Pax Constantiæ, inter Fridericum Imp. & filium eius Henricum, & quosdam nobiles Alemanniæ ex vna parte, atque Ciuitates Lombardiæ, Marchiæ & Romandiolæ ex altera parte composita,* in cuius fine hæc verba habetur: *Acta anno Incarnationis MCLXXXIII. Data apud Constantiam in solenni Curia. VII. Kal. Iulii.* Vid. etiam IO. PHIL. DATT *de pace Publica lib. II. c. III. n.* 56.

61) CONTIN. LAMBERTI SCHAFNABVRGENSIS ad a. 1184. *Imperator Fridericus conuentum maximo sumptu cum totius regni primatibus secus Moguntiam celebrauit.* DODECHINVS ad

Regem & Fridericum Sueuorum Ducem, gladio accingi, armisque insigniri disposuit. 61) Exorta etiam inter Archiepiscopum Coloniensem & Fuldensem Abbatem de priori loco controuersia ita fuit composita, vt Abbas Coloniensi locum cederet. 63) Res autem ibi accidit tam memorabilis, quam lugubris. Nam tentoriis per campestria fixis, propter nimiam frequentiam, quæ in ciuitate collecta erat, capella Imperatoris ex lignis constructa, in campo erecta fuerat, quæ infausto omine corruens, plures qui in ea erant, oppressit. 64)

§. XXXVII. Postquam a. 1185. in Italiam pro disponendis regni negotiis abiisset, controuersia inter ipsum & Lucium III. Papam de terris Mathildianis, quas Papa repetebat, 65) intercessit, & de Volcmaro atque Rudolpho in Episcopum Treuirensem per schisma electis, Papa Volcmarum, Imp. Rudolphum adprobante. 66) Defuncto Lucio, successit Vrbanus III. Papa, qui terras Mathildianas ab Imp. prætendebat, ius manus mortuæ siue successionem in bona Episcoporum mobilia Imp. denegabat, & quod multarum Abbatissarum stipendia rapuerit, Imp. incusabat, 67) & licet concordiam inter sacerdotium & Imperium ipse quæreret, 68) nihilominus eo deuenit, vt de his eum manifeste citaret & excommunicationem ei intentaret. 69) Oriebatur etiam controuersia de decimis, an a laicis possint possideri, & quod iniustum esse adfirmaret Papa, vt aliquis in prædiis seu homini-

ad a. 1184. Imperator pentecoste Moguntiæ celebrem & famosum conuentum habuit. Quo peracto, in Italiam perrexit. Omnem Comitiorum solennitatem late describit ARNOLDVS LVBECENSIS III. c. IX. qui tandem his verbis concludit: *officium dapiferi seu pincernæ, Camerarii seu Marschalci, non nisi Reges vel Duces aut Marchiones administrabant.*

62) OTTO de S. BLASIO c. XXVI. *Fridericus Imperator, sedatis in Germania cunctis bellorum turbinibus, generalem Curiam, cunctis Regni optimatibus, in Pentecoste, apud Maguntiam, edixit, ibique filios suos, Henricum scil. Regem, & Fridericum, Sueuorum Ducem, gladio accingi, armisque insigniri disposuit. Ad hanc Curiam totius Imperii Principes, vtpote Francorum, Teutonicorum, Sclauorum, Italicorum ab Illyrico vsque ad Hispanias congregantur. Sed & vicinorum Regnorum Proceres, inuitante Imperii dignitate, conuenerunt, incredibilisque multitudo hominum diuersarum Regionum, vel linguarum ibi coadunata est.* Et paullo post: *feria secunda, celebratis nunc Missarum solenniis, Filii Imperatoris, Henricus Rex, & Fridericus Dux, armis præcincti, militarique palæstra alacriter exercitati, militiæ cingulum sumpserunt, tractatisque diuersis Imperii ab Imperatore negotiis, quarta die, ad propria, cum gaudio recesserunt.* GODEFRIDVS vero saltim *ad a.* 1184. de Henrico, cingulo militari decorato refert. Idem dicit ARNOLDVS LVBECENSIS *III. c. IX.* DODECHINVS, ALBERTVS STADENSIS, CHRON. M. SERENI, CONT. LAMBERTI, CHRON. AVGVST. *ad a.* 1184. LEHMANN *V. c. LXVI.*

63) Late hanc controuersiam proponit ARNOLDVS LVBECENSIS *III. c. IX.* qui etiam Fuldensem ita inducit Imp. alloquentem: *Fuldensis Ecclesia hanc habet prerogatiuam ab antiquis Imperatoribus traditam, vt quotiescunque Moguntiæ generalis curia celebratur, Dominus Archiepiscopus huius sedis a dextris sit Imperatoris, Abbas Fuldensis sinistram eius teneat. Et quia diu Dominus Coloniensis nos in hac parte supplantat, rogamus, vt vestro interuentu hodie locum nobis debitum sibi non vsurpet.* Tandem vero concludit ARNOLDVS his verbis: *Imperator autem dixit Abbati: oportet vos ab hac iustitia vestra, quam exigitis temperare & locum Archiepiscopo superiorem dare.* Vid. etiam BROWER *antiq. Fuld. lib. I. c. XVI.* SCHATENIVS *Ann. Paderborn. lib. IX. p.* 862.

64) ARNOLDVS LVBECENSIS *lib. III. c. IX.* OTTO de S. BLASIO *c. l.*

65) ARNOLDVS LVBECENSIS III. c. X. *hoc taliter infecto negotio, tractabant inter se Dominus Papa & Imperator de patrimonio Dominæ Mechthildis, matronæ nobilissimæ, quod Imperator in possessione habebat, dicens ab eadem Imperio collatum. Et e conuerso Dominus Papa sedi Apostolicæ ab ea datum affirmabat. Cumque in argumentum probandi testamenti ex vtraque parte priuilegia porrigerentur, nullo fine causa terminata est.*

66) Hanc controuersiam idem ARNOLDVS *c. l. & III. c. XVI.* late exponit. BROWER *Ann. Treuir. lib. XIV. n. CLXX. sqq.*

67) ARNOLDVS LVBEC. III. c. XVI. *dominus Papa vt zelator iustitiæ pro defensione sanctæ Rom. ecclesiæ constanter agebat, nec terreni imperii metuens principatum, quæ sui iuris erant, intrepidus requirebat. Arguebat sane Imperatorem de patrimonio Dominæ Mechthildis, de quo supra mentio facta est, quod ab ipso non iniuste occupatum dicebat. Affirmabat etiam, quod Episcoporum exunias iniuste acciperet, quæ dum ipsis mortuis de ecclesiis rapiantur, ecclesiæ quasi corrosæ & expoliatæ ab Episcopis subintrantibus inueniantur, ita vt ex necessitate quadam raptores iniusti inueniantur, dum ablatis stipendiis, quæ confiscata fuerunt, de nouo resarcire cogantur. Tertium etiam contra eum proponebat articulum, quod Abbatissarum congregationes plurimas in dispersionem dedisset, dum propter enormitatem ipsarum sub emendationis occasione vsurpatis sibi stipendiis, personas quidem remouisset, nec alias ad honorem Dei vel ecclesiæ augmentum sub meliore professione restituisset. Has autem Imperator, etsi non libenter, patienter tamen audiebat: quia de consecratione filii instanter agebat. Ad quod opus Dominus Apostolicus se omnino difficilem reddebat.*

68) Patet hoc ex epistola Vrbani ad Imp. apud LVDEWIG *Reliqu. MStorum Tom. II. p.* 409. in qua insimul de iniuriis ipsi ab Henrico, Cæsaris filio illatis, conqueritur, scribens: *cum idem illustris filius tuus non ad defensionem terre nostre, sed potius videatur ad oppressionem intendere, & a ciuitatibus & aliis locis, que nostre iurisdictionis existunt, Narnia videlicet, Viterbio, Verusio, & quibusdam aliis, forum & alia indebita seruitia exigat, & quibusdam denegantibus, que postulat, pro suo voluntatis arbitrio comminetur.* In fine etiam conqueritur de iniuriis, ipsi a Cæsaris ministris illatis. In alia epistola *p.* 435. petit Magdeburgensem archiepiscopum, velit Imp. eo mouere, vt ecclesiæ Romanæ restituat eius possessiones. E contrario Wichmannus Archiepiscopus Magdeburgensis in litteris ad Vrbanum *p.* 445. varias contra Papam profert querelas.

69) ARNOLDVS *c. l. Apostolicus tamen insistens, Imperatorem de tribus superioribus capitulis instanter arguebat, id est de patrimonio Dominæ Mechtildis, de Episcoporum exuuiis, & de Abbatissarum stipendiis, ita vt manifeste eum citaret, & excommunicationis maledictum ei intentaret.* AVCTARIVM AQVICINCTINVM *ad a.* 1186.

minibus ecclesiarum aduocatiam sibi vsurpet. 70) Imp. igitur in Comitiis Geilenhusanis a. 1186. Episcoporum sententias requirit, qui desuper Papæ scribunt. Hic autem dum in proximo Imp. vellet excommunicare, morte fuit præuentus. 71)

§. XXXVIII. Interim a. 1185. Henricus Leo, peractis exulationis suæ annis, ex Anglia rediit, proprio tantum contentus patrimonio. 72) Dum autem discordia non parua inter Bernhardum & ipsum super Ducatu Saxoniæ oriretur, pacem inter ipsos certa conditione, iuxta Decreta Principum Imp. reformauit. Duce autem Henrico in Conuentu Principum Goslariensi trium optionem dedit: vt aut dispensationem in particulari quadam restitutione pristini honoris pateretur: aut secum peregrinatum, in expensa Imperatoris, iret, postea plenarie restituendus: aut terram, per triennium, tam pro se, quam pro filio suo æquiuoco, abiuraret. Dux tamen elegit magis terra exire, quam vel ire, quo non vellet, vel honore pristino vlla diminutione mutilari, relicta in Germania Mathilda vxore. 73)

§. XXXIX. Anno 1186. Italiam sexta & vltima vice ingressus, 74) generalem Curiam Mediolani indixit, habito cum Papa Veronæ Concilio, celebratisque magna cum pompa Henrici filii, cum Constantia, Rogerii Siciliæ Regis filia nuptiis, Siciliam cum adnexis genti suæ intulit. 75) Hinc, postquam Cremam, olim a se conuersam studiose reædificasset, Cremonenses habuit aduersos, quos auxilio Mediolanensium in suum inuitos coegit seruitium. 76) Inde cum Imp. vellet, vt filius ipsius Henricus imperiali benedictione sublimaretur, Lucius III. Papa hoc denegabat, non esse conueniens, dicens, duos Imperatores præesse Romano Imperio. 77) Imp. vero relinquens Henricum filium suum in partibus Beneuentanis in Germaniam redit. 78) Insequenti anno vero Henricus compositis in Italia rebus, in Germaniam reuertitur. 79) Anno 1187. in Conuentu Principum Noribergæ habito, pacem firmauit, 80) hanc etiam Curia Moguntina, quam in media Quadragesima 1188. celebrauit, confirmauit, eandemque in inuitantibus Papæ legatis, accepta cum Friderico filio, multisque Principibus cruce a Gotfrido Herbipolitano episcopo, expeditionem promisit. 81) Postquam Rex Græciæ Isaacius Angelus missis eo legatis, se Imp. honorifice esse suscepturum & secu-

70) ARNOLDVS *III. c. XVIII.*

71) ARNOLDVS *c. l.*

72) GODEFRIDVS *ad a.* 1185.

73) Verba sunt ARNOLDI LVBECENSIS *IV. c. XXVIII.* GODEFRIDVS ad a. 1183. *Heinricus de Aldenburg, qui antea Dux fuerat, Imperatori reconciliatur, & natale solum ad tres annos abiuret, & in Angliam secedit.* KRANTZIVS *Saxonia VII. c. l.* CHRON. STEDERNBVRG. apud LEIBNITIVM Tom. I. p. 861. *Sed idem Imperator ab odio nobilis Henrici non cessauit, quia antequam expeditionem arriperet, conuentum Principum in Goslaria habuit: vbi tam dictum Henricum Ducem trium annorum exilio deputauit, ipsum & omnia sua in firmissima pace constituens. In proximo Pascha Henricus Dux exsulcauit, Machtilden Ducissam filiam Regis Anglorum post se relinquens: quæ eodem anno in vigilia apostolorum Petri & Pauli defuncta est.*

74) OTTO de S. BLASIO C. XXVIII. *Fridericus sexta vice cum maxima principum frequentia Italiam ingressus.*

75) OTTO de S. BLASIO *c. XXVIII.* ARNOLDVS LVBECENSIS *lib. III. c. V.* de qua infra sub Henrico.

76) Verba sunt AVCTARII AQVICINCTINI *ad a.* 1186. GODEFRIDVS COLONIENSIS *ad a.* 1186. LVDOVICVS CAVITELLIVS *Annalibus Cremonensibus ad a.* 1184. *sqq.*

77) Hæc GODEFRIDVS *ad a.* 1184. ARNOLDVS LVBECENSIS III. c. X. *siquidem inter plurima negotia agebat Imperator cum Apostolico de filio suo rege, vt coronam Imperii super caput eius poneret. Et quia eum placabilem non habebat, consecrationem illius occasionibus differebat, quam tamen non sine ratione refellebat. Dicebat enim Apostolicus, non posse simul duos Imperatores regnare, nec filium imperialibus insigniri, nisi ea ipse prius deposuisset.* Idem dicebat Lucii successor Vrbanus III. apud ARNOLDVM LVBECENSEM *III. c. XVI.*

78) Verba sunt *Auctarii Aquicinctini ad a.* 1186.

79) GODEFRIDVS COLONIENSIS *ad a.* 1187.

80) CONRADVS VRSPERGENSIS ad a. 1187. *Fridericus Imperator, iam cruce signatus, Conuentum Principum apud Nurinberc coadunauit: vbi de Pace Terræ disposuit, & in literas redigi iussit, quas literas Alemanni, vsque in præsens Friedebrief i. e. literas pacis vocant, nec aliis Legibus vtuntur, tanquam Gens agrestis, & indomita.* Sequitur inde tenor Legis, in cuius fine hæc habentur: *Actum Nurenberc, in præsentia Principum, consilio & consensu Eorum, Anno incarnationis* 1187. *3. Kal. Ianuarii.* CHRON. AVGVSTANVM *ad a.* 1189. CONRADVS VRSPERGENSIS *p.* 301. NAVCLERVS *vol. II. Gen. XL. ad a.* 1187. SIGONIVS *lib. XV. de R. Italia ad a.* 1187. MVTIVS *lib. XIX. p.* 159. DATTIVS *vol. I. Rer. Germ. cap. III. §. LXIX. p. 19. & C. V. §. 5. p. 27.*

81) OTTO de S. BLASIO C. XXXI. *Anno 1188. Fridericus Imperator generalem Curiam in media Quadragesima, Maguntiæ celebrauit, ibique per totam Germaniam, sedatis bellorum turbinibus, pace vndique reformata, Reipublicæ negotia tractauit. Ad quam Legati Sedis Apostolicæ venientes, Imperatori desolationem transmarinæ Ecclesiæ scriptis & verbis, ex persona Domini Apostolici, ac totius Ecclesiæ, conquesti, repræsentauerunt, patrociniumque Romani Imperii, per eius auxilium, implorauerunt. Qui, habita deliberatione, ad subueniendum se obtulit, acceptaque cum filio, Friderico scilicet, Sueuorum Duce, peregrinationis cruce, in remissionem peccatorum, crucis ignominiam se vendicaturum publice denuntiauit, & ad id negotium, sui exemplo, multos Regni Optimates, cum multitudine diuersæ conditionis & ætatis, accendit.* GODEFRIDVS ad a. 1188. *Lætare Ierusalem curia celeberrima apud Maguntiacum celebratur a totius Teutonici regni Capitaneis, tam de clero quam ordine laicali præsente Henrico Cardinale, quæ a Serenissimo Imperatore & filio eius Rege curia Iesu Christi ante fuit intitulata. Ad eandem curiam Imperator interrogauit in propria persona, quid potissimum iudicaretur? an in continenti crucem sumeret, an differret, quod post annum iturus erat? Cumque omnes acclamarent, ne differret, crucem ab Herbipolensi Episcopo Godefrido suscepit, cum summo tripudio & laudibus, ac præ gaudio fletu cunctorum. Ante eum filius eius Dux*

Sueuiæ

& securum ei transitum præbiturum iurasset. 82) Sunt, qui Henricum Anglorum Regem, ipsi Regnum suum subiecisse tradant, quæ tamen reuerentia potius erat, quam subiectio. 83)

§. XL. Tandem, celebratis a. 1189. Ratisbonæ Comitiis, post Paschatos tempus, relicta rerum summa filio suo Henrico Regi, expeditionem sacram suscepit. 84) Et postquam generalem Curiam Presburgi in Vngariæ Marchia celebrasset, exercitum peregrinorum in militiam Christi coadunauit, traditisque Regalibus Henrico Regi, filio suo, diuisisque inter filios prædiorum suorum reditibus, cum collatis dignitatibus, cum Friderico, filio, Alemanniæ Duce, Bertholdo Duce Meraniæ, Hermanno Marchione Badensi, Adolpho Comite de Holstein, nec non & Misniæ Marchione, cum Saxonibus, multisque aliis Principibus & Episcopis, Exercitu omni militari apparatu admodum instructo & copiosissimo, in Orientem, contra Saladinum Regem, 85) qui anno 1186. Hierosolymarum vrbem iterum occupauerat, 86) procinctum mouit. Græcorum primum Imperator superbe nimis atque arroganter Friderico demandabat, quod si regnum Romanorum dare vellet in manus eius, & ab eo per hominium recipere, conductum ei daret per terram suam & mercatum sufficiens. 87) Sed perfide agens, legatos Imp. episcopum Monasteriensem, Rupertum Comitem de Nassau & Marquardum Camerarium cum quingentis militibus capiebat. 88) Hinc motus Imp. Philippopoli atque Adrianopoli hiemabat, atque exercitum ad rapinam data licentia relaxabat. 89) Postquam vero nuntii Soldani Regis Iconiensis, ad Imp. venissent, fœdusque renouassent, commeatum per totam Ciliciam, si pacifice veniret, ex parte domini sui obtulerunt. 90) Imp. vero transiens per terras Saracenorum in manu potenti & brachio extento, subiugatis sibi Iconio, Philomena, & aliis pluri-

Suenia Fridericus hanc susceperat. ARNOLDVS LVBECENSIS *III. c. XXVIII.* ROGERIVS HOVEDENVS, CHRONOGRAPHVS SAXO, CHRON. MONTIS SERENI, ROBERTVS de MONTE, ADDITIONATOR LAMBERTI *ad an. 1188.* ALBERTVS STADENSIS *ad a. 1189.* GOBELINVS PERSONA *at. VI. c. LX.* ALBERICVS potissimum *ad a. 1188.* ait, Imperatorem in hac Curia cum sexaginta octo magnis Principibus cruce fuisse signatum. AVCTARIVM AQVICINCTINVM *ad a. 1188.*

82) Verba sunt CHRONICI AVGVSTENSIS ad a. 1189. Fridericus in epistola ad Leopoldum Austriacum apud TAGENONEM p. 1118. *Frater noster Constantinopolitanus, iure nudatus fraterno, vniuersa, quæ a cancellario suo apud Nuremberg præsentibus Imperii principibus de securo transitu nostro, foro atque concambio noscuntur iurata, prima fronte infregit.*

83) Argumentum sumitur ex Epistola Henrici ad Fridericum Barbarossam, quæ extat apud RADEVICVM *I. c. VII.* in qua hæc verba: *regnum nostrum & quidquid vbique nostra subiicitur ditioni vobis exponimus, & vestra committimus potestati, vt ad vestrum nutum omnia disponantur, & in omnibus vestra fiat voluntas Imperii. Sit igitur inter nos & populos nostros dilectionis, & pacis vnitas indiuisa, commercia tuta, ita tamen vt vobis, qui dignitate præminetis, imperandi cedat auctoritas, nobis non deerit voluntas obsequendi.* Sed reuerentiæ hoc potius signum esse, quam obsequii, patet ex epistola Conradi III. ad Ioannem Constantinopolitanum apud OTTONEM FRISINGENSEM lib. I. c. XXIII. *ad hoc Francia & Hispania, Anglia, Dania, cæteraque regna Imperio nostro adiacentia, quotidiana legatione sua, cum debita reuerentia & obsequio nos frequentant, ad ea quæ Imperii nostri mandata sunt, se prompta esse tam obsidibus quam sacramentis affirmantes.*

84) GODEFRIDVS ad a. 1189. *Imperator circa festum S. Georgii curiam celebrem Ratisponæ habuit, occurrentibus illuc Comitibus omnibus signatis, qui cum eo per terras ire disposuerunt, ibique ad peregrinandum Deo lumbos suos succinxit: relicta rerum summa filio suo Heinrico Regi.* TAGENO, qui hanc expeditionem latius describit, apud FREHERVM, Tomo I. p. 407. *Fridericus Imperator Ratisbonam intrauit, ibi, cum septendecim Episcopis, & omnibus Principibus maximum concilium celebrauit totam Quadragesimam & Pascha ibi mansit. Post Pascha dies transactos, quod euenerat. V. Id. April. ex Ratispona mouit, nauali itinere, Bataviam descendit, cum eo filius eius Fridericus, Dux Alemanniæ.* CHRON. AVGVST. *ad a. 1189.* Vid. etiam *Historia Expeditionis Asiaticæ* in CANISII Tomo quinto Lectionum Antiquitatum & IO. HENRICI ARTOPOEI *dissertatio de expeditione Friderici Aenobarbi in Terram sanctam.*

85) OTTO de S. BLASIO *c. XXXII.* TAGENO, GODEFRIDVS *ad a. 1189.* Qualem exercitum duxerit Fridericus, inter Scriptores non constat. GODEFRIDVS ad a. 1189. *erat exercitus Imperatoris XXX. millia hominum*, inter quos erant XV. millia electorum equitum. ALBERTVS STADENSIS vero *ad a. 1189. computabantur in exercitu Imperatoris DC. millia pugnatorum.* ARNOLDVS LVBECENSIS lib. IV. c. XXIX. mediam tenet sententiam, scribens: *crucesignati venerunt ad fluuium, qui Sowa dicitur, vbi multitudo exercitus dinumerata est & inuenta sunt quinquaginta millia militum, & centum millia armatorum ad bella vadentium.*

86) Occasionem late describit ARNOLDVS LVBECENSIS *lib. III. cap. XXIII. & sqq.* GODEFRIDVS *ad a. 1187.*

87) GODEFRIDVS *ad an. 1189.* Diepaldus Patauiensis Ep. ad Leopoldum Ducem *p. 7.*

88) ARNOLDVS LVBECENSIS lib. IV. cap. XXX. *Constantinopolitanus nuntios Imperatoris Episcopum videlicet Monasteriensem & Robertum Comitem de Assawe, & Marquardum Camerarium cum quingentis militibus comprehendi præcepit.* Epistola de Expeditione Cruciata apud VRSTISIVM p. I. p. 560. *Statim cum regnum Græciæ intrauimus in manus furum & latronum incidimus, nulla in Græcis fide reperta. Nam contra communem non violandorum legatorum legem, Episcopum Monasteriensem & Comitem Rubertum ceperunt.* FRIDERICVS Epist. ad Leopoldum *p. 410.*

89) OTTO de S. BLASIO *c. XXXII.* FRIDERICVS ad Leopoldum *c. l.*

90) OTTO de S. BLASIO *c. XXVII.* ROGERIVS HOVEDENVS *Annal. parte Poster.* GODEFRIDVS COLONIENSIS, CHRON. AVGVSTANVM, ALBERTVS STADENSIS *ad a. 1184.* CHRON. BIGAVGIENSE *ad a. 1197.*

91) Verba

pluribus ciuitatibus, vsque ad Armeniam peruenit. 91) Verum, cum transiisset Iconium, terram desertam, periculo suorum attigit, vt plus quam mediam partem sui perderet exercitus. 92) A. 1190. Iconio potiebatur, inde deuictis Saracenis, Armeniæ prouincias triumphator peragrans, regem vnum coronabat in Armenia, dictum Gedeonem. 93) Vlterius dum progredi vellet, in Cydno, Armeniæ fluuio, in quem lauandi gratia descenderat, prope castrum Saleph 94) a. 1190. vndis fuit submersus, & vix viuus extractus, Seleuciam ductus, ibidemque IV. Idus Iunii, quæ erat tunc dies Solis circa vesperam fuit defunctus. 95) Intestina eius cum carne reliqua apud Tarsum, fuerunt sepulta, ossa Antiochiam translata, cultu regio fuerunt recondita. 96)

§. XLI. Vxores binas habuit. Prima erat Adelheidis, Theobaldi, Hochburgici Marchionis filia, cum qua ob consanguinitatis vinculum, dum ipsi gradu secundo esset coniuncta, 97) in Synodo Constantiensi per legatos Papales, adstipulantibus Hermanno Constantiensi, aliisque Episcopis, a. 1153. diuortium fecit. 98) Licet alii adulterii crimen

91) IAC. de VITRIACO *lib. III. c. XX.* Idem in Historia Hierosolymitana abbreuiata *cap. XXIX.* Epistola apud VRSTISIVM *pag. 561.* CONRADVS VRSPERGENSIS *p. 299.*

92) GERHARDVS STEDERNBVRGENSIS *pag. 862.*

93) ALBERICVS *ad a. 1190.*

94) Hunc fluuium modo Saleph, modo Caleph, modo Serram, modo Cydnum vocant. ARNOLDVS LVBECENSIS III, cap. XXXIII. XXXIV. *& ita transeuntes terram Armeniorum venerunt ad fluuium Saleph, vbi castrum eiusdem nominis situm erat. Quo cum peruentum fuisset, propter nimiam æstus intemperiem puluerisque squalorem Dominus Imperator in eodem amne lauare similiter & refrigerari disposuit. Siquidem idem amnis non multum latus erat cursum tamen velocem propter montium circumgyrationes habebat. Aliis igitur ad vadum certum transeuntibus, ipse multis inuitis aquam ingreditur, & sperans se natando transmeare, fluminis impetu abripitur, quo nollet, trahitur, & priusquam subuenire potuissent qui circa ipsum erant, aquis præfocatus interiit.* Idem nomen habet Auctor expeditionis Asiaticæ fin. apud CANISIVM *lect. Ant. Tom. V. p. 93.* ALBERTVS STADENSIS *ad a. 1191.* ROGERIVS de HOVEDENO *Annal. Angl. p. 651. 708.* BARONIVS *Tom. XII. ad a. 1160. §. 9.* CHRON. EPP. VERDENSIVM apud LEIBNITIVM *Tom. II. pag. 217.* CONT. RADEVICI *pag. 562.* Caleph vocat. CHRON. STEDERNBVRG. *pag. 863. ed. Leibnit. cuiusdam torrentis alueum.* Ast OTTO de S. BLASIO c. XXXI. *egregius Cæsar Fridericus Tarsum tendens, amne quodam parte exercitus transposita, refrigerandi gratia æstus quippe erat nimius ingressus (nandi enim peritus erat) subitaneo frigore naturalem calorem extinguente, deficiens, submergitur, miserabili morte Imp. terra marique potens finem vitæ sortitur. Fertur a quibusdam, hoc in Cidno amne accidisse, in quo & Alexander M. simili quidem modo, sed non morte, periclitatus. Nam Cidnus Tarso contiguus est. Obiit anno regni XXXVIII. Imperii autem XXXV. incarnationis Dominicæ anno MCXCI. cuius morte totus Christianorum exercitus irremediabiliter sauciatus, planctu intolerabili. Augustum si vixisset, omni Orienti metuendum luxit:* Sequitur AENEAS SYLVIVS *Hist. Friderici III. p. 27.* Cydnum etiam Tarso contiguum esse, demonstrauit SAM. BOCHARTVS *Phaleg lib. III. c. XI.* CONRADVS VRSPERGENSIS p. 313. *deuenit in Armeniam: vbi peccatis nostris promerentibus, dum in æstu maximo in flumen, quod Serram incolæ appellant, lauandi gratia, descendisset, mortuus est: & accessit damnum inæstimabile Christianis!* Eadem verba habet IACOBVS de VITRIACO *Hist. Orient. §. XX.* saltim dicens *in quodam fluuio quem fretum incolæ vocant.* CHRON. AVGVSTENSE ad a. 1190. *vbi cum in Græcia in quodam paruo riuulo se lauaret, circa Solstitium æstiuale, in eodem occulto Dei iudicio est submersus, & extinctus.* Sequitur SIGONIVS *lib. XV. ad a. 1190.* Hæc nomina SCHATENIVS *Ann. Paderborn. lib. IX. p. 888.* pro synonimis habet, dicens: *expugnatoque Iconio, liber per Armeniam transitus permissus, donec Ciliciæ ad fluuium Serram, quem alii Saleph, alii Farfarem, alii Cydnum appellant, peruentum est.* Serræ etiam nomen exinde ortum videtur, quod fluuius Saleph ab incolis Ferreus vocetur, prout auctor est IAC. de VITRIACO *Hist. Hieros.* I. c. XCIX. CHRON. SENONENSE *cap. VIII.* apud d' ACHERY *Spicil. Tom. II. pag. 624.* locum male definit, scribens: *ad partes Siciliæ cum comitatu suo adueniens, vna dierum cum quemdam pedes transire vellet, quem quilibet transuadare poterat, nescio quo occulto iudicio Dei in fluuiolum lapsus, aquis suffocatus interiit.* Alii fluuii nomen reticent. Epistola apud VRSTISIVM p. 562. *cum dominus Imperator per quoddam compendium transiret in conuallibus montium quandam rapidissimam aquam, saluum eum recepit in aliam partem. Facto autem ibi prandio post infinitos & intolerabiles labores, quos per mensem iam erat passus, & vellet balneari in eadem aqua, & ita se refrigerare vellet natando, Dei iudicio casu lacrymali & inopinato submersus est.* BERNARDVS de GERMANO *Chron. ad a. 1190.* Male vero ALBERTVS STADENSIS hanc mortem ad a. 1191. refert. Iniurius est in Fridericum Autor CHRONICI STEDERNBVRGENSIS apud LEIBNITIVM *Tom. I. p. 862.* dicens: *recta igitur Henrico Rege iter agente in Apuliam, mors Imperatoris audita est: de qua nihil gloriosum, nihil memoria dignum dicere possumus, præter id, quod exsul mortuus est. Qualis enim fuerit, intentio eius incepta expeditione in gloriosæ vitæ ipsius termino qui secretorum est inspector cordium palam ostendit.* Verum hæc Henrico Leoni fauens, ex odio erga Imp. scripsit.

95) Verba sunt OTTONIS de S. BLASIO *c. XXXV.* ROGERIVS HOVEDENVS c. l. *Tractum in terram sui euiscerauerunt Eum, & viscera, & cerebrum, & carnem suam aqua coctam & ab ossibus separatam, sepelierunt in Ciuitate Antiochiæ, ossa autem illius, linteaminibus mundis inuoluta, Conradus Dux Sueuiæ, filius Eius, tulit secum, vsque ad Ciuitatem Tyri,* (dicendum Tarsum) *& ibi sepeliuit ea.* CHRON. STEDERNB. p. 863. *filius autem Imperatoris Fridericus Dux Sueuiæ, honore, quo potuit, ossa patris Antiochum detulit.* ALBERTVS STADENSIS *ad a. 1191.* TAGENO c. l.

96) TAGENO *Hist. Exped. Asiaticæ pag. 416.* CHRON. LOBIENSE *ad a. 1190. Fridericus Imperator in Seleucia decedit.* Eiusdem epitaphium exhibet LEHMANN *lib. II. c. XI.*

97) Henricus Niger

Iudith, vxor Friderici Lusci — Mathildis

Fridericus I. — Adelheid vxor Friderici I.

98) HISTORIA de GVELPHIS pag. 793. *diuortium factum Constantiæ inter Fridericum & Adelam*

men ipsi intenderent. 99) Falsum itaque, quod Hadrianus Papa ob hoc diuortium Fridericum Imp. excommunicauerit, 100) & hæc origo fuerit dissidii inter Imp. & Papam, dum aliæ longe subfuerint caussæ, & diuortium non a. 1156. factum, prout dicti Scriptores contendunt, sed a. 1153. & postea Adrianus Papa Imperatorem a. 1155. summo cum honore receperit atque in Imp. coronauerit. 1) Hinc, cum de connubio cum Principe quadam Græca Isaaci Angeli filia, frustra fuisset actum, 2) a. 1156. Herbipoli Beatricem duxit, Reinaldi Burgundiæ Comitis filiam, facie pulcherrimam, id quod ipsi ausam dedit, Burgundiam Imperio iterum vindicandi. 3) Hæc autem d. 15. Nouembris a. 1185. fuit defuncta, Spiræ sepulta. 4) Ex eadem sustulit Henricum Imperatorem, Fridericum, Conradum, Sueuiæ Duces, Ottonem, Comitem Burgundiæ & Philippum Regem; qui præter ipsius successorem, & Philippum postea Imp. omnes breui perierunt. 5) Friderico Ducatum Sueuiæ cum hæreditate Welphonis concessit, 6) qui tamen a. 1190. in obsidione Accaron fuit defunctus, 7) & filiam Belæ, Vngariæ Regis, quæ ipsi fuerat desponsata, quam morte præuentus, non transduxit. 8) Successit ipsi in Sueuiæ Ducatu, Conradus, Franco-

Adilam filiam Diepoldi Marchionis. OTTO de S. BLASIO *c. X.* ALBERICVS *ad a. 1156.* CHRONOGRAPHVS SAXO *ad a. 1154.* CONRADVS VRSPERGENSIS p. 297. *deinde Imperator rediit in Alemanniam, vbi tunc duxit vxorem. Nam antea iudicio Ecclesiæ in Synodo Constantiensi, inter ipsum & Adilam filiam Marchionis Diepoldi de Hochburg, quam habuerat vxorem diuortium celebratum est, obiectu consanguinitatis. Quam postea Diethо de Rauensburg, Ministerialis ipsius, habuit vxorem.* OTTO FRISINGENSIS II. c. XI. *rex tamen quia non multo ante hac per Apostolicæ sedis legatos, ab vxore sua ob vinculum consanguinitatis separatus fuerat.* ALBERTVS STADENSIS *ad a. 1153.*

99) OTTO de S. BLASIO c. X. *circa hæc tempora Fridericus Imperator generalem Curiam cum maxima Principum frequentia apud Constantiam habuit, ibique coram Hermanno Episcopo in Choro Constantiensi vxorem suam, filiam Marchionis de Vohiburch, Adelheidam nomine, causa fornicationis sæpius infamatam repudiauit.*

100) DODECHINVS ad a. 1159. *Adrianus papa imperatorem pro coniugii dissidio excommunicare disposuerat, sed mense Octobri morte præuentus est, pro quo duo constituti sunt, id est Orlandus, qui dictus est Alexander, Adriani sententiam approbans, & Octauianus, cognominatus Victor, imperatori plurimum fauens.* AVCTARIVM AFFLIGEMENSE ad a. 1156. *Fridericus Imperator a Papa Adriano & Rolando cancellario pro vxoris suæ primo diuortio vehementer arguitur.* Ad a. 1158. vero dicitur, quod fuerit excommunicatus. IO. IPERIVS *Chron. S. Bertini in* EDM. MARTENE Thes. Anecd. Tom. III. p. 647. *Huius papæ anno secundo, id est, anno Domini MCLVI. Fridericus imperator vxorem suam iniuste dimisit, & aliam superduxit, propter quod eum papa & cancellarius eius Rolandus, huius papæ successor immediatus fortiter arguerunt: quod imperator ægre ferens, cardinalibus Romanis introitum ecclesiarum & ciuitatum regni sui interdixit; vnde orta est inter papam & imperatorem magna discordia, quæ durauit diu, & litteris mordaci sermone ad alterutrum conscriptis, quæ satis notabiles hic subscribuntur. Finaliter eum papa propter hoc diuortium excommunicauit anno Domini MCLVIII.*

1) *Vide supra §. XXII.*

2) Patet hoc ex OTTONE FRISINGENSI II. c. XI. *rex tamen quia non multo ante hæc per Apostolicæ sedis legatos, ab vxore sua ob vinculum consanguinitatis separatus fuerat, pro ducenda alia pertractans, ad Manuel Græcorum Imperatorem tam pro hoc negotio, quam pro Guilhelmo Siculo, qui patri suo Rogerio nouiter defuncto, successerat, vtriusque Imperii inuasore debellando, in Græciam legatos destinandos ordinat.* Sic & OTTO FRISINGENSIS II. c. XXXI. *ea propter prædicti nuntii* (Græcorum) *non solum ad firmandum Connubium ad Imp. venerunt.* IO. CINNAMVS *c. lib. IV. p. 845.*

3) *Supra c. XXIV.* ALBERICVS ad a. 1156. *Fredericus Imperator iudicio & consilio Archi-Episcoporum & Episcoporum, relicta vxore sua duxit filiam Comitis Burgundiorum.* DODECHINVS ad a. 1156. *hoc ipso anno, Fridericus imperator Agnetem, principis Burgundiæ filiam vxorem duxit, repudiata priore legitima vxore apud Constantiam, vnde in ecclesia grauissimum exortum est schisma.*

4) CHRON. AVGVST. ad a. 1184. *Beatrix Imperatrix obiit*, quem sequitur CHRON. AVGVSTENSE & ROGERIVS HOVEDENVS *ad a. 1184.* Idem dicit IO. IACOB. CHIFFLETIVS *Vesontione p. I. c. LII.* ex NECROLOGIO S. STEPHANI VESONTINI diem emortualem XVII. Kl. Decembris definiens. OTTO de S. BLASIO *c. XXVII. eodem anno* (MCLXXXV.) *Beatrix Imperatrix obiit, & apud Vrbem Spiram regalibus exequiis præsente Henrico filio suo offenso, sepelitur.* Sequitur GODEFRIDVS & ALBERTVS STADENSIS *ad a. 1185.*

5) OTTO de S. BLASIO c. X. *Ex Beatrice genuit Fridericum Ducem Sueuiæ, Henricum Imperatorem, Cunradum Ducem, Ottonem Comitem Burgundiæ, Philippum Regem, qui omnes in breui perierunt.* ALBERTVS STADENSIS eosdem *ad a. 1185.* refert. Sed alio ordine. CONRADVS VRSPERGENSIS *ad a. 1176.* GVNTHERVS *Ligurino lib. I.* ALBERICVS *ad a. 1190.* MVTIVS *lib. XIX. ad a. 1181.* Qua ratione terras inter eosdem viuus adhuc fuerit partitus, docet. OTTO de S. BLASIO cap. XXI. dicens: *nam Friderico, qui secundus natu erat filiorum, ducatu Sueuiæ cum hæreditate Welfonis, & prædiis Rudolfi Comitis de Phullendorf concesso: Conrado vero dignitatibus, beneficiis & prædiis Friderici Ducis de Rotinburch ditato, Ottone Archisolio Arelatensi cum Burgundia, Rainaldi aui sui terra, sublimato, Henricum, qui prior natu erat, Regem post se designauit. Philippo adhuc infantulo, præter hæc omnia, rex Ecclesiarum ab Episcopis vel Abbatibus sibi concessas vendicans sub iure hominis. Multa amore filiorum contraxit, quibus singulos cum delegata sibi dignitate admodum ditauit.*

6) OTTO de S. BLASIO *c. XXI.*

7) CHRON. WEINGARTENSE p. 798. *huius vero filius Dux Fridericus Princeps totius exercitus constitutus, Antiochiæ veniens carnem quidem patris honorifice tumulauit, sed ossa vsque Accaron transtulit, vbi & ipse cum multis nobilibus migrauit.* OTTO de S. BLASIO c. XXXV. *Fridericus Dux Christianis in obsidione Accaron desudantibus associatur, ab eisque gloriose suscipitur, vbi modico manens tempore febre corripitur, immaturaque morte raptus cum maximo planctu ibidem sepelitur.*

8) GODEFRIDVS COLONIENSIS sibi circa hoc matrimonium ipsi contradicit. Ad annum 1188. dixerat: *Fridericus filius Imperatoris, Dux Sueuiæ, filiam Belæ Vngari Regis ducit vxorem.* Idem ad a. 1189. dicit: *filiam quoque suam filio Imperatoris Friderico desponsauit.* Quæ tamen ipsi non fuit copulata

Franconiæ Dux, qui tamen a. 1196. Durlaci in adulterio deprehensus occisus fuisse dicitur. 9) Otto, cui pater terras Burgundicas adsignauerat, 10) e Margaretha Theobaldi Blesensis Comitis filia, 11) suscepit Beatricem, Ottoni, Meraniæ Duci nuptam, qui in bello contra Venetos, ab iisdem captus fuisse perperam dicitur. 12) Inter filias ipsius referuntur Sophia, Guilielmo Montisferratensi a. 1186. nupta, & Beatrix, Abbatissa Quedlinburgensis, ast, sine certa fide. 13) Sic etiam Guilielmus, Siciliæ Rex, Richardus, Comes Pictauiæ, Angliæ Regis filius, atque Iconii Soldanus filiam ipsius adpetiisse dicuntur. 14)

pulata; prout tradit CONRADVS VRSPERGENSIS p. 311. *alteri quoque filio suo Friderico duci desponsauit filiam regis Vngariæ, qui tamen morte præuentus, ipsam non transduxit.* Id quod quodammodo patet ex verbis GODEFRIDI ad a. 1190. vbi de Friderico: *quanta fuerit in huius viri corde circa Deum deuotio, ex hoc constare potest omnibus, quod decumbenti quum a physicis esset suggestum, posse curari eum, si rebus Veneris vti vellet, respondit, malle se mori, quam in peregrinatione diuina corpus suum per libidinem maculare.*

9) OTTO de S. BLASIO c. XXXVII. *reuersus ad Cisalpina Henricus Imperator, Cunrado, fratri suo, Ducatum Sueuiæ concessit. Hic Cunradus fortis agrestisque naturæ homo, sed liberalis admodum animi erat, ideoque magna appetens, illicitaque semper faciens, vicinis & remotis terrori fuit.* Hunc etiam Franconiæ Ducatum tenuisse, docet nos GVNTHERVS *in Ligurino lib. I. v. 83.*

Nec tu, regifico Chunradi nomine clarus,
ac verus virtute nepos, cui fœdere certo
nominis & iuris, succedens, Francona rura
Herbipolinque regis, prima cui munera Musæ
obtulimus.

Mortem ipsius OTTO de S. BLASIO c. XLIV. refert ad annum 1196. CONRADVS VRSPERGENSIS vero p. 318. *in tempore illo in Alemannia Chunradus frater imperatoris, dux Sueuorum, mouit exercitum contra Bertholdum ducem Zaringiæ de voluntate imperatoris. Cumque maneret in quodam oppido Durlaich nomine, obiit, & sepultus est in monasterio Loricensi. Multi asserebant eum fuisse interfectum a quodam, cuius vxorem adulterauit violenter, siue ab ipsa vxore. Erat enim vir totus inseruiens adulteriis, & fornicationibus, & stupris quibuslibet, luxuriis & immundiciis. Strenuus tamen erat in bellis & ferox, & largus amicis: & tam sui quam extranei tremebant sub eo.*

10) OTTO de S. BLASIO c. XXI. *Fridericus Ottonem Archisolio Arelatensi, cum Burgundia Reinaldi aui sui terra (sublimauit)* GVNTHERVS *Ligurino lib. I. v. 75.*

11) ALBERICVS ad a. 1190. *Quartus dictus est Otto Comes Alemannus de Burgundia, qui de Comitissa Blesensi Margaretha genuit filiam vnicam Beatricem, quam habuit Otto Dux Merania & per eam factus est Comes Burgundiæ.* ALBERTVS STADENSIS *ad an. 1185.* NIC. VIGNIERIVS *Chron. Rer. Burgund. ad a. 1199.*

12) NAVCLERVS vol. II. Gen. XL. pag. 856. *Imperator audiens summum Pontificem Venetiis esse, Othonem filium suum cum armata classe ad reposcendum summum Pontificem Venetias misit, qui & Venetis ob id bellum mouit, cui statim Sebastianus dux Venetorum occurrens, facto congressu, ipsum superauit, & Venetias vinctum perduxit.* Sequitur BARONIVS *Tom. XII. Ann. ad a. 1177. §. 7.* KRANTZIVS *Saxonia lib. VI. cap. XXXVII.* PETRVS IVSTINIANI *Historia Veneta lib. II. pag. 26.* Sed cum taceant Scriptores antiqui, merito BARONIVS §. 13. LEHMANN *Chron. Spirensi lib. V. cap. LVI.* & CONRINGIVS *de Finibus Imperii lib. I. cap. XI. p. 139.* de eo dubitant.

13) BOTHO Chron. Brunsuic. ad an. 1152. *Keyser Frederich hatte twey dochter de eyne het Sofia, de nam einen Marggreuen to Sassenlande. Vnde, de ander heit Beatrix, de wart eyn Ebbetin to Quedlinborch, vnd starbtede das Closter to Michelsteyne.* Idem repetiit *ad an. 1169.* Satis tamen demonstrauit KETTNERVS Antiquitatibus Quedlinburgensibus *p. 172.* & in *Quedlinburg. Kirchen-Historie pag. 291.* hanc Beatricem Abbatissam Quedlinburgensem an. 1139. ab Innocentio II. fuisse confirmatam, cum Fridericus demum octodecim annos fuerit natus. Hoc autem est certum, quod ex regali stemmate Friderici orta fuisse dicatur in Epitaphio.

14) GODEFRIDVS ad a. 1137. *illis diebus legati Regis Babyloniæ ad Imperatorem venerunt, rara & preciosa munera deferentes. Legatio talis erat, quod idem Rex peteret, vt filio suo filia Imperatoris matrimonio iungeretur ea conditione, vt ipse Rex cum filio & omni regno suo Christianitatem susciperent & omnes captiuos Christianos relaxaret. Imperator vero eosdem legatos honorifice secum per dimidium fere annum detinuit, & singulas ciuitates & ritus diligenter notare & inspicere concessit.* OTTO de S. BLASIO cap. XXV. *Anno dominicæ incarnationis MCLXXIX. Soldanus, Rex Iconii, missis ad Fridericum Imperatorem legatis, quamuis paganus, cum suis omnibus fœdus cum eo pepigit, filiamque eius matrimonio sibi coniungi postulauit, ac se Christianum cum gente sua fieri, si adipisceretur Imperatoris filiam sponte promisit. Imperator autem licet filiam tenere diligeret, vixque postulata concederet, tamen consensit eam sibi dari promittens. Prius tamen mortuam luxit, quam petenti dederit.* ROGERIVS HOVEDENVS Ann. Anglicanis p. poster. ad a. 1184. p. 623. *Archiepiscopus Coloniensis ad petitionem Regis Angliæ concessit Richardo, Comiti Pictauiæ, Regis F. filiam Friderici, Rom. Imp. dari in vxorem, sciebat enim ipsum Imperatorem hoc velle, & plurimum desiderasse. Eodem anno obiit filia Friderici Imp. quæ maritanda erat Richardo, Comiti Pictauiæ.* Idem dicit GOBELINVS PERSONA *æt. VI. cap. LX.* qui tamen addit. *Sed non fuit perductum ad effectum.* Magni huius Imp. vitam singulari Tractatu multa cum cura vberrime exposuit Vir Perillustris HENRICVS a BVNAV, *Lipsiæ 1722. 4.*

SECTIO TERTIA
DE
HENRICO VI.

§. I. Henrici VI. natiuitas & mores. §. II. Gesta ipsius, antequam fieret Imp. Comitia Erfurtensia. §. III. Negotium cum Henrico Leone. §. IV. Coronatio Romana: expeditio in Siciliam contra Tancredum: captiuitas vxoris. §. V. Captiuitas & liberatio Richardi Regis Anglorum. §. VI. Altera & tertia expeditio Italica: pœna de Italia Proceribus sumta. §. VII. Varios Germaniæ Duces & Cypri Regem constituit. §. VIII. Iura adhuc exercuit in Episcopos. §. IX. Expeditionem Cruciatam meditatur. §. X. Henricus Imperium hereditarium reddere vult, & Fridericum, filium suum Regem vult constitui. §. XI. Mors Henrici.

§. I.

FRiderico Barbarossæ successit filius ipsius Henricus VI. 1) ex Beatrice Burgunda Nouiomagi a. 1165. natus. 2) Erat iste Princeps eruditus, iustus, prudens ingenio, 3) facundus eloquio, facie satis decora, plus tamen macilenta, statura mediocris, corpore tenuis & debilis, acer animo, vanitatibus deditus, maxime venationum & aucupiorum amator. 4)

§. II. Hunc a. 1169. Aquisgrani Pater Regem fecit coronari. 5) Adultior factus, absente Imp. variis negotiis Imperii præfuit. Anno 1183. quidem pro sopienda discordia, quæ erat inter Conradum Moguntinum Archiepiscopum, & Ludouicum Thuringiæ Landgrauium, Comitia Erfurti indixit, quibus tamen ad casum ruente domo, multi Principes, ac nobiles sub domus ruina fuerunt occisi. 6) A. 1190. dum expeditionem in terram sanctam meditaretur Fridericus, habita circa festum S. Georgii Ratisbonæ Curia, rerum summam commisit Henrico filio. 7) Eodem tempore, Henricus Rex expeditionem Italicam iurare fecit nobiles, maxime eos, qui ministeriales Imperii essent, a festo S. Matthæi post annum explendam, quatenus in Augustum ipse consecrari debuisset Romæ. 8) In Pentecoste Rex Curiam apud Noribergam habuit, vbi Archiepiscopo Coloniensi telonia quædam & monetas concessit. 9) In mense Nouembri Rex in Apuliam proficiscitur: sed audita morte patris & Ludouici Thuringiæ Landgrauii, Coloniensem Archiepiscopum præmittens, ipse in Thuringiam proficiscens, eam sibi subiicere tentans. Postea tamen fratri ipsius Hermanno omnia permittens, in Apuliam tendit. 10)

§. III. Absente igitur Imperatore, Henricus regia vtebatur potestate. Hinc Henricus Leo videns, bona sua omnium exposita esse direptioni, 11) filium suum Henricum inopinate misit, & ipse in breui eum subsecutus est. Rex autem ad querimoniam Bernhardi, Saxoniæ Ducis, cuius castrum Lauenburg Dux obsedit, in Curia Merseburgensi expeditionem contra Henricum decreuit. 12) Henricus interea Bardeuicum, antiquissi-

1) CONRADVS VRSPERGENSIS pag. 317. *Anno Domini millesimo CXCI. ab vrbe condita millesimo DCCCC. XLIIII. Heinricus huius nominis sextus vel secundum Chronicam Romanorum quintus: ipsi namque Heinricum primum patrem Ottonis primi non connumerant in catalogo Imperatorum, sed Ducem Saxonum scribunt.*

2) GODEFRIDVS MONACHVS ad a. 1165. *natus est Imperatori filius nomine Henricus, apud Nouiomagum.*

3) Patet hoc ex OTTONE de S. BLASIO qui *c. XXI.* de Friderico Barbarossa dicit: *liberos suos omnes Fridericus Imperator literis apprime erudire fecit.*

4) Verba sunt CONRADI VRSPERGENSIS *p. 318.* quem iisdem verbis sequitur NAVCLERVS *Vol. II. Gen. XL. p. 876.* GERVASIVS TILBERIENSIS *Otiis Imperialibus lib. II. c. XIX. erat Henricus vir moderatus, modestus, apud rebelles atrocissimus, hostibus inuictus, contumacibus seuerus, proditoribus immisericors, litteratis ipse litteratior; quod in armorum minus erat exercitio, supplebat facundus & munificus; gratiosus apud bonos, expositus apud simplices, contra superbos ceruicosus, animo patrem sapiebat, non gladio.* GODEFRIDVS VITERBIENSIS p. XVII. p. 355. *de domino rege Henrico, filio domini Friderici augusti adhuc adolescente gesta non tenemus: Videmus autem eius elegantissimam formam, laudabilem militiam, audaciam & largitatem, iustitiam & veritatem; atque omnes regias virtutes, quas ex ætate adolescentum possemus optare. Qui licet natura & litteratura super coætaneos, sapientia & sensuum subtilitate videatur pollere;* CHR. AVGVST. ad a. 1192. *iste Heinricus audacia & largitate, iustitia & veritate, litteratura & sapientia, & aliis virtutibus pollens Imperium suum suo breui tempore bene rexit, regnum Siciliæ sibi subiugauit, & multa alia bona ac memoriæ digna in Imperio fecit, ac demum in Apulia insidiis vxoris suæ (vt dicitur) veneno periit, cuius vxoris fere totam miris cruciatibus interfecerat parentelam.* FRANC. MAVROLYCVS Hist. Sicanica lib. III. p. 160.

5) *Vide supra §. XXIX.*

6) ALBERTVS STADENSIS ad a. 1183. *Imperatore habente Curiam Erphordiæ, in Palatio, sub quo erat cloaca, fractis trabibus, submersi sunt in cloaca octo Principes, & multi Nobiles, & plus quam centum milites, nullo Episcopo, vel Clerico, quicquam passo.* Prolixius CHRONICON MONTIS SERENI p. 48. *Henricus Rex, filius Imperatoris, pro sopienda discordia, quæ erat inter Conradum Moguntinum Archiepiscopum, & Ludeuicum, Landgrauium Turingiæ, trahebatur, Erfortiam venit, vbi cum præfatis Principibus, & aliis Viris Nobilibus, ipsum negotium, die B. Iacobi tractabat. Domus vero Præpositi Ecclesiæ Dei Genitricis; in qua conuenerant, tribus mansionibus super se vicissim ædificatis, distincta erat, in cuius superiori parte colloquium agebatur. Pluribus autem ad audiendum ingressis, domus, multitudinis pondere victa, ruptis trabibus, repente subsedit, aliamque subterpositam deiiciens, plurimos superstantium ad casum traxit, ex quibus nonnulli quidem casu vexati, quidam vero mortui sunt, quorum nomina hæc sunt: Fridericus, Comes de Aueberge, Henricus Comes de Schwartzburg; Hi duo in cloaca, quæ erat in extrema parte domus, mersi sunt.* GODEFRIDVS ad a. 1184. *simile huic præcedente anno apud Erpessort contigit: vbi residentibus in solario cuiusdam domus nobilissimis viris, ex vehementi turbine solarium ruit, & ex eis quinque numero (quod dictu pudori est) in cloacam ceciderunt, suffocatique sunt, præter Lantgrauium, qui vix enærsit.* AVCTOR HISTORIAE LANDGRAVIORVM *cap. XXVII.* hæc ad annum 1186. refert. CONTIN. LAMBERTI *ad a. 1184.*

7) *Vide supra §. XL.*

8) GODEFRIDVS *ad a. 1189.*

9) GODEFRIDVS *ad a. 1190.*

10) GODEFRIDVS *cit. loc.*

11) Contra quod in Conuentu Principum Goslariensi fuerat promissum, de quo supra *§. XXXIX.*

12) CHRONICON BIGAVGIENSE ad an. 1189. *Henricus Rex Curiam habet in Wirtzenborg. ibi Otto* (Marchio Misniæ a filio captus) *& filius eius, reconciliati sunt, post damna plurima. Idem Henricus filius Cæsaris, Curiam in Mersburg habuit. Ibi expeditio indicitur contra Henricum Ducem Leonem, & contra Brunswik; pro querimonia Bernhardi Ducis.*

13) ARNOL

quissimum Saxoniæ septentrionalis oppidum, quod ipsi resistebat, V. Kl. Nouembris a. 1189. expugnat atque euertit. 13) Inde habito Goslariæ Principum conuentu, Brunsuicum venit, vt eandem vrbem vastaret. 14) Dux tamen, mediante Conrado, Archiepiscopo Moguntino, & Philippo Coloniensi, pro gratia Regis laborare cœpit. Hic præfigens ei Curiam Fuldæ, ita eum in gratiam recepit, vt muros Brunsuici in quatuor partibus deponeret, castrum Lauenburg dirueret, Lubecam vero ciuitatem dono Regis dimidiam haberet, alteram dimidiam Adolphus Holsatiæ Comes cum omni terra sua quiete possideret. Vt autem ista pacis reformatio rata permaneret, Filium Ducis, Luggerum obsidem accepit, qui postea in Ciuitate Augusta est defunctus. 15) Iratus autem Henricus Imp. quod Henricus iunior ipsum in Apulia reliquisset, & Conradi fratris sui, Comitis Palatini filiam Henrici Leonis filius duxisset, tandem an. 1191. Dullethæ, præfecturæ Kelbrensis pago, Schwartzburgicæ ditionis, in gratiam Imp. receptus fuit; Henricus, & filius ipsius eiusdem nominis factus Palatinus Comes Rheni cum Imp. iuit in Apuliam. 16)

§. IV. Insequenti a. 1191. XVIII. Kl. Maii in Paschatos festo, a Cœlestino Papa in Imp. Romæ cum Augusta coronatur, dum prius Romanis castrum Tusculanum in potestatem tradidisset. 17) Ipsum vero tunc, prout quidam tradunt, corona ferrea fuisse redimi-

13) ARNOLDVS LVBECENSIS lib. IV. c. II. *dux autem contracto exercitu de Stadio, & de terra Holsatorum, Starmariorum, & Polaborum, vallauit Bardewig, assistente sibi Bernhardo Comite de Raceburg, & Bernhardo Comite de Welp, Helmoldo Comite de Suerin, & aliis amicis suis, & expugnare eam cœpit. Rebellabant autem hi, qui intus erant, nolentes tradere ciuitatem. Preualuit autem Dux aduersus eam, & deuastata est ciuitas opulenta valde, nec pepercerunt viri bellatores ecclesiis vel cœmeteriis, sed ablatis omnibus succenderunt eam igne. Captiuatis autem omnibus, qui intus erant, inter quos erat Hermannus de Sturtenebuchle, & aliis militibus cum ciuibus ciuitatis, vix mulieres & paruuli captiuitatem euaserunt.* ALBERTVS STADENSIS *ad a. 1189.* Plenius hanc Bardeuici destructionem describit CASPAR SAGITTARIVS *in Historia Bardeuici* & CHRISTIAN SCHLÖPKEN *in Historia Bardeuici p. I. c. XIV.*

14) ARNOLDVS LVBECENSIS lib. IV. c. III. *rex autem iuuenis audito reditu Ducis Henrici & filii eius, indignatus est, tum quia quasi despiciens adolescentiam suam contra iusiurandum ante tempus redisset, tum quia terram Adolfi Comitis sibi vsurpauerat, qui cum patre suo, vt dictum est exulauerat. Impetu igitur quodam venit Brunswih, volens vastare eam. Quam cum propter instantem hyemem obtinere non potuisset, abiit Limberg ad castrum Conradi de Rothe, volens obtinere illud.*

15) ARNOLDVS LVBECENSIS *lib. IV. c. III.* CHRONICON STEDERNBVRGENSE apud LEIBNITIVM *Tomo I. p. 862. itaque Imperator aberat & filius suus Henricus regia vsus est potestate. Absens etiam Dux Henricus policitam sibi ab Imperatore non sensit pacem: sed bona ipsius omnium exposita erant direptioni. Vnde idem Dux Henricum filium suum maiorem inopinate misit, & ipse contra constitutum sibi in breui eum subsecutus est. Audiens hæc Rex, tanquam contra se ageretur, publicas inimicitias aduersus Ducem habuit, & omnimodo destructioni & propulsioni eius intendit. Conuocatis igitur Rex Principibus in Goslaria, remota omni misericordia causam, immo modum destructionis ipsius tractare cœpit, & licet hiemis inclementia eum posset deterrere, quæ tunc vt semper post festum S. Martini imminens est, inconsulte expeditionem cum suis & Moguntino & aliis Principibus Ducem persecuturus arripuit, fugam ipsius eo molestiorem fore existimans, si hieme fieri videretur. Interim senior Dux Castrum Bernhardi Ducis Lawenburg obsedit, quod viriliter oppugnans, eos, qui se in eo contulerant, ad deditionem compulit suosque in ipso collocauit: filius autem suus in ciuitate sua Brunswich se recepit: qui accepta certitudine de aduentu Regis, ad supplementum cibariorum ea, quæ in villis erant, intra muros intulit. Adueniens autem Rex, adiuncto sibi Moguntino & Duce Bernhardo ac Hildesiensi Episcopo, & aliis Principibus & Baronibus non obsidioni ciuitatis intendebat, sed vastationi circumiacentis regionis.* Et paullo post: *Postea Henricus Dux consilio Principum, Moguntini videlicet & Coloniensis, Archiepiscoporum, se subdidit, & proposita sibi spe recuperandi pristini honoris, Regi suam satisfactionem exhibuit, duos filios, Henricum videlicet & Luderum, obsides constituit: quorum alter Luderus apud Augustam vrbem defunctus est, alter cum Rege in Apuliam cum militibus sibi a patre deputatis abiit, nihilque Henrico Duci de his, quæ sibi promissa erant, concessum est.* ALBERTVS KRANTZIVS *Saxonia lib. VII. c. III.*

16) GERHARDI Chronicon STEDERNBVRGENSE apud LEIBNITIVM Tom. I. p. 866. *deinde Palatinus Imperatorem adiit, se de conscientia facti iuramento expurgat, & omnibus modis filium, quem sibi adoptauit per filiam, gratiæ Imperatoris elaborat restituere. Factus itaque voti sui compos, vt primum filio suo Imperatoris mitigauit animum, Ducem seniorem in Brunsuich adiit, eumque ad præsentiam Imperatoris euocat, pollicendo bona, si ad Domini Imperatoris voluntatem suum inclinauerit animum, & se gratiæ suæ ordinationi submiserit. Dux itaque, licet non ignoraret, quoniam difficilis ei foret imperialis iræ mansuetudo, tamen vt Principum ordinationi esset consentaneus, consilio Palatini acquiescit, eique curia in Saluelde præscribitur: ad quam cum Imperator accederet: & Dux esset in itinere in arduo nemoris cum appropinquaret loco, qui Bothuelde dicitur, Dux de equo corruit, & ex contritione tibiæ ab itinere, quod cœperat, impeditus est. Sequenti die Walkenred deportatus nuncios suos ad Imperatorem ordinat & destinat: ipse vero mansit in eodem loco graui ex læsione laborans infirmitate. Imperator vt audiuit, quamuis artem suspicaretur, subterfugit, Principes, qui conuenerant, detinuit, aduentumque Ducis exspectare disponit.* Et paullo post: *postquam autem intellexit. Dominus Imperator non fictam Ducis infirmitatem, viciniorem loco, & tempore productiorem diem ei constituit in Dullethe, certificatus a Præposito Stiderburgense Gerhardo, qui legatione Ducis fungebatur. Dux itaque aliquantum receptis viribus suis, ad diem & locum sibi constitutam venit, & filius suus beneficiis Palatini, quæ ab Imperatore tenuit, solenniter est vestitus, expetente Domino Imperatore, vt secum iter arriperet in Apuliam. Dux ad sua rediit, & filium suum ad obsequendum Domino Imperatori modis omnibus adiuuit, spe ductus inani: quia aliqua ex his, quæ sibi promissa erant, exspectabat. Mittitur itaque filius Ducis, Palatinus Comes Rheni cum Domino Imperatore in Apuliam.*

17) GODEFRIDVS ad a. 1191. *Anno Dominicæ incarnationis MCXCI. ab vrbe autem condita*

 MDCCCC

redimitum, pro falso est habendum. 18) Postea signa mouet aduersus Tancredum, qui mortuo Wilhelmo II. Siciliam inuaserat, quam vigore homagii a Siciliæ Ordinibus in euentum iamdum præstiti, atque tabularum dotalium titulo, vxoris nomine sibi vindicabat, Apuliam etiam sui iuris fecit, Neapolim frustra tentat, qua durante obsidione, dum Imp. ob nimiam caloris intemperiem ægrotantem, mortuum crederent, Constantia Augusta a Salernitanis prodita, Tancredo in Siciliam mittitur, interueniente Cœlestino Papa anno demum 1192. Imp. fuit reddita. 19) Audita vero morte Tancredi, eiusque filii Rogerii V. in Sicilia regnantium 20) a. 1193. exercitu classeque parata in Campaniam venit,

MDCCCCXLIII. Heinricus VI. filius Friderici, vicesimo secundo loco ab Augusto imperare cepit, & septem annis post mortem patris imperauit. Hic in Apuliam ducens exercitum, Romæ in Imperatorem, & Constantia vxor eius in Imperatricem secunda feria Paschæ consecrantur. Qua consecratio procedere non potuit, donec Imperator castrum Tusculanum in potestatem Papæ & Romanorum contradidit: quod illi statim expulsis & cæsis habitatoribus destruxerunt, erat enim inimicum eis eo quod omne munimen Imperatoris contra ipsos in illo constabat. CHRON. STEDERNBVRGENSE *p. 863.* OTTO de S. BLASIO *cap. XXXIII. XXXVII.* ARNOLDVS LVBECENSIS *IV. cap. IV.* CHRONICON REICHERSBERGENSE, AVGVSTANVM, MONTIS SERENI, ROGERIVS HOVEDENVS *ad ann. 1191.* M. CHRON. BELG. *p. 204.* GOBELINVS PERSONA *at. VI. cap. LXI.* MATTHAEVS PARISIENSIS *p. 136.* CONRADVS VRSPERGENSIS *p. 317.* ALBERICVS, ALBERTVS STADENSIS *ad an. 1192.* RADVLPHVS de DICETO *Imagg. Histor. p. 659. Celestinus feria secunda Paschali Henricum regem Tentonicum & Longobardorum consecrauit imperatorem Romanum.* Singulare est, quod ROGERIVS HOVEDENVS *Ann. Angl. p. poster. ad a. 1191. p. 689.* tradit: *deinde introduxit eos* (Cæsarem cum Coniuge) *Dominus Papa in Ecclesiam, & vnxit eum in Imperatorem, & vxorem suam in Imperatricem. Sedebat autem Dominus Papa in Cathedra Pontificali, tenens Coronam auream Imperialem inter pedes suos, & Imperator, inclinato capite, recepit coronam, & Imperatrix similiter, de pedibus Domini Papæ, Dominus autem Papa statim percussit cum pede suo coronam Imperatoris, & deiecit eam in terram, significans, quod ipse potestatem eiiciendi eum ab Imperio habet, si ille demeruerit. Sed Cardinales, statim arripientes Coronam, imposuerunt eam capiti Imperatoris.* Idem dicit HENRICVS KNYGHTONVS *de euentibus Angliæ lib. II. c. XIII. Hoc factum ea ratione recens adhibitum, quod successor & filius illius esset, qui post tantum ab Ecclesia acceptum beneficium, in Imperii corona eidem impertita, de ipsa tamen adeo male meruisset. Vt autem id fixum menti eius hæreret, nempe dare, custodire, conseruare, & auferre, si causa exigeret, Imperium, esse in voluntate Romani Pontificis: eiusmodi voluit commonuisse ipsum exemplo.* Sequitur BARONIVS *ad a. 1190.* & LEHMANNVS *lib. V. c. LXVI.* licet hic Papæ iniquitatem, & quam parum iuris ipsi sit in Imp. c. LXVII. late & satis clare demonstrasset, iura Imp. declaret, & BARONIVM refellat. Sed, cum reliqui scriptores de hoc superbo Pontificis facto plane taceant, CHRON. REICHERSBERGENSE *ad an. 1192.* dicat, quod Papa ipsum honorabiliter coronauerit, vix est, vt fidem habeamus. Anglici potius Scriptores, ista ætate Papæ deuoti, ob captiuitatem Richardi Regis Henricum exosum habentes, hæc ita effinxisse videntur.

18) Tradit hoc PVRICELLVS Monum. Basilicæ Ambrosinæ n. 616. eo quod in Catalogo Ecclesiæ Mediolanensis, & in libro, cui titulus: *Successores sancti Barnabæ*, de Milone dicatur: *Henricum quintum Imp. vna cum Constantia Augusta vxore in vrbe Mediolani corona ferrea decorauit.* Verum, dum TRISTANVS CALCHVS ad h. a. saltim dicat: *Henricus Rex animo ad res Siculas adiuncto ex Germania cis Alpes venit. Constantiam Reginam & infantem filium adduxit. Dum Mediolani diuersatur, Priuilegia a Patre Papiensibus olim data affirmauit,* vix adsentior. Adde PAGI *Criticam Ann. Baronii ad a. 1191. n. V.*

19) OTTO de S. BLASIO c. XXXVII. *anno dominicæ incarnationis MCXC. Henricus Imperator, vt prælibatum est, a Cælestino Papa cum Coniuge coronatus, ipsam secum ducens, Apuliam Siciliamque mortuo Wilhelmo possidere volens, in Campaniam cum exercitu diuertit, rebellantemque sibi totam inuenit. Nam mortuo Wilhelmo Rege quidam consanguineus eius de genere Rogerii, Tancredus nomine, tyrannidem in Sicilia, quæ nutrix tyrannorum ab antiquo fuit, sub regio nomine arripiens, cum consensu omnium, ipsius terræ Baronum, ciuitatumque Imperatori violenter restitit, ipsumque de hæreditate coniugis, quoad vixit, constantissime propulsauit. Imperator itaque Neapolim rebellem Campaniæ vrbem obsidione vallauit, cuncta in circuitu terræ igne ferroque vastata. Quo Rex Francorum de transmarina expeditione rediens, ad eum venit, ipsique confœderatus honorifice dimissus in Franciam suam rediit. Pestilentia itaque exercitum tangente, nihil proficiens Imperator de repatriatione disposuit: qua mora a quibusdam Baronibus Apuliæ propinquis suis Imperatrix capitur, & cum maxima diligentia custodita, in captiuitate detinetur tempore aliquanto. Flebili ergo principio ad obtinendam Apuliam Imperator dehonestatus, sed meliori postmodum fortuna vsus, ad cisalpina regreditur, facta prius Apostolico de captiuitate coniugis querimonia. Apostolicus autem commotus præsumptores huius rei, terra eorum sub interdicto posita anathemate constrinxit, Imperatricemque captiuitate relaxari coëgit, quam postmodum ad cisalpina reuertentem, Imperator recepit, die vltionis in corde eius cum nimia indignitate statuta.* ARNOLDVS LVBECENSIS *lib. IV. cap. V.* qui etiam *c. VI.* rationem reddit, dicens: *Imperator etiam propter nimiam caloris intemperiem cæpit ægrotare infirmitate maxima, ita vt hostes credentes eum mortuum esse, Imperatricem, quæ vlterius processerat, captiuarent. Sicque obsidio illa soluta est. Imperator vero nec dum perfecte recepta sanitate ad sua reuertitur. Postea tamen Imperatrix cum honore ad eum reuertitur.* ROGERIVS *ad a. 1191.* RICHARDVS de S. GERMANO *Chron. ad an. 1190.* WILHELMVS NEVBRIGENSIS *lib. III. c. vlt.* ALBERICVS *ad a. 1190.* SIGONIVS *ad a. 1191.* GOBELINVS PERSONA *at. VI. cap. LXI.* NAVCLERVS *vol. II. gen. XL. p. 871.*

20) Tale vero Schema hic adnotandum

```
                      Rogerius II.
                       † a. 1154.
Rogerius III.         Wilhelmus I.          Constantia
     |                     |
Tancredus, f. na-     Wilhelmus II.
turalis vel Roge-
rii II. vel III. †
1192.
Rogerius V.  Wilhelmus III.
† 1192.
```

Adde RICHARDVM de S. GERMANO *Chron. ad an. 1194.*

nit, Salernum expugnat, diramque vindictam sumit de ciuibus, qui captam Constantiam Augustam miserant ad Tancredum, receptisque Apulis atque Calabris in fidem, Messanam se contulit, vbi per promissa, allectis Siculis, eosdem a. 1194. in deditionem accepit, pactisque conuentis, Reginam matrem cum puero Wilhelmo atque puellis redegit in potestatem, quos postea vinculis alligauit, puerumque excæcauit, puellas vero, duas sorores custodiri mandauit vna cum matre. 21) Constantia etiam singulari diplomate ab Innocentio III. in hoc regno fuit confirmata. 22) Ipseque Imp. pridie Kl. Decembris 1195. vna cum Constantia a Bartholomæo Archiepiscopo in Templo Cathedrali Panormitano fuit coronatus. 23)

§. V. Anno 1192. exeunte, Lupoldus, Austriæ Dux, Richardum Anglorum Regem ex transmarina expeditione redeuntem, ob quasdam iniurias apud Accarum ipsi illatas, 24) Viennæ captiuum fecit. 25) Imperator autem captum Anglorum Regem audiens, missis ad Du-

21) ARNOLDVS LVBECENSIS IV. cap. XX. *Imperator autem in Apuliam profectus est in via sua: quia mortuo Tancredo, aduersario suo, omne regnum Wilhelmi ad voluntatem obtinuit.* GODEFRIDVS MON. *ad an. 1194. 1195.* OTTO de S. BLASIO *cap. XXXIX. XL. XLI.* GESTA INNOCENTII III. *n. XVIII.* MONACHVS WEINGARTENSIS *ad an. 1192.* CHRON. BIGAVGIENSE *ad an. 1194.* ALBERTVS STADENSIS, CHRON. AVGVSTENSE *ad a. 1195.* ALBERICVS *ad a. 1194.* BARONIVS ex Chronicis Fossæ Nouæ *ad a. 1193. §. 1.* FRANC. MAVROLYCVS Historiæ Sicanicæ lib. III. p. 159. *Sibylla vxor Tancredi cum Guillelmo filio & tribus filiabus, ductu Archiepiscopi Salernitani, in arcem munitam se contulit. Quam Henricus pollicitus eius filio comitatum Leccii & Tarenti principatum dediturum periurus decepit, & in Alemanniam cum liberis transmisit; cumque Archiepiscopo præfato, fratribusque cum Margarito ductore superius memorato, aliisque suspectis Archiepiscopus perpetuo carceri damnatus, eius fratribus oculi eruti. Guillelmus castratus, atque ad prunas occæcatus est.*

22) Extat hæc confirmatio ex Registro Epistolarum Innocentii Romæ a. 1543. edito, apud BARONIVM Cardinalem, *de Monarchia Siciliæ p. 17.* & apud SIGONIVM, *de Regno Italiæ lib. XV. p. 357. Porro specialiter & præcipue ac specialem ac præcipuam sollicitudinem circa Regnum Siciliæ nos conuenit adhibere, quod in Apostolicæ sedis feruentius hactenus deuotione permansit. Ad quod etiam inclytæ recordationis Rogerii quondam patris, Willelmi fratris & Willelmi nepotis tuorum, Regum Siciliæ filia Imperatrix grata memoria nos inducit, qui in Apostolicæ Sedis ac prædecessorum nostrorum dilectione firmius persistentes, ab eius non potuerunt vnitatis firmitate diuelli, quin tanto fortius in ipsius obsequio permanerent, quanto aduersus eam se amplius impetus extolleret tempestatis. Hac igitur consideratione diligenter inducti, ac credentes, quod prædictorum Regum vestigia Regia Serenitas in deuotione ac obsequiis imitetur, vobis & hæredibus vestris (qui, sicut dictus Rex Willelmus quondam frater tuus felicis memoriæ Hadriano Papæ prædecessori nostro exhibuit, nobis & Successoribus & Ecclesiæ Romanæ fidelitatem & hominium exhibere, ac quæ subscribuntur voluerint obseruare) concedimus Regnum Siciliæ, Ducatum Apuliæ, Principatum Capuæ cum omnibus pertinentiis suis, Neapolim, Salernum, Amalphiam cum pertinentiis suis & alia quæ vltra Marsiam habere debetis, & reliqua tenimenta, quæ tenetis, a prædecessoribus vestris hominibus sacrosanctæ Romanæ Ecclesiæ iure detenta, & contra omnes homines adiuuabimus honorifice manutenere. Pro quibus omnibus coram venerabili fratre nostro Ottone Episcopo Ostiensi, Apostolicæ Sedis Legato, quem ad iuramentum tuum, filia Imperatrix, recipiendum transmisimus, fidelitatem nobis, nostrisque successoribus, & Ecclesiæ Romanæ iurasti, sicut continetur in duobus similibus Capitularibus, quorum vnum penes te sigillo nostro, alterum penes nos sigillo tuo signatum habetur, firmiter repromittens, quod quia præsens præsenti hominium debes exhibere, quandocumque nos & successores nostri te in aliqua parte Regni quam secure possis adire, ad nostram præsentiam vocauerimus, reuerenter accedes hominium præstatura, nisi certum impedimentum, aut necessitas euidens, interueniat, quibus cessantibus, sine fraude venias ad ligium hominium faciendum.*

23) ROCHVS PIRRVS *Chronologia Regum Siciliæ p. 41.* qui etiam diploma Henrici VI. de dato 3. Idus Ianuarii 1195. adducit, in quo hæc habentur: *nos attendentes deuotionem dilecti fidelis nostri Bartholomæi venerabilis Panormitani Archiep. & omnium Canonicorum Panormitanæ Ecclesiæ; considerantes etiam dignitatem, & prærogatiuam ipsius Eccl. Panor. quæ Sedes, & Caput Regni nostri Siciliæ, in qua ipsius Regni coronam primo portauimus vna cum dilecta consorte nostra Constantia illustri Romanorum Imperatrice Augusta.*

24) Causam refert MATTHAEVS PARISIENSIS Hist. Anglicana p. 140. dicens: *circa idem tempus, venit dux Austriæ, vt in Terra sancta votum suæ peregrinationis perficiendo, in exercitu Christiano Deo fideliter militaret; & saluatoris vestigia ibidem adoraret. Cumque præuii eius Mareschalli sibi hospitium accepissent & necessaria præpararent; superuenit præcipitanter quidam miles de familia Regis Richardi, natione Neuster, & more suæ gentis ebulliens stultitia cum iactantia, asserebat se maius ius in illo hospitio habere, quam aliquis alius: cum prius illuc adueniens, sibi suisque sociis illud assignasset. Multiplicatis conuiciis vtrobique clamor ad aures Regis peruenit. Rex autem nimis causæ Normanni fauorabilis & credulus, in iram excanduit contra familiam Ducis; & non perpendens ciuiliter moderamen Dominicum, scilicet: Descendam & videbo, præcepit præcipitanter & secus quam deceret, vt vexillum Ducis in eodem hospitio pro signo affixum, in cloacam deiiceretur. Quod factum, cum dux hospitio priuatus & turpiter a Normannis garrulis lacessitus, cognouisset; Regem querulus adiit: sed nihil nisi sannas reportauit.* GOBELINVS PERSONA æt. VI. c. LXI. *Et cum Neapolim obsidione vallasset* (Henricus VI. Imp.) *ipse & multi nobiles cum eo confirmantur: quare Imperator obsidionem absoluit, & Henricus filius Ducis Saxoniæ, socios suos deserens, ciuitatem intrauit. Quare Imperatori suspectus habitus est. Et inde anno sequenti propter hoc idem ipse Dux in partibus Saxoniæ ab amicis Imperatoris bellis impetitur.*

25) GODEFRIDVS ad a. 1193. *Richardus Rex Angliæ rediens de transmarinis ob mortem Cunradi Marchionis & multa apud Arcam non bene gesta, captus a Duce Austrasiæ Lupoldo, & Imperatoris custodia traditur.* OTTO de S. BLASIO c. XXXVIII. *hac tempestate Rex Anglorum Richardus de expeditione transmarina rediens, per Vngariam in fines Ducis Leopoldi, paucis comitatus, deuenit: memorque iniuriarum eidem Duci apud Accaron a se exhibitarum, ipsum nimis metuentem, dimisso regali obsequio, priuato habitu furtim celeriterque*

ad Ducem nuntiis Regem sibi iubet præsentari, 26) id quod etiam a. 1193. pacta certa summa factum, 27) qui eum Wormatiæ, demum Spiræ fecit adseruari. 28) Rationes erant, quod mortuo Wilhelmo Rege, Tancredum ad Siciliam occupandam impulerit, Cypri Regem Guidonem a. 1187. in custodiam coniecerit, regno extraneo vendito, Tyri in foro agentem Marchionem de Monteferrato, Conradum, Cæsaris amicum ab octo Hassacinis occidi, vel permiserit, vel curauerit, vexillum Austriæ Ducis, Cæsaris cognati, apud Ioppen, in cloacam proiici curauerit. 29) Tandem in Comitiis Spirensibus 1194. de liberatione Richardi fuit actum, quam etiam contranitente licet Philippo, Gallorum Rege & Iohanne sine terra, qui Regnum adfectabat, Richardi fratre, Moguntiæ obtinuit, sub pacto soluendarum Imp. centum quadraginta millium marcarum argenti, & Duci Austriæ triginta millium. 30)

§. VI.

terque transire cupiens, in quoddam diuersorium apud Viennam ciuitatem necessitate prandii diuertit, sociis præter paucos a se dimissis. Itaque seruili opere ne agnosceretur in coctione pulmentorum per se dans operam, altile ligno affixum propria manu vertens assabat, annulum egregium digito oblitus. Quidam igitur de familia Ducis, qui cum Duce apud Accaronitas visum Regem notum habebat, de ciuitate fortuito egressus, tabernam regali coquo insignem intrauit, & ex consideratione annuli ipsum respiciens & recognoscens, agnitum dissimulauit: concitoque cursu in ciuitatem reuersus, Ducem, qui tum forte aderat, de præsentia Regis certificans, admodum exhilarauit. Igitur sine mora ascensis equis cum frequentia militum Dux accurrens, Regem frixum carnem manu tenentem captiuauit: irrisumque tali opere in ciuitatem duxit, eumque arctissima custodia mancipauit, digna recompensatione reddens ei quod meruit. Attamen multi pro hoc facto Duci detrahentes, ac pro sacrilegio in peregrinum sepulchri Dominici commissum computantes detestantesque improbabant; licet hæc improbatio captiuo Regi parum profuisset. CHRON. AVGVST. ad a. 1103. *Conradus Marchio Montisferrati, qui Rex Ierusalem fuerat creatus, vt (fertur) de consultu Regis Angliæ a duobus insidiantibus occiditur apud Syndonem: Reichardus Rex Angliæ pace cum Saladino composita ab Ierusalem reuertitur, & suorum destitutus comitatu, pedes apud Wiennam ciuitatem a Duce Austriæ Leupoldo captus Heinrico Imperatori traditur.* Aliter tamen rem narrat MATTHAEVS PARISIENSIS *ad a.* 1192. *p.* 144. ARNOLDVS LVBECENSIS *III. c. XXXVII. cum transisset Vngariam peregrino more, nam templariorum habitu se suosque induerat, captiuatus est a Duce orientalis Austriæ, qui eum Imperatori præsentauit.* Vid. etiam ROGERIVS HOVEDENVS *Ann. Angl. p. poster. p.* 716. 717. ALBERICVS, CHRON. AVSTRALE, REICHERSB. *ad a.* 1192. CONRADVS VRSPERGENSIS, ALBERTVS STADENSIS *ad a.* 1193. SIGONIVS *de R. Italiæ lib. XVII. ad a.* 1192. Epistola Henrici Imp. super hac captiuitate ad Philippum Franciæ Regem scripta extat apud LEIBNITIVM *Tomo I. p.* 878. Leopoldum Austriæ Ducem de eo increpant Scriptores Angli, præcipue GVILIELMVS NEVBRIGIENSIS *lib. IV. c. XXIX.* dicens: *Humboldus vero Dux Austriæ, qui (vt supra dictum est, stipendiarius eius in exercitu Domini fuerat) profusam eius circa se largitatem, cum egeret, expertus: oblitus beneficii, atque in vltionem cuiusdam læsionis exiguæ sæuiens, magis autem opum Anglicanarum, homo auarus & perfidus sitiens, cautissimos per omnes viarum transitus & diuerticula, vt insigni profugo euadendi locus non esset: custodes disposuit.*

26) OTTO de S. BLASIO *c. XXXVIII.* GVIL. NEVBRIG. *lib. IV. c. XXXI.*

27) MATTHAEVS PARISIENSIS p. 144. *Anno Dominicæ Natiuitatis M. CXCIII. Rex Richardus remansit in custodia ducis Austriæ, donec ipsum vendidit Imperatori Romanorum Henrico, pro sexaginta millibus librarum argenti ad pondus Coloniensium. Quem feria tertia, post Ramos palmarum adducens, diligentissime custodiri fecit.* GVILIELMVS NEVBRIGENSIS lib. IV. c. XXXI. *igitur illustris Rex Anglorum a Duce Austriæ, qui paulo ante illi in Syria contra Turcas militauerat, tenebatur in vinculis. Imperator allegans Regem non debere teneri a Duce, nec esse indecens, si ab Imperatoria celsitudine decus Regium teneretur, insignem ad se trahere curauit captiuum. Et cum negari non posset: a Duce resignatum in propriam auarus Imperator traduxit custodiam, pactus tamen Duci competentem ex prouenicnte commodo portionem.*

28) OTTO de S. BLASIO c. XXXVIII. *Imperator itaque captum Anglorum Regem audiens, missis ad Ducem nuntiis, Regem sibi præsentari iussit, præsentatumque VVormatiam asportari, vinctumque ferroque onustum præcepit, dans sibi induciis deliberanda redemtionis.*

29) MATTHAEVS PARISIENSIS p. 145. *Imperator conuocatis Episcopis, Ducibus & Comitibus suis, Regem in præsentia sua accersiri iussit, eumque in pluribus articulis, coram omnibus accusauit. In primis scilicet, quod per eius consilium & auxilium, regnum Siciliæ & Appuliæ, quod sibi iure hæreditario deberetur, defuncto Rege VVilhelmo, amiserit. Pro quo adipiscendo exercitum permaximum, data pecunia infinita, conduxerat: cum idem Rex sibi auxilium præstiturum fideliter spospondisset, vt a Tancredo regnum illud obtineret. Deinde caussabatur de Rege Cypri, qui ei affinitate coniunctus fuerat; quod enim iniuste ab Imperio eiecerit, & carcerali custodiæ deputauerit; & terram eius cum thesauris violenter inuaserit, & insulam cuidam alieno vendiderit. Postmodum vero accusauit ipsum de morte Marchisii de Monte Ferrato hæredis sui: quod videlicet per eius proditionem & machinationem ab Arsacidis peremptus sit. Quod & miserat ad perimendum Regem Francorum Dominum suum; cui nullam fidelitatem, vt debuerat, seruauit in communi eorum peregrinatione; sicut iuramenti sacramento inter vtrosque fuerat confirmatum. Deinde conqueritur, quod signum ducis Austriæ consanguinei sui, ob eius contemptum apud Iopen, in cloacam proiici iusserit; & Theutonicos suos in Terra sancta, verbis probrosis & factis vbique dehonestauerit.*

30) Formulam conuentionis, quæ in Comitiis Hagenouiensibus a. 1193. fuit facta, exhibet HOVEDENVS *p.* 728. & GOLDASTVS *Tom. III. p.* 364. Qua ratione vero Imp. fere a pacto resiluerit, tradit idem ROGERIVS HOVEDENVS p. 733. *Richardus I. fuit adhuc in captione Henrici Romanorum Imperatoris, in Alemannia, apud Spiram, die Natalis Domini, qui Sabbato euenit, & ibi mansit, vsque ad tempus liberationis suæ, quod statuerat ei Imperator, videlicet a secunda feria, post diem Natiuitatis Domini in tres septimanas. Cumque Imperator venisset illuc, vna cum Archi-Episcopis, Episcopis & Ducibus, & Magnatibus Imperii sui, & diu tractasset, de liberatione Regis Angliæ, venerunt ad Imperatorem nuncii Regis Franciæ, & nuncii Comitis Iohannis fratris Regis Angliæ, & obtulerunt Imperatori ex parte Regis Franciæ, quinquaginta millia marcarum argenti, & ex parte Comitis Iohannis, triginta*

§. VI. Alteram expeditionem Imp. a. 1193. in Apuliam suscepit, 31) & anno insequenti totam Apuliam, Siciliam & Calabriam sibi subiugauit, de Ciuitatibus & iis, quæ Imperatricem ceperant, meritas pœnas sumens. 32) Anno 1196. tertia vice in Apuliam proficiscitur Imp. præmisso milite, quem duxit Marquardus dapifer eius, cui & Marchiam Anconæ & alia quædam beneficia contulerat. 33) Misit etiam Wormatiensem Episcopum in Regnum, qui Neapolim veniens, cum iam dicto Casinensi Abbate, Roffredo, imperiale implens mandatum, Neapolis & Capuæ muros funditus fecit euerti. 34) Insequens Imperator a. 1197. quosdam Principes, qui in necem eius conspirasse dicebantur, diuersis pœnis occidit. Iordanum etiam, Siciliæ Comitem, qui gloriabatur, se futurum Regem, & ducturum Constantiam. Hunc Imp. captum in sedem ferream candentem posuit, & coronam ignitam clauis ferreis capiti eius iussit. Quendam etiam Richardum per plateas tractum suspendi fecit, qui eum Constantiæ consilio, veneno enecare voluit. 35) Exinde *Asperi* nomen fuit adeptus.

§. VII. Inter gesta ipsius ciuilia est referendum, quod ex prima expeditione Italica redux a. 1192. Conradum fratrem suum Sueuiæ Ducem constituit. 36) Postquam Guelphus, Henrici Superbi frater a. 1191. esset extinctus, Henricum terrarum suarum constituit hæredem. 37) Hinc Philippo fratri suo a. 1195. concessit dominium totius Tusciæ

triginta millia marcarum argenti, tali conditione, vt ipse Regem Angliæ teneret in captione sua, vsque ad festum S. Michaëlis Archangeli proxime sequens: Et paullo post p. 734. *Henricus, Romanorum Imp. cum magnatibus Imperii sui, & Richardus, Rex Angliæ, cum Alienor, Regina Matre sua - - - conuenerunt apud Maguntum, in Purificatione B. Mariæ, & celebrato ibi Concilio, de liberatione Regis Angliæ, Imperator voluit a pacto resilire, propter cupiditatem pecuniæ, quam Rex Franciæ, & Comes Iohannes ei obtulerunt.* Tandem vero liberatio facta, prout tradit GODEFRIDVS ad a. 1194. *Richardus Rex Angliæ datis CLXX. millibus marcarum captiuitate soluitur & repatriat.* MATTHAEVS PARISIENSIS p. 145. *his ita gestis, amicis hinc inde mediantibus, pro redemptione Regis diutius tractatum est. Tandem ad hoc est peruentum, vt pro redemptione eius, Imperatori darentur centum & quadraginta millia marcarum argenti ad pondus Coloniensium; quæ omnia ante liberationem suam solueret, absque expensis tam ipsius quam aliorum, ob illam causam, antequam conuenirent factis.* ALBERTVS STADENSIS ad a. 1194. *Richardus, rex Angliæ, persoluit Imperatori C & L millia librarum argenti.* GVIL. NEVBRIGENSIS lib. IV. c. XXXIV. *denique iubente Imperatore Episcopi & Duces cum vniuersa nobilitate, quæ aderat, iurauerunt in animam Imperatoris, certam Regis liberationem post satisfactionem eiusdem summa i. e. centum millium librarum argenti: cuius pars tertia Duci Austriæ, qui eundem Regem captiuauerat, competere dicebatur.* ROGERIVS HOVEDENVS CXXX. millia Leopoldo data esse definit. ROBERTVS de MONTE ad a. 1194. *distracti sunt thesauri ecclesiarum per totam terram regis Richardi, calices etiam fracti & venundati, & missa sunt precia eorum in Alemanniam pro redemptione regis Richardi 130 millia marcarum imperatori, cæteris vero infinitam pecuniam.* ALBERICVS ad a. 1193. *ducenta quidem millia promissa fuerunt; sed tantum laxatum fuit per centum millia.* AVENTINVS lib. VII. c. II. *Anglus quinquaginta marcarum, hoc est, quatuor centena millia vnciarum, (Marca enim octo sunt vnciæ) tribuit Austriaco.* OTTO de s. BLASIO c. XXXVIII. *tandem datis in redemptionem suam Imperatori multis millibus centenariorum auri & argenti, nec non & Duci Leopoldo auro, & argento pro libito collato, eisque pace & reconciliatione sacramento ab eo firmata, captiuitate exuitur, sicque multatus rediit in terram suam. Certum autem pretii pondus, quod contulit, explicare distuli, ne cuiquam incredibile visum falsitatis arguerer. Hoc autem sciendum, quod Ecclesiastici thesauri per omnes Angliæ Ecclesias collecti, huius census pars maxima constabat calicibus, Crucibus, aliisque diuersis speciebus conflatis.* Imp. de eo increpat GERVASIVS TILBERIENSIS *dec. II. c. XIX.* dicens: *hic regem Richardum, non tam Anglorum regem, quam fidei Christianæ defensorem, consilio Philippi regis Francorum, dum ab vltramarina peregrinatione, post plurima incredibiliter ac strenue gesta rediret, capit, & redemptioni pecuniariæ addicit: vt non timeat depauperatum, quem timebat affluentem; Recepit Imperator primus honestæ redemtionis pretium, non vt arbitror, voto cordis assueto satisfaciens, sed instantiæ suæ ac necessitati consulens.*

31) GODEFRIDVS *ad a.* 1194.

32) OTTO de s. BLASIO *c. XXXIX. XL.* ALBERICVS *ad a.* 1194. GODEFRIDVS *ad a.* 1195. CHR. AVGVST. *ad a.* 1195.

33) GODEFRIDVS *ad a.* 1196. ARNOLDVS LVBECENSIS *V. c. I.* OTTO de s. BLASIO *c. XXXVIII.*

34) Verba sunt RICHARDI de s. GERMANO *Chron. ad a.* 1196.

35) ALBERTVS STADENSIS *ad a.* 1196. ARNOLDVS LVBECENSIS *V. c. II.* ROGERIVS HOVEDENVS *ad a.* 1197. GODEFRIDVS ad a. 1197. *Imperator in Apulia moratur, ibi quosdam Principes, qui in necem eius conspirasse dicebantur, diuersis pœnis occidit. Rumor etiam de eo ac Imperatrice Constancia varia seminat, scilicet quod ipse in variis euentibus præuentus, etiam in vitæ periculo sæpe constitutus sit, quod Imperatricis voluntate semper fieri vulgabatur.* CHRON. AVGVST. *ad a.* 1195. OTTO de s. BLASIO *c. XXXIX.* latius declarat, dicens: *denique se detectos minime putantes, ab Imperatore citati conuenerunt ad eum, quos omnes captos, in vincula coniecit, & exquisitis suppliciis effectos, miserabiliter enecauit. Nam Margaritam archipiratam potentissimum illius terræ Baronem, cum quodam Comite Richardo literis apprime erudito, oculis priuauit, & quendam læsæ maiestatis conuictum, pelle exutum decoriauit: quendam vero regno aspirantem, coronari, coronamque per tempora clauis ferreis transfigi præcepit: quosdam stipiti alligatos, pyraque circumdatos exurens, crudeliter extinxit: quosdam nectè perforatos, ventre tenus humo agglutinauit: ac per hoc omnibus in circuitu nationibus non solum in cismarinis, sed etiam in transmarinis partibus seueritatem eius metuentibus, maximum terrorem incussit.*

36) OTTO de s. BLASIO c. XXXVII. *reuersus igitur ad cisalpina Henricus Imperator Conrado fratri suo Ducatum Sueuiæ concessit.*

37) HISTORIA de GVELPHIS *ad a.* 1191. *Welfo propter innatam familiaritatem & consanguinitatis lineam prædictorum patrimonium cum omnibus suis pertinentiis Heinrico illustri Romanorum Imperatori sub hereditaria possessione contradidit.*

38) GODE-

Tusciæ & terras Mathildianas. 38) Quem postea defuncto Conrado, a. 1196. Ducem facit Sueuiæ. 39) Marcoaldum dapiferum de Anneweil constituit Ducem Rauennæ & Marchionem Anconæ, Conradum Ducem Spoleti. 40) Eodem anno, Henricum Iuniorem, Ducem Saxoniæ de Rheni Palatinatu inuestit. 41) Anno 1195. a Cœlestino Papa ad expeditionem sacram per litteras animabatur, quam tamen, quo minus susciperet, motibus Italicis fuit impeditus, ast Principes quidam fuerunt prosecuti. 42) Anno 1197. per Conradum Cancellarium, Herbipolensem Episcopum, Almericum, Guidonis, Hierosolymorum Regis Germanum regem Cypri coronari curat. 43)

§. VIII. Sic etiam iura adhuc in Episcopos exercuit. Quippe anno 1192. in Octaua Epiphaniæ Curiam Wormatiæ habuit, vbi Electo Coloniensi Iura Episcopatus sui, duosque Ducatus concessit. Würtzburgensibus Episcopum præfecit. Alberto, Leodiensi electo, ibidem ex sententia Episcoporum & Principum amoto, eo quod non canonice intrasset, Lotharium, Bunnensem præpositum substituit. 44)

§. IX. Anno 1195. Imperator expeditionem cruciatam meditabatur, ideoque duas curias habuit, vnam quidem Gelnhusæ, in quibus ipso Imp. instigante, infinitus Episcoporum & aliorum Exercitus Principum, sibi crucem affixit, & contra Saracenorum gentem iter arripuit. 45) Irrita tamen fuit ob Imp. mortem, ipsius profectio. 46)

§. X. Imperator etiam Heinricus, videns Regnum Alemanniæ & Imperium Romanorum, propter frequentes mutationes Imperatorum, multa mala esse perpessum, priusquam vota Principum in vnum possent conuenire, ordinauit, vt amplius Electio non fieret, sed per solam sanguinis successionem Imperium conferretur, ita, vt qui propinquior Imperatori esset, hæreditarie fieret Imperator. Vt autem Henricus a filio suo Friderico, quem de Constantia habuit, sumeret exordium, regnum Siciliæ & Calabriæ, Ducatum

38) GODEFRIDVS ad a. 1195. *Filiam quoque Regis Græciæ quæ Tancredo nubere debuerat, fratri suo Philippo vxorem dedit, cum parte quadam Apuliæ.* Clarius CONRADVS VRSPERGENSIS ad a. 1195. *Philippo quoque, fratri suo, dedit vxorem, Dominam Erinam, filiam Regis Græcorum, quam repperit in palatio Panormitano, desponsata siquidem fuerat filio præfati Tancredi; tradens ei dominium totius Tusciæ & terram Dominæ Mathildæ.* Idem dicit SIGONIVS *lib. XV. ad a.* 1195.

39) MONACHVS WEINGARTENSIS ad a. 1192. *Heinricus Romanorum Imperator in Apulia positus, audito tristi rumore* (de obitu Conradi fratris) *vltra quam credi potest, animo consternatus est, quippe cuius mæstitia ex tanti viri & fortis amissione vix alleuiari poterat. Demum consumpta consolatione, Philippo fratri suo penes se posito Ducatum Sueuiæ concessit.* OTTO de S. BLASIO c. XLIV. *Anno Dominicæ incarnationis MCXCVI. Henricus Imperator, mortuo fratre Conrado, Philippo fratri suo qui in Sicilia interim cum eo manebat, data sibi sponsa sua, filia Constantinopolitani Imperatoris, ducatum Alemanniæ concessit, ipsumque cum eadem sponsa sua in Germaniam destinauit.*

40) CONRADVS VRSPERGENSIS *ad a.* 1195.

41) GODEFRIDVS ad a. 1195. *Imperator de Apulia reuertitur, cum gloria, & diuitiis incomparabilibus: Conradus, Palatinus Comes de Rheno, obiit, cuius dignitates & beneficia Heinrico, filio Heinrici, quondam Ducis Saxoniæ, cesserunt: Is enim filiam eius vnicam duxerat.* ARNOLDVS LVBECENSIS *lib. IV. c. XX.* ALBERICVS *ad a.* 1193. MONACHVS WEINGARTENSIS *p.* 805.

42) ARNOLDVS LVBECENSIS lib. V. c. II. *Cancellarius tamen cum Comite Adolpho, aliisque amicis apud Cyprum adlittauit, regem eiusdem insulæ coronaturus diademate, a Dn. Imperatore transmisso. Sane idem Rex sub ditione Constantinopolitani Imperatoris prius subsistens, ad maiorem gloriæ suæ dignitatem a gloriosissimo Romanorum Augusto coronari desiderantissime expetiit. Illuc itaque gloriose veniens, gloriosius suscipitur, lautissime detinetur, expletisque instantis negotii rebus, exquisitissimis ditatus muneribus, omnibusque suis, prout cuiusque exigebat magnificentia, repedatis nauibus, Accon prospere velificabat.* ROGERIVS HOVEDENVS *Hist. Angl. parte poster. ad a.* 1197.

43) ARNOLDVS LVBECENSIS V. c. I. *Imperator Henricus, licet publice cruce signatus non fuerit, per viscera misericordiæ spiritualiter tamen fuisse signatum non ambigimus. Nam sicut pater eius priorem, ita ipse secundam deuotus ordinauit peregrinationem. Qui apud Argentinam in curiali colloquio acceptis epistolis Dn. Papæ Cœlestini a venerabili Cardinale Gregorio, omni deuotioni se huic peregrinationi obsecuturum affirmauit. Ordinauit etiam legatos honoratos in Apuliam ad Dominum Conradum Cancellarium, qui tunc ibi erat, negotiis imperialibus detentus, mandans omni studio impensas præparari peregrinationi, quæ sequenti anno futura erat, in auro, frumento, vino & nauibus plurimis. Cuius zelo plurimi accensi tam magnates quam militares, signum Dominicæ passionis in remissionem peccatorum suorum tunc temporis susceperunt.* Et paullo post: *feruente itaque zelo Christianæ deuotionis, omnes in vnum, diues & pauper, ad peregrinationem futuræ æstatis se præparabant. Ipse quoque Imperator in propria persona eandem peregrinationem ordinaturus in Apuliam properauit, tanto deuotior, quanto aduentantibus peregrinis esset paratior. Sed perplexitate testiculorum Leuiathane hoc impedire conante, intolerabilis guerra ibidem exorta est.* Qua ratione vero Principes quidam eandem fuerunt prosecuti, late narrat *lib. V. c. II.*

44) Hæc verba sunt GODEFRIDI *ad a.* 1192. quem sequitur M. CHRONICON BELGICVM *p.* 203. ALBERICVS ad a. 1191. *apud Leodium electus est in Episcopum Archidiaconus Albertus frater Henrici Ducis Louaniensis contra quem Balduinus Comes cum suis nominauit Albertum præpositum consobrinum suum fratrem Comitis Manasseri Reitestensis, sed Albertus præpositus cum esset illiteratus cessit Alberto Louaniensi, veneruntque ambo ad Henricum Imperatorem: Imperator noluit Louaniensi regalia dare, dicens quod electio deuenisset ad manum ipsius ex quo habuerunt in electione discordiam.*

45) Ita CHRONICON AVGVSTANVM *ad a.* 1195. GODEFRIDVS ad a. 1195. *Imperator vt vir Deo plenus recolens miserias & captiuitatem Christianorum in terra promissionis ad liberationem eius animum intendit, scribens ab Apulia omnibus in Teutonica terra constitutis.*

46) GODEFRIDVS ad a. 1197. *ibi annullata est profectio quam ipse ad liberationem terræ repromissionis dudum disposuerat.*

47) Hæc

catum Apuliæ, & Principatum Capuæ, Romano Imperio vniuit, vt perpetuo terrarum istarum vnus esset Dominus. Ordinauit etiam, vt mulieres, masculis deficientibus, succederent in hæreditatem, & ne Imperator mortuas manus Ecclesiasticarum personarum vltro expostularet. Constitutioni igitur huic profuturæ consentit Curia Romana, & Principes LII. qui Imperatorem eligere consueuerant, quorum sigilla literis super hoc confectis fuerunt appensa. 47) Contradicentibus tamen Saxoniæ Principibus, res effectu caruit atque Imp. suam petitionem remisit. 48) Filium vero suum Fridericum a. 1196. vix triennem, eligi curauit regem Romanorum. 49) Durantibus inter Alexium Murtzuflum & Isaacium Angelum dissidiis, ad obtinendam quoque Græciam Imperiumque Constantinopolitanum animum intendit. 50)

§. XI. Tandem vero facta reconciliatione cum vxore sua & Siciliæ Magnatibus, cœpit ægrotare. 51) Hinc apud Messanam d. 28. Septembris in vigilia S. Michaëlis 1197. obiit, & cum regio cultu ibidem fuit sepultus. 52) Nec desunt qui Henricum vxoris insidiis

47) Hæc ex IOHANNE MONACHO S. VINCENTII coæuo habet MAGNVM CHRONICON BELGICVM p. 205. Ex hoc habet GOLDASTVS *Tomo I. p.* 287. GERVASIVS TILBERIENSIS *Otiis Imperialibus dec. II. c. XIX. p.* 943. *hic legem instituit apud Teutones, vt militiæ, more Gallorum & Anglorum, successionis iure deuoluerentur ad proximiores cognationis gradus; cum antea magis penderent ex principis gratia. Ideoque ad suum refundens commodum, quod aliis impertitus est beneficium, impetrauit a subditis, vt cessante pristina Palatinorum electione, imperium in ipsius posteritatem, distincta proximorum successione transiret, & sic in ipso terminus esset electionis, principiumque successiuæ dignitatis.* Henricum autem hæreditarium plane ius Imperii Principibus concedere voluisse, vel ex eo patet, quod ipse hæreditariam in Imperium adfectaret potestatem, prout in dissertatione *de allodiis Imperii §. XIV.* iamdum demonstraui.

48) Sic enim GERVASIVS TILBERIENSIS l. c. *Successibus felicitatis tuæ inuidit hostis antiquus, & licet conuentione pridem cum Principibus Teutoniæ facta, ab Henrico, de Successione Imperii, per Sanctissimum Papam Innocentium cassata, tum quia ius eligendi Principibus per hanc fuit; tum quia permutatio beneficiorum damnosa fieri posset imperio; tum, quia, si filius paruulus, aut minus discretus, Iure successionis, Imperium vendicaret, pendente ætatis imperfectæ consilio, totius Imperii ruina immineret; tum quia Ius Romanæ Ecclesiæ, circa confirmationem Imperatoris ac consecrationem, aut reprobationem, pateretur diminutionem.* GOBELINVS PERSONA æt. VI. c. LXI. *hic Henricus Imperator concordauit cum Principibus Regni, quod liberi sui, post eum, hereditario iure regnum obtinerent; sed contradictum est a Principibus Saxoniæ. Quare ipse Imperator Principes illos a promisso absoluit & iuramenta, ea occasione præstita, relaxauit.* Sic etiam CHRONICON HALBERSTADIENSE Mstum. *Conradus Moguntinus archiepiscopus cum principibus Saxoniæ conspirauerat aduersus Imperatorem Henricum Sextum, quia idem petierat ab eisdem, vt successio Imperii ad heredes suos transiret. Erat tum Episcopus Halberstadensis electus Gardolfus, cuius ordinatio hanc ob caussam est aliquamdiu dilata: sed idem Gardolfus nuncium, qui conspirationis litteras inter principes tulit, cum eisdem litteris captiuauit. Quibus Imperatori ostensis, ipse, sicut vir sapiens & discretus, petitionem principibus porrectam relaxauit.* Magis hoc adhuc confirmatur in epistola Innocentii III. *XXIX.* in qua ad Principes Germaniæ sic scribit: *circa puerum quidem filium Imperatoris Henrici facie prima videtur quod non liceat, contra eius electionem venire, quæ iuramento est Principum roborata. Nam etsi iuramentum illud videatur violenter extortum, non est tamen ideo non seruandum, cum licet iuramentum quod Gabaonitis præstiterunt filii Israël fuerit per fraudem subreptum, illud tamen nihilominus decreuerint obseruandum. Praeterea etsi a principio fuerit sic extortum, postmodum tamen pater eius intelligens se perperam processisse, iuramentum relaxauit Principibus, & litteras super ipsius electione remisit; qui postmodum puerum ipsum, patre absente, sponte ac concorditer elegerunt, fidelitatem ei penitus omnes & quidam hominium exhibentes.*

49) GODEFRIDVS ad a. 1196. *Imperator ab omnibus imperii principibus summa precum instantia obtinet, vt filium suum Fridericum nomine vix triennem in Regem eligant: fidem & sacramenta præstant, præter Adolfum Coloniensem Archiepiscopum, qui tunc quidem in hoc minime consentit, sed postmodum apud Bopardiam consensit, iuramentum ibi præstans coram Philippo Duce Sueuiæ, fratre Imperatoris.* GESTA INNOCENTII III. n. XIX. *Henricus igitur Imperator, ex quo regnum Siciliæ totum obtinuit, spolians illud auro & argento & lapidibus pretiosis, rediit in Theutoniam cum ingenti triumpho, efficiens apud Principes vt filium suum Fredericum infantem nondum duorum annorum, necdum etiam baptizatum, in Regem Romanorum eligerent, eique fidelitatis iuramenta præstarent; inter quos præfatus Philippus fidelitatis ei præstitit iuramentum.* INNOCENTIVS III. in epistola XXIX. *elegerunt enim personam non idoneam, nec non solum imperio, sed nec alicui officio congruentem, puerum videlicet vix duorum annorum, & nondum sacri baptismatis vnda renatum.* OTTO de S. BLASIO *c. XLIII.* CONRADVS VRSPERGENSIS p. 318. *his etiam temporibus procurante imperatore, factum est, vt principes Alemanniæ pene omnes filium paruulum ipsius, adhuc in cunis vagientem, assumerent in regem, & ei fidelitatem iurarent, & literas de hoc facto cum sigillis suis transmitterent imperatori.* CHRON. SLAV. *ad a.* 1197. M. CHRON. BELGICVM *ad a.* 1194.

50) Verba sunt OTTONIS de S. BLASIO *c. XLIII.*

51) Verba sunt ROGERII HOVEDENI *ad a.* 1197.

52) GODEFRIDVS *ad a.* 1197. qui tamen ipsum in festo S. Michaelis dicit fuisse defunctum. Multa adhuc est controuersia de loco sepulturæ. OTTO de S. BLASIO quidem c. XLV. ait: *itaque apud Messanam ciuitatem Siciliæ defunctus; ibidem cum maximo totius exercitus lamento cultu regio sepelitur.* Autor GESTORVM INNOCENTII III. coæuus n. XX. *quo facto, iterum venit Imperator in regnum, & tandem apud Messanam præsente Imperatrice diem clausit extremum.* CONRADVS VRSPERGENSIS vero p. 315. *Anno Domini millesimo CXCVIII. Henricus imperator obiit in Sicilia, & in ecclesia Panormitana magnifice est sepultus.* Idem dicit TRITHEMIVS *Chronico Hirsaugiensi ad a.* 1199. PANDVLPHVS COLLENVTIVS *Historia Neapolitana lib. IV. p.* 140. LVDOVICVS CAVITELLIVS *Ann. Cremonensibus ad a.* 1198. TRISTANVS CALCHVS *Hist. Mediolanensi lib. XII.* extante, dubius hæret, dicens: *quidam Messanæ sepultum, alii Neapolim translatum ferunt.* IACOB

fidiis veneno extinctum esse dicant, 53) aliis hoc refellentibus, 54) & diarrhœa ipsum fuisse defunctum, docentibus. 55)

§. XII. Vxor ipsius erat Constantia, Rogerii I. Siciliæ Regis filia posthuma ex vltima vxore Beatrice, Wilhelmi I. sorore. 56) Hanc, Abbate Ioachim monente, totius Regni exci-

von KÖNIGSHOVEN *Chron. Alsatiæ, cap. II.* §. 172. *p.* 125. Spiræ dicit esse sepultum, de quo tamen reliqui, ipse etiam LEHMANNVS tacet. PAVL. COLLENVTIVS *Hist. Neapolitana lib. IV.* p. 138. de Ioachimo abbate ait, quod de morte Henrici prædixerit, *quam non multo post, ad Malazzium Messanæ vicinum subiturus esset.* ROGERIVS HOVEDENVS *Ann. Anglic. parte post. ad a.* 1197. *p.* 773. *prædictus Romanorum Imperator obiit in Sicilia, apud Messanam, in vigilia S. Michaelis, excommunicatus a Cælestino Papa, propter captionem & redemptionem Richardi, regis Angliæ, & ideo prohibuit idem Papa, ne corpus illius sepeliretur, licet Archiepiscopus Messanæ pro eo multum orasset.* Idem dicit BARONIVS *ad a.* 1191. *n.* 19. quod ob anathema non potuerit corpus illius sepulturæ tradi, ideoque Beuardus Messanensis Archiepiscopus ad Pontificem pro Henrici patris sepulcro & Friderici filii inauguratione perrexerit, vtrumque etiam illi fuisse traditum, his legibus, vt post Regis Angliæ adsensum, ac restitutas illi extortas pecunias, Henricus sepeliretur; Fridericus vero Rex salutaretur, datis duabus mille argenti marchis, si tamen cum iurisiurandi religione ab se natum Fridericum adsereret Constantia, hac igitur facta pontificis facultate. ALBERTVS STADENSIS *ad a.* 1198. & reliqui locum mortis plane non memorant.

53) IO. VITO DVRANVS Chron. *p.* 5. dicit: quod *Henricus per venenum nouiter extinctus contra Ecclesiam Romanam in vita sua tyrannidem exercuit.* GOBELINVS PERSONA æt. VI. c. LXI. *post hæc Imperator iterum profectus in Italiam inimicos suos vndique perturbat: & tandem veneno intoxicatus moritur, & in ciuitate Messana sepelitur, & deinde exhumatus apud Panormum denuo tumulatur.* ALBERICVS ad a. 1197. *itaque hoc anno, quarto videlicet Calendas Octobris moritur in Sicilia Imperator Henricus ab vxore sua Constantia vt dicitur toxicatus.* FRANC. MAVROLYCVS Hist. Sicanica lib. III. p. 160. *nec caruit suspicione Constantia, quod iniuriarum memor, quas Guillelmus nepos esset passus, virum veneno sustulisset.*

54) Singulare est, quod CONRADVS VRSPERGENSIS testatur, qui p. 318. dicit: *multi asserebant eum interisse veneno, procurante vxore sua, pro eo quod nepotes ipsius suppliciis interfecerat, quod tamen non est verisimile. Et qui cum ipso eo tempore erant familiarissimi, hoc inficiabantur. Audiui ego idipsum a domino Chunrado, qui postmodum fuit, abbas Præmonstratensis, & tunc in seculari habitu constitutus, in camera imperatoris extitit familiarissimus.*

55) Sic FRAGMENTVM HISTORICVM apud VRSTISIVM p. 86.

56) GESTA INNOCENTII III. n. XVIII. *regno igitur taliter destituto, Henricus Imperator adspirans ad illud occasione Constantiæ coniugis suæ filiæ quondam Rogerii primi Regis Siciliæ, aui prædicti Tancredi, congregauit exercitum maximum de pecunia quam extorsit pro redemptione Richardi Regis Anglorum nequiter capti dum rediret de terra promissionis ab obsequio Crucifixi. Hic ergo regnum ingressus, sine pugna illud obtinuit, nemine resistente.* OTTO de S. BLASIO c. XXVIII. *anno Dominicæ incarnationis MCLXXXVI. Fridericus Imperator missis legatis ad Wilhelmum Siciliæ Regem, filium Rogerii, sororem eius filio Henrico Regi desponsari fecit, ac per hoc regnum Siciliæ, cum ducatu Apuliæ, principatuque Capuæ Henrico Regi dotis nomine, post mortem a socero delegato recipiens, Romano imperio restituit, quod post mortem Lotharii quondam Imperatoris, a Rogerio, capto Papa Innocentio, Regioque nomine ab eo extorto, Imperio ablatum fuerat. Igitur sexta vice cum maxima Principum frequentia Italiam ingressus, rogantibus Mediolanensibus, vt in signum adeptæ imperialis gratiæ, nuptias filii apud Mediolanum celebraret, ad recuperandum Imperio eorum obsequium, cuius viribus admodum attriti erant, consensit, omnibusque Italicis Baronibus generalem curiam apud Mediolanum indixit. Ad quam curiam de cisalpinis regionibus ac de omni Italia, Tuscia, Campania, Apulia, Sicilia coadunati Principes, filiam Wilhelmi, Henrici Regis sponsam, cum maximo apparatu regalique pompa, cum Imperatore & sponso obuiam procedentes, suscipiunt, ac cum maximo regni fastigio nuptias peregerant.* ALBERICVS *ad a.* 1168. *p.* 351. 1185. 1187. RICHARDVS de S. GERMANO, de Vita & Nuptiis Constantiæ: *quod erat Regi Wilhelmo II. amita quædam Constantia in Palatio Panormitano, quam idem Rex de consilio Archiepiscopi Panormitani Gualterii Henrico Alemannorum Regi filio Friderici Romanorum Imperatoris in coniugem tradidit.* Male igitur BOCCACIVS *de claris mulieribus* eam VVilhelmi filiam vocat, dum VVilhelmus mortuus fuerit improlis. GODEFRIDVS ad a. 1186. *Imperator natale Domini Mediolani celebrat. In octaua vero Epiphaniæ nuptias filii sui opulentissime cum magna pene cunctorum procerum frequentia apud Ticinum agit.* Alium locum definit ARNOLDVS LVBECENSIS *lib. III. c. XIV.* dicens: *cum hæc agerentur, Rex Imperatoris filius, in Italia duxit vxorem, amitam Wilhelmi Siculi, celebrauitque nuptias in confinio Papiensium & Mantuanorum. Quas cum iuxta regalem magnificentiam magnifice exhibere voluisset, omnes nobiliores non solum de Italia, verum etiam de Teutonicis partibus adesse rogauit.* ALBERICVS ad a. 1187. *Henricus filius Imperatoris Frederici Primi fecit nuptias suas apud Mediolanum in Natale Domini.* Hunc locum etiam confirmat GODEFRIDVS VITERBIENSIS scriptor illorum temporum, qui *p. XVII. Chron. p.* 356. ita scribit: *anno ab incarnatione Domini 1186. Indict. 6. sexto Kal. Febr. Rex Henricus Sextus cum Regina Constantia, Filia Rogerii Regis Siciliæ, nuptias gloriosas celebrauit Mediolani, apud S. Ambrosium, anno ætatis suæ vigesimo primo, anno autem Regni sui decimo septimo.* Ipse OTTO FRISINGENSIS lib. VII. exeunte: *his etiam diebus prædictus Imperator Fridericus Henricum filium suum regia dignitate sublimauit, eique puellam nobili genere procreatam, Rogerii scilicet & Wilhelmi Apuliensium Principum filiam copulauit, nuptias ipsius Mediolani regali gloria, multaque potentia perpetrauit.* ROGERIVS HOVEDENVS *p.* 663. & 711. ALBERTVS STADENSIS *ad a.* 1184. *Imperator celeberrimam habuit curiam Moguntiæ. Ibi Rex Heinricus filius eius miles factus est in maxima gloria & honore. Ibi confirmatum est matrimonium Constantiæ cum filio Imperatoris. Fuit autem filia regis Siciliæ, Calabriæ & Apuliæ Rogerii, soror regis Wilhelmi, qui duxerat sororem regis Angliæ, sed prolem ex ea non habuit. Fuit autem Constantia iam sexagenaria sed Rex Heinricus adolescentulus, pactumque est, vt si post fratrem viueret, regnum Constantia obtineret.* Verum errauit ALBERTVS in loco, in anno, errauit etiam in ætate Constantiæ. Scilet, Reate primum per legatos recepit vxorem Constantiam Henricus, prout ex lapide

excidio esse natam, pater in monasterium contrudisse dicitur, licet sine fide. 57) Dum Constantia demum post mortem patris fuisset genita. 58) Eandem vero Fridericus Barbarossa tricennalem 59) huic Henrico a. 1186. Mediolani fecit copulari. Siciliæ regno vna cum Apuliæ ducatu, Capuæque Principatu, ipsi post soceri mortem dotis loco promisso. Ex eadem filium sustulit Fridericum II.

pide patet Reatino, quem statim exhibemus, ipsum vero matrimonium Mediolani fuit consummatum. CONRADVS VRSPERGENSIS *p. 227.* MAGNVM CHRONICON BELGICVM *p. 204.* CHRONICON AVGVSTANVM *ad a. 1191.*

57) Hæc fusius refellit BARONIVS *ad a. 1186. n. 25.* ROCCHVS PIRRVS *Chronologia Regum Siciliæ p. 42.*

58) Sic enim GODEFRIDVS VITERBIENSIS, Scriptor coæuus p. XVII. p. 350.

Sit Regis Siculi filia sponsa sibi
Sponsa fuit speciosa nimis, Constantia dicta
Posthuma post patrem materno ventre relicta
Iamque Tricennalis tempore virgo fuit

Immo, dicitur, Constantiam, dispensante Alexandro III. Papa, e monasterio fuisse egressam, dum Alexander III. iamdum a. 1181. fuisset defunctus. Potius hunc errorem exinde fuisse subortum autumat ROCCHVS PIRRVS *Chronologia Regum Siciliæ p. 44.* quod BENEVENVTVS Himolensis dicat, *Constantiam Northmanno Rege natam virginem in monasterio Panormi agentem occulte eduxi curauit.*

59) Plures sunt, qui eandem vetulam fuisse aiunt. ALBERTVS STADENSIS quidem *ad a. 1181. & 1220. quondam Constantia filia Regis Siciliæ, sic Imperatori fuit in matrimonio copulata, vt si patruus eius, qui regnum Siciliæ, Apuliæ & Calabriæ possidebat, antequam Constantia moreretur, regnum ad Constantiam hereditario iure volueretur. Constantia autem cum Imperatorem duceret, sexagenaria credebatur.* Sic etiam in Fragmento quodam Chronici Brandeburgensis apud MADERVM *Antiquit. Brunsuic.* p. 271. & LEIBNITIVM *Tom. II. p. 18.* ait: *hic adolescens MCLXXXIIII. duxit Constantiam vetulam LX. annorum, filiam Rogerii, regis Siciliæ, Calabriæ & Apuliæ, quæ anno ætatis suæ LXI. in Assisio peperit, vel peperisse finxit filium Fridericum.* FRANC. MAVROLYCVS Hist. Sicanicæ lib. III. p. 159. *Constantiam Rogerio natam iam grandæuam e virginum collegio, quod Panormi fuit in æde D. Claræ, extractam ac Romam perductam Henrico in matrimonium copulauit.* NICOLAVS SPECIALIS Rer. Sicul. lib. VIII. cap. IX. *post cuius Tancredi Regis obitum virili prole deficiente per lineam, Constancia filia nominati primi Guillelmi Regis, quæ sola de stirpe supererat, Henrico Romanorum Imperatori, cum dotali regno Siciliæ tradita est; fuitque susceptus & natus ex eisdem Henrico & Constancia sterilitatis temporibus iam propinqua Fridericus secundus, qui & in regno matri & imperiali sede genitori suo sua virtute successit diuque regnauit.* Ast refellit hosce GODEFRIDVS VITERBIENSIS, scriptor coæuus, *p. XVII. pag. 350.* Adsentitur LEHMANN *lib. V. c. LXVI.* Annum etiam ætatis Constantiæ facile licebit definire. Scilicet Rogerii II. posthuma erat ex Beatrice, vltima vxore, & virgo tricennalis dum Henrico VI. nuberet, secundum VITERBIENSEM. Rogerius autem mortuus est a. 1154. secundum ALBERICVM & ROBERTVM de MONTE. Hunc igitur annum natiuitatis Constantiæ statuere necessum habemus. Nuptias autem ista an. 1185. contraxit nata annos 31. prout patet ex lapide antiquo, qui in Episcopio Reatino reperitur, apud ROCCHVM PIRRVM Chronologia Regum Siciliæ p. 45. *Anno MCLXXXV. ind. 3. mense Augusto die 28. temporibus Lucii III. PP. & Friderici Romanorum Imperatoris, & Benedicti Reatinæ Sedis Episcopi; & Conradi Ducis Spoleti: Rex Henricus filius eiusdem Imperatoris recepit Reate Reginam Constantiam filiam Rogerii Regis Siculi in vxorem per Legatos suos & cum maxima multitudine Principum, & Baronum.* Idem etiam PFEFFINGERVS demonstrauit, *Vitriario illustrato lib. I. Tit. V. p. 408.* Ratio quod annosa dicatur, ex THOMA FAZELLO patet. Hic enim de Rebus Siculis *dec. poster. lib. VII. cap. VI.* dicit: *Friderico primo Cæsare viuente Henricum filium cum Constantia Rogerii regis filia ætate florente, cum Guilielmi fratris Siciliæ Regis consensu, matrimonium iniisse,* Libro VIII. vero c. I. dicit: *firmato regno, siue antea, (vt diuersa est opinio) cum Constantia vxor pragnans esset, ne suspicio tam vtpote annosam vterum mentitam partum sibi supposuisse exoriretur.* Scilicet, iam annosa erat vltra quadraginta annis nata, dum Fridericum II. fuisset enixa, nec tamen quinquaginta quinque annorum prout alii tradunt.

SECTIO QVARTA
DE
PHILIPPO SVEVO.

§. I. Philippus quis fuerit, eiusdemque mores. §. II. Post mortem Henrici VI. Fridericus II. Imp. eligitur, constituto Imperii defensore Philippo. §. III. Innocentii III. suasu primum Bertholdus Dux Zeringiæ, dein Otto IV, a potiori vero parte Philippus fuit electus: iste Aquisgrani, hic Moguntiæ coronatus. §. IV. Ottone Aquisgrani sedente, Philippus regium sibi nomen sumit, Principes minis, promissis & donis adlicit, Premislaum Bohemiæ Regem facit. §. V. Philippus Alsatiam petit ad Mosellam cum Ottone confligit. §. VI. Conradus Moguntinus dissidium tollere conatur: hoc defuncto, schisma in ecclesia Moguntina. §. VII. Philippus Brunsuicum obsidet, Premislaum Vngariæ regno priuat, contra Hermannum, Thuringiæ Landgrauium mouet. §. VIII. Legatus Papalis Philippum excommunicat. Otto papæ fidem iurato promittit. Philippus in Thuringiam mouet. Otto Regem Bohemiæ coronari facit. §. IX. Philippus Thuringiæ Landgrauium & Henricum Palatinum in suas partes trahit atque Adolphum Coloniensem a quo iterum coronatur. §. X. Plerique Principes, ipse quoque Papa Philippo accedunt. Cum Ottone pax proponitur, & treugæ fiunt. §. XI. Philippi mors & sepultura. §. XII. Philippi vxor & familia.

§. I.

SVccessit Henrico PHILIPPVS, Sueuiæ Dux, qui filiorum Friderici Barbarossæ natu erat minimus. 1) Hic lenis erat animo, mente mitis, eloquio affabilis, erga homines

1) CONRADVS VRSPERGENSIS ad a. 1197. *tunc Imperator Henricus ducatum Sueuiæ contulit præfato Philippo fratri suo. Qui relictis partibus Italiæ transiuit in Alemanniam cum vxore sua, ponens*

nes benignus, largus fatis & difcretus, debilis quidem corpore, fed fatis virilis, in quantum confidere poterat de viribus fuorum, facie venufta & decora, capillo flauo, ftatura mediocri, magis tenui quam groffa. 2) Iuftitiæ amantiffimus. 3) Hic anno 1195. a fratre Henrico Tufciam atque terras Mathildianas fuit adeptus. 4) Infequenti vero anno eiusdem beneficio, fratri Conrado in ducatu Sueuiæ fucceffit. 5)

§. II. Poft Henrici VI. mortem, multæ de fucceffione turbæ. Commendauerat enim moriens Henricus filium fuum Fridericum, Philippo, eidemque regnorum adminiftrationem commiferat. 6) Hinc, defuncto Henrico, Philippus ad montem Falconis, prope Viterbium tunc hærens, Italorum infidias vix euadens, 7) in Germaniam redux, patrimonium Sueuicum occupauit vniuerfum, 8) eo etiam adlaborabat, veritus, ne Principes Germaniæ in præiudicium antiquæ dominationis & generationis in regno diuturnæ quidpiam tentarent, vt Principes Friderici electionem ratam haberent. 9) Conueniunt igitur Ludouicus Dux Bauariæ, Bernhardus Dux Saxoniæ, Dietericus Marchio Misniæ, Epifcopi, Magdeburgenfis & Salisburgenfis cum cæteris Baronibus & Epifcopis per Thuringiam atque Ichtershufæ 10) habito concilio, Philippum, defenforem Imperii eligunt, quoad vsque Fridericus qui in Apulia verfabatur, in Alemanniam veniret. Inde habito Hage-

nens cam in caftro Suainbufen. CHRON. MONTIS SERENI ad a. 1198. *Philippus vltimus filiorum Friderici I.* p. 324. *hunc Philippum nolunt Romani, maximeque qui de curia funt, fcribere in Catalogo Imperatorum, fed Ducem Sueuiæ eum defcribunt. Licet conftet ex prædictis; quod potenter regnaturus fuiffet, ficut & alii de parentela eiusdem, fi non impediffet mors.*

2) *Vide Sectionem fecundam §. XLI.*

3) Verba funt CONRADI VRSPERGENSIS p. 324. ARNOLDVS LVBECENSIS lib. VII. c. XIV. *vir nobilis & potens multis virtutibus. Erat enim vir manfuetus & humilis & admodum affabilis. Et quia litteratus erat, diuina deuotus valde frequentabat.* M. CHRON. BELG. p. 211. *ifte Philippus licet ætate iuuenis, potentia tamen clarus & pietate præcellens militia optimus; largitate ferenus & omnium virtutum infignibus præcipuus.*

4) CHRON. AVGVSTENSE ad a. 1197. *Ifte Philippus XCVI. ab Augufto regni Romani iura ftrenue gubernauit, faciens iudicium & iuftitiam omnibus, qui ad eum auxilii gratia confugerunt, & hæc vberius feciffet, fi non fuiffet prædicti Ottonis & fuorum fautorum obftaculis præpeditus.*

5) *Vide fuperiori fectione §. VII.*

6) OTTO de S. BLASIO c. XLV. *poft cuius* (Henrici) *mortem, Philippus Dux Sueuiæ maximo periculo infidias illorum Prouincialium declinans, vix repatriauit. (Nam vt prælibatum eft) ab Imperatore prius citatus erat hac de caufa, vt filium ipfius ex Apulia perduceret in Germaniam, vbi a Principibus in Regem electus a Colonienfi Epifcopo inungeretur, vt moris eft. Imperator enim in Italiam migrans, eundem filium fuum cum confenfu Principum cunctorum, præter Colonienfis Epifcopi, Regem poft fe defignauerat: qui tamen poftea refipifcens, puerum in Regem collaudauit. Hoc itaque negotio Philippus Dux in Italiam profectus, cum veniffet Romam, mortuum Imperatorem percepit: ftatimque regrediens in Tufcia & in Italia infidiis diuerforum periclitatus, vix euafit: ficque negotium hoc inefficax permanfit, puero in Sicilia cum matre remanente.*

7) CONRADVS VRSPERGENSIS pag. 318. *Philippus frater Imperatoris eo tempore exierat de Alemannia, vt veniret ad ipfum in Sicilia: procefferatque vsque ad montem Falconis caftrum quoddam apud Viterbium, vbi de morte Imperatoris nunciatum eft ei, ortaque eft feditio in partibus illis, maxime contra Teutonicos qui tunc in partibus Italiæ demorabantur; vnde in caftro eodem quidam de familia ducis occidebantur. Inter quos erat Fridericus nobilis minifterialis eius de Tanne, frater dapiferi, qui nunc eft. Et ipfe dux in magno difcrimine ab Italia receffit, & laboriofe peruenit in Alemanniam. Vbi iam principes iuramenta fua poftponentes, de electione noui Imperatoris tractare cœperunt, cupientes diripere hæreditates, quæ ad præfatam generationem pertinebant.*

8) GESTA INNOCENTII III. n. XX. *poft cuius* (Henrici) *obitum quidam familiares eius exeuntes de Regno, Marchualdus acceffit in Marchiam, Conradus rediit in Ducatum, Philippus autem frater ipfius recepit fe apud Montem Flasconem, & inde rediit in Theutoniam, patrimonium occupans vniuerfum.*

9) OTTO de S. BLASIO c. XLVI. *igitur mortuo Henrico Imperatore, Philippus Dux Sueuiæ frater ipfius, regreffus in Alemanniam de partibus Tufciæ, fatagebat omnimodis, vt Principes electionem quam circa filium Imperatoris fecerant, ratam haberent.* Ipfe Philippus in epiftola CXXXVI. ad Papam, ita fcribit: *tunc nos omnes imperii Principes, qui in diebus illis in Alemannia fuerant, (nam, vt fcitis, quidam eorum transfretauerant) litteris & nuntiis noftris follicitare cœpimus vt ipfi filio dilecti Domini ac fratris noftri Henrici Romanorum Imperatoris Augufti, quem iam eis in Dominum ac Regem elegerant, & cui iurauerant fidelitatem, ficut ex iuramento tenebantur, affifterent & ipfum vellent habere pro Rege; & nos, tum quia de iure naturali & legali ad hoc tenebamur, tum etiam pro conferuando honore imperii, onus tutelæ fubire voluimus vsque tum ipfe puer ad eam perueniret ætatem, quod ipfe per fe regere poffet imperium & iura eius requirere, ad quod nullum eorum prorfus potuimus inducere. Afferebant enim fe ex electione illa quam in eum fecerant & ex præftito fibi facramento non teneri. Nam affirmabant antequam ipfe puer fuiffet baptifatus hæc fuiffe facta, & ideo nullius effe valoris. Dicebant ipfum puerum non fufficere ad regimen imperii, nec decere nec expedire ipfos Principes & Romanum imperium fine Domino fore & Imperatore. Infuper allegabant ipfum puerum effe electum maxime pro fumma patris potentia, & vt per hoc patri placere poffent. Et fic nullo modo eos ad hoc potuimus inducere, vt ipfi iam dictum puerum pro Domino & Rege vellent habere, ad quod nos Deo tefte, omni ftudio & omni ingenio fideliter laborauimus. Ipfi vero Principes conftanter alium Regem fibi creare voluerunt, & diuerfi diuerfos.*

10) De loco electionis variant Scriptores, OTTO de S. BLASIO c. XLVI. *Orientales itaque Principes, videlicet Dux Bauariæ & Bernhardus Saxoniæ, cum cæteris Baronibus, & Epifcopi Magdeburgenfis & Salzburgenfis, cum cæteris Epifcopis Orientalibus diem colloquii in partibus Turingiæ apud villam Arnisperc præfixerunt. Quo veniente Philippo Duce cum cæteris, quos fupra diximus, habito confilio, ipfum in defenforem Imperii eligere decreuerunt, quoad vsque nepos fuus, Imperatoris filius, dudum tam ab ipfo quam a cæteris Principibus electus, in Alemanniam deueniret. Soluto ergo colloquio, ad oppidum Mulhufen venientes, promiffa fibi fubiectione digreffi funt.* Arnftadtum habet CHRONICON apud LEIBNITIVM Tom. II. p. 140. *defuncto fiquidem*

Hagenouiæ Concilio, Sueuiæ Principes & præcipue Conradum Argentinensem Episcopum sibi habuit fauentes. 11) Principes etiam in transmarinis partibus existentes filium Henrici Fridericum secundo eligebant, atque in Germaniam iterum festinabant, sed ab Italis grauiter habiti, qui Teutonicorum iuga excutere tentabant. 12)

§. III. Innocentius III. metuens potentiam Sueuicæ domus, rescindebat promissa Henrico facta, 13) vetabatque Principibus, ne Philippo imperium traderent, eo quod a Cœlestino antecessore esset excommunicatus, id quidem ideo, quod, dum esset Dux Tusciæ, patrimonium Petri inuaserit atque deuastauerit. 14) Hinc Archiepiscopus Coloniensis & Treuirensis, vna cum Henrico Palatino Rheni & aliis Episcopis & Baronibus illarum regionum non consensere in electionem, sed Andernaci conuenientes, Ducem Ber-

quidem Imperatore Henrico in electione Imperatoris pernitiosa dissensio inter Principes est exorta. Cum enim Electores Saxoniæ Principes ad eligendum Imperatorem vniuersos Imperii Principes crebrius inuitarent, quidam Principes auaritiæ dediti huic sacræ electioni execrabiles interponere non sunt veriti conditiones. Alii vero vt tyrannidi suæ impune liberius possent vacare, hanc electionem conati sunt impedire. Principes vero Saxoniæ non ferentes Imperium sine Rectore sub tanta ruina periculo vacillare, quibusdam aliarum Prouinciarum Principibus conuocatis, in nomine Domini congregati in villa Arnestedde Moguntinæ Diœcesis, Sancti Spiritus auxilio inuocato, Dominum Philippum Ducem Sueuiæ, filium & fratrem diuorum Imperatorum Friderici & Henrici, Imperatorem vnanimiter elegerunt anno videlicet Domini 1197. anno ordinationis Gardolphi Episcopi quarto. CHRONICON MONTIS SERENI ad a. 1198. Philippum electum fuisse dicit *in campis Erpisfordiæ* HISTORIA LANDGRAVIORVM THVRINGIAE *c. XXXI. Anno Domini MCCVI. mortuo Henrico Imperatore, dux Philippus Sueuiæ, frater Henrici Imperatoris, collectis multis episcopis, & Archiepiscopis ducibus, principibus, & comitibus plus quam XX. numero, in Ichtershausen terræ Thuringiæ, ab illis electus est in regem Romanorum; impediendo filium fratris sui, in quem prius principes consenserunt, viuente patre.* Ichtershusa autem, ditionis Saxo-Gothanæ vicus, vix horæ spatio ad Arnstadt distat.

11) CONRADVS VRSPERGENSIS p. 318. *ideoque præfatus Philippus ad partes Rheni se contulit in continenti, & natalem Domini in castro Haginou celebrauit. Vbi venerunt ad eum & officiales & ministeriales, & quidam de Principibus & Baronibus terræ, cum quibus habuit mysterium consilii sui. Vbi etiam aderat Cunradus Argentinensis Episcopus, qui etiam promisit fauorem & auxilium suum duci de obtinendo imperio. Volebat enim tenere imperium, cum in potestate sua haberet insignia imperialia, vtpote coronam & crucem, & alia quæ attinebant. Non enim cautum esset sibi, vt ad alium transiret imperium, & sic tam ipse quam fratruelis suus, licet tunc paruulus, omni hæreditate sua priuarentur, quod etiam non placuit altissimo, sicut adhuc euentus rerum manifeste demonstrat, quamuis multa cœperint interuenire impedimenta.*

12) ARNOLDVS LVBECENSIS V. c. III. *principes celebrato colloquio, hoc statuerunt, vt omnes regni primores ibi* (in Syria) *præsentes sacramentaliter fidem facerent Imperatoris filio.*

13) CONRADVS VRSPERGENSIS p. 319. *Innocentius siquidem Papa tertius, tunc de nouo in sede Apostolica sublimatus, omni studio cœpit aduersari eidem: Hoc agens vt ipsum impediret, ne ad sublimitatem culminis imperialis posset ascendere, improperans ei, quæ frater suus & parentes crudeliter peregerant.* Et paullo post: *extat adhuc epistola præfati Innocentii directa ad Bertholdum ducem Zaringiæ in qua contra Philippum multa absurda, & quædam falsa adscribuntur, quam fecit interseri in compilatione Decretalium suarum.* Extat hæc Epistola Innocentii LXII. & in *Cap. Venerabilem X. de Electione & electi potestate*, ad quod erudite in Dissertationibus Iuris Canonici commentatus fuit IO. STRAVCHIVS. Quod autem Sueuicæ domus potentiam metuerit Papa, patet ex Epistola eius XXIX. ad Principes Germaniæ, qua mala, quæ Ecclesia Romana ab Henrico IV, V. Friderico Barbarossa & Henrico VI. fuerit perpessa, ad longum recenset. Et præcipue testantur hoc verba eiusdem Epistolæ *quod ei* (Philippo) *nos opponere deceat manifeste videtur ex eo, quod si, prout olim patri filius, sic nunc immediate succederet frater fratri, videretur Imperium ei non ex electione conferri, sed ex successione deberi, & sic efficeretur hæreditarium quod debet esse gratuitum, præsertim cum non solum Federicus substituerit sibi filium, sed Henricus etiam filium sibi voluerit subrogare, & per hoc forsan in posterum abusio traheretur in vsum.*

14) Extat deliberatio Innocentii super facto imperii de tribus electis in epistola XXIX. in qua caussas proponit, quod Fridericus II. & Philippus in Imp. non deberent eligi. De illo quidem dicit quod adhuc puer sit. De Philippo ipse Papa fateri necessum habeat: *cum enim in electionibus circa electores zelus, dignitas, & numerus attendatur, & de zelo non sit facile iudicare, cum ipse a pluribus & dignioribus sit electus, & adhuc plures & digniores Principes sequantur eundem, iuste videtur electus.* Sed vera ratio reprobandi Philippum in his consistit verbis: *cum enim potens sit tam terra quam opibus & personis, non videtur expedire vt contra torrentem brachia dirigamus, tam potenti nos taliter opponentes, vt eum reddamus nobis & Ecclesiæ inimicum, & ne maiorem videremur discordiam suscitare, fieretque nouissimus error peior priore, cum nos potius pacem inquirere & persequi & euangelicare aliis debeamus, quæ fouendo illum posset de facili prouenire. Verum contra videtur, quod liceat nos ei opponere. Fuit enim iuste ac solemniter per prædecessorem nostrum excommunicationis sententia innodatus; iuste, quia B. Petri patrimonium partim per violentiam occuparat, partim damnificarat incendiis & rapinis, & super hoc commonitus semel & iterum per fratres nostros satisfacere non curarat, solemniter, quoniam in celebratione Missarum in ecclesia beati Petri in festiuitate non parua, quod ipse postmodum recognouit cum pro absolutione sua nuntium ad sedem apostolicam destinauit, & cum tandem per delegatos nostros contra formam mandati nostri post electionem suam se fecit absolui. Vnde patet, quod fuerit excommunicatus electus.* Idem dicit ep. XXXIII. LV. LVI. LXIV. in qua etiam hanc rationem superaddit: *ipse quoque Philippus degenerare se credens si minus perperam ageret quam egerant patres eius & eius mensuram in malitia non impleret, in apostolicæ sedis persecutione suæ promotionis primitias execrauit, dum terra illa quam pater eius & frater occupauerant non contentus, ad aliud patrimonium beati Petri, quod pacifice prædecessores nostri possederunt, manus violentas extendit, & Ducem Sueuiæ ac Campaniæ scribere se præsumpsit, asserens quod vsque ad portas vrbis, ita quod in Trans-Tiberim etiam, ducatus acceperat potestatem.* Et epist. XCII. Plenius vero hæc ipse Papa exponit in Epistola XXI. ad Principes Germaniæ scribens: *fuerunt autem quam plures, qui nobis suggererent, vt cum duo fuissent per discor-*

Bertholdum de Zaringen, eo quod esset pecuniosus, in Imp. eligunt. Hoc vero partim de expensis diffidente, partim Philippi potentiam metuente, & acceptis a Philippo XI. Marcarum millibus, sponte desistente, Principes Philippi partium Comitiis Mühlhusii celebratis, Imperium Philippo detulerunt. 15) Pontifici illud significabant, hoc ipsum reprobante. 16) Pontifex, cui cum Bertholdo non successerat, impellit Coloniensem Adolphum,

discordiam in Reges electi, de studiis eligentium & meritis electorum inquireremus sollicite veritatem, quatenus intelligeremus plenius cui esset fauor apostolicus impendendus. Dicebatur enim de altero quod receptus esset a pluribus & insignia imperialia obtineret. Sed opponebatur protinus contra eum quod nec ab eo qui potuit, nec vbi debuit, fuerit coronatus, cum Tarantasiensis Archiepiscopus, tanquam extraneus & ad quem id minime pertinet, euocatus, et regni præsumpserit imponere diadema. Præterea obiiciebatur eidem quod contra proprium iuramentum, super quo nec consilium a sede apostolica requisierat, regnum sibi præsumpserat vsurpare cum super illo iuramento sedes apostolica prius consuli debuisset, sicut & eam quidam consuluere prudenter, apud quam ex institutione diuina plenitudo residet potestatis. Addebatur etiam contra ipsum quod cum bona memoria Celestinus Papa prædecessor noster ipsum pro temeritate sua excommunicationis sententia publice innodasset, & nuntii nostri, quos pro liberatione venerabilis fratris nostri Salernitani Archiepiscopi quondam in Theutoniam miseramus datam sibi formam a nobis in absolutione ipsius, qui iam in Regem se fecerat nominari, minime seruauissent, contra quam nihil agere poterant, idem profecto & excommunicatus electus fuerat in Regem, & adhuc excommunicationis sententia tenebatur astrictus. Vnde iuxta sanctorum patrum canonicas sanctiones ei qui talis existit non obstante iuramento fidelitatis est obsequium detrahendum. Hoc quoque contra eundem non modicum facere proponebant, quod contra libertatem imperii regnum sibi iure nitebatur hæreditario vsurpare, Vnde si, proui olim frater patri successerat, sic nunc succederet frater fratri, libertas Principum deperiret, cum non per eorum electionem, sed per successionem potius, regnum videretur adeptus; vt cætera benignius taceamus, quæ contra genus ipsius super oppressione tam Ecclesiarum quam Principum opponuntur, ne ipsum persequi videantur. Ipse tamen Philippus ep. CXXXVI. ad Papam plane negat, se vnquam fuisse excommunicatum.

15) OTTO de S. BLASIO *c. XLVI.* CONRADVS VRSPERGENSIS p. 320. *sed genitrix & nutrix omnium malorum discordia noluit quiescere, quin potius Alemannos, qui omnem iustitiam detestantur & odio habent, & tantum bonis & honoribus suis insidiantur ad inuicem: &, quod deterius est, his deficientibus execrabilibus se occidunt vulneribus ad hoc commouit, vt in præiudicium dominationis antiquæ & generationis in regno diuturnæ, condicerent curiam apud Andirnach oppidum Rheni, quatenus ibidem eligerent Imperatorem. Quo audito, Philippus, transmissis illuc legatis, effecit, vt nulla ibidem celebraretur electio. Tum propter sui, & quorundam Principum absentiam, cum propter regiæ generationis non destituendam prosapiam, tum propter iuramenta Principum eidem generationi exhibita. Ideoque plus confidentes in diuitiis, & potentia Coloniensium, illuc conuenticulum suum condicunt, Vbi rursum dominus Philippus nuncios suos transmisit impediens, ne in præiudicium suum qualibet fieret electio. Asserunt etiam quidam, quod propter hoc promissa fuerunt Archiepiscopo Treuirensi duo millia marcharum. Attamen Bertoldus, dux Zaringiæ, tunc denominatus fuit in regem non propter hoc, quod iustus posset esse videri, aut diligere veritatem, cum scriptum sit honor regis iudicium diligit, sed propter hoc, quia pecuniosus videbatur, cum esset auarissimus & omni iniquitate plenus. Videns autem Philippus, quod a tali insolentia nollent cessare Alemanni, ipse cum Principibus sibi fauentibus, conuentum admonuit in oppido Milhusen, vbi a Sueuis, & Saxonibus, & Bauuaris, & Boemis, & Principibus quam pluribus Rheni eligitur in Regem.* Et paullo post: *attamen cum præfatus Dux Zaringiæ diffidere cepisset de expensis, ad oblinendum imperium necessariis, rediit ad gratiam regis Philippi, accepitque ab eo beneficia, quæ sibi conferre curauit & hominium sibi fecit, & fidelitatem & vades, scilicet nepotes suos, quos apud Coloniam pro expensis obligauerat, non absoluit.* Optime negotium omne exponit GODEFRIDVS, dicens: *anno dominicæ incarnationis MCXCVIII. Werra magna & dissensio nimis timenda oritur inter Principes Teutonicos de imperio. Nam Coloniensis & Treuirensis Archiepiscopi electionem Regis sui iuris esse firmantes, habito consilio apud Andernacum cum Bernhardo Duce Saxoniæ, & aliis Episcopis, & Comitibus & nobilibus plurimis, curiam omnibus Principibus in Colonia habendam præfigunt in Dominica Oculi mei euocantes eodem & Ducem Zaringon Bertolfum, quem ipsi etiam deliberauerant Regem creare. Ad quam curiam cum pauci occurrerent, & ideo tale negotium ad effectum non possent perducere, nunciatur eis, orientales Marchiones cum Duce Saxoniæ Bernhardo, & Magdaburg. Archiepiscopo & aliarum superiorum partium principibus, ad electionem noui Regis Erpford conuenisse. Qui mox Herimannum Monasteriensem Episcopum, & alios honoratos viros, ad eosdem qui conuenerant Principes miserunt rogantes, ne absentibus eis aliquam electionem celebrarent, sed ad aliquem denominatum locum eis occurrerent, electuri cum eis idoneum & dignum Deo Imperatorem & aduocatum Ecclesiarum. Dum ergo iam dicti nuncii ad eandem curiam venissent, cognouerunt illos in Philippum Ducem Sueuiæ Imperatoris fratrem concordasse, & eum in Regem elegisse. Vnde moti redierunt, & Episcopis, quæ facta fuerant, retulerunt. Qui vehementer indignati, eo quod nunquam aliquis Rex in Saxonica terra electus ab his Principibus fuisset, mox Duci Bertolfo de Zaringen fidem fecerunt, quod ipse repatrians exercitum secum duceret, & statuto sibi die Andernacum rediret, cum ibi remota omni dubitatione Regem crearent. Hoc & ipse promisit, & iurauit, & insuper obsides dedit. Designato igitur die cum apud Andernacum ab Episcopis & omni multitudine cum apparatu & desiderio maximo expectaretur, ecce rumor pessimus, & eius ignauia dignus intonuit, Ipsum scilicet cum Duce Sueuiæ concordasse, vt ipse & regno & electioni renuntiaret, XI. millia marcarum & ducatum ab eo accepisse. Hic ergo rumor & inhonestus euentus primores inferiorum partium grauiter afflixit, eo quod indignum sibi & intolerabile videretur, si contra suam voluntatem Philippus Dux regnasset. Constat tamen, quod ipse nuncios ad Archiepiscopum Coloniensem cum precibus transmisit, multa offerens, sed plura promittens, si ad suam electionem animum vellet inclinare. Sed Episcopus hoc sibi tutum non credens vel honestum, hoc facere penitus recusauit: habitoque consilio Ottonem comitem Pictauiæ filium Heinrici quondam Ducis Saxoniæ in Regem eligit.* Extat de eo epistola Papæ ad Ducem n. XLIII.

16) Patet hoc ex Epistola CXXXVI. in qua ipse electionem suam significat Philippus & ep. XIV. qua Innocentio III. Philippi electionem significabant, in cuius initio etiam Germaniæ Principes recensentur, qui Philippum elegerint, *Magdeburgensis,*

phum, & Henricum Palatinum, vt imperium in Ottonem, Henrici Leonis filium transferrent, id quod etiam Coloniæ factum: 17) approbante electionem legato pontificis, Guidone Episcopo Prænestino, ipso etiam Pontifice Innocentio III. 18) licet iste a paucioribus fuerit electus. 19) Otto igitur ab Adolpho Coloniensi, Aquisgrani, (quam vrbem Sueuicæ domui fauentem, non nisi cum magna difficultate & impensa septuaginta millium marcarum obtinuit,) IV. Nonas Iulii 1198. fuit coronatus, 20) dum prius iuramento

sis, Treuirensis, Bisuntinæ sedis Archiepiscopus, Ratisponensis, Frisingensis, Augustensis, Constantiensis, Eistedensis, Wormatiensis, Spirensis, Episcopus, Brixiensis electus, Hildesemensis Episcopus imperialis aulæ Cancellarius; Abbas Fuldensis, Hersueldensis, de Tegerse, Elwacensis, item Rex Boëmiæ, Dux Saxoniæ, Bawariæ, Austriæ, Meraniæ, Lotharingiæ, Marchio Missenensis, Brandenburgensis, Morauiæ, de Rumespere, aliique totius Alemanniæ nobiles. In fine litterarum plures adduntur, qui per nuntios & litteras in electionem consenserint, fidelitatem Philippo fecerint & hominium. Sed respondet Pontifex *ep. XV.* reprobando Philippum. Quam contrarius autem Philippo fuerit Papa, patet ex CONRADO VRSPERGENSI qui *p. 319.* dicit: *audiui etiam eo tempore, quod tamen difficile est relatu, & vix credendum, quod direxit idem Papa, quoniam ablaturus esset Philippo diadema regium, aut ipse sibi Papæ insigne Apostolicum.*

17) ARNOLDVS LVBECENSIS VI. cap. I. *deficiente Imperatore glorioso Henrico, per quem Deus terminos Imperii multum dilatauerat, neglecta fide, siue electione, in Filium ipsius facta, duo soles i. e. Reges, exorti sunt, qui, radiis inuicem discordantibus, Romani Imperii fines non modice perturbant. Siquidem Colonia Agrippina, in regnis inclyta, Colloquio celebrato cum Regni Primatibus, de electione noui Regis, tractare cœpit. Huic colloquio intererat Adolfus, Coloniensis Archiepiscopus, Conradus Moguntinus, qui tamen præsentialiter aberat, transmarinis negotiis, vt prædictum est, occupatus, cuius vicem in omnibus negotiis ordinandis, ipse Coloniensis tenebat, nec minus Dominus Treuerensis talibus se negotiis non absentabat. Intererat quoque Palatinus de Rheno, Henricus, cum multis nobilibus, qui omnes, vnanimi consensu, Othonem, Henrici, Nobilissimi Principis & Ducis Filium, in Pictauio adhuc constitutum, in Regem & Romani Imperii Principem elegerunt, missisque Legatis, eum, cum summo honore, Coloniam vsque perduxerunt. Nec defuit, inter ista, beneuolentia Auunculi sui, Richardi, Regis Angliæ cum maximis copiis thesaurorum, ad tantam vocationem eum amplissime promouendo.* OTTO de S. BLASIO *c. XLVI.* GODEFRIDVS, ALBERTVS STADENSIS, ALBERICVS, ROBERTVS de MONTE, CHRONICON BIGAVGIENSE, CHRONICON AVGVSTANVM, MONTIS SERENI, CONRADVS VRSPERGENSIS, ROGERIVS HOVEDENVS *ad a. 1198.*

18) Qua ratione Principes ad concordiam primum reducere tentauerit Innocentius, patet ex *lib. II. ep. CCXCIV.* Electionem suam Papæ significat Otto in Registro Innocentii *ep. III.* Idem faciunt Rex Angliæ & Germaniæ Principes *epist. IV. V. VI. VII. VIII. IX. X.* Quod vero Papa Ottoni fauerit, eiusdemque electionem approbauerit, patet ex epistola *XI. XXIX. XXXI. XXXII. LI. LII.* Cur autem ipsi fauerit, patet ex fine epistolæ *XXXIX.* vbi scribit: *Cum Otto & per se deuotus existat Ecclesiæ, & ex vtraque parte trahat originem ex genere deuotorum, ex parte matris de domo Regum Angliæ, ex parte patris de prosapia Ducum Saxoniæ, qui omnes Ecclesiæ fuere deuoti, & specialiter Lotharius Imperator proauus eius, qui bis pro apostolicæ sedis honore Apuliam est ingressus, & in obsequio Ecclesiæ Romanæ incessit, ei manifeste fauendum, & ipsum recipiendum in Regem, & præmissis omnibus quæ pro honorificentia Ecclesia Romana debent præmitti, ad coronam Imperii euocandum.* Idem repetit *ep. XXXII. XXXIII.* OTTO de S. BLASIO c. XLVIII. *igitur Innocentius Papa Philippo iam antea offensus, eo quod in Tuscia existens quoddam patrimonium S. Petri inuaserat, ipsum in Regem eligere non consentit, sed Ottoni fauens ipsum in defensorem Romanæ Ecclesiæ collaudauit.* Principes autem, qui Philippo fauebant, *epistola LXI.* de eo conqueruntur, quod Prænestinus Episcopus, Papæ legatus, se electioni immiscuerit.

19) Testatur de eo Innocentii III. epist. XXI. *ceterum proponebatur pro altero, quod ab eo qui potuit, & vbi debuit fuerat coronatus, cum a venerabili fratre nostro Coloniensi Archiepiscopo ad quem id pertinet, apud Aquisgranum in solio augustali fuerit inunctus & coronatus in Regem. Sed opponebatur eidem quod pauciores eum Principes sequerentur,* epist. XXIX. dicens: *de Ottone videtur quod non liceat ipsi fauere, quoniam a paucioribus est electus; quod non deceat, ne videamur, non ob gratiam eius, sed alterius odium, ipsi fauorem apostolicum exhibere, quod non expediat, quia respectu alterius videtur pars eius debilis & infirma. Verum cum tot vel plures ex his ad quos principaliter spectat Imperatoris electio in eum consensisse noscantur quot in alterum consenserunt, cum minus idoneitas seu dignitas electæ personæ, imo plus quam eligentium numerus sit in talibus attendendus, nec tantum pluralitas quoad numerum, sed salubritas quoad consilium in eligentibus requiratur.* Quinam vero Ottonem elegerint, patet ex Principum istorum litteris ad Innocentium III. quæ inter alias *n. X.* reperitur: & apud SCHATENIVM *Ann. Paderborn. lib. IX. p. 917. ego Adolfus Coloniensis Archiepiscopus elegi & subscripsi. Ego Gerardus Indensis Abbas elegi & subscripsi. Ego Heribertus Werdensis Abbas elegi & subscripsi. Ego Henricus Dux Lotharingiæ, qui & Brabantiæ, Marchio Romani Imperii elegi & subscripsi. Ego Henricus Comes de Kuke consensi & subscripsi. Ego Bernhardus Padeburnensis Episcopus elegi & subscripsi. Ego Thietmarus Mindensis Episcopus elegi, & consecrationi cooperatus sui. Ego Widikindus Corbeiensis Abbas elegi & subscripsi.*

20) ARNOLDVS LVBECENSIS lib. VI. c. I. *confirmataque electione Regis Othonis, ipse, collecto robore militum, aspirantibus suis Electoribus obsidione maxima, Aquisgranum vallauit, quæ, contra eum fidem adhuc seruans Imperatori mortuo, siue ipsius fratri Philippo, nimis obstinata erant. Quam tamen, non sine difficultate, expensis plurimis, septuaginta videlicet marcarum millibus violenter obtinuit, vnctusque in Regem ab Adolfo, memorato Archiepiscopo, in sedem Imperii est sublimatus, & Romanorum Augustus salutatus. Talis igitur electio, siue Regis ordinatio, per legatos honoratos, a Domino Coloniensi, siue ab aliis Archiepiscopis, & Principibus primoribus, Domino pontifici insinuata est, omnibus obnixe postulantibus, vt electionem, siue ordinationem Regis Othonis approbaret, ipsamque sua auctoritate confirmaret. Qui nimis gauisus est, & non solum ipsius electionem approbauit, sed ipsum Othonem Imperio dignissimum iudicauit, eumque, filium suum dilectum declarauit, missisque Epistolis, omnibus Prælatis, Archiepiscopis, Episcopis, Abbatibus, Regalia tenentibus, obtentu obedientiæ, vt Regi electo seruirent, mandauit.* GODEFRIDVS, ALBERICVS

mento promisisset, se iura Romanæ Ecclesiæ esse conseruaturum, & iuri successionis in bona mobilia Prælatorum & Episcoporum esse renuntiaturum. 21) Clerum etiam potissimum sibi habebat fauentem, eo quod Papa nullum Prælatum confirmaret, nisi Ottonis partibus accederet. 22) Pro Ottone igitur faciebat, quod a Coloniensi & Palatino electus. Iste quidem Ottoni fauebat, ob Ducatum Angariæ, atque Westphaliæ confirmatum, & allodium Imperii Salfeld ipsi concessum, Palatinus vero frater erat Ottonis. Deinde a Papa ob iuramentum ipsi præstitum, ius manus mortuæ & terras Mathildianas concessas, confirmatus, Aquisgrani coronatus, & quod Clerus ipsi faueret. Philippus vero a maiori parte, etiam prius quam Otto fuerat electus. Isti vero obiiciebatur, quod a Cœlestino fuisset excommunicatus, ipsi Imperium minus conueniret, loco insolito, Moguntiæ, nec a quo debuit fuerit coronatus, occulte absolutus. Licet hæc potissimum subfuerit ratio, quod domus Sueuicæ potentiam Papa metueret. Philippus autem, cui pleraque pars Imperii fauebat, apud Moguntiam omnium consensu atque fauore, postquam a Pontificis legato Sutrino episcopo a banno esset absolutus, a Tarantascensi Archiepiscopo dum nullus Germaniæ Episcoporum id facere tentaret, in Regem fuit consecratus. 23) Licet Pontifex hanc absolutionem non publice, sed occulte, nec præstito iuramento, secundum formam ecclesiæ, sed promissione saltim per stolam, nec liberato prius, quod postu-

RICVS *ad a.* 1198. CONRADVS VRSPERGENSIS *p.* 321. Extat in Registro Innocentii III. de negotio Imperii epistola X. qua electionem & coronationem Papæ nuntiant Principes cum ipso facientes, & XXXII. ad Ottonem scripta, qua ipsius approbat electionem. Epistola XXXIII. ad vniuersos tam ecclesiasticos quam seculares Principes Alemanniæ, qua Innocentius huius approbat electionem. Vid. etiam ROGERIVS HOVEDENVS *ad a.* 1198. GESTA INNOCENTII n. XXII. *Coloniensis autem Archiepiscopus & quidam alii Principes tam ecclesiastici quam seculares, videntes se in electione Philippi fuisse contemptos, vocauerunt Othonem filium quondam Henrici Ducis Saxoniæ, Comitem Pictauensem, & apud Coloniam elegerunt in Regem; eumque Coloniensis Archiepiscopus coronauit solemniter Aquisgranis; & sic facta est diuisio in Imperio longo tempore duratura. Nam Othoni adhæserunt Coloniensis Archiepiscopus, & suffraganei vniuersi. Præterea Cameracensis, & Padeburgensis, & illi deseruientes Episcopi. Nec non Bremensis Archiepiscopus, Dux Louaniæ, Dux Lumburgo, Comes Palatinus Rheni, Lantgrauius Thuringiæ, multique Comites, itaque terram obtinuit vltra Mosellam a Cameraco vsque Vidanampene totam. Philippo vero reliqua terra cum ceteris Principibus se submisit; quamuis nec isti nec illi firmiter adhærerent, sicut ex post facto patebit.* Diem coronationis docent Tabulæ desuper confectæ apud MEIBOMIVM *in Apologia p.* 117. in cuius fine hæc verba habentur: *Datum apud Aquisgranum quarto nonas Iulii, per manum Godefridi Capellani, in die scilicet coronationis Domini Ottonis, quarti Regis Romanorum feliciter. Amen.* Dum itaque Adolphum Coloniensem sibi haberet fauentem, ipsi non solum Angariæ atque Westphaliæ Ducatum confirmat, sed etiam allodium in Salfeld, quod Imperii olim, concedit, prout Diploma testatur apud SCHATENIVM *lib. IX. p.* 915. AEGIDIVM GELENIVM *Magnitud. Vrbis Coloniæ Historia Engelberti lib. I. cap. III.* Vid. etiam dissertatio nostra *de allodiis* §. *XIX.*

21) Extant Ottonis Litteræ ad Papam in Registro Innocentii III. *n. III.* in quibus hæc verba: *cupientes igitur gressus nostros ab ipso dirigi per quem Reges regnant & potentes scribunt iustitiam, dignum duximus ipsa electionis nostræ hora iuramento firmare quod possessiones & iura Romanæ Ecclesiæ aliarumque Ecclesiarum imperii firma & illibata seruabimus, & quod consuetudinem illam detestabilem, qua Episcoporum, Abbatum, Principum de hac vita migrantium bona tempore mortis relicta quidam nostri antecessores hactenus occupabant, omnino imposterum dimittemus, & de beneficentia nostra Principibus ecclesiasticis in perpetuum relaxamus.* Repetit hoc Adolphus Coloniensis Archiepiscopus in litteris ad Papam *ep. IX.*

22) ARNOLDVS LVBECENSIS VI. c. II. *Apostolicus Othonem constanter firmabat, Prælatos auctoritate sua ei subdebat, Archiepiscoporum nullum pallio pontificali induebat, nisi Othonem omni fidelitate deuotionis honoraret. Sicque fit, vt clerus ex magna parte pastoris timens sententiam, Othoni faueret. Philippus autem fastu seculari sublimatus, in temporalibus magis præualebat: quamuis nonnulli Pontificum, neglecto mandato Apostolici, quibusdam tergiuersationibus seruire Othoni dissimularent: quidam vero palam ei contradicentes, vsque in finem vitæ inobedientes perseuerare non timerent.* CONRADVS VRSPERGENSIS p. 321. *vix enim remansit aliquis Episcopatus, siue dignitas Ecclesiastica, vel etiam parochialis Ecclesia, quæ non fieret litigiosa, & Romam deduceretur ipsa causa, sed non manu vacua.*

23) ARNOLDVS LVBECENSIS VI. c. II. *inter hæc Philippus, qui Imperialia tenebat, fratri succedere aspirabat, quem multorum copia iuuabat Saxonum, Francorum, Sueuorum, Bauarorum, vtpote qui omnia loca munita, Ciuitates, Castra, tenebat, & cum sola Colonia, & pars quædam Westfaliæ, Othoni faueret, totum robur Imperii Philippo adhærebat. Coadunata igitur multitudine Prælatorum & Principum de Franconia, Saxonia Sueuia, Bauaria, Turingia, apud Moguntiam, consensu & fauore omnium, in Regem est electus, & a Domino Tarentino Archiepiscopo, consensu Cleri & conniuentia Capituli Maioris, sine præiudicio Domini Moguntini, Conradi, qui vt sæpe dictum est, tunc aberat, cum magna solennitate Rex consecratur, & Romanorum Augustus salutatur. Ibi quoque Regina regio diademate non tamen coronata, sed circulata processit, quæ, de Græcia oriunda, Philippo nupserat, & eius dignitatem non modice in suis partibus auxerat.* GESTA INNOCENTII III. n. XXII. *Post modicum autem idem Philippus fecit se inungi & coronari, non Aquisgrani, sed Moguntiæ, nec a Coloniensi Archiepiscopo, sed a Tarantiensi, quia nullus Archiepiscoporum Theutoniæ id facere attentauit. Sed nec aliquis Episcoporum qui fuerunt in illa coronatione præsentes, pontificalibus indui præsumpserunt, præter solum Sutrinum, qui ad illud fuerat destinatus.* Papa tamen Tarantasiensem Archiepiscopum ideo Romam citat, quod falcem in alienam messem misisset. Licet hanc Philippi absolutionem improbet Innocentius Papa *ep. XXI. XXIX. & LXII.* Extant litteræ quorundam Principum Germaniæ, fauentium partibus Philippi inter alias Innocentii epistolas epistola *LXII.*

24) Pater

postulauerat Papa, Archiepiscopo Salernitano, facta criminaretur, 24) ideoque Episcopus Sutrinus ab Episcopatu suo fuit depositus. 25)

§. IV. Ottone interim Aquisgrani sedente, & exercitum contra Philippum congregante, Philippus astutia magis quam congressionibus vincere studens, 26) regalia quæ a fratre suo acceperat, tenens, nomen regium sibi adscribit, & apud ciuitatem Vangionum in albis paschalibus coronatus progreditur. 27) Omnesque thesauros fratris sui, possessionesque prædiorum, aliorumque fratrum suorum, ditissimorum videlicet Principum, ipsorum hæres, solus obtinens, Principes Ottoni fauentes, quosdam minis, quosdam promissis & donis, in suas partes transduxit, & innumeras expeditiones sæpissime contra Ottonem promouit, ciuitates, castellaque per diuersa loca expugnans, rebellantes vndique ad deditionem coëgit. 28) Ducem quoque Bohemiæ Premislaum sibi allicit, eique vt fauorem eius & opem propensius habeat, nomen Regium indulget: quem & in præsentia sua consecratum Bopardiæ coronari consentit, 29) Papa tamen hoc minime adprobante. Tota igitur curia Imperialis & officiales Imperii adhæserunt Philippo, cum Principibus quam plurimis. 30) Ducatum etiam Sueuiæ dissipat, dum militibus ac ministerialibus suis prædia, ciuitates & castella concederet, vt nihil sibi remaneret præter inane nomen dominii terræ. 31) Ex quo tanta incrementa cœpit Nobilitas

24) Patet hoc ex epistola Innocentii III. XXI. & XXIX. præcipue ex Gestis Innocentii n. XXII. vbi dicitur: *quia vero Celestinus Papa prædecessor suus excommunicauerat præfatum Philippum Ducem Sueuia, dum esset Dux Tusciæ, propter inuasionem & deuastationem apostolici patrimonii, & excommunicationem illam publicari fecerat etiam Henrico Imperatori, hanc formam dedit super ipsius absolutione, præfato Episcopo & Abbati, vt quia superioris sententia per minorem relaxari non potest, & ob hoc oporteret eundem Philippum accedere ad sedem apostolicam absoluendum ipsi tamen hoc modo remitterent ei laborem itineris, si præfatum Archiepiscopum liberaret, & recepto secundum formam Ecclesiæ iuramento, quod super omnibus, pro quibus excommunicatus fuerat, mandatis apostolicis obediret, absolutionis ei beneficium exhiberent. Illi ergo in Theutoniam procedentes inuenerunt supradictum Philippum a quibusdam Principibus electum in Regem. Qui Guarmatiam ad ipsos accedens, de facto se fecit absolui, non publice sed occulte, nec præstito iuramento secundum formam ecclesiæ, sed promissione facta per stolam.* Hæc autem absolutio per stolam, fiebat prout excommunicatio, manu admota ad stolam, quam in læuo habebant humero Episcopi. Vide du FRESNE voce *sub stola excommunicare.*

25) GESTA INNOCENTII III. n. XXII. *vnde cum ad summi Pontificis præsentiam rediisset, veritate per propriam confessionem comperta, tum de forma neglecta, tum de præsumptione commissa, fecit eum extra suum episcopatum vsque ad finem vitæ manere.*

26) ARNOLDVS LVBECENSIS lib. VI. c. II. *Otto potens erat viribus, audax animo, rugiens vt catulus leonis suscitatus ad prædam, ad bella paratus, aut vincere aut vinci, affectabat. Philippus vero, cui plus roboris erat, astutia magis, quam congressionibus vincere studebat.* Quod autem Otto de magno exercitu congregando fuerit sollicitus, patet ex Philippi Notarii Epistola ad Papam in Registro Innocentii *n. LII.* in qua hæc verba: *omnes etiam amicos suos & consanguineos inuitauit ad bellum, ita quod, sicut publice dicitur, Dominus Rex tam cum Duce quam cum Domino Coloniensi & Comite Palatino fratre suo, qui in omnibus potior pars consilii Regis & consilii nostri semper existit, & aliis Episcopis, Comitibus & magnatibus terræ in expeditionem producet centum millia armatorum;*

27) GODEFRIDVS ad a. 1198. *prædictus itaque Dux* (Philippus) *causam suam agens, & vt necessitas eum compulit, ab omnibus auxilium petens, omnes pene Principes muneribus sibi conciliat, vrbes regias suscipit, fidem sibi fieri ab omnibus iubet nomen Regium sibi ascribit, & apud ciuitatem Wangionum in albis Paschalibus coronatus progreditur.*

28) Verba sunt OTTONIS de S. BLASIO, CONRADVS VRSPERGENSIS *p.* 319. Sic ipse Philippus in litteris ad Papam gloriatur ep. CXXXVI. *indubitanter enim credere potestis, immo vere scire quod tunc inter omnes Principes imperii nullus nobis fuerit ditior, nullus potentior, nullus gloriosior. Habuimus enim tot ministeriales, quod nos eos sub aliquo certo numero vix comprehendere potuimus. Habuimus castella, ciuitates, villas, burgenses ditissimos. Habuimus pecuniam multam nimis in auro & argento, in multis gemmis pretiosis. Habuimus etiam in potestate nostra sanctam crucem, lanceam, coronam, indumenta imperialia, & omnia insignia imperii. Benedixerat quoque nobis Deus in multis bonis, & crescere fecerat & auxerat domum nostram! Hereditas enim multa ceciderat nobis in præclaris; ideoque necesse nobis non fuit, vt nos ambitiose laboraremus pro imperio obtinendo.* Licet autem Philippus regalia haberet, gloriabatur tamen Otto se iura & loca regalia tenere.

29) GODEFRIDVS *ad a.* 1198. ARNOLDVS LVBECENSIS VI. c. II. *Boiemo etiam maior dignitas accessit, vt cum antea Ducatum teneret, titulo regio a Philippo sublimatus, ibi & ipse procederet coronatus, & gladii regii baiulus.* FRAGMENTVM HISTORICVM *ad a.* 1198. CHRON. AVGVSTANVM *ad a.* 1205. AENEAS SYLVIVS *Hist. Bohem. c. XXVI.* GOLDASTVS *de R. Bohemia lib. III. c. X.* Reprehendebatur tamen de eo a Papa in epistola *XLIV.* quæ ita incipit: *etsi commendabilis in eo videaris, quod ad honoris & dignitatis tuæ profectum & augmentum intendis, reprehensibilis tamen appares ex eo quod ab eo imponi tibi petisti regium diadema qui nondum legitime dignitatem regiam est adeptus. Qualiter enim posset nobilis vir Philippus Dux Sueuia conferre alii, quod nondum ipse accepit, cum non colligantur de spinis vua nec de tribulis ficus, nec sit facile sugere mel de petra vel oleum de saxo durissimo, tua nobilitas satis intelligit per se ipsam.* Registrum Innocentii III. epist. XLIV. Papa Premislaum admonet, *vt ab Ottone opportuno tempore coronando imponi sibi postulet regium diadema.* Vid. etiam CHERVBINI *Bullarium Magnum Tomo I. p.* 1109. Et licet iam Vratislaus ab Henrico IV. regium titulum fuisset adeptus, Ladeslaus a Friderico Barbarossa, personalem tamen hunc fuisse, facile patet.

30) CONRADVS VRSPERGENSIS *p.* 321.

31) CONRADVS VRSPERGENSIS p. 324. *hic cum non haberet pecunias quibus salaria siue solda præberet militibus primus cœpit distrahere prædia, quæ pater suus, Fridericus late acquisierat in Alemannia: ita, vt cuilibet Baroni siue ministeriali villas, seu prædia rusticana, vel ecclesias sibi contiguas obligaret. Sicque factum est, vt nihil sibi remaneret*

tas Sueuica, quæ etiam tot terras possidet, tot allodia. Philippus etiam Franciæ Rex ipsius partibus fauebat. 32)

§. V. Grauis exinde orta fuit discordia, bellumque intestinum. Philippus itaque prudenti vsus consilio, censuit primum eos, qui viciniores erant, bellis atterere, & suo dominio subiugare. Quo circa adunato exercitu, Alsatiam petiit, in qua prouincia terras inimicorum vastauit. Inde ad obsidionem Argentinensis vrbis properans, ciues adegit, vt ei fidelitatem iurarent. Otto quoque vna vice cum exercitu ascendit vsque ad Spiram, sed compulsus rediit ad partes inferiores. 33) Frequenter commissæ sunt pugnæ inter eos, maxime circa Mosellam fluuium, & Otto semper fugatus. 34) Inter hæc venit Rex Otto versus Saxoniam, tendens Goslariam, eam & adiacentes ciuitates expugnare aggressus, superueniente Philippo Rege, a proposito cessare coactus est. 35)

§. VI. Anno 1199. Conradus Moguntinus ab Italia veniens, vt discordiam sedaret, Bopardiæ conuentum indixit, cui interesse debeant ab vtraque parte principes, sed frustraneo cum conatu. 36) Hoc paullo post defuncto, Schisma in ecclesia Moguntina fuit exortum. Philippi siquidem fautores Lippoldum ecclesiæ Moguntinæ præficiunt, ecclesiastici vero viri sententiam Papæ timentes, ad tantam dignitatem Sifridum elegerunt. Ille Imperialia a Philippo tenens, ciuitatibus & castris militari manu longe lateque præualebat, iste spiritualibus confirmabat, sibi subditos quiete regebat. 37)

§. VII. Philippus interim in Saxoniam veniens, Brunsuicum a. 1199. obsidet, ab Ottonis fratre, Henrico Palatino constantissime defensum, ita, vt obsidionem soluere cogeretur. 38) Sequenti anno 1200. Premislaus, 39) Bohemus, legitimam suam repudians, aliam de Vngaria duxit vxorem. Vnde commotus repudiatæ frater, Theodoricus, Misniæ Marchio, vna cum Duce Bernhardo, qui Philippi regis familiares fuerunt, hoc apud ipsum obtinuerunt, vt regnum Bohemiæ Premislao adultero auferret, & ad Theobaldum puerum, qui tunc Magdeburgi studebat, Theobaldi filium, transferret. Quod & factum est. Vnde commotus Boiemus, a Philippo alienatus, Lantgrauio Thuringiæ, Her-

neret præter inane nomen dominii terræ, & ciuitates seu villas, in quibus fora habentur & pauca castella terræ.

32) REGISTRVM INNOCENTII III. Ep. XIII. *porro de Philippo Rege Alemanniæ noverit sanctitas vestra, quod si aliquando pater eius vel frater Romanam Ecclesiam in aliquo offenderint, nos dolemus. De querelis autem quæ inter Ecclesiam & imperium diutius actitatæ sunt, prædictus Rex Alemanniæ Philippus consilio nostro, sicut asserit, paratus est acquiescere, & pro vestra gratia & Ecclesiæ obtinenda in terris, castellis, possessionibus, pecunia etiam competenti, de consilio nostro se perpetuo fœdere vobis & Ecclesiæ obligare. Quod si ipse in hoc consilio nostro non acquiesceret, ipse nos nullatenus amicum inueniret.*

33) CONRADVS VRSPERGENSIS *p.* 321.

34) CONRADVS VRSPERGENSIS *l. c.* GODEFRIDVS *ad a.* 1198. ARNOLDVS LVBECENSIS *lib. VI. c. II.*

35) GODEFRIDVS *ad a.* 1198.

36) GODEFRIDVS ad a. 1199. *eodem anno descendit Conradus Moguntinus Archiepiscopus ab Italia, & cum eo Bonifacius Marchio de Monteferreo, vt discordiam quæ in regno orta fuerat ex electione Ottonis & ducis Philippi sedarent: & si nequirent istud efficere, vt alteruter eorum cessaret, ex consilio Principum per quinquennium pax firmaretur, & hoc elaboraretur, vt alter cederet. Sed quid intenderint, vel quid contulerint cum Philippo, licet non innotuerit, Rex Otto inuitatus a Marchione, vt Bopardiam veniret, renuit, quoniam quidem dedecorosum arbitratus est, si vllo pacto regno cederet, cum legitime in Regem consecratus esset.* Plenius de hoc conuentu agit OTTO in epistola XX. ad Innocentium, scribens: *ad hoc etiam Moguntinensem Archiepiscopum elaborasse nostrosque consensisse iuxta admonitionem vestram, vt colloquium esse debeat inter Andernacum & Confluentiam in proxima sexta feria post festum beati Iacobi Apostoli, vestram nolumus latere pietatem; in quo debent conuenire, secundum quod inter eos condictum est, ex parte nostra Coloniensis Archiepiscopus, Monasteriensis Episcopus, Leodiensis electus, Traiectensis Episcopus, Paderburnensis Episcopus, Abbas Corbeiensis, Dux Brabantiæ & Comes Flandriæ; ex parte vero Ducis Sueuiæ, Salzburgensis Archiepiscopus, Episcopus Frisingensis, Episcopus Basiliensis, Argentinensis Episcopus, Treuerensis Archiepiscopus, Dux Meraniæ, Marchio, Corradus de Landisberc, B. Dux Ceringiæ, & ipse Moguntinus tanquam mediator, qui huic rei hactenus sollicitudinem quam potuit, impendit. Qui Principes finaliter de facto imperii in eo colloquio tractare debent & præsentibus dissidiis omnino finem imponere, & quod a maiori parte ipsorum de corona Romani Imperii statutum fuerit, hoc ab ipsis cæterisque Alemanniæ Principibus inuiolabiliter volunt obseruari.* Sic etiam de eodem agit Papa in *ep. XXII.* ad Moguntinum *ep. XXX.* ad Coloniensem Archiepiscopum & *ep. XXXII.* & *XXXIII.* ad Principes Germaniæ.

37) ARNOLDVS LVBECENSIS *VI. c. III.* GODEFRIDVS *ad a.* 1200. CONRADVS VRSPERGENSIS *p.* 322. In *epistola LVII.* Sifridi confirmationem petit Otto, Sifrido se adhærere testatur Papa *ep. LXXXV.* & Cardinales *ep. LXXXVI. CXXXVII. CXXXVIII. CXXXIX.* Philippus desuper se in litteris ad Papam *ep. CXXXVI.* excusat & Luipoldum relicturum adfirmat.

38) GODEFRIDVS *ad a.* 1199. ARNOLDVS LVBECENSIS *lib. VI. c. V.* SCHATENIVS *Annalibus Paderbornensibus ad a.* 1199.

39) Verum nomen erat Premislaus: ast ARNOLDVS LVBECENSIS, qui hanc rem libro VI. c. V. narrat, eundem Odackerum vocat. Rationem mutati nominis reddit DVBRAVIVS *Hist. Bohemica lib. XV. p.* 391. dicens: *quibus adeo Rex se expugnari passus est, vt cum Theoderico etiam Misniæ Marchione, qui Philippi adhærebat factioni, affinitatem dirimeret, facto cum sorore eius diuortio, sub sterilitatis prætextu, illaque in Misniam remissa, vt nouis in Bohemia nuptiis locum euacuaret, quas paulo post Rex cum Constantia, Belæ Regis Pannoniæ filia, contraxit, Romani Pontificis assensu, quem per Otthonem, Innocentio tunc adhuc acceptum obtinuit, in tantamque gratiam se apud eundem Otthonem posuit, vt cum Saxones Premislaum laudantes, identidem sua voce repeterent, Otthisgar, hoc est, Otthoni totus deditus, quod Bohemi non intelligentes, putabant nouum Premislao a Germanis indi voca-*

Hermanno, qui ab Ottone villas regias, Northusam, & Mulhusam acceperat, 40) confœderatus est, qui contra Philippum sentientes, multa contra eum machinari cœperunt. Inde Philippus Thuringiam inuadit. 41)

§. VIII. Anno 1201. venit Coloniam circa festum apostolorum Petri & Pauli, Guido Cardinalis, Prænestinus Episcopus, a sede missus Papali, Philippum & quoslibet eius fautores excommunicatos pronuntians, atque ad diem determinatum omnes episcopos regni Teutonici, ad colloquium inuitans, vt obedirent Ottoni, præcipiens, nolentes autem obedire excommunicans. 42) E contrario Otto singulari iuramento fidem Papæ promittebat & obedientiam, restitutionem etiam terrarum Mathildis aliarumque. 43) Otto etiam a. 1202. cum Adolpho Coloniensi, atque aliis quibusdam Principibus apud Traiectum de reipublicæ negotiis diuersis habuit colloquium. 44) Philippus vero a. 1203. Thuringiam intrat, vt Hermannum Landgrauium humiliaret, sed dum Palatinus & Rex Bohemiæ ipsi in auxilium venirent, Erfurtum se contulit, quam vrbem obsidens Landgrauius, vt Philippus vix euaderet. 45) Otto etiam Merseburgi a legato Papali, Episcopo Prænestino secunda vice fuit coronatus, qui ibidem Premislaum Bohemum, fidelitate promissa, in Regem fecit coronari, qui etiam vna cum Hermanno, Thuringiæ Landgrauio, Ottoni fuit confœderatus. 46)

§. IX. Insequenti anno 1204. Thuringiam iterum inuadebat Philippus, Weissenseam obsidebat, & Hermannum Landgrauium eo adigebat, vt ipsi supplex fieret & gratiam peteret. 47) Bohemum etiam fugauit, & dimidia Ducatus parte mulctauit. 48) Inde Henri-

vocabulum, vocarique Ottogarum, nec aliter posthac quam Otthogarum cognominabant.

40) ENGELHVSIVS *Chronico p.* 1112.

41) ARNOLDVS LVBECENSIS *VI. c. V.*

42) GODEFRIDVS *ad a.* 1201. Facit huc epistola Innocentii *XLVI.* qua ipsum Germaniæ episcopis commendat & *ep. LVI.* ad eum scripta. Conqueruntur tamen de eo Principes Germaniæ Philippi partibus fauentes, in *epistola LXI.* quod Guido iste electioni se immiscuerit.

43) Reperitur hoc iuramentum in REGISTRO INNOCENTII III. *ep. LXXVII.* in quo inter alia: *tibi etiam Domino meo Innocentio Papæ & successoribus tuis omnem obedientiam & honorificentiam exhibebo quam deuoti & catholici Imperatores consueuerant sedi apostolicæ exhibere.* Actum hoc, prout subscriptio testatur: *Nuxiæ in Coloniensi diœcesi anno incarnati verbi MCCI. VI. Idus Iunii.*

44) GODEFRIDVS *ad a.* 1202.

45) GODEFRIDVS *ad a.* 1203. *Philippus Dux Sueuiæ exercitu valido congregato intrauit Thuringiam, vt Herimannum Lantgrauium humiliaret, ea de causa quod ipsum reliquisset, & Sifrido contra voluntatem suam adhæreret & faueret, & quæ in partibus Thuringiæ reditus & iura Moguntinæ essent attinentia, in sui hostis vsus redegisset. Perpendens autem Palatinum Comitem & Regem Bohemiæ cum copioso exercitu illi in auxilium venisse rura quæque proxima incendio consumpsit, & sic profugus cum suis Erpfort se contulit. Quo Lantgrauius comperto, cum Boemo & Palatino, omnique quem contraxerant exercitu, ciuitatem vallauerunt, sperantes illum capere. Philippus autem nocte media cum paucis exiens ad Orientales Marchiones se contulit, vt auxiliis contractis quoquo pacto milites inclusos liberaret. Principes autem eius discessum audientes soluta obsidione, cum nouem diebus ea obsidio viguisset, habito consilio, vt darent ipsi copiam exercitum congregandi, persecuti sunt eum vnanimi consensu, & inuadentes terram Marchionum, omnia rapinis, incendiis, & variis calamitatibus partes illas euerterunt.*

46) GODEFRIDVS ad a. 1203. *His ita patratis, Rex Otto superueniens cum exercitu a cunctis fauorabiliter suscipitur & Boemus fidelitate promissa ab ipso coronatur, & in festo S. Bartolomei Apostoli a Guidone Ecclesiæ Romanæ legato apud Marspurg in Regem solenniter consecratur. Ibi etiam Lantgrauius Ottoni Regi fidelitatem quam pridem fecerat, iterauit & confirmauit, præsentibus omnibus qui tunc aderant Principibus.* Idem dicit Papa in Litteris ad Status Italiæ *ep. XCII.* NAVCLERVS quidem *vol. II. Gen. XLI. p.* 903. hunc locum ita explicat, quasi ipse Otto a legato Papali fuerit coronatus, dicens: *superuenit ea tempestate Otho rex cum suo exercitu, & conuocatis suæ factionis principibus, conuentum in vrbe Mersburg in mense Augusto celebrauit. Nam in eo principum conuentu Hermannus Lantgrauius supradictus & Othocarus Bohemorum rex a Philippo deficientes, propter excommunicationem & mandatum Innocentii summi pontificis, Othoni regi sunt confœderati. Aderat tum etiam Prænestinus episcopus Apostolicæ sedis legatus, Othonem nomine Innocentii in festo S. Bartholomæi iam secundo coronans.* Ast, ex GODEFRIDI loco patet, Ottocarum ab Ottone fuisse coronatum, a Prænestino consecratum.

47) GODEFRIDVS *ad a.* 1204. CONRADVS VRSPERGENSIS *p.* 320. Increpat tamen Papa de eo Hermannum, ipsumque admonet, vt, quia coactus fuerat, ad partes Ottonis redeat, *epistola CXXII.* Idem in *epistola XXVII.* ad Moguntinum facit, vt ipsum inducat, quo aut ad partes Ottonis redeat, aut Northusam reddat.

48) ARNOLDVS LVBECENSIS VI. c. VIII. *post hæc Philippus rex expeditionem secundam in Thuringiam ordinauit, & obsidione maxima ciuitatem Weissensee, quæ in medio terræ Lantgrauii sita erat, vallauit. Cumque per aliquod tempus creuisset obsidio, Hermannus Landgrauius nimis afflictus erat, qui regi resistere non valebat. Venit tamen confœderatus suus Bohemus, auxilium amico laturus. Qui cum esset circa Orlemunde, intelligens virtutem Philippi expauit, & qualiter euaderet, animo tractare cœpit. Contulit tamen dolose cum Conrado Marchione Landespergensi, qualiter ad gratiam regis, ipso mediante venire posset. Cumque Marchio id se agere fideliter spopondisset, dicebat Boiemus, quia tunc tempus instabat prandii: vos ad castra reuertamini: sciatis tamen me finaliter ad gratiam Philippi regis velle venire, & nullo modo hinc recedam, nisi per vos faciem eius videam. Cum igitur Marggrafius ad castra remeasset, ilico Boiemus, relictis omnibus suis cum castris, excepta ferula, qua Boiemi vti solent, ascensis caballis fugam iniit. Quem cum quadringentis viris Otthe, Palatinus de Wittelsbach, persecutus est vsque ad syluam, quæ Behemerwald dicitur. Quod videns Landgrafius magis timuit, & nullum videns subterfugium, nulla prorsus conditione interposita, ad pedes Philippi supplex venit. Qui cum diutius in terra iaceret, & eum Rex de perfidia & stultitia nimis argueret, tandem circumstantium alloquiis admonitus, eum a terra leuauit, & in osculo recepit. Odackerus autem a Philip-*

Henricum Ottonis fratrem minis eo adigebat, vt fratris sui partes derelinqueret. 49) Tandem etiam Guilielmus Iuliacensis Comes, Philippo se iungit, postquam ab ipso Curiam sexcentas Marcas annuas persoluentem accepisset, qui Adolpho Coloniensi Archiepiscopo persuadet, vt contranitentibus licet Coloniensibus, Philippum Aquisgrani coronet, qui ideo Romam citabatur. 50) Adolpho autem non comparente, tres ipsi iudices constituuntur, qui ipsum legitime citatum monerent, vt errori suo renuntiaret, quod si nollet, eum excommunicatum deiicerent, & alium idoneum ecclesiæ præficerent, quod etiam factum, & Bruno Bonnensis præpositus ipsi fuit substitutus. 51) Philippus vero, cum Henricum Limburgensem Ducem, qui Coloniæ præerat, muneribus in partes suas traxisset, Colonienses per insidias cædit, Ottonem Regem ad castrum Wassinburg vsque persequitur, Brunonem Episcopum capit. 52) Colonienses igitur considerantes, sibi totum Imperium aduersari, consilio & auxilio Ducis Brabantiæ, & cæterorum nobilium terræ, Philippum Regem a. 1206. Bopardiæ adierunt, & ibidem reconciliati, gratiam eius meruerunt. Qui etiam postea, misso Spirensi Episcopo, fidelitatis ab eis iuramentum exegit. 53) Ipse a. 1207. Coloniam veniens, maximo honore & fauore, tam a clero, quam

Philippo in tantum est humiliatus, vt dimidietatem Ducatus vix obtineret, reliquam partem Theobaldus supra dictus possideret. Dicit ENGELHVSIVS Chronico p. 1112. *relicto Ottone, adhæsit Philippo, ab eodem Horlam & Ranitz castra in homagium accipiendo.*

49) ARNOLDVS LVBECENSIS lib. VI. c. VI. *Palatinus sane, qui partes fratris instanter iuuabat, continuas minas a Philippo audiebat, quod dignitatem Palatii, quam circa Rhenum habebat, perderet, nisi a fratre recederet. Dicebat enim se nolle tolerare, quod rebus Palatii grauaretur, quas ipse & non alius dispensare videretur. Durum igitur visum est Palatino, vtrobique dispendium pati, in fratris seruitio sua expendere, & neglecto Philippo Palatii dignitatem perdere. In ipso igitur congressionis articulo, frater regis ita locutus est clanculo. Frater, ego quidem tibi seruire dupliciter teneor, & iure consanguinitatis & fide regiæ maiestatis. Vt igitur plenarie tibi possim assistere, æquum est, vt aliquid emolumenti debeam a te accipere. Dimittas ergo mihi ciuitatem Brunschwig & castrum Lichtenberg, vt his munitionibus roboratus, omnibus aduersariis tuis circumquaque resistere sim paratus. His auditis frater Rex non sine indignatione respondit: non sic, frater mi, magis expedit, me primum regni gubernacula potenter possidere, & sic omnia quæ volumus vna mecum æqualiter tenere. Nolo, vt quadam formidine territus, aliqua modo facere videar, quæ forte in posterum quasi pœnitens mutare compellar. Quid plura? siue deliberatione; siue necessitate; Palatinus, relicto fratre, multis mirantibus, vel etiam lacrymantibus, ad Philippum transiit, & Otho in Brunswig rediit:* Hinc Innocentius *ep. CXX.* ad Moguntinum & *CXXI.* ad Henricum: *ad infamiam nominis tui cedit & perpetuum tuæ posteritatis opprobrium quod carissimum in Christo filium nostrum illustrem Regem Ottonem in Romanorum Imperatorem electum fratrem tuum vel nulla vel modica violentia interueniente, relinquens, nobili viro Duci Sueuiæ adhæsisti, & quantum in te fuerat deiecisti eum quem erigere tenebaris.*

50) ARNOLDVS LVBECENSIS lib. VII. c. I. *cum igitur Otho rex Coloniam, vt dictum est, potenter obtinuisset, & amplior ei prosperitas arridere videretur, repente inopina aduersitas contra eum exorta est. Siquidem Comes de Gulike contra eum insidias moliri cœpit, ita vt Philippo regi litteras & nuncios occulte dirigeret, hoc demandans, si ipsum diuitiis & honoribus ampliare vellet, quod non solum omnes Principes, fautores Othonis regis, sed & ipsum Archiepiscopum Coloniensem in suam partem adducere vellet. Qui gauisus est, hoc remandans, vt super hoc negotio ad locum determinatum sibi occurrere vellet. Quod & factum est. Philippus igitur eum sibi sub iuramento arctius astringens, curiam quandam D C marcas persoluentem ei in beneficio concessa, ditatum auro & argento, vestibus pretiosis & equis, ad sua remisit, omnesque ei obsequentes bene induit. Wilhelmus igitur Comes ipsum Archiepiscopum & omnes nobiliores ita præstigiis suis circumuenit, vt omnes Othoni renuntiauerint, & in partem Philippi se inclinarint. Quid plura? præualente Conspiratione, Philippus Aquisgranum potenter adducitur, ab Adolfo Archiepiscopo Rex consecratur & in sedem imperialem collocatur. Displicuit tamen verbum istud Coloniensibus, qui fidem Othoni seruabant, arguentes super hoc Archiepiscopum, quod eis inconsultis tantam nouitatem præsumsisset. Multisque supplicationibus ei insistebant, vt factum suum retractare vellet, reuocantes ei in memoriam factum Domini Papæ, qui ad ipsius petitionem regem Othonem confirmasset, & nulli nisi ipsi manum imponere decreuisset. Cumque Archiepiscopus nec animum nec factum mutare voluisset, directæ sunt literæ ad Dn. Papam tam Regis quam Capituli maioris & ciuium ciuitatis, quod factum fuerit, ei flebiliter insinuantes. Vnde commotus per Apostolica scripta Archiepiscopo mandauit, vt infra sex septimanas, Apostolicæ sedi se exhiberet, & de obiectis se expurgaret.* GODEFRIDVS *ad a.* 1204. CONRADVS VRSPERGENSIS *p.* 322. CHRON. M. SERENI *p.* 76. Sic etiam Coloniensem Archiepiscopum Papa de eo increpat *ep. C. CXVI. & CXVII.*

51) ARNOLDVS LVBECENSIS *lib. VII. c. III.* GODEFRIDVS *ad a.* 1205. REGISTRVM INNOCENTII *ep. CXXXV.*

52) ARNOLDVS LVBECENSIS lib. VII. c. V. *Philippus autem Coloniam infestare non cessabat, qui etiam muneribus datis, ita omnes sibi, vt dictum, astrinxerat, vt ipsum Ducem de Limburg in suam quoque partem inclinaret. Ipse enim post defectum Adolphi Archiepiscopi curam ciuitatis acceperat, ita vt omnes & omnia ad ipsius nutum regerentur. Quodam igitur tempore Philippo Coloniam impetente, iste ciues insidiose eduxerat, & eos ab hostium impetu securos fecerat, cum repente irruentibus hostibus super quietos, ad quadringentos viros strage facta, cæteri omnes, vix paucis euadentibus in captiuitatem ducti sunt. Rex tamen euadens, cum Episcopo Brunone, & filio Ducis, cui nomen Walrauen, venit ad castrum Wassenburg, sperans se illic refugium habiturum. Timens tamen traditionem, per occultum quendam adhibitum, cum eodem Walrauen per noctem euasit. Hostes vero subsecuti, sperantes se Regem conclusisse, cum ipsum frustrati non inuenissent, Episcopum latitantem comprehendunt, ac Philippo regi tradunt. Qui sperans se multum hac captiuitate profecisse, eum in vincula coniecit, & aliquamdiu in captiuitate tenuit. Cumque ignominiose satis ad multa loca deduceretur, Herbipolin tandem deductus est, ibique diutinam, remissius tamen, sustinuit captiuitatem.* Idem dicit GODEFRIDVS atque ALBERICVS *ad a.* 1206.

53) Verba sunt GODEFRIDI *ad a.* 1206.

54) Go-

quam a cuncto populo fuit susceptus. 54) Philippus etiam Principibus liberam relinquens electionem, coronam deponens, denuo ab iisdem electus & a Coloniensi fuit coronatus. 55)

§. X. Principes autem Germaniæ diuturnis bellis fatigati, decreuerunt Reges sibi contrarios ad concordiam reuocare. 56) Dum igitur Papa adhuc constans esset in Ottonis partibus, 57) quæ tamen apud Germanos admodum essent infirmatæ, decretum est, quatenus nuntii mitterentur Romam, qui Philippum in gratiam summi Pontificis reducerent. Missi sunt viri nobiles, Wolfgerus Patriarcha Aquilejensis & Gebhardus Burggrauius Magdeburgensis, cum quibusdam ministerialibus Philippi Regis, qui assumptis de Cremona quibusdam viris peritis, veniunt ad curiam Romanam, a quibus inducitur Papa, vt regnare permitteret Philippum. Ast, propter hoc promittitur Papæ, quod filia regis daretur in vxorem filio fratris sui Richardi, qui iam comes fuerat effectus Papæ suffragio, nec studuit Papa repetere terras, quas multotiens ab Imperatoribus repetere consueuerunt antecessores sui, in Tuscia & Spoleto, & Marchia Anconæ, sperans, quod in potestatem nepotis sui, propter prædictas nuptias possent deuenire. 58) Mittuntur igitur a. 1207. duo Cardinales, Hugo scilicet Ostiensis Episcopus, & Leo S. Crucis Presbyter ad Regem Philippum in Alemanniam a Curia Romana, vt ipsum & Ottonem Regem ad pacem & concordiam reuocarent, inordinata in regno ordinarent; & pro Brunone Coloniensi Archiepiscopo, quem iam per annum captum tenebat, intercederent. Iunguntur isti Philippo Regi apud Spiram, isto etiam circa festum S. Andreæ Apostoli apud Augustam celebrem Sueuiæ ciuitatem, curiam habente, præfati Cardinales adfuerunt, vbi plurima coram eis & Principibus de pace & compositione regni inter Reges tractata sunt. Ibi etiam Rex Philippus & Adolfus Coloniensis quondam Archiepiscopus, eosdem Cardinales adiens, interuentu regis a banno soluitur, & vt ad satisfactionem Romam procedat, ipsi indicitur. 59) Rex autem consilio & petitionibus Cardinalium adquiescens, Brunonem vinculis absoluit, & ipsis reuertentibus ad gratiam summi Pontificis, eum Romam transmisit. 60) Bruno tamen in Coloniensi sede impositus, certam argenti summam Adolpho cedere coactus est. 61) Philippus vero & Otto haut procul a Colonia a. 1207. conuenientes, de pace agere cœperunt. Offerebatur Ottoni, si imperio renuntiaret, Philippi filia cum Ducatu Alemanniæ & multis prædiis, quod tamen denegabat, Philippo, vt sibi cederet, multo maiora offerens. Sic infecto pacis negotio discessum est. 62) Postea conuentus Principum Northusæ fuit habitus, ibidemque de pace actum, sed

54) GODEFRIDVS *ad a.* 1206.

55) GODEFRIDVS ad a. 1204. *ibi etiam* (Confluentiæ) *Rex Philippus celebrem curiam omnibus, qui aderant Principibus in Epiphania Domini Aquisgrani indicit, & Coloniensis eum ibidem in Regem consecrari & vngi promittit. Quod & factum est. Rex ergo vt proposuerat cum pluribus regni Principibus Aquisgrani venit: vbi cum maximo apparatu Coloniensis ei occurrit. Ibi Rex consilio cum suis habito, vt Principes suam liberam electionem sedis antiquitatis institutum non perdant, regium nomen & coronam deponit, & vt concorditer ab omnibus eligatur, precatur. Quod & factum est, & a Coloniensi Archiepiscopo cum Maria vxore suo vngitur & coronatur.*

56) CONRADVS VRSPERGENSIS *p.* 323.

57) Patet hoc ex epistola Innocentii apud ARNOLDVM LVBECENSEM *lib. VII. c. IV.* Recensentur isti in ep. CXL. *dilectum ac familiarem nostrum Walterum venerabilem Aquilegensem Patriarcham & præcipuum Imperii Principem, vna quoque cum ipso alios fideles ac familiares nostros G. Burgrauium Magdeburgensem, Henricum de Smalinecke, & Euihardum de Lurra præsentium latores, a latere nostro ad vestram destinauimus sanctitatem: quibus dedimus plenitudinem potestatis & auctoritatem omnimodam inter Ecclesiam & Imperium & inter vos & nos pacem & concordiam reformare, & periculosam regni & sacerdotii scissuram feliciter restaurare.*

58) CONRADVS VRSPERGENSIS *c. l.*

59) Processus integer in Innocentii III. *Ep. CXLII.* describitur: *Hic fuit Legatorum processus. Primo receperunt publice iuramentum a Philippo Duce Sueuiæ, quod pareret vniuersis mandatis Domini Papæ super omnibus, pro quibus erat excommunicatus, & sic eum secundum formam Ecclesiæ solenniter absoluerunt. Secundo iniunxerunt eidem, vt dimitteret Brunonem Coloniensem Archiepiscopum, quem libere absolutum assignauit eisdem ad sedem apostolicam perducendum. Tertio induxerunt illum ad hoc, quod ipse accepit regalia, licet inuitus a Luipoldo Maguntino intruso, & idem intrusus spiritualia resignauit in manibus Legatorum. Quarto apud ipsum obtinuerunt cum difficultate non parua, vt permitteret Siffridum Maguntinum Archiepiscopum per procuratorem suum in spiritualibus ministrare. Quinto fecerunt ipsum dimittere magnum exercitum, quem congregauerat aduersus Regem Ottonem. Sexto bis eos ad colloquium perduxerunt tractantes cum ipsis de pace, quam cum confirmare non possent, septimo statuerunt inter eos treugas vnius anni, & sic tractatum pacis redigentes in scriptis, ad sedem apostolicam redierunt cum nuntiis vtriusque.*

60) Verba sunt GODEFRIDI *ad a.* 1207. ARNOLDVS LVBECENSIS *VI. c. VI. VII.*

61) ARNOLDVS LVBECENSIS VI. c. VII. *denique de Adolfo dispensatum fuerat, vt CC. marcas de telonio Ducensi perciperet, & totidem de Coloniensi, & Otho stipendia in ipsa ciuitate, & his contentus, Brunonem Archiepiscopum non inquietaret.* GODEFRIDVS *ad a.* 1208.

62) GODEFRIDVS ad a. 1206. *post hæc ambo Reges, mediante Heinrico de Kalinthin, familiare colloquium iuxta Coloniam habuerunt: sed quid simul contulerint vel consiliati fuerint, non omnibus illo in tempore innotuit.* ARNOLDVS LVBECENSIS VI. c. VII. *cumque Philippus consideret Quedlinburg, & Otho in Harlingenburg, ad colloquium Reges cum Cardinalibus & admodum paucis conuenerunt. Sed in nulla forma pacis ab inuicem discesserunt.* Plenius vero rem proponit OTTO de S. BLASIO c. XLVIII. dicens: *veruntamen procedente tempore videns vires Ottonis ablatas, & fauore principum admodum concidisse, Philippum vero, subiectis Ottonis fautoribus, præualuisse ipsi, duos Cardinales ex*

 latere

sed dum compositio fieri non posset, Rex Quedlinburgum venit, Otto prope mansit in castro Herlingsberga, sed non nisi treugæ ad vnum annum fuerunt constitutæ. 63)

§. XI. Dum autem Waldemarus, Danorum Rex, Ottoni in auxiliis esset, Philippus de omni-Imperio innumerum exercitum contrahit. Otto interim cœpit innumeris victualibus & armis communire ciuitates & castra, & contra istos insultus imperterritus se præparare. 64) Philippo Bambergæ coadunationem expeditorum expectante, & XI. Kl. Iulii 1208. secretius in cubiculo consistente, quia medianam in vtroque brachio inciderat, Otto Wittelsbachicus, Bauariæ Palatinus nudo gladio in atrio quasi ludens incedebat. Sicque accedens ad cubiculum Regis ostium clanculo pulsabat, & ingressus simili modo coram Rege se agebat. Cui Rex: *depone*, ait, *gladium*, *quia non est his locus modo.* Et ille: *immo est locus, vt tu perfidiam tuam luas.* Et statim vno ictu, ceruicem eius tetigit, nec secundum vulnus apposuit. Cumque qui aderant, eum vellent impedire, potissimum Henricus de Waldburg, Imperii Seneschallus, ille aperto ostio violenter exiliens, fugam dedit. 65) Caussa erat, quod filiam suam Kunigundam ipsi primum promissam denega-

latere suo Hugonem videlicet Ostiensem & Velletrensem Episcopum, & Leonem tituli sanctæ crucis in Ierusalem Presbyterum Cardinalem ad eum direxit, vt auctoritate Apostolica ad litem terminandam data ab vtrisque pace, ad diem & locum condictum Reges conuenirent, ibique mediantibus Cardinalibus aliisque Principibus, qualicunque conditione pax inter eos reformaretur. Itaque die condicta in inferioribus Rheni partibus, non procul a Colonia, conuenientes post multa passim tractata, Ottoni a Philippo per Cardinales offertur, vt accepta in vxorem filia eius cum ducatu Alemanniæ, aliorumque prædiorum suorum reditibus, regio nomine deposito ipsi de cætero vt Regi pareret, Philippo exhinc sine controuersia regnante. Ad hæc Otto, quamuis iam desperatus, indigne ferens aliqua sibi pro regno offerri, se regnum non nisi cum morte depositurum protestatus, Philippo vt sibi cederet, multo maiora obtulit. Talique ambitione non conuenientes, infecto negotio ab vtroque, discessum est. Cardinalibus ad Regem Philippum se conferentibus, eique fauorem Domini Apostolici offerentibus. En Papæ perfidiam, qui paullo ante constantiam suam erga Ottonem per litteras fuerat testatus.

63) CONRADVS VRSPERGENSIS p. 323. quidem dicit: *ante hos supradictos, Patriarcha venit ad Philippum regem, nuncians aduentum istorum, quibus rex obuiam mittit præstans eis conductum vsque ad se. Iunguntur itaque regi apud Spiram. Vbi habito concilio condicit curiam Principum apud Northusin, in confinio Thuringiæ & Saxoniæ, vbi Philippus deduci fecit legatos. Ipse quoque cum Principibus peruenit illuc. Otto quoque prope erat, ibidem in quodam castro. Vadunt & redeunt Legati & Patriarcha, cum quibusdam aliis Principibus, inter vtrosque reges pacem composituri; sed ibidem compositio fieri non poterat: vnde procedunt in Saxoniam Rex in Kutilimberg recipitur, Otto prope manet in castro. Ibi tandem taxata est forma compositionis. In qua statutum fuit inter cætera, quod etiam postea completum fuit, videlicet vt Otto filiam Philippi accipiat vxorem: quæ tamen quarto gradu consanguinitatis sibi attinebat; fieretque dispensatio per sedem apostolicam pro bono pacis. Tunc legati redeunt Romam.* Ast ARNOLDVS LVBECENSIS lib. VI. c. VI. *cumque Philippus consisteret Quedlingeburg, & Otho in Harlingenburg, ad colloquium Reges cum cardinalibus & admodum paucis conuenerunt. Sed in nulla forma pacis abinuicem discesserunt.* ALBERTVS STADENSIS ad a. 1207. *Philippus & Otto habito conuentu in Quedlinburg, duobus Cardinalibus præsentibus, de reconciliatione tentantes, nihil profecerunt. Treugas tamen dederunt vsque ad festum Iohannis Baptistæ.* Sed mihi videtur, Scriptores istos confundere Conuentum Northusanum & Quedlinburgensem. De his treugis etiam agit Papa ad Ottonem *epist. CXXXVIII. CXXXIX. CXLIII. CXLV.*

64) ARNOLDVS LVBECENSIS *lib. VII. cap. XIV.*

65) Verba sunt ARNOLDI *c. l.* quem sequitur KRANTZIVS *Saxoniæ lib. VII. c. XXVIII.* GODEFRIDVS ad a. 1208. *nam cum idem Rex in festo S. Albani filiam fratris sui Ottonis de Burgundia nuptam tradidisset Duci Meraniæ, & cum maxima gloria ad deducendam puellam processisset, & reuersus in ciuitatem meridiano tempore omnibus recedentibus solus in quodam lobio cum Episcopo Spirensi, & aliis duobus, scilicet Camerario & Dapifero suo remansisset; ille nefarius homo* (Otto Palatinus Comes de Wittilinsbach, de quo modo egerat) *cum XVI. militibus armatis adueniens introitum petit. Qui cum iussu Regis intromissus fuisset, aliis foris remanentibus, gladium latenter de manu cuiusdam armigeri tulit, & quasi Regem salutaturus accessit: quem cum audacter in caput eius vibrasset, vno ictu eum interfecit. Quo statim mortuo, Episcopo Spirensi se occultante, alios duos in eum irruere volentes fortiter vulnerauit; & mox egressus ascenso equo cum suis fugere cœpit. Sic Rex Philippus cum per X. annos circumquaque Principes & nobiles subdidisset, prouincias & ciuitates perdomuisset, Papam etiam sibi iam reconciliatum haberet; secundum dispositionem Dei, in cuius manu sunt omnium potestates & iura regnorum, & qui transfert regna atque constituit, XI. anno vitam cum regno perdidit. Sepultus est ibidem sequenti die X. Kalend. Iulii scilicet in festo S. Albini.* OTTO de S. BLASIO c. L. *anno dominicæ incarnationis MCCVIII. Philippus Rex subiectis sibi multis modis omnibus pene Ottonis fautoribus, ipsum postremo persequi deliberat, contractoque valido exercitu contra Brunsuic ire disponens, in ciuitatem Babenbergensem diuertit, exercitu iam in procinctu constituto ibique phlebotomatus aliquamdiu quiescere voluit. Itaque Otto Palatinus de Witilinspach, remordente memoria iniuriæ sibi in ablatione filiæ a Philippo Rege exhibitæ (desponsaram enim illi filiam prætenta consanguinitatis propinquitate negauerat) tempus opportunum ratus, atque instigatione Marchionis de Anedechse animatus, in vindictam exarsit, sociorumque frequentia stipatus, quasi in expeditionem iturus, Babinberc ad Regem Philippum diuertit, & quasi ei in aurem loquuturus cubile Regis familiariter pulsauit, gladio sub veste latente. Intromissus igitur continuo exerto gladio Regem inuasit, vnoque ictu capite letaliter vulneratum occidit: vulnerato etiam Henrico dapifero de Walpurg, qui eum comprehensum retinere voluit: sicque cubili erumpens, ascenso equo cum sociis secessit, Rege statim expirante.* Innocentii *epistola CLII.* ALBERTVS STADENSIS, ALBERICVS, CHRONICON MONTIS SERENI, AVSTRALE, ELWANGENSE, FRAGM. HISTORICVM, *ad an. 1208.* TRITHEMIVS *Chron. Hirsaug. ad an. 1208.* CHRON. AVGVSTENSE *ad an. 1207.* M. CHRON. BELG. *p. 211.* MVTIVS *lib. XIX. p. 172.* GOBELINVS PERSONA *æt. VI. c. LXIII.* LEHMANN *V. c. LXXXIV.*

66) Hanc

negauerit, etiam matrimonium cum Henrici Poloniæ Ducis filia impediuerit. 66) Philippus autem paullo post extinctus, ibidem fuit sepultus, corpus vero eius iussu Friderici II. Spiram fuit delatum. 67) Papa hoc factum plurimum detestante. 68)

§. XII. Vxor ipsius erat Irene, Isaaci Angeli Imperatoris Constantinopolitani filia, desponsata prius Rogerio IV, Tancredi Siculorum Regis filio, 69) quæ etiam anno 1204. ab Adolpho Coloniensi Archiepiscopo, vna cum marito, Aquisgrani fuit inaugurata. 70) Hæc ob mortem mariti dolore nimio adflicta, post modicum tempus, abortum passa a. 1208. vitam finiuit, & in Monasterio Lorch fuit sepulta. 71) Inter filias quatuor memorantur, inter quas Beatrix, Ferdinandi III. Castiliæ Regis vxor, 72) Cunigunda, Ottoni Wittels-

66) Hanc ARNOLDVS LVBECENSIS *lib. VII. c. XIV.* reddit: *Sane Philippus rex filiam suam Othoni, vtpote nobili viro, desponsare decreuerat. Sed quia idem Otho nimis erat crudelis & inhumanus, mutata voluntate propositum desponsationis mutauerat. Quod intelligens Otho Palatinus, pro filia Henrici, Ducis Poloniæ laborabat, dixitque Philippo Regi: Domine, meminisse volumus clementiam vestram, quam deuotus vobis semper fuerim, & quanta in seruitio vestro in præsenti guerra expenderim, & quanto apparatu nunc contra aduersarios vestros vobiscum procedere decreuerim. Ideo peto, vt nunc in modico pro me sitis & litteras commendaticias Domino Duci Poloniæ dirigatis, vt cœptum bene inchoatum, pactum videlicet desponsationis, vestra mediante maiestate melius consummetur. Cui Rex: id quam deuotus faciam. Et ille gauisus, obtulit litteras de instanti negotio ordinatas. Et Rex: Vade, ait, & post modicum reuertere, & inuenies litteras bullatas. Illo abeunte, mutatæ sunt litteræ in contrarium, & insignitæ bulla regia. Cumque Palatinus litteras accepisset, perspexit in schedula marculam quandam exteriorem, sicque concepit suspicionem, veniensque ad suum quendam familiarem: Aperi, inquit, mihi litteras, vt earum sciam tenorem. Qui perspectis litteris expauit, dicens: Rogo, vt Dei intuitu litteras me vobis exponere non arcteris: quia nihil aliud nisi mortem mihi imminere video, si eas exposuero. Sicque acceptis litteris Palatinus alteri nimis importune insistebat, & ita tenorem ipsarum cognoscebat. Vnde grauiter efferatus, nil nisi mortem Regis animo versabat. Dissimulata tamen ira, ad Philippum quasi iucundans & congratulans intrabat.* Hinc, postquam mortem Philippi descripsisset ARNOLDVS, subnectit: *Philippus tamen non fine ratione litteras mutauerat: quia puella, quam Otho desponsare cupiebat, consanguinitate Philippum ex matre contingebat. Ideoque Regi displicebat, vt vir tam crudelis & impius & imprudens tam nobili virgini iungeretur. Idem quoque Palatinus crudelitate nimia quendam de melioribus terræ, Wolff nomine, occiderat, vnde grauiter Philippum offenderat.* CONRADVS VRSPERGENSIS p. 324. *fuit autem occisus X. Kalend. Iulii, hac sola causa, quia cum desponsasset vnam de filiabus suis præfato scelerosos, idem quendam liberum familiarem ducis Bauariæ perfide interfecit: de qua perfidia coram principibus notatus fuit: & ideo rex filiam suam sibi tradere denegauit.* CHRON. SENONENSE *c. XI.* apud d'ACHERY *Spicilegio Tom. II. p. 625.* vbi tamen male Spiræ hoc fuisse factum, dicitur. Easdem rationes allegant plerique ex Scriptoribus supra iamdum adlegatis. Errat igitur CHRONICON AVGVSTENSE *ad an. 1197.* de Philippo dicens: *Hic cum adhuc in regio solio sublimatus non fuisset, promiserat ducere matrimonialiter filiam Ottonis Palatini Comitis de Witteleinspach, quam postmodum repudiauit. Vnde idem Comes commotus, accessit in Bamberch ad cameram ipsius Regis, tanquam ei solus pacifice locuturus, & gladio quem occulte gestabat, ipsum Regem subito interfecit.* Eadem ratione cædem Philippi Papæ narrat Episcopus Ostiensis *epist. CLII.* Ipse vero Papa ep. CLIV. ad Archiepiscopos & Episcopos suffraganeos Magdeburgensis ecclesiæ hoc factum describit.

67) CONRADVS VRSPERGENSIS pag. 324. *Corpus vero regis primum humatum fuit apud Babinberg. Sane postmodum cum Fridericus II. Imperator regnum accepisset, patrui sui corpus noluit in Babinberg esse sepultum, sed fecit illud extumulatum in Spiram deferri, & de consilio Henrici de Sarphinberg, Episcopi Spirensis, & Cancellarii imperialis aulæ, ibidem sepeliri cum progenitoribus suis, & ob commemorationem tanti regis, canonicis Ecclesiæ Spirensis in augmentum præbendarum suarum contulit Ecclesiam in Ezilingen, cum pertinentiis suis.* Historiam ipsius IACOBVS PAVLVS GVNDLING exposuit, quam frater ipsius *Otiis suis Ander Auslage cap. I.* inseruit, & præfamen præmisit de Scriptoribus ad ipsius Historiam facientibus.

68) Sic enim Papa ad Archiepiscopum Magdeburgensem, eiusdemque Suffraganeos epist. CLIV. *se illud crudele facinus detestari, quod a filiis Belial nequiter est commissum.*

69) OTTO de S. BLASIO c. XLI. *sponsam vero ipsius filiam Constantinopolitani Imperatoris, Imperator Philippo fratri suo desponsauit.* Idem cap. XLIII. *A. 1169. Henricus Imp. mortuo fratre suo Cunrado, Philippo fratri suo, data sibi sponsa, filia Constantinopolitani Imperatoris ducatum Alemanniæ concessit, ipsumque cum eadem sponsa sua in Germaniam destinauit. Qui in Alemanniam perueniens, apud Augustam vrbem in Pentecoste armis cinctus, nuptias magnifice celebrauit, in loco qui Gunzinlech dicitur.* CONRADVS VRSPERGENSIS ad a. 1195. *Henricus Philippo quoque fratri suo dedit vxorem Dominam Erinam, F. Regis Græcorum, quam reperit in Palatio Panormitano: desponsata siquidem fuerat filio præfati Tancredi tradens ei dominium totius Tusciæ, & terram dominæ Mathildæ.* Sic etiam in diplomate ipsius de a. 1197. apud LVNIGIVM *Spicil. Eccles. p. III. p. 749.* vocatur Erina. Gesta Innocentii n. XVIII. *frater autem Imperatoris Philippus relictam præfati Rogerii, filiam Imperatoris Constantinopolitani duxit vxorem; quam frater eius Alexius luminibus orbans Constantinopolitanum Imperium vsurpauit.* MONACHVS WEINGARTENSIS *ad a. 1196.* eam vocat Herenam. GODEFRIDVS *ad an. 1195.* Mariam. ALB. STADENSIS *ad a. 1195.* Cæciliam. De eius progenie du CANGE *de Famil. August. Byzant. Sect. XXXII. n. IV. p. 204.*

70) Vide supra §. *IX.*

71) FRAGMENTVM HISTORICVM apud VRSTISIVM ad a. 1208. *regina vero audita ipsius morte, & sentiens vnicum solatium in eo (quia peregrina erat) perdidisse, & cum esset prægnans, dolori cumulans, ad Stoup castrum deducta est cum festinatione, vti post modicum tempus aborsum fecit, & sic vitam cum foetu finiuit, & ad monasterium Lorche deputatur, & ibi gloriose sepelitur.* ALBERICVS ad a. 1208. *post mortem Regis Philippi Regina vxor eius dolore nimio afflicta defungitur mense Decembri.*

72) De hac CHRON. SENONENSE apud d'ACHERY *Spicilegio Tom. II. p. 625.*

§. II. Hunc Ottonem Richardus Angliæ Rex matris Mechtildis frater, a. 1190. primo Comitem fecerat Eboraci, cum autem multi illi resisterent, dedit eidem Comitatum Pictauii. 6) Hic, defuncto Henrico Leone, patre terras illius cum fratribus a. 1203. Paderbrunnæ diuidit, atque terras Brunsuicenses obtinet. 7)

§. III. Anno 1197. defuncto Henrico VI. in schismate cum Philippo eligitur Imp. 8) Licet male hæc electio haberet Regem Franciæ, prout ex ipsius litteris ad Papam adparet. 9) Insequenti anno 1198. IV. Nonas Iulii ab Adolpho Coloniensi Aquisgrani in Regem Germaniæ coronatur. Idemque ab Innocentio Papa & Romanis a. 1199. fuit confirmatum. 10) Inde varia bella & motus intestini, de quibus dictum. Anno 1206. in Angliam nauigauit, sed cum multis muneribus in Germaniam iterum fuit reuersus. 11) Occiso vero a. 1208. Philippo, Otto in Curia Halberstadtiensi vnanimi Principum consensu iterum electus fuit in Regem. 12) Inde eodem anno, in festo S. Martini, famosa Curia Francofurti fuit celebrata, in qua Imperium & Imperii Insignia, quæ Conradus de Scharfeneck episcopus Spirensis ipsi offerebat, inde imperialis aulæ Cancellarius factus, 13) ipsi traduntur, atque vt Principes sibi haberet fauentes, & amplissimas diuitias Sueuicæ domus adipisceretur, Beatrix, filia Philippi Regis, quæ ad eadem Comitia venerat, de Patris morte conquestura, ei desponsatur, quam cum patrimoniis & diuitiis multis, trecentis etiam quinquaginta castris recepit. 14) Inde firmatis Germaniæ iuribus, Pax ab omni-

6) ROGERIVS HOVEDENVS p. post. Ann. Angl. p. 685. *Richardus, Rex Angliæ, dedit Othoni, nepoti suo, filio Mathildis, sororis suæ, quondam Ducissæ Saxoniæ, Comitatum Eboraci, & quamuis multi recepissent eum, & fecissent ei homagia & fidelitates, multi tamen ei resistebant, dicentes, quod a felicitate Regis non recederent, priusquam cum Eo, ore ad os, loquerentur. Vnde factum est, quod Dominus Rex dedit Eidem Othoni Ciuitatem Pictauis, in commutationem Comitatus Eboraci.*

7) Tabulæ diuisionis reperiuntur in MADERI *Antiquitatibus Brunsuicensibus pag. 239. 242.* apud SCHATENIVM *Ann. Paderborn. lib. IX. p. 234.*

8) De quo *superiori sectione* §. *III.*

9) REGISTRVM INNOCENTII III. Ep. XIII. *Ad hæc, cum Rex Angliæ per fas & nefas pecunia sua mediante nepotem suum ad imperialem apicem conetur intrudere, vos nullatenus intrusionem illam, si placet, debetis admittere, quod in opprobrium & detrimentum coronæ nostræ cognoscitur redundare; nec nos credimus, quod vos quicquam in præsenti statu in preiudicium nostrum debeatis sustinere, cum nos vel nostri nihil vnquam contra Romanam Ecclesiam attentauerimus, nec vnquam per Dei gratiam curabimus attentare.*

10) MATTHAEVS PARISIENSIS ad a. 1199. *circa dies istos, cassata electione ducis Sueuiæ & aliorum omnium; Otho Rex Alemannorum ab Innocentio Papa & Romanis omnibus electus est; & ad Romanum Imperium admissus. Confirmata igitur a domino Papa electione, Philippus dux Sueuiæ excommunicatus est & omnes fautores eius; nisi ab Othonis persequutione desistant. In Capitolio autem & per totam vrbem declamatum est! Viuat & valeat Imperator Otho.*

11) GODEFRIDVS ad a. 1206. *per idem tempus Otho Rex de Polonia exiens Bruneswich venit, ibique rebus suis ordinatis per mare nauigio Angliam intrauit. Vbi a Rege Angliæ auunculo scilicet suo & cunctis eius Baronibus cum magno honore suscipitur, & per aliquod tempus detinetur & postea dimissus ab eodem accepta magna pecunia reuertitur.*

12) ARNOLDVS LVBECENSIS lib. VII. cap. XV. *Rex Otho, videns, datam opportunitatem, quosdam de suis æmulis bello impetere cogitabat. Ad quem accedens Archiepiscopus Magdeburgensis, vna cum Duce Bernhardo, sic Ei locuti sunt: non suademus, vt aliquem impetum præsumptuose faciatis, ne aliqua commotio contra vos fiat, sed magis ex dispensatione Principum, Curiale Colloquium statuatis, vt ibi, de Electione Regis, vnanimiter tractetur. Si complacuerit Domino in nostra persona, gratum habebimus, sin aliud, & hoc audiemus. Quod cum placuisset, indicta est Curia satis famosa, in Halberstad, vbi conuenerat maxima pars Prælatorum, & Principum Saxoniæ, & Thuringiæ, nec defuit Herbipolensis electus, Otho. Omnes igitur Principes, qui conuenerant, ac si diuinitus inspirati, pari voto, & vnanimi consensu, Othonem in Romanum Principem, & semper Augustum elegerunt, in nomine Patris, & Filii, & Spiritus Sancti, Archiepiscopo, qui primam vocem habere videbatur, inchoante, prosequente vero Bernhardo Duce, cum Marchione Mysnensi, & Landgrauio Thuringiæ, cum aliis, ad quos electio Regis pertinere videbatur.* CONRADVS MOGVNTINVS *p. 574.* Adprobatus etiam fuit a Papa per epistolam *CLIII.* ad *CLIX.*

13) CONRADVS VRSPERGENSIS pag. 326. *Heinricus vero de Scharphinberc Spirensis episcopus, qui fuerat protonotarius in curia Philippi, in potestate habebat in castro Triuels coronam & crucem, & insignia regalia, quæ nec etiam restituere voluit, nisi fieret cancellarius imperialis aulæ: quod & factum est.* Verum autem nomen Conradi supponit LEHMANNVS *Chron. Spir. lib. V. c. LXXVII.*

14) GODEFRIDVS ad an. 1208. *in festo S. Martini apud Frankinuort celeberrimus conuentus Principum fuit, & vt plures testati sunt, qui præsentes aderant, non in pluribus annis tot nobiles, tot potentes insimul conuenisse. Vbi Otto Rex nonagesimo tertio loco ab Augusto ab omnibus in Regem eligitur, diademaque cum lancea Imperiali ei assignatur, filia Philippi Regis cum vniuersis quæ possiderat, in dotem ei datur. Quæ etiam coram Rege & Principibus de morte patris conquesta iudicio omnium prædictus Palatinus & eius fautores proscribuntur & damnantur. Ibi Rex primo, deinde cæteri Principes iurant firmam pacem terra marique seruandam, omnes iniustas exactiones vectigalium deponendas, omnia etiam iura a Karolo Magno instituta obseruanda & tenenda.* Idem dicit ARNOLDVS LVBECENSIS *lib. VII. c. XVI.* qui etiam addit: *Rex igitur Reginam adolescentulam in sua procuratione suscepit, quam etiam ad petitionem Principum pro bono pacis, si tamen id, pro linea consanguinitatis fieri posset, vxorem ducere spopondit. Suscepit igitur eam, cum patrimoniis, & diuitiis multis, & trecentis quinquaginta castris. Ibi etiam repræsentata sunt Domino Regi, omnia Imperialia, cum plenitudine potestatis, & honoris, & beneuolentiæ fauoris.* OTTO de S. BLASIO *c. LI. fortuna prosperis successibus arridente, ne Principes, qui cum Philippo fuerant & hi, qui Ottoni prius adhærentes demum apostauerant, Regem, conscientia remordente suspectum haberent, medium quoddam necesse fuit interponi ne occasione vt fieri solet, alicuius discordia conflata, in pristinum rursus exilium Regnum inuolueretur. Ad hoc nullum magis idoneum inueniri potuit, quam vt Otto Rex acciperet*

omnibus Principibus iuramento fuit firmata. 15)

§. IV. Eodem anno, Theodoricum in Coloniensi Archiepiscopatu confirmat. 16) Hinc apud Castrum Noricum colloquium habens, e Bauaria in Alemanniam peruenit, ibique in Epiphania Domini, apud Augustam colloquium habens, Ottonem, Palatinum de Wittelsbach nec non Marchionem de Andechs, Lege Bauarica, sententionaliter, propter occisum Philippum proscripsit, eosque dignitatibus, beneficiis, ac prædiorum suorum reditibus, sine spe recuperationis, iudicialiter priuauit, dignitates eorum in alios transferens, aliisque beneficia concedens, reditibus prædiorum hæredibus eorum delegatis, captisque ibidem quinque pacis violatoribus, vno decollato, quatuor suspensis. 17) Venerunt etiam ad hæc Comitia Ciuitatum Italicarum legati, offerentes singularum insignia cum clauibus aureis & multis aliis donis, ac per hoc subiectionem profitentes. 18) Anno 1209. Otto Wittelsbachicus ab Henrico Pappenheim ad ripam Danubii fuit occisus, 19) indictaque est Curia Altenburgi, vbi etiam ingens patrimonium Comitis Rabbodonis possedit Imperator, cum castro Leisnick & Colditz, quod Fridericus Imperator, quingentis marcis a Comite memorato comparauit. Illuc conuenerunt Misnenses, Poloni quoque, Bohemi & Vngari, ibique multis negotiis determinatis, & pace iurata, quæ in omnibus Curiis præcedentibus firmata est, 20) Brunsuicum venit, vbi festum Pentecostes solenniter celebrauit. 21)

§. V. Anno eodem, generale Colloquium apud Hagenouiam habuit, ibidemque expeditionem in Italiam Principibus edixit. 22) Missi etiam a Papa legati Hugo Ostiensis & Leo, qui electionem Ottonis confirmarent. 23) Inde in octaua Pentecostes Generalem Curiam apud Herbipolim 24) indicit, vbi cum maximo tripudio susceptus, Ciuitatibus etiam Italiæ subiectionem offerentibus, ad Principum voluntatem, dispensante ob consanguinitatem 25) Papa, Beatrix ipsi, postquam se defensorem fore Ecclesiarum, atque expe-

ciperet in matrimonium Philippi filiam, quæ connexione insolubili concordiam inter Regem & Principes stabiliret. ALBERTVS STADENSIS *ad an. 1208.* CHRON. AVSTRALE *ad a. 1209.* CHRONICON MONTIS SERENI, CONRADVS VRSPERGENSIS *p. 326. timens autem Otto, quod ministeriales spectantes ad Philippum, non facile suo subderentur Imperio, sed ad suos natiuos dominos redirent, filiam Philippi tanquam dominam omnium rerum, quæ ad generationem illam spectabant, accepit Vxorem.* CHRONICON AVGVSTANVM & ELWANGENSE *ad an. 1209.*

15) GODEFRIDVS *ad a. 1208.*

16) GODEFRIDVS ad a. 1208. *Generali ergo electione Coloniæ habita, prioribus non concordantibus, Rex missis litteris aduentum suum præstolari deposcit: Qui etiam ante natale Domini Coloniam veniens cum honore maximo suscipitur: vbi Theodericus præpositus SS. Apostolorum eius consilio & auxilio ab omnibus, in Episcopum eligitur, & a cunctis nobilibus terræ ipsa electio approbatur: regalia quoque de manu eius suscipiens, Ducatum Angariæ Philippo felicis memoriæ Coloniensi Archiepiscopo a Friderico Imperatori traditum, expulso Heinrico Duce Saxoniæ patre ipsius Regis, cum Ducatu Lotharingiæ, coram Henrico Palatino Comite Rheni fratre eius & Principibus, qui præsentes aderant, ipsi assignauit.*

17) OTTO de S. BLASIO *c. L.* ARNOLDVS LVBECENSIS *lib. VII. c. XVI.*

18) OTTO de S. BLASIO *c. L.*

19) CONRADVS VRSPERGENSIS pag. 324. *postmodum breui spatio temporis interiecto, cum regnaret Otto, facinorosus ille a Heinrico de Kalindin, præfato Marscalco ob vindictam domini sui gloriose fuit interfectus, in quadam grangia, non longe a Ratisbona.* Adsentitur GODEFRIDVS *ad a. 1208.* OTTO de S. BLASIO *cap. LI.* ARNOLDVS LVBECENSIS *lib. VI. cap. XVI.* CHRONICON AVGVSTENSE *ad an. 1209.* Distinctius hanc necem proponit TOLNERVS in Historia Palatina c. XVII. p. 371. *hoc quoque anno (1209.) Henricus Pappenheimius Mareschallus Ottonem Wittelsbachium, Cæsaris percussorem supra memoratum, in ripa Danubii iuxta Oberndorf, haud procul a Castro eius Niderstrang adoritur, eumque multis vulneribus confossum interficit, caput eius in Danubium proiicit: corpus vero nono demum anno post, permittente Pontifice, in Cœnobio Vntersdorf ad maiores sepelitur.*

20) ARNOLDVS *lib. VII. c. XVIII.*

21) ARNOLDVS *c. l.* qui etiam omnes, qui in hac Curia præsentes interfuerunt, recenset.

22) OTTO de S. BLASIO *c. LI.* NAVCLERVS *vol. II. Gen. XLI. p. 908.*

23) Huius Conuentus apud Herbipolim, sed in natiuitate beatæ Mariæ habendi mentio fit in INNOCENTII *epist. CLX. CLXII. CLXIV.*

24) GODEFRIDVS ad a. 1209. *Innocentius Papa audiens Principes totius Imperii Ottonem in Regem elegisse & eorum consilio Philippi Regis filiam quamuis consanguinitate ei iunctam propter bonum pacis & concordiæ illi in matrimonio sociasse, iterum supradictos Cardinales, scilicet Hugonem Ostiensem Episcopum & Leonem in Alemanniam ad Regem & Principes, misit, & quod factum fuerat, auctoritate sua confirmauit.*

25) OTTO de S. BLASIO c. LI. *ad hoc nullum magis idoneum inueniri potuit, quam vt Otto Rex acciperet in matrimonium Philippi filiam, quæ connexione insolubili concordiam inter Regem & Principes stabiliret. Et quia hoc sine licentia Apostolicæ auctoritatis fieri non potuit, cognatione impediente (nam pater Ottonis auunculus fuit Friderici Imperatoris Patris Philippi) missi sunt a side Apostolica Cardinales duo.* Integrum Comitiorum Processum scripsit ARNOLDVS LVBECENSIS *lib. VII. cap. XIX.*

Schema vero tale est:

Welfus V.

Juditha Friderici Lusci coniux — Henricus Superbus

Fridericus Barbarossa — Henricus Leo

Henricus VI. — Philippus — Otto IV.

Beatrix

septimo itaque consanguinitatis gradu inuicem erant iuncti.

26) OTTO

expeditionem Hierosolymitanam suscepturum, promisisset, adducente eam Leopoldo Austriaco, ipsius cognato, ipsi iterum desponsatur. 26)

§. VI. His peractis, Otto Rex generalem Curiam, circa festum apostolorum Petri & Pauli apud Augustam Vindelicorum celebrans, præmissis prius ad Papam Cardinalibus, expeditionem mouit in Italiam, & per vallem Tridentinam ducens exercitum, Veronam peruenit, ibique a ciuibus, ponte nauibus compacto, per Athesin, cum toto exercitu transductus, fauorabiliter excipitur. Dispositis itaque inibi negotiis Imperii, Gardam, Castellum ab Imperatore Henrico VI. Veronensibus quondam traditum, ab ipsis recepit, & in eo præsidia Imperii, more antiquorum posuit. Exin Bononiam copias traiiciens, generalem inibi Curiam, cum Principibus Italiæ celebrauit, ac inde Mediolanum perueniens, honorifice a ciuibus suscipitur, vbi moram faciens, negotiaque Reipublicæ disponens, validum ex omni Italia contraxit exercitum. 27) Inde Tusciam applicuit, nuntios ad Papam, Patriarcham Aquileiensem & Episcopum Spirensem, Cancellarium suum, Romam præmisit. Qui ex persona Regis, compositione imperialis consecrationis cum Papa facta, ad Regem regrediuntur, ipsumque cum vniuerso exercitu ex parte Papæ, filiali affectu compositionem consecrationis intimantes, salutauerunt. Qui mox ad Vrbem tendens, exercitum castra metari ante portas Vrbis fecit: ipseque die Dominica post festum sancti Michaelis, quæ eo anno 1209. VI. Non. Octobr. 28) euenit, a Domino Papa Innocentio & a Romanis honorifice suscipitur, datoque Sacramento, 29) coram Ecclesia, se iustum iudicem ac viduarum & orphanorum tutorem, nec non Ecclesiarum & præcipue

26) OTTO de S. BLASIO c. LI. *Generalis Curia a Principibus apud Herbipolim indicitur, in Octaua Pentecostes. Principes igitur, ex diuersis Regni partibus, ad hanc Curiam conuenerunt, Legatique Ciuitatum Italiæ, subiectionem offerentes, interfuerunt, Ottonemque Regem, Regali ambitione coronata ciuitate, cum maximo tripudio susceperunt, ibique in Palatium Regale congregati, extructo tribunali, Rex conscendit, Cardinales habens collaterales, reliquis Principibus circumsedentibus. Itaque Hugo Ostiensis Episcopus Cardinalis primo exorsus, de caussa regalis connubii pro qua conuenerant, rationabiliter Latino idiomate allegauit, interpretem habens Wirziburgensem Episcopum Regique Ottoni, vt pro bono pacis & concordia ad abolendam præteritorum malorum memoriam, cum filia illustrissimi Principis Philippi matrimonium contraheret, auctoritate Dei & beati Petri per Apostolicam obedientiam, in remissionem peccatorum suorum, præcepit. Rege igitur ad hoc deuoto animo consentiente: Abbas Morimundensis Cistertiensis ordinis, surrexit, omniumque Abbatum aliorumque claustralium vtriusque ordinis, Cluniacensis videlicet & Cistertiensis, personam assumens, delictum hoc connubio contra consuetudinem Ecclesiæ quamuis dispensatorie committendum, monastico ordini auctoritate Apostolica imposuit: Regi per hoc iniungens pœnitentiam, vt monasteriorum, aliarum Ecclesiarum pro posse defensor existeret, viduis & pupillis iusto iudicio praeesset, monasteriumque Cistertiensis ordinis in fundo proprio ædificaret, ac post hac Ecclesiæ Hierosolymitanæ in propria persona subueniret. His omnibus Rege obediente: puella iam nubilis a Duce Leopoldo orientali & Ludouico Duce Bauariæ adducta, tribunali sistitur, ac de consensu interrogata, verecundata admodum rubore perfusa, se libenti animo consentire profitetur. Mox a Duce Leopoldo cognato suo, per manus Cardinalium, lege Francorum, Regi Ottoni desponsatur, a quo amantissime amplexata, publici signo osculi, mutationeque annulorum subarrhatur: tractatisque diuersis regni negotiis, a curia digrediuntur, reginaque Saxoniam perducta apud Brunswich aliquandiu mansura collocatur.* Idem dicit ARNOLDVS LVBECENSIS *lib. VII. c. XIX.* qui etiam Principes, qui hisce interfuerint Comitiis, recenset.

27) OTTO de S. BLASIO *c. LII.* ARNOLDVS LVBECENSIS *lib. VII. c. XX.*

28) OTTO de S. BLASIO quidem *c. L.* definit V. Kl. Octobris dominicam ante festum Michaëlis, sed ARNOLDVS LVBECENSIS *lib. VII. c. XII.* definit Dominicam post festum Michaelis. GODEFRIDVS ad a. 1209. *eodem etiam anno Otto Rex Italiam cum magno apparatu intrauit, vbi Principes totius Longobardiæ ei occurrentes cum gloria susceperunt, ciuitates & castella eius dominio subdiderunt, infinitam pecuniam vectigalium & tributorum a temporibus Henrici Imp. reseruatam tradiderunt. Post hac Romam progressus occurrente sibi Papa cum Cardinalibus & Senatu cum honore suscipitur, & sequenti Dominica post festum S. Michaelis Archangeli, id est, III. non. Octobr. in Ecclesia maiori S. Petri Apostoli in Imp. consecratur.* ALBERICVS ad a. 1209. *Otto Rex Romam adiit, & ab Innocentio tertio Papa consecratur in Imperatorem tertio Nonas Octobris dominico die.* CHRON. AVSTRALE *ad a. 1210. 1211.* CONRADVS VESPERGENSIS p. 326. *eo anno tempore vernali & astiuo, expediens se imperator, & proficiscens circa festum sancti Michaelis Roma coronatur ab Innocentio papa III.*

29) FRAGMENTVM HISTORICVM *Anno MCCIX. Otto Rex pro Imperiali benedictione tempore messium Romam proficiscitur, qui etiam ab Innocentio Papa in Imperatorem consecratur, iuramento prius præstito, quod terram & bona sancti Petri, quæ sui antecessores vsque ad id temporis contra iustitiam tenuisse videbantur, Romanæ Ecclesiæ libera dimitteret.* In REGISTRO INNOCENTII III. reperitur Sacramentum ab Ottone exhibitum, in quo hæc verba: *possessiones etiam, quas Ecclesia Romana recuperauit, ab Antecessoribus nostris, seu quibuslibet aliis, ante detentas, liberas & quietas sibi dimittimus & ipsam, ad eas retinendas, bona fide promittimus adiuuare; quas vero nondum recuperauit, ad recuperandum, pro viribus erimus adiutores, & quacunque ad manus nostras deuenerint, sine difficultate ei restituere satagemus. Ad has pertinet tota Terra, quæ est a Radicafano, vsque Ceperanum, Marchia Anconitana, Ducatus Spoletanus, terra comitissæ Mathildis, Comitatus Britennorii, Exarchatus Rauennæ, Pentapolis, cum aliis adiacentibus Terris, expressis in multis Priuilegiis Imperatorum, & Regum, a tempore Ludouici, vt eas habeat Romana Ecclesia in perpetuum, cum omni iurisdictione, districtu & honore suo.* In fine habentur hæc verba: *Ego Conradus Spirensis Episcopus vice Domini Siffridi Moguntini Archiepiscopi & totius Germaniæ Archicancellarii, regalis aulæ Cancellarius, recognoui. Acta sunt hæc anno dominicæ incarnationis millesimo ducentesimo nono, Indictione duodecima, regnante Domino Ottone quarto Romanorum Rege glorioso Anno regni eius vndecimo. Datum apud Spiram XI. Kalend. Aprilis.* Ad hoc pactum etiam prouocant Romani in Dissertatione Historica de sum-

pue patrimonii ſancti Petri, defenſorem pro poſſe exiſtere, a Papa conſecratus coronatur, Imperatorisque & Auguſti nomen ſortitur. Conſecrationem igitur deſideratam adeptus, cum magno tripudio ab vrbe recedens, in partes Tuſciæ diuertit. 30)

§. VII. Poſtquam coronatus eſſet, res Italiæ cœpit ordinare. 31) Hinc adhibitis Iureconſultis, in terras & iura Regni diligenter inquirere fecit. Et cum Papa, durante ſchismate, multas terras occupaſſet, 32) easdem repetebat, hoc ipſo in odium Papæ incidens. 33) Maxime vero controuerſia erat de terris Mathildianis, quas Papæ primum promiſerat, poſt conſecrationem vero a magiſtratibus prohibitus, reſtituit minime. 34) Apuliam etiam Imperio reſtitui volebat, quam Fridericus Henrici VI. filius ſe feudi iure a Papa tenere adfirmabat. 35) Hinc grauiſſimæ diſcordiæ inter Papam atque Imp. oriuntur, Imperator a Papa excommunicatur: hic vero per Ciuitates & caſtella cuſtodibus deputatis, ne cui adeundi papam, pro aliquo negotio liceat, interdixit. Idem Otto inueſtituram Epiſcoporum, quam Henricus V. Papæ conceſſerat, repetiit. 36) Potiſſimum Ottoni fauebant potiores Iureconſulti Itali, ob Ius Cæſareum, quod indies magis inualeſcebat. Ad hoc ſupprimendum, introducebatur Ius Canonicum. Dum autem huic & Papæ

de ſummo Apoſtolicæ ſedis Imperio in vrbem Comitatumque Comachi §. *XLVI.* Eandem formulam, ſine iſta ſubſcriptione tamen, exhibet SCHATENIVS *Ann. Paderborn. lib. X. pag. 956.* Confirmat illud ALBERICVS, ad a. 1209. *Otto in Imperatorem coronatur contra voluntatem Regis Francorum Philippi, & contradicentibus pro maxima parte Romanis, imo & multis de magnatibus Imperii non aſſentientibus, exegit tamen Papa ab eo in ipſa coronatione iusiurandum de patrimonio & iure Beati Petri indemniter ei & Eccleleſia Romanæ in pace dimittendo & contra quoslibet defendendo. Recepto itaque iureiurando & inſtrumentis publicis ſuper hoc confectis, & imperiali charactere confirmatis &c.* Addit tamen CHRONICON MONTIS SERENI p. 93. *Otto Imperator cum in conſecratione ſua, vt fieri ſolet, iuraſſet: ſe bona Imperii conſeruare, & a quolibet detenta, repetere velle.* Idem dicit MATTHAEVS PARISIENSIS, ipſum iuraſſe, *quod dignitates Imperii conſeruaret, & iura diſperſa, pro poſſibilitate ſua reuocaret.*

30) Verba ſunt OTTONIS de S. BLASIO *cap. LII.*

31) GODEFRIDVS ad a. 1210. *nouus Imperator in Italia commorabatur, quæ ordinanda & diſponenda per prouincias & ciuitates erant, ordinans & diſponens.*

32) Quas terras durante ſchismate occupauerit Innocentius III. Papa, patet ex GESTIS INNOCENTII *n. IX. X. XI. XII. XIII. XIV.*

33) GODEFRIDVS ad a. 1209. *quo conſecrato oritur inter eos controuerſia propter Marchiam domnæ Methildis, quæ quondam fuit filia Rutgeri Principis Siciliæ viri famoſiſſimi, & vxor Conradi Regis filii Heinrici Imp. IV. viri catholici & Apoſtolicæ ſedi ſubiectiſſimi: qui contra voluntatem patris per quasdam Italiæ partes & nomen & dignitatem Regis annis fere nouem obtinuit, & terram ſpatioſiſſimam poſſedit. Poſt cuius mortem illa turturina prædita fide ſecundos deteſtabatur amplexus, & in viduitate permanens, Marchiam ſibi a viro relictam vt vir ſapientiſſimus gubernabat. Quæ ad ſenilem perueniens ætatem circumuenta a Papa, tunc temporis Marchiam Imperium attinentem, quam regebat, magiſtratibus inſciis & inconſultis beato Petro tradidit. Quæ tamen poſt mortem eius ab Imperatoribus ſedi Apoſtolicæ ablata, & Imperio reſtituta eſt. Hanc ergo terram Papa ante conſecrationem ſibi reſtitui poſtulans, Imperator vt nouus homo & rei neſcius annuit, & promiſit: ſed poſt conſecrationem a magiſtratibus reuocatus & prohibitus, minime reſtituit.* Labitur autem hic Monachus, dum Mathildam filiam dicat Rogerii Siciliæ Regis & Conradi vxorem, cum tamen fuerit Conradi, Tuſciæ Marchionis filia, Gotzelonis Lotharingi, & poſtea Welphonis Bauari vxor, prout ſupra *Per. VI. S. III. §. XXXI. Sect. IV. §. VII.* patet.

34) GODEFRIDVS *cit. loc.*

35) Optime hanc in rem MATTHAEVS PARISIENSIS ad a. 1211. p. 193. *circa dies iſtos Otho Romanorum Imperator memor ſacramenti, quod fecerat, cum a Papa ad imperium fuerat ſublimatus, quod videlicet dignitates imperii conſeruaret, & iura diſperſa pro poſſibilitate ſua reuocaret: fecit per ſacramentum legalium hominum Imperii, dominica caſtella ſua, & alia iura ad dignitatem imperialem ſpectantia perquiri, & quæcunque per recognitionem ad ius imperii ſpectare didicerat, in vſus ſuos conuertere laborabat. Hac autem de cauſa, orta eſt diſſenſio grauiſſima inter Dominum Papam & Imperatorem memoratum; eo quod tempore quo vacabat Imperium, idem Papa caſtella plurima cum rebus aliis occupauerat, quæ ad dignitatem Imperii pertinebant. Vnde Imperator, quia quod ſuum erat reuocare ſtuduit; ipſum Papam ſine merito ad odium prouocauit. Fridericum quoque Regem Siciliæ, idem Imperator grauiter perſequutus eſt: qui ſimiliter dum vacauit Imperium, quasdam munitiones occupatas detinuit. Vnde Papa memoratus ipſum Imperatorem per nuncios & litteras frequenter admonere ſtuduit, vt tam a perſecutione Romanæ eccleſiæ, quam a Regis Siciliæ ac tutela commiſſæ ſedi Apoſtolicæ exhæredatione ceſſaret. Imperator autem nunciis domini Papæ tale perhibetur dediſſe reſponſum: ſi (inquit) ſummus Pontifex Imperii iura iniuſte poſſidere deſiderat, a ſacramento quod tempore conſecrationis meæ ad dignitatem Imperii me iurare compulit, abſoluat: quod videlicet diſperſa Imperii iura reuocarem. Denique cum Papa ipſum Imperatorem a præſtito iuramento quod omnes Imperatores ſua conſecratione, inſpectis ſacroſanctis Euangeliis iurare tenentur, abſoluere noluit: & Imperator econtra, Imperii iura, quæ iam parte maxima in manu potenti reuocauerat, reddere contempſit; idem Papa in ipſum Imperatorem ſententiam excommunicationis tulit: atque vniuerſos tam Alemanniæ quam Imperii Romani Magnates, ab eius fidelitate abſoluit. Ex hinc odium Regis Iohannis, & iram efficaciter obdurauit.* GODEFRIDVS *ad a. 1210.* ALBERICVS, MONACHVS PADVANVS *ad a. 1209. 1210.* FRAGMENT. HISTOR. *1210. 1211.* CHRONICON MONTIS SERENI *p. 93.* CHRONICON BIGAVGIENSE, CHRON. AVSTRALE *ad a. 1211.* CONRADVS VRSPERGENSIS *p. 327.* ALBERTVS STADENSIS *ad an. 1210.* ANN. COLMAR. *ad a. 1211.* Vid. MEIBOM. *apologia p. 241.*

36) MARSILIVS PATAVINVS defenſore pacis p. II. c. XXVI. *has conceſſiones & priuilegia ex cauſa fortaſſe legitima reuocare volentes, aut reuocantes ſimpliciter aut in parte Otto quartus & Fridericus ſecundus, Romanor. Imperatores, Epiſcoporum & cleri Romani plurimas inſidias, perſecutiones & impedimenta ſunt paſſi.*

37) Horum

Papæ alii essent addicti, oriebantur Decretistæ & Legistæ, qui sibi inuicem contradicebant. 37)

§. VIII. Insequenti anno 1211. Otto Imperator, prosperis vtens successibus, totum sibi Apuliam & Calabriam subiecit, Ciuitates in deditionem accepit, castra militibus suis muniuit. Ibi etiam quidam Princeps Siciliæ, cum Saracenis, qui fortissima castra in montanis tenebant, eum inuitantes, totam Siciliam eius ditioni subdendam promittebant. 38) Eodem anno, Sifridus Moguntinus Archi-Episcopus, & Legatus a Papa constitutus, cum Hermanno, Lantgrauio, & Rege Boëmiæ, & quibusdam Principibus & Nobilibus Terræ, apud Bauinberg Colloquium habuit, vbi Episcopum ipsius Ciuitatis, propter necem Philippi Regis, expulsum, restituerunt. 39) Causa etiam huius negotii fuit, vt, secundum præceptum Papæ, Ottonem Imperatorem relinquerent, & Fridericum, Regem Siciliæ, filium Henrici Imperatoris, eligerent. Sed, cum plures assensum non præberent, infecto negotio recesserunt. 40) Ibi etiam Sifridus Episcopus Ottonem Imperatorem excommunicauit, & missis litteris suis ad omnes Archiepiscopos & Episcopos, vt idem facerent, auctoritate Papali præcepit. Vnde commotus Palatinus Comes Rheni, frater Imperatoris, Heinricus, cum Duce Brabantiæ, & cæteris nobilibus Lotharingiæ & superiorum partium, totum episcopatum Moguntiensem circa festum S. Michaelis incendio & rapina vastauit, nihil præter ciuitates & castra intactum relinquens. 41)

§. IX. Anno 1212. Otto Imp. apud Noribergam, celeberrimam Curiam circa Pentecosten habuit, vbi omnibus, qui præsentes erant, Principibus, causam belli inter ipsum & Papam significat: Regnum etiam Bohemiæ abiudicatum Odoacro Regi, per sententiam Principum, filio ipsius, præsentibus pluribus nobilibus terræ, cum sex vexillis adsignatur. 42) Hinc contra Hermannum Thuringiæ Lantgrauium ipsi aduersum, mouit, ipsiusque munimenta expugnauit & destruxit. 43) Eodem anno, Fridericus Romam veniens, a Papa cum honore suscipitur, & quorundam Principum auxilio Italiam transiens, in Alemanniam venit: vbi a cunctis Principibus & nobilibus superiorum partium lætus suscipitur. Otto vero Imp. cum exercitu illi occurrere statuit: sed videns infirmiorem partem suam, dimisso exercitu occulte ad inferiores partes se transtulit. Ipse autem Fridericus Moguntiam veniens, in festo S. Andreæ apostoli celebrem Curiam habuit: vbi plurimi Principes ab eo inbeneficiati fidelitatis iuramentum præstiterunt. 44)

§. X. Dum autem Philippo primum, post etiam Friderico faueret, 45) & Flandriæ Comitem inuaderet Philippus Galliarum Rex, graue inter ipsum & Ottonem, qui Anglo-

37) Horum mentionem facit ARNOLDVS LVBECENSIS Idem lib. III. c. X. *cum Volcmarus sequeretur curiam Romanam, & pro suo negotio molestus esset apostolico, apostolicus missa epistola peremtorie citauit Rudolphum, qui tunc cum imperatore erat, quod imperator audiens non parum agre ferebat: ipsum tamen, ne contumax videretur, ad audientiam venire hortatus est, mittens secum duos Decretistas quidem, vt pro Rudolpho esset iustitia Canonum, legistas vero, vt pro parte sua starent iura legum.* AVCTOR GESTORVM BALDVINI *lib. I. c. XII.* ipsos distinguit in *Legistas* & *Canonistas.* Adde HISTORIAM IVRIS *c. VII. §. XIX. XXXV.*

38) Verba sunt GODEFRIDI *ad a. 1211.* ALBERTVS STADENSIS *ad a. 1211.*

39) Hanc caussam indagandam etiam legatis suis Papa commiserat *ep. CXXXIX. & CLXXXIII.*

40) Verba sunt GODEFRIDI *c. l.* CONR. VRSPERGENSIS p. 327. *Anno Domini millesimo CCX. Otto excommunicatus denunciatur. Tunc principes Alemannia, rex videlicet Bohemia, dux Austria, dux Bauaria, & Lantgrauius Thuringia, & alii quamplures conuenientes Fridericum regem Sicilia elegerunt in Imperatorem coronandum, cui etiam olim cum adhuc in cunis esset, iurauerant fidelitatem.* MONACHVS PADVANVS ad a. 1211. *istis temporibus Fridericus adolescens, Rex Sicilia, filius quondam Henrici Imperatoris, & regina Constantia, qua fuit filia Rogerii, Regis Sicilia, de mandato Magnifici Papa Innocentii, per Lombardiam, cum auxilio Marchionis Estensis ascendit in Alemanniam confidenter, Quem ita gratissime Prælati, & Principes Alemannia, susceperunt, quod pauci remanserunt de Principibus cum Ottone; tandem, ipsum in Regem Alemannia, & in futurum Imperatorem concorditer elegerunt.* ALBERICVS ad a. 1211. *Mediante igitur consilio Regis* (Francorum, Philippi) *Barones Alemannia elegerunt supra dictum Fridericum de Apulia filium Henrici Imperatoris, rogantes Papam, vt eius confirmaret electionem, qui, licet hoc bene vellet, tamen dissimulauit, quia Romana Ecclesia semper grauitatem obseruare, & noua, non sine difficultate concedere consueuit, & quia progeniem illam non amabat.*

41) GODEFRIDVS *ad a. 1211.*

42) GODEFRIDVS *ad an. 1212.* MVTIVS *lib. XIX. p. 175.* ALBERTVS STADENSIS ad an. 1212. *Papa Imperatori, redeunti in Alemanniam, aduersarium suscitauit, scilicet Fridericum, regem Sicilia, Heinrici Imperatoris filium cui per Papam multa ciuitates Italia accesserunt.* FRAGM. HISTOR. *ad an. 1212.*

43) FRAGM. HISTOR. ad a. 1212. *Otto Imperator ab Apulia & Italia reuersus est ad partes Teutonia, celebrauitque Curiam apud Franckenfurt, & circa messes coadunato exercitu, mouit expeditionem in Thuringiam aduersus Hermannum Lantgrauium sibi aduersantem, vbi etiam expugnauit & destruxit duas munitiones satis munitas, scilicet Rotenberg & Saltzungen: & inde progrediens, obsedit oppidum Wizense, quod similiter expugnauit vsque in arcem.*

44) Verba sunt GODEFRIDI *ad a. 1212.* ALBERICVS, ALBERTVS STADENSIS, CHRONICON ELWANGENSE, BIGAVGIENSE, AVSTRALE, SLAVICVM, MONTIS SERENI, FRAG. HISTOR. *ad a. 1212.* CONRADVS VRSPERGENSIS *p. 332. 333.* GOBELINVS PERSONA *at. VI. c. LXIII.* MONACHVS PADVANVS *ad a. 1211.*

45) Patet hoc ex loco ALBERICI *ad a. 1211.* supra adducto. Facit huc etiam ROGERIVS HOVEDENVS. *Otto Rex Alemannorum, electus Romanor. Imperator misit Henricum Ducem Saxonia & Willielmum Wintoniensem, fratres suos, ad Ioannem Regem Anglia, auunculum suum petens ab eo*

Anglorum amicitia motus, Flandro accedebat, 46) bellum fuit exortum, licet caussam eiusdem alii aliunde arcessant. 47) Anno 1214. Otto Imp. cum Comite Flandriæ Ferrando, & Duce Brabantiæ, & plurimo exercitu contra Galliæ Regem ad bellum proficiscitur: vbi ad pontem Bouinum Flandriæ, Insulam inter & Tornacum, prœlio commisso, Philippus victoriam obtinet. 48)

§. XI. Tandem Otto, cum videret Principes magis magisque a se desistentes, in terras suas se recepit, atque die XIV. Kl. Iunii 49) 1218. in castro Hartesburg postquam seriam egisset pœnitentiam, fuit defunctus. Dum autem in banno Papali esset, a Sigifrido, Hildesiensi Episcopo fuit absolutus, quam absolutionem Honorius Papa confirmauit. 50) Sepul-

Comitatum Eboraci & Comitatum Pictauis, quos Richardus Rex Angliæ ei dederat, & duas partes totius thesauri Richardi Regis Angliæ, & omnia exenia sua, quæ idem Rex ei dimisit. Sed Ioannes Angliæ rex nihil horum quod petebat, facere volebat, propter iusiurandum quod iurauerat Regi Franciæ, quod nullum auxilium faceret ipsi Ottoni contra Ducem Suauiæ. Quare in tractatu Pacis inter Philippum & Ioannem de a. 1200. apud LEIBNITIVM *Cod. Iur. Gent. p. 8. in Conuentionibus istis Domino Regi Franciæ habemus conuentionem, quod nos Nepoti nostro Othoni nullum auxilium faciemus, nec per pecuniam, nec per milites, nec per gentem, nec per nos, nec per alium, nec per consilium & assensum Domini Regis Franciæ.* In induciis vero inter Philippum R. Galliæ, & Iohannem R. Angliæ, de anno 1214. *Fridericus Rex Romanorum & Siciliæ erit in nostra treuga, si voluerit. Et Rex Otto similiter erit in treuga Regis Angliæ si voluerit. Et si alter illorum noluerit esse in treuga nos poterimus iuuare. Fridericum in Imperio, & Rex Angliæ Othonem in Imperio similiter absque meffacere, & absque faciendo guerram inter Ioannem Regem Angliæ & nos de terris nostris.* Quod autem Philippus Galliæ Rex Philippo Sueuo fauerit, patet ex *ep. XIII. & LXIII. LXV.* in REGISTRO INNOCENTII, qua, reprobato Ottone, Philippum Papæ commendat. Ast in epistola LX. Papa Ioannem, Anglorum Regem a iuramento absoluit, præstito, ne Ottoni auxilium ferat.

46) Patet hoc ex MATTHAEO PARISIENSI, qui ad a. 1214. p. 210. *habuerunt præterea idem bellatores, Flandri & Angli, Othonis Romani Imperatoris auxilium pariter & fauorem: cum toto posse Ducis Louaniæ & Brabantiorum, qui pari tyrannide in Francigenas sæuiebant.* Graphice hanc rem depingit NAVCLERVS vol. I. Gen. XLI. p. 910. *Anno Domini 1212. Otho licet abrogatus a Papa, nihilominus tamen pro imperatore se gerens, cum ad partes Germaniæ; dimissa Italia, declinasset, circa festum Pentecostes conuentum Norinbergæ principum suæ partis celebrauit in qua multiplices Rom. pontificis contra se ostensas calliditates exponens, quam iniuste ab illo insectaretur, declarauit: Adeste, inquiens, animis principes quibus cura sit de regno, deque in eodem rebus gubernandis: nempe ad vos respicit Teutonici regni quæuis dispositio, vestra intererit eminus cuncta prospicere. Vestri etenim iuris esse fatemur, non Rom. pontificis, imperatorem creare simul & destituere: vestrum, si quid in imperio tumultus insurrexit, quo viritim extirpetur, curare. Igitur o principes & regni cordati proceres, ius vestrum defendite, pro patris & imperii legibus vires exercete, ne si minus, & imperium & patrimonium dimittatis. Vt autem id fieri possit, persuasum credimus Rom. pontificem, quo sese suis præsumtionibus reuocet, si monere blandiloquio tentaueritis. Nam si pro libitu suo Rom. pontifici, nimium quam expedit, dissimulando, depositionem Imperatoris permiseritis, actum breui vestra de potestate in deligendo imperatore omnidubio procul intelligetis. His itaque ac similibus dum in concione ad principes Otho imperator perorasset, animos nonnullorum sibi conciliauit.*

47) Sic MONACHVS PADVANVS: *Anno Domini MCCX. reuersus est Otto Imperator in Alemanniam, excommunicationis vinculo innodatus: & congregato exercitu maximo perrexit aduersus Philippum Regem Francorum, cui associati sunt quidam Principes, Regis Franciæ proditores. Sed Francigenæ suæ antiquæ memores probitatis, vnanimiter contra inimicos impetum facientes; incredibilem de Imperatoris exercitu victoriam habuerunt. Caussa vero huius prœlii dicitur hæc fuisse, quia Imperator dicebat Regem Franciæ liberaliter promisisse ciuitatem sibi Parisios se daturum, si Otto vnquam Romanum Imperium obtineret. Rex vero considerans, se incaute illam promissionem fecisse, decreuit potius tam arduam quæstionem belli esse iudicio terminandam.* ARNOLDVS LVBECENSIS *lib. VII. c. XVII.* caussam istam latius exponit, dicens: *quid dixerim de nobile rege Franciæ? qui nec cum aliis a subsannatione temperauit. Cum enim Otho a Principibus de Pictauio ad regalem electionem vocaretur, & conductu regis memorati Franciam transiret, ipse cum transeuntem vidit & salutauit, & inter collationes, quibus se mutuo salutabant, Rex Franciæ in hæc verba prorupit: intelleximus, ait, quod ad Imperium Romanum vocemini. Ad hæc ille: verum est, ait, quod audistis: sed in Deo sit iter meum. Cui Rex: non credatis: quod tanta vobis proueniat dignitas. Quod si vel sola Saxonia in personam vestram consenserit, detis mihi nunc dextrarium, quem peto, & cum creatus fueritis, dabo vobis tres ciuitates meliores regni mei, Parisium, Stampes, Aurelianum. Habebat sane Rex Otho munera multa regis Angliæ, auunculi sui, Richardi, & centum quinquaginta millia marcarum, quæ in somariis ferebant quinquaginta dextrarii. Inter quos erat vnus nominatior, quem Rex petebat. Dominus ergo Otho, dato dextrario, ibat via, qua cœperat. Nunc ergo non fit iniuria, Dominum Imperatorem repetere sua.*

48) Prœlium illud late descripsit ALBERICVS *ad a. 1214.* & MATTHAEVS PARISIENSIS *c. l.* GODEFRIDVS ad a. 1214. *circa Iulium etiam mensem idem Imperator cum Comite Flandriæ Ferrando, & Duce Brabantiæ, & plurimo exercitu contra Regem Galliæ ad bellum proficiscitur: vbi iuxta Tornacum prælio commisso Rex Galliæ victoriam obtinuit. Ferrandus cum pluribus nobilibus tam Flandriæ, quam Lotharingiæ ibidem capitur, & Parisius missi vinculis mancipantur.* ALBERTVS STADENSIS, CHRONICON M. SERENI, CONRADVS VRSPERGENSIS *ad a.* 1214. RIGORDVS *p.* 215. 216. *Historia de* GVELFIS *p.* 805. GOB. PERSONA *at. VI. c. LXIII.* Potissimum vero CHRONICON SENONENSE *cap. XIV. XV. XVI.*

49) GODEFRIDVS Idibus Maii habet. ALBERTVS STADENSIS vero XIV. Kl. Iunii f. XIX. Maii, quem diem MEIBOMIVS etiam comprobat *in Apologia p.* 150.

50) GODEFRIDVS ad a. 1218. *eodem anno Imperator iam per annos octo vinculo excommunicationis a duobus apostolicis innodatus, cum septem honoratos viros pro impetranda venia Romam mitteret, sed tamen stare mandato eorum non admitteret, post Pascha febre corripitur. Deinde ingrauescente morbo, vbi sibi diem mortis imminere cognouit, Episcopum*

Sepultus autem Brunsuici in æde S. Blasii & imperialibus indumentis iuxta patrem suum & matrem in ecclesia S. Blasii fuit sepultus. 51) Facto testamento, fratrem suum constituit hæredem, eidemque Imperii insignia nouiter electo tradenda relinquit. 52)

§. XII. Binæ Ottonis memorantur vxores. Prima erat Maria, Henrici IV. Brabantiæ Ducis filia, ipsi a. 1199. desponsata. 53) Papa etiam ob consanguinitatem, licet remotam nimis, dispensante, 54) quam tamen cum nondum esset nubilis, domum non duxisse, potius postea repudiasse videtur. Altera erat Beatrix, Philippi Sueui filia, ipsi quidem iam dum a. 1209. in Comitiis Bambergensibus desponsata, 55) papa etiam dispensante 56)

pum de Hildesheim & alios religiosos & sapientes viros, scilicet Abbates & sacerdotes conuocat & cum gemitu & lacbrymis quid sibi agendum foret vel qualiter a modo excommunicationis absolui posset, consulit. Ad quorum consilium cum mandato Apostolici stare iurasset, ab Episcopo absoluitur. Deinde ordinato testamento suo, factaque confessione cum perceptione sanctæ communionis & sacræ vnctionis, cum magna contritione cordis, in castro quod dicitur Hartzberg, Idibus Maii moritur. ALBERICVS ad a. 1218. *prædictus Otto quondam Imperator mortuus est in castro suo Brunsuik prius restitutis omnibus quæ occupauerat de Ecclesia & Imperii rebus, absolutione nihilominus excommunicationis postulata cum contritione, qua per multos annos fuerat innodatus,* CONRADVS VRSPERGENSIS *ad a.* 1218. CHRON. AVGVST. *ad a.* 1219. FRAGM. HISTOR. *ad a.* 1216. GOB. PERSONA *at. VI. c. LXIII.* Apud MARTENE *Thes. Anecd. Tom. III. p.* 1374. extat narratio de morte Ottonis IV. in qua dicitur, qua ratione maxime doluerit, quod grauiter peccauerit contra sedem Romanam, atque talem passus fuerit satisfactionem: *deinde dixit Imperator omnibus: Quisquis afferri inferat; & totus denudatus prostrauit se, & incepto Miserere mei Deus, quamdiu cantabant omnes, simul ipsum verberabant: & inter verbera clamabat: Eia, percutite durius me peccatorem. Finito psalmo, adhuc instabat, vt eum amplius verberarent: & tam de verbis quam de verberibus omnes commoti sunt ad lacrymas. Post psalmum dixerunt Misereatur, & licet non sufficerent ei illa verbera, tamen leuauerunt eum in lectum, dicentes eis & Deo sufficere; nec vsque ad sanguinis effusionem procedendum.* Singulare itaque est, quod dicit ALBERTVS STADENSIS ad a. 1218. *Otto Imperator, anno Regni sui vigesimo, in Castro Hartesburg, ineffabili contritione compunctus, ita, vt coquinariis suis praciperet, vt in collum suum conculcarent, XIV. Kalend. Iunii obiit, a Sigefrido, Hildensemense Episcopo, absolutus. Hanc absolutionem Papa Honorius confirmauit. Sepultus est autem in Brunswico.* Eadem dicit KRANTZIVS *Saxonia lib. VII. c. XXXVII.* & SIGONIVS *de Regno Italia lib. XVI. p.* 24. Singularis est traditio, quam de morte Ottonis habet THOMAS WALSINGHAMVS in Hypodigmate Neustriæ dicens: *Otto quondam Imperator, aduersante sibi fortuna, post bellum proxime supra dictum, in Saxoniam reuersus, priuatam vitam toto auo suo vixit in Ducatu, qui sibi iure hæreditario competebat. Tandem dysenteria morbo laborans, conuocatis Episcopis alioque clero, instanter cum lacrymis absolutionem super sua rebellione petiit & accepit. Miles quidam Anglicus, dictus Philippus de Bonauilla, qui sub isto Ottone plurimis annis militauerat, sæpe de illo magna cum deuotione referre solebat. Cum instante morte viaticum recipere (quia nil retinere poterat) non anderet, tamen corpus Christi ad instantiam eius, vt illud videret, allatum humiliter adorauit. Et cum quasi amplexaturus brachiis expansis nudato corpore approximaret, hostia illo in loco vbi cor latuit, facta apertura intrauit prosiliens de manu sacerdotis & absque omni cicatricis vestigio reclusus est locus sicque recumbens spiritum reddidit.* Ast, quantum miraculum! Sed hanc insaniem satis refellit MEIBOMIVS *apologia pro Ottone IV. p.* 148.

51) Verba sunt GODEFRIDI *ad a.* 1218. Comprobat illud vetusta tabula, quæ in æde S. Blasii Brunsuici reperitur e regione tumuli Henrici Leonis, cum hac inscriptione. *Anno 1218. to tho der Hartzborg, de Grotmachtige Kayser Otto, des Nahmens de Veerde ein Herr tho Brunswick, Hertogen Hinriks des Lawen Sohne, gestorben, und in de Kercken S. Blasii, binnen Brunswick begraben warden.*

52) Exhibet Ottonis IV. Testamentum MEIBOMIVS *in Apologia p.* 148. in quo hæc verba: *nos igitur ob remedium animæ nostræ testamentum nostrum facientes, omni affectione qua possumus, te frater Henrice Palatine Comes Rheni, rogamus, vt si Deus, in cuius ditione cuncta sunt posita, præceptum suum de nobis fecerit, vt vniuersæ carnis viam ingrediamur, quatenus pro amore Dei, & in ea fide, qua nobis hominio & fraternitate astrictus es, sanctam crucem, lanceam & coronam, dentem S. Ioannis Baptistæ, & Imperialia insignia, præter pallium nostrum, quod dandum est ad S. Egidium, viginti septimanas post decessum nostrum conserues, & nulli hominum sub cœlo repræsentes, nisi ei quem principes vnanimiter elegerint, & iuste, aut ei, qui nunc est electus, si principes in eum consenserint, & pro his repræsentandis pro honore Dei & nostra salute nullam accipies pecuniam, nisi nostrum & tuum patrimonium per ipsa Imperialia possis requirere.* Quare etiam M. CHRON. BELGICVM p. 221. *Fridericus itaque Rex Coronam & Lanceam ceteraque Regalium ornatuum insignia recepit ab Henrico Duce Saxonia, fratre Ottonis quondam Imperatoris, datis eidem Duci vndecim marcharum millibus: qui Dux omnia, quæ fratris erant, vel quæ Otto post amissum Imperium vndecunque congregauerat, Henricus Comes Palatinus frater suus sibi vsurpauit.* Sic etiam Ecclesiæ S. Blasii Curtim Scheuerlingeburg donat, prout diploma reperitur apud MEIBOMIVM p. 249. & in REHTMEYERI *antiquitat. Eccles. Brunsuic. Tom. I. Addit. p.* 59.

53) GODEFRIDVS ad a. 1199. *Ottoni Regi desponsatur filia Ducis Brabantiæ.* ALBERICVS ad a. 1214. *Dux de Lemburch, Henricus & Dux Henricus Brabantiæ, cuius filiam duxerat in vxorem Otto prædictus.* SVNDHEMIVS *in Historia familiæ Welphonum* apud LEIBNITIVM Tom. I. p. 418. *Maria, eius vxor prima, fuit filia Ducis Brabantiæ, ex qua non habuit proles.* ROGERIVS HOVEDENVS Ann. Angl. p. poster. p. 776. *prædictus autem Otho duxit sibi in vxorem, filiam Ducis de Luvain, quæ die coronationis prædicti Ottonis, sedit simul cum eo, in cathedra Regali, sed non tunc coronata.* P. DIVAEVS *Rer. Brabant. lib. X. p.* 105. FR. HARAEVS quidem *Hist. Brabant. Tom. I. p.* 238. demonstrare voluit, fuisse illam Henrici IV. sororem, Godefridi filiam. Verum, cum ex epistola Innocentii XXVIII. pateat, patrem ipsius adhuc fuisse in viuis: dum Godefridus iamdum a. 1186. fuerit defunctus, potius sequimur priorum auctoritatem. Qua ratione legati pontificii laborauerint, pro consummando hoc matrimonio, patet ex Epistola Innocentii II. Sic etiam Papa in epistola XCIX. ad Ducem Brabantiæ Ottonem vocat *nobilis mulieris filia tuæ sponsum.*

54) Patet hoc ex epistola Innocentii XXIII. & LXVI.

55) CONRADVS VRSPERGENSIS p. 321. *inter*

te 56) cum tamen nondum iustæ esset ætatis, 57) demum a. 1212. Northusæ cum eadem nuptias celebrauit, sed quarta die post, rebus excessit humanis. 58) Inde Mariam iterum duxit, quæ ipsum superuixit. 59) Ex vtraque prolem non sustulit. 60)

inter hac desponsauit Otto filiam ducis Brabantiæ, sed eam postea repudiauit. FRANC. de ROSIERES *Stemm. Lothar. Tom. IV. p.* 261. dicit, quod illam ob incestum repudiauerit. Sed tota res patet ex Innocentii epistola XXVIII. *cum inter te ac dilectam in Christo filiam natam Ducis Brabantiæ sponsalia fuerint approbante Legato nostro contracta, nostræ voluntatis existit, vt quod initiatum est legitime nisi per alium steterit, compleatur. Cum ergo puella ipsa ætati nubili sit vicina, monemus serenitatem tuam & exhortamur attentius quatenus vsque ad nubilem eius ætatem expectes, & si pater eius eam tibi tradere noluerit requisitus, ex tunc libere cui volueris in Domino tamen nubas.* Videtur itaque renuisse & Mariæ pater. Qua ratione Papa circa hoc matrimonium se gesserit, patet ex epistola CLIII. vbi: *si vero tibi videris expedire, ad consummationem matrimonii iam tractati secure procedas; super quo nos matri puellæ, Patriarchæ Aquilegensi, & Henrico de Calandrino, nec non & Henrico de Masseeb, nostras litteras destinamus. Super altero vero coniugio, si tibi & imperio expedire cognoueris, tuum nobis non differas beneplacitum intimare, de plenitudine gratiæ nostræ securus, quod ad omnia quæ tibi nouerimus profutura diligens studium impendemus & operam efficacem.*

56) Satis hoc ex eo patet, quod Philippus matrem ipsius Irenem demum a. 1196. duxerit, ideoque a. 1209. saltim erat tredecim annorum.

57) Innocentius *ep. CLXIX.* ad Ottonem, cum de matrimonio contrahendo inter te ac primogenitam quondam Philippi Ducis Sueuiæ in nostra præsentia tractaretur, tuis & ipsius consentientibus nuntiis ita prouidimus, vt potestatem dispensandi super linea consanguinitatis, quæ te ac illam contingit, committeremus Legatis, qui erant in Teutoniam regressuri. Vid. & epistola CLXXVIII. CLXXXI. CLXXXII.

58) GODEFRIDVS ad a. 1212. *Northusiæ etiam nuptias celebrauit, ducens filiam Philippi Regis, quæ sibi desponsata fuerat, quæ quarta die rebus excessit humanis.* Eundem locum habet MVTIVS *lib. XIX. p.* 175. GOBELINVS PERSONA *æt. VI. c. LXIII.* HIST. LANDGR. THVRINGIÆ *c. XXXIV.* NAVCLERVS *Vol. II. Gen. XLI. p.* 911. MEIBOMIVS *apologia pro Ottone IV. Tom. III. p.* 154. 155. Ast, CHRONICON AVSTRALE ad a. 1212. *Otto Imperator ab Apulia prospere regreditur, regalibusque nuptiis Brunswick magnifice celebratis filiam Regis Philippi duxit vxorem. Sed celebres nuptiæ (proh dolor) in lugubres exequias Reginæ in breui conuertuntur.* Sequitur KRANTZIVS *Saxonia lib. VII. c. XXXIV.* Sed, quod Brunsuicum fuerit suppositum, hæc mihi ratio subesse videtur, quod sponsam suam Brunsuicum deduci præceperit, secundum ARNOLDVM LVBECENSEM *Chron. Slau. lib. VII. c. XIX.* ALBERTVS STADENSIS ad 1212. *Imperator filiam regis Philippi duxit, quæ statim post nuptias obiit.* De caussa mortis loquitur MVTIVS lib. XIX. p. 175. *suspicabantur alii aliam mortis caussam fuisse: quidam dicebant virginem non inuentam: quidam concubinas magis Imperatori placuisse: fuerunt, qui putabant, per pellices veneno sublatam, non conscio Imperatore. Inimici & Pontificii palam dicebant per Imperatorem venenum illi datum.* Verum etiam ab hac iniuria Imp. absoluit MEIBOMIVS *p.* 155.

59) Vxoris, quæ ipsum superuixit, mentio fit in ipsius testamento: *ad hæc volumus, vt vxor nostra cum Dapifero Gunzelino & fidelibus nostris castrum Harlungeberg possideat.* Nomen quidem ibi non exprimitur, sed dum multi Scriptores tradant, ipsum Mariam post Beatricem duxisse, hoc de iterato matrimonio erit intelligendum. Sic CHRONICON VETVS DVCVM BRVNSVIC. apud LEIBNITIVM tom. II. p. 17. *hic duxit vxorem Beatricem, Regis Philippi filiam, quæ obiit anno Domini MCCXIII. III. Id. Augusti. Postea duxit Mariam, sororem Ducum Brabantiæ; de quarum nulla habuit successorem.* Idem confirmat CHRONICON vetustum RYTHMICVM apud MEIBOMIVM *Tom. I. p.* 418. & LEV. a NORTHOF *Orig. Marcanis p.* 388. Confirmatur hoc ex ALBERICO qui ad a. 1218. *ideo post fata Beatricis: In Pascha, Ciues Colonienses pacti sunt pecuniam Ottoni, iam reprobato, vt recederet ab eis, & absoluerunt eum ab omni debito; quod eis debebat, & dederunt ei insuper sexcentas marchas argenti, & Ipse, post Pascha, clam recessit, &, post eius recessum, vxor Eius, filia Ducis Brabantiæ, sub specie viri peregrini, similiter recessit a Colonia, & secuta est virum suum.* Hæc verba M. CHRON. BELG. *p.* 220. repetit, & nomen insuper Mariæ exprimit.

60) HISTORIA de GVELPHIS apud LEIBNITIVM Tom. I. p. 805. *Maria eius vxor prima fuit filia Ducis Brabantiæ, ex qua non habuit proles. Beatrix secunda eius vxor fuit filia Philippi Regis Romanorum Ducis Sueuiæ, per quam ad concordiam venerunt. Et ex illa etiam non habuit proles.* Ex hoc igitur REVSNERVS facile poterit refelli, qui in Genealogico suo binas ipsi tribuit filias, quem etiam refellit MEIBOMIVS *p.* 156.

SECTIO SEXTA
DE
FRIDERICO II.

§. I. Friderici natiuitas. §. II. Friderici mores & potentia. §. III. Regimen Siciliæ sub matris Constantiæ tutela. §. IV. Triplex eius electio & coronatio Germaniæ. §. V. Insignia Imperii accipit & Romæ coronatur. §. VI. In Regnum Siciliæ abiturus, Henricum filium suum Regem constituit Romanorum, eundemque Aquisgrani curat coronari, duos Comites Anania vincit: §. VII. Henricus varia apud Germanos habet Comitia, maxime in caussa Waldemari R. Danorum. §. VIII. Ludouicus Dux Bauariæ, Vicarius Imperii, insidiis Imp. occiditur. §. IX. Imp. a Gregorio IX. excommunicatur, expeditio in terram sanctam, capta Hierosolyma. Turbæ papales & Io. Brenna in Italia. Imp. reditus & compositio cum Papa: negotia cum Italis. §. X. Filius Henricus contra ipsum rebellat. §. XI. Comitia Moguntina 1235. Recessus Teutonicus. Ducatus Brunsuico-Luneburgensis. §. XII. Negotium cum Wenceslao Bohemiæ Rege. Elisabetha canonizatur. §. XIII. Imp. expeditio contra Italos rebelles. Colloquium apud Vaucouleur Lotharingiæ indicit: a Papa excommunicatur. Fridericus an Atheus. §. XIV. Fridericus Bononienses & Mediolanenses deuincit, contra Romam arma vertit. §. XV. Negotium cum Friderico Bellicoso, Austriæ Duce. §. XVI. Gregorius Papa Roberto, Gallorum Principi Imperium offert & concilium indicit, Fridericus per Entium filium naturalem, Cardinales ad Concilium properantes

tes capit. §. *XVII. noua turbæ cum Innocentio IV. Papa.* §. *XVIII. Excommunicatio Imp. in Concilio Lugdunensi* 1245. §. *XIX. Imp. Veronæ, Taurini & Cremonæ agit. Henricus, Thuringiæ Landgrauius in Imp. eligitur.* §. *XX. Fridericus per Gallorum regem Ludouicum, compositionem offert. Conradus Imp. filius ab Henrico vincitur. XXI. Hungaria maiestatem Imperii adgnoscit.* §. *XXII. Conspiratio contra Imp. Guilielmi Batavi electio. Fridericus Henricum filium facit Regem Sardiniæ, Hensium mittit contra Genuenses, Fridericus iterum excommunicatur.* §. *XXIII. Fridericus Lugdunum tendit, sed a Parmensibus concitatus, Parmam obsidet & fugatur.* §. *XXIV. Conspiratio contra Fridericum per Petrum de Vineis. Hensius Friderici filius Parmenses vincit, a Bononiensibus vero capitur.* §. *XXV. Imp. Papæ denuo satisfactionem offert & moritur.* §. *XXVI. Leges Friderici.* §. *XXVII. Vxores.* §. *XXVIII. Liberi.* §. *XXIX. Concubinæ & liberi naturales.* §. *XXX. Pseudo Friderici.*

§. I.

HEnrici VI. ex Constantia filius erat Fridericus II. de cuius natalibus multa adhuc inter eruditos est controuersia. Disceptatur enim de anno & loco natali, atque an partus fuerit genuinus. Circa annum natiuitatis, verior illorum videtur esse sententia, qui ipsum anno 1193. 1) in festo S. Stephani 2) natum esse dicunt. Locum natalem vel Neapolim vel Panormum faciunt, licet verior videatur illorum opinio, qui ipsum in Ciuitate Neapolitana, Assisio natum esse dicant, 3) & quidem in præsentia multorum Cardinalium, nobilium & matronarum, ad euitandam partus suppositii, vt fama erat, suspicionem. Licet non deessent, qui ipsum vel medici vel molendinarii, vel accipitrarii filium esse dicerent. 4)

§. II. Princeps strenuus erat, magnificus, liberalis: multarum linguarum peritus, ac simul eruditus, Latinam, Græcam, Saracenicam, Gallicam & Germanicam linguam opti-

1) Scriptores plurimum hic discrepant. Si ROGERIO HOVEDENO crederemus, hic annum ipsius natalem 1196. refert, dum ad a. 1197. dicit: *eodem anno, filius Henrici, Romanorum Imperatoris, quem pepererat ei Constantia Imperatrix, filia Rogeri, quondam Regis Siciliæ, puer septem annorum, baptizatus est, & vocatum est nomen Eius, Fridericus.* Annum 1195. ponit ALBERTVS STADENSIS. Hunc sequitur LVDOVICVS CAVITELLIVS ad a. 1195. dicens: *& anno* 1195. *ex Constantia vxore Henrici, dum esset Panormi, seu in vrbe Esii Flaminiæ, die vigesima sexta Ianuarii prodiit in lucem Federicus secundus.* CONRADVS VRSPERGENSIS p. 317. *Anno Domini mill. CXCVI. natus est imperatori filius Fridericus, qui postea tenuit Imperium.* CHRON. AVGVSTENSE ad a. 1196. *Imperatrix filium peperit, qui vocatus est Fridericus.* ANONYMVS CASINENSIS sub initium anni 1195. *Constantia Imperatrix filium parit in Marchia Anconitana; quem in auspicium cumulandæ improbitatis inculcatis auorum nominibus, Fredericum Rogerium, seu Rogerium Fredericum vocat.* Verum, annum iste a Natiuitate Christi incoat ROCCHVS PIRRVS *Chron.* Regum Siciliæ & vrbis Panormitanæ compitis.

2) Diem definit RICHARDVS de S. GERMANO *Chron. ad a.* 1194. scribens: *Tunc Imperatrix in ciuitate Marchiæ filium peperit nomine Fredericum mense decembri in festo Sancti Stephani.*

3) LEHMANNVS *lib. V. c. LXXVIII.* ipsum Neapoli natum fuisse dicit, THOMAS FACELLVS *de Rebus Siculis Dec. poster. lib. VIII. c. I.* Panormi; licet etiam dubius adhuc hæreat, annon Giezi Apuliæ fuerit natus, quod est Assisium. Idem dicit LVDOVICVS CAVITELLIVS *Ann. Cremonensibus ad a.* 1195. FRANCISCVS MAVROLICVS *Sicanicæ Historia lib. III. p.* 160. *Constantia partui vicina in Esitana ciuitate, siue vt Siculi tradunt, Panormi exposito in platea publica conopeo: vt testium præsentia suspicionem simulati partus, infantisue suppositi penitus tolleret, parturiuit.*

4) ALBERTVS STADENSIS: *Anno Domini MCXCV. natus est Imperatori Heinrico filius in valle Spoletano, in ciuitate Asis, nocte quæ præcedit dormitionem Iohannis Euangelistæ, XV. Episcopis & Cardinalibus præsentibus, & baptizatus, dictus est Fridericus.* Idem a. 1220. *Plurium cum rumoribus pluries euolauit, eundem Fridericum non fuisse Heinrici Imperatoris realem filium, sed vocalem. Quod sic contigisse dicitur. Quondam Constantia filia regis Siciliæ, sic Imperatori fuit in matrimonio copulata, vt si patruus eius, qui regnum Siciliæ, Apuliæ & Calabriæ possidebat, antequam Constantia moreretur, regnum ad Constantiam hæreditario iure volueretur. Constantia autem cum Imperatorem duceret, sexagenaria credebatur: Timebatur autem sterilis permansura. Vnde Imperator medicorum vti consilio nitebatur, vt sterilitate repulsa fœcunda fieret, ne sine hærede regnum Siciliæ permaneret. Et medici ei ad tale propositum & opem & operam spospoderunt. Fecerunt autem vterum eius per medicinas paulatim intumescere, ita vt Imperator eam vehementer crederet imprægnatam. Medio autem tempore Physici sibi de infantulo prouiderunt, ita quod de diuersis mulieribus imprægnatis, & tempore partus Constantiæ parere debentibus, secretissimo consilio vnus infantulus raperetur in palatium, ad lectum Constantiæ partus tempore deferendus, vt sic alius natus tanquam de Constantia nasceretur, & filius alterius pro Imperatoris & Imperatricis filio haberetur. Vicit tamen dubium esse, vtrum ille puerulus Physici, aut molendinarii, aut aucupitrarii filius fuerit, sed vere aiunt, eum vnius ex his tribus filium extitisse.* THOMAS FACELLVS *de rebus Siculis decadis poster. lib. VIII. c. I.* dicit: *firmato regno, siue antea (vt diuersa est opinio) cum Constantia vxor prægnans esset, ne suspicio eam (vtpote annosam) veterum mentitum partum sibi supposuisse exoriretur, in medio Panormitanæ ecclesiæ vestibulo, (si Panormitanis, & plerisque scriptoribus credimus) siue in Giezi Appuliæ vrbe (vt cæteri propius vero tradunt) tabernaculum ei tendi iusserunt. Vbi ventre custodito, nulla matronarum exclusa, palam & populo spectante, Fridericum secundum Cæsarem enixa est, mense Decembri in festo Sancti Stephani.* PANDVLPHVS COLLENVTIVS Hist. Neapol. lib. IV. p. 138. *Constantia igitur grauida, Henricum in Germaniam sequutura, in Picenum vsque peruenerat, vbi cum a marito mandatum accepisset, ne vlterius progrederetur, sed ad regni Neapolitani fines rediret, ob quosdam tumultus, qui ibi concitati esse dicebantur, essetque iam partui vicina, in Esiorum vrbe, in qua tunc erat, filium peperit anno MCVIC eumque paterni aui nomine Federicum appellauit. Et quoniam ætate prouecta, iam annum quinquagesimum superabat, vix credebatur fere concepisse: qua de re Henricus ipse primum omnium suspicatus fuerat: nam statim postquam id intellexisset, vt certam*

optime callens. Quidquid enim ocii nactus fuerat, id lectioni librorum suffurabatur. 5) Libros multos ex Græco & Arabico latinos fieri curauit, inter quos & Aristotelis volumina fuerunt & multa medicorum. 6) Ipse diuersos libros composuit, vtpote de natura & cura auium. 7) Neapoli academiam instituit multis priuilegiis dotatam. 8) Potentissimus alias Imperator, Italiæ, Sardiniæ, Siciliæ, Hierusalem & Sueuiæ Princeps: quare etiam ob summas diuitias nullus magnificentior tenuit imperium a Carolo Magno vsque ad eum. 9) Inprimis bonus fuit & modestus, ergaque ecclesias & religiosorum cœnobia deuotus & magnificus: quibus & multa dedit priuilegia & immunitates. 10) Potissimum iustitiæ erat amantissimus. 11) Inuictus alias animo, iusta corporis magnitudine erat, membris quadratis, pilo subrubeo, vultu hilari, sensibus maxime vegetis. Hoc tamen ipsi vitio vertendum, quod nimius fuerit amator mulierum: habebat enim plurimas concubinas, secumque magnam pulcherrimarum iuuencularum gregem ducebat: falconibus quoque plurimum delectabatur. 12)

§. III.

rei cognitionem haberet, consuluit Ioachimum Abbatem, qui tunc florebat, & prophetici spiritus fama celebris erat: a quo responsum accepit, quod ab sese reuera concepisset, & filium esset paritura. Et paullo post: *itaque Constantia, vt erat prudentissima mulier, cum partus horam vicinam esse cognosceret, expandere in Esiorum vrbis foro tentorium curauit, & illic pariens, potestatem fecit omnibus nobilibus viris atque matronis ad sese veniendi, & partum hunc conspiciendi ne deinceps quisquam suppostitium eum fuisse suspicaretur: finitoque puerperio, Caietam se contulit.* Licet autem coæui Scriptores hac de re taceant, suspicionem tamen partus suppositiui non abs re esse patet ex ROGERIO HOVEDENO, qui ad a. 1197. dicit: *iurauit etiam Imperatrix, tactis SS. Euangeliis, quod prædictus Fredericus natus fuit de legitimo matrimonio prædicti Henrici Imperatoris & ipsius.*

5) Verba sunt CVSPINIANI *p.* 337. Sic etiam laudes ipsius prædicat NIC. CISNERVS *in vita p.* 175. PAND. COLLENVTIVS *lib. IV. p.* 182. Multis etiam præconiis Fridericum extollit PETRVS de VINEIS *lib. I. c. XLIV.* LEHMANNVS *lib. V. c. LXXVIII.* AVENTINVS *lib. VII. c. IV. n.* 13. FRANCISCVS MAVROLYCVS Hist. Sicanicæ lib. III. p. 166. *fuit autem Federicus forma venusta, mediocri statura, membris quadratis, pilo aliquantum rubenti, vultu læto, artium & idiomatum peritus, liberalis, magnanimus, beneficus: vrbes & arces instaurauit, ac construxit: vt Capuanum Neapolis arcem; turres, ac pontem Capuæ & alia in Italia complura. Decreta edidit ad Christianam pietatem & Reipublicæ commodum summopere spectantia, Literatorum quoque ac publicorum gymnasiorum cultor extitit: Philosophiæ ac Medicinæ authores transferri curauit: armis potens & animo inuictus, lasciuiæ tamen culpatur, quod concubinas, & puellarum forma præstantium gregem habuisset. Aucupio apprime delectabatur.*

6) Patet hoc ex PETRO de VINEIS *lib. III. c. LXVII.* qua comite mittit magistris & Scholaribus Bononiensibus libros quosdam Aristotelis & quorundam medicorum, ipsius iussu in latinum sermonem translatos, in qua hæc verba: *post regni vero nostri curas assumptas, quanquam operosa frequenter negociorum turba nos distrahat, & ciuilis sibi ratio vendicet, solicitudinis nostræ partes, quicquid tamen temporis de rerum familiarium occupatione decerpimus, transire non patimur ociosum: sed totum in lectionis exercitatione gratuite libenter expendimus, vt animo clarius vigeat instrumentum in acquisitione scientiæ, sine qua mortalium vita non regitur liberaliter.*

7) GESTA FRIDERICI II. in ECCARDI *Corpore Scriptorum medii aui p.* 1026. *ipse quoque Imperator de ingenii sui perspicacitate, qua præcipue circa scientiam naturalem vigebat, librum composuit de Natura, & Cura Auium in quo manifeste patet in quantum ipse Imperator studiosus fuerit Philosophiæ.* Prodiit hic liber sub titulo: *Reliqua Librorum Friderici II. Imperatoris de arte venandi cum auibus, cum Manfredi Regis additionibus, ex membranis vetustis nunc primum edita, Augustæ Vindelicorum* 1596. 8.

8) Ipse Fridericus publico scripto apud P. de VINEIS *lib. III. c. XI.* inuitat scholares ad studium Neapolitanum, sic scribens: *disponimus autem apud Neapolim, amœnissimam ciuitatem doceri artes cuiuscunque professionis, vigere studia.* Sic etiam Capitaneo Siciliæ scribit, super reformatione Studii Neapolitani apud P. de VINEIS *lib. III. c. XII.* De eodem est *lib. III. c. XIII.* PAND. COLLENVTIVS *p.* 183.

9) ALBERICVS ad a. 1226. *Imperator iste tantos in auro & argento thesauros habere, quantos vllus de antecessoribus suis habuit a tempore Caroli magni, scilicet propter ditissimum regnum Siciliæ & Apuliæ.* Licet etiam ob nimia bella hæ etiam quandoque deficerent, prout ex MVTIO discimus, qui *lib. XX. p.* 188. ita loquitur: *fuit in milites perliberalis, prorsusque effuse prodigus, quare exhaustus omni moneta argentea & aurea, monetam nouam ex corio fecit insignitam sua imagine, quam præcepit vbique accipere ab omnibus, militibusque promisit breui auream pro ea daturum se. Et præcepit postea ditior factus Thesaurario suo, vt militibus eam ferentibus numeraret.* P. LANBIVS *Chron. Citic. ad a.* 1212.

10) Hæc ex GELENII vita Engelberti recenset SCHATENIVS Ann. Paderborn. lib. X. p. 988. *bona ecclesiastici Principis a morte relicta cedant Successori, si intestatus excesserit, aut ei quem hæredum scripserit; nihil ex his fiscus, nihil Laicus ex illis sibi vendicet. Noua telonia intra eius iurisdictionem non introducantur: vetera maneant. Fugitiui Episcoporum serui intra ciuitates aliorum non recipiantur. Aduocati nullum damnum Ecclesiis inferant; illatum restituant. Rex iura bonaque Episcoporum tuebitur. Excommunicatos ab Episcopis, postquam rite denuntiati fuerint, non recipiet, nec locus eis dabitur consistendi in iudicio, priusquam intra sex septimanas se absolui curent. In fundis Episcoporum non ædificia, non castra, non ciuitates construantur; constructa diruantur. Nulli ex Cæsareis, ac Magistratibus Ministrisue liceat vnquam in ciuitate Episcopali ius dicere, vectigalia teloniaue imperare, nisi ipso solo octiduo post & ante conuentum in eiusmodi vrbe iussu Cæsaris indictum: quod si alio, quam curiæ nomine Cæsar ad Vrbes illas veniat, nihil iurisdictione attingat.*

11) GESTA FRIDERICI p. 1026. *Iustitiam quoque sic dilexit & coluit, vt nemini vetitum esset etiam cum ipso Imperatore de suo iure contendere, nec suffragaretur sibi fauoris Imperialis eminentia quo minus ei eam concederet, & iustitia esset æqualis. Nullus aduocatus contra se alicuius quantumcunque pauperis assumere patrocinium dubitaret, cum & ipse etiam Imperator hoc licitum fore statuerit, gratius reputans seruari etiam contra se iustitiam, quam habere de lite victoriam.*

12) PAND. COLLENVTIVS *c. l.*

13) Vid.

§. III. Hic puer adhuc triennis a. 1196. in Regem Romanorum eligitur. 13) Sed ipso post mortem patris reiecto, Constantia mater ipsum, licet primum exosum, 14) in Regem Siciliæ fecit coronari, atque tunc Infans Apuliæ fuit dictus, 15) licet immunitates, quas antea habuerant Reges Siciliæ, cedere cogeretur. 16) Constantia interim Siciliæ præsidebat. Ad eam Innocentius Papa Octauianum Cardinalem Ostiensem, Sedis Papalis Legatum, vt fidei Sacramentum pro Sede Romana exigeret, eique ac filio ius Regium Pontificio nomine impertiret, transmisit. Tunc ob ægritudinis angustias, Constantia Panormi puerum Raynerii, Comitis Fortiani curæ tradidit. Sed mox aduersus perduellem Raynerium Panormitanus Senatus Fridericum in suam suscepit tutelam. 17) Verum, postquam Constantia d. 25. Nouembris 1198. scriptis Testamenti tabulis, Regem filium Pontificis Innocentii tutelæ demandasset, 18) obiit post duos dies d. 27. Nouembris a. 1198. cum ad 45. nondum peruenisset ætatis annum, anno regni tertio, & iuxta eius voluntatem in templi maximi porphyretico sepulcro leonibus suffulto sepelitur. 19)

§. IV. Anno 1212. contra Ottonem IV. denuo fuit electus, 20) atque habitis Moguntiæ Comitiis, plurimi principes fidelitatis ei iuramentum præstiterunt. 21) Anno 1215. in vigilia B. Iacobi Apostoli a Sifrido Moguntino Archiepiscopo, legato Papali, Aquisgrani in Regem inungitur, & in Regali sede collocatur. Quo mox consecrato, Ioanne, Xantensi Scholastico, crucem ibidem prædicante, ad subuentionem terræ sanctæ Cruce signatur. 22) Inde Coloniam Ciuitatem ingressus, a ciuibus & clero suscipitur, & per

13) Vid. *supra Sect. III. §. X.*

14) CHRON. SENONENSE *cap. IX.* apud d'ACHERY *Spicilegio Tom. II. p.* 624. de Henrico VI. *sed non diu superuiuens, dignitatem cum vita perdidit, sibi tamen paruulum filium in Apulia relinquens; quem quia pater eius a Baronibus illius terræ exosus exstiterat, quidam Episcopus illius regionis furtim sublatum in quodam domicilio suo occulte nutriuit, timens ne forte ab incolis terræ inmentus ipse puer occideretur.*

15) CHRON. SENONENSE *lib. III. cap. XIX.*

16) GESTA INNOCENTII n. XXIII. *Imperatrix vero Constantia reuersa Panormum, misit ad Ducissam Spoleti, quæ filium suum in Marchia nutriebat, & perductum ad se coronari fecit in Regem, cœpitque cum illo regnare. Direxit autem in continenti nuntios cum muneribus ad Dominum Innocentium, deuotissime postulans vt regnum Siciliæ, Ducatum Apuliæ, & Principatum Capuæ, cum cæteris adiacentiis, sibi & filio suo concedere dignaretur secundum formam qua prædecessores eius concesserunt illa prædecessoribus suis. Ipse vero sagacissimus Pontifex diligenter attendens quod priuilegium concessionis indultum primo ab Adriano, & renouatum postmodum a Clemente, super quatuor capitulis, videlicet electionibus, legationibus, appellationibus, & Conciliis, derogabat non solum apostolicæ dignitati, verum etiam ecclesiasticæ libertati, mandauit Imperatrici vt illis capitulis renuntiaret omnino, cum ea non esset aliquatenus concessurus. Tentauit illa propositum eius muneribus immutare. Quod cum efficere nequiuisset, missis honorabilibus nuntiis, Anselmo Neapolitensi Archiepiscopo, Aimerico Syracusanensi Archidiacono, Thoma Iustitiario, & Nicolao Iudice, post tractatum diutinum obtinuerunt concessionis priuilegium innouari, capitulis illis omnino remotis, sub censu, fidelitate ac hominio consuetis. Priuilegium non peruenit ad illam mortis acceleratione præuentam.*

17) Hæc ex diuersis Mstis & MAVROLICO *lib. III. f.* 114. demonstrauit ROCCHVS PIRRVS *Chronologia Regum Siciliæ p.* 45.

18) Prout ipse Papa ad Archiepiscopos & Episcopum Troyanum, familiares Regis scribit, apud dictum PIRRVM *p.* 45. *per effectum operum potestis euidenter agnoscere, quod tutelam Regis, & Regni Baiulum nobis a C. Imperatrice relictum, non tam verbo, quam factis recipimus, ac studiose procuramus.* Adde BARONIVM *ad a.* 1199. *n.* 8.

19) ROCCHVS PIRRVS *Chronologia Regum Siciliæ p.* 45. tale ipsius adducit epitaphium

CAESARIS HENRICI LATET HIC CONSTANTIA CONIVX
VNDENO LVSTRO HAC PLATEA RVGOSA SACERDOS
FACTA DEDIT PARTV FRIDERICVM AVGVSTA SECVNDVM
PRO MERITIS SEGRETA TENET SIC OSSA PANORMVS,
VIXIT AN. LXI. OBIIT M. C. XCVIII.

Labuntur igitur OCTAVIVS BELTRANDVS *in descriptione Neapolis f.* 73. & CATANENSIS de GROSSIS *de Ecclesia Catanensi f.* 158. asserentes: *ab anno igitur* 1200. *ad* 1207. *vsque interiecto spatio noua Carmelitarum Colonia Catanæ suscepta est rem promouente Constantia Augusta Henrici VI. Cæsaris vxore, Siciliæ Regina.*

20) *Sectione superiori §. VIII.*

21) GODEFRIDVS ad a. 1212. *Fridericus, Moguntiam veniens, in festo S. Andreæ Apostoli, celebrem curiam habuit, vbi plurimi Principes, ab eo inbeneficiati, fidelitatis iuramentum præstiterint.* NAVCLERVS *Vol. II. Gen. XLI. p.* 913. SERARIVS *Historia Moguntina p.* 833. ex antiquo Msto ad a. 1212. *Fridericus de ciuitate in ciuitatem progrediens, ab omnibus vt Rex suscipitur, & in breui tempore Romanorum imperium obtinuit. In Festo deinde S. Andreæ Apostoli, celebrem Principum curiam habuit Moguntiæ præsentibus ibidem Treuirorum, & Sigfrido Moguntino Archiepiscopis, Herbipolensi, Argentinensi, Constantiensi, & Basiliensi Episcopis, Rege Bohemiæ, Palatino Comite Rheni & Lantgrauio Thuringiæ, vbi multi Principum Friderico fidelitatis præstitere iuramentum.* Idem fere dicit MVTIVS *lib. XIX. p.* 176. 177. Consecratum ipsum in iisdem fuisse a Moguntino dicit CHRONICON AVGVSTENSE ad a. 1213. *Fridericus Rex, consecratus apud Moguntiam, in Purificatione B. Mariæ Virginis, Curiam Ratispona celebrauit; aliam etiam Curiam, in passione Domini, apud Constantiam celebrauit: tertiam Merspurc celebrauit.* Ad annum 1214. hæc refert NAVCLERVS *vol. II. Gen. XLI. p.* 914. dicens: *Anno* 1214. *Fridericus, vt ad Regni fastigia conscenderet, conuocato Principum Regni Germanici conuentu Moguntiæ, illo peruenit; vbi cum Principes in vnum conuenissent, Moguntinus Archiepiscopus denuo Fridericum Regni Germanici corona insigniuit, qua obtenta, Rex Fridericus in Sueuiam, suæ Gentilitatis Regionem, multo stipatus milite, proficiscitur.*

22) Verba sunt GODEFRIDI *ad a.* 1215. ALBERICVS, CHRONICON M. SERENI, TRITHEMIVS CHRON. SPONHEIM. *ad a.* 1215. ET

 CHRON.

per septem dies ibidem demoratus, omnes præsentes nobiles, tam superiorum quam inferiorum partium, falsas monetas, & iniustas exactiones vectigalium abiurare, & firmam pacem præcepit. 23) Eodem anno proscribit Henricum, Saxoniæ Ducem Comitemque Palatinum Rheni, de Palatinatu in Comiciis Ratisbonensibus inuestiens Ludouicum Bauarum. 24)

§. V. Mortuo a. 1218. Ottone, suscipit in Comitiis Goslariensibus ab Henrico Comite Palatino Rheni & Duce Saxoniæ insignia Imperii, a fratre ipsi relicta. 25) Anno 1220. Francofurti curiam habuit, vbi commendato filio suo Henrico, Principibus, & ab eis licentia accepta, Romam proficiscitur, ibique a Romano Pontifice Honorio & omni Senatu honorifice susceptus, in festo S. Cæciliæ die XXII. Nouembris in Imperatorem consecratur 26) dum prius de bonis & prædiis in Italia sitis multa contulisset Ecclesiæ Romanæ. 27) Immo terras Mathildianas ecclesiæ Romanæ resignasset. 28)

§. VI. Postquam coronatus, intrauit Regnum Siciliæ, constituto Engelberto, Coloniensi Archiepiscopo, tutore filii Henrici & Prouisore Imperii. 29) Inde Apuliam, interfectis & expulsis rebellibus, sibi subiecit, 30) atque a. 1222. contra duos Ananiæ Comites,

CHRON. BELG. *p.* 220. FRAGM. HISTOR. ad a. 1213. *Fridericus curiam Aquisgrani in Festo B. Iacobi habuit, vbi de consensu Principum vocatus est in sedem Regni.* ALBERICVS ad a. 1215. *interea Fredericus Rex obsedit castrum munitissimum nomine Waldam* (Werdam) *in quo propter loci munitionem Otto posuerat Prisones suos, videlicet duodecim obsides quos habebat a Ciuibus Aquisgrani, & Episcopum Monasteriensem quem ante annos duos ceperat in quadam Ecclesia, & duos Comites & multos alios quos omnes Rex Fredericus oppugnato per septem hebdomadas oppido & demum capto liberauit, & liberatos ad propria remisit. Inde obsedit Estriuellam & cepit, & Aquisgrani accedens honorifice receptus est, & diademate totius Teutoniæ in festo Mariæ Magdalenæ coronatus. Consumptis aliquot diebus cum gaudio tantæ solemnitati debito equitauit & imposuit sibi ibidem iterum coronam propter loci & ciuium amorem & reuerentiam.*

23) Verba sunt GODEFRIDI *ad a.* 1215.

24) TOLNERVS *Hist. Palatina c. XVI. p.* 358. *& c. XVII. p.* 372.

25) CHRON. AVGVSTENSE ad a. 1219. *Otto aliquando Imperator a sententia excommunicatorum absolutus obiit. Regalia quoque Heinricus Palatinus Rheni assignanda Regi Friderico reliquit, quæ ad instantiam eiusdem Friderici Regis eodem anno sub quadam forma compositionis ipsi assignata sunt.* ALBERTVS STADENSIS ad a. 1219. *Rex Fridericus conuentu habito apud Goslariam Principes conuocauit, vbi Dux Henricus ei Imperii insignia præsentauit.*

26) Verba sunt GODEFRIDI *ad a.* 1220. ALBERTVS STADENSIS, ALBERICVS, CHRONICON AVGVSTENSE ad a. 1220. CHRON. AVSTRALE ad a. 1220. *Fridericus filius Henrici Imperatoris, nepos Friderici Imperatoris Rex Romanorum ac Rex Siciliæ, Apuliæ, Calabriæ, ac Dux Sueuiæ Cæsar & Imperator Romæ consecratur ac ordinatur ab Honorio III. X. Kalend. Xbris.* CONRADVS MOGVNTINVS *p.* 584. CHRON. SENONENSE *lib. IV. c. II.* MONACHVS PADVANVS, FRAGMENTVM HISTOR. *ad a.* 1219. Hi omnes Imp. a Papa coronatum esse dicunt. Solus CONRADVS VRSPERGENSIS, vt mox dicetur, ipsum ab Hugolino Pontificis legato, dicit esse coronatum, quod præsente Pontifice, vix nobis persuadebit.

27) CONRADVS VRSPERGENSIS p. 334. *Anno Domini mill. CCXX. Fridericus Romæ coronatur in Imperatorem, in basilica S. Petri de mandato Honorii Papæ, per ministerium domini Hugulini tunc Hostiensis episcopi, postmodum apostolici. Vbi Imp. de bonis & prædiis Imperii in Italia sitis, multa contulit ecclesiæ S. Petri, & vota votis accumulans, de manu eiusdem episcopi, rursus crucem accepit, ad perficiendum iter Hierosolymitanum.* PAND. COLLENVTIVS *lib. IV. p.* 149. quamobrem hanc Pontificis in se coronando promptitudinem multis donis est remuneratus: & inter cætera Fundi ducatum sponte sua Ecclesiæ in perpetuum donauit, quodque Aquisgrani dum prius coronaretur, promiserat, se ad recuperandam terram sanctam profecturum, hic iterum confirmauit. CVSPINIANVS p. 337. *conferens multa vicissim Italiæ prædia cum donis plurimis Ecclesiæ, vt Pontificis mercaretur fauorem, maiores suos imitatus. Qui etiam decepti non putabant aliter sese imperialem posse assequi dignitatem.* Inde oritur constitutio de Libertate Ecclesiastica apud CHERVBINVM *in Magno Bullario p.* 90. & 91. ab Innocentio IV. a. 1243. confirmata apud eundem *p.* 109. & per Bonifacium IX. *p.* 296. & apud GOLDASTVM *Tom. I. p.* 376. *Tom. II. p.* 95. vnde desumpta Auth. *Cassa de SS. Ecclesiis* vid. SCHILTERVS *de Libert. Eccl. Germ. lib. V. c. VIII.* §. 13.

28) Patet hoc ex edicto Friderici de terra Comitissæ Mathildis de a. 1221. apud BALVZIVM *Miscellan. lib. I. p.* 448. in quo: *per præsens scriptum notum facimus vniuersis tam præsentibus quam futuris, quod cum ad resignationem comitatus terræ, & poderis quondam Comitissæ Mathildis faciendam sanctæ Romanæ Ecclesiæ venerabili matri nostræ, ad quam pertinet pleno iure, serenitas nostra contra quoslibet detentores speciale mandatum dederit ac etiam generale tam per litteras quam per dilectum fidelem Conradum venerabilem Metensem & Spirensem Episcopum Cancellarium nostrum sub pœna mille marcharum argenti:* Et paullo post: *præcipientes tam Militibus, & habitatoribus castrorum ipsorum quam omnibus aliis vassallis de ipso comitatu seu terris & poderis Comitissæ præfatæ, quos omnes ad præsens absoluimus ab omni iuramento quo nobis teneatur ratione terrarum ipsarum, quod dictis nuntiis Domini Papæ, vel alteri eorum seu cuilibet alii ab Ecclesia Romana misso, abiuratis aliis iuramentis contrariis istis, præstent fidelitatis nomine Romanæ Ecclesiæ iuramentum.*

29) CAESARIVS HEISTERBACENSIS in vita S. Engelberti c. V. *Friderico Rege ab Honorio in Imperatorem coronato, cum intrasset Regnum Siciliæ, audita Archiepiscopi, sibi in Alemannia bene noti probitate, per litteras Imperiales Regni negotia citra Alpes illi commisit, Henrici, filii sui eum constituens Tutorem, & totius Regni Romani per Alemanniam Prouisorem.*

30) MONACHVS PADVANVS ad a. 1249. *Federicus secundus Rex Siciliæ & Apuliæ, & dux Sueuiæ descendens de Alemannia iuit Romam, & ibi accepit coronam Imperii a Papa Honorio, in die beatæ Ceciliæ: deinde in Regnum Apuliæ intrauit, interfectis & expulsis rebellibus, ipsum sibi feliciter subiugauit. Ipse de montibus Siciliæ per grauia bellorum pericula deposuit Saracenos, & transferens eos in Apuliam, fecit ipsos in ciuitate Nucera communiter

mites, videlicet Richardum & Thomam, Innocentii III. fratres, qui occupauerant quædam castra & terras suæ ditionis in Apulia, pugnare cœpit, eosdemque deuictos omnibus bonis priuauit. Qui postmodum confugientes Romam, Papæ præsidium implorant, quocirca Imperator multoties conquerebatur, quod inimicos suos, & hostes publicos sedis Papalis foueret. 31) Anno 1222. filium Henricum ab Engelberto, Coloniensi Præsule, Aquisgrani curat Regem Romanorum coronari, dictum Heinricum septimum. 32)

§. VII. Imp. autem apud Italos commorante, ab Henrico diuersa Comitia fuerunt celebrata. Sic anno 1223. Northusæ curiam celebrauit, vbi ab Engelberto Coloniensi Archiepiscopo, pro absolutione Waldemari Regis Daniæ, 33) quem Comes Suerinensis ceperat, 34) multum fuit laboratum. Eo etiam res deuenit, vt Rex in Curia Bardouicensi totam terram quam Imperio abstulerat, reddere, & coronam de manu Imperatoris suscipere, insuper centum millia marcarum pro absolutione sua dare promitteret, quod tamen principes Daniæ reprobarunt. 35) Anno 1225. Heinricus Rex Curiam habuit Francofurti, vbi quidam Episcopus, missus a Rege Angliæ, cum cæteris ipsius legatis, adfuit, laborans, vt ipse Rex matrimonium contraheret cum sorore Regis Angliæ. Sed cum talis contractus displicuisset Principibus, nec potuisset habere processum, Nuncii inacte reuertuntur. 36) Anno 1226. Imperator condixerat solennem Curiam apud Cremonam, ad quam vocauerat filium suum, & Principes Alemanniæ, qui, propter rebellionem Lombardorum non permittebantur intrare. Vnde infecto negotio, Imperator in indignatione in Apuliam se recepit. 37) Anno 1227. Henricus Rex, Aquisgranum veniens, celeberrimam Curiam, cum nobilibus totius Teutoniæ habuit Dominica Iudica me: vbi a Coloniensi Archiepiscopo Heinrico, vxor ipsius Regis, Agnes, filia Ducis Austriæ, Regali benedictione consecrata, & coronata, in sede Regia collocatur. 38)

§. VIII. Occiso inter hæc a. 1225. a Comite de Isenberg Engelberto, Coloniensi Archiepiscopo, 39) Fridericus Imp. Ludouicum Bauariæ Ducem, quem proscripto Henrico Palatino Rheni, Palatinum fecerat, constituit curatorem Regis Henrici & Imperii Vicarium. 40) Verum, dum vna cum Henrico multa machinaretur contra Imperatorem, diffidatus fuit ab eodem per nuntium specialem in rebus & persona, atque a. 1231. a Saraceno quodam, qui ab Imp. dicebatur esse subornatus, occisus. 41)

§. IX.

ter habitare. CONRADVS VRSPERGENSIS p. 335.

31) CONRADVS VRSPERGENSIS *c. l.* Matthæum & Thomam vocat. Ast, sequimur COLLENVTIVM *Hist. Neap. lib. IV. p.* 149.

32) GODEFRIDVS ad a. 1222. *Heinricus septimus filius Friderici Imperatoris, adhuc puer consecratus est in Regem Aquisgrani ab Engilberto Coloniensi Archiepiscopo, Dominica ante ascensionem Domini, scilicet VIII. Id. Maii.* CONRADVS VRSPERGENSIS p. 335. *anno Domini millesimo CCXXI. Res imperii in Lombardia & in Tuscia cupiens disponere, a Bononiensibus & quibusdam aliis ciuitatibus inhoneste tractabatur: & insignia imperii, videlicet coronam & alia, remittit in Alemanniam, faciens ea custodiri sub potestate Eberhardi de Tanne ministerialis & dapiferi sui in Walpurc. Filium quoque suum Henricum, iam circiter VIII. annos habentem, nutriendum & gubernandum commisit Conrado de Tanne, pincerna & ministeriali suo in castro Wintersteten: qui eorundem ministerialium, & aliorum principum interuentu, postmodum a patre suo & principibus rex constituitur, & Aquisgrani coronatur, cum patre suo Imperium adepturus.* M. CHRONICON BELGICVM *p.* 227. LEV. a NORTHOF *Chron. Marc. ap.* MEIBOMIVM *Tom. I. p.* 388.

33) GODEFRIDVS *ad a.* 1223. CHRON. M. SERENI. ALBERTVS STADENSIS, CHRONICON SLAVICVM *ad a.* 1223.

34) GODEFRIDVS ad a. 1223. *ipso etiam anno Waldimarus Rex Daniæ a Comite Henrico de Scuririnb cum filio suo mirabiliter capitur, & in quodam fortissimo castro ab eodem custodiæ mancipatur.* ALBERTVS STADENSIS *ad a.* 1223.

35) GODEFRIDVS, ALBERTVS STADENSIS *ad a.* 1224. KRANTZIVS *Saxoniæ lib. VII. c. XXXVIII.* MEIBOMIVS *Hist. Bardenici p.* 75. PONTANVS *Rerum Danicarum lib. VI. p.* 309.

36) GODEFRIDVS *ad a.* 1225.

37) GODEFRIDVS, CONRADVS VRSPERGENSIS, CHRONICON AVGVST. AVSTRALE *ad a.* 1226.

38) GODEFRIDVS *ad a.* 1227. NAVCLERVS *Chron. vol. II. Gen. XLI. p.* 923. MVTIVS *lib. XX. p.* 180. CONRADVS VRSPERGENSIS *p.* 337. FRAGM. HISTOR. *ad a.* 1227.

39) Hanc necem GODEFRIDVS, ALBERTVS STADENSIS, ALBERICVS, CHRONICON AVGVSTANVM, TRITHEMIVS *ad a.* 1225. describunt.

40) CONRADVS VRSPERGENSIS ad a. 1225. *Anno Domini MCCXXV. Ludewicus Dux Bauuariorum, curator regis Heinrici in rebus tam propriis quam imperialibus in Alemannia efficitur.* CONRADVS de FABARIA de Casibus Monasterii S. Galli c. XII. *præsentatus itaque apud Vberlingen Henrico Regi semper Augusto, Duce Noricorum in curia manente, cuius consilio res imperii per id temporis disponebantur.* TOLNERVS *hist. Palat. c. IV. p.* 131.

41) GODEFRIDVS ad a. 1231. *eodem anno Imperator Rauennæ curiam celebrat die Natalis Domini, ibidem imperiali diademate insignitus. Ante hanc curiam circiter tres menses Ludewicus Dux Bauariæ a quodam Sarraceno nuncio Veteli de Montanis in medio suorum est occisus. Nam idem Vetulus de Montanis Imperatori confœderatus nullas iniurias, quas idem Dux Imperatori intulerat, intendit vindicare. Hoc autem conscientia Imperatoris creditur gestum esse, quod Imperator ipsum Ducem paullo ante diffidauerat in rebus & persona, misso ad hoc nuncio speciali.* ALBERTVS STADENSIS ad a. 1231. *Dux Bawariæ, procurante Imperatore, a quodam sicario occiditur, sed ille nisus fugere trucidatur.* ANDR. PRESBYTER Chron. Bauariæ p. 29. *item Anno Domini MCCXXXI. idem Ludouicus Dux Bauariæ de fero in Chelhaym a quodam ignoto sicario, præsente sua familia occiditur; quem in Chronicis de Schira Fridericus Imperator legitur disposuisse.* CHRONICON AVGVST. ad a. 1231. *Ludwicus Dux Bauariæ præsente familia sua a quodam ignoto*

§. IX. Hoc tempore moritur a. 1227. Honorius III. Papa, cui successit Gregorius IX. Episcopus Ostiensis. Hic statim potentiam metuens Friderici, & terris eiusdem inhians, 42) Imp. friuolas ob caussas, maxime vero, quod expeditionem in terram sanctam non susciperet; ad quam tamen per matrimonium cum Iolanta Io. Brennæ, Regis Hierosolymitani filia, magis fuerat incitatus, excommunicauit. 43) Insequenti anno Imperator volens implere votum suum & pacatum sibi efficere Papam, transfretauit ad Terram Hierosolymitanam. Insequenti anno 1229. fit compositio in Quadragesima, inter Impe-

pagano cultro percussus obiit, & hoc apud Chelhaim, insidiis Domini Friderici Imperatoris. XVI. Kal. Octobris. Sequitur TRITHEMIVS *Chron. Hirsaug. ad a.* 1231. ADLZREITER *Ann. Boiic. p. I. lib. XXIII. n. 30. quicquid demum intercesserit, Ludouicus vndequinquagesimo Principatus sui anno, 16. Cal. Octobris Friderico authore (quod ei Innocentius IV. Pontifex in litteris encyclicis obiecit, & probati authores asseuerant), sicarii manu, sublatus est.* Idem dicit BRVNNERVS *Ann. Boior. p. IV. lib. III. p.* 167. addens: *accedit coniectura & Pontificiis literis firmitas, quibus Friderico inter cætera flagitia id quoque vitio datur, quod Boiariæ ducem, specialem Ecclesiæ Romanæ deuotum, Christiana religione neglecta, fecerit occidi.* Hinc etiam in caussas inquiris, cur factum hoc fuerit, atque coniectatur, factum hoc potissimum ea ex ratione, quod non contra Papam faceret cum Imp. ALBERICVS ad a. 1231. *saltim Dux Bauariæ Ludouicus a quodam sicario Assacino occiditur a veteri de Montana transmisso.* AVENTINVS autem Ann. Boi. lib. VII. c. III. n. 16. *sunt qui tradant, fraude Hainrici Cæsaris cæsum esse a quodam ignoto, qui quasi cultu nuncii Augustales literas exhibuerit, legentemque easdem de inprouiso confoderit. Aliam quoque fabulam vulgo narrari audio, eundem scilicet ob illa, tum stuprum vxori alienæ, a duobus feris pueris, quos maritus violatæ coniugis, auidus vindictæ, solitos pecudes, & quicquid digito monstrasset, laniare educauit, dilaceratum indicante domino esse. Quod neque verisimile est, neque verum arbitror.* Sequitur PARAEVS *Hist. Palat. p.* 76. NIC. CISNERVS *vita Friderici p.* 122. TOLNERVS *Hist. Palat. c. XVII. p.* 379. Sed omnes sunt recentiores, quos vnanimi asserto tot coæuorum opponere haut audemus. Obiicit quidem TOLNERVS, Fridericum affectus testandi caussa, litteras consolatorias scripsisse ad Ottonem, quæ extent apud P. de VINEIS *lib. IV. c. III.* Verum, nisi me omnia fallunt, hæc epistola potius Conrado erit tribuenda, quam de morte Ottonis illustris a. 1153. defuncti scripsit, quam Friderico. Mouet me, quod socerum suum appellet charissimum, Otto autem Conradi socer erat, de Ludouico vero nullus antiquorum, quod Friderici Imp. socer fuerit. Mouet me, quod ne verbum quidem de fatali mortis casu, quo periit Ludouicus extet, potius ex verbis istis: *verum quia sic irreparabiliter cadere hominis est, natura non pœna, & morbus iste non est medicabilis herbis: sed illius est Excelsi dexteræ mutatio, qui caput excelsum & humile necessaria amplexibus equalitatis innoluit,* de morte naturali concludimus. Denique mouet me, quod in dicta epistola filiorum quos reliquerit, fiat mentio, cum Ludouicus iste vnicum saltim reliquerit Ottonem. Hic vero Ludouicum Seuerum & Henricum.

42) Hæc enim potissima caussa subfuisse videtur, quod Imp. ad expeditiones cruciatas tanto impetu concitaret. De quo ipse Imp. in epistola ad Gallos apud P. de VINEIS lib. I. c. XXI. *regnum nostrum Siciliæ violenter intrauit, sumpta occasione, quod Raynerius filius olim ducis Spoleti, præter scientiam & voluntatem nostram, prout nos postmodum per ipsius pœnam expressimus, terram ecclesiæ parabat intrare, & non prout sancti regna per fidem vicerunt, sed perfidiam & periuria prædicat vniuersis.* Ingenue hoc fatetur AVENTINVS *lib. VII. c. IV. n.* 13. dicens: *eius potentia, vires, prudentia, magnitudo animi, rerum bellicarum peritia, vicinitas (nam in Italia contra morem veterum Imperatorum habitabat, Germaniam per filium administrabat, bis duntaxat ex Italia in Germaniam egressus, formidolosa atque suspecta fuere Romano sacerdotum senatui. Quod Gregorius nonus pont. Max. non it infitias, sed ingenue fatetur: Visum est flaminibus Romanensibus Imperium Germanum magis florere, quam ipsis vtile foret. Placuit id contundere, atque discordia non solum debilitare, sed in cineres quoque atque fauillas redigere, & Fridericum huncce a fastigio rerum humanarum deturbare. Quod haud temere per pontifices Germaniæ tum longe Reipubl. litterarumque studiosiores, proinde prudentiores, fieri licebat.*

43) CONRADVS VRSPERGENSIS p. 337. *Anno domini MCCXXVII. Honorius Papa obiit mense Mart. Cui successit Gregorius IX. qui prius Hugulinus Hostiensis Episcopus dicebatur, natione de Annia. Hic tanquam superbus primo anno pontificatus sui cœpit excommunicare Fridericum Imperatorem pro causis friuolis & falsis.* Qua ratione super hac excommunicatione sua apud Germaniæ Principes conquestus fuerit, docet idem Conradus. Quod vero ob prorogatam expeditionem sacram fuerit factum, docent plerique; GODEFRIDVS ad a. 1227. *expeditio cruce signatorum, ab omnibus mundi partibus mota, cassatur & dissipatur, Friderico Imperatore, sicut dudum promiserat; non transfretante. Ob quam causam a Gregorio Papa excommunicatur.* MONACHVS PADVANVS ad a. 1227. *obiit Honorius Papa III. cui successit Gregorius IX. Episcopus Ostiensis, iste, sub pœna excommunicationis, Imperatori præcepit, vt pro recuperatione Terræ sanctæ mare transiret, secundum Magnificentiam Imperatoriæ Maiestatis.* ALBERICVS ad a. 1228. *Fredericus Imperator literas misit Archiepiscopo Treuerensi & aliis principibus Imperii per quas vltra modum de summo pontifice conqueritur, & e contrario Papa literas suas vbique dirigit, per quas præcipit Imperatorem vbique excommunicari.* NICOLAVS de CVRBIO Vita Innocentii IV. c. V. de Gregorio IX. *Hic primo anno pontificatus sui excommunicauit Imperatorem Fredericum, pro eo quod in terram sanctam non iuerat, sicut promiserat, in termino constituto. Item in anno XIII. sui pontificatus in ramis palmarum excommunicauit eundem Imperatorem in Ecclesia Lateranensi, pro eo quod Ecclesias sui regni suis iuribus & possessionibus defraudauit & terram Ecclesiæ occupauerat.* CHRONICON AVGVST. *ad a.* 1227. ALBERTVS STADENSIS *ad a.* 1228. M. CHRON. BELG. *p.* 231. Videtur huc facere MATTHAEVS PARISIENSIS ad a. 1227. p. 286. *Imperator autem Romanorum Fridericus, qui cum aliis cruce signatis sub pœna excommunicationis in hoc passagio perscripto, a Papa terminum habuit; vt vota peregrinationis persolueret, ad mare mediterraneum veniens, cum paruo comitatu naues ascendit. Sed postquam per triduum ad terram promissionis tendere videretur, dixit se subita infirmitate præreptum; ita quod maris intemperiem simul & aëris corruptionem non potuit mortis discrimine diutius sustinere, vnde retortis velis, ad portum, quo mare ingressus fuerat, post tres dies applicuit. Et his ita gestis, peregrini, qui ex diuersis mundi partibus ad Terram sanctam ipsum præuenerant, sperantes illum ducem habere & defensorem ad crucis inimicos debellandos; cum audissent dictum Imperatorem in illo* mensi

Imperatorem & Soldanum, Hierusalem quoque, & Nazareth, & Ioppe, cum Terris adiacentibus, & aliis quibusdam locis Imperatori restituuntur, & Treuga inter Christianos & Saracenos ad decennium vsque statuitur. 44) Inde Hierosolymarum vrbem d. XVII. Martii intrauit, & insequenti die coronatus processit. 45) Papa vero, quod quasi inobediens & excommunicatus transiuerit, factum ipsius non approbat, nec ipsum absoluit. 46) Quin potius nuntios ad Sultanum mittit, ne regnum Hierosolymitanum Imp. traderet. 47) Inde captata occasione de absentia Imperatoris, copiosum exercitum destinauit in Siciliam Apuliamque, & per Iohannem Imp. socerum, terras Imperatoris sibi subegit, ac cruce signatos, ne transfretarent, omni studio prohibuit tam in Apulia quam in Lombardia. 48) Immo Papa non solum Imp. apud alios Europæ Principes criminabatur, quod excommunicatus loca sacra fuerit ingressus, amicitiam cum Soldano fecerit,

mensis Augusti passagio, sicut promiserat, non venisse: animo nimis consternati, in eisdem nauibus quibus venerant, plusquam XL. armatorum millia sunt reuersi. Idem MATTHAEVS *ad a. 1228. p. 291.* Papæ epistolam inseruit ad Stephanum Cantuariensem Archiepiscopum super Imp. excommunicatione perscriptam. Imp. autem desuper apud Reges & Principes Europæ fuit conquestus. MATHAEVS PARISIENSIS *p. 293.* Sic etiam conqueritur de eo Imp. in epistola ad Regem & Barones Franciæ *lib. I. ep. XX.* dicens: *qualiter etiam Gregorius nonus, prædecessor istius, sub ea occasione, quod nos in termino nobis dato, infirmitate grauati, transire nequiuimus vltra mare contra iustitiam primitus excommunicationi subiecit.* NAVCLERVS tamen *vol. II. Gen. XLI. p. 920.* addit, quod multa sibi iura sumserit in Episcopos.

44) CONRADVS VRSPERGENSIS *pag. 339.* ALBERICVS *ad a. 1229. Imperator Fridericus licet a Papa fuerit excommunicatus mare transiuit, quandam pacem cum Soldano Aegypti fecit, & coronam Hierosolymis Dominica Oculi tulit, cui tamen paci contradicebant Patriarcha Giroldus & Templarii & Hospitalarii, minutus vero Christianorum & peregrinorum populus, quibus per illam pacem licuit ire libere ad sepulchrum Domini, ipsam pacem gratanter accipiebant, & Imperatorem inde magnificabant.* CHRONIC. AVGVST & AVSTRALE *ad an. 1228.* MATTHAEVS PARISIENSIS *ad a. 1228. p. 296.* ALBERTVS STADENSIS *ad a. 1229.* NAVCLERVS *vol. II. Gen. XLI. p. 924.* Extat de eo Epistola Friderici ad Principes Germaniæ in LEIBNITII *Mantissa parte altera p. 245.* in quibus: *& cum de restitutione terræ sanctæ ab alterutra partium per internuntios tractaretur: tandem Iesus Christus filius Dei deuotam patientiam nostram ex alto respiciens compatiendo nobis misericorditer in se ipso sic fecit, quod Soldanus Babyloniæ restituit nobis ciuitatem sanctam Ierusalem, locum videlicet, vbi pedes Christi steterunt, locum etiam vbi veri adoratores in spiritu & veritate patrem patrum adorant.* Recenset inde, quænam loca præterea restituerit Soldanus, denique addit: *idem tamen Soldanus vsque ad finem treugarum, quæ inter nos & ipsum per decennium sunt statuta, aliqua castra vel ædificia de nouo facere vel ædificare non debet.*

45) Epistola Friderici: *sciatis, quod die sabbathi XVII. huius mensis Martii prædictam ciuitatem sanctam Ierusalem intrauimus cum ingenti gaudio exercitus Christiani, in qua sepulchrum Dei viuentis reuerenter visitauimus tanquam Catholicus Imperator, ac sequenti die Dominica XVIII. eiusdem mensis coronam ibi portauimus ad honorem & gloriam summi regis.* CONRADVS VRSPERGENSIS p. 339. *eo anno Imperator Pascha Domini cum multis expensis, more regio coronatus procedens, Hierosolymis celebrauit.* Totam hanc rem ipse Fridericus in litteris ad Henricum III. Anglorum Regem prolixius exponit apud MATTHAEVM PARISIENSEM *ad a. 1229. p. 300.*

46) GODEFRIDVS ad a. 1228. *Fridericus Imperator tandem Mare transit, & recuperata Ierusalem, & parte Terræ sanctæ, cum Saracenis, vsque ad certum terminum treugas facit, Sed, quod quasi inobediens & excommunicatus, transiuit, factum suum Gregorius Papa non approbat, nec ipsum absoluit. Sed reditum eius metuens, terram suam & castra, per Iohannem, socerum Imperatoris, impugnat & occupat, pluribus Ciuitatibus Longobardiæ, & aliis locis, sibi, contra Imperatorem confœderatis, & auxilium ferentibus militare. Romanis autem Imperatori adhærentibus, Papa Romam egreditur, & cautelam sui habens, Perusii moratur, & per omnes prouincias, publice mandat Imperatorem excommunicatum denunciari, missis Nunciis, & maxime Prædicatoribus ad id exequendum.* MATTHAEVS PARISIENSIS *ad a. 1229. p. 298.* CONRADVS VRSPERGENSIS maxime *p. 339.* hæc ita deplorat: *quis talia facta recte considerans, non deploret, & detestetur, quæ indicium videntur, & quoddam portentum & prodigium ruentis Ecclesiæ.* ALBERTVS STADENSIS: *Anno Domini MCCXXIIX. Gregorius Papa Imperatorem Fridericum cruce signatum, quia in terram sanctam transire dissimulabat, excommunicationis sententia innodauit eumque per totum Imperium denuntiari præcepit. Imperator hanc sententiam paruipendens, mare transiuit, ibique ab omnibus regni illius ciuitatibus solenniter est susceptus. Sed Patriarcha Hierosolymitanus, & tota Ecclesia spiritualium personarum, his solenniis se subtraxit. Patriarcha in suo palatio Imperatorem excommunicauit ipsa hora. Interea vasalli Imperatoris & fautores Papæ vires suas graui bellorum tumultu non sine detrimento vtriusque partis per Italiam experti sunt. Erat in parte Papæ Capitaneus, Rex Iohannes de Bren.* MONACHVS PADVANVS ad a. 1227. *Imperator autem de hoc negotio intromittere se nolebat: veruntamen ne præceptum Apostolicum omnino spernere videretur, cum exercitu galearum in Syriam nauigauit, & taliter cum Soldano pepigit Babylonis, quod ipse Ierosolymam & quasdam alias ciuitates redderet Christianis. Audiens itaque Papa Gregorius, quod tam potentissimus Imperator ad modum pyratæ mare transiisset, in quo tremendum nomen Romani Imperii apud Barbaras nationes minui & deprimi videbatur, eum excommunicationis vinculo innodauit: & mox misit exercitum in Apuliam, vt eam Ecclesiæ subiugaret. Quod audiens Imperator, velociter in Apuliam est reuersus. Tandem facta est concordia inter eos, & cessauit quassatio præliorum.*

47) Sic enim ipse Imp. apud P. de VINEIS lib. I. c. XXI. *dum præter impedimenta, quæ nobis in Syria præparat per nuncios & legatos, qui Soldanum literis suis, quas nos captis eorum latoribus in publicum testimonium reseruamus, ne nobis terram diuino cultui deditam redderet, cum regni Hierosolymitani viribus munierunt.*

48) GODEFRIDVS, ALBERTVS STADENSIS *ad a. 1228.*

49) Qua

cerit, hæreticis faueret, Episcopos & sedem Romanam persequeretur, 49) sed etiam cum suis complicibus famam fecit in Apulia diuulgari, Imperatorem esse mortuum. Quocirca ciuitates, quæ adhuc adhærebant Imperatori, disponebant se tradere sub dominium Papæ, & omnes Alemannos, de Terra Sancta redeuntes, & ibidem in Apulia demorantes, durissimo & nequissimo facinore interficere. 50) Hinc æstiuo tempore reuersus Imp. venit in Apuliam, ante alios, qui reuertebantur. Cuius reuersione comperta, crudelitas sæuientium & furor inuadentium conquieuit. Multi namque, tam de Vltramontanis quam de partibus illis, Christiani & Saraceni, coadunati sunt ad Imperatorem, vt haberet maximum exercitum, & fortissimum, cœpit terras sibi ablatas recuperare, & hostes de finibus suis expellere. Nihilominus quoque omni tempore, quamdiu denuntiabat eum Papa excommunicatum, beneficium absolutionis humiliter cum omni obedientia, & deuotione, & iustitiæ exhibitione postulauit. Super caussis vero, quæ inter ipsum & Papam vertebantur, definiendis, aduocauit Imp. Principes Alemanniæ, qui venerunt in Italiam, videlicet Patriarcha Aquileiensis, Archiepiscopus Saltzburgensis, Episcopus Ratisbonensis, Luipoldus Dux Austriæ, & Dux Dalmatiæ & Histriæ. Quibus aduenientibus, Imperatore manente apud Capuam, tractatum est de pace & concordia inter Imperium & Sacerdotium, & Regnum Siciliæ, & absolutione Imperatoris. Multis aliis quoque mediantibus, tam de Curia Romana, quam etiam Italia & Alemannia. 51) Cum vero hæc compositio eo anno perfici non posset, tandem mediantibus Leopoldo Austriæ Duce, & Hermanno de Saltza, magno Magistro Ordinis Teutonici, aliisque Germaniæ Principibus, absoluitur ab excommunicatione, vnciis auri centum & viginti millibus Ecclesiæ ob illata damna persolutis. 52) Insequenti anno 1232. bellum molitur contra Longobardos, Germanis tamen viam præcludentibus. 53) Et cum Messanenses contra eundem rebellionem concitarent, eandem vrbem ad a. 1233. oppugnat, & captis rebellibus igne cremat. 54)

§. X. Dum etiam Papa filium ipsius Henricum, quem iam Regem designauerat, concitasset, Mediolanenses non solum, 55) sed etiam diuersi Germaniæ Principes in Conuentu Bopardiæ a. 1234. habito, 56) contra Imp. societatem iniuerunt. Venit itaque Imp. a. 1235. in Alemanniam, & consilio habito VI. Non. Iulii apud Wormatiam in gratiam suam filium recipit: sed non persoluens quæ promiserat, nec resignans castrum Driuels, quod habuit in sua potestate, iussu patris Imperatoris custodiæ est mancipatus. 57) Hinc misit eum in Apuliam, ibique fecit ipsum, vsque ad diem mortis, sicut proditorem, in car-

49) Qua ratione per Stephanum Capellanum suum Imp. in Anglia incusauerit, docet MATTHAEVS PARISIENSIS *ad a. 1229. p. 304.*

50) Verba sunt CONRADI VRSPERGENSIS *cit. loc.*

51) Verba sunt CONRADI VRSPERGENSIS *cit. loc.* MATTHAEVS PARISIENSIS *ad an. 1230. pag. 307.*

52) GODEFRIDVS *ad a. 1230. 1231.* ALBERICVS ad a. 1230. *nobilis Dux Austriæ Leopoldus ad Papam venit, & omnimodam ei exhibens humilitatem obtinuit, quod cum Imperatore pacem faceret; Dominus Papa consentit, in tantum tamen iam Imperator praualuerat, & tanta fecerat quod ipsa necessitas pacem requirebat.* CHRONICON AVSTRALE ad a. 1230. *Dnus Papa & Dnus Imperator, mediantibus Principibus Alamanniæ, videlicet Berchtolda Patriarcha Aquilegiensi, Eberhardo Archiepiscopo Salzpurgensi, Episcopo Ratisbonensi, Austriæ & Karinthiæ Ducibus & quibusdam aliis ad concordiam redierunt & Dnus Imperator ab excommunicatione absoluitur, & post absolutionem hospitio & mensa a Dno Papa excipitur.* CHRONICON AVGVST. ad a. 1230. ALBERTVS STADENSIS ad a. 1230. NAVCLERVS *vol. II. Gen. XLI. pag. 924.* PARALIPOM. CONRADI VRSPERGENSIS *ad an. 1236.*

53) GODEFRIDVS *ad a. 1232.*

54) GODEFRIDVS, ALBERICVS ad a. 1233.

55) CONRADVS de FABARIA de Casibus S. Galli c. XVI. *Domino Imperatore Friderico semper Augusto interim in vltramarinis pro recuperatione sepulchri Dominici labore maximo dante operam Gregorius IX. Romanæ vrbis Pontifex modis, quibus poterat, elaborabat ipsum ab imperio perturbare, filiumque suum Hainricum Regem, concitatis ad hoc Principibus Alemanniæ quibusdam præcipuis, ac maioribus, Episcopis, Archiepiscopis, ac Baronibus in hoc assentientibus. Horum præcipue Dux Bauariæ præbuit assensum & consilium palliatione fallaciæ, quam erga Regem tunc temporis habuisse visus est.* MONACHVS PADVANVS ad a. 1231. *ad petitionem Regis Henrici, filii Friderici Imperatoris, Mediolanenses, & alii audientes Imperium, legatos in Alemanniam direxerunt, & cum eo, contra Imperatorem, societatem firmissimam statuerunt. Concepit enim Rex dolorem, & peperit iniquitatem contra proprium genitorem; ideo, quod videbatur, quod Imperator plus eo puerum Conradum diligeret & foueret.*

56) GODEFRIDVS ad a. 1234. *Rex Henricus Bobardiæ Conuentum quorundam Principum habuit, vbi a quibusdam nefariis consilium accepit, vt se opponeret Imperatori, patri suo, quod & fecit. Nam ex tunc cœpit sollicitare, quocunque potuit, minis, prece, & pretio, vt sibi assisterent contra Patrem, & non paucos inuenit.*

57) Verba sunt GODEFRIDI *ad ann. 1235.* TRITHEMIVS Chron. Hirsaug. ad a. 1235. *consilio tamen Hermanni Magistri Hospitalis Teutonicorum S. Mariæ, quem Imperator ad filium miserat, Henricus Rex idem persuasus, ad patrem venit in Wormatia, cum quibusdam Principibus commorantem, veniam commissorum & indulgentiam ab eo petiturus, secunda videlicet die mensis Iulii anno prænotato, qua festo Visitationis B. Mariæ semper Virginis nunc in Ecclesia Christianorum Catholica habetur venerabilis. Imperator vero mox vt venientem ad se filium audiuit, repletus ira & indignatione, vtpote a quo læsus enormiter fuerat, custodia illum mancipari præcepit: nec vllis emoliri precibus, vt misericordiam postulanti impenderet, potuit, sic inquiens commissa luat, oportet, vt eius pœna filii mortalium discant omnes suis genitoribus constitutum lege naturali honorem impendere, & in eorum perniciem nullatenus conspirare. Captus itaque Rex Henricus*

in carcere custodiri, ideo quod confœderatus fuerat cum Lombardis, in eodemque a. 1236. fuit defunctus. 58) Eodem etiam a. 1235. in Curia Moguntina eum deposuit, 59) constituitque a. 1237. in locum eius Conradum quem tenerrime diligebat.

§. XI. Redux igitur ex Italia factus Imperator, Comitia a. 1235. Moguntiam indixit, quæ facta fuerunt celeberrima, cum præter LXXV. Principes, 60) insignis interfuerit Comitum ac Nobilium multitudo. 61) In his, deposito Henrico, 62) ab omnibus, qui intererant, pax iuratur, 63) vetera iura stabiliuntur, noua statuuntur, & Teutonico 64) sermone in membrana scripta omnibus publicantur; excessus contra Imperatorem cunctis aperiuntur, idemque primus est Recessus Imperii, vernaculo sermone conscriptus. Otto de Luneburg, nepos magni Ducis Heinrici, nouus Dux & Princeps efficitur: quem diem rogauit Imperator omnibus annalibus ascribi, eo quod tunc Romanum auxisset Imperium nouum Principem creando, consensu omnium Principum accedente. Fuit autem dies illa vigilia Timothæi. In die Timothæi, scilicet in octaua Assumtionis, Imperator diademate imperiali insignitus in Ecclesia Moguntiensi, fere omnibus Principibus adstantibus, debito honore refulsit; post missarum solemnia inuitans Principes omnes, & omnem comitatum eorum ad festiuas epulas, quæ in loco campestri magnis sumptibus fuerunt præparatæ. 65) Mortuo enim a. 1227. Henrico Palatino, seniore ex Henrici Leonis filiis, generi ipsius, Otto Dux Bauariæ, qui Agnetem duxerat, & Henricus, Marchio Badensis, cuius vxor erat Gertrudis, ius suum omne in territorium Brunsuicense Friderico II. pro magna pecuniæ summa vendiderunt. 66) Sed Otto, Wilhelmi filius, se suaque familia indignum iudicans, si bona auita ab exteris pateretur detineri, collecta manu Brunsuicum vrbem, vna cum arce Tanquarderoda occupat, atque hoc patrimonium ad ista tempora tenuit. 67)

ricus imperio Patris primis in domo Lapidea quadam fortissima prope S. Andreæ Basilicam in Wormatia custodiendus ponitur: posthoc in castello Heidelbergensi, sub custodia Ottonis Palatini Comitis mancipatur: deinde apud villam Alzen carcerali vinculo includitur, postremo in Siciliam deportatus, vsque ad mortem captiuus in vinculis præcepto patris detinetur. Superuixit autem annis quinque & in carcere mortuus est. Deo meritis eius reddente mercedem. Mortem illius idem ad a. 1240. describit.

58) Verba sunt MONACHI PADVANI *ad a. 1232.* FRAGMENTVM HISTORICVM: *Anno Domini MCCXXXV. cum Fridericus Imperator esset in Italia, & cum aliquo tempore mansisset ibidem, filius suus Henricus rex patri se opposuit. Fridericus reuersus in Alemanniam circa festum Iohannis Baptistæ, filium, Henricum captiuauit, & eum in Apuliam transmisit vinculatum, ibique in captiuitate mortuus est & sepultus Anno Domini MCCXXXVI.* Mortem Henrici Prælatis & cleris regni Siciliæ nuntiat Fridericus apud P. de VINEIS *lib. IV. c. I.*

59) ALBERTVS STADENSIS ad an. 1235. *Anno Domini MCCXXXV. Imperator duxit sororem regis Angliæ, & medio Augusto curiam Moguntiæ celebrauit. Ibi filium suum Henricum, sibi oppositum, regno priuauit, & eum in Calabriam detinendum misit.* Idem dicit GODEFRIDVS & CHRON. ELWANGENSE *ad a. 1235.* ALBERICVS ad a. 1235. *discordia eiusdem Imperatoris contra filium suum accusatum de proditione & conspiratione contra ipsum & per quasdam literas conuictum, qui negans ipsum esse filium suum deposuit eum de regno, & misit in Apuliam captiuum, habebat ibi quendam (filium) alterum sed bastardum, qui in eadem captiuitate mortuus est.* CHRONICON AVSTRALE refert *ad a. 1236.* Addit MVTIVS lib. XX. p. 183. *a patre capitur, regno abdicatur, durissimis verbis Patris correptus, in Apulia custodia arctissime mancipatur, in qua custodia moritur breui. Quidam crediderunt, patris iussu necatum.* Sequitur eum NAVCLERVS *p. 930.* LEHMANN *lib. V. c. LXXX. & LXXXV.* ROCCHVS PIRRVS *Chronologia Regum Siciliæ pag. 47.* dicit, quod Fridericus Imp. ipsum apud Marturanum, Calabriæ vrbem inedia voluerit absumi.

60) CHRON. ELWANGENSE ad a. 1235. *Et eodem tempore in Moguntia curiam habuit, vbi LXXV. Principes affuerunt.*

61) TRITHEMIVS Chron. Hirsaugiensi ad a. 1235. *nam vt ex illorum scripturis inuenimus, qui huic Principum interfuere conuentui, plus quam duodecim millia hominum ad eam conuenere Curiam Cæsaris, qui omnes cibum & potum de Imperatoris munificentia larga distributione acceperunt. Vnde præ nimia multitudine homines non in ciuitate, sed in tentoriis manere campestribus cogebantur. Nec fuit in memoria hominum tantus Principum ac nobilium Regni Francorum Teutonici Orientalium conuentus, in quo magnificentia Imperialis Celsitudinis maior ostensa fuerat.* ALBERICVS, FRAGMENTVM HISTORICVM *ad a. 1235.*

62) *Vide §. superiori.*

63) Verba sunt GODEFRIDI *ad a. 1235.*

64) Hæc enim omnium prima dicitur esse constitutio, quæ vernacula lingua est conscripta, teste CONRINGIO *de Origine Iuris c. XXVII.* Extat ista apud GOLDASTVM *Reichs-Satzungen p. I I. p. 17.* hoc titulo: *Keyser Fridericus des andern Recht, gesetze und bestatiget mit der Fürsten Rade, und mit andern grossen Herrn, und Wysen zu dem grossen Hoff zu Maugantze, und geschahe nach unsers Herrn Christi Gepurd zwelffhundert und sechs und dreysig Iare, zu Sand Marien im dritten Auguste.* Licet omnes hanc Curiam ad annum 1235. referant. Vide etiam LYNCKER *de idiomate Imperial. p. 19.*

65) Verba sunt GODEFRIDI *c. l.*

66) Patet hoc ex ipsis litteris inuestituræ, in quibus hæc verba: *Ciuitatem insuper de Brunswic, cuius medietatem proprietatis dominii a Marchione de Baden & reliquam medietatem a Duce Bauariæ, dilectis principibus nostris emimus, pro parte vxorum suarum, quæ fuerunt quondam filiæ Henrici de Brunswic, Comitis Palatini Rheni, patrui dicti Ottonis similiter in eadem curia Imperio concessimus, proprietatem nobis debitam in dominium Imperii transferentes.* Plenius hæc exponit TRITHEMIVS *Chron. Hirsaug. ad a. 1235.* THEOD. ENGELHVSIVS *in Chron. p. 245.* MEIBOMIVS *in Historia Erectionis Ducatus Brunsuicensis.*

Tale vero Schema erat:

Henricus Leo

Henricus Longus — Otto IV. — Wilhelmus Longospatha

Henricus Longus: Agnes. Gertrudis

Wilhelmus Longospatha: Otto Puer

tenuit. 67) In his igitur Comitiis ad genua Imp. procumbens, proprium suum castrum Luneburgum cum omni patrimonio suo in manus Imp. resignauit, qui illud vna cum territorio Brunsuicensi, Ottoni, Puero dicto, eo quod saltim decennis esset, dum pater a. 1213. moreretur, concedit, idemque cum Principum consensu in Ducatum vertit, lege feudali possidendum, ad hæredes ipsius, filios & filias deuoluendum. 68)

§. XII. Negotium quoque ipsi circa eadem tempora fuit cum Wenceslao III. dicto Ottocaro vel Monoculo, Bohemorum Rege, a quo non solum arces & oppida, quæ Premislaus, pater eius ab ipso in Misnia acceperat, repetit, quas tamen ipsi relinquere fuit coactus. 69) Postea, dum per Cunigundam, vxorem suam, Philippi Sueui filiam, partem Sueuiæ possideret, Wenceslaus, in Conuentu Principum apud Augustam in festo omnium Sanctorum a. 1235. celebrato, pro eadem Sueuiæ parte decem millia Marcarum recepit. 70) Eodem anno 1235. in Italiæ ciuitate Perusina, in Conuentu fratrum Prædicatorum, ob diuersa ipsi attributa miracula, canonizata est beata Elisabeth filia Andreæ Regis Vngariæ, vidua Ludouici Sancti, Thuringiæ Landgrauii. 71) Insequenti vero anno 1136. Imperator Marpurgum venit, vbi Kl. Maii innumerabilis populi adfuit multitudo. Nam a multis prudentibus duodecies centum millia hominum promiscui sexus æstimata sunt conuenisse, ad memoriam sanctæ Elisabethæ, cuius corpus ad capsam argenteam deauratam est translatum, auctoritate summi Pontificis, qui hoc negotium tribus Episcopis commisit, videlicet Moguntino, Treuirensi & Hildesiensi, quanquam ibi multi alii Episcopi & Principes adfuissent, ibidemque in choro templi S. Elisabethæ fuit reconditum, 72) ipsiusque Monumentum insigne adhuc visitur. 73) Ipse etiam Imperator primus lapidem de sarcophago leuauit, & coronam auream de suo thesauro capiti ipsius imposuit.

§. XIII. Anno 1237. rebelles Longobardos, Mediolanenses potissimum, Vercellenses, Mantuanos, Placentinos, Fauentinos, Bononienses, aliosque, quibus Gregorius IX. Pontifex, Venetique contra datam fidem, clam fauebant, in ordinem redigit. 74) Habito maxi-

67) MEIBOMIVS *cit. loc.*

68) Litteras inuestituræ idem MEIBOMIVS exhibet *Tomo III. p. 206.* & SCHATENIVS *Ann. Paderborn. lib. XI. pag. 25.* in quibus: *Contingente caussa nostri felicis aduentus in Alemanniam & pro reformatione totius terræ statum indicta Maguntiæ curia generali, dictus Otto ad eandem curiam vocatus accessit, in qua dum assidentibus nobis Principibus, nostra Serenitas resideret, de reformando terræ statu disponens, nominatus Otto de Luneburg, flexis genibus coram nobis, omni odio & rancore postpositis, quæ inter proauos nostros existere potuerunt, se totum in manibus nostris exposuit, nostris stare beneplacitis & mandatis, & insuper proprium suum castrum Luneborch, quod idiomate theutonico vocatur Eigen, cum multis aliis castris, terris & hominibus eidem castro pertinentibus, in nostram proprietatem & dominium specialiter assignauit, vt de eo, qicquid nobis placeret, tanquam de nostro proprio faceremus.* Et paullo post: *quapropter, cum consilio, assensu & assistentia Principum ciuitatem Brunsuic & castrum Luneborch, cum omnibus castris, hominibus, & pertinentiis suis vniuimus & creauimus inde Ducatum, & Imperiali auctoritate dictum consanguineum nostrum Ottonem Ducem & Principem facientes, Ducatum ipsum in feodum Imperii ei concessimus, ad heredes suos, filios & filias hereditario deuoluendum, & eum solenniter iuxta consuetudinem inuestiuimus per vexilla, de affluentiore gratia concedentes eidem decimas Goslariæ Imperio pertinentes.*

69) Hæc late narrat DVBRAVIVS *hist. Bohem. lib. XVI. p. 415.* TRITHEMIVS *ad an. 1235.*

70) GODEFRIDVS ad a. 1235. *in festo Omnium Sanctorum Imperator conuentum Principum habuit apud Augustam, vbi Rex Boemiæ affuit, recipiens ab Imperatore decem millia marcarum, pro parte Sueuiæ, quæ iure hereditario suam vxorem contigit.*

71) HISTORIA LANDGRAVIORVM THVRINGIAE cap. XLVII. *Anno Domini MCCXXV. in Italia ciuitate Perusina, in conuentu fratrum Prædicatorum, canonizata est beata Elizabeth, quondam Lantgrauia Thuringiæ, filia Regis Vngariæ, a papa Gregorio, multis prælatis ecclesiæ & magnis præsentibus. Sequenti anno translata sunt ossa de humili loco ad locum magis reuerendum eiusdem sanctæ Elizabeth, præsentibus archiepiscopis Maguntinensi, Bremensi, & pluribus aliis episcopis & prælatis; item præsentibus Friderico imperatore, & Henrico Lantgrauio Thuringiæ & Hassiæ, & suo germano fratre Conrado, magistro ordinis Teutonici, & matre eorundem Lantgrauiorum, scilicet domina Sophia, & Hermanno filio beatæ Elizabeth, & Sophia filia sanctæ Elizabeth, & multis aliis.*

72) GODEFRIDVS *ad an. 1236.* ALBERTVS STADENSIS, ALBERICVS. TRITHEMIVS *ad a. 1236.* CHRON. AVGVST. *ad a. 1240.* COMPEND. CHRON. *p. 741.* PAVLLINI *Ann. Isen. p. 42.* LAMBECIVS *Bibl. Cæs. lib. II. cap. VIII.* THEOD. de THVRINGIA *de vita, morte & mirac. Elisabethæ,* SCHATENIVS *Ann. Paderborn. lib. XI. p. 28.* SERARIVS *Rer. Mogunt. lib. V. p. 836.*

73) WINCKELMANNVS *Chron. Hassiæ p. II. cap. VI. p. 220.* tali ratione describit: *In einer verschlossenen Neben-Sacristey ist der St. Elisabethen Leich-Sarck und Ehren-Gedæchtnis aufgerichtet, stehet über der Erden auf vier hæltzernen Füssen und einer schwartzen hæltzernen Laden, mit einem Futteral oder Dekkel, so das gantze Werk bedekt, und man aufziehen und ablassen kan: Um das kæstliche Monument, welches gantz von geschlagenen Silber und durchaus übergültet; auch allenthalben mit den herrlichsten Perlen, Edelgesteinen und Smaragden,* (deren einer 30000. Gülden *geschætzet wird*) *wie auch mit den Bildnüssen unsers Herrn Christi, Iungfrau Mariæ, der vier Evangelisten, zwelf Aposteln und andern der St. Elisabethan Thaten allenthalben versetzet und gezieret, gehet ein starck eisernes Gegitter; Weil aber bey solchem Monument viel Abgætterey verübet worden, hat der grosmüthige Lantgraf Philips im Iahr 1539. auf Sontag Exaudi bey Sauberung der Kirchen, St. Elisabethen im rothen Damast gewickelt befundene Gebeine, heraus gelanget, und an einen unbekanten Ort der Kirchen, der niemand, ausser zweyen Personen bewust gewesen, zu Verhütung fernerer Superstition, verwahren lassen.*

74) GODEFRIDVS, MONACHVS PADVANVS *ad a. 1236. & 1237.* ALBERTVS STADENSIS ad a. 1237. *Papa & Imperator aliquantulum discordabant: nam Papa Lombardis fauente, Imperator eos proposuit expugnare. Nam Mediolanum, Vercellis, Mantua, Placentia, Fauentium, Bononia, & alia multa ciuitates Lombardiæ erant opposita, Venetiæ similiter.*

75) Hanc

to maxime V. Kal. Decembris prœlio ad Curiam Nouam, Mediolanenses victi sunt, quo ipso dominium Lombardiæ recuperauit. 75) Eodem anno, per solennes nuncios & litteras Imperiales, omnes Principes magnos orbis Christiani ad Colloquium apud Vaucouleur in Lotharingia habendum inuitauit. Ad quod quasi suspectum, dum Rex Francorum congregato magno exercitu venire properaret, perniciosum aliis exemplum præbuit. Hoc tamen colloquium postea ab Imp. in annum proximum fuit dilatum. 76) Anno 1239, Pontifex cum Venetis denuo fœdus init, atque in Cœna Domini IX. Kl. Aprilis pro eo, quod Romanam Ecclesiam ad seditionem mouerit Imp. ecclesias spoliauerit, personis ecclesiasticis iniuriam fecerit, eosdemque incarcerauerit, extinctis candelis, denuo excommunicat. 77) Nec minimam excommunicationis caussam esse voluit Papa, quod Imperator

75) Hanc expeditionem plenius describit MATTHAEVS PARISIENSIS *ad an. 1236. p. 266.* Agitur quoque de eadem apud P. de VINEIS *lib. II. c. I. & III. XXXV. L.* MONACHVS PADVANVS ad a. 1237. *facta igitur pace inter Imperatorem & Mantuanos & Comitem Sancti Bonifacii, qui Mantuam obtinebat: obsidio longa castri Sancti Bonifacii est soluta. Tunc Imperator cum exercitu maximo intrauit districtum Brixiæ, destruendo omnia incendiis & rapinis. Tunc etiam Montem, clarum Nobilissimum subuertit. Mediolanenses vero amicis vndique congregatis cum exercitu infinito in auxilium Brixiensium venientes, castra sua non longe ab exercitu Romani Principis posuerunt. Cum autem Mediolanenses reuerterentur, nihil mali penitus suspicantes: Imperator cum militia subito peruenit ad eos, apud Curtem nouam: & facto impetu contra ipsos multos ex eis cepit, & plures occidit. Carrotium quoque ipsorum & potestatem filium Ducis Venetiarum, similiter apprehendit. Circa festum igitur beati Andreæ Imperator prædictum triumphum de Mediolanensibus est adeptus.* NAVCLERVS *pag. 931.* Licet Mediolanenses ipsi se subiicientes, alia conditione accipere noluerit; nisi vt se cum bonis omnibus absolute suæ manciparent voluntati, prout tradit MATTHAEVS PARISIENSIS *p. 401.* quod ipsi tamen renuebant. A Brixia quoque, quam a. 1238. obsedit, recedere necessum habuit, prout tradit MONACHVS PADVANVS *ad a. 1238.* Hinc CHRONICON AVSTRALE ad a. 1238. *Imperator cum magno exercitu intrauit Longobardiam, ibique fere per duos annos ciuitates sibi rebelles impugnans sed non expugnans.*

76) MATTHAEVS PARISIENSIS *ad a. 1237. pag. 371.*

77) MONACHVS PADVANVS: *Anno Domini MCCXXXIX. circa conuersionem Sancti Pauli, venit Paduam Imperator, fecitque residentiam in monasterio Sanctæ Iustinæ, duobus mensibus, Dominica Quinquagesimæ, vsque ad quindecim dies post Pascha. Tunc temporis admonitione præmissa, Papa Gregorius, in Dominica oliuarum, publice ipsum Romæ excommunicationis vinculo innodauit. Summus namque Pontifex per experientiam cognoscebat animum Imperatoris esse procliuem ad opprimendam Ecclesiam, si posset sibi subiicere Lombardiam. Vnde statim post excommunicationem virum prudentissimum & Constantem Gregorium scilicet sedis Apostolicæ tunc notarium Legatum Italiæ ordinauit.* Modum & caussam ALBERTVS STADENSIS describit, dicens: *Anno Domini MCCXXXIX. Papa Gregorius Imperatorem Fridericum in cœna Domini, quæ erat IX. Kalend. Aprilis, extinctis candelis anathematizauit, ita dicens: excommunicamus & anathematizamus auctoritate Patris, & Filii & Spiritus sancti, & beatorum Apostolorum, Petri & Pauli, & nostri, Fridericum, dictum Imperatorem, pro eo quod contra Romanam Ecclesiam seditionem mouit in vrbe, per quod intendit, Pontificem & fratres a sua sede repellere, contra priuilegia dignitatis & honoris Apostolicæ sedis, contra libertatem Ecclesiasticam, contra iuramentum, quo super hoc tenetur Ecclesiæ, temere veniendo. Item pro eo, quod venerabilem fratrem nostrum, Prænestinum Episcopum, Apostolicæ sedis legatum, ne in sua legatione procederet, quam in Albigensium partibus pro corroboratione Catholicæ fidei sibi commisimus, per quosdam fideles suos impediri mandauit. Item pro eo, quod non permittit quasdam cathedrales Ecclesias & alias vacantes Ecclesias, in regno reparari, & hac occasione periclitatur libertas Ecclesiæ, perit fides, quia non est, qui proponat verbum Dei, nec qui regat animas, deficiente pastore. Item quod in regno Clerici capiuntur, incarcerantur, proscribuntur, & occiduntur. Item quod in regno Ecclesiæ Domino consecratæ, destruuntur & prophanantur. Item quod non permittit seranas Ecclesias reparari. Item pro eo, quod Petrum Sarracenum, ciuem Romanum, ex parte regis Angliæ ad sedem Apostolicam venientem, cepit & detinet carceri mancipatum. Item pro eo, quod terras Ecclesiæ occupauit contra iuramentum, quo super hoc tenetur Ecclesiæ, temere veniendo. Item pro eo, quod terras quorundam nobilium de regno, quas Ecclesia tenebat, ad manus suas occupauit, & deuastauit. Item pro eo, quod quasdam Ecclesias cathedrales fere bonis omnibus spoliauit. Item pro eo, quod multæ Ecclesiæ cathedrales, & aliæ Ecclesiæ at monasteria de regno, pro iniqua inquisitione fuerunt fere bonis omnibus spoliata. Item pro eo, quod Templarii & Hospitalarii in regno mobilibus & immobilibus spoliati, non sunt iuxta tenorem pacis integre restituti. Item pro eo, quod exactiones contra formam pacis ab Ecclesiis & monasteriis per ipsum extorquentur in regno. Item pro eo, quod in regno Prælati Ecclesiarum, & Abbates Cisterciensis & aliorum ordinum compelluntur dare certam summam pecuniæ per singulos menses pro constructione nouorum castrorum. Item pro eo, quod contra tenorem pacis, hi, qui adhæserunt Ecclesiæ, bonis omnibus spoliati exulare coguntur, tanquam proscripti, vxoribus & liberis captiuatis. Item pro eo, quod ipse impediuit negotium terræ sanctæ, & recuperationem Imperii Romani. Omnes autem, qui iuramento fidelitatis tenentur astricti ab eiusdem iuramenti obseruatione decreuimus absolutos, ne sibi fidelitatem obseruent districtius inhibentes, quamdiu fuerit vinculo excommunicationis astrictus. Super oppressionibus vero & grauaminibus aliis nobilium, pauperum, orphanorum, viduarum & aliorum de regno, pro quibus idem Fridericus iurauit stare mandatis Ecclesiæ, ipsum intendimus admonere, & in ipso negotio, dante domino procedemus, sicut fuerit procedendum. Porro pro omnibus & singulis supradictis, super quibus dictus Fridericus a nobis diligenter fuit admonitus, & frequenter, nec parere curauit, eundem Fridericum excommunicationis & anathematis vinculo innodamus. Ceterum quia idem Fridericus tam factis suis multis, quam fide dignis clamantibus, per vniuersum orbem, quod de catholica fide recte non sentiat, est grauiter infamatus, nos dante Domino suo loco & tempore procedemus, secundum quod requisierit ordo iuris.* ALBERICVS. ANNALES COLMARIENSES, MATTHAEVS PARISIENSIS *ad a. 1239.* hanc excommunicationem Dominica Palmarum factam dicit, & sententiam excommunicationis interseruit. Qua ratione etiam excommunicatio hæc apud Anglos

 fuerit

tor præter alios errores horrendos hoc dicterio fuerit vſus, à tribus Baratoribus, Ieſu, Moyſe & Machometo totum mundum fuiſſe deceptum. 78)

§. XIV.

fuerit denuntiata, docet MATTHAEVS PARISIENSIS *ad a. 1239. p. 415. 422.* qui etiam litteras Papales ad legatum ſuum Ottonem, S. Nicolai Diaconum perſcriptas exhibet, in quibus eædem cauſſæ ac ab ALBERTO STADENSI adducuntur, hæc verba reperiuntur: *& ſic totum fere Regnum, quod eſt ſpirituale patrimonium beati Petri, pro quo iuramento fidelitatis Apoſtolicæ ſedi tenetur, & ipſius ligius vaſallus exiſtit; quantum in eo eſt, in fauillam quaſi & cinerem iam redegit.* Tandem addit: *nos, hæc abſque Chriſti offenſa, præterire ſub diſſimulatione vlterius non valentes; de fratrum noſtrorum conſilio, ex parte Dei omnipotentis (cuius vicem in terris gerimus) licet inuiti; & auctoritate beatorum Apoſtolorum Petri ac Pauli, ac noſtra, in eum excommunicationis & anathematis ſententiam duximus promulgandam; tradentes ipſum Fredericum Sathanæ in interitum carnis, vt ſpiritus eius in die Domini ſaluus fiat. Omnes qui ei fidelitatis iuramento tenentur, decernendo ab obſeruatione iuramenti huiusmodi abſolutos, & firmiter prohibendo, ne ſibi fidelitatem obſeruent alio: nec fuerit vinculo excommunicationis aſtrictus. Quocirca deuotionem tuam monemus, & exhortamur attente, per Apoſtolica ſcripta tibi præcipiendo: mandantes, quatenus prædictam excommunicationis & anathematis ſententiam ſingulis diebus Dominicis & feſtiuis præfatis campanis & candelis accenſis, ſolenniter publicari, ac abſolutionem & inhibitionem nunciari procures & facias per totam terram tuæ Legationis, modo ſimili publicari, & aliis nunciari. Mandatum noſtrum taliter impleturus, quod deuotio tua poſſit exinde merito commendari.* MATTHAEVS PARISIENSIS *p. 451.* exhibet Friderici litteras ad Regem Angliæ, Comitem Cornubiæ, aliosque Europæ Principes perſcriptas, quibus de Papæ iniuriis conqueritur & *p. 455.* litteras Papæ reſponſorias, in quibus potiſſimum: *caput, medium & finem huius beſtiæ, Friderici dicti Imperatoris inſpicite diligenter.* Imp. vero per nuntios & litteras ad Henricum III. R. Angliæ miſſas deſuper conqueritur, quod ipſum fecerit in Anglia excommunicari. MATTHAEVS PARISIENSIS *p. 469. 472.*

78) Communis eſt opinio, quam etiam antea in diſſertatione de doctis Impoſtoribus §. *XX.* fouceram; nefarium hoc dogma ab Innocentio IV. demum in Concilio Lugdunenſi a. 1245. Imp. fuiſſe imputatum, idque auctoritate CHRONICI AVGVSTANI *ad a. 1245.* quod inter cauſſas iſtius excommunicationis etiam hanc refert. Aſt, licet etiam Innocentius IV. hanc Friderico obieciſſe videatur inculpationem, non tamen iſto tempore primum fuit obiecta. Sed patet ex epiſtola Gregorii IX. ad Principes & Prælatos Europæ in Fridericum inuectiua, ipſum iamdum deteſtandum hoc dogma oppoſuiſſe Imperatori. Datum Epiſtolæ eſt *Laterani, duodecimo Calend. Iunii Pontificatus noſtri anno decimo tertio*, qui incidit in annum 1239. dum XIII. Kl. Aprilis 1227. Papa factus fuerit Gregorius. In hac autem epiſtola ita Papa loquitur: *Sed quia minus bene ab aliquibus credi poſſit, quod ſe verbis illaqueauerit oris, probationes in fidei victoriam ſunt paratæ: quia iſte Rex peſtilentiæ, a tribus Baratoribus, vt eius verbis vtamur, ſcilicet Chriſto Ieſu, Moyſe & Machometo, totum mundum fuiſſe deceptum: & duobus eorum in gloria mortuis, ipſum Ieſum indignum ſuſpenſum manifeſte proponens: inſuper dilucida voce affirmare vel potius mentiri præſumpſit, quod omnes fatui ſunt, qui credunt naſci de virgine Deum, qui creauit naturam, & omnia potuiſſe. Hanc hæreſim illo errore confirmans, quod nullus naſci potuit, cuius conceptum viri & mulieris coniunctio non præceſſit: & homo debet nihil aliud credere, niſi quod poteſt vi & ratione naturæ probare. Hæc, & alia multa, quibus verbis & factis catholicam fidem impugnauit, & impugnat, ſuo loco & tempore, ſicut decet & expedit, manifeſte poterunt comprobari. Quocirca, vniuerſitatem veſtram rogamus, monemus, & hortamur attente, in virtute obedientiæ per apoſtolica ſcripta diſtricte percipiendo; quatenus ne dictus Fredericus corda fidelium fallacibus verbis ſubuertere, vel contagione ſua poſſit quomodolibet gregem Dominicam maculare, clero & populo vobis ſubditis, ſupradicta plene ac fideliter exponatis:* Sic etiam ALBERICVS ad hunc annum hanc refert inculpationem, dicens: *Anno MCCXXXIX. decem & ſeptem ſunt caſus contra Imperatorem annotati, inter quos eſt quædam illius contra Chriſtianam legem blaſphemia, quam Dominus Papa tangit in libris ad Archiepiſcopum Senonenſem: tres, inquit Baratores ſeu Guillatores fuerunt in mundo, Moyſes, Chriſtus & Mahometus, & in tantum honorem tribuit Machometo, quod eum conſociat Moyſi & Chriſto, nunquam tamen Machumetus Moyſen vel Chriſtum Baratores appellauit, & in hoc Imperator iſte deterior eo Machometo, ſed & die quadam fertur dixiſſe vni de ſuis, cum vidiſſet Sacerdotem corpus Domini ad quendam infirmum deferentem, heu me, inquit, quandiu durabit truffa iſta? Propter has blaſphemias & alios caſus enormes Dominus fecit eum per totum mundum excommunicari, & excommunicatum denunciari.* Sic etiam MATTHAEVS PARISIENSIS ad an. 1239. pag. 480. *eiuſdemque temporis curriculo fama Imperatoris admodum eſt obfuſcatâ & maculata ab inuidis, inimicis & æmulis ſuis. Imponebatur enim ei, quod vacillans aut etiam exorbitans, in fide Catholica, dixerit quædam verba, ex quibus elici & ſuſpicari potuit, non tantum fidei catholicæ in eo imbecillitas, quinimo quod grauius & multo peius eſt, manifeſtæ & maxima hæreſis & diriſſima blaſphemiæ enormitas deteſtanda omnibus fidelibus, ac plane execranda. Ferunt enim eundem Fredericum Imperatorem dixiſſe (licet non ſit recitabile) tres præſtigiatores callide & verſute, vt dominarentur in mundo, totius populi ſibi contemporanei vniuerſitatem ſeduxiſſe, videlicet Moyſen, Ieſum, & Machometum. Et de ſacratiſſima eucharistia, quædam nefanda & incredibilia deliramenta & blaſphemias, impie protuliſſe. Abſit, abſit aliquem virum diſcretum, ne dum hominem Chriſtianum; in tam furibundam blaſphemiam, os & linguam reſeraſſe. Dictum etiam fuit ab æmulis ſuis, ipſum Fredericum Imperatorem plus conſenſiſſe & credidiſſe in legem Machometi, quam Ieſu Chriſti: & etiam quaſdam meretriculas Saracenas ſibi feciſſe concubinas. Surrepſitque murmur in populum (quod auertat Dominus a tanto Principe) Saracenis a multo tempore ipſum fuiſſe confœderatum, & amicum fuiſſe plusquam Chriſtianorum; & id indiciis multis probare conabantur ipſius æmuli, qui famam conabantur obfuſcare. Si peccabant vel non, nouit ipſe, qui nihil ignorat.* Quod autem hæc in Comitiis Francofurtenſibus anni 1234. dixerit, audiente Henrico Landgrauio Thuringiæ, teſtatur CHRONICON AVGVSTANVM ad a. 1245. *præterea iniquitatem in excelſo locutus eſt, ponens in cælum os ſuum. Dixit enim audiente Landgrauio Henrico, tres ſeduxerunt totum mundum, Moſes Hebræos, Ieſus Chriſtianos, & Machomet Saracenos: quamobrem, ſi principes inſtitutionibus meis adſentirent, ego multo meliorem modum viuendi & credendi ipſis nationibus ordinarem.* Idem tradit COMPILATIO CHRONOLOGICA, quæ extat in PISTORII *Tomo I. ad an. 1249.* IOVITO DVRANVS *p. 10.* GOBELINVS PERSONA *æt. VI. c. LXIV.* HISTORIA DE LANDGRAVIIS THVRINGIAE c. L. dicit, quod *Comitiis in Franckfort*

§. XIV. Hoc comperto, Fridericus in litteris suis ad Prælatos Germaniæ se non solum excusat, 79) sed etiam in aliis litteris ad Reges, 80) Cardinales & populum Romanum grauiter de eo conqueritur. 81) Inde a. 1239. in Mediolanenses atque Bononienses cum Papa facientes, arma mouit, vtrosque etiam deuicit, 82) Sardiniam Insulam quam

fort Spiritu Diabolico ipsum instigante, blasphemauerit in Deum & sanctam ecclesiam. IO. GOTTLIEB KRAVSE *p. II. der Bücher-Historie n. V. p. 290.* inseruit epistolam de hoc Msto, in qua demonstratur, Fridericum Imp. librum de tribus Impostoribus ad Ottonem, Lüneburgi ducem scripsisse. Omnia tamen, quæ ibidem referuntur, ficta esse videntur. Verum, contra hanc Pontificis & adseclarum inculpationem ipse se defendit Fridericus Imperator. Extat enim apud PETRVM de VINEIS *lib. I. epist. XXXI.* epistola ad vniuersos prælatos scripta, vt compescant papam a suis illicitis moribus, in qua his verbis vtitur: *nostræ maiestatis iubar intendit ducere in eclipsin, dum veritate in fabulam commutata, plenæ mendaciis ad diuersas mundi partes, papales mittuntur epistolæ, de complexione, non de ratione, accusantes nostræ fidei puritatem. Scripsit enim solo nomine papa, nos bestiam ascendentem de mari, plenam nominibus blasphemiæ, pardique varietatibus circumscriptam.* Et paullo post. *inseruit enim falsus Christus vicarius fabulis suis, nos Christianæ fidei religionem recte non colere, ac dixisse, tribus seductoribus mundum esse deceptum: quod absit de nostris labiis processisse, cum manifeste confiteamur vnicum Dei filium coæternum & coæqualem Patri ac sancto spiritui, Dominum nostrum Iesum Christum, ab initio & ante secula genitum: processu temporum missum in terris, in subsidium generationis humanæ, non de potentia ordinata, sed de potentia ordinante: qui est de gloriosa virgine matre natus, passus postmodum, & mortuus secundum carnem, & alteram naturam, quam adsumsit in vtero matris, virtute Deitatis, a morte post triduum surrexisse. Mahometi vero corpus in aere pendere didicimus, obsessum dæmonibus, animam inferni cruciatibus deditam, cuius opera tenebrosa fuerunt, & contra legem Excelsi. Mosen vero, amicum Dei & familiarem, vera docente pagina, fuisse tenemus: in monte Sinai cum ipso tenentem colloquia, cui Dominus rubum accendit: per quem signa & mirabilia fecit in Aegypto & Hebraico populo, lex tradita declarat ipsum postmodum vocatum ad gloriam cum electis.* Sed non ipse solum Imp. sui ipsius defensor, quin etiam alii. Audiamus MATTHAEVM PARISIENSEM, postquam Papæ epistolam exhibuisset, *p. 439.* ita hac de re iudicantem: *hac igitur & diuulgata, & multis Regibus ac Principibus & Magnatibus, mutatis tantum titulis, tansmissa per orbem, timorem & horrorem, nec non admirationem cordibus fidelium incusserunt, & Imperialem epistolam suspectam, licet probabilia contineret, reddiderunt: vnde corda multorum, qui prius cum alterutro steterant fluctuantia reddiderunt. Et nisi Romana auaritia deuotionem populorum a domino Papa plusquam expediret & deceret, auertisset: totus mundus hac epistola exasperatus, in Imperatorem, quasi in manifestum hostem ecclesiæ, & Christi inimicum grauiter & vnanimiter insurrexisset. Sed proh dolor! multi filii a patre suo Papa auulsi sunt, & Imperatori adhærentes, asserebant; quod odium inexorabile inter eos iam induratum, prædicta iurgia & inuectiones excogitatas excitabat. Et iniuste improperat dominus Papa, quod eundem Fredericum dilexerit, & promouerit in nouitate creationis suæ, hoc enim totum factum est in odium Othonis, quem ecclesia adiutorio Frederici vsque ad mortem persequebatur, quia dispersa Imperii, secundum sacramentum suum, viriliter congregare cœpit, sicut qui præsens est Imperator Fredericus facere proponit. Vnde hoc faciendo Fredericus militanti ecclesiæ & plus tenetur ecclesia Romana ipsi, quam Imperator ecclesiæ Romanæ rationabiliter teneatur obligatus. Sentit ecclesia occidentalis, præcipue tamen religiosorum, & præ omnibus aliis deuotissima Deo Anglicana ecclesia, oppressiones Romanorum quotidianas nec adhuc vnquam pressuras sensit Imperiales. Addiditque populus: quid sibi vult istud? retroactis temporibus imposuit Papa Imperatori, quod ipso Machometo legique Saracenicæ plus consensit, quam Christo vel legi Christianæ nunc autem in sua inuectiua epistola imponit eidem, quod tam Machometum, quam Iesum vel Moysem, quod horribile est recitare, vocat Baratatem. In epistolis suis humiliter de Deo scribit Imperator & catholice; nisi tantum quod hæc vltima Papali personæ derogat, non officio, nec publice prædicat; nec procaciter sustinet quicquam hæreticum vt nouimus adhuc, vel prophanum; non vsurarios nobis misit, vel raptores redditùum. Et sic ortum est iam schisma in populis formidandum.* Ipsi etiam Galli orthodoxæ fidei Imp. defensores, prout ex MATTHAEO PARISIENSI *p. 464.* infra §. XV. dicemus.

79) PETRVS de VINEIS *lib. I. c. XXXI.* & apud MATTHAEVM PARISIENSEM *p. 413. 415.*

80) Extat epistola Friderici ad Henricum III. R. Angliæ apud MATTHAEVM PARISIENSEM *p. 465.* qua omnia Papæ attentata ad longum recenset, atque alia ad Regem & Barones Galliæ apud PETRVM de VINEIS *lib. I. c. XXI.*

81) Extat epistola ad Cardinales, apud PETRVM de VINEIS *lib. I. c. VI.* & apud ALBERTVM STADENSEM *ad an. 1239.* Epistola vero ad Romanos est *lib. I. c. VII.* quam ita incoat Imp. *cum Roma sit nostri caput & nutrix Imperii, & Romanus Imperator a Roma vocabulo nuncupetur, vt sibi nostri nominis & honoris processus & auspicia debeamus, in admirationem ducimur vehementer, si vbi promouendus est honor, & iniuria propulsanda, apud eos qui tenentur & debent pro culmine nostro se murum defensionis, opponere insurgentibus ex aduerso ipsis audientibus & dissimulantibus contrarium patiamur.* Dolet inde, quod inter tot Romanos nemo fuerit, qui attentatis papalibus resisteret, & hortatur omnes ac singulos, vt consurgant ad iniuriam Imp. vlciscendam.

82) MATTHAEVS PARISIENSIS hoc bellum cum Mediolanensibus, & reportatam de illis victoriam ad a. 1237. p. 375. late describit. Eandem victoriam idem Imp. Richardo Cornubiæ Comiti narrat, apud eundem *p. 385.* ad a. 1239. p. 469. *in eiusdem anni æstate, scilicet circa finem Autumni, dominus Imperator volens Mediolanensibus proditoribus suis, Bononiensium auxilia præcludere; in Bononienses impetum fecit formidabilem. Volebant enim in fauorem Papæ & Mediolanensium suorum, exire ad debellandum exercitum Imperialem: cum ecce repente exeuntibus occurrit Imperator, & suos inter ciues & ciuitatem armatos interposuit, & ciuium cuneos terribiliter subito dissipauit. Qui fugientes, per quadam diuerticula cupientes ad vrbem remeare, sese in amnem, quem transire necesse habebant, præcipitauerunt: ita vt plures submersi, quam in ore gladii cæsi, miserabiliter perierunt. Deinde, dominus Imperator, postquam Bononienses illi dextras dederunt, qui in ciuitate remanserunt, direxit suorum armatorum legiones versus Mediolanum. Et in breui temporis spacio, fossata sua, quibus se Mediolanenses vndique cinxerant, erectis machinis & applicatis pontibus multis cum suo exercitu transit numeroso. Vnde timor & tremor ciues inuasit inopinabilis; & audito Bononiensium infortunio, gemitus gemitibus cumularunt. Vnde negotium illud ad votum consummasset,*

quam sibi Papa vindicabat, occupauit. 83) Hinc Romam progreditur, atque reuiuiscente Guelphorum & Gibellinorum factione, 84) Pontifex iubet armari multitudinem, quam venienti Friderico obuiam ducit. Sed Cæsar Romanos in vrbem repulit, multis occisis & captis, captorum alios membris mutilatos in vrbem remisit. Clericis coronam in crucis formam vulnerauit per primam cutem vsque ad cranium, quibusdam per os cranii. Vbi autem vidit, vrbem ita a pontificis partibus, præter opinionem suam stare, omnia circa vrbem vastat, & incendio consumit. Deinde vertit signa in Campaniam, inde petit Beneuentum, quam expugnatam direptamque incendit, mox oppidum ad deditionem compellit. Dum etiam in Siciliæ regno ecclesiastici facerent cum Pontifice, multos episcopos trucidauit & perpetuis carceribus addixit. 85) Pontifex mittit legatos in Germaniam, qui expugnationibus atque aliis artibus impugnent Imperatorem, datque plenarias indulgentias arma contra Fridericum sumentibus. Imperatoris vero legatos de concordia stabilienda ad Papam missos custodiæ mandat. 86) Fridericus rursum cum exercitu Romam petit, Rauennam expugnat, terras Papales occupat & Viterbium vsque progreditur. 87)

§. XV. Dum autem in Italia Imp. commoraretur, mota est a Friderico Bellicoso, Austriæ Duce seditio, dum non solum Viennenses nimium adfligeret, 88) sed etiam vicini de iniuriis sibi ab ipso illatis apud Fridericum II. Imp. conquererentur. Ad hanc sedandam, dum litteris non solum, sed etiam per nuntios vrgeretur Imp. cœptam Mediolanen-

masset, nisi mota per Papam periculosa perturbatio, ad partes vlteriores prouocatum dominum Imperatorem transtulisset. Quod comperientes ciues, facti animosiores, extulerunt caput, & per vicinia discurrentes, castra Imperialia obsederunt. Et per quendam Legatum, quem ad consolationem eorum illuc dominus Papa miserat, solidati, Ferrariam obsederunt, hostiliter vallauerunt: nec ab eis nisi se absolute redderent, satisfactionem admiserunt obsessorum, hoc Legato persuadente, & ciues ad hoc Mediolanenses immisericorditer compellente.

83) MATTHAEVS PARISIENSIS *ad a. 1239. pag. 410.*

84) CVSPINIANVS pag. 340. *auditumque est tum primum nomen Guelphorum & Gibellinorum, e quibus Gibellini Imperatori, Guelphi Pontifici adhærebant.* Cum tamen huius factionis origo sub Conrado III. sit petenda, prout *Sect. I. §. VII.* demonstraui.

85) Verba sunt MVTII *lib. XX. p. 187.*

86) Docet hoc MATTHAEVS PARISIENSIS *p. 467.* dicens: *super quo nedum quod institia nostra delata ratio fuerit, imo contra ius gentium, quod violari Legatos & nuncios non permittit; prædictos nuncios nostros Episcopos, iste qui scribitur seruus seruorum Dei turpissimo carceri mandauit intrudi.*

87) ALBERTVS STADENSIS ad a. 1239. *non minus Papa sollicitauit Archiepiscopos & Episcopos, vt Imperatorem denunciarent. Sed Episcopi Teutoniæ, ne hoc fieret, supplicabant. Imperator Lombardos fortiter impugnauit, & procedens vlterius, plurimas ciuitates Papæ occupauit vsque ad Viterbium.* Et paullo post: *Anno Domini MCCXL. Papa Archiepiscopos ad enunciationem Imperatoris sollicitauit, sed modicum profecit, nisi in Francia & Dacia. Archiepiscopi & Episcopi Teutoniæ Papæ rescripserunt, supplicantes ei, vt pro scandalo Ecclesiæ euitando, de pace inter se & Imperium cogitaret. Papa tamen Imperatori omnes, quos potuit, aduersarios suscitauit, crucem prædicari faciens super omnes, qui sedem Apostolicam infestabant.* MATTHAEVS PARISIENSIS *ad a. 1239. p. 463. diebus etiam illis videns dominus Papa robur & constantiam Imperatoris nondum eneruatam, sibi & Romanæ ecclesiæ nondum incuruari, misit per totam Alemanniam Prælatis, Magnificis, & aliis manentibus epistolas prolixas commonitorias; & præcepit districte, vt omnes insurgerent in suum Imperatorem, Deo & ecclesiæ Romanæ rebellem, & eundem magnis conuitiis diffamauit. Absoluit etiam omnes, qui eidem fidelitatis iuramento tenebantur astricti, persuadens vt in essent infidelitate fideles, in obedientia in obedientes. Sed tantum promeruit Romana ecclesia improbitas omnibus execranda: quod a nullis, vel a paucis, meruit Papalis auctoritas exaudiri.* Ipse Fridericus in epistola, ad Henricum III. Anglorum Regem apud MATTHAEVM PARISIENSEM p. 467. *sed Liguriæ partibus, quæ in deditionem nostram venerant, militum & balistariorum præsidio non sine multis ærarii nostri dispendiis, prout expedit communitis, ac in peregrinatione Tusciæ multis Imperii iuribus reformatis: præmisso nihilominus H. benigno filio nostro, illustri Regi Turrium & Galluris, sacri Imperii in Italia Legato, ad Aebonitanam Marchiam reuocandam, nos personaliter versus Ducatum Spoleti, ac partes Vrbi vicinas, erectis Aquilarum nostrarum victricibus signis, conuertimus; totam terram nostris processibus occurrentem, vsque Viterbium, ciuitatibus admodum paucis exceptis; propter tam graues & infestos; ingratitudinem & offensam ad ius & proprietatem Imperii reuocantes. A Viterbiensibus autem locis ac ciuitatibus circumuicinis cum summa deuotione recepti, dum iam hosti & aduersario nostram ostenderemus potentiam, e vicino timore terribili licet iuste perterritus, tamen per seram pœnitentiam sibi non crederet posse consulere, in profundum desperationis immersus, ac viribus propriis omnino diffisus, Romano populo clamante nostrum ad vrbem gratanter accessum; garsones quosdam & vetulas, nec non & paucos admodum conductiuos milites, veris præter solitum profusis lachrimis exorauit, vt contra nos crucem assumerent; in sua prædicatione mentitus, quod nos ad euersionem Romanæ ecclesiæ, ac violatione sacrarum reliquiarum beatissimorum Apostolorum Petri & Pauli, procedere nitebamur.* Vid. etiam MATTHAEVS PARISIENSIS *p. 472.*

88) In libro III. equidem c. V. PETRI de VINEIS vocatur Henricus, verum mihi videtur nomen Henrici a librariis saltim fuisse adiectum, dum Henricus Austriæ Dux ista ætate iam fuisset defunctus. In Msto, quod seruat Bibliotheca nostra, nomen per litteram initialem H. fuit expressum. CVSPINIANVS Austria p. 30. *Cum itaque Fridericus nouis & insolitis exactionibus ciues suosque subditos molestaret, vnoque die cuncta totius Austriæ inopinate suis thesauris spoliaret, depositaque præter omnem honestatem diriperet violenter, suorum incidit odium capitale, sanguine expiandum. Accessit aliud, & intolerabilius facinus principis. Deperibat Fridericus vxorem quandam forma eximia Viennensis cuiusdam ciuis: appellabatur hæc ex re, pulchra Braunhildis, ea cum potiri non posset (nam neque donis neque promissis pellicere pudicam feminam impudicus princeps valuit) conuiuium Viennæ instituit, ciuesque insigniores accersit cum coniugibus ac filiabus, facta cœna, chorea celebratur: subornantur lenones, subsessores, abactores, qui Braunhildim in media chorea (dum aut maior adest iuuenum ac puellarum tripudiantium copia,*

nensium obsidionem reliquit, & in Germaniam festinauit. Vocato autem Friderico aliquoties, sed non comparente, potius nuntios Imp. iniuriis adficiente, Imp. eum a. 1237. proscripsit, honoribus & terris priuauit, 89) Austriæ pleramque partem occupauit, Viennam Imperialem vrbem creauit. Sed reuersus in Italiam Imp. reliquit Viennæ antistitem Babenbergensem Eckenbertum, Burggrauium Noribergensem, Comites de Henneberg & Eberstein, qui præessent vrbi Viennensi, & præsidiis in Austria relictis, quæ tamen diuersimode lacessebat Fridericus bellicosus. 90) Tandem vero delectis ducentis equitibus splendide ornatis, Imp. Veronæ adiit, a quo benigne susceptus, in gratiam recipitur, honorique pristino restitutus, accepit non solum omnes ipsi ablatas prouincias, sed etiam singulari priuilegio Veronæ 1245. scripto, 91) confirmat Imp. priuilegium Friderici Barbarossæ de a. 1166. atque statuit, vt nullus vasallorum vel incolarum Austriacorum alii obediat, concedit etiam crucem imperialis diadematis principali Austriæ pileo sufferendum. Immo singulari quoque priuilegio ius primogenituræ in Austriaco Ducatu firmauit, 92) atque hunc Austriæ Ducem plane in regalem extulit dignitatem, qua tamen vsus nec iste fuit, nec successores. 93)

§. XVI. Papa igitur Gregorius mittit legatos ad regem Galliæ & Angliæ, vt ferant auxilium ecclesiæ in extremo periculo constitutæ, mittit etiam ad alios Principes. 94) Immo, ipsi Friderico Imperium abiudicat, nuntiis ad Gallorum Regem missis, qui Roberto Regis Gallorum fratri Imperium deferrent, hoc tamen renuente. 95) Papa etiam a. 1240.

copia, aut vino maior pars hominum sepulta, haud facile aduertit quæ in strepitu fiunt) inuitam quidem, sed verbis fictis, quasi ad aliam habitationem abducturi, demulcentes in principis cubiculum abripiunt. Cui cum vim princeps inferret, maritusque id senioribus conquestus, ciuium tumultum excitasset, princeps clamide muro vrbis demissus aufugit in arcem Starckenberg prope Nouam ciuitatem, illicque delituit. FVGGER *Spiegel der Ehren lib. III. c. II. p.* 182.

89) GODEFRIDVS ad a. 1236. *itaque ducens exercitum contra Longobardos commisit Regi Boemiorum & Duci Bawariæ & quibusdam Episcopis terram Ducis Austriæ expugnandam, propter multiplices excessus & facinora, quibus idem Dux fama publica laborabat. Qui Austriam ingressi adiunctis sibi nobilibus terræ, quos ipse Dux antea iniuste oppresserat, & de terra sua eiecerat, totam Austriam deuastauerunt, & Imperatori subiugauerunt, præter pauca castra munitissima, in quibus ipse Dux profugus se recipit.* MATTHAEVS PARISIENSIS ad a. 1236. p. 366. *& dum hæc agerentur, procurantibus vel Romana ecclesia, vel inimicis Imperii; mota est seditio intestina in finibus Alemanniæ, a Duce Austriæ. Ad quam sedandam, tam literæ quam nuncii festinantes, tam arduum negotium explicantes, ipsum Imperatorem vrgenter reuocabant. Obsidione igitur, quam iam parauerat, soluta, rediit in Alemanniam. Mediolanenses autem hoc audito, quædam castella, quæ Imperator ceperat, & homines suos, quos in eisdem custodiendos posuerat, violenter occuparunt; militibus Imperialibus & seruientibus, quos intus inuenerant, trucidatis. Quod cum audiret Imperator, iratus, nec immerito, totam in auctorem huius mali iustam refudit indignationem. Et Ducem Austriæ insequendo, illum honore, terris, castellis, & ciuitatibus, vix vita remanente, spoliauit.* Idem ad a. 1237. p. 371. *eisdem temporibus, dominus Imperator Fredericus, videns quod malitia inuidorum eum ab incepto proposito reuocarunt in Alemanniam, & quod ad opprobrium suum, soluta obsidione, a ciuitate Mediolanensi oportuit recedere; inquisiuit qui hoc illi impedimentum procurarunt. Et comperto, quod Dux Austriæ moto bello intestino in Alemannia, & quod ipse causa esset quod impediretur a suo proposito; hostili impetu irruit in eum, & honoribus & thesauris eundem spoliauit.* Idem *p.* 375. CHRONICON AVGVSTANVM *ad a.* 1236. 1237. CHRONICON AVSTRALE ad a. 1237. *Fridericus Dux Austriæ & Stiriæ sæpe vocatus ad curiam ab Imperatore, sed venire contemnens, tandem sententiam proscriptionis coram multis Principibus incurrit.* Apud PETRVM de VINEIS *lib. III. c. V.* dicitur, quod vocatus fuerit ad Curiam Moguntinam, Augustanam, aliasque. TRITHEMIVS *ad a.* 1236. 1237. CVSPINIANVS p. 31. *cum autem plerique etiam vicini super iniuria eis a principe illata lamentati essent Friderico II. Cæsari & Imperatori Romano, qui quoties ab eo vocatus, semper eius mandata non modo contemserat, sed Cæsaris etiam nuncium literas afferentem inhoneste tractauerat: quinimo & matrem suam Theodoram custodiæ mancipauerat, quæ elapsa ad regem Venceslaum Bohemiæ confugerat delatis prius ad Imperatorem querimoniis: ob id Imperator cum banno imperiali prosequutus, omni suo honore exuit, ac terris suis hæreditariis spoliauit, in publico principum Germanorum consensu, & ob id contumaciam proscripsit.*

90) CHRON. AVSTRALE *ad a.* 1237. 1238. CVSPINIANVS *p.* 30. 31.

91) Extat priuilegium illud apud CVSPINIANVM *p.* 32. FVGGERVM *p.* 184. GOLDASTVM *Tomo vno p.* 302. du MONT. *Corps Diplomatique Tom. I. p. I. p.* 190.

92) Extat illud apud FVGGERVM *lib. II. c. III. p.* 181.

93) Extat illud apud PETRVM de VINEIS *lib. VI. c. XXVI.* CVSPINIANVM *p.* 35. in quo hæc verba: *Ducatus Austriæ & Stiriæ, cum pertinentiis & terminis suis quot hactenus habuit, ad nomen & honorem regium transferentes, te hactenus Ducatuum prædictorum Ducem, de potestatis nostræ plenitudine & magnificentia speciali promouemus in regem, per libertates & iura prædictum regnum tuum præsentis epigrammatis authoritate donantes, quæ regiam deceant dignitatem: vt tamen ex honore, quem tibi libenter addimus, nihil honoris & iuris nostri diadematis aut imperii subtrahatur.* Extat apud GOLDASTVM *Tomo vno p.* 305.

94) MVTIVS *lib. XX. p.* 187.

95) Digna admodum verba sunt MATTHAEI PARISIENSIS *ad a.* 1239. *p.* 464. quæ hic legantur: *circa dierum illorum curicula dominus Papa scripsit Regi Francorum, solennes eidem Nuncios destinando, significans eidem, vt iuberet epistolam suam coram ipso & toto Baronagio Franciæ solenniter & memoriter legi & intelligi. Cuius summa & tenor talis fuisse perhibetur. Nouerit dilectus filius ecclesiæ spiritualis, Illustris Rex, & totum Francorum Baronagium, nos deliberatione & tractatu diligenti omnium fratrum nostrorum condemnasse, & a culmine Imperiali abiudicasse Fridericum dictum Imperatorem & Robertum Comitem fratrem Regis Francorum, loco ipsius elegisse substituendum; quem etiam omnibus ecclesia non tantum Romana, sed vniuersalis duxit non segniter adiuuandum, & efficaciter promouendum. Nullo igitur modo, tantum sponte oblatam dignitatem apertis brachiis suscipere ne pigritemini;*

a. 1240. Principes Germaniæ Ecclesiasticos super electione alterius sollicitat, sed nihil proficit, quia isti ei rescripserunt; non esse sui iuris, Imperatorem substituere, sed tantum Electum a Principibus coronare. 96) Pontifex igitur legatis & litteris missis conuocat omnes per totam Ecclesiam Romanam magistratus & principes ecclesiasticos & alios, celebraturus Paschatos festo concilium apud Lateranum, ipso primum Imp. consentiente. 97) Fridericus autem concilium contra se indictum audiens, publico edicto omnes dehortatur, atque aduenientibus ab omni parte claudit vias, 98) eadem opera Romam obsidet. Fauentiam ad summam miseriam redactam deditione capit, 99) sex exercitibus contra hostes suos constitutis. 100) Idcirco Entium filium suum in armis exercitatum, & for-

mini: ad quam opes & operam & opem abundanter effundemur consequendam. Scelera enim prædicti Friderici multiplicia, sicut iam nouit mundus, eundem irrestaurabiliter condemnarunt. Ad quod, inito consilio, circumspecta prudentia Francorum respondit; quo spiritu vel ausu temerario Papa tantum Principem, quo non est maior, imo nec par inter Christianos, non conuictum vel confessum de obiectis sibi criminibus, exhæredauit, & ab apice Imperiali præcipitauit? qui si meritis suis exigentibus deponendus esset, non nisi per generale Concilium cassandus iudicaretur. De transgressionibus suis non est hostibus suis fides adhibenda, quorum Papa dignoscitur esse capitalis. Nobis adhuc insons, imo bonus fuit vicinus: nec quid sinistri vidimus de eo in fidelitate seculari, vel fide catholica. Scimus autem, quod domino nostro Iesu Christo fideliter militauit; marinis & bellicis se periculis confidenter opponens. Tantum religionis in Papa non inuenimus. Imo qui eum debuit promouisse & Deo militantem protexisse: eum conatus est absentem confundere, & nequiter supplantare. Nolumus nosmetipsos in tanta pericula præcipitare, vt ipsum Fredericum tam potenter impugnemus, quem tot Regna contra nos iuuabunt, & causa iusta præstabit adminiculum. Quid ad Romanos de prodiga sanguinis nostri effusione, dummodo sua ira satisfaceremus? Si eum per nos & alios deuicerit, omnes Principes mundi conculcabit, sumens cornua iactantiæ & superbiam, quoniam ipsum Fredericum magnum Imperatorem contriuerit. Sed ne in vacuum Papale mandatum videamur suscepisse, licet magis constet hoc odium Imperatoris, quam nostri dilectionem ab ecclesia Romana deriuasse, mittemus nuncios prudentes ex nobis ad Imperatorem, qui quomodo de fide catholica sentiat, diligenter inquirant, nos super hoc certificaturos. Et si nil nisi sanum inuenerint, cur infestandus est? Sin autem, & ipsum, imo etiam ipsum Papam, si male de Deo senserit, vel quemlibet mortalium usque ad internecionem persequeremur. Quæ cum audierunt Nuncii Papales, confusi recesserunt. Adierunt igitur dominum Imperatorem Francorum nuncii solennes, ipsi mandata quæ a domino Papa receperunt, seriatim nunciaturi. Quod cum audisset dominus Imperator, de immanitate odii stupefactus, respondit, se esse virum catholicum, Christianum; sane de omnibus orthodoxæ fidei articulis sentientem. Et addidit; non placeat domino meo Iesu Christo, vt vnquam recedam a fide magnificorum patrum, & antecessorum, sequens vestigia perditorum. Iudicet autem Dominus inter me & ipsum, qui me ita per vrbem tam nequiter diffamauit. Et tendens manus in cælum, lachrymis obortis, singultando exclamauit; Deus vltionum Dominus reddat ei retributionem. Et conuersus ad Nuncios, ait; amici mei, & vicini charissimi, vere, quicquid dicat inimicus meus sitior sanguinis mei & honoris subuersor, credo sicut alius Christianus: & si bellum mihi mouere disponitis, non miremini, si me defendam ab insurgentibus in me. Spero enim, quod Deus protector innocentium, me potenter liberauit. Nouit enim Deus, quod Papa in fauorem mihi rebellium, præcipue Mediolanensium hæreticorum contra me leuat calcaneum, & insurgit iracundus: Sed vobis totus in gratiarum actiones assurgo, quod voluistis ante assensum per responsionem meam de præsenti causa certificari: Ad hæc Nuncii: nolit Deus vt vnquam ascendat in cor nostrum, vt aliquem Christianum sine manifesta causa impugnemus. Nec nos pulsat ambitio: Credimus enim dominum nostrum Regem Galliæ, quem linea Regii sanguinis prouexit ad sceptra Francorum regenda excellentiorem esse aliquo Imperatore, quem sola electio prouehit voluntaria: sufficit domino Comiti Roberto, fratrem esse tanti Regis. Et his dictis, cum dilectione & gratia Imperiali recesserunt. Et sic in hoc proposito conatus Papalis irritus euasit.

96) ALBERTVS STADENSIS *ad a. 1240. Historia Archiepiscoporum Bremensium* apud LINDENBROGIVM *§. XXXI.*

97) MATTHAEVS PARISIENSIS p. 475. *igitur significauerunt Cardinales, inito prolixiori concilio, domino etiam Imperatore consentiente & petente; quod iuxta petitionem suam bene volebant, vt conuocaretur concilium generale, sub quanta posset competenter celeritate, & rite celebrandum. Præfixus est igitur dies Concilii, proximo aduenientis die Paschæ: vt ea die cum resurgente Domino, resurgens ecclesia valeat feliciter respirare.* MVTIVS *lib. XX. p. 187.*

98) MATTHAEVS PARISIENSIS p. 485. *subscriptis igitur & quibusdam aliis causis rationabilibus dominus Imperator turbatus, & timens sibi laqueos præparari in Concilio celebrando, cœpit illud impedire, his admonitus causis pro parte prælibatis. Primo igitur dominus Imperator tempus reprehendit inopportunum, & nimis festinum, ad quod nunquam consensit præfigendum. Item, quod sicut prælocutum fuit, & tam Papali quam Imperiali assensu determinatum, non vocat dominus Papa vocandos ad Concilium; cum vtriusque causa sit in ipso specialiter pertractanda. Item, cum pro pace reformanda inter eos, & confirmanda vocandum fuit Concilium, & non ob aliud, in scripto vocationis suæ non facit super hoc dominus Papa mentionem; nisi tantum se exprimens, pro arduis ecclesiæ Romanæ negotiis, suppresso penitus pro qua causa vocari Concilium debuit principaliter: & sic obuiat Papa promissis vtrobique formatis & firmatis. Item, dicit dominus Imperator, quod dominus Papa ad Concilium publicos hostes & manifestos Imperii vocauit & eosdem Imperialibus corrupit muneribus, vt vertantur in arcum prauum, vt traditorum nominibus in perpetuum probrose cum suis generationibus deturpentur, quibus non sunt tam ardua status Imperialis committenda.* Extat etiam epistola desuper ad Regem Angliæ scripta *p. 484.* Qua ratione Episcopos ad Concilium migrantes impediuerit Imp. docet MATTHAEVS PARISIENSIS *p. 492.*

99) De hoc MATTHAEVS PARISIENSIS *p. 493. 495.* PETRVS de VINEIS *lib. I. c. VIII. lib. II. c. IV.*

100) MATTHAEVS PARISIENSIS p. 495. *habuit enim sex exercitus magnos, populosos, & formidabiles: vnum, quem in propria persona regebat: alium duplicem in finibus Ianuæ, naualem, ad obuiandum Legatis & Prælatis, consilium Imperiale spernentibus, in mari: & alium per terram iuxta maritima; cui præfuit filius suus Henricus Rex Galluræ: & Thur*

& fortem iuuenem Pisas mittit, qui portas & mare in illis regionibus custodiret. Quo vbi peruenit Entius, per exploratores cognouit, nauibus Genuensium venerabiles Cardinales, Ottonem Portuensem, Iacobum Prænestinum Episcopos de suis legationibus reuertentes, & quamplures Ecclesiarum Prælatos & Clericos tam religiosos quam sæculares Romam pro celebrando concilio per altum mare vehi. Quare Entius coniunctis sibi Pisanis, cum armata classe Pisanorum aduersus illos progrediuntur. Patres rogarunt conductorem, vt cursum flecteret alio, neque dimicaret prœlio. Sed dux classis in qua nauigabant Cardinales, vir elati animi, noluit videri Pisanos timere, adhortatur milites, iubet arma capere, præmia victoribus promittit, sed congressu primo statim Genuensium naues succumbunt, pauci fuga elabuntur, multi cadunt, multi capiuntur. Multi abbates, episcopi, & duo Cardinales capti ad Imperatorem ducuntur, qui eos Neapolim duci atque in carceres iussit coniicere, in quibus multi ex his mortui sunt. Prælatorum quidam submersi sunt in mari, inter quos fuit archiepiscopus Vesontinus, Archiepiscopus Rotomagensis, cum abbatibus, Cluniacensi, Clareuallensi, & Cisterciensi, liberati sunt, rege Gallorum pro eis intercedente. 1)

§. XVII. Pontifex Gregorius IX. propter hæc mala moerore confectus a. 1241. moritur, atque alius nomine Cœlestinus quartus creatur, 2) qui decimo sexto die pontificatus sui mortuus est. 3) Imperator autem liberatis Prælatis, quos in captiuitate detinebat, Papæ electionem promouet. 4) Hinc cum sedes papalis per annum, menses octo & dies quindecim vacasset, Innocentius IV. Pontifex creatur. 5) Cum hoc igitur de pace sine mora magno studio agere cœpit, Cardinales etiam Anagniæ congregati Petrum Albanensem, Rothomagensem & Messinensem Archiepiscopos pro pace totius Ecclesiæ in castra ad Imp. miserunt, 6) sed cum Imp. Ecclesiæ Romanæ omnes iurisdictiones & possessiones villarum & castrorum, quibus fuerat prædotata, auferret, 7) nec censuræ Papali stare vellet, nec bona Imperii resignare, 8) huius etiam in se odium concitauit, vt statim sententiam a Gregorio IX. in Imp. latam confirmaret. 9) Cum igitur sinistra de Imp. fama audirentur, sensim ab eodem multi nobiles multæque vrbes defecerunt. 10) Hinc motus Imp. Papæ per legatos, Comitem Tholosanum, Petrum de Vineis, & Thadæum de Suessa a. 1244. satisfactionem obtulit, promittens, se ecclesiæ terras restituturum, captiuos libera-

& Thar qui blados & vineas Ianuensium vastare non cessauit: Tertium, cum Conrado filio suo, herede Hierusalem, qui secum traxit exercitum inæstimabilem & innumerabilem, ex tota Alemannia & finibus adiacentibus & Imperiali potestati pertinentibus, contra Tartaros, ipso eodem Conrado existenti Capitali, concomitantibus Ducibus Austriæ, Saxoniæ, Bauariæ; & aliis Magnatibus, tam Prælatis quam aliis, quos longum est numerare, cum populari multitudine cuius non erat numerus. Qui omnes vno numero, & alacri voluntate cruce signati, contra dictos Tartaros, pro vniuersali ecclesia dimicaturi, propriis capitibus communiter parabantur. Quartum vero, in Marchia Teruisii, cuius dux exstitit Theobaldus, dictus Francigena, domino Imperatori amicissimus: Quintum autem, in Marchia Anconiæ & Vallis Spoleti: Sextum in Terra sancta, cum Radulpho Mareschallo suo.

1) MATTHAEVS PARISIENSIS *ad a.* 1241. *p.* 500. MVTIVS *lib. XX. p.* 188. ALBERTVS STADENSIS *ad a.* 1241. NICOLAVS de CVRBIO Vita Innocentii IV. *c. III.* GESTA FRIDERICI II. p. 1027. Extat de eo epistola Friderici II. ad Ottonem Bauariæ Ducem, apud BALVTZIVM *Miscell. lib. I. p.* 452.

2) MATTHAEVS PARISIENSIS *p.* 510. qui etiam de electione noui Papæ ait: *quinque Cardinales elegerunt sextum, scilicet Galfridum Mediolanensem; & huic electioni fauit Imperator congratulans. Tres vero residui elegerunt quartum, scilicet Romanum, cui electioni opposuit se Imperator.* ALBERTVS STADENSIS, MONACHVS PADVANVS *ad a.* 1241. MVTIVS *lib. XX. p.* 187.

3) MATTHAEVS PARISIENSIS p. 512. *ipso quoque anno, post multas disceptationes & diuersa schismata, tam damnosa quam periculosa, inter Cardinales, Sathana seminante, suscitata, elegerunt fratres, iam pauci facti a tribulatione malorum & dolore, magistrum Galfridum Mediolanensem in Papam, virum moribus prædictum & scientia, sed in ætatem senilem iam declinantem & debilitatum. Vnde cum iam vix sexdecim diebus sedisset, præmatura morte præuentus, naturæ debita persoluens, vtinam non, vt dicitur, potionatus, sedem Papalem, imo vniuersalem ecclesiam reliquit desolatam.* Hanc mortem luget Fridericus II. in epistola ad vniuersos regni fideles, apud BALVTZIVM *lib. I. p.* 437. de noua electione lætatur Fridericus II. in dicta epistola in fine scribens: *Canite igitur tuba & cythara, canite Deo nostro, qui suum prosequendo negotium, Papam concessit populo, patrem filiis, virum viduæ, pastorem ouibus, & in altum habitans respexit humilia, largitus mundo peritum rectorem.* NICOLAVS de CVRBIO *Vita Innocentii c. IV.*

4) MATTHAEVS PARISIENSIS *ad a.* 1243. *p.* 530.

5) MATTHAEVS PARISIENSIS *p.* 534.

6) Prout patet ex epistola Friderici I. apud BALVTZIVM *Miscell. lib. I. p.* 455. NIC. de CVRBIO *Vita Innocentii c. VII.*

7) MONACHVS PADVANVS *ad a.* 1242.

8) MATTHAEVS PARISIENSIS *ad a.* 1243. *p.* 538. *intermeantibus igitur nobilibus & profundi consilii personis, tractatum est diligenter de pace inter ecclesiam & Imperatorem. Sed noluit aliquo modo Imperator iurare, vt staret ecclesiasticæ censuræ absolute, nisi præcognitis causis & præuisa via, & omnibus conditionibus; nec quomodo libet quædam acquisita, ad Imperium iure antiquo spectantia, resignare.*

9) MATTHAEVS PARISIENSIS *p.* 534. Extat sententia Innocentii IV. apud LABBEVM *Tom. Concil. XI. p. I. p.* 639.

10) MATTHAEVS PARISIENSIS p. 537. *obfuscata est igitur non mediocriter fama Imperatoris: captus enim erat Comes Simon de Tuscia, cui fiducialiter commiserat Viterbium custodiendum, cum suis complicibus, qui Romam, vt dictum est, captiuus trahebatur, amissumque fuit ipsum Viterbium, cum quibusdam ciuitatibus & castris circumiacentibus, ipseque Imperator quasi fugam iniit. Denigrata est fama ipsius, & sinistro susurro diuulgatum, quod nunquam diuina officia audire dignabatur, vel orare, vel personas ecclesiasticas digne venerari, vel in fide catholica*

liberaturum. 11) Requisiuit etiam Imp. vt aliquam de ipsius neptibus suo filio Conrado traderet in vxorem. 12) Qui tamen statim iterum pœnitentia ductus, resiliuit. 13) Octauo igitur ante festum S. Iohannis die a. 1244. accessit Papa cum omnibus Cardinalibus ad ciuitatem Castellanam, quæ ab vrbe Roma octodecim distat milliaribus, vt vicinius esset Imperatori, & efficacius de pace tractaret. Vbi dictus Imperator, qui apud Interamnum tunc erat, dicto Pontifici & fratribus occultas tendens insidias, ipsosque capere machinans, in ipso ciuitatis egressu, adiecit iterum pacis simulare tractatum, solennes transmittens nuntios, magistrum videlicet Petrum de Vineis, Gualterium de Sora, qui eum sub specie tractatus pacis securum redderent & incautum. 14) Sed, cum Imp. Papæ mandari faceret, se nihil facere de conuentis, nisi litteris absolutionis prius habitis, papa tamen contradicente, orta est noua discordia. 15) Dum autem Papa Sutrii commoraretur, nuntiatum ipsi est, Tusciam trecentos milites venisse, qui ipsum adprehenderent, hic attonitus, mutato habitu, velocissimo cursu in Ciuitatem veterem venit, inde Genuensium nauibus receptus, in eorum vrbem fuit deuectus. 16) Inde nauigans in Gallias, Lugdunum se contulit ad Regem Ludouicum, a quo maxima reuerentia fuit exceptus. 17)

§. XVIII. Tempore autem Quadragesimali 1245. Papa iterato Imp. fecit excommunicari per totam Franciam, propter quasdam nouas inuasiones, quas fecerat in suos consanguineos & personas ecclesiasticas. 18) Inde festo natiuitatis Domini celebrato, dum in festo beati Ioannis Euangelistæ Missam mane in Lugdunensi ecclesia celebraret, ac prædicaret verbum Dei, ibi publice nunciauit Concilium generale in Festo beati Ioannis Bapti-

tholica sane loqui vel sentire, a concubitu mulieicularum Saracenarum abstinere, imo potius tam Saracenos, quam alios infideles in terram Imperii vocare, & vrbes construere permisit munitissimas. Inde vrbes ac nobiles, qui ab eo defecerint, recenset.

11) MATTHAEVS PARISIENSIS ad a. 1244. p. 544. *dum autem mundi præstigiator talibus mortales exagitaret solicitudinibus, Imperator Fridericus, spiritu tactus consilii sanioris, licet superficialiter humilitatus, se spospondit ecclesiæ Prælatis satisfacturum, hoc modo: circa securitates designandas, ita dicimus; quod dominus Imperator offert cautionem iuratoriam, literatoriam, & fideiussoriam per Reges, Principes & Magnates, & Comites locorum. Præterea circa prædictas cautiones committit se ordinationi domini Papæ, & tractatorum. Fredericus, Dei Gratia Romanorum Imperator, semper Augustus, Hierusalem & Siciliæ Rex, per præsens scriptum notum facimus vniuersis, quod nos R. illustri Comiti Tholosano, dilecto affini ac fideli nostro, & magistris Petro de Vinea, & Thaddæo de Suessa, magnæ curiæ nostræ Iudicibus & fidelibus nostris, specialem & plenam concedimus potestatem iurandi in anima pro parte nostra, stare mandatis domini Papæ & ecclesiæ super omnibus articulis, iniuriis, damnis & offensis, ante & post excommunicationis sententiam, ecclesiis & personis ecclesiasticis illatis, pro quibus olim per Gregorium summum Pontificem, contra nos ipsa excommunicationis sententia noscitur fuisse prolata. Ratum habentes, & firmum quicquid super hoc prædicti fideles nostri duxerint faciendum. Ad cuius rei memoriam & debitam firmitudinem scriptum aurea bulla topazio* (leg. typario) *nostræ Maiestatis impressa, iussimus communiri.* Recenset inde capita, quibus Papa satisfacturus sit Imperator. Extat etiam de eo epistola PETRI de VINEIS *lib. I. c. XXXIII.* NIC. de CVRBIO *Vita Innocentii IV. c. X.*

12) NIC. de CVRBIO Vita Innocentii IV. c. XI. *Sed vt quocunque deceptionis genere summi Pontificis posset animum obliquare arctitudine bonitatis, eum de parentela multo studio per speciales nuncios requisiuit, vt aliquam de ipsius neptibus suo filio Corrado traderet in vxorem, vt saltem ipsi Domino Papæ catena sanguinis sociatus, Ecclesiæ iura & negotia impediret. Aduertens quoque ipse Dominus Papa multiplices ipsius dolositates atque versutias, nec respuens, nec acceptans, explicuit se ab ipsius laqueis laqueorum, quibus tanquam inimicus nequissimus inculcabat, vt subuerteret vias eius.*

13) MATTHAEVS PARISIENSIS p. 556. *eademque furia inuectus Imperator, illo instigante qui primus superbiuit, a forma iurata & humilitate satisfactionis compromissa superbiendo pænitens instabiliter resiliuit.* Idem p. 560. *has igitur dum annalis orbita temporales mutationes transcurreret, Imperator Fredericus, superbiæ stimulis exagitatus, pænitere cœpit, quod se ecclesiæ, vt prædictum est, humiliasset & obligasset, & calcaneo Papali insidias tetendit, & laqueos absconditos, qui tamen postea apparuerunt manifesti.*

14) NIC. de CVRBIO *Vita Innocentii IV. c. XII.*

15) MATTHAEVS PARISIENSIS *p.* 561.

16) MATTHAEVS PARISIENSIS *c. l.* MONACHVS PADVANVS *ad a.* 1244. NIC. de CVRBIO *Vita Innocentii III. c. XIII.*

17) MVTIVS *lib. XX. p.* 187. MATTHAEVS PARISIENSIS p. 572. *inde post modicum moræ spacium, deceptis Imperatoris custodibus quos constituerat ad præcludendas Papæ vias, dominus Papa, qui se instaurarat quasi hyematurus, tam de nocte, iter conficiens, quam de die, festinanter ac subito non sine multiplice periculo, æstate iam se contulit declinante Lugdunum.*

18) Hæc verba sunt MATTHAEI PARISIENSIS *ad a.* 1245. p. 575. qui addit: *& cum tale præceptum per ordinarios suos ad quendam Sacerdotem, ciuitatem Parisias inhabitantem, deuenisset, doluit, quod oportuit eum ipsum Imperatorem, quem, nescimus ob quas causas, dilexit, & curiam Romanam quam aliquando expertus fuerat, execrabatur, excommunicare, ast in propatulo toti Parochiæ suæ die solenni populose: audite vniuersi. Accepi in mandatis, vt candelis accensis, & pulsis campanis, in Imperatorem Fredericum excommunicationis feram sententiam solennem, causam autem ignorans; non ignoro grauem controuersiam & odium inexorabile motum inter eos. Scio etiam, quod vnus illorum alii iniuriatur: quis cui, nescio. Sed illum, in quantum se mea extendit potentia, excommunico, & excommunicatum denuncio, alterutrum istorum, videlicet ipsum, qui alii iniuriatur, & absoluo iniuriam patientem, quæ tam damnosa est toti Christianitati. Quod licet verbum leuitatis, & more Francorum iocose prolatum, ore multorum reuolutum est, longe lateque ventilatum, tandem ad audientiam peruenit Imperialem. Ipse dicti pondus librans & commendans, xenia concupiscibilia dicto Presbytero duxit transmittenda. Sed dominus Papa de scurrilitate, & verbi leuitate, puniuit redargutum.*

19) MAT-

Baptistæ venturo proximo celebrandum. Et tunc in prædicatione publica per se ipsum citauit Imperatorem Fridericum, quod ibi per se vel per sufficientes procuratores & nuntios futuro Concilio compareret, propositurus, quidquid de iure suo vellet proponere, ac postmodum auditurus quod super ipsius negotio sacrum concilium iudicaret. Licet autem interim non paruæ auctoritatis viri, Patriarcha Antiochenus & alii ad petitionem ipsius, pro compositione facienda, non sine multis laboribus & expensis interposuerint partes suas, nequiuit tamen, cum nollet satisfacere de offensis, concordia prouenire. 19) Concilium etiam die Lunæ proxima, post festum natiuitatis Iohannis Baptistæ incoatur. 20) In hoc autem Imp. Fredericum hæreseos, sacrilegii, periurii, familiaritatis cum Soldano Babyloniæ, & Saracenis mulierculis inculpauit. 21) Miserat ad hoc Concilium Imp. legatos suos, atque inter hos Archiepiscopum Panormitanum atque Thadæum, qui ipsum strenue defendebat: 22) nihilominus Papa, præsente potius, quam approbante Concilio, die XVII. Kl. Augusti sententiam excommunicationis contra Imperatorem candelis accensis, promulgat, & eundem ab Imperiali culmine, auctoritate propria deponit, atque hanc depositionem per totam Ecclesiam promulgat, præcipiens sub interminatione excommunicationis, vt nullus eum Imperatorem de cætero nominaret, nec ipsi tanquam Imperatori aut Regi obediret, vel intendat, decernendo quoslibet, qui deinceps ei velut Imperatori seu Regi consilium, auxilium præstiterint, vel fauorem, ipso facto excommunicationis vinculo subiacere. Illos autem, ad quos Imperatoris spectabat electio, eligendi alium Imperatorem contulit potestatem. 23) Qua sententia per mundum volante, quidam Principum,

19) MATTHAEVS PARISIENSIS *p.* 570. Imp. vero Regem Galliæ rogat, vt per regnum suum faciat diuulgari, vt nullus accedat ad Concilium Papale. apud P. de VINEIS *lib. I. c. XXXXV.* NIC. de CVRBIO *Vita Innocentii IV. c. XVIII.*

20) MATTHAEVS PARISIENSIS *p.* 580.

21) MATTHAEVS PARISIENSIS p. 581. *in fine autem prædicationis suæ proposuit enormitates Imperatoris Frederici; scilicet hæresin, sacrilegium. Et inter alia mala, quod ciuitatem quandam in Christianitate construxerat nouam, fortem & magnam, quam Saracenis populauerat; ipsorum vtens, sed potius abutens ritibus & superstitionibus; spreto Christianorum consilio & religione: familiaritatemque specialem contraxerat, vt asserebat, cum Soldano Babyloniæ, & quibusdam aliis Saracenorum Primatibus: distractusque & obscænis illectus illecebris, concubitu mulierculàrum, vel potius meretricularum Saracenicarum, inferenter & impudenter polluebatur. Imponebatque ei multiplex periurium: & quod spreto veritatis tenore, nunquam pacta, nusquam promissa conseruabat. Super quibus, vt magis hæc audientes certificaret, signorum Imperialium de auro appensione communitus ostendit epistolas multas, & multiplices; quibus euidenter arguit & redarguit ipsum Imperatorem, super periurio.* CHRONICON AVGVSTENSE ad a. 1245. *vniuersalis synodus celebratur apud Lugdunum: vbi Dominus Innocentius Papa contra Fridericum Imperatorem depositionis sententiam promulgauit. In ea Synodo fuerunt tres Patriarchæ, & Episcopi plurimi. Porro causæ depositionis principalis, in prædicto consilio exprimuntur; videlicet periurium, pacis reformatæ frequens violatio, duorum Cardinalium captiuatio, multorum prælatorum submersio. Quod insuper prælatos ab Ecclesiarum regimine destituit, cruces aureas, thuribula pretiosa & calices, pannos aurifrygiatos, & sacros Ecclesiarum thesauros diripuit, clericos angariis & parangariis afflixit, qui non solum trahebantur ad iudicia secularia, sed & cogebantur subire duella, incarcerabantur & decollabantur, & in patibulis suspendebantur; Papales sententias se non curare asseruit. Nomen Mahometi in templo Ierosolymis in sua præsentia venerari & proclamari permisit, & familiaritate detestabili Sarracenis coniunctus, ipsos in cottidianis obsequiis tenuit, possessiones Ecclesiæ Romanæ, scilicet Marchiam Anconitanam, Ducatum Spoletanum, Beneuentum, in Apulia Archiepiscopatum habentem XXIV. Episcopos suffraganeos diruit, & alias Tusciæ ciuitates.* Addit de nefando isto dicterio de tribus magnis impostoribus, sed ipsum iam antea de eo fuisse inculpatum, supra §. *XII.* diximus. Licet etiam in hoc Concilio hæreseos crimen ipsi imputaretur. MONACHVS PADVANVS *ad a.* 1245.

22) Qua ratione Imp. defenderit Thaddæus, prolixe recenset MATTHAEVS PARISIENSIS *p.* 581. ALBERTVS STADENSIS ad a. 1245. *Imperator pro se nuncios misit, inter quos erat quidam Thaddæus, doctor legum, qui pro eo elegantissime allegauit, ita vt plurimorum sibi audientiam conquireret & fauorem.*

23) MATTHAEVS PARISIENSIS p. 586. *altiori igitur insistens negotio dominus Papa, licet in contrarium eleganter magister Thaddæus, procurator Imperialis, allegasset; in Imperatorem Fredericum, sine aliqua palpatione, vel dissimulatione, vel dilationis indultu, talem sententiam excommunicationis in pleno Concilio, non sine omnium audientium & circumstantium stupore & horrore terribiliter fulgurauit.* Inde sequitur sententia, quæ tali modo incipit: *Innocentius Episcopus, seruus seruorum Dei &c. sacro præsente Concilio* & finitur: *nos itaque super præmissis, & quam plurimis aliis nephandis & execrandis excessibus ac flagitiis, cum fratribus nostris Cardinalibus & sacrosancto Concilio deliberatione præhabita matura & diligenti, cum Domini nostri Iesu Christi, vices, licet immeriti, teneamus in terris, nobisque in beati Petri Apostoli persona, sit dictum: Quodcunque ligaueris super terram, erit ligatum & in cœlis &c. memoratum Principem, qui se Imperio, & Regnis, omnique denique honore, ac dignitate reddidit tam indignum, quique propter suas iniquitates atque sedem a Deo ne regnet vel imperet est abiectus; suis ligatum peccatis a Deo ac obiectum, omnique honore ac dignitate priuatum a Domino ostendimus ac denunciamus, & nihilominus sententionando priuamus. Omnesque qui ei iuramento fidelitatis aliquo modo tenentur astricti vel obligati, a iuramento huiusmodi perpetuo absoluimus & liberamus: auctoritate Apostolica firmiter & strictim inhibendo, ne quisquam de cætero sibi tanquam Imperatori vel Regi pareat, vel quomodolibet parere intendat. Decernendo quoslibet, qui deinceps ei, velut Imperatori, vel Regi, consilium & auxilium præstiterint, seu fauorem; ipso facto excommunicationis vinculo subiacere. Illi autem, ad quos in eodem Imperio, Imperatoris spectat electio, eligant libere alium in eius locum successorem.* ALBERTVS STADENSIS ad a. 1245. *Papa in iam dicto concilio, scilicet die Iacobi, contra Imperatorem excommunicationis sententiam renouauit, & eum ab Imperiali culmine auctoritate propria deposuit, & hanc depositionem per totam Ecclesiam promulgauit* præci-

cipum, cum multis aliis reclamabant, dicentes: ad Papam non pertinere Imperatorem vel instituere vel destituere, sed electum a Principibus coronare. 24) Dum prædicta fierent

præcipiens sub interminatione excommunicationis, vt nullus eum Imperatorem de cætero nominaret. SALLAS MALASPINA lib. I. cap. II. *verum vt ars præcipitii de suo triumpharet actore, Dominus Innocentius Papa IV. in generali Concilio apud Lugdunum contra Fredericum Imperatorem, penes quem nulla salutis proficiebant consilia nec conatus apostolici studii proderat, tanta erat eius execrabilis pertinacia prauitatis, iustæ damnationis sententiam eodem approbante Concilio promulgauit.* NICOLAVS de CVRBIO *Vita Innocentii IV. c. XIX.* hæc prolixe narrat, & per plura exempla defendere audet, sic scribens: *Cum vero iam esset Concilium tempore præfinito Prælatorum, nuntiorum, Regum Franciæ, Angliæ, Hispaniæ, Principum quoque & potestatum, multarumque ciuitatum & comitatuum, ipse personaliter venire contempsit, sed suos nuntios destinauit, Dominum videlicet Archiepiscopum Panormitanum, iudicem Thadeum & alios quoque plures super his negotiis auctoritatem plenariam non habentes, qui si expectaretur modicum, promittebant, ipsum personaliter aduenturum. Ipse autem non intendebat venire, sed Concilium potius perturbare, sicut tempore felicis memoriæ Papæ Gregorii, vt est superius memoratum, vice alia perturbauit. Quod rei euentus euidentius comprobauit, sed ad eius malitiam conuertendam, a festo sancti Ioannis vsque ad XV. Kal. Augusti a toto Concilio fuit, non sine incommoditate maxima, expectatus cum tunc esset in Lonbardia apud Veronam, qui bene potuisset intra dictum terminum comparere. Demum cum in ipso Concilio multa grauia & horribilia fuissent a multis tam Archiepiscopis quam Episcopis proposita contra eum, super destructione videlicet Ecclesiarum, monasteriorum, & hospitalium, & inuasione bonorum ipsorum, incarceratione quoque & occisione Episcoporum & religiosorum ac secularium personarum, & multis quæ etiam hæresim sapiebant, & crudelitatem animi ipsius erga cultum Christiani nominis indicabant, prædicti ipsius nuntii, data sibi pro voto audientia, excusare ipsum multipliciter conabantur. Sed a friuolis suis procurationibus decidentes, deuicti fuerunt publice & a summo Pontifice viuis rationibus confutati. Quare super præmissis & quampluribus aliis eius nefandis excessibus, cum fratribus suis & sacro Concilio idem summus Pontifex deliberatione præhabita diligenti, memoratum Principem Fridericum, qui se imperio & regnis reddit tam indignum ab omni honore & dignitate sententiando priuauit. Omnes autem qui ei iuramento fidelitatis tenebantur astricti, absoluit perpetuo ab huiusmodi iuramento, auctoritate apostolica firmiter inhibendo, ne quis de cætero ei tanquam Imperatori aut Regi obediat vel intendat, decernendo quoslibet qui deinceps ei velut Imperatoris seu Regi consilium, auxilium præstiterint, vel fauorem ipso facto excommunicationis vinculo subiacere. Illis autem ad quos Imperatoris spectabat electio, eligendi alium Imperatorem contulit potestatem. De regno vero Siciliæ prouisurum se statuit, prout sibi & fratribus videretur suis temporibus expedire. Namque notissimum & indubitatum est, quod multi Romanorum Pontificum etiam pro minoribus causis non nullos Imperatores & Reges non tantum excommunicarunt, sed a regno deposuerunt, & in eorum locis alios subrogarunt. Innocentius siquidem Papa primus Imperatorem Arcadium magni Theodosii filium pro eo, quod Iohannis Chrysostomi depositioni interfuit, quam Theophilus Alexandrinus vna cum aliis orientalibus Patriarchis, cum consensu aliorum Episcoporum, sine assensu Romani Pontificis dictauerat, excommunicauit, & eorum depositionem cassauit. Mitissimus vero Imperator mox vt factum cognouit, non rebellis extitit, sed veniam humiliter petiit & impetrauit. Constantinus Papa Iustinum Imperatorem Iustiniani filium propter non decentem Legatorum suorum susceptionem excommunicauit. Qui postea in Constantinopoli tantæ vrbis platea pedibus eius cum regno prostratus tam diu veniam petiit donec impetrauit. Anastasius Papa II. Anastasium Imperatorem non solum excommunicauit, sed etiam regno priuauit. Stephanus Papa Karolum Pipini Regis fratrem a regno deposuit & Pipinum in eius loco substituit. Nicolaus quoque Romanus Pontifex duos Imperatores vno eodemque tempore excommunicauit, Michaelem videlicet orientalem propter Ignatium Constantinopolitanum Episcopum sine iudicio Papæ a sede sua eiectum, & Lotharium occidentalem, propter Gualdradæ pellicis suæ societatem. Beatus quoque Ambrosius, non Romanus, sed Mediolanensis Pontifex maximum tyrannum Theodosium Imperatorem ab Ecclesia pulsum excommunicasse non est ambiguum. Alexander III. excommunicauit Fredericum primum Imperatorem, donec apud Venetias venit ad satisfactionem condignam. Innocentius III. quasi nostris temporibus & diebus excommunicauit & deposuit Ottonem IV. Imperatorem pro eo, quod fidem ipsi Ecclesiæ non seruauit. Quis ergo nisi mente captus ignorat potestatem Imperatoris & Regum Pontificibus esse subiectam? Et quis credit a subiectione Romani Pontificis se esse alienum, nisi qui peccatis suis exigentibus inter oues Christi pastorum principis non meruit numerari. Sed iam rei ordinem quem incepimus, prosequamur. Sententiam vero ipsam depositionis sæpesati Frederici protulit summus Pontifex in maiori Ecclesia Lugdunensi in pleno Concilio anno Domini MCCXLIV. XV. Kal. Augusti, Pontificatus sui anno tertio, quæ fuit ab vniuersis Ecclesiarum Prælatis in eodem Concilio residentibus approbata, sicut liquere potest omnibus tam præsentibus quam futuris per subscriptiones ipsorum & eorundem sigilla pendentia in eadem.* MONACHVS PADVANVS: *Anno Domini MCCXLV. circa festum sancti Ioannis Baptistæ, factum est Concilium maximum Lugduni, ad quod citatus Imperator personaliter, ire contempsit. Vnde propter contumaciam eius & innumerabilia mala quæ fecerat contra Ecclesiam, Innocentius Papa residens in Concilio de assensu & consilio Prælatorum & totius concilii protulit contra Fredericum depositionis sententiam, iuste pariter & constanter. Forma itaque sententiæ prolatæ a summo Pontifice ita fuit: Volentes, inquit Apostolicus, diuinam sententiam præponere sententiæ nostræ, denunciamus, Fredericum a Deo excommunicatum, & depositum ab omni honore Imperii & Regni. Addentes vero sententiam nostram diuinæ sententiæ, excommunicamus Fredericum & deponimus ab omni honore Imperii atque Regni.* GVIL. de PODIO CHRON. c. XLVII. *Sequenti anno Domini MCCXLV. Dominus Papa suum Concilium celebrauit ibidem, tum Prælatis Cisalpinis & cæteris de Regno Franciæ, & Hispaniis, & ibi deposuit Dominum Fridericum ab Imperio per Sententiam definitiuam.* Extat sententia excommunicationis etiam in *c. 2. de sententia & Re Iudicata in 6to*, apud CHERVBINVM *Magno Bullario Romano Tom. I. p.* 112. in SCHARDII præfatione ad Petri de Vineis epistolas. FRAGM. HISTOR. ap. VRSTISIVM *Tom. II. p.* 91. TRITHEMIVS *Chr. Hirsaug. ad a.* 1246. Quod autem propria auctoritate hoc fecerit, satis patet ex locis ante adductis, latius etiam hoc demonstrauit NATALIS ALEXANDER *Hist. Eccles. Sec. XIII. diss. V.* §. 8. Solus MONACHVS PADVANVS consensus Prælatorum facit mentionem.

24) Verba sunt ALBERTI STADENSIS *ad a.* 1245.

25) MAT-

fierent apud Lugdunum, Imp. vertens Veronam, cum filio suo Conrado, & quibusdam Principibus Alemanniæ & Baronibus Lombardiæ ipsi fauentibus, solenne Colloquium celebrauit. Quo facto, simulans, se simul cum Conrado filio suo, velle ad Concilium properare, iuit vsque Augustam Taurinorum: vbi primo audiuit, contra se depositionis sententiam esse promulgatam. Audiens hæc Cæsar coronam capiti suo imposuit, publice efferens, se hoc synodali concilio coronam suam minime perdidisse. 25) Hinc de iniuria sibi facta apud Reges & Principes Europæ conquestus, qui licet Fridericum omnino haberent suspectum, rem tamen mali exempli esse asserebant, si Papa Principes Catholicos deponere auderet. 26) Hæc etiam Papæ attentata publicis edictis refellens. 27)

§. XIX. Tunc reuersus est Cremonam, ibique negotia Imperii ordinauit. Post in Apuliam quam citius est reuersus, & Conradum velociter in Alemanniam destinauit. 28) Interea Papa sollicitari fecit Principes, quos ad Imperium regendum credidit idoneos, vt aliquis eorum onus Imperii sumeret & laborem, promittens ei, quicunque Imperium assumeret, consilium & auxilium pariter & fauorem. 29) Tandem Henricus, Landgrauius, cognomento Raspo, Papæ euictus precibus, 30) iuxta Herbipolim in ascensione

25) MATTHAEVS PARISIENSIS pag. 595. *cum autem hæc omnia audiuisset & intellexisset dominus Imperator Fredericus, vix se præ indignatione capiens, in vehementissimam iram excanduit. Toruoque vultu omnes circumsedentes adspiciens intonuit, dicens: abiecit me Papa iste in Synodo sua, priuans me corona mea? vnde talis temeraria præsumptio? vbinam sunt clitellæ meæ, thesaurum meum portabilem continentes? Et cum allata fuissent, & coram eo eius iussu reserata essent, ait; vide si iam sunt amissæ coronæ meæ. Repertam igitur vnam imposuit capiti suo. Et coronatus erexit se, & minacibus oculis, voce terribili & insatiabili corde, dixit in propatulo: non adhuc coronam meam perdidi, vel Papali impugnatione, vel Synodali Concilio, sine cruento perdam certamine. Ad tanta prorumpet fastigia vulgaris superbia, vt me præcipuum Principem, quo non est maior, imo cui nec est par, ab apice dignitatis Imperialis valeat præcipitare? In hoc tamen conditio mea melioratur. In aliquo tenebar illi obedire, saltem venerari. Nunc autem ab amore & veneratione, nec non & ab omnimoda pacis absoluor aduersus Papam obligatione. Ex tunc igitur efficacius & vigilantius, vt dominum Papam grauaret, in thesauris, consanguineis, & amicis eius damna & iniurias irrogauit.*

26) Extat epistola Friderici ad Ludouicum Regem Franciæ, apud PETRVM de VINEIS *lib. I. c. III.* atque alia ad Angliæ Regem super hac depositione conscripta, apud MATTHAEVM PARISIENSEM *p. 596.* qui hæc subnectit: *hæc cum ad Christianissimos Francorum & Anglorum Reges nunciata peruenissent, patuit luce clarius ipsis & eorum Magnatibus, quod Fredericus libertatem ac nobilitatem ecclesiæ, quam ipse nunquam auxit, sed magnifici antecessores eius malo grato suo stabilierunt, toto conamine studuit annullare; & de hæresi per id ipsum se reddens suspectum, merito omnem quem hactenus habebat in omni populo igniculum famæ propriæ prudentiæ & sapientiæ, impudenter & imprudenter extinxit atque deleuit. Reges tamen memorati, quia muliebre videretur & inhonestum statim infestare, quem prius protexerant, non sine murmure siluerunt adhuc dissimulantes. Ac per hoc domini Papæ conditio meliorata respirauit. Vnum insuper omnes angebat tam Principes quam Prælatos vulnus angustiæ, futura pericula ratione præuia ponderantes. Eo quod etsi dignus multipliciter fuerit Fredericus deprimi, & omni honore priuari: tamen si eum, Deo iuuante, auctoritas Papalis irristaurabiliter deponeret, Romana ecclesia, gratia Dei abutens, in posterum in tantam elationem, & intolerabilem superbiam subleuaretur, quod Principes Catholicos insontes & iustos, & præcipue Prælatos, quauis leui causa vel deponeret, vel deponere probrose contaminaretur, loquendoque sublimia: gloriandoque dicerent Romani licet a plebeia stirpe procreati: nos ipsum maximum dominum & Imperatorem Fredericum conculcauimus, & quis es, qui nobis temere credis resistere? Et ita prouocati nobiliores, contra eos leuabant calcaneum? Deoque vindice, auctoritas Romana poterit deperire.* Extat querimonia Friderici II. super hac sua depositione apud PETRVM de VINEIS *lib. I. ep. I.* in qua hæc verba: *de cælo namque si bene recolis, descendit linteum super Petrum, cui surge, macta, & comede, dictum est, dum oraret: qui tamen immunda noluit manducare, dura quamuis esset esurie stimulatus. Tu vero ad hoc viuis, vt comedas, in cuius vasis & ciphis aureis scriptum est: Bibo bibis, cuius verbi præteritum sic frequenter in mensa repetis, & post cibum, quod quasi raptus vsque ad tertium cælum, Hebraice, Græce loqueris & Latine. Postquam autem impleta fuerit vino ventris ingluuies, & stomachus vsque ad summum eius, tunc super pennis ventorum æstimas te sedere. Tunc tibi Romanorum subest Imperium: tunc adferunt tibi munera reges terræ; tunc vinum mirabiles facit exercitus: tunc tibi seruiunt omnes Gentium nationes. En sobrium Papam!*

27) Extat Friderici II. Epistola ad Henricum III. Anglorum Regem apud MATTHAEVM PARISIENSEM *ad a. 1246. pag. 614.* in qua hæc verba: *nam etsi nos nostra Catholicæ fidei debito suggerente manifestissime fateamur, collatam a Domino sacrosanctæ Romanæ sedis Antistiti, plenariam in spiritualibus potestatem, quantumcunque quod absit, sit ipse peccator, vt, quod in terra ligauerit, sit ligatum in cælis, quæ soluerit, sit solutum, nusquam tamen verum legitur diuina vel humana sibi lege concessum, quod transferre pro iibito possit Imperia, aut de puniendis temporaliter in priuatione Regnorum Regibus aut terræ Principibus iudicare: cum licet ad eum a iure & more maiorum, consecratio nostra pertineat, non magis ad ipsum priuatio seu remotio pertinet, quam ad quoslibet Regnorum Prælatos; qui Reges suos prout assolet, consecrant & inungunt.* Hinc extat decretum de vsurpatione Papæ Romani in iurisdictione & auctoritate seculari apud GOLDASTVM *Tomo vno p. 306.* atque alia, de iniuriis Pontificum Romanorum, in Imperatorem & Principes Imperii, iniustaque eorundem tyrannide & vsurpatione apud GOLDASTVM *Tomo III. p. 372.* Extant etiam variæ Friderici epistolæ super hoc negotio in HANNII *Collectione Monum. Tom. I. p. 211.*

28) Verba sunt MONACHI PADVANI *ad an. 1245.*

29) Verba sunt ALBERTI STADENSIS *ad an. 1245.*

30) ALBERTVS STADENSIS *cit. loc.* MATTHAEVS PARISIENSIS, p. 538. 561. & 602. *temporibus quoque sub eisdem cum persuasisset dominus Papa, vt ipsi nobiles Alemanniæ, ad quos spectat ius electionis, nouum sibi eligerent Imperatorem, & aliqui consensissent, maxime Archiepiscopus Coloniensis Conradus, in Landegrauium Duringiæ, idem Landegrauius malens pacem cum securitate, suo contentus Ducatu, quam ancipitis belli certamina & fata belli*

ſione Domini, a Moguntino & Colonienſi & quibusdam Principibus in Regem eligitur, & ſubito crux contra omnes infideles a Moguntino ſolenniter prædicatur, & omnis illa Principum & nobilium collectio crucis caractere inſignitur, 31) Papa etiam omnes Principes Alemanniæ per legatos ſollicitauit, vt Fridericum desererent, & pro hoste Eccleſiæ maniſeſto eum reputarent, & Henrico, tanquam filio obedientiæ adhærerent. Ad Soldanum quoque Papa nuncios deſtinauit, eum intendens a familiaritate abſtrahere, & amicitia Friderici quondam Imperatoris. 32) Mediolanenſes etiam Henrico adhærebant, quos tamen in ordinem iterum redegit Fridericus, & magna ſtrage confecit. 33)

§. XX. Inſequenti anno 1246. per Ludouicum IX. Gallorum Regem, Papæ Lugduni adhuc commoranti compoſitionem obtulit Imp. his conditionibus, vt in terram ſanctam, nunquam rediturus, abiret, quoad viueret, Chriſto ibidem militaturus, totum regnum cultui Chriſtiano reſtituturus, ita ſcilicet, vt filio ſuo, loco ipſius in Imperiali dignitate ſubſtituto, pie diſpenſetur cum eodem Friderico, & abſoluatur benigne; Papa tamen abnuente. 34) Inde cum precibus nihil valeret, miſit contra Henricum filium ſuum Conradum, vt Comitia Francofurti indicta impediret, qui tamen commiſſo haut procul Francoſurto cum Henrico in die Oswaldi prœlio, victus aufugit. 35)

§. XXI. Creuit inter hæc Maieſtas Imperatoris, Bela enim Rex Vngariæ a Tartaris nimium agitatus, atque ex regno pulſus, auxilium a. 1244. petiit ab Imp. ab eodemque reſtitutus, Vngariam Imperio ſubiecit, ſe de trecentis militibus Imp. exhibendis, obligans. 36)

§. XXII. In-

belli fortunalis experiri; maxime contra Fredericum, bellicis negotiis multoties expertum, & vulpinis fallaciis argumentoſum; renuit acquieſcere, vel tantæ temeritati conſentire. Dominus autem Papa confortans eum & animans, promiſit ei ſuum & vniuerſalis eccleſiæ patrocinium. MONACHVS PADVANVS lib. I. p. 591. *ſagaciſſimus Innocentius Papa direxit in Alemanniam Nuncios, ad monendum Principes, vt eligerent aliquem ſtrenuum Virum, ad Imperium gubernandum. Tunc illi conuenientes, ad tantum negotium peragendum, elegerunt Virum Catholicum, ſtrenuum, Nobilem, ſapientem, benignum, & conſtantem, Lantgrauium de Thuringia, Deo & hominibus gratioſum. Ille autem electioni de ſe facta aſſenſum præbuit.* CHRON. SENONENSE *lib. IV. cap. XI.*

31) ALBERTVS STADENSIS *ad an. 1246.* FRAGMENTVM HISTORICVM apud VRSTISIVM *p. 91. Principes Alemanniæ, ſcilicet Archiepiſcopus Moguntinus & Colonienſis & Treuerenſis, cum cæteris Epiſcopis, Argentinenſi, Spirenſi, & aliis, elegerunt apud Herbipolim, Henricum, Lantgrauium Thuringiæ, in Regem.* MATTH. PARISIENSIS *ad a. 1246. p. 616.* CHRON. AVGVSTENSE *ad a. 1246.* MONACHVS PADVANVS *ad an. 1245.* CONRADVS MOGVNTINVS *in Chronico p. 575.* IO. VITODVRANVS *p. 8.* Extant in HAHNII *Collectione Monumentorum Tom. I. p. 247.* litteræ Henrici, quibus electionem ſuam ſignificat & *p. 249.* Brixienſium reſponſoria.

32) Verba ſunt ALBERTI STADENSIS *ad an. 1246.*

33) MATTHAEVS PARISIENSIS ad a. 1245. p. 602. *Mediolanenſes quoque & Italici Mediolanenſibus confœderati, miſſis ſuis nunciis ſolennibus, prudentiam memorati Landegrauii puſillanimitatem vocantes, ipſi conſilium in omnibus efficax & auxilium promiſerunt; ſi in electionem de ſe factam conſentiret, contra dictum Fredericum apoſtatam, excommunicatum deiectum, Deo & Eccleſiæ turpiter reprobatum. Quod cum audiſſet Imperator Fredericus, iratus nimis infremuit; dolens quod de aduerſitate eius caput extulerant inimici; probra probris, minasque minis accumulantes. Et totus inſurgens ad vindictam, ordinatis armatorum infinitorum legionibus, & poſitis a tergo cautius inſidiis, quibus præerat Henricus filius eius, Rex Sardiniæ, ipſos Midiolanenſes, quos præſciuit, vt moris illis eſt, exituros, ad prælium prouocauit. At ipſi cateruatim exeuntes imperterriti, & inſidiarum ignari; irruerunt in ipſum Fredericum alacriter. Quod videns Rex Sardiniæ Henricus, ſuum exercitum Mediolanenſibus & ſuæ ciuitati interponens, excepit eos in ore gladii; ſtragem faciens magnam & miſerandam. Ciues autem reſpicientes, viderunt reditum ſibi præcludi, & ſuæ aditum ciuitatis in deſolationem & deſperationem præcipitati ſunt; & ceciderunt ex eis multi trucidati, de ſe tamen cruentiſſimam victoriam Friderico relinquentes. Ceciderunt itaque vtrobique innumerabiles; ita vt hoc cognoſcentes inconſolabiliter tot Chriſtianorum cædem deplorarent.*

34) Hæc prolixe narrat MATTHAEVS PARISIENSIS *ad a. 1246. p. 610.*

35) ALBERTVS STADENSIS ad an. 1246. *Rex nouus in Frankeneuorde feſto Iacobi proximo, curiam indixit, & cum ibidem Rex Conradus ei cum plurimis occurreret, fugatus eſt, multis ſuorum tam Capitaneis quam nobilibus captiuatis.* FRAGM. HISTOR. p. 92. *electione vero facta, idem Rex præfixit Principibus curiam ſolennem apud Frankenfurt. Cum autem Fridericus depoſitus Imperator filium ſuum Cunradum Regem in Alemannia haberet, ille curiam præfixam in Frankenfurt præuenire cupiens, & impedire volens, collegit magnum exercitum, & venit ad campos apud Franckenfurt. Henricus vero Rex, qui curiam præfixit, cum Epiſcopis & fautoribus Eccleſiæ collegit etiam magnum exercitum, & inſequebatur Cunradum Regem vsque ad eoſdem campos: ibique facta eſt pugna, & maximus conflictus inter prædictos duos Reges, in feſto B. Oswaldi, & Deus dedit victoriam Eccleſiæ, & Regi Henrico: Conradus autem Rex fugiens amiſit multos milites, & maxima bona, & impoſuit Suevis, quod ipſi eum infideliter perdidiſſent.* HISTOR. LANDGR. THVR. c. LII. MATTHAEVS PARISIENSIS ad a. 1246. p. 616. *comperiens igitur Fredericus memoratum Landgrauium, æmulum ſuum, in ſui dedecus & ruinam, Papa procurante, in Alemannia procreari, & theſauris Papalibus abundanter ſaginari, nobiles quoque quamplures Germaniæ eidem indiſſolubiliter adhærere, obſtupuit & doluit vehementer. Miſit igitur contra eum, filium ſuum Conradum cum manu militari non minima, vt eidem hoſtiliter reſiſteret dimicando. Sed in die certaminis, qui certius eundem Conradum iuuare tenebantur, corrupti Papali, vt dicitur, pecunia, in campo dominum ſuum fugitiui, vel potius ad partem aduerſantium conuolantes, turpiter reliquerunt. Vnde victus dictus Conradus ad patrem ſuum fugitiuus & inglorius remeauit.* MONACHVS PADVANVS, TRITHEMIVS *ad a. 1246.* ANNALES COLMAR. SIFFRIDVS, COMPIL. CHRON. *ad a. 1247.* M. CHRON. BELG. *p. 237. 242.* CONT. LAMBERTI *ad a. 1247.* Male igitur KRANTZIVS Henricum a Conrado victum fuiſſe dicit *Saxonia lib. VIII. c. XIV.* Hanc victoriam Mediolanenſibus ſignificat HAHNIVS *Collect. Monum. Tom. I. p. 253. 254.*

36) MATTHAEVS PARISIENSIS ad a. 1244. p. 554.

§. XXII. Interim quidam ex familiaribus Friderici vtpote Thebaldus Franciscus, acobus de Morra, Pandulphus de Phasanellis, Guilielmus de S. Seuerino, cum eorum omplicibus, a. 1246. instinctu Papæ coniurationem contra Fridericum intentabant, quæ amen ad effectum minime fuit deducta. 37) Insequenti anno 1247. mortuo Henrico, misit apa quatuor Cardinales in præcipua Europæ regna, qui omnes Christianos contra Fridericum, eiusdemque filium Conradum concitarent, & pecuniam extorquerent ad Fridericum expugnandum, 38) curauit etiam Guilielmum Batauum in Regem Germaniæ eligi. 39) Fridericus interea omnes Apulos, Siculos & Calabres fecit homagium filio suo Henrico præstare. Inde Henrico filio suo, quem Sardiniæ Regem fecerat, mandauit, vt Genuensibus, quorum primores Papæ erant consanguinei, pararet insidias. Quod & ipse ecit, vnum ex Papæ propinquis capiens & suspendens. Quod cum audisset Papa, Fridericum cum dicto filio suo denuo excommunicauit. 40)

§. XXIII. Inde Fridericus circa æquinoctium auctumnale anni 1247. versus Lugdunum, vbi Papa adhuc morabatur, cum innumerabili exercitu properabat, qui Parmenses contra Imp. concitabat, sese cum Mediolanensibus aliisque Imp. inimicis confœderantibus. Imp. igitur reuersus cum omni exercitu, Parmam arctissima obsidione includit, ædificari etiam fecit iuxta Parmam, ciuitatem quandam magnam & po-

.545. *per eosdem dies, Rex Hungariæ, expulsus de Regno suo per Tartaros, ad alas protectionis Imperialis conuolauit, ab eodem in tali articulo consilium efficax & contra communes hostes petiturus. Habito igitur diuturno & secretissimo consilio, procuratum est, quod Dominus Imperator ab irruptione hostili & barbarica potenter Regnum Hungariæ liberaret, vt scilicet, dictus Rex Regnum illud liberatum & pacificatum ab ipso Imperatore, & deinceps ab Imperio teneret, quasi a domino capitali. Misso igitur innumerabili exercitu, Imperator Regnum memoratum, non sine magnis sumptibus & periculis, ab inhumanis Tartaris liberauit & eosdem procul a finibus Regni potenter & prudenter eliminauit. Fuerunt qui dicerent, quod machinante Imperiali astutia illuc peruenerunt isti detestandi Tartari, dominatui Imperatoris attendentes & obligati, hæc omnia facientes, vt Imperator Regem & Regnum taliter potestati suæ subiugaret. Sed hæc liuidorum susurra fuit, nec credi debet oblocutio hæc. Igitur liberato Regno Hungariæ, & Rege pacifice restituto, subiecta facta est Hungaria Imperio, & obligata in trecentis militibus, & eorum sequela, Imperatori in confiniis pugnaturo fideliter exhibendis.* Extant de eo epistolæ Friderici apud PETRVM de VINEIS *lib. I. c. XXIX. & XXX.* quam ita concludit: *ecce enim; quod Rex Vngariæ regnum nostræ ditioni subiecit, dummodo defensionis nostræ clypeo protegatur.* Tacent vero de hoc Scriptores Hungarici, BONFINIVS tamen auctor est *Rer. Vngar. dec. II. lib. VIII. p. 311.* Belam ab Imp. auxilium petiisse.

37) Totum conspirationis negotium Fridericus Imp. Anglorum Regi Henrico III. per epistolam exponit, quæ reperitur apud MATTHAEVM PARISIENSEM *pag. 622.* in qua socii conspirationis his verbis exponuntur: *conspirantibus in necem nostram aliquibus excellentiæ nostræ fidelibus, quinimo domesticis potius & alumnis, videlicet Thebaldo Francisco, Iacobo de Morra, Pandulpho de Phasanellis, Guilielmo de sancto Seuerino, & eorum complicibus, ac nobis per aliquos ex coniuratoribus factionis ipsius conspiratione nefaria reuelata, ex ipsorum manibus vitam nostram innoxiam, mirabiliter Deus reseruauit.* Quod autem Papæ hoc instinctu fuerit factum, patet ex eadem epistola: *prædicti namque facinoris patratores, tam fugitiui videlicet, quam obsessi, fratrum Minorum stipati consortio, crucis ab eis signo recepto, contra nos auctoritatem summi Pontificis per Apostolicas literas prætendentes, negotium aperte se gerere sacrosanctæ Romanæ matricis ecclesiæ prædicant, ac prædictæ mortis & exhæredationis nostræ, summum Pontificem sic asserunt incentorem. Hoc ipsum capti ii præfati, quos in expugnatione castri Sale, fidelium nostrorum prompta deuotio carceri mancipauit, in spontanea & extra confessione sua, quando mentiri nefarium existimant, morientes coram omnibus sunt confessi.*

38) MATTHAEVS PARISIENSIS ad a. 1247. p. 633. *hoc autem cum audisset dominus Papa, tactus dolore cordis intrinsecus, quatuor Cardinales, Legatos solennes, per quatuor Christianitatis partes, plenitudine potestatis eis concessa transmittit armatos; vt ipsum Fridericum & eius filium Conradum, talia ausum & attentantem, scandalizarent, & omnes Christianos in ipsum inuadendum & persequendum, & si possent conterendum, diligentissime & efficatissime, in omnium peccatorum suorum remissionem, armarent. Thesaurum insuper modis omnibus, quibus Romana curia scire consueuit, astuta auaritia, & auara astutia, argumentose studerent vndecunque extorquere, ad ipsum exosum Fridericum expugnandum. Vnum igitur Legatum in Alemanniam, alium in Italiam, alium in Hispaniam, alium vero in Norwegiam destinauit: præter quosdam Legatos sophisticos cum magna potestate, quos in Angliam subdole sine insignibus, ne videretur manifeste priuilegium domini Regis infringere, duxit transmittendos.* Ipse Imp. ad Regem & Barones Franciæ apud PETRVM de VINEIS lib. I. c. XX. *occulte nuncium ad principes destinauit, per quem mandauit eisdem, vt nullum de filiis nostris, vel de genere nostro in regem sibi assumerent, prout iidem principes nobis postmodum retulerunt.*

39) De quo insequenti Sectione.

40) MATTHAEVS PARISIENSIS pag. 634. *cum vero horum temporum curricula voluerentur, suspectæ memoriæ Fredericus, quem Imperatorem nominare vel dicere prohibemur, fecit omnes Apulos, Siculos & Calabres facere homagium ligium dilectissimo filio suo Henrico; Quem de gremio sibi charissimæ Imperatricis Isabellæ, sororis videlicet domini Regis Angliæ, susceperat ad robur Imperii & munimen. Quod audiens idem dominus Rex, dicti pueri auunculus vehementer, nec immerito lætabatur. Audiens autem Fredericus in læsionem famæ suæ & status, dicti Legati per diuersa mundi climata mitterentur, significauit Henrico filio suo, Regi scilicet Sardiniæ, vt Ianuensibus, præcipue domini Papæ consanguineis, affinibus, & amicis, etiam mortis præpararet insidias. Quod & ipse efficaciter adimplere procurauit, ne patri inobediens videretur. Vnde quendam domino Papæ propinquum, quem inter omnes sibi propinquos, licet vniuersos supra modum dilexisset, magis dilexit; hostiliter cepit & suspendit. Quod cum audisset dominus Papa iram iræ, & odium odio stomachatus coaceruans, ipsum Fridericum cum filio suo memorato, tanti mali machinatorem die parasceues adeo horribiliter excommunicauit, vt audientibus & videntibus horrorem incussit vehementem. Quod cum audisset Fredericus, infremuit, & ait; Sic fecerunt Iudæi, qui Christum crucifixum & mortuum in cruce lancea vulnerarunt.*

41) MAT-

& populosam, quam Victoriam vocauit. 41) Verum asperitate hyemis cogente, militia ciuitatum ex vtraque parte est reuersa. Friderico igitur in vrbe Victoria adhuc commorante, Parmenses facta eruptione, exercitum Friderici dispergunt, arma, thesaurum, victualia, tentoria, vtensilia, captiuos reducentes & reportantes. 42) Conradus etiam filius, quem in Germania contra Guilielmum Batauum reliquerat, ab ipsius adseclis a. 1248. victus ad patrem suum in Italiam fugere fuit coactus. 43) Inde in Apuliam reuersus, contra clericos atque Prælatos plurimum desæuit. 44)

§. XXIV.

41) MATTHAEVS PARISIENSIS ad a. 1247. p. 640. *cum vero Sol ad aquinoctium vergeret Autumnale, Fredericus cisalpinans, versus Lugdunum, vbi Papa morabatur, cum innumerabili exercitu properabat: vnde vehementer timebatur, ne in Papalem personam & Cardinales, & alias personas ecclesiasticas, hostiliter irrueret; cum prudenter procurante Papa, qui Parmenses animauerat, & non minimam pecuniam & efficax iuuamen eis promiserat; ipsa ciuitas tota Parmensis, qua antea firmiter cum F. steterat, praparauit se constanter ad resistendum eidem Mediolanensibus & aliis qui eundem F. oderant, subito confœderata. Quo audito, idem F. pro furore vix se capiens, totus accenditur ira vehementer; eo quod a proposito per rebelles reuocabatur. Reuersus est igitur cum omni exercitu suo, vt ipsos Parmenses obsidione vallatos & violenter occupatos, grauissima, tanquam proditores, puniret vltione. Papa igitur a timore vehementissimo, qui perurgebatur aliquantulum respirauit. Obsessa igitur ciuitate terribiliter, cœpit Imperator adificare extra Parmam quasi quandam ciuitatem grandem & populosam, vt ipsi Parma parificari videretur, & vocauit illam Victoriam, iurauitque se non inde recessurum, donec obsessos violenter ac viriliter occuparet. Et intra breue tempus eis beneficium fluminis abstulit, nec obsessis poterant Mediolanenses, vel aliqui alii, in quibus habebant fiduciam, patrocinari. Vnde infra tres menses desiderabant dextras dare Frederico; rogantes ea qua pacis erant. Sed ciuium suspectorum humiliationem F. recusauit.* Qua ratione etiam Fridericus omnem gratiam Parmensibus denegauerit, tradit idem MATTHAEVS *p. 643.* Immo certam sibi victoriam promittit in epistola ad Capuanos, apud PETRVM de VINEIS *lib. II. c. XXXVII.* MONACHVS PADVANVS *ad a. 1247.* De hoc itinere ipse Imp. ad Capitaneum regni Siciliæ apud PETRVM de VINEIS *lib. II. c. XLIX.*

42) MONACHVS PADVANVS: *Anno Domini MCCXLVIII. Frederico in Victoria residente, in medio Februario, Legatus & Parmenses inito consilio, de ciuitate vnanimiter exiuerunt irruentesque in Victoriam, ipsam sine mora ceperunt, captamque protinus cremauerunt. Federicus vero versus Cremonam fugam arripiens, vix euasit: dimissis ibidem diuitiis infinitis. Parmenses autem multis captis & occisis de ipsius exercitu, Carotium etiam a Cremonensibus habuerunt.* Et NIC. de CVRBIO *Vita Innocentii IV.* c. XXVI. *Vt hoc igitur innotuit Frederico, tactus graui dolore cordis intrinsecus, & iniquo primo proposito annullato, in obsidionem dicta ciuitatis venit gressu celeri & festino, prauidens quoque quod eam sibi subiugare non poterat in temporis breuitate, ciuitatem ex opposito per milliare prope fecit constitui, qua Victoria vocabatur, in qua cum per sex menses, in obsidione dicta ciuitatis Parma stetisset, Parmenses quoque in patrocinio beata virginis confidentes, in cuius nomine pugnauerunt, dicta ciuitas Victoria XII. Kal. Martii anno Domini MCC XLVIII. subito extitit a Parmensibus dictis capta vbi dictus Fredericus regale sceptrum & pallium & alia regalia nec non aurum & argentum infinitum & alia cuncta bona, qua ibi tam ipse quam alii congregarant integraliter amiserunt, capto nihilominus carrocbio Cremonensium cum vexillo, papilonibus, equis & armis, peditibus quoque militibus captiuatis vltra tria millia & plusquam mille quingentis aliis gladio interemptis, prater conculcatos equorum pedibus & ruina, qui non potuerunt in tanta strage pra multitudine numerari. Ipsa quoque terra dicta Victoria victa pariter & confusa, & cibus ignis facta fuit funditus dissipata. Vixque ipse Fredericus cum paucis euadens fugatus horribiliter cum confusione multa & erubescentia Cremonam defectus viribus se recepit. Et quamquam ipsa Parmensis ciuitas postmodum fuisset tam a Cremonensibus quam ab aliis inimicis variis & diuersis perturbationibus & aduersitatibus lacessita, continens & roborans ipsam Deus ministerio & fauore consanguineorum Domini Papa virorum nobilium & potentium constanter semper persiitit, & retrorsum nullatenus est conuersa.* Clarius hæc narrat MATTHAEVS PARISIENSIS *ad a. 1248. p. 643.* Hanc victoriam singulari epistola Mediolanensibus narrant Parmenses, in MATTHAEI PARISIENSIS *Additamentis p. 1089.* Ipse vero Imp. cladem suam narrat Principibus & vniuersis fidelibus, apud PETRVM de VINEIS *lib. II. c. V. & XLI.* PAND. COLLENVTIVS *lib. IV. p. 147.*

43) MATTHAEVS PARISIENSIS ad a. 1248. p. 651. *voto igitur suo potitis Archiepiscopis, Episcopis, Prelatis, & Magnatibus aliis, qui fauebant ecclesia, ecce Conradus Federici filius, Rex iam cassatus & supplantatus, dum ad liberationem ciuitatis potenter festinaret, potentius occurrit venienti alius exercitus Alemannorum per Legatum procuratus, copiosus, & fortis valde, eidem Conrado in ore gladii resistens truculenter: cui exercitui prafuerunt Maguntinus, de Mescia, in Lotharingia, & de Strasburg, Archiepiscopi, cum innumerabilibus suorum aciebus, & infinitis legionibus de Frisia, de Goba, de Ruscia, de Dacia, & de partibus Germania & Germania conterminis, cruce signatis, qui omnes vno animo succensi, imo quasi vnus homo, ipsum Conradum impetuose repellentes cum vniuerso exercitu Fredericali & suo, fugam triumphaliter inire coëgerunt. Et sic confusus recedens filius ad patrem sine Spiritus sancti consolatione, equinis non parcens lateribus, ocius conuolauit.*

44) Potissimum de eo ipsum inculpat NICOL. de CVRBIO Vita Innocentii IV. c. XXVII. *Post hac non postmultum temporis in regnum Apulia regressus est Fredericus, vbi tanquam vrsa catulis raptis frendens desauiit grauiter in saculares clericos & Pralatos, sed grauissime in religiosos. Nam fratres minores & pradicatores de ipso regno expulit & eiecit, ex quibus aliqui ludibria & verbera experti, insuper vincula & carceres suspensi sunt, decorticati sunt, in occasione gladii mortui sunt. Et vt vrgentiori stimulo posset ipsam ecclesiam impugnare, cum infidelibus pertractans connubia, & se ipsis catena sanguinis socians, Baccario suam misit filiam in vxorem, sarracenis quoque amicitia fœdere copulatus, Soldano plura & magnifica sape sapius encenia destinabat, inter quum, tanquam execrator Christiana religionis & ritus, Christianas virgines iuuenculas transmittebat ad captandam beniuolentiam eorundem, vt tandem fultus ipsorum potentia Ecclesiam impeteret pessimo-dum, & tyrannide acriori. Nec mirum. Cum ipsi namque totum suum erat commercium, totum consortium, & conuictus. Eis etiam in meditullio terra Apulia copiosam & amplissimam adificauerat ciuitatem, qua vsque hodie Nocerium nuncupatur. Ex quibus aliquos palatiis & cameris suarum puellarum, potius suarum meretricum, ad custodiam deputabat.*

§. XXIV. Dum igitur vlterius contra Papam arma moueret & a. 1249. Marchiam Anconitanam caperet Fridericus, grauiter diffamatur: 45) Petrus de Vineis etiam Romanorum artibus corruptus, per Medicum suum venenum in potu medicato Imp. obtulit; sed re detecta, ipsi coniuratores in mortis pœnam inciderunt. 46) Eodem anno Ensius, Sardiniæ Rex, filius Friderici naturalis, Parmenses per insidias cædit, 47) verum, dum Mutinensibus auxilia ferret, a Bononiensibus per insidias captus, in ignobili captiuitate consenuit. 48)

§. XXV. Fridericus morbo correptus, concordiam denuo Papæ obtulit & satisfactionem, hoc tamen renuente. 49) Interim a. 1250. Parmam per insidias capit Imperator,

45) Extat de eo inuectiua Epistola Cardinalis Reinerii in Imperatorem apud MATTHAEVM PARISIENSEM *ad a. 1249. p. 660.*

46) MATTHAEVS PARISIENSIS *ad a. 1249. p. 662. eodemque anno, Fredericus diuersis arduis causis vndique exagitatus, qui citra montes venerat, vt dominum Papam inuaderet, redit in Apuliam, vt dicitur potionatus. Qui cum grauiter infirmaretur, consilium habuit a suis physicis vt purgationem medicinalem, & postea quoddam balneum ad hoc specialiter præparatum, acciperet. Habuit autem magister Petrus de Vinea, qui ipsius Friderici familiarissimus consiliarius & singularis anima illius custos fuerat, quendam physicum secum, qui ex præcepto tam Frederici quam ipsius Petri, ad purgationem dictam necessaria præparaturus, subdolus accessit: de consilio enim ipsius Petri, venenum lethiferum & efficax valde potioni immiscuit, & balneo, vt dominum suum in ipsis perimeret confidentem. Ecclesiæ autem inimici dixerunt, quod dominus Papa ad hoc facinus cor Petri eneruando muneribus & pollicitis maximis inclinarat. Fridericus vero super hoc scelere per aliquem amicorum suorum in ipsa hora, qua sumendus fuit potus ille prætaxatus, secretius præmonitus & plenius edoctus, Physico potionem ostendenti & Petro ait: Amici, confidit in vobis anima mea. Caueatis, supplico, ne mihi in vobis confidenti virus pro medicina porrigatis. Cui Petrus: o Domine mi, pluries dedit iste meus Physicus salutarem vobis potionem, quare modo formidatis? Fredericus autem ostendenti cyphum Physico dixit, toruo tamen aspectu, & posita a tergo custodia, ne euadere possent proditores: propina mihi potum dimidicando. Physicus igitur obstupefactus, & sibi conscius de scelere, simulans offendiculum pedibus lapsum fecisse, corruit in faciem suam, & venenum effudit pro maiori parte. Minimam autem, quæ supererat partem, damnatis quibusdam iussit extractis de carcere dare, & statim miseras animas exhalarunt. Certificatus igitur de proditione lethifera sibi præparata, iussit Physicum suspendi, & merito Petrum exoculatum per multas Italiæ & Apuliæ ciuitates fecit adduci, vt in propatulo coram omnibus, conceptum facinus confiteretur. Tandem iussit idem F. vt Pisanis, qui ipsum Petrum inexorabiliter oderant, præsentaretur perimendus. Quod cum audiret Petrus, ne arbitrio hostium moreretur quia, vt dicit Seneca: arbitrio hostis mori, est bis mori: ad columnam, ad quam alligatus fuerat caput fortiter allidens, seipsum excerebrauit.* PANDVLPHVS COLLENVTIVS *Hist. Neapol. lib. IV. p. 178.*

47) MATTHAEVS PARISIENSIS ad a. 1248. p. 664. *sub eisdem quoque temporibus, Parmenses, ad quorum consolationem & sustentationem contra Fredericum dominus Papa multam transmiserat cum militari præsidio pecuniam, dum ad quoddam castellum, quod non longe a ciuitate ad sui tuitionem construxerant, ducentos milites ad eius defensionem mitterent, Ensius Rex Sardiniæ, filius scilicet Frederici, inde secretius præmonitus, paratis insidiis incautos omnes occupauit. Quos cum vellet in conspectu ciuium suspendere, significauerunt ei ciues, quod si ipsos suspenderet, ipsi quos detinebant captiuos de exercitu Frederici, illico talionem rependentes, patibulis præsentarent: & sic captiuis pepercit Ensius, ipsos redimendos & alternandos pro tempore reseruando. Quod cum audisset dominus Papa, pecuniam suam ipsis ciuibus missam fructu penitus caruisse, inconsolabiliter doluit:* hanc victoriam fidelibus suis narrat ipse Imp. apud PETRVM de VINEIS *lib. II. c. XLII.*

48) MATTHAEVS PARISIENSIS ad a. 1249. p. 665. *eodemque anno, mense scilicet Maio, Ensius filius Frederici naturalis, Rex Sardiniæ, dum comitantibus Cremonensibus & Reginensibus iter faceret circa partes Bononiæ vicinas, vt hostes suos damnificaret, Bononienses præmoniti, paratis occultis insidiis, subitum impetum fecerunt in ipsum incaute procedentem ad pontem sancti Ambrosii, qui est in medio itinere inter Bononiam & Cremonam. Et facto congressu acerrimo, fit cædes non minima, & victa est pars Ensii, & captus est ipse Ensius, & cum ipso potiores familiæ suæ circiter ducenti milites, & quamplures Cremonensium & Reginensium, & populus bellatorum numerosus, & tracti sunt Bononiam incarcerandi. Et, cum ad arbitrium hostium suorum, crudeliter nimis & inhumane tractarentur, dederunt captiui Bononiensibus, vt mitius tenerentur, vinculis aliquantulum relaxatis, octodecim millia librarum, de moneta Imperialium, quæ tantum fere valet, quantum esterlingorum.* MONACHVS PADVANVS ad a. 1249. *eodem anno in Principio Iunii, bellicosus Rex Encius, filius Federici, captus est a Bononiensibus cum militia copiosa: quapropter Bononienses sunt vsque sydera eleuati. Vnde Mutinenses necessitate compulsi, se Bononiensium dominio subdiderunt.* Respondet Fridericus Mutinensibus hunc casum dolentibus apud PETRVM de VINEIS *lib. III. c. XLVII.*

49) MATTHAEVS PARISIENSIS ad a. 1249. p. 665. *eodemque tempore mortuus est quidam alius Frederici filius naturalis in Apulia. Ipsemet etiam Fredericus percussus est morbo, qui dicitur Lupus, vel Sacer ignis, vnde tot oppressus aduersitatibus, inconsolabiliter doluit. Vnde humiliatus, secundum illud Dauidicum: Imple facies eorum ignominia, & quærent nomen tuum, Domine: obtulit honestam pacis formam domino Papæ. Sed Papa lætificatus de aduersitatibus suis, noluit quæ obtulit acceptare: vnde multorum incurrit indignationem & rancorem Nobilium, qui cœperunt ipsum Fredericum consolari, & eidem adhærere, & superbiam serui seruorum Dei detestari.* MATTHAEVS PARISIENSIS ad a. 1250. p. 670. *diebus quoque sub eisdem, adeo inualuit Frederici potentia in odium Romanæ curiæ, vt exturbatis Wilhelmo de Hollandia & Petro Cabechio Legato suo, multi potentes ei se darent, & fidelitati suæ manciparent. Parmenses insuper & Regenses, nec non & Bononienses & alios etiam sibi rebelles arctauit, vt non auderent procul a ciuitatibus suis apparere, laqueos timentes Fredericales. Vnde mercatores ciuitatum illarum, qui abundare consueuerunt, interdictis nundinis, portubus & viarum transitibus, egere incipientes, pacem Frederici inceperunt desiderare, & rebellionem Papalem detestari: prouocabat enim multos eiusmodi Frederici constans patientia & humiliatio, & satisfactio, quam deuote dicebatur ecclesiæ obtulisse. Desiderabat enim & humiliter postulabat, vt pro ecclesia in Terra sancta omnibus diebus vitæ suæ, hostes Christi impugnaturus, militaret, donec ad minus Christianos quicquid aliquo tempore*

rator, Bononienſes nuncios ad ipſum mittebant, ſatisfactionem offerentes. Auinionenſes quoque atque Arelatenſes fidelitatem promiſerunt. 50) Aſt Imperator in Apuliæ quodam caſtro Florentino, ſex milliaribus Luceria diſtante, morbo correptus, & die Luciæ 1250. 51) non ſine ſuſpicione veneni, 52) fuit defunctus, vel vt recentiores quidam volunt, a Manfredo, filio naturali, cuſſino ſuper faciem poſito ſuffocatus. 53) Abſolutus primum

Chriſtianorum erat, tam potenter quam prudenter reſtitueret, dummodo nepos domini Regis Anglorum Henricus filius ſuus, quem præ omnibus filiis ſuis dilexerat, valeret poſt eum ſubſtitutus imperare. Obtulit inſuper multa eccleſiæ ablata reſtituere & damna reſarcire. Ad quæ dominus Papa conſtanter reſpondit, ſe nullo modo quem concilium Lugdunenſe generale caſſauerat & condemnauerat, tam leuiter ad ſtatum priſtinum reuocare. A nonnullis affirmatiue dicebatur, quod dominus Papa ſitienter & ſuper omnia deſiderabat ipſum, quem magnum Draconem vocabat, peſſundare, vt ipſo ſuppeditato & conculcato, Reges Francorum & Anglorum, nec non & alios Chriſtianitatis Reges (quos omnes Regulos & Serpentulos eſſe dicebat) facilius exemplo dicti Frederici perterritos conculcaret, & bonis ſuis ac Prælatos eorundem, ad libitum ſpoliaret. Et hoc verbum cum factis enormibus, quæ talibus dictis teſtimonium poterant perhibere, in multorum cordibus offendicula generauit, & ipſum Fredericum ſimiliter iuſtificarunt, vt eius partem cœperunt diatim meliorare.

50) MATTHAEVS PARISIENSIS ad a. 1250. p. 682. *anno vero ſub eodem, dominus Fredericus inſolentiam Italicorum grauiter ferens induratam, præcipue tamen Parmenſium & Bononienſium: Parmenſium pro cæde Thaddæi, & aliorum Frederici fidelium, & deiectione caſtrorum quæ Victoriam vocauerat: & Bononienſium pro captione & retentione Enſii filii ſui, vt & ſuorum nec non & Cremonenſium cœpit vigilanter eisdem inſidiari. Ipſi vero Parmenſes, pro diuturna pace, qua permiſit eos dictus Fredericus gratulari tutiſſime partes primo ciuitati ſuæ adiacentes, indemnes, peruagabantur. Poſtea vero remotius commercia ſua ad nundinas deferentes, quiete negotiabantur, & pacifice remeabant. Ciues igitur potentiores, exinde ſecuræ pacis ſumentes argumentum, cum vna dierum hortos ſuos & caſtra ad ciuitatis tuitionem in confiniis ſuis conſtantes ſecuri & inermes permittentibus ipſis, qui in inſidiis conſtituebantur Frederico fidelibus ſpaciando perluſtraſſent, inſidiantes ſubito de latibulis ſuis ad vnguem armati, aditum ciuitatis præcluſerunt immunitis; Omnesque ciues illos, qui multi & præclari fuerant, incautos, velut auiculas, ceperunt irretitas: & intrantes ciuitatem, cum primas portarum cuſtodias pertranſiſſent, omnia ad votum occupaturi, populus qui in ciuitate remanſerat, clamore horribili eleuato, catenas, repagula & tranſtra per plateas pro obice feſtinanter oppoſuerunt tranſituris. Inſuper & dolia vacua per pauimenta rotauerunt, quæ ſonitum terribilem mittentia, equos aufugarunt ſtupefactos. Sed poſtquam de captione ciuium ſuorum, qui totius ciuitatis fuerant capitanei & eminentiores, certificabantur, quæ pacis erant humiliter poſtulabant, & multi exeuntes, data non modica pecunia, dextras dederunt Frederico ſuum arbitrium ſubituri. Aliqui tamen quibus firmiſſimæ turres fiduciam reſiſtenti præſtiterunt, ſeſe in easdem receperunt, emittentes ſpicula cum lapidibus ponderoſis, malentes ibidem quæcunque ſubire diſcrimina, quam iudicium ſubire Frederici. Bononienſes autem hæc audientes miſſis ad ipſum Fredericum nunciis, pacifica cum humilitate & precibus rogitabant: quos tamen ipſe Fredericus diſtulit exaudire. Tempore igitur ſub eodem, miſſis fidelibus ſuis ad Auinionem & Arlum ciuitates nobiliſſimas, nec multum a Lugduno diſtantes, ciuium ipſarum ſuſcepit cum iuramentis fidelitatem.*

51) *Geſta Friderici II.* apud ECCARDVM Tom. I. p. 1027. *Mortuus eſt autem ipſe Imperator apud Florentinum in Capitanatu Apuliæ - - die menſis Decembris 9. Indictionis.* NICOLAVS de CVRBIO, Epiſcopus Aſiſinatenſis in Vita Innocentii IV. c. XXIX. apud BALVTZIVM Miſcell. Tom. VII. *demum proſpectans Dominus de excelſo ſolio ſancto ſuo - - ſæpe fatum tyrannum Fredericum, ſubſtractionis, & perditionis filium. An. 1250. feſti B. Luciæ, pontificatus Dni Innocentii Papæ IV. anno VIII. ſubſtraxit de medio ipſe Deus; qui in Apuliæ caſtro Florentini laborans grauibus diſſenteriis, frendens dentibus ſpumans, & ſe diſcerpens, ac rugiens immenſis clamoribus excommunicatus & depoſitus miſerabiliter expirauit.* PANDVLPHVS COLLENVTIVS *Hiſt. Neapol. lib. IV. p. 181. obiit igitur Federicus anno ſeruatoris MCCL. decima tertia Decembris die, qui Diuæ Luciæ feſtus fuit, in Florentino Apuliæ caſtro, non in Florentino Latii, aut Florentinorum ditione: vnde manifeſtum, non nouum tamen exemplum apparet fallaciæ dæmoniorum fatalisque neceſſitatis: neque enim Florentinum agrum deuitans mortem potuit effugere, ſed tantum eius nominis ambiguitate deluſus eſt.* Scilicet, ipſi prædictum fuerat, quod in Florentino moreretur, prout etiam SALLAS MALESPINA *lib. I. c. II.* teſtatur. Alium diem emortualem definit MATTHAEVS PARISIENSIS *ad a. 1251. p. 702.* dicens: *completis autem eodem anno diebus Natalitiis, & imminente feſto Purificationis beatæ Mariæ, increbuit rumor per partes Occidentales de morte Frederici, quondam Romanorum Imperatoris, quod ſcilicet die ſancta Luciæ Virginis morbo percuſſus irremediabili, die ſancti Stephani obierit.* Verum, hæc explicanda ſunt ex verbis anterioribus, dum *ad a. 1250. p. 695.* dicit: *Obiit autem circa eadem tempora Principum mundi maximus Fridericus - - die S. Luciæ, vt non videretur ea die terræ motus ſine ſignificatione & inaniter eueniſſe - - Celata autem fuit mors eius per aliquot dies, ne hoſtes eius cito exultarent. Sed die S. Stephani facta eſt in publico manifeſta, & nunciata in populo.* De obitu ſaltim teſtantur ANNALES DOMINICANORVM COLMAR. FRAGMENTVM HISTORICVM & CHRON. AVSTRALE *ad a. 1250.*

52) CHRON. AVGVSTANVM ad a. 1250. *eodem anno depoſito Friderico Imperatore, propter prædictas cauſas, cum Parmam obſidione cingeret, victus in Apuliam rediit, & veneno extinctus ſepultus eſt in Fungia, in die S. Luciæ virginis tam occulte, quod multi per annos XL. vadiabant, eum viuere, venturum in proximo manu forti.* TRITHEMIVS Chron. Hirſaug. ad a. 1250. *cumque ad Tarentinam perueniſſet vrbem, vel vt alii volunt Tiarenciolanum, grauiter infirmari cœpit, ſiue vt dicebatur, ex veneno, quod botro immiſſum comederat, ſiue itinere ſimul & animi fatigatus indignitate ſubſiſtere ibidem cogebatur.* MATTHAEVS PARISIENSIS ad an. 1254. p. 756. *eisdemque diebus, Conradus Frederici filius, in odium Papæ proſperatur in Apulia. Ciuitates Capuam, Neapolim, & alias ſuo ſubdidit dominatui. Et bellum ſuſcitans & continuans, multos contriuit ſibi aduerſantes. Quidam vero illius terræ incola & indigena, cruentus & facinoroſus valde Iohannes dictus Maurus, adulator vafer, & ſub amicitiæ prætextu homines veneno necans; qui etiam antea ad id mercede conductus, vt dicitur, Fredericum ſic interfecit, illi laqueos mortis tetendit, ſed occultos.*

53) AENEAS SYLVIVS Hiſt. Friderici III. p. 32. *de obitu Friderici duplex opinio eſt eum Panhormi deceſſiſſe tradunt; cum imperaſſet duos & XXX. annos,*

primum, habita pœnitentia, ab Archiepiſcopo Palermitano, aſſumpto, vt dicebatur, habitu Ciſtercienſium, 54) atque Panormi ſepultus, 55) prout teſtamento ſuo ordinauerat. In hoc vero Conradum filium hæredem reliquit in Imperio Romano & Regno Siciliæ, Henricum in Regno Hieroſolymitano, eiusdem filio Ducatum Auſtriæ, Manfredum vero conſtituit Balliuium Conradi. 56)

§. XXVI.

autores, alii apud Ferenſulam ſeu Florentinum in Apulia, graui & periculoſa ægritudine diu laborauiſſe affirmant; a Manfredo adoleſcente, ex Concubina filio, cum iam conualeſceret, ſuffocatum: qui os iacentis ſtrato compreſſerit, quod credere arduum eſt. Niſi quod parricidio perire haud alienum eſt, qui parricidium ipſe perpetrauit PAVL. LANGIVS Chron. Citic. ad a. 1250. *Fridericus imperator in quadam ciuitate in Apulia mortuus eſt, & (vt inquit Antonius) per Manfredum filium ſuum illegitimum couſino ſuperius poſito ſuffocatus.* Idem dicit MARTINVS POLONVS *p. 377.* Contrarium dicit PANDVLPHVS COLLENVTIVS Hiſt. Neapol. lib. IV. p. 181. dicens: *minime autem credibile eſt, quod quidam ſcribant, rumorem de Manfredo ſparſum fuiſſe, ac ſi puluino ori admoto obitum illi accelerarit: id enim nec veriſimile eſt, neque ab eo fieri potuiſſet: & longe aliter ſcripſere, qui eo tempore viuebant Eccleſiaſtici autores.*

54) ALBERTVS STADENSIS ad an. 1250. *Fridericus Imperator mortuus eſt, ab Archiepiſcopo Palermitano abſolutus, & in Siciliæ in iam dicta Eccleſia tumulatus. Obiit autem circa eadem tempora, Principum mundi maximus Fredericus, ſtupor quoque mundi & immutator mirabilis, abſolutus a ſententia qua innodabatur, aſſumpto, vt dicitur, habitu Ciſtercienſium, & mirifice compunctus & humiliatus. Obiit autem die ſanctæ Luciæ, vt non videretur ea die terræ motus ſine ſignificatione & inaniter eueniſſe.* Clarius MATTHAEVS PARISIENSIS ad a. 1251. p. 702. *qui, vt dicitur, videns mortem ſuam indubitanter imminere, contritus pro peccatis ſuis confeſſionem fecit pleniſſimam cum lachrymarum vbertate ſe Deo commendans & ordini Ciſtercienſi, vnde habitum Ciſtercienſium ante mortem, vt nobis ſuorum fidelium patefecit certa relatio, humiliter ac deuote ſuſcepit. Et quia mors in foribus erat, quidam Epiſcopus ex parte Dei, qui neminem in ſe credentem vult perire, ipſum ſatisfactionem promittentem abſoluit.* PANDVLPHVS COLLENVTIVS lib. IV. p. 179. *ſed vbi forte in Apulia quadam arce, ſex circiter paſſuum millibus a Luceria diſtante, quæ etiam Florentinum dicebatur, vehementer febricitare cœpiſſet: præſagium illud in memoriam reuocauit, & pro eo quo erat ingenii acumine, ſtatim animaduertit, hunc eſſe vitæ ſuæ terminum. Itaque primum omnium errores ſuos Archiepiſcopo Panormitano confeſſus eſt, eiusdemque atque aliorum etiam religioſorum hominum conſilio, ſeſe in Sancta Eccleſiæ gremium commiſit, iurauitque ſe ratum habiturum quicquid illa imperaret: tantaque fuit ea, quam in delictorum confeſſione Chriſtianorum more edidit, pœnitentiæ ſignificatio, vt Mainardinus Imolenſis Epiſcopus, qui multas res a Frederico geſtas litterarum monumentis commendauit, aſſerere auſit, quod vel ex ſola ea conici poſſit, illum ſingulare electionis vas fuiſſe, Guilielmus Podius quoque in Chronicis ſuis, (vti Dandalus in hiſtoria refert) ſcribit Fredericum morti proximum ſuorum errorum tantopere pœnituiſſe, vt vetuerit, ſibi poſt obitum exequias cum ea pompa celebrari, quæ imperatoribus ita vſu eſſe conſueuit.* Manfredus in epiſtolis ſuis binis de morte Imp. quæ extant apud BALVZIVM *Miſcell. lib. I. p. 475.* in priori ad Conradum ita ſcribit: *in ipſis quidem mortis indiciis præter dona mirifica & beneficia glorioſa quæ in teſtamenti ſerie fidelibus gratanter indulſit, ſacroſanctam Romanam Eccleſiam matrem ſuam in corde contrito velut fidei orthodoxæ relator, humiliter recognouit, & damna quæ dudum Eccleſiis iniuiens forſitan vel potius prouocatus intulerat integre reſtauranda ſanciuit.* Iniquus igitur in Imperatorem eſt MONACHVS PADVANVS, qui *ad an. 1250.* ita ſcribit: *ſub prædicto annorum curriculo potentiſſimus Federicus in die ſancti Lucæ, vitam amiſit in Apulia: deſcenditque ad inferos, nihil ſecum deferens, niſi ſeculum peccatorum.*

55) PANDVLPHVS COLLENVTIVS lib. IV. p. 181. *Manfredus vero corpus demortui magna cum pompa atque honore in Siciliam deuehendum curauit, idque ad Monreale ſupra Panhormum magnifice condidit: monumento inſcripti fuere terni verſiculi, in virtutis potentiaque ſuæ teſtimonium a quodam Aretino ſacerdote conſcripti, qui tunc temporis a viris eruditis multis diuerſorum Epitaphiis prælati fuerunt: ita autem habent:*

ſi probitas, ſenſus, virtutisque gloria ſenſus,
nobilitas orti poſſent reſiſtere morti:
non eſſet extinctus Fredericus qui iacet intus:

adduntur in Chronico quodam Mſto Bibliothecæ Academicæ Lipſienſis adhuc duo verſus:

alta palacia ſumma potentia donia mundi
non valuere mihi tollere poſſe mori.

apud TENZELIVM *Friderico Admorſo p. 904.* PONTANVS *Hiſt. Dan. pag. 336.* Aliud Epitaphium exhibet ROCCHVS PIRRVS *Chronologia Regum Siciliæ pag. 53.*

56) Exhibet illud OCTAVIVS CAIETANVS Iſagoge ad Hiſtoriam Siculam cap. XXXIV. in quo: *ſtatuimus itaque Conradum Romanorum in Regem electum, & Regni Hieroſolymitani hæredem, dilectum filium noſtrum, nobis hæredem imperio, & omnibus aliis empticiis, & quoquo modo acquiſitis, & ſpecialiter in Regno noſtro Siciliæ, quem ſi decedere contigerit ſine liberis, ei ſuccedat Henricus filius noſter, quo defuncto ſine liberis ſuccedat ei Manfredus filius noſter: Conrado autem manente in Alemannia vel alibi extra Regnum, ſtatuimus prædictum Manfredum Balium dicti Conradi in Italia, & ſpecialiter in Regno Siciliæ; dantes ei plenam poteſtatem, omnia faciendi, quæ perſona noſtra facere poſſet, ſi viueremus; videlicet in concedendis terris, caſtris, villis, parentelis, dignitatibus, beneficiis, & omnibus aliis iuxta diſpoſitionem ſuam, præter antiqua Domania Regni Siciliæ; & quod Conradus & Henricus, prædicti filii noſtri, & eorum hæredes, omnia, quæ ipſe fecerit, firma & rata, teneant, & obſeruent.* Idem repetitur apud du MONT *Corps Diplomatique Tom. I. p. I. pag. 198.*

qui mare, qui terras, populos & Regna ſubegit,
Cæſareum fregit ſubito mors improba nomen
Hic iacet, vt cernis Fridericus in orbe ſecundus,
Quem lapis hic, totus cui mundus paruit, arcet.

Vixit ann. LVII. Imperii XXXVIII. Regni Hieruſalem XXV. Siciliæ LIII. obiit Ann. Dom. MCCL.

Teſtamentum tale reperitur apud MATTHAEVM PARISIENSEM *ad a. 1251. p. 702.* apud GOLDASTVM Tomo vno p. 307. *ego Fridericus in primis relinquo pro anima mea, centies mille vncias auri pro Terra ſancta ſanctæ Romanæ Eccleſiæ recuperanda, & exponenda ad voluntatem filii mei Conradi. Item volo, quod omnia male ablata reſtituantur. Item omnes captiuos de Imperio & Regno relinquo liberos, exceptis proditoribus tantum. Item relinquo totam terram Eccleſiæ liberam & volo, quod iura Eccleſiæ reſtituantur. Item, meum hæredem relinquo, Conradum in Imperio Romano, & Regno Siciliæ. Item, relinquo filio meo Henrico Regnum Hieroſolymitanum, & decem millia vnciarum, ſecundum volunta-*

§. XXVI. Hic Fridericus plures tulit Constitutiones 57) de Libertate Ecclesiastica, inter quas Aurea Bulla a. 1213. Egræ publicata, qua adpellationes in caussis Ecclesiasticis ad sedem Papalem liberas permittit, 58) Iuri manus mortuæ renuntiat, atque terras Mathildianas & Anconitanas se restituturum promittit, quam tamen postea iterum reuocauit. 59) Alia ipso coronationis die a. 1220. fuit publicata. 60) Hinc alias de Iuribus Principum Ecclesiasticorum, contra Hæreticos, tulit. 61) Variæ eiusdem sunt Constitutiones in Comitiis Francofurtensibus a. 1234. latæ de hæreticis coërcendis, iustitia colenda, & ne quis conductum alicui præbeat, nisi forte conductum ab Imp. & Imperio habeat iure feudali. 62) Sic etiam Eiusdem est constitutio de pace seruanda, in Curia Moguntina a. 1235. Teutonico sermone, nouo exemplo, publicata. 63) Ipsius quoque auspiciis libri Feudorum tribuuntur. 64)

§. XXVII. Plures ipsi fuerunt vxores. 65) Prima fuit Constantia, Alfonsi, Castiliæ Regis filia, Emerico, Hungariæ Regi primum nupta. 66) Hac anno 1222. defuncta,

luntatem Conradi filii mei. Item, nepoti meo scilicet filii mei Henrici, relinquo Ducatum Austriæ, & decem millia vnciarum auri. Item Manfredum filium meum relinquo Balliuum Conradi in Imperium, a Papia & citra, & Regno Siciliæ, vsque ad LXX annuos, excepto quando Conradus erit præsens. Item, sepulturam meam eligo apud Panormum, vbi iacuit Rex Wilielmus. PAND. COLLENVTIVS *lib. IV. p. 180.* Eadem ex Chronico vetusto S. Petri Castel habent Paralipomena. Male igitur ABR. BZOVIVS Contin. Ann. Baronii ad a. 1250. n. 13. *Fridericus testamentum condidit, & Conradum filium Hierosolymitani regni consortem adscitum, Imperii (vt ipsius verbis vtar) Hæredem & Siciliæ Regni, omniumque quæ adeptus fuerat, instituit. Huic Hentium, & Hencio Manfredum, filios naturales, substituit.* Adde TENTZELIVM *Friderico Admorso Sect. I. §. X.*

57) IO. VITO DVRANVS p. 8. *hic Fridericus primo optimas Leges pro libertate Ecclesiæ, & contra Hæreticos dedit.* LVPOLDVS de BABENBERG *de zelo veterum Principum Germaniæ c. II. idem etiam Fridericus plures bonas & vtiles Leges, ad dilatandam Fidem Catholicam edidit, pro exterminio hæreticæ prauitatis, quæ sunt per Bonifacium Papam VIII, in quantum Dei, & Ecclesiæ sanctæ suæ, honorem promouent, & non obstant Statutis Canonicis, approbatæ, vt patet X. de Hæret. C. vt inquisitionis.* Omnes has a Friderico II. latas Constitutiones sigillatim recensuit PFEFFINGERVS *Vitriario illustrato lib. I. Tit. II. p. 67.* Ex his etiam desumta est Authentica Cassa *C. de SS. Ecclesiis & Statuimus C. de Episcopis & clericis.* Adiectæ quoque sunt libris feudorum.

58) Extat ista apud GOLDASTVM *Tomo I. p. 289.* BARONIVM *de Monarchia Siciliæ p. 20.*

59) Hanc enim ex parte reuocauit in Apologia contra Gregorium IX. apud GOLDASTVM *Tom. II. p. 79.* vbi dicit: *cathedrales & alias vacantes Ecclesias Dominus Imperator libenter pulsat & desiderat ordinari, saluis priuilegiis & dignitatibus, quæ prædecessores sui Reges vsque ad sua tempora habuerunt, & quibus ipse modestius, quam prædecessores sui hactenus vsi sunt, nec contra ordinationem Ecclesiarum vnquam fuit.* Vid. etiam SCHILTER de *Libertate Eccles. Germ. lib. V. c. VIII. §. XII.* CONRING *de Germanorum Imperio Romano c. XIII. §. 22.*

60) Vide supra *§. IV.* Extat apud BARONIVM *pag. 22.*

61) Extant istæ apud GOLDASTVM *Tomo I. p. 77. 292. 293. Tom. II. p. 51. & sqq.* SCHILTERVM *Tom. II. Institut. Iuris Publici Tit. XV. pag. 110. & Tit. XVI. pag. 117.* PETRVS de VINEIS *lib. I. c. XXV. XXVI. XXVII.*

62) Hæc late recenset ALBERICVS *ad a. 1234.*

63) Vide supra *§. X.*

64) OBERTVS quidem de ORTO & GERHARDVS NIGER, qui imperante Friderico Barbarossa, Consules erant Mediolanenses, primum priuata auctoritate fecerunt collectionem Iuris Feudalis Longobardici. Hoc fundamento vsus HVGOLINVS, Ictus Bononiensis, nouam fecit collectionem. Hanc autem iussu Friderici II. fuisse factam, patet ex GOBELINO PERSONA *at. VI. c. LXIV.* dum ait: *item Fridericus II. fecit quendam librum de feudis.* Sic & PANDVLPHVS COLLENVTIVS Hist. Neapol. lib. IV. p. 183. *librum de vsu feudorum, optimum & in scholis vsitatum conscribi curauit.* Vid. SCHILTERVS *notis ad Ant. Minuccium de feudis §. IV.*

65) Diuersimode recensentur Friderici vxores. CVSPINIANVS quidem in ipsius vita p. 342. [illegible] ita refert: *habuit hic Fridericus sex vxores: primam Constantiam, reginam Arragoniæ, ex qua genuit Henricum ducem Sueuiæ & Regem Romanorum, de quo mox plura: & Iordannem, qui puer obiit. Alteram Iolen, Ioannis Comitis Brennæ & Regis Hierosolymitani filiam, quam ei pater in Europam cum cæteris Christianis principibus reuersus in matrimonium desponderat: cum Roma ab Honorio persuasus, acceptis muneribus Pisas se contulisset ac ius quod in regno Hierosolymitano sibi competebat, dotis nomine donasset. Vnde perpetuus hæreditario iure titulus eius regni ad posteros peruenit, vt Reges Neapolitani Hierosolymitani quoque appellentur Reges. Ex hac Conradum progenuit Romanorum regem, qui matri fuit superstes, quæ breui vixit. Tertia vxor Agnes fuit, filia Ottonis Meraniæ Ducis: quæ repudiata, Vdalrico duci Carinthiæ nupsit. Quarta Rutina dicta, filia Ottonis, Comitis de Wolffershausen in Bauaria. Quinta fuit Isabella filia Ludouici Ducis Bauariæ, qui in Khelheym oppido cæsus fuit. Sextam ferunt habuisse Mechtildam, Ioannis regis Angliæ filiam, quam Pontificis dispensatione (quandoquidem affinitatis gradus alias obstabat) accepit.* Sequitur Cuspinianum HENNINGES *p. priori secundi & tertii regni p. 47.* ast fide destituuntur & auctoritate. PANDVLPHVS COLLENVTIVS *Hist. Neap. lib. IV. p. 183.* ita dicit: *vxores habuit Constantiam Castellæ regis sororem, Iolantam Hierosolymorum regis filiam, & Isabellam sororem regis Angliæ: ex omnibus autem liberos suscepit, vti diximus, habuitque prolem masculam, copiosam & pulchram cum ex legitimo cum illegitimo thoro natam.* Sed plures ipsum habuisse vxores, ex sequentibus patebit.

66) ALBERICVS ad a. 1141. p. 290. *Rikissa Imperatori Castellæ Alfonso peperit Constantiam, quæ primo fuit Regina Hungariæ, & post eam duxit Fredericus Rex Apuliæ & Imperator Romanus, & genuit ex ea Henricum Regem Alemanniæ.* Idem *ad a. 1213.* FRAGM. HISTOR. *ad a. 1212.* IO. MARIANA de Rebus Hispaniæ lib. XI. c. XXII. p. 488. *Constantia Arragonii Regis soror, ex priori viro Emerico Rege, cui Ladislaum puerum pepererat, vidua, Innocentio Pontifice curante, Friderico Regi Siciliæ connubio iuncta est, atque hoc ipso anno ad virum classe deducta. Tristes eæ nuptiæ fuerunt, Prouinciæ Comitis aliorumque procerum obitu: qui sponsam honoris caussa in Siciliam ex Aragonia prosecuti. Registrum Innocentii III. Epist. CXI.* INDICVLVS RERVM AB

ARR-

ctu, 67) duxit, instinctu Papæ an. 1224. Iolantam, Io. Brennæ Regis Hierosolymitani filiam. 68) Hæc a. 1228. in puerperio fuit extincta, 69) inde duxit a. 1235. Isabellam, filiam Ioannis sine terra, Anglorum Regis formosissimam, cum eademque matrimonium Wormatiæ consummauit. 70) Ista in partus discrimine a. 1241. defuncta, 71) ambita 1245. Austriæ Ducis filiam, vt partes suas magis roboraret, hac tamen donec absolueretur, renuente, 72) anno 1248. duxit quandam mulierem thesauris opulentam, specie placentem, genere præclaram. 73) Addunt alii Ruthinam, Ottonis, Comitis de Wolfrateshausen filiam, ex qua genuerit Fridericum de Antiochia, quem tamen plerique filium Friderici faciunt naturalem. Addunt Mathildem, vel Beatricem Principis Antiochiæ filiam, sed sine fide.

§. XXVIII. Ex priori matrimonio 74) sustulit Henricum, quem in Regem Romanorum eligi fecerat. Sed cum turbas moueret contra patrem, captus & in custodia fuit defunctus. 75) Huic primum in matrimonium data fuit soror Angliæ regis, sed displicente

ARRAGONIAE REGIBVS *gestarum lib. I. Aera* 1046. 1047. in Hispania illustrata *Tom. III. p.* 64. Hinc MVTIVS *lib. XX. p.* 19. male eandem Mariam vocat.

67) ALBERTVS STADENSIS ad a. 1222. *Imperatrix obiit.* ROCCHVS PIRRVS *Chronologia Regum Siciliæ p.* 47. tale adducit epitaphium: *hoc est corpus Dominæ Constantiæ illustr. Imperatricis Semper Augustæ Reginæ Siciliæ, vxoris Domini Imper. Friderici, & Siciliæ Regis, & Filiæ Regis Aragonum. Obiit autem an. Incarnat. MCCXXII. XXIII. Iunii X. Ind. in Ciuitate Catanæ.*

68) MONACHVS PADVANVS *ad a.* 1224. p. 585. *circa hæc tempora mortua Constantia Imperatrice, filia Regis Arragonum, de qua Regem Alemanniæ Henricum habuit Imperator Federicus, ipse Isabellam, filiam Ioannis Regis Ierosolymitani, accepit vxorem: de qua genuit Conradum, quem dilexit tenerrime super omnes: & sic regnum Ierosolymitanum occasione huius matrimonii est adeptus.* Sequitur eundem FRAGMENTVM HISTORICVM *ad a.* 1227. MARINVS SANVTVS TORSELLVS *lib. III. p. XI. c. X.* Quam vero Monachus Isabellam vocat, alii Iolantam. Sic GODEFRIDVS ad a. 1223. *Imperatori Friderico desponsatur filia Iohannis Regis Iherosolymitani.* CHRON. AVGVST. ad a. 1225. *Imperator cum filia Iohannis Regis Ierosolimitani nuptias in Anglia celebrauit; ex qua genuit Chunradum postea Regem, & Hainricum.* Licet de Henrico perperam hoc dicatur. ALBERICVS ad a. 1224. *Rex Iohannes, de voluntate Summi Pontificis, Honorii, dedit filiam suam Yolendim Imperatori Friderico, in vxorem, cum regno Hierosolymitano, quod ei competebat iure hereditario, quibusdam tamen conditionibus bona fide interpositis.* ALBERTVS STADENSIS, CHRON. AVGVST. *ad a.* 1225. PAND. COLLENVTIVS lib. IV. p. 151. *quo factum est (vti quidam testantur) vt deinceps omnes Neapolitani Reges Hierosolymarum quoque Reges nuncupauerint.* TRITHEMIVS *Chron. Hirsaug. ad a.* 1224. CHRON. SENONENSE *lib. IV. c. VII.*

69) CHRON. AVGVST. ad a. 1228. *Imperator defuncta Imperatrice in puerperio, transfretauit.* CHRON. AVSTRALE *ad a.* 1228.

70) ALBERICVS ad a. 1235. *Matrimonium Imperatoris Alemanniæ, Friderici cum sorore Regis Angliæ, Henrici, procuratum, per Archiepiscopum Coloniensem, & per Ducem Brabantiæ.* GODEFRIDVS, ALBERTVS STADENSIS *ad a.* 1235. CHRON. ELWANGENSE ad a. 1235. *Imperator Fridericus in Wormatia nuptias celebrauit cum filia Regis Angliæ.* Qua ratione Imp. fuit desponsata atque adducta, prolixe describit MATTHAEVS PARISIENSIS *ad a.* 1235. *p.* 349. *sqq. & p.* 469. Hinc perperam TRITHEMIVS ad 1235. *post hæc Imperator soluto conuentu Principum de Moguntia reuersus est in Wormatiam vbi celebratis nuptiis, tertiam duxit vxorem Regis Angliæ sororem, quoniam vxor secunda nomine Iole Ioannis Hierosolymitani Regis filia iam pridem mortua fuit. Sunt qui dicant, hanc Regis Angliæ sororem non II. sed III. Friderici Imperatoris fuisse vxorem & recte sentire videntur.* Sic etiam NAVCLERVS *vol. II. Gen. XLII. p.* 938. eam perperam vocat Mechtildem, quem sequitur MVTIVS *lib. XX. p.* 183.

71) MATTHAEVS PARISIENSIS ad a. 1241. p. 489. *temporibus quoque sub iisdem, cœpit dominus Imperator Anglos specialius ceteris nationibus diligere, gratia Imperatricis I. sororis Regis Angliæ: quæ forma & moribus præcellens, omnium fauorem sibi comparauit. Insuper iam grauida, Augusto sponso suo spem vberioris fructus propagandi repromisit: sed sinistro sydere multo aliter quam sperabatur, contigit, sicut sequens narratio prolixius demonstrabit.* Idem ad a. 1241. p. 513. *obiit etiam eodem anno gloria & spes Angliæ, Isabella Imperatrix, in partus discrimine.* Subiungit inde epistolam super hac morte ad Henricum III. ipsius fratrem perscriptam, qua dies indicatur primus Decembris. ALBERICVS ad a. 1241. *Comes Richardus reuertitur, cuius Soror Imperatrix paulo post mortua est, tribus vt dicitur liberis relictis.* Mortem Imperatricis narrat Capitaneo suo apud P. de VINEIS *lib. IV. c. II.* quæ hæc ipsa esse videtur.

72) MATTHAEVS PARISIENSIS ad a. 1245. p. 595. *cogitauit igitur, vt partem suam magis roboraret, filiam Ducis Austriæ sibi matrimonio copulare. Et ad hoc consummandum, solennes nuncios destinauit & festinos ad eundem Ducem. Quod cum ad notitiam puellæ peruenisset, amplexus & nuptias ipsius Frederici donec absolueretur, constanter refutauit. Hoc autem cum pater puellæ etiam approbasset, & dicto Frederico nunciasset, erubuit spretus ab vtroque.* Quænam autem ista fuerit, fateor me ignorare, cum Leopoldus VII. iam a. 1230. fuerit defunctus, Henricus III. a. 1227. Fridericus Bellicosus liberis fuerit destitutus, qui soli ista ætate erant Duces Austrici: nisi forte dicamus Ottonis Meraniæ Ducis fuisse filiam, quæ etiam ipsi a quibusdam tribuitur.

73) MATTHAEVS PARISIENSIS ad an. 1248. p. 649. *eodem quoque anno, Fredericus vt partem suam in concepto contra Papam certamine roboraret, & roboratam magis solidaret, quibusdam Principibus confœderatus, in vxorem duxit quandam mulierem thesauris opulentam, specie placentem, genere præclaram.* Quænam vero ista fuerit, definire non audeo.

74) Filios Friderici II. memorant GESTA FRIDERICI II. apud ECCARDVM Tom. I. p. 1027. *Mortuus est autem Imperator superstitibus sibi Conrado, quem ex Hierosolymitana, Manfredo quem ex Italica, & Henrico minore quem ex Anglica consorte susceperat: constituitque sibi heredem memoratum Conradum Romanorum in Regem electum, qui præmortuo Henrico maiore in Calabria primogenitus remanserat inter fratres: ipsi autem Conrado heredi instituto tam in Imperio, quam in Regno, minores fratres videlicet Manfredum & Henricum substituit.*

75) De quo supra §. *V. IX.*

 76) CHRON.

cente hoc contractu Germaniæ Principibus, duxit Margaretham, Leopoldi VII. Austriæ Ducis filiam, ex qua gemellos reliquit Fridericum & Henricum. 76) Ex altera Coniuge sustulit Conradum, ipsius successorem. Ex Isabella sustulit Iordanum, qui infans obiit, & Henricum, Regem Siciliæ, 77) qui a. 1254. insidiis Io. Mauri periit. 78) Sequioris sexus ipsi ex Isabella, Angla natæ fuerunt Constantia, vxor Ludouici Hassiæ Landgrauii, Agnes, vxor Conradi, Thuringiæ Landgrauii, & Margaretha vxor Alberti Degeneris, Misniæ Marchionis & Thuringiæ Landgrauii. 79)

§. XXIX. Ex illegimo thoro suscepit Henricum vel Entium, matre Blanca Lancea, filia Bonifacii dynastæ, in Montisferratensi tractu, 80) quam etiam per Berardum Archiepiscopum Panormitanum ipsi sacramentali coniugio copulatam fuisse, sunt qui velint 81) natum, quem Sardiniæ constituit Regem & Imperii per Italiam legatum, 82) qui a. 1249. a Bo-

76) CHRON. AVGVSTENSE ad a. 1225. *Filius eius Rex Austriæ Margaretam, cum qua præsentibus Principibus regni nuptias apud Nurnberg solenniter celebrauit, vbi propter frequentiam populi, circiter XL. personæ (inter quas quidam prælati, monachi, clerici erant) cum aliis oppressi occubuerunt.* CONRADVS VRSPERGENSIS ad a. 1223. *Henricus VII. Rex Romanorum effectus Agnetem F. Liupoldi D. Austriæ accepit in vxorem.* Verum, Austriaci Scriptores eam æque vocant Margaretham. CHRON. MELLICENSE ad a. 1226. *Heinricus F. Imp. Friderici, Margaretham F. Liupoldi Ducis Austriæ duxit in vxorem.* Ad a. 1252. *Ottaker F. Regis Boemorum Margaretham, quondam Reginam Alemanniæ duxit vxorem.* CHRON. AVSTRALE 1222. ALBERTVS STADENSIS *ad a.* 1223. CHRON. AVSTR. ad a. 1244. *Hainricus Rex Romanorum iunior in captiuitate patris sui obiit, relictis duobus filiis.* CVSPINIANVS Austria p. 42. *post mortem Friderici Ducis Austriæ & Stiriæ, quum hæ regiones orbatæ essent suo principe, Margareta soror Friderici, Henrici Romani regis, filii Imperatoris Friderici II. olim vxor, ex qua gemellos (vt supra scripsimus, pepererat, Fridericum & Henricum, marito & filiis orbata, in Austriam rediit vnica heres.* Vid. & *p.* 28. LADISLAVS SVNTHEIM in Tabulis Claustro-Neoburgensibus de primis Austriæ Marchionibus p. 1041. *Fraw Margreth hette mit Künig Heinrichen, irem Gemahl zween Sün Fedrichen vnd Heinrichen den warde in ir Iugend vergeben in Pulen durch ihren Veter Manfredum.* FVGGER *Spiegel der Ehren des Ertzhauses Oesterreich lib. II. c. IV.* in epistola quidem Friderici ad Regem Bohemiæ apud P. de VINEIS *lib. II. c. V.* dicitur, quod Conradus dotem a Duce Austriæ exegerit, sed & heic Conradi nomen suppositum videtur a librario.

77) Videtur hic ipse esse, cuius natiuitatem die XVIII. Februarii 1238. factam ipse Imp. literis ad Richardum Cornubiæ Comitem scriptis refert apud MATTHAEVM PARISIENSEM *p.* 451. *Ex Augustæ consortis nostræ, sororis tuæ fœcundo gremio, datus est nobis octauo decimo die mensis Februarii nouus filius, & nepos natus est tibi.* Idem ad a. 1247. p. 704. Sic etiam apud P. de VINEIS *lib. III. c. LXX.* Panormitanis significat lætitiam de nato filio duodecimo mensis Februarii. Apud MATTHAEVM PARISIENSEM *p.* 663. dicitur hic Henricus filius Frederici & Isabellæ. Idem p. 698. *Henricus frater eius* (Conradi) *quia filius fuit Imperatricis Isabellæ, quæ omnibus exstitit amabilis & nepos Christianissimi Regis Angliæ, insuper puer elegantissimus, vniuersis Imperialibus gratus extitit & gloriosus.* Quod autem Siciliæ Regnum postea fuerit adeptus, patet supra §. *XXI.* & docet nos PANDVLPHVS COLLENVTIVS *Hist. Neap. lib. IV. p.* 180. dicens: *Henrico legitimo ibidem filio minori, Siciliæ insulæ possessionem dedit, vt eam tamen cum Conradi fratris consensu gubernaret, & præterea centum vnciarum auri millia.*

78) De morte eius idem testatur p. 190. *Henricus vero frater puer adhuc, ex Isabella regina natus, interim ex Sicilia, quam Federicus pater ei testamento legauerat, discedit, vt ad fratrem regem excipiendum, eique gratulandum proficisceretur: secum autem in Comitatu habebat Ioannem Morum quendam Sarracenum militiæ ducem, qui postquam ad Sanfelicem Lucaniæ arcem peruenissent, Henricum in conclaue clanculum adduxit, & ex Conradi mandato trucidauit.* Sed excusat plane Conradum MATTHAEVS PARISIENSIS ad a. 1254. p. 765. dicens: *eodem anno, mense Maii, obiit spes Anglorum, & gloria Henricus, vir desideriorum, mira specie adolescens, filius Romanorum Imperatoris Frederici & Imperatricis Isabellæ, sororis Regis Angliæ. Interiit autem, prout ab æmulis Conradi Regis Siciliæ asseritur, ipso Rege Conrado procreante. Quod non est credibile, nec videtur, cum idem Rex ipsum Henricum affectu fraterno dilexisset, & in eum argumenta dilectionis fraternæ protendisset: sicut idem Rex in responsionibus suis probabilibus asseruit, quando Papa grauiter eum accusanti respondit, dicens, quod in eius obitu partem sui corporis reputat amisisse potissimam. Sed reuera quidam flagitiosissimus Iohannes Maurus ipsum potionatum, & adhuc sub morte palpitantem, quodam manutergio strangulauit. Rex autem Conradus post mortem dicti fratris sui nunquam vt antea vultum ostendit serenum.*

79) De Constantia quidem & Agnete scribimus hæc fide Genealogorum. De Margaretha testantur Scriptores Historiæ Thuringicæ, vtpote AVCTOR HIST. LANDGRAVIORVM THVRINGIÆ *c. LXIV.* LANGIVS *Chron. Citic. p.* 817. Maritagium pro eo postulat Imp. apud P. de VINEIS lib. V. c. XVI. *& ideo cum pro maritagio filiæ nostræ charissimæ quam filio N. marchionis Misnensis decreuimus copulandam a fidelibus nostris regnicolis subuentionem placuit exhiberi.* Extat Diploma in TENTZELII *Supplemento II. Historiæ Gothanæ* Sect. CCLXXII. p. 626. in quo: *Henricus D. Gr. Mysenensis & Orientalis Marchio & Thuring. Lantgr. & Saxoniæ Comes Palatinus & terræ Plisnensis Dominus - - Cum per gloriosissimum Dominum nostrum, Fridericum Rom. Imp. in obstagio decem millium marcarum argenti ratione sponsalicii, filiæ suæ Margarete filio nostro Alberto desponsato, adepti sumus dominium Plisnensis terre - - Acta sunt hæc omnia MCCLVI.* Ex hoc etiam Saxonicæ domui iura in Regnum Neapolitanum sunt tribuenda. Panormitanis nuntiat ipse Imp. lætitiam de nata filia apud P. de VINEIS *lib. III. c. LXXI.*

80) Huius familiam ROCCHVS PIRRVS *Chronologia Regum Siciliæ p.* 49. late describit.

81) Id quod ex Scriptoribus antiquis demonstrare conatur ROCCHVS PIRRVS *p.* 51.

82) De hoc ipse Fridericus in epistola ad Regem Angliæ, apud MATTHAEVM PARISIENSEM p. 467. *præmisso nihilominus Hibenigno filio nostro, illustri Regi Turrium & Galluris, sacri Imperii in Italia legato.* Apud eundem *p.* 495. vocatur: *Rex Gallur & Thur.* Quod autem fuerit filius naturalis, patet ex epistola Friderici apud P. de VINEIS lib. I. c. XXI. *nisi quod cum ipso contrahere de nepte sua* (Papæ) *desponsanda Henrico naturali filio nostro, nunc regi Turrium & Galluri, magnificentia nostra incongruum credidit & reputauit indignum.* In epistola

a Bononiensibus captus, 83) demum a. 1272. in captiuitate defunctus, Bononiæ, in Templo Dominici ante chorum sepultus, vbi in tabula lapidea eius extat Epitaphium. 84) Alter erat Manfredus, quem Tarenti Principem constituit, 85) qui ex turbis Neapolitanis notus, de quo in sequenti Sectione, & Fridericus Antiochiæ, Princeps. 86) Reliqui erant Henricus Rex Corsicæ, Ricardus Comes Ciuitæ, cum aliis quibusdam obscurioris nominis. 87) Inter filias nothas ipsi tribuuntur Violanta, Richardo Casertæ Comiti a. 1239. nuptui tradita, Stemina Guilielmi Comitis Vigintimilium in Liguria coniux, Anna Thomæ de Aquino, Acerrarum Comiti nupta. 88)

§. XXX. Dum autem vulgaris fama esset, Fridericum mortuum non esse, sed latitare adhuc, suo tempore rediturum, ad ordinandum Statum Reipublicæ, 89) plures suborti fuerunt impostores, populi seductores, qui se pro Friderico venditarent. Inter hos primus circa a. 1262. ortus, Iohannes de Cocleria dictus, homo infimæ conditionis & abiectæ fortunæ, in monte Aetna Siciliæ resedit, verum captus fuit & suspensus. 90) Alter Fridericus Holtschuh vel Tilo Colup, qui multa proferebat secretorum indicia, vt quibusdam fidem faceret, præsertim Thuringiæ Landgrauiis. Sed, eiectus a Coloniensibus, Nussiæ receptus, tandem Rudolphi iussu Wetzlariæ fuit crematus. 91) Tertius, obscuri

stola ad Bononienses apud P. de VINEIS *lib. II. ep. XXXIV.* & *lib. III. ep. XLVII.* eum vocat: *dilectum filium Sardiniæ & Gallur.* Ad eundem directa est epistola Friderici *lib. II. c. LI.* Sic etiam apud MATTHAEVM PARISIENSEM *p.* 602. vocatur *Rex Sardiniæ.* In Epistola ad Henricum Angliæ Regem *p.* 623. vocatur *illustris Rex Sardiniæ & sacri Imperii legatus in Italia generalis.* Quod vero Rex Turrium & Galluris antea diceretur, ex duabus Sardiniæ vrbibus præcipuis, Caluri, hodie *Cagliari*, & Turri Libysonis ortum fuisse videtur.

83) vide supra §. *XXIII.*

84) Reperitur illud in TOBIAE FENDII Monumentis Sepulcralibus, quod cum omnem ipsius Historiam exponat, integram exhibemus: *D. O. M. Viator, quisquis es, siste gradum, & quod scriptum est, vide; vbi perlegeris, pensita. Hoc is, cuius caussa hoc scriptum est, rogat. Orto inter Bononienses bello, Cæsar Fridericus 2 Romanorum Imperator, filium Henricum, Sardiniæ & Corsicæ Insularum Regem, Mutinensibus suppetias ferre iubet: qui, inito, apud D. Ambrosii pontem, certamine, a Bononiensibus capitur, nullaque, re, vt dimittatur, impetrat, licet pater minis, deinde precibus, & pretio, deprecatoribusque vteretur, cum tantum auri, pro redimendo filio, polliceretur, quantum ad mœnia Bononiæ, circulo aureo cingenda, sufficeret. Sic captiuus annos 22, menses 11, dies 16, tenetur, aliturque Regio more publica Bononiensium impensa. Sic defunctus, magnificentissime & pientissime funeratus, hic tumulatur. Præterea simulachrum hoc, in perpetuum monumentum, & hosti & captiuo S. P. Q. B. Anno Salutis 1272. 2. Id. Mart. Hoc volebam, vt scires: Abi & Vale.* Paullo inferius: *Senatus Bononiensis pietate ac liberalitate, ossa Hencii, & hostis & captiui, hic iacent. Humanæ sortis memor, piis manibus bene precare.*

85) Fridericus II. in Testamento suo c. XXIV. *concedimus & confirmamus Manfredo filio nostro principatum Tarenti.* GALLAS MALASPINA lib. I. Rer. Sicul. cap. I. *licet prædictus Manfredus tanquam ex damnato coitu deriuatus, defectum natalium patiebatur, hunc tamen adultum, persona, dotibusque personæ grandæuum Fridericus eius genitor filiis præferens, cum tandem principatu Tarentino ornauit.* ROCCHVS PIRRVS *p.* 51. ex Anonymo quodam coæuo: *cum autem Conradus esset in Alemania, Manfredo, quem Imperator præ cæteris filiis dilectissimum, & in aula sua nutritum, suisque documentis instructum Principem Taranti constituerat, concessit Comitatum Grauinæ, Tricarici, Montis Caueosi, nec non & Honorem Montis Sancti-Angeli, quem Comitatum Imperator ipsius Principis matri, sponsalium tempore nuptiali donatione fuerat elargitus.*

86) In epistola ad Henricum III. Fridericus Imp. ipsum vocat Fridericum de Antiochia, apud MATTHAEVM PARISIENSEM *p.* 623. Conradus IV. in priuilegio apud PETRVM de VINEIS lib. VI. ep. VIII. *nos attendentes inuiolabilem deuotionis & fidei puritatem, quam Fridericus de Antiochia, Albæ, Celani, & Laureti Comes, charissimus frater & fidelis noster, erga diuum Augustum Dominum patrem nostrum.* NICOLAVS de CVRBIO in vita Innocentii IV. c. XXXIX. *per Fridericum de Antiochia, filium similiter Friderici regnum Apuliæ remanserat occupatum.* SALLAS MALASPINA lib. II. c. VIII. *Interea Conradus de Antiochia Comes Albæ, R. Friderici nepos, qui pro Capuanco fuerat destinatus, ad Marchiam fuit proditione detentus. In cuius subsidium Galuanus Lancea, Comes, Principatus & Fundorum, Mareschallus regni, socer eiusdem Conradi.* De ipsius Coniuge & filiis ROCCHVS PIRRVS *p.* 52.

87) Sic enim COLLENVTIVS lib. II. p. 181. *ex illegitimo vero thoro suscepit Entium Sardiniæ regem, Manfredum regem vtriusque Siciliæ, Federicum Antiochiæ principem, multosque præterea alios, quos suo loco in typo describemus.* Talis etiam mentionem facit MATTHAEVS PARISIENSIS *ad a.* 1249. *p.* 665. dicens: *eodemque tempore mortuus est quidam alius Frederici filius naturalis in Apulia.* Ad Fridericum est directa epistola Friderici Imp. apud P. de VINEIS *lib. V. c. LXXV.* In priuilegio ipsi a Conrado fratre concesso apud P. de VINEIS *lib. VI. c. VIII.* vocatur *Fridericus de Antiochia, Alba, Celani, & Laureti comes, charissimus frater & fidelis noster.* Extat ipsius sententia exbannitionis, facta contra homicidas, apud GOLDASTVM *Tom. II. p.* 82.

88) Agit de eiusdem familia FRANCISCVS MAVROLYCVS *Historia Sicanica lib. III. p.* 166. qui etiam fata filiorum atque nepotum Friderici vberius exponit ROCCHVS PIRRVS *Chronologia Regum Siciliæ p.* 52.

89) ENGELHVSIVS Chron. p. 1115. *ex hoc fama venit, Fridericum adhuc viuere in castro confusionis.* vbi LEIBNITIVS in notis: *leg. in castro Cufousen vel Kyffhusen. In huius enim montis antro (im Kyffhuser Berge) vulgo persuasum fuit dormire Fridericum II. Imperatorem: atque aliquando euigilaturum; & inde exiturum ad imperium recipiendum. In MSC. Cruc. est: Fridericum surrexisse, & castrum Kuffhusen custodire.* CHRON. AVGVST. ad a. 1250. *multi per annos XL. putabant eum viuere, venturum in proximo manu forti.* Communis est etiam fabula, Fridericum quondam Imp. in arce Schwartzburgicorum Kiffhusana dormitare. Vid. GREGORI *von Bergschlœssern p.* 550. GEORG HENRICH BEHRENS *Hercynia curiosa c. VI.*

90) de quo infra *Sect. VII. §. VII.* POMARIVS *Chron. Sax. ad a.* 1262. CYR. SPANGENBERG *Adelspiegel p. I. lib. IX. c. II.*

91) CONRADI VRSP. PARALIP. p. 362. *Anno Domini MCCXCII. inuentus est qui se diceret Frid.*

scuri nominis, fefellit Lubecenses. 92) Quartus a. 1295. Adolphi Cæsaris iussu exustus est Eslingæ. 93) A. 1546. in ruderibus arcis Kifhusanæ Schwartzburgicæ ditionis se continebat sartor quidam Langensaltzensis parum sanæ mentis, qui multa de Regnis atque Imperiis venditabat, quem credulum vulgus pro Friderico II. habeat, qui nunc Imperium in meliorem formam referre studeret. Promiscuum vulgus conuolabat ad ipsum summa cum frequentia. Sed, Güntherus, Comes Schwartzburgicus per quosdam præfectos, quos ad caussam indagandam eo miserat, hominem insanum Sondershusam fecit abduci, atque tum expirauit eiusdem dignitas Cæsarea. 94)

Fridericum II. quem Fridericum Holstuch quidam dixere, alii Tile Kolup cognominant, qui se diceret clam suis subduxisse, fastidio rerum, vt quietior viueret, & mortuum subdidisset, quem pro se vulgus hominum tumulasset, paucis conscius consilii sui, se per annos triginta peregrinatum, nec reuisere terras imperii. Tanta proferebat secretorum indicia, vt quibusdam fidem faceret, præsertim Lantgrauiis Thuringiæ. Rudolphus Imperator, cum veritatem in ea re compertam haberet, confessionem falsitatis expressit quæstionibus. Fatebatur enim aliquando se in Cæsaris curia seruiuisse, inde præcognita sibi quæ narraret. Tandem fictitius Fridericus combustus fuit, iussu Rudolphi, Et quoniam Colmaria hunc impostorem admiserat, oppugnatur a Rudolpho, sed datis quatuor mille auri marcis, recipiuntur rursus in gratiam. HISTOR. AVSTRALIS ad a. 1284. *eodem tempore maximi insonuerunt rumores fere per totam Alemanniam de aduentu quondam Friderici Imperatoris, & cum fere omnes Renenses ad se retraxisset, ita quod pro vero habebatur, tandem a Rudolpho Rege combustus est.* ALBERTVS ARGENT. ad a. 1289. *cumque etiam rebellantem sibi Columbariam obsedisset, quidam vero quondam Imp. Friderico simillimus, in inferioribus Rheni partibus se ipsum Fridericum fingens, ac Barones & ciuitates sibi aggregans, vsque Wetzflar venisset: rex pertimiscens, admissa cum Columbariensibus concordia, cum gente descendens, ac se ipsum velle tanquam Imp. venerari: fingens, ipsum apprehensum quæsiuit vnde venisset, & quis esset, & eum cremauit.* SIFFRIDVS PRESBYTER *ad a. 1284.* IACOB. VON KÖNIGSHOVEN *Elsass. Chronic c. II. §. 181. pag. 118. & 119.* 10. VITO DVRANTI Chron. p. 25. *fertur quod tempore Rudolphi quidam Faber per omnia similis Friderico Imperatori apparuit.* Vid. HAINECCIVS *Ant. Goslar. ad a. 1284. 1285.* FVGGER *Spiegel der Ehren lib. I. c. XIV. n. 6.* ENGELHVSIVS Chron. *p. 248.* GERHARD. A ROO *hist. Austr. lib. I. p. 32.*

92) ALB. KRANTZIVS Vandalia lib. VII. c. XXXIX. postquam de Tilo Kolup dixisset, addit: *non hinc longe alius quidam nebulo, eadem prætensa imagine venit Lubecam. Et primum quidem secreto loquutus, cauere putatur internosci: inde, vbi creuit audacia in populo credulo, palam se prædicat esse Fridericum quondam Imperatorem: venisse in vrbem, quam ipse creasset Imperialem. Persuasit credulæ plebi, ita vt subuectum equo ducerent per ciuitatem, cunctis visendum dominum suum. Erat vir industrius inter proconsules, Henricus Stenecken, qui in legationibus crebrius alloquutus Imperatorem, multa de persona, multa de statu curiæ eius peruidisset. Secreto capit super multis compellare hominem: ille ad omnia vacillabat. Comperta falsitate, effectum est vt euanesceret, nemine sciente quo abisset.*

93) ANNALES COLMARIENSES ad a. 1295. *Mediocris staturæ persona regnum Teutoniæ circumibat, Imperatorem Fridericum se suis fidelibus referebat. Hic cum in Eslingen venisset, a ciuibus capitur, hæreticus esse probatur, conuincitur & crematur.*

94) De quo CYR. SPANGENBERG in *Adelspiegel p. I. lib. IX. c. II. Historisch Politisches Archiv I. Theil p. 1.*

SECTIO SEPTIMA DE CONRADO IV.

§. I. Conradi IV. natiuitas & electio in Regem Romanorum. §. II. Conradus mittitur contra Henricum: mortuo Friderico, Manfredus Neapolitanum regnum occupat. §. III. Conradus Italiam intrat & conspirationes contra ipsum. §. IV. Controuersia inter Conradum & Innocentium IV. qui regnum Siciliæ & Neapolitanum Anglis offert. §. V. Conradus veneno extinctus. Papa & Manfredus regno inhiant. §. VI. Familia Conradi. §. VII. Papa Edmundum Angliæ Principem, post, Carolum Andegauensem constituit Regem Siciliæ & Neapolis. Manfredus hæc regna occupat, & victis licet ad Fogiam copiis Papalibus a Carolo vincitur. §. VIII. Conradinus in Italiam & Romam euocatur, Fridericus & Henricus, Hispaniæ Principes ipsi adhærent. §. IX. Alexander IV. & Clemens IV. Conradino contrarii. Hic in Italia & Roma cum honore suscipitur. §. X. Conradinus cum exercitu Regnum suum auitum ingreditur, sed ad lacum Fucinum vincitur. §. XI. Conradinus & Fridericus Austriacus ex consilio Papæ & Iudicio Neapolitanorum decollantur.

§. I.

Filius Friderici ex altera vxore Iolanta erat Conradus IV. circa annum 1226. natus. 1) Hunc pater, deposito & defuncto Henrico 2) primogenito, primum Viennæ in Austria

1) Dubitant quidem NAVCLERVS *vol. II. Gen. XLII.* & MVTIVS *lib. XX. fin.* an ex Arragonia fuerit, an vero Hierosolymitana. Ast, superiori sectione §. XXVII. satis demonstraui, ipsum ex Iolanta fuisse Hierosolymitana. Idem dicit MATTHAEVS PARISIENSIS ad a. 1250. p. 698. *erat autem Conradus, quia filius fuit filiæ Regis Hierusalem, Iohannis militis inuictissimi, & ipse Conradus miles strenuissimus, omnibus de Imperio amabilis ac formidabilis.* CHRON. AVGVSTANVM ad a. 1225. *Imp. cum filia Iohannis R. Ierosolymitani nuptias in Apulia celebrauit, ex qua genuit Chunradum, postea Regem.* De anno natali non constat. Sed cum Iolantæ matrimonium a. 1224. factum, ista vero a. 1228. defuncta, patebit circiter annus natiuitatis.

2) M. CHRON. BELG. p. 235. mortuo Henrico hanc electionem esse factam dicit, quem sequitur NAVCLERVS *vol. II. Gen. XLI. p. 930.* dum Henricus a. 1236. fuisset defunctus, prout superiori sectione demonstraui, Acta etiam Electionis aliud dicant, contrarium facile patebit.

3) FRAGM.

Austria a. 1237. consensu Principum in Regem Germanorum fecit eligi, quod Ratisbonæ atque Spiræ fuit confirmatum, idemque coronatus. 3)

§. II. Hic anno 1246. a patre contra Henricum Thuringiæ Landgrauium, Anti-Cæsarem missus, sed victus ab eodem fuit ad Francofurtum. 4) Mortuo patre, in Germania agebat Conradus, Manfredus autem patre sepulto, & exequiis rite celebratis, tanquam regni Gubernator, totum regnum in suam potestatem, sine difficultate reduxit: solaque Neapolis, Capua & Aquinum rebellarunt, Casertæ Comitis opera, & ipse prius defecerat, quamuis Manfredo affinitate iunctus esset, & vnam e filiabus Friderici in vxorem haberet. Dedere autem sese tres illæ vrbes rebelles in Ecclesiæ potestatem, Pontifice non eas modo acceptante, verum etiam magna quædam auxilia promittente: & quamuis Manfredus Neapolim sæpius infestasset, nunquam tamen eam potuit occupare. Innocentius vero interea regni occupandi spe Lugduno discedens 5) Genuam a. 1251. appulit, 6) regnum Neapolitanum atque Siciliæ ad manus Ecclesiæ deuolutum prætexens. 7)

§. III. Interim Conradus, cum Henrici Bauariæ Ducis postularet auxilium, & dum rapinis atque incendiis Ratisbonensem Episcopatum ob odium Papæ & Guilielmi deuastaret, conspirationem Ratisbonæ contra eundem factam, vix euasit, 8) inde ex Bauaria, mense Decembri 1251. Italiam intrat, atque Apuliam facillime obtinet, 9) ab Innocentio IV. vero Papa excommunicatur. 10) Mittebat equidem Conradus Bartholomæum Marchionem de Hohenburg, Archiepiscopum Tranensem, Gualterium de Ocra, Cancellarium suum, & alios quoque plures, qui benigne quidem fuerunt recepti, Papa tamen concedere nolebat, vt Conradus in Imperio vel regno succederet. 11) Insequenti anno a lethifero potu medicorum industria vix sanatus, omnibus factus est gratiosus. Et licet Papa

3) FRAGM. HISTORICVM ad a. 1237. *venit* (Imperator) *ad Ciuitatem Viennæ, quæ similiter ipsius dominio se subiecit: vbi etiam Cunradum, filium suum, de vxore transmarina genitum eligi fecit in Regem; quem elegerunt Archiepiscopus Moguntinus, & Treuerensis, & Rex Bohemiæ, & Dux Bauariæ, qui & Palatinus Comes Rheni, consentientibus cæteris, qui aderant, tamen paucis.* GODEFRIDVS ad a. 1237. *Fridericus Imperator, ab Austria ascendit vsque Ratisponam, Principibus apud Spiram ad Colloquium euocatis. Vbi cum quidam Principes conuenissent, ab Eo ad conuiuium inuitantur, Filium etiam suum, Cunradum, adhuc puerum, prius in Austria Regem Teutoniæ designatum, denuo ab ipsis obtinet approbari:* Extant ACTA ELECTIONIS CONRADI apud BALVZIVM *Miscell. Tom. I. p. 472.* & LEIBNITIVM *Cod. I. G. diplom. §. XI. Prodr. n. XI. p. 9. n. 10.* ex quibus Leibnitius vestigia iamdum Electorum concludit, dum Principes eligentes se patres Imperii & lumina haberi aiunt, sed, licet hoc facile concedamus; non omnes Principes Conradum elegisse, sed etiam in hac electione Officiales Imperii potiora tulisse, prout ex loco Fragmenti Historici superius adducto patebit, nec tamen exinde patebit, solos istos qui hodie iura Electionis habent, elegisse. NAVCLERVS *vol. II. Gen. XLI. ad an. 1236.* Errat igitur AVCTOR HISTORIAE THVRINGIAE *c. L.* qui hanc electionem reiicit ad annum 1242. De hac electione etiam ipse Fridericus apud PETRVM de VINEIS *lib. I. c. XXI.* & *lib. II. c. XLIX.* Quod autem statim fuerit coronatus, docent nos ANNALES COLMARIENSES ad a. 1237. *Fridericus Imperator, Conradum filium suum, in Regem Teutoniæ coronauit.* TRITHEMIVS *Chr. Hirsaug. ad a. 1237.*

4) *Sect. superiori §. XIX.*

5) MATTHAEVS PARISIENSIS *ad a. 1251. pag. 707.*

6) Verba sunt PANDVLPHI COLLENVTII *lib. IV. pag. 187.*

7) NIC. de CVRBIO Vita Innocentii c. XXXI. *Interea Conradus filius sæpefati depositi Friderici venit de Alamannia, transiens per mare Venetiarum & Adriaticum, inuasit & occupauit regnum Apuliæ & Siciliæ in iacturam & dispendium Ecclesiæ, cum esset de iure ipsum regnum ad manus Ecclesiæ deuolutum. Propter quod ipsum & omnes sibi pariter adhærentes Dominus Papa excommunicationis vinculo innodauit.*

8) CHRON. AVGVSTENSE ad a. 1251. *Conradus Rex Natali domini Ratisponæ fuit, vbi quia iam possessiones Episcopi & Ministerialium Ratisponensium incendiis vastauerat, dum in proxima nocte post festum innocentium in monasterio S. Emmerani dormiret, Conradus de Hohenfels & alii ministeriales Ratisponenses quasi media nocte in cameram suam irruperunt; & cum per exploratores dictos non plures quam Regem cum IIII. suis sociis in ipsa dormire putaretur, duobus occisis & tribus captis credebant se occidisse ipsum Regem. Sed noctu sextus fortuito casu super venerat & loco ipsius Regis interfectus est. Rex autem latitans sub scamno valde miraculose imminens periculum mortis euasit. Propter quod factum, quod Vlricus abbas eiusdem facti suspectus etiam habebatur, dictum monasterium Rex & Dux in prædiis & ædificiis multiformiter offenderunt. Venerunt namque ministeriales cum Episcopo suo, qui Episcopus foras muros ciuitatis cum multis armatis euentum rei expectabat sollicitus.* NAVCLERVS *vol. II. Gen. XLI. p. 940.* MVTIVS *lib. XXI. p. 191.* TRITHEMIVS *Chron. Hirsaug. ad a. 1251.*

9) MONACHVS PADVANVS ad an. 1251. *Conradus filius Federici descendens de Alemannia, venit Veronam, & cum auxilio Ecelini, in mense Decembri, intrauit in mare, in portu Texanæ, & nauigans in Apuliam, eam cum Insula, facillime obtinuit, secundum suæ beneplacitum voluntatis.* CHRON. AVGVST. ad a. 1251. *Chonradus tamen Rex in festo Apostolorum Petri & Pauli cum Ottone Duce Chambe venit, quos Rex Bohemiæ videre contempsit. Chunradus Rex in Autumno intrat Apuliam & ibidem fere totum regnum patrium potenter possedit, Domino Innocentio Papa tunc Perusii commorante, nec prohibere valente.* MVTIVS *lib. XX. p. 190.* PAND. COLLENVTIVS *lib. IV. p. 187.*

10) MATTHAEVS PARISIENSIS ad a. 1251. p. 712. *remanserant autem in excommunicatione, qua inuoluerat Papa ossa Frederici, & Conradus filius eius, qui ex domo patris potiorem Imperii partem violenter occupauerat, & qui regna Sardiniæ, Siciliæ, Apuliæ, & Calabriæ, violenter & sine Romanæ ecclesiæ assensu sibi appropriauerat.* Idem a. 1252. p. 723. *dicebant namque Fredericales, & præcipue Conradus, quod idem Conradus iniuste a domino Papa excommunicabatur. Et si iuste excommunicatus fuisset, ipsum Papam excommunicantem iustius in ferro & flamma persequeretur.*

11) NIC. de CVRBIO *Vita Innocentii c. XXXI.*

Papa persuaderi nequiret, vt ipsum ad culmen Imperiale promoueret, ipsi tamen magis magisque fauebant Magnates. 12) Insequenti anno 1253. Ciuitates Capuam, Neapolim atque alias suo subdidit dominatui, atque nouam euasit conspirationem. 13) Mittebat equidem a. 1254. Papa exercitum in Apuliam, qui tamen victus fuit & dissipatus.

§. IV. Eodem anno, mense Iunio, orta est grauissima dissensio inter Innocentium IV. Papam & Conradum, Regem. Accusauit enim eundem, quod Fridericum nepotem suum ex Filio Friderici II. naturali cognomine & Henricum fratrem per Ioannem Morum veneno interfecerit, 14) & quod excommunicatus licet, sibi sacra faciat administrari. Ad singula tamen respondit, seque defendit Conradus. 15) Papa vero regnum Siciliæ & Apuliæ primum Richardo Comiti Henrici III. Regis Anglorum fratri, post, ipsi offert Henrico III. cui Papa multas pecunias mittit ad Conradum impugnandum. Hic exercitum contra eum colligit copiosum. 16)

§. V. Dum igitur Conradus potenter se opponeret, eodem anno 1254. veneno propinato, 17) vel potius per tritum adamantem, quem medicus Salernitanus, cum puluere di-

12) MATTHAEVS PARISIENSIS ad a. 1252. p. 720. *diebus sub eisdem, cum iam Conradus filius Frederici omnium fere Italicorum, Calabrium, Siculorum, Romanorum & Germanorum fauorem obtinuisset (vtinam nulla curiæ Romanæ culpa) letbifero potu proditiose infectus, vix est medicorum industria diligentissima a portis mortis liberatus. Erantque qui dicerent, hoc aliquem Papalem, ignaro tamen domino Papa procurasse. Timebant enim Papales vehementer, ne Conradus patrissans, nec paternæ immemor persecutionis, aduersariis suis redderet retributionem. Factus est igitur Conradus gratiosior omnibus; eo quod dominus conseruauerat eum illesum in tanti periculi discrimine. Et cum a multis attentius postularetur dominus Papa, vt ipsum Conradum quantum in ipso fuit, ad culmen Imperii promoueret: timuit enim ne patrissans, gressus Fredericales, ecclesiam persequendo pedetentim sequeretur.* Idem p. 725. *Conradus enim Frederici filius, tum propter sui generis præclaram excellentiam, tum propter suam innatam benignitatem, tum propter insuperabilem in militia strenuitatem, audaciam & peritiam præliandi, omnibus Magnatibus acceptus extitit & gratiosus.* Et paullo post: *cum autem Conradus a portis mortis reuersus conualuerat, imponens Papalibus, hæc pericula sibi præparasse, diffamauit dominum Papam non mediocriter, asserens per ipsum virus letbiferum, sicut quondam patri suo facinorose (quod absit esse verum) fuisse propinatum. Vnde ad nocendum domino Papæ, fortior insurrexit: & Papam multorum gratiam constat amisisse.*

13) MATTHAEVS PARISIENSIS ad a. 1254. p. 755. *eisdemque diebus, Conradus Frederici filius, in odium Papæ, prosperatur in Apulia. Ciuitates Capuam, Neapolim, & alias suo subdidit dominatui. Et bellum suscitans & continuans, multis contriuit sibi aduersantes. Quidam vero illius terræ incola & indigena, cruentus & fascinorosus valde, Iohannes dictus Maurus, adulator vafer, & sub amicitiæ prætextu homines veneno necans: qui etiam antea ad id mercede conductus, vt dicitur Fredericum sic interfecit, illi laqueos mortis tetendit, sed occultos.*

14) MATTHAEVS PARISIENSIS ad a. 1245. p. 765. *eodem anno, mense Iunio, orta est grauissima dissensio inter dominum Papam & Conradum regem Siculorum. Oderat enim eum Papa, licet infirmatus, & ab Episcopo Lincolniensi Roberto acriter correptus, sed minime correctus. Et accusauit eum Papa immisericorditer, odio Frederici fomitem ministrante, quia nec adhuc sine igne cinis erat, in multis articulis. Rex autem singulis respondet moderate, constanter tamen inficiando. Imposuit enim ei, quod hæreticus exstitit, homicida, & clauium ecclesiæ contemptor, fecisque vt asseruit Papa celebrari diuina in Interdicto. Et quod quendam Fredericum nepotem suum veneno interfecit, & Henricum fratrem suum per Iohannem Maurum prius veneno, & cum moram faceret, vt moreretur quodam manutergio suffocauit. Sed hæc finxit papa, vt dicitur, vt sic Regem Angliæ contra ipsum Conradum excitaret prouocatum.* Io. Morus iste toti genti Sueuicæ fuit fatalis. Quis iste fuerit, docent GESTA FRIDERICI II. apud ECCARDVM Corpore Medii æui p. 1052. *fuerat autem prædictus Ioannes Morus quidam seruus Niger de domo Imperatoris, qui pro eo, quod a pueritia sua visus fuit homo industriosus, & in omni obsequio sedulus in aula Imperatoris creuit, & in oculis suis satis acceptus fuit, adeo quod ipse Imperator, qui non tam conditionem originis in omnibus, quam virtutes, moresque considerabat; cum illa sibi clarior videretur esse nobilitas, quæ ex moribus quam illa, quæ ex sanguine procedebat, prædictum Ioannem licet aspectu deformem, & ex ancilla natum Cameræ suæ custodem, & secretorum aulæ participem & suorum præpositum fecerat. Mortuoque Imperatore Princeps Manfredus, dum baliatum fratris sui gesserat ipse Ioannes Morus in eodem officio inuitus Magister, & præpositus Regiæ Cameræ factus fuit, adeoque magnificatus a Rege, quod etiam ciuitati Lucceriæ ipsum præposuit, & præpositum ipsius ciuitatis vocari fecit. In ciuitate vero ipsa viuente Rege ipse Ioannes magis quam ipse Rex dominabatur, nec plus ipse de Saracenis ipsius Ciuitatis faceret, quam ipse Ioannes Morus, qui Rector & tanquam Dominus ipsius Ciuitatis remansit.* Qua ratione ipse fuerit interfectus, refertur *pag. 1073.*

15) Reperiuntur istæ in MATTHAEI PARISIENSIS *Additamentis p. 1113.*

16) Hæc latius exponit MATTHAEVS PARISIENSIS *ad a. 1254. pag. 767.* NICOLAVS de CVRBIO Vita Innocentii c. XXXI. *Ipse vero summus Pontifex prædictam reguli cum suis fratribus videns potentiam in dicto regno inualescere, nec non ipsum in deuotos Ecclesiæ desæuire, patris vestigia imitando, magistrum Albertum de Parma notarium suum, de cuius longo tempore expertus fuerat bonitate, ad nobilem virum Ricardum Comitem Cornubiæ, fratrem Regis Angliæ destinauit, resumendo tractatum cum ipso magistro, quo tamen vescitur consilio, illum valuit consummare.*

17) MATTHAEVS PARISIENSIS ad a. 1254. p. 768. *Rex igitur Conradus, potenter se opponens, exhortatus est suos naturales commilitones & indigenas regionum illarum, vt stent viriliter & pugnent pro patria sua, nec vlla subdant dominis alienis; & exercitum Papalem diatim diminuit & eneruauit. Sed amor denariorum Anglicorum hostium multitudinem grauauit. Papa enim bursæ Regis minime pepercit, & infinitam pecuniam consumpsit, cupiens Regem Siculorum expugnare, & Regem Angliæ in prædictum dominium subrogare. Omnes tamen voluit a corona commouere, & solum Edmundum creare, vt de ipso & his quæ ipsius forent, tanquam de creatura sua, secundum sui arbitrii faceres voluntatem. Interim Papa non mediocriter diffamauit Regem Conradum imponens ei enormia crimina, scilicet cædem fratris sui Henrici, vt sic prouocaret Regem Anglorum & omnes Anglos contra eum, &* quod

re diagrydii in aqua clisteris immiscuit, & illa ventrem stipticum intrinsecus irrigauit, 18) fuit extinctus. Cuius morte admodum lætatus Papa, totum regnum in breui suæ subdidit potestati. Optimates filium Friderici naturalem, nomine Manfredum Dominum sumentes, adhæserunt ei, facientes ei tanquam Domino homagium. 19)

§. VI. Vxor ipsius erat Elisabetha, Ottonis illustris, Bauariæ Ducis filia, cum qua a. 1246. nuptias Vohburgi celebrauit, 20) ipsique insigne dotalitium adsignauit. 21) Hæc, mor-

quod contemptor exstitit clauium ecclesiæ, & multa alia, quæ non oportet recitare. Rex igitur Conradus, irruptiones hostiles, comminationes, obpropria Papæ sustinens, & diffamationes, cæpit supra modum contristari, & graui dolore contabescere. Et, vt dicitur, veneno propinato impellente, graui dolore cæpit contabescere, & lethali lecto decumbere, dicebatque. Væ mihi misero, væ væ mihi misero, ad quid me fudit mater mea e gremio? ad quid pater meus me genuit, tot ærumnis exponendum? Ecclesia, quæ mater patri meo & mihi esse debuit, potius nouercatur Imperium, quod ante Christi natiuitatem vsque huc floruit, modo marcescit, & datur lethææ obliuioni. Maledicens ergo diei natiuitatis suæ, miseram & afflictam animam exhalauit. CHRONICON AVGVSTENSE ad an. 1254. *Chonradus Rex priori anno Neapoli expugnata, & muris eius ad terram prostratis, homo pacificus, & Iudex fuerat, in Vigilia Ascensionis Domini, diem clausit extremum, de cuius obitu Teutonici, Apuli & Lombardi, præter illos qui erant ex parte Ecclesiæ, dolore nimio sunt turbati.* MONACHVS PADVANVS lib. II. p. 596. A. 1254. *Cum Rex Cunradus duobus annis regnum Apuliæ tenuisset, die duodecimo exeunte Maio, regnum simul & vitam amisit.* NIC. de CVRBIO *Vita Innocentii cap. XXXVIII.* FRAGMENTVM HISTORICVM cum a. 1251. M. CHRON. BELG. *pag. 236.* TRITHEMIVS *Chr. Hirsaug.* cum iam a. 1252. a naturali fratre Manfredo veneno esse enecatum, dicunt. CHRONICON ELWANGENSE ad a. 1256. eius mortem extendit. Conradi IV. Historiam sigillatim exposuit IACOBVS PAVLVS GVNDLING.

18) SALLAS MALASPINA lib. I. c. IV. *audiens sane Manfredus, quæ fallax Baronum regni susurrabat opinio, in necem fraternam plus soliti aspirabat. Sicque quidam Salernitanus physicus, qui erat ad curam Corradi, quem Manfredus pluries ad dilectionis suæ gratiam verborum humilium blandimentis illexerat, fuit instantissime per Manfredum & quosdam suos amatores inueteratos diebus malis sub sigillo pænitentiæ requisitus, vt cum per gustum Corradum venenari non posset, aliam excogitaret fraudis viam per quam idem Corradus omnino mortis discrimini traderetur, Salernitanus igitur prædictus, vt fertur, tritum adamantem cum puluere diagridii in aqua clysteris immiscuit & illa ventrem stipticum intrinsecum irrigauit. Adamas enim violentissime fertur esse nec sine ponderositatis fortitudine penetrando fortia quæque frangens. Dyagridium vero, quod alias dicitur scamonea, resoluit omne quod tangit. Sicque violentia vtriusque Corradus prædictus emisit laniata particulariter viscera per secessum, corporis & animæ fœdere dissoluto.* ROCCHVS PIRRVS *p. 54.* dicit, ipsum prope Lauellum in Malphia Apuliæ oppido graui correptum morbo, siue veneno, siue in venatione vulneratum, fuisse extinctum.

19) MATTHAEVS PARISIENSIS pag. 768. *quo audito Papa de morte eius certificatus, cum magno cordis iubilo, oris risu, & vocis exultatione, ait: gaudeo plane, & gaudeamus vniuersi ecclesiæ Romanæ alumni, quia iam sublati sunt de medio duo maximi inimici nostri; vnus ecclesiasticus, alter secularis; Episcopus Lincolniensis Robertus, & Rex Siculorum Conradus: Obiit autem memoratus Rex Conradus mense Iunii. Et illico Papa ad vlteriores partes Apuliæ se transferens, totum fere Regnum illud sibi subdidit in breui, & vsurpauit. Quod videntes optimates illius regionis, quæ quondam Ducatus extitit, indignati sunt vehementer. Et suscitantes quendam filium Frederici naturalem, nomine Manfredum, adhæserunt ei, facientes ei homagium tanquam Domino & ligantiam. Et factus est error nouissimus peior priore. Et insurrexerunt Papæ hostes rediuiui.* MONACHVS PADVANVS *lib. II. sub initium.* Eius statum naturalem tali ratione describit SALLAS MALASPINA lib. IV. c. XIII. *erat homo flauus, amœna facie, aspectu placibilis, in maxillis rubens, oculis sydereis, per totum niueus, statura mediocri.* Huius Manfredi Gesta & negotia cum Papa luculenter exponuntur in GESTIS FRIDERICI II. eiusque filiorum apud ECCARDVM *Corp. Histor. Medii aeui Tom. I. p. 1025.*

20) Male istam de stipite Friderici de Stupha facit SALLAS MALASPINA *lib. I. c. IV.* Rectius CHRON. AVGVSTENSE ad a. 1246. *Conradus, filius Friderici Imperatoris, duxit Vxorem Dominam Elisabeth, filiam Ottonis, Ducis Bauariæ,* FRAGM. HISTOR. *pag. 92.* MATTHAEVS PARISIENSIS ad a. 1248. p. 649. *filius etiam eius simili tractus intentione, filiam Ducis Bauariæ sibi matrimonio copulauit.* ANDREAS PRESBYTER p. 30. *Hic Conradus Elizabeth filiam Ottonis Ducis Bauariæ (cuius hic est mentio) duxit vxorem & vocabatur Regina Ierusalem.* ADLZREITER etiam *Ann. Boic. p. I. lib. XXIV. n. VIII.* eam vocat Othonis filiam. In diplomate Wensceslai Bohemiæ Regis de a. 1291. quod ex apographo ex ipso autographo descripto, sumpsit CHRISTOPHORVS GEWOLDVS *de Septemuiratu cap. IX. Rex Conradus pro dote & in dotem Elizabeth vxori sue, matri videlicet Conradi sui filii predicti, ac Illustrium Principum predicti Domini Ludowici & felicis recordationis Domini Henrici Ducum Bawar. assignauit.* Sic igitur etiam Ottonis illustris eam filiam facit. Scrupulum tamen mouet Fridericus II. in epistola ad Ottonem, Bauariæ Ducem apud BALVTZIVM Miscell. lib. I. p. 455. *ceterum ad tractandum & ordinandum consumationem matrimonialis fœderis inter Conradum de - - in Romanorum Regem electum & regni Hierosolymitani heredem & dilectam filiam nostram Isabellam sororem vestram venerabilem Cluniacensem Abbatem & magistrum Gualterum de Ocra Notarium & fidelem nostrum excellentiæ nostræ Legatos & nuncios speciales duximus ad vestram præsentiam destinandos.* GVNDLINGIANA etiam *p. V. n. II. §. III.* hoc testimonium reliquis omnibus præferunt. Verum, dum alia omnia sint in contrarium, Wenceslai diploma ex authographo descriptum, pro ætatis etiam ratione potius Ottonis illustris filia fuisse videatur, in Friderici litteras mendum irrepsisse putarem.

21) Describitur illud in diplomate Wenceslai, Bohemiæ Regis de a. 1291. apud GEWOLDVM de Septemuiratu cap. IX. *videlicet oppidum Schongow, castrum Reitengow, Anbergow, Curia super monte, Curia Stauffe, villa Iglingen, villa Durncheim, villa Möringen cum toto beybische, Castro Swabekke, Castro & Oppido Sweliswerde, Castro Capfheym, Oppido Nouo foro, cum toto officio, Perengow, Nouo Castro, & Castro Schonenberch, quæ prædictus Rex Conradus pro dote & in dotem Elizabeth vxori sue, matri videlicet Conradi sui filio prædicti, ac Illustrium Principum predicti Domini Ludowici & felicis recordationis Domini Henrici Ducum Bawar. sorori assignauit.*

mortuo Conrado, a. 1259. Mainhardo III. Tirolensi Comiti fuit nupta. 22) Ex ista vnicum filium sustulit Conradus I. Conradinum a. 1252. natum. 23)

§. VII. Infelix hic Princeps Conradinus filius ac hæres erat Conradi IV. in Siciliæ, Apuliæ & Hierosolymarum regno, Dux æque Francorum ac Sueuorum a matre in Bauaria educatus, 24) cui pater Marchionem quendam, vxoris suæ consanguineum baiulum constituerat. Mortuo autem Conrado, Alexander III. Papa mittit legatos in Angliam, qui Edmundum, filium Regis, de Siciliæ regno inuestirent. 25) Manfredus filius Friderici naturalis, primum, vt Conradini vires eneruaret, Innocentio se subiiciebat, Marchio etiam, Conradini baiulus, in manibus Papæ baiulatui & Conradini tutelæ cessit in totum, & gratiæ populi absentem commendauit infantulum, eum, & totam hæreditatem suam protectioni Romanæ Ecclesiæ supponendo. Verum, Manfredus, postquam vnum ex Baronibus terræ, B. de Augione occidisset, Innocentii iram incurrit. 26) Hinc, per Octauianum de Vbaldinis Cardinalem, quem regni Neapolitani legatum constituerat, crucem contra Manfredum prædicare iubet, 27) cui tamen omnes se subiicebant. 28)

22) CHRON. AVGVST. ad a. 1259. *Meinhardus Comes Gorizia duxit in vxorem Dominam Elizabeth sororem Ludwici & Henrici Ducum Bauaria, relictam Chunradi Regis, in octauo S. Michaelis apud Monacum nuptiis celebratis.* TOLNERVS *hist. Palat. c. XVIII. p. 400.*

23) CHRON. AVGVSTEN. ad a. 1252. *Domina Elisabeth filia Ottonis Ducis Bauaria genuit Chunrado Regi filium in die Annunciationis S. Maria, & vocatus est Conradus.* AENEAS SYLVIVS quidem *Hist. Friderici p. 33.* eum Henrici filium facit, quod tamen NAVCLERVS vol. II. Gen. XLII. p. 941. satis refutat, scribens: *quod fertur Cunradus in testamento Cunradinum, Nepotem suum, filium scilicet fratris Henrici, ex Constantia, Regis Castella sorore, natum, haredem instituisse, error est, salua pace. Fuit enim Cunradinus, Cunradi filius ex filia Ducis Bauaria genitus; de quo extat Epistola Cunradini, & incipit: Ex abundantia cordis; in qua sic scribit: cum autem Magnificus Rex, Cunradus, diua memoria, Charissimus Pater noster, testamento solenniter condito, nos tenellum, tempore mortis sua, in manibus Sancta matris Ecclesia, de tutela reliquisset.* Ipse Conradus in Querimonia facta Principibus per Teutoniam, in CHRONICO SICILIAE c. XXXIV. *Conradus II. D. Gr. Ierusalem & Sicilia Rex ac Dux - - Cum enim magnificus Rex Conradus diua memoria, charissimus pater noster testamento sollerter condito quondam tempore mortis sua, nos tenellum & infantulum in Cunabulis vagientem, & nondum nutricis ab vberibus ablactatum in manibus sancta matris ecclesia reliquisset.* Alexander IV. Papa in epistola ad Gerhardum Moguntinum in LEIBNITII *Prodromo Cod. I. Gent. diplom. n. XIII. ideo de Conrado puero, nato quondam Conradi, predicti Friderici filii, est precauendum omnino.*

24) CHRON. AVGVST. ad a. 1254. *Manfredus etiam filius Friderici, quondam Imperatoris, Principatum tenens in Apulia potenter terram ipsam defendit, nomine Conradi paruuli fratruelis sui, qui adhuc, cum Domina Elizabeth, Matre sua, in Bauaria morabatur.* TRITHEMIVS vero ad a. 1253. matrem Elisabetham cum ipso apud Sueuos egisse dicit. SALLAS MALASPINA lib. I. c. IV. *constituit tamen baiulum in regno pro suo vnigenito Corradino quendam Marchionem de Alemannia consanguineum vxoris sua: qua cum esset de stipite Frederici de stupha in Alemannia remanserat cum Corradino filio suo nondum pubere.* Male igitur AENEAS SYLVIVS ipsum vocat Henrici filium ex Constantia, Regis Castellæ sorore.

25) MATTHAEVS PARISIENSIS ad a. 1255. p. 783. *post festum vero S. Luca, edicto Regio conuocata conuenit Magnatum numerosa multitudo. Venerat autem illuc ad Regem Episcopus Romania, ex parte Papa: qui apportans secum annulum, vice eiusdem Papa, contulit ipsum annulum Edmundo filio Regis, inuestiens eum sic solenniter de Regno Sicilia & Apulia. Vnde eleuatum est cor Regis in sublime, & exultauit tanquam iam receptis Siculorum & Apulorum omnium homagiis, ciuitatibus, & castris, in Regem coronaretur. Et in propatulo Rex pater vocauit filium suum Edmundum Regem Sicilia.* NIC. de CVRBIO Vita Innocentii c. XXXI. *Tempore postea modico procedente, Deus, qui Ecclesiam suam non permittit fluctibus diutius agitari, deuotissimi & Christianissimi filii Ecclesia Regis Anglorum, procurante aliquo de ipsius, Pontificis summi genere, animum excitauit, & adeo quod Romano Pontifici deuotissime supplicauit vt Edmundo nato suo pradictum regnum ab aliis refutatum concederet sub conditionibus quibus vellet. Paratus enim erat personam suam, filios atque terram exponere Ecclesia seruitiis & mandatis, dummodo votum crucis sibi in prosecutione dicti negotii commutaret. Quibus summus Pontifex exauditis, repletus latitia supra modum, eidem magistro adhuc in Francia finibus existenti per nuntios suos & litteras demandauit, vt dictum regnum sub illis conditionibus, quas postmodum dicerent Dominus O sancti Adriani Diaconus Cardinalis eiusdem Domini nepos, pradictus magister Albertus Notarius, Archiepiscopus Cantuariensis, Episcopus Herefordensis, Lugdunensis electus, & P. Comes Sabaudia, & quidam alii, in feudum concederet nomine Romana Ecclesia, matris sua. Quod & fecit cum magno gaudio & amore, videns quod per eum Ecclesia a suis releuaretur angustiis & pressuris. Iis igitur postmodum per Romanum Pontificem confirmatis, pradictus Rex ad ea qua sunt armorum se tradens, cogitare cum suis non destitit de prosecutionis negotio sicut sciuit.* Extat Bulla Alexandri III. qua Regnum Siciliæ Edmundo filio Henrici III. tanquam feudum confert, data Neapoli VI. Id. Aprilis 1255. apud RYMERVM *Fœd. Conuent. Anglia Tom. I. p. 893.* & du MONT *Corps Diplomat. Tom. I. p. I. p. 394.*

26) Hæc late narrat SALLAS MALASPINA *lib. I. c. IV. V.*

27) MATTHAEVS PARISIENSIS ad a. 1255. p. 785. *ipsisque quoque temporibus fecit magister Rustandus publice pradicari, vt crux assumeretur, Londini primo & postea alibi, ab omnibus sancta Ecclesia Zelatoribus, contra Manfredum, Frederici quondam Romanorum Imperatoris filium, Dei & ecclesia Romana & domini Regis Anglorum inimicum Saracenis adharentem, & eosdem receptantem & fouentem, & alienum Regnum iniuste occupantem. Et quicunque iter ipsum assumeret, plenissimam peccatorum suorum consequeretur remissionem, ac si terram sanctam adiret peregrinans. Quod cum audirent fideles, mirabantur, quod tantum eis promitteret pro sanguine Christianorum effundendo, quantum pro cruore infidelium aliquando. Et mouerunt sannas & risum predicatorum mutabilitates.* SALLAS MALASPINA lib. I. c. VI. *Interea vero Dominum Octauianum de Vbaldinis sancta Maria in via lata Diaconum Cardinalem constituit in regno Legatum, cui pradi-*

bant, 28) immo, ipsum pro filio Friderici II. legitimo adgnoscebant. 29) Hinc profligatis a. 1256. ad Fogiam copiis Papalibus, 30) pro tutore Conradi & hæreditatis protectore se fingebat. 31) Postquam autem Barletum, Capuam, aliasque Ciuitates occupasset, 32) non amplius pro Conradini tutore se gerebat, prout antea, 33) sed & contra Conradini adseclas nimium sæuiebat. 34) A. 1258. Panormi in Regem Apuliæ se fecit coronari, 35) Conradinum etiam per insidias enecare cupiens, 36) immo mortem Conradini

prædicandi contra Manfredum & Sarracenos publice verbum crucis plenum tradidit auctoritate sedis apostolicæ potestatem.

28) MATTHAEVS PARISIENSIS p. 768. & 788. *cum hæc autem in Anglia agerentur, in Transalpinis partibus fortunalis rota volumen fecit prodigiale. Quos enim paulo ante in sublime exaltauerat in abyssum demersit confusionis. Dissipatis enim exercitibus Papalibus, Apuli, cum audissent quod Papa terram eorum cuidam Anglico ignoto & alienigenæ, sine eorum consensu, contulisset, indignati sunt vehementer. Et idcirco maiori furore efferbuerunt, eo quod Papa crucesignatos super ipsos Apulos, quasi super infideles, conuertit exterminandos. Igitur omnes Apulia Domino Manfredo sese manciparunt; & cum illo stantes vniuersi, etiam qui quandoque cum Papa steterunt, numerosum exercitum contra Papam constauerunt.* Quare MONACHVS PADVANVS nobis vix persuadebit, quod *lib. II. p. 596.* scribit: *anno Domini MCCLIV. cum Rex Conradus duobus annis Regnum Apuliæ tenuisset, die duodecimo, exeunte Maio, Regnum simul & vitam amisit. Post cuius decessum Innocentius Papa in manu valida intrauit in Apuliam, & sedem suam fixit apud Neapolim. Ad cuius præsentiam omnes Principes Apuliæ conuenerunt, Manfredus etiam Princeps Tarenti, filius Federici, eidem subiectionem & deuotionem in omnibus deferentes.*

29) MATTHAEVS PARISIENSIS ad a. 1256. p. 799. *temporibus quoque sub eisdem, Manfredus, qui filius tantum naturalis Friderici diu credebatur, iam inquisita & scita rei veritate non iam tantum naturalis, id est, illegitimus, imo pro legitimo habebatur. Vnde ab omnibus Siculis & Apulis & finitimarum illarum Regionum incolis, qui eidem cœperunt adhærere, amabatur & honorabatur. Contigit enim, quod iam circiter viginti annis elapsis, mater ipsius Manfredi grauiter infirmata, vocauit ipsum, scilicet Imperatorem, vt misertus illius pro Deo ipsam visitare non dedignaretur. Credebatur namque in proximo moritura. Et cum venisset Imperator, ait ei mulier, iunctis palmis, & obortis lacbrymis cum singultibus, Domine, miserere mei in proximo morituræ, & succurre perituræ, de periculo corporis mihi formidandum est, sed multo magis sollicitor de periculo animæ imminenti. Habes namque filium quendam naturalem Manfredum, quem tibi genui: Placeat igitur me desponsari, vt & ille Manfredus legitimetur, & anima mea a periculo liberetur. Inclinatus est igitur precibus supplicantis, inde hactenus immobiliter steterunt cum eodem contra Papam, & omnes qui illi aduersabantur.* SALLAS MALASPINA lib. I. c. V. *fuit ergo per eos in Ducem receptatus & Frederici veneratus vt heres* PAND. COLLENVTIVS *lib. II. p. 197.*

30) Hanc victoriam prolixe describunt GESTA FRIDERICI II. *p. 1067. sqq.*

31) SALLAS MALASPINA lib. I. cap. VI. *Sed cum eius tanta prosperitas recens esset, nec haberet Corradino superstitisse colorem sub aliquem cuius saltem fictitio tegumento assumtum ad dominandum toti Regno animum occultaret, se tutorem nepotis sui Corradini esse confinxit & hæreditatis suæ legitimum protectorem. Prætendens igitur sibi, quo nullus de genere paterno super erat propinquior Corradino, huius tutelæ curam inesse ac protectionis eiusdem onera suis scapulis imminere.*

32) MATTHAEVS PARISIENSIS c. l. *& cœpit Manfredus prosperari in via sua & in bello, quod contra Papam mouerat; super omnes fere inimicos suos exaltari, & ad votum dominari, vnde Papa cœpit rogare ea quæ pacis sunt. Ceperat namque dictus Manfredus iam Neapolim, Barletum, & ciuitates maritimas, Capuam & alias multas ciuitates & oppida.* MONACHVS PADVANVS lib. II. p. 595. *dum autem magnificus Innocentius esset in mortis articulo constitutus, iamque illum versiculum frequenter repeteret: Domine propter iniquitatem corripuisti hominem. Manfredus naturalis filius Federici, impatiens contra Dominum sedis Apostolicæ iam rebellis effectus, magnam stragem militum Ecclesiæ apud Fogiam perpetrauit. Audita igitur morte Innocentii & substitutione Alexandri, cum maiori audacia cepit Ecclesiam in Apulia expugnare, vires eius quotidie subuertendo. Cuius audacia ac sagacitate mirabili Apuli pauefacti a deuotione Romanæ Ecclesiæ discedentes, Principi humiliter adhærebant. Papa itaque Alexander ordinatus capitaneus, cum militia infinita, qui deberent contumaciam & processum Principis cohibere, exiens de Neapoli, ad partes Campaniæ properauit. Manfredus autem opus inceptum consummare intendens, armis, muneribus & ambagibus exercitum Ecclesiæ ita debilitare curauit, donec ipsum de Regno turpiter & effœminate coëgit exire: taliter, quod totius Regni paterni obtinuit Principatum, in præiudicium Ecclesiæ & grauamen.*

33) Sic enim CHRON. AVGVST. *ad a. 1254.* MVTIVS *lib. XXI. p. 192. Papa Innocentius, asserens, se pueri Conradini Baiulum.*

34) Hoc latius demonstrat TRITHEMIVS *Chr. Hirsaug. 1253.* docens etiam, qua ratione mater Conradini Manfredi insidias deluserit. Qua ratione contra Conradini adseclas sæuierit docet SALLAS MALASPINA *lib. I. p. 216.*

35) MONACHVS PADVANVS lib. III. p. 613. *Princeps Manfredus, naturalis filius Federici, qui Regnum Siciliæ & Apuliæ vsurpauit & auctoritate propria, capiti suo imposuit diadema, tam in præiudicium Romanæ ecclesiæ quam grauamen & oppressionem Conradini, Ducis Sueuiæ, filii Regis Conradi.* MATTHAEVS PARISIENSIS ad a. 1258. p. 840. *eodem insuper tempore, cepit Curia Romana non mediocriter vilescere, eo quod Apuliæ Prælati & Magnates contra voluntatem Papæ, elegerunt sibi in Regem, & coronari fecerunt Manfredum, filium Imperatoris Frederici; quia non solum ipsum Manfredum, sed & totum genus suum Papa cum tota Curia Romana contemptibilem habuit & exosum. Insuper creauit Rex Apuliæ, Archiepiscopos & Episcopos sine assensu ipsius Papæ, imo potius inuito, qui omnes communiter plus ipsi Regi quam Papæ obediebant, & contempta Papali prohibitione, Regi honorem & reuerentiam exhibebant. Magnates etiam nulla facta de Edmundo filio Regis Angliæ mentione (cui Papa Regnum Apuliæ contulerat, & per Episcopum Bononiensem annulo quodam inuestigauerat) ligantiam fecerat, & homagium, eidem Manfredo & Ciuitatum & Castrorum saisinam fecerunt plenariam.* SALLAS MALASPINA lib. I. fin. *In Ecclesia tandem Panormitana quam Regum Siciliæ porphyrea & analistica monumenta materia & arte pretiosa decorant, in Regem Siciliæ per quosdam Præsules Manfredus inungitur, & per regni Barones assistentes Prælatis regali diademate coronatur. In testimonium autem vnctionis & coronationis huiusmodi iussit chirographum confici rhetorico stilo contextum sub sigillis & subscriptionibus Præsulum & Baronum.*

36) TRITHEMIVS *Chron. Hirsaug. ad a. 1253.*

 37) SAL-

& gente sua posset commode iuxta dignitatem suam hospitari, benigne Papa ipsi prouideret, verum ipsius subiectionem Papa non suscepit, potius ipsum excommunicauit. 42) Vrbanus interim Papa deuicto Manfredi exercitu, Carolum Andegauensem Ducem in Regnum Siciliæ vocauit, quem etiam Guelphi in Dominum elegerunt, & Senatorem Vrbis perpetuum vocarunt. 43) Dum igitur Guelphi cum Carolo facerent, Gibellini partim Conradini, partim Manfredi partes tuerentur, 44) moriebatur Vrbanus IV. ipsique Guido Fulcodii, Sabinensis Episcopus qui vocari voluit Clemens IV. succedebat, 45) qui Carolo plurimum fauens, decimas bonorum ecclesiasticorum in Gallia & Prouincia concedit, eiusdemque adsectis cruce signatorum concedit veniam. 46) Carolus autem, licet hoc per classem instructam impediro conaretur Manfredus, nauibus aduectus Romam venit, ibidemque multo cum honore fuit receptus. 47) Interea Carolus in Basilica S. Petri per quatuor Cardinales ad hoc a Papa destinatus cum Beatrice coniuge a. 1265. in Regem Siciliæ regali diademate coronatur, 48) adiectis tamen conditionibus, quibus obligatur singulis annis, quadraginta octo aureorum nummûm millia Romanæ curiæ persoluere, & cauebatur, ne ipse, aut suorum posterorum quisquam Imperator fieri posset, quamuis ab Electoribus eligeretur. 49) Carolus vero, dum plures vrbes atque castra cepisset, obuiam cum magno exercitu 50) procedit Manfredo, qui tamen resistere ipsi non valens, facta ad Beneuentum pugna d. 5. Martii

turpe nimis habuerat in sui fictione principium, non absque multorum iactura concresceret, & horridi figmenti conuicium vlterius transiret multum, contigit, quod dum senex ille versatus apud Castrum Iohannis cum suorum comitiua sequacium per deuia fruteta procederet & honorifice fuisset a ciuibus in illa vana pompositate receptus, tum frustra crederet suis tempus in antea seruire versutiis, dictus R. Comes illuc cum suorum equitum comitiua procedens, conspirantibus contra senem prædictum postmodum tanto errore detecto Guillelmo Malacocina & Andrea de Bartholucio habitatoribus castri prædicti consilio cum hostibus violento prœhabito, præfatos senem & complices eius ibidem prudenter & strenue intercipi procurauit. De quorum captionis euentu Rege consulto, licet in spectaculum seruari res opprobriose potuerit, quia tamen dignus non erat vita residuo, qui tam sibi quam pluribus aliis fuerat causa mortis, pœnas digne sortitur, quas iuste meruerat furcarum patibulo suspensus, interiit; & sequaces suos numero vndecim, quos Figmenti participes & officiorum iam assumptorum collegas habuerat, eiusdem supplicii non dimisit expertes.

42) SALLAS MALASPINA *lib. II. c. VII.* PIERVS ROCCHVS *p.* 58.

43) MATTHAEVS PARIS. ad a. 1260. p. 848. *hoc anno obiit Alexander Papa, cui successit Vrbanus 4. Hic prius extiterat Patriarcha Hierosolymitanus, & post coronationem suam, auxilio cruce signatorum, fugauit exercitum Romanorum, quem Manfredus intruserat in patrimonium sancti Petri. Hic contulit Carolo fratri Regis Francorum Regnum Siciliæ, & ex tunc reges Siculorum gestare cœperunt arma Regis Franciæ, eo pacto, vt Manfredum inde expelleret, quod & factum est.* Idem ad a. 1264. p. 851. *Carolus Comes in perpetuum vrbis Romanæ eligitur Senatorem. Cui Papa Vrbanus regnum Siciliæ, vsque ad quartum hæredem contulit, eo pacto vt illud auferret Manfredo.* MONACHVS PADVANVS *lib. III. p.* 620. GESTA FRIDERICI II. apud ECCARDVM Tom. I. p. 1131. Conditiones, sub quibus Vrbanus IV. Carolum Andegauensem regno Siciliæ inuestiri cupit, vide inter Vrbani IV. epistolas n. VII. VIII. Adde NIC. de CVRBIO *Vitam Innocentii c. XXXI.* apud MARTENE *Thes. Anecd. Tom. II. p.* 9. SALLAS MALASPINA lib. II. c. IX. *prædictum Prouinciæ Comitem elegerunt in Dominum & Senatorem vrbis perpetuum vocarunt. Hunc etiam Comitem dictus summus Pontifex, vt habeat operarium, per quem temporalem gladium seculariter exerceat, non absque Gebellinorum iactura multorum Regi prædicto procurabat opponere. Nam frequenter eidem Comiti regni Siciliæ, cuius ipse Rex pacifica, licet violenta, possessione gaudebat, certas per apostolica scripta & per nuntios etiam direxerat sponsiones, qui solemnitatis illius festiua gaudia fuerunt comitati.*

44) Hæc vberius narrat SALLAS MALASPINA *lib. II. c. X. XI. XII. XIII. XIV.*

45) SALLAS MALASPINA lib. II. c. XIV. *cumque agerentur prædicta, Dominus Vrbanus apud Perusium coecæ mortis morsibus expirauit. Et dum Ecclesiæ Deo volente celeri prouisione succurritur, eligitur in summum Pontificem Dominus Guido Fulcodii Sabinensis Episcopus; qui quondam expertus coniugales amplexus, in aduocationis officio Parisius tempus iuuentutis expenderat, tandem vitam clericalem assumens, Regis Franciæ Consiliarius & postmodum Narbonensis Archiepiscopus esse promeruit, & de huiusmodi præsulatu successiue fuit, eius crescentibus in honestate meritis, per dictum Dominum Vrbanum ad cardinalatus apicem euocatus. Demum vero summus Pontifex iam creatus vocari voluit Clemens quartus.*

46) SALLAS MALASPINA lib. II. c. XV. *hic namque vniuersalis antistes, cum esset Prouincialis, de sancto Aegidio scilicet oriundus, & a domo Franciæ, sub cuius fauore creuerat, multa & magna beneficia per bonorum incrementa continua suscepisset, fauet Karolo quantum potest, & bonorum ecclesiasticorum in Francia & Prouincia decimatione recepta, multos de ipsa decima equites cum dicto Karolo venturos in regnum soldat, aliisque concedit cruce signatorum veniam, quam concedere consueuit Ecclesia transfretantibus vltra mare. Sicque tota fere Gallia & Prouincia pro dicto Karolo, fauente Clemente postmodum, qui antea per Vrbanum de regni dominio perpetuam receperat cessionem, ad mactandum Regem Manfredum tanquam vitulum saginatum, quem eiusdem regni delitiæ delicate nutrierant, sollicitatione prouida concitatur.*

47) Hæc late narrat SALLAS MALASPINA *lib. II. c. XVII. & sqq. vsque ad finem.*

48) MATTHAEVS PARISIENSIS ad a. 1265. p. 856. *Carolus frater regis Francorum, Romam nauigio deuectus, a Domino Papa Clemente in regem Siciliæ coronatur. Multitudo Gallicorum cruce signata, contra Manfredum, habens capitaneos Guidonem Altisiodorensem Episcopum, & Robertum filium Comitis Flandriæ, & Bocardum Comitem Rindemicensem, in subsidium Caroli Romam venit,* MON. PADVANVS *lib. III. p.* 620. SALLAS MALSAPINA *lib. III. ineunte.*

49) Verba sunt PANDVLPHI COLLENVTII *lib. IV. p.* 197.

50) Qua ratione exercitum suum animauerit atque instruxerit, docet SALLAS MALASPINA *lib. III. cap. VI.* scribens: *reddite igitur vos cautos, sollicitos, & attentos, vt cum ad pugnam, quam non possumus euitare, veneritis, potius equos quam homines offendatis, feriatis & cum gladii cuspide, non* cum

tii 1266. cæsis ad internecionem eiusdem copiis, vincitur, 51) ipse in prœlio occumbit, 52) ipsiusque corpus repertum iuxta quandam Ecclesiam ruinosam in campo cladis sepelitur, congesto a Gallis magno lapidum aceruo. 53) Carolus inde Beneuentum cum triumpho ingreditur, atque inuento ibidem magno Manfredi thesauro eximie ditatur. 54) Galli vero direpta vrbe, nihil crudelitatis in eadem omiserunt. 55) Carolus etiam de tot ac tantis repertis thesauris multa & pretiosa dona Clementi Papæ transmittit. 56) Manfredi vxor erat Beatrix, Amadæi, Sabaudiæ Comitis filia, 57) hac defuncta, Helenam duxit filiam Vatazi Cumani Principis Græcorum. 58) Ex ista reliquit Constan-

cum acie, ita quod equis hostium vestris ictibus succumbentibus, nostrorum peditum prompta manus sessores equorum taliter prostratos ad terram & præ armorum grauedine lentos liberius excipiat & trucidet. Reguletur & aliter in primo conflictu probitas vestra. Singuli Milites singulos iuxta se pedites habeant, aut duo quilibet, si valeat, etiamsi non possit alios habere quam ribaldos. Hos enim tum pro interficiendis equis hostium, tum pro conferendis iis qui excutientur ab equis, experientia pugnæ valde necessarios & vtiles esse probat. Nostri quidem præ labore continuo extenuati macie non sunt adeo potentes & fortes quod nisi cum hostibus tempore pugnæ sagaciter vos iuuemus, valeant cum equis ipsorum hostium pari labore concurrere & longa cum eis in bello, si expedita, mora durare. Qua ratione suos animauerit Manfredus, idem docet cap. VIII.

51) ANONYMI CHRONICON *Siciliæ* Colbertinum c. XXXII. *prædictum R. Manfredum Comes Prouinciæ nomine Carolus debellauit & interfecit in proelio inter eos commisso Beneuentum in campo Palentino die Veneris 26. Febr. indictione A. D. 1265. & ipsum postea sepeliri fecit apud pontem Valentinum relicta in regno Arragonum ex dicto R. Manfrido filia superstite, nomine Constantia vxore tunc Petri R. Arragonum.* HENRICVS STERO ad a. 1266. *facta est 3. Non. Martii, congressio in Apulia, inter Karolum, fratrem Regis Franciæ, & Manfredum, Regem Siciliæ, & Manfredus deuictus occubuit.* CHRON. AVGVSTANVM, TRITHEMIVS *ad a.* 1265. MATTHEVS PARIS. ad a. 1267. p. 859. *eodem anno Carolus Rex Siciliæ ante Beneuentum pugnauit cum Manfredo, eumque deuicit & occidit, & ibi triumphum obtinuit gloriosum.* MONACHVS PADVANVS *lib. III. p.* 621. Hoc proelium GESTA FRIDERICI II. apud ECCARDVM *Tom. I. p.* 1137. prolixe describunt & SALLAS MALASPINA lib. III. cap. XI. *facta est igitur pugnantium tanta Strages, quod in campo pugnæ, quem omnia tegebant corpora occisorum, aliquid vacuum non remansit. Equorum corpora super hominem cadauera quiescebant. Vix cadauer integrum poterat inueniri, cum iacerent singula magnorum ictuum violentia mutilata, starentque sine figura proprior indistincta corpora diuersorum.*

52) SALLAS MALASPINA lib. III. cap. XIII. *interea quidam Miles Picardus sedens super Manfredi dextrarium, quem ipse Manfredus pridie bellando consederat, præuisus ab illis supra captis Comitibus & accersitus ab ipsis ex loco vbi Comites tenebantur, idem contra morem substitit patienter. Ii cum lacrymarum etiam fusione ac singultuosis suspiriis subsistentem Militem Picardum interrogant, & vbi sit ille Miles, cuius dictus dextrarius fuerat quem sedebat, & an bello corruerit, fueritque peremptus, an captus viuat & valeat, sciscitantur. Ad hæc, certificatus primo, qui & quales forent sciscitatores huiusmodi, Miles ipse respondit: Verum est, Domini, quod hostium nostrorum durante conflictu, ecce equi huius sessor vocem exaltans ad æthera, inculcata clamoribus murmura emittendo, cum quodam paruo Milite belli ruit in medium, & tam se animoso genti nostræ coniungit animo, quod si strenuos & fideles habuisset compugiles, vel maiorem nostræ gentis partem victorius subegisset, vel coegisset omnes plurimum laborare. Occurri ego inquam Militi tam animose proelium inuadenti, & a casu & fortuna caput huius dextrarii vulneraui cum lancea quam gestabam: Ex hoc quidem vulnere se in altum dextrarius erigens sessorem casualiter excussit ad terram, quem illico ribaldi exutum arma innumeris ictibus mallearunt. Pretiosum etiam strophæum quem cingebat en cum isto sonipede habui de ipsius spoliis & portaui.*

53) SALLAS MALASPINA c. l. *Formosum igitur corpus Manfredi exanime sublatum est de loco exitus, & ibi de prope iuxta quandam Ecclesiam ruinosam in eodem campo triumphi cum gloria depositum Gallicorum magno lapillorum & lapidum aceruo congeritur, conditur, & sine tumulo taliter sepelitur.*

54) SALLAS MALASPINA lib. III. c. XII. *Rex inquam Karolus, qui nondum de Manfredi obitu certus erat, post deuictum bellum statim ciuitatem Beneuentanam grandi triumpho victoriosus ascendit, & spolia pretiosa, quæ diu anxie affectarat, magis anxie complexatur, perfusus vndique gaudio, gazas innumeras comperit, & lætabundus excipit pretiosa nonnulla, quæ non solum Manfredus in proprio gazophylacio congregarat, sed & Conradus frater & Fredericus eius genitor in non modica congesserat quantitate, ac ex diuersis veteribus thesauris compositis monstruosis aceruis idem Manfredus adunarat. Nihilominus tamen Rex, quem faciebat sola rerum indigentia & diuturna penuria furibundum, thesauros multorum Comitum intactos reperit & recondit.*

55) De hoc vberius SALLAS MALASPINA *lib. III. c. XII.*

56) SALLAS MALASPINA cap. XIV. *vtatem Rex Karolus de copiosa & pretiosa quæ iam in eius dominii cesserat potestatem, matrem & dominam honoret Ecclesiam & de primitiis laborum suorum participem faciat patrem patrum & de sua venatione pater ipse prægustet, duos ceroferarios aureos sed idola manu facta comparata candelabris materia & opere, pondere quoque & arte pares, nec non faldistorium Cæsaris sedem imperialem aurea massa conflatam magaritis coruscantibus vndique circumseptum, quæ diu Augusti ad laudis & gloriæ fastigia imperialia ostendenda seruarat ærarium, Domino Clementi sanctæ memoriæ summo Pontifici pro grandis & cari muneris oblatione transmittit.*

57) SALLAS MALASPINA lib. I. Rer. Siculorum cap. I. *Fridericus tradidit Manfredo vxorem nobilem mulierem, natam Amedei Comitis Sabaudiæ, nomine Beatricem,* Contractus Matrimonii Chamberii d. 21. Aprilis 1247. extat apud du MONT *Corps Diplomatique Tom. I. p. I. p.* 195.

58) Idem lib. III. c. IV. *igitur Regina Beatrice naturæ debitum persoluente, Rex Manfredus cum Vatazo, viro in Græcia magnifico & illustri habens de parentela tractatum, tandem filiam eiusdem Vatazi puellam iam nubilem, in annis tamen iuuenilibus illustrem & prudentem, suis nuptiis adoptauit, ex qua postmodum filios suscepit & filias, ex quibus non nisi vna filia superuixit.* MONACHVS PADVANVS ad a. 1266. *ibidem etiam ipse Princeps Manfredus occubuit. - - Vxor autem eius, quæ filia erat Cumani Principis Græcorum capta fuit, dum anxie disponeret, audita morte mariti cum suis filiis in Græciam transfretare. Et cum fuisset hoc*

R. Ca-

ſtantiam Petro Arragoniæ Regi cum dote ingenti nuptam 59) & Beatricem, quæ poſt Manfredi necem a Barletenſibus capta, cum ingentibus illius theſauris Carolo Andegauenſi fuit tradita, & ad an. 1282. in Saluatoris Caſtri Maris carcere detenta, inde Petri Arragoniæ Regis precibus Manfredo Salutii Marchioni nupſit. 60)

§. VIII. Supererat igitur Conradinus, Friderici II. aui ſui & Conradi patris in Sueuiæ & Franconiæ Ducatu hæres legitimus. Hic circa annum 1253. natus, dum tempore mortis paternæ ſe tenellum adhuc & infantulum in cunis vagientem, & nondum nutricis ab vberibus ablactatum ſe fuiſſe, ipſe profiteatur, 61) a matre Eliſabetha Landshutæ fuit educatus 62) Poſtquam in prœlio ad Beneuentum occiſus fuiſſet Manfredus, & Galli Neapolitanis atque Siculis nimis graues eſſent, 63) Galuanus & Fredericus Comites, Corradus Capicius & Marinus eius frater de Neapoli, quibus Carolus Rex veniam indulſerat, in Alemanniam veniunt, ad excitandum Conradinum, ab omnibus Gibellinis etiam & Ciuitatibus prædictarum prouinciarum ſolennes nuntii ad ipſum deſtinantur, pecuniam, aliaque neceſſaria ipſi offerentes. Conradinus igitur ſub Regis Siciliæ titulo, per Italiam litteras ſpargit & nuntios, & ſuum aduentum celerem ſore prænuntiat. 64) Conradus etiam Capicius de generali Capitania & Vicariatu Siciliæ litteras cum Conradini ſigillo obtinet. Turbas Romæ mouebant Fridericus & Henricus, Hiſpaniæ Principes, Alphonſi ſapientis fratres, Ferdinandi Sancti filii, quorum iſte cum Conrado Capucio cum galea Piſanorum armata Tuniſium transfretabat, ad impetranda pro Conradino auxilia, 65) Henricus vero, qui antea a partibus Caroli, cui arctiſſima ſocietate coniunctus erat, ſteterat magnam pecuniæ vim mutuo dederat, indeque ſpem aliquam Regni Sardiniæ acceperat: orta autem Romæ ſeditione, ad eam ſedandam vocatus, vrbiſque Senator conſtitutus, pacata illa, ſpe Sardiniæ obtinendæ excidit, neque pecuniam a Carolo recipiens, factionem illis fouebat contrariam, diuerſos Proceres Guelphicæ factionis amice in Capitolium euocatos in eodem detinebat captiuos, diuerſa monaſteria & ſacriſtias effringebat, inde ſacras veſtes, vaſa aurea atque argentea, & quæuis pretioſa diripit & aſportabat. 66) Capitium etiam cum Piſanorum naui in Africam mittebat, ad euocandum Fridericum fratrem, qui maturata re cum 800 militibus in Siciliam tranſierunt. 67)

§. IX. Dum hæc agerentur, Alexander IV. Papa omnibus modis adlaborabat, ne in Regem Romanorum eligeretur Conradinus. 68) Id quod Clemens IV. Papa, datis ad Wernherum Moguntinum Archiepiſcopum a. 1266. litteris confirmat, hisce, qui ipſum eli-

R. Carolo nuntiatum, fecit eam ſimul cum filiis in quodam caſtro recludi.

59) SALLAS MALASPINA lib. II. c. VI. *R. Manfredus filiam ſuam Conſtantiam, quam ex prima conſorte ſua Beatrice, filia quondam A. Comitis Sabaudiæ, Imperatore viuente, ſuſceperat, Domino Petro primogenito dictæ R. Arragonum ſolenni matrimonio copulauit. Prolixius hæc enarrat* IO. MARIANA de Reb. Hiſpaniæ lib. XIII. c. XIII. *Conſtantia filia Petro Aragoniæ iuuentutis Principi in coniugium oblata. Miſſi Barcinonem ea de re legati. Regi Aragonio (Iacobo patri) conditio, quæ offerebatur, non aſpernanda viſa eſt, puella dotis nomine duodecim auri myriades, ingens ea tempeſtate pretium, & regni Siculi haud dubiam ſpem cum Manfredus maſcula prole careret, in Aragoniam regiam inferebat. Re conſtituta miſſus ad Alexandrum Pontificem legatus Raymundus Pennafortius e Dominicano ordine, vir prudens, eruditus & ſanctus: qui pro ea auctoritate, qua valebat maxime, Pontificem cum Manfredo in pace poneret. Pontifex eius oratione nihil moueri, ſed Manfredo non modo vt iniuſto Principi, ſed vt notho atque impio, dira omnia minari, tum alia crimini dare: tum illud expoſtulare maxime, quod legitimi Regis atque propinqui obitu ſimulato, per fraudes regnum occupaſſet &c. Ea res ancipitem ac ſuſpenſum tenuit Aragonii regis animum, vicit tamen vtilitas honeſtatem pactaque nuptiarum Montpellerii in D. Mariæ omni lætitiæ ſignificatione & ludis celebrata, anno MCCLXII.* Indices Rerum ab Aragoniæ Regibus geſtarum *Tom. III. Hiſpaniæ illuſtratæ p.* 98. 99. diem harum nuptiarum XII. Kal. Iulii prodiderunt. Sic etiam Petrus Rex Arragoniæ in reſponſione ad Ep. Caroli R. Siciliæ apud PETRVM de VINEIS lib. I. c. XXXIX. *inflatus tenor epiſtolæ tuæ præfatæ oſtendit R. Manfredi, quondam ſoceri noſtri, nobilem potentiam in acie concluſam: ac R. Conradini, affinis noſtri, floridam adoleſcentiam ſpiculatoris gladio ac iniuſto iudicio peremtam . . iuſtam namque cauſſam fouemus. Namque hæreditaria iura regni Siciliæ, Ducatus Apuliæ, & Capuæ Principatus, ſereniſſimæ Dominæ vxoris noſtræ, filiæ R. Manfredi amitæ R. Conradi proſequimur.*

60) PIRRVS ROCCHVS *p.* 59.

61) In Querimonia ad Principes Germaniæ loco ſupra §. *VI.* citato.

62) AVENTINVS *lib. VII. c. VII. n.* 2.

63) Prout late deſcribit SALLAS MALASPINA *lib. III. c. XV.*

64) *c. l. c. XVII.*

65) *c. l. c. XVIII. XIX.*

66) *c. l. c. XX. XXI.*

67) Hæc vberius narrat L. MARINEVS *de reb. Hiſpaniæ lib. XI. p.* 388.

68) Extat de eo epiſtola Alexandri ad Gerhardum Moguntinum ſcripta in CHERVBINI *Magno Bullario Romano Tom. I. p.* 137. & in *Prodromo Leibnitii Codicis Diplomatici n.* 13. in qua hæc verba: *& ideo de Conrado puero nato quondam Conradi, prædicti Friderici filii, eſt præcauendum omnino, nec vllo modo intendatur ad Eum, nec nominetur ad hoc, nec aliquatenus eligatur: maxime, cum propter infantiam, nimiumque defectum ætatis, ſit ad iſta prorſus inhabilis, ac ineligibilis penitus, puer ipſe: nec Ius, quod ex Electione prouenire, vel conſurgere conſueuit, ſibi poſſet competere, nec in ſuam cadere, vel retineri, perſona, cum propter puerilem ætatem, quæ diſcretione caret, & legitimum conſenſum, vel diſſenſum non habet, Electioni, ſi de ipſo fieret, conſentire non poſſet: nec ipſius conſenſus aliquam haberet efficaciam, vel vigorem. Et ex eo etiam idem Puer in Regem eligi, vel nominari non debet, quia, cum per Electionem huiusmodi, de Aduocato, vel defenſore idoneo, debeat Eccleſia prouideri, & ipſe Puer ſit omnino ineptus & inutilis, ad talis defenſionis officium, ſeu miniſterium exequendum, oporteret eandem Eccleſiam, ſi contingeret eligi dictum Puerum, manere*

eligere vellent, excommunicationem minatus. 69) Conradinus vero Romanorum, Pisanorum, Senensium, Papiensium & Veronensium litteris & nuntiis excitatus, ad recuperandum paternum regnum cœpit cordis desiderium ardentissime applicare. Tunc Principes Alemanniæ, de quorum amicitia confidebat, ad Colloquium inuitauit. Post multa hinc inde proposita, est tandem, maiorum consilio definitum, quod ipse sine mora, deberet in Italiam proficisci. Protinus egregius adolescens, a. 1267. cum auxilio amicorum, exercitum congregauit, descendensque de Alemannia, venit Veronam, comitantibus eum Duce Bauariæ, auunculo suo, Meinhardo III. Comite Tirolensi, qui matrem ipsius duxerat in vxorem, & Friderico Austriaco. Anno 1268. Conradinus exiens de Verona, cum electa manu militum fluuium Minciam & Oleam transuadauit, & per districtum Cremonæ, Papiam perrexit, nullo audente ipsius transitum impedire. Cum igitur, famæ testimonio, Conradinum venisse Pisas, fuisset per Italiam declaratum, de Lombardia, Tuscia, & aliis regionibus, confluxit ad eum militum maxima multitudo, qui potentiam Regis Caroli deprimere, & Conradinum sublimare, pro viribus adfectabant. 70) Inde Romam ingreditur, vbi gloriose, tanquam Imperator, cum magno triumpho suscipitur; Papa tunc apud Viterbium existente, ipsumque durissima sententia excommunicante, cuius excommunicationem parui pendebat. 71)

§. X. Fama igitur de Conradini aduentu 72) ad Conradum Capacium & Fridericum, qui adhuc erant apud Tunisium, euolante, statim sub fauore Regis Tunisii, cum ducentis Hispanis, totidem Teutonicis, & quadringentis Tuscis stipendiariis, duabus nauibus in Siciliam transfretabant. Conradus etiam plures prouincias in Conradini redegit potestatem, Pisani, Romam viginti quatuor præmittebant galeas armatas in subsidium Conradini, quibus dum Messanenses classem opponerent, vincuntur. Inde, postquam Gibellini ipsi accessissent, in Apuliam mouens, obuiam cum magno exercitu habuit Carolum. Conuenerunt vtrique exercitus IX. Kl. Septembris 1168. ad Aquilam Apuliæ vrbem in campo Palentino, prope Fucinum lacum in Marsorum regione. 73) Carolus tres militum acies instruxerat.

manere diutius non absque grauibus forte dispendiis, defensionis commodo destitutum. Nec per hoc etiam consuleretur amplo & spatioso Regno Theutonico, de Rege vel Rectore condigno, cum male possit alios regere, qui non nouit gubernare se ipsum; nec bene vel digne aliorum gubernaculo præesse valeat; qui regimine ducitur alieno, & cui, propter tot patenter defectus, necessaria est alterius custodia & tutela.

69) Extat Epistola in SCHANNATI *Vindemiis litterariis* inter Diplomata *n. LVIII.* in quibus: *ceterum quantum Ecclesiam flagellauerit, quantum concusserit, quot pro Bonis ei Mala reddiderit Domus Imperatoris Friderici nedum Ecclesiis & Principibus Alemanniæ notum exstitit, sed & Mundo notorium vniuerso: vnde iusto damnatus Iudicio, & tam Imperii quam Regni Siciliæ Iure pariter & Honore priuatus Diem miserabiliter claudens extremum sui tenuem reliquit Memoriam, cum sublatis e medio filiis in Domo tanti Nominis vnica tantum scintilla remansit Aetatis adhuc teneræ, præmatura tamen malitiæ, prout fida relatione didicimus, Conradinum.* Et paullo post: *porro non sine magna Cordis Amaritudine nuper recepimus, quod Nonnulli ex his Principibus & Prælatis, ad quod Ius pertinet Eligendi Romanorum Regem ad Imperatorem postmodum promouendum, in eam venerint audaciam vt super electione Conradini eiusdem ad Imperium, occultos audeant & apertos inire Tractatus suæ salutis immemores, Hostes Iustitiæ & Quietis publicæ Turbatores, cum deberent non solum attendere, quod assumere ineligibilem nulli liceat, verum etiam diligenter aduertere quomodo nunc eis paratum quemlibet & omni exceptione Maiorem liceret eligere, maxime pendente duarum Electionum Negotio coram Nobis, quæ fuerunt de Karissimis in Christo Filiis nostris Rege Castellæ & Richardo Rege Cornubiæ Viris Illustribus & Magnificis per eos ad quos ius eligendi pertinet, in discordia celebratæ, hunc autem probat esse ineligibilem Aetatis infirmitas, quæ inhabilem eum efficit ad Honores, cuius etiamsi legitimum Terminum attigisset, cum tamen talem eligi non deceret, qui de Persecutoribus Ecclesiæ manifestis tam Veteribus quam Modernis trahens Originem, iuste posset hac sola ratione repelli.*

70) Verba plerumque sunt MONACHI PADVANI *lib. III. p. 623.* SALLAS MALASPINA lib. IV. ineunte. *Iam inter hæc Corradinus vnacum filio Ducis Austriæ quodam modo sibi æquiuocum Theutonicorum manu in Lombardiam de Alamannis venerat, vbi aliquantulum moram trahens, omnium fautorum quondam Manfredi patrui sui tam de Tuscia quam de Lombardia recepit tunc & recepta meditatione diligenter recensuit quondam per litteras oblata subsidia.*

71) H. STERO ad a. 1268. *Conradus Rex, inuitatus diu a Lombardis & Apulis, priori anno Italiam ingressus, adhærentibus & fauentibus sibi plurimis Ciuitatibus, Romam ingreditur, ibi gloriose, tanquam Imperator, cum magno triumpho suscipitur, Domino Papa tunc apud Viterbium existente, parui pendens Papæ excommunicationem.* SALLAS MALASPINA c. l. *vnde contra monitiones, mandata, & inhibitiones tandem expressas Romanæ sedis antistitis, cuius anathematis & excommunicationis sententias mente iuuenili temere in hac parte contempsit, Romam quantum potest citius venire festinat.* Extat sententia excommunicationis apud RAYNOLDVM *Annalibus ad a.* 1268. *n.* 21. Quanta vero solennitate idem Romæ fuerit exceptus, describit *lib. IV. c. VI.*

72) IORDANVS in Historia Msta dicit; de Clemente; *Hic de palatio suo vbi erat Viterbii, videns transeuntem Conradini militiam quasi prophetando ait, dolendum super tali puero qui taliter seductus ducetur ad victimam,* apud RAYNALDVM *n.* 20.

73) Locum & tempus prœlii optime definit MONACHVS PADVANVS *lib. III. p. 624.* scribens: *firmata itaque coniuratione inter eos, vnanimiter contra Regem Carolum præliaturi egressi sunt ex vrbe Conradinus cum suo exercitu, & Senator cum eo cum multitudine militum & peditum Romanorum, & versus Apuliam properantes, castra non longe a ciuitate Aquila posuerunt. Rex autem in eorum occursum cum exercitu valido properauit, & nona die exeuntis Augusti in campo Palentino direxit triplicem aciem contra eos. Similiter aduersarii de sua multitudine confidentes, contra Regem suas acies direxerant; Commissumque est bellum lachrymabile & horrendum, in quo proh dolor multus ex vtraque parte sanguis hominum est effusus. In primo*

nam-

rat. Prima fuit Prouincialium & quorundam Romanorum, quibus primus indictus est aggressus, cui præerat Iacobus de Gaucelmo. Secunda Gallicorum quamplurium, qui sub stipendiis militabant, cui præerat Regius Mareschallus, Tertia octingentorum nobilium strenuorum, qui totum Regis, si expediret, exercitum poterant releuare ruentem, quam ipse Carolus ducebat. Ex aduerso, Conradinus duas tantum suorum militum fecit alas. Primam aciem sequebantur Hispani, qui fuerant cum Domino Henrico profecti & Lombardi, quorum dux erat Galuanus, & Tusci sub Ducatu Comitis Gerardi de Pisis. Secundus vero exercitus sub ipsius Conradini ductu erat Teutonicorum. Galli primum in fugam conuertebantur, fugiens etiam Iacobus de Gaucelmo Aquilæ substitit, & alii per loca diuersa excedentes a castris, tuta capessunt receptacula, si qua possunt, plenaque vasis argenteis, armis, tapetibus, & rebus decoris innumeris tentoria Teutonicis relinquunt. Omni igitur Conradini exercitu per campos apertos effuso, per castra pauida fame volauit, quod primatibus exercitus Regis Caroli vna cæde peremptis, Rex ipse Carolus captus esset. Tunc enim Mareschallus ipsius hostium manibus erat interceptus, quem Conradinus de Comitum Lombardorum consilio, infra septa castrorum fecerat durante proelio, capite mulctari, ex quo verisimilis fama resultabat, quod Rex capite fuerit mutilatus. Ast, dum prædæ inhiaret Conradini exercitus, Galli viribus resumptis, illos adgrediuntur & insigni potiuntur victoria. Conradinus arrepta fuga, Romam petit, ibi parum securum se cernens, Pisas reuertitur. Verum, Iohannes de Frangipanis Dominus Austuræ, Conradinum multipliciter fatigatum multoque metu confectum insequitur & inuadit, capit & reducit ad terram, quem Classis Caroli præfectus, Robertus de Lauria ipsi extorquet atque Carolo Andegauensi præsentat, qui ipsum vinctum ducit Neapolim, vt ibi secundum legem eum faciat iudicari. 74)

§. XI.

namque belli congressu dua Regis acies terribili hostium impetu sunt prostrata pariter & fugata, occiso crudeliter Marescalco, quem propter strenuitatem personæ ac ornatum armorum esse Regem Carolum existimabant. Iamque milites Conradini, quasi securi de victoria ad inuadendum saumarios & detinenda occisorum spolia insistebant. Plenius vero locum desiniuit PAND. COLLENVTIVS *lib. IV. p.* 212. scribens de Conradino: *iamque in Marsorum planiciem ad Fucinum Cellanumue lacum descenderat, cum certior factus est, Carolum sibi obuiam progredi, nec ita procul illinc abesse: itaque instructa acie & militari ordine obseruato, iam progredi cæpit, relictisque ad dextram Aquaductibus murisque, quibus ex eo lacu aqua Romam deriuabatur, in Palentinam planiciem, supra lacum, eo animo vt illic cum illo dimicaret, peruenit. Hac a dextra lacum habet, a sinistra Marsorum montes altissimos, & a fronte itidem colle clauditur: cuius initium ab vrbe Alba est, a qua mille trecentos circiter passus exporrigitur. Intra collem, eum vallis est quædam, mille circiter passus exporrecta, & Palentina planiciei respectu ita sita, vt ex illa eorum quæ in valle sunt nihil conspici possit.* Diem prœlii MONACHVS PADVANVS definit nonam diem exeuntis Augusti, quod de IX. Kl. Septembris interpretor, licet COLLENVTIVS *p.* 213. dicat, quinto Calend. Septemb. qui dies Diuo Augustino sacer est, siue die XXVIII. Augusti.

74) Hæc singula vberius exponit SALLAS MALASPINA *lib. IV. a cap. I. ad XVI.* Sic MONACHVS PADVANVS lib. III. p. 624. *Conradinus vero fugiens de bello quidem euasit: sed dum de loco ad locum tremebundus transiret: deficiente sibi consilio euadendi, tandem incidit in manus quorundam ciuium Romanorum, qui pro immensa pecunia quantitate ipsum Regi potentissimo tradiderunt.* MATTHAEVS PARIS. ad a. 1269. p. 857. *Conradinus eo tempore, nepos Frederici olim Imperatoris ex filio Conrado, patruo suo Manfredo mortuo, aspirans ad regnum Siciliæ, auxilio Teutonicorum, adiunctis eis Lombardis quamplurimis, atque Tuscis, Romam vsque peruenit. Vbi quum Imperiali more solemniter receptus fuisset, associato sibi Senatore Vrbis Henrico fratre regis Castellæ, & Romanis plurimis, contra Regem Carolum, Apuliam manu forti intrauit. Sed post durum campestre bellum, Conradinus cum suis terga vertentibus capitur; & cum multis de sanguine suo nobilibus, iussu regis Caroli decollatur.* FRAGM. HISTORICVM *p.* 93. ad annum 1268. ALBERTVS ARGENTINENSIS p. 98. *Innocentius autem Papa quartus, qui Fridericum deposuit, Carolum Martellum Comitem Prouinciæ, fratrem scilicet Regis Franciæ, constituit Siciliæ Regem: contra quem Cunradinus nepos Friderici ex Conrado filio suo, veniens in Italiam cum Duce Austriæ, & magna multitudine Germanorum, cum Carolo iniuit conflictum: victoque per Germanos Caroli exercitu & fugato, Germani prædam fugientium insequentes, Cunradinum cum Duce & paucissimis reliquerunt. Quod videns Carolus, qui se in montem cum magna parte exercitus sui receperat, vt videret recessus Germanorum: Cunradinum quasi desolatum inuasit. Quo cum Duce & quibusdam aliis capto, indeque abducto, exercitus eius dispersus ob prædam, miserabiliter fugatus est & occisus.* LEV. A NORTHOF *Chron. Com. de Marca p.* 390. P. LANGIVS *Chron. Citic. ad a.* 1268. CHRONICON AVSTRALE male ad a. 1269. refert. CHRON. ELWANGENSE ad a. 1267. Singulare est, quod de Conradini captiuitate scribit AENEAS SYLVIVS *Hist. Friderici III. p.* 98. & ex eo COLLENVTIVS lib. IV. p. 215. *Conradinus autem & Austriæ Dux miselli Iuuenes Caluano Lancea, Galeotto eius filio, & alio insuper stabulario seruo comitati, agasonum habitu induti, tres dies iam per saltus hinc inde oberrauerant. Cumque nescirent in quam partem contendendum esset, forte non procul a Romano littore in syluam supra Asturam Vrbem peruenientes, inuenere ibi nauiculam cum Piscatore quodam, eumque rogarunt multa quidem promittentes, vt ipsos ad Senensium vsque aut Pisanorum littora deueheret. Piscator conditionem suscepit: cumque pane indigerent, & illorum nemo pecuniam haberet, annulum piscatori tradiderunt, vt eo oppignorato emere posset panem qui in naui necessarius foret. Ille igitur in Vrbem Asturam ingressus, de annuli precio pecuniam, pro eo accepturus, sciscitatur, & inter cætera (vt fieri solet) narrat etiam quemadmodum bini adolescentes egregio aspectu, sed turpi admodum vestitu ad sese venerint, & nauim conduxerint: deinde accepto pane ad nauiculam reuertitur, assumptisque iis institutum iter ingreditur. Sed fama de binis adolescentibus a piscatore sparsa per vrbem, ad Ioannis Frangipanis nobilis Romani, qui Asturæ imperabat, aures peruenit: qui statim conüciens vnum ex illis esse Conradinum, a Carolo tanto studio quæsitum, magnam triremem*

§. XI. Carolus autem quid de captiuis faceret, nescius, Papæ petiit consilium, qui ad ipsum scripserat: *Vita Conradini mors Caroli: mors Conradini vita Caroli.* 75) Ne igitur in propria causa iudicare videretur, ex præcipuis Ciuitatibus terræ Laboris & principatus syndicos duos, bonos viros ex qualibet terra pro Conradini sententia Neapolim conuocat, 76) atque contra Conradinum, Ducem Austriæ & Comitem Gerhardum de Pisis apud Neapolim mortis sententia fuit promulgata, ibique in Campo fori iuxta Eremitarum locum, vna cum Friderico, vltimo Duce Austriaco IV. Kl. Nouembris 77) manu lictoris capite tuncatur, corpora sic obtruncata tumulantur, lapidum cumulus obiicitur loco

instruxit, eamque piscatoris nauiculam persequi iussit, ac sine vllo labore miseros principes statim cepit, Asturamque pertraxit. Carolus vero de Conradini captiuitate subito certior factus, Asturam magna cum celeritate terra marique obsedit. Siue autem id in eum finem fecerit, vt Ioannes Frangipanius veluti coactus excusari posset, vti quidam asserunt: siue quod re vera tanto desiderio capiendi Conradini teneretur, simulque metueret, ne ille aliqua ratione euaderet: tantum certe effecit, vt mox illum in sua potestate, vna cum omnibus comitibus, habuerit: eosque captiuos secum ducens, Romam profectus est, ad componendas illius vrbis res, vbi suo loco reliquit Iacobum Cantelanum Senatorem. Idem dicit THOMAS FAZELLVS de Rebus Siculis *poster. Dec. lib. VIII. c. III. p.* 448. PALATIVS de *gestis Pontificum Tom. III. p.* 45.

75) ALBERTVS ARGENTORATENSIS p. 98. *scripsit autem Carolus Clementi tum Papæ existenti, quid faciundum esset de Cunradino capto. Qui rescripsit eidem, quia ei fauebat: Vita Cunradini, mors Caroli; mors Cunradini, vita Caroli. Quo scripto viso, statim Carolus Cunradinum cum Duce Austriæ & cæteris decollauit.* Idem dicit HENRICVS GVNDELFINGIVS *in appendice Historiæ Austriacæ* apud LAMBECIVM *Comment. Bibl. Vindob. lib. II. c. VI.* & ex eo PAND. COLLENVTIVS *lib. IV. p. 217.* IO. ANT. SVMMONTE quidem *lib. II. Hist. Neapol.* H. SPONDANVS *Tom. I. Contin. Ann. Baronii p. 237.* & FRANC. PAGI *Breuiar. Pontificum Tom. III. p. 382.* hæc refellunt, putantes, Clementem IV. iamdum fuisse extinctum. RAYNALDVS etiam *Annal. ad a. 1268. n. 34.* hanc crudelitatis maculam clementissimo Papæ adspergi haut debere autumat. Sed priores isti Conradini necem in annum 1269. referunt, quæ tamen a. 1268. fuit facta, mense Octobri, dum mense Nouembri Clemens fuerit defunctus, prout HENRICVS STERO nos docet *ad a. 1268.* postquam Conradini necem exposuisset, scribens: *subsequenter in eodem mense Nouembri, in die S. Chrysogoni moritur Clemens Papa, qui quoniam in papatu nunquam Romam intrauerat, in loco vbi tam diu steterat, videlicet in Viterbio sepelitur.* Neque tamen a crudelitatis macula ipsum Clementem fuisse alienum, durissimam contraipsum lata sententia docet. Et licet LAVR. PIGNORIVS in notis ad Albertini Mussati Historiam Henric. VII. p. 23. ex Chron. Msto adducat: *item obiit a. 1268. Dominus Papa Viterbium in die Sanctorum Vitalis & Agricolæ: & infirmatur Mense Nouembri iuxta horam nonam die Sabbati nono exeunte. Et iacet ad Ecclesiam maiorem Sancti Laurentii, & in sequenti die mortis Papæ decapitati fuerunt Curradinum Regem & Ducem Austriæ, & Gerardum Comitem Pisanorum & duo in vna fouea & alter ad pedes,* nihilominus tamen consilium Clementis locum habere potuit. Quare etiam GVNDLINGIANA *p. V. n. II. §. XXXVI.* idem consilium Clementi tribuunt.

76) SALLAS MALASPINA lib. IV. c. XVI. *ex generosis ciuitatibus terræ Laboris & principatus Syndicos duos bonos viros ex qualibet terra pro Conradini sententia Neapolim conuocauit, vt non suum quod acturus erat de Conradino iudicium videretur, sed potius hominum de contractu. Fortassis enim circa hoc conscientia mordebatur, quod eum captum de iure non posset vltimo damnare supplicio, qui eiusdem Regis hostis fuerat manifestus. Sed volebat, quod prædictorum periret iudicio, & eorum sententia sanciretur, quorum spolia occupare & temerarie arripere intentarat.* TRISTANVS CALCHVS Hist. Patriæ lib. XVI. p. 355. *quibus sic in potestatem redactis inauditi in terrarum orbe facinoris deliberatio sumitur, Consilium peritorum Iuris vocat Carolus; &, quod supplicium inferret, quærit, inuasori Regni, seu quietis perturbatori, & Sacrarum ædium prædoni. Cum variæ, ambiguaque sententiæ dicerentur, Guido Suzaria vir præcipuæ doctrinæ ac existimationis, inmitiorem partem inclinatus, docuit; eam nec læsæ Maiestatis argui merito posse, qui auitum regnum quoquomodo repetiisset, & ab aliis occupatum vindicare conatus esset: quod inclinante fortuna sua digredi prælio maluit, vt simul hominum cædem deuitaret, templorum quoque direptiones imputari ei non debere, sed intemperantiæ & licentiæ militari, & improbitati eorum, qui fere sine stipendiis castra sponte sequuntur. Sed apud eundem, & læsum & Iudicem, & in vindictam ardentem non valuere elegantia, & e media iuris disciplina petita verba. Nec deerant, qui ei assentientes animaduerti in reos debere censerent. Sic veluti publico iudicio damnatos capitali pœna addixit.*

77) Diem nos docet H. STERO *ad an. 1268.* dicens: *apud Neapolim, iussu prædicti Karoli, decollatur, 4. Kalend. Nouembr. feria secunda. Cum ipso etiam tunc decollatus est Fridericus, Dux, filius Hermanni, quondam Marchionis de Paden, Ducis Austriæ, de quo spes non modica fuerat, quod deberet aliquando Paternos Ducatus, Austriæ videlicet & Styriæ, obtinere.* PANDVLPHVS COLLENVTIVS *lib. IV. pag. 218.* mortem eius hoc modo describit: *pronunciata iam sententia, Conradinus, vti Neapolitanus quidam Iurisconsultus testatur, ad Protonotarium conuersus: serue nequissime, inquit, serue nequissime, ita ne Regis filium damnasti? an nescis neminem in eum qui sibi par est, Imperium habere? deinde negauit se vllam Ecclesiæ iniuriam vnquam inferre voluisse: sed Regnum id tantum occupare, quod sibi deberetur, & iniquissime fuisset denegatum: ac sperare mortem suam a matris familia, suis Germanis, Bauariæ Ducibus cæterisque cognatis minime latam iri inultam: quibus dictis, Chirothecam ex altera manu tractam veluti signum legationis, versus populum proiecit, & asseruit heredem se instituere Federicum Castellanum amitæ suæ filium: atque hæc Chirotheca, vti testatur Pius Pontifex, excepta, ac Petro Arragonico postea allata fuit. Quibus peractis amputatum caput est, primum quidem Austriæ Duci: Conradinus vero id, quod etiam amputatum, bis Mariæ nomen inclamasse dicitur, complectens exosculatus est, & pectori suo admouens infortunium deplorabat, ac se ipsum accusabat, quod illum ex materno complexu quodammodo abstractum in tantas angustias secum adduxisset, & illius interitus causa extitisset. Tum flexis genubus, dum debitorum remissionem a Deo peteret, ei collum percutitur: ac post illum etiam Girardo Nurmaisi Comiti: sed ministro, qui Conradino caput amputarat, alter statim præparatus fuit, qui ei ceruicem itidem feriret: ne vnquam posset gloriari, se illius sanguinem fudisse, qui e tanta familia natus fuisset.* Hunc sequitur GERH. A ROO *lib. I. pag. 18. 19.* IOS. RIPAMONTIVS *Histor. a Philippo II. regnante lib. IV. p. 1162.* SPONDANVS *ad a. 1269.* TRITHEMIVS *Chron. Hirs.*

loco tumuli, licet opinio sit multorum, quod fratres illius loci vel ex deuotione vel pietate materna ducti, seu prece pretioue commoti, ossa Conradini clandestino exhumauerint, matrique destinauerint. 78) Cum Conradino defecit stirps Sueuorum Hohenstaufica. 79) Quod vero proiecta chirotheca, primum Fridericum Castellanum declarauerit successorem, quæ deinde ad Petrum Arragoniæ Regem fuerit delata, prout tradit AENEAS SYLVIVS, 80) & COLLENVTIVS, non adeo certum esse videtur, dum potius post vesperas Siculas Petrus, Arragoniæ Rex, qui Manfredi filiam Constantiam habebat in matrimonio, tanquam ex iure successionis legitimæ, in regnum fuerit euocatus. 81) Post ipsius tamen mortem, ope Teutonicorum surrexit fabri filius, Stock dictus, qui se Conradinum esse dixit, qui tamen post octo menses, de exercitu se subtraxit, ad incudem paternam fuit reuersus, postmodum decollatus. 82)

Hirs. hanc mortem ad a. 1267. refert & Scriptores Neapolitani. RAYNALDVS etiam *Annalibus ad a. 1298. n. 31.* testatur, ex Villano, Clementem Papam dum Viterbii ad populum concionaretur, quasi in diuinam ecstasin abreptum aliquamdiu hæsisse, tum inclamare cœpisse: *Procurrite, capite hostes Ecclesiæ qui fusi, ac fugati sunt.* Tale autem Conradino factum fuit Epitaphium.

Asturis vngue Leo pullum rapiens Aquilinum,
hic deplumauit acephalumque dedit.

78) SALLAS MALASPINA *c. l.*

79) GERH. A ROO *Hist. Austr. lib. I. pag. 20.* PAND. COLLENVTIVS lib. IV. p. 220. *ac talis quidem exitus Conradini adolescentis fuit, miserandus sane, & non sine omnium astantium lacrymis conspectus: cum quo simul etiam finem habuit nobilissima Sueuorum familia, quæ paterno maternoque genere, iam inde a Clodoueis Carolisque Galliæ Regibus, & Imperatoribus Bauaris, tum in Gallia, tum in Germania, multos Imperatores, Reges, Duces, aliosque innumeros Principes produxerat, & proinde alias Germaniæ familias quascunque nobilitate facile superabat.* SALLAS MALASPINA lib. IV. c. XVI. *Posteritas igitur Frederici, cuius æmula quasi fuit transgressio genitoris, tanquam succedens criminibus auitis, euanuit, nullo de suo satellitio superstite remanente.* Martinus Papa in sententia excommunicationis in Petrum, Arragoniæ Regem apud EBERHARDVM ad a. 1282. *grauibus ergo & enormibus admodum, per potentiam & malitiam eorundem iniuriis irrogatis Ecclesiæ, ipsaque in suis afflicta multipliciter fidelibus respexit altissimus: sponsam suam & conuertens illi nubilum in serenum, scelestam prædicti Friderici domum, quæ consueuerat quantumuis multis abundare personis, sic pæne redegit in nihilum, sic illam iacturam vltimo dissipationis oppressit, vt de ipsa non scintilla vna remaneret.* Addi hic meretur ADAMI REISNERI *Historia von den letzten Hertzogen in Schwaben.* Supererat quidem adhuc Entius, de quo supra *Sect. VI. §. XXIX.* verum captiuus detinebatur a Bononiensibus.

80) Hist. Friderici III. p. 38. *Conradinum sic loquentem inducit: Sin causa mortis iniusta est, in Aragonenses hanc coronam transferant; de tam scelerata gente pœnas sumant: Nam & ego, si quid iuris in Regno Siciliæ apud me est, Petro Aragonensi vltima voluntate relinquo, atque chirothecam in medium proiecit, velut signum traditi regni, illam postea miles quispiam colligens, Regi Aragonum tradidit.* Sequitur COLLENVTIVS *lib. IV. pag. 218.* loco supra adlegato. CRVSIVS *Ann. Sueu. lib. III. p. III. p. 118.* Hæc etiam vberius refellit TENTZELIVS *Friderico Forti Sect. I. §. XVI. XVII. XIX.* potius putant Conradinum, Fridericum Fortem Misniæ Marchionem, cuius mater Margaretha Conradini fuerit amita, declarauisse hæredem.

81) Adgnouit hoc HENRICVS EREMITA in litteris ad Robertum Regem apud NICOLAVM SPECIALEM *lib. VII. c. IX. nec mora, venit in Italiam adolescens generosi sanguinis Conradinus, Conradi Regis filius, sperans se, vt humana iura videbantur innuere, suis parentibus successurum, atque ipsum Regem Carolum prouocauit in bellum; in quo si qua sunt humanæ rationis iudicia & caussarum meritis & potentia suorum militum compensatis obtinere debeat; sed quia penes iudicem illum, quem nulla quidem argumenta decipiunt aliter visum erat, aunt tuus victor emicuit regnauitque in eodem regno Siciliæ annis decem septem, & vt creditur, propter immanitatem eius, præcipue, quia iam dictum Conradinum quem viuentem habuit, crudeliter decalcauit, meruit & ipse pro se suisque heredibus regni capite decaluari. Quod, mi frater, & fili carissime, satis euidenter apparet, quoniam insurrexerint Siculi pari voto, plenitudine temporis veniente contra eundem Regem auum tuum & suos, suumque dominium de insula eiecerunt, Petrum Regem Aragonum maritum Constanciæ, quæ propter carentiam virilis prolis Manfrido patri suo succedere debuerat, ex quorum coniugio numerosa proles suscepta iam fuerat, in dotale regnum Siciliæ Regem & dominium aduocarunt. Quis neget hoc diuinum fuisse iudicium?* De Conradino tersa oratione sigillatim egit NICOLAVS CISNERVS & GVNDLINGIANA *Tomo Quinto n. 2.*

82) ANDREAS PRESBYTER Chron. Gen. apud PETZIVM Tom. IV. p. 531. *Cuius loco Teutonici ibidem, quendam de Ochsenfurt fabri filium, nomine Stock Regem statuerunt, licet plurimum renitentem. Qui curialiter ab exercitu se subtrahens, post octo menses ad incudem paternam est reuersus ad a. 1270. per Basiloam transiuit quidam Stochbilinus, qui dicebat se esse Conradinum, filium Regis Conradi, quem Carolus frater Regis Franciæ cum tribus nobilibus fecit decollari.*

SECTIO OCTAVA
DE
HENRICO RASPONE ET GVILIELMO BATAVO.

§. I. Henricus Raspo Friderico II. opponitur, §. II. Henricus Conradum vincit. Comitia ipsius, Mors, & vxores. §. III. Guilielmus Batauus in Regem Romanorum eligitur & coronatur §. IV. Guilielmus omnibus amissis in Bataviam reuertitur: bellum gerit cum Margaretha, Flandriæ Comitissa. §. V. Fœdus Rhenanum sub Guilielmo. §. VI. Mors Guilielmi apud Frisones. §. VII. Guilielmi familia.

§. I.

POst Conradum recensemus Anti-Cæsares, Friderico II. oppositos. Inter hos primus est HENRICVS RASPO, Thuringorum Landgrauius, qui Hermanni filius erat, ex Sophia

Sophia, frater Ludouici, 1) antea per Fridericum II. Sacri Imperii per Germaniam Procurator, absente Imp. constitutus. 2) Hic excommunicato in Concilio Lugdunensi Friderico a. 1245. Innocentii IV. Papæ precibus inuitatus, qui etiam multam pecuniæ summam ipsi in subsidium transmiserat, 3) curaque Sifridi Moguntini Archiepiscopi, 4) apud Herbipolim in Regem Romanorum contra eundem fuit a quibusdam saltim Principibus electus, 5) & cum Clerici potissimum ipsi fauerent, vocatus fuit Rex Clericorum. 6)

§. II. Statim ac electus fuerat, eodem anno 1246. Comitia Francofurti celebrat, quæ cum impedire conaretur Conradus IV, ab eodem ad Francofurtum fuit deuictus. 11) Hoc igitur a. 1247. in Bauariam aufugiente, Sueuis ipsum relinquentibus. 8) Sueuiam ingreditur Henricus, quæ Friderico adhuc fauebat, Reutlingam frustra obsidet, 9) & dum Vlmam a. 1247. tentaret, 10) ob magnum frigus & defectum populi in Thuringiam recedere

1) HISTOR. LANDGR. THVR. *cap. XLIX.* THEOD. ENGELHVSIVS in Chronico. *Henricus septimus, dictus Raspe, frater carnalis Ludowici, mariti S. Elisabeth Landgrauius Thuringiæ, vir grandæuus & bonus, ad inductionem Papæ Innocentii ad Imperium assumptus.* IO. a LEIDIS *Chr. Belg. lib. XXIII. c. IV.* Hinc TRITHEMIVS *Chron. Hirsaug.* & SPANHEIM. *ad a. 1246.* eum male vocat filium S. Elisabethæ.

2) Sic enim Fridericus II. Imp. in diplomate, Henrico, Misniæ Marchioni concesso, eum vocat *Henricum Landgrauium Thuringiæ, Comitem Palatinum Saxoniæ, dilectum consanguineum, Procuratorem Germaniæ*, apud SCHVBARTVM *de Comitibus Palatinis p. 190.* Hunc titulum ipse Landgrauius gerit in diplomate quodam, monasterio Georgenthalensi a. 1242. concesso, apud SAGITTARIVM *in Historia Henrici §. II.*

3) AVCTOR APPENDICIS MARTINI POLONI: *renuit, & scripsit Papæ, quod iam decrepitus esset, nec posset sustinere labores, nec haberet filios, nec amicos, nec terram locupletem vel magnam, quod posset expellere Imperatorem Fridericum & sufferre expensas.* Addit deinde: *Tunc Papa Innocentius scripsit sibi, vt sub obedientia Dei & Ecclesiæ assumeret sibi regnum, & transmisit sibi pecuniam prænominatam, & dedit sibi post obitum propter obedientiam illam quod vbicunque sepulchrum eligeret in anniuersario suo, & per octauum, in perpetuum, quicunque pro anima eius, & omnibus defunctis, fidelibus ibi oraret, duos annos indulgentiam consequeretur.* Quantum vero in ipsum impenderit Papa, docet nos MATTHAEVS PARISIENSIS *ad a. 1247. p. 636.* scribens: *considerans igitur dominus Papa, quod in creatione Landegrauii Duringiæ, qui subito periit, vt prædictum est, non modicum thesaurum amiserat, imo qui poterat stuporem in cordibus audientium generare, scilicet quinquaginta millia librarum denariorum Viannensium, quorum quilibet denarius valet tres obolos esterlingorum, qui & omnino in vsus cesserunt inimicorum) studuit cautius negotiari; & thesaurum promissum nouo electo, scilicet Comiti Wilhelmo, prudentius per circumspectos, & non suspectos nuncios secretius transmittere.* MATTHAEVS PARISIENSIS ad a. 1250. p. 698. *Henricus Raspo, Landgrauius Duringiæ, quem Papa proposuerat in Imperatorem sublimare, & pro cuius promotione infinitam effuderat pecuniam, periit in mortem ignominiosam præcipitatus.* HISTOR. LANDGR. THVR. c. L. *& quia papa Innocentius IIII. fuit multum pecuniosus, ideo vt prædictus Henricus filius ecclesiæ & membrum Christi, gubernacula regni susciperet, ei XXV. millia marcarum argenti puri in supplementum transmisit.*

4) CONRADI Chron. Mogunt. p. 575. *Sifridus Episcopus Langrauium Thuringiæ in Regem eligi procurauit.*

5) AVCTOR HIST. LANDGR. THVR. *c. LII.* eundem male electum dicit Francfurt. NICOL. de CVRBIO Vita Innocentii IV. c. XXI. *Consequenter dictus summus Pontifex Dominum Philippum tunc Ferrariensem electum ad noui Regis electionem, qui Frederico succederet, faciendam in Alemanniam, destinauit. Qui cum illuc duce Domino peruenisset, congregatis Principibus & Prælatis qui debebant electionem huiusmodi celebrare, & ad quos specialiter ipsa electio pertinebat, non sine magnis sumptibus & expensis Ecclesiæ, inuocata sancti spiritus gratia, vnanimiter, & concorditer in Romanorum Regem Langrauium illustrem virum & prudentem de Lotharingia elegerunt. Qui tanquam vir catholicus & magna fidei plenus illos qui sanctam matrem Ecclesiam impugnabant cœpit constanter & viriliter expugnare. Nam congregato exercitu contra Corradum dicti Frederici depositi filium pugnaturus accessit; & inito bello cum ipso, diuina faciente gratia, dictus Langrauius de exercitu dicti Corradi sexcentos Milites & XLII. Comites capitauit. Ex quibus mandatu dicti Regis Langrauii quamplurimi iurauerunt. Tunc temporis Dominus Papa per religiosum virum fratrem Bonuicinum Cubicularium suum XV. millia marcarum argenti dicto Regi transmisit. Qui postmodum infirmitate præuentus, tanquam vir catholicus, contritus, pariter & confessus, ac alia deuotissime suscipiens ecclesiastica sacramenta, infra electionis suæ annum vocante Domino in terra sua expirauit, debitum carnis exoluens. Interim dictus Pontifex post Concilium anno secundo Cluniacum iuit cum Rege Franciæ & ipsius fratribus locuturus; vbi Domini Cardinales primo capellos rubeos receperunt, sicut in ipso Concilio ordinatum.* IO. ROHTE *Chron. Thuring. p. 1735.*

6) ALBERTVS STADENSIS ad a. 1246. *ceperunt præterea illi, qui plenum fauorem non habebant ad talia eundem Landgrauium, Regem dicere Clericorum.*

7) Vid. *Sect. VI. §. XI.*

8) FRAGM. HISTOR. p. 92. *Conradus autem Rex fugiens, amisit multos milites & maxima bona, & imposuit Sueuis, qui cum eo venerant, & cum ipsis multis amissis fugerant, quod ipsi eum infideliter prodidissent. Sueui proinde ira moti, conspirauerunt cum Ecclesia & Rege Henrico, mouentes bellum in Regem Cunradum & suos fautores per Sueuiam, & circa Danubium & Mogum & vbique.*

9) NAVCLERVS vol. II. Gen. XLII. *iste Henricus Rex obsedit Reutlingen, anno Domini MCCXLVII. Quapropter Ciues votum fecerunt B. Virgini pro liberatione, quia astricti erant Friderico iureiurando: ipse enim oppidum muris cinxerat moxque sublata est obsidio, & quam ciues, vt vouerant, capellam B. Mariæ sacram, vt hodie cernitur ædificare.* MVTIVS *lib. XX. pag. 188.* CRVSIVS *Ann. Sueu. lib. II. p. III. cap. IV.*

10) FRAGM. HISTOR. p. 92. *Cunradus autem Rex, filius Friderici, videns, quod non poterat resistere fautoribus Ecclesiæ, duxit filiam Ducis Bauariæ, spe consilii & auxilii: sed parum profuit ei, quia Sueui fugauerunt eum de ciuitate in ciuitatem, & cum Rege Henrico obsederunt ciuitatem Vlmam in Sueuia: sed non expugnauerunt: propter magnum frigus, & defectum pabuli oportebat eos recedere de ciuitate.*

11) FRAGM.

dere fuit coactus, Wartbergam, sedem suam, Isenaco adiacentem, reuersus, vbi paullo post, profluuio ventris occubuit. 11) Corpus eius ad S. Catharinam iuxta latus patris ipso Iulianæ die, cor vero apud Dominicanos, cum largissimis indulgentiis conditum. 12) Defecit cum eo stirps antiqua Thuringiæ Landgrauiorum. Prima ipsius vxor Elisabetha fuit, a. 1231. defuncta, 13) altera Gertrudis Austriaca, quam a. 1240. duxit, 14) tertia Beatrix Henrici II. Brabantiæ Ducis filia. 15)

§. III. Post Henrici mortem, ab Innocentio IV. Papa variis Imperium deferebatur, atque inter hos Henrico potissimum, Brabantiæ Duci, hoc tamen Hacone etiam Norwegiæ Rege, aliisque renuentibus, 16) tandem a quibusdam Principibus V. Nonas Octobris.

11) FRAGM. HISTOR. c. I. *Rex autem Henricus ab Vlma recedens, venit in Turingiam, & mortuus est, anno ab incarnatione Domini MCCXLVII. & non regnauit per annum vnum* CONTIN. LAMBERTI *eodem anno 1247. præfatus Lantgrauius post secundam profectionem in Sueuiam ad propria reuersus, immatura morte obiit profluuio ventris.* COMP. CHRON. TRITHEMIVS *Chron. Hirsaug. ad a. 1247.* ANDR. PRESBYTER Chron. Gener. apud PETZIVM Anecdotorum Tom. IV. p. 532. *Anno Domini millesimo ducentesimo quadragesimo quarto post promulgationem sententiæ excommunicationis per Innocentium quartum in Fridericum Imperatorem factam, Principes Alemanniæ electores de licentia Papæ Henricum Landgrauium Thuringiæ in Regem Romanorum elegerunt, qui anno Domini millesimo ducentesimo quadragesimo septimo Conradum Regem, filium Friderici Imperatoris, cum suo exercitu apud Frankenfurth ignominiose fugauit, & ipse Henricus eodem anno profluuio ventris obiit sine herede, sepultus in Hisnaco.* Sunt, qui ipsum etiam in obsidione Vlmæ grauiter fuisse vulneratum dicant, vt partim ex vulnere, partim ex dysenteria moreretur. Sic enim MVTIVS lib. XX. p. 188. *obsidendo Vlmam sagitta ab oppidanis vulneratus grauiter est, quod vulnus statim rara & lethalia symptomata secuta sunt, & paucis diebus post vulnus acceptum moritur. Quidam dicunt, dysenteria laborantem mortuum. Vtrumque verum esse arbitror: nam dysenteria symptoma esse potuit vulneris.* Idem dicit NAVCLERVS *vol. II. Gen. XLII. pag. 637.* CRVSIVS *Ann. Sueu. p. III. lib. II. cap. IV.* Solius mortis faciunt mentionem MONACHVS PADVANVS, ALBERTVS STADENSIS, CONT. LAMB. *ad a. 1247.* CHRON. AVGVST. *ad a. 1246.* MATTHAEVS PARISIENSIS ad a. 1250. p. 698. *Henricus enim Raspe, Landegrauius Duringiæ, quem Papa proposuerat in Imperatorem sublimare, & pro cuius promotione infinitam effuderat pecuniam, periit in mortem ignominiosam præcipitatus.*

12) HIST. LANDGR. THVR. c. LII. *postea ad Thuringiam reuersus, venit in castrum Warcburg & infirmari cœpit, & dum laboraret in extremis, petiuit corpus suum sepeliri apud patrem suum ad sanctam Catharinam extra muros ciuitatis Ysenach, & cor suum sepeliri ad fratres Prædicatores ad sanctam Elisabeth, in cuius honore conuentus fuit dedicatus: quod & factum est.* SIFRIDVS PRESBYTER, CONT. LAMBERTI *ad a. 1247.* PAVLLINI *Ann. Isen. §. LII.* De concessis ab Innocentio IV. Papa indulgentiis, qui sepulchrum Henrici visitarent RIVANDER *Chr. Thur. p. 312. Histor. Erzehlung der Vestung Wartburg p. 105.* IO. ROHTE *Chron. Thuring. p. 1736.* Extat in HAHNII *Collectione Monum. Veter. Tom. I. p. 172.* Innocentii IV. consolatoria ad Mediolanenses de morte Anti-Cæsaris Henrici Rasponis cum exhortatione ad Constantiam.

13) Sic Henricus monasterio Reinhartsbrunnensi, *pro salutatione animæ dilectæ contectalis nostræ Elisabeth, ipso die humacionis eius, Ecclesiæ Reinhardsbrunnensi contulit decem mansos*, prout ex litteris apud SAGITTARIVM *c. IV. §. 3.* patet. TENTZELIVS in Supplem. Hist. Goth. p. 561. exhibet donationem Henrici pro Monasterio Ichtershusano de a. 1228. quæ incipit: *Ego Heinricus Thuringiæ Landgrauius, Saxoniæ Comes Palatinus. Notum sit -- quod nos pro remedio animæ nostræ nec non parentum nostrorum cum consensu venerabilis nostræ genetricis dominæ Sophiæ & dilectissimæ contectali nostræ dominæ Elisabeth Lantgrauiæ fratrisque nostri Conradi centum iugera agrorum &c.* Sunt qui eam Adelheidam dicant, atque Ottonis, Brunsuicensis Ducis filiam faciant. Sic enim CHRON. BRVNSVICENSE apud MADERVM antiquit. Brunsuic. pag. 21. *Aleydem duxit Henricus filius B. Elisabeth, Landgrauius Hassiæ.* Idem dicit FRAGM. GENEAL. apud LEIBNITIVM p. 19. dum per errorem noster Henricus sæpius vocetur S. Elisabethæ filius. Verum, dum vxor vocetur Elisabetha, merito dubitamus.

14) HIST. LANDGR. THVR. c. XLIX. *Eodem anno (1240.) Heinricus solus Lantgrauius Thuringiæ & Hassiæ, Comes Palatinus Saxoniæ duxit in vxorem Gerdrudam filiam Ducis Austriæ*, cuius patrem HENNINGESIVS vocat Leopoldum Gloriosum.

15) M. CHRON. BELG. pag. 188. *Henricus Landtgrauius duxerat vxorem antequam in Regem Romanorum eligeretur, Beatricem, filiam Henrici, huius nominis secundi, Ducis Lotharingiæ & Brabantiæ, quæ postea nupsit Wilhelmo Comiti Flandriæ* quæ secundum BVTKENIVM *in Trophæis Brabant. lib. IV. p. 142.* ipso d. 10. Martii 1241. fuit desponsata, & mortuo Henrico nupsit Wilhelmo de Dampierre primogenito Flandriæ, seque in litteris anni 1250. scripsit: *Dei gratia quondam Romanorum Reginam semper Augustam.* Plura de vxoribus Henrici habet CASPAR SAGITTARIVS *im Gründlichen Bericht von Landgraf Heinrichs in Thuringen, Pfaltzgrafen zu Sachsen Rœmischen Kœnigswahl*, & ex eo CHRIST. FRANC. *Paullini Ann. Isen. §. LIII.* Adde ECCARDVM *Histor. Genealog. Veter. Landgrau. c. VI.* Eiusd. *dissertationem de vxoribus Friderici §. XIX.*

16) MATTHAEVS PARISIENSIS ad a. 1250. p. 698. Plures recenset Candidatos, dicens: *post mortem cuius*, (Henrici Landgrauii) *in loco eiusdem, Henricus electus est Comes Gelrensis, sed mortem probrosam prioris considerans, recusauit sic sublimari. Post hunc Dux Brabantiæ, qui & Lotharingiæ, sed & ipse penitus refutauit. Post hunc vero Comes Richardus, quia vafer & abundans numismate, & quia frater Regis Angliæ renuit, quia ambigua sunt Martis pericula, & præcise contradixit. Post quem elegit dominus Papa Wilhelmum Hollandiæ Comitem. Qui temere consensit, & iam omnibus amissis ad suam terram, & non iam suam, qui fratri suo eam donauerat, repulsus est, vnde muscipulas & promissiones Papales detestans, mendicare cogebatur. Post hos autem omnes, voluit dominus Papa loco Frederici, Haconem Regem Norwegiæ, in culmen Imperii subrogare. Vnde vt aptiorem & fauorabiliorem ad hoc ipsum haberet, ipsum in Regem fecit consecratum coronari. Sed postquam coronatus fuit, protestatus est palam, se semper velle ecclesiæ inimicos, sed non omnes Papæ inimicos impugnare. Et hoc idem protestatus est idem Rex mihi ipsi Matthæo, qui & hæc scripsi, sub magni iuramenti attestatione: vnde ecclesiæ pericula vndique quotidie proruperunt.* Verum, licet de Richardo adhuc dubitemus, an etiam ante Wilhelmum

bris. 17) a. 1247. Nussiæ, haut procul Colonia, electus fuit iuuenis adhuc XX. annorum GVILIELMVS Batauus, 18) Florentii IV. & Mechthildis, Henrici I. Brabantiæ Ducis gnatæ, fi-

mum ipsi imperium fuerit delatum, de aliis tamen adsentitur FRAGM. HISTORICVM p. 92. *Mortuo vero Henrico Rege, Innocentius Papa pro alio rege laborabat, & inter Principes non inuenit aliquem, qui se de regno vellet intromittere, contra Fridericum, & filium suum Cuntradum, tandem Dux Brabantiæ filium sororis suæ, Wilhelmum, Comitem Holandiæ, Domino Papæ, & Episcopis Alemanniæ præsentauit. Quem Episcopi elegerunt in Regem, promittentes Ei iuramento præstito rebus & personis, fideliter assistere.* De Henrico Brabantino tradit M. CHRON. BELG. p. 243. *Papa Innocentius misit ad Henricum, Ducem Lotharingiæ & Brabantiæ, vt Regnum Romanorum quo promouere volebat, acceptaret. Sed Dux se excusans, recommendauit Papæ nepotem suum, sororis filium, Wilhelmum Comitem Hollandiæ.* FR. HARAEVS Ann. Ducum Brabantiæ *p. 258. Tradunt Brabantiæ Chronographi, Ducem nostrum, cum illi Regnum deferretur, hunc consanguineum suum promouisse. Addit Brando, insignia Imperii Duci missa, & ab eo ad Comitem remissa, Hollandici vero, solius æmulationis ergo id factum calumniantur, verito Duce Comitis indolem, malenteque eum Imperii negotia longe a Brabantia semotum agitare, quam vicinum potentissimum habere.* Addit MATTHAEVS PARISIENSIS: *Post hos autem omnes voluit dominus Papa loco Friderici Haconem regem Noruegiæ in culmen Imperii subrogare, vnde vt aptiorem & fauorabiliorem ad hoc ipsum haberet, ipsum in Regem fecit consecratum coronari. Sed postquam coronatus fuit, protestatus est palam, se semper velle Ecclesiæ inimicos, sed non omnes Papæ inimicos, impugnare. Et hoc idem protestatus est idem rex mihi ipsi Matthæo, qui & hæc scripsi, sub magni iuramenti attestatione; vnde ecclesiæ pericula quotidie proruperunt.* Verum, optime monuit THORMODVS THORFAEVS *Hist. Norweg. p. IV. c. XL.* coronam Imperii Haconi oblatam fuisse, non demum post mortem Guilielmi Bataui, sed, viuo adhuc Friderico II. postquam fuisset depositus. Sine dubio hoc factum a. 1247. dum Haco in Regem coronaretur, atque facere huc videntur verba MATTHAEI PARISIENSIS, dum a. 1247. p. 634. ait: *Legatus autem ille qui a Pontifice in Norwegiam est transmissus, Episcopus erat Sabinensis; Regem Norwegiæ Haconem in Regem inuncturus, & solenniter coronaturus: & vt in eius Regno, nec non & Suesia, legationis officium in sæpe dicti Federici nocumentum, non sine causa, & spe lucri, diligenter exerceret.*

17) Et diem & eligentes indicat Innocentius Papa in epistola sua ad Rectorem S. Mariæ in Cosmedian apud IO. de BECKA *p. 77.* his verbis: *nobis igitur tibi iucunda scribentibus, iucundus agnosce, quod V. Nonas Octobris in curia iuxta Coloniam solenniter congregata, charissimus in Christo filius noster Wilhelmus Comes Hollandiæ communi voto principum, qui in electione Cæsaris ius habere noscuntur, in Romanum Regem, cæteris Principibus adplaudentibus, est electus.*

18) ALBERTVS STADENSIS ad an. 1247. *Papa, Heinricum Lantgrauium mortuum intelligens, Petrum Capucium, de Aureolo Velo, Diaconum Cardinalem, misit in Teutoniam, qui, euocatis Archiepiscopis, quos potuit, Concilium prope Coloniam celebrauit, festo Michaelis & Feria quinta post Michaëlis, Wilhelmus, Frater Comitis Hollandiæ, a quibusdam Episcopis, & Comitibus, in Nussia, in Regem Romanum, ad gubernandum Imperium est electus.* Eos autem, qui electioni ipsius interfuerint, recenset M. CHRON. BELG. *p. 245. erant autem in eadem sua electione & Curia: Petrus Capitii, Cardinalis Legatusque Sedis Apostolicæ; Rex Bohemiæ, cum filiis suis; Arnoldus de Isenborch, Archiepiscopus Treuirensis, Conradus de Hoystaden, Archiepiscopus Colon. Gerhardus, Archiepiscopus Moguntinensis; Henricus de Geldria electus Leodiensis. Otto de Hollandia, Episcopus Traiectensis, cum nouem aliis Archi-Episcopis & Episcopis; Marchio Brandenburgensis cum pluribus Ducibus, & Marchionibus, & Vasallis Imperii.* Licet non a singulis hisce Guilielmum fuisse electum, pateat ex MATTHAEO PARISIENSI, qui ad a. 1247. p. 636. dicit: *eisdemque diebus, dominus Papa infinita pecunia promissa, de ecclesia vndique extorquenda, & ad Frederici confusionem collecta, diligentissime procurauit, vt Wilhelmus Comes Hollandiæ in Regem Alemanniæ eligeretur: qui potens erat ætate & viribus, insuper genere præclarus. Ipse enim Comes & Episcopus Leodiensis, fuerunt consobrini. Dux insuper Brabantiæ auunculus eius fuit. Archiepiscopus quoque Coloniensis ipsius amicus extitit indissolubilis & quadam affinitate coniunctus.* Idem p. 640. *in crastino vero S. Michaelis, Magnates Alemanniæ, ad quos ius electionis spectat, pro maiori parte, elegerunt sibi in Regem Alemanniæ, Willielmum Comitem Hollandiæ adolescentem habentem in ætate circiter XX. annos: iuuenem elegantem & probum atque generosum, cui & fecerunt homagium. Dux tamen Saxoniæ, & quidam alii Magnates, huic electioni non consenserunt: vnde maius schisma surrepsit in populo, dicente, ecce militia contra sacerdotium præ superbia; ecce sacerdotium eadem causa contra militiam.* Inde vix adsentimur CONRADO in Chronico p. 575. *mortuo Lantgrauio Rege, Wilhelmus, Comes Hollandiæ, in Regem eligitur, tantum ab Archiepiscopis Moguntinensi & Coloniensi.* NICOL. de CVRBIO Vita Innocentii IV. cap. XXII. *Mortuo Langrauio, Dominus Papa habito Concilio cum fratribus suis disposuit in Alamanniam transmittere pro creando alio nouo Rege, & diligenti deliberatione præhabita venerabilem virum, vtique prouidum & discretum apostolicæ sedis Legatum ad hoc agendum transmittit. Qui cum ingenti studio Prælatos & Principes coadunari fecit, prout moris est ad electionem huiusmodi faciendam. Congregatis itaque Principibus & Prælatis, Christi nomine inuocato, nobilem & prudentem virum Guillielmum Comitem Ollandiæ in Romanorum Regem IV. Nonas Octobris elegerunt sub anno Domini MCCXLVI. pontificatus ipsius Domini Innocentii Papæ IV. anno sexto. Qui ciuitates & castra dicti Frederici in manu forti viriliter sunt aggressi, & præcipue Aquisgranum, vbi Reges coronantur & corona regni conseruatur. Facta itaque per eosdem longi temporis spatio obsidione, ibidem dictam terram adeo coarctauerunt. Idem vero Legatus, præsente Domino Guilielmo Episcopo Sabinensi, quibus tunc de Norwegia reuertebatur, vbi functus fuerat officio legationis, nec non & pluribus Principibus & Prælatis ac personis aliis infinitis, Kalendis Nouembris Guillielmum secundum antiquorum modum honorifice coronauit anno Domini MCC XLVII. cui Dominus Papa, cum Rex ipse diues non esset, quamquam præclarus genere triginta millia marcarum argenti, vt fortius Ecclesiæ ageret negotium, in regni adiutorium transmisit, continuans & retribuens semper nihilominus expensas cotidianas & cuncta necessaria tam in exercitibus quam singulis aliis regni negotiis ipsi Regi.* De hac electione alias scribunt CHRON. AVSTRALE *ad a. 1247.* MONACHVS PADVANVS *lib. I. p. 592.* Locum definit IO. a LEIDIS *rer. Belg. lib. XXIII. c. V.* apud villam Wœringhiæ, Coloniensis Diœcesis.

19) M.

tæ, filius. 19) Hic, dum Coloniæ magna solennitate equestrem dignitatem fuisset adeptus, 20) insequenti anno, post longam obsidionem die XXXI. Octobris a. 1248. potitur Aquisgrano, 21) ibidemque Kl. Nouembris magna pompa coronatur. 22) Inde ab Innocentio Papa Lugduni a. 1251. confirmatur. 23) Otto vero, Traiectensis Episcopus, eius patruus, & Henricus Brabantiæ Dux, ipsius auunculus, ipsi adiuncti fuerunt auxiliatores, vt iuuenilem animum eius a belli strepitu temperarent. 24) Anno 1252. ad instantiam Alberti Saxoniæ Electoris, Ioanni atque Ottoni, Marchionibus Brandenburgicis expectatiuam concedit in feuda Imperii Saxonica. 25) Eodem anno, Thomæ, Sabaudiæ Comiti donat Ciuitatem Taurinensem, villam & pontem Montiscalerii, dominia Castrorum Ripollarum, Collegii Montosolii, Castri veteris, Gauarreti, cum omnibus iuribus. 26)

§. IV. Sed, dum Wilhelmus iste præualere nequiret, omnibus amissis, in terram suam, quam tamen fratri donauerat, fuit reuersus. 27) Hinc anno 1253. cum Margaretha Flan-

19) M. CHRON. BELG. *p. 227. 237. & 243.* FRAGM. HISTOR. *p. 92.* IO. A LEIDIS *rer. Belg. lib. XXIII. c. I.* HARAEVS *c. l.* P. DIVAEVS *rer. Brabant. lib. XI. p. 118.*

20) Hanc solennitatem prolixius describit IO. de BECKA *Chron. Vltraiect. pag. 77.* Moris enim erat, vt omnes Reges essent equites siue milites: hinc decorari hac dignitate voluit Guilielmus, antequam coronaretur. Vid. Obs. Halenses *Tomo II. Obs. III.*

21) MATTHAEVS PARISIENSIS ad a. 1247. p. 644. *tempore sub eodem præclusus est aditus ciuitatis Aquisgrani, vbi coronandus fuit Comes Hollandiæ Willielmus, in Regem Alemanniæ nuper electus; vt ibidem cum honore receptus, sicut de consuetudine Alemannorum solet, Regali diademate insigniretur. Conradus enim filius Frederici, Rex Alemanniæ cassatus; ei repagula contra dictionis diligenter procurarunt Aquisgranenses.* Obsidionem & deditiones plenius describit ad a. 1248. *pag. 651.* Sequitur M. CHRON. BELG. *p. 245.* & ex eo IO. BECKA *Chron. Traiect. p. 78.* In castris etiam apud Aquis Episcopo Constantiensi indultum 3. Non. Septembris 1247. concessit super administratione Regalium, quod exstat apud du MONT *Corps Diplomatique Tom. I. p. I. p. 195.*

22) MATTHAEVS PARISIENSIS ad a. 1248. p. 651. *ciuitate igitur tam violenter quam viriliter capta, Comes Willielmus de Hollandia, electus in Regem Alemanniæ, per manum Conradi Archiepiscopi Coloniensis, ibidem, vt scilicet solent de iure antiquissimo Reges Alemanniæ coronari, die omnium sanctorum solenniter illico coronatur. Fugerunt autem interim multi de ciuitate capta, diruta, & depauperata, tam indigenæ quam alieni stipendiarii, quos ibidem ad munimen constituerant Fredericus & eius filius Conradus, per occultos exitus, macerati & præ multiplici inedia semiuiui. Quæ tamen coronatio a multis nulla reputabatur, quia omnes electores non erant ibi præsentes, nec etiam consentientes, vtpote Dux Saxonum, cui confœderabatur Fredericus, per filiam Ducis, quam ducturus est in vxorem, si reconciliari poterit. Nec Dux Bauariæ cuius filiam Conradus filius Friderici duxit, consensit, sic nec multi alii.* Ritus in coronatione Guilielmi adhibitos hoc modo describit M. CHRON. BELG. *p. 245. disiecto igitur vallo Rex vltimo die mensis Octobris vrbem ingressus, & ab vniuersis ciuibus gloriose receptus est; postera vero die, quæ est omnium sanctorum festiua solemnitate vniuersa multitudo Prælatorum & Principum deduxit electum Regem ad Basilicam perpetuæ virginis Mariæ, vt solemnem benedictionem reciperet; secundum ritum antiquæ consuetudinis quem Monasteriensis, & Mindensis episcopi simul ornauerunt infra sacrarium: Sed eundem Leodiensis & Traiectensis Episcopi vestitum ornamentis Leuiticis in modum Diaconi produxerunt ante Regale solium: quem tunc Coloniensis Archiepiscopus Cancellarius Italiæ collocauit in sede Maiestatis ita dicens: consecrare te dignetur omnipotens Deus in Regem Romanorum, qui Dauid per manum Samuelis Prophetæ, Regem inungi iussit super populum Hebræorum. Archiepiscopus vero Treuirensis Cancellarius Galliæ manus illi superimposuit, ita dicens: Descendat in te spiritus sapientiæ, intelligentiæ, scientiæ, pietatis, fortitudinis & consilii, replearisque Spiritu timoris Domini: Tum Marchio Brandenburgensis Regis Camerarius annulum ei tradidit ita dicens: Accipe signaculum Monarchiæ & Romanum Regnum in suo vigore conserua & ab incursione barbarorum inuicta virtute defende; Dux similiter Saxoniæ Regis Iustitiarius; donauit ei gladium ita dicens: Accipe Sceptrum Regni, & rebelles seuera correctione affige omnesque beneuolos in tranquilla pace guberna. Tum Bauariæ Dux Palatii Comes seu Dapifer globum ei aureum dedit, ita dicens: Accipe globum Sphæricum, & omnes terræ nationes Romano Regno subiice, vt gloriosus Augustus adpellari valeas. Tandem Rex Bohemiæ regis Pincerna, de assensu Coloniensis Archiepiscopi Coronam argenteam capiti suo impressit ita dicens: Accipe diadema splendidum vt in virtuosis actibus adeo corusces in terris, vt coronam æternæ felicitatis habere merearis in cœlis. Post quæ omnia circumstanter Principes adorantes maiestatem Regiam acclamauerunt ipsi salutem, laudem & gloriam, accedentesque singulatim Primates ad Regale solium, præstiterunt eidem debitæ fidelitatis homagium. Tunc istis mira solemnitate peractis, Rex per plenam hebdomadam festiuam expleuit curiam cunctisque Principibus suæ ditionis patefecit Excellentiam. Demum octaua die conuenientes officiales Imperii statuerunt arcanum colloquium & commoditate Regis tractarunt speciale consilium vt magnifici viri scilicet Otto Traiectensis eius Patruus & Henricus Brabantiæ Dux, ipsius auunculus eiusdem Regis consiliarii seu auxiliatores essent, & iuuenilem animum eius a belli strepitu temperarent. Dominus vero Lubbertus Regalis Abbas Egmundensis, vir maturus & egregius, constitutus est eius Vice-Cancellarius; quibus ita gestis, Rex in magna gratitudine cunctis Principibus valedixit.* Eadem habet IO. de BECKA *Chron. Traiect. pag. 79.* TRITHEMIVS *Chron. Hirsaug. ad a. 1248.*

23) CHRON. AVGVST. ad a. 1251. *Papa, in Cœna Domini, Wilhelmum, Comitem Holandiæ, iam dudum a quibusdam Principibus, in Romanum Regem electum, multis Episcopis præsentibus, apud Lugdunum confirmat.*

24) IO. de BECKA *Chron. Vltraiect. p. 79.*

25) Extat diploma apud LVDEWIG *Reliquiis Ms. Tom. II. p. 247.* Idemque Ludouicus Bauarus an. 1340. Ludouico Brandenburgico confirmauit *pag. 294.*

26) Extat litteræ donationis d. 22. Maii 1252. apud GVICHENON *Histoire Genealog. de la Maison de Savoye Preuves p. 93.* du MONT *Corps Diplomatique Tom. I. p. I. p. 200.*

27) MATTHAEVS PARISIENSIS ad a. 1250. p. 698. de Guillelmo: *qui temere consensit, & iam omnibus amissis ad suam terram, & non iam ad suam, quia fratri suo eam donauerat, repulsus est, vnde muscipulas & promissiones Papales detestans, mendicare cogebatur.*

28) ALBER-

Flandriæ Comitissa bellum prospere gessit. 28) Insequenti anno 1254. controuersiam habuit cum Archiepiscopo Coloniensi, eo quod Colonienses, applicato Domui igne valido, in qua Pontificis Legatus cum Rege erat, voluerunt vtrosque suffocare. 29)

§. V. Præcipue vero Fœdus Rhenanum sub hoc Guilielmo notari meretur. Occasionem dedit, quod Dietherus I. Comes Catelinbocensis a. 1246. castrum Rheinfels extrui fecerit, atque nauigantes coëgerit, vt telonium ibidem soluerent. Ciuitates equidem a. 1255. castrum hoc, frustraneo tamen conatu obsidebant: Ciuitates igitur Rheni, quasi destituti regia defensione, instinctu potissimum ciuis cuiusdam Moguntini, Waldbotodii vinculo societatis fortissimæ ad inuicem coniungebantur, Capitaneum eligebant, telonia eiusdem fluminis, quæ a pluribus fuerant adaucta, remouebant, vicinos Principes & Comites suæ societati adhærere compellebant, vndique in finibus suis pacem ordinantes, optimam & hactenus inauditam. Initium potissimum faciebant Moguntia, Colonia, Wormatia, Spira, Argentoratum, Basilea, quæ a. 1253. pacem inter se fecerant iuratam, quum Gerhardus Moguntinus, Conradus Coloniensis, Arnoldus, Treuirensis Archiepiscopi, Richardus Wormatiensis, Henricus Argentinensis, Iacobus Metensis, Bertholdus Basileensis Episcopi nec non multi Comites & Nobiles terræ iurauerunt, sua telonea iniusta esse, eademque tam in terris quam in aquis relaxantes. 30) Postea indixerunt Colloquium apud Argentinam in festo Michaelis pro pacis negotio conseruando, ad quod accedentes nuntii ciuitatum, captiui facti sunt ab Emichone Comite de Leiningen in villa Herde, clam & sub noctis silentio, Arnoldus Camerarius, Fridericus Sculteus Moguntinensis, Wolframus miles, Henricus & Richardus Wormatiensis, & deducti in castrum Landeke, anno Domini 1255. in vigilia Sancti Michaelis. Postea statim ad habendum tractatum pro eodem conuenerunt apud Wormatiam in die sancti Calixti. Constituerunt quatuor colloquia generalia pro sanctæ pacis negotio in perpetuum conseruandæ. Primum apud Colonienses in Epiphania Domini. Secundum apud Moguntinenses in octauo Paschæ. Tertium apud Wormatienses in festo Apostolorum Petri & Pauli. Quartum apud Argentinam in natiuitate beatæ Virginis. Dum igitur Moguntiæ d. 29. Iunii 1255. denuo conuenissent, plures vrbes ad sexaginta 31) vsque accesserunt, mediante Comite de Waldeck, Imperialis Aulæ Cancellario, firma pax & treugæ fuerunt statutæ, 32) eædemque a Wilhelmo confirmatæ. 33) In vigilia sancti Martini 1255. coram Wilhelmo, Rege Romanorum apud Oppenheim iterum conuenerunt, ibidemque inter Ciuitatem & nobi-

28) ALBERTVS STADENSIS ad an. 1253. *Comitissa Flandriæ militiam nauigio misit versus Hollandiam contra Wilhelmum regem. Sed rex victoria potitus, plurimos ex eis occidit, & innumeros captiuauit, & multam inde pecuniam conquisiuit.* IO. A LEIDIS *rer. Belg. lib. XXIII. c. XXIII.* IO. de BECKA *Chron. Vltraiect. c. l.*

29) Verba sunt ALBERTI STADENSIS *ad an. 1254.*

30) Mentio eiusdem fit in ipso fœdere a. 1256. concluso apud LEIBNITIVM *Mant. Cod. Iur. Gent. p. I. pag. 93.*

31) Totam rem & socios fœderis exponit dictum fœdus apud LEIBNITIVM & CHRON. AVGVSTANVM ad a. 1247. *huius Wilhelmi Regis tempore Ciuitates apud Rhenum, cum Principibus, optimam pacem ineunt, eligentes sibi Capitaneos, destruentes castra nociua, & iniusta telonia remouentes, quia, post obitum ipsius Regis, qui vixit quasi nouem annis, omnia redierunt in pristinum malum statum. Fuerunt autem subscripti Principes & subscriptæ ciuitates, quæ sancta pacis fœdera iurarunt, Gebhardus Archiepiscopus Moguntinensis, Conradus Archiepiscopus Coloniensis, Arnoldus Treuerensis Episcopus, Iacobus Metensis Episcopus, Abbas Fuldensis, Ludwicus Palatinus Rheni Dux Bauariæ, Conradus Comes Siluester, Richerus Comes de Catzenelebogen, Fridericus Comes de Liningen, Bertholdus Comes de Ziegenhagen, Enicho Comes Syluester, Gotfridus frater suus, Dominus Popo Comes de Turingen, Vlricus Comes de Ferretò, Comes de Wurnberg, Domina Sophia Landgrauia Turingiæ, Domina Vdalbildis Comitissa de Liningen, Domina de Trimperch, Vlricus de Mintzenberch, Geralatus de Limpurch, Philippus de Herchenueld, Philippus de Valchenstain, Dominus de Stralenberch, Pincerna de Erpach, Wernherus dapifer de Alzaym, Henricus de Ernberch, Rumpoldus de Stainach, Wormatia, Spira, Argentina, Basilea, Thirogensis, Friburg, Brisacum, Columbaria, Schlezestat, Hagenowia, VVeisenburg, Nuwstadt, VVimpina, Haydelberg, Lauternburch, Oppenhaim, Frankenfurt, Friderberch, VVetslaria, Gaulenhausen, Marpurch, Aglisueld, Voldea, Mulenhausen, Aschaffenburch, Selistat, Pingia, Dipacum, VVahtracum, Vesalia, Bopardia, Andernacum, Bunns, Nussia, Aquis sedes regalis, in VVestphalia Munster, & aliæ ciuitates plusquam LX. cum ciuitate Bremensi, Grumperch, Hirsuelden.*

32) ALBERTVS STADENSIS *Anno Domini MCCLV. quidam validus ciuis in Moguntia cœpit hortari conciues suos, vt pro pace restauranda iuramento se inuicem constringerent. Consenserunt ei & aliæ ciuitates plurimæ. Vocarunt eum VValbodenem. Non placuit res principibus, nec militibus sed neque prædonibus, & maxime his, qui habebant assidue manus pendulas ad rapinam, dicentes esse sordidum, mercatores habere super homines honoratos & nobiles dominatum,* CHRON. AVGVST. ad an. 1255. *interea VVilhelmo Rege Romanorum cum Comitissa Flandriæ, & Frisonibus bellica agente negotia, ciuitates Rheni quasi destitutæ regia defensione vinculo societatis fortissime ad inuicem coniunguntur, capitaneum eligunt, telonia eiusdem fluminis, quæ a pluribus fuerant aggrauata, remouent, vicinos Principes & Comites suæ societati adhærere compellunt, vndique in finibus suis pacem ordinantes optimam, & hactenus inauditam. Quo superueniens Dominus Ludwicus nouus Palatinus Comes Rheni, fœdus laudabile societatis iniit cum ciuitatibus supradictis. Ista autem pax more Lombardorum ciuitatum inchoata, propter malitiam resistentium non diu durat.* TRITHEMIVS *Chron. Hirsaug. ad a. 1254.*

33) IO. A LEIDIS Rer. Belg. lib. XXIII. c. XVI. *itaque circa hæc tempora conuenerunt apud Moguntiam pene omnes maiores Alemanniæ superioris pro tractatu generalis pacis. Et destinauerunt VVilhelmo serenissimo Regi Romanorum per solemnes nuntios hanc epistolam. Gloriose domino suo Romanorum*

nobiles terræ per Wilhelmum Regem concordia ſuper omnibus fuit ſtabilita ab vtraque parte. 34) In primo Colloquio Colonienſi in Epiphania Domini an. 1256. multa vtilia de Pacis negotio fuerunt pertractata. Indicta ibidem etiam fuit expeditio generalis ſuper omnes violatores in octaua Walpurgis. Item poſt obitum Wilhelmi a. 1256. conuenerunt Moguntiæ die Dominica 1256, vbi etiam multa paci vtilia fuerunt pertractata. Ibidem etiam ſub debito iuramento promiſerunt, quod ſi Principes, ad quos ſpectaret Regis electio forſitan plus quam vnum eligerent, quod nulli illorum aſtare vellent, verbo vel opere, aut aliqua ſeruitia exhibere, clam vel aperte, aut mutuum dare, vel in aliquam ciuitatem intromittere, neque fidelitatem iuramenti præſtare. Si vero aliqua Ciuitatum hoc infregerit, periura & carens omni honore reputaretur, & contra illam & eius perpetuam deſtructionem totis viribus inſurgerent. Si autem Principes vnum dominum in Regem elegerint, illi continuo ſine omni contradictione ſeruitia debita & honores exhiberent, inſuper omnia pacis ſtatuta conſeruarent. Item conuenerunt in Moguntia, anno domini 1256. in craſtino aſcenſionis Domini, tractantes ibidem qualiter honeſte in vigilia S. Iohannis Baptiſtæ tunc inſtante, Francofurtum ad electionis terminum a Principibus ſtatutum accederent, & omnia ad promotionem pacis ibidem tractarent. Expeditionem etiam in octaua S. Ioannis Baptiſtæ ibidem ſuper pacis violatores indixerunt. 35)

§. VI. Tandem vero, dum contra Friſones bellum gereret, incidit per inſidias in confiniis Hollandiæ ad Medenleck in loca paluſtria, glacie obducta, in qua fracta, cum equo pene ſubmerſus, a ſuperuenientibus Friſonibus iaculis fuit oppreſſus die XXVIII. Ianuarii 1256. mortem occubuit, in domo cuiusdam Friſonis ſepultus. 36) Reperta tamen

norum Regi VVilhelmo conſules & iudices plusquam ſeptuaginta ciuitatum ſuperioris Alemanniæ reuerentiam & obſequium perennale. Excellentiæ veſtræ tenoris præſentis litteræ declaramus, quod nobis apud Moguntiam exiſtentibus, die viceſima nona menſis Iunii, ad generale colloquium, mediante nobili viro de VValdecben, Imperialis aulæ Iuſtitiario, firma pax & treuga ſtabiles ſuper vniuerſis guerris & diſcordiis ſunt ſtatuta. Quapropter Maieſtatem veſtram Regiam humiliter exoramus & conſulimus, quantum licet, quatenus pacem terræ ſalubriter inchoatam per litteras magnificentiæ veſtræ iam dignemini confirmare, eo quod veſtrum commodum, vtilitatem, ſalutem importare dignoſcitur & honorem: ſcientes quod veſtræ ſerenitatis aduentum proficuum ad partes noſtras cum ingenti deſiderio præſtolamur. Datum apud Moguntiam, vltima die menſis Iunii. Rex igitur, hac epiſtola accepta, gratanter pacem inchoatam ſub banno capitalis ſententiæ firmiter obſeruari, præcepit.

34) Extat illa apud DATTIVM *c. IV. n. 20.* du MONT *Corps Diplomatique Tom. I. p. I. p. 202.* Ibidem *p. 203.* etiam reliquæ formulæ Pacis inter Epiſcopos atque Ciuitates initæ reperiuntur.

35) Prout ſingula hæc vberius exponuntur in dicto fœdere apud LEIBNITIVM *c. l.*

36) Mortem ipſius optime deſcripſit MATTHAEVS PARISIENSIS *ad an. 1256. p. 793.* ſcribens: *Friſones igitur, expoſitis tam per mare & arundineta quam per terram, quæ tamen paluſtris eſt, inſidiis, cum hyemalis magis rigor ingrueret (videlicet circa purificationem beatæ Virginis) ipſum VVillielmum cum iaculis, quæ vulgariter Ganeloces appellant, quorum maxime notitiam habent & vſum, Daniſque ſecuribus & geſis, lineis & leuibus armaturis cooperti, e veſtigio hoſtiliterinſequebantur. Et cum peruenirent ad quandam paludem, & inſideret idem VVillielmus equum magnum bellicoſum, ferro coopertum, loricatus & galeatus, cruſtis confractis glacialibus, quæ ſemipedalem exceſſerant ſpiſſitudinem, equus vsque latera ſubmerſus, infixus eſt in limo profundi. Quem cum aſſeſſor iratus, vsque ad viſcera confodiens calcaribus præacutis cruentaret, & cum equus ferueus & magnanimus reſurgere niteretur, nec poterat, confractus & obrutus, magis ſubmerſus, ipſum inſidentem volutando in fragmentis lubricis & hiſpidis oppreſſit. Superirruentes igitur Friſones cum non eſſet qui oppreſſo ſubueniret, quia omnes fugerant Commilitones, conſimilem vitantes abſorptionem, ipſius VVillielmi corpus iaculis vndique quod iam humefactum frigore obriguerat, immiſericorditer licet miſericordiam poſtularet, confoderunt. Obtulit autem ſuis peremptoribus pro redemptione, vt ei parcerent, & viuum euadere permitterent, infinitam pecuniæ quantitatem: ſed inhumani homines, non parcentes, ipſum in fruſta detruncarunt.* ALBERTVS STADENSIS ad a. 1256. *VVilhelmus Romanorum Rex, occiditur a Freſonibus, Medemlek, prope Hollandiam, morantibus, in loco incognito, ab eiſdem ſepultus.* M. CHRON. BELG. p. 247. *anno ſequenti Rex Friſiam potenter introiuit: rebellantes ſibi Friſones egregie vicit, & caſtrum Thorenburch apud Accomair ad eorum ſempiternum offendiculum fabricauit. Demum cum iam tota terra propter glaciem eſſet peruia, Rex iterum venit quinto Cal. Februarii, cum duobus exercitibus & armata manu ingreſſus Friſiam, ſperauit eandem ſicut prius, victoriam ſed non eodem curſu reſpondent vltima primis. Nam VVilhelmus de Brederaed miles, capitaneus vnius exercitus ordinatus fuit, qui contra Drechtenſes Friſones trophæum laudis adeptus eſt. Rex autem in dextrario reſidens, ſecundum gubernauit exercitum, qui ad villam Hoichtwonde concremandam trans paludes ſecurum quærens aditum, cum pedeſtrem exercitum Rex ſolus in magna diſtantia præceſſiſſet, viamque meabilem ad captandos aduerſarios explorаſſet: ecce dextrarius eius in paludoſo vado, circumfracta glacie paulatim emerſus, & ibidem ſine cuiusquam familiaris auxilio fere ſuffocatus eſt. Friſones vero de latibulis inſidiarum ex arundinetis vbique conſurgentes, (prodolor) ipſum Regem, antequam eius exercitus appropinquaret, occiderunt: quem propter pulchritudinem armorum timore ſuperuenientis exercitus ad proximam villam feſtinanter aſportarunt. Mutabantur tum fugitiui nonnulli per diuerſas villas in Friſia: qui paulo ante propter eorum ſcelera proſcripti erant ab Hollandia. Illi Regis arma cognoſcentes ex auro fului ſplendido, in quibus atricolor coruſcabat aquila, dixerunt occulte Friſonibus, ſuum Dominum, Regem & Comitem occidiſſe, ignorantes. Quapropter totius Friſiæ Principales ſiue Capitanei timentes læſæ Maieſtatis iniuriam, ſepelierunt occulte Regium corpus in domo cuiusdam Friſonis, vt per ſuccedentia tempora, tam vindicta, quam memoria nominis Regii periret.* Sequitur IO. a LEIDIS *rer. Belg. lib. XXIII. c. XXX.* Singulare eſt, quod de ipſius ſepultura dicitur in CHRON. AVGVSTENSI ad a. 1256. *VVilhelmus Rex, eodem menſe (Ianuario) in Friſia, cum exercitu exiſtens, a Freſonibus eſt occiſus. Qui cum ad quandam Ciuitatem eiusdem Prouinciæ veniſſet, fertur ibidem inueniſſe ſepulchrum, opere mirifico conſtructum, & dum a ciuibus quæreret, cuius eſſet hoc ſepulchrum opere*

men ipsius ossa a. 1282. in monasterium Ordinis Præmonstratensium Middelburgense a Florentio filio fuerunt translata. 37)

§. VII. Vxor ipsius erat Elisabetha, Ottonis Pueri, Ducis Brunsuicensis filia, quam a. 1251. duxit, 38) quæ tamen ante ipsum an. 1255. fuit extincta. 39) Ex hac genuit Florentium, filium & in Hollandiæ Comitatu successorem. 40)

opere tam sumtuoso decoratum? dicebant, quod nondum quisquam ibi sepultus esset, sed antiqui Patres eorum construxerint illud præfatum cognoscentes quod in eodem loco deberet Romanorum Regum aliquis tumulari. Deuicta itaque & subiugata tota Fresia, cum iam victor ipsa Terra exiret, a quibusdam fugitiuis, secus viam in arundineto latitantibus, cuspidibus occiditur, anno Regni sui nono. ANNALES COLMARIENSES, TRITHEMIVS *Chron. Hirsaug. ad a. 1256.*

24) IO. A LEIDIS *rer. Belg.* lib. XXIV. c. XIII. *anno Domini millesimo ducentesimo octuagesimo secundo Florentius Hollandiæ Comes ædificato quodam castro quod dicitur VVydenesse Frisonum armatas Phalanges viriliter aggressus est in Hoghenwonda occisisque sexcentis Frisonibus inopinatum triumphum adeptus est: in eodem namque bello quidam seniculus homo ad vitam reseruatus sepulchrum VVilhelmi Regis Romanorum prodidit. Florentius ergo ossa patris sui leuans cum eisdem Traiectum adiit, vbi celebratis exequiis regalibus in VValachriam magnifico Comitatu & solenniori apparatu regale corpus in monasterio Middelburghensi ordinis Præmonstratensium honorifice humo condidit.* huc facere videntur verba ANNALIVM COLMARIENSIVM ad a. 1284. *filius Domini VVilhelmi Regis Romanorum vindicauit se de Frisonibus, & interfecit ex eis mille quadringentos viros, & accepit corpus Patris sui de eorum manibus violenter.* TRITHEMIVS *Chr. Hirsaug. ad a. 1256.* Vitam Wilhelmi sigillatim scripsit IACOBVS PAVLVS GVNDLINGIVS.

38) ALBERTVS STADENSIS ad an. 1251. *VVilhelmus Rex duxit filiam Ducis Ottonis de Brunswich, & in ipsa nuptiarum nocte, scilicet Conuersionis S. Pauli, Palatium, in quo quieuerunt sponsus & sponsa, in Brunswich iuxta Leonem, penitus exarsit, ex luminis & straminis incuria; corona Regis exusta est, & multa res preciosa. Duo sartores, qui in consuendis in quadam camera sedebant vestibus, sunt exusti. Rex & Regina vix euaserunt, Regina tamen Regem, tanquam in domo esset notior, educente.* ALBERICVS quidem ad a. 1193. ipsam vocat Isabellam. Ast, MAGNVM CHRON. BELG. pag. 237 *occiso Florentio, Serenissimo Principe, filius Eius, VVilhelmus, huius nominis secundus, Hollandiæ Comes XIV. hæreditarie sublimatus est, ducens in Vxorem, Elisabetham, filiam Ducis de Bruynswich, præclaram Virginem, ex qua genuit Florentium succedentem Hollandiæ Comitem.* CHRON. DVCVM BRVNSVIC. apud MADERVM, *Antiquit. Brunsuic. p. 20. 21.*

39) M. CHRON. BELG. p. 248. *Anno de hinc LXVI. obiit Venerabilis Matrona, Elisabeth, Romanorum Regina, in Nidelborch Monasterio honorifice tumulata.*

40) M. CHRON. BELG. *pag.* 237. 251. IO. A LEIDIS *lib. XXIV.* c. I.

PERIODVS OCTAVA.
DE
INTERREGNO MAGNO.

§. I. Tempus interregni. §. II. Richardus Angliæ Princeps & Alfonsus, Rex Castiliæ inter dissidia eliguntur. §. III. Richardo Imperium defertur & coronatur. §. IV. Alphonsus præferri cupit; controuersia Romam defertur. §. V. Richardus ciuitates Imperiales liberat, multorum adquirit fauorem, sed exhaustis thesauris, in Angliam redit inglorius. §. VI. Post Richardi mortem, ambit coronam Imperialem Ottocarus, Rex Bohemiæ. §. VII. Turbulentus status tempore Interregni. §. VIII. Emortua familia Thuringica. §. IX. Suenia, extincta Conradino varie dissipatur & Franconia. §. X. deficit etiam stirps Austriaca. §. XI. Deficiunt Duces Merania. §. XII. Origo & incrementa Hansæ Teutonicæ. §. XIII. Pacta Ganerbinatus. §. XIV. Incrementa Ciuitatum Imperialium, & nobilitatis Immediatæ. Origo Austregarum Conuentionalium. §. XV. Origo Electorum.

§. I.

INcidit in ista tempora magnum illud & fatale Germaniæ Interregnum. Hoc, licet cum Rudolphi Habsburgici electione a. 1273. fuerit finitum, disputatur tamen de eiusdem initio. Sunt, qui a temporibus factæ in Concilio Lugdunensi excommunicationis atque depositionis Friderici II. Interregnum incoent, per XXVIII. annos productum, 1) quibus tamen ideo haut assentior, quod ista depositio fuerit illegitima, nec Papa nec Concilium Imp. deponendi habuerint potestatem. Alii Interregni tempus a morte Friderici II, 2) quæ anno 1250. accidit, supputant, & XXIII. constituunt annos. Alii

1) M. CHRON. BELG. p. 242. *Romanorum Imperium, siue post mortem, siue post depositionem Friderici Imperatoris secundi ab Imperio, vacare cœpit; & vacauit secundum Matthæum Palmerii annis XXVIII. cuius vacationis tempore, diuersi Principes per Imperii Electores ad Imperium electi fuerant.* Idem, ex mente tamen aliorum scribit LEHMANNVS lib. V. c. XCV. Huc facit etiam ALBERTVS ARGENTORATENSIS, dum Chronico suo ineunte sic scribit: *sic post Fridericum Imperium Regnumque Romanorum XXX. annis vacauit. Richardus enim & VVilhelmus, quia non durauerunt in regno, non fuisse censentur, & ambo caruerunt benedictione Imperiali.* GERHARDVS A ROO *Histor. Austriac. lib. I. pag. 12.*

2) H. STERO & EBERHARDVS ad a. 1277. *tempore vacantis Imperii, scilicet a temporibus Frederici olim Imperatoris.* ANDREAS PRESBYTER Chron. Gener. apud PETZIVM Tom. II. pag. 533. *Anno Domini millesimo ducentesimo quinquagesimo Fridericus Imperator obiit. Post cuius mortem Electores inter se fecerunt schisma. Et vna pars elegit Richardum Comitem Cornubiæ, alii vero Anfulsum Regem Hispaniæ, & durauit hoc schisma ab anno* Domini

Alii a Richardi Anglorum Principis in Angliam reditu illud incoant, 3) cum tamen nec iste Rex fuerit legitimus Germanorum. Potius igitur a Conradi IV. morte atque anno 1254. initium facimus Interregni, quia, viuo adhuc Friderico, in Regem electus fuerat Romanorum legitimum, vt ideo patre defuncto, iustus esset successor. Ipso vero extincto, nullus adesset Rex vel Imperator legitime electus.

§. II. Interregnum igitur erat annorum XIX. quo durante, Reges quidem Romanorum videmus electos, sed vitio potius creatos, atque inter dissidia, vt in numero legitimorum Impp. collocari mereantur minime. 4) Bini quidem priores Interregni anni incidunt in regimen Guilielmi Bataui, licet hic etiam apud Belgas potius viueret sine auctoritate. Hoc autem apud Frisios interfecto, Principes regni pro eligendo rege iam diu habitis diuersis conuentibus, eandem definitam electionis diem in octaua Epiphaniæ statuunt a. 1256. Francofurti celebrandum, vbi dum quidam conuenissent, Moguntinus, Coloniensis Archiepiscopus, & Ludouicus Comes Palatinus Rheni ac frater ipsius Dominus Heinricus Comes Palatinus in campis patentibus ante Francofurtum, in Richardum fratrem Regis Angliæ conuenerunt: Treuirensis autem Episcopus cum aliis quibusdam Principibus, consentire nolentes electioni prædictæ, in ipsa vrbe Francofurto, nec Archiepiscopum Coloniensem & Comitem Palatinum intrare permittentes, nec ad eos, licet sæpius sibi exire volentes, in media Quadragesima, freti litteris & auctoritate Regis Boemiæ, Ducis Saxoniæ, Marchionum de Brandenburch, & multorum Principum, elegerunt Dominum Alfonsum, Regem Hispaniæ, 5) misitque Fridericum Lotharingiæ Ducem ad deferendum Alphonso Imperium, quem etiam a. 1258. de terris suis Toledi inuestiuit. 6) Alphonsus electioni de se factæ consensit, persuasus a Regibus & Principibus & amicis. 7) atque intra duos menses in Imperium venire promittebat. 8) Licet autem hæc electio fuerit

Domini millesimo ducentesimo quinquagesimo vsque in annum Domini millesimum ducentesimum septuagesimum secundum. Ambo autem, scilicet Richardus & Anfulsus proditione Karoli Regis Siciliæ veneno interierunt.

3) Facit huc TRITHEMIVS Chron. ad a. 1261. *Itaque post eius* (Richardi) *in Angliam regressum nullum Regem habebat Imperium Romanorum, & vacabat; cum ille solo nomine contentus nullis posset rationibus induci, vt redire in Germaniam consentiret. Durauit hæc Regni desolatio abhinc annis XII. vsque ad institutionem Rudolphi de Habspurg, de quo suo loco dicemus.* FRAGMENTVM HISTORICVM p. 93. *dum autem Richardus Rex peruenisset vsque ad ciuitatem Basileam, defecit ei substantia: tunc reliquerunt eum Principes Alemanniæ solum, dicentes quod eum non dilexerunt propter personam, sed ratione substantiæ, & dederunt ei libellum repudii, & per aliam viam reuersus est in regionem suam: cuius regis memoria cum sonitu periit. Tunc vacauit regnum Romanorum annis XXIII. vsque ad tempora Rudolphi Dei gratia Romanorum Regis.* Licet, dum annos 23. numeret, potius a morte Friderici II. supputet. Historiam Interregni tentauit IO. IOACHIMVS ZENTGRAF *de Interregno Imperii Germanici ab excessu Conradi IV. ad Rudolphum Habsburgicum VVitteberga 1668. 4.* Plenius vero hanc historiam ex publicis documentis illustrare voluit IO. FREINSHEMIVS, testante DATTIO *de Pace Publica lib. I. c. IV. n. 42.*

4) M. CHRON. BELG. p. 235. *Conradus Rex & frater eius Heinricus cum reliquis* (*Henrico, VVilhelmo & Richardo*) *vsque ad Rudolphum exclusiue ab antiquis & modernis chronographis cum suis gestis inter Imperatores non ponuntur, sed eos tamen hac de causa posuimus, vt debita Imperatorum & Regum Romanorum successio obseruetur. Licet Conradus legitime fuerit electus.* Sic etiam IO. VITODVRANVS Chron. p. 19. *huius etiam* (Alexandri IV.) *tempore Principes Alemanniæ in duo se diuidentes. Quidam Regem Castellæ, & quidam Richardum Comitem Cornubiæ ad Imperium elegerunt; quod schisma multis annis durauit.*

5) Integer electionis processus describitur in Epistola Vrbani IV. ad Richardum apud LEIBNITIVM l. l. *vacante Romano Imperio, die per omnes prædictos Principes pro celebranda Regis Romani in Imperatorem postea promouendi electione statuto in octauis Epiphaniæ anno Domini MCCLVI. apud memoratum oppidum de Franckeford quinque tantum de dictis Principibus tum per se, tum per alios, videlicet bonæ memoriæ Moguntinus Archiepisopus ea vice in hoc commiserat vices suas; & dilectus filius nobilis vir Comes Palatinus a Franckeserd: bonæ memoriæ vero Treuerensis Archiepiscopus, & dilectus filius nobilis Vir Dux Saxoniæ intra dictum oppidum conuenerunt: Cumque iidem Treuerensis Archiepiscopus & Dux Saxoniæ præfatos Archiepiscopum Coloniensem & Comitem nec ipsum oppidum intrare permitterent, nec ad eos exire vellent, super hoc sæpius requisiti; dicti Archiepiscopus Coloniensis & Comes, attendentes ex lapsu temporis periculum imminere, si forsan non fieret electio illa die, quæ ad hoc fuerat peremptorie constituta; præsertim cum de Anno & die post vacationem Imperii quindecim dies solummodo superessent, infra quos nullo modo potuissent propter locorum distantiam, & alias facti circumstantias præfati Principes iterum conuenire; cum Prælatis, Ducibus & aliis ibidem præsentibus, deliberatione præhabita de ipsorum communi consilio & assensu ad electionem procedere decreuerunt: & tandem præfatus Coloniensis pro se, ac dictis Moguntino cuius vices gerebat, & Comite præsente ac consentiente, diuino nomini inuocati, te in Regem Rom. elegit, & mox electionem huiusmodi Magnatum & aliorum astantium copiosæ multitudini publicauit.*

6) Extant litteræ Inuestituræ apud LEIBNITIVM Cod. Iur. Gent. p. I. p. 19. in quibus: *sedentibus nobis in publica Curia nostra & te dicto Duce & Comite flexis genibus ante pedes Maiestatis nostræ existente, inuestimus te dictum Ducem & Comitem de quinque vexillis in signum quinque dignitatum, quas in feodum ab Imperio tenere debes.* EX LEIBNITIO habet du MONT *Corps Diplomatique Tom. I. p. I. pag. 207.*

7) Verba sunt CHRONICI AVGVSTENSIS ad a. 1257. Idem dicit TRITHEMIVS *ad a. 1257.*

8) Patet hoc ex litteris inuestituræ Friderici, Lotharingiæ Ducis apud LEIBNITIVM l. c. in quibus: *hoc tamen saluo, quod si infra duos annos contigerit, Vos ad Imperium non venire* (*quod Deus auertat*) *quod ex tunc de isto sacramento fidelitatis & homagii nunc præstito non tenear. De quo sacramento si casus ille euenerit, (quod absit) quod nos dictus Rex in Imperium non introiuerimus infra biennium, vt dictum est, te dictum Ducem & Comitem volumus non teneri.*

9) Prout

fuerit disſidioſa, Richardus ab a. 1263. apud Anglos inglorius reſederit, 9) non deſunt tamen, qui Richardum pro legitimo Imperatore habendum eſſe velint, eo quod Scriptores antiqui ipſum pro tali habeant, 10) ipſe diuerſos Imperii Principes de terris ſuis inueſtiuerit, Leges tulerit & priuilegia conceſſerit, 11) Germaniam poſſederit, ideoque nullum interueniſſe Interregnum autumant, cum tamen ex Hiſtoria Rudolphi Habsburgici pateat, ipſum Ottocari inueſtituram de terris Auſtriacis, & reliqua Richardi Acta quæ non a maiori Electorum parte confirmata, irrita feciſſe, 12) cum etiam Imperium tunc vacaſſe dicatur. 13)

§. III. Richardus hic, Iohannis ſine terra, Anglorum Regis, filius, Henrici III. frater, Comes Cornubiæ, ideo eligebatur, quod nec Francis fauentem vellent, nec Papæ: nec ipſi Principes inter ſe poſſent conuenire. Accedebat theſauri, quem poſſidebat, abundantia. 14) Mittebantur itaque Conradus, Archiepiſcopus Colonienſis, cum aliis Magnatibus & litteris in Angliam, qui coronam Imperii ipſi deferrent, 15) qua poſt habitas deliberationes, ipſo Rege Henrico III, Richardi fratre, animante, accepta, ipſi, qui aderant,

9) Prout §. ſequenti dicitur.

10) HENRICVS STERO *ad annum 1273. mortuo Richardo Romanorum Rege, Principes imperii circa octauam St. Michaelis ad eligendum alium Regem in Franckenfurth conuenerunt.*

11) De quo §. inſequenti. Extat etiam apud GOLDASTVM *Tomo III. Conſtit. Imp. p. 404.* Richardi Conſtitutio de Hæreticis & blaſphemis atque alia de ſucceſſione in defuncti filii hæreditatem. Apud LVNIGIVM *Reichs-Archiu Parte Gen. Cont. II. p. 171.* quod de locis religioſorum nullæ Collectæ Imperii ſint præſtandæ.

12) Patet hoc ex Vrbani IV. epiſtola ad Richardum apud LEIBNITIVM *Cod. Iur. Gent. diplom. n. XIV.* in quo: *verum humani generis inimicus, pacis impatiens, amator litium, diſcordiæ ſeminator, vtriusque profectibus inuidens, claræ memoriæ VVilhelmo Romanorum Rege rebus humanis exempto, inter Te & chariſſimum in Chriſto filium noſtrum Regem Caſtellæ ac Legionis illuſtrem in Romanorum Regem electum circa obtinendam eiusdem Imperii dignitatem contentionis materiam ſuſcitauit, vt vobis circa hoc contendentibus careret imperialis regiminis commodis orbis terræ, & tanti brachii, tam vtilis, tam neceſſarii, tam chari carentiam ex ipſius Imperii vacatione diutina moleſtam admodum & nociuam, damnoſa experientia, Eccleſia prædicta ſentiret.*

13) Extat diploma Rudolphi apud MARTENE *Theſauro Anecdot. Tom. I. pag. 1169.* in quo: *quod omnia donata, confirmata, ſeu facta, quœcunque alio modo de rebus vel bonis imperii, per quondam Richardum regem illuſtrem, aut prædeceſſores ſuos in Romano imperio, a tempore quo lata fuerat in olim Fridericum Imperatorem II. depoſitionis ſententia: nullius habere debeant roboris firmitatem, niſi conſenſu maioris partis principum in electione Rom. regis votum habentium fuerint approbata.*

14) Has rationes enumerat MATTHAEVS PARISIENSIS ad a. 1257. p. 807. *Magnates Alemanniæ, quorum hi ſunt celebriores qui ſubſcribuntur, odio habent Francorum ſuperbiam, & ſe inuicem perſequuntur, nec curant, vt aliquis Francus vel de eorum genere quis in Alemannia dominetur, nec aliquem de ſeipſis propter inteſtinam controuerſiam. Nam impetuoſi ſunt Alemanni, & elati, omnisque ſuperbus impatiens conſortis erit. Nec Italicum vel Romanum, & præcipue Papalem aliquatenus eligere, propter inſatiabilem eorum auaritiam. Elegerunt igitur, inito diligenti cum deliberatione conſilio, Comitem Richardum, tum propter linguam Anglicanam, quæ Alemannicæ conſonat, & originis communionem & antiquam & nouam; antiqua in chronicis poterit reperiri, noua in diebus noſtris poteſt certificari, ſcilicet de Duce de Brunſwic, & Duce Saxonum, de Ottone Imperatore, qui de Anglica ſcilicet filia Henrici Anglorum Regis ortus eſt. Elegerunt, inquam, ipſum Comitem Richardum, tum propter eius fidelitatem, conſtantiam, & ſapientiam, tum propter ſui theſauri abundantiam. Vnde quidam, ſcilicet Satyricus, ſatis inquit Satyrice: nummus ait, pro me, nubit Cornubia, Romæ.* Quantus vero ipſius fuerit theſaurus, exponit MATTHAEVS PARISIENSIS p. 809. ſcribens: *æſtimatus eſt eodem tempore theſaurus Comitis Richardi ad tantam pecuniæ ſummam, vt qualibet die per decennium centum marcas poſſet exponere: non computatis prouentibus, qui ex redditibus Alemanniæ & Angliæ quotidie ſuccreuerunt.*

15) MATTHAEVS PARISIENSIS cit. loc. *Anno Domini MCCLVII. qui eſt annus domini Regis Henrici tertii quadrageſimus primus, fuit idem dominus Rex Londini ad Natale Domini. Vbi veniunt ad dominum Regem, (qui multos ſimul cum Comite Richardo ibi Magnates congregauerat) quidam de Primatibus Alemanniæ: nunciantes omnibus qui ibi fuerunt, quod vnanimi conſenſu Comitem Richardum in Regem Alemanniæ rite elegerant. Et ipſum in ſuum Regem & dominum poſtularant, dummodo in eorum voluntatem conſentire voluiſſet Comes memoratus. Archiepiſcopus autem Colonienſis, ſacri Imperi Prothocancellarius, & quidam alii Magnates Alemanniæ: litteras ſuas ſuper hoc teſtimoniales & ratihabitionem per eosdem ſolemnes nuncios, illuc vnanimiter deſtinarunt: Aſſerentes, quod nunquam aliquis ſine aliqua contradictione, ita mere, ita vnanimiter electus in illam extitiſſet dignitatem. Et dum hæſitaſſent omnes quid agendum, quod præſentia Comitis multum eſſet Regno Angliæ neceſſaria, ait Rex in propatulo: ne videatur puſillanimitas, conſulo & peto vt hunc honorem cœlitus & humanitus ſimul conceſſum & oblatum recipere non recuſet: Et cum perterruiſſent aliquos, quod duo paucis elapſis annis in Regem Alemanniæ electi & promoti, ſiniſtros & finales caſus, quaſi Deo irato, promeruerunt; fuerunt qui dicerent Comiti verba conſolatoria:* Et paullo poſt: *Rex inſuper & eius fratres, præcipue electus VVintonienſis, ipſum ad hoc alacriter animarunt; aſſerentes hunc honorem totam Anglicanam nationem in perpetuum exaltare. Qui cum audiſſet Comes, hominem induens, & in bonam ſpem erectus, ait libera & alacri voce: Et ego Dei confiſus miſericordia, licet inſufficiens & indignus, hoc onus & honorem, mihi, vt ſpero, diuinitus oblatum, gratanter ſuſcipio: ne puſillanimis dicar & meticuloſus. Et addidit, verſa facie ad Epiſcopos (quorum vnus Bangorenſis Richardus, qui hæc huius paginæ ſcriptori aſſertiue enarrauit, extiterat) Et ego antequam exeam ab hac Capella, igne comburar infernali, & morte moriar repentina, ſi hæc facio cauſa ambitionis vel auaritiæ: ſed vt Regnum illud ad ſtatum, quod Deus annuat, reſtaurem meliorem, & illos, qui me ſponte in Dominum elegerunt, cum omni modeſtia, iuſtitia & honore valeam gubernare. In quo verbo multorum lachrymas excutiens, nuncios Alemannorum maxime reddidit lætiores. Et qui hucusque de conſenſu ipſius dubitauerant, iam certificati de voluntate & fauore, læti ad propria remearunt: infra diem a Natali Domini vigeſimum, Magnatibus, qui eos miſerant,* hoc

rant, Germaniæ Magnates, homagium ei fecerunt ac fidelitatem. 16) Inde cum multis thesauris in Germaniam delatus, 17) in die ascensionis Dominicæ VI. Kl. Iunii 1257. per manum Conradi Archiepiscopi Coloniensis, Aquisgrani cum Sanctia vxore sua 18) solenniter fuit coronatus. 19) In crastino die Veneris, Rex nouellus Richardus, filium suum Henricum, quem genuerat ei Isabella, prior vxor eius, cingulo donauit militari. Celebrauitque conuiuium tam in die tyrocinii eiusdem Henrici, quam in die coronationis suæ. 20) Inde misit legatos suos, Laurentium Episcopum, Wilhelmum Archiepiscopum Roffensem ac Robertum de Baro pro confirmatione sua & corona Romana ab Vrbano IV. petenda. 21)

§. IV. Interim Alfonsus, Rex Castiliæ, se prius quam Richardum in Regem Romanorum rite fuisse electum asserebat, faciebant etiam cum eo Franci, archiepiscopus Treuirensis atque multi ex Germaniæ Proceribus. 22) Hinc ab Henrico, Anglorum Rege pete-

hoc mandatum nuntiaturi. FRAGMENTVM HISTOR. *pag. 92.*

16) MATTHAEVS PARISIENSIS ad a. 1257. p. 813. *& eodem tempore Archiepiscopus Coloniæ Conradus, & alii cum eo Magnates Alemanniæ, qui cum dicto Archiepiscopo Londini venerant, fecerunt homagium & fidelitatem ligantiæ, Comiti Richardo. Quo facto, Comes contulit illis statim quingentas marcas, pro suis viaticis adquietandis. Insuper vnam Mitram nobilissimam, pretiosis lapidibus, & laminis aureis redimitam. Quam cum Archiepiscopus aptasset capiti suo, ait, nobili thesauro ditauit me & Ecclesiam meam, Comes Richardus: & ego certe, sicut imposuit capiti meo Mitram meam, imprimam capiti suo coronam regni Alemanniæ, vel Romanorum. Mitrauit me, & ego eum coronabo. Hoc idcirco huic libello duxi annectendum, vt sciant posteri, quam calide nouerunt alienam Anglicanam simplicitatem circumuenire.*

17) MATTHAEVS PARISIENSIS p. 814. *tertia vero die Paschæ, Comes Cornubiæ, & electus Alemanniæ nouellus, valedicens amicis, & se orationibus commendans religiosorum, iter arripuit versus mare a Londino, videlicet versus Gernemue, cum maximo comitatu Nobilium.* Et paullo post: *assignatis igitur castris, terris, & possessionibus suis, quæ habuit in Anglia Comes, quarum summum constituit episcopum Londinensem, se Neptuno cum infinita classe, quam in portubus Angliæ habebat, vndecunque raptis & collectis Angliæ & aliarum regionum nauibus, commendauit.* Quantos autem thesauros secum sumserit, statim subnectit, dicens: *cum quo recedente, asportata recesserunt irreditura septies centena librarum millia, multis peccatis cruentata, absque quotidianis eius redditibus in Anglia succrescentibus, diatim asportandis. Vnde terra Anglicana his & aliis multis bonis, præcipue numismate spoliata, cœpit miserabiliter egere, & de spoliis alienis gloriari.* Hinc etiam ANNALES COLMARIENSES ad a. 1257. *Richardus frater Regis Angliæ donis regnum obtinuit Romanorum.*

18) MATTHAEVS PARISIENSIS p. 817. eam Senchiam vocat Comitissam. Sed eandem plenius describit TRITHEMIVS Chron. Hirsaug. ad a. 1257. dicens: *erat illis diebus Comes quidam de Falckenstein nomine Philippus qui sororem habebat, omnium mulierum, vt dicebatur, speciosissimam; cuius pulchritudo vsque adeo Regi, complacuit Richardo, vt eam in vxorem peteret a memorato Comite, & acciperet. Vnde nuptiis apud Wormatiam cum magna solennitate, & pompa celebratis, multis Principibus multa contulit, & pro confirmando sibi Regno infinitas pene pecunias expendit; conflauerat enim sibi magnum thesaurum in Anglia, quem profecturus in Germaniam, secum detulit, & paulatim distribuit, volens nimium vbique videri largus, ac gloriosus.*

19) MATTHAEVS PARISIENSIS ad a. 1257. p. 817. *die vero ascensionis Dominicæ, scilicet sexto Calendas Iunii, coronatus est Comes Cornubiæ Richardus in regem Alemannorum, siue Romanorum, per manum Conradi Archiepiscopi Coloniensis, apud Aquisgranum, cum maximo honore & solennitate, prout moris est ab antiquo continuati, nec erat qui contradiceret vel conturbaret, quod nunquam contigit a tempore cuius extat memoria. Coronata est cum eo vxor Senchia comitissa in Reginam.* CHRON. AVGVST. *ad a. 1257.* Ipse Richardus singulari epistola ad Angliæ Principem Edmundum apud du MONT *Corps Diplomatique Tom. I. p. I. p. 401.* hæc narrat & LVNIGIVM *Reichs-Archiv p. Gener. Contin. II. p. 170.* & de coronatione sua sic scribit: *Idem Archiepiscopus Maguntinus apud Aquisgranum ad præsentiam nostram venit; vbi in festo Ascensionis Dominicæ ipso ac Archiepiscopo Coloniensi præsentibus & aliis multis Comitibus, Baronibus, Magnatibus, & Nobilibus nostris fidelibus in sede magni Caroli cum solemnitate, qua decuit, in illius nomine qui superbos deiicit & ponit humiles in sublimi sacri Romani Regni Sceptrum recepimus & Coronam carissima consorte nostra similiter eo die nobiscum solemniter coronata.* Coronationis solennitatem narrat Seneschallo suo in Angliam, per epistolam, quæ reperitur in MATTHAEI PARISIENSIS *additamentis p. 1127.* TRITHEMIVS *ad a. 1258.*

20) MATTTHAEVS PARISIENSIS *p. 817.*

21) Epistola Vrbani II. apud LEIBNITIVM c. l. *& quidem venerabilis frater noster Laurentius Episcopus, & dilectus filius Wilhelmus Archidiaconus Roffensis ac Robertus de Baro procuratores & nuntii tui, a te plenariam potestatem habentes, vt in nostro consistorio tua proponerent negotia, & peterent cum solennitate, qua conueniret, vocationem tuam solemniter ad coronam, ac vniuersa & singula circa hæc gererent, agerent fideliter, ac procurarent, quæ per vestros nuntios ac procuratores ad hoc specialiter deputatos legitime possent agi, peti, & etiam procurari.*

22) MATTHAEVS PARIS. ad a. 1257. p. 821. *eodemque tempore increbuerunt rumores multis displicentes, videlicet quod Rex Hispaniæ se asseruit prius quam Comes Richardus in regno Romanorum eligeretur, rite fuisse electum. In cuius rei argumentum, Archiepiscopus Treuirensis adhuc cum illo Rege Hispaniæ incommutabiliter stabat; & quidam alii Nobiles de Alemannia cum eo. Quibus Rex Francorum consilium spopondit & auxilium. Franci enim doluerunt, de honore impenso Comiti Richardo, & vtilitate Alemannorum, inter quos antiquum odium natiuum & inexorabile; maxime pro magno prœlio inter Alemannos & Francos, & eorundem Francorum fautores scilicet Flandrenses, nuper commisso. Sed status noui regis Alemanniæ Richardi certus est, purus & incommutabilis. Quia cum anno præterito Londini electio eius domino regi Angliæ præsentaretur, & Magnatibus eius a Magnatibus Alemanniæ; nullus omnino apparuit scrupulus contradictionis. Nec postea, scilicet quando Archiepiscopus Colonsæ, qui est Imperii Prothocancellarius, cum quo venerant Optimates quam plures Alemanniæ, qui nunquam mentionem de Rege Hispaniarum fecerant, vel eius electione. Sed nec exploratores sagacissimi in Ale-*

petebat, vt ipsum contra Richardum iuuaret, 23) missis etiam ad Richardum litteris, postulabat, vt Regno Alemanniæ cederet, hoc vero renuente, 24) misit vterque legatos suos ad Curiam Romanam pro sua confirmatione. 25) Richardi argumenta in eo constabant, quod vacante Romano Imperio, die pro electione statuto, in octauis Epiphaniæ 1256. apud Francofurtum Coloniensis Archiepiscopus pro se & Moguntino, qui ipsi vices suas commiserat, & Comes Palatinus extra vrbem in Franckeserd, Treuirensis vero Archiepiscopus & Dux Saxoniæ intra vrbem conuenerint. Cumque Treuirensis Archiepiscopus & Dux Saxoniæ Archiepiscopum Coloniensem & Comitem Palatinum nec ipsum oppidum intrare permitterent, nec ad eos exire vellent, super hoc sæpius requisiti; dicti Archiepiscopus Coloniensis & Comes Palatinus attendentes, ex lapsu temporis periculum imminere, si forsan electio non fieret illa die, quæ ad hoc fuerat peremptorie constituta, præsertim cum de anno & die, post vacationem Imperii quindecim solummodo dies superfuerint, infra quos nullo modo potuissent propter locorum distantium, & alias circumstantias, præfati Principes iterum conuenire; cum Prælatis, Ducibus, & aliis ibidem præsentibus, deliberatione præhabita de ipsorum communi consilio & assensu, ad electionem procedere decreuerint, ipsumque die præfinito, loco consueto elegerint, cui electioni Rex Bohemiæ post paucos dies accesserit, ipsi Imperium per legatos detulerint, ipseque Alemanniæ regnum ingressus resistentem non inuenerit, postmodum per Coloniensem Archiepiscopum fuerit coronatus, ac in sedem Caroli M. inthronizatus, nullo ipsi se opponente. Inde homagia ac fidelitatis iuramenta receperit, obtinuerit ornamenta & insignia Imperialia, quibus Rex Romanorum soleat ornari, dum Romæ inungatur, reddita insuper ipsi fuerint quamplura oppida, castra, villæ, ac Iura Imperii tanquam Regi, ipseque Regni possessionem fuerit adeptus. Ideoque, dum Treuirensis Archiepiscopus & Dux Saxoniæ, recusando dicto die procederent, reliqui vero, non veniendo ad terminum concorditer assignatum, se alienos ab electione reddiderint, ea vice ipse ab omnibus Principibus vel saltim ab iis, in quis totaliter ius eligendi reciderot, censeri debeat legitimus, electus, maxime, dum ab Alexandro Papa fuerit adprobate Alphonsi electio vero nulla fuerit ipso iure, vtpote post annum & diem, & termino ad hoc statuto de communi

Alemanniam destinati. Rex igitur Alemanniæ in quieta possessione stabilitus, minas merito contempsit regis Hispaniæ; quamuis terribiliter comminaretur, quod hostiliter superueniret cum fortitudine Regum Francorum, Arragonum, & Nauarræ. Insuper in litteris suis apposuit idem Rex Hispaniæ hanc adiectionem pro titulo: Electus in Regem Romanorum, siue Alemanniæ. Quod cum comperisset rex Alemanniæ, Richardus imperterritus alacriter respondit, veniat cum nisu & impetu toto, ego occurram ei extra limitem regni mei. Falsum igitur est, quod dicit TRITHEMIVS Chr. Hirsaug. ad a. 1257. *venientes ad Alphonsum Regem Castellæ, qui missi fuerant Oratores, & nuncii Principum, fideliter sibi commissa coram illo exposuerunt. Sed ille aut contemnens aut non curans Romanorum Imperium, nuncios tamen remuneratos muneribus honorifice remisit ad Archiepiscopum; promittens se cum exercitu conuenienti tempore quod non gerebat animo, subsecuturum. Erat enim vir doctus & sapiens propterea suo Regno contentus Romani latitudinem Imperii, vt verus Philosophus, non curauit. Nomen tamen Romani Regis & titulum pro Electorum suorum reuerentia, ad tempus assumens tenuit, ac in literas scripsit, ne deferentes sibi hanc supremam Imperii dignitatem veluti arrogans contempsisse putaretur. In alio vero nullo se de Imperio penitus intromisit, nec toties vocatus in Germaniam venit, nec competitorem suum in aliquo molestauit, sed Electorum discordiam derisit.* Extant GVTETI de MIXIOIA Mediolanensis Notarii & Sociorum Carmina quædam ac litteræ in honorem huius Alphonsi in HANNII *Collect. Monum. Tom. I. p. 394.*

23) MATTHAEVS PARIS. ad a. 1257. p. 822. *sub illorum dierum circulis rex Hispaniæ scripsit regi Angliæ, instanter postulans, vt ipsum iuuaret potenter, vt decuit, & magnifice, contra Comitem Cornubiæ Richardum, qui sibi temere coronam Alemanniæ vsurpauit, & ipsum regem Hispaniæ, talia non præmeditantem, subdole supplantauerat. Iuuaret, inquam, secundum chartæ tenorem in eos confectæ quod scilicet quilibet alterum iuuaret contra quemlibet aduersantem: & factum fuit quando pax reformabatur inter eos in Gasconia. Quod cum audisset Rex Angliæ, respondit: imo flagito attentius, quatenus me & fratrem meum contra nostros iuuet rebelles & aduersantes. Quicunque fratri meo aduersatur, mihi rebellis merito iudicatur: qui enim non est mecum, contra me est.*

24) MATTHAEVS PARIS. ad a. 1258. p. 832. *hoc anno misit Rex Hispaniæ ad Regem Alemanniæ literas suas importunas satis & procaces, exhortabaturque minis adiunctis, vt regno suo Alemanniæ cederet, & recederet festinanter. Respondit autem Rex ilico alacriter & imperterritus si me hostiliter impetiturus aduenerit, inueniet me paratum in occursum ei extra limites regni mei, & in ore gladii ipsum recepturus. Rex autem Hispaniæ magis inde prouocatus, additis sibi Regni Arragoniæ & Nauarræ viribus, versus pontes Italiæ dum lora dirigeret, Saraceni Hispaniæ Cordubam occupare conabantur. Quo audito, Rex regrediens, impetus eorum refrenabat.*

25) MONACHVS PADVANVS lib. II. p. 601. *dum prædicta tam in Lombardia quam in Marchia gererentur, interfecto a Frisonibus in bello Rege Alemanniæ Guilelmo, conuenerunt Principes ad electionem more solito faciendam. Cum igitur tractarent de Principe idoneo eligendo, humani generis inimicus seminauit Zizania inter eos. Nam quidam Comitem Richardum, fratrem Regis Angliæ, Regem Alemanniæ elegerunt: alii vero vota in Regem Castellæ penitus transtulerunt. Comes autem Richardus ascendit in Alemanniam festinanter & de assensu quorundam Principum capiti suo regni Alemanniæ diadema imponi curauit. Vterque vero electus suos legatos ad Romanam Curiam destinauit, pro confirmatione a summo Pontifice impetranda. Sed Dominus Papa in partem aliquam declinare, ne forte pax Ecclesiæ turbaretur, de consilio Cardinalium, sub specie deliberandi, distulit super quæstione tantorum Principum definitiuam sententiam promulgare.*

26) Prout

ni Principum consensu transacto, & post electionem Richardi legitimam non cassatam, a solo Treuirensi, qui propter noua pedagia, quæ in terris suis imposuerit, excommunicatione fuerit ligatus, nulla forma obseruata, in Camera Treuirensis Archiepiscopi, clandestine fuerit attentata. Alphonsus vero per procuratores suos, Garsiam Siluensem, Dominicum Abulensem Episcopos, ac Ioannem Capellanum, Archidiaconum Compostellanum proponi faciebat, quod prædictus dies octauarum Epiphaniæ non ad eligendum, sed tractandum super electione Regis & Imperatoris, & ad assignandum diem ad celebrandum electionem eandem, non per omnes, sed quosdam ex ipsis principibus extiterit assignatus. Qua die Treuirensis Archiepiscopus & Dux Saxoniæ pro se, ac Marchione Brandenburgensi, qui eidem Treuirensi Archiepiscopo vices suas commiserat, nec non & procuratores memorati Regis Bohemiæ Francofurtum, tanquam viri pacifici accesserint. Coloniensis vero Archiepiscopus & Comes Palatinus cum ingenti armatorum multitudine ad loca circumuicina Francofurti aduenientes, requisiti per Treuirensem Archiepiscopum & Ducem Saxoniæ, vt eandem vrbem intrarent cum societate decenti, de assignando die ad electionem celebrandum prout terminus exegerat, si ad hoc essent habiles, vna cum ipsis pacifice tractaturi, non solum id facere contempserint, sed etiam Richardum non sine multo contemptu aliorum Principum nominauerint. Treuirensis igitur Archiepiscopus & Dux Saxoniæ attendentes dictam electionem esse penitus nullam, præsertim cum Coloniensis Archiepiscopus pro eo, quod in P. sancti Georgii ad velum aureum Diaconum Cardinalem, tunc legatum in Alemanniæ partibus, manus iniecerat, ac venerabilem fratrem nostrum Paderbornensem episcopum detineret captiuum, propter quod per eundem etiam Legatum excommunicatus extiterit; Comes Palatinus vero propter clericorum & religiosorum cædes & captiones, & quia contra sententiam Innocentii IV. Friderico II. Imp. & ipsius filio, Conrado præstiterit publice consilium, auxilium atque fauorem, fuerit ipso electionis tempore tam a canone, quam ab homine variis excommunicationibus innodatus, & Moguntinus Archiepiscopus, cuius Coloniensis Archiepiscopus se vices gerere asseruerit, in vinculis fuerit detentus, hinc liberum in electione consensum præstare nequiuerit. Inde certum terminum statuerint subsequentem dominicam passionis, quo quidem termino vsque ad proximam dominicam palmarum continuato de die in diem; & memorato Moguntino tunc a vinculis liberato, Coloniensi Archiepiscopo & Comite requisitis, & nolentibus interesse, dictus Treuirensis Archiepiscopus a Rege Bohemiæ, Duce Saxoniæ & Marchione Brandenburgensi ipsi super hac potestate commissa, ipsum, suo & illorum nomine, publice & solemniter in eodem oppido Francfurd Romanorum Regem & Imperatorem elegerint, & electionem ipsam omnibus adstantibus publicauerint, ipseque electione per quosdam Magnates in Hispaniam accedentes, ipsi præsentata, consenserit. Excommunicationem vero Treuirensi obiectam non obstare, nec consuetudinem, quæ de celebrando tempore vacantis Imperii infra annum & diem Regis Romanorum electioni destinatam, dum si veritate huiusmodi propositio fulciretur, electio ex hoc etiam nulla esset, cum non licuerit minori parti maiore contempta, diem vltimam ipsius temporibus præuenire. Nec cum intra Francofurtum & non alibi Romani Imperatoris debeat electio celebrari, minor pars non potuisset ad locum alium coarctare maiorem, coronationem vero ac possessionem nullum potuisse munimentum adferre, cum electio nulla fuerit, nec Coloniensem Archiepiscopum coronationem dare potuisse, nisi ei, qui a maiori & saniori Principum parte fuerit electus. Alexandri litteras vero, quibus Richardum adprobauerit, esse suppositititias, ex eo patere, quod idem Alexander publice asseruerit, quod super eodem negotio nihil in Regis Castellæ præiudicium attentaret, idemque per litteras & nuntium suum ipsi intimauerit. 26) Alexander IV. licet nulli accedere vellet parti, potius tamen Richardo fauere videbatur, quam Alfonso, eo quod Alphonsus Regnum Germaniæ tanquam artham, Imperii præambulam haud possideret, nec Aquisgrani esset coronatus. 27) Istius vero successor Vrbanus IV. ad diem 2. Maii vtrosque Romam citat, ad hanc controuersiam decidendam. 28) Hoc defuncto, dum a Cle-

26) Prout ex epistola Vrbani IV. apud LEIBNITIUM *c. l.* & du MONT *Corps Diplomatique Tom. I. p. I. p.* 216. patet.

27) MATTHAEUS PARIS. c. l. *Veruntatem* (Alfonsus) *nuncios solennes & præclaros ad dominum Papam destinauit; appellantes & allegantes pro iure ipsius Regis Hispaniæ, ne curia Romana alium ad Imperium admitteret gubernandum, quam regem Hispaniæ excellentissimum, qui plus quam omnes Reges Christiani, Christianitatis fines potenter ampliauerat. Quibus Papa pro Rege Alemanniæ respondit: filii charissimi, nouit & nosse tenetur discretio vestra, quod sit processus & ordo competens, & consuetudo ab antiquo approbata & vsitata, vt regnum Alemanniæ sit quasi arra Imperii dignitas præmbula, & possessio primitiua. Elaboret igitur Dominus vester Rex illustris Hispaniæ prudenter & potenter primitus, vt a Clero & nobilibus Alemanniæ ad quos ius spectat electionis, in regem Alemanniæ rite electus apud Aquisgranum, vt antiqua consuetudo est, consecretur, in regemque solenniter coronetur. Quo facto, nos secundum quod poterimus, Deum habentes præ oculis in promotione domini vestri præclari regis Hispaniæ, multiplici honore condigni, fauorabiles erimus & benigni. Nuncii igitur responsum tam Papæ, quam Regis, in trutina rationis perpendentes, istum rigoris ordinem domino suo regi Hispaniæ nunciabant, consulentes vtiliter, vt regnum suum; cui Saraceni insidiabantur, sapienter custodiret.* Patet etiam Papæ assensus ex epistola Vrbani IV. ad Richardum, in qua: *maxime cum antedictus prædecessor, id tibi de fratrum suorum consilio adscripsisset, te in eodem Regno & Imperio quibuslibet aliis præferendo, sicut per ipsius literas ostendere nitebantur.*

28) Extat hæc Papæ epistola in LEIBNITII Pre-

Clemente IV. coronam Imperialem peteret, iste hoc recusabat, quia corona Germanica nondum fuerit redimitus, potius se terminum peremtorium præfixisse dicit, quo vna cum aduersario se Papæ conspectui repræsentet, interim diebus & terminis adsignatis suos articulos probaret. 29)

§. V. Dum autem Alfonsus, intestinis Saracenorum potissimum, motibus implicitus, in Hispania remaneret, solo titulo Romanorum Regis contentus, 30) Richardus consilio vtebatur Archiepiscopi Coloniensis, dum Treuirensis ipsi adhuc esset contrarius. 31) Imperii ciuitates aliis oppignoratas magna pecuniæ vi liberat, multorumque sibi conciliat fauorem: 32) Exhaustis vero ipsius thesauris, Germaniæ Principibus ipsum deserentibus, ipse, postquam Wernerum Moguntinum Archiepiscopum constituisset Regni Vicarium per Alsatiam, Philippo de Falckenstein, fratri memorati Archiepiscopi commisisset Wetterauiam, Francofurtum, Fridbergam, Gelenhusen & reliqua illius Prouinciæ oppida, Philippo de Hohenfels commendasset, Wormatiam, Oppenheim, Moguntiam, Boppardiam & cætera circa Rhenum oppida cuncta a. 1259. cum castigata tamen & priuata familia in Angliam fuit reuersus, ipsius auctoritate apud Anglos æque Germanosque paullatim vilescente. 33) Et licet dum Alexander IV. Papa, dum Vrbanus IV. in odium Alfonsi ipsum ad Imperium repetendum concitaret, ipseque nouos thesauros conquirere, 34) ipse etiam a. 1262. Aquisgranum veniret, Ottocarum Bohemiæ Regem de Regno Bo-

Prodromo n. 14. & apud LVNIGIVM *p. Gen. Contin. II. p.* 173. in qua vtriusque partis argumenta ponderantur.

29) Extat epistola apud MARTENE *Tom. II. p.* 488. in qua: *fuit ex aduerso propositum, quod per saltum promoueri volebas, qui nondum recepta Coloniæ regni Romanorum corona requirebas prope venerandum imperii diadema*, vbi Coloniam pro Aquisgrano positum videmus. Idem Papa postea mittit Alphonso excerpta ex Registro Innocentii III. de coronatione Ottonis & Philippi de Imperio contendentium apud MARTENE *p.* 496.

30) Patet hoc ex MATTHAEI PARISIENSIS loco modo adducto. IO. MARIANA de rebus Hispaniæ lib. XIII. c. X. *Alfonsus intestinis motibus implicitus, & suorum voluntate diffisus, filiorum ætate nondum matura, ire distulit.* Et paullo post: *Alfonsum Hispaniæ longinquitas retardauit, aliaque ex aliis enata atque connexa domi difficultates.* Quod autem titulo Regis Romanorum fuerit vsus, patet potissimum ex diplomate ipsius, Friderico, Lotharingiæ Duci super Inuestitura Lotharingici Ducatus & Comitatus Romanici concesso, apud LEIBNITIVM *Cod. Iur. Gent. Tomo I. n. XIII. p.* 18. in quo: *Nos, Alfonsus, D. G. Romanorum Rex, semper Augustus.* Ex hoc autem diplomate patet, ipsum, non plane ἀπράκτον fuisse in negotiis Imperii.

31) MATTHAEVS PARIS. p. 817. *disposuit igitur libere Rex Richardus negotia regni Alemaniæ, sequens Magnatum terræ vestigia, eorum consiliis inhærendo, præcipue tamen Archiepiscopi Coloniensis. Constituit igitur Iohannem de Auenes Seneschallum suum, qui vir Martius extitit & exercitatus. Erant enim in regno adhuc aliqui recalcitrantes, videlicet Archiepiscopus Treuerensis, vir potens & bellicosus, cui Francorum fauor tantam præstitit temeritatem.*

32) MATTHAEVS PARIS. ad a. 1258. p. 832. *hæc cum Magnatibus Italiæ innotuissent, multi dextras regi Alemanniæ dantes, ei fidelitatem spontaneam dederunt inclinantes. Rex autem eos benigne suscipiens, liberauit quasdam ciuitates Alemanniæ, quas prædecessores sui obligauerant, data maxima pecuniæ quantitate. Vnde Alemannorum potentum gratiam incomparabilem sibi rex lucrifecisset; si armipotens extitisset in viribus, sicut fuerat in consiliis prudens & circumspectus.* Idem p. 826. *Rex Alemanniæ Richardus prudenter sibi aduersantes edomat, attrahit, & confœderat, adeo vt nobilium ciuitatum Italiæ ciues dextras ei dederunt. Et siluerunt æmulorum suorum comminationes: videlicet Francorum, Hispanorum, Treuerensium, & aliorum conterminorum, qui ei nocumentorum laqueos tetenderunt.*

33) FRAGM. HISTOR. p. 92. *& cum adhuc opulentus esset in diuitiis, vehebatur per Principes Alemanniæ ad singulas ciuitates & oppida Imperii super fluuium Rheni, & ab omnibus ciuitatibus, ob reuerentiam Principum qui cum eo aderant, honorifice est receptus. Cum autem Richardus Rex peruenisset vsque ad ciuitatem Basileam, defecit ei substantia: tunc reliquerunt eum Principes Alemanniæ solum, dicentes: quod eum non dilexerunt propter personam, sed ratione substantiæ, & dederunt ei libellum repudii, & per aliam viam reuersus est in regionem suam; cuius regis memoria cum sonitu periit.* Qua ratione apud Anglos fuerit receptus, late exponit MATTHAEVS PARISIENSIS *p.* 841. 842. 843. qui demum addit: *sed in breui cæpit eiusdem fama minui, potestasque Regia inter Anglos mediocriter aut minime formidari. Vnde nobiles Alemanniæ, qui Regem suum hactenus in Angliam comitabantur, considerantes eum non tanti existere fauoris, & reuerentiæ per Angliam, quanta Regiam decuit dignitatem, recesserunt ab eo cum indignatione, repatriantes festinanter, & dicentes: ex quo compatriota sui ipsum non venerantur, nos ipsum quomodo honoribus prosequemur? Habemus quod elegimus, thesaurum magis quam thesaurantem, congregatum non congregantem. Sed si de eo quod adhuc super est nobis fieret plena collatio, nobis penitus de persona nulla remanebit adoptatio.* TRITHEMIVS *ad a.* 1257. 1261. *Eodem anno posteaquam Richardus Rex Romam cum certis Principibus, & familia multas ciuitates Imperii perlustrando, & ad obedientiæ subiectionem suscipiendo vsque ad Basileam, vt supra diximus peruenisset, ac multa largiter exposuisset, deficientibus tandem pecuniis a Principibus paulatim deseritur, singulis ad sua reuertentibus. Qui desolatum se videns & inopia pressum vlterius procedere non potuit, sed Regno qualitercunque disposito in Angliam cum vxore reuertitur. Commisit autem Wernhero Moguntiensium Archiepiscopo, cuius sororem habebat vxorem, eam Regni partem, quæ continet Alsatiam cum adiacentibus oppidis & ciuitatibus, constituens illum suum Regni vicarium, vt potestatiue ageret in omnibus. Philippo de Falckenstein fratri memorati Archiepiscopi commisit Wetterauiam, Frankenfurt, Friedeberg, Gielenhausen, & reliqua illius Prouinciæ oppida. Porro Philippo de Hohenfels commendauit Wormatiam, Oppenheim, Moguntiam, Boppardiam & cætera circa Rhenum oppida cuncta. His ita cum aliis in Regno perperam magis quam vtiliter ordinatis, Richardus Rex, sicut dictum est cum vxore sua de Falckenstein in Angliam reuersus est, & solum portans nomen Regis nihil amplius de Imperii negotiis curabat.*

34) MATTHAEVS PARIS. ad a. 1259. p. 846. *interim dum Rex Alemanniæ in pace in Anglia morare-*

Bohemiæ & terris Auſtriacis inueſtiret 35) Argentoratenſibus ſtatuta ſua confirmaret, 36) licet a. 1263. in Angliam reuerteretur, reſedit apud Anglos inglorius, ſolo titulo Romanorum Regis contentus 37) a. 1271. in arce ſua Merckamſtadt defunctus, 38) relicto filio ſuo Henrico, quem ſolenni more militem creauerat. 39)

§. VI. Mortuo Richardo, Alfonſus coram Gregorio X. pacis intuitu, omni iuri ſuo in Imperium dicitur renuntiaſſe. Bohemi equidem Scriptores per Conradum Archiepiſcopum Colonienſem, Ottocaro Bohemorum Regi coronam Imperii fuiſſe delatam volunt. 40) Aſt, licet minime negauerim, habuiſſe ſuos in Imperio fautores Ottocarum, vix tamen credendum, ipſum Imperialem dignitatem renuiſſe, prout tradunt, quin potius eandem ſumma ope, ſed fruſtra ambiuiſſe videatur. 41)

§. VII. His igitur temporibus, cum non eſſet Rex in terris, qui motus prædonum reprimeret, omnia per tumultum, ſine lege, ſine ordine, pro libitu fiebant. 42) Diffidationes, rapinæ, pignorationes, latrocinia inualeſcebant. 43) Nulla erant Comitia, nulla Iudicia, nullus Imperator legitimus. Et licet Papa non ſolum, ſed plures etiam hiſce malis obuiam

ire

raretur, paratum eſt iter eidem ad Imperium libere recipiendum. Dominus autem Papa hoc ſcilicet ſub ſilentio callide procurauit, ne manifeſtus videretur fuiſſe Regis Hiſpaniæ aduerſarius. Rex autem Alemanniæ, vt ſe theſauris præmuniret abundantius, adhuc in Anglia quaſi latitando, expectabat quietius. Magnates enim Angliæ ſtatutis, quæ inceperant, ſalubriter intendebant, parum aut nihil de prædicti Regis mora vel motione ſolliciti: ſed ad malas conſuetudines, iniurias, & corruptelas, a modo delendas, omnino aſſidui & confœderati.

35) Extant litteræ Inueſtituræ apud GOLDASTVM *App. Docum. p.* 26. LVNIGIVM *Reichs-Archiv. P. Spec. Contin. I. Erſte Fortſetzung p.* 6.

36) IAC. von KONIGSHOVEN *Straſburg. Chron. cap. IV. §. LVIII.*

37) Sic extat Richardi epiſtola ad Angliæ Barones de anno 1264. apud MATTHAEVM PARISIENSEM *p.* 852. cum hoc titulo: *Richardus Dei gratia Rex Romanorum ſemper Auguſtus.* Ipſe Rudolphus Habsburgicus in diplomate ſub dato Auguſtæ 1275. quod exhibet GEWOLDVS *de Septemuiratu c. X. p.* 212. GOLDASTVS *Tomo I. p.* 311. LAMBECIVS *Comment. de Bibl. Caſ. Vindobon. lib. II. c. VII. p.* 828. ipſum vocat *inclytum Richardum, Romanorum Regem noſtrum prædeceſſorem.*

38) CONTIN. MATTHAEI PARIS. ad a. 1271. p. 859. *eodem anno Richardus rex Romanorum, frater regis Angliæ, quarto nonas Aprilis, apud caſtrum de Merkamſted, viam vniuerſæ carnis eſt ingreſſus. Cuius cor in eccleſia fratrum Minorum Oxoniæ, corpus vero in Eccleſia Monachorum Ciceſtrenſis ordinis de Hailes, quam ipſe propriis expenſis conſtruxerat, ſepelitur.*

39) MATTHAEVS PARIS. ad a. 1257. p. 817. *in craſtino vero,* (poſt coronationem) *videlicet die Veneris, Rex nouellus Richardus, filium ſuum Henricum, quem genuerat ei Iſabella prior vxor eiuſdem Regis Richardi, cingulo donauit militari. Celebrauitque conuiuium tam in die tyrocinii eiuſdem Henrici, quam in die coronationis ſuæ, quod in conſpectu Alemannorum ſtuporem merito poterat generare.* Idem per epiſtolam narrat Seneſchallo ſuo in Additamentis *p.* 1128. Idem ad a. 1257. p. 826. *& circa feſtum Sancti Michaelis, redierunt in Angliam Henricus filius domini Regis Alemanniæ Richardi, Miles factus a patre in craſtino ſuæ coronationis, vt præſcriptum eſt, & cum ipſo quidam Nobiles, qui cum dicto Rege ſteterunt, Anglici, videlicet dominus Hugo Diſpenſator, Iacobus de Aldelia, Stephanus Cheindueit & alii quamplures. Neſcitur qua de cauſa, ſed creditur, & a fide dignis aſſeritur, quod Alemanni non ſuſtinent cor Regis ſui, ſicut Anglici, conſiliis alienigenarum more arundinis inclinari.* Eiuſdem etiam fit mentio ad a. 1272. p. 859. Qua ratione duxerit Gaſtonis Bearnenſis filiam, docet P. de MARCA *Hiſt. de Bearn lib. VII. c. XI. p.* 610. Hiſtoriam ipſius & geſta tam apud Germanos, quam apud Italos & Anglos ſingulari libello expoſuit IACOBVS PAVLVS GVNDLINGIVS.

40) DVBRAVIVS Hiſt. Bohem. lib. XVII. p. 455. *Conradus Coloniæ Agrippinæ Archiepiſcopus atque idem Elector imperii, eius legationis princeps fuit, per quem, ad Othogarum ſummum honoris faſtigium nempe Romanum Imperium deferebat. Duo namque de viginti annis interregnum in Germania tunc durauerat, contendentibus vtrinque de Imperio tam domeſticis, quam alienis, tam armis, tam largitione. Domeſtici erant Henricus Thuringus, & Wilhelmus Batauus, qui in prœlio apud Friſios cecidit. Duo item externi Alfonſus Caſtellæ Rex & Richardus Regis Angliæ frater, a quo longiſſime, ratio voluntasque Electorum abhorrebat. Percepta igitur legatione Othogarus, cum ſuis deliberat.* Et paullo poſt: *totam Imperii conditionem ad ſe delatam improuide renuntiat.* Quem ſequitur HAGECIVS.

41) GERH. a ROO Ann. Auſtr. lib. I. p. 24. *Boemorum Hiſtoria dignitatem illam ad Regem ſuum Ottocarum delatam eſſe aſſerunt, qui dixerit, malle ſe Regem Boemiæ quam Cæſarem eſſe. Id cum a reliquis eius moribus vitæque inſtituto alienum eſſe videatur, potiores mihi auctores ſunt, qui ſumma ope & minaci ambitione eum affectaſſe confirmant, neque per Germaniam tantum Principum ſuffragia expugnare pecunia aggreſſum, ſed Lugdunum quoque legatos ea de re cum loculis miſiſſe, quibus auditis Papam dixiſſe, nihil opus eſſe Sclauo; cum in Germania multi egregii Principes inueniantur.* Idem dicit FVGGER *im Spiegel der Ehren lib. I. c. IX. p.* 76. Adſtipulatur SIFRIDVS PRESBYTER ad a. 1274. qui Ottocarum in Concilio Lugdunenſi Imperium ambiuiſſe dicit; de quo ſequens docebit diſſertatio.

42) Verba ſunt TRITHEMII *in Chron. Hirſaug. ad a.* 1260.

43) FRAGMENTVM HISTOR. p. 93. *cum autem regnum Romanorum vacaret a tempore Richardi Regis, qui Romani Imperii aſſumpſit gubernacula, & nullus Alemanniæ Principum propter metum aliquorum Alemanniæ, ſibi Romani regni regimen aſſumere vellet, qui partem Imperatoris & ſuorum contra eccleſiam fouebant: & medio tempore in partibus Alemanniæ & aliarum circumiacentium per diuerſos ſpoliatores virum & nobiles ipſius terræ fuerint inſolentiæ perpetratæ quam plurimæ.* MVTIVS Rer. Germ. lib. XXI. p. 192. *his temporibus arma vbique, leges fere nuſquam dominabantur, quisque occupat quantum potuit per vim. Ex vſu fuit principibus nullum Imperatorem haberi.* Eundem turbulentum Germaniæ ſtatum deſcribit etiam Vrbanus IV. in epiſtola ſua ad Richardum apud LEIBNITIVM *Cod. dipl. Tom. I. p.* 13.

 44) II. STR.

Sophia, frater Ludouici, 1) antea per Fridericum II. Sacri Imperii per Germaniam Procurator, absente Imp. constitutus. 2) Hic excommunicato in Concilio Lugdunensi Friderico a. 1245. Innocentii IV. Papæ precibus inuitatus, qui etiam multam pecuniæ summam ipsi in subsidium transmiserat, 3) curaque Sifridi Moguntini Archiepiscopi, 4) apud Herbipolim in Regem Romanorum contra eundem fuit a quibusdam saltim Principibus electus, 5) & cum Clerici potissimum ipsi fauerent, vocatus fuit Rex Clericorum. 6)

§. II. Statim ac electus fuerat, eodem anno 1246. Comitia Francofurti celebrat, quæ cum impedire conaretur Conradus IV, ab eodem ad Francofurtum fuit deuictus. 7) Hoc igitur a. 1247. in Bauariam aufugiente, Sueuis ipsum relinquentibus, 8) Sueuiam ingreditur Henricus, quæ Friderico adhuc fauebat, Reutlingam frustra obsidet, 9) & dum Vlmam a. 1247. tentaret, 10) ob magnum frigus & defectum populi in Thuringiam recedere

1) HISTOR. LANDGR. THVR. *cap. XLIX.* THEOD. ENGELHVSIVS in Chronico. *Henricus septimus, dictus Raspe, frater carnalis Ludowici, mariti S. Elisabeth Landgrauius Thuringiæ, vir grandæuus & bonus, ad inductionem Papæ Innocentii ad Imperium assumptus.* IO. A LEIDIS *Chr. Belg. lib. XXIII. c. IV.* Hinc TRITHEMIVS *Chron. Hirsaug.* & SPANHEIM. *ad a. 1246.* eum male vocat filium S. Elisabethæ.

2) Sic enim Fridericus II. Imp. in diplomate, Henrico, Misniæ Marchioni concesso, eum vocat *Henricum Landgrauium Thuringiæ, Comitem Palatinum Saxoniæ, dilectum consanguineum, Procuratorem Germaniæ*, apud SCHVBARTVM *de Comitibus Palatinis p. 190.* Hunc titulum ipse Landgrauius gerit in diplomate quodam, monasterio Georgenthalensi a. 1242. concesso, apud SAGITTARIVM *in Historia Henrici §. II.*

3) AVCTOR APPENDICIS MARTINI POLONI: *renuit, & scripsit Papæ, quod iam decrepitus esset, nec posset sustinere labores, nec haberet filios, nec amicos, nec terram locupletem vel magnam, quod posset expellere Imperatorem Fridericum & sufferre expensas.* Addit deinde: *Tunc Papa Innocentius scripsit sibi, vt sub obedientia Dei & Ecclesiæ assumeret sibi regnum, & transmisit sibi pecuniam prænominatam, & dedit sibi post obitum propter obedientiam illam quod vbicunque sepulchrum eligeret in anniuersario suo, & per octauum, in perpetuum, quicunque pro anima eius, & omnibus defunctis, fidelibus ibi oraret, duos annos indulgentiam consequeretur.* Quantum vero in ipsum impenderit Papa, docet nos MATTHAEVS PARISIENSIS *ad a. 1247. p. 636.* scribens: *considerans igitur dominus Papa, quod in creatione Landegrauii Duringiæ, qui subito periit, vt prædictum est, non modicum thesaurum amiserat, imo qui poterat stuporem in cordibus audientium generare, scilicet quinquaginta millia librarum denariorum Viannensium, quorum quilibet denarius valet tres obolos esterlingorum, qui & omnino in vsus cesserunt inimicorum) studuit cautius negotiari; & thesaurum promissum nouo electo, scilicet Comiti Wilhelmo, prudentius per circumspectos, & non suspectos nuncios secretius transmitere.* MATTHAEVS PARISIENSIS ad a. 1250. p. 698. *Henricus Rasso, Landgrauius Duringiæ, quem Papa proposuerat in Imperatorem sublimare, & pro cuius promotione infinitam effuderat pecuniam, periit in mortem ignominiosam præcipitatus.* HISTOR. LANDGR. THVR. c. L. *& quia papa Innocentius IIII. fuit multum pecuniosus, ideo vt prædictus Henricus filius ecclesiæ & membrum Christi, gubernacula regni susciperet, ei XXV. millia marcarum argenti puri in supplementum transmisit.*

4) CONRADI Chron. Mogunt. p. 575. *Sifridus Episcopus Langrauium Thuringiæ in Regem eligi procurauit.*

5) AVCTOR HIST. LANDGR. THVR. *c. LII.* eundem male electum dicit Francfurt. NICOL. de CVRBIO Vita Innocentii IV. c. XXI. *Consequenter dictus summus Pontifex Dominum Philippum tunc Ferrariensem electum ad noui Regis electionem, qui Frederico succederet, faciendam in Alemanniam, destinauit. Qui cum illuc duce Domino peruenisset, congregatis Principibus & Prælatis qui debebant electionem huiusmodi celebrare, & ad quos specialiter ipsa electio pertinebat, non sine magnis sumptibus & expensis Ecclesiæ, inuocata sancti spiritus gratia, vnanimiter, & concorditer in Romanorum Regem Langrauium illustrem virum & prudentem de Lotharingia elegerunt. Qui tanquam vir catholicus & magna fidei plenus illos qui sanctam matrem Ecclesiam impugnabant cœpit constanter & viriliter expugnare. Nam congregato exercitu contra Corradum dicti Frederici depositi filium pugnaturus accessit; & inito bello cum ipso, diuina faciente gratia, dictus Langrauius de exercitu dicti Corradi sexcentos Milites & XLII. Comites capitauit. Ex quibus mandatu dicti Regis Langrauii quamplurimi iurauerunt. Tunc temporis Dominus Papa per religiosum virum fratrem Bonuicinum Cubicularium suum XV. millia marcarum argenti dicto Regi transmisit. Qui postmodum infirmitate præuentus, tanquam vir catholicus, contritus, pariter & confessus, ac alia deuotissime suscipiens ecclesiastica sacramenta, infra electionis suæ annum vocante Domino in terra sua expirauit, debitum carnis exoluens. Interim dictus Pontifex post Concilium anno secundo Cluniacum iuit cum Rege Franciæ & ipsius fratribus locuturus; vbi Domini Cardinales primo capellos rubeos receperunt, sicut in ipso Concilio ordinatum.* IO. ROHTE *Chron. Thuring. p. 1735.*

6) ALBERTVS STADENSIS ad a. 1246. *cœperunt præterea illi, qui plenum fauorem non habebant ad talia eundem Landgrauium, Regem dicere Clericorum.*

7) Vid. *Sect. VI. §. XI.*

8) FRAGM. HISTOR. p. 92. *Conradus autem Rex fugiens, amisit multos milites & maxima bona, & imposuit Sueuis, qui cum eo venerant, & cum ipsis multis amissis fugerant, quod ipsi eum infideliter prodidissent. Sueui proinde ira moti, conspirauerunt cum Ecclesia & Rege Henrico, mouentes bellum in Regem Cunradum & suos fautores per Sueuiam, & circa Danubium & Mogum & vbique.*

9) NAVCLERVS vol. II. Gen. XLII. *iste Henricus Rex obsedit Reutlingen, anno Domini MCCXLVII. Quapropter Ciues votum fecerunt B. Virgini pro liberatione, quia astricti erant Friderico iureiurando: ipse enim oppidum muris cinxerat moxque sublata est obsidio, & quam ciues, vt vouerant, capellam B. Mariæ sacram, vt hodie cernitur ædificare.* MVTIVS *lib. XX. pag. 188.* CRVSIVS *Ann. Sueu. lib. II. p. III. cap. IV.*

10) FRAGM. HISTOR. p. 92. *Cunradus autem Rex, filius Friderici, videns, quod non poterat resistere fautoribus Ecclesiæ, duxit filiam Ducis Bauariæ, spe consilii & auxilii: sed parum profuit ei, quia Sueui fugauerunt eum de ciuitate in ciuitatem, & cum Rege Henrico obsederunt ciuitatem Vlmam in Sueuia: sed non expugnauerunt: propter magnum frigus, & defectum pabuli oportebat eos recedere de ciuitate.*

11) FRAGM.

dere fuit coactus, Wartbergam, sedem suam, Isenaco adiacentem, reuersus, vbi paullo post, profluuio ventris occubuit. 11) Corpus eius ad S. Catharinam iuxta latus patris ipso Iulianæ die, cor vero apud Dominicanos, cum largissimis indulgentiis conditum. 12) Defecit cum eo stirps antiqua Thuringiæ Landgrauiorum. Prima ipsius vxor Elisabetha fuit, a. 1231. defuncta, 13) altera Gertrudis Austriaca, quam a. 1240. duxit, 14) tertia Beatrix Henrici II. Brabantiæ Ducis filia. 15)

§. III. Post Henrici mortem, ab Innocentio IV. Papa variis Imperium deferebatur, atque inter hos Henrico potissimum, Brabantiæ Duci, hoc tamen Hacone etiam Norwegiæ Rege, aliisque renuentibus, 16) tandem a quibusdam Principibus V. Nonas Octobris.

11) FRAGM. HISTOR. c. I. *Rex autem Henricus ab Vlma recedens, venit in Turingiam, & mortuus est, anno ab incarnatione Domini MCCXLVII. & non regnauit per annum vnum* CONTIN. LAMBERTI *eodem anno 1247. præfatus Lantgrauius post secundam profectionem in Sueuiam ad propria reuersus, immatura morte obiit profluuio ventris.* HOMP. CHRON. TRITHEMIVS *Chron. Hirsaug. ad a. 1247.* ANDR. PRESBYTER Chron. Gener. apud PETZIVM Anecdotorum Tom. IV. p. 532. *Anno Domini millesimo ducentesimo quadragesimo quarto post promulgationem sententiæ excommunicationis per Innocentium quartum in Fridericum Imperatorem factam, Principes Alemanniæ electores de licentia Papæ Henricum Landgrauium Thuringiæ in Regem Romanorum elegerunt, qui anno Domini millesimo ducentesimo quadragesimo septimo Conradum Regem, filium Friderici Imperatoris, cum suo exercitu apud Frankenfurth ignominiose fugauit, & ipse Henricus eodem anno profluuio ventris obiit sine herede, sepultus in Hisnaco.* Sunt, qui ipsum etiam in obsidione Vlmæ grauiter fuisse vulneratum dicant, vt partim ex vulnere, partim ex dysenteria moreretur. Sic enim MVTIVS lib. XX. p. 188. *obsidendo Vlmam sagitta ab oppidanis vulneratus grauiter est, quod vulnus statim rara & lethalia symptomata secuta sunt, & paucis diebus post vulnus acceptum moritur. Quidam dicunt, dysenteria laborantem mortuum. Vtrumque verum esse arbitror: nam dysenteria symptoma esse potuit vulneris.* Idem dicit NAVCLERVS *vol. II. Gen. XLII. pag. 637.* CRVSIVS *Ann. Sueu. p. III. lib. II. cap. IV.* Solius mortis faciunt mentionem MONACHVS PADVANVS, ALBERTVS STADENSIS, CONT. LAMB. *ad a. 1247.* CHRON. AVGVST. *ad a. 1246.* MATTHAEVS PARISIENSIS ad a. 1250. p. 698. *Henricus enim Raspe, Landgrauius Duringiæ, quem Papa proposuerat in Imperatorem sublimare, & pro cuius promotione infinitam effuderat pecuniam, periit in mortem ignominiosam præcipitatus.*

12) HIST. LANDGR. THVR. c. LII. *postea ad Thuringiam reuersus, venit in castrum Wartburg & infirmari cœpit, & dum laboraret in extremis, petiuit corpus suum sepeliri apud patrem suum ad sanctam Catharinam extra muros ciuitatis Ysenach, & cor suum sepeliri ad fratres Prædicatores ad sanctam Elisabeth, in cuius honore conuentus fuit dedicatus: quod & factum est.* SIFRIDVS PRESBYTER, CONT. LAMBERTI *ad a. 1247.* PAVLLINI *Ann. Isen. §. LII.* De concessis ab Innocentio IV. Papa indulgentiis, qui sepulchrum Henrici visitarent RIVANDER *Chr. Thur. p. 312. Histor. Erzehlung der Vestung Wartburg p. 105.* IO. ROHTE *Chron. Thuring. p. 1736.* Extat in HAHNII *Collectione Monum. Veter. Tom. I. p. 172.* Innocentii IV. consolatoria ad Mediolanenses de morte Anti-Cæsaris Henrici Rasponis cum exhortatione ad Constantiam.

13) Sic Henricus monasterio Reinhartsbrunnensi, *pro saluatione animæ dilectæ contectalis nostræ Elisabeth, ipso die humationis eius, Ecclesiæ Reinhardsbrunnensi contulit decem mansos,* prout ex litteris apud SAGITTARIVM *c. IV. §. 3.* patet. TENTZELIVS in Supplem. Hist. Goth. p. 561. exhibet donationem Henrici pro Monasterio Ichtershusano de a. 1228. quæ incipit: *Ego Heinricus Thuringiæ Landgrauius, Saxoniæ Comes Palatinus. Notum sit - - quod nos pro remedio animæ nostræ nec non parentum nostrorum cum consensu venerabilis nostræ genitricis domnæ Sophiæ & dilectissimæ contectalis nostræ domnæ Elisabeth Lantgrauiæ fratrisque nostri Conradi centum iugera agrorum &c.* Sunt qui eam Adelheidam dicant, atque Ottonis, Brunsuicensis Ducis filiam faciant. Sic enim CHRON. BRVNSVICENSE apud MADERVM antiquit. Brunsuic. pag. 21. *Aleydem duxit Henricus filius B. Elisabeth, Landgrauius Hassiæ.* Idem dicit FRAGM. GENEAL. apud LEIBNITIVM *p. 19.* dum per errorem noster Henricus sæpius vocetur S. Elisabethæ filius. Verum, dum vxor vocetur Elisabetha, merito dubitamus.

14) HIST. LANDGR. THVR. c. XLIX. *Eodem anno (1240.) Heinricus solus Lantgrauius Thuringiæ & Hassiæ, Comes Palatinus Saxoniæ duxit in vxorem Gerdrudam filiam Ducis Austriæ,* cuius patrem HENNINGESIVS vocat Leopoldum Gloriosum.

15) M. CHRON. BELG. pag. 188. *Henricus Landtgrauius duxerat vxorem antequam in Regem Romanorum eligeretur, Beatricem, filiam Henrici, huius nominis secundi, Ducis Lotharingiæ & Brabantiæ, quæ postea nupsit Wilhelmo Comiti Flandriæ* quæ secundum BVTKENIVM *in Trophæis Brabant. lib. IV. p. 142.* ipso d. 10. Martii 1241. fuit desponsata, & mortuo Henrico nupsit Wilhelmo de Dampierre primogenito Flandriæ, seque in litteris anni 1250. scripsit: *Dei gratia quondam Romanorum Reginam semper Augustam.* Plura de vxoribus Henrici habet CASPAR SAGITTARIVS *im Gründlichen Berichte von Landgraf Heinrichs in Thüringen, Pfaltzgrafen zu Sachsen Römischen Königswahl,* & ex eo CHRIST. FRANC. *Paullini Ann. Isen. §. LIII.* Adde ECCARDVM *Histor. Genealog. Veter. Landgrau. c. VI.* Eiusd. *dissertationem de vxoribus Friderici §. XIX.*

16) MATTHAEVS PARISIENSIS ad a. 1250. p. 698. Plures recenset Candidatos, dicens: *post mortem cuius,* (Henrici Landgrauii) *in loco eiusdem, Henricus electus est Comes Gelrensis, sed mortem probrosam prioris considerans, recusauit sic sublimari. Post hunc Dux Brabantiæ, qui & Lotharingiæ, sed & ipse penitus refutauit. Post hunc vero Comes Richardus, quia vafer & abundans numismate, & quia frater Regis Angliæ renuit, quia ambigua sunt Martis pericula, & præcise contradixit. Post quem elegit dominus Papa Wilhelmum Hollandiæ Comitem. Qui temere consensit, & iam omnibus amissis ad suam terram, & non iam suam, qui fratri suo eam donauerat, repulsus est, vnde muscipulas & promissiones Papales detestans, mendicare cogebatur. Post hos autem omnes, voluit dominus Papa loco Frederici, Haconem Regem Norwegiæ, in culmen Imperii subrogare. Vnde vt aptiorem & fauorabiliorem ad hoc ipsum haberet, ipsum in Regem fecit consecratum coronari. Sed postquam coronatus fuit, protestatus est palam, se semper velle ecclesiæ inimicos, sed non omnes Papæ inimicos impugnare. Et hoc idem protestatus est idem Rex mihi ipsi Matthæo, qui & hæc scripsi, sub magni iuramenti attestatione: vnde ecclesiæ pericula vndique quotidie proruperunt.* Verum, licet de Richardo adhuc dubitemus, an etiam ante Wilhelmum

tæ, filius. 19) Hic, dum Coloniæ magna solennitate equestrem dignitatem fuisset adeptus, 20) insequenti anno, post longam obsidionem die XXXI. Octobris a. 1248. potitur Aquisgrano, 21) ibidemque Kl. Nouembris magna pompa coronatur. 22) Inde ab Innocentio Papa Lugduni a. 1251. confirmatur. 23) Otto vero, Traiectensis Episcopus, eius patruus, & Henricus Brabantiæ Dux, ipsius auunculus, ipsi adiuncti fuerunt auxiliatores, vt iuuenilem animum eius a belli strepitu temperarent. 24) Anno 1252. ad instantiam Alberti Saxoniæ Electoris, Ioanni atque Ottoni, Marchionibus Brandenburgicis expectatiuam concedit in feuda Imperii Saxonica. 25) Eodem anno, Thomæ, Sabaudiæ Comiti donat Ciuitatem Taurinensem, villam & pontem Montiscalerii, dominia Castrorum Ripollarum, Collegii Montosolii, Castri veteris, Gauarreti, cum omnibus iuribus. 26)

§. IV. Sed, dum Wilhelmus iste præualere nequiret, omnibus amissis, in terram suam, quam tamen fratri donauerat, fuit reuersus. 27) Hinc anno 1253. cum Margaretha Flan-

19) M. CHRON. BELG. *p. 227. 237. & 243.* FRAGM. HISTOR. *p. 92.* IO. a LEIDIS *rer. Belg. lib. XXIII. c. I.* HARAEVS *c. l.* P. DIVAEVS *rer. Brabant. lib. XI. p. 118.*

20) Hanc solennitatem prolixius describit IO. de BECKA *Chron. Vltraiect. pag. 77.* Moris enim erat, vt omnes Reges essent equites siue milites: hinc decorari hac dignitate voluit Guilielmus, antequam coronaretur. Vid. Obs. Halenses *Tomo II. Obs. III.*

21) MATTHAEVS PARISIENSIS ad a. 1247. p. 644. *tempore sub eodem præclusus est aditus ciuitatis Aquisgrani, vbi coronandus fuit Comes Hollandiæ Willielmus, in Regem Alemanniæ nuper electus; vt ibidem cum honore receptus, sicut de consuetudine Alemannorum solet, Regali diademate insigniretur. Conradus enim filius Frederici, Rex Alemanniæ cassatus; ei repagula contra dictionis diligenter procurarunt Aquisgranenses.* Obsidionem & deditiones plenius describit ad a. 1248. *pag. 651.* Sequitur M. CHRON. BELG. *p. 245.* & ex eo IO. BECKA *Chron. Traiect. p. 78.* In castris etiam apud Aquis Episcopo Constantiensi indultum 3. Non. Septembris 1247. concessit super administratione Regalium, quod exstat apud du MONT *Corps Diplomatique Tom. I. p. I. p. 195.*

22) MATTHAEVS PARISIENSIS ad a. 1248. p. 651. *ciuitate igitur tam violenter quam viriliter capta, Comes Willielmus de Hollandia, electus in Regem Alemanniæ, per manum Conradi Archiepiscopi Coloniensis, ibidem, vt scilicet solent de iure antiquissimo Reges Alemanniæ coronari, die omnium sanctorum solenniter illico coronatur. Fugerunt autem interim multi de ciuitate capta, diruta, & depauperata, tam indigenæ quam alieni stipendiarii, quos ibidem ad munimen constituerant Fredericus & eius filius Conradus, per occultos exitus, macerati & præ multiplici inedia semiuiui. Quæ tamen coronatio a multis nulla reputabatur, quia omnes electores non erant ibi præsentes, nec etiam consentientes, vtpote, Dux Saxonum, cui confœderabatur Fredericus, per filiam Ducis, quam ducturus est in vxorem, si reconciliari poterit. Nec Dux Bauariæ cuius filiam Conradus filius Friderici duxit, consensit, sic nec multi alii.* Ritus in coronatione Guilielmi adhibitos hoc modo describit M. CHRON. BELG. *p. 245. disiecto igitur vallo Rex vltimo die mensis Octobris vrbem ingressus, & ab vniuersis ciuibus gloriose receptus est; postera vero die, quæ est omnium sanctorum festiua solemnitate vniuersa multitudo Prælatorum & Principum deduxit electum Regem ad Basilicam perpetuæ virginis Mariæ, vt solemnem benedictionem reciperet, secundum ritum antiquæ consuetudinis quem Monasteriensis, & Mindensis episcopi simul ornauerunt infra sacrarium: Sed eundem Leodiensis & Traiectensis Episcopi vestitum ornamentis Leuiticis in modum Diaconi produxerunt ante Regale solium: quem tunc Coloniensis Archiepiscopus Cancellarius Italiæ collocauit in sede Maiestatis ita dicens: consecrare te dignetur omnipotens Deus in Regem Romanorum, qui Dauid per manum Samuelis Prophetæ, Regem inungi iussit super populum Hebræorum. Archiepiscopus vero Treuirensis Cancellarius Galliæ manus illi superimposuit, ita dicens: Descendat in te spiritus sapientiæ, intelligentiæ, scientiæ, pietatis, fortitudinis & consilii, replearisque Spiritu timoris Domini: Tum Marchio Brandenburgensis Regis Camerarius annulum ei tradidit ita dicens: Accipe signaculum Monarchiæ & Romanum Regnum in suo vigore conserua & ab incursione barbarorum inuicta virtute defende; Dux similiter Saxoniæ Regis Iustitiarius; donauit ei gladium ita dicens: Accipe Sceptrum Regni, & rebelles seuera correctione affige omnesque beneuolos in tranquilla pace guberna. Tum Bauariæ Dux Palatii Comes seu Dapifer globum ei aureum dedit, ita dicens: Accipe globum Sphæricum, & omnes terræ nationes Romano Regno subiice, vt gloriosus Augustus adpellari valeas. Tandem Rex Bohemiæ regis Pincerna, de assensu Coloniensis Archiepiscopi Coronam argenteam capiti suo impressit ita dicens: Accipe diadema splendidum vt in virtuosis actibus adeo corusces in terris, vt coronam æternæ felicitatis habere merearis in cælis. Post quæ omnia circumstanter Principes adorantes maiestatem Regiam acclamauerunt ipsi salutem, laudem & gloriam, accedentesque singulatim Primates ad Regale solium, præstiterunt eidem debita fidelitatis homagium. Tunc istis mira solemnitate peractis, Rex per plenam hebdomadam festiuam expleuit curiam cunctisque Principibus suæ ditionis patefecit Excellentiam. Demum octaua die conuenientes officiales Imperii statuerunt arcanum colloquium & commoditate Regis tractarunt speciale consilium vt magnifici viri scilicet Otto Traiectensis eius Patruus & Henricus Brabantiæ Dux, ipsius auunculus eiusdem Regis consiliarii seu auxiliatores essent, & iuuenilem animum eius a belli strepitu temperarent. Dominus vero Lubbertus Regalis Abbas Egmundensis, vir maturus & egregius, constitutus est eius Vice-Cancellarius; quibus ita gestis, Rex in magna gratitudine cunctis Principibus valedixit.* Eadem habet IO. de BECKA *Chron. Traiect. pag. 79.* TRITHEMIVS *Chron. Hirsaug. ad a. 1248.*

23) CHRON. AVGVST. ad a. 1251. *Papa, in Cœna Domini, Wilhelmum, Comitem Holandiæ, iam dudum a quibusdam Principibus, in Romanum Regem electum, multis Episcopis præsentibus, apud Lugdunum confirmat.*

24) IO. de BECKA *Chron. Vltraiect. p. 79.*

25) Extat diploma apud LVDEWIG *Reliquiis Ms. Tom. II. p. 247.* Idemque Ludouicus Bauarus an. 1340. Ludouico Brandenburgico confirmauit *pag. 294.*

26) Extat litteræ donationis d. 22. Maii 1252. apud GVICHENON *Histoire Genealog. de la Maison de Savoye Preuves p. 93.* du MONT *Corps Diplomatique Tom. I. p. I. p. 200.*

27) MATTHAEVS PARISIENSIS ad a. 1250. p. 698. de Guilielmo: *qui temere consensit, & iam omnibus amissis ad suam terram, & non iam ad suam, quia fratri suo eam donauerat, repulsus est, vnde muscipulas & promissiones Papales detestans, mendicare cogebatur.*

Flandriæ Comitiſſa bellum proſpere geſſit. 28) Inſequenti anno 1254. controuerſiam habuit cum Archiepiſcopo Colonienſi, eo quod Colonienſes, applicato Domui igne valido, in qua Pontificis Legatus cum Rege erat, voluerunt vtrosque ſuffocare. 29)

§. V. Præcipue vero Fœdus Rhenanum ſub hoc Guilielmo notari meretur. Occaſionem dedit, quod Dietherus I. Comes Catelinbocenſis a. 1246. caſtrum Rheinfels extrui fecerit, atque nauigantes coëgerit, vt telonium ibidem ſoluerent. Ciuitates equidem a. 1255. caſtrum hoc, fruſtraneo tamen conatu obſidebant: Ciuitates igitur Rheni, quaſi deſtituti regia defenſione, inſtinctu potiſſimum ciuis cuiusdam Moguntini, Waldbotodii vinculo ſocietatis fortiſſimæ ad inuicem coniungebantur, Capitaneum eligebant, telonia eiusdem fluminis, quæ a pluribus fuerant adaucta, remouebant, vicinos Principes & Comites ſuæ ſocietati adhærere compellebant, vndique in finibus ſuis pacem ordinantes, optimam & hactenus inauditam. Initium potiſſimum faciebant Moguntia, Colonia, Wormatia, Spira, Argentoratum, Baſilea, quæ a. 1253. pacem inter ſe fecerant iuratam, quum Gerhardus Moguntinus, Conradus Colonienſis, Arnoldus, Treuirenſis Archiepiſcopi, Richardus Wormatienſis, Henricus Argentinenſis, Iacobus Metenſis, Bertholdus Baſileenſis Epiſcopi nec non multi Comites & Nobiles terræ iurauerunt, ſua telonea iniuſta eſſe, eademque tam in terris quam in aquis relaxantes. 30) Poſtea indixerunt Colloquium apud Argentinam in feſto Michaelis pro pacis negotio conſeruando, ad quod accedentes nuntii ciuitatum, captiui facti ſunt ab Emichone Comite de Leiningen in villa Herde, clam & ſub noctis ſilentio, Arnoldus Camerarius, Fridericus Sculterus Moguntinenſis, Wolframus miles, Henricus & Richardus Wormatienſis, & deducti in caſtrum Landeke, anno Domini 1255. in vigilia Sancti Michaelis. Poſtea ſtatim ad habendum tractatum pro eodem conuenerunt apud Wormatiam in die ſancti Calixti. Conſtituerunt quatuor colloquia generalia pro ſanctæ pacis negotio in perpetuum conſeruandæ. Primum apud Colonienſes in Epiphania Domini. Secundum apud Moguntinenſes in octauo Paſchæ. Tertium apud Wormatienſes in feſto Apoſtolorum Petri & Pauli. Quartum apud Argentinam in natiuitate beatæ Virginis. Dum igitur Moguntiæ d. 29. Iunii 1255. denuo conueniſſent, plures vrbes ad ſexaginta 31) vsque acceſſerunt, mediante Comite de Waldeck, Imperialis Aulæ Cancellario, firma pax & treugæ fuerunt ſtatutæ, 32) eædemque a Wilhelmo confirmatæ. 33) In vigilia ſancti Martini 1255. coram Wilhelmo, Rege Romanorum apud Oppenheim iterum conuenerunt, ibidemque inter Ciuitatem & nobi-

28) ALBERTVS STADENSIS ad an. 1253. *Comitiſſa Flandriæ militiam nauigio miſit verſus Hollandiam contra Wilhelmum regem. Sed rex victoria potitus, plurimos ex eis occidit, & innumeros captiuauit, & multam inde pecuniam conquiſiuit.* IO. a LEIDIS *rer. Belg. lib. XXIII. c. XXIII.* IO. de BECKA *Chron. Vltraiect. c. l.*

29) Verba ſunt ALBERTI STADENSIS *ad an. 1254.*

30) Mentio eiusdem fit in ipſo fœdere a. 1256. concluſo apud LEIBNITIVM *Mant. Cod. Iur. Gent. p. I. pag. 93.*

31) Totam rem & ſocios fœderis exponit dictum fœdus apud LEIBNITIVM & CHRON. AVGVSTANVM ad a. 1247. *huius Wilhelmi Regis tempore Ciuitates apud Rhenum, cum Principibus, optimam pacem ineunt, eligentes ſibi Capitaneos, deſtruentes caſtra nociua, & iniuſta telonia remouentes, quia, poſt obitum ipſius Regis, qui vixit quaſi nouem annis, omnia redierunt in priſtinum malum ſtatum. Fuerunt autem ſubſcripti Principes & ſubſcriptæ ciuitates, quæ ſanctæ pacis fœdera iurarunt, Gebhardus Archiepiſcopus Moguntinenſis, Conradus Archiepiſcopus Colonienſis, Arnoldus Treuerenſis Epiſcopus, Iacobus Metenſis Epiſcopus, Abbas Fuldenſis, Ludwicus Palatinus Rheni Dux Bauariæ, Conradus Comes Silueſter, Richerus Comes de Catzenelebogen, Fridericus Comes de Liningen, Bertholdus Comes de Ziegenhagen, Enicho Comes Syluester, Gotfridus frater ſuus, Dominus Popo Comes de Turingen, Vlricus Comes de Ferreto, Comes de Wurnberg, Domina Sophia Landgrauia Turingiæ, Domina Vdalhildis Comitiſſa de Liningen, Domina de Trimperch, Vlricus de Mintzenberch, Geralatus de Limpurch, Philippus de Herchenueld, Philippus de Vakhenſtain, Dominus de Stralenberch, Pincerna de Erpach, Wernherus dapifer de Alzayn, Henricus de Ernberch, Rumpoldus de Stainach, Wormatia, Spira, Argentina, Baſilea, Thirogenſis, Friburg, Briſacum, Columbaria, Schlezeſtat, Hagenowia, VVeiſenburg, Numſtadt, VVimpina, Haydelberg, Lauternburch, Oppenheim, Frankenfurt, Friderberch, VVetslaria, Gaulenhauſen, Marpurch, Agliſueld, Voldta, Mulenhauſen, Aſchaffenburch, Seliſtat, Pingia, Dipacum, VVahtracum, Veſalia, Bopardia, Andernacum, Bunna, Nuſſia, Aquis ſedes regalis, in VVeſtphalia Munſter, & aliæ ciuitates plusquam LX. cum ciuitate Bremenſi, Grumperch, Hirsuelden.*

32) ALBERTVS STADENSIS *Anno Domini MCCLV. quidam validus ciuis in Moguntia cæpit hortari conciues ſuos, vt pro pace reſtauranda iuramento ſe inuicem conſtringerent. Conſenſerunt ei & aliæ ciuitates plurimæ. Vocarunt eum VValbodonem. Non placuit res principibus, nec militibus ſed neque prædonibus, & maxime his, qui habebant aſſidue manus pendulas ad rapinam, dicentes eſſe ſordidum, mercatores habere ſuper homines honoratos & nobiles dominatum,* CHRON. AVGVST. ad an. 1255. *interea VVilhelmo Rege Romanorum cum Comitiſſa Flandriæ, & Friſonibus bellica agente negotia, ciuitates Rheni quaſi deſtitutæ regia defenſione vinculo ſocietatis fortiſſime ad inuicem coniunguntur, capitaneum eligunt, telonia eiusdem fluminis, quæ a pluribus fuerant aggrauata, remouent, vicinos Principes & Comites ſuæ ſocietati adhærere compellunt, vndique in finibus ſuis pacem ordinantes optimam, & hactenus inauditam. Quo ſuperueniens Dominus Ludwicus nouus Palatinus Comes Rheni, fœdus laudabile ſocietatis iniit cum ciuitatibus ſupradictis. Iſta autem pax more Lombardorum ciuitatum inchoata, propter malitiam reſiſtentium non diu durat.* TRITHEMIVS *Chron. Hirſaug. ad a. 1254.*

33) IO. a LEIDIS Rer. Belg. lib. XXIII. c. XVI. *itaque circa hæc tempora conuenerunt apud Moguntiam pene omnes maiores Alemanniæ ſuperioris pro tractatu generalis pacis. Et deſtinauerunt VVilhelmo ſereniſſimo Regi Romanorum per ſolemnes nuntios hanc epiſtolam. Glorioſo domino ſuo Romanorum*

nobiles terræ per Wilhelmum Regem concordia super omnibus fuit stabilita ab vtraque parte. 34) In primo Colloquio Coloniensi in Epiphania Domini an. 1256. multa vtilia de Pacis negotio fuerunt pertractata. Indicta ibidem etiam fuit expeditio generalis super omnes violatores in octaua Walpurgis. Item post obitum Wilhelmi a. 1256. conuenerunt Moguntiæ die Dominica 1256, vbi etiam multa paci vtilia fuerunt pertractata. Ibidem etiam sub debito iuramento promiserunt, quod si Principes, ad quos spectaret Regis electio forsitan plus quam vnum eligerent, quod nulli illorum astare vellent, verbo vel opere, aut aliqua seruitia exhibere, clam vel aperte, aut mutuum dare, vel in aliquam ciuitatem intromittere, neque fidelitatem iuramenti præstare. Si vero aliqua Ciuitatum hoc infregerit, periura & carens omni honore reputaretur, & contra illam & eius perpetuam destructionem totis viribus insurgerent. Si autem Principes vnum dominum in Regem elegerint, illi continuo sine omni contradictione seruitia debita & honores exhiberent, insuper omnia pacis statuta conseruarent. Item conuenerunt in Moguntia, anno domini 1256. in crastino ascensionis Domini, tractantes ibidem qualiter honeste in vigilia S. Iohannis Baptistæ tunc instante, Francofurtum ad electionis terminum a Principibus statutum accederent, & omnia ad promotionem pacis ibidem tractarent. Expeditionem etiam in octaua S. Ioannis Baptistæ ibidem super pacis violatores indixerunt. 35)

§. VI. Tandem vero, dum contra Frisones bellum gereret, incidit per insidias in confiniis Hollandiæ ad Medenleck in loca palustria, glacie obducta, in qua fracta, cum equo pene submersus, a superuenientibus Frisonibus iaculis fuit oppressus die XXVIII. Ianuarii 1256. mortem occubuit, in domo cuiusdam Frisonis sepultus. 36) Reperta tamen

norum Regi VVilhelmo consules & Iudices plusquam septuaginta ciuitatum superioris Alemanniæ reuerentiam & obsequium perennale. Excellentiæ vestræ tenoris præsentis litteræ declaramus, quod nobis apud Moguntiam existentibus, die vicesima nona mensis Iunii, ad generale colloquium, mediante nobili viro de VValdecben, Imperialis aulæ Iustitiario, firma pax & treuga stabiles super vniuersis guerris & discordiis sunt statuta. Quapropter Maiestatem vestram Regiam humiliter exoramus & consulimus, quantum licet, quatenus pacem terræ salubriter incboatam per litteras magnificentiæ vestræ iam dignemini confirmare, eo quod vestrum commodum, vtilitatem, salutem importare dignoscitur & honorem: scientes quod vestræ serenitatis aduentum proficuum ad partes nostras cum ingenti desiderio præstolamur. Datum apud Moguntiam, vltima die mensis Iunii. Rex igitur, hac epistola accepta, gratanter pacem incboatam sub banno capitalis sententiæ firmiter obseruari, præcepit.

34) Extat illa apud DATTIVM *c. IV. n. 20.* du MONT *Corps Diplomatique Tom. I. p. I. p. 202.* Ibidem *p. 203.* etiam reliquæ formulæ Pacis inter Episcopos atque Ciuitates initæ reperiuntur.

35) Prout singula hæc vberius exponuntur in dicto fœdere apud LEIBNITIVM *c. l.*

36) Mortem ipsius optime descripsit MATTHAEVS PARISIENSIS *ad an. 1256. p. 793.* scribens: *Frisones igitur, expositis tam per mare & arundineta quam per terram, quæ tamen palustris est, insidiis, cum hyemalis magis rigor ingrueret (videlicet circa purificationem beatæ Virginis) ipsum VVillielmum cum iaculis, quæ vulgariter Gaueloces appellant, quorum maxime notitiam habent & vsum, Danisque securibus & gesis, lineis & leuibus armaturis cooperti, e vestigio hostiliter insequebantur. Et cum peruenirent ad quandam paludem, & insideret idem VVillielmus equum magnum bellicosum, ferro coopertum, loricatus & galeatus, crustis confractis glacialibus, quæ semipedalem excesserant spissitudinem, equus vsque latera submersus, infixus est in limo profundi. Quem cum assessor iratus, vsque ad viscera confodiens calcaribus præacutis cruentaret, & cum equus feruens & magnanimus resurgere niteretur, nec poterat, confractus & obrutus, magis submersus, ipsum insidentem volutando in fragmentis lubricis & hispidis oppressit. Superirruentes igitur Frisones cum non esset qui oppresso subueniret, quia omnes fugerant Commilitones, consimilem vitantes absorptionem, ipsius VVillielmi corpus iaculis vndique quod iam humefactum frigore obriguerat, immisericorditer licet misericordiam postularet, confoderunt. Obtulit autem suis peremptoribus pro redemptione, vt ei parcerent, & viuum euadere permitterent, infinitam pecuniæ quantitatem: sed inhumani homines, non parcentes, ipsum in frusta detruncarunt.* ALBERTVS STADENSIS ad a. 1256. *VVilhelmus Romanorum Rex, occiditur a Fresonibus, Medemlek, prope Hollandiam, morantibus, in loco incognito, ab eisdem sepultus.* M. CHRON. BELG. p. 247. *anno sequenti Rex Frisiam potenter introiuit: rebellantes sibi Frisones egregie vicit, & castrum Thorenburch apud Accomair ad eorum sempiternum offendiculum fabricauit. Demum cum iam tota terra propter glaciem esset peruia, Rex iterum venit quinto Cal. Februarii, cum duobus exercitibus & armata manu ingressus Frisiam, sperauit eandem sicut prius, victoriam sed non eodem cursu respondent vltima primis. Nam VVilhelmus de Brederaed miles, capitaneus vnius exercitus ordinatus fuit, qui contra Drechtenses Frisones trophæum laudis adeptus est. Rex autem in dextrario residens, secundum gubernauit exercitum, qui ad villam Hoichtwonde concremandam trans paludes securum quærens aditum, cum pedestrem exercitum Rex solus in magna distantia præcessisset, viamque meabilem ad captandos aduersarios explorasset: ecce dextrarius eius in paludoso vado, circumfracta glacie paulatim emersus, & ibidem sine cuiusquam familiaris auxilio fere suffocatus est. Frisones vero de latibulis insidiarum ex arundinetis vbique consurgentes, (prô dolor) ipsum Regem, antequam eius exercitus appropinquaret, occiderunt: quem propter pulchritudinem armorum timore superuenientis exercitus ad proximam villam festinanter asportarunt. Mot abantur tum fugitiui nonnulli per diuersas villas in Frisia: qui paulo ante propter eorum scelera proscripti erant ab Hollandia. Illi Regis arma cognoscentes ex auro falso splendido, in quibus atricolor coruscabat aquila, dixerunt occulte Frisonibus, suum Dominum, Regem & Comitem occidisse, ignorantes. Quapropter totius Frisiæ Principales siue Capitanei timentes læsæ Maiestatis iniuriam, sepelierunt occulte Regium corpus in domo cuiusdam Frisonis, vt per succedentia tempora, tam vindicta, quam memoria nominis Regii periret.* Sequitur IO. à LEIDIS *rer. Belg. lib. XXIII. c. XXX.* Singulare est, quod de ipsius sepultura dicitur in CHRON. AVGVSTENSI ad a. 1256. *VVilhelmus Rex, eodem mense (Ianuario) in Frisia, cum exercitu existens, a Fresonibus est occisus. Qui cum ad quandam Ciuitatem eiusdem Prouinciæ venisset, fertur ibidem inuenisse sepulchrum, opere mirifico constructum, & dum a ciuibus quæreret, cuius esset hoc sepulchrum opere*

men ipsius ossa a. 1282. in monasterium Ordinis Præmonstratensium Middelburgense a Florentio filio fuerunt translata. 37)

§. VII. Vxor ipsius erat Elisabetha, Ottonis Pueri, Ducis Brunsuicensis filia, quam a. 1251. duxit, 38) quæ tamen ante ipsum an. 1255. fuit extincta. 39) Ex hac genuit Florentium, filium & in Hollandiæ Comitatu successorem. 40)

opere tam sumtuoso decoratum? dicebant, quod nondum quisquam ibi sepultus esset, sed antiqui Patres eorum construxerint illud præfatum cognoscentes quod in eodem loco deberet Romanorum Regum aliquis tumulari. Deuicta itaque & subiugata tota Fresia, cum iam victor ipsa Terra exiret, a quibusdam fugitiuis, secus viam in arundineto latitantibus, cuspidibus occiditur, anno Regni sui nono. ANNALES COLMARIENSES, TRITHEMIVS *Chron. Hirsaug. ad a. 1256.*

24) IO. A LEIDIS *rer. Belg.* lib. XXIV. c. XIII. *anno Domini millesimo ducentesimo octuagesimo secundo Florentius Hollandiæ Comes ædificato quodam castro quod dicitur VVydenesse Frisonum armatas Phalanges viriliter aggressus est in Hoghenwonda occisisque sexcentis Frisonibus inopinatum triumphum adeptus est: in eodem namque bello quidam seniculus homo ad vitam reseruatus sepulchrum VVilhelmi Regis Romanorum prodidit. Florentius ergo ossa patris sui leuans cum eisdem Traiectum adiit, vbi celebratis exequiis regalibus in VValachriam magnifico Comitatu & solenniori apparatu regale corpus in monasterio Middelburghensi ordinis Præmonstratensium honorifice humo condidit.* huc facere videntur verba ANNALIVM COLMARIENSIVM ad a. 1284. *filius Domini VVilhelmi Regis Romanorum vindicauit se de Frisonibus, & interfecit ex eis mille quadringentos viros, & accepit corpus Patris sui de eorum manibus violenter.* TRITHEMIVS *Chr. Hirsaug. ad a. 1256.* Vitam Wilhelmi sigillatim scripsit IACOBVS PAVLVS GVNDLINGIVS.

38) ALBERTVS STADENSIS ad an. 1251. *VVilhelmus Rex duxit filiam Ducis Ottonis de Brunswich, & in ipsa nuptiarum nocte, scilicet Conuersionis S. Pauli, Palatium, in quo quieuerunt sponsus & sponsa, in Brunswich iuxta Leonem, penitus exustum, ex luminis & straminis incuria; corona Regis exusta est, & multa res preciosa. Duo sartores, qui in consuendis in quadam camera sedebant vestibus, sunt exusti. Rex & Regina vix euaserunt, Regina tamen Regem, tanquam in domo esset notior, educente.* ALBERICVS quidem ad a. 1193. ipsam vocat Isabellam. Ast, MAGNVM CHRON. BELG. pag. 237 *occiso Florentio, Serenissimo Principe, filius Eius, VVilhelmus, huius nominis secundus, Hollandiæ Comes XIV. hæreditarie sublimatus est, ducens in Vxorem, Elisabetham, filiam Ducis de Bruynswich, præclaram Virginem, ex qua genuit Florentium succedentem Hollandiæ Comitem.* CHRON. DVCVM BRVNSVIC. apud MADERVM, *Antiquit. Brunsuic. p. 20. 21.*

39) M. CHRON. BELG. p. 248. *Anno de hinc LXVI. obiit Venerabilis Matrona, Elisabeth, Romanorum Regina, in Nidelborch Monasterio honorifice tumulata.*

40) M. CHRON. BELG. *pag. 237. 252.* IO. A LEIDIS *lib. XXIV.* c. I.

PERIODVS OCTAVA.

DE INTERREGNO MAGNO.

§. I. Tempus interregni. §. II. Richardus Angliæ Princeps & Alfonsus, Rex Castiliæ inter dissidia eliguntur. §. III. Richardo Imperium defertur & coronatur. §. IV. Alphonsus præferri cupit: controuersia Romam defertur. §. V. Richardus ciuitates Imperiales liberat, multorum adquirit fauorem, sed exhaustis thesauris, in Angliam redit inglorius. §. VI. Post Richardi mortem, ambit coronam Imperialem Ottocarus, Rex Bohemiæ. §. VII. Turbulentus status tempore Interregni. §. VIII. Emortua familia Thuringica. §. IX. Sueuia, extincta Conradino varie dissipatur & Franconia. §. X. deficit etiam stirps Austriaca. §. XI. Deficiunt Duces Meraniæ. §. XII. Origo & incrementa Hansæ Teutonicæ. §. XIII. Pacta Ganerbinatus. §. XIV. Incrementa Ciuitatum Imperialium, & nobilitatis Immediatæ. Origo Austregarum Conuentionalium. §. XV. Origo Electorum.

§. I.

INcidit in ista tempora magnum illud & fatale Germaniæ Interregnum. Hoc, licet cum Rudolphi Habsburgici electione a. 1273. fuerit finitum, disputatur tamen de eiusdem initio. Sunt, qui a temporibus factæ in Concilio Lugdunensi excommunicationis atque depositionis Friderici II. Interregnum incoent, per XXVIII. annos productum, 1) quibus tamen ideo haut assentior, quod ista depositio fuerit illegitima, nec Papa nec Concilium Imp. deponendi habuerint potestatem. Alii Interregni tempus a morte Friderici II, 2) quæ anno 1250. accidit, supputant, & XXIII. constituunt annos. Alii

1) M. CHRON. BELG. p. 242. *Romanorum Imperium, siue post mortem, siue post depositionem Friderici Imperatoris secundi ab Imperio, vacare cœpit; & vacauit secundum Matthæum Palmerii annis XXVIII. cuius vacationis tempore, diuersi Principes per Imperii Electores ad Imperium electi fuerant.* Idem, ex mente tamen aliorum scribit LEHMANNVS lib. V. c. XCV. Huc facit etiam ALBERTVS ARGENTORATENSIS, dum Chronico suo ineunte sic scribit: *sic post Fridericum Imperium Regnumque Romanorum XXX. annis vacauit. Richardus enim & VVilhelmus, quia non durauerunt in regno, non fuisse censentur, & ambo caruerunt benedictione Imperiali.* GERHARDVS A ROO *Histor. Austriac. lib. I. pag. 18.*

2) H. STERO & EBERHARDVS ad a. 1277. *tempore vacantis Imperii, scilicet a temporibus Frederici olim Imperatoris.* ANDREAS PRESBYTER Chron. Gener. apud PETZIVM Tom. II. pag. 533. *Anno Domini millesimo ducentesimo quinquagesimo Fridericus Imperator obiit. Post cuius mortem Electores inter se fecerunt schisma. Et vna pars elegit Richardum Comitem Cornubiæ, alii vero Anfulsum Regem Hispaniæ, & durauit hoc schisma ab anno Domini

lii a Richardi Anglorum Principis in Angliam reditu illud incoant, 3) cum tamen nec te Rex fuerit legitimus Germanorum. Potius igitur a Conradi IV. morte atque anno 254. initium facimus Interregni, quia, viuo adhuc Friderico, in Regem electus fuerat omanorum legitimum, vt ideo patre defuncto, iustus esset succesor. Ipso vero extin-:o, nullus adesset Rex vel Imperator legitime electus.

§. II. Interregnum igitur erat annorum XIX. quo durante, Reges quidem Romaorum videmus electos, sed vitio potius creatos, atque inter dissidia, vt in numero legitimoım Impp. collocari mereantur minime. 4) Bini quidem priores Interregni anni inciunt in regimen Guilielmi Batavi, licet hic etiam apud Belgas potius viueret sine auctoitate. Hoc autem apud Frisios interfecto, Principes regni pro eligendo rege iam diu haitis diuersis conuentibus, eandem definitam electionis diem in octaua Epiphaniæ statuunt . 1256. Francofurti celebrandum, vbi dum quidam conuenissent, Moguntinus, Colonienss Archiepiscopus, & Ludouicus Comes Palatinus Rheni ac frater ipsius Dominus Heincus Comes Palatinus in campis patentibus ante Francofurtum, in Richardum fratrem egis Angliæ conuenerunt: Treuirensis autem Episcopus cum aliis quibusdam Principius, consentire nolentes electioni prædictæ, in ipsa vrbe Francofurto, nec Archiepiscoum Coloniensem & Comitem Palatinum intrare permittentes, nec ad eos, licet sæpius bi exire volentes, in media Quadragesima, freti litteris & auctoritate Regis Boemiæ, Ducis axoniæ, Marchionum de Brandenburch, & multorum Principum, elegerunt Dominum lfonsum, Regem Hispaniæ, 5) misitque Fridericum Lotharingiæ Ducem ad deferendum lphonso Imperium, quem etiam a. 1258. de terris suis Toledi inuestiuit. 6) Alphonis electioni de se factæ consensit, persuasus a Regibus & Principibus & amicis. 7) que intra duos menses in Imperium venire promittebat. 8) Licet autem hæc electio fuerit

omini millesimo ducentesimo quinquagesimo vsque annum Domini millesimum ducentesimum septuagenum secundum. Ambo autem, scilicet Richardus Ansulsus proditione Karoli Regis Siciliæ veneno terierunt.

3) Facit huc TRITHEMIVS Chron. ad a. 1261. *sque post eius* (Richardi) *in Angliam regressum nulm Regem habebat Imperium Romanorum, & vacat; cum ille solo nomine contentus nullis posset ratiobus induci, vt redire in Germaniam consentiret. urauit hæc Regni desolatio abhinc annis XII. vsque d institutionem Rudolphi de Habspurg, de quo suo co dicemus.* FRAGMENTVM HISTORICVM . 93. *dum autem Richardus Rex peruenisset vsque ad uitatem Basileam, defecit ei substantia: tunc relierunt eum Principes Alemanniæ solum, dicentes quod eum non dilexerunt propter personam, sed raone substantiæ, & dederunt ei libellum repudii, & r aliam viam reuersus est in regionem suam: cuius gis memoria cum sonitu periit. Tunc vacauit reum Romanorum annis XXIII. vsque ad tempora udolphi Dei gratia Romanorum Regis.* Licet, dum nnos 23. numeret, potius a morte Friderici II. supitet. Historiam Interregni tentauit IO. IOACHIVS ZENTGRAF *de Interregno Imperii Germanici excessu Conradi IV. ad Rudolphum Habsburgim VVitteberga 1668. 4.* Plenius vero hanc histoam ex publicis documentis illustrare voluit IO. REINSHEMIVS, testante DATTIO *de Pace Pu ica lib. I. c. IV. n. 42.*

4) M. CHRON. BELG. p. 235. *Conradus Rex frater eius Heinricus cum reliquis* (*Henrico, VVilmo & Richardo*) *vsque ad Rudolphum exclusiue antiquis & modernis chronographis cum suis ges inter Imperatores non ponuntur, sed eos tamen c de causa posuimus, vt debita Imperatorum & gum Romanorum successio obseruetur. Licet Condus legitime fuerit electus.* Sic etiam IO. VITO VRANVS Chron. p. 19. *huius etiam* (Alexandri .) *tempore Principes Alemanniæ in duo se diuintes. Quidam Regem Castellæ, & quidam Richarm Comitem Cornubiæ ad Imperium elegerunt; od schisma multis annis durauit.*

5) Integer electionis processus describitur in pistola Vrbani IV. ad Richardum apud LEIBNIVM l. l. *vacante Romano Imperio, die per omnes adictos Principes pro celebranda Regis Romani in nperatorem postea promouendi electione statuto in tauis Epiphaniæ anno Domini MCCLVI. apud memoratum oppidum de Franckeford quinque tantum de dictis Principibus tum per se, tum per alios, videlicet bonæ memoriæ Moguntinus Archiepiscopus ea vice in hoc commiserat vices suas; & dilectus filius nobilis vir Comes Palatinus a Franckeford: bonæ memoriæ vero Treuerensis Archiepiscopus, & dilectus filius nobilis Vir Dux Saxoniæ intra dictum oppidum conuenerunt: Cumque iidem Treuerensis Archiepiscopus & Dux Saxoniæ præfatos Archiepiscopum Coloniensem & Comitem nec ipsum oppidum intrare permitterent, nec ad eos exire vellent, super hoc sæpius requisiti; dicti Archiepiscopus Coloniensis & Comes, attendentes ex lapsu temporis periculum imminere, si forsan non fieret electio illa die, quæ ad hoc fuerat peremptorie constituta; præsertim cum de Anno & die post vacationem Imperii quindecim dies solummodo superessent, infra quos nullo modo potuissent propter locorum distantiam, & alias facti circumstantias præfati Principes iterum conuenire; cum Prælatis, Ducibus & aliis ibidem præsentibus, deliberatione prahabita de ipsorum communi consilio & assensu ad electionem procedere decreuerunt: & tandem præfatus Coloniensis pro se, ac dictis Moguntino cuius vices gerebat, & Comite præsente ac consentiente, diuino nomini inuocato, te in Regem Rom. elegit, & mox electionem huiusmodi Magnatum & aliorum astantium copiosæ multitudini publicauit.*

6) Extant litteræ Inuestituræ apud LEIBNITIVM Cod. Iur. Gent. p. I. p. 19. in quibus: *sedentibus nobis in publica Curia nostra & te dicto Duce & Comite flexis genibus ante pedes Maiestatis nostræ existente, inuestimus te dictum Ducem & Comitem de quinque vexillis in signum quinque dignitatum, quas in feodum ab Imperio tenere debes.* Ex LEIBNITIO habet du MONT *Corps Diplomatique Tom. I. p. I. pag. 207.*

7) Verba sunt CHRONICI AVGVSTENSIS *ad a. 1257.* Idem dicit TRITHEMIVS *ad a. 1257.*

8) Patet hoc ex litteris inuestituræ Friderici, Lotharingiæ Ducis apud LEIBNITIVM l. c. in quibus: *hoc tamen saluo, quod si infra duos annos contigerit, Vos ad Imperium non venire (quod Deus auertat) quod ex tunc de isto sacramento fidelitatis & homagii nunc præstito non tenear. De quo sacramento si casus ille euenerit, (quod absit) quod nos dictus Rex in Imperium non introiuerimus infra biennium, vt dictum est, te dictum Ducem & Comitem volumus non teneri.*

Rrr 3 9) Prout

fuerit dissidiosa, Richardus ab a. 1263. apud Anglos inglorius resederit, 9) non desunt tamen, qui Richardum pro legitimo Imperatore habendum esse velint, eo quod Scriptores antiqui ipsum pro tali habeant, 10) ipse diuersos Imperii Principes de terris suis inuestiuerit, Leges tulerit & priuilegia concesserit, 11) Germaniam possederit, ideoque nullum internenisse Interregnum autumant, cum tamen ex Historia Rudolphi Habsburgici pateat, ipsum Ottocari inuestituram de terris Austriacis, & reliqua Richardi Acta quæ non a maiori Electorum parte confirmata, irrita fecisse, 12) cum etiam Imperium tunc vacasse dicatur. 13)

§. III. Richardus hic, Iohannis sine terra, Anglorum Regis, filius, Henrici III. frater, Comes Cornubiæ, ideo eligebatur, quod nec Francis fauentem vellent, nec Papæ: nec ipsi Principes inter se possent conuenire. Accedebat thesauri, quem possidebat, abundantia. 14) Mittebantur itaque Conradus, Archiepiscopus Coloniensis, cum aliis Magnatibus & litteris in Angliam, qui coronam Imperii ipsi deferrent, 15) qua post habitas deliberationes, ipso Rege Henrico III, Richardi fratre, animante, accepta, ipsi, qui aderant,

9) Prout §. sequenti dicitur.

10) HENRICVS STERO *ad annum 1273. mortuo Richardo Romanorum Rege, Principes imperii circa octauam St. Michaelis ad eligendum alium Regem in Franckenfurth conuenerunt.*

11) De quo §. insequenti. Extat etiam apud GOLDASTVM *Tomo III. Constit. Imp. p. 404.* Richardi Constitutio de Hæreticis & blasphemis atque alia de successione in defuncti filii hæreditatem. Apud LVNIGIVM *Reichs-Archiu Parte Gen. Cont. II. p. 171.* quod de locis religiosorum nullæ Collectæ Imperii sint præstandæ.

12) Patet hoc ex Vrbani IV. epistola ad Richardum apud LEIBNITIVM *Cod. Iur. Gent. diplom. n. XIV.* in quo: *verum humani generis inimicus, pacis impatiens, amator litium, discordiæ seminator, vtriusque profectibus inuidens, clara memoria VVilhelmo Romanorum Rege rebus humanis exempto, inter Te & charissimum in Christo filium nostrum Regem Castellæ ac Legionis illustrem in Romanorum Regem electum circa obtinendam eiusdem Imperii dignitatem contentionis materiam suscitauit, vt vobis circa hoc contendentibus careret imperialis regiminis commodis orbis terræ, & tanti brachii, tam vtilis, tam necessarii, tam chari carentiam ex ipsius Imperii vacatione diutina molestam admodum & nociuam, damnosa experientia, Ecclesia prædicta sentiret.*

13) Extat diploma Rudolphi apud MARTENE *Thesauro Anecdot. Tom. I. pag. 1169.* in quo: *quod omnia donata, confirmata, seu facta, quocunque alio modo de rebus vel bonis imperii, per quondam Richardum regem illustrem, aut prædecessores suos in Romano imperio, a tempore quo lata fuerat in olim Fridericum Imperatorem II. depositionis sententia: nullius habere debeant roboris firmitatem, nisi consensu maioris partis principum in electione Rom. regis votum habentium fuerint approbata.*

14) Has rationes enumerat MATTHAEVS PARISIENSIS ad a. 1257. p. 807. *Magnates Alemanniæ, quorum hi sunt celebriores qui subscribuntur, odio habent Francorum superbiam, & se inuicem persequuntur, nec curant, vt aliquis Francus vel de eorum genere quis in Alemannia dominetur, nec aliquem de seipsis propter intestinam controuersiam. Nam impetuosi sunt Alemanni, & elati, omnisque superbus impatiens consortis erit. Nec Italicum vel Romanum, & præcipue Papalem aliquatenus eligere, propter insatiabilem eorum auaritiam. Elegerunt igitur, inito diligenti cum deliberatione consilio, Comitem Richardum, tum propter linguam Anglicanam, quæ Alemannicæ consonat, & originis communionem & antiquam & nouam; antiqua in chronicis poterit reperiri, noua in diebus nostris potest certificari, scilicet de Duce de Brunswic, & Duce Saxonum, de Ottone Imperatore, qui de Anglica scilicet filia Henrici Anglorum Regis ortus est. Elegerunt, inquam, ipsum Comitem Richardum, tum propter eius fidelitatem, constantiam, & sapientiam, tum propter sui thesauri abundantiam. Vnde quidam, scilicet Satyricus, satis inquit Satyrice: nummus ait, pro me, nubit Cornubia, Romæ.* Quantus vero ipsius fuerit thesaurus, exponit MATTHAEVS PARISIENSIS p. 809. scribens: *æstimatus est eodem tempore thesaurus Comitis Richardi ad tantam pecuniæ summam, vt qualibet die per decennium centum marcas posset exponere: non computatis prouentibus, qui ex redditibus Alemanniæ & Angliæ quotidie succreuerunt.*

15) MATTHAEVS PARISIENSIS cit. loc. *Anno Domini MCCLVII. qui est annus domini Regis Henrici tertii quadragesimus primus, fuit idem dominus Rex Londini ad Natale Domini. Vbi venit ad dominum Regem, (qui multos simul cum Comite Richardo ibi Magnates congregauerat) quidam de Primatibus Alemanniæ: nunciantes omnibus qui ibi fuerunt, quod vnanimi consensu Comitem Richardum in Regem Alemanniæ rite elegerant. Et ipsum in suum Regem & dominum postularant, dummodo in eorum voluntatem consentire voluisset Comes memoratus. Archiepiscopus autem Coloniensis, sacri Imperii Prothocancellarius, & quidam alii Magnates Alemanniæ: litteras suas super hoc testimoniales & ratihabitionem per eosdem solemnes nuncios, illuc vnanimiter destinarunt: Asserentes, quod nunquam aliquis sine aliqua contradictione, ita mere, ita vnanimiter electus in illam extitisset dignitatem. Et dum hæsitassent omnes quid agendum, quod præsentia Comitis multum esset Regno Angliæ necessaria, ait Rex in propatulo: ne videatur pusillanimitas, consulo & peto vt hunc honorem cælitus & humanitus simul concessum & oblatum recipere non recuset: Et cum perterruissent aliquos, quod duo paucis elapsis annis in Regem Alemanniæ electi & promoti, sinistros & finales casus, quasi Deo irato, promeruerunt; fuerunt qui dicerent Comiti verba consolatoria:* Et paullo post: *Rex insuper & eius fratres, præcipue electus VVintoniensis, ipsum ad hoc alacriter animarunt; asserentes hunc honorem totam Anglicanam nationem in perpetuum exaltare. Qui cum audisset Comes, hominem induens, & in bonam spem erectus, ait libera & alacri voce: Et ego Dei confisus misericordia, licet insufficiens & indignus, hoc onus & honorem, mihi, vt spero, diuinitus oblatum, gratanter suscipio: ne pusillanimis dicar & meticulosus. Et addidit, versa facie ad Episcopos (quorum vnus Bangorensis Richardus, qui hæc huius paginæ scriptori assertiue enarrauit, extiterat) Et ego antequam exeam ab hac Capella, igne comburar infernali, & morte moriar repentina, si hæc facio causa ambitionis vel auaritiæ: sed vt Regnum illud ad statum, quod Deus annuat, restaurem meliorem, & illos, qui me sponte in Dominum elegerunt, cum omni modestia, iustitia & honore valeam gubernare. In quo verbo multorum lachrymas excutiens, nuncios Alemannorum maxime reddidit lætiores. Et qui hucusque de consensu ipsius dubitauerant, iam certificati de voluntate & fauore, læti ad propria remearunt: infra diem a Natali Domini vigesimum, Magnatibus, qui eos miserant, hoc*

runt, Germaniæ Magnates, homagium ei fecerunt ac fidelitatem. 16) Inde cum multis thesauris in Germaniam delatus, 17) in die ascensionis Dominicæ VI. Kl. Iunii 1257. per manum Conradi Archiepiscopi Coloniensis, Aquisgrani cum Sanctia vxore sua 18) solenniter fuit coronatus. 19) In crastino die Veneris, Rex nouellus Richardus, filium suum Henricum, quem genuerat ei Isabella, prior vxor eius, cingulo donauit militari. Celebrauitque conuiuium tam in die tyrocinii eiusdem Henrici, quam in die coronationis suæ. 20) Inde misit legatos suos, Laurentium Episcopum, Wilhelmum Archiepiscopum Roffensem ac Robertum de Baro pro confirmatione sua & corona Romana ab Vrbano IV, petenda. 21)

§. IV. Interim Alfonsus, Rex Castiliæ, se prius quam Richardum in Regem Romanorum rite fuisse electum asserebat, faciebant etiam cum eo Franci, archiepiscopus Treuirensis atque multi ex Germaniæ Proceribus. 22) Hinc ab Henrico, Anglorum Rege pete-

hoc mandatum nunciaturi. FRAGMENTVM HISTOR. *pag. 92.*

16) MATTHAEVS PARISIENSIS ad a. 1257. p. 813. *& eodem tempore Archiepiscopus Coloniæ Conradus, & alii cum eo Magnates Alemanniæ, qui cum dicto Archiepiscopo Londini venerant, fecerunt homagium & fidelitatem ligantiæ, Comiti Richardo. Quo facto, Comes contulit illis statim quingentas marcas, pro suis viaticis adquietandis. Insuper vnam Mitram nobilissimam, pretiosis lapidibus, & laminis aureis redimitam. Quam cum Archiepiscopus aptasset capiti suo, ait, nobili thesauro ditauit me & Ecclesiam meam, Comes Richardus: & ego certe, sicut imposuit capiti meo Mitram meam, imprimam capiti suo coronam regni Alemanniæ, vel Romanorum. Mitrauit me, & ego eum coronabo. Hoc idcirco huic libello duxi annectendum, vt sciant posteri, quam calide nouerunt alienam Anglicanam simplicitatem circumuenire.*

17) MATTHAEVS PARISIENSIS p. 814. *tertia vero die Paschæ, Comes Cornubiæ, & electus Alemanniæ nouellus, valedicens amicis, & se orationibus commendans religiosorum, iter arripuit versus mare a Londino, videlicet versus Gernemue, cum maximo comitatu Nobilium.* Et paullo post: *assignatis igitur castris, terris, & possessionibus suis, quæ habuit in Anglia Comes, quorum summum constituit episcopum Londinensem, se Neptuno cum infinita classe, quam in portubus Angliæ habebat, vndecunque raptis & collectis Angliæ & aliarum regionum nauibus, commendauit.* Quantos autem thesauros secum sumserit, statim subnectit, dicens: *cum quo recedente, asportata recesserunt irreditura septies centena librarum millia, multis peccatis cumulata, absque quotidianis eius redditibus in Anglia accrescentibus, diatim asportandis. Vnde terra Anglicana his & aliis multis bonis, præcipue numismate spoliata, cœpit miserabiliter egere, & de spoliis alienis gloriari.* Hinc etiam ANNALES COLMARIENSES ad a. 1257. *Richardus frater Regis Angliæ omnis regnum obtinuit Romanorum.*

18) MATTHAEVS PARISIENSIS p. 817. eam Senchiam vocat Comitissam. Sed eandem plenius describit TRITHEMIVS Chron. Hirsaug. ad 1257. dicens: *erat illis diebus Comes quidam de Falckenstein nomine Philippus qui sororem habebat, omnium mulierum, vt dicebatur, speciosissimam; cuius pulchritudo vsque adeo Regi, complacuit Richardo, vt eam in vxorem peteret a memorato Comite, & acciperet. Vnde nuptiis apud Wormatiam cum magna solennitate, & pompa celebratis, multis Principibus multa contulit, & pro confirmando sibi Regno infinitas pene pecunias expendit; conflauerat enim sibi magnum thesaurum in Anglia, quem profecturus in Germaniam, secum detulit, & paulatim distribuit, volens nimium vbique videri largus, ac gloriosus.*

19) MATTHAEVS PARISIENSIS ad a. 1257. 817. *die vero ascensionis Dominicæ, scilicet sexto Kalendas Iunii, coronatus est Comes Cornubiæ Richardus in regem Alemannorum, siue Romanorum, per manum Conradi Archiepiscopi Coloniensis, apud Aquisgranum, cum maximo honore & solennitate, prout moris est ab antiquo continuati, nec erat qui contradiceret vel conturbaret, quod nunquam contigit a tempore cuius extat memoria. Coronata est cum eo vxor Senchia comitissa in Reginam.* CHRON. AVGVST. *ad a.* 1257. Ipse Richardus singulari epistola ad Angliæ Principem Edmundum apud du MONT *Corps Diplomatique Tom. I. p. I. p.* 401. hæc narrat & LVNIGIVM *Reichs-Archiv p. Gener. Contin. II. p.* 172. & de coronatione sua sic scribit: *Idem Archiepiscopus Maguntinus apud Aquisgranum ad præsentiam nostram venit; vbi in festo Ascensionis Dominicæ ipso ac Archiepiscopo Coloniensi præsentibus & aliis multis Comitibus, Baronibus, Magnatibus, & Nobilibus nostris fidelibus in sede magni Caroli cum solemnitate, qua decuit, in illius nomine qui superbos deiicit & ponit humiles in sublimi sacri Romani Regni Sceptrum recepimus & Coronam carissima consorte nostra similiter eo die nobiscum solenniter coronata.* Coronationis solennitatem narrat Seneschallo suo in Angliam, per epistolam, quæ reperitur in MATTHAEI PARISIENSIS *additamentis p.* 1127. TRITHEMIVS *ad a.* 1258.

20) MATTTHAEVS PARISIENSIS *p.* 817.

21) Epistola Vrbani II. apud LEIBNITIVM c. l. *& quidem venerabilis frater noster Laurentius Episcopus, & dilectus filius Wilhelmus Archidiaconus Roffensis ac Robertus de Baro procuratores & nuntii tui, a te plenariam potestatem habentes, vt in nostro consistorio tua proponerent negotia, & peterent cum solennitate, qua conueniret, vocationem tuam solemniter ad coronam, ac vniuersa & singula circa hæc gererent, agerent fideliter, ac procurarent, quæ per vestros nuntios ac procuratores ad hoc specialiter deputatos legitime possent agi, peti, & etiam procurari.*

22) MATTHAEVS PARIS. ad a. 1257. p. 821. *eodemque tempore increbuerunt rumores multis displicentes, videlicet quod Rex Hispaniæ se asseruit prius quam Comes Richardus in regno Romanorum eligeretur, rite fuisse electum. In cuius rei argumentum, Archiepiscopus Treuirensis adhuc cum illo Rege Hispaniæ incommutabiliter stabat; & quidam alii Nobiles de Alemannia cum eo. Quibus Rex Francorum consilium spopondit & auxilium. Franci enim doluerunt, de honore impenso Comiti Richardo, & vtilitate Alemannorum, inter quos antiquum odium natiuum & inexorabile; maxime pro magno prælio inter Alemannos & Francos, & eorundem Francorum fautores scilicet Flandrenses, nuper commisso. Sed status noui regis Alemanniæ Richardi certus est, purus & incommutabilis. Quia cum anno præterito Londini electio eius domino regi Angliæ præsentaretur, & Magnatibus eius a Magnatibus Alemanniæ; nullus omnino apparuit scrupulus contradictionis. Nec postea, scilicet quando Archiepiscopus Coloniæ, qui est Imperii Protocancellarius, cum quo venerant Optimates quam plures Alemanniæ, qui nunquam mentionem de Rege Hispaniarum fecerunt, vel eius electione. Sed nec exploratores sagacissimi in* Ale-

petebat, vt ipsum contra Richardum iuuaret, 23) missis etiam ad Richardum litteris, postulabat, vt Regno Alemanniæ cederet, hoc vero renuente, 24) misit vterque legatos suos ad Curiam Romanam pro sua confirmatione. 25) Richardi argumenta in eo constabant, quod vacante Romano Imperio, die pro electione statuto, in octauis Epiphaniæ 1256. apud Francofurtum Coloniensis Archiepiscopus pro se & Moguntino, qui ipsi vices suas commiserat, & Comes Palatinus extra vrbem in Franckeserd, Treuirensis vero Archiepiscopus & Dux Saxoniæ intra vrbem conuenerint. Cumque Treuirensis Archiepiscopus & Dux Saxoniæ Archiepiscopum Coloniensem & Comitem Palatinum nec ipsum oppidum intrare permitterent, nec ad eos exire vellent, super hoc sæpius requisiti; dicti Archiepiscopus Coloniensis & Comes Palatinus attendentes, ex lapsu temporis periculum imminere, si forsan electio non fieret illa die, quæ ad hoc fuerat peremptorie constituta, præsertim cum de anno & die, post vacationem Imperii quindecim solummodo dies superfuerint, infra quos nullo modo potuissent propter locorum distantium, & alias circumstantias, præfati Principes iterum conuenire; cum Prælatis, Ducibus, & aliis ibidem præsentibus, deliberatione præhabita de ipsorum communi consilio & assensu, ad electionem procedere decreuerint, ipsumque die præfinito, loco consueto elegerint, cui electioni Rex Bohemiæ post paucos dies accesserit, ipsi Imperium per legatos detulerint, ipseque Alemanniæ regnum ingressus resistentem non inuenerit, postmodum per Coloniensem Archiepiscopum fuerit coronatus, ac in sedem Caroli M. inthronizatus, nullo ipsi se opponente. Inde homagia ac fidelitatis iuramenta receperit, obtinuerit ornamenta & insignia Imperialia, quibus Rex Romanorum soleat ornari, dum Romæ inungatur, reddita insuper ipsi fuerint quamplura oppida, castra, villæ, ac Iura Imperii tanquam Regi, ipseque Regni possessionem fuerit adeptus. Ideoque, dum Treuirensis Archiepiscopus & Dux Saxoniæ, recusando dicto die procederent, reliqui vero, non veniendo ad terminum concorditer assignatum, se alienos ab electione reddiderint, ea vice ipse ab omnibus Principibus vel saltim ab iis, in quis totaliter ius eligendi reciderot, censeri debeat legitimus, electus, maxime, dum ab Alexandro Papa fuerit adprobate Alphonsi electio vero nulla fuerit ipso iure, vtpote post annum & diem, & termino ad hoc statuto de communi

Alemanniam destinati. Rex igitur Alemanniæ in quieta possesfione stabilitus, minas merito contempsit regis Hispaniæ; quamuis terribiliter comminaretur, quod hostiliter superueniret cum fortitudine Regum Francorum, Arragonum, & Nauarræ. Insuper in litteris suis apposuit idem Rex Hispaniæ hanc adiectionem pro titulo: Electus in Regem Romanorum, siue Alemanniæ. Quod cum comperisset rex Alemanniæ, Richardus imperterritus alacriter respondit, veniat cum nisu & impetu toto, ego occurram ei extra limitem regni mei. Falsum igitur est, quod dicit TRITHEMIVS Chr. Hirsaug. ad a. 1257. *venientes ad Alphonsum Regem Castellæ, qui missi fuerant Oratores, & nuncii Principum, fideliter sibi commissa coram illo exposuerunt. Sed ille aut contemnens aut non curans Romanorum Imperium, nuncios tamen remuneratos muneribus honorifice remisit ad Archiepiscopum; promittens se cum exercitu conuenienti tempore quod non gerebat animo, subsecuturum. Erat enim vir doctus & sapiens propterea suo Regno contentus Romani latitudinem Imperii, vt verus Philosophus, non curauit. Nomen tamen Romani Regis & titulum pro Electorum suorum reuerentia, ad tempus assumens tenuit, ac in literas scripsit, ne deferentes sibi hanc supremam Imperii dignitatem veluti arrogans contempsisse putaretur. In alio vero nullo se de Imperio penitus intromisit, nec toties vocatus in Germaniam venit, nec competitorem suum in aliquo molestauit, sed Electorum discordiam derisit.* Extant GVTETI de MIXIGIA Mediolanensis Notarii & Sociorum Carmina quædam ac litteræ in honorem huius Alphonsi in HAHNII *Collect. Monum. Tom. I. p.* 394.

23) MATTHAEVS PARIS. ad a. 1257. p. 822. *sub illorum dierum circulis rex Hispaniæ scripsit regi Angliæ, instanter postulans, vt ipsum iuuaret potenter, vt decuit, & magnifice, contra Comitem Cornubiæ Richardum, qui sibi temere coronam Alemanniæ vsurpauit, & ipsum regem Hispaniæ, talia non præmeditantem, subdole supplantauerat. Iuuaret, inquam, secundum chartæ tenorem in eos confectæ quod scilicet quilibet alterum iuuaret contra quemlibet aduersantem: & factum fuit quando pax reformabatur inter eos in Gasconia. Quod cum audisset Rex Angliæ, respondit: imo flagito attentius, quatenus me & fratrem meum contra nostros iuuet rebelles & aduersantes. Quicunque fratri meo aduersatur, mihi rebellis merito iudicatur: qui enim non est mecum, contra me est.*

24) MATTHÆVS PARIS. ad a. 1258. p. 832. *hoc anno misit Rex Hispaniæ ad Regem Alemanniæ literas suas importunas satis & procaces, exhortabaturque minis adiunctis, vt regno suo Alemanniæ cederet, & recederet festinanter. Respondit autem Rex ilico alacriter & imperterritus si me hostiliter impetiturus aduenerit, inueniet me paratum in occursum ei extra limites regni mei, & in ore gladii ipsum recepturus. Rex autem Hispaniæ magis inde prouocatus, additis sibi Regni Arragoniæ & Nauarræ viribus, versus pontes Italiæ dum lora dirigeret, Saraceni Hispaniæ Cordubam occupare conabantur. Quo audito, Rex regrediens, impetus eorum refrenabat.*

25) MONACHVS PADVANVS lib. II. p. 601. *dum prædicta tam in Lombardia quam in Marchia gererentur, interfecto a Frisonibus in bello Rege Alemanniæ Guilelmo, conuenerunt Principes ad electionem more solito faciendam. Cum igitur tractarent de Principe idoneo eligendo, humani generis inimicus seminauit Zizania inter eos. Nam quidam Comitem Richardum, fratrem Regis Angliæ, Regem Alemanniæ elegerunt: alii vero vota in Regem Castellæ penitus transtulerunt. Comes autem Richardus ascendit in Alemanniam festinanter & de assensu quorundam Principum capiti suo regni Alemanniæ diadema imponi curauit. Vterque vero electus suos legatos ad Romanam Curiam destinauit, pro confirmatione a summo Pontifice impetranda. Sed Dominus Papa in partem aliquam declinare, ne forte pax Ecclesiæ turbaretur, de consilio Cardinalium, sub specie deliberandi, distulit super quæstione tantorum Principum definitiuam sententiam promulgare.*

26) Prout

hi Principum consensu transacto, & post electionem Richardi legitimam non cassatam, a solo Treuirensi, qui propter noua pedagia, quæ in terris suis imposuerit, excommunicatione fuerit ligatus, nulla forma obseruata, in Camera Treuirensis Archiepiscopi, clandestine fuerit attentata. Alphonsus vero per procuratores suos, Garsiam Siluensem, Dominicum Abulensem Episcopos, ac Ioannem Capellanum, Archidiaconum Compostellanum proponi faciebat, quod prædictus dies octauatum Epiphaniæ non ad eligendum, sed tractandum super electione Regis & Imperatoris, & ad assignandum diem ad celebrandum electionem eandem, non per omnes, sed quosdam ex ipsis principibus extiterit assignatus. Qua die Treuirensis Archiepiscopus & Dux Saxoniæ pro se, ac Marchione Brandenburgensi, qui eidem Treuirensi Archiepiscopo vices suas commiserat, nec non & procuratores memorati Regis Bohemiæ Francofurtum, tanquam viri pacifici accesserint. Coloniensis vero Archiepiscopus & Comes Palatinus cum ingenti armatorum multitudine ad loca circumuicina Francofurti aduenientes, requisiti per Treuirensem Archiepiscopum & Ducem Saxoniæ, vt eandem vrbem intrarent cum societate decenti, de assignando die ad electionem celebrandum prout terminus exegerat, si ad hoc essent habiles, vna cum ipsis pacifice tractaturi, non solum id facere contempserint, sed etiam Richardum non sine multo contemptu aliorum Principum nominauerint. Treuirensis igitur Archiepiscopus & Dux Saxoniæ attendentes dictam electionem esse penitus nullam, præsertim cum Coloniensis Archiepiscopus pro eo, quod in P. sancti Georgii ad velum aureum Diaconum Cardinalem, tunc legatum in Alemanniæ partibus, manus iniecerat, ac venerabilem fratrem nostrum Paderbornensem episcopum detineret captiuum, propter quod per eundem etiam Legatum excommunicatus extiterit; Comes Palatinus vero propter clericorum & religiosorum cædes & captiones, & quia contra sententiam Innocentii IV. Friderico II. Imp. & ipsius filio, Conrado præstiterit publice consilium, auxilium atque fauorem, fuerit ipso electionis tempore tam a canone, quam ab homine variis excommunicationibus innodatus, & Moguntinus Archiepiscopus, cuius Coloniensis Archiepiscopus se vices gerere asseruerit, in vinculis fuerit detentus, hinc liberum in electione consensum præstare nequiuerit. Inde certum terminum statuerint subsequentem dominicam passionis, quo quidem termino vsque ad proximam dominicam palmarum continuato de die in diem; & memorato Moguntino tunc a vinculis liberato, Coloniensi Archiepiscopo & Comite requisitis, & nolentibus interesse, dictus Treuirensis Archiepiscopus a Rege Bohemiæ, Duce Saxoniæ & Marchione Brandenburgensi ipsi super hac potestate commissa, ipsum, suo & illorum nomine, publice & solemniter in eodem oppido Francfurd Romanorum Regem & Imperatorem elegerint, & electionem ipsam omnibus adstantibus publicauerint, ipseque electione per quosdam Magnates in Hispaniam accedentes, ipsi præsentata, consenserit. Excommunicationem vero Treuirensi obiectam non obstare, nec consuetudinem, quæ de celebrando tempore vacantis Imperii infra annum & diem Regis Romanorum electioni destinatam, dum si veritate huiusmodi propositio fulciretur, electio ex hoc etiam nulla esset, cum non licuerit minori parti maiore contempta, diem vltimam ipsius temporibus præuenire. Nec cum intra Francofurtum & non alibi Romani Imperatoris debeat electio celebrari, minor pars non potuisset ad locum alium coarctare maiorem, coronationem vero ac possessionem nullum potuisse munimentum adferre, cum electio nulla fuerit, nec Coloniensem Archiepiscopum coronationem dare potuisse, nisi ei, qui a maiori & saniori Principum parte fuerit electus. Alexandri litteras vero, quibus Richardum adprobauerit, esse suppositititas, ex eo patere, quod idem Alexander publice asseruerit, quod super eodem negotio nihil in Regis Castellæ præiudicium attentaret, idemque per litteras & nuntium suum ipsi intimauerit. 26) Alexander IV. licet nulli accedere vellet parti, potius tamen Richardo fauere videbatur, quam Alfonso, eo quod Alphonsus Regnum Germaniæ tanquam arrham, Imperii præambulam haud possideret, nec Aquisgrani esset coronatus. 27) Istius vero successor Vrbanus IV. ad diem 2. Maii vtrosque Romam citat, ad hanc controuersiam decidendam. 28) Hoc defuncto, dum a Cle-

26) Prout ex epistola Vrbani IV. apud LEIBNITIVM *l. l.* & du MONT *Corps Diplomatique Tom. I. p. I. p.* 216. patet.

27) MATTHAEVS PARIS. *l. l.* *Veruntamen* (Alfonsus) *nuncios solennes & præclaros ad dominum Papam destinauit; appellantes & allegantes pro iure ipsius Regis Hispaniæ, ne curia Romana alium ad Imperium admitteret gubernandum, quam regem Hispaniæ excellentissimum, qui plus quam omnes Reges Christiani, Christianitatis fines potenter ampliauerat. Quibus Papa pro Rege Alemanniæ respondit: filii charissimi, nouit & nosse tenetur discretio vestra, quod sit processus & ordo competens, & consuetudo ab antiquo approbata & vsitata, vt regnum Alemanniæ sit quasi arra Imperii dignitas præmbula, & possessio primitiua. Elaboret igitur Dominus vester Rex illustris Hispaniæ prudenter & potenter primitus, vt a Clero & nobilibus Alemanniæ ad quos ius spectat electionis, in regem Alemanniæ rite electus apud Aquisgranum, vt antiqua consuetudo est, consecretur, in regemque solenniter coronetur. Quo facto, nos secundum quod poterimus, Deum habentes præ oculis in promotione domini vestræ præclari regis Hispaniæ, multiplici honore condigni, fauorabiles erimus & benigni. Nuncii igitur responsum tam Papæ, quam Regis, in trutina rationis perpendentes, istum rigoris ordinem domino suo regi Hispaniæ nunciabant, consulentes vtiliter, vt regnum suum, cui Saraceni insidiabantur, sapienter custodiret.* Patet etiam Papæ assensus ex epistola Vrbani IV. ad Richardum, in qua: *maxime cum antedictus prædecessor, id tibi de fratrum suorum consilio adscripsisset, te in eodem Regno & Imperio quibuslibet aliis præferendo, sicut per ipsius literas ostendere nitebantur.*

28) Extat hæc Papæ epistola in LEIBNITII

Pro-

Clemente IV. coronam Imperialem peteret, iste hoc recusabat, quia corona Germanica nondum fuerit redimitus, potius se terminum peremtorium præfixisse dicit, quo vna cum aduersario se Papæ conspectui repræsentet, interim diebus & terminis adsignatis suos articulos probaret. 29)

§. V. Dum autem Alfonsus, intestinis Saracenorum potissimum, motibus implicitus, in Hispania remaneret, solo titulo Romanorum Regis contentus, 30) Richardus consilio vtebatur Archiepiscopi Coloniensis, dum Treuirensis ipsi adhuc esset contrarius. 31) Imperii ciuitates aliis oppignoratas magna pecuniæ vi liberat, multorumque sibi conciliat fauorem: 32) Exhaustis vero ipsius thesauris, Germaniæ Principibus ipsum deserentibus, ipse, postquam Wernerum Moguntinum Archiepiscopum constituisset Regni Vicarium per Alsatiam, Philippo de Falckenstein, fratri memorati Archiepiscopi commisisset Wetterauiam, Francofurtum, Fridbergam, Gelenhusen & reliqua illius Prouinciæ oppida, Philippo de Hohenfels commendasset, Wormatiam, Oppenheim, Moguntiam, Boppardiam & cætera circa Rhenum oppida cuncta a. 1259. cum castigata tamen & priuata familia in Angliam fuit reuersus, ipsius auctoritate apud Anglos æque Germanosque paullatim vilescente. 33) Et licet dum Alexander IV. Papa, dum Vrbanus IV. in odium Alfonsi ipsum ad Imperium repetendum concitaret, ipseque nouos thesauros conquirere, 34) ipse etiam a. 1262. Aquisgranum veniret, Ottocarum Bohemiæ Regem de Regno Bo-

Prodromo n. 14. & apud LVNIGIVM *p. Gen. Contin. II. p.* 173. in qua vtriusque partis argumenta ponderantur.

29) Extat epistola apud MARTENE *Tom. II. p.* 488. in qua: *fuit ex aduerso propositum, quod per saltum promoueri volebat, qui nondum recepta Coloniæ regni Romanorum corona requirebat prope venerandum imperii diadema*, vbi Coloniam pro Aquisgrano positum videmus. Idem Papa postea mittit Alphonso excerpta ex Registro Innocentii III. de coronatione Ottonis & Philippi de Imperio contendentium apud MARTENE *p.* 496.

30) Patet hoc ex MATTHAEI PARISIENSIS loco modo adducto. IO. MARIANA de rebus Hispaniæ lib. XIII. c. X. *Alfonsus intestinis motibus implicitus, & suorum voluntate diffisus, filiorum ætate nondum matura, ire distulit.* Et paullo post: *Alfonsum Hispaniæ longinquitas retardauit, alioque ex aliis enata atque connexa domi difficultates.* Quod autem titulo Regis Romanorum fuerit vsus, patet potissimum ex diplomate ipsius, Friderico, Lotharingiæ Duci super Inuestitura Lotharingici Ducatus & Comitatus Romanici concesso, apud LEIBNITIVM *Cod. Iur. Gent. Tomo I. n. XIII. p.* 18. in quo: *Nos, Alfonsus, D. G. Romanorum Rex, semper Augustus.* Ex hoc autem diplomate patet, ipsum, non plane ἄπρακτον fuisse in negotiis Imperii.

31) MATTHAEVS PARIS. p. 817. *disposuit igitur libere Rex Richardus negotia regni Alemaniæ, sequens Magnatum terræ vestigia, eorum consiliis inhærendo, præcipue tamen Archiepiscopi Coloniensis. Constituit igitur Iohannem de Auenes Seneschallum suum, qui vir Martius extitit & exercitatus. Erant enim in regno adhuc aliqui recalcitrantes, videlicet Archiepiscopus Treuerensis, vir potens & bellicosus, cui Francorum fauor tantam præstitit temeritatem.*

32) MATTHAEVS PARIS. ad a. 1258. p. 832. *hæc cum Magnatibus Italiæ innotuissent, multi dextras regi Alemanniæ dantes, ei fidelitatem spontaneam dederunt inclinantes. Rex autem eos benigne suscipiens, liberauit quasdam ciuitates Alemanniæ, quas prædecessores sui obligauerant, data maxima pecuniæ quantitate. Vnde Alemannorum potentum gratiam incomparabilem sibi rex lucrifecisset; si armipotens extitisset in viribus, sicut fuerat in consiliis prudens & circumspectus.* Idem p. 826. *Rex Alemanniæ Richardus prudenter sibi aduersantes edomat, attrahit, & confœderat, adeo vt nobilium ciuitatum Italiæ ciues dextras ei dederunt. Et siluerunt æmulorum suorum comminationes: videlicet Francorum, Hispanorum, Treuerensium, & aliorum conterminorum, qui ei nocumentorum laqueos tetenderunt.*

33) FRAGM. HISTOR. p. 92. *& cum adhuc opulentus esset in diuitiis, vehebatur per Principes Alemanniæ ad singulas ciuitates & oppida Imperii super fluuium Rheni, & ab omnibus ciuitatibus, ob reuerentiam Principum qui cum eo aderant, honorifice est receptus. Cum autem Richardus Rex peruenisset vsque ad ciuitatem Basileam, defecit ei substantia: tunc reliquerunt eum Principes Alemanniæ solum, dicentes: quod eum non dilexerunt propter personam, sed ratione substantiæ, & dederunt ei libellum repudii, & per aliam viam reuersus est in regionem suam; cuius regis memoria cum sonitu periit.* Qua ratione apud Anglos fuerit receptus, late exponit MATTHAEVS PARISIENSIS *p.* 841. 842. 843. qui demum addit: *sed in breui cœpit eiusdem fama minui, potestasque Regia inter Anglos mediocriter aut minime formidari. Vnde nobiles Alemanniæ, qui Regem suum hactenus in Angliam comitabantur, considerantes eum non tanti existere fauoris, & reuerentiæ per Angliam, quanta Regiam decuit dignitatem, recesserunt ab eo cum indignatione, repatriantes festinanter, & dicentes: ex quo compatriotæ sui ipsum non venerantur, nos ipsum quomodo honoribus prosequemur? Habemus quod elegimus, thesaurum magis quam thesaurantem, congregatum non congregantem. Sed si de eo quod adhuc super est nobis fieret plena collatio, nobis penitus de persona nulla remanebit adoptatio.* TRITHEMIVS *ad a.* 1257. 1261. *Eodem anno posteaquam Richardus Rex Romam cum certis Principibus, & familia multas ciuitates Imperii perlustrando, & ad obedientiæ subiectionem suscipiendo vsque ad Basileam, vt supra diximus peruenisset, ac multa largiter exposuisset, deficientibus tandem pecuniis a Principibus paulatim deseritur, singulis ad sua reuertentibus. Qui desolatum se videns & inopia pressum vlterius procedere non potuit, sed Regno qualitercunque disposito in Angliam cum vxore reuertitur. Commisit autem Wernhero Moguntiensium Archiepiscopo, cuius sororem habebat vxorem, eam Regni partem, quæ continet Alsatiam cum adiacentibus oppidis & ciuitatibus, constituens illum suum Regni vicarium, vt potestatiue ageret in omnibus. Philippo de Falckenstein fratri memorati Archiepiscopi commisit Wetterauiam, Franckenfurt, Friedeberg, Gielenhausen, & reliqua illius Prouinciæ oppida. Porro Philippo de Hohenfels commendauit Wormatiam, Oppenheim, Moguntiam, Boppardiam & cætera circa Rhenum oppida cuncta. His ita cum aliis in Regno perperam magis quam vtiliter ordinatis, Richardus Rex, sicut dictum est cum vxore sua de Falckenstein in Angliam reuersus est, & solum portans nomen Regis nihil amplius de Imperii negotiis curabat.*

34) MATTHAEVS PARIS. ad a. 1259. p. 846. *interim dum Rex Alemanniæ in pace in Anglia morare-*

Bohemiæ & terris Austriacis inuestiret 35) Argentoratensibus statuta sua confirmaret, 36) licet a. 1263. in Angliam reuerteretur, resedit apud Anglos inglorius, solo titulo Romanorum Regis contentus 37) a. 1271. in arce sua Merckamstadt defunctus, 38) relicto filio suo Henrico, quem solenni more militem creauerat. 39)

§. VI. Mortuo Richardo, Alfonsus coram Gregorio X. pacis intuitu, omni iuri suo in Imperium dicitur renuntiasse. Bohemi equidem Scriptores per Conradum Archiepiscopum Coloniensem, Ottocaro Bohemorum Regi coronam Imperii fuisse delatam volunt. 40) Ast, licet minime negauerim, habuisse suos in Imperio fautores Ottocarum, vix tamen credendum, ipsum Imperialem dignitatem renuisse, prout tradunt, quin potius eandem summa ope, sed frustra ambiuisse videatur. 41)

§. VII. His igitur temporibus, cum non esset Rex in terris, qui motus prædonum reprimeret, omnia per tumultum, sine lege, sine ordine, pro libitu fiebant. 42) Diffidationes, rapinæ, pignorationes, latrocinia inualescebant. 43) Nulla erant Comitia, nulla Iudicia, nullus Imperator legitimus. Et licet Papa non solum, sed plures etiam hisce malis obuiam ire

varetur, paratum est iter eidem ad Imperium libere recipiendum. Dominus autem Papa hoc scilicet sub silentio callide procurauit, ne manifestus videretur fuisse Regis Hispaniæ aduersarius. Rex autem Alemanniæ, vt se thesauris præmuniret abundantius, adhuc in Anglia quasi latitando, expectabat quietius. Magnates enim Angliæ statutis, quæ inceperant, salubriter intendebant, parum aut nihil de prædicti Regis mora vel motione solliciti: sed ad malas consuetudines, iniurias, & corruptelas, a modo delendas, omnino assidui & confœderati.

35) Extant litteræ Inuestituræ apud GOLDASTVM *App. Docum. p.* 26. LVNIGIVM *Reichs-Archiv. P. Spec. Contin. I. Erste Fortsetzung p.* 6.

36) IAC. VON KÖNIGSHOVEN *Strasburg. Chron. cap. IV. §. LVIII.*

37) Sic extat Richardi epistola ad Angliæ Barones de anno 1264. apud MATTHAEVM PARISIENSEM *p.* 852. cum hoc titulo: *Richardus Dei gratia Rex Romanorum semper Augustus.* Ipse Rudolphus Habsburgicus in diplomate sub dato Augustæ 1275. quod exhibet GEWOLDVS *de Septemviratu c. X. p.* 212. GOLDASTVS *Tomo I. p.* 311. LAMBECIVS *Comment. de Bibl. Cæs. Vindobon. lib. II. c. VII. p.* 828. ipsum vocat *inclytum Richardum, Romanorum Regem nostrum prædecessorem.*

38) CONTIN. MATTHAEI PARIS. ad a. 1271. p. 859. *eodem anno Richardus rex Romanorum, frater regis Angliæ, quarto nonas Aprilis, apud castrum de Merkamsted, viam vniuersæ carnis est ingressus. Cuius cor in ecclesia fratrum Minorum Oxoniæ, corpus vero in Ecclesia Monachorum Cicestrensis ordinis de Hailes, quam ipse propriis expensis construxerat, sepelitur.*

39) MATTHAEVS PARIS. ad a. 1257. p. 817. *in crastino vero,* (post coronationem) *videlicet die Veneris, Rex nouellus Richardus, filium suum Henricum, quem genuerat ei Isabella prior vxor eiusdem Regis Richardi, cingulo donauit militari. Celebrauitque conuiuium tam in die tyrocinii eiusdem Henrici, quam in die coronationis suæ, quod in conspectu Alemannorum stuporem merito poterat generare.* Idem per epistolam narrat Seneschallo suo in Additamentis *p.* 1128. Idem ad a. 1257. p. 826. *& circa festum Sancti Michaelis, redierunt in Angliam Henricus filius domini Regis Alemanniæ Richardi, Miles factus a patre in crastino suæ coronationis, vt præscriptum est, & cum ipso quidam Nobiles, qui cum dicto Rege steterunt, Anglici, videlicet dominus Hugo Dispensator, Iacobus de Aldelia, Stephanus Cheinduit & alii quamplures. Nescitur qua de causa, sed creditur, & a fide dignis asseritur, quod Alemanni non sustinent cor Regis sui, sicut Anglici, consiliis alienigenarum more arundinis inclinari.* Eiusdem etiam fit mentio ad a. 1272. p. 859. Qua ratione duxerit Gastonis Beartensis filiam, docet P. de MARCA *Hist. de Bearn lib. VII. c. XI. p.* 610. Historiam ipsius & gesta tam apud Germanos, quam apud Italos & Anglos singulari libello exposuit IACOBVS PAVLVS GVNDLINGIVS.

40) DVBRAVIVS Hist. Bohem. lib. XVII. p. 455. *Conradus Coloniæ Agrippinæ Archiepiscopus atque idem Elector imperii, eius legationis princeps fuit, per quem, ad Othogarum summum honoris fastigium nempe Romanum Imperium deferebat. Duo namque de viginti annis interregnum in Germania tunc durauerat, contendentibus interim de Imperio tam domesticis, quam alienis, tam armis, tam largitione. Domestici erant Henricus Thuringus, & Wilhelmus Batauus, qui in prælio apud Frisios cecidit. Duo item externi Alfonsus Castellæ Rex & Richardus Regis Angliæ frater, a quo longissime, ratio voluntasque Electorum abhorrebat, Præcepta igitur legatione Othogarus, cum suis deliberat.* Et paullo post: *totam Imperii conditionem ad se delatam improuide renuntiat.* Quem sequitur HAGECIVS.

41) GERH. A ROO Ann. Austr. lib. I. p. 24. *Boemorum Historia dignitatem illam ad Regem suum Ottocarum delatam esse asserunt, qui dixerit, malle se Regem Boemiæ quam Cæsarem esse. Id cum a reliquis eius moribus vitaque instituto alienum esse videatur, potiores mihi auctores sunt, qui summa ope & minaci ambitione eum affectasse confirmant, neque per Germaniam tantum Principum suffragia expugnare pecunia aggressum, sed Lugdunum quoque legatos ea de re cum loculis misisse, quibus auditis Papam dixisse, nihil opus esse Sclauo, cum in Germania multi egregii Principes inueniantur.* Idem dicit FVGGER *im Spiegel der Ehren lib. I. c. IX. p.* 76. Adstipulatur SIFRIDVS PRESBYTER *ad a.* 1274. qui Ottocarum in Concilio Lugdunensi Imperium ambiuisse dicit, de quo sequens docebit dissertatio.

42) Verba sunt TRITHEMII *in Chron. Hirsaug. ad a.* 1260.

43) FRAGMENTVM HISTOR. p. 93. *cum autem regnum Romanorum vacaret a tempore Richardi Regis, qui Romani Imperii assumpsit gubernacula, & nullus Alemanniæ Principum propter metum aliquorum Alemanniæ, sibi Romani regni regimen assumere vellet, qui partem Imperatoris & suorum contra ecclesiam fouebant: & medio tempore in partibus Alemanniæ & aliarum circumiacentium per diuersos spoliatores viarum & nobiles ipsius terræ fuerint insolentiæ perpetratæ quam plurimæ.* MVTIVS Rer. Germ. lib. XXI. p. 192. *his temporibus arma vbique, leges fere nusquam dominabantur, quisque occupat quantum potuit per vim. Ex vsu fuit principibus nullum Imperatorem haberi.* Eundem turbulentum Germaniæ statum describit etiam Vrbanus IV. in epistola sua ad Richardum apud LEIBNITIVM *Cod. dipl. Tom. I. p.* 13.

fre vellent, 44) ita tamen magis magisque inualuerunt. Concidebat igitur plane Imperii Maiestas, vt Poloni, Dani, Italique Imperii Maiestati se subducere conarentur.

§. VIII. Promouerunt has turbas tot familiæ apud Germanos emortuæ, de quarum terris multa omnino controuersia. Sic anno 1248. cum Henrico Raspone extinctis Thuringiæ Landgrauiis, successionem petebat Sophia, ex Henrici fratre Ludouico sancto prognata, Henrico V. Duci Brabantino nupta, & Henricus illustris, Misniæ Marchio, ex sorore Henrici primogenita Iutta natus, idemque eo magis, quod ipsi iamdum a Friderico II. cum Ludouici Landgrauii consensu, super Thuringiæ Landgrauiatu & Comitia Palatinatus Saxonici, Beneuenti a. 1242. concessa fuerit Expectatiua. 45) Inde multa bella, vtrisque primum inter se conuenientibus, vt, vsque dum per Principes controuersia terminaretur, Hassia Brabantinis, Thuringia Henrico illustri cederet, 46) Thuringiæ Comitibus fidem & auxilium Henrico promittentibus. 47) Sed recruduit bellum a. 1253. Sophia pro filio suo, Henrico Puero dicto, etiam Mansueto, Thuringiam petente. 48) Sed capto Alberto Brunsuicensi, qui a partibus stabat Sophiæ, denuo a. 1264. conuenit, vt Sophia cum filio suo Henrico, Hassiæ Landgrauio renuntiaret omni iuri in Thuringiam Orientalem, 49) solam obtineret Occidentalem, siue Hassiam, atque Albertus pro sua liberatione octo munitiones ad Werram, ad ducatum Brunsuicensem olim pertinentes, traderet, quæ Hassiæ Landgrauiatui fuerunt nexa, vna cum octo millibus marcarum. 50)

§. IX. Cum Conradino extincti Sueuiæ Duces atque Franconiæ. Hinc Sueuia varie dissipabatur. Plures vrbes & nobiles Imperio se subiecerunt, cui iam Philippus Sueuus, postquam Imp. factus, occasionem dederat, dum militibus ac ministerialibus suis Prædia, ciuitates & castella concederet, 51) reliqua per Comites distrahebantur, 52) partem etiam Ludouicus Seuerus Palatinus a Conradino venditionis iure obtinuit. 53) Rhætia

44) H. STERO ad a. 1277. *item in partibus Alemannia, in qua consuetudo inoleuerat de pignorationibus, in quibus vnus pro alio, siue innocens pro nocente indebite pragrauatur, contra impigneratores huiusmodi, idem Papa Gregorius talem in eodem concilio* (generali Lugdunensi de a. 1273.) *edidit decretalem. Etsi pignerationes (quas vulgaris elocutio Reprasalias nominat) in quibus alius pro alio pragrauatur, tanquam graues legibus & aquitati naturali contraria, ciuili sint institutione probibita; vt tamen eorum probibitio in personis ecclesiasticis tanto amplius timeatur, quanto in illis specialius inbibentur, eas concedi contra personas pradictas seu bona ipsarum, aut quantumcunque generaliter pratextu cuiusuis consuetudinis, quam potius reputamus ad vsum fore concessas, ad illas extendi prasenti decreto districtius inbibemus. Illi autem, qui contra fecerint, aduersus personas easdem pignorationes seu represalias concedendo, & extendendo ad eas, nisi prasumptione huiusmodi reuocauerint, a concessionis vel extensionis tempore infra mensem, si persona singulares fuerint, sententiam excommunicationis incurrant: si vero vniuersitas, ecclesiastico subiaceat interdicto. Ex hac tamen salubri constitutione modica prouenit vtilitas, vel quia rite post concilium in prouinciis publicata non extitit, vel quia a malis hominibus excommunicationis principium non timetur.* Reperitur hæc constitutio in *c. vn. de iniuriis & damno dato in 6to.*

45) Extat Friderici II. Diploma apud WECKIVM *Chron. Dresd. p.* 153. LÜNIG *in Teutschen Reichs-Archiv p. Spec. Cont. II. p.* 177. SCHVRTZFLEISCHIVM *notis ad Mich. Boiemi vit. Alberti p.* 689. SYNT. IVR. F. *cap. XX. §. XV.*

46) HIST. LANDGR. Thur. c. LIV. *Anno Domini MCCXLVIII, mortuo Henrico rege & Lantgrauio sine haredibus, quidam de terra fauentes ducissa Brabantia, filia fratris Heinrici Luduici Lantgrauii olim & beata Elizabeth, ipsam vocauerunt; alii vero fauentes Heinrico Marchioni Misna & terra Orientalis, filio sororis eiusdem Heinrici regis similiter ipsum vocauerunt. Et sic vocatis venit ducissa Brabantia ad terram Hassia, & plura castra & ciuitates recepit in potestatem suam; aliquibus tamen castris & ciuitatibus recusantibus. Similiter Heinricus Marchio venit ad Thuringiam, & plura castra & ciuitates recepit in potestatem; & aliquibus castris & ciuitatibus recusantibus. Tamen quibusdam placitis celebratis; domina Sophia ducissa, quicquid iuris in terram Thuringia habere debebat, fidelitati Heinrici Marchionis consobrini sui commisit, ne ad extraneos deuolueretur; quousque per principes determinaretur, cui de iure cedere deberet, & terram Hassia libere recepit in suam iurisdictionem, & ad Brabantiam redit.*

47) Extant hæ literæ Reuersales apud WECKIVM *p.* 155.

48) HIST. LANDGR. THVR. *c. LVI.*

49) CHRON. VETERO-CELLENSE ad a. 1263. *VI. Kl. Nouembr. Albertus Lantgrauius & Theodericus Marchio de Landesberg fratres congressi cum Duce Alberto de Brunsuic apud castrum Witin. ceperunt eum cum multis armatis, inter quos erant pracipui Henricus Comes de Anhalt & Comes Buzelinus de Zwerin & filius eius & alii quamplures nobiles.*

50) HIST. LANDGR. THVR. c. l. *interim dum dux Brunswicensis detentus fuit, tractata est sua liberatio & compositio inter Henricum Marchionem & filios suos, inter Sophiam & filium suum Heinricum Lantgrauium Hassia, qua talis fuit, scilicet quod dux deberet dare pro liberatione sua octo munitiones, scilicet Essenwege, Aldendorf, Witzenhusen, & alias prope Werram, pertinentes ad ducatum Brunswicensem, & super hoc octo millia marcarum, & vt domina Sophia, & filius suus Henricus Lantg. Hassia, abrenuntiarent omni iure suo quod possent habere in terram Thuringia, tunc deberent recipere in suam potestatem illas octo munitiones; quod & factum est, & discordia que durauit per nouem annos, sedata est.* FABRICIVS *Saxon. illustr. lib. VI. p.* 584. ALBINVS *Chron. Misn. Tit. XV.* CHYTRAEVS *Saxonia lib. VI. p.* 168. CHRON. TERRAE MISNENSIS in ACTIS LITERARIIS *Tom. II. Fasc. VII. p.* 605.

51) Vide Supra *Per. VII. S. IV. §. IV.*

52) CRVSIVS *Ann. Sueu. lib. II. p. III.* Creuerunt ita Badenses & Würtenbergenses.

53) AVENTINVS Ann. Boiic. lib. VII. c. VIII. *Conradus Dei gratia Hierusalem & Sicilia rex, dux Sueuia, castrum, ciuitatem Verdunum in Sueuia, Laugingen, Hochstadium, Morinos, Pittengam, Schongiam, Schwabeck, Ambrones, Fauces, qua Ottoni regulo Boiorum, auo suo materno, Conradus genitor millibus vnciarum auri sexdecim, quod est nostratis pecunia aureoli mille centies duodetricies oppignerarat, Ludouico Boio auunculo suo vendit.* TOLNER *Hist. Palat. c. XIX.* p. 405. Sic etiam Palatinatum

tis ad Episcopum Curiensem & diuersos Comites deferebatur. 54) Alsatia per Habsburgicos regebatur. Quidquid reliquum erat, Rudolphus Habsburgicus filio suo secundo genito concessit. 55) Et dum Franconiæ Ducatus cum Sueuia fuerit nexus, idem varie fuit dissipatus, inanem titulum Ducis Franconiæ gerente Episcopo Herbipolitano, protestantibus tamen Moguntino, Bambergensi, Saxonicis & Brandenburgensibus, quibus etiam iura ab Impp. fuerunt confirmata. 56)

§. X. Defecit etiam cum Friderico stirps Austriaca. Hic enim ex domo Badensi ortus, Friderici II. Bellicosi sine liberis extincti hæres erat, ex Gertrude, Henrici III. qui frater erat Bellicosi, filia, natus, quæ Hermanno Badensi nupserat: sed cum Conradino, cuius socius fuerat, capite truncatus, vacuam reliquit Austriam. 57) Supererat Agnes, huius Friderici soror ex priori matrimonio, Vdalrico Carinthiæ Duci collocata, 58) & hoc defuncto, Mainhardo III. Comiti Tirolensi nupta. Supererat Albertus degener, Thuringiæ Landgrauius, ex Constantia, Friderici Bellicosi sorore primogenita natus, cui iam post mortem Friderici Bellicosi a. 1246. Austriæ Proceres successionem destinauerant. 59) Sed Ottocarus Bohemiæ Rex, ob matrimonium cum Margaretha, quæ Henrici, Romanorum Regis, Friderici II. filii erat relicta, Friderici Bellicosi soror, præualebat, Austriam iam a. 1252. inuadens. 60) Inde a Richardo a. 1262. Aquisgrani, postquam partibus ipsius accessisset, de regno Bohemiæ, 61) atque prout litteræ Inuestituræ secum ferunt, ob merita de Austria & Stiria fuit inuestitus. 62) Ast, vxore iam sterili ob senium repudia-

natum superiorem per Conradinum Palatinis accessisse auctor est FREHERVS *Orig. Palat. p. II. p. 15.*

54) GVLERI *Rhætia lib. V. f. 64. & lib. IX. f. 110.* ZEILLERI *Chron. parv. Suev. p. 40.*

55) De quo infra sub Rudolpho.

56) Hoc iamdum demonstraui in SYNT. IVR. PVBL. *cap. III. §. IX.*


57) GERHARDVS A ROO Austr. lib. I. p. 15. *cum Fridericus Austriæ Ducum ex Babenbergensi gente vltimus anno post mille ducentos sexto & quadragesimo ex vulnere in pugna cum Hungaris commissa accepto obiisset, Hermannus Badensis, qui Gertrudim illius ex fratre Henrico Medlicense neptem in matrimonio habebat, Austriæ gubernationem affecerat. Eius filius Fridericus annos tutelæ vix egressus Neapoli cum Conradino Apuliæ & Siciliæ rege, vti paulo post dicetur, capite plexus erat.*

58) GERH. A ROO lib. I. p. 16. *Mater Gertrudis Agnetem filiam Vdalrico Carinthiæ Duci collocat, ipsa cum amita sua Margaretha Austriæ gubernacula retinet.*

59) SIFRIDVS PRESBYTER p. 695. *hoc tempore Marchio Misnensis Henricus, cognatus Landgrauii Thuringorum, Ludouici & fratrum suorum, cum haberet duos filios Albertum & Ditericum, quos genuerat ei nobilis & inclyta princeps Constantia, filia ducis Austriæ.* CVSPINIANVS Austria pag. 43. *Conuenerunt itaque proceres Austriæ in vetustissimum Tulnæ, antiquissimi oppidi Austriæ vicinum oppidulum, quod patria lingua Trebentsee appellatur, comitia celebrantes, ac deliberaturi quem sibi in tanta rerum perturbatione ducem deligerent, ibi omnes vnanimi consensu (quod in magna vrbe, vbi diuersa plerumque & mala ingenia, bona sæpe consulta innortunt, vix factum foret) in vnum Henricum Marchionem Misnensem conueniunt, vt alterum scilicet filium (nam duos habuit Theodoricum & Albertum ex Constantia Friderici defuncti sorore) sibi daret Ducem, Austriam & Stiriam qui gubernaret. Missi itaque oratores ad Marchionem, Abbas Scotorum, Dietmarus præpositus Neoburgensis, pincerna de Haußpach, Henricus de Liechtenstain, qui in Bohemiam delati Pragam, quum a rege securitatem in Misnam proficiscendi peterent, regioque excepti Conuiuio, cum imprudenter consilia suæ profectionis detexissent, Rex illico eos admonuit, vt obmissa profectione, filium suum Odoacrem, seu Ottocarum, (quod idem plerique nomen existimant) sibi dominum ac Austriæ ducem sumerent. Quod cum recusarent, alia sibi mandata, quæ transgredi non liceret, causati: iter eis interclusum est, addita etiam mina, ni obsequerentur, vrgentiam eorum armis sese obruturum. Missi itaque redeunt, imperfecta legatione.* Idem dicit FABRICIVS *Orig. Saxon. p. 585.*

Tale autem erat Stemma Genealogicum

Leopoldus VII. gloriosus



Friderico Bellicoso tribuitur Gertrudis, Brunsuicensis, sed, dum IO. GEORGIVS ECCARDVS speciali scripto demonstrauerit, nullam Brunsuicensium filiam tunc fuisse, & refutat illorum opinionem, quod coniuge Brunsuicensi, Familia Austriaca fuerit extincta.

60) GERH. A ROO lib. I. p. 16. *nupta fuerat Margaretha Henrico iuniori Friderici secundi filio, cui Fridericum & Henricum peperit, sed marito & filiis orbata; in Austriam redierat. Hanc cum prouinciales Theodorico Misniæ Marchioni collocare pararent, Ottocari pater Premislaus interceptos illorum legatos, vti filio eam desponderent, adegit.*

61) Extant litteræ Richardi apud GOLDASTVM *App. Docum. p. 26.* in quibus: *hinc est, quod cum nullius gratificationis muneribus, sed propria duntaxat virtutis & liberalitatis instinctu pellectus, liberalitatis ad nostri cultum Domini sis conuersus, & promittas legaliter etiam deinceps nostræ deuotionis obsequiis & mandatis constanter & fideliter inhærere: Nos te ob hoc condignioribus honoribus & gratiosioribus beneficiis prosequi cupientes, te de Principatibus Regni Bohemiæ & Marchionatus Morauiæ, ac omnibus feudis dictis duobus Principatibus attinentibus, quos & quæ claræ memoriæ pater & progenitores tui, iuste & rationabiliter ab Imperio tenuerunt, auctoritate præsentium inuestimus, tibique dictos Principatus & feuda simpliciter auctoritate Regia confirmamus.*

62) In iisdem litteris: *nos te pro tuæ deuotionis meritis plenius & insignius honorare volentes, tibi & tuis legitimis hæredibus, qui tibi in bonis feudalibus secundum ius & consuetudinem Sacri Imperii de iure poterunt & habebunt succedere, pro nobis & successoribus nostris Imperatoribus & Regibus Romanorum illos duos nobiles Principatus, Ducatum videlicet Austriæ, & Marchionatum Styriæ, ad manum Imperii*

pudiata prius; ac post veneno sublata, 63) dum sine liberis defungeretur, iure suo iterum excidit.

§. XI. Cum Ottone iuniore, vltimo Duce Meraniæ, qui olim Comites de Andechs 64) dicebantur, ab Hagero quodam, cuius vxorem stuprasse dicebatur, a. 1248. vel ferro vel veneno enecato, horum stirps mascula desiit. 65) Palatinatum ipsius Burgundiæ sibi vindicabat Aloysia Sabaudica. 66) Terras Tyrolenses occupabat Albertus Tyrolensis Comes, Franconicas vero terras Otto Orlamundanus, ob Beatricem vxorem, filiam vltimi Ducis, & Fridericus, Noribergensis Burggrauius, cuius vxor erat Elisabetha, altera filia, sibi vindicabant. Licet etiam ab Episcopis aliisque vicinis variæ Meraniæ Ducum possessiones fuerint direptæ. 67) Maxime vero Henricus, Bambergensis Episcopus bona ipsi ex morte Ottonis vacantia mensæ Episcopali in perpetuum attribuit. 68)

§. XII. Imperii igitur Status vt se contra diffidationes atque rapinas securos facerent, de diuersis societatibus & fœderibus fuerunt solliciti. De fœdere quidem Rhenensi iam ante fuit dictum, quod ad Interregni initium vsque durauit. Eodem quoque facit Hansa Teutonica. Primam eiusdem originem reputat Lambecius a fœdere Lubecensium atque Hamburgensium a. 1241. commerciorum caussa percusso. 69) Cum tamen illud saltim esset particulare, firmamentum eiusdem potius interregni temporibus erit quærendum. Dum enim finitimæ vrbes viderent, quantum non solum securitati dictarum Ciuitatum per hoc fœdus prospiceretur, sed etiam quanta commerciorum incrementa ista caperent, reliquæ quoque vrbes, scilicet Vandalicæ & Saxoniæ inferioris, ad exemplum Rhenensium, in hoc fœdus recipi petierunt, idemque obtinuerunt. Ex hoc tanta Hansæ Teutonicæ incrementa fuerunt facta, vt vel octoginta vrbibus constaret, quæ in quatuor diœceses distinguerentur, Lubecensem, Coloniensem, Brunsuicensem & Gedanensem. 70) Insignis potentiæ atque auctoritatis erat hæc Hansa Teutonica, dum monopolium exerceret commerciorum Europæ. Postquam autem Lusitani, Hispani & Belgæ terras Orientales detexissent, & commercia sua nautica adaugerent, insignia hæc Hansa patiebatur decrementa. Accedebat crescens Principum potentia, quæ fœderis auctoritate feroces Ciuitatum suarum spiritus in ordinem iterum redigebant, plures etiam Ciuitates minores ob onera prægrauia ipsæ se fœderi subducebant. Factum exinde, vt Caroli V. potissimum temporibus, qui dissoluendis singulis Germaniæ fœderibus inhiabat, hoc etiam dissolueretur, nomen tamen Ciuitatum Hanseaticarum *der Hansestædte* & iura sibi adhuc vindicantibus Lubeca, Brema & Hamburg. 71)

§. XIII. Eandem ob caussam cœperunt potissimum apud Germanos pacta Ganerbinatus. Consistebat tale pactum in conuentione inter nobiles ac illustres familias, certis Legibus, Superioris confirmatione accedente, inita, vt se suasque facultates contra vim & hostiles incursiones defendant, atque vna familia extincta, reliquæ succedant. Paciscentes dicuntur *die Ganerben*, quod idem est, ac *gemeine Erben*. Primaria sedes Ganerbinatus erat in certa arce, a qua reliqua bona vel feuda nobilium ex pacto dependebant, qui suum haberet Burggrauium atque Burgmannos, cuius hodie reliquias in Burggrauiatu Fridbergico Wetterauiæ videmus. 72) Alii Comites vel nobiles terras & prædia sua potentioribus Ducibus in feudum obtulerunt, vt horum potentia se tuerentur; vel Episcopis, qui banni fulmen vibrabant contra resistentes. 73)

§. XIV. In-

Imperii & nostram de iure libere deuolutis, cum omnibus feudis ad dictos duos Principatus pertinentibus, ab Imperio debitis & consuetum teneri, integraliter & simpliciter in feudum concedimus & donamus, tibique & legitimis tuis hæredibus, quemadmodum est præscriptum, iure & titulo feudali perpetuo possidendo.

63) GERH. A ROO c. l. *mox factus contumacior, vxore iam sterili ob senium repudiata prius, ac post veneno sublata, Kunegundim Massouiam duxit.*

64) Sic TAGENO *in descript. exped. Asiaticæ* apud FREHERVM p. 407. *Bertoldus Dux Meraniæ ex Bauaria de castro Andechs nata.* Vid. etiam FVGGER *im Spiegel der Ehren des Hauses Oesterreich lib. III. c. VIII. p. 340.* Horum Genealogiam etiam nectit AVENTINVS *Ann. Boic. lib. VII. c. VI. n. 21. sqq.* MEGISERVS *Ann. Carinthiæ lib. I. c. II. p. 14.* LAMBECIVS *in Comment. de Bibl. Cæs. Vindob. lib. II. c. VI. p. 509.*

65) LAMBECIVS *c. l.* FVGGER *c. l.* AVENTINVS *Ann. Boior. lib. VII. c. VI. n. 23.*

66) SAM. GVICHENON *Histor. Genealogique de Sauoye p. I. c. XIII. p. 296.*

67) AVENTINVS *lib. VII. cap. VI. num. 24.* RENSCH *Brandenburg Cedernhayn p. 293.* FVGGER *c. l.* & dissertatio nostra *de Originibus & Domini Grafenthalensibus.*

68) Chartam de a. 1248. exhibet IO. FRIDERICVS SCHANNAT *Vindemiis Litterariis Collect. II. pag. 122.*

69) Latius hoc demonstrauit LAMBECIVS *Rer. Hamburg. lib. II. ad an. 1241.* CONRING. *de vrbibus Germaniæ §. XCVII.* IO. MARQVARD *de Iure Mercatura.*

70) Vid. KNIPSCHILD *de Iure Ciuitatum Imper. lib. I. c. IV.* IO. ANG. WERDENHAGEN *de rebus publicis Hanseaticis.* SYNT. IVR. PVBL. *cap. XX. §. IX.*

71) Horum etiam iuribus prospectum fuit in Pace Ryswicensi §. *LII.* pace Traiectensi cum Anglis §. *XXVII.* nupera Badensi §. *XXXIV.*

72) Plenius de hisce egit IAC. GVIL. KYLINGERVS *de Ganerbiis castrorum* vid. SYNTAGMA IVR. PVBL. *c. XXVIII. §. XXI. XXII. XXIII.*

73) Plura exempla videmus apud HERTIVM *de feudis oblatis.*

74) Hæc

§. XIV. Inter hæc, iura Territorii magis adquisiuerunt Principes Germaniæ, 74) telonia etiam sibi vindicantes. Incrementa, extinctis potissimum Sueuiæ Ducibus cœperunt ciuitates Imperiales, 75) quæ etiam aduocatiæ Imperialis Iura sibi sensim vindicarunt, 76) atque nobilitas immediata, maxime, dum Philippus Sueuus Imp. Sueuiæ villas atque prædia inter nobiles suos distribuerit, qui extinctis cum Conradino Sueuiæ Ducibus, Imperio se subiecerunt. 77) Et dum nulla essent Iudicia, Austregæ cœperunt conuentionales, atque familiarum, vt, nonnullæ illustres familiæ atque vrbes Imperiales ad controuersias suas decidendas certos constituerent Iudices. 78)

§. XV. Dum igitur tantis malis Germania esset subiecta, vt plerique Principes turbato hoc rerum statu, de propria potius solliciti essent securitate, septem isti Officiales Imperii, 79) tres inquam Archicancellarii, Moguntinus per Germaniam, Treuirensis per Galliam Belgicam & Regnum Arelatense, Coloniensis per Italiam, vna cum Duce Bohemiæ, qui Archipincerna erat, Comite Palatino, archidapifero, Duce Saxoniæ Archi-Mareschallo, Marchione Brandenburgico, archi-Camerario, quibus olim semper cura Imperii competebat, & primi erant in electione 80) conuenientes, vt medelam adferrent tantis malis, tacito consensu reliquorum Principum, penes quos olim ius eligendi Imp. erat, 81) idem Ius sensim sibi vindicarunt. 82) Sic Particularis erat electio Henrici Raspo-

74) Hæc non tam auctoritate Scriptorum fulfulti, scribo, verum ex circumstantiis temporum concludo, atque in SYNTAGMATE IVRIS PVBLICI *cap. XXVI. §. XV.* iamdum asserui.

75) Declaraui illud in SYNTAGMATE IVRIS PVBLICI *cap. XXI. §. XII.*

76) Sic Francofurtum ex priuilegio Richardi de anno 1257. hæc iura aduocatiæ obtinuit, prout hoc priuilegium inter alia Francofurtensium priuilegia reperitur *p. 7.* KNIPSCHILD *de Iure Ciuit. Imper. lib. III. c. XIV. n. 23.*

77) Idem hoc demonstraui in SYNT. IVR. PVBL. *cap. XXVIII. §. III.*

78) CONRING *de Iudiciis German. §. LIII.* SYNT. IVR. PVBL. *cap. XXIX. §. XXXVI.*

79) De his septem Imperii nostri Officialibus plenius egi in SYNTAGMATE IVRIS PVBLICI *cap. IX. §. VIII. & sqq. cap. XVI. §. XI.*

80) Quod hi septem Officiales olim primi fuerint in electione, siue primam vocem habuerint, docet nos VETVS AVTOR *de beneficiis*, quem THOMASIVS edidit *in Selectis Feudalibus §. 3.* scribens: *Rex, quem eligunt Teutonici, cum Romam adit ordinari, secum ibunt de iure sex Principes, qui primi sunt in eius electione, vt pateat Apostolico Regis iusta electio.* Hunc locum plenius declarat SPECVLVM SAXONICVM lib. III. art. LVII. *In principis electione primus erit Episcopus Moguntinensis, Secundus Treuerensis, Tertius Coloniensis. Primus inter illustres Rheni Palentzgrauius (qui est dapifer) Secundus Saxoniæ (Marscalcus) Tertius, Marchio Brandenburgensis (Camerarius) Bohemiæ rex pincerna, qui non eliget, quia nostræ non est nationis. Secundum hoc omnes illustres Imperii, tam seculares quam spirituales eligunt, non (sed sicut prædictum est) secundum eorum placitum eligere debent, & quem omnes illustres eligunt, eundem præ cæteris Regem nominabunt.* Hoc Ius in electione præcipuum patet etiam ex aliis locis. Sic Lotharii Saxonis electio iudicio Archiepiscopi Moguntini & ipsius Lotharii fuit relicta in CHRONICO CASINENSI *lib. IV. cap. LXXXVII.* Sic etiam Fridericus Imp. apud RADEVICVM lib. I. cap. XVI. *liberam Imperii nostri coronam diuino tantum beneficio ascribimus, electionis primam vocem Moguntino Archiepiscopo, deinde quod superest, cæteris secundum ordinem Principibus recognoscimus.* Sic & GODEFRIDVS ad a. 1198. *nam Coloniensis & Treuirensis Archiepiscopi electionem Regis sui iuris esse firmantes.* REGISTRO INNOCENTII ep. XX. *& illi adhærentes pariter & fautores qui in Coloniensis Ecclesiæ ac tua persona contemptum, ad quam specialiter inter reliquos Principes electio Regis spectat* & ep. XCII. *plures tamen ex iis, ad quos Imperatoris spectat electio, conuenerunt postmodum in carissimum in Christo filium nostrum, illustrem Regem Ottonem* & epist. XXIX. de electione Ottonis: *verum, cum tot vel plures ex his, ad quos principaliter spectat Imperatoris electio in eum consensisse noscantur.* Scilicet, isti Officiales, de rebus Imperii separatim consultare, & proprium in electione formare Collegium cœperunt, de persona eligenda inuicem conuenire, ita tamen, vt hanc personam omnibus Principibus proponerent, penes quos esset electio. His autem reliqua etiam Imperii negotia curæ fuisse, patet ex LAMBERTO SCHAFNABVRGENSI, dum ad a. 1066. *Principes regni, archiepiscopi Moguntinus & Coloniensis cum cæteris, quibus cura erat reipublica, crebra conuenticula faciunt.*

81) Electionem primum præsente populo, dein hoc excluso, a Principibus factam, demonstraui in SYNT. IVR. PVBL. *cap. VII. §. VI.* Docet hoc potissimum Historia electionis omnium Impp. ante tempora Interregni prout *cap. VI. §. VII.* adserui. Errat igitur plane ROGERIVS HOVEDENVS, dum in vita Richardi I. ad a. 1198. p. 775. sic scribit: *est autem sciendum, quod in electione Romanorum Imperatoris taliter procedendum est. Defuncto itaque Imperatore, Archiepiscopi, Episcopi, Abbates, Duces, Comites, & omnes cæteri Magnates Alemanniæ, in vnum conuenientes, debent duodecim viros eligere communiter, & eos præsentare Archiepiscopo Coloniensi, & Archiepiscopo Moguntino, & Duci de Saxonia, & Comiti Palatino de Rheno, & quemcunque illi quatuor elegerint, de prædictis duodecim electis, erit Rex Alamannorum, & coronabitur apud Hag Capellam, vbi Carolus Magnus sepultus requiescit.* Certior in recensendis Principibus, qui iura electionis habent, est MATTHAEVS PARISIENSIS, nec tamen sine errore, dum *ad a. 1257. p. 808.* scribit: *hi sunt maximi in Alemannia, ad quorum nutum pendet electio ipsius Regni, quod est quasi arra Imperii Romanorum: Archiepiscopus Coloniæ, cuius titulus est Sacri Imperii Prothocancellarius, post honorem Archipræsulatus Archiepiscopus Moguntinus, Archiepiscopus Treuerensis. Rex Bohemiæ, Comes Palatinus de Rheno, Dux Austriæ, Dux Sueuiæ, qui & Comes Bauariæ, Dux Poloniæ, Marchisius de Miche, Marchisius Brandeborg, Dux Saxoniæ, Dux de Bruneswic, Dux de Carentene, Dux de Melai, Dux Brabantiæ, qui & Louaniæ, Landgrauius Duringiæ, Marchio Misiæ. Inter omnes hos Magnates supereminens est Archiepiscopus Coloniensis; qui coronare tenetur Regem Alemanniæ apud Aquisgranum, ab antiqua & approbata consuetudine.*

82) Diuersæ equidem de origine Electorum sunt sententiæ. W. GABRIEL PACHELBL a WEHAB in dissertatione prætita de origine Electorum, demonstrare voluit, Electores Christi natiuitate haud

Rasponis. 83) In electione vero Richardi atque Alphonsi dissidiosa, qui votum in electione habebant, septem numero dicuntur. 84) Hi igitur reliquos Principes sensim excludentes, primum a Ludouico Bauaro a. 1339. per decretum Francofurtense; 85) post a Carolo IV. per Auream Bullam, Legem Imperii pragmaticam, fuerunt confirmati. 86)

te haut esse iuniores. Plures sunt, qui vel Carolo vel Ottoni M. hanc originem male tribuunt, dum Officiales quidem sub iisdem fuerint, hi tamen ius eligendi Imp. nondum exercuerint. Communis est opinio, Ottonem III, Gregorio Papa consentiente, singulari constitutione Collegium Electorum ordinasse, quorum sententiam SIMON SCHARDIVS potissimum conatur defendere. ERICVS MAVRITIVS singulari dissertatione, & qui eum sequitur THVLEMARIVS, iam ante Friderici II. tempora fuisse electores putat. Et licet omnes Principes Electioni interfuisse dicantur, hoc tamen ad praetaxandum & consentiendum, non vero ad eligendum. Verum, dum Scriptores antiqui de omnibus Principibus dicant, quod elegerint, prout in SYNT. IVR. PVBL. *cap. VII. §. VI. & cap. XVI. §. VII.* iamdum demonstraui, nec ipsa haec sententia valebit. Sic etiam Otto IV. in Testamento suo apud MEIBOMIVM *Tom. III. p. 148.* monet Henricum fratrem suum, *vt insignia Imperii nulli hominum repraesentet, nisi ei, quem Principes vnanimiter elegerint & iuste.* Differentes de origine Electorum sententias congessit THVLEMARIVS *c. VII.* caput XII. SYNTAGMATIS IVRIS PVBLICI & praecipue IO. GVILIELMVS IANI *in Iudiciis eruditorum de origine Electorum.*

83) De quo *Supra. Per. VII. S. VIII. §. I.*

84) Sic enim in diplomate Rudolphi Habsburgici super voce Henrici & Ludouici fratrum, Comitum Palatinorum ac Ducum Bauariae apud TOLNERVM Cod. diplom. n. CVII. saltim ad electionem Richardi prouocatur, quod ipsi interfuerint, tandem additur: *vocibus eorundem fratrum Ducum Bauariae Comitum Palatini Rheni ratione Ducatus pro vna in septem Principum ius in electione Regis Romani habentium numero computatis.* In epistola Vrbani IV. in prodromo Codicis Diplomatici Leibnitiani p. 14. *coram nobis, & eisdem fratribus proponere curauerunt quasdam consuetudines circa electionem noui Regis Romanorum in Imperatorem postea promouendi, apud Principes vocem in huiusmodi electione habentes, qui sunt septem numero, pro iure seruari; & fuisse hactenus obseruatas a tempore, cuius memoria non existit: secundum quas infra annum & diem, postquam vacat Imperium, talis decet electio celebrari, quacunque parte ipsorum anni, & diei, quam ad hoc idem principes duxerint deputandum: & ad Archiepiscopum Moguntinum, & Comitem Palatinum Rheni, vel ipsorum alterum, altero nequeunte, vel forsitan non volente, pertinet ad electionem ipsam celebrandam, diem praefigere, ac caeteros electores principes conuocare.* Licet, dum de obseruantia antiqua hic sermo sit, intelligendum de prima horum septem voce in electione.

85) Patet hoc tanto magis ex dicta epistola §. 4. *cum Praelatis, Ducibus & aliis ibidem praesentibus, deliberatione posthabita de ipsorum communi consilio & assensu ad electionem procedere decreuerunt.* Reperitur hoc decretum apud GOLDASTVM *Tom. III. Constit. p. 411.* in quo extat, vt Electores Imperii, & nullus alius Regem Romanorum eligant.

86) Vid. SYNT. IVR. PVBL. *c. XVI. §. XIII.*

PERIODVS NONA
AVSTRIACO-LVXENBVRGICA
SECTIO PRIMA
DE
RVDOLPHO HABSBVRGICO.

§. I. Rudolphi progenies & possessiones. §. II. Statura & mores. §. III. Educatio in aula Friderici II. & vaticinium de eo. §. IV. In terras post mortem patris reuersus, nubit, equestri dignitate donatur. §. V. Cum Barone Tieffensteinio, Lauffenbergiis, Kiburgensi & Basileensibus bellum gerit. §. VI. In aulam Ottocari, R. Bohemiae se confert. §. VII. Argentoratenses Rudolphum militiae Ducem faciunt. §. VIII. Fit Tigurinorum praefectus militiae. §. IX. Bellum gerit cum episcopo Basileensi. Rudolphus inuentor nauium solutilium. §. X. Francofurti eligitur in Imp. §. XI. Coronatur Aquisgrani: filiae Rudolphi quibusdam Principibus nuptum collocantur: Fridericus Zollerannus, fit Burggrauius Noribergae, Meinhardus Dux Carinthiae. Comitia Francofurti 1274. §. XII. Gregorius X. Papa in concilio Lugdunensi Rudolphi electionem confirmat. Rudolphi varia negotia cum Papa: Rudolphus excommunicatur. Exarchatum aliasque vrbes Papae cedit. Papa duos Hetruscis Reges vult constituere. §. XIII. Ottocarus Bohemiae Rex & Henricus Bauariae Dux Rudolpho contradicunt: ipsi ad Comitia Noribergae & Herbipoli indicta euocantur. §. XIV. Euocantur isti ad Comitia Augustana a. 1275. §. XV. Caesar cum Eberhardo Wurtenbergico, Marchionibus Badensibus, Comitibus Sueuiae, & Henrico Bauaro bellum gerit. §. XVI. Initium belli cum Ottocaro, quod tamen statim componitur. §. XVII. Ottocarus in Camberga, Danubii insula inuestitur. §. XVIII. Bellum cum Ottocaro restauratur: praelium prope Viennam, mors Ottocari, pax cum Wenceslao eius filio. §. XIX. Caesar res Austriae atque Stiriae ordinat, Henricum Bauarum & Comitem Sabaudiae ad obsequium reducit. §. XX. Rudolphus Albertum filium Austriae constituit vicarium, diuersa latronum castra diruit, pacem inter ciuitates firmat. §. XXI. In Comitiis Augustanis de anno 1283. Albertus & Rudolphus de Austria inuestiuntur: multa dissidia componuntur. §. XXII. Caesar Ciuitates Rheni & Columbarienses in obsequio firmat. §. XXIII. Bellum cum Eberhardo Wurtenbergico. §. XXIV. B. cum Abbate S. Galli, Pseudo Fridericum profligat. §. XXV. Cura Friderici in Burgundiam & bellum Burgundicum. §. XXVI. Martinus V. & Honorius IV. decimas frustra petunt a Germanis. §. XXVII. Circa pacem publicam sollicitus Rudolphus, hanc in diuersis Comitiis statuit. An Germanicam linguam in publico introduxerit. §. XXVIII. Imp. varias Imperii dignitates concedit, atque controuersias inter illustres componit. §. XXIX. Negotia Rudolphi Italica. §. XXX. Rudolphus Albertum filium commendat successorem & moritur. §. XXXI. Vxores & liberi. §. XXXII. Fabula Hamelensis.

§. I. Fini-

§. I.

Finitur demum Interregnum per Rudolphi Habsburgici electionem. Hic ex antiqua Comitum Habsburgicorum progenie, qui ſtirpem ſuam a Guntramo, Altenburgi Comite 1) traxiſſe dicuntur, prognatus, lucem adſpexit Limburgi Kl. Maii a. 1218. 2) patre Alberto Sapiente, matre Hedwige Kiburgenſi, 3) e fonte luſtrico a Friderico II. Imp. ſuſceptus. Neque tamen exigui cenſus fuit, atque Comes exilis, prout mul-

1) Diuerſæ equidem de ſtirpe Habsburgica ſunt ſententiæ, quarum viginti ſingulari Tractatu diſcuſſit IO. LVDOVICVS SCHÖNLEBEN *de Auguſtiſſimæ Domus Habsburgo-Auſtriacæ prima origine.* Omnes has referre nimis longum foret, potiores ex iisdem ſaltim recenſere licebit. Opinio, quam plerique amplectuntur, eſt, quod originem traxerint Auſtriaci a Perleonibus Romanis, qui ex gente Anicia orti, quæ ob Iuſtiniani Imp. natales eſt celebrata. Fautor ſententiæ eſt ALBERTVS ARGENTINENSIS, qui Chronicon ſuum hoc modo incoat: *Rudolphus Comes de Habsburg ex antiquis progenitoribus ab vrbe Roma traxit originem. Olim namque duobus fratribus propter potentis Romani occiſionem, eliminatis ab vrbe: pater eorum nobilior Romanus, dans cuilibet illorum immenſam pecuniam, ipſos iuſſit in partes abire remotas. Qui ſe in ſuperiori Alemannia receperunt. Antiquior autem ad emptionem prædiorum & munitionum, iunior vero ad habendam vaſallorum multitudinem contendebat. Patre autem, in Vrbe exiſtente poſt aliquot annos cum intellexiſſet, filios cum pace ſtare in Alemannia, ipſos viſitabat. Et cum vidiſſet ſenioris empta prædia, eius prudentiam nimium commendauit. Requirens autem a iuniore, quid cum ſua ſubſtantia egerit, ille ſe omnem in vnam munitionem fortiſſimam collocaſſe, reſpondit: & iuſſit omnibus vaſallis ſuis, cum eorum liberis maſculis optime armatis ad munitionem pertinentibus, & ab eo infeudatis, venire ad montem, vbi caſtrum Habesburg eſt collocatum, illuc patrem traducens, illam fortium multitudinem, quos & omnes eorum poſteros maſculini ſexus ſuos & poſteritatis ſuæ fideles vaſallos illis confitentibus patri, probauit. Quo viſo, pater in illius animoſa nobilitate gauiſus, reuerſus ad Vrbem, magnum theſaurum deſtinauit eidem. Ex quibus duobus fratribus omnes de Habespurg poſtea proceſſerunt.* Hunc ſequuntur IO. SEYFRIDVS, Abbas Zwethalenſis, in *Arbore Aniciana,* & HENRICVS GVNDELFINGIVS *in Hiſtoria Auſtriaca,* cuius fragmenta quædam ex Codice Mſto primus dedit LAMBECIVS *Comment. de Bibl. Cæſar. Vindob. lib. II. cap. VI.* qui vtrosque magis adhuc explicare conatur, SEBASTIANVS TENGNAGEL *in approbatione arboris Aniciæ Seifridi.* DIDACVS LEQVILIVS *de origine, antiquitate & nobilitate familiæ Auſtriacæ,* licet Seifrido parum ſupperaddiderit, ARNOLDVS WION *in ligno vitæ,* & plures alii, quos longo numero recenſet SCHÖNLEBEN *Proleg. p. I. c. VI. §. 2.* Verum, hosce refutant GVNDLINGIANA *p. I. n. IV.* quibus docetur, Perleonios a Leone quodam Petri Leonis patre, qui Iudæus fuerit, ſuam trahere originem, vt adeo parum ornamenti Auguſtiſſimæ familiæ per hanc opinionem accederet. HIERONYMVS VIGNIERIVS originem familiarum Alſaticarum, Lotharingiæ, Auſtriacæ, Badenſis & aliarum indagauit, atque Habsburgicam ducit ab Archinoaldo, Maiore Domus ſub Clodouæo II. Altera Opinio eorum eſt, qui a Francis ducunt gentem Habsburgicam, Merouingis potiſſimum: Hanc ſententiam fouent IO. TRITHEMIVS *Chron. Hirſaugienſi ad a. 1273.* LADISLAVS SVNTHEIMIVS *de maioribus Auguſtæ Domus in Genealogia Domus Auſtriacæ & Epitome ortus Archi-Ducum Auſtriacorum.* IACOBVS MENLIVS *de Maioribus Maximiliani II,* HIERONYMVS GEBVILERVS *de origine Auſtriaca,* WOLFGANGVS LAZIVS *in Genealogia Auſtriaca,* MICHAEL RYTTINGERVS *in Genealogia Habsburgica,* PONTVS HEVTERVS *de Habsburgicorum origine,* THEODORICVS PIESPORDIVS *in ſtemmate Auſtriaco,* ELIAS EHINGERVS *in Genealogia Auſtriaca,* CASPAR SCIOPPIVS *de Auguſta domus Auſtriæ origine,* qui Seifridum iniurioſe criminari fuit auſus, IO. GANS *in arboreto Genealogico Auſtriacæ domus,* HORTENSIVS PALLAVICINVS *in Cæſaribus Auſtriacis,* FRANCISCVS ADAMVS Comes de BRANDIS *im Oeſterreichiſchen Lorberkrantz,* quod aſſeruit magis atque illuſtrauit IO. IACOBVS CHIFLETIVS, & plures alii, quos SCHÖNLEBEN recenſet *lib. I. c. IX.* Tertio loco FRANCISCVS GVILLIMANNVS in *Habsburgicis* hanc gentem ab antiquis Comitibus & Præfectis Vindoniſſæ Heluetiorum ducit. Quarto a Comitibus a Thierſtein eam ducunt ANTONIVS DOMINICVS *in Aſſertore Gallico,* & THEODORVS GOTHOFREDVS *in Genealogia Auſtriaca.* Sed accuratiores Hiſtorici Auſtriaci Genealogiam ducunt a Gunthramo, Comite Altenburgico, id quod ex epitaphiis atque membranis Monaſterii Murenſis apud Heluetos, quod ſepulturis Habsburgicorum fuerat deſtinatum, declaratur. Quam etiam DOMINICVS TSCHVDVS *in Origine & Genealogia Comitum de Habsburg Gen. VI. p. 479.* GERH. a ROO *lib. I. c. IV.* amplectitur, SCHÖNLEBEN *p. I. c. XV.* tanquam reliquis accuratiorem refert, licet ipſe *c. XX.* & ſqq. illos Altenburgi Comites ex ſtirpe Caroli M. ſubortos *lib. I. c. XX.* & ſqq. demonſtret. Potiſſimum vero ex Actis Monaſterii Murenſis Benedictini, quod ſitum eſt apud Heluetos, prope Baden & Bremgarten, in quo conditi olim Habsburgici Comites eorundemque epitaphiis, horum origo a Guntramo ſatis clare deducitur. Demonſtrauit illud dicti Monaſterii Abbas, DOMINICVS, cuius *origo & Genealogia Glorioſiſſimorum Comitum de Habsburg,* obſtetricante CHRISTIANO de HELLWICH prodiit *Vratislauiæ 1715. 8.* Idem ex Actis dicti Monaſterii confirmauit IO. MABILLONIVS *in itinere Germanico p. 23.* Maiori cura illud præſtitit, atque ex Originibus non ſolum Monaſterii Murenſis, ſed etiam per alias probationes inſignes demonſtrauit IO. GEORGIVS ECCARDVS in ſuis *Originibus Sereniſſimæ ac potentiſſimæ Familiæ Habsburgo-Auſtriacæ, Lipſiæ 1721. f.*

2) GERHARDVS a ROO Ann. Auſtr. lib. I. p. 6. *naſcitur Rudolphus anno virginei partus ſupra mille ducentos decimo octauo, eodem die, quo Bertholdus Zaringenſium Ducum vltimus e viuis exceſſit, ipſis ſcilicet Calendis Maii a Friderico ſecundo Rom. Imperatore ad ſacrum Chriſtianæ regenerationis fontem ſuſcipitur.* Licet de eo adhuc dubium ſuperſit, an Bertholdus illo ipſo die fuerit defunctus, cum de anno certum ſit, non æque de die, aliis Bertholdi mortem ad IV. Martii referentibus. ANN. COLMAR. CHRON. CONSTANT. *ad a. 1218.* FVGGER *Spiegel der Ehren lib. I. c. VI.* SCHÖNLEBEN *in ephemeride Habsb. Auſtriaca.* CVSPINIANVS ſub Rudolpho *p. 354.* quinto Kal. Maii.

3) ANN. COLMAR. *p. altera p. 37.* CVSPINIANVS. ROO. FVGGER *c. l.* Tabulam Rudolphi Genealogicam in linea aſcendente, exhibet LAMBECIVS *Comment. de Bibl. Cæſ. lib. II. c. VI. p. 485.* Apud IO. STVMPFIVM *Hiſt. Heluet. lib. VII. c. XII.* extat diploma de a. 1259. in quo Progenitores ſuos recenſet. Vid. etiam CZERWENKA *piet. Auſtr. lib. I. c. I. p. 4.*

4) Sic

ut multi tradunt, 4) quin potius paterno iure possideret Habsburgensem Comitatum, ab Hartmanno auunculo tribus Comitatibus, Kiburgensi, Badensi, & Lentzburgensi vna hæreditate fuerit auctus, 5) Alsatiæ Landgrauiatum iure vxorio obtineret.

§. II. Describitur 6) tanquam vir longus corpore, habens in longitudine septem pedes, gracilis, paruum habens caput, pallidam faciem, atque longum nasum: 7) paucos habebat crines. Vir in cibo, potu & in aliis moderatus: Princeps strenuus, clementia & pietate insignis: 8) sapiens & prudens, 9) & cum maximos prouentus haberet, in summa tamen extitit paupertate, idque ob plurima quæ gesserat bella.

§. III. Exactis primæ pueritiæ annis, a patre in aulam Friderici II. missus, inter æquales magna animi indole excelluit. Cumque primum per ætatem arma ferre potuit, omnibus, quæ Friderico fuere, bellis exercitus, eam de se æstimationem dedit, vt quotiescunque Cæsarem adiret, reliqui militaris ordinis proceres illi quamuis iuniori assurgerent. 10) Narrant Chronica, virum quendam tum in aula Friderici fuisse, qui ex siderum positu futurorum scientiam profitebatur. Is cum præ cæteris Rudolphum in oculis habere videretur, caussam interrogatus, Imperatori dicere ausus fuit; videre se hunc Rudolphum extinctis ipsius posteris, rerum esse potiturum. 11)

§. IV. Mortuo a. 1240. in Palæstina Alberto, patre, domum profectus, pactas cum Anna Hohenbergica nuptias perfecit. Hinc ad Imperatorem reuersus, tertio post anno equestris dignitatis ordinem, de more eius temporis est adeptus. Sunt, qui & ipsum vel cum patre, vel cum Friderico Cæsare in Asiam traiecisse adserunt. 12)

§. V. Inter turbas istorum temporum, quæ Germaniam occupauerant, strenuus erat Rudolphus, de augendo patrimonio sollicitus. 13) Inde, primum belli tyrocinium a. 1242. ipse fecit contra Hugonem de Tieffenstein, qui ipsum verbis læserat, cuius castrum etiam cepit, Tieffensteinio occiso. 14) Post hæc, cum Rudolpho agnato suo, huiusque filio, Godfrido de Lauffenberg bellum gessit, quod tandem amicorum interpositione fuit compositum. 15) Inde cum Hartmanno Kiburgensi a. 1244. bellum gessit, cuius

4) Sic enim exteri dicunt, ex Comitis saltim dignitate argumentum sumentes. IO. MARIANA de rebus Hispan. lib. XIII. p. 577. *Rudolphus Ausburgensis Comes consentienti procerum suffragio ad imperium vocatus est, exiguo quidem censu, augustoque principatu, cæterum generis nobilitatem ad veteres Francorum Reges referens, & virtutum indole clarissimus.* Idem Galli Rudolpho obiiciunt.

5) GVILLIMANNVS Habsburg. lib. VI. c. IV. p. 413. *cæterum Rudolphus hac ratione, tribus amplissimis Comitatibus Kiburgensi, Badensi, siue Aquensi, & Lentzburgensi, eodem tempore, & vna hereditate, repente auctus, ingenti virum, arcium, vicorum, opidorum numero, magnus & opulens, nullique Germaniæ Comitum secundus.* Prolixius possessiones Habsburgicas tempore etiam Rudolphi declarauit SCHÖNLEBEN *de origine gentis Austriacæ Prolegom. P. II. c. IV.*

6) Verba sunt ANNALIVM COLMARIENSIVM *p. II. p. 37.*

7) Lepidam de naso ipsius narrat CVSPINIANVS p. 354. *item cum rex corpus haberet procerum & faciem regiam, naso aquilino, qui iusto maior: in decliui semita, obuium quendam habuit dicaculum, qui regis facetias nouit, eiusque clementiam. Cum itaque prætereundo, ex angusta semita regi cedere a satellitibus crebro iussus, nollet, rogatus, cur non cederet: Regius inquit, nasus, viam implet, præterire non possum. Subridens rex, flexo in aliud latus naso manu sua. Vade, inquit, mi fili, nasum torquebo meum ne te impediat.* Alias ipsius facetias describit ALB. ARGENTINENSIS *p. 105. sqq.* CVSP. p. 354. Huc etiam referendum quod VARILOQVVS ERFVRDIANVS *p. 491.* narrat: *Idem Rex causa solatii quodam die vitrum habens magnum in manu cum cereuisia, clamauit: Hol ein, hol ein, Ein gut Erffurtisch Bier, hat Er Siffrid von Buttsted uffgethan.*

8) Virtutes ipsius CVSPINIANVS *p. 353.* prædicat, dicens: *cum bellicosus princeps ac strenuus, clementia & pietate insignis, multa egregia facinora per vniuersam Germaniam fecisset, in quatuordecim conflictibus semper victor, vnde etiam Victoriosi cognomen meruerat.* FVGGERVS *lib. I. c. XVI. p. 136. sqq.* SIFRIDVS PRESBYTER *ad a. 1274.* NICOL. VERNVLEAVS *Virtutum Gentis Austriacæ lib. I. c. II. III. IV. VI. X. lib. II. c. I. II. III. IV. VI. VIII. lib. III. cap. II. III. IV. VII.* Pietatem potissimum, prædicat CZERWENKA per integrum librum primum. SCHÖNLEBEN *Proleg. p. II. c. VII. p. 136.*

9) CVSPINIANVS p. 351. *erat princeps non minus manu strenuus, quam ingenio sagax ac prudens, famaque conspicuus.*

10) Verba sunt GERHARDI a ROO *lib. I. p. 6.* FVGGER *lib. I. c. VI.*

11) ALBERTVS ARGENTORATENSIS *p. 97.* CVSPINIANVS *p. 351.* GERHARDVS a ROO *c. l.* FVGGER *c. l. p. 51.*

12) ROO *lib. I. p. 7.* FVGGER *p. 52.*

13) ANN. COLMAR. *p. altera p. 37.* nimium ipsi studium fines prolatandi tribuunt, dum aiunt: *Comes Rudolphus se solum sentiens in dignitate constitutum, vidensque vicinos suos Comites diuitiis abundare; se autem respectu aliorum in paupertate constitutum: cogitauit quomodo posset diuitias comprehendere temporales. Considerans etiam quod res magnas per preces aut iustitiam subito comprehendere non valeret, deliberauit intra se, quod vicinos suos vellet præliis impugnare.* FRANC. GVILLIMANNVS *Habsb. lib. VI. c. IV. p. 375.*

14) ANN. COLMAR. c. l. *iis temporibus vir iuuenis, dictus, de Tüffenstein, nobilis diues, habens castrum quoddam in quo plurimum confidebat. Huius res Comes Rudolfus libenter habuisset, si eas comprehendere potuisset. Occasione igitur arrepta cæpit iuuenem oppugnare. Sed cum eum vincere per potentiam non valuisset, pacem cum eo fraudulenter fecit, & per quosdam suos familiares insidias ei posuit, & ibi eum turpiter occiderunt.* FVGGERVS vero *p. 53.* dicit, Rudolphum iniuria adfectum, castrum per insidias cepisse.

15) GERHARDVS a ROO p. 8. *proximum illi bellum cum Godefrido eiusque fratribus Wernero & Eberhardo patruelibus fuit, qui alias ditiones sortiti, sola Ergouia Rudolpho relicta, post sublatum e viuis Albertum fratrem, Kyburgi quoque comitatum inuadebant. Hoc bello Rudolphus Godefrido pagos aliquot exussit, hic vicissim oppidum Brugas, diripuit & deuastauit. Post damna vtrinque data & accepta,* tandem

cuius possessiones post mortem ipsius occupauit, 16) Toggenburgios quoque Comites deuicit, eorumque terras deuastauit. 17) Anno quinquagesimo tertio Rudolphus Conrado IV. fauens, cum nobilibus quibusdam noctu suburbium Basileense ingressus diripuit & incendit cœnobium quoddam, quod vulgo in lapidibus vocabant. Hinc ab Episcopo iussu Pontificis, censura ecclesiastica cum aliis notatus est. 18)

§. VI. Postquam his bellis esset defunctus, mortuoque a. 1254. Conrado IV. insequenti anno, ad Ottocarum Bohemiæ Regem se contulit, in cuius aula Curiæ Magister siue Mareschallus factus, 19) cum quo in Borussiam abiit, & ei prœlio, quod de Stiriæ possessione cum Hungaris gessit Ottocarus, interfuit. 20) Huius aulam tamen a. 1260. iterum reliquit.

§. VII. Anno 1261. bellum erupit intestinum inter ciues Argentoratenses, & Episcopum eorum Walterum Geroltseggium, qui animo tam exulcerato erat, vti ecclesiasticos omnes propositis edictis, & amissione censuum denunciata euocaret, neque ludi magistros cum pueris latine discentibus in ciuitate relinqueret. Ciues, hoc rerum statu, quod sub Alberti Habsburgici auspiciis tutos se a vicinorum iniuriis vixisse in recenti adhuc memoria habebant, Rudolphum eius filium, iam ex Boëmia reducem, de cuius virtute non minor erat hominum æstimatio, militiæ præfectum creant. Ciues Haldemburgum castrum vi expugnant, & diruunt, fiuntque multæ agrorum euastationes. Columbaria per insidias capitur, itemque Mühlhusium. Anno 1263. fit prœlium, victoria penes Rudolphum fuit. Episcopus ægre effugit, & post paucos dies ex animi ægritudine (vti putabatur) extinctus est. Ipsius successor Henricus pacem facit cum Ciuitate & Rudolpho. 21) Argentinenses inde a. 1266. Rudolpho statuam equestrem lapideam collocabant. 22)

§. VIII. Anno sexagesimo quarto, Tigurini vt se, suaque contra aliorum vim atque iniuriam defenderent, præfectum militarem suis stipendiis conducere decreuerunt, Vlrico Regensbergico hoc deferentes. Is, cum delatam ad se conditionem superbe aspernaretur, potius postulabat, vt se dominum adgnoscant. His moti Tigurini, Rudolphum præfectum sibi adsciscunt, cui priuatæ cum Regensbergico intercedebant inimicitiæ. Regensbergicus autem, licet auxiliis vicinorum adgnatorumque munitus, Tigurinis tamen longe inferior, eo necessitatis adactus est, vt Regensbergam arcem, & alia nonnulla suæ ditionis loca venderet, redactam ex iis pecuniam militi numeraret. Habebat vero alias adhuc arces, ex quibus adsiduas excursiones in agrum Tigurinum faciens, bellum vrgebat. Sed captis eiusdem castris, anno sexagesimo septimo debellatus, & ab amicis desertus, ad hostes se contulit, & magno fortunæ ludibrio eorum se clientelæ emancipauit, a quibus oblatum sibi honorem paullo ante repudiarat. 23)

§. IX. Dum hæc prope Tigurum fiunt, interim & alterius belli semina, inter Rudolphum & Henricum Basileæ antistitem, ex Comitibus Neoburgensibus natum, iacta sunt. Duæ Basileæ a. 1258. ortæ erant factiones, Stelligerorum atque Psittacorum. His præter alios fauebat Episcopus: Stelligeris addicti erant Habsburgici. Accedebat, quod Brisacum repeteret Episcopus, quod a Tigurinis astu captum firmo præsidio munierat Rudolphus. 24) Accedebant & priuatæ cum Eggone Toggenburgensi, cui soror Episcopi nupserat, inimicitiæ. Exinde variæ terrarum deuastationes fiebant atque deprædationes. Abbas

tandem ex communium amicorum arbitrio res componitur anno sexagesimo. ANNALES COLMAR. *p. 2. p. 37.* FVGGER *p. 54.* qui addit, Rudolpho aliqua loca fuisse restituta.

16) ANNALES COLMAR. c. l. *Comes de Kiburck filiam Comitis de Sabaudia duxit vxorem. Videns autem se ex ea filios non habere posse, dignitates suas Episcopo Argentinensi tradidit tali conditione (vt quidam dixerunt) quod Comitissa quasdam res libere possidere deberet ad tempus vitæ suæ, & postea dignitates ad Episcoporum Argentinensium posteros deuenire. Mortuo vero Comite de Kiburck, Comes Rudolfus omnes pene res & dignitates per violentiam obtinuit; cum verus tamen hæres esse a pluribus negaretur.* FVGGER *c. l.*

17) ANNALES COLMAR. *c. l.*

18) ROO p. 7. extat epistola Papæ desuper scripta apud FRANC. GVILLIMANNVM *Habsburg. lib. VI. c. IV. p. 390.*

19) ROO *p. 8.* FVGGER *p. 56.* CVSPINIANVS *p. 351.*

20) ROO *c. l.* DVBRAVIVS Histor. Bohem. lib. XVII. p. 454. *iussit tamen Præfectum aulæ, quem Mareschalcum vocant, is erat Rudolphus ab Habsburgo Comes, antecedere, qui per viam occursum hostium exploraret.*

21) ANNALES COLMAR. *p. 38.* ROO *p. 8.* FVGGER *p. 56. sqq.*

22) Hanc æri fecit incidi FVGGERVS *pag. 63* cum hac inscriptione: *Rudolpho Victorioso Comiti in Habsburg S. P. Q. Arg. Præfecto strenuo statuam hanc equestr. P. P. MCCLXVI.*

23) ROO *p. 10.* FVGGER *p. 64.*

24) ANNALES COLMAR. *ad a. 1273.* & p. II. p. 38. *post mortem Imperatoris Friderici, Imperii res quas quilibet Dominorum poterat, confiscauit. Obtinuit autem Comes Rudolfus de Habspurc Brisacum, & per tempus aliquod in sua tenuit potestate. Henricus Episcopus Basileensis dixit Comiti Rudolfo, quod Brisacum suum deberet esse, eo quod iure hæreditario possedisset. Comes vero dixit, si vellet ei dare M marcas argenti pro iure suo, promitteret castrum & castellum tradere in Episcopi potestatem. Episcopus vero dedit DCCCC. marcas, & sic obtinuit ciuitatem, quam habuit vsque ad electionem Rudolfi in Regem Romanorum.* ROO p. 10. *Brisacum etiam, quod Fridericus Secundus ex beneficio Basileensis Episcopi habuerat, post ipsius obitum ad eum redierat. Id Rudolfus paulo ante a Tigurinis astu captum firmo præsidio munierat.* ALBERTVS ARGENTORATENSIS p. 99. FVGGER *p. 72.*

 25) ALBER-

Abbas etiam S. Galli ideo a Rudolpho erat alienus, quod Comitatum Kyburgensem, cuius dominium directum Abbas postulabat, tanquam feudum ab ipso nollet adgnoscere. 25) Compositione tamen cum ipso facta, vtrique contra Episcopum agebant. Rudolphus igitur fabricatis nouo more nauibus solutilibus 26) Rheno traiecto, Basileam obsidet, atque Episcopum a multis suorum iam desertum, eo adigit, vt interuentu procerum quorundam, ab octauo Kl. Octobris vsque ad eius mensis medium induciæ paciscerentur: quo tempore controuersia omnis per Fridericum, Burggrauium Noribergensem, quem nominauerat Rudolphus, & Henricum Hochbergicum Marchionem, ab Episcopo electum decideretur: quibus si per negotia adesse minus integrum foret, Henrici duo, Fürstenbergicus & Gerolzeggius substituerentur. 27)

§. X. Dum hæc ad Basileam fiunt, interim, concitante Gregorio X. Papa, 28) Principes Imperii, penes quos Romanorum Regem legendi ius erat, circa octauam S. Michaëlis Francofurti Comitia habebant. 29) Cum itaque nonnulli proponerentur, Mainardus Comes Tirolensis, vir magni inter principes nominis, tres viros aliis præferendos affirmabat; Bernhardum Carinthiæ ducem, Albertum seniorem, Goritiæ Comitem, & Rudolphum Habsburgicum. Rudolpho præ cæteris fauebat 30) Wernerus archipræsul Moguntinus, quem Rudolphus Romam euntem indeque redeuntem hospitio exceperat, & Argentoratum vsque deduxerat, 31) multa de ipsius virtute prædicabat. Itaque eo adnitente, re diu expensa, Principes, ne iterum in diuersa abiretur studia, Ludouico Palatino eligendi potestatem deferunt. Ille diu reluctatus, tandem vltimo Septembris 32) Rudolphum Habsburgicum Cæsarem dicit, hunc vnum esse dicens, qui rebus prope deploratis opem ferre, Imperium in pristinum vigorem posset adserere. 33) Sunt, qui eo libentius in hanc electionem consensisse Principes volunt, quod Moguntinus inter alia dixerat; esse Rudolpho sex filias eximia forma atque indole, in quibus elocandis magna fore

25) ALBERTVS ARGENT. *p. 98.*

25) ANNALES COLMAR. p. II. p. 39. *eodem tempore Comes Rudolfus vt infestaret Dominum Basileensem Rhenum transire non poterat: vnde naues quas in curru ducere poterat, fabricari fecit. Et quando voluit cum ipsis Rhenum transiuit, & hominibus Episcopi superueniens improuise, eos sæpius grauiter infestauit: & post in eisdem nauibus per Rhenum rediens, eas ad tutiora loca in curribus perducebat.* ROO p. 12. *excogitauerat vero singulari industria nauium aliquot fabricandarum nouum modum, quæ solutiles erant, & quocunque lubitum esset ferri poterant. Iis in traiiciendo Rheno vsus ita assiduis excursionibus hostem vexabat, vt ager circa Basileam incultus relinqueretur.* FVGGER *lib. I. c. XIII. p. 74.* Naues itaque solutiles erant, licet pons naualis iamdum institutum Caroli M. de quo REGINO ad a. 792. *& eodem anno nulla expeditio facta est, sed tamen super naues ad flumina transeunda, compactus est pons anchoris & funibus, ita coharens, vt iungi & dissolui posset.* MONACHVS EGOLISMENSIS p. 55. *fecit pontem super nauigia flumina transeuntem, anchoris & funibus ita coharentem, vt iungi & dissolui posset.*

27) ROO *p. 12. 13.* WVRSTISIVS *Basler Chronic. lib. II. c. XXI.* FVGGER *lib. I. c. VIII. pag. 75.* qui etiam litteras compromissi super hoc negotio exhibet.

28) FRAGM. HISTOR. p. 93. *Gregorius Papa decimus inito consilio præcepit principibus Alemanniæ electoribus duntaxat, vt de Romanorum Rege, sicut sua ab antiqua & approbata consuetudine intererat, prouiderent, infra tempus eis ad hoc de Papa Gregorio statutum; alias ipse de consensu Cardinalium, Romani Imperii prouidere vellet solationi. Mandato autem Apostolici viso ab ipsis Principibus, & recepto, conuenerunt apud Franckenfurt, de electione Romanorum Regis tractaturi.* ROO *lib. I. p. 13.*

29) ALBERTVS ARGENT. *p. 10.* ROO *p. 13.* H. STERO *ad a. 1273.* EBERHARDVS *ad a. 1273. mortuo Richardo Romanorum Rege, Principes Imperii circa octauam S. Michaëlis ad eligendum alium Regem in Franckenfurt conuenerunt.*

30) ROO *p. 13.* CVSPINIANVS *p. 351.* Videmus ex hoc, isto tempore non omnes statim Principes ab Impp. electione fuisse exclusos.

31) ALBERTVS ARGENT. p. 100. *in diebus illis, Electo Wernbero Archiepiscopo Moguntino ad Vrbem pro confirmatione proficisci volente, Rudolphus Comes prædictus per electum literis rogatus, ipsum ab Argentina vsque ad Alpes euntem, eoque feliciter confirmato redeuntem conduxit. Qui Archiepiscopus grates sibi agens, optauit vt nunquam moreretur, nisi Comiti de tanto officio respondisset. Itaque Moguntinus feliciter procedens & prospere ad Ecclesiam suam est reuersus. Quod postea fecit idem Episcopus, qui pro creatione Regis Romanorum Principes quorum intererat ad oppidum Franckfurt conuocauit.* FVGGER *lib. I. c. IX. pag. 77.* Grauem eiusdem in Collegio Electorali habitam orationem, qua Rudolphum optime commendat, exhibet FRANC. GVILLIMANNVS *Habsb. lib. VI. c. IV. pag. 439.*

32) ALBERTVS ARGENT. *pridie Kl. Octobris* ponit, prout infra patebit. Id quod in parte altera *Chronici Colmariensis p. 40.* confirmatur: *eligitur enim in Crastino Michaëlis anno MCCLXXIII.* Licet GERH. a ROO *IV. Nonas Octobris* habeat. SIFFRIDVS ad a. 1273. GVILLIMANNVS p. 443. FVGGER p. 80. *in die Michaëlis*, secutus versus antiquos:

Comes in Habsburg & in Kyburg Landgrauiusque
Alsatiæ, merito tituli pollens vtriusque
Franckenfurt, Festo Michaëlis, stemmate septus
Magnatum, regni Romani culmen adeptus.

33) ROO *p. 13. 14.* CHRON. AVSTRALE ad a. 1273. *Eodem anno mense Octobri Comes Rudolphus de Habsburg electus est in Regem Romanorum apud Franckfurt auxilio Ludouici Comitis Palatini.* TOLNERVS *Historia Palatina c. XIX. p. 407.* FVGGER *pag. 79.* Patet hoc potissimum ex diplomate Rudolphi Habsburgici, Henrico & Ludouico fratribus, Comitibus Palatinis atque Ducibus Bauariæ an. 1275. super voce in electione concesso, apud TOLNERVM *Cod. diplomatico n. CVII.* in quo hæc verba: *deinde vero electionis tempore apud Franckenfurt de nobis ab omnibus Principibus ius in electione habentibus concorditer celebrato, per Nuncios & procuratores eiusdem Ducis Henrici videlicet Henricum præpositum Oetingen. & Fridericum Rectorem Ecclesie de Landshud, ipsius absentiam propter impedimenta legitima, legitime excusantes, præsente venerabili Berchtoldo Babenbergen. Episcopo procuratore*

fore ad Principes inter se coniungendos momenta. 34) Rudolpho nil tale cogitanti nuncium in castra primum adfert Henricus Pappenheimius, Mareschallus Imperii, cui cum fides non haberetur, sequenti nocte venit Burggrauius Norinbergensis, diploma principum & electionis decretum adferens. Adnuit Rudolphus, cum Basileensi Episcopo pacem facit, stelliferos restituit, Neoburgum Imperio addicit. 35)

§. XI. Inde Rudolphus cum vxore Basileam venit, vbi ab omnibus Ciuitatis ordinibus summo cum honore excipitur, ciues ei tanquam Cæsari fidei sacramentum præstant, abolita veterum offensarum memoria. Inde secundo Rheno, cum & cæteri Principes in itinere ad eum venissent, descendit, vltimo Octobris & Aquisgrani solenni ritu coronatur. 36) Ibi cum Principes in eius verba iuraturi, tergiuersari aliquantulum viderentur, quod non omnes adesse dicerent, neque sceptrum ad manum esset, Cæsar arrepta cruce, quæ prope aderat: *hoc* inquit, *signum, in quo humanum genus redempti sumus, hoc ego sceptro in omnes mihi & imperio infidos vtar.* His dictis moti qui aderant Principes, crucem exosculati, sacramenta dicunt. 37) Sacris peractis, Cæsar conuiuio Principes excipit. Antequam Aquisgrano discessum est, Moguntino adnitente, Machthildis, Rudolphi filia, Ludouico Palatino, Agnes Alberto Saxoni, & Hedwigis Othoni Brandenburgico despondetur, 38) Fridericus V. Zolleranus ibidem octauo Kl. Nouembris de Comitia Burggrauiatus Norinbergensis inuestitur. 39) Meinhardus etiam, cuius filiam Elisabetham

ratore prædicti Regis Bohemiæ & contradicente quidem ipsis Procuratoribus, sed ipsius contradictione a Principibus omnibus, tam Ecclesiasticis quam secularibus non admissa, in dictum L. Comitem Palatinum Rheni nostrum filium, vna cum aliis Princicipibus omnibus qui in nos direxerant sua vota, prout iam dicti Procuratores in mandatis receperant, concorditer extitit compromissum, qui commissum huiusmodi in se recipiens, suo, & dicti Henrici Ducis fratris sui, ac omnium aliorum Principum ius in electione habentium auctoritate & nomine, in Romanorum Regem solenniter nos elegit.

34) ALBERTVS ARGENT. p. 100. *congregatis autem Principibus electoribus in Franckfurt, rege Bohemiæ dempto, & inter se de periculo diutinæ vacationis Imperii, & de perditione iuris Principum inuicem conquerentibus, ac de persona eligenda, quæ Imperio expediret, tractantibus: Maguntinus Rudolphi Comitis de Habspurg magnanimitatem ac sapientiam commendauit: multisque aliis potentibus nominatis, Maguntinus asserens, sapientiam & strenuitatem diuitiis & potentiæ esse præferendas, pro Rudolfo Comite institit: Coloniensem quoque & Treuerensem ad id ipsum inducens. Dux autem Bauariæ, qui clarissimam vxorem suam, ex patre Duce Brabantiæ, & ex matre de Hollandia natam ob falsam adulterii suspicionem decollauerat, pater post Ludouici quarti Principis, conuocans Burggrauium de Norinberg præsentem, qui & ipsius Rudolphi extitit consobrinus, ait illi: Si Rudolphus præfatus promoueretur in Regem, quomodo essem ab eius læsione securus? habetne aliquam filiam, quam mihi daret in vxorem? Et illo asserente, quod Rudolphus sex haberet filias, & de danda sibi vna, sub omnium bonorum suorum hypotheca Duci cauente, Dux annuit Maguntino. Quod audientes, Dux Saxoniæ, & Marchio Brandenburgensis, qui & ipsi non habebant vxores, receptis cautionibus de dandis sibi Rudolphi filiabus, similiter consenserunt, sicque concorditer est electus Anno Domini MCCLXXIII. XII. pridie Calendas Octobris.* De sola electione CHRON. ELWANG. ANNALES COLMAR. *ad a. 1273.*

35) GERHARDVS a ROO *p. 14.* ANNALES COLMAR. *p. alt. p. 39.* FVGGER *p. 80.*

36) Hæc verbis GERHARDI a ROO *lib. I. p. 15.* expono. Eadem fere habet FVGGER *lib. I. pag. 81.* CHRON. COLMAR. p. altera p. 30. *venit Moguntiam: hic præsentantur ei Regalia, quæ prædecessores Reges magna pecunia non poterant obtinere. Hinc Aquisgranum. Multitudinem hominum strata publica vsque ad tria milliaria vix commode recipiebant. Occurrunt Dux Bauariæ, Saxoniæ & alii cum XX. millibus equitum.* Diem coronationis idem Chronicon designat. *In vigilia omnium Sanctorum Rudolfus Rex coronatur: & tum spatio horæ apparuit nubes candida, in modum crucis formata, quæ postea in ruborem sanguinis est transformata. Cum Principes hoc regi retulissent, dixit Rudolphus: Si Dominus mihi vitam prosperitatemque dederit, transmarinas partes adibo, & pro peccatis meis maximis sanguinem meum consecrabo Domino Iesu Christo.* CZERWENKA *lib. I. c. V.* GVILLIMANNVS *p. 443.* FVGGERVS autem *p. 82.* diem XXI. Octobris definit ex rythmo antiquo:

teque coronat ea procerum collectio luce,
quando dies Martis est post solemnia Lucæ.

Vix tamen credendum, coronationem tam breui temporis spatio, post electionem fuisse susceptam. Potius mihi videtur, dictos versiculos innuere conuentum illo die Lausannæ cum Papa factum, de quo sequens paragraphus. GERH. a ROO *lib. I. p. 15.* circa initium anni 1274. Quem sequitur BROWERVS *Ann. Treuir. lib. XVI. p. 162.* Ianuarium mensem definiens, Sigefridum Coloniensem consecratorem. Verum, dum ALBERTVS ARGENTORATENSIS, aliique, coronationem ad annum 1273. referant, his potius inhæremus.

37) H. STERO Ann. ad a. 1274. *qui Rudolphus statim exegit a Principibus clericis & laicis fidei iuramentum. Quod cum recusarent propter sceptri absentiam, ipse electus signum crucis accipiens talia dixisse fertur. Ecce signum in quo nos & totus mundus est redemptus & hoc signo vtamur loco sceptri. Et deosculata cruce omnes Principes tam spirituales quam seculares, ipsam crucem loco sceptri osculantes, recipientes feuda, sibi fidelitatis iuramentum præstiterunt.* EBERHARDVS *ad an. 1273.* ROO *pag. 15.* FVGGER *p. 81.*

38) H. STERO c. l. *ipse etiam Rex adhuc existens in palatio Aquensi (ad quod iam pridem inthronizatus a Principibus fuerat, duas filias suas, vnam Domino Ludowico Comiti Palatino, alteram Duci Saxoniæ matrimonialiter copulauit.* Sequitur EBERHARDVM *ad a. 1273.* Huc videntur facere verba Diplomatis Rudolphi ad Ciuitatem Vesontinam apud CHIFLETIVM Vesont. p. I. c. LVIII. *vobis ad augmentum congaudii intimamus, quod Principatibus Misnensi Orientali, & Thuringiæ nostro Imperio triumphaliter applicatis, per quos potentia Imperii noscitur non modicum dilatata, in aliis Reip. negotiis persequendis, libere poterimus annuente Domino conuertere curas nostras.*

39) Extant litteræ inuestituræ apud WAGENSEILIVM *Comment. de Rep. Norib. lib. II. cap. I. p. 293.* Factum ideo, quia Fridericus hic ex Agnete, Rudolphi sorore nepos officia ipsi singularia præstiterat, decretum etiam electionis attulerat, vti apud CERNITIVM *Hist. Elect. Brandenburg p. 18.* Vid. etiam LIMNAEVS *I. P. lib. V. cap. VII. §. 3. & Tom. IV. addit. ad lib. V. c. VII. p. 745.* CHYTRÆVS

 Saxo-

tham Albertus Rudolphi filius duxit, ex Comite Tirolensi factus est Dux Carinthiæ. 40) Insequenti etiam anno 1274. Rudolphus Comitia celebrat Francofurti. 41)

§. XII. Postquam coronatus esset, Concilium a. 1274. Lugduni celebrat Gregorius X. Papa, ad quod Alfonsus, Castiliæ, atque Ottocarus Bohemiæ Rex suos pro Imperio petendo mittebant legatos. 42) Ast, misit etiam Rudolphus Ottonem Præpositum S. Guidonis Spirensem, Regalis aulæ Cancellarium, ipsi potestatem concedens confirmandi non solum antecessorum priuilegia, sine demembratione tamen Imperii & promittendi atque iurandi in animam ipsius. Idem Otto promisit: Postquam autem Romam, ad recipiendam vnctionem, coronationem, seu Imperiale diadema peruenit, ipsaque perceperit, præmissa omnia, & singula innouabit, seu de nouo faciet: ac sine aliqua difficultate iuramenta præstabit, quæ Imperatores Romani hactenus præstiterunt. Idem quod dictus Rex Rudolphus bona fide, sine fraude, & malo ingenio procurabit quod omnes Principes Alemanniæ laici promittent, & iurabunt, se bona fide curaturos, & facturos, quod ipse Rex Rodulphus præmissa omnia, & singula inuiolabiliter obseruabit; & si ipse Rex Rodulphus prædicta non seruaret, iidem Principes in hoc ipsi aliquatenus non assisterent. Idem a Cardinalibus in Consistorio Papali mense Iunio a. 1274. fuit confirmatum. 43) Hinc reprobatis reliquis, Rudolphum confirmat Gregorius, cui dictus Otto, Imp. nuncius per Instrumentum singulare die VI. Iunii confirmauit Priuilegia Ottonis IV. & Friderici II. 44) immo

Saxonia lib. XV. p. 383. De hoc GERH. a ROO p. 20. *in hoc conuentu* (Herbipolitano 1274.) *Cæsar Fridericum Zollerensem ex sorore nepotem Burggrauii Norimbergensis titulo iam antea vtentem confirmauit, eamque dignitatem ei hereditariam fecit.* Refutat inde NAVCLERVM, qui hunc Burggrauium Henricum vocat.

40) ALBERTVS ARGENT. p. 101. *tempore electionis Regis iuerat Albertus ad Comitem Tirolis, ad recipiendam Elisabet, filiam suam. Et intelligens Comes electionem Regis, Alberto filiam illico copulauit. Erat autem ipsa Elisabet, soror quondam Chunradini ex matre, quæ, defuncto Chunrado Rege, recepit Comitem Tirolis. Vacauerunt autem Imperio, a tempore occisionis Chunradini, Ducatus Austriæ, Stiriæ & Carinthiæ; Rex autem, de Ducatu Carinthiæ, quem alius ipse Comes occupauit, recepta ab eodem magna pecunia, inuestiuit eundem, qui postea non Comes, sed Dux Carinthiæ vocabatur.*

41) STERO & EBERHARDVS *ad a. 1274.*

42) SIFFRIDVS PRESBYTER ad an. 1274. *Lugduni celebratum est concilium magnum, præsente Papa Gregorio X, Hic electionem regis Rudolphi confirmauit, reprobatis nunciis regis Hispaniæ, & regis Bohemiæ. Ipse namque rex Bohemiæ Odocarus solennes nuncios, & multam pecuniam, & munera ad curiam domini papæ Gregorii transmiserat, eo quod ipse ad imperium aspiraret. Papa munera non attendens circumsedentibus sic dicebat, cum in Alemannia plures principes & comites habeamus, quare vellemus Sclauum ad imperium sublimare?* Sic etiam IO. MARIANA *de reb. Hispan. lib. XIII. c. XXII.* Alphonsum, post Richardi mortem, Imperium repetiisse scribit. Licet non desint, qui dicant, Alphonsum instinctu Papæ, voluntarie iuri suo renuntiasse. Sic enim M. CHRON. BELG. p. 260. *Idem Gregorius Papa a Lugduno perrexit Belicadrum, vbi ad eum venit Alphonsus Rex Hispaniæ, qui sicut cum Richardo Comite Cornubiæ dum vixit, contenderat sic & cum Rudolpho Habsburgico de Imperio contendebat, sed ad instantiam Gregorii Papæ omni iuri, quod sibi competebat ab Imperio, per literas suas cessit.* Idem fere dicit WERNERVS ROLEVINCK *fascic. temp. p. 81.*

43) Extat mandatum Imp. Ottoni datum, in Appendice Actorum Veterum dissertationi Historicæ de summo Apostolicæ sedis Imperio in vrbem Comitatumque Comacli adiectorum p. 104. *Dat. Rotenburch anno Domini MCCLXXIV. in crastinum Dominicæ qua cantatur: Quasi modo geniti; regni nostri anno primo. In ipso mandato hæc verba: dant ei liberam potestatem & speciale mandatum faciendi nomine meo Beato Petro Apostolo cælestis Regni Clauigero, ac vobis eius successori cæterisque vestris canonicis successoribus, & Ecclesiæ Romanæ, confirmationes, concessiones, priuilegia, iuramenta, & cætera omnia, quæ mei prædecessores Reges Romanorum fecisse noscuntur, seu inueniuntur: nec non & alia promittendi, seu faciendi, quæ vos, Sanctissime Pater, & Domine, sine demembratione Imperii secundum Deum, & honestatem videritis expedire; & in animam meam iurandi, quod ea omnia, & singula rata habebo, & inuiolabiliter obseruabo, nec contra ea per me, vel per alium publice, vel occulte venire tentabo.* Additur Instrumentum Archiepiscoporum & Episcoporum per quod hæc rata habentur. *Acta sunt hæc Lugduni in prædicto Consistorio anno Domini MCCLXXIV. mense Iunii die Martis VI. mensis eiusdem, Pontificatus vestri anno III.* Extat Epistola Rudolphi Imp. ad Papam apud CZERWENKA *lib. I. c. IV. p. 32.* qui etiam Rudolphum in litteris ad Fridericum Archiepiscopum Salisburgensem dicit esse. *Catholicum Principem, Deo deuotum, veritatis amicum, Zelatorem iustitiæ, fauorabilem Ecclesiæ ac personis Ecclesiasticis, & Ecclesiæ libertatis sedulum promotorem.* Alia apud eundem extat epistola Rudolphi ad Papam *lib. I. cap. VI.* qua se ad colloquium offert.

44) Extat Instrumentum Gestorum in hoc Consistorio d. 6. Iunii 1274. ab dicto Ottone *pag. ibid.* In hoc vero Instrumento hæc habentur. *De prædictorum itaque Archiepiscoporum, ac Nobilium consilio, & expresso consensu, Ego memoratus Cancellarius omnia & singula in eisdem contenta priuilegiis, eiusdem Regis Rudolphi nomine ratifico, rata, & firma habeo, & ab aliis haberi volo, & eadem innouo, atque de nouo concedo, promittens eodem nomine B. Petro Cælestis Regni Clauigero, ac vobis Patri Sanctissimo eius Successori, cæterisque vestris Successoribus, & Ecclesiæ Romanæ, ac iurans in animam ipsius Regis Rudolphi, quod ipse per se, vel per alium, seu alios, non occupabit, nec inuadet, in totum, vel in partem aliquam terras ipsius Ecclesiæ Romanæ, aut terras Vasallorum eius, quas iure feudi, vel sub census, aut alterius præstationis titulo, siue alio quocumque modo tenent ab ipsa Ecclesia, nec eas vel earum aliquam procurabit occupari per alium seu alios, vel inuadi: quin etiam nec ipsas nec tenentes easdem, se, vel terras ipsas sibi vltro volentes subiicere, nec officium aliquod, aut dignitatem vel quamcunque Potestatem in terris eisdem, & specialiter in ciuitate Romana recipiet, sub quocunque colore, sine vestra seu successorum vestrorum licentia speciali, & si qui eas occupare, vel inuadere tentarent, non solum denegabit illis auxilium, consilium, & fauorem publicum & occultum, verum etiam ad requisitionem vestram vestrorumue Successorum, adiutor erit contra illos in defendendis, & conuersandis eisdem. Item quod* idem

immo etiam Ludouici, & Ottonis M. 45) Insequenti anno 1275. alios legatos ad Papam dum mittere vellet Rudolphus, 46) audiebat, quod circa diem Lucæ, Octobri mense Lausannam veniret Gregorius X. papa, ibi eum conuenit Rudolphus, atque postquam Papæ restituere promisisset totam terram, quæ est a Radicophano vsque Ceperanum, Exarchatum Rauennæ, Pentapolim, Marchiam Anconitanam, Ducatum Spoletanum, terram Comitissæ Mathildis, Comitatum Brittenorii cum adiacentibus terris expressis in multis priuilegiis Imperatorum a tempore Ludouici, 47) a Gregorio confirmatur his conditionibus, vt proximo Pentecostes festo Romam veniret, in Imp. consecrandus atque corona suscepta, ad liberandos a barbarorum immunitate Christianos, in Asiam proficisceretur, ideoque cruce signabatur, 48) Factum id sine dubio, vt Imp. a negotiis Italicis auerteret, atque omnia Ottonis, Cancellarii sui gesta non solum confirmat, sed etiam iurat, se protectorem fore Ecclesiæ Romanæ, eidemque restituturum terras a possessoribus ipsis olim concessas, 49) id quod iterato edicto confirmat. 50) Dum vero Imp. nec Romam veniret ad coronam suscipiendam, nec Asiæ expeditionem adgrederetur, potius ipsius nuncii, Rudolphus Cancellarius, & Frater Berengarius, Magister Ordinis Iohannitici a Communitatibus Ciuitatum & Locorum Romaniolæ ac partium vicinarum iuramentum fideli-

idem Rex Rudolphus per se vel per alium non offendet Vasallos Ecclesiæ, & specialiter magnificum Principem D. Carolum Regem Siciliæ Illustrem, seu heredes ipsius, nec volentibus ipsum offendere præstabit consilium, auxilium, aut fauorem publice, vel occulte; nec Regnum Siciliæ, quod item Rex Carolus ab eadem Romana tenet Ecclesia, vel aliquam eius partem occupabit, aut inuadet per se, vel per alium, aut occupari, vel inuadi procurabit, nec inuadere, aut occupare tentantibus præstabit auxilium, consilium, aut fauorem publicum vel occultum. Alios etiam deuotos ipsius Ecclesiæ, qui eidem Ecclesiæ adstiterunt contra prædictum Fredericum, heredes, vel Successores ipsius, propterea non grauabit; Sed nihilominus fauorabiliter prosequetur: vasallos autem suos, contra prædictorum aliquos facientes, pro posse bona fide compescet.

45) In eodem Instrumento pag. 107. *seruabit præterea, & faciet omnia & singula, quæ in canonibus positis LXIII. distinct. quorum quidem Canonum alter. Ego Ludouicus: alter vero, Tibi Domino Papa, incipit, continentur.* Piuilegium Ludouici reperitur in *c. 30. dist. LXIII.* per quod electio Romani pontificis conceditur Romanis, Ottonis *c. 33.* quod continet iuramentum, quod fecit Papæ Iohanni.

46) ANNALES COLMAR. ad a. 1275. *infra octauam natiuitatis Domini, conuenerunt Dux de Teck, Cancellarius Regis Rudolfi, Archidiaconus Basileensis, electus Episcopus, & plures alii in Basilea præparantes iter ad Pontificem Romanum, Gregorium Papam, vt Rex in Imperatorem consecretur.*

47) Extant hæc Acta Lausannæ in Appendice Actorum Veterum *p. 108.*

48) GERHARDUS a ROO quidem *Ann. Austr. lib. I. p. 14.* hunc conuentum Lausannensem ad annum 1273. refert, statim post electionem, dicens: *per hos dies Rudolphus Cæsar vbi Gregorium Pontificem Lausannam venisse audisset, ad eum profectus est. Ibi Pontifex electionem illi ratam esse iussit in has conditiones, vt ante annum exactum Romam veniret, corona suscepta ad liberandos a Barbarorum immanitate Christianos in Asiam proficisceretur. Ad hanc expeditionem ducenta aureum nummum millia se numeraturum promisisse Pontificem ferunt. Sunt qui hoc illorum colloquium biennio post fuisse asserunt, ego vulgatos ea de re versiculos sequor, qui anni numerum continent.*

Bis sexcenti septuaginta tresque steterè
anni, Lausanna dum Rex & Papa fuere.

Sequuntur PARAL. CONRADI URSPERGENSIS *p. 360.* NAUCLERUS *vol. II. Gen. XLIII. pag. 965.* FUGGERUS *lib. I. c. X. n. 2.* hunc conuentum a. 1274. fuisse habitum, auctor est, dictos etiam Versiculos ideo defendere conatur, quod Galli annum suum demum Martio mense cœperint, dum hic conuentus adhuc Ianuario mense fuerit. Verum, alium annum aliumue mensem produnt Scriptores veteres.

Sic enim distincte satis ANNALES COLMARIENSES ad a. 1275. *Pridie Nonas Octobris, Gregorius Papa venit Lausannam: Rex Rudolfus venit ad eum festo Lucæ, cum Regina pene cum liberis suis vniuersis. Rex accepit crucem & Regina, & Comes Phirretensis, & Comitissa, & pene nobiles qui ad Curiam Papæ peruenerant vniuersi. Rex plus quam DCCCC. marcas expenderat in vestes pretiosas. Papa Regi consuluerat, vt Romam, ad festum Pentecostes, cum duobus millibus militum veniret, vt eum Imperatorem Romanorum solenniter coronaret.* Sequuntur Annales EBERHARDI apud CANISIUM *Lect. Antiqu. Tom. I. p. 311.* H. STERO equidem hæc ad annum 1274. refert, dicens: *prædicatus Papa Gregorius accessit Losannam Dominum Rudolphum electum per Principes Alemanniæ in Romanorum Regem, & electionem de ipso factam confirmauit, sibi nomen & dignitatem adscribendo, & promisit ipsum in Imperatorem postea consecrare.* Verum, dum gesta anni 1274. & 1275. Stero coniungat, facile cum dictis Annalibus poterit conciliari. Sic etiam tempora plane confundit IO. VITO DURANUS *pag. 24.* dicens: *Anno Domini MCCLXXIV. mense Octobri Principes conuenerunt & elegerunt præfatum Rudolphum de Habspurg in Regem Alemanniæ, quam electionem Gregorius X. apud Losannam confirmauit, sed postea consecratus est Aquisgrani in Regem Alemanniæ & Romanorum, & concorditer fuit electus ab vniuersis Principibus.* Latius hæc exposuit RAYNALDUS *ad a. 1275.*

49) Extat in appendice *p. 108.* & apud GERWENIAM *lib. I. c. VII.*

50) Extat hoc iteratum decretum p. 110. in quo hæc verba: *possessiones etiam, quas Romana Ecclesia recuperauit ab antecessoribus nostris, seu quibuslibet aliis ante detentas, liberas, & quietas sibi dimittimus, & ipsam ad eas obtinendas bona fide promittimus adiuuare. Quas vero nondum recuperauit, ad recuperandum erimus pro viribus adiutores, & quæcunque ad manus nostras deuenient, sine difficultate, ac mora ei restituere satagemus. Ad has pertinet tota terra, quæ est a Radicophano, vsque Ceperanum. Marchia Anconitana, Ducatus Spoletanus, Terra Comitissæ Mathildis, Comitatus Brittennorii, Exarchatus Rauennæ, Pentapolis, Massa Traburia cum adiacentibus terris, & omnibus aliis ad Romanam Ecclesiam pertinentibus, vt eas habeat Romana Ecclesia in perpetuum cum omni iurisdictione, districtu, & honore suo. Veruntamen cum ad recipiendam coronam Imperii, vel pro necessitatibus Ecclesiæ ab Apostolica Sede vocati venerimus de mandato Summi Pontificis, recipiemus procurationes, siue fodrum ab ipsis.* Quæ vltima verba satis edocent, iura dominii directi atque eminentis sibi adhuc reseruasse Rudolphum. In fine Instrumenti hæc habentur: *Acta sunt hæc anno Domini MCCLXXV. Indictione IV. Regnante Domino Rudol-*

fidelitatis exigerent, desuper conquestus fuit Gregorius X. 51) ipsumque Imp. excommunicauit. 52) Post ipsius mortem, Innocentius V. a. 1276. singulari epistola voluit, ne in Italiam veniat Rudolphus, quousque pax fuerit constituta. 53) Sic & Iohannes XXI. de eadem re Imp. exhortatur, qui etiam Archiepiscopum Moguntinum petit, vt Regem ad facienda, quæ promiserat, diligenter inducat. 54) Inde Nicolaus III. petit a. 1278. ab Imp. vt ea, quæ ante promiserat, denuo confirmaret, præcipue postulans, declarare, quod Ciuitas Rauennæ, & Aemilia, Bolium, Cæsena, Forum populi, Forliuium, Fauentia, Imola, Bononia, Ferraria, Comachium, Adria, atque Gabellium, Ariminum, Vrbinum, Mons Ferreti, Territorium Balnense, cum omnibus finibus, territoriis, atque insulis in terra marique ad Ciuitates & loca prædicta quoquo modo pertinentibus ad Papam & Romanam ecclesiam pleno iure pertineant. 55) Dum autem Rudolphus partim ipso Vicariatus Etrusci beneficio delinitus, quem ipsi Carolus, Siciliæ Rex, Papæ instinctu concesserat, partim Nicolai gratiæ fouendæ cupidus haut inuitus fecit, vt Romaniolæ iura, vnde modica quædam vectigalia exigebat, pontifici restitueret, idque publicis scriptis tabulis confirmaret. 56) Postquam enim nuntius Imp. F. Conradus, Ordinis Minorum d. IV. Maii 1278. in Consistorio Romano omnia, quæ Rudolphus antea vel per Ottonem, vel ipse promiserat, denuo recognouerit, sollicitat Nicolaus III. Papa V. & VII. Idus Iunii Imp. vt vel in ipso coronationis die, vel sequenti, cum Principum Imperii consensu ipse omnia confirmet. 57) Dum etiam Gotfridus, Præpositus Soliensis Rudolphi Nuntius, iuramenta fidelitatis reuocasset, quæ Exarchatus & Pentapoleos vrbes Rudolpho Regi præstiterunt, 58) postulat ab Imp. Papa, vt per missa desuper Instrumenta, omnia quæ nuncii fecerant, rata habeat atque confirmet. 59) Tandem misso in Germaniam nuntio suo Godefrido, Decano S. Audomari, hoc obtinuit Papa, vt non solum acta apud Lausannam, sed etiam nuntii sui F. Conradi, Viennæ XVI. Kl. Martii 1279. confirmaret Rudolphus, id quod per Electores quoque fuit confirmatum. 60) Nihilominus idem Papa in animo habuit, duos Reges vnum Lombardiæ, alterum Hetruscis constituendi, quos Rudol-

Rudolpho Romanorum Rege glorioso Regni eius Anno III. Signum Domini Rudolphi Romanorum Regis inuictissimi. Datum Lausanna per manum Henrici Episcopi Tridentini Regalis Aulæ Protonotarii XII. Kal. Nouembris. Incidit hoc in diem XXI. Octobris, ex quo sine dubio error iste subortus fuisse videtur, quod die XXI. Octobris coronatus dicatur Rudolphus. Adde Relationem Iurium Sedis Apostolicæ in Ciuitatem Comaciensem, *discurs. I.*

51) Extat epistola Gregorii X. in dicta Appendice *p.* 113.

52) Tacent equidem multi Scriptores de hac Imp. excommunicatione, quæ tamen aliquorum adhuc auctoritate firmatur. Sic enim NAVCLERVS vol. II. Gen. XLIII. p. 968. *ex hoc (*Blondo*) habeo, quod non solum pro absolutione, vt scribunt nonnulli, cum voto crucis non satisfaciens, excommunicatus fertur, sed hac etiam de causa Romandiola a Rudolpho ad Ecclesiam peruenit.* Idem dicit RICORDANO MALESPINI in *Historia Florentina c. XCIX,* scriptor coæuus, & qui eum secutus est VILLANI in *Historia Florentina lib. VII. c. XLIV.* vtrorumque loca adlegante Auctore des Droits de l' Empire sur l' Estat Ecclesiastique *c. XXIV. p.* 243. qui etiam locum ex Msto SOZOMENI Presbyteri adducit: *Nicolaus III. præcepit etiam Rudolpho Imperatori vt dono daret Ecclesiæ Romanæ Ciuitatem Bononiensem & Romandiolam vt fertur, & per hanc donationem reconciliauit eum, ex eo quod vinculo excommunicationis innodatus erat, quia, vt promiserat, pro Terra sancta recuperatione non venerat in Italiam.* Præter hæc TRITHEMIVS Chr. Hirsaug. ad a. 1273. *verum post hæc subortis in Germania dissensionibus, (quindecim Comitibus in Rudolphum conspirantibus) quod Pontifici promiserat, seruare non potuit. Vnde cum aliquamdiu apud Mediolanum expectatus non veniret, a Papa excommunicatus est. Postea tamen informatus de impedimento legitimo, Pontifex a Censuris illum absoluit, & fidelium Communioni restituit. Veruntamen, quoniam ire ad recuperationem Terræ sanctæ, vt promiserat, non potuit, Comitatum Romandiolæ in satisfactionem sancto Petro & Ecclesiæ donauit.*

53) Reperitur Epistola ad Rudolphum Romanorum Regem, vt nuncios pro Pace in Italia firmanda transmittat, nec in Italiam veniat, quousque pax fuerit solidata *p.* 113.

54) Extat epistola Iohannis XXI. in dicta Appendice *p.* 114. 115. 116. 117.

55) Extant istæ epistolæ p. 117. 120. Ex iisdem Papales caussæ suæ de iure in Comacium sumont argumentum, de quo Il. Dominio temporale della Sancta Sede Sopra Comacchio *p.* 7. 8. in defensione secunda *p.* 127. 128.

56) Verba sunt SIGONII *de R. Italiæ lib. XX. p.* 118. Idem, quod tributa pauca ex Romaniola exegerit, dicit etiam FL. BLONDVS Hist. Dec. II. lib. VIII. ad a. 1275. *omnis Romandiola Imperatorias secuta erat partes, & minima quæ singuli darent populi, tributa percipiens Rudolphus, eos Priuilegio sub Imperii titulo liberos esse dixit: Cuius rei gestæ ordinem in Foriliuiensium monumentis extare videmus.* Quare etiam Rudolphus Henricum Furstenbergium constituerat Præfectum per Romaniolam, quam generosum Imperii vocat Pomœrium, prout Diploma exhibet LAMBECIVS *App. lib. III. p.* 327.

57) Extant istæ epistolæ *p.* 120. *&* 121.

58) Extant Fr. Conradi Instrumenta desuper erecta *p.* 123. 126. 128. 131. 133.

59) Extant formulæ Instrumentorum, quæ ab Imp. confirmari voluit Papa *p.* 134. 136. *& sqq.*

60) Extat hæc Rudolphi confirmatio *p.* 145. 148. Licet Auctor des Droits de l' Empire *c. XXIV. p.* 248. de fide sigilli adpensi maxime dubitet, quod non concauum atque cera repletum, prout aliæ Bullæ aureæ, sed monetæ instar & perforatum. Extat & apud CZERWENKAM *l. c. IV.* Electorum vero p. 151. de qua subnectitur: *adsunt nouem sigilla pendentia, scilicet, Henrici Archiepiscopi Treuerensis, Siffridi Archiepiscopi Coloniensis, Varneri Archiepiscopi Moguntini, Ludouici Ducis Bauariæ, Ioannis Ducis Saxoniæ, Alberti Ducis Saxoniæ, Friderici Marchionis Brandenburgensis, Ottonis Marchionis Brandeburgensis - - - - - Marchionis Brandenburgensis. Eorum nomina super sigillis scripta, apposita sunt.* Papæ Iura plenius exponere conatus fuit RAYNALDVS *ad a.* 1275. qui etiam multa Impp. inseruit diplomata. Hunc secutus fuit AVCTOR DISSERTATIONIS HISTORICAE de summo

olpho & Carolo Siculo opponeret, quod tamen morte præuentus, haut valuit consummare. 61)

§. XIII. Inter has cum diuersis Papis subortas turbas, oriebatur bellum Bohemium. Principes enim Imperii omnes satis obsequentes sibi habere Rudolphus videbatur: multi etiam Principes, Comites & Barones, terras, quas durante interregno occupauerant, voluntarie resignabant. 62) Soli eius electionem impugnabant Ottocarus Bohemiæ Rex, & ab eo in societatem adscitus, Henricus Bauariæ Dux. 63) Comitia Noribergæ indicta, in quibus inter Principes, de Imperio in pristinam dignitatem asserendo, actum, & Conuentus Herbipolim post tres menses indicitur, Ottocaro & Henrico, vt eo veniant, imperatur. Principes reliqui ad diem adfuere, de latrociniis, rapinis, & iniuriis per Germaniam tollendis, deque Ottocari & Henrici factione opprimenda, vtque malæ fidei possessores, occupatis per iniuriam bonis, cedere cogantur, propositum. Occultis Ottocari machinationibus (quamuis ipse aberat,) effectum, ne consilia possent expediri. 64)

§. XIV. Alius iterum conuentus Augustæ Vindelicorum edicitur in proximum annum 1275, ad quem, denuntiata læsæ Maiestatis pœna, Ottocarus & Henricus vocati, legatos cum mandatis misere. In hoc conuentu auditi ante alios sunt Austriæ & vicinarum ei prouinciarum legati. Querebantur isti, pulcherrimas regiones contra ius occupatas tyrannide opprimi ab Ottocaro, qui sæua dominandi libidine, sacra simul & profana turbaret, neque iniustam vim a subditorum bonis & corporibus liberis abstineret, qui vxore Margaretha adhuc superstite, pellicem aluisset, filios ex ea suscepisset, vxorem dein veneno tolli curasset, 65) procerum nonnullos sustulisset, quosdam adhuc captiuos detineret. Post auditas horum querelas, introducuntur Ottocari & Henrici legati. Ibi Bernardus Seccouiensis Episcopus, Rudolphi electionem improbare cœpit, vti quæ nec recte, nec ordine, ab execratis de execrato facta esset. Indignum eo loco Rudolphum, quem iam a multis annis Pontifex ecclesiastica censura damnasset. His peroratis, cum multa ad ecclesiastici ordinis principes latino sermone proferret, Cæsar interfatus. *Si cum Episcopis & sacerdotibus*, inquit, *tibi res est, latine dicito, in me meique ordinis dicturus ea lingua vtitor, qua pro se quisque respondere possimus.* Cum vero plura adderet, neque a conuiciis abstineret, nemo vlterius dicentem audire voluit, Palatinus etiam minas protulit, parumque absuit, vti in eo fides publica violaretur, nisi Cæsar intercessisset. Moderatius se gessit Henricus, Præpositus Oetingensis, qui Bauari nomine legatus aderat, excusationes adferens viro Principe non omnino indignas. Ad Bohemum legatos mitti placuit. Missi ad eum Burggrauius Noribergensis & Henricus Basileensis Episcopus, Austriam, Stiriam, & reliquas regiones Imperii nomine repetunt, vtque intra iuris sui fines se contineat, neque contumaciter se contra Principem Cæsaremque ab ipsis electum gerat, neue solus debita illi obsequia præstare, inque eius verba iurare recuset. Ille ad hæc excandescens, nihil se Rudolpho debere, famulo nuper suo, neque digno cui Reges obsequantur. Austriam se & Stiriam dotalem, Carinthiam cum cæteris suo peculio emptam prius, armis denique, & iure belli asserta tenere, neque illas cuiquam cessurum, Burggrauius contra, neque Austriam a fœmina ad alienos transferri, neque cæteras prouincias absque Imperii assensu vendi ius fuisse, multis rationibus demonstrabat, sed præter contumacia verba, & acerba in Rudolphum conuicia nihil referebat. Legati itaque, nondum soluto con-

summo Apostolicæ sedis Imperio in vrbem Comitatumque Comacli *n. LIV. sqq.* Id quod in Relatione Iurium sedis Apostolicæ §. *X. & sqq.* denuo repetitur. His tamen Auctor des Droits de l' Empire sur l' Estat Ecclesiastique c. XXIV. satis superque respondet.

61) BLONDVS dec. II. lib. VIII. Hist. scribit: *Ptolemeus Lucensis, Nicolaum Pontificem, nisi eius Consilia mors occupasset, Reges duos, vnum Lombardiæ, alterum Hetruscis fuisse daturum, quo Regibus Siciliæ atque Germanis Imperii titulo abutentibus, euertendi Italiam, sicut sæpe fecerant, facultas adimeretur.* Idem dicit PLATINA p. 238. *huic autem pontifici in animo fuerat duos reges creare, vtrumque Vrsinum: quorum alterum Etruriæ, alterum Lombardiæ præficeret: qui inde Teutonicos partim Alpium incolentes, hinc Gallos Siciliam & regnum Neapolitanum tenentes, armis in officio continerent.* Clarius adhuc GEORG MERVLA Antiquit. Vice Comitum p. 84. *ceterum Nicolaus siue rem Italicam a vi, & dominatu externo defenderet, siue vt per speciem arcendi hostis, & tuendorum finium regnum suis pararet, duos de Vrsina gente ad regiam dignitatem promouere in animo constituit, quorum alter in Longobardis dominaretur, qui munitione alpium, ac valido præsidio Germanos coerceret. Alter in Ethruria regnaret, cuius armis Galli Siciliæ domini ab ora maritima summouerentur, si quando Italiam inuadere tentarent.* Facit huc etiam SIGONIVS de R. Italiæ lib. XX. p. 117. *postero Nicolaus pontifex vt ingentes in pectore spiritus aluit, sic res magnas sibi pro Ecclesiæ dignitate ac salute obeundas suscepit.*

62) H. STERO, EBERHARDVS ad a. 1277. *cum prædicto Rudolpho Romanorum Rege omnes Comites & Barones & communitates ciuitatum & ciuium de Rheno, Franconia, Sueuia, & Bauaria se sponte subdiderunt, ei fidelitatis iurando homagia, castraque & ciuitates & terras quas tempore vacantis Imperii, scilicet a temporibus Friderici olim Imperatoris occupatas tenuerant, sibi voluntarie resignarunt.*

63) GERH. A ROO *Hist. Austr. lib. I. p. 15.* CHRON. AVSTR. ad a. 1273. *Comes Rudolphus de Habispurg, electus est in Regem Romanorum apud Francfurt, auxilio Ludouici Comitis Palatini Rheni, licet malis gratibus Regis Boemiæ, & Henrici Ducis Bauariæ, & aliquorum aliorum Principum.*

64) ROO *p.* 20. NAVCLERVS *vol. II. gen. XLIII. p.* 965. FVGGER. *l. c. X. n.* 3. ANN. COLMAR. ad a. 1274. *Rudolphus Rex in festo Pentecoste in Wirceburck curiam celebrauit: Regem Bohemiæ secundario citauit.* TRITHEMIVS *ad a.* 1274.

65) De quo superiori Sectione §. *X.*

66) Hæc

conuentu, ad Cæsarem reuersi, nihil pacati ab Ottocaro responderi nunciant. Rogati sententiam Principes, Ottocarum & Henricum contra rempublicam facere videri, hostes Imperii esse, bellumque in eos decernunt. 66)

§. XV. Antequam vero Cæsar longius abiret, ad impedimenta quædam prope domestica submouenda animum adiecit. Würtenbergensis enim Comes Eberhardus Senior, cognomine rixosus, qui vt neminem timere videretur, se solius Dei amicum, & totius mundi hostem nominabat, & Marchiones Badenses, interregni tempore, per Sueuiam, Alsatiam, Franconiam, & vicinam Rheni oram nonnulla, quorum Domini interciderant, quædam etiam Imperii loca occupauerant. Idem in Brisgouia Friburgenses quoque & Neoburgenses Comites fecerunt. Alii etiam aliquot Comites & nobiles, cum diu summum magistratum non habuissent, electum iam, sibique prælatum Rudolphum ægre ferentes, hanc illi dignitatem inuidebant. Quo ergo melius quæ quisque sui iuris fecerat, retinere possent, fœdus inter sese contraxerunt. Cæsar itaque a Ludouico Palatino genero suo adiutus, arma in ipsos mouet, neque magno cum negocio, vt quæ quisque habebant, redderent, pacem supplices peterent, & obsequia præstarent, cogit. Interim annus septuagesimus septimus prope exierat, & Rudolphus expeditionem in Austriam parans, Bauaricam Henrici ditionem armis inuadit, Patauium vsque profectum impedire conatur Henricus, ita enim facturum Ottocaro receperat. Missi in auxilium Boemi primo congressu fusi, pars capti, pars in Boemiæ vicinos saltus fuga elapsi sunt. Henricus vero imparem se viribus cernens cum Ludouico fratre prius in gratiam redit, quo & Machtilde eius vxore deprecantibus, pacem a Cæsare, ac veniam impetrat. Data etiam in matrimonium Ottoni, ipsius filio, Catharina, Rudolphi filia, sex & quadraginta aureûm numûm millia Cæsar ab eo mutua accepit, regione supra Anasum pignoris & dotis nomine concessa. 67)

§. XVI. Rudolphus igitur, magno parato exercitu, & diuersorum Principum auxiliis stipatus; a. 1276. in Austriam profectus est, misso in Stiriam atque Carinthiam Mainardo Tirolensi. Austriaci, præter eos, qui præsidia Ottocari nimis firma habebant, Rudolphum aduenientem promptis animis accepere. Cæsar Viennam, regionis caput, quæ firmo Boemorum præsidio tenebatur, obsidione cingit. Ottocarus, qui alteram Danubii ripam cum exercitu insederat, pontibus solutis, traiicere non poterat. Interim Cæsar missis ad Hungariæ regem legatis, in belli societatem eum sollicitat. Is iam ante Ottocaro infensus, auxilia pollicetur. Cæsar Viennensibus, nisi deditionem faciant, agros se vastaturum, & vineas, vnde maximus ciuibus prouentus, excisurum minatur. His moti ciues, aliquot dierum inducias pacifcuntur, quibus finitis, commodorum & iurium conseruationem pacti, Cæsaris fidei se committunt. Viennæ exemplum sequuntur & aliæ pleræque Austriæ ciuitates, iamque ex vicinis vndique regionibus auxilia in Ottocarum contrahebantur. Cumque res iam ad prœlium spectare videretur, interpositione Brunonis Olomucensis Episcopi, Burggrauius, Ludouicus Palatinus, & Episcopi de pace inter Principes egerunt. Cum diu disceptata res esset, tandem Ottocarus Palatino transigendi potestate permissa, in castra ad Rudolphum Cæsarem venit, & eodem illo suadente, submissius & vti clientem decet, se gerit. Ibi pax in has fit conditiones. Ottocarus Rex Austria, Stiria, Carinthia, aliisque locis vicinis priuata auctoritate occupatis cedat, cognitionem de illis Cæsari & principum senatui permittat, obsides reddat, electionem Rudolphi adprobet, in eius verba iuratus Boemiam & Morauiam ab eo recipiat, Hungaris ablata reddat; capti vtrinque suis restituantur. Actum etiam est de nuptiis Venceslai cum Gutta Cæsaris filia, & Rudolphi huius fratris cum Agnete, Boemi filia. 68)

§. XVII. Ottocarus vero & hoc sibi dari petierat, vt coram Principibus saltim, sub

66) Hæc verbis plerumque GERHARDI A ROO p. 21. 22. scribo. Eadem fere habet NAVCLERVS *vol. II. Gen. XLIII. p.* 965. 966. ANN. COLMAR. p. altera p. 41. *Rudolfo Rege a ciuitatibus suscepto, & in Teutonia pace facta, nobiles qui erant de Regis Bohemiæ ditione, gauisi sunt multum, sperantes a Regis Bohemiæ dominio liberari. Ex tunc literas & nuncios miserunt Regi Romanorum, rogantes suppliciter, vt ad preces ipsorum veniat, quia terras ad Imperium spectantes, quas Rex Bohemiæ per violentiam possidet, velint suo Domino subiugare* H. STERO, EBERHARDVS *ad a.* 1274. FVGGER *lib. I. c. X. n.* 4. qui hæc Comitia circa Epiphaniam dicit fuisse celebrata. MVTIVS *lib. XXI. p.* 193. AENEAS SYLVIVS *Hist. Bohem. c. XXVII.* DVBRAVIVS *Hist. Bohem. lib. XVII. p.* 459.

67) Hæc verbis GERHARDI A ROO scripsi *p.* 22. 23. Adsentitur FVGGER *lib. I. c. XI.* CHRON. COLMAR. *p. alt. p.* 42. HIST. AVSTR. PLENIOR. *ad a.* 1276. NAVCLERVS *vol. II. Gen. XLIII. p.* 966. CRVSIVS *Ann. Sueu. lib. III. p. III. p.* 966. TRITHEMIVS *Chr. Hirsaug. ad a.* 1275.

68) Verbis iterum vtor GERH. A ROO *p.* 23. 24. FVGGER *lib. I. c. XI.* Hoc bellum etiam late describunt H. STERO *ad a.* 1278. ANNALES COLMARIENSES *parte altera p.* 42. *sqq.* DVBRAVIVS *lib. XVII. p.* 459. AENEAS SYLVIVS *c. XXVII.* Extat Laudum Concordiæ inter vtrosque initum, in LEIBNITII *Mantissa Cod. Iur. Gent. diplom. p.* 100. & Rudolphi forma & ordinatio per terras Austriacas, eiecto inde Ottocaro, Bohemiæ Rege, Viennæ III. Non. Decembr. 1276. *p.* 98. apud *du Mont Corps Diplom. Tom. I. p. I. p.* 237. HIST. AVSTR. PLEN. *ad a.* 1276. ADLZREITER *Ann. Boic. p. I. lib. XXV. n.* 1. 2. 3. ANNALES COLMAR. *ad a.* 1276. *crastino S. Catharinæ, facta est compositio inter Regem Bohemiæ & Regem Rom.* CRVSIVS *Ann. Sueu. lib. III. p. III. c. IV. p.* 145. qui tamen istum Brunonem etiam vocat Episcopum Iuliomontanum. Extant litteræ inuestituræ apud GOLDASTVM *App. Docum. p.* 30.

69) GERH.

ub tentorio in verba Cæsaris iuraret, quod in vtriusque exercitus conspectu pudor vetabat. Paratur ergo tentorium in insula Danubii Camberga, vbi Cæsar augustali subnixus olio sedebat, Ottocarus genu posito, fidem conceptis verbis præstans Bohemiæ & Morauiæ vexilla suscipit. Excogitata vero res erat ad eludendam Ottocari superbiam commodissima: tentorium ita concinnatum erat, vt adducto quodam funiculo quatuor eius atera conciderent, quod cum eo in genua procumbente factum esset, res vtriusque exercitus oculis subiecta videbatur, acclamantibus & plaudentibus Germanis, Boemis vero rementibus, & fraudem tacite execrantibus. 69) Acta sunt hæc XIII. Kl. Decembris 1277. lie Elisabethæ consecrato. 70) Ottocarus indigne hoc ferens, dissimulata vtcunque ira, n Morauiam abiit.

§. XVIII. Ottocarus interim Morauiæ & Bohemiæ loca ex itinere interuisens, Pragam tandem venit. Aduenientem multis & acerbis contumeliis excepit vxor Kunegunlis, mulier imperiosa, & supra fœminam ferox, indignum dicens regno, & tot virorum mperio, quod clienti se & seruo quondam suo subiecerit, pulcherrimas ditissimasque prouincias sine pugna amiserit. 71) Hinc vxoris quotidianis iurgiis, adulatorum Consiiis, suopte etiam ingenio, fatis ad exitum trahentibus, incitatus, Rudolpho nuncium nittit, Austriam, aliasque prouincias fraude (ita enim interpretabatur) ereptas repetit, iisi reddantur, bellum indicit. 72) Interim magno parato exercitu, a. 1278. Austriam ngressus, agros vastat, pluresque munitiones potenter expugnat, quosdam etiam ex prouinciæ proceribus in suas partes trahit. 73) Primo anni septuagesimi octaui vere, Austriam cum exercitu denuo intrat Ottocarus. Cæsar vero multis instructus copiis ipsi obuiam venit. Nicolao III, Papa ipsi fauente, ipsiusque aduersarios excommunicante. 74) Fit atrox prœlium die XXVI. Augusti 75) 1278. in Austriæ campo infra Anasum a March luuio, Marchfeld dicto, prope Viennam. 76) Rudolphus insidias ipsius factas vix euadebat,

69) GERH. a ROO *p.* 24. CHRONICON, COLMARIENSE quidem p. altera p. 44. *Rex Bohemiæ multis militibus, equis, vestibus deauratis, gemmisque decoratus, se præparauit, vt Regalia statim a Rege susciperet Romanorum. Hæc cum principes Rudolphi Regis intellexissent: Regi cum gaudio retulerunt: Domine, præparate vos, sicut decet Regem, vestibus pretiosis. Tunc Rex dixit: Rex Bohemiæ griseam vestem meam saepius derisit, nunc autem ipsum mea vestis grisea deridebit. Dein Notario suo dixit: da pallium tuum mihi, vt Rex Bohemiæ meam derideat paupertatem. Adueniente Rege Bohemorum, dixit Rex Romanorum militibus suis: armis vestris induimini, dextarios vestros loricate, & ad bellum vt melius poteritis præparate, vtramque partem viæ, per quam Rex venturus est, processionaliter occupate, & armorum Teutonicorum gloriam barbaris nationibus ostendite. His sic ad Regis voluntatem præparatis, venit Rex Bohemiæ, cum vestibus deauratis, & gloria regia fulgente, procedit ad pedes Regis Romanorum, humiliter ab eo sua Regalia mendicauit. Insuper & centum millium marcarum reditus, & quadraginta millium marcarum, quas Austriæ Dux habuerat, & Rex Bohemiæ de Regina Margaretha possederat, resignauit. Tunc Rex Romanorum Regi Bohemiæ regnum nec non & Regalia concessit, & se amicum suum intimum omnibus astantibus intimauit, Rege Romanorum hæc faciente, indutus veste grisea, despectus & humilis adparebat, & in tripode residebat.* ALBERTVS ARGENT. p. 101. Verum, AENEAS SYLVIVS *c. XXVII.* Rudolphum dicit diademate & Imperialibus insignibus fuisse conspicuum, FVGGERVS *lib. I. c. XI.* p. 95. distinguit inter primum conuentum Ottocari cum Rudolpho, in quo habitu viliori adparuerit, & actum inuestituræ, in quo augustali habitu fuerit amictus. HIST. AVSTR. PLENIOR ad a. 1276. *Tam Rex Boemiæ in castris Regis Romanorum cum XXXVI. vexillis ante Viennam circa Danubium, flexis coram eo genibus, in præsentia multorum Principum spiritualium ac secularium, terras suscipiens supradictas, Regique Rom. deinceps obedire & astare fideliter iuratus compromisit.* TRITHEMIVS *ad a.* 1275.

70) ROO p. 24. dicit, duodecimo Calendas Decembris die Elisabethæ. Verum, dum hic XIII. Kl. Decembris incidat, sic mutaui. FVGGER p. 96. *dis ist den* 18. *Octobr. oder wie andre wollen, den* 19. *Novembr. am Tag Elisabethen, geschehen.*

71) HIST. AVSTR. PLENIOR ad a. 1277 *Rex Boemiæ Ottocarus ductus pœnitentia, grauiterque ferens in corde suo, Regina quoque Boemiæ coniux sua frequenter eum increpabat, quod terras prædictas resignauerat, obsides ministerialium Australium & ciuium, diademata quoque Regis Vngariæ, & alias compromissiones factas, sicut anno priori per arbitros diffinitum extiterat, regnare recusauit. Tunc Rex Rom. partem Austriæ quam Regi Boemiæ sub obligatione pro XX. millibus marcis (videlicet copulatis heredibus pro dote assignauerat, resumpsit.* GERH. a ROO *p.* 25. FVGGER *lib. I. c. XII.* DVBRAVIVS *lib. XVII. p.* 462. CHRON. AVSTR. *ad a.* 1277.

72) GERH. a ROO *c. l.*

73) HIST. AVSTR. PLENIOR ad a. 1277. *itaque Rex Boemiæ iterato collecto exercitu grandi Austriam intrauit, & omnes munitiones nouis instrumentis & machinis, qui cati vocantur, potenter expugnauit, & sic dissensus & guerra grauis orta inter eos. Nam tota hyeme Australes Moraniam, & contra Boemi Austriam diuersis rapinis, prædis & incendiis vastauerunt.* GERH. a ROO *c. l.* ANNALES COLMARIENSES ad a. 1278. *Rex Bohemiæ promisit, se pecuniam magnam Teutoniæ Principibus daturum, vt pro se contra Regem Rudolfum pro viribus pugnarent.* Et paullo post: *Rex Bohemiæ X. millia militum congregauit, vt Regem Rudolphum de Austriæ finibus extirparet. Sed Domino dante, Principes exercitus incœperunt fortiter discordare, & sic fuit eorum congregatio dissipata.* & *p.* 44.

74) ANNALES COLMAR. ad a. 1278. *Dominus Papa excommunicauit omnes aduersarios Regis Rudolfi, & ipsum Imperatorem publice nominauit.*

75) HIST. AVSTRALIS PLENIOR ad a. 1278. *VII. autem Kalend. Septembris, quæ fuit feria sexta proxima post Bartholomæi, in campo qui vulgariter dicitur Idunspengensis, circa Marchiam, & vtraque parte ad prælium conuenerunt.* Eundem diem memorat H. STERO in *Annalibus ad a.* 1278. FVGGER *lib. I. c. XII. n.* 4. 5. DVBRAVIVS lib. XVII. p. 464. *dies qua tam inclytus & generosus Rex cecidit, diuo Ruffo celebris fuit. Ex hinc inter infandas infaustasque a Bohemis habita, quæ opinio posthac confirmata est cæde Ioannis Regis Bohemiæ, eadem die in prælio Britannico interfecti.* Idem dicit AENEAS SYLVIVS *c. XXVII.* Hinc male apud GERH. a ROO dicitur *septimo Kalendas Octob.*

76) Sic locum definit H. STERO *ad a.* 1278. nisi quod addat, prope Cisterciof. Sequuntur Annales

debat, 77) Milota vero præfecto cum Morauis adhuc integris fugam capessente, 78) ceteri Bohemorum ordines turbati, fugam circumspiciunt. 79) Interim Stirii duo fratres Merenbergeri, quorum fratrem Ottocarus Rex in crucem egerat, toto agmine perquisitum adorti fortiter pugnantem equo deiiciunt, octodecim vulneribus affectum interficiunt, magno clamore cæsum abs se Regem vociferantur. 80) Corpus regis a calonibus prope nudatum, Cæsar Bohemis ad sepulturam reddi iussit. 81) Tandem cum Wenceslao Ottocari filio conuentu Iglauiæ indicto, pax componitur. Pacta pridem inter Venceslaum tunc octauum agentem annum, & Gutam Cæsaris filiam; Rudolphum item & Agnetem matrimonia cum certa successionis spe, si Wenceslaus prole mascula non suscepta, decederet, confirmantur. Wenceslai tutela & regni administratio Ottoni, quoad Rex adolesceret, committitur. 82) Ipsæ vero nuptiæ demum a. 1286. Egræ fuerunt celebratæ. 83)

§. XIX.

nales EBERHARDI, CVSPINIANVS *p.* 353. SIFRIDVS PRESBYTER *p.* 699. ANDR. PRESBYTER *p.* 89. ANNALES COLMAR. p. alt. *p.* 46. *Acta sunt hæc prope Viennam, in campo, dicto Gansfeld, anno 1278. circa horam sextam, in vigilia Bartholomæi.* NAVCLERVS p. 967. *in campo, qui dicitur Niderspurg.*

77) HIST. AVSTR. PLENIOR ad a. 1278. *in quo primo conflictu Romanorum Rex, occiso a quodam sub eo, dextrario prostratus in terram prosilit, & cito a suis fidelibus subleuatus iterum ad pugnam progreditur.* Plenius adhuc CHRON. COLMAR. *p.* 46. H. STERO & EBERHARDVS ad a. 1227. *Idem Rex Bohemiæ cuidam strenuo militi promisit plurima se daturum, si vel Dominum Romanorum Regem, vel saltem equum eius occideret in congressu: qui miles hac promissione accepta cuneum fortissimorum militum penetrans ipsum Regem Romanorum vehementi ictu ad terram prostrauit & equum eius occidit. Sed nobiles, qui latus eius Regis stipauerant, eundem captiuauerunt militem, & Regem in alio equo locauerunt. Sed ecce mirabilem prædicti Regis Romanorum clementiam, quia eundem militem sibi captiuum præsentatum abire permisit illæsum, dicens, quod Reipublicæ damnum esset, si miles adeo fortis & strenuus deperiret.* GERH. a ROO *p.* 28. de hoc facto ita loquitur: *inuenio in manuscriptis Herbotum Fullenstainium natione Polonum ingentis staturæ & roboris nec minoris audaciæ & temeritatis hominem, magnis ab Ottocaro promissis, Cæsarem, vti insigni aliqua clade afficeret, toto exercitu perquisitum petiisse, quem cum Cæsar inserto punctim per commissuram galeæ gladio occideret, equum ab altero aliquo suffossum, ipsum vero iam peditem acriter se defendisse, cumque nimis multi accurrerent, exclamasse: illæsum se atque integrum esse, itaque in hostem pergerent, neu prospera pugnæ cursum sisterent.* FVGGER *lib. I. c. XII. p.* 106.

78) GERH. a ROO p. 28. hæc refert, addens: *sunt, qui Milotam ob fratris filiam ab Ottocaro vitiatam, ipsumque fratrem de hac iniuria cum eo conquestum in turri quadam incendio sublatum id fecisse dicant. Boemorum historiæ a Rudolpho donis corruptum affirmant.* Id quidem vult DVBRAVIVS *lib. XVII. p.* 462.

79) Plenius hoc bellum, prœliumque describit CHRON. COLMAR. *parte altera p.* 46. in quo adiicitur: *communiter dicebatur, quod in illo prælio 14000. occubuerunt.* ALBERTVS ARGENTINENSIS *p.* 102. GERH. a ROO *p.* 28. FVGGER *lib. I. c. XII.*

80) Ita quidem GERH. a ROO *c. l.* HIST. AVSTR. PLENIOR ad a. 1278. *ipse autem Rex Boemiæ inclytus ab hostibus capitur, trahitur, percutitur, ab equo eiicitur, a Berchtoldo dapifero de Emretwerch ac aliis multis nobilibus nimium fessus ad terram deiicitur, & per ceruical lancea perforatur, ac aliis plagis affectus, vltimo gladio transfixus in eodem loco mortuus est.* DVBRAVIVS *lib. XVII. p.* 464. CHRON. COLMAR. *p. alt. p.* 46. ERPHVRD. ANTIQVIT. VARILOQVVS inter MENCKENII *Script. Rer. Misnens. Tom. II. p.* 489. de Ottocaro: *qui anno sequenti circa festum S. Bartholomæi dum magna cæde suorum tam nobilium quam simplicium Bohæmorum, miserrime post dira bella propria lorica exutus & a famulo cuiusdam dicti Kelremeister gladio transfossus: cuius olim patrem in vinculis mori fecit.*

81) HIST. AVSTR. PLENIOR ad a. 1278. *Rex autem Boemiæ illa die qua occisus est, nudus, vt egressus de vtero matris suæ fuerat, per prædictum Bertholdum dapiferum plaustro supponitur, & in Marchekam ducitur.* Et paullo post: *de Marcheka vero ducitur in Viennam, ibique lamentabiliter suscipitur, & ad Scotos ponitur, mane de domo Scotorum cum toto Clero & religiosis sub silentio, nullo cantu præmisso, nullis campanis pulsatis ad domum fratrum Minorum deportatur ibique nuda facie omnibus ostenditur, postea eiectis interioribus corpus speciebus conditur, lineis mundis & purpura a Regina Rom. datis inutiliter, & in capitulo fratrum Minorum intumulatus, nullis infidelium pro eo exequiis celebratis, nec campanis pulsatis, nec missis dictis, fere XXX. hebdomadibus in pheretro conseruatur, deinde venientes sui Boemi receperunt eum, & assignauerunt eum fratribus Minoribus Zneyma, ibique iacet intumulatus vsque in hodiernum diem, & merito, Domini operante iudicio, vt qui alios occidit, Ecclesiasticamque sepulturam negauit, ipse priuatur in eadem.* Hæc verba repetit NAVCLERVS *vol. II. Gen. XLIII. p.* 967. DVBRAVIVS *lib. XVII. p.* 467. *Corpus Otthogari primum Znoymam delatum, aliquandiu ibi honorifice quieuit, post transferri Pragam illud placuit, & in cœnobio diui Francisci ab illo ædificato, maiore pompa sepeliri.* CVSPINIANVS *p.* 353. *nudus in Labu oppidum Austriæ delatus.* H. STERO & EBERHARDVS *ad a.* 1277.

82) Sic GERH. a ROO *p.* 29. CHRON. COLMAR. *p. alt. p.* 47. HIST. AVSTR. PLENIOR ad a. 1278. *Rudolphus vero Romanorum Rex Moramiam intrat cum suo exercitu, quam per omnia sibi subiugat. Quum autem versus Pragam iter vellet arripere, illustris Otto Marchio de Brandenburg, qui post obitum auunculi sui Regis Boemiæ, ciuitates & castra in regno Boemiæ, thesauros quoque ipsius Regis arripuerat, ei resistere nitebatur. Venientes ergo ambo cum suis exercitibus fortissimis & ingenti apparatu armorum vsque ad Coloniam iuxta Albiam, mediantibus Principibus, & aliis nobilibus multis, inter eos pace reformata sub hac conditionis forma amicabiliter in se conuenerunt; quod relictus iuuenis filius Regis Boemiæ piæ recordationis filiam Regis Romanorum (sicut olim patre viuente ordinatum fuerat) legitime duceret in vxorem: fratri vero Marchionis prædicti etiam filia Regis Romani ibidem desponsatur. Sicque regnum Boemiæ & puer iuuenis Regulus super fidem suam Marchioni est commissus. Regi vero Romanorum Morauia ad quinque annos est commissa, & sic ad Austriam redit cum triumpho, totus etiam clerus & congregationes religiosorum virorum cum crucibus & vexillis & reliquiis ei occurrentes cum gaudio eum receperunt, cantantes R. in hymnis & confessionibus &c.* H. STERO & EBERHARDVS *ad a.* 1277. DVBRAVIVS *lib. XVII. p.* 465. FVGGER *lib. I. c. XII.*

83) CHRON. AVSTRALE ad a. 1286. *Rudolphus*

§. XIX. Pace facta, rebusque in Bohemia constitutis, Cæsar Victor Viennam ingreditur, magnaque cum lætitia, faustisque & festis gratulationibus excipitur, & reipublicæ constituendæ, rebusque superioris belli tempore collapsis in meliorem statum adducendis, annum integrum illic commoratur. Inde in Stiria res ordinat, sed Viennam reuersus, bellum in Henricum Bauariæ ducem parat, qui adfinitatis & pactorum parum memor, Ottocarum milite & commeatu iuuerat. Cum primum Henricus Cæsarem cum exercitu in se venire audiuit, omni belli consilio deposito, ad preces confugit. Exorant Cæsarem Otto Bauarus, & vxor illius Catharina, Rudolphi filia, cui suam quoque intercessionem Ludouicus Palatinus, & Machthildis eius vxor adiunxere. Subiratus erat Palatino Cæsar, quod cum copiis suis ad bellum profecturus, in itinere subsistens, euentum pugnæ expectare voluisse videbatur. Post breuem disceptationem, pax Henrico data. Is oppida quædam in regione supra Anasum pignori data, Welsium, Styram, Lincium & alia absque pecunia reddens, syngrapham super ea factam dirupit, & auxilia in Boëmos, si tumultuarentur, vti fama erat, pollicetur. Cæsar Ottoni genero suo Neoburgum, Scherdingam, Freistadium, & alia quædam vicina loca dotis nomine attribuit. 84) Cum Sabaudiæ etiam Comite qui ipsum impugnauerat, bellum a. 1281. gerit, quod a. 1283. iterum componitur. 85)

§. XX. Rudolphus, postquam in Austria & vicinis ei locis quatuor fere annos transegisset, discessum parans, in frequenti procerum conuentu, Albertum filium, Austriæ & Stiriæ præfectum, & Imperii vicarium creat, rebus præfecturum, donec ex suo & principum consilio aliud statuatur. Vt autem filio firmam in eas prouincias pararet successionem, iam antea cum Meinhardo Tirolensi principe de matrimonio Alberti cum Elisabetha eius filia egerat, eique Carinthiæ ducatus & Taruisianæ marchæ beneficium promiserat. Ita rebus in Austria ordinatis, cum Ludouico genero Noribergam, atque inde a. 1281. Francofurtum ad principum Comitia profectus est. Multa de tranquillo Germaniæ statu acta, & auxiliares copiæ ad diruenda prædonum latibula decretæ. Soluto conuentu, Cæsar, conscripto raptim milite, Reichenstainam, Schœneggiam, aliasque nonnullas arces latrocinantium expugnat, ipsos supplicio afficit. Constantiam profectus, concordiam inter ciues & proceres quosdam vicinos firmat. Idem Tiguri, Schafhusii, Basileæ, & aliis quibusdam locis facit. Brisgouiam post hæc ingressus, Eggonem Friburgensem, qui absente eo multa turbauerat, in obsequium redigit. Argentoratum inde profectus, secundo Rheno alias quoque oræ Rhenanæ ciuitates adit. 86)

§. XXI. Venimus tandem ad decantata illa Comitia Augustana de anno 1283. 87) ad quæ frequentes conuenerunt Principes & reliqui Imperii Ordines. Ibi, postquam Albertus Dux Saxoniæ in hanc inuestituram iamdum XI. Kl. Septembris 1280. consensisset, 88) ex communi Principum & Ciuitatum consensu, Alberto & Rudolpho filiis suis, contradicentibus licet Ludouico Palatino & Henrico Bauaro, 89) Austriam, Stiriam, Carniolam, & Vinidorum Marcham, Imperii beneficio concessit, 90) id quod etiam consen-

su

dolphus Romanorum Rex in Aegra ciuitate solenniter celebrauit nuptias filiæ suæ, quam tradidit filio Domini Odocari quondam Regis, quem etiam ibidem in Regem coronauit.

84) Verba sunt GERHARDI a ROO p. 28. FVGGER *lib. I. c. XIII.*

85) ANNALES COLMAR. ad a. 1281. *Comes Sabaudiæ Regem Rudolfum hostiliter impugnauit.* Ad a. 1289. *Rudolphus Rex circa natiuitatem Domini inter ipsum & Comitem Sabaudiæ compositionem fecit.*

86) Hæc equidem verbis GERH. a ROO p. 30. 31. effero. Adstipulatur FVGGERVS *lib. I. c. XIII.*

87) HIST. AVSTR. PLENIOR hæc ad a. 1282. refert. Sequitur TRITHEMIVS *Chronico Hirsaugiensi.* NAVCLERVS *p.* 969. MVTIVS *lib. XXI. p.* 196. Ast, CHRON. AVSTRALE ad a. 1283. *Rudolphus Rex Augustæ celebrauit curiam, vbi Albertum filium suum Ducem Austriæ & Stiriæ constituit, & Rudolphum filium Ducem Sueuiæ creauit.* Sequuntur ANNALES DOMINICANORVM *ad a.* 1283. Sic etiam litteræ super hac concessione a. 1283. scriptæ.

88) Extat hic consensus apud du MONT *Corps Diplom. Tom. I. p. I. p.* 247. in quo: *quod ob dilectionem & petitionem Serenissimi Domini nostri Rudolfi Romanorum Regis voluntatem nostram adhibemus plenariam & consensum, quod Inclitus Dominus noster Rudolfus Romanorum Rex, iam predictus, filiis suis Alberto & Rudolfo terras videlicet Austriam, Styriam, Karinthiam, Carniolam & Marchiam Slauicam libere possidendas iusto tytulo conferat feodali.*

89) De hoc FVGGERVS *lib. I. c. XIII. p.* 113. Extat etiam apud du MONT *Corps Diplom.* confirmatio Priuilegiorum priorum Impp. a Rudolpho facta *Tom. I. p. I. p.* 252.

90) Communis equidem est opinio, Albertum Austriæ, Rudolphum Sueuiæ Ducem fuisse factum. Id quod HIST. AVSTRALIS adserit, ROO, FVGGERVS, aliique. Ast, aliud nos docet H. STERO ad a. 1281. dicens: *Rex exiuit terra Austriæ, & ipsum Ducatum Alberto, filio suo primogenito commendauit; sed postmodum eundem Ducatum eidem Domino Alberto, & Rudolfo, filiis suis, in feudum contulit, coram Principibus suis, super hoc Augustæ in Curia congregatis.* Idem dicit EBERHARDVS, ALBERTVS ARGENTINENSIS *p.* 101. *Ducatum autem Austriæ, quem occupauit Ottocharus, Rex Bohemiæ, contulit Alberto, & Rudolfo, filiis suis, & veniens cum Exercitu, est in Vienna, Ciuitate Austriæ capitali receptus.* CVSPINIANVS *p.* 353. Sic in LVNIGII *Reichs-Archiv p. spec. Contin. II. p.* 69. reperitur Confirmatio Priuilegiorum Austriacorum a Rudolpho Rheinfeldiæ vndecima die mensis Iunii anno 1283. facta, in qua vtrorumque fit mentio, his verbis: *venientes ad nos ingenui Principes, dilecti nostri filii Albertus & Rudolphus, Duces Austriæ & Stiriæ, Domini Carniolæ, Marchiæ & Portus Naonis, Comites in Habsburg & in Kiburg ac Landgrauii Alsatiæ.* Sic extat apud LAMBECIVM Comment. de Bibl. Cæs. Vindob. appendice libri Tertii

p. 330.

su Procerum Austriæ, vt Rudolphus potestatem haberet omnes terras ab vltimo Duce Friderico relictas conferendi, fuit confirmatum, 91) Mainhardo item Carinthiam, Taruisiam, concessit & vicina loca: singuli fidem & obsequium Cæsari Imperioque iureiurando promittunt. Hinc controuersia Salisburgensis cum Bauariæ ducibus super Müldorfio oppido dirempta, & inter Rudolphum Habsburgicum, Episcopum Constantiensem, Tigurinosque & Vrienses facta concordia. Eginonis etiam Fürstenbergii Comitis cum quibusdam Sueuiæ ciuitatibus dissidium est sublatum. 92)

§. XXII. Peractis Comitiis Augustanis, Rex Rudolphus anno 1284. circa Iacobi festum, ciues Rheni Ciuitatum, Wormatiam conuocauit, iuramenta primo facta secundario per iuramenti vinculum confirmauit. 93) Eodem anno opposuerunt se Colmarienses, quod tricesimam rerum suarum ipsis a Rudolpho impositam dare nollent, 94) Pseudo-Friderico etiam adhærentes. Verum, obsessi a. 1285. ad obsequium redeunt, quatuor millibus marcarum argenti mulctati. 95)

§. XXIII. Anno 1286. Cæsar bellum mouit in Eberhardum Würtenbergensem, tumultuantem. Cæsar itaque cum exercitu ipsius ditiones ingressus, agros vastat, cumque elicere eum ad pugnam non posset, Studgardiam oppidum, vbi erat, obsidet. Ast, per Moguntinum pacatus, bello erepta restituit, fidei sacramentum dicere iusso, nec arma imposterum sumere. 96) Pacem etiam inter ipsum & Eslingenses conciliat. Dum autem Eberhardus quasdam ciuitates inuaderet, quæ ad Imperii spectarent ditionem, Rudolphus iterum in eundem mouet, sed procerum quorundam interuentu fit pax & ablata restituuntur. Rudolphus etiam superioris Sueuiæ loca quædam vti iniuriæ minus opportuna essent, Eslingam, Reutlingam, & Heilbrunnam mœnibus cingi, & ex pagis oppida fieri iubet. 97)

§. XXIV. Circa eadem tempora, Guilielmus Sangallensis Abbas, ex Montfortiis Comitibus, antea ob iustas multorum de ipso querelas, & a summo Pontifice sacris prohibitus, & a Cæsare proscriptus, arma in ipsum ceperat, quem alibi occupatum, suis conatibus segnius obuiam iturum sperabat. Mittitur ad eum compescendum Albertus Austriæ princeps, quo oppidum Wilam obsidente, eo deducta res est, vt Abbas ad Cæsarem se iturum, eiusque arbitrio staturum promitteret. 98) Rudolphus postea prædones ex tota Germania propulsare aggressus, multas ipsorum arces in potestatem redigit, pro merito quemque, nobili familia natos, gladio, tenuioris fortunæ homines laqueo strangulari iubet. 99) Cum Herboltstainam, arcem Comitum ab Helfenstein (quam prædones occupauerant) obsideret, venit ad eum Guilielmus Abbas. Ibi adnitentibus Burggrauio Norimbergensi, Ludonico Oetingensi, & Henrico Clingenbergico res componi cœpta, vti Abbas præfecto Cæsaris arcem Ibergam traderet, quod cum in Toggenburgicorum fraudem fore putaret, negotio imperfecto discessit. Cæsar demolitus prædonum latibula, ad inferiora Rheni loca, vt ablata quædam portoria, & alia Iura Imperio restituat, iter capessit. 100) Deinde a. 1284. Pseudo-Fridericum Wetzlariæ fecit comburi. 1)

§. XXV. Demum bellum cum Burgundis gessit. Vltimus Prouinciæ Comes erat Raymundus Berengarius masculum filium non habens, sed quatuor filias, quarum Senior Margaretha a. 1234. Ludouico IX. Gallorum Regi 2) altera Eleonora, Henrico Anglorum Regi, tertia Sanctia Richardo, Cornubiæ Duci, quarta Beatrix post ipsius mortem, Carolo

p. 330. *ein Ordnung von Kænig Rudolphen, Ræmischen Kunig, zwischen seinen Sühnen Hertzog Albrechten und Hertzog Rudolphen von Osterreich, nachdem er Ihnen die Osterreichischen Land gelieben, de dato Reinfelden prima Iunii* 1283. Hinc non solus de Austria inuestitus fuit Albertus, prout FVGGERVS tradit, *p.* 114. sed vterque.

91) Extant hæ litteræ apud du MONT *Corps Diplom. Tom. I. p. I. p.* 267.

92) GERH. a ROO *c. l.*

93) ANNALES COLMAR. *p.* 20.

94) ANNALES COLMAR. *c. l.*

95) ANNALES COLMAR. ad a. 1285. *Rudolfus Rex obsedit Columbarienses, decimo octauo Kal. Iulii quinque diebus. Ciues Columbarienses posuerunt super se CC. marcas, duoque millia marcarum & milites, qui se Columbariensibus non opposuerunt, vel in obsidione eorundem non fideliter adiuuerunt, cum ciuibus exactionibus grauabantur.* CHRON. COLMAR. *p. alt. p.* 48. *Rex Columbariam potenter obsedit. Regi nunciatur Fridericum quendam Imperatorem in partibus inferioribus affectare regnum. Rex sibi timens, obsidionem Columbariensem soluit, & cum exercitu descendens, Fridericum cepit & igne cremauit. Inde ad obsidionem Columbariensem secundo perrexit, & ipsos conditionibus quibusdam ad gratiam suscepit.* GERHARDVS a ROO *p.* 35.

96) ANNALES COLMAR. ad a. 1286. *Rudolfus Rex duo castra fortia Domini de Wirtenberck noscitur obsedisse, & ea in breui tempore intelleximus expugnasse. Ipse etiam Dominus de Wirtenberck cognatus Regis obsessus, de castro descendit, & ad pedes aduolutus, se & sua tradidit in Regiam potestatem.* ROO *p.* 32. FVGGER *lib. I. c. XIII. p.* 115.

97) ROO *c. l.* FVGGER *lib. I. c. XIV.*

98) GERH. a ROO *p.* 33. FVGGER *lib. I. c. XIV. p.* 118.

99) ANNALES COLMAR. ad a. 1284. *Rex Rudolfus circa festum S. Martini, quinque castra k. Waldeche, prædonum Sueuiæ, cum magna potentia dicitur obsedisse, ea subito cepisse, & per violentiam destruxisse.* ROO *c. l.*

100) ROO *c. l.*

1) Vide supra *Per. VII. Sect. VI. §. vltimo.*

2) GVIL. de NANGIACO *Gesta Ludouici IX. ad a.* 1233. P. DANIEL *Hist. de France Tom. II. pag.* 23.

3) MONA-

rolo Andegauensi 3) matrimonio fuit collocata. Mortuo a. 1245. Raymundo Berengario Ludouicus IX. Prouinciæ Comitatum vxori suæ, tanquam primogenitæ, debitum, occupare nitebatur, verum, dum quartam filiam Beatricem hæredem scripsisset Raymundus, petebat illam sibi in coniugem Raymundus Comes Tholosanus, ab Alphonso Castiliæ Rege adiutus, qui tamen Statibus Burgundiæ Prouincialibus parum erat acceptus, horum ope itaque eo deuenit, vt Ludouici IX. frater Carolus Andegauensis, ducta a. 1246. Beatrice, Comes Prouinciæ constitueretur. 4) Mortuo a. 1270. Ludouico IX. vidua ipsius Margaretha Prouinciæ Comitatum atque Folcaquerii prouinciam prætendebat: seque beneficiario titulo isthæc possidere adserens, Rudolphum rerum ad Imperium spectantium vindicem implorabat, adeoque contra Carolum possessorem inuitabat. Negotium proinde Carolo Rudolphus facessebat, eumque armis contra eum susceptis possessione exuere cogitabat. 5) Verum, interuentu Nicolai III. Papæ hoc modo conuenit, vt Rudolphus Clementiam filiam Carolo, Principi Salernitano, Caroli Regis primogenito in matrimonium collocaret, dotisque nomine Comitatum Prouinciæ & Folcaquerii, fiduciario iure ipsi concederet, cassata prorsus inuestitura & concessione Margarethæ, Francorum Reginæ facta. 6) A. 1281. Comes Sabaudiæ Philippus regem Rudolphum hostiliter impugnabat, 7) a. 1283. vero inter ipsum & Sabaudiæ Comitem facta fuit compositio. 8) A. 1289. iunxerat suum Exercitum copiis Comitum Imp. rebellium, verum Rudolphus ipso Comite capto, duo oppida, Peterlingium & Murtum Sabaudo extorta ad Regnum retraxit. 9) Nihilominus a. 1292. Comes insidias vitæ Rudolpho struxit. 10) Inde cum ipsis Burgundis bellum gerendi caussam dabant Petri Basileenses Episopi, cum Reginaldo Burgundo contentiones, isto Rudolphi auxilium implorante. Erant Rudolpho præter Episcopi querelas, & aliæ huius expeditionis causæ, quod Reginaldus eiusque frater, Otto, Burgundiæ comes, Gallorum regno, quam Germanico Imperio addictiores, suarum ditionum iura

3) MONACHVS PADVANVS *lib. III. p. 620.*

4) GVIL. de NANGIAGO *Gestis Ludouici IX. p. 345.* P. DANIEL *Hist. de France Tom. II. p. 72.*

5) BZOVIVS *Ann. Tom. XIII. ad a. 1279. n. 3.* ex eo CONRING *de Fin. Imper. lib. II. c. XXIV. p. 579.*

6) Extat Rudolphi Decretum Carolo Andegauensi, Siciliæ Regi desuper Viennæ 5. Kl. Aprilis 1280. concessum, apud LEIBNITIVM *Cod. Iur. Gent. Prodr. n. XV. p. 20.* in quo: *licet igitur Comitatum & Marchionatum Prouinciæ ac Comitatum Forkaler cum omnibus iurisdictionibus, iuribus pertinentiis eorundem: ac omnia quæ infra Comitatus ipsius consistentiam Romanorum Imperatores per eorum priuilegia quondam Domino Raymundo Berengario Comiti & Marchionis Prouinciæ ac Comiti Forkalker, ipsiusque prædecessoribus donauerunt; per speciale priuilegium, confirmemus, concedamus, & de nouo tam Domino Carolo Regi Siciliæ illustri ad vitam suam, si autem voluerit, quam heredibus Regis eiusdem, qui processerunt ex eodem Rege & claræ memoriæ Beatrice Regina Siciliæ consorte sua; & omnibus heredibus & successoribus eorundem in feudum sub consuetis censu & seruitiis, præstandis in posterum ab eisdem Rege, heredibus & successoribus, in perpetuum possidenda, donemus: & promittentes quod per nos, vel alium, seu alios nullam donationem, confirmationem, inuestituram, concessionem, vel contractum, aut aliquid cum Domina Margaretha Regina Francorum illustri, vel eius Procuratoribus aut nuntiis, seu aliis quibuscunque personis, Ecclesiasticis vel secularibus fecimus, per quæ huiusmodi confirmatio, de nouo donatis siue concessis, aut aliquid, quod in eodem concesso dicto Regi super iis priuilegio continetur, habere non possit, vel debeat firmitatem, vel per quæ confirmationi, donationi & concessioni prædictis, ac iis, quæ in dicto priuilegio continentur, aliquod afferri possit vel debeat nocumentum, seu prædictorum confirmationis, donationis, concessionis, & aliorum contentorum in priuilegio supra dicto effectus aliquatenus impediri circa ea, quæ forsan extra Comitatus eosdem prædicta donatio Imperatorum comprehenderet eorumdem; nihil ad præsens penitus innouato.* Ex quo satis patet, iura Imperii in Prouinciæ Comitatum adhuc vindicasse Rudolphum. Extat etiam apud du MONT *Corps Diplom. Tom. I. p. I. p. 246.*

7) ANNALES COLMARIENSES *ad a. 1281. pag. 18.*

8) ANNALES COLMARIENSES *ad an. 1283. p. 19. Rudolphus Rex circa natiuitatem Christi, inter ipsum & Comitem Sabaudiæ compositionem fecit.* Compositionis Instrumentum videmus apud LVNIGIVM *vol. III. des Reichs-Archivs S. II. n. CCXXXI.*

9) TRITHEMIVS Chron. Hirsaug. ad a. 1289. *in eadem expeditione Burgundica, cepit etiam Rex Rudolphus Comitem Sabaudiæ, Comitem quoque Montis Bellicardo & plures alios, qui venerunt in auxilium Burgundionibus, quos omnes fortissima congressione superatos imperio subdidit, & fidelitatis iurare homagium singulos coëgit.* ALBERTVS ARGENTORATENSIS p. 104. *Rex postea oppidum Peterlingen, situm versus Lausannam obsedit, & oppidum Murten de manibus comitis Sabaudiæ eruens ad regnum retraxit.*

10) ANNALES COLMARIENSES ad a. 1231 *cum Rex Rudolphus esset profecturus, ad principem maritum filiæ suæ, Comes Sabaudiæ insidias fecit regi, quem interimere volebat.* CHRON. COLMAR. p. alt. p. 54. *circa idem tempus Rex Arelatensis sine heredibus moritur, & hereditas ad regnum deuoluitur Romanorum. Rudolphus tunc temporis Rex extitit Romanorum, qui propter nimias occupationes, quas habuit in Teutonia, ad regnum Arelatense non poterat prouenire, vt illud in propriam potestatem traheret. Intelligens hæc Rex Franciæ, mandauit Baronibus, quibus Rex regnum Arelatense commiserat custodiendum, vt sibi regnum in potestatem suam darent, alioqui totum regnum cum armatis hominibus deuastaret. Custodes Arelatensis regni Regem Franciæ suppliciter rogauerunt, quatenus regnum non suum deleret. Vellent enim voluntatem suam Regi Romanorum demandare, & quod regnum contra voluntatem Regis Franciæ non possent per tempus aliquod retinere, quia posset regnum cum armatis hominibus faciliter deuastare. Cum hæc & his similia custodes regni Arelatensis, regi Romanorum demandassent: scripsit eis, quod se defenderent vel componerent, sicut possent, quia secundum temporis statum, non posset eis in aliquo subuenire. Hæc audientes Arelatensis regni custodes, regnum regi tradiderunt, tali conditione seu pacto, vt Regi Romanorum regnum redderet, vel cum eo pacifice componeret, temporibus opportunis. Rex autem Franciæ, accepto regno, filiam eum*

iura illius potius, quam huius beneficio, accepta ferre videbantur. 11) Dum igitur Burgundiæ Comes iugum Imperii excutere tentaret, & exercitum haut paruum Gallorum in promptu haberet, Rudolphus ipsum adgreditur, & congressione facta, Comes a Rege vincitur & armorum violentia compulsus, ad obedientiam reuocatur. 12) Anno 1287. Rudolphus terras Comitis iterum ingreditur, & licet idem Comes multorum de Picardia & Francia, & Flandria iuuaretur auxiliis, tamen cum prædicto Rege ad bellum congredi non audebat, sed per Ducem Burgundiæ ad gratiam & concordiam rediit. 13) Recrudescente vero bello, terris Gallorum Burgundionum deuastatis, 14) Montisbelgardum occupat, 15) inque sibi & imperio fideles Bisontinos arma conuertit. Vesontionis oppugnationem aggreditur anno Domini 1289. mense Augusti, in octauis assumptionis; castra ponit secundum radices montis Mandelici, prope Brigillam ad Dubim. Denique reduxit eos secum in pristinam gratiam. Anno enim sequenti 1290. Nonis Iunii, per suum procuratorem Ioannem atque periurum. Et ipsum Comitem de Cabilone, Dominum de Arlato, præteritorum oblitus, illis vetera Iura Imperii confirmauit. 16) Anno 1290. Rudolphus denuo exercitum mouet contra inobedientem Comitem Burgundiæ iterum cepit. Quem sibi & Romano Imperio cum multis ac necessariis cautelis in perpetuam seruitutem subiecit. De priore autem transgressione & periurio pœnas illum dare compulit & grauiter puniuit. 17) Dux vero Burgundiæ, Robertus, vna cum proceribus Basileæ concordiam iniit cum Imp. eidemque se subiecit. 18) Hic etiam iam a. 1284. ab eodem Imp. de Delphinatu fuerat inuestitus, saluis tamen Beatricis Delphinæ iuribus. 19) Eidem etiam Margaretha, Regina Siciliæ a. 1285. cesserat omne ius suum in Burgundiæ Ducatum. 20)

§. XXVI. Inter hæc belli negotia, de ciuili quoque statu ordinando sollicitus fuit Rudolfus. In solenni equidem Curia Herbipolensi anni 1285. agebatur de certo tributo terris Germaniæ cultis imponendo, pro Martino V. Papa, quæ tamen res, resistente Sigfrido Archiepiscopo Coloniensi, mansit infecta. 21) Idem misso in Germaniam legato, intendisse dicunt Honorium IV. resistente maxime Probo antistite Tulensi. 22)

§. XXVII.

eum eo matrimonio copulauit. Ex hoc loco equidem concludere vult SEBASTIANVS MVNSTERVS *lib. II. Cosmographiæ p.160.* Rudolphum Arelatense Regnum dereliquisse. Idem dicit CHRISTOPHORVS BROWERVS *Annalibus Treuir. Tom. II. p.177.* Rudolphum accisis Germaniæ rebus, ope subditis negata, iussisse vel cum Franco pacisci, vel quomodolibet res suas tutari. Verum, ex dictis non solum patescit, sed etiam SIMON FRIDERICVS HAHNIVS singulari scripto *de iustis Burgundici noui, vel Arelatensis Regni limitibus, & derelictione eius, Rudolpho I. Habsburgico, Romanorum Regi perperam adscripta, Halæ 1716. 4.* demonstrauit, Rudolphum hancce vel in singulas Prouincias Arelatensis regni iura sua exercuisse & cap. III. §. VII. dicti loci errores vberius examinauit.

11) ALBERTVS ARGENT. *p. 104.* GERH. a ROO *p. 39.* FVGGER *lib. I. c. XV. n. 4. sqq.*

12) TRITHEMIVS *Ann. Hirs. ad a. 1281.*

13) H. STERO *ad a. 1287.*

14) ANNALES COLMAR. ad a. 1288. *Rudolfus Rex Romanorum terram Gallicorum circa Brunnendrut plusquam tribus septimanis cum XX. millibus hominum deuastauit.* H. STERO ad a. 1289. *Dominus Rudolphus, Romanorum Rex, iterum contra Comitem Burgundiæ triumphauit.* TRITHEMIVS *Chr. Hirsaug. ad a. 1289.*

15) ANNALES COLMAR. *ad an. 1288. Rex Rudolfus obsedit montem Beligardi, circa Kal. Iulii.*

16) Ita quidem CHIFLETIVS Vesontione ex archiuis Ciuitatis *p. I. c. LIX.*

17) TRITHEMIVS *ad a. 1289.*

18) ALBERTVS ARGENT. p. 104. *Dux & maiores Burgundiæ se Basileam corporaliter præsentarunt, ibi de concordia tractantes. Vasalli Imperii quoque præstita fidelitate, sunt de regalibus inuestiti.*

19) Extant litteræ Inuestituræ apud GVICHENON *Hist. Genealog. de Savoye Preuves p. 80.* & du MONT *Corps Diplom. Tom. I. p. I. p. 257.* in quibus: *quod attendentes prouide, discreteque perpendentes, ipsum Ducem de omni iure, seu iuribus omnibus tam nobis & Imperio, quam etiam ipsi Duci competentibus, vel quæ videntur aut dicuntur competere in Talfinatu, ex morte quondam Iohannis Talfini, auctoritate Regia infeodamus, & de eis ipsum tenore præsentium feodali titulo solemniter inuestimus; saluo tamen iure spectabilis Dominæ Beatricis Talfinæ, filiæ quondam Comitis Petri Sabaudiæ competenti in eodem Delphinatu; cui per concessionem seu infeodationem præmissam in nullo penitus volumus derogare.*

20) ETIENNE PERARD *Recueil de Pieces curieuses seruans a l' Histoire de Bourgogne pag. 560.* & ex eo du MONT *Corps Diplom. Tom. I. p. I. p. 252.* hanc cessionem exhibuerunt.

21 Sic equidem M. CHRON. BELG. p. 266. *postquam Rudolfus, Romanorum Rex, conuocata solenni, apud Herbipolim, Principum & Prælatorum Curia, cum Domino Papa Martino IV. concordasset, vt ab omnibus terris cultis totius Germaniæ, certam ipsi simul exigere pecuniæ quantitatem posset, præfatus Dominus Sigfridus sicut vir constantis fuit animi, huic inauditæ exactioni, primus inter Prælatos Ecclesiasticos, mira constantia contradixit, ex qua Archiepiscopi probitate, res ipsa remansit infecta, & patria fuit ab huiusmodi graui exactione, vsque hodie liberata.* SCHILTER *de Libert. Eccles. Germ. lib. V. c. X. §. 8. p. 731.*

22) HIST. AVSTR. PLEN. *ad a. 1287.* ROO *lib. I. p. 35.* atque FVGGER *lib. I. c. XV.* SCHILTERVS *p. 732.* Facere huc videtur H. STERO & EBERHARDVS, qui ad a. 1290. dicunt: *Rudolfus Rex apud Herbipolem solennem curiam habuit cum Principibus Alemanniæ. Et eodem tempore Ioannes Tusculanus Episcopus Apostolicæ sedis legatus ibidem celebrauit Concilium: & quod multa onera & graues expensas volebat clero imponere, a quibusdam Episcopis aduersus eum extitit ad sedem Apostolicam appellatum, & propter hoc sua intentio & concilium desideratum ab eo euentum non habuit, & ipse subito ad propria est reuersus.* TRITHEMIVS *Chron. Hirsaug. ad a. 1287.* AVENTINVS *lib. VII. c. XI.*

23) Men-

§. XXVII. Maxime vero circa pacem publicam constituendam fuit sollicitus Rudolphus. Sic in Comitiis Würtzburgensibus anni 1287. 23) pax publica ad triennium fuit iurata, & quidem Recessu Teutonico. 24) Lege etiam decreuisse dicitur Rudolphus, vt posthac omnia edicta, actaque iudicialia Teutonum sermone conscriberentur, ne populus posthac ignorantia latini sermonis deciperetur. 25) Dum autem coaeui Scriptores de publico edicto taceant, immo, & publica edicta ad Maximiliani I. vsque tempora, hinc inde latino sermone publicarentur, atque eodem sermone diplomata, contractus & acta iudicialia multa ad seculum vsque decimum sextum reperiantur, facile credimus, a Rudolphi temporibus inualuisse saltim in actis publicis atque iudicialibus vernaculum sermonem. In eodem etiam Recessu noua telonia, 26) nouae monetae, a temporibus Friderici II. cusae prohibentur. 27) Dicta pax publica confirmata fuit in Comitiis Egranis anni 1289. 28) In Comitiis Erfurtensibus anni 1290. quae, vt Albertum degenerem Thuringiae Landgrauium cum filiis suis componeret, cum magna solennitate atque Principum frequentia celebrauit, 29) & praecipue in Comitiis Spirensibus anni 1291, Teutonico sermo-

23) Mentionem horum Comitiorum facit SIFRIDVS PRESBYTER ad a. 1287. *Rex Romanorum, Rudolphus in ciuitate Francorum, quae dicitur Wurtzeburg colloquium habuit cum Principibus Teutonia.*

24) Inseruit integrum hunc recessum LEHMANNVS lib. V. c. CVIII. cuius tale est initium: *Diese Satzünge des Lantfriedes haben wir Rudolph von Gotes Gnaden Roemisch Künic und ein Merer des Riches, mit Gunst und och mit Rate der Erberen Herren, des Cardinals, des Legaten, und der Fürsten beder geistlicher und weltlicher gesetzet ze Wurtzeburc in dem geboten hove, als hienach geschriben stat.* Finitur hoc modo: *disser Satzünge dieses Friedes und dieses Rechtes soll an allen Statten werden behalten, und soll man och darnach richten, wand si von Alter herkommen sind und mit Rechte und mit Gunste und mit Rate der Fürsten gesetzet sind. Sich bindet aber zu diesem male zu diesem Landfride mit Eiden nieman, wan von hinnen untz zu Sant Iohannes des Toffers Messe, und von dannen uber drw Iar, des hant die Fürsten, Frien, Graven, Dienstman, und gemeinlich des Riches getruwen und Holden uff den Heiligen gesch woren. Also doch das iedermann, er si Fürste, Grave, Frie-Ritter, Manne, Dinstman, Burge, Stette, Veste, Pfaffen und Leien, bi ihrem Rechte beliben. Was auch die Fürsten in ihrem Lande mit der Landtherren Rate setzent und machent diesen Landtfride ze Besserunge, und ze Vestunge, das mægen sie wol thun, und damit brechent sie des Landfridens nit. Vnd zue einem rechten Vrkunde, so haben wir unser Küniclich Insiegel an diesen Brieff gebencket. Dirre Lantfride wart gemachet, und dirre Brieff wart gegeben, ze dem offenen Hoffe, in dem Concilie ze Wurtzeburc, an dem Palme Tage, da man zalt von unsers Herren Geburt tusend, zweihundert und suben und achzic Iar.* Eundem habet DU MONT *Corps Diplom. Tom. I. p. I. p. 273.* Neque tamen primus hic Recessus Teutonicus fuit, vt multi contendunt, quin potius talis iamdum a. 1235. sub Friderico II. fuerit publicatus, prout *Per. VIII. S. VI. §. XI.* adserui.

25) AVENTINVS lib. VII. c. IX. n. 4. de Rudolpho: *armis, iustitia, legibus, Imperium de integro concedere studuit, statuitque, vt posthac ob inscitiam nobilitatis principum, & pontificum edicta, privilegia, Teutonum lingua ederentur, quae hactenus Romano sermone data sunt.* Haec AVENTINI verba repetit CRVSIVS Ann. Sueu. *lib. III. p. III. c. I. p. 134.* addens: *de quo negotio sic etiam lego: Rudolphum iussisse, ne amplius literas contractuum, Notarii Latine scriberent sed Germanice. Multos enim simpliciores plebis, antea deceptos fuisse.* Adstipulatur LEHMANN *lib. V. cap. CVII.* FVGGERVS *lib. I. c. XVI. n. 3.* qui in Comitiis Augustanis illud factum fuisse autumat.

26) His verbis: *so gebieten wir das nieman de keinen nüwen Zoll noch Geleite mache, noch nemen soll weder uff Landt noch uff Wasser, und das alle die Zoll, die mit Vnrecht gehobet sind, anders dann si von Alters gesetzet sind, das dieselbe Hohunge abs, und der Zoll belibe, als er zu recht. soll swer dawider tut, der hat den Landfriden gebrochen, und umb den Bruch so ist er in der Achte, und in des Babestes Banne, den man iergelich Kündet an des anclasses Tage, und des Legaten Ban, den er über unrechte Zolle zu Wurceburc in dem Concilio gekundet hat.*

27) His verbis: *alle die Müntze die sit Keiser Friderichs Ziten gemacht sind, die sulnt gar absin, et bezwge dann vor dem Riche der sie hat, das er si zu rechte haben soll.*

28) ANNALES COLMAR. ad a. 1289. *Rudolfus, circa Quadragesimam, in Egra ciuitate, prope Bohemiam, Curiam celebauit.*

29) CONTIN. LAMBERTI ad a. 1290. *Rudolphus, Rex Romanorum, Curiam suam Erphordiae celebrauit, ad quam vocati venerunt de vicinis longinquis Regionibus, multi Principes spirituales & Seculares, & plurimi Nobiles & Barones, & qui venire non poterant, per solennes Legatos, suam absentiam coram Rege excusabant.* SIFRIDVS PRESBYTER lib. II. p. 700. *fuerunt secum filia quoque Eius, Iutta Regina Bohemia, it. Ducissa Bauariae, & Ducissa Saxoniae, & alia multa nobiles faemina.* VARILOQVVS ERFVRTIANVS inter MENCKENII *Scriptores Rerum Misnensium Tom. II. p. 491.* recenset Principes, qui interfuerint: *In tali Regis conuentu fuerunt Erphordiae Dominus Archiepiscopus Moguntinus, Magdeburgensis & Saltzburgensis Archiepiscopi. Exin vero Bambergensis, Herbipolensis, Halberstadensis, Constantiensis, Hildensheimensis, Paderbornensis, Nuenburgensis, Merseburgensis, Misnicus, Eistetensis, Verdensis, Tolnensis & Lauentinensis, Abbates vero Fuldensis, Hirsfeldensis. Principes etiam seculares Rex Bohamorum, Henricus Dux Brunswigensis & fratres eius, & Wilhelmus & Albertus Dux Saxonia, Dux Austriae, Dux Sueuiae, Dux Carinthiae, Dux Lunenburgensis, Marchio Brandenburgensis nomine Longus & Tilo frater eius. Marchio Misnensis, Lantgrauius Thuringiae Albertus cum Friderico & Tismanno filiis, Comites de Swerin, de Katzenelebogen cum filio qui ibidem obiit. -- Ibidem fuit Dux Megalopolensis, Comes de Anhalt, Burggrauius de Nurnberg cum multis aliis.* Pacem publicam ibidem fuisse confirmatam, docet nos Diploma Caesaris Erfordiae V. Cal. Mart. Indict. 3. Anno Domini 1290. quod ECKSTORMIVM Chronico Walckenredensi pag. 110. habet, in quo: *praecipimus, & firmiter inhibemus, ne qua persona cuiuscunque conditionis, ratione constitutionis, quam super Institutione Pacis, per nos Erfordiae nunc sancita, quam ipsi Religiosi, tanquam viri imbecilles, pacata quietudinis commodum gestientes, exsoluunt, ipsos in futurum huiusmodi trahat ad consequentiam* IO. ROHTE *Chron. Thuring. p. 1748.*

 30) LEH-

sermone pax iterum fuit publicata atque ad sexennium prorogata. 30) **Inde etiam** a. 1290. vel septuaginta castra latronum per Sueuiam, Franciam & Thuringiam fecit destrui, 31) XXIX. etiam prædones Ilmenauiæ deprehensos pro tribunali sedens ad mortem condemnauit, eosdemque extra vrbem præcepit decollari. 32)

§. XXVIII. Dignitates quoque illustrium plurimum auxit, controuersiasque definiuit plurimas. Post Rudolphi enim electionem, oriebatur controuersia inter Ottocarum Bohemiæ Regem, & Ludouicum atque Henricum fratres, Comites Palatinos Rheni, Duces Bauariæ, super iure eligendi Imp. Hanc in Curia Augustana anni 1275. Idibus Maii solenniter celebrata, ita definiuit, vt, dum Henricus vna cum Ludouico electioni Richardi interfuerit, in Ludouicum vero in electione Rudolphi fuerit compromissum, Henricus etiam in eadem electione suos habuisset legatos, ipsi in posterum eodem iure vterentur, vocibus eorundem fratrum Ducum Bauariæ, Comitum Palatini Rheni ratione Ducatus pro vna in septem Principum, ius in electione Regis Romani habentium numero computatis. 33) Nihilominus tamen idem Rudolphus in Comitiis Erfurtensibus anni 1290. ius & vocem in electione vna cum officio Archipincernatus Bohemiæ Regi confirmauit. 34) Anno 1282. Fridericum Burggrauium de Burggrauiatu Noribergensi iure hæreditario inuestit. 35) Idem Rudolphus Henrico Misniæ Marchioni opulento per eam ætatem ex vbertate venarum metallicarum Principi, Thuringiam, de qua diu decertauerat, concedit, & donationem Friderici Secundi Imperatoris, qua Alberto illius filio, genero suo, terram Plisnensem, Altenburgi præsertim Burggrauiatum dotis nomine concesserat, ratam habet. 36) Mortuo a. 1288. Henrico illustri, Rudolphus generum suum Albertum II. Saxoniæ Ducem de Comitia Palatinatus Saxonici inuestit. 37) Postquam

a. 1290.

30) LEHMANN lib. V. c. CVIII. *Diese Satzunge und dirre Brief wart gelesen, und der Landfride wart ernuwet mit der Fürsten und der Landherren und der Statte geschworaen Eiden, an dem Sunnetage vor dem Palme Tage, uff dem Hoffe zu Spire da man zalte von Gottes Geburt, tusend zweihundert und eins und neuntzig Iar, und wart gestetiget derselbe Lantfride von den nechsten Ostern uber sechs Iar ze haltene.*

31) TRITHEMIVS Chr. Hirsaug. ad an. 1290. *anno prascripto Rudolphus Rex in manu suorum valida per Sueuiam & Franciam Orientalem quasi visitator Prouinciarum diligentissimus, & inquisitor latronum atque castigator predonum feruentissimus circumeundo transiuit, & transeundo raptorum latibula & munitiones vbique terrarum studiosissime quasiuit, reperit, obsedit, cepit, & plusquam LXX. numero funditus euertit, principibus regni & ciuitatibus Imperii letanter auxilia ferentibus. Vbicunque raptorum & predonum receptacula inuenire potuit, omnia mox sine delectu personarum solotenus euertit. Videbant hec latrones terræ, qui vias obsidere consueuerant & spoliare, & capere viatores, & dissecabantur cordibus suis; qui eum stare non possent ante faciem persequentis, fugere compulsi sunt in exteras nationes. Nam sicut diximus, in breui tempore postquam a Burgundia redierat, plusquam septuaginta castra latronum siue Predonum fortissima cepit, ac funditus euertit. Sed plura cum tempore postea in detrimentum Reipublica maximum restaurata cernimus, de quibus fieri multa quotidie latrocinia dolemus. Rudolphus Rex sempiterna memoria dignus hominum Regni depredationes sustinere non voluit, sed latrones sceleratissimos omnes aut capitibus truncauit, aut extra patriam proscripsit.* In sola Thuringia tot castra fuisse destructa dicit AVCTOR HIST. LANDGR. THVR. c. LXXVI. *Anno Domini MCCXC. Rudolfus Rex Romanorum veniens in Erffordiam, & vocauit plus quam XL. principes seculares & spirituales, & multos Comites & barones de tota Alemannia, districte percipiens vbique pacem seruari sub pœna capitis. Et quia in Thuringia propter discordiam Alberti Lantgrauii & filiorum, scilicet in Thuringia nobiles fuerunt diuisi & partiales, & multi raptores interim surrexerunt: ideo rex præcepit destrui loca raptorum. Et factum est, quod milites regis cum populo Thuringiæ circuibant terram Thuringie, & destruxerunt fere LXVI. munitiones scilicet castra & curias, domus muratas in villis, & quoscunque raptores inuenerunt, occiderunt. Et accidit, quos in Ilmena comprehenderunt XXIX. raptores, quos ad Erffordiam duxerunt. Et rex, sedens pro tribunali personaliter, precepit sententialiter, extra muros eiusdem ciuitatis decollari.* VARILOQVVS ERFVRDIANVS p. 491. *eodem anno prædictus Rex Romanorum cum Erfurtensibus exercitum fecit & imperauit destrui sexaginta sex munitiones in diuersis locis Thuringiæ, vbi se raptores receperunt, latrocinia & rapinas exercentes.*

32) Idem p. 490. *MCCXC. Rudolphus Romanorum Rex Erfordiam intrauit in crastino S. Luciæ cum maximo comitatu Principum & nobilium, pacem faciens vndique. Tunc ciues Erfurt cum Regis exercitu XXIX. prædones in Ilmena comprehenderunt, quos Rex personaliter sedens pro tribunali sententionaliter decollari extra ciuitatem præcepit. Et factus est timor super omnes.*

33) Extat hoc diploma ap. GEWOLDVM *de Septemuiratu p. 756.* TOLNERVM *Codice diplomatico n. CVII.* LAMBECIVM *Comment de Bibl. Cæs. lib. II. c. VIII. p. 828.* GOLDASTVM *app. Docum. pag. 29.*

34) Extat diploma apud GOLDASTVM *app. Docum. p. 31.* LAMBECIVM *p. 880.* & du MONT *Corps Diplom. Tom. I. p. I. p. 271.*

35) Extant litteræ Inuestituræ apud du MONT *Corps Diplomatique Tom. I. p. I. p. 248.* datæ Gemundiæ pr. Non. Sept. 1281.

36) Verba sunt GERH. a ROO *lib. I. pag. 22.* FABRICIVS *Origg. Saxon. lib. VI. pag. 577. 588.* *Chron. Misn.* apud LVDEWIG Reliquiis Mstorum Tom. VIII. §. CXI. p. 218. *nam graui cum potentia & manu forti terram Plissene & orientalem in Borgwardo Grotzick, Lipzik, Aldinborg, quam nuper Imperator Fredericus cum filia sua Margaretha ipsi Alberto Thuringie Lantgrauio donauerat.* ALBINVS *Tit. XV. p. 594.* TENTZELIVS *Friderico admorso Sect. I. §. VI.*

37) ALBINVS *Chron. Misnia tit. XV. p. 193. & tit. XVI. p. 216.* Licet Henricus illustris, eiusdemque successores titulo Comitum Palatinorum Saxoniæ semper fuerint vsi, prout in Programmate de Comitia Palatinatus Saxonici ex diplomatibus demonstraui. Maxime, dum Henricus illustris iamdum a. 1242. expectatiuam in eundem obtinuerit, de quo diploma exhibet TENTZELIVS *Friderico admorso Sect. I. §. V.*

38) Com-

a. 1290. vltimus Comes Brenensis & Wettinensis Otto III. fuisset defunctus, terræ ipsius ex cognationis iure Alberto Electori Saxoniæ obuenerunt. 38) Idem vero Imp. in Comitiis Erfurtensibus anno 1290. Rudolpho I. Alberti II. filio, eundem Comitatum, prope Halam situm, viuo adhuc patre ipsius Alberto, feudi lege, concedit. 39) Tertium vero ex Henrici filiis, Fridericum Clemm ex Elisabetha Maltitia & matrimonio inæquali natum, ad successionem bonorum Imperio feudalium legitimat, 40) qui postea ex paterna dispositione præfecturam Dresdensem obtinuit. 41)

§. XXIX. Italiam, licet sæpe a Papa inuitatus, non adiit, dum antecessorum vestigia ipsum terrerent. 42) Titulo igitur vsus fuit Regis Romanorum, vel Germanorum. 43) Misit autem a. 1284. Vicarium in Italiam Rudolphum Hoheneccium, Salisburgensis Episcopi Coadiutorem, Cancellarium suum. 44) Sequenti anno 1285. Romæ Martino V. e viuis sublato, successit Honorius Quartus. Is Pinziuallam Fliscum Genuensem, Imperii vicarium per Italiam abs se constitutum, ad Cæsarem, vt ab ipso confirmaretur, misit. Rudolphus vero, etsi Pontificem hoc iuris vsurpare non satis æquo animo pateretur, ne tamen noui alicuius motus ansam præberet, Fliscum confirmat quidem, sed nullis Germanorum copiis auctum, in Italiam, vnde venerat, redire iubet. Is vbi imperiose ageret, ab Etruriæ ciuitatibus, quas primus accesserat, prope ludibrio habitus, cum exactam

38) Communis quidem est opinio, Albertum iamdum, dotis loco ab Imp. Rudolpho hunc Comitatum imperasse. Nituntur isti Rhytmis antiquis, quos adducit ALBINVS Chron. Misniæ Tit. XVI. pag. 216.

Kœnig Rudolff die Pfaltz mir gab
die Graffschafft Brene mit aller Hab,
zu seiner Tochter Fraw Agneten,
Das ich die Chur mœcht bas vertretten.
dieweil er hatte des Reichsmacht.

Eodem facere videtur VARILOQVVS ERFVRTIANVS inter MENCKENII *Scriptores Rer. Misn. Tom. II. p. 491. Comes de Bren, qui ibidem* (Erfurti) *obiit sine hærede, cuius bona Rex contulit genero suo Duci Saxoniæ & vxori filiæ suæ, quæ valuerunt duo millia marcarum annuæ pensionis.* Errat etiam in anno & persona THEODOR. ENGELHVSIVS Chron. p. 255. dicens: ad a. 1278. *Comes de Bren, qui obiit sine prole: cuius omnia bona Imperator dedit genero suo, Duci Saxoniæ, & filiæ suæ in dotem, quæ dicuntur valere annuatim duo millia marcarum.* Hunc sequitur FAVSTVS *im Stammbuche des Hauses Sachsen p. 155.* Potius ex diplomate Alberti II. Ecclesiæ Schliebensi a. 1292. concesso, patescit, hunc Comitatum hæreditatis iure obuenisse Alberto II. quod extat apud BECMANNVM *Anhalt. Historie P. II. cap. II. §. V.* verbis: *quibus spectabilis ac perdilectus Auunculus noster Otto, Comes de Brennen, sicut & Progenitores sui cum tranquillitate possederant temporibus vitæ suæ, ac nos eiusdem in hereditate Successores post mortem Auunculi nostri possmodum cum pace possedimus & quiete.*

Cognationis schema tale est:

Albertus I.
Sax. Elector

Albertus II. Sax. Elect.	Elisabeth vxor Conradi C. in Bren
Rudolphus I. qui inuestitus fuit a. 1290.	Otto III.

39) Ex diplomate quod REINHARDVS in dissertatione *de Officiis Imperii Saxonicis*, me præside ventilata, primus exhibuit *sect. I. p. 96.* satis adparet, Rudolphum Imp. Erfordiæ pridie Kalend. Septembris, indict. Tertia, Anno Domini 1290. Rudolphum de hoc Comitatu inuestiuisse, his verbis: quod *Comitias seu Comitatus in Bren & in Wittbin, & omnia alia feuda, nobis & Imperio vacantia, & vacantes ex morte nobilis viri, quondam, Ottonis Comitis de Bren, Illustri Rudolpho, filio Illustris Alberti Ducis Saxoniæ principis, & filii nostri dilecti, ex Regali beneficentia duximus conferenda.* Eidem Rudolpho Elisabetha Comitissa mater vltimi Comitis Brenensis, iam antea IV. Id. Iulii Erfurti donauerat *bona & proprietatem omnium bonorum vacantium sibi & descendentium ad eam iure hereditario ex morte illustris quondam Comitis de Bren, filii sui, siue donatorum sibi per prædictum suum filium dum viuebat, adhibita omni solennitate iuris, qua solet & potest in donationibus seu largitionibus adhiberi.* Quod autem Alberto hoc tribuatur, hæc ratio subest, quod viuo adhuc Alberto II. patre hoc factum. Vide SAECHSISCHE MERCKWVRDIGKEITEN *lib. II. cl. V. cap. V. §. I.*

40) Extat diploma apud WECKIVM *pag. 159.* Hæc tamen non legitimatio erat, quasi vitium natalium interuenisset: dum in dicto diplomate Elisabetha dicatur legitima thori consors, sed quantum ad successionem.

41) FABRICIVS *Origg. Saxon. lib. VI. p. 586.*

42) GERH. a ROO p. 34. *Cæsari, quo minus ipse in Italiam profectus sit, in causa fuisse credo, quod Germaniæ statum videret sua præsentia indigere, & maiores Italiæ motus Gibellinos inter & Guelphos esse, quam qui exiguo tempore componi potuissent. Rogatus aliquando, cur in Italiam non iret, hunc pretulisse apologum dicitur: Rex animantium Leo, omnes olim feras ad statum diem Regiæ suæ adesse iussit, obsequentes singula ex præscripto conueniunt. Vulpecula abeuntium vestigia in puluere contemplata, omnes regiam ingressas, nullam autem rediisse videns, ait: hac me vestigia terrent, ego hic ingredi nolo, ne quoque ex earum sim numero, quæ amplius non egrediuntur. Innuens prudentissimus Cæsar, sibi ab aliorum periculo exemplum sumendum, plurimos enim Imperatores maximis sæpe sumptibus Italiam ingressos, paucos autem suo & patriæ commodo feliciter reuersos esse, quod ante illius tempora in nonnullis, & paulo post in Henrico septimo non obscure comprobatum est.* Idem dicit CVSPINIANVS *p. 353.* & TRITHEMIVS *ad an. 1291.* GOLDASTVS *Constit. Imper. Tom. I. p. 311.*

43) Communiter equidem se Regem Romanorum voluit adpellari. Sic in diplomate monasterii Pœldensis Erfurti a. 1290. concesso, apud LEVCKFELDIVM *c. XII. pag. 46.* dicitur *Rudolphus D. G. Romanorum Rex Semper Augustus.* Et licet in subscriptione dicatur: Signum Domini Rudolphi, Roman. Imperatoris Inuictissimi: hæ tamen subscriptiones saltim a librariis fuerunt adiectæ. In monumento ipsius Spirensi apud LEHMANNVM *lib. VII. c. XI. Rudolphus Romanorum Rex.* Exhibet tamen WAGENSEILIVS *in Comment. de Ciu. Noribergensi* nummum, in quo dicitur Rex Germanorum.

44) Verba sunt GERHARDI a ROO *p. 34.*

 45) Ver-

actam pecuniam non soluerent, neque in exilium proscripti, quoquam abirent, in Germaniam redit, copias, quibus cogere nolentes possit, frustra postulat. 45) Sub anni exitum, Rudolphus Henricum Basileensem antistitem, Romani Imperatoris aulæ Cancellarium, 46) Romam legat. Is in mandatis habere dicebatur, vt Pontifici nuntiaret, Rudolphum exarchatu cedere. Id quidem Rudolphum fecisse constat, tempori seruientem. 47) Idem Bononiensibus, Genuensibus, Lucensibus, Florentinis pro magna pecuniæ summa libertatem vendidit. 48) Hinc ob auaritiam a plerisque reprehenditur, familiæ suæ cupiens prospicere, cæterum laudatissimus Imperator. Neque tamen omnimodam libertatem istis Italiæ Ciuitatibus vendidit Rudolphus, sed immunitatem saltim concessit a præstationibus Imperii, saluo iure Imperii, quod etiam post hæc exercuerunt Imperatores.

§. XXX. Indictis tandem a. 1290. Francofurti Comitiis, partim in causa Burgundica, partim, vt Albertum filium suum in successorem commendaret. Sed cum hoc perficere nequiret, Principibus hac ratione sese excusantibus, non posse regnum duos reges nutrire, Argentoratum abiit, vt se cum filiis suis & amicis recrearet. 49) Deficiente tamen ipso, præ senio, & dicentibus Medicis, quod vltra certos dies durare nequiret, ipse dixit: *eamus Spiram, ad alios Reges inibi in maiori Ecclesia sepultos.* Et manens in oppido Germersheim, iuxta Spiram, ibique d. XV. Iulii anno 1291. 50) moriens, Spiram ductus, & in

45) Verba sunt GERHARDI a ROO *p. 35.*

46) In diplomate Rudolphi, Wenceslao, Bohemiæ Regi concesso, vocatur *H. Basileens. Episcopus, Romanæ nostræ aulæ Cancellarius* apud CZERWENCKA *lib. I. c. XVIII. p. 1127.*

47) GERH. a ROO *cit. loc.*

48) GERH. a ROO quidem hoc adhuc a Rudolpho Hoheneccio factum dicit. Ast, FVGGERVS *lib. I. c. XV. p. 121.* Henrico Basileensi tribuit, cui fauere videtur locus ALBERTI ARGENTINENSIS p. 103. *Rex autem nullum motum habens ad Italiam, forsitan quia vidit cæteris multis male successisse; misit prædictum Henricum Episcopum Basiliensem, cum membranis sigillo suo sigillatis ad ciuitatem Romanorum, qui ibidem sedi Apostolicæ Romandiolam & quædam alia, in damnum graue Imperii dedit: ibi habitis quibusdam tractatibus nomine regis sigillauit.* SIGONIVS quidem *de Regno Italiæ lib. XX. p. 125.* a Flisco hoc factum dicit, BLONDVM secutus, qui ait: *Princiuallis in Italiam cum nouis mandatis remissus, omnes, qui pecuniam attribuerunt, in libertate dimissos Imperii fideles pronunciauit, per quam occasionem Lucenses duodecim millibus auri datis libertate donati sunt, & Florentinus populus ad quietem iam perductus nouam inchoauit, saluberrimamque regiminis formam.* Scilicet, Fliscus a Papa erat constitutus, cui cum subiectionem denegarent Itali, videtur Imp. Henricum misisse, vt, dum paruam ex Italiæ ciuitatibus haberet vtilitatem, immunitatem istis concederet. Atque vt Papam haberet sibi fauentem, ipsi Exarchatum reliquisse. CVSPINIANVS vero *p. 354.* hac de re ita loquitur: *vicarium Imperii in Ethruria constituit Luchinum Maphæum vicecomitem, Romandiolamque & Rauennatem Exarchatum Pontifici & Ecclesiæ concessit, quod modico tributo sub Imperatore libere degebant, multasque auri libras per Henricum Basiliensem episcopum in Italiam misit Pisanis. A Bononiensibus vero, Florentinis, Genuensibus, Lucensibus pro libertate (sed in grauem Romani imperii iacturam) grandem congessit pecuniam. Italici scriptores tradunt (sed perperam & falso) Nicolaum Tertium Pontificem Max. Vicariatum Ethruriæ Rudolpho, quod terram sanctam non ingrederetur, abstulisse. Qui certe non fuisset passus hanc sibi fieri contumeliam, qui princeps erat sua ætate bellicosissimus. Sed id profecto omnes attestantur, quod ab omnibus pecuniam recepit libertate concessa, & imperii fideles pronunciauit. Quam rem Honorius Quartus Pontifex, vti infamem, sibi tamen & Italiæ non inutilem, non magis probauit quam prohibuit. Auaritiæ itaque notatus studio, a plerisque reprehenditur, in cæteris laudatissimus.* TRITHEMIVS Chr. Hirsaug. ad a. 1286. *anno prænotato Rudolphus Rex ad instantiam Romani Pontificis Vicarium suum nomine tam suo quam imperii misit in Italiam, vt in omnibus locis iurisdictionem & iustitiam faceret imperialem. Qui veniens in Tusciam, ab his qui Guelpharum partium erant, ciuibus Florentinis Lucensibus & nonnullis aliis, fidelitatis & obedientiæ iuramentum Romano imperio debitum exigebat. Quod illi cum nullo pacto facere consentirent, Vicarius in furorem succensus Florentinos in sexaginta millibus argenti Marcis, Lucenses vero in duodecim florenorum millibus pro inobedientiæ demerito condemnauit; pecunia accepta in Germaniam reuersus est. Fuerunt qui scriberent, Rudolphum Regem auri cupidum Cancellarium suum pro Vicario misisse in Italiam, qui accepta pecunia populis libertatem venderet. Ea de causa Florentinos exposuisse tot argenti marcas, Lucenses quoque & alios contulisse pecuniam, vt libertate coëmpta, imperii non subderentur deinceps iussionibus. Qui hoc factum contendunt, in argumentum assertæ veritatis consequentia producunt: quod Florentini mox post impetratam pro pecunia libertatem, magistratum instituerint, quem Priores artium vocauerint, addito & alio, quem velut Maiestatis & libertatis Principem vexilliferum Iustitiæ nuncupabant. In quem modum & alias plerasque vrbes libertatem sibi comparasse referebant.*

49) ANNALES COLMAR. *ad a. 1291. Maritus filiæ Rudolfi Regis, mandauit Regi Rudolfo, vt quam statim veniret ad eum Lausannam, & vt indicet Dominis Curiam Burgundiæ in Franckfurt, ad Lausannam, vt perficiat negotia Domini Papæ. Dum Rex Rudolfus esset profecturus ad Principem, maritum filiæ suæ, Comes Sabaudiæ insidias fecit Regi, quem interimere volebat. Rex Rudolfus Curiam celebrauit, non ad suam per omnia voluntatem.*

50) GERH. a ROO pag. 44. *interim Rudolfus Cæsar compositis Thuringiæ & vicinarum regionum rebus, senem se esse videns, de Alberto filio successore declarando, cum principibus agere cœpit, quam rem vt perficeret, soluto Erfordiæ conuentu, Francofurtum ire parans, in itinere febri implicatur.* Idem dicit LEHMANNVS *lib. V. c. IV.* TRITHEMIVS Chron. Hirsaug. ad a. 1291. *Rudolphus Rex Conuentum principum celebrauit in oppido Imperiali Franckfurt: vbi inter alia Regni negotia principes Electores & precibus rogabat multis, & magnis allicere promissionibus tentabat, quatenus Albertum Ducem Austriæ filium suum Regem designare Romanorum consentirent. Quod illi facere omnino recusabant, dicentes, eum se Regem habere viuentem, super quem alium inducere non liceret; etenim satisfacere vni pro Maiestatis honore cum vix possint, multo minus duobus sufficerent. Veruntamen ne Regem senem & propperantem ad exitum vitæ optime de Imperio meritum non impro-*

t in sepulchro honorifice est sepultus: anno Regni eius decimo octauo. 51)

§. XXXI. Prima ipsius vxor fuit Anna, filia Burcardi de Hohenberg, 52) Comis in Sueuia, quam a. 1240. duxisse dicitur, cum eademque dotis loco potiorem Landgraiatus Alsatiæ partem fuit adeptus. 53) Hac a. 1281. Viennæ defuncta, & Basileæ sepul-ı, 54) duxit a. 1284. Agnetem, Ottonis Burgundiæ Comitis filiam, quæ ipsi mansit ıperstes. 55) Ex priori Albertum, Rudolphum sustulit, Hartmannum atque Carolum. 56)

nprouide contristasse viderentur, cum perstaret in prebus orans, rem in aliam consultationem deliberaonis matura gratia tandem concluserunt. His fa'is discedunt & faciem Regis non vident amplius. ıiscedens enim a Franckenfurt Rex confestim ascen'it ad Argentinam Alsatia ciuitatem amanissimam, ɓi recreationis gratia conuocauit ad se filios suos & micos, cupiens fatigatum multiplicibus curis aniıum eorum aliquantulum præsentia releuare. Ad-:at ibi Guda nomine filia, Vxor Wenceslai Regis oemorum, aderant & alii filii ac filia, latam cum 'atre iam senio & labore grauato quietem celebran's. Cum vero paucis apud Argentinam demoraren-ır diebus, Rex Rudolphus ægritudinem mortalem ıcidit, per quam non diu postea consumptus fuit. 'nde sentiens ægritudinem augeri quotidie & crescere, ıauigio cum sua familia descendit ad Spiram, vbi 'egum fuit sepultura communis. FVGGER *lib. I. ap. XVI.*

51) De die mortis equidem discrepant Scripto-:s. Ast, qui magis fide sunt digni ad XVIII. Kl. ıugusti referunt. Sic enim H. STERO ad a. 1291. *:VIII. Kalend. Augusti mortuus est Rudolphus Roınorum Rex sine benedictione imperiali, & apud 'piram Alsatia ciuitatem sepultus fuit, regnauit anis XVII. & Alemanniam & Italiam non intrauit.* ısdem fere verbis pro more vtitur EBERHARDVS ı *Annalibus ad a. 1291.* Sic etiam LEHMANNVS *ɓ. V. c. CIV.* tale Eiusdem Epitaphium recenset: *:udolphus de Habisburg Romanorum Rex Anno regni ıi XVIII. Anno Domini MCCLXXXXI. mense Iu'o in die diuisionis Apostolorum.* Idem dicit NAVLERVS *vol. II. Gen. XLIII. p. 076.* CVSPINIA'VS *p. 354.* FVGGER *lib. I. c. XVI. p. 136.* Licet lem p. 374. istius Epitaphium mendose adducat. *Inno Domini 1191. 18. Idus Augusti, obiit D. D. Ruolphus Rex Romanorum.* GERHARDVS a ROO *. 45. ergo Spiram deportari se iubet ad prædecesso-:s suos Rom. Cæsares illic sepultos ire se dicens. An-:quam eo venit, in oppido Germersheim ex hac vita emigrauit Anno millesimo ducentesimo nonagesimo rimo ad XIIX. Cal. Aug. cum vixisset annos LXXIII. ıenses duos, dies XV. imperasset annos XVIII.* Ast, LBERTVS ARGENT. p. 109. tale ipsi statuit Epiıphium: *Anno Domini MCCXCI. pridie Calend.)ctobris, obiit Rudolfus de Habspurg, Romanorum :ex.* TRITHEMIVS ad an. 1291. *morbo autem inrauescente, cum se iam intelligeret moriturum, testaıentum cum bono rationis vsu condidit, præmunitusue Sacramentis ex more Dominicis, XXII. die men's Iulii, hoc est, in solennitate S. Maria Magdalena ıoritur, & in Choro Regum maioris Ecclesia Spiren's cum honore sepelitur.*

52) CHRON. COLMAR. p. alt. pag. 40. *vxor :udolfi filia Burchardi de Hohenberc.* Confirmatur ıoc in Epitaphio Annæ apud FVGGERVM *p. 112.* dem tamen Burchardus æque filium habuit eiusdem ıominis, dum Albertus Imp. in formula fœderis um Philippo Pulcro Gallorum rege de anno 1299. pud LEIBNITIVM *Cod. I. Gent. diplom. pag. 41.* licat: *Comes Burchardus de Hohemberg, Auunculus ıoster carissimus.* ALBERTVS ARGENTINENSIS *. 104. & 106.* eam vocat sororem Alberti de Hohenıerg. FRANCISCVS GVILLIMANNVS equidem *Habsburgicis lib. VI. c. IV. p. 380.* dicit: *anno sequenı (1245.) vernalibus diebus duxit Rudolfus vxorem Gertrudam, Ludouici Friburgi Comitis filiam, Rudolfi rapositi Zoffingensis, Hermanni Comitis de Hohenberg & Hartmanni Comitis Friburgi sororem, ex qua, quotquot habuit liberos suscepit.* Verum, dum vel omnes alii Scriptores istam Annam vocent, his potius adsentimur. VRSTISIVS *in Basler Chronic. lib. III. c. I. p. 139.* dicit *Anna geboren von Hohenberc aûs Schwaben, Grave Bernharts Tochter.* Sed Burcard facile corrumpi potuit in Bernhard. IAC. MENLIVS de Maioribus Maximiliani II. p. 42. *Domina Anna ab Hohenberg, Rudolphi Senioris Comitis filia, ac præfati Rudolphi Regis charissima vxor, Basileæ in monasterio beata virginis sepulchro honestata est.* Licet autem GVILLIMANNVS annum nuptiarum 1245. statuat, aliter tamen GERHARDVS a ROO p. 7. *Rudolphus a parentis obitu domum profectus, pactas cum Anna Hohenbergica nuptias perfecit, anno supra mille ducentos quadragesimo.*

53) GERH. a ROO p. 6. *circa idem tempus cum Egensheimensis prosapia defecisset, tres simul competitores prouincialem Alsatia Comitatum ad se trahere nitebantur; Albertus Habsburgicus, Albertus Hohenbergicus ad Neccarum, & Ludouicus Ottingensis, qui Henrici Egensheimensis sororem in matrimonio habebat. Hohenburgicum facile induxit Albertus Habsburgicus, vt suam ipsi partem cederet, pacto inter Rudolphum filium & Annam illius natam matrimonio. Ita potior Alsatia pars ad Habsburgicos peruenit, reliquam Ottingensis, Argentoratensi præsuli vendidit, cuius successores Landgrauiatus titulum hodieque vsurpant.*

54) HIST. AVSTR. ad a. 1281. *filia Regis Rudolphi ducitur versus Apuliam, qua nepoti Regis & senatoris Karoli copulatur. Anna vero mater eius, dum ipsam transmissam nimium lugeret, moritur præ dolore XIV. Kal. Maii: ea celebratis solenniter Wienna obsequiis, versus Basilicam* (leg. Basileam) *ducitur ad sepulturam.* ANN. COLMAR. ad a. 1281. *regina Rudolfi Regis in Nenna* (leg. Vienna) *moritur, & aliquot centum equis Basileam ducitur, ibique a tribus Episcopis, & ducentis mille clericis, & multitudine ciuitatis hominum, in vigilia S. Benedicti, cum gloria maxima sepelitur.* Cur autem Basileam elegerit locum sepulturæ, rationem reddit CHRON. COLMAR. p. alt. p. 47. vbi dicitur: *delegit autem locum prænominatum, eo quod Rex Rudolfus antecessoresque sui Basiliensem Ecclesiam sæpius damnificassent ac eius Episcopos perturbassent. Ordinauit enim in testamento (vt quidam dixerunt) quod reditus duarum præbendarum Monasterio darentur, vt sic Deo & hominibus satisfaceret.* Ibidem mors eiusdem & sepultura prolixius describuntur CHRON. AVSTR. H. STERO *ad an. 1281.* ALBERTVS ARGENT. *p. 104.* MVTIVS *lib. XXI. p. 196.* GERH. a ROO *lib. I. p. 30.* VRSTISIVS *Basler Chronic. lib. III. c. I. p. 139.* eam die Matthiæ fuisse extinctam dicit, sed XIX. Martii Basileam deductam, qui etiam monumentum eius sepulchrale æri incisum exhibet ex quo habet FVGGERVS *lib. I. c. XIII. p. 111.*

55) ALBERTVS ARGENT. p. 104. *Mortua domina Anna de Hohenberg, Regina, & in choro Ecclesia Basileensis, cum duobus filiis sepulta: Rex filiam sororis Regis Francia, in senio, iuuenem recepit vxorem, qua tamen post mortem Regis rediit satis agens.* ANN. COLMAR. ad a. 1284. *Rex Rudolphus vxorem Gallicam duxit, in Romarico monte, festo S. Agatha & necessaria subministrauit superuenientibus abundanter.* MVTIVS lib. XXI. p. 196. *post Anna mortem, anno tertio, duxit aliam vxorem, filiam Ducis Burgundionum.* Dum vero isti nomen non

lum. 56) Albertus postea factus fuit Imperator. 57) Rudolphum, vna cum fratre Alberto de Austria inuestiuit, postea Alsatiæ fecit Landgrauium. 58) Hic anno 1290. obiit, relicto ex Agnete, Ottocari Bohemi filia, Iohanne, dicto parricida. 59) Hartmannus a. 1281. in Rheno periit. 60) Carolus a. 1276. Rheinfeldiæ fuit natus, in festo Valentini, sed paucas post hebdomadas iterum defunctus, atque Basileæ terræ mandatus. 61) Præterea

non indicent, hoc ex GERH. a ROO addiscimus, dum pag. 34. dicit: *Rudolphus interim sub anni LXXXIV. initium cum Agnete Ottonis Burgundiæ Comitis filia iuuencula admodum & præcellente forma matrimonium paciscitur Romolsbergii, & sequenti æstate in magna Principum frequentia nuptias celebrat Basileæ. Nullos ex ea liberos sustulisse legitur. Ideo a morte mariti in patriam rediit. Hanc cum Fridericus Comes Leiningius antistes Spirensis aliquando honoris & officii caussa e curru leuaret, raptus venustate mulieris osculo eam petit, quod indigne ferens Regi conqueritur, qui statim per nobilem quendam, præsuli indicare iussit: vt quæsito ad deosculandum alio pacificali, hoc sibi soli comparatum relinqueret. Leiningius Regis iram pertimescens vltro in exilium commigrauit, nec prius ad Episcopatum, quam mortuo Rege, rediit.* Eadem dicit FVGGERVS *lib. I. c. IV. p. 120.* qui tamen dubius adhuc hæret, an nomen ipsius Isabella, an Ottonis, vel Roberti II. vel etiam Hugonis, Burgundiæ Comitis fuerit filia. Sequitur ÇZERWENKA *Ann. & act. Piet. Habsburg* lib. I. c. XVIII. p. 107. dicens: *Anno 1284. Dominica septuagesima Rudolphus Cæsar Agnetem (quidam Isabellam alii Elisabetham nominant) Ottonis Burgundiæ Dynastæ filiam præcellenti forma virginem connubio sibi iunxit, & Iunio mense, regifico apparatu Basileæ cum ea nuptias celebrat. Ex ea Rudolphus nullam prolem suscepit, sed constanter egregie vtrimque fide coniugali seruata, speciali amore vsque ad obitum suum prosequebatur. Agnes porro Rudolpho mortuo, annum ætatis agens solum vigesimum primum in Burgundiam rediit, vbi cælibem agens vitam, vt maioris dilectionis indicia erga defunctum maritum patefaceret, in viduitatis statu laudabiliter decessit.* VRSTISIVS Chron. Basil. lib. III. c. II. *Im 1284. Iar. am Sontag Septuagesima, welcher neun Wochen vor Ostern fellet, name Kœnig Rudolf im 66. Iar seines alters, zu Ræmelsperg zum Gemahel, das Freulin Agnes (Closner von Strasburg nennet sie Elisabeth) Grave Othen zu Burgund Tochter, die vvar sehr schœn, und als etliche sprechen nur 14. Iar alt.* ÇVSPINIANVS in vita p. 353. *secunda vero vxor Agnes fuit iuuencula filia Ducis Burgundiæ, neptis Regis Franciæ.* Tacet equidem de hoc matrimonio NIC. VIGNIERIVS *in Chronico Rerum Burgundicarum ad a. 1284.* Tacet PONTVS HEVTERVS in Genealogicis Burgundicis. Ast, le P. ANSELME *in Hist. Genealogique de la Maison Royale de France in Genealogia Burgundica c. XIX. pag. 255.* eam vocat Elisabetham, Hugonis IV. ex Beatrice, Thibaldi VI. Campaniæ Comitis & Regis Nauarræ filiam. Sequimur itaque meliores Austriacos, vsque dum meliora demonstrentur. Dubie loquitur THEOD. PIESPORDIVS *Stemm. Austr. schem. III. pag. 6.* dicens: II. *Rudolphi vxor Agnes alias Elisabetha Burgundica, quam alii Eudi Burgundiæ Ducis (qui obiit a. 1218.) filii Roberti Burgundiæ etiam Ducis (qui obiit a. 1273.) alii Ottonis Burgundiæ Comitis filiam faciunt. Priorum opinio omnino salua est, altera mihi placet.*

56) CVSPINIANVS p. 355. *septem constituit filios* dicens: *habuit autem duas vxores, Annam scilicet Comitissam de Hohenberg in Sueuia. Ex qua septem suscepit filios totidemque filias: Rudolphum qui puer duodecimo anno moriebatur. Hartmannum Secundum, qui post patris interitum cœnobium monialium Tulnæ perfecit, illic sepultus. Fridericum etiam illic sepultum. Rudolphum II. quem pater ducem Sueuiæ creabat, Agnetemque Ottocari filiam ei collocabat vxorem. Ex quibus natus est Ioannes, qui patruum suum Albertum Roman. Regem occidit, vt inferius scribemus, Quintus Rudolphi filius Albertus Primus dux Austriæ Rom. Rex. Sextus Hartmannus II. cui filia regis Angliæ desponsata, quam non cognouit: quoniam decimo octauo anno ætatis in Rheno prope oppidum Rhinaw submersus est, & Basileæ cum matre Anna sepultus. Septimus erat Carolus in puericia mortuus Basileæ sepultus.* Sequitur FVGGERVS *lib. I. c. XVI. p. 140.* His, dum alii dissentiant, nec plane confidere, nec temere fidem derogare velim. De Rudolpho quidem CZERWENKA Piet. Austr. lib. I. c. I. *Anno Christi 1240. seu vt alii volunt quadragesimo quinto vxorem duxit Annam Comitissam Hohenbergicam, ex qua sub finem eiusdem anni natus est Rudolphus, qui anno ætatis suæ duodecimo obiit.*

57) De quo Sectione sequenti.

58) Quod etiam hic Rudolphus, vna cum Alberto, fratre seniore de Austria fuerit inuestitus, supra iamdum dictum fuit §. *XXII.* Dicitur communiter quod Sueuiæ Ducatum postea fuerit adeptus, eo quod HIST. AVSTR. ad an. 1282. *Rudolphus Rex Augustæ Curiam celebrat, ibique, de consilio & voluntate Nobilium, qui aderant, Albertum, filium suum, Ducem Austriæ & Stiriæ constituit, & Rudolphum Ducem Sueuiæ creauit.* Neque tamen omnem Sueuiam obtinuit Rudolphus, sed Alsatiæ saltim Landgrauiatum, quæ pars olim Sueuiæ Ducatus. In Annalibus Colmariensibus enim ad annum 1290. saltim dicitur *Dux Alsatiæ.* Vid. VLR. OBRECHTVS *prodr. rer. Alsat. c. XII. p. 253.*

59) ANN. COLMAR. p. 1290. *Dux Alsatiæ, Rudolphus, filius Regis Rudolphi, obiit, & in Praga Bohemorum sepelitur.* CHRON. AVSTR. *ad a. 1289.* HIST. AVSTR. *ad a. 1290.* ALBERTVS ARGENT. *p. 102. reliquit enim Ottocharus filium & filiam, quibus Romanus Rex prædictus Rudolfus suos liberos copulauit, dans Wenceslao vnam filiarum, & sororem eius filium suum Rudolphum, cui sorori dominium de Kiburg, quod ipse Rex sibi retinuerat, morganatico iure donauit. Rudolphus vero Dux postea moriens vnicum filium Ioannem Ducem, Alberti, regis occisorem, reliquit.* Idem p. 105. *Ex Rudolfo filiorum primogenito & sorore Wenceslai, descendit Iohannes Bohemiæ Dux, occisor prædicti Alberti.* FVGGER *lib. I. c. XV. n. 5.* GERH. a ROO p. 40. *eodem fere tempore Rudolphus alter Cæsaris filius in Boemiam cum Agnete vxore profectus Pragæ ex hac vita emigrauit, uxor grauida Iohannem posthumum peperit, quem Albertus patruus in sui perniciem educauit.*

60) ANN. COLMAR. ad a. 1282. *filius Rudolfi Regis, Landgrauius Alsatiæ, submersus fuit in Rheno, prope Rinaugiam, & sepultus fuit in Basilea, a quatuor Episcopis.* Idem dicit ALBERTVS ARGENT. *p. 100. & p. 105.* GERH. a ROO p. 31. *Oppenheimii dum rebus constituendis, & legationibus expediendis aliquot dierum moras impendit, Hartmannus eius filius eximiæ indolis adolescens ad ipsum profecturus, dum in inferiori Turgouia prope Rhenaugiam Rhenum traiicit, naue mersa cum tredecim ingenuis adolescentibus periit,* FVGGER lib. I. c. XIV. pag. 109.

61) ANN. COLMAR. ad an. 1276. *Carolus Rudolfi Regis filius, natus festo Valentini, hoc anno. Sepultus in medio chori maioris Ecclesiæ Basiliensis: & interfuerunt exequiis eius omnes religiosi & clerici, minores pariterque maiores, milites vniuersi, & ex ciuibus honestiores multi, mulieres multæ & Reginæ*

eam

terea septem ipsi tribuuntur filiæ, quarum vnam Mechtildem habuit Dux Bauariæ superioris Ludouicus, Comes Palatinus Rheni & Elector, alteram Catharinam Dux Bauariæ inferioris, Otto, qui etiam Rex Hungariæ, tertiam Agnetem, Albertus, Saxoniæ Elector; quartam Hedwigen, Henricus, dux Vratislauiæ, quo defuncto, recepit Ottonem, Marchionem Brandenburgicum; quintam Iuttam in matrimonio habuit Wenceslaus Rex Bohemiæ, Ottocari filius: sextam Clementiam Carolus primogenitus Regis Siciliæ. 62) Addunt septimam, quæ Guilielmo, Ochsensteinio Baroni fuerit nupta, qui tamen nepos Rudolphi ex sorore. Addunt Euphemiam, monialem Tulnensem.

§. XXXII. Vltimo loco de Fabula Hamelensi dicendum. Dicitur enim die Iohannis & Pauli 26. Iunii 1284. vir quidam prodigiosæ magnitudinis, ob mercedem de muribus sublatis, promissam, sed non solutam, fistula canens, centum triginta pueros ex vrbe eduxisse in montis proximi cauernam, qui postea nunquam visi, in Transyluania demum, prout traditur, apparuerint. 63) Non desunt equidem, qui pro vero hæc habeant, deducti vel rhytmis antiquorum, 64) vel magicis incantationibus, 65) picturis, vel æra etiam, quam ab exitu liberorum numerare olim soliti fuerint Hamelenses decepti. 66) Potius tamen dum scriptores coæui, vel horum proximi, plane sileant, dicimus, monachorum esse fabulam, exinde ortam, quod vel terræ motu pueri abrepti, vel per Tilonem Kolup, Pseudo Fridericum istum, decepti, vel ad expeditiones militares seducti. 67)

cum pluribus dominationibus. Fuit & feretrum coopertum nobili Baldico, quod Ecclesiæ reliquerunt. De eodem CHRON. COLMAR. *p. alt. p.40.* FVGGER *lib.I. c.XIII. n.5.*

62) ALBERTVS ARGENT. pag. 100. & 104. *Rex autem Rudolphus cum Anna de Hohenberg, sorore Alberti de Hohenberg habuit tres filios: inter alios Rudolphum, Albertum & Hartmannum. Qui Hartmannus apud Reynovv, in Rheno periit, & cum matre & paruulo fratre Carolo in choro Basiliensis ecclesiæ est sepultus. Item habuit sex filias; quarum vnam habuit Dux Bauariæ superioris, alteram Dux Bauariæ inferioris, tertiam Dux Saxoniæ: quartam Dux Vratislauiæ: quo defuncto, recepit Marchionem in Brandenburg; quintam habuit Rex Wenceslaus Bohemiæ, filius Ottochari per Rudolphum Regem occisi: sextam habuit Carolus primogenitus Regis Siciliæ, siue Apuliæ.* CVSPINIANVS p. 355. *Habuit & septem filias ex eadem vxore (Anna) Euphemiam primogenitam monialem Tulnæ, II. Guttam Wenceslao Boëmorum regi desponsatam, III. Mechtildim Ludouico Palatino Rheni copulatam, genitricem Rudolphi Palatini & Ludouici IV. imperatoris. Qui tamen ante hanc aliam habuit prius vxorem, Mariam ducis Brabantiæ filiam. Nam senior hic Ludouicus tres fertur habuisse vxores, vt in Ludouico IV. latius scribemus. Quartam Agnetem Alberto Duci Saxoniæ desponsatam, V. Catharinam Hermanno Marchioni Brandenburgensi commendatam, cum prius ducem Vratislauiæ habuisset sponsum, qui ante ætatem obiit. VI. Annam Ottoni Bauariæ duci coniunctam. VII. Clementiam Carolo Martello Siciliæ & Apuliæ regi Neapolitano locatam. Hanc sobolem, vnde plures maximi principes & reges prodiere, Rudolphus ex prima habuit vxore Anna.* Sequitur FVGGERVS *c. l.* nisi quod Euphemiam vltimam fuisse dicat. De Mechtilde etiam, Agnete, & Hedwige dictum §. *XII.* de Gutta §. *XIX.* De Clementia ANN. COLMAR. ad a. 1281. *filia Regis Rudolfi Lombardiam mittitur, a ciuitatibus multis muneribus recipitur, a filio Regis Caroli matrimonio copulatur.* Hinc etiam Albertus, Dux Saxoniæ, gener dicitur Rudolphi in LVDEWIGII *Reliquiis Tom. II. pag. 250.*

63) Historiam narrat H. BVNTING. *Brunschw. Chron. p.II. p. 52. ad a. 1282.* LVCAS LOSSIVS, qui eandem versibus descripsit. MICH. SACHS *Kayser Chronic. pag. 171.* anno 1367. Sed Chronica rythmica habent 1284. quem annum etiam defendit H. MEIBOMIVS. *Hist. Bardevici in Tomo III. p. 80.* & SAM. ERICHIVS *Exodo Hamel. pag. 58.*

64) H. MEIBOMIVS c. l. *quæ apud nos in ore omnium, neque alibi ignoratur, historia de pueris aliquot & puellis, tenerioris ætatis, ab inauspicato quodam circulatore, ipsa die natiuitatis præcursoris Christi, nescio quo magico cantu ex vrbe euocatis, neque post vnquam visis, etsi nonnullis suspecta sit, verissima tamen est, quod multa euincunt: nempe maiorum quædam in archiuo asseruatæ consignationes, fama constans per manus tradita, picturæ in templis, & rythmi ac versus veteres, quos etsi rudes, propter antiquitatem, omnibus gratam, subiungemus.*

Im Iahr MCCLXXXIV. na Christi gebort,
tho Hameln worden uthgevord,
hundert und XXXIII. Kinder dasilvest geborn,
dorch einen Piper under dem Kœppen verlohrn.

65) IO. WIERIVS *de præstigiis Dæmonum lib.I. cap. XVI.* ATH. KIRCHERVS *Musurg. vniuers. Tom. II. lib. IX. c. III. p.232.* cui adsentitur SCHATENIVS *Ann. Paderborn. lib. XII. p.152.* SAMVEL SCHELWIG *in oratione de furtis Dæmoniacis.*

66) SAMVEL ERICHIVS *de exitu Hamelensium,* THEOD. KIRCHMAYER *de inauspicato liberorum Hamelensium egressu.* H. FIPPINGIVS *in dissertatione de raptu liberorum* & FRANCISCVS WÖRGERVS *in Historia Hamelensi contra Martinum Schoockium defensa.*

67) Refutarunt hanc fabulam MARTINVS SCHOOCKIVS, singulari libello, atque auctor obseruationis *XIII. Tomi II. der Teutschen Anmerckungen,* vtrisque diuersas coniecturas adducentibus.

SECTIO SECVNDA
DE
ADOLPHO NASSOVIO.

§. I. Adolphi Nassouii parentes & mores. §. II. Adolphus eligitur Rex Germaniæ. §. III. Adolphi gesta in Alsatia. §. IV. Adolphi gesta in Thuringia. §. V. Negotium cum Gallis. §. VI. Moguntinus & quidam Electores Pragæ contra Adolphum conspirant. §. VII. Idem factum in solenni conuentu Viennensi. Adolphus deponitur. §. VIII. Depositionis caussa. §. IX. Prœlium cum Alberto & mors Adolphi. §. X. Constitutiones Adolphi. §. XI. Vxor & liberi.

§. I. Ru-

§. I.

Rudolphi successor erat Adolphus Nassouius, Walrabi, Nassouiae Comitis filius; Henrici diuitis, qui stirpis erat prolator, nepos, ex Adelheida Catimellenbocensi 1) natus, atque patri suo in Comitatu anno 1289. successit. Princeps magnanimus dicitur, & magni consilii, iuuenis quidem aetate, sed senex moribus. 2) Miles strenuus, staturae mediocis, agilis, amabilis, sciens Gallicum, Latinum & Germanicum sermonem. 3) Exigui tamen erat census atque patrimonii. 4)

§. II. Post Rudolphi mortem, vacauit Imperium vltra nouem menses, eo quod inter Electores de noui Regis electione haut conueniret, multis Alberto fauentibus, 5) Wenceslaus etiam Bohemiae Rex Imperium adfectaret. 6) Tandem Kl. Maii 1292. Francofurti electus est Adolphus Nassouius in Regem Romanorum, procurante potissimum Archiepiscopo Moguntino, Gerhardo, qui ipsius erat cognatus. 7) Albertus vero Austriacus seductus a Sueuis, per litteras & nuncios solennes vocatus est & rogatus ascendere Rhenum, spondentibus ei coronam regni, ac eligere eum in Regem Romanorum. Qui cum solenniter ascendisset, frustratus spe sua, receptis a Rege Romanorum feudis suis, in Austriam fuit reuersus. 8) Et licet postea Rex Adolphus filiam Alberti filio suo peteret vxorem, renuit tamen Albertus. 9) Ipse vero Adolphus Francofurtensibus impensas reddere haut valens, 10) nihilominus vna cum vxore sua Imagina, a Sigefrido Coloniensi Archiepiscopo in die Iohannis 1292. Aquisgrani fuit coronatus. 11) Dum autem primum ex consilio potissimum Gerhardi Moguntini ageret, dictus ideo *der Pfaffen König.* 12)

§. III. Post mortem Rudolphi, Ciues Columbarienses, praeposito Argentoratensi, fratri Episcopi Argentinensis fidelitatem iurant, & seruitia fideliter promittunt. Adolphus vero praefectos Imperiales constituit. Ottoni de Ochsenstein, nepoti ex sorore Regis Rudolphi, Alsatiam, & quae ab ea parte Rheni sunt, committit: Comiti a Catzenellenbogen, quae ab alia parte Rheni. Ciuitates fidelitatem praefectis Regis Adolphi promittunt. Sculteus Columbariensis fidelitatem promittere recusauit, nisi Aduocatus Otto de Ochsenstein promittat Regis nomine, officium Sculteti, ad vitam Regis: expulsos non reducere, Ciuitatem potenter non intrare. Aduocatus haec pollicetur, recepta fide, ne ciuitas Columbariensis alteri, quam Regi Adolpho tradatur. 13) Anno 1293. quarto Idus Septem-

1) HENNINGESIVS quidem *p. II. secundi & tertii Regni in Quarta Monarchia p.* 376. patrem vocat Adolphum, Comitem Nassouiensem, matrem Annam, filiam Friderici, Noribergensis Burggrauii. Ast, CHYTRAEVS *Saxonia p.* 186. eum vocat Walmarum. IO. TEXTOR *Nassauischer Chronic c. VII. p.* 69. VValrabum. Matrem HISTORIA AVSTRALIS ad a. 1292. vocat sororem Eberhardi, Comitis de Cartenellenbogen.

2) Verba sunt MAGNI CHRONICI BELGICI *p.* 423. Adsentitur LEHMANN *lib. V. c. CXVIII.*

3) Haec sunt verba ANNALIVM COLMARIENSIVM *ad a.* 1292. H. STERO ad a. 1293. *Adolphus Rex imperauit apud Teutonicos annis sex. Hic fuit ante Comes in Nassawe, & electus fuit in Franckenfurt vnanimiter ab omnibus Principibus in Maio mense. Hic fuit vir strenuus in armis, sed potentia non multum.*

4) Dimidium enim Comitatum Nassouicum saltim possidebat, praecipue dynastias Idstein, VVisbaden & VVeilburg vid. TEXTOR *Nass. Chronic. c. V.* §. 42. & *c. VI.* §. 2. Praeterea Castellanus erat in castro Palatino Cuba, prout diploma docet apud SCHILTERVM *Comment. ad ius Feud. Alemann. c. XXVI. p.* 440.

5) M. CHRON. BELG. p. 261. *Rudolpho defuncto, vacauit Imperium anno vno, propter Electorum discordiam, quia quatuor Electores elegerunt Adolphum, Comitem de Nassau; sed Sigfridus Coloniensis, & Gerhardus Moguntinensis procurauerunt, vt haberet aduersarium: qui elegerunt Albertum, Ducem Austriae, filium dicti Rudolfi, Regis Romanorum. Licet Moguntinus semper fauerit Adolpho.* H. STERO vero ad a. 1291. *XVIII. Kalend. August. mortuus est Rudolphus Rex - - - - post quem infra tempus sex mensium electus est Adolphus Comes de Nassow in Romanorum Regem, miles multum strenuus.* Verum a medio mense Iulii, defunctus Rudolphus, a quo vsque ad initium Maii vltra nouem sunt menses.

6) Patet hoc ex litteris Alberti Saxoniae El. quibus VVenceslao votum suum promittit apud LVDWIG *Reliquiis Mstorum Tom. V. p.* 436.

7) ANN. COLMAR. ad a. 1292. *prima Maii, Electores reliqui electionem in Moguntinum, tum praesentem, transferunt. Maguntinus Comitem Adolphum de Nassow, cognatum suum eligit.* Consentiunt reliqui, H. STERO *ad a.* 1291. 1293. GOB. PERSONA *ae. VI. c. LXVI.* ROO *lib. II. p.* 52. TRITHEMIVS *ad a.* 1292. Erat autem hic Gerhardus Comes Eppsteinius, filius Elisabethae Nassouiae, VValrabi amitae.

8) CHRON. AVSTR. *ad a.* 1292. ALBERTVS ARGENT. p. 109. *Mortuo Rudolfo & veniente Alberto, Duce Austriae, filio eius, (pro quo eligendo Principes Electores miserunt) cum magnis expensis, vsque Hagenow, Adolfus, Comes de Nassawe, in Regem Romanorum a Principibus Alemanniae concorditer est electus, a quo idem Albertus de feudis suis, praesertim Ducatu Austriae inuestitus, in Austriam est reuersus.* LEV. a NORTHOF *Chron. Com. de Marca p.* 393.

9) ALBERTVS ARGENT. p. 109. *a quo Duce (Alberto) cum postea missis legatis Rex peteret, filio suo Ducis filiam copulari: Dux respondit: se si posset ex filia sua facere Principem, hoc facturum. Vel, quod Rex filiam suam vni ex filiis Ducis coniungeret, quem se Principem facturum promitteret. Ex quibus & aliis inter Regem & Ducem, odium est suboritum.*

10) ANN. COLMAR. ad a. 1292. *Francofurtenses expensas a Rege electo petunt. Moguntinus obligauit pro Rege castra ac villas pro XX. millibus marcarum. Rex exactionem in Iudaeos tentauit, sed non potuit, resistente Sculteto Francofordiano.*

11) LEV. a NORTHOF c. l. *in die B. Iohannis coronatus est in Regem.* ANN. COLMAR. *ad a.* 1292.

12) SERARIVS *Rer. Mogunt. lib. XXII. p.* 847.

13) ANN. COLMAR. *ad a.* 1292. OBRECHT *Prodr. rer. Alsat. c. XIII. p.* 320.

14) CHRON.

Septembris Sculterus Columbariensis, ignorantibus Senatoribus & Ciuibus, Anshelmo de Rappoltstein ciuitatem tradit, 14) quam tamen Adolphus obsidet, & ciuium ope, capto Rapoltsteinio, in deditionem accipit. 15) Inde reliquæ Alsatiæ Ciuitates, Argentoratenses potissimum, sese subiicere, pacemque iuramento firmare fuerunt coacti. 16) Anno 1297. circa natiuitatem B. Virginis Theobaldum Comitem Phiretarum Alsatiæ constituit Aduocatum, 17) qui etiam Comiti Friburgensi turbas mouenti, se opposuit. 18) Ast, cum iidem Præfecti vicinis, potissimum Conrado de Lichtenberg, Episcopo Argentoratensi essent molesti, hic vna cum Comitibus, Baronibus & nobilibus confœderationem iniuit, qui dictos Comites adeo adflixerunt, vt Alsatia dimissa, fugere ad Regem suum fuerint compulsi. 19)

§. IV. Insequenti anno 1293. graue exortum est bellum Thuringicum, cuius Origo altius est repetenda. Henricus enim illustris Misniæ Marchio, Thuringiæque Landgrauius, viuus adhuc a. 1265. terras suas inter filios distribuerat, ita, vt sibi Misniam retineret, Alberto daret Thuringiam, Dieterico Osterlandiam, Friderico iuniori Dresdensem præfecturam, 20) Albertus vxorem duxit Margaretham, Friderici II. Imp. filiam, ex qua filios genuit, Fridericum dictum admorsum atque Dicemannum, 21) sed repudiata a. 1269. legitima vxore, Margaretha, concubinam sibi adlexit Cunigundam de Ysenberg. 22) Adultis vero Alberti filiis, a. 1281. magna discordia inter ipsum, filiosque fuit suborta, eo quod horum matrem pater admodum persequeretur, Erfurtensibus cum Alberto facientibus, multis terræ nobilibus, filiis cooperantibus. Captus tandem in quodam conflictu fuit Fridericus, & Wartburgum captiuus deductus, sed a familiaribus suis liberatus. 23) Dum captiuus detineretur, Tuscorum & Insubrum Ciuitates eum cum honorifica legatione inuitabant, eum in Italiam euocabant, vt in bellis ductu eius vterentur, tam late peruagata erat fama atque opinio virtutis, & nisi eum patriæ pericula retinuissent, non recusasset, externis populis honestam & salutarem nauare operam. 24) Anno 1282. obiit Theodoricus marchio Landsbergi & Orientalis, frater Alberti, relicto filio Friderico Tutone, cui sine hære-

14) CHRON. COLMAR. *p. als. p.* 50.

15) CHRON. COLMAR. *p. als. p.* 51. 52. qui demum addit: *capto Domino de Rappolstein, claues portarum per honestum ciuem, dictum Rebmann, cum ciuitatis Domino ad Regem transmiserunt. Quare gauisi sunt interni & externi, ac vniuersus Regis exercitus. Dominus Episcopus Argentinensis turbatus ad suos se transtulit festinanter.* TRITHEMIVS Chr. Hirsaug. ad a. 1292. *Comites autem nonnulli per Sueuiam & Alsatiam conspiratione facta nobiles quosdam & Oppidulorum Ciues sibi contra Regem Adolphum conciliauerunt socios, quorum auxilio rebellionem parabant. Quocirca Rex Adolphus Colmariam Alsatiæ vicum obsidione cingens potenter expugnauit & cepit, oppidanosque iurare in suam fidem coegit ac preualuit. Cuius quidem oppidi Capitaneum (vel vt ab incolis dicebatur) Aduocatum Rex Adolphus in curru ligatum secum abduxit captiuum, Baronem quoque vnum de Rappolstein capiens non prius dimisit, quam filios suos pro se obsides dedit.*

16) CHRON. COLMAR. *p. alt. p.* 54.

17) ANN. COLMAR. *ad a.* 1297.

18) CHRON. COLMAR. *p.* 56.

19) TRITHEMIVS Chron. Hirs. ad a. 1297. *Anno siquidem prænotato Comitem de Geroldseck & quendam alium Comitem, quos Præfectos Prouinciales in Alsatia constituerat, qui Conrado de Liechtenberg Episcopo Argentinensi, eius Ecclesiæ ciuibus & incolis terræ nimium molesti, plures molestationes crebrius intulerunt. Qui contumeliis & iniuriis grauiter læsi, querelam contra dictos Comites Hermannum de Geroldseck & alium sæpius detulerunt ad Regem, postulantes instanter, vt eorum temeritatem Regali auctoritate compesceret; sed omnia frustra, quoniam Rex in tyrannidem conuersus, aut eos audire contempsit, aut verbis mendacibus decepit. Vnde postremo non valentes iniurias sibi quotidie illatas diutius æquanimiter tolerare, se potenter contra Regem Adolphum opposuerunt. In vnum igitur consentientes Conradus præfatus Episcopus, ciues Argentinenses, ciues de Hagenawe ciues de Colmaria, Comites de Liechtenberg, Comites de Ochsenstein, Comites de gemino ponte, vulgariter de Zweibrucken nuncupati, Comites de Hohenloe, & alii multi præsules, Comites, Barones, nobiles & ciues, contra Regem Adolphum vnanimiter conspirarunt, & facta cum Alberto confœderatione firmissima, quidquid partes sequebatur Regis in circuitu, pro viribus hostili animo persecuti sunt. Nam impetu facto, supradictos duos Comites Alsatiæ intrusos violenter præfectos, vsque adeo persequentes afflixere, vt Alsatia dimissa fugere ad Regem suum fuerint compulsi.*

20) HIST. LANGR. THVR. c. LXIII. *Anno Domini MCCLXV. Heinricus marchio confectus senio, & habens tres principatus, diuisit se cum filiis suis hoc modo. Nam ipse Heinricus pater retinuit terram Mysnensem, Theodoricus filius suus obtinuit terram Orientalem & marchionatum Landisberg. Albertus etiam filius suus terram Thuringiæ obtinuit.* CHRON. MISNENSE apud LVDEWIG Reliquiis Mstorum Tom. VIII. §. CXII. p. 239. *hic Hinricus senio confectus diuisit filiis suis regnum dum adhuc viueret. Nam Albertum seniorem Thuringie præfecit, Theodericum marchionem Misn. & Lusatie Landisb. & dominum in Grotz constituit, Dresedenhaga cum pluribus castris Frederico iuniori filio commisit.* FABRICIVS *Origg. Saxon. lib. VI. p.* 586.

21) HIST. LANDGR. THVR. *c. LXIV.*

22) HIST. LANDGR. THVR. *c. LXV.* CHRON. MISNENS. §. CXX. *Contigit, quod idem Albertus Lantgrauius quandam concubinam adamaret dictam pulchram Konegundam de Ysenberg, quam publice & occulte multis annis tenuit sicque legitimam suam vxorem Margaretham filiam Imperatoris exosam habuit; quæ cernens se despici, Franckifordas ciuitatem circa Magonum fluuium se contulit & ibidem vitam in castitate & omni religiositate finiuit. Et sicut matrem filiorum suorum vxorem suam exosam habuit; sic & filios suos ex ea Fredericum, Titzmannum & Hinricum exheredare modis omnibus statuit.* TENTZELIVS *Friderico admorso Sect. II.*

23) HIST. LANDGR. THVR. *c. LXXI.* CONT. LAMBERTI *ad a.* 1281. TENTZEL *Sect. II. §. V.*

24) Verba sunt FABRICII *Origg. Saxonicis p.* 610. CHRON. MS. THVRINGIAE. *Anno Domini MCCLXXXI. ciuitates Tusciæ & Lombardiæ miserunt solempnes nuncios ad Fridericum filium Alberti Lantgrauii, petentes, vt dignaretur eis præesse & eos*

hæredibus defuncto succedebat Dicemannus, patre licet reluctante. 25) Anno 1287. adhuc durante discordia inter Albertum Lantgrauium Thuringiæ & filios suos, venit Rudolfus rex ad Thuringiam, & pacem inter eos fecit. Hac non obstante, Albertus dolens de malis, a filiis sibi illatis, volens eos exhæredare, vocauit filium suum Albertum, Iuniorem, Italis Apollonium vel Apitium dictum, natum de concubina sua Cunigunda, 26) quam postea in matrimonium duxit, & dedit ei castra Tenneberg, Brandeberg, Braytenbach, Brandenfels, Wildenecke, cum aduocatiis ad eadem castra pertinentibus. Et plura alia dedisset ei, in detrimentum filiorum suorum legitimorum, si domini terrarum non obstitissent. 27) Eodem anno Albertus, Thuringiæ Landgrauius, captus est a filio suo Friderico, & aliquo tempore ab eo detentus: sed per intercessiones nobilium, & ciuitatum, præcipue per mandatum Regis Rudolphi, postquam filio suo Friderico terras quasdam cessisset, liberatus. 28) Mortuo a. 1288. Henrico illustri successit in Misnia Fridericus, filius Alberti. 29) Anno 1290. Curiam Erfurti celebrauit Rudolphus, vt pacem redderet Thuringiæ. 30) Mortuo vero Rudolpho, dum filios suos sibi præualere videret Albertus, plura bona in Thuringia contra illorum vendidit voluntatem, & tandem pro XII. millibus Marcarum argenti puri vendidit Thuringiæ principatum regi Adolpho, reclamantibus filiis, Friderico & Dicemanno, & viriliter se opponentibus cum suis fautoribus. Rex autem Adolfus veniens ad terram Thuringiæ receptandam, quam emerat, recepit plures ciuitates & castra. Plures astiterunt filiis, & restiterunt regi hostiliter. Quod videns rex, congregato magno exercitu, crudelissime egit in Thuringia, totam terram deuastans incendiis & rapinis, nulli hominum parcens, nec viduis, nec pupillis, nec ecclesiis, nec ecclesiarum rebus, nec sacerdotibus, nec monasteriis sanctimonialium; sed sponsas Christi violantes, ac Thuringiam in maximas miserias ponentes. 31) Multi tamen de his flagitiosis hominibus occisi sunt. Deinde cum regis exercitus victualibus deficeret, & Rex sentiens exercitus sui detrimentum, se ad ciuitatem Mülhusen recepit. Et quia quamplures de exercitu violentius in ciuitate agerent, ciues ad arma cucurrerunt, & inquietos seu cruentos satellites percusserunt & occiderunt, ita, vt rex vix euaderet. Deinde rex ad terram Orientalem Misnensem se contulit, cepitque plures ciuitates & maximas exercuit crudelitates. Et sic bellum per quatuor annos fuit continuatum. 32)

§. V. In-

& eos defendere contra inimicos. Adde TENTZELIVM *Friderico admorso Sect. II. §. VI.*

25) HIST. LANDGR. THVR. c. LXXII. *Anno Domini MCCLXXXII. obiit Theodoricus marchio de Landisberg & Orientalis, filius Heinrici Marchionis Mysne senioris, relinquens filium, scilicet Fridericum nominatum Tuto, qui aliquibus temporibus transactis litigauit cum episcopis Nuemburgensi & Merseburgensi, & mortuus est sine herede. Cui successit in principatu Tytzemannus patruus suus, filius Alberti Lantgrauii Thuringie, frater Friderici.* CHRON. MISNENSE §. CXXI. *nam mortuo Frederico marchione Missn. dicto Tute patruo suo, Fridericus senior filius Alberti a ciuitatibus & magnatibus & comitibus terre Missn. & terre orientalis in dominum marchionem fuit receptus, quod multum displicuit patri suo Alberto.* Male igitur LANGIVS Chron. Citic. ad a. 1294. *eo tempore floruit Albertus Lantgrauius Doringia, potens & magnus, cuius vxor fuit Margareta, filia Friderici imperatoris, ex qua genuit duos filios Fridericum & Theodericum, qui & Titzmannus a quibusdam dicitur. Habuit & fratrem Henricum, qui dominabatur in marchia Misnensi, & Lusatia prouinciis. Is vicinus morti prædictos nepotes suos Fridericum & Theodoricum ad se venire iussit, hisque multis proceribus & nobilibus astantibus omne Misna, Lusatia ac Libonotria imperium resignauit deditque, cum heredem alium non haberet. Sicque princeps prius his ordinatis quieuit in pace. Quod pater eorum Albertus audiens, vehementer indignari cœpit contra filios, seque fratris successorem esse allegans & verum bonorum suorum heredem. Et nisi sponte cederent terris, eos bello & vi profligere minabatur.* Verum, nec Alberti frater erat Henricus, nec iste sine hæredibus fuit defunctus.

26) De hoc nomine Alberti iunioris vberius TENTZELIVS *Sect. III. §. I.*

27) HIST. LANDGR. THVR. *c. LXXIII.*

28) HIST. LANDGR. THVR. *c. LXXIV.* Extat pactum apud TENTZELIVM *Sect. III. §. VII.*

29) HIST. LANDGR. THVR. *c. LXXV.*

30) HIST. LANDGR. THVR. *c. LXXVI.* & Sectione superiori *§. XXVII.*

31) Quanta crudelitate Adolphi milites in Thuringia vsi fuerint, docet FABRICIVS *Origg. Sax. lib. VI. p.* 598. & præcipue versus antiqui, quos idem adducit in Annalibus Misnensibus *ad a.* 1295.

Mactauit cleros flentes, templique clientes,
virgineum violans cœtum, quod fuit aquum
Aras destruxit, plebs ergo plurima luxit.
Traxit ab Ecclesiis mulieres, dans sceleratis,
vestibus exutas, & misit currere nudas.

CHRON. MISNENSE §. *CXXIII. sqq.* VARILOQVVS ERPHVRDIANVS *p.* 493. *MCCXCIV. Adolfus Romanorum Rex in Thuringia circa villam Eisleben fixis tentoriis multa mala ex inopinato intulit, ex eo, quod emit terram Thuringia pro XII. millibus marcis puri argenti ab Alberto Seniore Lantgrauio, resistente Theoderico iuniore Lantgrauio, cui non solum hereditatis imo etiam emtionis iure debuerat. Famelici Regis impudici canes nec sanctimonialibus nec orphanis aut viduis pepercerunt, nec a sacerdote celebrante manus cohibuerunt, altaria denudauerunt, vestes sacra, pallia altaris, libri cum calicibus distrahuntur. Deo autem gratias quod nauiculam Erfurti inter tot & tantas procellas sua manu conseruauit, tum vtique ab his qui cum Domino Moguntino Episcopo aduenerunt, & intra vrbem ficta pace & amara, vt prius patuit, intentione commanebant. Fixit idem rex castra apud Mittelhusen, item Vitpechi, vbi Ecclesiam S. Andreæ spoliantibus truculentus Rex, quasi pro sua innocentia tantum ficta, ad ianuam Ecclesia se applicuit malefautoribus fecit manum vnam amputari. Deinde ad partes Misniæ se applicuit, vbi castrum Friburg cepit Marggrauiumque Misnensem patria & honore priuauit, multaque mala faciens terram totaliter deuastauit.* TENTZEL *Hist. Friderici Admorsi Sect. III. §. XVI. sqq.*

32) HIST. AVSTR. ad a. 1295. *Adolphus Rex Romanorum Misniam cum exercitu intrauit, ibique per totam hyemem commorans, terram Mysnensem potenter subiugauit,* H. STERO *ad a.* 1293. H. REBDORF

§. V. Inter hæc, Adolphus a. 1294. Principes ad expeditionem contra Gallos hortatur, quorum etiam nonnulli iter dirigunt versus Vesontionem, ad repetendum Regnum Arelatense, siue Prouinciæ Comitatum aliasque, quas dicebant Imperii esse Prouincias. 33) Accedebat discordia inter Philippum Pulcrum Francorum Regem, atque Eduardum, Regem Angliæ, idque vel ex veteri æmulatione, vel orta Anglos inter atque Normannos in finibus Nauarræ contentione, Gallis omnem Gasconiam, quæ Anglorum erat, occupantibus. 34) Rex autem Angliæ cupiens adgredi Franciam, percusso XI. Kal. Nouembris 1294. West-Monasterii cum Adolpho fœdere, 35) triginta millia marcarum 36) pro auxilio

...ORF sub initium: *tertio anno regni sui manu armata idem Rex intrauit Thuringiam & Misniam, vocatus a Marchione Misnensi, qui filium suum voluit exheredare indignatus eidem, & predictas terras quasi totas sibi obtinuit, data pecunia eidem Marchioni pro eisdem.* HIST. LANDGR. THVR. c. *LXXVIII.* LANGIVS *Chr. Cit. p.* 817. SIFRIDVS PRESBYTER *ad a.* 1294. PAVLLINI Annales Isenacenses §. *LXXI.* & *sqq.* ANN. COLMAR. ad a. 1294. *Rex Adolfus circa aduentum Domini terram Missnensem potenter ingressus est. Ciuitas Missina ei se tradidit, castella duodecim expugnauit, totam terram cum magna potentia deuastauit.* Iidem ad a. 1295. *Adolfus Rex Roman. circa Kalendas Augusti, cum exercitu magno terram Missinensium secundario subintrauit.* ALBERTVS ARGENTINENSIS p. 109. *Rex Rom. infideliter agens, se non disposuit ad bellum,* (cum Francis) *sed a Marchione Missenensi, nepote olim Friderici Imp. ex filia, odio habente filium suum, eundem Marchionatum emit, & tempore breui possedit, exceptis quibusdam munitionibus: quia filius Marchionis, Fridericus nomine, eiecto Principe, occupauit eundem. Princeps autem Misniam potenter ingressus, crudelia multa peregit. Verum enim castrum vincens, CL. qui Domino suo castrum manu tenuerunt, decollauit.* CHRON. Elwangense ad a. 1294. *idem Rex* (Adolfus) *Misnam profectus, Marchionem ditioni suæ subegit.* H. STERO vero ad a. 1293. *Adolphus vero Romanorum Rex terras Thuringiæ & Misnenses rebellantes sibi intrauit, & duobus annis manens ibidem expugnauit easdem & nepotes olim Friderici Imperatoris persequutores Ecclesiæ, qui easdem terras occupauerant eiecit penitus ab eisdem.* TRITHEMIO tamen haut adsentimur, qui in Chr. Hirsaugiensi ad a. 1292. dicit: *Idem Rex Adolphus totum Principatum Misnensem pro magna pecuniarum summa coëmens incorporauit Imperio, quem cum filiorum suorum alicui dare potuisset, quemadmodum Rudolphus fecerat cum Ducatu Austriæ, nequaquam voluit, sed eum Imperio cunctis regni sui diebus reseruauit.* Ipsæ enim rerum circumstantiæ satis docent, Adolphum hoc ipso suæ prospicere voluisse familiæ. Neque vera sunt, quæ ad a. 1293. dicit: *eodem quoque anno Rex Adolphus contractis vndique copiis ingentem contra Misnenses duxit exercitum, quorum Princeps, quem Marchionem vocabant, Romano diu rebellis Imperio extiterat. Rex vero Adolphus Marchionatum ipsum potenter ingressus, Marchionem superauit, & procul extra patriam proscripsit. Magnam deinde auri summam ex pia consideratione legitimis donauit heredibus, comparatumque pecunia simul & armis principatum illum Romano imperio totaliter subiecit & ipsum pacifice possedit deinceps, quamdiu regnum obtinuit.*

33) H. STERO ad a. 1294. *eodem anno orta est discordia inter Regem Franciæ ex vna parte, & Edwardum Regem Angliæ ex altera & Adolphus Romanorum Rex plus fauens Regi Angliæ, repetiuit a Rege Franciæ regnum Arelatense & quasdam alias terras & prouincias, quas dicebat esse Imperii. Insuper & spineam coronam Domini, quas nisi redderet, eas quod in manu forti vellet requirere demandauit, & ob hoc multi Comites & nobiles, sicut Comes Flandriæ & de Bar, & alii se eidem Regi Franciæ opposuerunt, qui ei antea consueuerant adhærere.* Eadem fere habet EBERHARDVS *ad a.* 1294. Vid. etiam Sectio superior §. *XXV.* Accedebat, quod Otto Burgundiæ Comes Palatinus a. 1294. se tanquam vasallum Gallis subiecisset, prout ex Bonifacii epistolis *lib. II. ep. XCVIII.* demonstrauit le P. DANIEL sub Philippo Pulcro p. 291. NIC. VIGNARIVS *Chron. Burgund. ad a.* 1294. 1295. *Adolphus Imperator stipendio ab Anglo Rege accepto, bellum Galliæ Regi cum superba denuntiationis formula hoc anno* (1294.) *indixit nomine regni Arelatensis, & aliarum prouinciarum, quas Reges Franciæ ex Imperio detinere prætendebant.* Adde P. SAXII Pontificium Arelatense sub Rostagno II. ad a. 1294.

34) Singularem quidem caussam habet CHRON. COLMAR. p. II. p. 54. dicens: *rex Franciæ filiam suam filio Regis Angliæ desponsauit, & ei pecuniam multam & ciuitatem maritimam magnam atque bonam, cum adiacentibus sibi dedit, quod eam filio Regis matrimonio copulauit. Cum iuuenis iuuenculam per tempus aliquod habuisset, iuuencula viam carnis ingreditur, liberi post matrem breuiter sequebantur & pater hæres efficitur paruulorum. Ciues vero Ciuitatis quam Rex Franciæ filio Regis Angliæ cum filio tradiderit, ægre tulerunt esse sub Anglis. Rogauerunt igitur Regem Franciæ, vt dominium ciuitatis supra memoratæ, quantocyus per euictionem ad se redire faceret, quia vellent ei in solutione pecuniæ pro posse suo voluntarie subuenire. Audiens hæc Rex Franciæ, Regi Angliæ mandauit, vt ciuitatem memoratam, pro qua dare sibi vellet pecuniam competentem, sibi redderet. Gauisus Rex Angliæ dedit Regi Franciæ ciuitatem, sub certa pecuniæ quantitate. Rex Franciæ cum ciuitatem traxisset in propriam potestatem, Regi Angliæ promissa soluere recusauit. De hoc Angliæ Rex indignatus, Regem Franciæ annis pluribus infestauit.* Verum falsa hæc esse, patet ex eo, quod Eduardus II. Eduardi I. filius filiam Philippi Pulcri demum post mortem patris a. 1307. duxerit, prout ex THOMA WALSINGAMO *Hist. Angl. p.* 95. patet. Hæc, quam adduximus, caussa, patet ex eodem WALSINGAMO *p.* 61, MATTHAEI WESTMONASTERIENSIS Floribus Historiæ Anglicanæ, P. DANIEL *Histoire de France p.* 286. ROO, GVAGVINO *Hist. Gall. lib. VII. p.* 119.

35) CHRON. COLMAR. p. alt. p. 54. *audiens Rex Angliæ quod Rex Franciæ Regnum Arelatense Regi Romanorum subtraxisset, atque filiæ tradidisset, mandauit Regi Romanorum Adolpho, quod si vellet eum iuuare, quo ciuitatem, quam sibi Rex Franciæ subtraxerat, recuperaret, eum propria persona, cum hominibus, cum pecunia fideliter adiuuaret.* Ipsum fœdus reperitur apud du MONT *Corps Diplom. Tom. I. p. I. p.* 423.

36) CHRON. COLMAR. p. alt. p. 55. *tunc Rex Angliæ misit Regi Romanorum XXX. millia marcarum (vt retulit qui vidit,) vt hominibus armatis necessaria ministraret. Acta sunt hæc anno Domini MCCXCVI.* ANNALES COLMAR. ad a. 1297. *Rex Angliæ misit præcedenti anno Regi Romanorum triginta millia marcarum, vt ei armatos viros ad rerum suarum mitteret defensores.* Hinc, dum isti ad fidem certam prouocent, minime adsentio ALBERTO ARGENTINENSI *p.* 109. & MVTIO *lib. XX. p.* 202. qui centum millia marcarum faciunt

 37) MV-

xilio ipsi præstando, destinauit, inter Principes etiam Germaniæ distribuenda. 37) Hanc pecuniam ad emendam Thuringiam impendit Adolphus. 38) Ipsi Burgundi quoque Adolphum contra Gallos inuitabant. 39) Albertus Austriacus vero Galli partes sequebatur. 40) Interim occupata terra Misnensi, iter suum a. 1297. versus Alsatiam dirigebat, seque contra Regem Franciæ præparabat, immo cum equis bis mille phaleratis in auxilium veniebat Regi Anglorum. 41) Sed audiens, quod Germaniæ quidam Principes contra ipsum machinarentur, reuersus paullo post in Misniam. Papa etiam Adolphum cum Francis in concordiam reducere conabatur. 42)

§. VI. Post hæc, anno 1297. Moguntinus Archiepiscopus Gerhardus, Wenceslaus II. Rex Bohemiæ, Albertus, Dux Austriæ; duo Marchiones de Brandeburg, & Dux Saxoniæ, congregati in die Pentecostes, quo idem Rex Bohemiæ per Dominum Moguntinum coronabatur, Pragæ condixerunt diem, in quo apud Egram conuenire deberet, vt contra prædictum Romanorum Regem, conspirationem suam perficerent. Sed per potentiam ipsius Regis impediti, in loco condicto non poterant conuenire, sed, apud quoddam oppidum Bohemiæ, nomine Chadan, conuenerunt prædicti socii Archiepiscopi Moguntini, qui per militiam Regis obsessus est in quodam castro, a suo itinere retardatus, & ob hoc, eorundem Principum, qui se dicebant alium Regem velle eligere, machinatio in irritum fuit versa. 43)

§. VII. Dum autem Adolphus ad Electorum voluntatem regnum regere nollet, 44) missis nunciis ad Albertum, Austriæ Ducem, ipsum ad regnum acceptandum inuitarunt, & facto a. 1298. Viennæ illustri conuentu Regis Vngariæ, Bohemiæ & multorum Principum atque Episcoporum Germaniæ, conspirationem contra Adolphum inierunt. 45) Albertus etiam Wenceslao in hunc casum si Imp. fieret, immunitatem a nexu clientelari erga S. Romanum Imperium, absentiam liberam a Comitiis ab Imp. indictis, & priuilegiorum confirmationem promittit. 46) Postquam igitur Papa adnuisset, Curiam Francofurti

37) MVTIVS c. l. *abrogationis caussa fuit, quod a rege Angliæ acceperat centum millia marcarum argenti, vt auxilium ferret illi contra Gallos. Huius summæ partem debuisset in conscribendum exercitum impendere, partem etiam inter Principes Germaniæ diuidere. Sed sibi fere totam seruauerat, nihil Principibus dederat, milites paucos sine stipendio miserat in Flandriam, spem magnam prædæ fecit militibus, quam essent inuenturi in Flandria. Atque hac via destituit & prodidit, si quis recte existimet, rem, regem Angliæ, & defraudauit Principes Germanos: quanquam illa pecunia vsus sit in Misnensi ducatu emendo, quem vt sic dicam incorporauit imperio, quod illi excusationi.* TRITHEMIVS *Chr. Hirs. ad a.* 1294.

38) ALBERTVS ARGENT. p. 109. *Rex autem Angliæ propter antiquam Dominiorum guerram, cupiens aggredi Francum, centum millia marcarum argenti pro auxilio sibi promisso, sed non præstito, Adolpho Principi destinauit: qui Rex Rom. infideliter agens, se non disposuit ad bellum, sed a Marchione Missenensi, nepote olim Friderici Imp. ex filia, odio habente filium suum eundem Marchionatum emit, & tempore breui possedit, exceptis quibusdam munitionibus.*

39) ANNALES COLMAR. ad a. 1297. *ad Regem Romanorum Burgundi venientes, suppliciter deprecantes, quatenus a Rege Franciæ defenderet, quia eos pro Regno Arelatensi sæpius infestaret. Rex vero promisit, se ante festum Mariæ Magdalenæ venturum & eos pro viribus defensurum.*

40) ALBERTVS ARGENT. p. 110. *intenderat autem Princeps* (Adolphus) *facere brigam Duci Austriæ: propter quod multi Australium superbiebant contra Ducem. Dixerat enim Dux; Si Dominus Romanorum Rex stipendiarius est Anglici factus, & ego minore dedecore stipendiarius ero Franci.*

41) ANNALES COLMAR. ad a. 1296. *Romanorum Rex Adolfus expugnata terra Dominorum Missinensium, iter suum versus Alsatiam dirigebat, seque præparabat ad eundum contra Regem Franciæ, vt eum de rebus propriis extirparet.* ad a. 1297. *Rex Romanorum venit in adiutorium Regi Angliæ cum equis bis mille phaleratis.*

42) CHRON. COLMAR. p. alt. p. 55. *Rex Romanorum cum de Alsatia peruenisset ad terram inferiorem, congregauit exercitum, vt cum Rege Angliæ terram Regis Franciæ pro viribus demoliretur. Audiens hæc Papa, compassus hominibus, timens eorum occisionem, misit duos Legatos & Magistrum ordinis fratrum prædictorum, & magistrum ordinum Minorum, ad Reges supra memoratos, vt inter eos ad tempus facerent pacem, vel simpliciter concordarent. Cardinales cum duobus Magistris Ordinum litem Regum quibusdam nobilibus commiserunt, vt ipsi infra annum compositionem amicabilem inuenirent, quam Papa postea confirmauit.*

43) Hæc verbis H. STERONIS *ad a.* 1297. scribo. Adstipulatur H. REBDORF *ad a.* 1297. ROO *lib. II. p.* 58. SIFRIDVS *ad a.* 1296. *p.* 701. De solenni coronatione VVenceslai saltim agit HISTORIA AVSTRALIS PLENIOR *ad a.* 1297.

44) CHRON. COLMAR. p. alt. p. 56. *quidam ex Principibus Electorum Regis, scil. Archiepiscopus Moguntinus, Dux Saxoniæ, & Dux de Brandeburg, videntes, quod Adolphus, Rex Romanorum, nollet Regnum secundum eorum regere voluntatem, taliter sibi mutuo loquebantur.* Clarius adhuc M. CHRON. BELG. p. 271. *cum vero negligentius se ad principes, qui eum in culmen tanti honoris euexerunt, gereret, consilia eorum postponens, & militaris ordinis homines eis præponens, in odium eorum incurrit. Vnde Gerardus Moguntinus, & cæteri Nobiles superiorum partium, indignatione commoti, illustrem Ducem Austriæ nomine Albertum, filium quondam Regis Rudolphi euocauerunt, vt regnum obtineret.*

45) HIST. AVSTRALIS ad a. 1298. *cum autem Rex Adolphus Ducem Albertum vellet circumuenire, terris suis priuare sine caussa, ecce per Principes prædictos, qui ad Ducem vsque Viennam venerunt, facta est valida conspiratio aduersus Regem Adolfum, quorum consilio & auxilio prædictus Dux Albertus vocatus ab Archiepiscopo Moguntinensi Domino Siebardo* (leg. Gerhardo) *in capite ieiunii cum paucis Australibus, & fere trecentis Vngaris proficiscitur, per Bauariam conditionaliter & pacifice, per Sueuiam autem bellando malis gratiis Regis Adolphi Argentinam vsque peruenit, vbi ab Episcopo eiusdem loci & a multis nobilibus gloriose est receptus.* CHRON. AVSTR. *ad a.* 1298.

46) Prout litteræ desuper datæ testantur apud LVDEWIG *Reliquiis Mstorum Tom. I. p.* 440.

47) CHRON.

furti in festo Philippi & Iacobi pro regni negotiis diuersis edixerunt, & Regem Adolphum, atque Albertum Ducem ad eandem euocarunt. Et licet Adolphus contradiceret, Moguntiæ tamen, pronuntiata coram Populo in Adolphum depositionis sententia, in vigilia B. Iohannis Albertum Austriacum elegerunt. 47)

§. VIII. Quod si igitur depositionis caussas consideremus, tales proferebantur, quod Imperio esset inutilis, idemque non curaret, ecclesias vastasset, virgines stuprasset, ab Anglorum Rege stipendia accepisset, Rempublicam dissipasset magis quam auxisset. 48) Procuratores in Rheni partibus dederit iniustos atque crudeles, 49) Thuringiam Misniamque tentasset. 50) Ast, Imp. imputandum minime quoque erat, quod milites ipsius, vel Procuratores perpetrauerant. Nec contumeliosum videbatur; quod se in auxiliis Anglorum Regi futurum promisisset, accepta ad legendos alendosque milites pecunia, maxime cum illam ad emendam, atque Imperio vindicandam Thuringiam impendisset. Ast, hoc Electoribus minus placere videbatur, quod acceptam ab Anglis pecuniam non inter eosdem distri-

47) CHRON. COLMAR. p. alt. p. 57. *principes his visis literis Papæ conuenerunt, & colloquium seu Curiam in festo sanctorum Philippi & Iacobi pro regni negotiis edixerunt, & Regem Adolfum, & Ducem specialiter vocauerunt. Audiens hæc Adolfus Rex, nuntios misit ad Curiam, vt literas Ducis Austriæ seu Principum electorum Regis irritas facerent aut delerent. Cum nuntii Regis ad Curiam peruenissent, & Papæ Regis negotia reuelassent, taliter respondit: neque Dux Austriæ neque Principes ad petitiones quas porrexerunt a me literas poterant impetrare. Si autem literas aliquas obtinuerunt, hoc per me non fecerunt: quia hoc die me penitus ignorare, & verbis meis credatis, dicatisque secure Regi, vt venias ad me, & ipsum in Cæsarem consecrabo. Auditis his, nuntii Regis ad propria redierunt*, Idem CHRONICON p. 58. *vigilia natiuitatis Ioannis Baptistæ, cycli Lunaris VII. tres Electores regis Romanorum Moguntinus, Brandenburgensis & Saxo, Moguntiæ conuenerunt, campanas compulsauerunt, populum conuocauerunt, quædam quæ fecerunt, quædam facienda fideliter retulerunt. Ascenderunt igitur in Ecclesiam, facies suas vertentes ad altare, manus suas eleuauerunt, per Deum viuentem iurauerunt: quod cum ante sex annos regnum Rege caruerit Romanorum, nos Electores tres, ex parte nostra & ex parte reliquorum Electorum, qui in nos eligendi vota sua transtulerunt, iure ac canonice Adolphum de Nassowe, tunc non cognoscentes meliorem, in Regem elegimus Romanorum. Post electionem suam Adolphus Rex sapienter se tenuit, Electoribus atque prudentibus acquieuit. Post breue tempus Sapientum consilia spreuit, iuuenum consiliis acquieuit, & regenda minime terminauit. Diuitias per se non habuit, nec amicos, qui eum vellent fideliter iuuare. Electores videntes hos defectus regis, & plus quam viginti alios, Papæ significauerunt, rogantes, quatenus ipsum nobis dare auctoritatem absoluendi, & alium confirmandi vellet. (Id obtinuerunt) vt a pluribus dicebatur: nuncii vero Adolfi Regis dixerunt, quod his Papa simpliciter contradixerit.) Auctoritate igitur nobis commissa, Adolfum Regem insufficientem inuenientes, absoluimus eum a regiminis dignitate, & Dominum Albertum Ducem Austriæ, in Dominum & Regem eligimus Romanorum, & potestate nobis tradita similiter confirmamus, & Te Deum laudamus solenniter cantauerunt. Cumque Dux præsens non adesset, extra ciuitatem ad tabernacula perrexerunt, & ibi pannum pretiosum supra equum proiecerunt, Regemque desuper sedere præceperunt: & Te Deum laudamus cum magna lætitia cantauerunt.* HIST. AVSTR. H. REBDORF, H. STERO, CHR. AVSTR. *ad a.* 1298. ALBERTVS ARGENT. *p.* 110. N. CHR. BELG. *p.* 271. MVTIVS *lib. XXII. p.* 202. NAVCLERVS *vol. II. Gen. XLIII. p.* 979. 980. LEU. A NORTHOF *Chr. Marc. tom. I. p.* 34. GERH. A ROO *lib. II. p.* 59. 60.

48) SIFFRIDVS PRESBYTER p. 701. *in eadem solennitate* (coronationis VVenceslai II. Pragæ facta) *Principes Electores, vna cum Archiepiscopo Moguntino, Rege Bohemiæ, decreuerunt destituere Regem Romanorum, Adolphum, plures articulos contra Ipsum producentes; primus fuit: quia Ecclesias vastasset; secundus: quia virgines stuprasset; tertius: quia accepisset stipendia belli, ab inferiore Se, scilicet Rege Angliæ, quod Augusto non decet; quartus: quia Rempublicam non auxisset, sed magis dissipasset, & ob hoc Augustus de cætero vocari non deberet. His, aliisque de caussis, eodem anno, eidem Adolpho Imperium abiudicantes, Ducem Austriæ, Albertum, ipsum Regem Romanorum & Augustum nuncupant.* GERH. A ROO *lib. II. p.* 57. Patent etiam istæ ex loco ALBERTI ARGENTINENSIS supra allegato. Plenius easdem recenset TRITHEMIVS Chr. Hirsaug. ad a. 1298. *causæ, propter quas a regno fuit depositus, istæ fuere potiores. Primam depositionis eius causam Principes eo ita tempore assignabant, quod Imperio esset non solum inutilis, sed etiam infidelis, propterea quod Imperii coronam sperneret, & Italiam, Lombardiam, & alias nationes siue Prouincias Imperii non curaret, sed Regnum mancum & infirmum per suam negligentiam redderetur. Idem pacem & concordiam in regno turbaret, quam maxime fouere debuisset, dissensiones vbique lites atque discordias, & quod eius instinctu bella fierirent vbique in Regno per circuitum, per quod perisset iam publica fides atque iustitia, ipso bonos deprimente violenter. Tertiam vero assignauere caussam, quod regnum nimis extenuaret dictis & expensis inutilibus, & propter suam auaritiam populum inconsuetis & importabilibus exactionibus grauaret, omnesque vires & neruos Imperii, nutriendo lites, non in exteros, male consumeret. Quartam assumpsere causam, quod Principes regni per superbiam suam contemneret, nobiles sperneret, Clerum despiceret, omnia Regni negotia, & maxime ardua, non iuxta consilia Principum, sed secundum proprii capitis iudicium omnia disponeret, contemptoque Principum consilio, vilium consultationes hominum sequeretur. Quinta depositionis causa fuit non vltima, de qua iam supra fecimus mentionem, quod videlicet pecuniam ab Eduardo Rege Anglorum accepit, magnum promisit auxilium atque iurauit, sed fidem non seruauit, pecuniam tamen retinuit. Sextam adduxere causam, quod latrociniis implesset Regnum, permitteretque prædones spoliare viatores & opprimeret pauperes eorumque castella & latibula, quæ Rudolphus Rex destruxerat, eius vel consensu, vel dissimulatione in perniciem reipublicæ iam vt plurimum essent restituta, & quotidie male fierent grauiora. His causis & quibusdam aliis quas breuitatis intuitu pertransimus, Adolphus Rex per Gerardum Archiepiscopum Moguntinum, & alios Principes, qui ad hoc conuocati apud Moguntiam conuenerant, a regno per sententiam deponitur.*

49) Vide supra §. *III.*

50) Vide supra §. *IV.*

distribuisset. 51) Graue etiam ferebat Moguntinus, Saxo & Brandenburgicus, Electores, quod nollet ad ipsorum voluntatem regere Imperium, 52) his potissimum Alberto, adfini suo fauentibus. Hinc nec caussas depositioni sufficientes, subfuisse putamus, nec modum, dum de officio ante non admonitus Adolphus. 53)

§. IX. Ast, multæ Germaniæ Ciuitates Regi Adolfo fidem ad ipsius obitum vsque tenuerunt. 54) Sic partibus ipsius adhuc fauebat Boemundus Treuirensis Præsul, & Rudolphus, Comes Palatinus, gener ipsius. 55) Ludouicus Dux Bauariæ, & pleræque Ciuitates Rhenenses. 56) Horum auxiliis arma contra Albertum mouebat Adolphus, castra etiam in Brisgauia castris opponebantur. 57) Tandem commissum est 2. Iulii in die Procesi & Martiniani, iuxta Wormatiam inter pagum Gellheim & Monasterium Rosenthal acre prœlium, in quo ab Alberto primum vulneratus, 58) occubuit Adolphus. Corpus

51) Hanc rationem etiam supra ex MVTIO *lib. XXII. p.* 202. vidimus.

52) Patet hoc ex sententia exauctorationis ipsa, supra iamdum ex ALBERTO ARGENTINENSI adlegata, quod *Sapientum consilia spreuerit & iuuenum consiliis adquieuerit & dictis* §. *VII.*

53) Legitime quidem ipsum depositum dicit ADLZREITERVS *Ann. Boiic. p. I. lib. XXV. c. XVI.* Ast, aliud tradit TRITHEMIVS ad a. 1298. scribens: *fuerunt qui scriberent, Adolphum Regem non iure, sed contra ius æquitatis a Regno depositum abrogatum & desertum: omnesque articulos præscriptos in eum falso & malitiose compositos, cum Princeps esset optimus, Regno vtilis. Vnde ferunt, Gerhardum Archiepiscopum Maguntinum omnium malorum in eum extitisse causam propter inuidiam: quippe qui ceteros in æmulationem contra Dominum suum Regem multis aliis modis concitauerit.* Certius ipsam pro iniusta venditauit BOECLERVS *Notitia Imperii lib. IV. c. I.* GVNDLINGIVS *Obseru. select. lib. I. obs. IV.* & singulari dissertatione IO. GEORGIVS SCHERZIVS *Argentorati* 1711. Idem dicimus in SYNT. IVR. PVBLICI *cap. XIII.* §. *XII.*

54) CHRON. COLMAR. p. alt. p. 59. *Ciuitatum Ciues hunc Regem* (Albertum) *deriserunt, & ei nullatenus parere voluerunt, eique vendere necessaria renuerunt: Regem Adolphum pro Rege tenuerunt, & ei necessaria præbuerunt, fidemque ad ipsius obitum vsque tenuerunt. Post mortem Adolfi Regis, ciuitates Albertum, Ducem Austriæ electum Regem a Principibus, subito pro suo Domino, receperunt, & in omnibus paruerunt.*

55) ALBERTVS ARG. p. 110. *fuerant autem quatuor Duces Bauariæ fratrueles, Rudolphus & Ludouicus fratres, superioris. Stephanus & Otto inferioris Bauariæ Duces. Veniente autem Ottone in auxilium Regis, Albertus strenuissimus Comes de Hohenberg in Sueuia ei obstaculum ponens, ab eo est in conflictu occisus.* TRITHEMIVS *Chron. Hirsaug.* ad a. 1298. de Adolpho dicit: *habebat autem in sua parte generum suum, videlicet Rudolphum Comitem Palatinum Rheni de Heidelberg: Ludouicum quoque Ducem Bauariæ, Ciues etiam Wormatienses, Spirenses, Frankofurtenses, Geilenhusenses, Oppenheimenses, Prouincialem Hassiæ Comitem, Comitem quoque de Isenburg, & plures alios Comites, Barones, Nobiles, Ciues, Oppidanosque, quorum auxilio, si omnes debito conuenissent in tempore, aduersarios forte vicisset.*

56) H. STERO ad a. 1298. *qui Rex* (Adolphus) *illustrium Principum Dominorum Ottonis prædicti & Rudolphi Comitis Palatini Ducum Bauariæ, & quarundam ciuitatum Imperii, vt puta Spira, Wormatia, auxiliis iuuabatur.* TRITHEMIVS *Chron. Hirsaug. ad a.* 1298. LEHMANN. *lib. V. c. CXXIII.*

57) ANNALES COLMAR. ad a. 1298. *Dux Austriæ venit in Brisgaudiam prope Kenzingen, ante festum S. Georgii cum Vngarorum Cumanorumque multitudine, volens ad electionem Regis Rom. peruenire, & vt deponerent, pro viribus laborare. Intelligens hoc Adolfus Rex Romanorum cum multo meliore atque maiore militia, cum multitudine copiosa hominum, ipsum velociter impediuit. Sed cum Rex Adolfus ad exercitum Ducis, propter aquam venire non potuisset, castellum Kenzingen, a Domino de Vsenberc ad tempus pretio comparauit, vt ad exercitum Ducis posset quando vellet feliciter peruenire. Timens autem Dux impetum Regis, suis hæc peditibus referebat: hac nocte me Rinaugiam præcedetis, ego autem ad vos cras veniam festinanter. Sequenti die, circa tertiam, castra propria succendit, & suos pedites sequebatur.*

58) HIST. AVSTRALIS ad a. 1298. *Archiepiscopus Moguntinensis Regem Adolphum, per sententiam iustam & condignam, Moguntiæ factam, execrat & condemnat, & in vigilia B. Ioannis Baptistæ, facta electione, Albertus Dux Austriæ, in Regem Romanorum est electus, ad quem tunc Episcopi, & alii multi Nobiles, confluunt, Comites & Potentes, cum quibus Albertus electus profectus est, ad quandam ciuitatem, dictam Alcey, quam expugnat & succendit; deinde inter Cœnobia Munstreis, & Rosenthal, castra metatus est; illic Ipsum depositus Rex, Adolphus, cum duobus Ducibus Bauariæ, Ottone & Rudolfo, & aliis multis Principibus & Comitibus, insequitur vehementer; Electus vero Albertus, expeditus ad pugnam, & in die SS. Processi & Martiniani, inter ipsos bellum est commissum; vterque vero comparuit in armis sub vexillo Regis Romanorum; sed sub vexillo Australi, Albertus electus victoriam obtinuit, & vicit, vbi Adolphus depositus occiditur.* Et paullo post: *cuius filius, cum multis Nobilibus, captiuatur, & quam plurimis occisis. Otto vero, Dux Bauariæ, & Rudolphus, Comes Palatinus, Gener Adolphi, fugam inierunt.* ANNALES COLMAR. *ad a.* 1293. GESTA BALDVINI lib. I. c. I. *Anno dominicæ incarnationis millesimo, ducentesimo nonagesimo octauo, in die beatorum Processi & Martiniani martyrum, prope monasterium Monsterdreyse ordinis Præmonsteriensis, Albertus Dux Austriæ Adolphum de Nassawa Romanorum Regem sæuiter occidit, congressione prœliali, seseque in regno intromisit, quod firmiter credidit gladio obtinuisse triumphali. Veruntamen procurauit ab electoribus se in Romanorum Regem electionis iure sublimari & Aquisgrani solenniter coronari.* H. STERO ad a. 1298. *& eidem Duci Austriæ post multos circuitos hinc inde habitos in loco qui dicitur Hasenpubel cum propria festinatione occurrit.* EBERHARDVS ad a. 1298. *in loco qui dicitur Geg.* CHRON. ELWANGENSE ad a. 1298. *in die Processi & Martiniani martyrum, Adolphus Rom. Rex occisus est in bello iuxta Wormatiam in campo dicti Burgentrich, a Ioanne Duce filio quondam Rudolphi Rom. Regis.* Locum vero hoc modo definit TRITHEMIVS Chr. Hirs. ad a. 1298. *Campus erat magnus haud procul ab Oppenheim inter villam, quæ vocatur Gillenheim & Cœnobium quoddam Cœnobialium Rosenthal, id est, vallum rosarum adpellatum: in quo Dux Albertus Regem Adolphum statuit expectare ad pugnam.* H. REBDORFII Annales ad a. 1298. *Dux Otto transiens inde venit ad Rhenum, vnde Rex* (Adolphus) *nimis præcipi-*

pus ipsius in vicinum monasterium Rosenthal fuit delatum, ibidemque sepultum. 59) Heinricus Lutzeburgicus vero huius & Alberti Corpus, Spiræ in sepulturis regiis sepeliuit. 60)

§. X. Inter ciuilia ipsius negotia est referendum, quod sub initium statim regiminis, in Comitiis Coloniensibus pacem publicam a Rudolpho Imp. constitutam confirmauerit. 61) Anno 1293. Eslingæ Comitia celebrauit, vt in Sueuia pacem firmaret, cui etiam omnes Sueuiæ Proceres interfuerunt, excepto Eberhardo Würtenbergico. 62) In Curia Noribergensi eiusdem anni constitutionem publicauit de insulis in Rheno natis & diuersis aliis capitibus. 63)

§. XI. Vxorem habuit Imaginam, Gerlaci, Limburgensis Dynastæ filiam, quæ ipsi a. 1289. fuit collocata. Ex hac varii ipsi tribuuntur liberi. Inter filios equidem Henricus iuuenis extinctus, Rupertus, qui Gutam duxit Wenceslai filiam, in prœlio prope Wormatiam a Moguntino captus; Gerlacus, qui patri successit in Nassouiæ Comitatu, Walra-

cipitans, ac præfatus Albertus, Dux Austriæ, congregato vtrinque Exercitu in diœcesi Wormatiensi prope villam Giselhaim bellum inierunt, in quo idem Rex Adolphus, nondum benedictionem Imperialem adeptus, occisus est, & in Spira sepultus, vnde versus:

Anno milleno, duceteno nonageno
octauo, Sancti Processi & Martiniani
Rex fuit Adolfus, pro Regni sede necatus.

ALBERTVS ARGENT. p. 110. *Cum Dux Austriæ veniens de Sueuia cum exercitu, iuxta oppidum Kentzingen castra metaret, Rex in Rubinco eundem locum accessit. Cumque propter flumen Eltzam exercitus se mutuo inuadere non possent, oppidumque Regi aperiretur. Dux cum hostili exercitu Sueuorum & Rhenensium equitum descendens, Moguntiam venit, ibique a quibusdam Principibus quasi congregatis, regemque tanquam inutilem Reipublicæ & Imperii destructorem destituentibus, in Romanorum Regem est electus. Cumque Regi Adolfo post eum descendenti, abesse nimiam multitudinem populi assistentis sentiret, se doluit descendisse, & ascendens iuxta montem Dornsperg, prope Wormatiam, expectauit. Rex autem feruens, metuensque Australem aufugere, non expectato peditum exercitu suo, cum equitibus suis celeriter sequebatur. Argutus autem a suis, dicentibus, aciem equitum esse minus fortem, noluit assentire. Aspiciens autem exercitum Ducis, quem credidit non mansurum, dixit: Verum dixistis, nostrum exercitum nimis breuem esse. Illis vero dicentibus, modo neglectum esse, inierunt conflictum. Erat enim Rex animosus valde. Australes autem habito consilio, exercitum suum declinauerant, vt acies Regis obuiam haberet Solem. Ipsisque aggredientibus, multisque hinc inde occisis & præ calore extinctis, inter quos Otto Dominus de Ochsenstein vexillifer Alberti, & Ludouicus Monachi, Pater valentis Petris custodis Lutenbacensis cum aliis, caloribus sunt extincti. Rex ipsum Albertum aggrediens dixit: non euaderis, sed hic Imperium dimittetis. Ille vero dicens, hoc est in potestate Dei, Regem iuxta oculum vulnerauit gladio. Prostratus autem Rex in terram per Comites Syluestres & alios, quos læserat, per quendam armigerum descendentem de equo leuata Regi galea, modico in collo vulnere est occisus. Quod videns Dux, nullum amplius occidi, sed capi præcepit. Sicque Adolfus, cum octo annis regnasset, nolens expectare suos, stultitia furia est occisus & in monasterio Frowenfeld, ad quod præsente Alberto venerunt, est sepultus, de quo scripti sunt versus:*

Anno milleno, trecentis bis minus annis
in Iulii mense Rex Adolfus ruit ense
per manus Austrani, Processi & Martiniani.

Victo autem Regis exercitu, cum Rex per ganiones spoliatus, omnino nudus iaceret, Moguntinus scilicet Gerhardus de Eppenstein occisi consanguineus, & machinator facti, videns Regem, fleuit, dicens: Cor validissimum periisse. Dux autem timens eundem G. Moguntinum variare promissa sua, dixit ei: a me non recedetis, meo negotio non perfecto. GERH. A ROO *lib. II. p.* 60. CHRON. COLMAR. *p. alt. p.* 59. 60. GOB. PERSONA *at. VI. c. LXVI.* M. CHR. BELG. *p.* 271. 278. MVTIVS *lib. XXII. p.* 206. LEHMANNVS *lib. V. c. CXVIII.* mentionem facit statuæ, in loco, vbi Imperator periit, erectæ, cum hac inscriptione: *Adolphus a Nassaw, Romanorum Rex, interficitur ad Gellinheim.* Addit FREHERVS *Origg. Palat. lib. II. p.* 62. in isto loco prœlii murum quadratum reperiri, cum imagine crucifixi & dicta Inscriptione.

59) HIST. AVSTRALIS ad a. 1298. *Adolphus vero in Cœnobio Rosenthal fuit sepultus.* H. STERO & EBERHARDVS ad a. 1298. *Rege sepulto apud Monasterium Rosenthal.* LEHMANNVS *lib. V. c. CXVIII.* Hoc autem loco prœlii vicinum fuisse, patet ex HISTORIA AVSTRALI *c. l.* in quo dicitur, Albertum inter Cœnobia, Münstreia & Rosenthal castra fuisse metatum. ALBERTVS ARGENT. vero *p.* 110. Monasterium Frowenfeld nominat.

60) ALBERTVS ARGENT. p. 115. *delato autem corpore Alberti Regis nauigio Spiram: Rex obuiam pergens funeri ad Rhenum, Reginam Vngariæ, occisi filiam, sub brachiis in ciuitatem traduxit, sed omnino voluit corpus Adolphi Regis inibi similiter sepeliri. Quo allato vno die sic Albertum & Adolphum Rom. Reges occisos: Henricus Rex Spiræ in sepulchris regiis sepeliuit, Alberto in vxoris olim Friderici Imp. Adolpho vero in eiusdem filiæ sepulchris, sepulto.* Addit GERH. A ROO lib. II. p. 71. *ita quibus inter se viuis conuenire non poterat, alma tellus commune omnium sepulchrum materno sinu mortuos complexa est, & ita coniunxit, vt vix palmo inter se distent.* Tale autem ipsi epitaphium statuit Matthias, Spirensis Episcopus, apud LEHMANNVM lib. VII. c. XI. *Adolphus de genere Comitum de Nassawe, Romanorum Rex, tempore Friderici de Bolandia Episcopi Spirensis, in hoc choro Regum sepultus, obiit anno Domini millesimo ducentesimo nonagesimo octauo, sexto Nonas Iulii. Et occisus per Albertum Ducem Austriæ, successorem in regno.*

61) Prout asserit LEHMANNVS *lib. V. c. CXIX.*

62) TRITHEMIVS Chr. Hirsaug. ad a. 1293. *anno item prænotato Rex Adolphus in oppido imperiali Eslingen apud Sueuos conuentum Principum habuit: ad quem omnes Sueuiæ Comites, Barones, ac nobiles conuocauit, qui mandatis Regalibus obtemperantes ire curabnt, solus Comes Eberhardus de Wirtenberg venire contempsit.*

63) Extat ista constitutio apud GOLDASTVM *Constit. Imp. Tomo vno p.* 215. Eandem MARQV. FREHERVS Commentatio illustrauit, qui etiam reperitur in repræsentatione Reipublicæ Germanicæ.

64) Hac

bus & Adolphus. Filiæ erant Adelheidis, Vestalis in monasterio S. Claræ Moguntiæ, Imagina, quæ innupta mansit, 64) & Mechtildis Rudolpho Palatino Electori nupta. 65)

64) Hac ratione Adolphi liberos recenset TEXTOR *Nassauischer Chronic. c. VII. p. 77.* Filias autem ipsum statim post coronationem elocasse, docent nos ANNALES COLMARIENSES ad a. 1292. *Rex liberos matrimonio elocat.*

65) ALBERTVS ARGENT. p. 109. *Rex autem Metzam filiam suam Rudolpho Duci Bauariæ Palatino in vxorem copulauit.* H. STERO ad a. 1295. *Rudolphus duxit in vxorem filiam Adolphi Regis, Mechtildem de Nassow nomine.* H. REBDORF CHRON. ELWANG. *ad a. 1291.*

SECTIO TERTIA
DE
ALBERTO AVSTRIACO.

§. I. Alberti Austriaci electio & coronatio. §. II. Corporis habitus & mores Alberti. §. III. Bellum Bauaricum & Vngaricum, Turegum obsidet. §. IV. B. cum Archiepiscopo Salisburgensi. §. V. Albertus veneno impetitur, sed valetudini restituitur. §. VI. Alberti pactum cum Philippo Pulcro, Francorum Rege. §. VII. Comitia Norisbergæ a. 1298. celebrata. Elisabetha regina coronatur. Controuersia inter Episcopum Eichstadtensem & Wormatiensem componitur. Rudolphus fit Dux Austriæ. Comitia Francofurtensia a. 1299. §. VIII. B. de Hollandia Imperio vindicanda. Albertus telonia ad Rhenum vindicare conatur. §. IX. negotia Alberti cum Bohemis. §. X. Negotium cum Papa, cum quo conciliatur, qui ipsi Regnum Galliæ adiudicat. §. XI. Negotium cum Friderico admorso, Misniæ Marchione. §. XII. Initia foederis Heluetici. §. XIII. Mors Alberti. §. XIV. vxores & liberi.

§. I.

SUccessit ipsi ALBERTVS I, dictus Austriacus, Rudolphi Habsburgici primogenitus. Hic resignata electione per triduum, apud Francofurtum, in vigilia Laurentii ab omnibus Electoribus in Romanorum Regem secundario est electus, atque in die Bartholomæi a Wichboldo Coloniensium antistite Aquisgrani solenniter fuit coronatus, 1) vbi tanta fuit hominum multitudo, vt Albertus Saxoniæ dux opprimeretur. 2)

§. II. Corporis habitum atque mores ipsius TRITHEMIVS 3) hoc modo describit, quod fuerit homo grossus, moribusque subrusticanus, monoculus, aspectu ferox, & pecuniarum nimis auidus. Quod tamen alii mitigare conantur, fortitudinis, industriæ, veritatis, animique excelsi, & a sæuitia alieni, nec vindictæ nimis auidi laudem ipsi tribuentes, licet studium prolatandæ ditionis in eo potissimum reprehendatur, quo bella non semper necessaria susceperit, 4) prout insequens testatur Historia.

§. III. Hic Rudolpho patre adhuc viuo varias gessit expeditiones. Anno 1289. defuncta Catharina, Rudolphi Cæsaris filia, Ottoni illustri Bauaro nupta, cum ea, quæ Ottoni dotis nomine erant tradita, prouincia, scilicet inter Danubium & Anasum non redderetur, nihilque pacati ab Henrico, Ottonis filio, qui terras istas possidebat, responderetur, collecto milite, adiuncto sibi Salisburgensi præsule, in Bauariam mouit. Terræ ab vtraque parte deuastantur. Tandem impetratis induciis, integra res ad Ludouicum Palatinum reiicitur. Fit tandem pax, & Henricus centum argenti marcas in belli sumtus numerat. 5) Postquam a Rudolpho patre Austriæ Ducatum fuisset adeptus, multa de finibus cum Vngaris bella gessit. Anno 1287. scilicet Posonium expugnauit. 6) Inde contra Iohannem Vngariæ Comitem, Austriam inuadentem a. 1289. egit, 7) atque a. 1290. Vngariam cum exercitu denuo intrauit. 8) Tandem vero mediantibus Episcopis & Comitibus terræ a. 1291. inter Andream Regem Vngariæ, & Albertum pax facta fuit, sub hac forma, vt ciuitates & castra, quæ ad regnum pertinent Vngariæ, Regi restituerentur: quæ vero ad Comitatum pertinerent Ioannis Comitis confringerentur. 9) Insequenti anno Turegum frustra obsedit, Nellenburgum vero castrum expugnauit & fregit. 10)

§. IV. Anno 1289. exorta est inter ipsum & Archiepiscopum Salisburgensem controuersia, pro quodam castro, quod prædictus Episcopus destruxerat. Hinc indignatione Dux commotus, collecto exercitu potenter contra Episcopum properauit, diuer-

1) HIST. AVSTRALIS *ad a. 1298.* ALBERTVS ARGENT. *p. 119.* H. STERO H. REBDORFFIVS *ad a. 1298.*

2) GERH. a ROO *lib. II. p. 61.* Erat iis Alberti I. Electoris nepos ex Rudolpho.

3) CHR. HIRSAVG. *ad a. 1299.*

4) GERH. a ROO *lib. II. p. 71. 72.*

5) GERH. a ROO *lib. I. p. 33.* ADLZREITER *p. I. lib. XXV. n. 7.*

6) HIST. AVSTR. PLENIOR ad a. 1287. *Albertus Dux Austriæ collecto exercitu cum Stiriensibus & Australibus intrauit Vngariam, & obsedit Bosonium: ciues autem cum communi consilio tradiderunt ei ciuitatem, castrum vero expugnauit, & posuit homines suos in eo.*

7) HIST. AVSTR. PLENIOR *ad an. 1289.* ROO *lib. I. p. 33.*

8) HIST. AVSTR. PLENIOR ad a. 1290. *circa natiuitatem Domini Dux Austriæ iterum collecto exercitu intrauit Vngariam, & castrum quod mons S. Viti dicitur, potenter expugnauit & obtinuit, prædam magnam duxit & recessit.* ROO *lib. II. p. 47.*

9) Hæc prolixe refert HIST. AVSTR. PLENIOR *ad a. 1291.*

10) ANN. COLMAR. ad a. 1292. *Albertus, filius Regis Rudolfi, Dux Austriæ, Langrauius Alsatiæ*

ıersa ipsius castra cepit. 11) Anno 1292. Ministeriales quidam Stiriæ potiores opposue-unt se, rebellauerunt, & conspirauerunt contra Albertum, vocato aduersus eum ipsius duersario, Ottone, Duce Bauariæ, cui etiam promiserant tradere terram illam, & recipere um in Dominum. Qui collecto exercitu copioso, vna cum Saltzburgensi Archiepiscopo itiriam intrauerunt, & multa mala fecerunt in terra. Quibus occurrens Albertus, manu alida, cum magnis laboribus per vias grauissimas niuium, quæ eadem hyeme superabun-labant, vix cum suis transiens, excepto, quod plus quam DC. rustici exercitum præce-lentes cum variis instrumentis per niues & loca deuia parabant ei viam. Qui cum venis-et, expulit Ducem Bauariæ cum suo Episcopo & fautoribus. 12) Tandem vero Stirien-es se submiserunt, atque cum Duce Bauariæ ac Archiepiscopo Salisburgensi habito Lincii onuentu a. 1293. pax fuit conclusa. 13)

§. V. Circa hæc tempora, cum a. 1295. Viennæ in palatio suo pranderet Albertus, enenatum ei ferculum fraude, nescio cuius, apponitur, quo degustato, maximo dolore orripitur. Medici vero ad violenta prope remedia tam præsenti vitæ periculo confu-gientes, omnem veneni vim, statu corporis inuerso, per os, & nares oculosque, & aures xpulere, neque aliquid eiusmodi sensit imposterum princeps, quam quod alterius oculi sfu caruerit, & facie subpallida fuerit. 14) Cum igitur per totam terram crederetur nortuus, Salisburgensis Austriam inuasit, & nouas salinas est demolitus. 15) Ast, recu-perata valetudine, Austriis parum fidens Albertus, 16) cum Sueuis suis, quos præ cæteris mabat, Bauariam & terras Salisburgenses inuasit, pacem tamen paullo post firmauit. 17)

§. VI. Primo statim regiminis anno, mense Augusto 1299. cum Philippo Pulcro, Gallorum Rege pacem fecit; societatemque iniit, potissimum, vt hoc ipso se contra Pa-pam defenderet, qui Albertum, tanquam Adolphi interfectorem reprobabat, 18) cum quo etiam multæ Philippo intercedebant controuersiæ. 19) Conditiones erant, vt Rudolphus Alberti primogenitus, duceret in vxorem Blancam, Philippi sororem, cui, eiusdemque hæredibus, Ducatum Austriæ & Stiriæ, nec non dominia Carniolæ, Marchiæ ac Portus Naonis traditurum se, promiserat, insuperque sponsæ eius Blancæ, in dotalitium Alsatiæ Comitatum & terram Friburgensem. 20) Hoc pacto d. V. Septembris 1299. inter Al-bertum & Philippum confœderatio fuit facta Argentorati, de mutua Imperii & Regni Fran-

satiæ, Comes de Kiburg obsedit Turegum potenter sex diebus: postea discessit, & obsedit. Castrum Nellenburg expugnauit & fregit.

11) HISTOR. AVSTRALIS *ad an. 1289.* H. STERO. EBERHARDVS *ad a. 1293.*

12) HIST. AVSTRALIS *ad a. 1292.*

13) HIST. AVSTRALIS ad a. 1293. *Rex Vngariæ, & Rex Bohemiæ, & Dux Austriæ, & Dux Bauariæ, ac Archiepiscopus Saltzpurgensis, quia eorum quidam diu discordes fuerunt, de gratia Dei ad firmam concordiam reuersi sunt, & gauisa est terra de pace inter Principes.* AVENTINVS *lib. VII. c. XI. n. 17.* GERH. a ROO *lib. II. p. 55.*

14) HIST. AVSTRALIS ad a. 1295. *Albertus Dux Austriæ & Stiriæ dolore oculorum nimium aquaritis* (forsan legendus agitatus) *imo vno oculo excæcatus, tandem morbis aliis accedentibus in die S. Martini Wiennæ mortuus esse dicebatur, sed per Dei gratiam precibus adiutus pauperum in breui restitutus est pristinæ sanitati.* ROO *lib. I. p. 56.*

15) HIST. AVSTRALIS *c. l.*

16) HIST. AVSTRALIS c. l. *Alberto ministeriales tam Austriæ quam Stiriæ resistentes contra eum in Stocharan, & in Crebenso simul conuenerunt, vt nisi consilio eorum annueret, & Sueuos, quosque nimium dilexit, de terra eiiceret, eum pro Domino habere nollent.* Et paullo post: *impingentes ei, quod nihil daret eis nisi Sueuis suis, & quod omnes prouentus terrarum suarum transmitteret ad Sueuiam, & inde compararet sibi ciuitates & castra & possessiones diuersas, & quod nobiles Dominas viduas & diuites relictas de terra, coniugio quandoque incopularet Sueuis suis, quod nec castra nec claustra ædificaret in terra, sicut fecerant prædecessores sui olim.*

17) HIST. AVSTRALIS ad a. 1296. *Dux verò assumptis Sueuis suis, cum eis descendit Bauariam, cupiens confirmare pacem inter ipsum & Ducem Bauariæ, & Archiepiscopum, & sic Sueui recesserunt de terra.*

18) De quo infra dicemus, §. X.

19) De hoc CONR. VECERIVS *in Hist. Henrici VII. pag. 64.*

20) Extat promissio desuper facta apud LEIBNITIVM *Cod. I. G. diplom. p. I. p. 39.* & du MONT. *Corps Diplom. Tom. I. p. I. p. 324.* in qua hæc verba: *voluimus, concordauimus, consensimus & promisimus, & concordamus, consentimus & promittimus, quod ratione contrahendi matrimonii inter carissimum primogenitum nostrum Rudolphum Ducem Austriæ, & nobilem Dominam Blancham dicti Regis Franciæ, eidem primogenito nostro & heredibus suis ab eo descendentibus Ducatus Austriæ & Styriæ, nec non Dominia Carniolæ ac Marchiæ & portus Naonis cum omnibus aliis iuribus & pertinentiis Ducatus & dominiorum prædictorum ac omnibus emolumentis, rebus & iuribus quibuscunque intra vel extra Ducatum constitutis, quæcunque cum ipso Ducatu ad Duces Austriæ solent hactenus deuenire & quomodolibet pertinere, perpetuo & hereditarie remanebunt. At nihilominus dedimus & concessimus, damus & concedimus & ex nunc assignamus & assignemus prædictæ sorori dotalitium seu donationem propter nuptias Comitatum Alsatiæ & terram de Fribourc Lausan. Diœcesis, cum omnibus iuris pertinentiis suis; quorum Comitatus & terra, qui præfato Duci perpetuo & hereditarie remanebunt nobilium homagia & fidelitates, ac vniuersitatum & incolarum villarum insignium iuramenta præstari faciemus, statim post contractum matrimonium, Procuratori dictæ Blanchæ Sorori dicti Regis pro ea solenniter stipulant, quod eidem sorori, si præfato Duci forsitan superuixat, tanquam fideles Vasalli & subditi Dominæ suæ, quoad vixerit, obedient & intendent; ac secundo genitum aliosque minores liberos nostros renunciare faciemus penitus & expresse; tum auctoritate & decreto nostro ac Electorum Principum ac Baronum regni Alemanniæ & alia quauis auctoritate, forma & modo, de quibus dicto regi Franciæ pro plena securitate expediens visum erit, & pro omni iure sibi competenti vel competituro in Ducatu, Comitatu, terra, iuribus, & pertinentiis supra dictis.*

21) En-

Franciæ defensione. 21) Et dum ipsi Reges præsentes apud Vallum Coloris, siue Vaucouleur, Lotharingiæ castrum, prope Commerciacum ad Mosam situm, conuenirent, 22) vtrumque pactum die VIII. Decembris 1299. denuo confirmarunt. 23) Eadem die, nouum pactum per vtriusque procuratores iuramento confirmatum, vt vnus ex filiis Regis Franciæ duceret in matrimonium vnam ex filiabus Alberti Imperatoris. 24) In hoc conuentu demum Blanca Rudolpho fuit copulata. 25)

§. VII. Eodem anno a. 1299. solennem Curiam Norimbergæ post festum B. Martini celebrauit, ad quam omnes Principes officiales Imperii venerunt, 26) & alii quamplures Principes & nobiles magno numero 27) interfuerunt, inter quos cum regio adparatu interfuit Wenceslaus, Rex Bohemiæ. 28) In eadem etiam controuersia inter Eystadtensem & Wormatiensem, suffraganeos Archiepiscopi Moguntini super primo loco fuit composita. In hac festiuitate vxor ipsius Elisabetha, in Romanorum Reginam gloriose coronatur, officia sua cum magna festiuitate peragentibus Imperii Officialibus, 29) Electoribus. Ibidem filio suo Rudolpho, prout Francorum Regi promiserat, Austriam, Stiriam, Carniolam, Marchiam & Portus Naonis contulit, eundemque Principem fecit. In eadem Curia etiam multas leges de Pace publica constituit Albertus. 30) In eadem indulsit Bohe-

21) Extat illud pactum ap. LEIBNITIVM p. 40.

22) HIST. AVSTRALIS PLENIOR ad a. 1299. *Albertus Rex Romanorum, & Rex Franciæ Philippus cum magna pompa militum apud Gadior amicabiliter conuenerunt, vbi prædictus Rex Franciæ sororem suam Blancam filio Regis Romanorum Rudolpho copulauit in vxorem, in die Conceptionis B. Mariæ Virginis. Hæc facta sunt supradicto in confinio regnorum Regis Romanorum & Regis Franciæ in prato infra Tol & Gadior, quæ desponsatio Archiepiscopis Alemanniæ, Moguntinensi & Coloniensi, qui cum rege Romanorum illuc venerant, minus placuit, & huius desponsationis copulæ interesse noluerunt, sed deinceps metu suæ possibilitatis Romanorum Regem Albertum exosum habuerunt.* Sed in diplomate Alberti apud LEIBNITIVM locus vocatur apud quatuor Valles, vulgo *Quatre vaux.* Certius locum definit GVILIELMVS de NANGIACO: *Anno Domini MCCXCIX. Albertus Rex Romanorum & Philippus Rex Franciæ circa Aduentum Dominicum apud Vallem Coloris insimul congregati, inolita & antiqua vtriusque Regni fœdera ibi ad inuicem confirmarunt.* Situm huius castri ex eodem discimus, dum dicit: *Anno MCCXI. cum venisset Fridericus Imp. apud Vallem Coloris, quod castrum Lotharingiæ est super Mosam fluuium situm. Hodie dicitur Vaucouleur.* Vid. HADR. VALESIVS *notitia Galliarum, voce Vallis Coloris.* Male igitur Conuentus hic prope Fuldam dicitur fuisse celebratus, prout etiam contendit SCHATENIVS *Ann. Paderborn. ad a. 1299.*

23) Extat apud LEIBNITIVM *p. 41.*

24) Apud eundem *c. l.*

25) HIST. AVSTR. ad a. 1299. *Albertus Rex Romanorum, & Philippus, Rex Franciæ conuenerunt; vbi Rex Franciæ sororem suam, Dominam Blancam, filio Regis Romani adiunxit.* H. STERO ad a. 1299. id demum a. 1301. factum, perperam dicit.

26) H. REBDORFF ad a. 1299. *hic monoculus regnauit 10. annis; & primo anno regni sui solennem curiam habuit in Nurenberg, post festum B. Martini; ad quam omnes Principes officiales Imperii venerunt, & alii quamplures Principes interfuerunt: Inter quos cum magno apparatu interfuit Wenzeslaus supra nominatus Rex Bohemiæ. In qua solennitate cum contentio oriretur inter suffraganeos Archiepiscopi Moguntini tunc ibi præsentes, videlicet Eystatensem & Wormatiensem Episcopos super prioritate sedium, post eundem Archiepiscopum eorum metropolitanum, quia quilibet contendebat se debere immediate sedere post Archiepiscopum prædictum, prout etiam Eystetensis hæc priuilegia habere dinoscitur ab antiquo, & Archiepiscopus Moguntinus, tunc ibi præsens magis declinare videbatur ad Episcopum Wormatiensem; sed Conradus Eystetensis episcopus pro defensione honoris sui & Ecclesiæ, auxilium Gebhardi Comitis de Hirsbach.*

27) ANN. COLMAR. ad a. 1299. *Rex Romanorum in Nurenberg Curiam celebrauit, circa festum sancti Martini, ad quam duo millia militum peruenerunt.* CHRON. CONSTANT. apud PISTORIVM p. 674. *Albertus, obtenta Imperiali corona, Congregationem Imperii descripsit ad Nurenberg vbi Comitum, Baronum, Militum, & Nobilium, demptis plebeis, quinque millia & quingenti viri comparuere. Aderant & illic septem Principes Electores, & alias quinquaginta duo Principes, inter quos viginti quatuor Episcopi. Illic etiam Elisabeth, Menradi, Ducis Carinthiæ & Comitis Tyrolis, vxor Regis, in Reginam vngitur & creatur; & Dominica post Martini, grande habebatur Conuiuium, in quo Rex & Regina pretiosis suis Coronis, dum mensæ considerent, Wenzeslaus, Rex Bohemiæ, corona sua Regali ornatus, eisdem ministrauit, in cætera pocularia, scyphum, auro, iaspide, & aliis margaritis ornatum, apposuit.* H. STERO ad a. 1299. *Albertus, Rex Romanorum, celebrauit Curiam solennem, cum Principibus Alemanniæ: apud Nurnberch, cui interfuerunt Coloniensis, Treuirensis, Moguntinensis, Salzpurgensis, Archiepiscopi, & Ratisponensis, Patauiensis, Frisingensis, & alii Episcopi multi, item, Rex Bohemiæ, Dux Bauariæ, Rudolphus C. P. Rehni, Dux, Karinthiæ, & alii Nobiles multi.*

28) HIST. AVSTRALIS *ad a. 1298.* CHRON. COLMAR. p. alt. p. 60. *Rex Romanorum, Albertus, in Octaua Martini, in Nurenberg, Curiam solennem celebrauit, ibique Regina more debito coronatur, & pene omnes Electores præsentes extiterunt. Ibi dignitas cuiuslibet Domini, coram Rege solenniter recitatur, & quilibet Dominorum, Regi, in officio suo, sicut debuit, ministrauit, Rex vero Bohemus, cum pretiosissima veste & equo, qui ad mille marcas æstimabatur, sedens, in cypho aureo sibi porrexit.* M. CHRON. BELG. *p. 277.*

29) HIST. AVSTRALIS *ad a. 1298.* H. STERO *ad a. 1299.*

30) H. STERO ad a. 1299. *in eadem Curia edixit Leges, quæ inferius continentur: & filium suum Primogenitum pro Duce Austriæ deputauit.* THEOD. ENGELHVSIVS p. 262. *Albertus optimam fecit pacem in Alemannia, Curiam celebrans Nurenbergæ, edixit ibidem Leges nouas & bonas faciensque Primogenitum suum Ducem Austriæ, cui dedit filiam Philippi, Francorum Regis in vxorem.* Extat *Kayser Albrechts des Ersten ernewerte Satzung* apud GOLDASTVM *Reichs-Satzungen p. II. p. 24.* qua leges Friderici II. & Rudolphi Habsburgici nouis Capitulis auxit. Et licet GOLDASTVS nec annum, nec Comitia, in quibus fuerit publicata, indicet, factum tamen esse in hisce Comitiis Noribergensibus ex eo coniectamur, quod in priuilegio Ludouici Bauari Lindauiensibus concesso, quod reperitur in ACTIS LINDAVIENSIBVS f. 652. hæc leguntur: *vnd*

Bohemorum Regibus, vt inposterum Imperii officium & non coronati præstarent. 31) Inde, eodem anno Curiam Francofurti celebrauit, sed in ipsa nihil consummauit. 32)

§. VIII. Extincto anno 1299. Iohanne, vltimo Comite Hollandiæ, Gullielmi Bataui ex filio Florentio nepote, Albertus in sequenti anno cum magna potentia descendens, Comitatus Hollandiæ & Selandiæ, qui tanquam feuda Imperio vacabant, 33) & quos Iohannes, Hannoniæ Comes, Regis Guilielmi ex Adelheida sorore, nepos, occupauerat, apprehendere volens, præmonitus tamen, quod inferiorum partium Principes contra eum conuenirent, infecto negotio est reuersus. 34) Iohannes tamen postea ex Principum sententia Hollandiam in feudum accepit. 35) Eodem anno, cum ab Archiepiscopis, Moguntino, Treuirensi atque Coloniensi telonia, quæ sibi ad Rhenum vindicauerant, repeteret, 36) bellum fuit subortum, istis cum Rudolpho Palatino, quem ab antiquo Imperatoris iudicem esse dicebant, 37) contra Imp. conspirantibus, ipsumque sæuum, suarum, excommunicatum, optimique Cæsaris patricidam dicentes, immo Imperio plane exauctorandum, Comitia de nouo Imp. eligendo, esse habenda. 38) Verum Albertus Augu-

und wallen das Sie halten die Recht, die unser Vorfahr Selig Kunig Albrecht Selig, satz zu Nurnberg, do noch dem Landfrid, der auch in von unsern wegen geschworen ist. Vid. DATT *de Pace publica lib. V. n. 6. & sqq.*

31) Extat Alberti Constitutio apud GOLDASTVM *l. c. p. 48.* & GOLDASTVM *de Regno Bohemiæ Beylagen p. 154.* vbi hæc verba: *und wiewohl VVenceslaus der Kœnig aus Bœhmen, Unser aller liebster Bruder, als wir am Sontag nach Martini zu Nurnberg Hofe gehalten, und unter der Kœniglichen Cron gesessen, Uns auf Unser Begehren sein Schenck-Ampt unter seiner Cron verwaltet, solches aber aus keinem Recht noch Pflicht, sondern aus rechter Lieb, so er zu Uns gehabt und tragen thut: Derentwegen sollen forthin weder Er, noch andere seine nachkommende Kœnige zu Bœhmen darzu gezogen, noch von den Kunfftigen Rœmischen Keysern oder Kœnigen verbunden noch verpflichtet werden, sondern ihnen sol dieses gantz unnachtheilig seyn. Gegeben zu Nurnberg Anno 1299. im December, Unsers Reichs im Ersten Iahr.*

32) ANN. COLMAR. ad a. 1299. *Albertus Rex Romanorum in purificatione Curiam celebrauit in Franckinfurt, sed in ea nihil consummauit, & propter hoc in tempus aliud protelauit.*

33) TRITHEMIVS Chr. Hirsaug. ad a. 1300. *anno prænotato Rex Albertus contractis vndique copiis magnum adunauit exercitum, contra Ioannem Comitem Hannoniæ, propter Hollandiæ Comitatum, vt supra diximus, processurus ad bellum. Cumque ad Nouimagium Geldriæ oppidum peruenisset, litteras huiusmodi tenoris per omnem fecit Regionem publicari. Nouerint vniuersi, quod serenissimus Dominus Rex Albertus Romanorum semper inuictus, vacantem Hollandiæ Principatum, quem Carolus Imperator olim magnus Theodorico Comiti concessit in beneficium feudale, tam Iure, quam gladio ad Sacrum Romanum intendit reuocare Imperium.*

34) Verba sunt ALBERTI ARGENTINENSIS *p. 111.* CHRON. COLMAR. *p. II. p. 60.* M. CHRON. BELG. *p. 277.* Qua ratione vero Hollandia feudum Imperii dici possit, demonstrauit ANTONIVS MATTHÆI *de Nobilitate lib. I. c. XXXII. XXXIII.*

35) TRITHEMIVS *c. l. audiens Comes Hollandiæ Ioannes Regem Albertum cum exercitu suorum contra se venire ad prælium, congregauit & ipse maximam multitudinem pugnatorum, confortatusque & viribus, & animo, Regis Alberti intrepidus præstolabatur aduentum. Rex autem cum didicisset Comitis & vires, & constantiam animi, contra eum venire ad bellum non audebat, sed mediante Archiepiscopo Coloniensium Treugas interposuit, & pro confirmatione pacis Comitem ad Principum sententiam vocauit: quo veniente Hallandiam in feudum accepit.*

36) CHRON. COLMAR. p. II. p. 61. *cum Regi visum fuisset, quod Rhenum potenter teneret, & se confirmatum crederet, mandauit Archiepiscopo Moguntino, Archiepiscopo Coloniensi, atque cæteris accipientibus telonium supra Rhenum, ne incurrerent indignationem Regiæ Maiestatis. Episcopi Regi responderunt. Telonia nostra longo tempore debite accepimus, & Antecessores nostri longo tempore receperunt, & eos Reges Romanorum minime turbarunt. Vnde & nos hæc telonia nolumus voluntarie resignare. Rex, his auditis, significauit Papæ, quod Domini Archi-Episcopi supra Rhenum, fluuium, per telonium iniustas exactiones facerent, & totam terram grauiter perturbarent. Episcopos Papa corrigere tardauit. Rex tamen quomodo eos suis corrigeret, cogitauit, & de consilio suorum eos diffidauit.* SIFFRIDVS PRESBYTER *lib. II. p. 702.* M. CHRON. BELG. *p. 275.* HIST. AVSTRALIS *ad a. 1300.* LEHMANN *lib. VII. c. III.* Iniuria autem hoc esse factum putat SCHVRZFLEISCHIVS *Char. Euent. ad decid. controuers. illustres Contr. VII.* eo quod patientia superiorum Imperatorum, & diuturnæ possessionis titulus firmum constituendi dominii præsidium largiatur.

37) H. REBDORFF ad a. 1300. *Sequente anno circa festum B. Michaelis Dux Rudolphus & Comes Palatinus præfatus ab Electoribus Imperii Moguntinensi, Coloniensi, & Treuirensi Archiepiscopis vocatus fuit ad Rhenum, contra præfatum Regem Albertum; vnde iidem Principes contra ipsum Albertum conspirauerunt eligentes ipsum Rudolphum pro iudice, & asserentes ad Comitem Palatinum pertinere, quod sit officium Palatinæ dignitatis ex quadam consuetudine de causis cognoscere, quæ ipsi Regi mouebantur. Quare contra Regem proposuerunt, quod dominum suum proprium scilicet Regem Adolphum occidisset, ideo Rex esse non posset, & ad depositionem ipsius cogitabant. Quod audiens Rex Albertus, iratus & commotus fortiter fuit, & maxime contra præfatum Ducem Rudolfum, cuius auunculus extitit, quia sorori suæ iurans, quod omnia quæ ab Imperio obtineret, alienaret ab eo, videlicet Sueuicum VVerd, Nouum forum, & cætera, quod & fecit post hæc vadens contra præfatos Electores, Archiepiscopum Moguntinum manu potenti obsedit, Pingiam, & sic iidem Electores concordati sunt tandem cum eodem Alberto.*

38) AVENTINVS lib. VII. c. XIII. n. 8. *subsequenti anno Gerhardus Moguntinus Episcopus ab Alberto apud Rhenum pecuniam, quam ei pollicitus adhuc debebat, repetit. Sed Albertus ne tum quidem soluendo erat. Ideo pontifex cornu venatorium collo dependens, ostentans, in hoc, inquit, complures gesto Cæsares, eoque dicto abiit, cum collegis Boiomundo Treuerensi, VVichwaldo Agrippinensi aduersus principem conspirationem facit. Alios muneribus, illos pollicitis corrumpit. Hique vectigalia Rheni, quæ adhuc in prouerbio, (quod crebro vulgo vsurpari solet,) sunt, & tum Cæsaris erant, abrumpere conantur. Rudolphum præfectum prætorio Rheni, superioris, Vindeliciæ accersunt, eidem honorario arbitro, cuius ea prouincia esse solet Albertum criminantur, perfidiæ, & parricidii accusant: a pontifice Maximo quod opti-*

Augustanis, aliisque Imperii Ciuitatibus, vt Rudolphum bello adoriantur, imperat. Geldriæ item & Iuliaci Principibus, vt Coloniensem & Treuirensem armis inuadant, per litteras & nuncios iniungit. Ipse Moguntinum, belli caput, sibi desumit, multisque arcibus, oppidis, & vicis mulctat. 39) Impares Alberti viribus Episcopi, arma deponunt, a. 1302. veniam petunt, ad obsequium redeunt, pacem iurant. 40) Rudolphus vero prope iam bello exhaustus, cum ab omnibus desertum se videret, pacem & veniam supplex petit, & exorante pro eo matre, impetrat, numerata satis magna pecunia. 41)

§. IX. Eodem anno 1302. orta fuit discordia inter Albertum Regem, & Wenceslaum Bohemum, super quibusdam terris. Albertus cum tribus millibus galeatorum de Sueuia & Rheno, & cum quinquaginta millibus Hungarorum, & aliorum, Bohemiam potenter ingressus, eam per decem septimanas ignis incendio deuastauit, sed nullam munitionem euicit. 42) Anno 1303. Bohemiam iterum cum maxima armatorum multitudine potenter intrauit ad montes auri & argenti peruenit, & inde, imperfecto negotio ad propria remeauit. 43) A. 1305. cœpit Rex Bohemiæ Wenceslaus II. infirmari, vidensque sibi mortis periculum imminere, per litteras & nuntios cum Alberto iterum fuit conciliatus, & relicto filio Wenceslao III. successore, est defunctus. 44) Hic vero, procurantibus quibusdam Regni Baronibus, a milite quodam, Conrado de Potstein, ante coronationem, a. 1306. fuit occisus, hæredem non relinquens. Tunc Barones Regni, inconsulto Alberto, elegerunt sibi Regem Henricum, Ducem Carinthiæ, sororium præfati Regis Wenceslai II. occisi. Albertus igitur forti manu intrauit Bohemiam, & constituit ibi Regem filium suum Rudolphum, Ducem Austriæ, dans ei vxorem Elisabetham, Wenceslai II. viduam, sic ergo Regnum Bohemiæ ad Teutonicos fuit translatum. 45) Hoc anno 1307. nimio melonum vsu extincto, Regnum Friderico, ipsius fratri procurare conatur Albertus, atque denuo Bohemiam armata manu intrat, 46) sed paullo post fuit occisus.

§. X. Anno 1303. crescentibus dissidiis inter Philippum Pulcrum, Gallorum Regem & Bonifacium VIII. Papam, cum Romana Curia fuit conciliatus. Miserat enim Albertus statim post electionem suam nuntios ad Papam pro impetranda confirmatione suæ Electionis, quam tamen primum Papa denegauit, ea ex ratione, quod Adolphum, antecessorem suum interfecerit. 47) Accedebat & hæc ratio, quod vxor ipsius ex stirpe Friderici II. esset, qui Papis tam erat exosus. 48) Postea vero cum Philippo mandaret, vt regnum suum ab ipso Papa in feudum acciperet, idemque renueret, electionem Alberti anno 1303. in die Assumptionis B. Mariæ confirmauit, qua die idem Bonifacius Papa, Anagniæ residens, Regem Franciæ excommunicatum nuntiari & publicari mandauit, eidemdemque Alberto, verbo, non opere, Regnum Franciæ subiecit, sicut & alia Regna. 49)

§. XI.

mum Principem interfecerat, deuotum calumniantur: indignum esse supremo rerum humanarum fastigio vociferantur. Decreuerunt postremo, atque edicunt non placere ipsis, Albertum rerum potiri, huicque edicto Rudolphus nescio quam ob caussam ab auunculo desciscens subscripsit. ROO *lib. II. p. 62.*

39) ANN. COLMAR. ad an. 1301. *circa Kalendas Iunii cepit Albertus Rex Romanorum infestare Archiepiscopum Moguntinum, Coloniensem, Treuirensem, adiutoresque eorum, & destruxit villas, castella ac castra eorum, sine conditione omnium suorum inimicorum, Ciuitatem Bingin obsedit potenter pluribus septimanis, & vsque ad festum S. Michaelis non poterat expugnare.* ROO *c. l.* TRITHEMIVS *ad a. 1302.*

40) CHRON. AVSTRALE ad an. 1302. *Archiepiscopus Moguntinensis, Coloniensis, Treuirensis, cum Domino Alberto,* Romanorum *Rege concordauerunt, & pacis vnionem seruandam, perpetuo iurauerunt.* ANN. COLMAR. ad a. 1302. *Albertus* Rex *Romanorum circa festum Mariæ Magdalenæ congregauit exercitum in partibus superioribus, & descendit versus Coloniam, deuastauit villas & res Episcoporum inimicorum suorum septendecim septimanis, id est vsque ad festum Martini, docens velle procedere versus Holandiam atque Flandriam, & coegit Episcopos componere secum.*

41) AVENTINVS *c. l. n. 10.* ROO *c. l.*

42) ALBERTVS ARGENT. *pag. 112.* DVBRAVIVS *lib. XVIII. p. 488.* qui hoc bellum ob decimas Alberto denegatas, fuisse ortum, dicit.

43) ANNALES COLMAR. EBERHARDVS, CHRON. ELWANG. *ad a. 1303.* SIFFRIDVS PRESBYTER *p. 703.*

44) SIFFRIDVS PRESBYTER *p. 704.*

45) CHR. ELWANG. EBERHARDVS *ad a. 1305.* ALBERTVS ARGENT. *pag. 111. 112.* SIFFRIDVS PRESBYTER *p. 704.* AENEAS SYLVIVS *Hist. Bohem. c. XXX.* AVENTINVS *lib. VII. cap. XIV. n. 6. 7.* GERH. a ROO *lib. II. p. 67. 68.* GOLDASTVS *de R. Bohemiæ lib. II. c. VI. n. 13.*

46) DVBRAVIVS *lib. XIX. p. 504.* AVENTINVS *cit. loc.*

47) TRITHEMIVS Chr. Hirsaug. ad a. 1299. *Confirmationem siue vt proprie dicamus, coronam Imperii plures a Papa Bonifacio per nuntios & litteras Rex ipse petiuit, sed Pontifex hoc ei munus semper denegans respondebat: Imperio non esse dignum, qui Dominum suum Regem in bello proprium occidisset. Quæ responsio Papæ cum ei renuntiata fuisset, imposita sibi regni corona, & gladium tenens in manibus dicebat: quid ergo si Papa mihi coronam denegat? Electione Principum & Rex sum, & Imperator.*

48) GESTA BALDVINI lib. I. cap. I. *contra quem* (Albertum) *summus tunc Pontifex Dominus Bonifacius octauus, eo quod vxor eius esset de viperiali genimine seminis Friderici, aliisque multis de causis rigidas exercere sententias publicissime sublimauit.*

49) M. CHRON. BELG. *p. 278.* BENEVENVTVS de RAMBALDIS Historia Augustali; *Albertus, Dux Austriæ, Rudolphus filius, victo & occiso Adolpho electus est in Romanorum Regem, ab Electoribus, & a Bonifacio, Papa famoso, petiit venire ad benedictionem & Coronationem. Cui Bonifacius, magnanimus Tyrannus Sacerdotum, respondit: ipsum indignum Imperio, quia occiderat proditione Dominum suum Adolphum, in prœlio, & tenens Coronam in capite, & spatam ad latus, dixit: Ego sum Cæsar.*

§. XI. Anno 1306. Fridericus Misnensis Marchio, vna cum fratre suo Dicemanno infestabat ciuitatem Isenacensem, & quasdam Thuringiæ ciuitates, quæ regno Romano se subdiderunt, Alberti etiam auxilium implorantes, qui aliquos in Thuringiam misit Capitaneos, multa mala terræ inferentes. 50) Capto vero a Friderico castro Wartberg, Thuringiam obtinuit, patre se Erfurtum conferente. 51) Albertus autem Imp. congregato magno exercitu, misit eum anno 1307. contra Fridericum & Dicemannum & factus est pridie Kalend. Iunii 52) conflictus prope Misniæ villam Lucca, haut procul Pegauia, 53) vbi cæsus fuit exercitus Alberti, multi occisi, plures capti fuerunt: atque tanta strages fuit, vt in prouerbium abiret: *accedet eis quod Sueuis ad Luccam.* 54) Quod audiens Albertus, congregato magno exercitu, Thuringiam intrauit tempore messis: multa mala in terra fecit. 55) Et per interpositas personas multa placita cum Friderico habita sunt, propter captiuos: sed nihil fuit conclusum, nisi quod Fridericus pecuniam pro iisdem vellet soluere. Quapropter rex ad propria reuersus, & in reuertendo Stephanus dux Bauariæ ipsi occurrebat, & plures de exercitu ipsius occidit, plures cepit, rex Noribergam fugit, 56) Fridericus vero omnia recuperauit. Et licet Albertus nouum congregare vellet exercitum, occisus tamen fuit a Iohanne fratris filio. Audita morte ipsius, Ciues Isenacenses se Friderico subiecerunt, & sic potens factus Fridericus, per Thuringiam, Misniam, & terram Orientalem, ciuitates terræ Plisnensis, Altenburgum, Zuickauiam, Chemnitium ad Imperium pertinentes, ipsius primum tutelæ post Alberti Austriaci mortem

sar. Tamen postea, orta grauissima discordia inter Philippum, Regem Franciæ, & se, confirmauit Albertum. MVTIVS *lib. XXII. p. 202.* ALBERTVS ARGENTORATENSIS p. 111. *quem Papa Bonifacius diu odio persequens, & læsæ maiestatis crimine reum dicens, tandem similiter in odium regis Franciæ approbauit.* H. STERO & EBERHARDVS ad a. 1298. *postquam vero suborta est grauis discordia inter eundem Papam & Philippum Regem Franciæ, idem Bonifacius Albertum Imperatorem approbauit, eidem subiiciens regnum Franciæ, sicut alia regna.* H. STERO ad a. 1302. *Anno sequenti Papa excommunicauit Philippum regem Franciæ, quod pecuniam extra regnum suum portare non permisit, & Alberti regis Romanorum electionem admisit, subiiciens sibi regnum Franciæ.* ANNALES COLMARIENSES ad a. 1302. *nuncii Alberti Regis Romanorum de Roma venerunt, & Regi clausas literas portauerunt.* Ad an. 1303. *venerunt nuntii Alberti Regis Romanorum nuntiantes ei, quod D. Papa prædicasset in manifesto, quod esset verus Rex Romanorum, & dilectus filius eius.* Facit huc CHRON. COLMAR. p. alt. p. 62. *venerunt nuntii Regis Romanorum infra octauum Ioannis Baptistæ, Columbariam, dicentes, quod Papa in consistorio coram pluribus millibus hominum dixisset, quod Rex Romanorum esset verus, & in gratia sua: & quando veniret, sicut Rex teneretur, vellet eum consecrare in Cæsarem.* Extat oratio Papæ super hac confirmatione in Consistorio suo habita, apud P. DE MARCA *de Concordia Sacerdotii & Imperii lib. II. c. III.* & ex eo CONRING *de Fin. Imperii Annot. ad lib. I. c. VIII. pag. 43.* Albertum autem recusasse Francorum regnum, auctor est TRITHEMIVS *Chron. Hirsaug. ad a. 1301.*

50) HIST. LANDGR. THVRINGIAE cap. LXXXI. *Anno Domini MCCCVI. ciuitas Isenach, & quadam ciuitates in Thuringia, quæ propter contractum, factum per Albertum Lantgrauium & Adolfum, se regno Romano per fœdus & iusiurandum seu homagium subdiderunt; infestatæ a filiis Marchionis hostiliter & frequenter, qui totam terram Thuringiæ petiuerat tanquam hæreditatem paternam, & auxilium regis postulabant & consilium pluribus literis & ambasiatoribus. Tandem rex Albertus, veniens in Fuldam cum multis principibus ibidem vocatis, vbi Albertum Lantgr. Thuring. de emptione terræ Thuring. pro imperio amouit; & filiorum suorum contumacia ipsum grauiter corripuit; quos vsque compescere ibi publice condixit, tempore sibi opportuno: sicut & postea fecit, mittendo aliquos capitaneos in Thuringiam, qui multa mala terræ intulerunt.*

51) HIST. LANDGR. c. l. *postea vero Fridericus tantum Marchio Mysnensis, & filius Lantgrauii Alberti, per promotionem vxoris Alberti, cuius filiam habuit in legitimam castrum Wartberg obtinuit, & consequenter de illo castro totam terram Thuringiæ; & patrem suum amouit, qui præbendarius in Erffordia factus est ciuium, quibus multa bona prius in odium filiorum suorum vendidit; nouercam suam & vxorem propriam in Wartberg locauit & honorifice tenuit.* IO. GARZO *de bellis Friderici lib. II.*

52) Inde versus antiqui:

in sancto festo Petronellæ memor esto,
occidit Sauos Fridericus Marchio Sueuos

apud ALBINVM *Chron. Misn. Tit. XX. p. 257.*

53) SIFFRIDVS PRESBYTER ad an. 1307. *Sueui manu forti Vngariam & alias prouincias circumiacentes ingressi sunt multa castra & alias munitiones hostiliter inuadentes. Et tandem pergentes in terras Thuringiæ & Misniæ, miserabiliter interempti sunt, & reliqui in fugam versi, circa oppidum Luccam Numburgensis diœcesis.* FABRICIVS *Origg. Saxon. lib. 14. p. 620.*

54) HIST. LANDGR. c. LXXXII. *Fridericus Thuringiæ Lantgrauius & Marchio Mysnensis, filius Alberti Lantgrauii Thuringiæ, patre suo amoto, potens in Thuringia effectus est, anno Dom. MCCCVII. Eodem anno, Rex Albertus dux Austriæ audiens Fridericum Marchionem Mysnæ & Thuringiæ vicisse aduocatos suos, congregauit exercitum magnum de Austria, Bauaria, Sueuia, Bohemia, & misit ad partes Orientales contra Fridericum Marchionem Mysnæ, & contra Titzmannum Marchionem de Landisberg, fratrem eiusdem Friderici. Et factus est conflictus prope villam Lucka, & exercitus regis Romanorum occidit, & filii Lantgrauii victoriam obtinuerunt, & plures occiderunt, videlicet trecentos & LX, & plures captiuos duxerunt. Scriptores Misnenses hanc suorum victoriam nimium extollunt, dicentes, quod in fugam conuersi Sueui furnis & occisorum iumentorum corporibus asylum quæsiuerint, de quo sequens distichon:*

nunc timidi repunt in equorum corpora Sueui
concaua, nunc callida fornicis antra petunt.

FABRICIVS *Origg. Misn. lib. VI. p. 620.* TENTZEL *Hist. Friderici Admorsi Sect. III. §. XXVIII. XXIX.*

55) Hinc etiam prouerbium ortum *Schwaben und Schaben verderben Land und Gewandt;* de quo ALBINVS *Chron. Misn. lib. XX. p. 257.*

56) HIST. LANDGR. THVR. c. LXXXII.

 57) AVCTOR

tem sese subiecerunt, quæ postmodum ipsius dominio fuerunt subiectæ, dum Henricus VII. easdem vrbes a. 1311. vna cum terra Plisnensi Friderico oppignoraret, vsque dum eas Ludouicus Bauarus Friderici filio Friderico Graui genero suo plene concederet. 57) Et postea a. 1308. fecit generalem pacem per omnes terras suas, quam iurauerunt nobiles & ignobiles. 58)

§. XII. Inde statuta Spiræ an. 1307. in Sueuiæ partibus pace publica, cœperunt motus Heluetici. Albertus enim ab initio statim Imperii de principatu in Heluetia condendo, & superiori Germania cœpit cogitare. Et facile videbatur, vt Imperatori, & hæreditatibus paternis admodum opulento, dum plures iamdum possideret in terris istis Comitatus. Primum equidem cum Episcopis atque Prælatis egit, vt iurisdictionem quam habebant, ipsi cederent, ipsiusque susciperent protectionem, multi etiam Comites ipsius adgnouerunt superioritatem. Idem postulabat de Vrania, Suitia, & Siluania, ciuitatibus, his tamen iugum ipsius subire denegantibus, Grislerum quendam equitem, Suitiis & Vraniis, Siluaniis quendam a Landenberg præfectum dedit. Illi sedes in arce antiqua supra Cassenacum: huic supra Siluam Sarna, infra Rotzenberg habitationi fuere. Hi tyrannos potius agebant quam præfectos, pro lubitu nobiliores quosque ad pœnam rapientes, adulteria & quæuis facinora alia perpetrare conabantur. Inter hæc Grislerus Altorfi, loco publico, prope tiliam, imposito in perticam pileo, eum, qui Imperatori & sibi deberetur, exhiberi honorem, additis custodibus, præceperat, negligentes aut abnuentes in vincula duci. His moti iniuriis Walterus Fürstius Vraniensis, Wernerus Stauffacherus Suitius, & Arnoldus a Melchthal Siluanius 17. Octobris 1307. in loco obscuro, cui Ruttelismatten vel Grütlin nomen, prope Mitlerstein e conspectu ferme Brunnæ, vici Vriorum, inter se de tuenda libertate pacti, quod fundamentum fœderis Heluetici. Accedebat occiso Grislero, Guilielmus Tellius. Hi captis ineunte a. 1308. per insidias Rotzenberga & Sarna arcibus, ansam dederunt, vt tres istæ ciuitates sequenti dominica in decennium nouo fœdere coniungerentur, articulis a tribus primis auctoribus compositis. 59)

§. XIII. Albertus Imperator, nuncio accepto, bellum facturus, & quos odio non paruo habebat, ad arbitrium redacturus videbatur. Gerebat iamdum bellum cum Ottone Granseio, Episcopo Basileensi, eo quod consilium habuerat de ipso occidendo, cuius arcem Fürstenstainam per præfectos suos fecerat obsideri. Ipse vero, dum a conuentu Badensi redux, Vrsam traiecisset, Rheinfeldam profecturus, vbi regina cum parte exercitus eum expectabat, a Iohanne nepote ex fratre, & coniuratis, pluribus vulneribus confossus interiit. Hic enim, postquam tutelæ annos egressus sibi videbatur, & ipse aliquoties & per alios paternæ hæreditatis ditiones, aut earum partem, inprimis vero Kiburgensem Comitatum sibi tradi flagitauerat. Patruus non denegabat, simul ac ad ætatem, eamque vitæ frugem peruenisset, vt suis præesse dignitate posset. Nunc vero in ea ætate, id esse ingenium, eos mores, qui rectore adhuc indigerent. Hanc repulsam male tulit Iohannes. Accedebant inquieti quidam consultores, Alberto priuatim suis quisque de caussis offensi, inter hos Waltherus Eschibachius, Rudolphus de Warth, Vdalricus de Palma, Cæsarem in itinere adgrediuntur. Cum enim prope Vindonissam, celebrem olim Romanorum coloniam, nunc humilem pagum ad Rusam, olim Vrsam amnem, ventum esset, vbi

57) AVCTOR HIST. LANDGR. THVRING. c. LXXXIII. de eo sic scribit: *Et sic potens factus est Fridericus prenominatus super terras Thuringia, Orientalis & Mysna, & super nobiles & ciuitates, adripuit iter ad partes Orientales, & ciuitates terræ Plisnæ, scilicet Aldenberg, Zwickaw, Kemlitz ad imperium pertinentes suo dominio subiugauit, & tenuit loco damnorum & expensarum. Et postea fecit generalem pacem per omnes terras suas, quam iurauerunt nobiles & ignobiles. Acta sunt hæc anno Domini MCCCVIII.* FABRICIVS Originibus p. 628. *Cum autem tanto tempore maximam fortunarum iacturam fecisset* (Fridericus) *vrbes Imperii Aldeburgum, Chemnicium, Zuiccam, in detrimentorum compensationem sui iuris fecit: quarum vrbium possessionem eius filio, genero suo, confirmauit postea Ludouicus Bauarus Imperator. Populis deinde suis, belli diuturnitate & grauitate exhaustis, censum & tributa remittit anno vno: ipse ex collecta de captiuis, quorum magna multitudo erat, pecunia, aulæ sumptus cotidianos sustinet. Facta hæc sunt anno MCCCVIII. Cœperunt rursus agri coli, & instaurari vrbes atque oppida, restitui sacra & leges, & tot laboribus parta libertas multo dulcior erat, quam ante tranquilla & otiosa fuerat.* Verum, TENTZELIVS *Vita Friderici Admorsi Sect. IV. §. II.* ex TOB. SCHMIDII *Chron. Zuiccauiensi p. 204. 207.* probe obseruauit, binas vrbes Zuiccauiam & Chemnitium Friderici saltim tutelæ, vacante post Alberti Austriaci mortem Imperio, se suaque tunc subiecisse, & postea demum plane fuisse subditas. Idem de Altenburgo dicit, licet litteræ tutelares Altenburgensibus datæ nondum publici iuris fuerint factæ, prout Zuiccauiensium atque Altenburgensium. Verum, IO. ROHTE Chron. Thuring. p. 1752. auctor est, Altenburgum iam ante Rudolphi Habsburgici tempore Misnenses pignoris iure ab Imperio tenuisse, dum scribit: *do quam der Konnig yn dat Ostirland unde bueste do Aldinborg, das der alde Margrafe von Missen, der gestorbin was, deme riche abe hatte gewonnin, unde syne Kindir das lange Zeid besessin hettin. Dorzcu antwerte Margrave Frederich, der bekente daz et geld stunde von deme riche, wanne eme das bezcalt worde noch syner briffe uzwysunge, so wolde her ez den riche gerne weddir antwertin, Diz geschach noch christus gebort MCCXCI. iar. Do vorkundigete eme der Konnig dy losunge uff eyne benante Zeid.*

58) HIST. LANDGR. THVR. *cap. LXXXIII.* PAVLLINI *Annales Isenacenses p. 71.*

59) Hæc latius narrat FRANC. GVILLIMANNVS *de rebus Heluetiticis lib. II. c. XVI.* NIC. BVRGVNDVS *Hist. Bauar. lib. I. p. 27.* SIMLERVS *de Republica Heluetiorum lib. I. pag. 42.* MVTIVS *lib. XXII. p. 207.* NAVCLERVS *vol. II. Gen. XLIV. p. 983.* WALDKIRCH *Eydgenossische Bund und Staat-Historie p. I. p. 144.*

60) Hæc

vbi naui ad restim adligata, & homines & equi traiicere solent, coniurati omnium primi transeunt, eos Albertus sequitur. Cumque per apertum equitans campum, cum Castellio quodam pro more confabularetur, coniurati, versis repente equis, in eum irruunt, primusque Warthius: quousque tandem, inquit, videro, sisne mihi hæreditatem paternam daturus. Ea voce tanquam Classico audito, Russelingus, Warthii famulus, fræno equum Cæsaris retinet, & Iohannes accurrens, vulnus eius collo infligit, Warthius ense latus haurit, Palmensis caput ictu diffindit. Eschibachius, etsi præsens spectator aderat, manum tamen Cæsari abstinuit. Is vero equo delapsus, humi in gramine obiit. Sunt, qui publicum scortum ex commiseratione accurrisse, & morientis caput gremio imposuisse, adfirmant. Sic Albertus in terris suis Kl. Maii 1308, in meridie, anno Regni sui decimo, est occisus. Inter eos, qui amnem nondum traiecerant, Leopoldus quoque Cæsaris filius erat, qui audita patris cæde, suorum suasu Badenam rediit. Corpus eius in Cœnobio Wettingensi sepultum est, vnde post annum & tres menses effossum, Henrici septimi Cæsaris iussu, vna cum Adolphi corpore Spiræ Romanorum Impp. tumulo fuit illatum. Elisabetha coniux eo in loco, quo maritus ceciderat, cœnobium magnis sumptibus extruendum locauit, quod a Rege Romano Campum regium *Königsfeld* appellauit, in Ergouia situm, vbi ipsa cum Agnete filia vixit, & quinquennio post mortua est. Acerrimus paternæ cædis 60) vindex erat filius, Leopoldus, qui coniuratorum arces expugnauit. Inter hos Waltherus Eschibachius in Würtenbergensi agro bubulcum, mercenarium egit per triginta quinque annos a nemine adgnitus, vsque dum ante extremum vitæ diem se proderet, hac vltima confessione consecutus, vt honestiori loco sepeliretur. Palmensis in Basileæ suburbio diu delituit, post in arce sua Altabura animi ægritudine & necessariorum penuria, contabuit. Warthius Henrici VII. iussu equi caudæ illigatus, & ad locum supplicio destinatum protractus, viuus in rotam agitur. Iohannes, exinde Parricida dictus, iussu Henrici Cæsaris monasterium Augustinianorum Pisis ingreditur, an. 1313. vbi mortuus est. 61)

§. XIV. Vxor ipsius erat Elisabetha, Meinhardi III. Ducis Carinthiæ & Comitis Tyrolensis filia, quam in Comitiis Noribergensibus an. 1299. fecit coronari. 62) Hæc 5. Kl. Nouembris 1314. fuit defuncta, atque in monasterio Königsfeldensi, quod condidit, sepulta. 63) Ex hac genuit Rudolphum, primogenitum Blancæ, sororis Philippi Pulcri, Gallorum Regis maritum. 64) Hac in primo puerperio defuncta, duxit Elisabetham Bohemam, factusque fuit Rex Bohemiæ, 65) sed IV. Non. Iulii 1307. sine liberis fuit

60) Hæc verbis plerumque GERHARDI A ROO scribo *p. 70. & sqq.* qui ALBERTVM ARGENTENS. *p. 113. 114.* sequitur. GESTA BALDVINI lib. I. c. IV. de Alberto: *nam ab eius cognato, Iohanne Duce videlicet fratris sui filio, cui quia ipse Albertus ad instinctum suæ vxoris Reginæ volentis hereditare filios suos ducatum Austriæ, postquam dictus Albertus occiderat Adolphum Regem, violenter suum patrimonium, videlicet ducatum Austriæ, recepit & detinuit, esse dinoscitur interemtus; & illud euangelicum fuit adimpletum in hoc casu: mensura qua mensi fueritis remetietur vobis.* PTOLEMAEI LVCENSIS Vita Clementis V. ad a. 1308. *eodem anno occisus fuit Rex Alamanniæ Albertus a nepote suo filio sui fratris; cuius causa fuit, vt fertur, quia omnia dabat filiis, & de ipso non curabat, cum tamen ipse esset filius primogeniti.* Diem necis docet inscriptio Königsfeldiana apud FVGGERVM lib. III. cap. XI. *Anno Domini 1308. Cal. Maii, occisus est Dn. Dn. Albertus, Rex Romanorum, in loco, vbi nunc est maius Altare.* Eundem diem habet Decretum electionis Henrici VII. apud LEIBNITIVM in *Mantissa Cod. Iur. Gent.* §. 49. p. 252. H. REBDORFF ad a. 1308. *regni sui decimo præscriptus Rex Albertus nondum benedictionem Imperialem adeptus, interfectus est in diœcesi Constantiensi iuxta oppidum Baden per Iohannem ducem Sueuiæ filium fratris sui, cui hereditatem paternam auferre conabatur. Et ad hanc occisionem cooperati fuerunt quidam nobiles superioris Sueuiæ, videlicet de Paden, & de Eschenbach, & de Warch, & cæteri adiutores.*

Annis transactis octo cum mille trecentis,
Rex Albertus Walpurgis ab ense Iohannis.

H. STERO ad a. 1307. *Albertus Rex a filio fratris sui, eo quod ipsum Ducatu Sueuiæ priuauerat, occisus fuit, & caruit benedictione imperiali, vt patet per hos subsequentes.*

Millenis trecentenis bis quatuor annis,
in Maio mense, Rex Albertus perit ense;
perque Ducem Sueuum Iohannem rumor in auum
O Deus hoc factum furtim fuit impudens actum,
Festum Walpurga facit hoc facinus quoque nossa
Christus ab æternis defendat eum modo pœnis.

Alias de hac nece agunt CONRADVS VECERIVS *de Henrico VII. p. 66.* CHRON. ELWANG. TRITHEMIVS *Chr. Hirsaug. ad a. 1308.* FRANC. GVILLIMANNVS *rer. Heluet. lib. II. c. XV.* AVENTINVS *lib. VII.* MATTHAEVS *Chron. Austriaco pag. 1123.* CHRON. SALISBVRG. CHRON. CLAVSTRONEOBVRGENSE, CHRON. ZWETLENSE, PALTRAMI *Chron. Austr.* ANONYMVS *Leobiensis Chron.* ANONYMI *Chron. Zwetlense ad a. 1308.*

61) Tale etiam ipsi positum fuit Epitaphium:

Mille trecentis Christi deca cum tribus annis,
defecit iuuenis, Ducis Austri vita Iohannis
Idus Decembris obit, hic Pisis tumulatus
inter nos animo virtutibus atque probatus
stirpis Regalis fuit ex vtroque parente
nunc immortalis doceatur ab omni potente.

62) Vide supra §. VII.

63) Sic etiam Epitaphium Königsfeldense apud FVGGERVM lib. III. c. XI. p. 374. *Anno Domini MCCCXIII. V. Calend. Nouembris obiit Serenissima Domina Elisabetha Regina Romanorum, fundatrix istorum duorum monasteriorum, Conthoralis quondam Dni Alberti Regis Romanorum.* MATTHAEI *Chron. Austriæ p. 1136.*

64) ALBERTVS ARGENT. p. 105. *Rudolfus primogenitus, qui factus est Rex Bohemiæ, & filiam Regis Franciæ ducens, sine liberis est defunctus,* vide supra §. IX.

65) SIFFRIDVS PRESBYTER lib. II. p. 700. *primogenitus Eius, Rudolphus, duxit filiam Regis Franciæ, quæ in primo puerperio defuncta, sepulta est in Vien-*

fuit defunctus. 66) Alter erat Fridericus Pulcher, in Imp. postea electus. 67) Tertius Leopoldus, dictus prudens & bellicosus. 68) Huius coniux, Isabella, filia dicitur Amadei IV. Comitis Sabaudiæ. Ex hac duas filias sustulit, Catharinam, vxorem Galli cuiusdam Baronis de Küsyn & hoc defuncto, Henrici V. ferrei, Saganensis Principis, & Agnes, nupta Boleslao, Duci Suidnicensi & Iaurensi. 69) Ipse defunctus pridie Kl. Martii 1326. 70) Quartus erat Otto Dux, qui ex Elisabetha, Stephani Ducis Bauariæ inferioris filia, duos reliquit filios, Fridericum & Leopoldum, qui mortui sunt sine liberis, 71) ipse extinctus VIII. Kl. Martii 1339. 72) Quintus erat Henricus, cuius prima vxor Elisabetha, Ruperti Palatini Comitis filia; altera Isabella, Iohannis Comitis Friburgensis filia. Ex vtrisque, liberis nullis relictis III. Nonas Ianuarij 1327. obiit. 73) Sextus Albertus ex Iohanna, filia Vdalrici Comitis Ferretarum, habuit filios & filias: quorum Rudolfus primogenitus duxit filiam Caroli IV. Imperatoris. 74) Hic XIII. Kl. Augusti 1358. defunctus. 75) Sequioris sexus erant Agnes, ducens Andream Regem Vngariæ, sine liberis defuncta. Elisabetha, Ducissa Lotharingensis, ex qua Rudolfus filius & Rudolfus nepos, & domini de Chabillone sunt nati. Catharina desponsata Henrico Imp. eoque defuncto, Duci nupta Calabriæ, filio Regis Ruperti Siciliæ, sine liberis est defuncta, & Gutta, Comitissa de Oettingen. Quibus denique additur Anna Hermanno Longo, Misniæ Marchioni nupta. 76)

in Vienna Austria. De matrimonio cum Elisabetha Bohema, Albertus Argentoratensis p. 111. de Alberto: *habuit enim sex filios: Rudolphum primogenitum, qui cum relicta, secunda scilicet vxore Wenceslai regis Bohemia (filio eiusdem regis mortuo) contrahens, & rex Bohemia effectus, sine liberis est defunctus.* Vide supra §. IX.

66) Docet hoc Epitaphium eius Königsfeldense apud FVGGERVM p. 374. *Anno Domini MCCCVII. IIII. Nonas Iulii, obiit Dominus Rudolphus Rex Bohemia, filius Domini Alberti Regis Rom.*

67) ALBERTVS ARGENT. p. 105. *item Fridericus, in Romanorum Regem in discordia electus, & coronatur.* De quo in Sectione sequenti pluribus. ALBERTVS ARGENT. *pag. 111. item habuit Fridericum, elegantem, formosum & fortem.*

68) Sic eum vocat ALBERTVS ARGENTINENSIS *p. 111.* Tres filios hosce, Rudolphum, Fridericum & Lupoldum de Austria, Stiria, & prouinciis adnexis XI. Kl. Decembris a. 1298. cum vexillis & solennitate debita inuestit, prout litteræ Inuestituræ reperiuntur apud du MONT *Corps Diplom. Tom. I. pag. 314.*

69) ALBERTVS ARGENT. p. 105. *item Dux Leopoldus strenuissimus, qui relictis duabus filiabus, ex filia Comitis Sabaudia, quarum vna postea data est Duci in Sueinitz Silesia, alia Domino de Cusin, Francia, sine aliis liberis defunctus.* FVGGER *lib. III. c. IV. p. 300.* Licet alii eam vocent Catharinam. GVICHENONIVS de eadem plane tacet.

70) Sic enim in Epitaphio Königsfeldiano apud FVGGERVM p. 374. *Anno Domini MCCCXXVI. pridie Cal. Mart. obiit Dominus Leopoldus Dux Austria, filius Dni Alberti Regis Romanorum.*

71) ALBERTVS ARGENT. p. 105. *Otto Dux, ex filia Ducis Bauaria inferioris duos relinquens filios, Fridericum & Leopoldum, qui mortui sunt sine liberis.*

72) Sic enim epitaphium Königsfeldianum apud FVGGERVM *c. l. Anno Domini MCCCXXXIX. XIII. Cal. Martii obiit Dominus Otho Dux Austria filius Dni Alberti Regis Romanorum.*

73) ALBERTVS ARGENTINENSIS equidem *p.* 105. nihil de Henrico, quem tamen p. 111. inter filios Alberti Imp. nominat. De hoc etiam NIC. BVRGVNDVS *Hist. Bauar. lib. I. p. 5.* Mortem illius indicat Epitaphium apud FVGGERVM p. 302. *Anno Domini 1327. 3. Nonas Ianuarii, obiit Dn. Heinricus, Dux Austria, filius Alberti Regis Romanorum.* TRITHEMIVS Chron. Hirsaug. ad a. 1298. eosdem alio ordine collocat, dicens: *quartus fuit Henricus Dux Austria, qui vxorem habuit Elisabeth filiam Comitis de Virneburg, & obiit anno Domini MCCCXLIV. Quintus fuit Albertus Dux, qui fundauit Monasterium in Geminus, a quo linea Maximiliani Cæsaris continuatur: Sextus fuit Otto Dux Austria, qui obiit anno Domini MCCCXLIV.*

74) Ita quidem ALBERTVS ARGENT. nomine tamen suppresso, quod tamen *p.* 111. addecit.

75) Sic enim Epitaphium apud FVGGERVM p. 374. *An. Domini* 1358. 13. *Calend. Augusti, obiit Illustriss. Dominus, Albertus, Dux Austria, Stiria & Carinthia.*

76) Ita quidem filias Alberti memorat ALBERTVS ARGENTINENSIS *p.* 105. Idem fere *p.* 111. de ipsius liberis ita loquitur: *vnam filiarum suarum Andrea regi Vngaria copulauit: cuius Andrea Pater olim de regno Vngaria eiectus, Venetiis filiam ditissimi ciuis ducens, ex ea hunc Andream genuit. Qui veniens ad Curiam huius Alberti adhuc Ducis Austria, & receptus in Regem Vngaria, petiit Alberti filiam. Quod cum Dux renueret, dicens, eum mercatoris filium: ipse Vngarus Viennam in omni parte obsedit, & ad dandum sibi filiam Ducem coegit, dans filia Presburg & multas alias munitiones iure morganitico: cuius fratres postea Henrico & Friderico Ducibus Austria, Carolus rex Vngaria ab ipsis Presburg extorsit. Quo Andrea sine liberis defuncto, relicta in loco occisionis Patris sc. Kænigsfelden vitam cælibem diu duxit. Item aliam filiam nomine Elsam dedit Duci Lotharingia, qua ex eo Ducem Rudolfum Lotharingia procreauit. Tertiam filiam dedit Woldemaro Marchioni Brandenburgensi: quo mortuo sine liberis, ipsam dedit Duci in Presla Polonia.* Verum, hanc Annam fuisse Hermanni Longi Brandenburgici vxorem, certius patet ex GERHARDO A ROO *p.* 72. & FVGGERO *lib. II. c. X. p.* 248. qui prolixius admodum est in recensenda Alberti posteritate. Idem egit MATTHAEVS in *Chron. Austria p.* 1129. 1137.

SECTIO QVARTA
DE
HENRICO VII. LVTZENBVRGICO.

§. I. Fridericus Austriacus & Philippus Pulcher, Galliarum Rex Imperium ambiunt. Henrici VII. electio, & coronatio. §. II. Parentes & mores. §. III. Gesta cum Treuirensibus. §. IV. Gesta ipsius Colonia atque Confluentia. §. V. Heluetiorum priuilegia confirmat. §. VI. Comitia Spirensia 1309. bellum contra Würtenbergicum. §. VII. In iisdem Comitiis Iohannem filium facit Ducem Luxemburgensem, Au-

ſtriæ Duces inueſtit. §. VIII. Eliſabetha Bohema Iohanni copulatur. §. IX. Henricus Comitia Francofurti celebrat, Principem Hennebergicum facit, expeditionem in Italiam mouet. §. X. Henricus Mediolanum occupat, ibidemque coronatur. §. XI. Itali Bononia & Padua exceptis, Imp. ſe ſubmittunt. §. XII. Multæ vrbes Italiæ rebellant. §. XIII. Henricus Romam venit, ibidemque coronatur. §. XIV. Imp. ob commeatus inopiam Roma mouet, Tiburim venit, inde Piſas, vbi Robertum Siculum proſcribit. §. XV. Henricus arma mouet contra Robertum. §. XVI. Henrici mors. §. XVII. Turba Italica poſt Henrici mortem. §. XVIII. Vxor & liberi. §. XIX. Ordo Templariorum deletus.

§. I.

Bini poſt Alberti mortem, Imperium adfectabant, Fridericus Auſtriacus, Alberti filius, & pro fratre ſuo Carolo, Philippus Pulcher Rex Galliarum, partum eſſe a maioribus Imperium, idemque Germanis traditum, ferens 1) Carolum etiam per Cardinales faciens commendari. 2) Electores autem a Pontifice, conſilio potiſſimum Cardinalis de Prato, vt electionem maturarent, ſtimulati, 3) varia de electione noui Regis conſilia egerunt. Primum quidem Bertholdus, Comes de Henneberg, nec non Conradus de Rieda miles, Procuratores Ottonis & Waldemari, Marchionum Brandenburgenſium ſuper electionis negotio conſtituti, ex poteſtate & mandato illorum, atque Rudolphi, Ducis Saxoniæ, qui votum ſuum in electione Romanorum Regis ipſi competens, in Ottonem Marchionem transtulerat, Boppardiæ feria ſexta ante Simonis & Iudæ a. 1308. cum Rudolpho & Ludouico, Comitibus Palatinis Rheni vnionis & concordiæ fœdera inierunt, ipſis promittentes, corporali ſuper hoc & in animas prædictorum Marchionum præſtito iuramento, quod in electione futuri Regis Romanorum vnum cum ipſis eſſe debeant, ſic videlicet, quod quemcunque ex Principibus, Ottone & Woldemaro Marchionibus Brandeburgenſibus, Alberto, Comite de Hanau, nec non Rudolpho & Ludouico, Comitibus Palatinis Rheni & Friderico, Duce Auſtriæ, plura vota de Principibus Eccleſiaſticis

1) CONR. VECERIVS p. 66. *Anno a Chriſto MCCCVIII. Rege Romanorum Alberto per inſidias nepotis occiſo, nuntiatum eſt, Principes quorum legendi Cæſaris ius eſt, de ſufficiendo Imperatore parum conuenturos, Philippus diſcordiam Germanorum cœptis ſuis optime conducturum exiſtimans, ſecretiorum modo conſiliorum arbitros coire iuſſos, de noua diſpoſitione interrogat. Veniſſe aliquando tempus ſuo quoque ſeculo exornandi regni Gallici: Sextum anteà poſtulatorum caput, quod ad eum diem conſulto noluiſſet Clementi prodere, id vero nunc expromere ſtatuiſſe, de Carolo fratre ſubſtituendo in Imperium, deque ea dignitate per Senatus conſultum in perpetuum transponenda in Galliam. Eſſe Clementem iampridem in poteſtate, poſſeque rem & iure & exemplo nixam facile tranſigi. Cui enim fiat iniuria, ſi vacantis Imperii permutetur conditio? Idem feciſſe Pontifices olim alios. Denique fatorum ſeriem conuenire cum eiusmodi propoſito, vt quemadmodum Principatus ille de Græcis quondam in Francos, ſicut ei videbatur, deque ea gente ad Italos, ac poſtremum ad Theutones translatus, crederetur, ita rurſus ad Francorum poteſtatem remigret.* MVTIVS *lib. XXIII. p.* 213. 214. GERH. a ROO lib. II. p. 74. *Boemiæ regnum Henricus Carinthius, cum Anna vxore Pragam reuerſus, ſolus iam abſque competitore ſiue æmulo gubernabat. Fridericus enim Auſtriacus cui poſt Rudolphum fratrem vita functum, pater id regnum armis adſerere ſtuduerat, eo ipſo e viuis ſublato, ad Imperii dignitatem animum adiiciens, minus iam de Boemia laborabat. Is competitorem habebat Philippum Pulchrum Gallorum regem, qui magna ambitione multisque legationibus ſummum decus a ſuis vti ferebat, maioribus partum, & Germanis traditum ad ſe transferre nitebatur. Pontifex vero Electores per literas & nuncios exhortabatur, vt electionem maturarent, antequam rex aliquid moliretur. Ex ea magnum regis odium Pontifex incurrit.* TRITHEMIVS *Chr. Hirſaug. ad a.* 1308. IO. de CERMENATE *Hiſt. Ambroſianæ Vrbis cap. VIII.*

2) Extat deſuper Raymundi Cardinalis epiſtola ad Archiepiſcopum Colonienſem, de mentione Imperii apud STEPHANVM BALVTZIVM *Vitis Paparum Auenionenſium Collect. Actorum Veterum* p. 119. in qua Cardinalis ſic ſcribit: *hæc ſiquidem & alia multa gratiæ cæleſtis chariſmata, quæ in magnificum virum Dominum Karolum Valeſienſem & Andegauenſem Comitem influxit benignitas piiſſimi ſaluatoris, ad ipſius regni regimen inter magnates ſingulos orbis terræ, ſicut creditur, vtiliorem efficiunt & magis idoneum repræſentant. Ipſe vero diſcretionis prouidentia præeminet, altitudine præcellit conſilii, habetur ſtrenuitate præpotens in agendis & tam ſua quam excellentis Principis Domini Philippi Regis Francorum illuſtris fratris ſui operante potentia poſſet regnum præfatum, ſi Deo volente ad huiusmodi electionem procedi contingeret, ſub felici ſuo regimine ſalubriter gubernari, quietis & pacis abundare delitiis, & in ſuis deperditis iuribus reſtaurationem recipere ſalutarem.*

3) CONR. VECERIVS p. 66. *Quum Clemens, quem igitur præcipuum crederet tantæque succesſioni idoneum quæſiuiſſet; Pratenſis, Eccleſiarumne libertatis reſpectu, an ſtudio Gibellinarum partium, an conſuetudinis in Vrbe quondam inſtitutæ memor, Henricum (ait) Luceburgiæ Comitem nulli Germaniæ Principum cedere arbitror, ſiue religionem, ſiue fidem, ſeu certe magnitudinem animi ſpectaueris. Neque dubium ſi eo celſitudinis benignitate tua prouectus fuerit, nulla non re Pontificiis obtemperaturum iuſſis, vel immunitatem Eccleſiæ propugnaturum. Sane clanculum & diſſimulanter cuncta fieri oportet, ne ſi publico ſenatu in patrumque conſpectu cogitata retexeris, qui Cardinales Philippo ſtudent, proditis illico rebus, vota noſtra conturbent. Itaque quas ipſe literas dabis in Alemanniam, puſilla modo formula placet obſignari, quaſi non ſcriptas de rebus grauiſſimis. Ego ſeorſim prolixas de tota re alias exarabo. Iuuit aſſertionem Cardineam Henrici quoque integritatis gloria, quam ex rebus fortiter probeque geſtis fama iam pridem exorta, ad Clementem quoque pertulerat. Delatis ad Germanos epiſtolis, reque intellecta, Comitiorum ſolennia maturantur, valuereque adeo Pontificiæ Cardinaliſque literæ (qui & illud adiecerat, niſi bonis conſiliis protinus obſecundarent, Cæſarei faſtigii apicem iure ne an iniuria, relicto Rheno, tranſiturum in Galliam) ſed & maxime ſpectata virtus Henrici profuit, vt cunctorum ſuffragiis, ac ne vno quidem repugnante, Romani regni ſceptra florenti iuueni deferentur.*

assiciis Electoribus habere contigerit, ille præferatur, & ipsi votis suis debeant adhærere, ipsum sine omni contradictione in Regem Romanorum eligendo, extra numerum vero prædictarum personarum non eligant, nisi concurrentibus votis Comitum Palatinorum atque ipsorum. Præterea iuramento fuit firmatum, quod si vnus Marchionum, vel alius ad ipsorum promotionem, in Regem Romanorum eligatur, præfatis Comitibus Palatinis in suo iure assistere, & ipsi vice versa & ipsorum contra omnes in perpetuo esse debeant coadiutores. Quod si etiam aliquem ex Marchionibus prædictis vel alium ad eorum promotionem in Regem eligi contingeret, quod prædictis Palatinis conferet omnia sua bona & eos in iisdem manutenere vellet & defendere, & prædictos Comites Palatinos in possessione omnium bonorum, quæ Genitor eorum possederit, & in ea possessione, sicut tempore Rudolphi Imp. possederint, non molestare nec turbare. De expensis vero, quæ contemplatione electionis fuerint factæ, ad arbitrium Iohannis, Episcopi Argentinensis & Bertholdi, Comitis Hennebergici redigatur. Fuit etiam iuratum, quod nec illustribus Principibus, Ottoni & Stephano, Ducibus Bauariæ, nec Eberhardo, Comiti de Würtenberg, prædicti Marchiones, si quem ex iis eligi contigerit, adhæreant, promiserant etiam quod Friderico & fratribus suis Ducibus Austriæ, omnia eorum bona & dominia, sicut ea tempore Alberti genitoris possederint, conferre & eos in iisdem manutenere vellet. 4) Inde Electores Rensæ conuenerunt, & quidem Petrus Moguntinus, Balduinus Treuirensis, Henricus Coloniensis, Rudolphus, Comes Palatinus Rheni, Rudolphus Dux Saxoniæ, Waldemarus, Elector Brandenburgicus, pro se & Ottone, Marchione Brandenburgico, cuius vices in hac electione gerebat, nec non Iohannis & Erici, fratrum Ducum Saxoniæ, qui etiam vices suas ipsi commiserant, cum hac tamen protestatione, si de iure vel consuetudine repertum fuerit, eos fore in ipsa electione admittendos, dum ista ætate etiam reliqui ex familia Electorali ad electionem admitti peterent, qui suasu potissimum Balduini Treuirensis Archiepiscopi, Henricum Lucenburgicum concorditer elegerunt, 5) eundemque postea Francofurtum ducentes, 6) ibidemque Electores in Rudolphum Palatinum iterum compromittentes, 7) fauente potissimum Moguntino atque Treuirensi, 8)

4) Extat declaratio Legatorum Brandenburgicorum apud LEIBNITIVM *Cod. Iur. Gent. diplom. p.* 50.

5) GESTA BALDVINI lib. II. c. I. *regalis dignitatis celsitudine regni Romanorum per lamentabilem mortem quondam Alberti Regis non modicum disturbata, Dominus Baldewinus aliique sex coelectores villam Rense inter Confluentiam & Bopardiam sitam, vbi ex antiqua consuetudine ad tractatum de electione habendum consueuerunt conuenire, concorditer diuerterunt, vbi anno Domini millesimo trecentesimo octauo gratia summi spiraminis cooperante, & Domino Baldewino id procurante, in ipsius fratrem Dominum Henricum Comitem Luczelburgensem in futurum Romanorum Regem eligendum suis exigentibus meritis communiter concordarunt.* M. CHRON. BELG. p. 286. *Henricus huius nominis septimus, inter Imperatores vero VI, Comes Lutzenburgensis, fuit electus in Regem Alemanniæ & Romanorum, in die B. Catharinæ virginis, in quadam villa prope Confluentiam, quæ Reynse nominatur. Anno Dn. MCCCVIII. Et dehinc Electores in Francofordiam procedentes eum publice Regem nominauerunt.* Sequitur TRITHEMIVS *Chron. Hirsaug. ad a.* 1308. NAVCLERVS *vol. II. Gen. XLIV. p.* 988.

6) In decreto electionis: *qua die in oppido Franckenuord loco quidem ad hoc solito & consueto nobis omnibus, qui debuerunt, voluerunt & potuerunt electioni celebrandæ commode interesse iterum conuenientibus & ibidem præsentibus, deliberatione prouida præhabita ad procedendum in electionis negotio prælibato.* Male igitur CONR. VECERIVS in vita Henrici p. 67. *autores habeo Luceburgi transacta fuisse Comitia. Quod adscribendum tumultuario præsertim tempore prætermissum existimarem.*

7) Ex decreto Electionis, quod exhibet STEPH. BALVTZIVS *Vitis Paparum Auenionensium Collect. Act. Vet. p.* 266. & LEIBNITIVS in *Mant. Cod. Iur. Gent. p.* 252. patet, reliquos Principes fuisse exclusos. Protestatus enim Balduinus Treuirensis Archiepiscopus suo & reliquorum Electorum nomine, ne alii admitterentur, qui ius & vocem in electione non haberent. Hinc, cum de quorundam electione dubium adhuc suboriretur, hæc videmus inserta. *Ego Baldewinus Treuirensis Archiepiscopus pro me & nomine meo præfatus Henricus Coloniensis Archiepiscopus pro me & nomine meo; ego vero Rodolphus Dux Bauariæ pro me & nomine meo, ego quidem Rodolphus Dux Saxoniæ pro me & nomine meo similiter, & ego Waldemarus Marchio Brandenburgensis* (hic erat Elector) *prænarratus pro me & magnifico Viro Ottone Marchione Brandenburgensi patruo meo, cuius vices in hac parte gero, nec non illustrium Virorum Iohannis & Erici fratrum Ducum Saxoniæ, qui etiam vices suas in hoc casu mihi commiserunt, si de iure vel de consuetudine repertum fuerit eos fore in ipsa electione admittendos, vice & nomine: votis nostris & aliorum Coelectorum nostrorum prædictorum diligenter inquisitis; nos & dicti alii Coelectores nostri omnes & singuli ius in electione dicti Regis habentes consentimus concorditer in eundem Comitem, & ipsum nominauimus quilibet nostrum pro se, nullo penitus, vt præmittitur, dissentiente, in Romanorum Regem eligendum & in futurum Imperatorem promouendum & in Aduocatum sacrosanctæ Romanæ & vniuersalis Ecclesiæ ac defensorem viduarum & orfanorum. Quibus sic peractis, ego Rudolphus Comes Palatinus Rheni prædictus de mandato & voluntate speciali Coelectorum meorum omnium prædictorum eundem Henricum Comitem Luzemburgensem elegi solenniter in hunc modum.* Et paullo post: *ego Rudolphus Comes Palatinus Rheni vice mea & Coelectorum meorum omnium ius in ipsa electione habentium, ex potestate mihi ab eisdem tradita specialiter & concessa, eundem Henricum Comitem Luzemburgensem inuocata sancti Spiritus gratia eligo in Romanorum Regem, in Imperatorem futurum promouendum, in Aduocatum sacrosanctæ Romanæ & vniuersalis Ecclesiæ ac defensorem viduarum & orphanorum.* Quod autem Ericus atque Iohannes Duces Saxo-Lauenburgenses interesse voluerint, hæc ratio suberat, quod isti a Iohanne, quem primogenitum faciunt Alberti I. Electoris, fuerint prognati. Scilicet, Alberto I. Duci Saxoniæ duo erant filii Ioannes atque Albertus, quorum iste videtur fuisse primogenitus. Sic enim in Priuilegio de donatione & approbatione Villarum Dannenberck & Hagheno per Albertum I. Ducem Saxoniæ de

ſi, 8) poſt interregnum ſex menſium XXVII. Nouembris 1308. 9) Henricum VII. denuo concorditer elegerunt, qui ſequentis anni initio, in feſto Epiphanias cum vxore Margaretha, ab Henrico Colonienſi Aquisgrani ſolenniter fuit coronatus. 10) Hic etiam inſequenti anno, dum Conſtantiæ commoraretur, Amadæum Comitem Sabaudiæ, Ioannem Delphinum Viennenſem, Guidonem Comitis Flandriæ filium, Ioannem Comitem Saræpontanum, Simonem de Meruille, Theſaurarium Metenſem, Imp. Secretarium & cum his Ottonem Baſilienſem, Siffridum Curienſem Epiſcopum legatos ad Clementem V. Papam Auinione ſedentem miſit, obedientiam promiſſuros, atque diem coronationi præfigendum, petituros. 11) Hi, poſtquam d. XXVI. Iulii 1309. in palatio Auinionenſi Papali in animam

de dato VI. Idus Octobris 1256. *donauimus proprietatis titulo in perpetuum posſidendas, Iohannis & Alberti filiorum noſtrorum benigno aſſenſu nobis in omnibus affauente.* In alio diplomate de a. 1276. quo vrbem Aken & Staſfurt Conrado Archiepiſcopo Magdeburgenſi ceſſerunt, dicuntur, *Iohannes & Albertus Dei gratia Saxon. Angarie Weſtfalie Duces.* Licet etiam in alio de a. 1270. *Albertus & Iohannes Dei gratia Saxoniæ, Angrinariæ, Weſtphaliæ Duces, Burggrauii in Magdeburg.* Vide BECMANNI *Hiſtoriam Anhaltinam p. V. lib. I.* cap. VII. §. III. IV. ELECTA *Iur. Publ. Tom. VI. p.* 892.

Tale autem tunc erat Schema.

Albertus I.

Linea Lauenburgica — *Lin. Saxoniæ Superioris*

Iohannes — Albertus I.

Ericus. Iohannes — Rudolphus

Significabant inde Electionem factam Papæ, vbi hæc verba: *ea propter ſanctitati veſtræ tam deuote quam humiliter voto vnanimi ſupplicamus, vt ipſum Henricum ſic deuote & concorditer electum in Romanorum Regem, vt eſt dictum, paternis vlnis amplectentes, eidem munus Conſecrationis conferendo, ſibi & ſacroſanctis manibus veſtris ſacri Imperii diadema dignemini loco & tempore fauorabiliter impertiri: vt ſciant & intelligant vniuerſi, quod poſuerit in lucem gentium vos Dominus, vt per veſtræ ſanctitatis arbitrium orbi terræ poſt nubilum exoptata ſerenitas illuceſcat.*

8) Ita quidem diem definit Electionis Decretum: *poſtmodum conuenientibus in diem electionis, videlicet quartam feriam ante feſtum beati Andreæ Apoſtoli, quæ eſt viceſima ſeptima dies menſis Nouembris, concordauimus & communiter ipſam diem præfiximus ad electionem huiusmodi celebrandam.* GESTA BALDVINI lib. II. c. I. *vnde Dominus Baldewinus aliique ſui coelectores cum totius Almanniæ Principibus nobilibusque ipſum Franckenfort ad locum electioni deputatum duxerunt, & ibidem in Chriſti fidelium ſolatium cunctorum dominica incarnationis anno milleſimo trecenteſimo octauo XXVII. die menſis Nouembris, in Regem Romanorum viuis vocibus concorditer elegerunt, & toti mundo ad monarchiam obtinendam in futurum Imperatorem promouendum vnanimiter præſentarunt.* Sequitur TRITHEMIVS *Chr. Hirſaug. ad a.* 1308. Propius accedunt, qui diem XXV. Nouembris Catharinæ ſacrum ponunt, prout ex MAGNO CHRONICO BELGICO vidimus. Sic etiam H. STERO ad a. 1308. *Henricus VII. imperauit annis V. Hic cum Comes fuiſſet Lutzenburgenſis, electus fuit in Franckfurt in feſto S. Catharinæ, & in Epiphania ſequenti coronatus fuit Aquisgrani.* Sequitur FRANC. GVILLIMANNVS *Rer. Helvet. lib. II. c. XVI.* §. 20. ALBERTVS ARGENT. p. 115. *occiſo itaque Alberto Rege, Hainricus Comes de Lutzelburg, ſtrenuus & acer, eodem anno in feſto omnium Sanctorum, a Principibus concorditer in Franckfurt eſt electus, & Aquisgrani in ſequenti anno in Epiphania coronatus.* Idem dicit GERH. a ROO *c. l.* AVENTINVS *lib. VII. c. XIV. n.* 10. Idibus Octobris. DVBRAVIVS *Hiſt. Bohem. lib. XIX. p.* 157.

9) ALBERT. MVSSATVS lib. I. rubr. IV. *orbis itaque terrarum vacante Imperio, cum de noui Principis electione inſtaret, quibus ius eligendi conceſſum eſt ex Imperialibus inſtitutis. Inter quos Maguntinus Epiſcopus domui de Lucemborc fidelitatis aſtrictus homagio vna cum Treuerienſi Archiepiſcopo aſpirans in Henricum ſublimandum, dudum ſubtieuit, dum reliqui, quos iam præſenſerat in diuerſos intendere, concepta depromerent. Sic itidem per triduum ferme habita de compromisſis in plurimos mentione, coaleſcentibus in diſſenſiones animis ad ſcrutinia declinauere. Sciſcitatis itaque clandeſtine, (vt aſſolet) vocibus, Henrici vox edita eſt quaternis aſſenſibus; binis ſcilicet Treuerienſis, & Maguntini ad idem innitentium; & binis, qui ob aliorum inuidias animos diuerterant, non votis; ſed aliorum contemptibus in Henricum. Siue autem ſic, ſeu Diuinitatem humanis anteponamus conatibus, declaratus eſt Henricus Romanorum Imperator ſemper Auguſtus conuenientibus porro & reliquis.*

10) H. STERO. ALBERTVS ARGENT. TRITHEMIVS. M. CHR. BELG. *ad a.* 1308. CONR. VECERIVS *p.* 67. GESTA BALDVINI lib. II. c. II. *Conſtantia maxima probitatisque eximia Dominus Baldewinus & alii ſex Principes coelectores anno Domini milleſimo treceteſimo octauo, Dominum Henricum ſeptimum Romanorum Regem ad auream regni ſedem Aquisgrani per Karolum Imperatorem ſituatam adduxerunt. Ibi cum ciues Aquenſes, clauibus ciuitatis plusquam per leucam obuiam portatis & traditis, in Romanorum Regem lætabundis vocibus receperunt, & ibi per Dominum Henricum Colonienſem Archiepiſcopum, quia in eius conprouincia fuerat, inſtallatus, & ipſo die Epiphaniæ Domini eodem anno ibidem in Romanorum Regem honorifice diuinitus conſecratus, & vna cum ſua collaterali prædicta ſibi asſiſtenti in veſtitu deaurato varietati circumdata cum corona regni ſolemniter coronatus.* AVCTOR APPEND. CONRADI VRSPERGENSIS ad a. 1308. *Aquisgrani corona Caroli Magni coronatus, ac eius diua coniuge Margareta, per Archiepiſcopum Colonienſem de Virneburg.* BERNARDVS GVIDO *Vita Clementis V. p.* 68. AVCTOR VENETVS *Vita Clementis V. p.* 86.

11) Extant hæc acta in LEIBNITII Mantiſſa *p.* 251. In literis equidem Henrici VII. ad Papam iſti memorantur legati, videlicet *Otto Baſilienſis & Sifridus Carienſis Eccleſiarum Epiſcopi, Amadæus Comes Sabaudiæ, Iohannes Delphinus Albonenſis & Comes Viennenſis, Guido de Flandria, Iohannes Comes de Saraponte & Simon de Meruilla, Theſaurarius Metenſis, Secretarius Imp.* IO. de CERMENATE *Hiſt. Vrbis Ambroſianæ cap. X.* VECERIVS p. 67. *Luceburgius, qui nihil minus quam Cæſarea gubernacula ſibi credendo cogitauerat, omnium primum gratias immortali Deo lectoribusque agendas cenſuit. Mox ad ea quæ & tempus & res & maleuolorum conatus ferebant conuerſus, mittit in oram Narbonenſem, qui a Clemente poſtulent, vt ratam ſibi facere ſurrogationem pro more dignaretur. Principes legationis Sabaudiæ Comes (nomen vt in plerisque ſequentibus non traditur) & Guido Namurcaus, Flandri Comitis frater, ambo ex propinquis Regiis, hi a Clemente, totoque coetu Cardineo comiter hu-*

 mane-

mam Imperatoris iuramentum præstitissent, 12) obtinuerunt publicam pronuntiationem, 13) per quam Papa declarabat, quod facta examinatione, Henrici electionem adprobaret, præstituto ipsi post biennium in festo purificationis Mariæ die coronationis. Id quod statim per litteras Imp. significat. 14)

§. II. Erat Henricus Maioribus satis illustribus ortus. 15) Pater tamen ipsius Henricus II. Comes Lützenburgensis a. 1289. fuit occisus, Mater Beatrix, Balduini, Hannoniæ Comitis filia. 16) Corporis habitum talem describit ALBERTINVS MVSSATVS: 17) *Homo gracilis, statura prope iusta, colore, capilloque subrussis, eminentibus superciliis, sinistri oculi albuginem detegit plus æquo mobilitas. De planicie in acutum apicem nasus se porrigit. Ore venusto, mento terete, coma gallica, quantum pollex operiret, conspicit occiput. Ceruix humeros a capite congrua æqualitate discriminat. Nulla tergorum obesitas, Ventris, & pectoris veluti linealis æqualitas pedumque, & crurium commensurata conformitas. Loquela tarda, succinctaque, idioma gallicum satisque se conferens intelligentiæ Latinorum, Magnanimitatem concomitari Mansuetudo videbatur, & diuini cultus instans sedulitas, cuiusquam cum subiectis pactionis impatiens, Gibolengæ, Guelfæue partium mentionem abhorrens, cuncta absoluto amplectens imperio.* Vir pius dicitur, atque deuotus, prudens, iustus, honestus, Catholicus, laudatus ac dilectus omnibus. 18) Strenuum

maneque habiti, mense Aprili, comprobationem actorum in Germania, causa cognita impetrarunt. Decretum vt e Cardinalibus Pratensis & Fliscus prima quaque occasione in Italiam proficisci maturarent gentibusque cis Alpes habitantibus, Apostolica vice præciperent, ne quid impedimenti morarumque quo minus potestas nouo Regi petendæ Vrbis foret, astruerent, quin obedienter atque hospitaliter aduentum illius curarent excipere. Sunt qui legem adiectam fuisse probationi affirment, vt intra primum biennium ad motus Italiæ compescendos, Romam solita expeditione properaret, simul ipse summos Imperatorii nominis fasces acciperet, quum tres proxime antecedentes Principes eum honorem prætermisisse constaret. BERNARDVS GVIDO Vita Clementis V. p. 57. *Anno autem Domini MCCCIX. venerunt nuntii & ambaxiatores Regis Alamanniæ Henrici apud Auinionem petentes confirmationem electionis & coronationem imperii ab ipso Papa sibi dari. Papa vero eius electionem admisit & confirmauit, volens ipsum nominari Regem Alamanniæ & Romanorum, & coronationem Imperii promisit, tempus eidem assignando, vt a festo Purificationis ad duos annos Romam veniret coronam ibidem imperii percepturus.*

12) Instrumentum Iuramenti extat apud LEIBNITIVM *p.* 256.

13) Tenor dictæ pronuntiationis extat apud LEIBNITIVM *p.* 255. Faciunt huc verba MVSSATI lib. I. rubr. VI. *his informatus conceptibus, & instinctu nobili, Clementem Papam, Cardinaliumque Cœtum, quos cum Philippo Francigenarum Rege litis caussa, quæ pro cremandis olim Bonifacii Papæ ossibus de hæresi accusati Regem vrgebat, simultates gerere non ignorabat, accersiri statuit, impetraturus Coronationis suæ decus, & in actus quoscunque fauores Ecclesiæ Triumphantis. Quod & facile sui obtinuere Legati litteris patentibus, termino ad hoc in certum diem præfixo constitutione solemni, emologata etiam electione cum sacræ Benedictionis præconio. Cuius & Diadematis oppositioni se ipsum Romæ in Sedem Pontificalem compariturum & effecturum despondit,* H. STERO *ad a.* 1309.

14) Litteræ Clementis Papæ ad Imp. extant apud LEIBNITIVM *p.* 258.

15) Sic enim CONRADVS VECERIVS in vita ipsius *p.* 63. historiam suam incoat: *qui maiores Imperatori Henrico, aut omnino parentes fuerint, quamuis curiosa vestigatione cognoscere non potui: sed & vxor illi quæ cuiasque fuerit, itidem prope in ambiguo est. Ipse quod constat, Luceburgiæ Comitatum hæreditate obtinuit.* ALBERTINVS MVSSATVS æque sub initium libri primi de gestis Henrici VII. ita loquitur: *Comitum de Lucemborc prosapia æque nobilis antiquis orta stipitibus, quos longe memorabiles fecit armorum, bellorumque strenuitas. Ex his proditus Henricus, qui patre, fratribusque Patris duobus in bello, quod inter ipsos, & Comitem Brabantiæ gerebatur, amissis, Fratribus videlicet Patris, ac duobus Priuignis in acie occisis, & patre viuo ab hostibus capto, & cum se ære redempturum magnum pondus polliceretur, tamen gladiis confosso, & in proximum fluentem iacto, cum tribus reliquis eodem patre natis superstes mansit paternæ domus maior, vt Primogenitus, lege Gallica.* Genealogiam Luxenburgicam multa cura illustrarunt ANDREAS du CHESNE, & potissimum IO. DAVID KOELERVS.

16) GESTA BALDVINI lib. I. c. VI. *nobilibus de parentibus videlicet Henrico Comite Luczelinburgensi patre & Domina Beatrice de Bellomonte in Hannonia matre Dominus Baldewinus exstitit nobilis natus.* Huius autem Balduini frater germanus erat hic Henricus, vt *lib. I. c. IV.* fuerat dictum. Sic enim FRANCISCVS ROSIERES in stemmate Lotharingico *Tomo V. p.* 283. HENNINGESIVS *parte secunda secundi & tertii Regni in Quarta Monarchia p.* 158. & LAVR. PIGNORIVS *in Notis ad Mussatum, p.* 4. qui Henningesium secutus, eiusdem Genealogiam nectit. Patet hoc etiam ex ipso MVSSATO, qui patrem in bello, Brabantos inter atque Gelros de successione Limburgensi potissimum a. 1288. gesto, interiisse scribit. Belgici autem scriptores idem de Henrico Domino de Lutzenborch explicant, vtpote IO. a LEIDIS *rer. Belg. lib. XXI. c. XXI.* id quod PIGNORIVS *in notis ad Mussatum p.* 3. plenius declarat. De matre ipsius Beatrice Iohannes, Henrici III. filius testatur, in apologetico pro Dominicanis: *& similiter auia nostra, Domina Beatrix, mater dicti Domini Genitoris nostri, quæ post eum aliquo tempore superuixit, fecit se inter sorores prædicti Ordinis sepeliri.* Plura tradit du CHESNE in *Histoire Genealogique de la Maison de Lucembourg & Limbourg,* & KOELERVS *Geneal. Fam. Augustæ Lucemburgensis p.* 45.

17) *Hist. Henrici VII. lib. I. fin.*

18) Sic BENEVENVTVS de RAMBALDIS *in libro Augustali.* ALBERT. MVSSATVS lib. I. Rubr. III. *hunc laudes multæ in ipso ætatis flore prædicauere, qui iugiter, & in dies accrescente tempore fama auxit, vt circa incumbentia sibi semper, & consulte, fortiter, & strenue agendum esset. Iustitiam quoque tanta coluit obseruantia, vt merces, & singula quaque aduehentes intra Lucemborc fines, adeo in tuto essent, vt nulla onustorum animalium per nemora, & vastitates accubantium, rerumue custodia opus esset: Inexorabilis circa iudicia compertus: In raptores, cæterosque grassantes etiam æris effusor proprii, si quicquam constitisset furto vel rapina deperditum.* ANONYMVS LEOBIENSIS Chron. lib. IV. c. VIII. *Hic vir pius & deuotus fuit Domini*

nuus & plurimum exercitatus in armis. 19)

§. III. Antequam fieret Imperator, bellum gessit cum Treuirensibus, vectigalia quædam, certaque solita domui Luxenburgensi xenia denegantibus, quibus bellum solus intulit, & collatis vndique Principum subsidiis, Treuirensem vrbem, ad exhibendorum xeniorum antiquum fœdus obstrinxit. Vacanti etiam sedi Treuirensi, Minorem natu ex fratribus suis præfici curauit obnixe, idque solers effecit. 20)

§. IV. Peractis coronationis solenniis, Coloniensem Ciuitatem fuit ingressus, & ad imperialem ibi aulam diuertit, de qua Coloniensis Archiepiscopus ipsi Regi, vt tenebatur, cedebat. 21) Inde in Comitatum suum fuit diuersus. Negotiis ibidem dispositis, ante festum natalis Christi 1309. Coloniam secunda vice remeauit, & ibidem omnia sua feuda requirere volentes spectauit, præsidens iudicio, sententias contra rebelles sua feuda non requirentes seruato iuris ordine, promulgauit, & curiam festiuam inter hastiludia continua, choreasque solennes celebrauit. Ibi etiam Rex a Coloniensibus huldas acceptauit, eorumque priuilegia renouauit & confirmauit. Regem vero Colonienses multis muneribus honorarunt. Et deinde Confluentiam diuertens, Treuirensi Ecclesiæ telonii priuilegium perpetuo duraturum indulsit, inde Ciuitatem Treuirensem intrauit eidemque priuilegium nundinarum a natiuitate beatæ Mariæ virginis, vsque in diem beati Remigii in capite Octobris duraturas, indulsit. 22)

§. V. Postquam Imp. factus, primum erat, vt paullo post electionem, Heluetorum priuilegia firmaret, datis desuper litteris 3. Nonas Iunii 1308. Constituit etiam præfectum Imperialem siue aduocatum prouincialem Rudolfum comitem Habsburgensem, Lauffenbergæ dominum, Rudolfi quondam regis ex fratre Gotfrido nepotem. 23)

§. VI. Anno 1309. Spiræ celebrauit Comitia solennia, vbi cum Electoribus Principibus & Ciuitatum legatis, 24) de expeditione Romana egit. Aduenerunt eo Matthæus Mediolani, & Theobaldus Brixiæ Magnates atque plurimi Lombardorum. 25) Egit etiam in eodem Conuentu, qua ratione Eberhardum Würtenbergensem, qui Ciuitates Sueuiæ Imperiales infestabat, in ordinem redigeret, Comite vero ad officium redire nolente, demandata prouincia Domino de Winsberch, quem Aduocatum fecit prouincialem, bellum contra eundem decernitur, istique, quibus bellum illud commissum, inuadunt ipsius terras, easdem cæde incendio & rapinis deuastant. 26) In iisdem Comitiis capitis Senten-

minis officiis frequenter intentus, animo audax, agilis corpore, Deum timuit, Ecclesias & Monasteria dilexit, Babenbergensem Ecclesiam maximis oppressam debitis releuauit. Auctor igitur VENETVS Vita Clementis V. p. 86. ipsum vocat operibus quam opibus memorabilioribus. Laudes ipsius præprimis prædicat AVTOR GESTORVM BALDVINI lib. II. c. I. sic scribens: fuit miles imperterritus, in armis strenuus, hastiludiorum & torneamentorum a mari vsque ad mare in iuuentute semper quæsitiuus, in quibus inter ceteros, quorum tamen virtutibus non est detrahendum, gloriosior habebatur; iudex iustissimus, pupillorum, mercatorum, peregrinorum promptissimus defensator, raptorum, malefactorum, tyrannorum rigidissimus exterminator, semper illum gerens animum: iuste iudicate filii hominum & CVSPINIANVS sub Henrico VII. p. 362. dicens: fuit hic Henricus singulari integritate, armis quidem strenuus, sed religione præcipuus. De quo Italici scriptores etiam hæc produnt. Paterna huic opes haud magnæ tunc erant, sed iusticia prudentiaque, tam rerum gestarum gloria, quam natalibus aut gentili regno illustrior. Licet Blondus ei nunc auariciam, nunc ulsitiam, nunc fatuitatem obiiciat, vt est odium Italorum in Germanos. Qui tamen ea fuit animi ranquillitate dotatus, vt nulla vnquam prosperitate efferretur, nulla deiiceretur aduersitate, quamquam plures quotidie experiretur aduersitates: adeo vt sub eo, nisi præcipiti morte præuentus esset, speraretur sedata Alemannia discordia, & Italicarum factionum compositio, & terra sancta recuperatio. Idem p. 366. Ea erat enim religione, vt sæpe totas noctes ante imaginem Crucifixi (quam semper secum circumferebat) orauerit quam deuotissime, & peccata defleuerit quam amarissime. Solitus sacram Eucharistiam aliquando quotidie, aliquando summis festis accipere. Io. de CERMENATE Hist. Ambrosianæ vrbis cap. X. Hic admodum magnanimus, quamplurium Prædecessorum suorum vestigia minime secutus est, quorum nostra ætate nullus aureum, neque ferreum diadema suscepit, imo sola argentea corona contenti, sexaginta, & plurium annorum tempore inter Teutones sese tenuerunt, licet plerisque prædecessorum Regum multo maior thesauri copia foret atque earum rerum, quibus magna parari possunt.

19) IOANNIS Canonici S. Victoris vita Clementis p. 14. Anno MCCCIX. Alberto Regi Alamanniæ per electionem solitam successit Henricus Comes Lucemburgi, iuuenis, sed strenuus in armis.

20) Verba sunt hæc MVSSATI lib. I. rubr. III.

21) GESTA BALDVINI lib. I. cap. II. addit: Tres vero Præpositi Colonienses, videlicet maior Præpositus Archiepiscopo Coloniensi, sancti Cuniberti præpositus Archiepiscopo Treuerensi, graduum sanctæ Mariæ Præpositus Archiepiscopo Moguntinensi, de suis curiis præposituris antedictis deputatis cedebant, vt antiquo iure tenentur.

22) GESTA BALDVINI lib. I. c. III. IV.

23) FRANC. GVILLIMANNVS Rer. Heluet. lib. II. c. XVI. §. 20. qui etiam litteras Constantiæ desuper datas, exhibet.

24) Sic enim ALBERTVS ARGENTINENSIS p. 116 mansit vero ibi rex sex hebdomadibus cum Principibus electoribus & aliis Principibus & ciuitatum nuntiis, de suo transitu & de præstandis seruitiis in Italiam, disponendo, vbi & ad eum venerant Matheus Mediolani & Theobaldus Brixiæ Magnates, & plurimi Lombardorum. Idem ad a. 1343. Electores autem Principes, & inferiorum partium magnates octo diebus ante huiusmodi terminum Coloniæ conuenerunt: Ex hoc LEHMANNVS lib. VII. c. XI. concludit, separationem in tria Collegia tunc temporis fuisse factam. Licet Electores atque Principes vsque ad Friderici III. tempora, in vno adhuc sederint Conclaui, prout in Syntagmate Iuris Publici cap. XXII. §. XX. demonstraui.

25) ALBERTVS ARGENT. p. 116.

26) Hæc late narrat MVTIVS lib. XXII. p. 214. GESTA BALDVINI lib. II. c. VII. cum ipse Henricus se ad Alpium montana transcendenda præparet, Dominus de Wirtenburch se ipsi Regi tyrannice opposuit. Propter quod ipse Rex Dominum de Winsberch

tentiam contra Ioannem, Alberti interfectorem publicauit. 27) Adolphi etiam atque Alberti corpora de loco sepulturæ suæ fecit eleuari, & cum religioso cultu & solennitate Spiram iuxta ipsorum antecessores collocari. 28)

§. VII. In iisdem Comitiis filium suum Iohannem Comitem de consensu Principum creauit in Ducem, & Comitatum Lüxenburgensem in Ducatum sublimauit. 29) Eodem venerunt Fridericus, Lupoldus, Albertus & Otto, filii Regis Alberti, postulantes se inuestiri de Ducatu Austriæ, & reliquis paternæ successionis domini, quæ Rudolphus olim Rex Germaniæ patri eorum contulisset Alberto. Venerunt autem vocati per edictum a Rege Henrico, qui illis mandauit, quatenus se abdicarent Austriæ Ducatu, propterea, quod pertineret ad Imperium, pro quo etiam Reges quinque fuissent occisi. At illi magis instantes paternam sibi postulabant confirmari hæreditatem, quam Principum consensu auus patri tradidisset. Cumque Rex concepta permaneret in sententia, Fridericus Dux illi per internuntium iam abiturus ita fertur misisse respondendum, quinque Reges propter Austriæ Ducatum Rex iste protestatur occisos; qui nisi ab eodem Ducatu se abstinuerit, inter occisos poterit fieri sextus. 30) Quod audiens Rex Henricus, eos de Ducatu Austriæ, consilio & assensu Principum reuocatos inuestiuit. In cuius recognitionem beneficii Lupoldus Dux cum ducentis equitibus cum ipso Rege Henrico se in Italiam iturum promisit; quod & fecit. 31)

§. §. VIII. Dum etiam Wenceslaus, Rex Bohemiæ, relicta tantum filia sine masculo successore, fuisset sublatus, filia ipsius Elisabetha ad eadem Comitia Spiram venit, vt de ipso paterno regno inuestiretur, petens. Rex vero cum Petro Moguntino & Balduino consilio inito, instantibus Bohemiæ Proceribus, Iohannem filium Elisabethæ matrimonio copulauit. 32) An. 1310. Friderico Thuringiæ Landgrauiatum vna cum Misniæ Marchionatu mediantibus Petro Moguntino & Bertholdo Hennebergico restituit. 33) Anno 1311. eidem Friderico terram Plisnensem atque tres Imperii Ciuitates, Altenburgum, Zuiccauiam & Chemnitium oppignorauit. 34) Misit etiam eundem cum exercitu ad expellendum Henricum Carinthiæ Ducem, quem Bohemi Regem elegerant. Hic vero Carinthiam repetere coactus, constituto Rege Iohanne, eodemque a Moguntino Archiepiscopo coronato. 35)

§. IX.

berch prouincialem Aduocatum præfecit, & omnibus illarum partium regni fidelibus, Castellanis, & ciuitatibus districtissime præcepit vt sibi tanquam suo vicario in omnibus intenderent & obedirent & eius iussionibus per omnia parerent. Qui Regis ad præceptum cum fidelibus regni & ciuitatibus dictum Dominum de Wirtenberch armis bellicis sæuiter persequendo suo in territorio, in locum de loco fugere coartauit, & eius quadraginta tam oppida quam castra viriliter expugnauit, & ad talem internecionem deduxit, quod tantum terruncula vix poterat obtinere quod vitæ necessaria valeret, pauperiem viuendo aliqualiter habere. TRITHEMIVS ad a. 1309.

27) GESTA BALDVINI lib. II. c. VIII. *Iustitia & iudicium correctio sedis eius, Henrici Regis. Nam ipse in Spira præsidens iudicio contra Iohannem de Austria dictum Sunderlant iusticialiter vocatum & iuris ordine damnatum, quia suum antecessorem Albertum Regem Romanorum callide interfecerat, sententiam sanguinis districtissime promulgauit, & deinde ad Alpium montana transcendenda iter arripiebat.*

28) GESTA BALDVINI lib. I. cap. VI. *Custodia tota adimpleuit legis mandata operaque caritatis. Nam duos suos antecessores Reges Adolphum & Albertum de loco sepulturæ Regum Almaniæ deputato multum remotæ terræ commendatos ecinerauit & releuauit, & per plures Episcopos & Abbates multosque Clericos tam seculares quam religiosos cum cereis infinitis cultibusque sumptuosis Regum funeribus digne deputatis & deputandis Spiram adduci & transferri cultu regio procurauit; & ipse Henricus Rex funeris Adolphi, eo quod essent de eadem linea consanguinitatis, cum multis Ducibus, Baronibus, Militibus, aliisque nobilibus & ignobilibus caterua non modica ad quam plurimam distantiam incessu pedum gradiendo obuiauit, & lamentando, Quomodo ceciderunt inclyti, Christum Domini acceptauit; & eodem die anno Domini millesimo tricentesimo nono, regni vero eius primo, amborum exsequias in Spirensi Ecclesia deuote celebrare per Episcopum Spirensem procurauit, & vt olim Tobias, eos iuxta alios antecessores Reges solemniter collocauit.*

29) TRITHEMIVS *Chr. Hirsaug. ad a.* 1309. *Henricus autem Rex filium propterea sublimat in Ducem, vt illum eo conuenientius, sicut animo disposuerat, promoueret in Regem.*

30) Erant isti Conradinus, Ottocarus, Rudolphus Austriacus, Adolphus, Albertus.

31) TRITHEMIVS *ad a.* 1309. GERH. a ROO *lib. II. p.* 75. CVSPINIANVS *p.* 363.

32) GESTA BALDVINI *lib. I. §. V.*

33) Extat vtrorumque diploma vna cum Iohannis Regis Bohemiæ confirmatione in TENTZELII *Historia Friderici admorsi Sect. IV. §. V.*

34) Diploma Iohannis Bohemiæ Regis desuper datum exhibet TENTZELIVS *§. VII.*

35) ALBERTVS ARGENT. p. 115. *audito autem eo tempore quod Elsa puella circiter viginti annorum, grandis & bruna, olim Wenceslai Regis Bohemiæ filia, neptis Rud. regis, Ioanni, filio Henrici regis, annorum circiter XI. nupta, & cum ea ipsi Iohanni regnum Bohemiæ traderetur, eaque Spiram cum excellenti decentia veniente, ac Principe propter falsam suspicionem fornicationis illi copulare filium dubitante, illa mora anxia, cum causam protractionis omnino scire vellet, & a suis causam suspicionis difficulter audisset, dixit: Absit quod Dominus rex filium suum mihi deneget ex hac causa, quia virginitatem meam per aspectum corporis comprobabo. Examinata ergo per honestas matronas, & reperta virgo, fuit filio regis solenniter copulata. Quos coniuges Petrus de Treuiri, Archiepiscopus Mogunt. Bohemiam traducens, Pragæ in regem & reginam, prout antiquitus ad Moguntinum pertinet, coronauit. Solennitas autem nuptiarum Spiræ, paratis sedibus, propter contentionem antiquam Moguntini & Coloniensis, quorumlibet ad dextrum Principis sedere voluit, est turbata.* GESTA BALDVINI *lib. II. c. V.* ANONYMVS LEOBIENSIS *lib. V. p.* 935. BERNARDVS GVIDO Vita Clementis V. p. 72. *Eodem anno Henricus filius Regis Alamanniæ accepit*

§. IX. Anno 1309. Imp. misit legatos ad Clementem V. Papam Auenionem Ottonem Basileensem & Sifridum Curiensem Episcopos, Amadeum Sabaudiæ Comitem, Ioannem Delphinum Viennensem, & Comitem Albonensem, Guidonem de Flandria, Ioannem Comitem de Sareponte, & Simonem de Maruilla Thesaurarium Metensem, pro sua confirmatione, misso insuper Decreto suæ electionis 36) quam etiam Papa concedebat, a Purificatione vsque ad duos annos, recepturus coronam Romæ, nisi aliud obstaret impedimentum. Inualescente igitur Guelphorum factione, maxime dum Clemens V. Papa Robertum Neapolitanum, dictum Siculum, Romandiolæ Comitem fecisset, 37) Henricus pro adserendis Imperii iuribus, & corona Romana impetranda, abolendis etiam Guelphorum atque Gibellinorum factionibus, exulibusque quos Guelphi ex diuersis Ciuitatibus eiecerunt, restituendis, 38) præmissisque in Italiam Maiestatis suæ litteris, aduentum suum, & qua ratione pacem mundo dare vellet, nuntiare iussit. Hinc, postquam sibi de fœderibus cum Germaniæ Principibus prospexisset, auxilio etiam suffultus Amadæi Sabaudiæ Comitis, qui alteram ex filiabus Ducis Brabantiæ habebat vxorem, cui & Delphini frater adhærebat, eiusdem Sabaudiæ Comitis gener, & Guidonis, Flandriæ Comitis fratris, qui Philippum Franciæ Regem Imp. contrarium, habebat exosum, 39) an. 1310. expeditionem

in vxorem filiam Regis Bohemiæ, quæ erat heres regni. Vnde & ipse factus est Rex Bohemiæ cum eadem. AVCTOR VENETVS *Vita Clementis V. p. 86.* Quæ vero ALBERTVS ARGENTINENSIS de examinata puellæ virginitate tradit, alii, præter CVSPINIANVM *p. 365.* reticent. HENR. REBDORFFIVS ad a. 1309. *Hainricus Imperator VII. cæpit regnare electus concorditer in Regem Romanorum ab Electoribus Imperii; & regnauit quatuor annis vel circa. Hic prius comes in Lutzelburg, discretus & deuotus, primo anno regni sui filio suo impuberi Iohanni tradidit in matrimonium filiam Wenzeslai regis Bohemiæ tunc defuncti vnicam heredem illius regni, & in Spira sunt huius regni nuptiæ celebratæ. Qui factus adultus, & post obitum patris sui Imperatoris prædictum regnum Boemiæ tandem obtinuit, licet cum magna difficultate.* ALBERTVS MVSSATVS lib. I. rubr. VII. *his ita compositis, filioque eius Primogenito in Boemiæ Regnum, quod tunc Romano vacabat Imperio, summoto Henrico Karinthiæ Duce ad id Regnum aspirante, præfecto, coronatoque & Boëmis regia censura pacatis.*

36) PTOLEMAEI LVCENSIS Vita Clementis V. pag. 36. *Eodem anno venerunt ambasiatores Henrici Regis Alemaniæ solennes ad Curiam, videlicet Comitis Lucemburg. Dicti autem ambasiatores fuerunt tres Comites & duo Episcopi, petentes confirmationem, dicti electi. Quibus responsum fuit per Papam Clementem, quod aliqualiter admittebat ipsum, & cum volebat vlterius nominari Regem Alamanniæ & Romanorum, & quod interim posset agere, quæ Regis erant & administrare a Purificatione vsque ad duos annos; recepturus coronam Romæ nisi aliud obstaret impedimentum, quod & occurrit.* BERNARDVS GVIDO *p. 577.* VENETVS *Vita Clementis p. 85.* Hos vero legatos detexit STEPHAN. BALVTZIVS ex litteris Henrici VII. Imp. quæ extant in Codice Regio. *Not. ad Vita Pap. Auenionensium p. 609.* Procuratorium horum legatorum, vna cum Decreto electionis idem BALVTZIVS *Collectioni Actorum Veterum p. 265.* inseruit. *Vide supra §. I.*

37) CONRADVS VECERIVS p. 67. *interea Carolus Siciliæ Rex secundus, Gallicæ originis, cis fretum regnans, rebus humanis excessit. Plures huic filii, nempe maior natu Carolus, Martellus cognomine, & Robertus. Martellus viuo etiam dum patre, mortem (sed filio relicto) obiit. Qua in specie, ex quo facto ipso, larga disputandi materia Iureconsultis est nata; nepos ne antecedere iure possit patruum in successione auita. Sed & responsis prudentum & pontificia pronuntiatione quadam Robertus annixus, compendium hæreditatis obtinuit, paternaque nece comperta, mox Auenionem properat. Ibi nullis non modis Clementis amicitia comparata, adeo promouit, vt & Rex vtriusque appellaretur Siciliæ, & quidquid præterea alieni æris patri, vnoque per belli quondam tempora Ecclesia Romana crediderat, illi ferretur acceptum: summa aureorum sex millia superauisse putatur. Tantis beneficiis Robertus se obnoxium sentiens, actis ad tempus gratiis, operam curamque Clementi omnem gratitudinis ostendendæ pensandæque dignationis detulit. Hic Quintus qui Lutzeburgium vt supra tetigimus, paullo ante Regem Romanum declarauerat, siue suspectam habens Henrici potentiam, siue contracta amicitia Vasconico more pertæsus, Siculum Romandiolæ Comitem fecit. Eamque Robertus prouinciam Gilberto Zantillio Vice Comiti demandauit. Quæ res perpulchram Gibelinis Imperatorii iugi detrectandi potestatem tribuit, vel tantula rebellandi occasione gestientibus.*

38) MVSSATVS lib. I. rubr. VI. *pacata Alemannia, finibusque Aquilonis vsque in Oceanum ad maiora direxit animum, desuetum iamdudum Regnum per fines terræ requiescere posse coniectans insignibus argumentis: seque in horum initium coronas vtrasque adepturum permetiens, Italorumque tentare partes induxit in animum. Constiterat namque plurimas Italiæ Ciuitates per Optimatum factiones arcuisse in exilia. Ciues partium scismatibus, quæ hinc Guelforum sub Ecclesia; hinc Gibolengorum sub Imperii clypeis nomina sibi quædam induerant, quarum nonnullæ etiam, & præsertim Longobardorum passæ tyrannides siue exiliis, siue coertionum profligationibus, diu marcuerant. Cuius rei inuidia ad se, simile veri erat, exsorres concurrere, sicque pacis ingenti suasione alliciendos populos ad cultum noui, & speciosi nominis Imperatoriæ Maiestatis. Nec huius regiæ virtutis instinctum circumspecta refellit opinio. Nam & Tuscorum quidam Optimates ex Gibolengis partis antiquæ, nec non ex diuisis Guelfis, qui Alborum intolerantia Gibolengi nominis sibi prænomen elegerant, eiusdem propositi complures montes transiluere ad ipsum Regem eliciendum muneribus & subsidiis.*

39) ALBERTINVS MVSSATVS lib. I. Rubr. VII. *His ita compositis, - - vt populorum amores sibi euocaret, nuntios cum Maiestatis suæ litteris mature annuntiari iussit felicem aduentum ipsius, sique pacem Mundo daturum: iura, libertates lapsis restituturum, Vniuersitatum in pace degentium mores approbaturum, & reliqua regalibus extollentia suasionibus corda fidelium. Interea que confœderationes cum Principibus Regionum Teutonici nominis, priuatasque amicitias sibi sponsionibus, & ceteris, quæ Mortales alliciunt, conquirens, Spe etiam suffultus Amei Sabaudiæ Comitis alteram ex filiabus Ducis Brabantiæ vxorem habentis cui & Delphini frater adhæserat eiusdem Sabaudiæ Comitis gener, inque Socias vices & Guidone Flandriæ Comitis fratre ineunte. Hi quidem & Imperatoris aduentum ob studium exosi eis dicti Philippi Francorum Regis, affectabant.*

nem Romanam indixit, 40) idemque Clementi V. Papæ a. 1310. significauit se venturum esse ad terras Imperii. 41) Inde a Gibellinis euocatus, habitis Francofurti Iulio mense Comitiis, in iisdemque Bertholdo Hennebergico in Principum numero adlecto, 42) Germaniaque Iohanni filio demandata, cum non adeo grandi comitatu iter ingressus, licet Guido de la Torre homo subdolus, illud dissuadere conaretur. Alpibusque appropinquans, Lausannæ constitit, reliquam exercitus partem opperiens. 43) Commota igitur Guelphorum factio, præcipue vero Florentini, qui libertatem adfectabant, Cæsari contrarii, fœdus cum Roberto Siculo aliisque ciuitatibus Hetruscis inierunt, Pisani ex odio erga Florentinos. Frequentes etiam ad ipsum aduolarunt Italiæ Magnates, vrbiumque legati, 44) e contrario Regi aureorum millia LX. submiserunt. 45)

§. X. Exeunte Septembri, Lausanna mouit, Taurinum venit, constitutoque ibidem vicario, Astensium vrbem est ingressus, ibidemque constituto Senatu nouo cæterisque ad nutum ordinatis, Nicolaum Bonsegnori constituit Vicarium. 46) Inde Casalem & Vercellas venit. 47) Omnes igitur Lombardiæ Ciuitates ab Alpibus Veronam vsque, inde Mutinam Regi fidelitatis iuramenta præstiterunt, Vicarios susceperunt, nouis legum sanctionibus ad Regis placitum, vitæ necisque potestatem habituros Alexandria duntaxat excepta, quæ Roberto Apuliæ Regis præsidio tenebatur, cui tamen sponte cessit. Perrexit porro Mediolanum, qua vrbe ciues ipsi obuiam præcedentes, ipsius Ciuitatis claues plus quam per leucam offerentes, ipsum in Regem Romanorum & Dominum suum humiliter receperunt. Et sic Mediolanum anno 1310. feria quarta ante Natale Domini strenuissime intrauit, Guidonem etiam de Turre, qui eiecto Maphæo Vice-Comite, præfecturam vrbis vsurpauerat, ingressum

40) CONR. VECERIVS c. I. *Luceburgicus nihil eorum negligendum ratus, quæ ad amplitudinem Augusti Principatus pertinent summa ope annisus est, vt quam celerrime documentum aliquod præberet, quantus & quam propensus sibi esset animus Pontificiæ dignitatis excolendæ. Dimisso edicto per prouincias, vt quisquis nobilium Augustale beneficium obtineret, die constituto vellet adesse, solennemque profectionem, Romanæ mitræ capiendæ caussa, pro conditione, proque consuetudine sua curâret exornandam.*

41) PTOLEMÆI LVCENSIS Vita Clementis V. p. 37. *Eodem anno ambasiatores ad curiam venerunt ex parte Regis Alamanniæ, insinuantes curiæ quod se parabat ad veniendum ad terras imperii. Propter quam causam petebant duos Legatos, vnum in Italia, & alium in Theutonia: Ad quod fuit responsum per Clementem Papam, & hoc apud partes Auenionenses, quod suum acceptabat aduentum tanquam de filio Ecclesiæ.*

42) Extat diploma apud SPANGENBERGIVM *Henneberg. Chronic. lib. V. c. V. p. 180.* & MEIBOMIVM *Tomo III. p. 208.* in quo hæc verba: *ad augmentum Sacri Imperii honoris, de Principum nostrorum consilio, conferimus eidem Bertholdo, ac suis heredibus, omnia iura Principum, tam in ingressu quam egressu, ad Imperialem deliberationem, in sententiis conueniendis, dictandis, pronunciandis; in iure Ciuili & Plebiscito, quod vulgo dicitur Landrecht. Et specialiter ipsi Bertholdo & liberis suis, nec non hominibus eorundem, hanc de liberalitate Regia, duximus libertatem, & gratiam faciendam: quod ipse Comes & liberi sui debeant iure & more aliorum Principum nostrorum & Imperii coruscare, & Homines suos iure aliorum Principum congaudere. Sic quod ipse Comes & sui liberi, non alibi, quam vbi alii Principes Imperii: & vbi homines aliorum principum conueniuntur, valeant conueniri.*

43) CONR. VECERIVS p. 86. *ipse vniuersa Germania Ioanni filio demandata, cum non adeo grandi Comitatu iter ingressus, Alpibusque propinquans, Lausani constitit; reliquam exercitus partem opperiens. Eo mox legationes ex Italia salutandi causa certatim occurrunt.* MVSSATVS lib. I. rubr. VII. *statutam inde diem transgrediendarum Alpium præfixit in Lausannum vicinam descensui ad Lombardiæ planiciem, indeque sese cum copiis promoturum enunciauit:* Extat NICOLAI, Episcopi Botrotinensis *Relatio de itinere Henrici VII. Italico* ad Clementem Papam apud BALVZIVM *Vitis Paparum Aven. p. 1147.*

44) De hoc late MVSSATVS *lib. I. Rubr. X.*

45) VECERIVS c. I. *At Guelphorum factio in Hetruria, cisalpinaque degentium, quam semper ante hac Teutonicæ felicitati aduersatam constat, in multo maximum metum incidit, & fama numerosi exercitus, & reliqua Italia proniore consensu. Præcipue vero Florentini, inter spem metumque ancipites, hostiliter ne an deditione fortissimum Ducem exciperent. Prævaluit tamen sententia vi potius quam abiecta formidine agendum censentium. Itaque quo vel conturbaretur inauguratio, vel lentius certe succederet, conscripta per totam ciuitatem iuuentute, accitisque militibus aliis voluntariis, præsidium haud contemnendum efficiunt. Ad hoc pecuniam, frumentum cæterasque res comparant, vel stipendio, vel obsidioni necessarias. Denique fœdus cum Siculo Roberto, ciuitatibus Hetruscis ac cisalpinis aliquot faciunt. Pisanorum longe diuersa sententia, hi quo sese Gibellinarum partium, atque adeo Cæsarei nominis quam maxime studiosos Henrico in ipso Italiæ ingressu comprobarent, donum Regi aureorum millia XL. submiserunt.* ALBERTINVS MVSSATVS vero lib. I. Rubr. X. *Illò & Pisanorum aduenere legati in pretiosissimarum ornatu vestium equis prouecti sublimibus cum famulorum ordinibus, & armis fulgentibus aspectui congruentes Imperatoriæ Maiestatis, quibus ex confidentia continuo personæ Regis commissa custodia, & vt ex Conscriptorum numero Consularium haberentur, decretum est. Ex thesauris Vrbis suæ publicis dona tulere Regi millium LX. aureorum cum totidem sponsione conferendorum in suæ Comitatis accessu felici.*

46) CONR. VECERIVS p. 68. *eo veluti viatico præditus (quippe cuius ærarium, vt veris agamus, virtute esset quam nummis instructius) Septembris exitu mouit e Lausanno, superatoque monte perquam arduo, Senisium vocant accolæ, Taurinum est inuectus. Illinc decimo die quam accesserat, Insubres ingreditur, ibi quoque magno apparatu acceptus, Astensium dissidia haud exilia summa cura composuit. Constabat id temporis regius Comitatus equitum duobus millibus quum residuum perinde expectaretur. Mansit itaque apud Astam toto bimestri atque amplius, & reliquam, vt diximus, copiarum partem opperiens, & de ineunda Insubrium ciuitate consultans.*

47) MVSSATVS *lib. I. rubr. X.* GESTA BALDVINI lib. II. c. IX.

48) CONR.

ium in palatium denegantem, eo adegit, vt se ipsi traderet. 48) Tandem vero ipse cum xore sua, die Epiphaniæ VIII. Idus Ianuarii 1311. ab Archiepiscopo Mediolanensi Galone de la Turre, Mediolani, licet alii Modoetiam Impp. coronationi esse destinatam, ellent, in Regem Italiæ, 49) corona ferrea, quam, dum corona Regum antiqua aurea ex negligentia esset amissa, adinstar lauri, margaritis pretiosis perornatam, de calybe fecit abricari, fuit coronatus, 50) creatis post coronationem, ducentis militibus. Post hæc,

meri-

48) CONR. VECERIVS c. l. *Guidotus Tur- itus sapientia atque opibus clarus, genti ea tempe- 'ate praerat. Is audito inprimis aduentu, vereri epit, ne diuersæ factionis pars (Gibellini erant vio- :ntia illius acti in exilium) occasione Germani ad- 'entantis in recuperanda dignitate vteretur. Itaque ræsidium ad Vrbis suæ tutelam comparat duorum nillium atque amplius. Ipsi fædus atque hospitium rat cum toto Guelphorum genere, per Italiam agen- ium. Sed & operam dabat, quibuscunque poterat rtibus, ne mænibus reciperetur Henricus, Gibellinæ cilicet factionis patronum, vt paulo ante scripsimus, uturum metuens. Neque tamen obtinere potuit, uin bona ciuitatis pars Regis amantior, simul Car- linalis Fliscus, tum Legatus Apostolicus, Clementi- aque mandata conficere cupiens, Lucebergium vltro nuitarent.* MVSSATVS c. l. *diuertitque iter citra Guidonis spem Mediolanum properant; tuncque per- ulsus ingenti, & inopinato motu Guido nuntios ad Regem transmisit, qui se pariturum edant, ipseque nermis, dimisso, licentiatoque omni exercitu, ac ræsidio Regi obuiam venit, seque vrbisque omnem otestatem tradidit.* PTOLEMAEVS LVCENSIS Vita Clementis V. pag. 38. *Eodem anno Henri- us VII. Rex, sed VI. Imperator, iam coronatus Aquisgrani intrat Italiam circa festum omnium san- torum, & primo venit Taurinum, deinde in ciuita- em Astensem, ibique nouitates facit; sed pacem refor- mauit. Eodem tempore venit Vercellas, & hoc idem facit, postea Mediolanum, vbi etiam pacem refor- nauit cum Turrianis & Vice-Comitibus.* BERNAR- DVS GVIDO *p. 72.* GESTA BALDVINI *lib. II. c. X.* IO. de CERMENATE *Hist. Vrbis Ambrosianæ cap. XII. & sqq.*

49) VECERIVS c. l. *Rex Romanus dolenti- bus Guidotti oculis, pridie Mediolanum Dominici natalis inuehitur, dieque sequente octauo, Antistes ius diœceseos, in Ambrosii beatissimi delubro myste- iis vacantis, Henrici verticem secunda corona redi- mit. Augusta quoque quam vna secum aduexerat, dem honor habitus. Affuere solennibus omnium fere talicæ ciuitatum legati, Gibellinarum modo partium, ta vt Florentini duntaxat oratores desiderarentur.* CORTVSII de Nouitatibus Paduæ lib. I. c. XI. *Im- erator stans Mediolani, misit litteras vbique, an- nuntians, se debere a Legatis Summi Pontificis in Modecia corona ferrea coronari. Quæ litteræ præsen- atæ fuerant Paduæ a. MCCCXI. die primo Ianua- ii, post Domino Alberto de Castello quæ coronatio tatim fiet in die Epiphania.* IO. CANONICVS S. *Victoris Parisiensis in Vita Clementis V. p. 18. Ann. MCCCXI. vt dicitur, in die epiphania fuit Henri- us Rex Alamanniæ & iam Imperator vocatur Me- iolani, prout Imperatorum moris, coronatus est.* Plenius amen MVSSATVS lib. I. rubr. XII. *Triumphans gitur in Mediolano Rex Henricus corona ferrea in- gniri iuxta legis Imperialis sanctionem antiquam atuit, euocarique vndique populos dimissis edictis ad iem certam in ipsa Mediolani vrbe, & Sanctissimi Ambrosii æde, seu Oraculo. Quamquam discepta- um, an Modecia id fieri oportuerit, vt plurimum moris antiqui fuerat; decisum tamen & illico fieri ihil interesse. Illud quoque Principum, Baronum, populorum iam subiectorum frequentia, & alacri- ate effectum est. Ad id ex nondum parentibus inui- ti, vocatique interfuere Patauinorum, Vicentino- umque legati regiam coronationem præsentiis hono- antes, seque non ex fidelibus minimos zelis bonis, & cum se captaret temporis opportunitas, operibus offerentes. Quibus mire responsum gratificandi, cum sibi, Imperioque, (vt decuerit,) se deuote summisse- rint, reddidit. Coronati itaque Henricus Cæsar, Augustaque Margarita Anno ab ortu Domini Nostri Iesu Christi vndecimo trecentesimo millesimo, VIII. Idus Ianuarii ferrea corona, quam Lauream appel- labant, in equis phaleratis rubro scarleto cum pur- pureis tegumentis supra vertices latis se Populis ex- hibuere per Vrbem, Rege Sceptrum manu dextera ge- stante, videlicet Scipionem aureum lilio supra reni- tente.* CHRON. ELWANG. ad a. 1311. *Hainri- cus Rex de Lutzelburg Mediolani corona ferrea coro- natur.* TRITHEMIVS *ad a. 1310.* De loco coro- nationis Italicæ optime NICOLAVS Botrontinensis Relatione itineris Italici p. 1158. *Tunc temporis ci- ues de Modoetia instabant, quod Rex Modoetiam re- uertebatur ad coronam ferream recipiendam, cum ibi esset locus ab antiquis Regibus ordinatus. Dominus Rex habita matura deliberatione & inspectis libris & chronicis antiquis inuenit, quod dictus locus erat suæ coronationis ferreæ Mediolanum, & quod san- ctus Ambrosius talem in tali loco & plures Archiepi- scopi Mediolanenses plures in tali vel tali loco coro- narunt, & quia Mediolanum frequenter rebellauit imperio, & Reges plures nesciebant si audacter Me- diolanum possent intrare ad recipiendam dictam co- ronam ferream propter rebellionem eorum frequentem & infidelitatem, deliberauerunt quod quando Medio- lanensem ciuitatem non possent pacifice intrare, quod apud Modoetiam coronam reciperent, quod nunquam imperio rebellauit. Vnde cum dominus adhuc Mo- doetiam non intrasset, & in Mediolano pacifice esset receptus, iniuriaretur ipsis, si alibi quam in Ecclesia sancti Ambrosii suam coronam ferream reciperet. Quod ab omnibus exceptis ciuibus de Modecio est vnani- miter concordatum. Vnde Dominus Rex diem epiphaniæ pro sua corona ferrea recipienda in Ecclesia sancti Am- brosii elegit.* Et paullo post: *In die Epiphania per Archi- episcopum Mediolanensem & Episcopum Vercellensem, quem ad hoc specialiter voluit habere tanquam suum Epi- scopum, qui sic tunc a Rege & Regina vocabatur, & plu- ribus aliis prælatis præsentibus tunc, coronam ferream in Ecclesia beati Ambrosii suscepit. Eodem die centum & sexaginta Milites nouos fecit;* Patet ex hoc, quod coronatio Longobardica nonnunquam Mediolani fuerit peracta. H. STERO ad a. 1310. *tunc Impe- rator intrauit Italiam, & Mediolani ab Archi- episcopo Mediolanensi coronam vnam assumpsit Impe- rii.* M. CHRON. BELG. *pag. 286.* CHRON. EL- WANG. *ad a. 1311.* IO. de CERMENATE *cit. loc. cap. XVII.* PTOLEMAEVS LVCENSIS Vita Cle- mentis V. *Anno vero MCCCXI. Rex Alamanniæ Henricus VII. Rex, sed VI. Imperator, apud Medio- lanum in epiphania Domini, quam festum Regum ap- pellant, coronam ferream recipit, quam Archiepisco- pus eiusdem loci eidem contulit, licet ipsam deberet recipere in Modoetia siue in Vincentia; sed ex causa fecit. Et eodem tempore Rex prædictus requiri fecit ciuitates Lombardiæ & Tusciæ de homagio faciendo; per quos dantur diuersa responsa. Eodem tempore, hoc est, in die epiphania, quando coronam recepit, ob reuerentiam, dictæ coronæ fecit de diuersis natio- nibus Milites CC. cuilibet faciendo donum cum vno equo.*

50) Non solum dicti Scriptores coronam Me- diolanensem vocant ferream, sed etiam ipsam rem dilucide declarant GESTA BALDVINI lib. II. c. X.

& ibi-

meridiano tempore, aut regnante solis ardore, quieti indulgeretur, filii Guidonis de Turri aliis cum infinitis Regem occidere toto conamine laborabant. Verum, dum Lupoldus Austriæ Dux hoc animaduerteret, cum suis & aliis pluribus inimicos acriter inuadebat, ibi proditores prosternuntur, iugulantur, occiduntur. Castrum Guidonis filii ipsius in Regis manus concedunt. Inde Imp. Mediolani præsidens iudicio, mortis sententiam contra Guidonem & filios & fautores edixit, & inimicorum ædificium & turres publicauit atque extirpauit. Mortis etiam periculum ipsi a Sub-Cancellario suo intentatum euasit, eundemque fecit cremari. 51)

§. XI. Peracta coronatione, Insubrium discordiam, quanta fieri potuit, cum celeritate sedauit, & Maphæum Vice-Comitem cum sodalibus, & Mediolanensium Archiflaminem, cæterosque proscriptos reduxit in vrbem. Frequentes quoque adfuerunt legati gratulatum accedentes, ita, vt tota passim Italia, Bononia excepta & Padua, vicarios acciperent Augustales. 52) Interim rebellantes ob nimias exactiones Mediolanenses, magnum odium concitarunt in Germanos, ita vt Crema, Cremona, Laudum, aliæque Ciuitates vicinoires, pulsis Vicariis, præsidiisque regiis iugum excuterent, qui tamen ad misericordiam redeunt, atque ab Imp. ignominiose pertractantur. 53)

§. XII. Cæsare igitur Longobardiæ subigendæ intento, 54) Ciuitates Hetrusce Guelpharum partium, Florentia, Bononia, Senæ, Luca, Pistorium, Perusium, fœdus inter se aduersum sanciunt, ad obuiandum Imp. pro corona Imperii, ne videlicet per terras eorum transeat, propter fauorem, quem videbatur dare Gibellinis & Albis, dans eis dominia Ciuitatum, & non Guelfis, faciensque eo magis sibi familiares & consiliarios. 55) Istæ igitur præsidia Hispanorum accipiunt, quidquid Gibellinorum in ciuitatibus Guelphis versabatur, eiiciunt. 56) Et dum multæ Lombardiæ vrbes rebellarent, Cæsar easdem, Brixiam, inquam, Ianuam, Parmam, Vicentiam, Cremonam, Paduam, Taruisiam, Bergamum, Placentiam, aliasque, constitutis ibidem Vicariis, partim deditione, partim vi & armis ad obsequium redegit. 57) Dum in obsidione Brixiæ hæreret, frater ipsius, dum ad muros adpropinquaret, a Brixiensibus vna sagitta fuit occisus. Tandem vero circa finem Augusti Cardinales de concordia tractarunt. Brixienses petebant saluari in persona & in rebus; & sic se reddiderunt Imperatori. Non tamen eis seruauit pacta de muris. 58) Cum venisset Rex Romanorum Genuam, gratiose est ab eis receptus. Tota tamen pars Guelfa Tusciæ apparatum facit, contra ipsum apud Sarzanam militiam mittunt, passus claudunt, vt per

& ibidem (Mediolani) *dictus Dominus Henricus Rex sequenti die Epiphanie Domini in sancto Ambrosio a Mediolanensi Archiepiscopo vna cum sua Regina corona ferrea adinstar lauri margaritis pretiosis perornata, de calybe tamen per ipsum Henricum Regem cunctis successoribus facta, eo quod corona Regum antiqua ex negligentia esset amissa (nam a nullo Regum de tempore Frederici Imperatoris fuerat requisita) gloriosissime exstitit coronatus, permaximo insedens palefrido, famulis præcedentibus & sequentibus, & in lateribus, tamen a remotis, equitantibus, sub telo pretiosissimis sametis purpureis & baldekinis facto, aliisque famulis, saccis apertis, pecuniam non modicam videlicet Venetianos imperialibus admixtos extra viam proiicientibus, quam totus colligens populus, viam patefaciendo, suum ibidem in palatium pacifice & gloriosissime est ingressus.* Licet hæc corona postmodum auro fuerit superinducta, de quo TRISTANVS CALCHVS *Hist. Patr. lib. IV. p. 157. est autem circulus ferreus, quem corona aurea gemmis, margaritisque ornata, extrinsecus circumducta complectitur. Intus ferrum apparet, a quo & nomen tenet.*

51) GESTA BALDVINI *lib. II. cap. XI. XII.*

52) Verba sunt VECERII *p. 69.* IO. de CERMENATE *cap. XIII. & sqq.*

53) MVSSATVS *lib. II. rubr. I.* PTOLEMAEVS LVCENSIS Vita Clementis V. p. 39. *Eodem anno, hoc est, vndecimo, orta est turbatio in Mediolano ex quibusdam exactionibus, vt eis videbatur, indebitis. Propter quam causam, illi de Turre pro maiori parte exiuerunt ciuitatem, & ad sua præsidia se colligunt. Eodem tempore Cremonenses propter eandem causam licentiauerunt officiales Domini Regis. Tunc conturbatus Imperator contra ipsos vadit, tandem, Cremonenses ad misericordiam redeunt, & ipse ignominiose ipsos pertractat. Idem fecit & de Laudensibus, qui sibi rebellauerant. Interim autem pars Tusciæ Guelfa mittit solennes nuntios ad curiam, & iam per octo menses ibidem fuerunt, volentes se regere consilio Ecclesiæ circa obedientiam Imperatoris.*

54) ALBERTVS MVSSATVS libro III. ineunte: *Cæsar autem Longobardiæ subigendæ sequentius videns, quamquam labore nonnullo rebellionum tollendos amphractus, iam ad vlteriores terminos laxauit intentum, vtque tota Gallia quam Cisalpinam vocant Antiqui ante Padi transgressum, mandata recipiat, sinum Adriatici maris, qui angulus est Venetiis ditioni suæ subiungendum constituit.*

55) Verba sunt PTOLEMAEI LVCENSIS *Vita Clementis V. p. 40.*

56) CONR. VECERIVS *p. 70.*

57) Hæc ALBERTINVS MVSSATVS a libro III. prolixius describit. CONR. VECERIVS *pag. 69. 70.* ALBERTVS ARGENTROAT. *pag. 116. 117.* De Ciuitate Brixia saltim H. REBDORFFIVS *ad a. 1309.* H. STERO *ad a. 1310.* GESTA BALDVINI *lib. II. c. XII.* Vide late IO. de CERMENATE *Historiam Vrbis Ambrosianæ c. XXXV. seqq.* & PTOLEMAEVS LVCENSIS *cit. loc.*

58) SECVNDA VITA CLEMENTIS V. p. 42. *Eodem anno, scilicet vndecimo, circa principium Augusti frater Regis Romanorum moritur, cuius mors a diuersis diuersimode narratur. Quidam enim dicunt, quod de vna sagitta a Brixiensibus, eo appropinquante ad muros, existente adbuc Rege in obsidione circa dictam ciuitatem. Alii, quod post illud vulnus morte propria. Post hoc, eodem anno Cardinales ad Imperatorem perueniunt, & circa finem Augusti de concordia tractant inter Imperatorem & Brixienses; sed adbuc non est finis. Primo enim, vt scribitur, posuerunt se in manu Imperatoris, sed postea pœnituerunt. Vnde Rex prouocatus statim mandat expugnari ciuitatem; sed male eidem cessit, combustis galeis Regis. Et in illa pugna multi ceciderunt de exercitu Regis, sed de Ianuensibus præcipue cum ipsorum muschetis. Adbuc autem manentibus Brixiensibus in sua pertinacia, iterati tractant de concordia & per se & per suos Capellanos, petuntque Brixienses saluari in persona & in rebus; & sic se reddiderunt Impera-*

vt per terram transire non possit. Eodem tempore epidemia magna inuasit gentes Regis Romanorum Genuæ existentes, extenditque se tam ad homines quam ad equos. Vnde Regina ibi mortua est, multique Barones & alii nobiles. Ex tali etiam epidemia infecti sunt Genuenses, & multi mortui sunt. Eodem tempore & anno Parmenses & Rhegini contra dictum Regem Romanorum rebellant, fauente Gilberto. Anno 1312. Cremonenses rebellant Imp. cum Gilberto & Caualgabon, & cum exercitu magno vadunt contra ciuitatem Bononiæ, adiunctis sibi Rheginis, & diu pugnant cum Vicario Imp. & Galeacio Mediolanensi, quos postea fauente populo Cremonensi, cum confusione expellunt & damno. Eodem tempore Imp. Caualgabon cum Gilberto & eorum comitiua diffidauit & banniuit. Et hoc idem fecit de Tuscis. Eodem tempore, & mense Februario, Imperator recedens de Genua vadit per mare Lorice, & inde Pisas, ob malitiam Tuscorum, quæ Sarzinæ erant ad obuiandum. Eodem tempore Placentini & Papienses rebellant Imperatori. Eodem tempore pars Guelfa de Aste expellit Gibellinos cum adiutorio Senescalli Regis Roberti. Sic etiam Paduani rebellant Imp. occasione Vincentiæ, quam dictis Paduanis abstulerat. Propter quam caussam pugnauerunt cum Veronensibus & deuicti sunt ab eis. 59)

§. XIII. Tandem vero Romam tendit Henricus. Hinc enim dum in Brixiæ obsidione hæreret, miserat a. 1310. legatos, inter eosdemque Episcopum Basileensem Auinionem, excusaturos, quod stato tempore Imperii coronam adsumere non posset, quibus annuit Papa, legatos etiam ad Henricum misit, inter quos Arnaldus de Frangeriis Sabinensis Episcopus principalis ad coronam capiti Cæsaris imponendam legatus, & præter hunc, Nicolaus Hostiensis & Velocrensis Episcopus, Leonardus de Guercino Episcopus Albanensis, Lucas de Flisco S. Mariæ in via lata Diaconus Cardinalis, qui in castra Cæsaris venientes vna cum papali benedictione concessum Cæsari indultum annuntiarent. 60) Fridericus equidem, Siciliæ Rex misit legatos de pace atque fœdere cum Henrico tractaturos, 61) ast Robertus Neapolitanus ad petitionem Vrsinorum, Iohannem fratrem mittit ad vrbem cum equitum sexcentorum præsidio, litteris subinde scriptis ad Ciuitates Hetruriæ Guelpharum partium, de submittendis opportune Romam auxiliis. Et licet isti diuersa vrbis loca suis præsidiis muniuissent, Columnensibus tamen aliisque Cæsareanarum partium alias occupantibus. Dum etiam Robertus copias suas in vrbe Roma augeret, pugnant istæ con-

Imperatori. Non tamen eis seruauit pacta de muris. ALBERTINVS MVSSATVS lib. III. c. XIII. *Sed ecce diebus his fortuiti casus deplorandos euentus, qui Golerani Regis fratris ad spectaculum immissi ignis per Brixianos interiores in ligneum propugnaculum, quod ad superandos vrbis muros Germani construxerant, occurrentis tragula gulam traiecit, lethaleque hoc vulnus illum paucos post dies vita exuit: cuius corpus Veronæ delatum, magnificis exequiis humatum est.*

59) Hæc omnia verbis PTOLEMAEI LVCENSIS *p. 42. 43.* scribo. Adde AVCTOREM VENETVM *Vita Clementis VII. p. 87. sqq* & NICOLAI Brontoniensis *Relationem pag. 1169. sqq.* qui hæc singula vberius describit.

60) MVSSATVS lib. IV. ineunte: *Basileensis Episcopus vnus ex Regiæ Curiæ Principibus Auinionem, vbi tunc Papalis Curia residebat, transmissus a Cæsare, benigne a Papa susceptus, totum Cæsaris progressum, difficilesque vicissitudinum anfractus, pertinaciamque Brixianorum, compliciumque ac fautorum seriatim dictauit; qualiter etiam ob Bononiensium, Florentinorum, Tuscorumque eiusdem factionis res argumenta habebantur, statuta die B. Mariæ Virginis iamiam accedentis Augusti Coronam præsertim in Vrbe adsumi non posse, prorogandum terminum hunc, quandocunque se captaret facultas, fore. Idque non modo ipsius Basiliensis desiderio instantis, sed eadem optantis Papæ proniore instinctu obtentum est, decretique a latere Legati Arnaldus de Frangeriis Sabinensis Episcopus, hicque principalis ad coronam capiti Cæsaris imponendam Legatus, Nicolaus Hostiensis & Velocrensis Episcopus, Leonardus de Guercino, Episcopus Albanensis, Lucas de Flisco S. Mariæ in via lata Diaconus Cardinalis, quos inter (vt prædiximus) constitutis, & prælatis absentis Papæ loco Sabinensis Episcopus disceptatione in Consistorio habita, quisnam eorum ad eam dignitatem præferendus foret, allegante Hostiense, quod dum Papam coronare suum esset, sic & consequenter Imperatorem. Sabinensis ex aduerso dictitabat certum esse, vt Imperatorum Coronationibus Sabinensis semper Papæ proximior coronam erigat officiosior aliis illico præsertim: sicque Papa pronunciante obtentum est, vt Sabinensis illo fungatur officio, Legatusque cæteris præsit. Iussi ergo in Italiam quam mature proficisci, illud celebre Coronationis obsequium captata in eiusdem Regis optione temporis habilitate executuri, celerrime iter arripuere: duo tamen facilioribus aditibus Alpes transilientes, scilicet Sabinensis, & Albanensis in Regis castra circiter Augusti Kal. applicuere, ibique summa recepti lætitia, Regem, Reginamque Papali benedictione consalutantes, indultum Regi annunciauere, Coronationis terminum ob iustissimas caussas prorogatum ad tempus: iamque sancitum totius Coronationis officium in vrbe, & redactum in formam cum omnium præordinatione solemniam.*

61) MVSSATVS lib. V. rubr. VIII. *per hosque dies Vir nobilis Galuagnus Lancea Friderici Siciliæ Regis Consiliarius, & Admiratus cum Legatorum cætu in duabus galeis portum Ianuæ applicuit missus a Friderico præfato, ibique comiter susceptus a Cæsare, consalutauit eundem sui Regis iussione, tabulaque argentea magni ponderis, aliisque regalibus exenniis donauit. Ad quæ autem cætera venerit per Curiam, forte paucis ex Regis Secretariis consciis, ignoratum est: multa tamen narrata per pulpita, & plateas. Quidam, vt quæsitum venissent Regi Siciliæ titulum, vtque statum, conditionesque Regis Romanorum sciscitarentur, quibus in iuribus consisteret. Quidam, vt vtrinque fœdera colligarentur aduersus Reges Franciæ, & Apuliæ; sed horum opinio subito euanuit, Galuagnusque cum Regis assensu, scientiaque suas post paucos dies ingressus galeas, in Siciliam reuersus est.*

 62) VS-

contra Columnenses & præualent. 62) Horum igitur ope Kl. Maii a. 1312. in vrbem introductus fuit Henricus, 63) atque occupatis diuersis vrbis partibus, vigesimo Maii die Capitolium omni Vrsinorum subsidio carens, defecit ad Cæsarem. 64) Dum igitur Monasterium Minorum & plures turres adhuc possiderent aduersarii, commissa fuit VII. Kal. Iulias in ipsa Roma pugna, stragem perpessi fuerunt Cæsareani, multis Principibus ac nobilibus amissis. 65) Dum igitur copias suas in dies diminui videret Henricus, atque vrbis se esse potiturum, desperaret, soli Coronationi innitendum constituit. Submissi itaque, qui ab Iohanne, Roberti fratre, ac Vrsinis exquirerent, vt concessa Principis Apostolorum Basilica, in Vaticano præordinata per Papam sanctione Coronam accipiat, aduersariis tamen minime adsentientibus. 66) Dum igitur Cæsar Cardinales, vt ipsum ad Lateranum coronarent, sollicitaret, asserebant isti, nefas esse, a Papali constitutione rescriptisque discedere, litterarum contextum, moremque allegantibus. Cæsar e contrario necessitatem legem tollere adserebat, populum etiam concitabat, vt facto plebiscito, hoc Cardinalibus iniungerent. Hinc a tribus Cardinalibus, legatis Pontificis Arnaldo Felgnerio, Episcopo Sabinensi, qui ipsum imperiali diademate insigniuit, Nicolao Ostiensi, qui illum inunxit, 67) & Luca Flisco, qui vtriusque sacra operantibus adstitit, 68) III. Kl. Iulii die Petri & Pauli, se hoc non sua sponte sed populi iussu facere, corona Imperialis

62) VECERIVS pag. 71. *Robertus Iohannem fratrem mittit ad Vrbem, cum Equitum sexcentorum præsidio, literis subinde scriptis ad ciuitates Hetruriæ Guelpharum partium, de submittendis opportune Romam auxiliis. Ricardo Lunensi Comiti quem Robertus Tuscis imposuerat, datum negotium Latii mature ineundi, idque cum phalange peditum 2600. Hi ad diem 16. Cal. Iunii, Romam peruecti, Vrsinos conueniunt, moxque, de sententia Consilii, Capitolium, Hadriani molem, ac Vaticanum, armati insederunt, Petro Sabaudo, Senatore Vrbis coniecto in vincula; Columniis, aliisque Cæsareanarum partium, Lateranum, Mariam maiorem, Amphitheatrum, Rotundam, Sanctamque Sabinam occupantibus.* PTOLEMAEVS LVCENSIS *Vita Clementis V. p. 43.* Et p. 44. *Eodem anno in Decembri Rex Robertus fratrem suum Iohannem misit Romam ad petitionem Vrsinorum cum quingentis militibus contra Regem Romanorum. Totam autem militiam aliam misit Calabriam & Abruzium ex suspicione Frederici, qui Regi Romanorum videbatur coniunctus.* Et p. 45. *Eodem tempore, hoc est, anno duodecimo, Rex Robertus multiplicat militiam in vrbe ad obuiandum Imperatori ne ibidem coronam recipiat. Vnde ibidem pugnat militia Regis Roberti contra Columnenses, & præualet militia eius.*

63) MVSSATVS lib. VIII. rubr. II. *Cæsar interea in locum tutum extra Vrbem sese recolligens sibi; & suis habiliorem cum intrinsecis Columnensibus præparauit ingressum, quem non omnino furtiuum fore suapte magnanimitas passa est, etiamsi ferro viam aperire expediens sit. Sabbato autem II. Kalendas Maias ibidem subsistens in Dominicam sequentem luce prima Romanorum cohortes Columnensibus præuiis cum multa plebis cateruа, horum scilicet, qui Imperii partes agebant, obuiam cum exultationibus exiuere, Clero multo concinnente per Columnensium patentes introitus induxere, inque Papali Palatio Lateranensi locauere.*

64) MVSSATVS *lib. VII. rubr. IV.* GESTA BALDVINI *lib. III. c. XIV.*

65) MVSSATVS *lib. VII. rubr. V.* GESTA BALDVINI *lib. III. cap. XIV.* ANONYMI LEOBIENSIS Chron. p. 906. *His itaque se versantibus, Vrsini cum Iohanne Ruperti Regis fratre de die in diem contra Imperatorem, cui successus ad omnia prosperi fauebant, totis viribus agere conabantur. Quod Principem non latebat. Et dum materia belli inter eos -- in ponte Tiberis in die Apostolorum Petri & Pauli graue bellum est commissum, aduersariis in castro positis, initiantibus prælium, mittentibus iacula densissima atque saxa, deinde ad gladium est deuentum. Prostrati sunt plurimi vtriusque partis.* IOANNES CANONICVS S. VICTORIS Parisiensis in Vita Clementis V. p. 18. *Eodem anno venit Imperator Romam corona aurea coronandus. Cui venit obuiam Rex Siciliæ Robertus, obsidens eum infra vrbem. Mandauerat autem dictus Rex Imperatori petenti homagium ab ipso, quod nihil tenebat ab eo, & quod regnum suum progenitores sui cum gladio de voluntate Ecclesiæ acquisierant & propter defectum Imperatoris quo tunc viuebat, qui contra Ecclesiam rebellauit, & quod si versus Romam procederet, ei viriliter obuiaret. Fuit igitur grauis controuersia & pugna inter eos, & ex vtraque parte plurimi ceciderunt, tamen plures ex parte Imperatoris. Tamen victoria sibi cessit, ita quod Regem oportuit terga dare. Quibusdam autem mediatoribus interuenientibus, treugæ sunt inter eos confirmatæ.* PTOLEMAEVS LVCENSIS p. 47. *Eodem anno XXV. die Maii, Rex Romanorum occupat Capitolium, & inde sua gens assumit audaciam ad veniendum versus sanctum Petrum; descendentesque de Capitolio, veniunt versus domum Domini Gentil. prope Mineruam, aperientes per violentiam vias clausas vallis & fossatis magnoque impetu inuadunt partem aduersam, multosque vulnerant & occidunt. Quod cum peruenisset ad maiores alterius partis, Catalani cum Tuscis venerunt contra partem Regis prædicti. Magnum bellum & atrox inchoatum est prope domum Domini Gentilis, qui dicuntur Alperici; durauitque certamen ab hora tertia vsque ad horam nonam. Tandem succumbit pars Imperatoris, magnaque strages facta est, multique Principes eius sunt occisi & alii nobiles; inter quos fertur de Episcopo Leodiensi, post hæc vtraque Pars se vallat, & in tantum infortiant se quod vna pars ad aliam ire non poterat sine periculo: & Imperatore impellente nihilominus exercitant se continue ad singulare certamen, & nunc hunc nunc illum consumit gladius.*

66) MVSSATVS *lib. VII. rubr. VI.*

67) ANONYMI LEOBIENSIS Chron. lib. IV. p. 906. *Imperator postquam Romam venit, Vrsini cum Iohanne fratre Regis Ruperti contra eum prælium instaurarunt. Iohanne Serra de Columna cum pluribus aliis sibi fauente, & constantissime adhærente. Fuit autem Imperiali corona coronatus in die Epiphaniæ Domini in Ecclesia S. Petri ad vincula. Accepit autem coronam per Nicolaum Episcopum Ostiensem, qui per Clementem Papam missus fuit vna cum Arnoldo Episcopo Sabinensi, & Domino Slychco Diacono Cardinali.*

68) PETRVS CIACCONIVS Vita Clementis V. *Arnaldus Felgnerius Vasio Gallus, ex Archiepiscopo Arelatensi Episcopus Cardinalis Sabinus & S. R. E. Camerarius. Clemens V. qui legatos in Italiam pro Henrici septimi Imperatoris coronatione mittere constituisset, quinque designauit. Inter Ostiensem & Sabinum controuersia orta fuit de Imperatoris coronatione: Pontifex auditis vtriusque rationibus, id munus Sabino commisit, legationisque principem esse voluit,*

lis capiti Henrici VII. imponebatur, Populo Romano Imperatori Henrico semper Augusto, vitam, victoriamque conclamantibus. 69) Licet etiam in die tam festiuo aduersariorum

voluit, solumque Legati nomine insigniuit, vt ipse Imperatorem coronaret: reliquos enim quatuor Apostolicae sedis nuncios, non legatos vocauit. Duobus ex his mortuis tres in Italiam venerunt, Arnaldus noster, qui Henricum imperiali diademate insigniuit, F. Nicolaus Ostiensis, qui illum inunxit, & Lucas Fliscus, qui vtrisque sacra operantibus adstitit: de eo acta extant & horum Cardinalium Epistolae, Pisis, Auenione, Romae in mole Adriani & Bibliotheca Vaticana.

69) MVSSATVS lib. VIII. rubr. VII. *Caesar his pertemptatis proposito deficiens, Cardinales, vt se apud Lateranum coronarent, sollicitauit. Illis asserentibus nephas esse a Papali constitutione, rescriptisque discedere, litterarum contextum, moremque longaeuum allegantes: Replicanteque Caesare necessitatem legem tollere, vimque facti vi sacrarum legum pellendam, per ipsum non deficere ad Vrbem Papali missione profectum Coronam accipere, veritati, & aequitati obsequendum fore, nec dubium Papam emologaturum etiam ex post facto, si quid inhabilitatis in tanti consummatione negotii fuerit. Cardinalibus vero non assentientibus, Caesar Populum Romanum, illum videlicet, qui suas partes fouebat, in Concilium euocauit has proponens facti angustias, quidque expediat consultans. Ex plebiscito itaque obtentum est, Cardinales Reipublicae suasionibus, precibusque Coronam dare; sin autem coërcendos per Tribunos, Populumque Romanum. Reluctantibus itaque Cardinalibus Plebs commota est in illos excandescens, iamque furore accenso intra militias Caesarem in priuato affati sunt, se ad Papam facti tenorem direxisse, responsumque speratum intra Iulias Kal. praestolari. Hac velit in mansuetudine persistens Maiestatem Caesaream Sacrosanctae Ecclesiae mouimentis, institutisque obtemperare, obsequi, sic omnia prosperari. Circumspectus Caesar remisso animo dictis acquieuit, concione sedata, dimissaque. At intra hos dies impensis tanto exercitui deficientibus, ipsaque Regia Camera exhausta pecuniis, contributionem Populo Romano decreuit. Edicto emisso impatiens Plebs ad scandalum iam nullis aliis auctoribus concitabatur, exinaniuitque illius contributionis edictum, Iudaeis duntaxat, qui trans, & intra Tiberim morabantur, obtemperantibus. Dum igitur dies vigiliae Principis Apostolorum instaret summa luce de Palatiis militiarum egrediens multo coetu in Montem Auentinum concessit. Postquam autem illuxit sequens diei festum, Populo comitante, ac Principibus suarum partium Lateranum venit, Missarumque solennibus peractis protestantibus Cardinalibus, scilicet Legato, & Luca de Flisco non sua sponte, sed Plebis, Regisque impulsibus coactis parere coronam auream capiti eius imposuere, multis Cleri, Populique applausibus inclyto Imperatori Henrico semper Augusto vitam, victoriamque conclamantibus vniuersis in Auentinum ad parata conuiuia, comessationesque cum Nobilibus, & Plebe delatus est. Anno eodem Domini nostri Iesu Christi millesimo XII. CCC. Kal. Iulii.* VECERIVS p. 71. Kl. Augusti habet, dicens: *porro Luceburgius, ne tempus omne vrbanis rixis attereret, statuit absoluere res, quarum caussa potissimum vrbem petiuerat. Itaque de sententia Cardinalium, conuentu in Lateranum, ad diem Sextilium calend. indicto, Ostiensique, Flisco & Arnoldo Caesareas Infulas sacrato capiti imponentibus, quod felix faustumque sit, praegrandi apparatu, singularique spectantium gaudio, Augusti nomen apicemque fastigii imperialis accepit.* ALBERTVS ARGENTORATENSIS p. 117. *differentibus autem Cardinalibus, quorum vnus obierat, coronationem Regis, & deprehenso quodam cum literis Papalibus, quibus ipsis Cardinalibus Papa regis coronationem interdixerat, eisdemque destructis ex persuasione Hostiensis, qui & Gibellinus fuit, & Stephani de Columna: multitudo Romanorum irruit in Palatium Regis. Et requirente rege, quid vellent? illi se velle occidere voratores dixerunt, qui stipendia militum deuorarent: & sic territi Cardinales, regi in Ecclesia sancti Ioannis, Calendis Augusti, vnctionis & coronationis Imperialis insignia impenderunt (erant autem alba omnia eius indumenta cum equo albo) praestito per eum iuramento, secundum formam, quam Impp. coronandi Ecclesiae Romanae praestare solent. Postea autem nunquam assurrexit Cardinalibus, sicut ante, nec quemquam in suam mensam locabat.* H. STERO ad an. 1317. *Imperator a tribus Cardinalibus, quos Clemens Papa propter hoc misit, in festo Apostolorum Petri & Pauli Romae in Ecclesia S. Iohannis in Laterano coronatus fuit. Nam in Ecclesiam S. Petri intrare non potuit, praepediente exercitu Ruberti Regis Siciliae, cum quo Imperator in vrbe bellauit, & in direptione domorum Roma tunc fortiter fuit deserta.* PTOLEMAEVS LVCENSIS p. 48. *Eodem anno in festo Apostolorum Petri & Pauli, quia in sancto Petro Henricus Imperator coronari non potuit propter aduersarios, fuit coronatus a tribus Cardinalibus, videlicet Legato, Domino Ostiensi, & Domino Luca, de mandato Papae in sancto Ioanne de Laterano.* NICOLAI Brontomiensis Relatio p. 1203. *Deinde Cardinales videntes commotionem populi & vrbis continue destructionem, transactoque termino, quo famulus qui ad vos venerat reuerti debuisset, in die Apostolorum Petri & Pauli electo per dictum Regem ipsum coronauerunt in Ecclesia beati Iohannis in Laterano receptis iuramentis & promissionibus ab eo secundum quod in ordinario scribitur & in literis vestris continetur.* Idem dies confirmatur in edicto Henrici VII. ad Abbatem Waldsachsensem scripto & CONRADI VECERII Historiae subiecto, atque apud GOLDASTVM *Const. Imper. Tomo vno* p. 320. in quo: *per dictos Dominos Cardinales superstites die festo Beatorum Petri & Pauli Apostolorum (quem ad hoc, vt poteramus, virtute dictae commissionis elegimus) in Ecclesia sancti Ioannis Lateranensis, praesente Archiepiscoporum, Episcoporum, Abbatum, & aliorum Praelatorum Ecclesiasticorum Ordinum Vrbis, Ducumque, Comitum, Baronum, Nobilium ac Romani populi, innumerosa caterua, oleo sacro vncti fuimus, nec non Imperiali diademate coronati, ac aliis debitis ac consuetis solenniis insigniti.* GESTA BALDVINI vero *lib. II. cap. XIII.* apud BALVZIVM Miscell. lib. I. p. 127. *& ipso die Pentecostes cum tribus Cardinalibus, Archiepiscopis, Episcopis, Ducibus, Comitibus, & vniuersis incedens & comedens, coronandus in palatio Neuoriano sollemnissime festinauit.* Et c. XIV. *ibi Regis exercitus Romam citra Tiberim obtinuerunt; & sic obtenta, tribus a Cardinalibus a latere Papae ad hoc specialiter destinatis in sancto Iohanne Lateranis anno Domini millesimo tricentesimo duodecimo, regni vero eius tertio, die passionis Petri & Pauli consecrato, qua est XXIX. die mensis Iunii, in Imperatorem solemniter consecratus, & ab Ecclesia in Monarcham dignissime approbatus.* Addit HENRICVS REBDORFFIVS ad a. 1309. *& venit ad vrbem Romam, in qua benedictionem Imperialem a quibusdam Cardinalibus de mandato domini Clementis Papae V. adeptus est, & iuramentum fidelitatis & obedientiae tunc Ecclesiae praestitit, de quo loquitur constitutio eiusdem Clementis in Clement. de iureiur. Et ab eo tempore citra partes in Italia Gibellini & Guelffi se inuicem maxime persequebatur.* Extat haec constitutio in Clementinis *cap. I. de Iureiurando.*

riorum haut cessauerit molestiâ. 70) Postulabant equidem legati, vt sacramentum Papæ præstaret, verum Imp. non solum indignum hoc esse maiestate Augustali censebat, sed etiam contra morem maiorum, libertatemque religionis Christianæ esse, principem principum orbisque terrarum dominum seruo seruorum sacramentum dicere. Vnde Clemens odio incensus, ad Campaniæ, Apuliæque principes, hostes Augusti deficiebat, Rupertum aduersus Cæsarem concitabat. 71) Mittebat equidem ad Papam pro confirmatione suæ coronationis legatos, qui tamen nihil obtinebant. 72)

§. XIV. Papæ igitur, Guelphorum, & potissimum Roberti factione agitatus Imperator, 73) rebus etiam ad victum necessariis denegatis, ipse relicto Romæ præsidio trecentorum militum XIII. Kl. Augusti Tiburim contendit, ibidemque magna cum veneratione fuit exceptus. 74) Inde Perusinorum intrat Territorium, & multa ipsis damna infert. 75) Sed cum Dux Bauariæ, Delphinus Viennensis, cum fratre ipsius Vgone, ob apparatus inopiam coacti in Germaniam reuerterentur, indies diminuebatur numerus Cæsareanorum. 76) Augebatur vero factio Iohannis, qui cum congregata militum copia, sæpius ad Tiburis portas concurrebant, & Imperatorem conuitiis increpantes ad prœlium euocabant. 77) Inde in Tusciam progressus Imperator, ab Aretinis aliisque benigne fuit susceptus, ibidemque Robertum Apuliæ Regem emisso edicto ad diem certum mulctaque indicta citauit. 78) Inde Florentinorum castra oppugnat, agrosque deuastat, Roberto, Apuliæ Rege in auxilium Tuscis, qui ipsi se subiecerant veniente, 79) dum Fridericus, Siciliæ Rex subsidia Cæsari mitteret. 80) Post hæc, Pisas progressus Imperator, acceptusque comiter a fidelibus Pisanis, nulla mora ad depopulandos Lucensium agros militias dimisit, 81) ibique celebrato concilio, caussa per Ictos Italos examinata, VII. Kl. Maii 1313. gra-

70) MVSSATVS lib. VIII. rubr. VII. *nec sine aduersariorum molestiis tam festiuum, tamquam celebre conuiuium peractum est. Missi quidem ad scopulum Auentini montis fundibularii, ac plures cum ballistis discumbentes ad pulpitum spiculis inquietabant, aliquibusque sauciis, per pauimentum ad loca tutiora sub parietum tegminibus confugiebant. Obiurgabantque comitiis in Cæsarem clamore sublato; sed hoc veluti paruipendens Cæsar in sua magnanimitate, nihil palam molesti in patulum ostentabat.*

71) Verba sunt AVENTINI *lib. VII. cap. XIV. n. 31.*

72) PTOLEMAEVS LVCENSIS p. 50. *Anno Domini MCCCXIII. in Ianuario nuntii Imperatoris veniunt ad curiam pro ratificatione coronationis quam imperator in vrbe receperat.*

73) ALBERTVS ARGENT. p. 118. *penituit autem Papam, videntem eius potentiam ac rancorem inter Robertum & ipsum Principem; imo & inter Philippum Regem Franciæ, & ipsum Regem. Turbauit enim Francum, quod ipse Rex se in scribendo proposuit: ipsique tres, Papa, Robertus & Philippus in eius exterminium cogitabant.*

74) MVSSATVS *lib. VIII. rubr. VIII.*

75) PTOLEMAEVS LVCENSIS p. 48. *Eodem tempore modica mora ibidem* (Romæ) *contracta, inde recedens vadit versus Tudertum, vbi cum ipsis intrauit territorium Perusinorum, & multa damna eisdem infert. Perusini vero ex suspicione ciuium suorum non fuerunt ausi exire contra Imperatorem. Inde venit Aretium; & ibidem quasi nulla mora contracta, intrauit territorium Florentinorum.*

76) VECERIVS p. 71. *peracta inauguratione, Bauaro cum parte procerum persunctum se officio comitandi existimans, assumpto commeatu in Germaniam abiit.* MVSSATVS c. l. *dumque identidem dies ferme quatuor egisset, Dux Bauariæ, Dalphinus de Vienna, Vgo frater Dalphini, Dominus Fortiniati ex gentis Cæsaris Principibus vrgentibus his caussis, inopiaque apparatuum inter tantos obtenta Cæsaris licentia, impetratisque ab Iohanne Roberti fratre ex indulgentia rescriptis cum militibus circiter quadringentis discesserunt diætis celeribus, longisque Viterbium applicantes. Ex quibus caussis diuisa, extenuataque Curia intra Tiburis mœnia, vtcunque poterat, subsistebat cum militum fere numero nongentorum.*

77) MVSSATVS *c. l.*

78) MVSSATVS lib. IX. rubr. I. *bellum laturus in Tusciam Cæsar multis ad idem propositum recensitis diuque permensis, propere scilicet Tiburi accitis ab Vrbe, compositisque copiis egrediens longo laboriosoque calle Viterbium petiit, inde Perusinos metiens fines. Cumque hanc Ciuitatem aduersam sibi, suisque iam pernouisset, mœnia vitabundus per colonias, populationes suis concessit, exacuitque motus in acriores actus, vt cæteris Tuscis timori foret, & veluti in arma furens, viasque Marte discindens. Nec Gallicus Germanusue furor suis ipsis parcens, Castella, & Terras Comitum de Marzano damnorum, contumeliarumque immunes fecit, quamquam & hi Cæsaris partes fouissent. Communis clades cuncta igne, ferroque vastauit: sicque populabundus tumultuariis gressibus copias omnes in Aretium contraxit. Ibi tanquam sponsus in thalamum suum susceptus, exeunte congratulanteque omnium Gibelingorum frequentia moras omnes sustulit trepidantibus vicinarum Vrbium vndecunque Guelfis. Captoque illico authoritatis Imperatoriæ primordio, Robertum Apuliæ Regem in iudicium citandum iussit, emisso edicto in diem certum, mulctaque indicta, si sese contumacem reddiderit.*

79) MVSSATVS *lib. IX. rubr. II. III. IV. lib. XI. rubr. I. II.* VECERIVS p. 71. *Guelphicæ ciuitates Hetruriæ, vbi quæ Romæ acta fuerant, deque Principe decedente intelligunt, iter illius rursum intercludere nitebantur. Ac veriti ne parum instructi copioso agmini minus resistere valeant, socios in Vrbe degentes per literas commonefaciunt, vt & nouum amplecterentur consilium, & properare mox in Tuscos maturarent. Interim Cæsar Gallia repetita per agrum Perusinum exercitu infesto progreditur, cunctaque ferro atque igne deuastat, Castellionem vi capit, Cortona, Aretiuque reuerenter occursum venienti, portaque aperta: inde crebris cum Guelphica gente prœliis feliciter gestis, variisque Florentinorum castellis euersis, agrisque vastatis inopia pabuli proficisci compellitur.* PTOLEMAEVS LVCENSIS p. 49.

80) MVSSATVS lib. XI. rubr. IX. *his, aliisque Imperator magnanimus Principum, militumque animos extollebat, peneque in his diebus Comes Claramontis e Sicilia cum ducentis circiter militibus, ballistariisque tercentis frumenti, ac coriorum salmis ducentis a Friderico Siculorum Rege transmissis VIII. Kalend. Martias in Castrum ad Cæsarem concessit.* VECERIVS p. 71. *ad eum Bonatiano in prœlio (id loco vocabulum) agentem, legati a Rege Siciliæ Friderico mari deportati, donum aureorum millia viginti adferunt, fœdus amicitiamque petentes, postulatorum assensum.*

81) MVSSATVS *libro XIII. ineunte.*

82) MVS-

grauem sententiam in Robertum Neapolitanum Regem tulit, eundemque tanquam vasal-
lum, quod Florentinos Senensesque contra Cæsarem stimulauerit, cum iisdemque fœdera
fuerit pactus, Cremonam, Rhegium & Parmam ad rebellionem concitauerit, Iohannem fra-
trem, Romam miserit, qui vrbem occupasset, atque Imp. inaugurationem impedire fuerit
conatus, rebelles fouerit, Pisanos Imp. fideles infestauerit, ad Imperialem Curiam voca-
tus non comparuerit, proscribit, omnesque vasallos ac subditos a vinculo fidelitatis ab-
soluit. 82) Contra hanc excommunicationis sententiam Clemens V. Papa promulgat
contra illos, qui armata manu intrarent Regnum Apuliæ, siue ratione terræ, siue ratione
Regis & subditorum. 83)

§. XV. His peractis, terra marique se contra Robertum armabat Imperator, Fride-
ricum Siciliæ Regem 84) totius classis præfectum in publicum pronunciauit, Genuensibus
etiam atque Pisanis naues suas præbentibus. 85) Inde Cæsaris Mareschallus Petram San-
ctam capit, Lucensium vrbem oppugnat, verum diuersis conflictibus fatigatus, parum ef-
fecit, 86) Tibur etiam ab Imp. defecit. 87) Et licet Balduinus Treuirensis Antistes, ad
auxilia accersenda in Germaniam esset missus, parum tamen poterat promitti, eo quod
Henricus, Carinthiæ Dux, Cæsaris filio, Iohanni, Bohemiæ Regi se opponeret, vt vix
parem se videret. 88) Nihilominus Cæsar contra Patauinos sibi aduersantes sententiam
tuam

82) VECERIVS p. 71. *Postquam Cæsar Pisas
accessit, legibus coercere hostes aggressus, quos bello
persequutus fuerat, & asperrima edicta in Tuscos
Roberti partium promulgauit, & suos inuicem clien-
tes pulchris beneficiis deuinctiores effecit. Quippe
Spinulæ, cuius supra mentio est habita, Marchioni-
que Montisferrati, cum alia dignationum genera,
tum ius monetæ cudendæ tribuit: tum de Roberto ca-
stigando tractatum. Caussa cognita, deque consilii
sententia ob læsam maiestatem Romani Imperii, pa-
terno illum regno prouincialique Comitatu excidisse
pronuntians: Quæ decreta postmodum defuncto Hen-
rico, Pontifex Maximus Iohannes XXII. pro pote-
state rescidit: estque ea res in publica monumenta re-
dacta.* MVSSATVS lib. XIII. rubr. IV. *interea Cæ-
sar Pisis Curia in auditoriis disposita, contumelia-
rum impatiens, quas Robertus Apuliæ Rex sibi, ac
suis terra marique, vt iam in patulum aduersarius
intulerat, discussisque solemni Concilio contra illum
articulis ad tribunal consistens tulit in hac forma sen-
tentiam.* Sequitur inde ipsa proscriptionis senten-
tia. PTOLEMAEVS LVCENSIS p. 51. *Eodem
anno (1313.) Imperator banniuit Regem Robertum
& priuauit terris imperii & omni honore, & qui-
cunque vellet de bonis eius occupare posset, & absol-
uit omnes Milites & Barones suos a fidelitatis iura-
mento. Et hoc fuit circa Pascha.* NICHLAI
BRONTONIENSIS Relatio p. 1211. *In Ciuitate
Pisana Regis Roberti & bonorum suorum & ciuita-
tum multarum rebellium imperii, nec non Comitum,
Baronum, & multarum singularum personarum Im-
perii, & ciuitatum Ecclesiæ, qui fuerunt personaliter
in Roma, in Lumbardia, & in Tuscia contra Impe-
ratorem, sententiæ diffinitiuæ sunt datæ secundum
qualitatem personarum & locorum, & quantitatem
culparum.* Et p. 1227. *In Pisis, vt prædixi, Regem
Robertum & multos alios Astenses, Papienses, &
multas alias ciuitates Italiæ propter crimen læsæ ma-
iestatis condemnauit.* H. STERO ad a. 1313. *& tan-
dem Regem Siciliæ sibi rebellem crimen læsæ maiestatis
declarauit incurrisse, & ipsum Regem ad pœnam capitis
condemnauit.* H. REBDORFFIVS ad a. 1309. *tertio
anno regni sui idem Hainricus Imp. suborta quondam di-
scordia inter ipsum & Regem Rupertum tunc Apuliæ &
Siciliæ quandam sententiam priuationis in eundem Re-
gem Rupertum pertulit, de qua loquitur constitutio
eiusdem Clementis, C. Pastoralis in Clement. de sent. &
re iudic. Hinc additur ipsa sententia.* Eandem senten-
tiam habet ALBERICVS de ROSATE *in l. Quisquis C. ad
L. Iuliam Maiestatis.* GESTA BALDVINI *lib. II. c. XIV.*
IO. de CERMENATE *c. LIX.*

83) PTOLEMAEVS LVCENSIS p. 53. *Eo-
dem anno circa principium Septembris Papa Clemens
fecit constitutionem, in qua promulgat sententiam ex-
communicationis contra omnem hominem, qui arma-
ta manu & hostiliter intraret regnum Apuliæ, siue
ratione terræ capiendæ siue lædendæ, siue ratione Re-
gis Roberti & suorum subditorum. Hæc autem sen-
tentia sic lata est, quia aliqui opinati sunt & consulue-
runt Imperatori, quod non incidebat in sententiam, si
iret contra personam & non contra regnum.*

84) Fridericus hic ex Arragoniis, qui post Ve-
speras Siculas in Sicilia imperabant. Et licet Ro-
bertus etiam Siciliam adfectaret, atque vtriusque Si-
ciliæ Rex audiret, attamen Arragoniis regnum re-
linquere fuit coactus.

85) MVSSATVS lib. XIII. rubr. VII. *multis
ergo curis implicitus Cæsar permulta ingenti animo
versabat. Hinc suppetentibus terrestri bello viribus
anxios Florentinos, multosque præteritis damnis af-
fectos iterum inuadere, exagitare; hinc Lucenses ve-
luti in ostium oppositos, mœnibus arctare, municipi-
is, castellisque ac Coloniis vndique exuere, denuda-
re, facileque tunc illi ad alias Tuscorum vrbes euin-
cendas progredi, ob idque sparsas fidelium copias Pi-
sas elicere. Nec minus & fortunam Mari tentare,
si se captaret opportunitas, vt in Apuliam nauigaret,
ob quam causam Fridericum Siciliæ Regem totius
Naualis belli Admiratum suum in publicum pronun-
ciauit, constituitque, illo apparatum Galearum
XXIV. remige aggregante. Nec desides Ianuenses
quinque, & viginti Galeas cum armentis ad hanc
Cæsaream classem augendam Lamba de Auria Admi-
rato præsto esse, Pisanosque Galeas XII. multa im-
pensa ad tantos progressus offerre. His inuadendum
in Apulia Robertum, cuius oppugnatione Italiam to-
tam subiici certissimum erat, Cæsari persuasum erat.*

86) MVSSATVS *lib. XIII. rubr. VIII.*

87) MVSSATVS *lib. XIV. rubr. VI.*

88) MVSSATVS lib. XIV. rubr. VI. *his omni-
bus mensis huius sic repentinis belli successibus Cæsa-
reæ in Longobardia partes acribus vexatæ contume-
liis, terrore multo concussæ sunt, de solo Germano-
rum aduentu spem adiicientes, ad quos euocandos
Treuirensis Archiepiscopus Cæsaris frater Alpes tran-
silierat. Verum ex Bauaria Ducatu citra illorum
spem noua per Italiam increbrescebant, arctatum sola
Regni sui tuitione Ioannem Boemorum Regem Cæsa-
ris filium aduersantibus nonnullis ex Regni Principi-
bus factione Henrici Carinthiæ, qui & se Boemiæ
Regem nuncupabat, vnde vix sibi suffecturus patri
suffragari non valeret. Sic, aliterque varii per vni-
uersas Italiæ Ciuitates certatim pro suo cuiuslibet li-
bitu sermones effundebantur, nullaque interim popu-
lis quies, hinc ab Aquilone, inde ab Austro in se rui-
turos populos expectantibus. Iam duo Capita Italiæ
declarata, quorum alterum regnaturum oporteat, aut
Cæsarem aut Robertum Apuliæ Regem; ad hos duos
omnium opinionum relatio; horum, cum in Cæsarem
iura omnia diuina, & humana consentiant; vtte re-
rum omnium potiturum assertiones; illorum non dis-
sentientium, siquidem non factiosus alterum genus ho-
minum sublauasset, alterum oppressisset adiectionem*

89) MVS-

tulit proscriptionis. 89) Inualescentibus igitur per Roberti auxilia Lombardis contra Imp. vrbibus etiam Tusciæ magis magisque deficientibus, 90) mari omnem tentare fortunam disposuit. 91) Philippus autem Gallorum Rex, missis ad Clementem Papam nuntiis, datisque litteris, Papam hortatur, ne concedat, vt Imp. Robertum adoriatur, quin potius factam proscriptionem rescindat. Papa igitur omnibus ac singulis inhibet, ne Roberti Regnum terra vel mari inuadant; potius in omnes, qui hoc tentauerint, excommunicationis promulgat sententiam. 92) Ast, Imperator instructa magna classe, auxiliisque Friderici Siciliæ Regis munitus, cuius filio, filiam suam desponsauerat, in Apuliam tendebat ad priuandum regno suo Robertum, idemque Siculo commissurum. 93) Repentino igitur aduentu Senas veniens, sed ob Guelphorum factionem nihil ibi proficiens, vlterius ad Orgiam fluuium perrexit, 94) sed morte præuentus, nihil effecit.

§. XVI. Cæsar igitur iter diuertit ab aduersa Senarum parte, vbi Ispianum nuncupatur, & protendit gressum ad Orgiam fluuium a Senis XII. millibus passuum, ibique æstu, itinerisque longi, ac velocis labore defessus, respirandi caussa, vt se, suosque fatigatione recrearet, positis stiuis descendit. Ipse autem peracta paulisper cœna perambulans, demum in fluuii ripa consedit, mersis in torrentem cruribus, vbi diu aquæ refrigeratione oblectatus, veluti languore subeunte. lectisternium ante solitam abeuntis lucis horam petiit, quietique accommodatus nequaquam sopitus est, sed prima vigilia sub dextri cruris genu pustulam obortam deprehendit, qua multo dolore cruciatus, noctem duxit insomnem. Ast, antequam dimotis tenebris Aurora rutilaret, peruigilatæ noctis tædio affectus, signo tollendorum castrorum dato, consurrexit, & ad Bonconuentum contendit pagum a Senis XII. millibus passuum distantem, ibique graue scente morbo, apud Sancti Bartholomæi Basilicam triduo recubuit, vbi VIII. Kal. Septembris, hora nona, ipso Sancti Bartholomæi festo expirauit, anno ætatis suæ vno & quinquagesimo, mense vno diebus XII. regni sui anno V. Imperii vero anno primo, mense vno, & diebus viginti quatuor. Triplex illius interitus causa deprehensa est, vna in nate sub genu lethalis vlceris, quod Physici Antras vocant; altera scissæ ab stringuria vesicæ, quo morbo assidue laborabat; tertia pleuresi. 95) Licet autem alii quoque sint inter coæuos, qui nihil

89) MVSSATVS lib. XIV. rubr. VI. *per hos dies lacessitus in contumaces, indefensosque Paduanos multa exulum querela Cæsar, dum conceptum in dies distulisset, damnationi illorum intendit, sedensque ad tribunal iuxta delatorum indagines, causis adiectis; nec vllius confutatione propulsatis, sententiam tulit in hanc formam.* Sequitur inde rubrica VII. ipsa sententia. GESTA BALDVINI *lib. II. c. XV. XVI.*

90) MVSSATVS *lib. XIV. rubr. I. II. IV. lib. XV. rubr. VIII. IX. XI. XV. XVI.*

91) MVSSATVS lib. XVI. rubr. II. *angustatus in Tuscia terra successibus infestis Cæsar, corde strenuo, mari omnem tentare fortunam disposuit. Laceratis quidem hinc, atque hinc copiis, cum fratrem Treuirensem ad augendas eas per Germaniam emisisset, parsque Gibolengorum, Alborumque defecta intolerabilibus impensis per Vrbes, terrasque sparsim secessisset, in solum Fridericum Siciliæ Regem spem recuperandarum virium posuit fulcientibus indeficienter Ianuensibus, suisque Pisanis, hortanteque Comite Camerlengo magno inter Regni Apuliæ Principes, asserenteque obnixe, vt si Imperator tantum conspiciendus, sentiendusue secus Apuliæ Ducatum prodeat, nil dubie, quin mutatis vicibus totius Regni reuolutio in inuisum Robertum futura sit. Exosum Robertum Regni Primatibus, quorum insigniores ex Imperio originem traxerant. Præterea discors in eundem Robertum Romana vtriusque factionis nobilitas studia agebat, hinc, quod partem anno externo ægre tulisset; hinc, quod eius magnificentia suis sit æmula exaltationibus. His omnibus allectus conceptu peroptimo, fortique instinctu per internuncios cum singulis per loca singula tractare, polliceri, hortari, dies, noctesque exagitabatur. E Ianua Galeas XXV. E Pisis XII. cum armamentis, apparatibusque ad omnem naualis belli congressum dispensas, iamque portubus expositas nullis induciis computauit. Has vltra Fridericus Siculorum Rex octo, & viginti promptissimo obtulit obsequio. Increbuit hoc per Italiæ Ciuitates longe, lateque notum, quod & trans Gallicas Alpes allatum est, inuadendum in Apulia Regnum Robertum multa classe, Vrbibusque illi pertimescendum.*

92) Totum hoc negotium exposuit MVSSATVS *lib. XVI. rubr. III.* qui etiam Philippi & Clementis epistolas inseruit. In his potissimum hæc verba occurrunt: *nos enim in omnes & in singulos, qui contra inhibitionem & mandatum huiusmodi venire præsumserit, etiamsi (vt prædicitur) Pontificali aut Imperiali seu Regali, aut quauis alia præeminentia dignitate, de Fratrum nostrorum consilio excommunicationis, quam eo ipso incurrunt, sententiam promulgamus, eorumque terras ac loca ipsorum, & quaslibet alias Communitates, Vniuersitates & Ciuitates contra præmissa vel præmissorum aliquid attentantes Ecclesiastico subiicimus interdicto.*

93) ALBERTVS ARGENT. p. 118. *conuenit autem Cæsar cum rege Siciliæ, de danda filia sua filio Siculi & disposuit se iturum Neapolim, & in partes illas. Rex quoque Robertus disposuit recedere de Regno Cæsare veniente, & in Prouinciam se transferre. Decreuit autem Cæsar, se Apuliam & terram Roberti, Siculo commissurum. Præceperat enim omnibus ciuitatibus, Episcopis, & aliis magnatibus Alemaniæ, vt transmitterent nouam gentem, quæ iam erat in itinere veniendi.*

94) MVSSATVS *lib. XVI. rubr. V. VI. VII. VIII.*

95) Hæc verba sunt MVSSATI *lib. XVI. rubr. VIII.* VBERIVS p. 72. *Henricus iter per Hetruriam faciens, vbi ad Montem apertum accessit (id nomen loco tribuere accolæ) ægrotare manifesto incipit: tametsi iam inde a relictis Pisis initia morbi irrepentis animaduerterat. Sed ipse qua integritate animique magnitudine, ne dicta temere absuisse crederetur, fidei quam valetudinis rationem habere maluit. Inter Medicamenta autem balnea Maceratana indicata fuere. Itaque eo loci profectus procuratoque de Medicorum sententia corpore, sese Bonconuentum contulit: ibi mox ingrauescente malo, excessit e vita, ad diem nonum Calendarum Septembrium, diuo Apostolo Bartholomæo celebrem, anno quam imperium accepisset quinto, mense octauo.* Nihil etiam de veneno accepto tradunt CORTVSII *de nouit. Paduæ lib. I. c. XXI.* hoc saltim dicentes: *Imperator obsedit Florentiam, & Florentini latuerunt, intra spaldos: sed dum recessisset ab obsidione, infirmitate captus soluit debitum naturale, cuius corpus sepultum est in Bonconuento. Hac morte multiplicatum est gaudium Paduanis, & factum fuit Paduæ magnum festum. Obiit autem eodem anno & mense*

hil de veneno accepto tradant, 96) plerique tamen dicunt, 97) Henricum, adsumpto sacræ Eucharistiæ sacramento, veneno, quod Bernhardus de Montepeluciano, Dominicanus

mense Augusti in die Sancti Bartholomæi. PTOLEMAEVS LVCENSIS p. 53: *Eodem tempore circa medium Augusti Imperator in comitatu Senensi existens apud Bonconuentum, & quasi languens infirmabatur & moritur, &, vt dicitur, multum deuote; delatumque est corpus eius Pisas. Moritur autem XXIII die Augusti morte naturali, quamquam aliqui maliuoli dixerunt, quod fuerat datum sibi venenum in eucharistia. Infirmitas autem sua incepit ab apostemate in coxa, & inde venit ad febrim; de qua decima die moritur, sicut a fide dignis accepi, qui fuerunt præsentes.* AVCTOR VENETVS Vita Clementis V. p. 94. *Profectus itaque vsque Origiam fluuium XII. distantem ab Senis millibus, peracta cœna, in fluuii ripa considens, tinctis ob refrigerationem in amne cruribus, subeuntem sensit languorem; & comperta sub dextri cruris genua pustula, quæ antrax vocatur, noctem duxit insomnem. Summo autem diluculo signo dato tollendorum castrorum, ad Bonconuentum transit pagum XII millibus ab Senis distantem; ibique viam vniuersæ carnis ingressus est, regni sui anno quinto, imperii anno vno, mense vno, & diebus viginti quatuor, in festo beati Bartholomæi.* Annus mortis his verbis exprimitur *HeInrICVs a MonaCho CæsVs.*

96) Hoc argumento, inter rationes dubitandi vtitur DIEFENBACHIVS *sect. II. §. I.* quod præter MVSSATVM, IOANNES VILLANIVS, *in Chronico Florentino lib. IX. c. LI. p.* 134. & LEONARDVS ARETINVS *lib. V. Hist. Florent. p.* 92. Scriptores illorum temporum nihil de veneno accepto tradunt. Horum autem paucos esse numero §. IV. dicit, qui vel partium studio abrepti vel Prædicatorum honori voluerint consulere.

97) ALBERTVS ARGENT. p. 118. *& venit Cæsar cum exercitu suo iuxta Senas aliquot diebus, ad Senensium sibi rebellium terram ignis incendio denastando, & captos ex iis in arboribus suspendendo. Et in assumptionis virginis Mariæ vigilia, decantata coram eo Missa, eoque per quendam Prædicatorem communicato, post missam cœpit illico infirmari. Dicebatur enim, quod ipse Prædicator venenum sub vngue digiti tenens absconsum, post communionem potui Cæsaris immisisset, & illico discessisset. Cum autem consuleretur Cæsari, quod Pisas reuerteretur, ipse se in seruitio Domini esse, & non retrocessurum respondit, & procedens, cum venisset ad villam, quæ dicitur Bonconuet, progredi vltra nequiuit: sed in die B. Bartholomæi decessit, quem exercitus Pisas reduxit, vbi cum ineffabili lamentatione est honorifice sepultus anno Domini M. CCC. XIII. Sicque heu periit columna magnanimitatis & iustitiæ ac flos germinis Germanorum.* H. STERO ad a. 1313. *hic Imperator, vt communis fuit opinio, per pœnitentiarium suum, immixto veneno in calice Domini cum Imperator ab ipso Eucharistiam sumeret, extinctus fuit, & Pisis sepultus, vt patet per sequentes versus:*

Iure dolet mundus, quod Iacobita, secundus.
Iudas nunc extat: mors Cæsaris hoc manifestat.
Dum fuerant anni transacti mille treceni,
& decimi terni, in festo S. Timothei,
occidit Heinricus, tabe veneni,
Gloriùs Imperator, Germanæ Gentis amator,
Iustitiæ cultor, Viduarum strenuus vltor.

Idem dicit H. REBDORFFIVS *ad a.* 1313. CHRON. S. VITONIS VIRDVNENSIS ad a. 1313. *Henricus de Lucembourg, Imperator, in Eucharistia intoxicatur in Italia.* G. BALDVINI *lib. II. c. XVII.* apud BALVZIVM *Miscell. Tom. I. p.* 132. *subditorum cunctorum mitissimus defensator, rebellatorum vero rigidissimus exstirpator iste Henricus ad vestaniam Roberti Siciliæ Regis perdomandam versus Neapolim, vbi ipse habitauit, iter capiendo, & veniens Benconuent, eodem anno XV. Augusti, id est, assumptionis beatæ Mariæ virginis, missam more solito deuote audiebat, & a quodam ordinis Prædicatorum religioso dominici corporis Christi sacramentum deuote recipiebat; cuius sodalis eiusdem professionis ablutionem sumendam in calicem fundebat, quem ipse Imperator fidelissime sumebat, & statim postea totius corporis molestiam sentiebat. Postea sui prudentissimi intelligentes medici ipsum nulla infirmitate alia quam intoxicationis materia grauiter laborare, sibi indicarunt, deuotissime supplicarunt, quod hanc intoxicationis materiam sineret eos per inferendum sibi vomitum radicitus reuocare. Quibus fertur respondisse. Malo migrando ad Dominum diem claudere extremum, quam generare scandalum in sacrum Dominicum & detrimentum Christianorum. Et sic in illa infirmitate vsque ad diem Augusti XXIV. laborauit, qui est dies Bartholomæi omnium Apostolorum secundum sanguinem nobilissimi, ipse omnium Christianorum nobilissimus spiritum suo qui fecit illum, reddidit creatori.* Huic autem scriptori tanto maior videtur esse fides adhibenda, quod in præfatione dicat: *quæ vidi, & quæ veridica proborum & discretorum relatione famaque generali voluntate audiui, ponere non obmittam.* ANONYMVS LEOBIENSIS Chron. lib. IV. cap. VIII. *Fertur, quod Rupertus audita Imperatoris intentione, naues paratas habuit, vt eius impetum declinaret. Et dum his sedulo Princeps intenderet, tempore mensis Augusti venit in territorium Senense ad vicum, qui boni conuentus dicitur. Vbi dum deuotioni insisteret, & Diuinis officiis intenderet & vacaret, & post Confessionem ad suscipiendam Sacram Communionem se religiose disponeret: infra Sacra Missæ officium flexis genibus corpus Domini sumpsit: & dum potum Calicis suscepisset, mox vis quædam tremula infirmitatis pectus eius concussit, & quasi adamantia congerie viscera contrahit. Et dum Medici venenum eum hausisse indicabant, & eleuatione corporis pellere niterentur, dummodo pedes sursum, caput deorsum propter celerem exitum permitteret ordinari; respuit, dicens: Gloriosius non posse, nec velle mori, quam dum auctorem vitæ sibi præsentem recognosceret & haberet, sicque in oratione manuum eleuatione in manu Domini Spiritum commendauit. De cuius morte fuit varia relatio. Quidam dicunt, Religiosum, qui eum communicauerat, adamantis lapidis triti puluerem poculo calicis clam & leniter immisisse, cuius virtutis est etiam ferrum attrahere; & ob hoc viscera tam celeriter constricta fuissent, & hoc a Florentinis procuratum fuisse. Fertur etiam, quod sentiens interius letaliter se percussum, ipsi ministro, vt repentine affugeret, persuasisse: qui illæsus veniens Florentiam, cum maximis laudibus est exceptus, eo quod patriam (vt aiebant) a tyrannide Imperatoris liberasset. Quæ qualiter se habeant, fateor me nescire. Tam enim nefarium scelus per Religiosum tam famosum & Imperatori tam karum fieri, difficile vel nullotenus est credendum. Audiui autem ego a quampluribus fide dignis, quod nimii doloris acerbitas sic eum peruasit, vt mortis periculum euadere non valeret, & quod vindictam in aduersarios habere non potuit. Vnde corpore aperto & euiscerato, cor eius scissum in duas partes est inuentum, vt quidam eum habuisse duo corda ex hac experientia testarentur. Regnauit duobus annis, imperauit tribus, sed non ad plenum. Corpus eius Pysis defertur, & ibi honorifice, in pendulo & pretioso conditorio collocatur.* IO. CANONICVS S. VICTORIS PARISIENSIS in Vita Clementis

nus, 98) qui a Florentinis dicitur fuisse subornatus, 99) sub vngue digiti tenens absconsum, post communionem potui Cæsaris immisisset, & illico discessisset, decumbere cœpisse, & dum Pisas deferri vellet, Boniconuenti defunctum. Non desunt tamen, qui huic ordini talia imputari posse vix credant. 100) Ipsi etiam Dominicani hanc iniuriam a se auertere conantur litteris potissimum Iohannis, Bohemiæ Regis, qui filius erat Henrici VII, quibus ipse Bernardus de Montepeluciano & reliqui Dominicani de hac nece Henrici innocentes declarantur. 1) Ex his tamen satis patet, communem istorum temporum fuisse famam. Et si vel maxime litteras istas dicamus esse genuinas, 2) istæ Dominicanorum potius artibus fuerunt obreptæ, qui dum a confessionibus Regi essent, procurarunt, ne caussa tanta industria indageretur, Iohannes etiam sibi metuisse videtur, ne forsan simile odium

mentis V. p. 21. *Eodem anno videns Imperator, quod suo proposito frustrabatur, eo quod Rex Robertus sibi in omnibus resistebat, inde tactus dolore cordis intrinsecus lecto prosternitur, & sicut potuit ad capellam veniens, sacro Domini corpore se muniuit. Et quia veniendo ad capellam laborauerat vltra vires apostema quod latebat in corpore ex inordinatis armorum laboribus generatum ipsum in breui suffocauit. Multi tamen dixerunt quod Confessor suus de ordine Prædicatorum ei potum in calice ministrauit venenatum. Ex quo Pisani & Theutonici amici dicti Imperatoris fratribus multas iniurias irrogarunt, licet medici dixerint coram Papa ipsum veneno exstinctum non fuisse. Obiit autem prope Pisis.* Concordant plures alii, quorum magnum numerum adfert MARTINVS DIFENBACHIVS, *de vero mortis genere, quo Henricus VII. obiit.* Idem præter Scriptorum testimonia, factum hoc §. *XXXVIII.* confirmat ex diuersis Conciliorum seculo XIII. celebratorum Canonibus, quibus intoxicatio fuit prohibita. Addit etiam, §. *XXXIX.* ob hoc flagitium, toti Prædicatorum ordini in pœnam datum esse, vt omnes illius fratres manu sinistra communicent. Id quod etiam TRITHEMIVS adserit *Chron. Hirsaug. ad a.* 1313. Immo §. *LXI.* Dominicanos inculpat, quod multa veneni, Principibus dati, suspicione laborent, id quod variis illustrat exemplis, aduersariorum etiam respondet argumentis.

98) Nomen eiusdem equidem reticent Scriptores antiqui. Ast, in litteris Iohannis Regis apologeticis hæc habentur: *nuper autem retulit coram Nobis, Religiosus Vir, Frater Petrus, de Castro Reginaldi, Ordinis Fratrum Prædicatorum, quod in magnum ipsius Ordinis dedecus, & contemptum facti sunt Romancii, Chronica & Moteti, in quibus continetur, quod claræ memoriæ Dominum & Genitorem Nostrum Imperatorem Henricum, Frater quidam Bernhardus de Montepeluciano, Ordinis supra dicti, administrando Ei sacramentum Eucharistiæ, venenauit: & propter hoc, ad defensionem veritatis, prædictus Frater, Petrus de Castro Reginaldi, habere super hoc litteram testimonialem humiliter supplicauit.* Eundem nominat TRITHEMIVS *Chr. Hirs. ad a.* 1313. CVSPINIANVS *p.* 366.

99) Sic enim in Rhytmis de Henrici VII. obitu apud FREHERVM, sub initium:

Gens frement in Florentia
(quam tangat pestilentia
quam dictat in Monarcham:)
vt corruat pestifere
interea mortifere
Thesauri pandens arcam,
Paulinum quendam variis
corrumpit cum denariis,
quam pluribus florenis:
vt Principem piissimum
Monarcham potentissimum
inficiat venenis.

CVSPINIANVS sub Henrico VII. *p.* 307. qui *Henricum Romam secuti sunt, atque singula in formam ephemeridis conscripserunt, hunc Monachum a Florentinis subornatum asserunt.* HEDA Hist. Traiect. p. 231. *sed magistri præcipui Ordinis Prædicatorum vltimi mali auctores fuere, acceptis a Regibus Franciæ, Siciliæ atque Nauarræ, ac præcipue Tarentino XL. millibus aureorum, qui hunc iusserant tradere venenum.*

100) Videmus hoc ex CONRADI VECERII historia, quam ita finit: *varia de genere mortis opinio. Nonnulli venenum malum niueo libello inditum asserunt, quod per ineffabilia mysteria commutatum quotannis morituri libamus. Monachos Prædicatorii ordinis, quibus ille ministris vtebatur in sacrificiis, horrendi facinoris extitisse auctores, eamque rem Beneuentus Imolensis, seculi eius, in literas retulit. Fuisse tamen postea ex ea familia, Cartusiensis in Fasciculo tradit, qui re delata ad Pontificem maximum, decretum causa cognita impetrarint, quo innoxius eius beneficii Ordo vniuersis pronunciatus fuerit. Dominicani qui Luceburgi agunt, hoc amplius, cœnobii sui auctorem non alium citant quam Henricum: neque ergo fieri potuisse, vt tantum scelus in tam bene meritum perpetratum extiterit. Nobis potius in medio relinquere placet disputationem funestam, quam de infanda audacia famæ, certam proferre sententiam.* Excusat etiam SCHATENIVS *Ann. Paderborn. ad a.* 1313. BROWERVS *Ann. Treuir. lib. XVII. n. XXXVII. sqq.*

1) Has litteras BALVZIVS *Tomo I. Miscellan. p.* 162. ex veteri, vt ait, membrana authentica, quam seruant Fratres Prædicatores Virdunenses, exhibuit, ex quo habet LEIBNITIVS *Cod. I. G. D. p. I. p.* 188. DIFENBACHIVS *sect. II. §. V.* in quibus hæc verba: *nos & amici nostri de his inquisiuimus diligenter, & contra dictum fratrem Bernardum de Montepeluciano nihil inuenimus fide dignum. Idcirco ipsum credimus prædictum facinus nullatenus commisisse, quia prædictum Dominum genitorem nostrum in sua infirmitate vltima, ipse frater Bernhardus diligenti obsequio custodiuit, & pacifice in sua religione inter fideles imperii commorando, vbi a familiaribus prædicti Domini genitoris nostri longo tempore superuixit; & hoc fuit non modicum ipsius innocentiæ argumentum. Duæ etiam amitæ nostræ sorores prædicti Domini genitoris nostri habitum prædicti ordinis susceperunt, quarum vna fuit Priorissa in quodam monasterio, & sic professæ in dicto ordine vsque ad mortem permanserunt. Postea etiam Domina Maria soror nostra germana suscepit habitum ordinis memorati.* Tacent de his litteris Veteres Scriptores, quare etiam THOMASIVS *Hist. Content. inter Imper. & Sacerdot. c. IX. §. LXXXV.* graui censura in Leibnitium adiecta, hanc in dubium vocat, ast TRITHEMIVS *ad a.* 1313. SERARIVS *rer. Mogunt. lib. V. p.* 851. aliique earum faciunt mentionem. Alias litteras Guidonis, Aretini Antistitis, Friderici Comitis Feltri, Capitaneorum Imperialium, & post hos, Iohannis, Argentoratensis Episcopi, de innocentia Dominicanorum ex BERTELII *Historia Luxemburgensi p.* 49. exhibet DIENBACH *sect. II. §. VI.*

2) ROCOLES in *Histoire de l' Empire Aleman.*

um Cleri incurreret. 3) Corpus ipsius per milites Germanos Pisas fuit delatum, vbi cum multo suorum luctu secus altare Basilicæ Cathedralis fuit tumulatum. 4)

§. XVII. Multæ post mortem Henrici apud Italos turbæ. Lugebant Gibellini, de securitate sua solliciti, gaudebant Guelphi. Clerus præsertim, sublatis Crucibus, longo cœtu cum laicorum ordinibus ambibant, hymnos canentes; per vicos & fora fœminarum cœtus. Actæ Bartholomæo laudes, exenniaque decreta in eius festiuitate perpetua. 5) Papa, vt Vicarium Imperii se gerens, vacante Imperio, in Concilio Viennensi sententiam in Robertum latam reuocauit, Imperatorem declarans periurum. 6) Commouebantur vrbes, multæ se Roberto Siculo dedebant, bella inter Italas Ciuitates. Fridericus Siculus, vt excessisse Cæsarem e rebus humanis accipit, ingenti videlicet molestia animi consternatur: eratque ea constantia Henricique amore, vt quoniam videre viuum nequiuerat, extinctum saltem contemplari exoptaret. Itaque Pisas non ob aliam rem nauigans, prolatum corpus regium inter vberes lachrymas conuenerat, recondi difficile passus est, constantissimi Ducis amicitiam immature sibi deplorans ademptam. Sed & Pisanus populus Henrici imitatus iudicium, quem ille socium sibi delegerat, hic Principem sortiri decreuit, vltro ei ciuitatis delato Imperio. Cæterum Fridericus potius existimans parta defendere, quam nouis implicari, simul aliam sibi esse rationem quam Lucenburgio fuerat, tuendi patrimonii successionem auitam aduentitiæ ciuitatis procurationi, actis gratiis, duxit præferendam. Pari cautela Sabaudus Henricusque, vsi, delatas sibi quoque ciuita-

tis

man. p. 373. & SCHILTERVS *de libert. Eccles. Germ. lib. VI. c. I. n. 5. p.* 744. eas pro suspectis habent.

3) Plura sunt, e quibus litteras hasce fuisse obreptas, concludimus. Datum enim litterarum est *in castro nostro de Magduno super Euram Bituricensis diœcesis XVII. mensis Maii Anno MCCCXLVI.* cum scilicet in Gallia ageret in auxiliis Philippo Valesio Gallorum Regi contra Anglos, triginta tres annos post mortem Henrici. Videntur itaque Dominicani conscientiæ quasi frena Iohanni Regi iniecisse, quo has litteras impetrarent.

4) MVSSATVS lib. XVI. exeunte: *tulere Cadauer Commilitones Germani, & superposuere lectica viuum Virum; sed ægrum simulantes, sed intolerabiliter olentis in Paganico Senense Colonia noctu consumpto ignibus humore, conditus aromatibus in veres reliquias per maritima maturo gressu ad suos Pisas adduxere, vbi multo suorum luctu secus altare Basilicæ Cathedralis humatus est.* CONR. VECERIVS, ALBERTVS ARGENT. *c. l.* CVSPINIANVS *in Cæsaribus p.* 367. In sepulchro ipsius Pisano tale reperiri dicit Epitaphium: *hoc in sarcophago Henrici olim Luzelburgensis Comitis & post VII. huius nominis Rom. Imp. ossa continentur; quæ II. post eius fatum anno videlicet MCCCXV. die vero Kalend. Sextil. Pisas translata, summo cum honore ac funere hoc in phano ad hunc vsque diem collocata permansere.* Licet BROWERO *Ann. Treuir. Tom. II. p.* 296. haut immerito suspectum hoc esse videatur. Historiam huius Cæsaris sigillatim multa cum cura scripsit IACOBVS PAVLVS GVNDLINGIVS.

5) Statum hunc Italiæ post mortem Henrici graphice depingit MVSSATVS *de Gestis Italicorum post Henricum* VII. lib. I. ineunte: *post Henrici VII. Cæsaris internecionem qui illum secuti fuerant Gibolengi, Albique, Aretium Aretini, Turdentum Turdentini, Spoletium Spoletini, Casulas Casulani, Pisas Pisani, Gallias Gallici, per Italiam Italici terrore supremo, formidineque offensorum Populorum ad suas, amicasque singuli terras confugeres. Fusi dispersique multi Municipum, qui ad Cæsarem primis tumultibus defecerant, Castella, Municipiaque supplices primis Communitatibus reddidere. Fauentes Imperio Ciuitates, Præfectos, Vicariosque communis terror inuasit simul, & mæror amissi tanti fastigii, tantaue sublimitatis Capitis. At aduersorum affectuum Populos, Primoresque, quos bello defessos agitatio Imperialis oppresserat, incomparabilis extulit exultatio. Et o discors rebus communibus sic abusa humana societas! Huius quippe Regis interitus hos ad lucem e tenebris; illos ab luce coniecit in tenebras. Hi vestes lacrimis respersere; lugubres affectus illi dulcibus extulere lætitiis. Zelatores Imperii Ciuitates funectum tristibus prosecutæ lamentis, luculentos nutibus, ac gestibus ostendere successus, parum fidentes rebus humanis in tanta allusione fortunæ: at per cæteras, qualis ante non fuerat, ostensa felicitas. Expiatam Mundo cladem supplices Matres vocitantes sacra piis muneribus instaurabant altaria: Clerus sublatis Crucibus longo cætu cum Laicorum Ordinibus Vrbes ambibat præcedentibus mitratis Antistitibus Summo vti placato Deo laudes Psalmorum concentu conclamans datori pacis post tanta calamitatis angustias: Ardentes noctu faces Vrbes lustrabant solaribus æquata fulgoribus: nouis amicti vestibus Populi equorum, hastarumque variis institere proludiis: per Vicos, & fora feminarum Cætus laxis exultauere virorum licentiis: Clauso iustitio forenses siluere causæ & singula tacuere iudicia apertis ex indulgentia lata carceribus: Acta sublimes Bartholomæo laudes Apostolo, exenniaque decreta in eius annua festiuitate perpetua, qui in lapsos populos Imperii cruciatibus iam bis Apostolica pietate prospexerit, fuso Conradino de Stoph, & hoc Henrico vita sublato. Sic velutі mutatis mundi vicibus mutati singulorum affectus, & diuersa Mundi facies Gentes alterauit Italicas.* Inde per libros duodecim bella & turbas Italiæ post mortem Henrici prolixe recenset. IO. DE CERMENATE cap. LXVI. sqq.

6) H. STERO *ad a.* 1313. *quam sententiam Clemens V. Papa, vt vicarius Imperatoris, vacante Imperio Hainrico mortuo reuocauit, & nullam esse declarauit. Et post mortem ipsius Imperatoris idem Papa declarauit Imperatorem periurum fuisse, nec memoriam eo mortuo de ipso fecit.* Huius papæ est Clementina pastoralis *de sententia & Re Iudicata,* in qua: *nos tam ex superioritate, quam ad imperium non est dubium nos habere, quam ex potestate, in qua (vacante imperio) Imperatori succedimus, & nihilominus ex illius plenitudine potestatis, quam Christus Rex Regum & dominus dominantium nobis licet immeritis in persona B. Petri concessit, sententiam & processus omnes prædictos, & quicquid ex eis secutum est, vel occasione ipsorum, de fratrum nostrorum consilio declaramus fuisse ac esse omnino irritos & inanes.* ALBERTVS ARGENT. p. 119. *celebrauit autem Clemens, Papa quintus post mortem H. Cæsaris Concilium Vienna, reuocans sententiam Imp. contra Robertum Regem prolatam: & eidem sancto Imperatori periurium impinxit, multas facit constitutiones, quas non publicauit, morte præuentus.*

7) Vel-

tis habenas modeste recusarunt: ita, vt eam pertinaci repugnatione Principum, Pisanos suspicio metusque haut exilis incesserit. Veteranorum Cæsaris pars multo maxima Germaniam repetiit: reliqui voluntarii nomina Pisano præsidio tribuerunt. Summa eius Reipub. in subsidium maiorum principum, ad Vgotionem Faiolam delata est. Is & Imperatoris ante nomine præfuerat Genuæ, & magnas postmodum res pro partibus Gibellinorum patrauit. Florentini non Imperatoris modo, priusquam obiret, exulumque formidine, sed & seditione interna pullulante, coacti Imperium ciuitatis Roberto publice detulerunt. Ac ne libertati vetustæ noua immutatio noxia forte fieret, legem adiiciunt, vt ne supra quinquennium potestas concessa teneretur. Idem fere reliquæ Ciuitates Hetruriæ fecerunt: ita vt euidenter appareat, eo iam necessitatum Henrici perseuerantia redactos aduersarios, vti intra paucissimos dies sub iugum mitti potuerint. 7)

§. XVIII. Vxor ipsius erat Margaretha, Iohannis, Brabantiæ Ducis filia, 8) quam iuuenis adhuc a. 1292. dispensante Nicolao IV. Papa, eo quod in tertio consanguinitatis gradu ipsi cognata, 9) duxit, 10) quæ tamen XIII. Decembris die Luciæ a. 1311. Genuæ fuit defuncta. 11) Ex hac natus est Ioannes Cœcus, qui ducta Elisabetha, Wenceslai Senioris

7) Verba sunt CONRADI VECERII *p. 72. 73.* ALBERTVS ARGENT. p. 118. *Pisani autem cum magnates Cæsaris repatriantes secum retinere non possent: multi tamen militares de exercitu remanserunt cum illis. Et facta est briga magna inter Robertum regem capitaneum Gelforum, & Pisanos, vt & facto postea per annum conflictu ante montem Catinum, vbi omnis pars Gelforum conuenerat, Pisani cum Alemannis vicerunt: & occisi sunt in die illa multa millia Gelforum: & cecidit Ioannes Princeps, frater regis Roberti. Super quem sedens Comes Niger Pisanus, miles factus est super eum. A tempore quondam Chunradini, nullus de progenie eorundem Comitum militari voluit, nisi in bello, vbi fieret vindicta in stirpe, quæ Chunradinum occidit.* NIC. SPECIALIS *Rer. Sicul. lib. VII. c. II.*

8) EDMVNDVS in M. Chron. Belg. p. 332. *fuit autem filius Regis Ioannis Bohemiæ, & Poloniæ, nepos Domini Henrici de Luceburgo Imp. Romanorum. Qui Henricus duxerat in vxorem Margaretam, filiam Ioannis Ducis Brabantiæ, ex qua genuit Ioannem Regem Bohemiæ & Poloniæ patrem Caroli Imp. quarti, & Wenceslai Ducis Lucemburgensis, & Brabantiæ ac Henrici Marchionis patris Iodoci Marchionis Morauiæ, postea in Regem Romanorum electi.* TRITHEMIVS *Chron. Hirsaug. ad a.* 1308. MEYER *Ann. Flandr. lib. X. Ludouicus* CAVITELLIVS *Ann. Cremon. ad a.* 1311. HADR. BARLANDVS *Chron. Brabant. cap. XLVIII. Ioannes inde filiam suam Margaretam, Virginem egregia forma, nuptum dedit Henrico Luceburgo, fi Comiti, eius Henrici filio, qui in pugna fortiter occubuit non procul ab arce Woronc. Iunior hic Henricus postea factus Rom. Imperator in Italiam transcendit.* Annum consummati matrimonii definit ex *Gestis Ducum Brabantiæ* M. CHRON. BELGICVM p. 281. *Anno quarto post bellum de Woronch, videlicet Anno Domini MCCXCII. Anno Ducatus eiusdem Ioannis XXXII. inter Henricum Lutzelburgensem Comitem, filium Henrici in bello Woronch occisi, & Ducem Ioannem pax reformatur. Henricus enim Margaretam filiam Ioannis Ducis, ducit vxorem, dispensante cum eis Nicolao Papa quarto, super matrimonio contrahendo: eo quod tertio consanguinitatis gradu sibi inuicem iungerentur.* Vberius de hoc matrimonio loquitur FELIX OSIVS *Notis in Historiam Mussati p.* 95. & singula hæc multis testimoniis confirmat. Idem auctor est, ipsi ab aliis tres vxores attribui, Catharinam Alberti I. Imp. filiam, quæ ante nuptias obierit, secundam Hester, Opoliensem Polonicam, tertiam hanc Margaretham, quod tamen contra fidem est Scriptorum. CONRADVS VECERIVS vero ait: *vxor illi, quæ cuiusque fuerit, itidem prope in ambiguo est.* ALBERTVS ARGENTORATENSIS vero p. 117. ipsam perperam vocat Beatricem. Adde GVNDLINGIANAM *p. II. n. VII.*

9) Schema cognationis tale erat

Guido	Balduinus
Margaretha, vxor Iohannis I. Brabantiæ	Beatrix, Henrici II. Luxenburg. vxor
Margaretha vxor Henrici VII.	Henricus III. inter Impp. VII.

10) MVSSATVS libro primo sub initium: *Margaritam Ducis Brabantiæ filiam adolescentem imberbis & ipse duxit vxorem, ex qua Iohannem filium primogenitum procreauit.* Statum vero ipsius naturalem idem accurate describit sub finem libri primi.

11) MVSSATVS lib. V. rubr. IV. p. 26. *per eosdem dies natura corruptibilis nullum passa humani ingenii, seu speculationis effugium in Serenissimam, ac Clementissimam Margaritam Augustam sua ostendit perpetuæ alterationis officium. Nam sex ferme dierum spatio aeris pestilentis apud Brixiam, vt asseruere Physicorum optimi cordialiter infecta, quamquam tamdiu sub latente serpigine (proh dolor) vita subtracta est apud Ianuam in Palatio Hæredum Benedicti Zachariæ in Vrbis appendiciis, vbi Besagnum dicunt, ad partem Orientalem iuxta mare. Cuius corpus more regio purpura indutum cum aurea corona capiti superposita ad fratrum Minorum Cœnobium sub frequentia mirabili delatum est, ibique cum exequiarum, cæremoniarumque solennibus in Choro Ecclesiæ iuxta Altare depositum in Sarcophago plumbeo, non tamen lapidibus, auroque stabili conclusum, cum & inde in tempore tolli & in Alemanniam deferri debere putaretur, sicque fama prædicarit. Huius insignis memoriæ dies festus erat Beatissimæ Luciæ Virginis Anni Domini nostri vndecimi trecentesimi millesimi. Mortem eius strenue ferens inclytus Rex nullam in patulo effudit lacrimam, licet ante huius coniugis copulam Iugales reperisse duos amoris inuicem tam supremi nec creditum, nec relatum.* CONR. VECERIVS p. 70. *Cæsar ad diem vndecimum Calendarum Octobrium, maximo apparatu Genuam est inuectus: Principem dominumque solenni more appellantibus: mox componendæ discordiæ ratio habita. Itaque Opicino Spinulæ sociisque iampridem exulantibus confecta restitutio: Quæ res ingentem illi dilectionem ciuium pepererunt, ipsi millia aureorum dono data centum, Regiæ vero coniugi viginti: Ea quum insequente mense grauiter ægrotare cœpisset, res humanas reliquit. Elata tumulataque solennem inter pompam apud beatissimi Francisci cœnobium, pudicitiæ singularis religionisque spectata fœmina.* GESTA BALDVINI *lib. II. c. XIII.* GEORGIVS MERVLA lib. VIII. Antiquit. Vice-Comitum p. 104. *Virum Romam petentem secuta felix profecto fuisset, si illum imperatoriis ornamentis insigniri vidisset. In æde Minorum Fratrum sepulta est. Nomen Margareta fuit.* Male igitur Reginæ nomen effert ALBERTVS ARGENTORATENSIS, dum *ad a.* 1311.

sic

nioris filia, regnum Bohemiæ fuit adeptus; 12) qui X. Kl. Septembris 1346. cæsus fuit ad Cressiacum, auxilia ferens Gallorum Regi contra Eduardum Anglum. 13) Filiæ ipsi tribuuntur: Beatrix, Caroli Vngariæ Regis vxor, a. 1318. nupta & defuncta 14) Maria, Caroli Pulcri Gallorum Regis vxor, 15) Agnes, Rudolpho Comiti Palatino Rheni nupta, & Catharina vxor Leopoldi Austriæ Ducis. 16) Altera quidem vice ipsi cum fratrum Ducum Austriæ consensu mediante Henrico archiepiscopo desponsata fuerat Catharina, Alberti I. Imp. filia, 17) quæ, dum in Italiam duceretur ipsi matrimonio copulanda, comperit, Henricum veneno fuisse extinctum, Patauii subsistens, Carolo, Regis Siciliæ Roberti filio fuit copulata. 18)

§. XIX. Imperante Henrico, deletus fuit ordo Templariorum. Hic, auctoribus Hugone de Paganis, & Godefrido de Sancto Aldemaro a. 1118. cœpit, 19) sub Honorio Papa a. 1128. in synodo Trecensi apud Gallos fuit confirmatus. Prima autem eorum professio, quodque eis iniunctum erat, vt vias & itinera, maxime ad salutem peregrinorum contra latronum & incursantium insidias pro viribus conseruarent, & quia iuxta templum Domini in palatio regio mansionem habebant, fratres militiæ templi dicebantur. Nouem saltim ab initio erant, post, crescentibus illorum opibus, bonisque per vniuersam Europam adquisitis, crescebat illorum ambitio. 20) Capta vero anno 1187. vrbe Hierosolymarum,

sic scribit: *post hæc circa hyemem Ianuam profectus, cum Regina honorifice est receptus; vbi Beatrix Regina moriens sepulta est ad Minores.* IO. VILLANVS lib. IX. c. XXVII. *eodem anno* (1309.) *obiit Genuæ, mense Nouembri Augusta Imperatoris vxor, qua sancta, & optima habebatur: & fuit filia Ducis Brabantiæ.* SECVNDA VITA CLEMENTIS V. p. 43. QVINTA VITA CLEMENTIS V. pag. 91. *Tamque Margarita Augusta moritur MCCCXI. in festo beatæ Luciæ, & in loco fratrum Minorum tumulata est. Venerunt deinde quasi ad Augusti solatium nuntii Pisanorum plurima pollicentes.*

12) De hoc supra iamdum fuit dictum §. *VIII.*

13) ALBERTVS ARGENT. p. 136. *congredientibus autem primis ad conflictum, circa meridiem, sabbatho post Bartholomæi Apostoli, anno Domini MCCCXLVI. diuque certantibus, sagitariisque Francis terga vertentibus, ac cum populo fugientibus: tota Franci acies fugam dedit, eo reclamante, diuque cum paucis manente. Diu autem in certamine remanserunt Alemanni, ita quod multa millia hominum sunt occisa. Ceciderunt inter alios Ioannes Rex Bohemiæ, qui cæcus fuerat, & se ad conflictum per Henricum Monachi de Basilea & Henric. de Clingenberg milites, fecit adduci.* H. REBDORFF ad a. 1346. AENEAS SYLVIUS *Hist. Bohem. c. XXXII.*

14) P. ANSELME Histoire Genealogique de la Maison Royale de France p. 195. *Beatrix de Luxemburg, Fille ainée de Henry VII. du nom, Empereur & Duc de Luxembourg, & de Marguerite de Brabant, mariée en 1318. Elle mourut sur la fin de la même année & fut enterrée dans l' Eglise Cathedrale de Varadin.*

15) De hac P. ANSELME Histoire Genealog. de la Maison Royale de France pag. 55. *Marie de Luxembourg, Fille de Henry VII. du nom, Empereur & Comte de Luxembourg, & de Marguerite de Brabant, fut mariée a Prouins le iour de S. Mathieu 1327. & couronnée a Paris dans la Chapelle du Roy le iour de la Pentecôte 1323. Elle mourut en couche à Issoudun en Berri, retournant de Tholouze l' an 1324. & fut enterrée dans l' Eglise des Religeuses de S. Dominique de Montargis.*

16) Sic eiusdem filias recenset HENNINGESIVS *p. I. sec. & tertii regni in quarta Monarchia p. 158.* Sic etiam Iohannes in apologetica, Mariam sororem suam vocat.

17) ALBERTVS ARGENTORATENSIS p. 110. *venerat etiam mater Imperatoris, Filia Comitis Flandriæ Siculo danda vsque Basileam, ad Cæsarem profectura. Ducebatur etiam domina Catharina soror ducum Austriæ, quondam Alberti Roman. Regis filia, Imperatori nuptura.* Idem p. 105. *Ex Alberto, qui habebat Elisabet, filiam Comitis Tirolis, antequam pater promoueretur in Regem . . creati sunt VIII. Catharina desponsata Henrico Imp. eoque defuncto, duci nupta Calabriæ, filio Regis Ruperti Siciliæ, sine liberis est defuncta.* GREGORIVS HAGENVS Chron. Austr. p. 1140. *Die funfte tachter Chunig Albrechts ward Katherina genennet, die ward geben Chaiser Hainrich den Sechsten: wan der ward sieber erwelt zu Chaiser nach Künig Albrechts töttung. Der stund in Lamparten mit Chaiserlichen Eren und Wesen, und hett alzo geschafft und geschicket, daz man die Iunchfraw Im solt bringen mit ersamer Zier. Alzo ward Sie gen Lamparten gefüret, do man sie solt mehlen den Chaiser. Vnd do sie gen Padaw komen, do ward Ir gesagt, daz in aller biderbchait der Ersam Chaiser Hainrich Ir brewtigamb wer mit Gifft getattet. Die Edell und lauter Iuncfraw Katherey ercham von diesen Meren, und belaib etwe lang zu Padaw, und daselbst waren Heren, die waren dargesendet in Botschafft von Chunig Ruprechten von Cecilien, von Ierusalem, und von Püllen. Do die laidigen vier vernomen von der berauben ellendenbrawte, do santen sie gen Oesterrich ain herrliche Botschafft zu dem Herzoge, derselben Iuncffrawen Brüdern und baten Sie daz sie geben Ir Schwester Künig Ruprechts Sune zu weibe. Des wurden sie da gewert, und gezret. Also lag Iuncffraw Katharine mit wurdigen Eren by Chunig Ruprechts Sune, der da was ain Hertzog zu Callabria, und wartend auf die Reiche, da die oben sind benennet, daz Er Ir solt werden gewaltig nach dem Tod seines Vatters wie wol daz Er doch vor Im storb. Vnd also ward Fraw Kathry ein Witib, und ward gechlaitet mit den Chlaidern der Schwestern Sand Chlaren, und ist in denselben Münster begraben.* Adde ANONYMI LEOBIENSIS *Chronicon p. 908.*

18) ANONYMI LOBIENSIS *Chron.* p. 906. *habito ergo tractatu, ab vniuersis consulitur, vt Alberti Regis filia, elegantis formæ iuuencula speciosa, bonis moribus ornata, ex Regum sanguine propagata, paranymphis honorabilibus peteretur: quia per fratrum Ducum Austriæ & Stiriæ potentiam Regnum in Alamannia fidelius, & filius eius in regno Bohemico tutius seruaretur. Quod dum annueret, Hainricus Gurcensis Episcopus vadens & rediens, desponsationis annulo Imperatori virginem subarrauit, super quo totus populus Alamannicus & Italicus exultauit.*

19) GVIL. TYRIVS *lib. XII. c. VII.* IAC. de VITRIACO, MATTHAEVS PARIS. *ad a. 1118.*

20) Hunc templariorum Statum optime descripsit MATTHAEVS PARISIENSIS ad an. 1118. scribens: *circa dies istos viri quidam nobiles de equestri ordine, religiosi ac Deum timentes, in manus Patriarchæ Hierosolymitani, Christi se seruitio mancipantes, more Canonicorum regularium in castitate & obedientia propriaque voluntati renuntiantes, perpetuo*

petuo

marum, Templarii sedem mutare coacti, conuentum Acconæ habebant. Sub initium Seculi decimi tertii ex omni Asia eiecti, in Galliam, Angliam, Hispaniam, Germaniamque abierunt, bona quæ ibidem adquisiuerant, occupantes. Sed, cum magis magisque corrumperentur, & nimiæ illorum opes Philippum Pulcrum Galliarum Regem inuitarent, hic cum Clemente V. Papa de extirpando hoc ordine conuenit. Exorta igitur in Parisiorum vrbe, ob monetam leuioris ponderis tumultu, credebatur, Templarios eum fouisse. Hinc Templariorum Prior, qui Tholosanis ædibus præerat, cum Noffa quodam Florentino, ejusdem Ordinis, sed contaminatæ vitæ viro, in carcerem coniiciuntur. Hi de vita metuentes, impunitate promissa, Templarios omnes dicunt, cum Saracenis inito fœdere, abiurata quoque Christiana religione, Mahumetum colere, struereque principibus omnibus extremam perniciem. Simulacro cuidam, cui pellis humana superinducta esset, illos sacrificare, inesse autem eidem statuæ, oculorum loco, carbunculos duos ardentissimos, eamque pinguedine recens ex coitu Templariorum natarum & exustarum puellarum, quotidie inungi. Ad hanc vnusquisque ordinem ipsorum professurus, Christum abnegare, crucisque signum conculcare pedibus adigatur. Morientium cadauera apud eos in cinerem resolui, eamque in potum inter eos absumi, constantiæ & silentii experimentum inde capientes. Mascula indifferentique Venere eos vti. 21) Multa in Syria contra omnes Christianos eos fuisse conatos. Diuum Ludouicum apud Damiatam eorum dolo in vincula Soldani venisse. 22) Aliaque horrenda crimina Sodomiæ, Sacrilegii, blasphemiæ ipsis imputabantur. 23) Accusationis capita Procurator Fisci ad Regem scripta Pictauium misit, quæ ille, auaritia motus, pro veris habuit, delatoribus venia & libertate donatis, effecitque apud Pontificem, vt Ordinis illius euersionem pollicetur. 24) Ast, licet hæc Crimina plerumque conficta viderentur, nihilominus vna litterarum significatione, die Veneris post festum Dionysii XIII. Octobris 1307. Lutetiæ Magister Iacobus Mola Burgundus, cum nouem & quinquaginta equitibus sociis captus fuit. Arguebantur hæreseos, auersæ libidinis, contemptæ crucis, læsæ Maiestatis. Sæpe torsi, nihil huiusmodi de se ac sociis sunt confessi: quin insontes sese piosque Templarios equites constantissime testabantur. Macerati longo carcere ex decreto synodi Parisinæ an. 1310. sex

petuo viuere sunt professi. Quorum primi fuerunt viri venerabiles, Hugo de Paganis, & Godefridus de sancto Audemaro. Qui cum certe non haberent domicilium, Rex Baldewinus in palatio suo, quod secus templum Domini ad australem habebat plagam, eis habitaculum concessit. Canonici vero templi Domini, plateam, quam circa prædictum habebant palatium, ad officinas construendas concesserunt. Patriarcha quoque & Rex cum suis proceribus & aliis ecclesiarum Prælatis, de propriis dominicis suis pro victu & vestitu certa eis beneficia contulerunt. Prima eorum professio erat, vt in remissionem peccatorum suorum, vias & itinera ad salutem peregrinorum, contra latronum insidias pro viribus conseruarent. Tandem post nouem annos in concilio Trecis celebrato, instituta est eis regula & habitus albus, a Papa Honorio assignatus, & decursis fere nouem annis (qui prius nouem fuerant tantummodo) cœpit eorum numerus augeri, & possessiones inualescere. Postmodum vero tempore Eugenii Papæ, cruces de panno rubeo suis assuerunt mantellis, vt a cæteris possent hoc signo discerni. Numerus autem eorum in breui ita multiplicatus est, vt in conuentu plusquam trecentos habeant equites, exceptis fratribus aliis, quorum fere numerus cernitur infinitus. Possessiones vero tam citra quam vltra mare adeo immensas habere dicuntur, vt iam non sit in orbe Christiano prouincia, quæ eis bonorum suorum portionem non contulerit, & regiis hodie diuitiis præstantiores existant. Qui quoniam iuxta templum Domini mansionem habent, fratres militiæ Templi dicuntur, & cum diu in honesto flarent proposito, nunc adeo professionis suæ humilitate neglecta, domino Patriarcha, a quo ordinis institutionem, & prima beneficia susceperunt, se subtraxerunt, obedientiam & ecclesiis Dei decimas subtrahentes, facti sunt cunctis valde molesti. In Chronico, quod in fine MATTHAEI PARISIENSIS Historiæ Maioris ante Indicem, reperitur, dicitur: *qui primo adeo pauperes, licet strenui fuerunt, quod vnum solum dextrarium illi duo habuerunt; vnde propter primitiuæ paupertatis memoriam, & ad humilitatis obseruantiam, in sigillo eorum insculpti sunt duo vnum equum equitantes.* Eadem etiam figura in ipsorum sigillo adparet. GVIL. TYRIVS *lib. XII. cap. VII.* IACOBVS de VITRIACO *Hist. Hierosl. cap. LXV.* TRITHEMIVS *Chr. Hirs. ad a. 1307.*

21) MATTHAEVS PARISIENSIS *ad a. h. l.*

22) CONTIN. GVIL. TYRII *lib. V. c. XIII.* TRITHEMIVS *c. l.*

23) ALBERTVS MVSSATVS lib. III. Rubr. X. *inque harum procinctu rerum Ottobonus Aquilegensis Patriarcha ad Generale Concilium vocatus a Papa, quod in subsequentibus Octobris Kal. in Ciuitate Viena statutum erat, per Venetias Paduamque transitens Cæsarem primo visurus, Longobardiæ ductum callem tenuit. Concilium quippe in eas Kalendas Papa statuerat omnibus Christicolarum euocatis Prælatis, præsertim super Apostasiæ scelere, nephandique ac detestabilis Idololatriæ vitii, execrabilisque facinoris Sodomorum, & abominandæ Hæresis, in quibus conuicti, confessique Magistri, Præceptores, & Milites Domus Militiæ Templi Hierosolymitani septuaginta duo circiter numero plectendi Apostaticis instabant censuris. Et, proh dolor? Quanquam ne hæc nostri thematis nephanda relata: sed funda quidem in similium transgressorum (quod absit) exitium, vt quæ nostra vidit ætas, cautior fiat euitare Posteritas. Abominanda fera formam humanam induta Fratres, imo Hostes illi Crucis armati signaculo in suæ Communionis Fratrum receptione cum abnegatione Christi, & sputitione super Crucem, aliisque subricendis, vt verecundiæ parcatur humanæ, erroribus suis, suorumque complicium animas suas diutius desponderant Sathanæ. Hi namque Franciæ terræ Vltramarinæ, Normanniæ, Aquitaniæ & Pictauiæ Prouincias hac superstitionis sorde tabefecerant. Illa (vt prædiximus) Concilium potissima aggregabatur causa, pro fidei roboratione, proque huiusmodi erroribus eliminandis, deducendisque ad tramitem veritatis.* Eadem crimina ipsis attribuit IOANNES CANONICVS S. VICTORIS *vita Clementis V. pag. 7.* PTOLEMAEVS LVCENSIS *p. 30. 31. 37. 44.* BERNHARDVS GVIDO *p. 75.* AMALRICVS AVGERIVS de BITENES *p. 106.*

24) BZOVIVS *ad a. 1307. n. 5.* TRITHEMIVS *citat. loc.*

25) CONT.

ſex & quinquaginta totidem modice diſtantibus palis alligati, ac lento igne toſti ſunt. 25) Eadem ratione, impulſu Philippi Pulchri in reliquis Europæ partibus conquirebantur atque tormentis ſubiiciebantur. 26) Tandem, pleriſque iamdum extinctis, in concilio Vienneſi horum cauſſa demum examinatur, atque VI. Nonas Maii 1311. Papa, vt verba habent, ex plenitudine poteſtatis, per ordinationem & prouiſionem Apoſtolicam per ſententiam eos plene condemnat. 27) Delato hoc ad omnes Prouincias edicto, bona Templariorum vbique occupabantur, & de Templariis adhuc reliquis ſupplicium ſumebatur. 28) Bona illorum partim fiſco addicebantur, partim aliis equitibus concedebantur. 29) Non diffiteor, multa Templariorum fuiſſe vitia, luxum, libidinem, voluptates, ita, vt in prouerbium abiret, bibis vt Templarius, vt reformatione omnino ordo indigeret, iniuſtam tamen plenariam eiusdem extirpationem, maxime inter tot tormenta atque ſupplicia eſſe arbitror. Immo teſtes Criminum erant ſuſpecti, modus peruerſus, cauſſa præcipua, quod horum bonis inhiaret Philippus. 30)

25) CONT. GVIL. TYRII *c. l.* CONTIN. NANGII *ad a. 1307. 1308.* H. STERO ad an. 1307. *III. Idus Octobris capti fuerunt primo Templarii vbique in regno Franciæ inopinate, propter profanam impietatem ipſorum & exſpuitionem ſuper in opprobrium crucifixi fueruntque plures ex eis de maioribus illius ordinis confeſſi ſuæ profeſſionis ritum excuſabilem, quæ a nemine potuerant vnquam ſciri. Plurimi tunc ex eis licet ſubiecti tormentis, talia confiteri nolebant. Demum Clemens V. Papa, & Cardinalis, quibus huiusmodi profana profeſſio incredibilis credebatur, certiorati ex confeſſione ipſorum Templariorum mandauit, Templarios vbique capi & inquiri contra ipſos.* Idem ad a. 1310. *tunc Pariſiis diuerſis partibus LXX. Templarii vel circa, propriis confeſſionibus de profeſſione ſua profana metu tormentorum, conuicti, vt ipſi templarii dicebant ſine tormentis aſſerentes ipſos ſe fuiſſe mentitos, combuſti fuerunt.* IOANNES CANONICVS S. VICTORIS *vita Clementis p. 16. 17.*

26) BZOVIVS *c. l.* CONT. NANGII *cit. loc.* IOANNES CANONICVS S. VICTORIS *vita Clementis V. p. 18.* qui tamen addit: *dicitur a pluribus quod pro extorquenda pecunia Concilium fuit factum.*

27) Sic enim verba ſententiæ apud GVRTLERVM de contemplatione Templariorum §. CL. *dudum ſiquidem ordinem domus militiæ templi Hieroſolymitani, propter Magiſtrum & Fratres, cæteraſque perſonas dicti ordinis in quibuslibet mundi partibus conſiſtentes, variis & diuerſis, non tam nefandis, quam infandis, proh dolor! errorum & ſcelerum obſcænitatibus, prauitatibus, maculis & labe reſperſos, quæ propter triſtem & ſpurcidam eorum memoriam præſentibus ſubiicimus, eiusque Ordinis ſtatum, habitum, atque nomen, non ſine cordis amaritudine & dolore, ſacro approbante conſilio, non per modum diffinitiuæ ſententiæ, cum eam ſuper hoc ſecundum Inquiſitiones, & proceſſus ſuper his habitos non poſſemus ferre de Iure, ſed per viam prouiſionis, ſeu ordinationis Apoſtolicæ, irrefragabili & perpetuo valitura ſuſtulimus ſanctione, ipſum prohibitioni perpetuæ ſupponentes, diſtrictius inhibendo, ne quis dictum Ordinem de cætero intrare, vel eius habitum ſuſcipere vel portare, aut pro Templario gerere ſe præſumeret; quod ſi quis contra faceret, excommunicationis incurreret ſententiam ipſo facto.* BERNARDVS GVIDO vita Clementis V. p. 75. *Sequenti vero menſe Martii, feria quarta in hebdomada ſancta, XI. Kalendas Aprilis, ſummus Pontifex multis Prælatis cum Cardinalibus coram ſe in priuato conſiſtorio conuentis, per prouiſionis potius quam condemnationis viam ordinem Templariorum caſſauit & penitus annullauit; perſonis ac bonis eiusdem ordinis ordinationi ſuæ & Eccleſiæ reſeruatis.*

28) BZOVIVS *ad a. 1312. n. 3.* H. STERO ad a. 1311. *& ſequenti menſe Martii XI. Kal. April. in priuato conſiſtorio Papa caſſauit & anullauit ordinem Templariorum, perſonis & bonis ipſorum ordinationi ſuæ & Eccleſiæ ſeruatis. Et ſequenti menſe Aprilis in ſecunda ſeſſione conſilii caſſatio ordinis dicti promulgata fuit. Hic ordo CLXXXIV. annos circiter militauerat, diues & multum priuilegiatus fuerat. Et poſt II. Non. Maii vltima ſeſſio fuit concilii, quod ſex fere menſibus pertractatum fuit.*

29) TRITHEMIVS ad a. 1307.

30) Multa adhuc eſt controuerſia, iuſtene an iniuria deletus fuerit ordo Templariorum. Sunt equidem, qui legitimare factum conentur, FLAVIVS BLONDVS *dec. II. lib. IX. ad a. 1307.* BZOVIVS ad dictum annum, NATALIS ALEXANDER *ſec. XIV. diſſ. II.* DV PIN *Tomo XI. c. II.* & præcipue PETRVS PVTEANVS, ſingulari tractatu *de Condemnatione Templariorum*, quo potiſſimum ex Actis Publicis Iuſtitiam deleti ordinis demonſtrare conatur. Horum cauſſam etiam ſuſcepit du BOIS dum in Hiſtoria Eccleſiæ Pariſienſis *lib. XVII. c. V.* horum hiſtoriam recenſet. Aſt, non deſunt, qui ordinem excuſent. IO. VILLANVS equidem, qui vixit ſub Carolo IV. *Hiſt. Florentina c. XCII.* quem ſequitur ANTONINVS *Chron. p. III. tit. XXI. §. 3.* Templariorum ordinem iuſtum dicit & ſanctum. Sequitur CONTINVATOR GVILIELMI de NANGIACO & præcipue TRITHEMIVS *Chr. Hirſaug. ad a. 1307.* dum dicit: *Ordo Templariorum ad inſtantiam ſæpe dicti Regis Gallorum Philippi, ac permiſſione Clementis Papæ V. miſerabiliter vno die fuit extinctus.* Et paullo poſt: *bona vero Templariorum, poſſeſſiones, dominia atque caſtella, quæ per Galliam habebant latiſſima, Rex ſupra dictus Gallorum Philippus, ſibi omnia vſurpauit. Similiter & in aliis nationibus factum eſt, dum quilibet Princeps eorum, quæ in ſuo dominio reperit, ſi non cuncta, tamen multa ſuis applicauit. Nonnulli etiam, quorum Deus corda tetigerat, bona Templariorum ſuis inferre vſibus veluti male acquiſita recuſantes, aliis ea Religioſis ſiue pauperibus diſtribuerunt. Eccleſiarum vero ſiue Monaſteriorum, in quibus habitauerant, quædam hodie penitus ſunt deſtructa, quædam vero ab aliis religioſis habitata. A multis vero, quemadmodum memoratus Archiepiſcopus refert Antoninus opinantibus dicebatur illos innocentes & ſine iuſta cauſſa fuiſſe damnatos, vt per hoc ſibi eorum bona vſurparent, qui tam anxie Ordinis interitum quærebant. Verum, vt prius conteſtati ſumus, non eſt noſtrum, huius facti promulgare ſententiam, qui non iudicis, ſed ſcriptoris hiſtoriarum profitemur officium.* Idem factum deteſtatur NICOLAVS GVRTLERVS *Hiſtoria Templariorum* & CHR. THOMASII *diſſertatio de Templariorum equitum ordine ſublato*, qua potiſſimum contra Puteanum diſputat. Acta quædam condemnationem Templariorum concernentia, Mantiſſæ Codicis Iuris Gentium inſeruit LEIBNITZIVS *p. alt. pag. 76.*

SECTIO

SECTIO QVINTA
DE
LVDOVICO BAVARO ET FRIDERICO AVSTRIACO.

§. I. Friderici Austriaci & Ludouici Bauari parentes. §. II. Ludouici animi & corporis dotes. §. III. Bellum cum Austria Ducibus. §. IV. Fridericus Austriacus imperium ambit. §. V. Friderici Austriaci & Ludouici Bauari electio dissidiosa. §. VI. Ludouicus per maiora dicitur electus: adhaerent illi Ciuitates inferioris Rheni, Friderico superioris. §. VII. Conspiratio contra Ludouicum, qui fratrem suum Rudolphum fugat. §. VIII. Lupoldus vrbes superioris Rheni in partes Friderici trahit, cum Heluetis bella gerit: origo foederis Heluetici. §. IX. Pugna ad Eslingam. §. X. Fridericus ac Lupoldus Bauariam irrumpunt. §. XI. Fridericus praelio ad Müldorfium a Ludouico vincitur & capitur. §. XII. Post varia Leopoldi tentamina pro liberando Friderico pax conuenit. §. XIII. Brandeburgicum Electoratum Ludouico filio concedit. §. XIV. Leopoldus & Fridericus moriuntur: frater horum Otto, arma capit. §. XV. Turbulentus Italiae status defuncto Henrico VII. sub Iohanne XXII. Papa. §. XVI. Papa Imp. Auenionem citat, & non comparentem excommunicat: multi Imp. defendunt. §. XVII. Papa & quidam Principes de Philippo Pulcro in Imp. promouendo tractant: Conuentus Rense. Papa nuntios mittit in Germaniam. §. XVIII. Ludouicus Castrucio Vicariatum concedit Lucensem, in Italiam mouet, Mediolani coronatur, Galeatium condemnat. §. XIX. Ludouicus a Romanis inuitatus, Romae a Praefecto vrbis & Cancellario coronatur. Iohanne XXII. deposito, Nicolaum V. Papam facit. §. XV. Imp. Castrucium facit S. R. I. vexilliferum, contra Robertum in Apuliam agit, sed odio habitus a Lombardis, redit in Germaniam. Pactum Ticinense. §. XXI. Ioannes Bohemiae Rex Italiam sibi subiicere tentat, sed Imp. reconciliatur. Duces Bauariae inferioris ad concordiam reuocat. Sueuiae Ciuitates pacem inuicem faciunt. §. XXII. Bellum ob Carinthiae Ducatum Austriacis concessum, cum Iohanne Bohemiae Rege. §. XXIII. Imp. variis turbis agitatus, Imperium deponere cogitat, varios legatos Romam mittit, Spirae Comitia habet contra Henricum Bauariae Ducem praeualet. §. XXIV. Imp. denuo legatos mittit ad Papam: in Comitiis Rensibus & Francofurtensibus 1338. Papae plane renuntiat, & electum ab Electoribus, verum esse Imp. determ. §. XXV. Negotium cum Philippo Valesio Gallorum Rege. §. XXVI. Ludouicus defuncto Iohanne, in Bauaria inferiore succedit. §. XXVII. Clemens VI. Imp. Auenionem citat, hic legatos mittit obedientiam promittentes, reprobantibus Papae articulis Germaniae Principibus. §. XXVIII. Papa Imp. excommunicat, & Carolum Bohemum in Imp. facit eligi. §. XXIX. Nicolaus Laurentii adfectat Dominatum vrbis Romae, Ludouicum & Carolum Romam citat. §. XXX. Pleraque ciuitates Ludouico adhuc fauent. Contentio & bellum inter Ludouicum & Carolum de Imperio. §. XXXI. Mors Ludouici. §. XXXII. Ludouicus primus in terris suis hereditariis sedem ponit. §. XXXIII. Rainoldum D. Geldriae creat: diuortii sententiam promulgat inter Iohannem Bohemum & Margaretham Maultaschiam, quam Ludouico filio collocat: pacem publicam promulgat: Margaretha vxor in Hollandia succedit. §. XXXIV. Vxores & liberi.

§. I.

POst Henrici VII. mortem, multa de successione in Imperium erat controuersia, Friderico Austriaco dicto Pulcro atque Ludouico Bauaro de Imperio inuicem contendentibus. Erat autem iste Alberti Imp. filius. 1) Ludouicus vero ex Ludouico Seuero, Duce Bauariae superioris atque Comite Palatino Rheni & Mathilde, Rudolphi Habsburgici filia, 2) circa annum 1284. prognatus. 3)

§. II. Ludouicus decem annos natus, patrem amisit, sub tutela matris diligentissime educatus Viennae in Austria, cum amitinis filiis Alberti Caesaris liberis institutus est, adeoque profecit, vt omnes suae tempestatis Principes, magna vi, & animi, & corporis, ingenio optimo superasse tradatur. 4) Statura fuit gracili, & procera, capillo subrusso, raroque. Acie viridi coloris semper ridenti similis, oculis caprinis. Naso peracuto ad os prono, ac propinquo. Maxillis aequaliter carnosis, mento tereti. Collo ceruici, & humeris congruenti. Lacertis, Cruribus, & Pedibus staturae congruentibus. In armis strenuus, & audax ad omne discrimen: sed praeceps & nimium lubricus. In aduersis consilio egens, iocosus atque vrbanus. In incessu citus. Frequens sessionum & locorum mutator. 5) Monachi & sacrae virgines ipsum Christianissimum & pientissimum vocabant, eius cultellos, mappas, caeteram huiuscemodi suppellectilem, vt sacra venerabantur. 6) Non admodum locuples fuit, superiorem duntaxat Baioariam, cuius primariae vrbes

1) *Vide Super. Sect. III. §. XIV.* Male igitur ALBERTINVS MVSSATVS in Ludouico Bauaro *p. 1.* ipsum vocat Rudolphi Austriensis Ducis & Romanorum Regis natum.

2) NIC. BVRGVNDVS *Histor. Ludouici lib. I. p. 5.* AVENTINVS *lib. VII. c. XV. §. 9.* TOLNERVS *Histor. Palatina c. XIX.*

3) TOLNERVS quidem *in Historia Palatina c. XIX.* exeunte dicit: *natus Monachii a. 1287. in autumno.* Id quod etiam ex AVENTINO patet, qui *c. l.* dicit, Ludouicum, dum pater obiret, quod factum a. 1294. secundum ANDREAM PRESBYTERVM & ADLZREITERVM *p. I. lib. XXV. n. 12.* fuisse septennem. Ast, sequor HENRICVM REBDORFFIVM, dum ad annum 1314. dicit: *hic tempore electionis suae aetatis XXX. annorum vel circa.*

4) Haec verba sunt AVENTINI c. l. qui addit: *impudentissimo mendacio Chronicariorum, qui illum Romanas literas ignorasse, sicuti alia pleraque vana falsaque comminiscuntur.* HENRICVS STERO *ad a. 1314. elegans persona, prudens, patiens, quietus, indulgentiosus fortunatus in bellis & in aliis factis, sed remissior in administratione iustitiae & tardus ad laborem.*

5) Verba sunt ALBERTINI MVSSATI *Ludouico sub finem.*

6) Verba sunt AVENTINI *c. l.* Idem laudes illius praedicat *lib. VII. c. XIX. n. 27. & sqq.*

7) HEINR.

vrbes sunt Wasserburgium, Monachium, Ingolstadtium possedit. 7) Defuncto tamen inferioris Bauariæ Duce, Iohanne, omnem deinde Bauariam fuit adeptus. 8)


§. III. Hic Ludouicus ante electionem suam ad Imperium, mense Nouembri 1313. bellum magnum & cruentum habuit cum nobilibus & gente Friderici, Leopoldi & Henrici, fratrum, Ducum Austriæ. Caussa erat, quia ipse ab Ottone Vngariæ Rege & Bauariæ inferioris Duce datus fuerat tutor Henrico & Ottoni fratribus, Stephani filiis, in Bauaria inferiore viuentibus. 9) Horum autem terras prædicti Duces Austriæ auferre & destruere nitebantur. Sed victi fuerunt Austriaci a Ludouico prope villam Gamelsdorf, quinque passuum millia a Mosburgo distante IV. Idus Nouembris a. 1313. castris illorum captis, direptisque, multis captis, occisisque, Post hæc, victor Ludouicus inferiorem Boiariam, nemine prohibente, in fidem titulo tutoris accepit. Hoc ipso bello multam famam adeptus. 10)

§. IV. Henrico igitur in Italia sublato, Moguntinus ad Nonas Octobris anni decimi quarti, reliquos Electores Francofurtum conuocat. Adsectabat iterum Imperium Fridericus Austriacus, Principumque suæ ætatis formosissimus, cui etiam præter paternos auitosque titulos, & clarissimas necessitudines, quidam Electores, Henricus potissimum Coloniensis, Rudolphus Saxoniæ, & ab initio Woldemarus Brandenburgensis Elector fauebant. Ipsi etiam Ludouicus Bauarus & Rudolphus Palatinus se adstrinxerant, 11) quorum hic istius pecunia dicebatur esse corruptus. 12) Huic aduersabantur Petrus Moguntinus, inclementius prædecessorem suum ab Alberto habitum memor, Balduinus Treuirensis & Ioannes Boëmiæ rex, absens ipse, sed qui legatum miserat, cæteri æquiores erant. Crimini illi dabatur contracta cum Roberto rege, quem Henricus proscripserat, affinitas, 13) factumque cum Henrico Carinthio fœdus, quem suspicabantur de Boemiæ regno sibi erepto, nouum moliri bellum. Præter hæc, ambitus in eo nimius repræhendeba-

7) H. REBDORFF ad a. 1314. *ipse vero Ludouicus cum penuria & egestate in administratione regni longo tempore transegit. Nam prædictus Fredericus electus, & fratres sui Duces Austriæ iuuenes & viriles in diuitiis & potentia ipsum longe excesserunt.*

8) *Vide infra* §. *XXV.* Qui Comitatus eodem imperante, Bauariæ accesserint, recensentur ab AVENTINO *lib. VII. c. XIX. n. 31. sqq.*

9) Tale erat Schema




10) H. REBDORFF *ad a. 1314.* AVENTINVS *lib. VII. c. XV. n. 3.* qui addit: *effodiuntur quotidie adhuc ibidem arma, enses, calcaria ab agricolis, certa huiusce conflictus monumenta. Parentum memoria cathapractus, ferrea omnino specie, in patula fago, cætera præter ossa solutus, repertus est.* ADLZREITER *p. I. lib. XXV. fin.* ANONYMVS LEOBIENSIS Chron. lib. IV. p. 909. *venientes autem in locum, qui dicitur Gamersfeld, haut longe a ciuitate, Landeshuet vocata, Ludwicus Dux Bawariæ armatus occurrit, & eorum transitum impediuit.*

11) ALBERTVS ARGENT. p. 118. *Mortuo itaque Hainrico Imp. & vocatis Principibus in Franckfurt, Fridericus Dux Austriæ, filius Alberti Regis, & nepos Rudolfi regis, pro regno laborabat. Cui Petrus Treuerensis, Mogunt. & olim Episcopus Basilien. quem Albertus quondam rex læserat, & Balduinus Treuerensis, & Ioannes, Boemus se opponunt. Fridericus autem Austrialis alloquitur Rudolphum & Ludouicum Duces Bauariæ, Palatinos Rheni, exhibens se ad assistendum eis. At illi æstimantes se tanto negotio impotentes, se Friderico seruitio astrinxerunt. Dux quoque Saxoniæ, & Voldemarus, Marchio Brandenburgensis, Friderico adhæserunt. Hi enim laici omnes & vxor Bohemi, fuerunt quondam Regis Rudolphi nepotes. Item Hainricus de Virnenberg Coloniensis, acto inter alios tractatu fecit, quod filia fratris sui Comitis de Virnenberg copulata fuit Hainrico Duci Austriæ, fratri Friderici, similiter adhæsit eidem. Veniente autem Friderico cum forti exercitu valde, & castra metante iuxta Franckfurt apud Saxenhausen: Petrus Moguntinus naues offerens, victualia iuxta Moguntiam abstulit Friderico, exercitus autem Moguntini, Treuerensis & Bohemi, se ex inferiori parte Mogani collocauit.* ADLZREITER *Ann. Boicis p. II. libro I. ineunte.* ANONYMVS LEOBIENSIS Chron. lib. IV. p. 910. *& condicta die Ludwicus & Fridricus conueniunt in Salczburga, vbi dum cubarent in vno lecto; de Regno est sermo habitus inter eos, ita quod Fridricus Ludwico, vt super hoc intenderet, persuaderet: Ludwicus etiam propter suarum facultatum in aciem se non posse intendere responderet; ipse autem diues & potens, omnia ad hoc spectantia affluentius adimpleret, se quoque ad ipsum rebus & persona in eius complacentia sedulum exhiberet.* Idem p. 911. *Fridricus habita firmataque amicitia cum Duce Ludwico Babariæ, prouide & sagaciter ad Regnum æstuans, Rudolfum Palatinum Ludwici fratrem efficit sua partis. Misit & ad Hainricum Episcopum Coloniensem, cum quo similiter conuenit, ita vt Hainricus Dux, frater eius, Ruperti Comitis de Wyrenburg filiam, fratris Episcopi, duceret in vxorem.* Qua ratione Rudolphus Saxoniæ Dux ipsi suffragium suum promiserit, patet ex ipsius scripto desuper dato 4. Kl. Augusti a. 1310. apud du MONT *Corps Diplom. Tom. I. p. II. n. 10.*

12) H. REBDORFF ad a. 1314. *Rudolphus autem frater suus* (Ludouici) *ratione Comitatus Palatini accepta pecunia, a prædictis Ducibus Austriæ auunculis suis, contra fratrem elegit Fridericum prædictum: propter quod ipse Ludwicus eum expulit, & quinto anno regni ipsius Ludwici obiit.*

13) Petrus III. Rex Arragoniæ



 14) Verba

debatur, & immodica in plerosque largitio. Ast, Fridericus Principum auxiliis fretus, cum exercitu propius Francofurtum pergit. Vrbe prohibitus, castra in aduersa Moeni ripa ad Saxenhusium locat. 14) Electores vero aut ipsi comparentes, vel per legatos in diem XIX. Octobris electioni destinandum concordarunt. 15)

§. V. Aduentante electionis die, denuoque a Moguntino conuocati Electores Francofurti in ipsa vrbe comparuerunt, Petrus Moguntinus, Balduinus Treuirensis, Iohannes Bohemus, qui cum mille galeatis aduenerat, Waldemarus Marchio Brandenburgensis 16) ac Ioannes Dux Saxoniæ inferioris, qui ius & vocem in electione prætendebat, 17) atque celebrata Missa S. Spiritus, expectabant Henricum Coloniensem & Rudolphum Comitem Palatinum. His vero nec per se, nec per procuratores comparentibus, terminus electionis in diem proximum fuit prorogatus, dictique Electores per nuntios speciales denuo fuerunt vocati. Nec dum tamen iisdem comparentibus, dicti quinque Electores d. XX. Octobris a. 1314. Ludouicum Bauarum, qui Guilielmum Iuliacensem, Adolphum de Monte Comites, & alios quamplures Comites, nobiles, quos sua pecunia acquisiuerat, vltra quatuor galeatorum millia secum habebat, elegerunt Imperatorem, factamque electionem, Clemente V. defuncto, sedeque Papali vacante, futuro Papæ significarunt. 18) Electione etiam pro more solenniter coram omni populo publicata. 19)

14) Verba sunt GERHARDI a ROO *lib. II. p. 77.* Conuenit NIC. BVRGVNDVS *hist. Ludouici Bauari lib. I. p. 77.*

15) Patet hoc ex epistola quinque Electorum, Francofurti X. Kl. Nouembris a. 1314. ad futurum Papam scripta, apud BVRGVNDVM *p. 15.* GEWOLDVM *de Septemuiratu cap. VI. §. 37.* HERWARTVM ab HOHENBVRG *Ludouico Bauaro defenso p. 20.* FVGGERVM *lib. III. cap. II. n. 11.* LEIBNITIVM *p. I. Cod. Iur. Gent. n. XXXVI.* in qua hæc verba: *vacante nuper, per obitum, felicis recordationis, Serenissimi Domini Henrici, quondam Romani Imperatoris, ipso Romanorum Regno, seu Romano Imperio, & Nobis vna cum Reuerendo Domino Balduino, Sanctæ Treuirensis Ecclesiæ Archiepiscopo, nec non Reuerendi Domini, Henrici Archiepiscopi Coloniensis, & Illustrium Principum, Ioannis Boemiæ & Poloniæ Regis Rudolphi C. P. R. Ducis Bauariæ, Waldemari, Marchionis Brandenburgensis, ac Ducis Saxoniæ, Honorabilibus Procuratoribus, ad quos tam de iure, quam de consuetudine antiqua & approbata, ius eligendi Romanorum Regem, in Imperatorem postmodum promouendum noscitur pertinere: solenniter concordantibus in diem Electionis huiusmodi, videlicet crastinum B. Lucæ Euangelistæ, quæ est decima nona mensis Octobris.* Hæc tamen epistola post electionem fuit scripta, qua integrum electionis actum Papæ significant. Patet ex eadem, in præconsultationibus Brandenburgici & Saxonici Electoris saltim adfuisse Procuratores. In ipsa electionis die, post aliquot dies instituta, præsentes fuisse Electores, dicitur enim paullo post, quod per Coëlectores nunc præsentes electio fuerit facta.

16) ANONYMVS LEOBIENSIS Chron. lib. IV. p. 911. *Interea Petrus Moguntinus, Balwinus Treuerenses Præsules cum Iohanne Rege Bohemiæ consilium inierunt, suspectam Fridrici potentiam habentes, Ludwicum Ducem Babariæ excitant: cur ipse, æque nobilitate & dignitate Duci Austriæ nullatenus impar, ad Regni titulum & gloriam non anhelet, cum ei præstare ad omne patrocinium sint parati, rebus atque corporibus fidelem impendere famulatum? Quod audiens Ludwicus, nullum sibi grauiorem æstimans quam seipsum, ad curiam electionis viribus, quibus poterat se componit, maxime propter Principes promissos, qui se sibi in auxilium ad omnem casum huius negotii constrinxerunt.* Singulare est, quod narrat GERH. a ROO lib. II. p. 77. *Electores quos dixi, cum in suffragia iretur, Nicolaum Bock equitem auratum Waldemari Brandeburgici legatum in partes trahunt, & Ludouicum Bauarum persuasionibus inducunt, vti eligi se in regem Rom. pateretur, quod in promissione Friderico facta persona loquens exciperetur. Sunt qui præfatum Nicolaum muneribus corruptum, ingens in hac electione scelus commisisse dicunt: literis enim fidei, quas credentiales vocant, in quibus Waldemarus Fridericum Imperatorem nominauerat, adulteratis, expuncto Friderico Ludouicum substituit. Sic Bauarus Austriacum honestiora suffragia habentem, numero superauit. Sed haud impune hoc nebulo scelus tulit, statim enim a Domino suo in carcerem detrusus est, vsque maiori ipsius foret cruciatus, lautissima fercula, quibus hunc cupide vesci sciebat apponi & custodibus ad hæc adhibitis vorari iussit, sic miser commeritas donec periret fame, pœnas dedit.* Idem dicit CVSPINIANVS *sub Friderico p. 368.* qui tamen addit: *alii scribunt binas literas militem a Marchione pari sigillo munitas accepisse: quorum vnæ rasæ extiterant, quas fidei suæ commendauit, vt illis vteretur pro occasione. Qui fracta fide, cum Ludouicum delegisset per literas contra Domini voluntatem, animumque Domini prodidisset, has tandem proditionis pœnas luisse.* Adstipulatur KRANTZIVS *Saxoniæ lib. IX. cap. VIII.* Ast, destituuntur isti fide coæuorum, nisi quod ALBERTVS ARGENTINENSIS *p. 119.* dicat, *inductus est etiam N. miles Goldemari Brandenburgensis, habens ab eo mandatum sufficiens in genere eligendi, Ludouicum elegit contra Domini voluntatem.* Quem sequitur NAVCLERVS *vol. II. Gen. XLIV. p. 992.* Verum, ex litteris Electorum patebit, ipsi electioni interfuisse Waldemarum Electorem Brandenburgicum. Id quod etiam confirmat NIC. BVRGVNDVS *lib. I. p. 14.* Hinc fabulam istam de legato merito reiicit HERWARTVS *cap. IV. n. 9. sqq. & c. V.* & ADLZREITER *p. II. lib. I. n. 12.* Nisi forsan cum FVGGERO *lib. III. c. II. n. 6.* dicamus, duos fuisse eiusdem ætatis Waldemaros, quorum alter patris Henrici nomine, qui æque Electoratum prætenderit, ideoque Friderico votum promiserit, legatum miserit. Sed nihil de hoc decretum electionis.

17) De quo supra dictum *Sect. IV. §. I.*

18) Sic enim in dictis litteris: *quo die XIX. Octobris veniente, suburbio oppidi regalis Frankenuordensium, loco scilicet ad hoc solito & consueto, nobis Petro Moguntinensi, Balduino Treuirensi Archiepiscopis, Ioanne Bohemiæ & Poloniæ rege, Waldemaro Marchione Brandenburgensi, ac Ioanne Duce Saxoniæ supradictis, ibidem conuenientibus, celebrata missa S. Spiritus, deliberatione prouida præhabita, ad procedendum in electionis negotio prælibato, & in quantum debuimus exspectantibus, quod Reuerendus Dominus Henricus Archiepiscopus Coloniensis, & Rudolphus Comes Palatinus Dux Bauariæ nondum venerant, nec per se, nec per suos procuratores in dicto loco conuenerant. Nos pro bono pacis volentes in hoc eis deferre, ac facere gratiam specialem terminum prædictum, videlicet crastinum B. Lucæ Euangelistæ vnanimi consensu, cum Reuerendo Domino*

ta. 19) Ast Fridericus anteriori die, quæ ad electionem fuerat destinata, in Sachsenhausen, ad alteram Mœni ripam 20) ab Henrico Coloniensi, cuius vices gerebat Rudolphus Comes Palatinus, ipse Elector, 21) Rudolpho Saxoniæ Electore, 22) Henrico Carinthiæ Duce

mino Balduino Treuirensi Archiepiscopo, vsque in diem sequentem duximus continuandum: quam continuationem dictis Archiepiscopo Coloniensi & Rudolpho Comiti Palatino, ac aliis quorum interesse poterat, nos Archiepiscopus Moguntinensis antedictus per nostros nuncios speciales ad id deputatos insinuauimus, notificauimus, & ad eorum notitiam deduximus, ipsos citando vice & nomine omnium nostrorum præsentium, vt præfata die continuata in dicto loco conuenirent. Qua die continuata ipsis Archiepiscopo Coloniensi, & Comite Palatino, & aliis quorum interesse poterat, sic vocatis & sufficienter exspectatis, quod non venerunt, nec pro se miserunt: nec vices suas alicui, seu aliquibus commiserunt, in electionis negotio memorato audita missa sancti Spiritus nos Archiepiscopus Moguntinensis, antedictus ipsa die continuationis, quæ fuit vigesima mensis prædicti, hora debita & consueta procedere cupientes, in scriptis monitionem legimus, &c. Idem in litteris Wetzflariensium ad Aquisgranenses dicitur apud HERWARTVM *p. I. cap. I. n. 36. p. 33.* quæ locum designant in campis Frankenfurd. Litteras easdem adhuc adseruari in chartophylacio Bauarico auctor est ADLZREITERVS *p. II. lib. I. n. 5.*

19) Sic enim in decreto electionis: *electione autem huiusmodi celebrata, cum Nos omnes & singuli, Electores prædicti præsentes, approbauimus, & Te Deum Laudamus, alta voce, fecimus decantari; & dictum Nostrum Electum qui præsens extitit, & Electioni de se factæ, diuinæ nolens resistere voluntati, interpellatus, cum instantia, a Nobis, reuerenter consensit, & deinde Electionem ipsam Clero & Populo solenniter fecimus publicari. Postmodum vero ipsum Electum in Ciuitatem Franckenfordensium introducentes, in Ecclesiam S. Bartholomæi deduximus, & Ipsum super altare maius, prout moris & consuetudinis est, adhibitis solemnitatibus, in talibus debitis & consuetis, posuimus, Te Deum laudamus denuo decantantes; deinde, in cœmeterio Ecclesiæ antedictæ, Clero & Populo Ipsum Electum præsentauimus, & Eius Electionem fecimus solemniter publicari.*

20) Locum atque Electores indicat decretum Henrici Coloniensis, atque litteræ ad Papam apud FVGGERVM *lib. III. c. II. n. 15.* in quo: *die videlicet crastino Sancti Lucæ Euangelistæ proxime præterito apud Frankenuort assignato, ibidem eadem die sic assignata, in loco eodem debito, videlicet Frankenuort, ab Illustribus Rudolpho Comite Palatino Rheni, Duce Bauariæ, habente illam vice per literas nostras patentes potestatem pro Nobis eligendi, ac Rudolpho Duce Saxoniæ, qui in possessione iuris vel quasi eligendi fuit, & est, & progenitores sui fuerant, a tempore, cuius memoria in contrarium non existit, ac Henrico Duce Carinthiæ, vero hærede & Rege Bohemiæ, Illustris Princeps Dominus Fridericus Dux Austriæ in Romanorum Regem eligebatur.* Procuratorium Henrici Coloniensis, qui Rudolpho Palatino vocem suam in Electione committit, extat apud LVNIGIVM *Reichs-Archiv p. Spec. der I. Contin. III. Forts. pag. 81.* & quidem ex hac ratione: *propter inimicitias, quas Reuerendus Pater Dominus Baldewinus Treuirensis Ecclesiæ Archiepiscopus & spectabilis Vir Ioannes Comes Lutzelenburgensis, primogenitus inclitæ memoriæ quondam Domini Henrici Romanorum Imperatoris, cum ipsorum fautoribus & complicibus contra Nos habent, non possumus absque periculo corporis & rerum, ad ipsum locum Frankenfurt venire, nec interesse dicto termino ad electionem futuri Regis Romanorum celebrandam assignato.* ANONYMVS LEOBIENSIS Chron. lib. V. ineunte. *Fridricus & Ludwicus ad locum electionis, scilicet Frankenfurt, quo poterant gloriosius conuenerunt. Ciuitas Ludwico patuit, ex eaque mercatum victualium sufficienter habuit. Fridricus extra muros cum suis in vna parte Mogifluminis castra locauit, & ea, quæ per Reni alueum mittebantur sibi, manus hostilis diripuit; & ob hoc Populum fames aliqualiter pressit. Et cum concordare non possent Electorum vota, intra muros clamatur & extra: quia intra vrbem Ludwico votiuis plausibus, extra, regnum acclamatur Fridrico, & clipeata amicitia ab inuicem discesserunt. Fridricus Mogam fluuium transuadens, habens secum paucos præ ceteris sibi familiares, in ciuitatem, quæ Bonna dicitur (quæ est territorii & iuris Præsulis Coloniensis,) transmisitque ad Aquenses, vt sibi ad sedem Karoli introitum condonarent. Quibus respondentibus se præuentos, iamq; deuinctos aliis pactis, iuxta suas Sanctiones vellent, prius vtriusque potentiam experiri; & sic ad hunc, vel ad illum esse beniuolos & paratos.* Male igitur H. REBDORFFIVS *ad a. 1314.* locum electionis Bonnam facit, vbi saltim coronatus.

21) Nec tamen ipsi Electores erant præsentes, sed Henricus Coloniensis vices suas committebat Rudolpho Palatino, prout ipsius plenipotentia docet apud du MONT *Corps Diplom. Tom. I. p. II. p. 13.* Hic Iohannem Episcopum Argentinensem, Iohannem Spanheimensem & Iohannem Nassouium Procuratores suos misit. Iisdem votum suum commisit Rudolphus Saxo, mittens insuper Ottonem Comitem de Strasberg & Ottonem Comitem de Ochsenstein, prout Procuratoria reperiuntur apud FVGGERVM *lib. II. cap. III. n. 10.* & du MONT *Corps Diplom. Tom. I. p. II. p. 4. 5.*

22) De hoc H. STERONIS Continuator ad a. 1313. dicens: *eodem anno, quo extinctus fuit, per venenum, felicis recordationis Heinricus Imperator, VII. huius nominis, ab Augusto 98. Principes, ad præficiendum Monarcham cœlitus constituti, tempore Autumnali, contentiose eligentes, quidam in Franckenfurt, aliqui per literas, aliqui in locis sibi competentibus, & sic discordantes in duas partes, vna elegit Fridericum Ducem Austriæ, primogenitum filium Alberti, quondam Regis Romanorum, videlicet Rudolfus Palatinus Comes & Senior Dux Superioris Bauariæ, Coloniensis Archi-Episcopus, & Dux Saxoniæ Senior, qui in Episcopum Pataniensem a Sede Apostolica erat deputatus, nondum tamen eandem sedem ascenderat, sciens, se frustratum in electione, & perfectione Monarchæ, iunioremque Ducem, fratrem suum, timens, eligere volens Ducem Bauariæ Superioris, nomine Ludouicum, occasione electionis, gratiæ Apostolicæ renunciauit, & quod Senior erat, illico habilis fuit eligendo, Ducemque Austriæ cum reliquis sublimauit. Altera vero pars Electorum, videlicet Rex Bohemiæ, Iohannes, qui filius fuit felicis recordationis Henrici, quondam Imperatoris, Balduinus, Treuirensis Archiepiscopus, qui frater fuit Imperatoris modo dicti, Petrus S. Sedis Moguntinensis Archi-Episcopus, & Iunior Dux Saxoniæ, qui se dicebat esse in electione, & non fratrem suum Seniorem, ob causas supra memoratas. Isti prædicti Principes elegerunt in Regem Romanorum Ludwicum, Ducem Iuniorem Superioris Bauariæ, & coronatur Aquisgrani.* Scilicet Albertus I. Saxoniæ Elector duos relinquebat filios, Iohannem, & Albertum II. Ab isto Duces Saxo-Lauenburgenses ducunt originem, per hunc Ascanii Duces atque Electores Saxonici fuerunt propagati. Albertus II. electioni Rudolphi I, Alberti atque Adolphi Nassouii intererat, atque hoc ipso ius & vocem in electione Imp. adipiscebatur. Ast, post mortem ipsius scrupulus in electione Henrici VII, oriebatur, hunc enim, prout ex decreto electionis superiori Sectione iamdum §. I. adducto, adparet, Alberti II. filius

 Rudol-

Duce, qui regni Bohemiæ hæres esse volebat, & Henrico sine terra, Waldemaro, Brandenburgici Electoris fratre, qui Marchionatum Landsbergensem possedebat, atque æque Electoratum adsectabat, 23) fuit electus, 24) ab iisdem etiam facta Friderici electio, adiecto electionis decreto, Papæ fuit significata. 25) Idem Fridericus ab eodem Henrico Coloniensi Bonnæ in die Catharinæ XXV. Nouembris, Ludouicus autem die insequenti a Moguntino, & Treuirensi Aquisgrani loco solito fuit coronatus. 26) Fridericus etiam tanquam

Rudolphus I. elegit. Sed, cum Iohannis I. filii, Iohannes II. & Ericus I. fratres idem ius prætenderent, votum suum Ottoni Bandenburgico Electori commiserunt, ea tamen conditione, prout verba edicti habent: *nec non illustrium Virorum Iohannis & Erici, fratrum Ducum Saxoniæ, qui etiam vices suas in hoc casu mihi commiserant, si de iure vel de consuetudine repertum fuerit, eos fore in ipsa electione admittendos.* Idem Iohannes II. dum videret Rudolphum Friderici Austriaci partibus fauere, ius & vocem in electione Ludouici Bauari adquirere voluit. Iohannes scilicet, eo quod ætate Senior esset, hoc prætendebat, ideoque etiam in decreto Electionis Dux Saxoniæ Senior dicitur. Rudolphus vero partim ex iure paterno, partim ex iure proprio, quod in electione Henrici VII. iam adquisiuerat, idem iuris sibi vindicabat, ideoque in possessione vel quasi iuris Imp. eligendi constitutus esse dicitur, prout ex decreto electionis loco ante adlegato, patet. Neque tamen Episcopatui Patauiensi, ad quem non fuerat electus, renuntiauit, sed frater illius Albertus. Seniorem hunc STERO dicit, quod regens esset, errat vero quod hunc & Iohannem fratres esse dicat. Vid etiam FVGGER *lib. III. c. II. n. 5.* HERWARTVS *p. 90.* ADLZREITER *cit. loc.* Obtinuisse tamen Rudolphum, ex Epistola Electorum ad Benedictum XII. patet, in qua iste portitor ensis dicitur, atque inter Electores refertur. Electionis iura potissimum confirmante Carolo IV. de quo infra..

23) Qua ratione iste ius & vocem in hac electione dissidiosa quæsiuerit, docet nos VILLANVS, Ludouico ætate æqualis *l.b. IX. cap. LXVI.* dicens: *Eodem anno a Principibus Germaniæ facta est electio duorum Germaniæ Regum fratris nimirum Ducis Bauariæ, Ludouici nomine, viri strenui & egregii. Hic plura habebat vota, videlicet Archiepiscopi Moguntini, Archiepiscopi Treuirensis, Ioannis Regis Bohemiæ, Ducis Saxoniæ, & Marchionis Brandeburgensis. Fridericus vero de Austria votum habebat Archiepiscopi Coloniensis & Ducis Bauariæ, fratris inimici; hæc vota erant certa: habebat quoque votum Ducis Carinthiæ, qui ratione vxoris Wenceslai Bohemiæ Regis filiæ primogenitæ se de iure Regem Bohemiæ prætendebat: votum quoque Marchionis cuiusdam Brandeburgensis, qui & ipse se de iure Marchionem esse contendebat, licet Marchionatum non possideret.*

24) ALBERTVS ARGENT. p. 119. *electi sunt igitur in discordia, in die B. Lucæ Euangelistæ, anno Domini 1314. Fridericus Dux Austriæ, ab Archiepiscopo Coloniensi, a Rudolpho Bauaro, Palatino Rheni, & a Duce Saxoniæ: Ludouicus vero a Petro Moguntinensi, Balduino Treuerensi, Archiepiscopis, Woldemaro Marchione, & Ioanne Rege Bohemiæ: nec ii Principes conuenerunt, sed quisque in suo exercitu, per se, vel per Procuratores elegit, & in suis exercitibus publicarunt.* CORTVS. *lib. I. cap. XXI.* & *lib. III. c. VIII.* M. CHRON. BELG. *p. 290.* ANDR. PRESBYTER *p. 32.* H. REBDORFF ad an. 1314. *Ludwicus IV. Iunior, filius Ludwici Ducis Superioris Bauariæ supranominati, anno Domini 1314. in die B. Lucæ Euangelistæ, per maiorem partem Electorum Imperii, videlicet per duos, Petrum, Archiepiscopum Moguntinum, Baldwinum, Archiepiscopum Treuerensem, Ioannem, Regem Boëmiæ, & Waldmarum, Marchionem Brandenburgensem, Francenfurt est electus ad Regem, cum magna potentia armatorum, quos prædicti electores illuc deduxerant. Et, ex opposito, & in discordia, Fridericus, filius Senior Alberti, quondam Regis Romanorum supradicti, Dux Austriæ, similiter est electus in Regem Romanorum, per minorem partem Electorum Imperii, videlicet, per Hainricum, Archiepiscopum Coloniensem, & Rudolphum, fratrem prædicti Ludwici Comitem Palatinum Rheni, & Ducem Superioris Bauariæ, & per Ducem Saxoniæ, nomine Rudolphum, in oppido Bonnensi Coloniensis Diœcesis, & coronatus ibidem, quia tantam potentiam vnitam habere non potuit idem Fridericus, vt in Francenfurt, in termino, ad eligendum comparere auderet.* ANONYMVS LEOBIENSIS Chron. lib. V. p. 913. *Fridericus autem in Ecclesia beati Cassii in ciuitate prædicta Bunnensi ab Hainrico Episcopo Coloniensi coronatur, & Rex rite electus iustus, potens, sapiens, & agilis proclamatur.* MVTIVS *lib. XXIV.* ineunte. CHRON. ELWANG. *ad a. 1314.* ANDR. PRESBYTER *p. 32.* M. CHRON. BELG. *p. 288.* NAVCLERVS *vol. II. gen. XLIV. p. 992.* AVENTINVS *lib. VII. c. XV.* §. 7. GERH. A ROO *lib. II. p. 78.* BVRGVNDVS *lib. I. p. 10. 11. 12.* ADLZREITER *p. II. lib. I.*

25) Extat hæc notificatio apud du MONT *Corps Diplom. Tom. I. p. II. p. 14.*

26) ALBERTVS ARGENT. c. l. *Fridericus autem Australis, præ fame recedere est coactus, multique dextrarii in ascensu manserunt in via. Ludouicus itaque Aquisgrani a Moguntino & Treuerensi, in loco, quo debuit, sed non a quo debuit: Fridericus vero in Bunna, a Coloniense, a quo debuit, sed non in loco, in quo debuit coronati sunt.* GESTA BALDVINI lib. III. cap. I. *Rancoris materia heu! per lamentabilem mortem Domini Henrici Imperatoris Principis strenuissimi toti mundo illata, Domini Almaniæ Principes Electores vota sua in duo diuiserunt. Nam Dominus Baldewinus pro Moguntinensi, Walmaro Brandeburgensi, & Duce Saxoniæ, & Iohanne Rege Bohemiæ, qui vltra mille galeatos Bohemicos secum adduxerat, Franckenfort anno Domini millesimo tricentesimo XIV. in crastino beati Lucæ Euangelistæ Dominum Ludouicum Ducem Bauariæ, habens secum Wilhelmum Iuliacensem, Adolphum de Monte Comites, & alios quamplures Comites, nobiles, quos sua pecunia acquisierat, vltra quatuor millia galeatorum in propriis expensis vna: Henricus Coloniensis vero Archiepiscopus per nuntios suos & Rudolphus Dux Bauariæ Domini Ludouici frater in Sachsenhusen Fredericum de Austria Ducem in Romanorum Regem elegerunt, qui in Bunna per Coloniensem Archiepiscopum extitit coronatus.* Quo die Fridericus electus, testatur decretum Henrici ad Principes & Status Imperii, in quo Coloniensis: *quia igitur inuenimus dictum Fridericum rite electum, vtpote a veris principibus prædictis, & die ac loco præfixis, ipsiusque Ludouici electionem, si qua fuit, ex post facto die sequenti, & non de communi consensu Principum prorogatam, & etiam electione dicti Friderici tanquam priori non cassata de facto attentatam, & quia dicti ciues Aquenses sic a nobis requisiti nos intromittere improuide recusarunt, Nos, ne propter rebellionem, in Sacri Romani Imperii, & reipublicæ, immo totius Christianitatis dispendium, coronatio eadem plus debito differretur, & etiam ex priuilegiis Sedis Apostolicæ, nobis & Ecclesiæ nostræ concessis intra nostram Diœcesin vel Prouinciam, vbi nobis expediens videbitur, electos in Romanorum Reges pro tempore possumus coronare, quæ quidem priuilegia ante ipsam coronationem & in eadem clero & populo præsentibus,*

quam Rex Romanorum diuersa concessit diplomata. 27)

§. VI. Licet autem a maiori Electorum parte electus fuisset Ludouicus, 28) inter dissidia tamen hoc factum, lege de electione Imp. nondum statuta. Adhærebant Ludouico præter dictos Electores, Episcopi & Comites Westphaliæ potissimum, quos variis priuilegiis, donis atque promissis in suas partes adlexerat. Accedebat ipsi Colonia, vbi, reclamante licet Archiepiscopo, benigne exceptus, & Ciuitates inferioris Rheni, vsque Seltz; 29) Fauebat etiam ipsi Iohannes XXII. Papa 30) Friderico autem Seltz & Superiores regni Ciuitates, excepta Berna & Solodura, quæ neutrum curabat. 31) Argen-

bus, sub veris & stilo & filo & Bulla, ne quis putare possit, dictam coronationem, eo quia Aquis non fiebat, minus fore validam, fecimus solemniter publicari, eundem Fridericum, ipsa die beatæ Catharinæ Virginis, in oppido nostro Bunnen, quod est intra nostram diœcesin, in Romanorum Regem vnximus & coronauimus, in futurum Imperatorem dante Domino promouendum, adbibitis circa coronationem eandem solennitatibus debitis & consuetis, Episcopis & Nobilibus ac proceribus multis, præsentibus in dicto loco. Et in litteris eiusdem Henrici ad Papam, apud eundem FVGGERVM p. 278. & LVNIGIVM *Reichs-Archiv p. Spec. Contin. I. III. Forts. p. 83. die certa, quæ fuit festum beatæ Catharinæ nuper præteritum, ad hoc statuta, & proclamatione, sicut iuris est, præmissa, in Regem Romanorum extitit inunctus, & cum solennitate debita regali diademate coronatus.* Rudolphi Comitis Palatini Rheni Plenipotentia Gerlaco Comiti de Nassau, Sororio suo data, coronationi Cæsareæ Friderici Austriæ Ducis nomine assistendi, data in Heidelberg 1314. feria sexta post diem B. Martini extat apud du MONT *Corps Diplom. Tom. I. p. I. pag. 15.* De Ludouici vero coronatione GESTA BALDVINI lib. III. cap. I. *Sed Ludowicus electus per Dominum Baldewinum Aquisgrani fuerat adductus cum potentia, suisque expensis per terram Coloniensis Archiepiscopi contra eius voluntatem Coloniam duxerat, quem ciues ad Domini Baldewini preces in Regem Romanorum communiter receperunt.* ANONYMVS LEOBIENSIS Chron. lib. V. p. 913. *Ludwicus autem Comites & Nobiles circa Aquensem ciuitatem siue fauorabiles habens, potentialiter introiuit, & cum consorte sua, filia Ducis Poloniæ, coronatus, officium regium, tam ibi, quam in Colonia, in feodis concedendis & in aliis expediuit: veniensque in Spiram, similiter iuxta priscam consuetudinem, quæ ad noui Regis actum pertinent, solemniter adimpleuit. Ciuitatem Noricorum, Augustam, Babariam, Bohemiam: Franconiam Inferiorem, Rybuariam (excepta ditione Coloniensis Præsulis, cum aliis angulis Regni pluribus habuit, Regiique nominis titulo fungebatur, & in ciuitatibus sui fauoris curias honorifice celebrauit.* H. REBDORFFIVS ad a. 1314. *præfatus autem Ludwicus, statim post hæc, in die B. Catharinæ Virginis immediate sequenti, Aquisgrani, per suos Electores etiam extitit coronatus.* Hoc male intelligens ADLZREITER *p. I. lib. I. n. 4.* ipsis feriis Catharinæ factum esse dicit.

27) Tale extat in LVDEWIGS *Reliquiis Mstorum Tom. IV.* de a. 1318. ANONYMVS LEOBIENSIS *Chron. lib. V. p. 913.* de eodem: *Hic Austriam, Stiriam, Karinthiam, Sweuiam Superiorem, & in earum complexibus fortissimos habuit adiutores: se quoque Regio nomine titulauit, & curias famosas in locis sibi fauorabilibus indixit, & suis temporibus magnifice festinauit.*

28) H. STERONIS CONTINVATOR ad a. 1317. *diffidentibus itaque Romani Imperii electoribus, quos nobilis Germania germinauit, vterque electus (vt supra memorauimus) videlicet Ludouicus Bauariæ Dux & Fridericus Austriæ Dux, licet Ludouico maior pars, & Friderico minor Electorum consenserit, iuribus sibi per electionem contractis inhiabant, atque pro viribus insudabant, cum maxima comitiua Procerum & Magnatum Regni vterque se secundum sua vota consociantibus, & sic eidem duo electi certatim congressibus bellicis dietim decertarunt.* In epistola sex Electorum ad Benedictum, apud HERWARTVM *p. 747. qui a maiori parte Principum Electorum fuit rite & rationabiliter in Regem Romanorum electus, in Imperatorem postea consecrandus.* Sic etiam VILLANI *lib. IX. c. LXVI.* scribit, Ludouicum plura vota habuisse. Plures qui hoc adserunt, adlegat ADLZREITER *p. II. lib. I. n. 9.* Disputatur de vtriusque iure apud BVRGVNDVM *pag. 13.*

29) Optime hoc declarat NIC. SCHATENIVS *Ann. Paderborn. ad a. 1314.* dicens: *at Ludouicus Bauarus nihil veritus Coloniensium Archiepiscopum Austriumque exercitum, Aquisgrano Coloniam tetendit, quam in vrbem cum ingenti pompa a Balduino Treuirensi Archiepiscopo est introductus; quem ciues, frustra licet reclamante Coloniensi Archiepiscopo, honorifice excepere. Ea in vrbe vt sibi vicinorum præsulum & Comitum atque vrbium animos deuinciret, aliis vetera Principum munera & priuilegia confirmat, aliis noua impartitur, Theodorico Cliuiæ Comiti promissa potestas duo erigendi telonea, alterum Gritha, alterum Hassina in Pataula, Duisburgum & Cæsaris insula in pignus oblata. Ad hæc concessus Vicariatus Westfaliæ Rhenum inter & Visurgim, data Werthinensis Cœnobii Aduocatia, quæ post regiis tabulis confirmata sunt: vtroque munere exutus Coloniensis. Quibus deuinctus Comes posthabita Austriaca stirpe, quam a matre ducebat, Bauaro constanter adhæsit. Similibus beneficiis deliniti Gerhardus Iuliacensis, Engelbertus Marcanus, Simon Lippiensis, Wilhelmus Arensbergicus, cæterique Comites, in partes Ludouici Bauari transiere.* Facile nunc assentior ALBERTO ARGENTINENSI, qui scribit, ciuitates inferioris Rheni adhæsisse Ludouico Bauaro, superioris vero Friderico Austriaco. Adhæsisse etiam ipsi Theodoricum Paderbornensem Episcopum, idem tradit. IO. ISAACIVS PONTANVS Hist. Geldrica lib. VI. p. 186. *Ludouico electo votis & suffragiis archiepiscopi Moguntinensis, Treuirensis & regis Bohemorum itemque Marchionis Brandenburgici, in aduersum se opposuerunt. Comes Engelbertus Marchensis, Adolphus Bergensis, Theodoricus Cliuensis, Gerhardus Iuliacensis, Guilielmus Hollandus: a quorum etiam partibus stetisse reperio, præter alios, Reinaldum Comitem: sed eosdem postea, mutata sententia, Ludouico se omnes præbuisse obsequentes: atque eo nomine honorifice ab ipso habitos, variisque prærogatiuis ac beneficiis ornatos cumulatosque.* TRITHEMIVS Chron. Hirsaug. *ad a. 1315.*

30) Patet hocce ex litteris patentibus Ludouici Bauari Imp. quæ extant apud WENCKERVM *Apparatu Archiuorum p. 133.* quarum hoc est initium: *Wir Keiser Ludwig von Rome haben mit uch geredt als hernach geschriben stat, do wir von Gotes Gnaden von den Fürsten erwelt wurden zu dem H. Romischen Ryche, do santen wir nach der Fürsten Rat zu dem Babist und aischten an in die Keyserlich Kron und alles daß er uns durch recht tun solt, des wart uns von dem Babist nicht geantwurt, und lies unser Botten an alles Ende von Ime riten. Doch alle dievveil unser Obeim Hertzog Friederich von Oesterich uns irrt, an dem Ryche, do hieß uns derselbe Babist sinen lieben Sun und erwelten Romeschen Künig.*

31) ALBERT. ARGENTORATENSIS. *p. 119.* BVRGVNDVS *p. 18.*

32) Patet

Argentoratum vero Friderico fauisse videtur. 32) Insequenti anno 1315. indicta est Basileæ Curia in festo Pentecostes solennissima, per Australes, vbi inter Fridericum Electum & filiam Regis Arragonum, & Ludolphum eius fratrem & filiam Comitis Sabaudiæ nuptiæ celebrantur. 33)

§. VII. Ludouicus autem ex Colonia Agrippina Oppenheimium mouens, contra Rudolphum fratrem egit, eo quod non solum Fridericum ipsi prætulerat, sed etiam conscius esse dicebatur conspirationis, quam miles quidam Henricus de Alzeia Oppenheimi contra ipsum tentauerat. Inde nimium iratus Ludouicus, ipsum, licet aliquando reconciliatum in Angliam fugauit, vnde vxorem suam sumserat, & terras eiusdem, vrbes & castella occupat. Vxor illius Mathilda, filia Adolphi Cæsaris in Austriam ad Fridericum aufugit, ibidemque in exilio, deploratis rebus suis obiit. 34)

§. VIII. Eodem anno 1315. descendit Lupoldus Dux Austriæ, frater Friderici cum grandi exercitu Spiram contra Ludouicum: vbi Ludouicus cessit de campo in cœmiterium Iudæorum; Lupoldus autem villas Spirensium & aliorum inibi aduersariorum comburens ascendit. Transiuit post hæc ipse Lupoldus iuxta Augustam flumen Lech, & in superiore Bauaria multa, & inter alia oppidum Landsberg ignis incendio deuastauit. 35) Inde Solodurum obsedit, eandemque vrbem, vt Fridericum Regem adgnosceret, adegit. 36) Hic tamen die XVI. Nouembris 1315. ad Moregartam, montem pagi Vnterwaldensis ab Heluetis fuit cæsus. 37) Ansam hoc dedit, vt tres pagi Vriorum, Suitiorum & Vnterwaldiorum Brunnæ conuenientes die Martis post Nicolai, id est IX. Decembris 1315, fœdus quod antea temporarium fuerat, nunc pangerent perpetuum, indeque communi nomine Suiceri fuerunt adpellati. Inde Noribergæ Comitia celebrabat Ludo-

32) Patet hoc ex litteris Ludouici ad Argentoratenses, apud WENCKERVM *Collectis Archiui* p. 364. *Quatenus, Quatuor ex vobis, pleno mandato suffultos, in quartam feriam, post octauas, Epiphanie Domini, apud Wormatiam, ad nostre maiestatis presentiam, destinetis, vt mediante eorum consilio, instauranda salubrius, circa præmissa huiusmodi instaurentur. Ceterum, quemadmodum alias vos meminimus rogauisse, sic iterum vos affectuose requirimus, & rogamus, vt Friderico, Duci Austrie, nostro & Imperii publico Inimico, victualia nullatenus ministretis, exhibituri nobis in hoc obsequium bene gratum.* Licet posteriori tempore magis in Ludouici partes inclinasse videantur. Docent hoc sequentes litteræ, *potissimum datæ in castris prope Landauiam VI. Kl. Septembris Regni anno sexto, in quibus: Fidelitatem vestram qua erga Romanum Imperium viguistis, attente presentibus amonemus, quatenus nostri iuris contemplatione, cum partes Alsatie nos visitare contigerit, cum Principibus, & aliis nostris fidelibus vos nobis, & nostris exercitibus victualia pro nostra pecunia ministretis, alias etiam exhibitiones, quas vestra prudentia decreuerit nobis tamquam vero Regi Romanorum fideliter exhibendo, pro eo vestris honoribus & commodis nostra celsitudo intendet iugiter cum effectu.*

33) ALBERTVS ARGENT. *c. l.* CHRON. AVSTR. *ad a.* 1315. FVGGER *lib. III. c. III. n.* 3. ROO *lib. II. p.* 79.

34) H. REBDORFF *ad a.* 1314. *anno primo suæ electionis quidam de Alsatia ob promotionem Friderici aduersarii sui machinatus est in mortem suam, quia cum balista de ferro facta sublimi occulte volebat eum sagitta perforasse: sed præmonitus malefactorem cepit; & in curru diu eum secum duxit, & tandem sententia capitali puniuit.* Licet conspiratio non in Fridericum, sed Ludouicum fuerit facta. TRITHEMIVS Chr. Hirsaug. ad a. 1314. *Rudolphus autem Bauariæ & Comes Palatinus Rheni, qui morabatur in oppido Haidelberg prope Neccarum a Ludouico fratre iam dicto rege, propterea quod Fridericum Austriæ Ducem illi prætulerat in electione ad regnum, de patria simul & Principatu expulsus est, & in Angliam vnde habuerat vxorem, fugere & exulare vsque ad diem mortis suæ in miseria magna atque continua compulsus est. Quo de patria violenter expulso, Ludouicus frater nouus Rex omnem Principatum eius suo mancipauit imperio, quem tamen filiis Germani postea restituit. Electione bifariam celebrata in memorato Franckfortensi oppido Ludouicus Rex nouus cum sibi adunatis principibus in proximum oppidum Rheni Oppenheim secessit, cum oppidani ad persuasionem Petri Archiepiscopi Moguntini subiectionem & obedientiam præstiterunt. Cum vero aliquamdiu moraretur ibidem, Rudolphus frater eius Palatinus, qui necdum fugerat, cum aliis Friderico adhærentibus in eius mortem dolos & fraudes insidiose machinati sunt. Vnde miles quidam Henricus de Alzeia nuncupatus, de Heidelberga in Oppenheim sub forma seruitoris mittitur, qui cum balista sub pallio subtiliter abscondita interfecturum se Regem pollicebatur. Rex autem præmonitus a quodam fideli, cepit Sicarium, a quo per torturam omne prauorum intellexit arcanum. Ex Oppenheim ergo discedens ad Moguntiam super bigam latronum circumduxit ligatum, cunctis in terrorem, ne similia quisquam præsumeret, atque spectaculum. Qui tandem equo colligatus, ad caudam per ciuitatem trahitur: postea citatus, & vltimo in quatuor partes secundum antiquam legem Francorum nostrorum diuiditur. Huic vero conspirationi Rudolphus Comes Palatinus Rheni assensus & consilium dederat; quod Ludouicus Rex cum intellexisset ex confessionibus capti latrones, nimium iratus est, & fratrem capere ad necem festinabat. Sed auisatus illi, noctu pedibus aufugit, & sicut disposuerat animo pauper in Angliam descendit; tanto etenim pauore fuit perterritus, vt publice transire non præsumeret; frater enim nimio furore repletus, omnes viarum exitus fecerat præmuniri custodibus, vt fugere manifestius non posset, & neque familiam neque vecturam secum ducere aliquam. Fugit igitur sicut diximus noctu, vno duntaxat comitatus famulo, pedibus ambulare contentus in habitu peregrinorum, quem vxor postea relictis apud Heidelberg liberis suis etiam subsecuta fuit.* ANONYMVS LEOBIENSIS *Chron. lib. V. p.* 915. AVENTINVS *lib. VII. c. XV. n.* 11. LEHMANN *lib. VII. c. XIV.* ADLZREITER *p. II. lib. I. n.* 15. Quod autem Rudolphus cum Ludouico ad breue tempus fuerit reconciliatus, tradit ADLZREITER *p. II. lib. I. n.* 20. & NIC. BVRGVNDVS *lib. I. p.* 21.

35) ALBERTVS ARGENT. *p.* 119. BVRGVNDVS *p.* 20.

36) ALBERTVS ARGENT. *c. l.*

37) Locum definit VRSTISIVS *Basler Chronic lib. III. c. VI.* fin. *zwischen dem Egrisee und dem Berg Morgarten*, quem sequitur FVGGERVS *lib. III. c. III. n.* 4.

38) FRANC.

Ludouicus, in quibus Austriæ Principes læsæ Maiestatis damnantur, ipsorum bona in Pagis Helueticis Imperio addicuntur, Pagorum libertas confirmatur. Extant huius decreti tabulæ, datæ in Castris ad Merridam XXIII. Martii 1316. 38) Idem Imp. Noribergæ ad Pagos Vry, Schwitz & Vnderwalden litteras dabat, eosque ad constantiam adhortabatur atque a proscriptione Abbatis de Emsidel absoluebat. 39) Iterum Monaci d. VIII. Kl. Decembris eisdem promittit, se omnem adhibere velle diligentiam, vt vernali tempore ipsos aliosque fideles de manibus possit eripere inimicorum. 40) Continuauit equidem Lupoldus cum Heluetis bellum, sed successu parum felici. 41)

§. IX. Interim Fridericus Eslingensibus atque Heilbrunnensibus, eo quod impensius Ludouico fauerent, maxime infensus, Eslingam obsidet, & licet prima obsidione apparatu sufficienti haut instructus, vrbem relinquere cogeretur, iterata tamen vice vrbem oppugnans, eam eo adegit, vt auxilium a Ludouico petere cogerentur. Hoc igitur aduentante, factum est a. 1316. ad Eslingam prœlium tumultuarium, incerta tamen victoria. 42)

§. X. Post hæc, Lupoldus Spiram denuo obsidebat, quam tamen nunciato Ludouici aduentu, iterum reliquit. 43) Hic autem mense Augusto 1320. ab Argentinensibus, qui prius Friderico fauerant, fuit receptus. 44) Et licet Fridericus atque Lupoldus obviam irent Ludouico, ipse tamen conflictum denegans, in Bauariam fuit reuersus. 45) Egressus est autem de Austria sub anno MCCCXXI. Fridericus electus cum gente magna in Bauariam, ad quem Lupoldus frater eius cum DCCC galeatis de Sueuia properauit. Ludouicus autem cum exercitu suo, antequam fratres conuenire possent, aciem suam ad inuadendum Fridericum direxit. Lupoldus igitur iuxta Monacum Bauariæ, Iseram transiens, se satis ambigue committens fortunæ, Ludouici exercitum sequebatur repente. Quod Ludouicus intelligens, recessit de campo, munitionibus se committens. Sicque Fridericus & Lupoldus conuenientes (quod non posse fieri credebatur) mirabiliter sunt gauisi, terramque Ludouici superiorem Bauariam decem hebdomadis ignis incendio vastauerunt. 46)

§. XI. Hæc grauiter ferens Ludouicus, ad arma se magis præparabat. Aderant Ludouico Fridericus, Norimbergæ Burggrauius, Fridericus Marchio Badensis, cum Comite Hennebergico, Guilielmus Montfortii Comes, duo Comites Hohenloici totidemque Susenburgii. Præcipua tamen vis in Iohanne Bohemo & Balduino Treuirensi fuit; quos præter partium studia, Henricus Carinthius attentiores fecerat, palam se ferens Bohemiæ Regem. Vexillum conflictus gerebat Conradus, Comes Schlüsselburgius, quod ipsi commiserat Ludouicus, atque in præmium operæ bene nauatæ de castro Groningensi eum inuestiuit. 47) Cum Friderico faciebant præter Leupoldum & Henricum, fratres, Carolus

38) FRANC. GVILLIMANNVS *Rer. Heluet. lib. II. c. XVI. n. 24. Sed interea, & postea grauiores Austriacorum in Siluanios quidem Lucerna, in Suitios Tugio, Clarona, & ab Eremo populationes & bella erant, nec cessatum, donec prælio Morengartensi decerneretur, quo prælio feliciter 16. Nouembris depugnato tres ciuitates fœdus, quod inter se habebant certi temporis, in omnem perpetuitatem extendere placuit, perpetuumque factum die Martis post festum Nicolai, siue 9. Decembris Brunnæ Suitiorum. Indeque & postea Suitiorum apud quos primo pugnatum fuit, nomine & fama apud nationes Heluetii omnes in celebritatem abierunt, Suitzerique gens vniuersa appellati.* Vid. etiam de hoc prœlio AVENTINVS *lib. VII. c. XV. §. 12.* BILIB. PIRCKHAYMERVS *de B. Heluetico sub initium* IOS. SIMLER *de Rep. Heluet. p. 70. 71.*

39) Extant istæ litteræ apud WENCKERVM *Collect. Archiui p. 364.*

40) Ibidem *p. 365.*

41) H. REBDORFF ad a. 1318. *Dux Leupoldus, frater prædicti Friderici graue bellum cum Suitensis habuit, in quo multos nobiles amisit.*

42) H. REBDORFF ad a. 1316. *bellum valuit cum Friderico prædicto, iuxta Ezlingen in fluuio Neckaro, in quo plures ex vtraque parte sunt occisi, vtriis ab alio discessit.* ALBERTVS ARGENT. 120. *postea Fridericus & Ludouicus electi Romanorum Reges cum magnis exercitibus in Sueuia iuxta Eslingen, pro regno quod vterque habere conabatur, conuenerunt, vbi in fluuio Neccaro non ex proposito, sed casu, adaquantibus equos hinc inde abeuntes, & adiuuantes vtrinque suos paulatim, magna est facta strages vtrinque, multique nobiles vtrinque capti.* AVCLERVS *vol. II. gen. XLIV. ad a. 1315. Argentina etiam Fridericum pro rege recepit. Qui & Sueuiam suo dominatui conatus adiicere, quarundam ciuitatum fauore Esselingam obsedit. Vnde pauco post tempore vires aucturus discessit, & sequenti anno oppidum repetens, occupato interim apud suos Ludouico, obsidionem magnis copiis communit. Tum Ludouicus auxiliis Bohemi Regis & Episcopi Treuiri, hosti occurrit inita pugna ad flumen Neccarum, vterque exercitus magna incommoda passus est.* MVTIVS *lib. XXII. p. 222.* ADLZREITER *p. II. lib. I. n. 26.* CVSPINIANVS *Friderico p. 461.* NIC. BVRGVNDVS *lib. I. p. 32.* ROH *lib. II. p. 78.* FVGGER *lib. II. c. III. n. 7. 8.* ANONYMVS LEOBIENSIS CHRON. *lib. V. p. 91.*

43) ALBERTVS ARGENT. *p. 120.* FVGGER *lib. III. c. III. n. 8.*

44) ALBERTVS ARGENT. c. l. *& cum Argentini prius Fridericum recepissent, nunc in transitu Ludouicum multis cum armatis ingredientem & cito egredientem, more regio in maiori Ecclesia receperunt, qui ipse eorum priuilegia confirmauit, Anno Domini MCCCXX. de mense Augusto.*

45) ALBERTVS ARGENT. *c. l.* FVGGER *lib. III. c. III. n. 10.*

46) ALBERTVS ARGENT. p. 121. FVGGER. *c. l.*

47) ALBERTVS ARGENT. p. 120. *vexillum conflictus committens Comiti de Schlüsselburg.* VLR. OBRECHTVS quidem *de vexillo Imperiali c. IV.* hæc de Friderico intelligit, deceptus sine dubio verbis: *ad Friderici exercitum declinauit.* Verum, ista intelligenda sunt de Ludouico obuiam properanti Friderico. Extant litteræ inuestituræ Ratisbonæ proxima die Dominica, post festum Michaelis A. D. 1322. in Würtenbergischer Deduction unter denen Beylagen p. 18. in quibus hæc verba: *attendentes*

lus Rex Hungariæ, Fridericus Archiepiſcopus Salisburgenſis, Theodoricus Lauantinus Epiſcopus, Albertus Epiſcopus Patauienſis, & Henricus Carinthiæ Dux, cui Bohemiæ regnum promiſerat. 48) Horum auxiliis inſtructus, Septembri menſe in Bauariam veniebat Fridericus, Oenum tranſiens, ad Mühldorfum, Salisburgenſis ditionis prope Ampfingam & caſtrum Dornberg caſtra locabat, 49) Leopoldum fratrem expectans, qui vaſtatis agris Guilielmi Montfortii, ad Lycum amnem tempus otioſe extrahebat; nuncios oppereins, quos ad Fridericum miſerat, ſciſcitaturus, quo ſe cum exercitu deberet recipere. At eos, qui miſſi erant, Fürſtenfeldenſes monachi prætereuntes interceperant, ademtisque equis, paucos dies retinebant in vinculis. 50) Non expectato igitur eiusdem aduentu, 51) die XXVIII. Septembris 1322. graue prœlium oritur, in quo ancipiti primum fortuna fuit pugnatum, tandem per prudentiam militarem non ſolum, dum ſolem ſibi aduerſum haberent, ſed etiam per inſidias Bauarorum, Friderici potiſſimum Burggrafii, qui cum ſuis Auſtriaca ſigna præferentibus, in inſidiis collocatus, Auſtriacis falſa vexillorum ſpecie, quaſi Leopoldus aduentaret, deceptis, tergo ſe circumfudit, eosdemque in fugam vertit: Auſtriaci cæſi, fugatique fuerunt. 52) Fridericus per nobilem Rindsmaulium capitur

dentes igitur, quod tu ſemper nobis, & ipſi Imperio gratis obſequiis, & puritate fidei deuotus extitiſti, & continue aſtitiſti, & ſpecialiter præ oculis collocantes, quod tu Vexillifer in magnifico triumpho belli noſtri ſtrenuus fuiſti. Te pro huiusmodi ſeruiciis, fide, laboribus, & ſtrenuitate, remunerare volentes, vt te reddamus in antea promciorem, Tibi & Tuis haredibus, præmiſſorum conſideratione, ciuitatem & caſtrum, Grieningen, cum omnibus ſuis iuribus, feidis, iure Patronatus, Iurisdictione, villis, paſcuis, nemoribus, aquis, & aquarum decurſibus, nec non hominibus, & Vaſallis, ceterisque ipſorum redditibus, & pertinenciis quibuscunque in feodum directum & perpetuum duximus concedendum. Et quidem videtur collatio hæc vexilli ideo facta, quia Rudolphus, Saxoniæ tunc Elector fauebat Friderico Auſtriaco.

48) ALBERTVS ARGENT. p. 121. *Ingreſſi ſunt itaque iterum ſuperiorem Bauariam ſub anno Domini MCCCXXIII. de menſe Septembri, Fridericus & Heinricus Auſtrales, cum duobus millibus & ducentis galeatis, & quatuor millibus Hungarorum & gentilium ſagittariorum miſſis ſibi a Rege Hungariæ, & de Sueuia Lupoldus frater eorum cum DCCC. galeatis electis. Tardante autem ſe Lupoldo in vaſtatione terræ Wilhelmi Comitis de Monteforti, qui tunc Ludouico adhæſit, cui aderant Ioannes Rex Bohemiæ & Balduinus Archiepiſcopus Treuerenſis cum exercitu ſuo, ſcilicet mille D. galeatis, & cum XXXM. peditum ad Friderici exercitum declinauit, vexillum conſilitus committens Comiti de Schlüſſelberg. Ipſe autem met Ludouicus duodecimus in armis blaueis, cum albis crucibus, ne cognoſceretur, absque ſignis Regiis apparebat. Non enim dubitauit, ſe ſi vinceretur, occidi. Aderant etiam ſibi Ludouicus Burggrauius de Nurnberg, duo de Otingen, Wilhelmus de Monteforti, multi Comites & Barones.* NIC. BVRGVNDVS *lib. I. p. 46.* RON *lib. II. p. 82.*

49) Sic locum definit FVGGER *lib. III. c. III.* p. 286. ANDR. PRESBYTER p. 31. *propter hoc facta eſt inter eos diſſenſio magna, quæ non potuit ſedari, quousque anno Domini MCCCXXII. in vigilia S. Michaelis inter Muldorff & Otting in prato, quod vulgo dicitur die Vechwis, forti bello commiſſo, Ludouicus Fridericum memoratum Ducem Auſtriæ captiuauit, & glorioſiſſime triumphauit.* AVENTINVS lib. VII. c. XV. n. 33. de Ludouico: *inde duodecimo Calendas Octobris, Monachio egreditur, Muldorffium dein intenta acie procedit, vim vi prohibiturus. Proxime hoſtes iuxta vicum Ampfing, flumenque Iſeniſcum, ſub monte Dornberg in campo, quem Vechuuiſen Boii appellant, caſtra metatur.* ADLZREITER p. II. lib. I. n. 38. *caſtrorum locus in Ampfingenſibus campis late ſupra Muldorfum porrectis, medius inter Oenum & Iſeniſcum oſtenditur, qui victoriæ memoriam hodieque, ſacello in modum papilionis erecto, erutisque identidem agreſtium vomere hominum armorumque reliquiis conſeruat.* ANT. GVIL. ERTL *im Chur-Bayeriſchen Atlas p. 44* qui etiam addit: prœlium in templo Ampfingenſi eſſe depictum.

50) ALBERTVS ARGENT. *c. l.* BVRGVNDVS *p. 49.* FVGGER *c. l.*

51) ALBERTVS ARGENT. *p.* 122. GERHARD ROO lib. II. p. 83. *itaque ei ſuadent, quotquot adſunt, ne ante Leopoldi aduentum cum hoſte pugnam ineat, breui cum copiis aduenturum, neque difficile eſſe, tergiuerſando & pugnam in aliquot dies extrahendo, ipſum expectare. Ille vero animo æſtuans, omnisque longioris moræ impatiens, ſana ſuorum conſilia ſpernens, vel absque fratre in diſcrimen ſummæ rerum pugnare decernit, & increpita ducum ſegnitia milites in aciem educit.*

52) H. REBDORFFIVS ad a. 1322. *proximo die ante feſtum St. Michaelis, poſt diuerſas turbationes partium Alemanniæ, prædicti Ludwicus & Fridericus, electi in Reges, congregato magno exercitu, vtrinque in Inferiori Bauaria, prope Muldorff, Salzburgenſis diœceſis, bellum inierunt, in quo Ludwicus Fridericum, Co-Electum ſuum, & Hainricum, fratrem Eius, Ducem Auſtriæ, captiuauit. Hainricus captus aſſignatus eſt Iohanni, Regi Bohemiæ, debellantibus vni, qui Eum aliquo tempore tenuit in vinculis, & interuenientibus tractatibus, (quia quædam Caſtra & munitiones, in metis Auſtriæ, & Morauiæ, pertinentia ad Duces Auſtriæ fuerunt aſſignata eidem Regi) tandem eundem dimiſit, & poſtea modico tempore ſuperuixit, Ludwicus vero Fridericum in carcere tenuit in Caſtro Trauſennytz, Ratiſponenſis dioeceſis, tribus annis, vel circa. Et nihilominus Leupoldus Dux Auſtriæ frater eiusdem Friderici non minores guerras eidem Ludouico mouit, quam ante fratris captionem. Prædictum autem bellum conſummatum eſt ante aduentum eiusdem Ducis Leupoldi, qui gentem magnam de Sueuia & de Rheno collegerat & in itinere erat ad ſubueniendum ſaltem.* CHR. ELWANG. ad a. 1322. CORTVSII de Nouit. Paduæ lib. III. c. VIII. *defuncto Imperatore Henrico de Lucemburg, qui obiit in MCCCXIII. menſe Auguſti, Barones Alemanniæ, ad quos ſpectat Imperatoris electio in diſcordia elegerunt Ludouicum Ducem Bauariæ, & Federicum Ducem Auſtriæ. Vnde inter eos creuit diſcordia, licet eſſent germani. Nam vnusquisque regnare optabat in Orbe. Poſt multas dimicationes Dux Auſtriæ cum maximo apparatu Theotonicorum, Sclauorum, Vngarorum, Saracenorum, & aliarum innumerabilium nationum, equitauit iuxta Ottengar quaſi cogitans inuadere Ciuitatem. Ibi autem erat Dux Bauariæ ſuis viribus congregatis; ſed non tantis. Fauebat tamen eidem Rex Bohemiæ filius quondam Imperatoris Henrici. Ludouicus tamen exiuit Ottengar, contra quem Federicus, non expectato fratre ſuo Leopoldo, qui de Sueuia veniebat, & Federicum, & fratrem eius Henricum & Vlricum de Valſe cum nouem nobilibus de Valſe, & multos*

pitur, & Ludouico captiuus traditur, vna cum Henrico fratre in Bauariæ arce Trausnitz postea adseruatus. 53) Captiuis igitur in custodiam traditis, Cæsar curaturus corpus, præcipuos suorum cœnæ adhibuit. Referentibus œconomis, præter oua, quæ apposuerant, admodum pauca, nihil praeterea adesse obsonii, singulis conuiuis vnum, Seyfrido Schweppermanno, qui dux erat militiæ ipsius, duo distribui iussit, his vt dicitur, verbis additis:

dem Mann ein Ey
dem frommen Schweppermann zwey

Subiiciens, industria eius factum, quod in suis hodie cœnarent castris. 54) Post hæc, præmia victoribus donantur, captiuique inter eos diuiduntur, Ludouicus etiam Imp. Fridericum Burggrauium de Curia Nariscorum, Regnitz Hof in præmium militiæ inuestiuit. 55) Quod autem Proceres Austriaci Friderico Burggrauio fuerint addicti, qui vita dona-

multos alios nobiles, & potentes. Mortuorum vero fuit maxima multitudo. Habuit ergo Ludouicus, quod optabat. Fuit hoc in MCCCXXII. die penultima Septembris iuxta Ottengar per vnum milliare. Post hoc Dux Leupoldus non cessabat mouere bellum Ludouico. MVSSATVS *Ludouico p. 9.* BVRGVNDVS *lib. I. p. 35. sqq.* FVGGER *lib. III. c. III. n. 13. sqq.* CONT. H. STERONIS ad a. 1312.

annis ter denis, minus octo, mille trecentis
actis, Ludwicus vincit: capitur Fridericus,
ante diem festum Michaelis, quod scio, gestum.
Anno milleno, ter CCC, bis X. que secundo,
Quando Wenzeslai clerus canit, ac Adonai,
Tunc Rex Ludwicus conflixit cum Friderico,
quem captiuauit, Australes & superauit,
atque Ducem dictum, grandi certamine victum,
In Trusnit duxit, vbi longo tempore luxit,
Sed locus hac acta prope quem sunt omnia facta,
Muldorff est dictus, vbi flumen circuit Enus.

Diem prœlii parum accurate definit ALBERTVS ARGENTINENSIS *p. 122.* dicens: *& factus est conflictus in die sancti Michaelis, quo quinquaginta anni fuerant, quod auus amborum, Rudolphus de Habspurg, in Regem electus est Romanorum, & postea Australes in potentia decreuerunt.* Partim vero prudentiam militarem, partim etiam Stratagema Schweppermanni Boiis victoriam conciliasse, auctor est GERH. A ROO lib. II. p. 83. dicens: *committitur atrox pugna, in qua Fridericus omnia egregii Imperatoris & strenui militis officia exequutus, Boemos, qui in prima acie pugnabant, ita afflixit, vti quingenti ex eis abiectis armis, se dederent. Quo animaduerso periculo, Sigfridus Sueppermannus clarus militari scientia vir, cum Bauaris accurrens, aciem restituit, pugnam instaurat, simulque operam dat, vti hostes solem sibi aduersum habeant. Aliis item error pugnantibus oblatus, multum Bauaris ad victoriam momenti attulit Burggrauius cum lecta equitum manu, a prælii initio, a cæteris ordinibus secesserat. Is ardente iam pugna, & fortuna ad Fridericum inclinante, terga hostium inuadit, qui Austriaca signa praeferentem, conspicati, Leopoldum cum suis in tempore aduenire, falso opinabantur. Ita recens ipse fessos adortus, magnam stragem fecit. Iamque turbatis ordinibus, Hungari fuga initium fecere, & Fridericus fortiter pugnans, captus est.* ANONYMVS LEOBIENSIS *Chron. lib. V. p. 921.*

53) ALBERTVS ARGENT. p. 122. *intellecto autem quod Bauari transiuissent & consulentibus pluribus quod Fridericus paulatim discederet versus iter Lupoldi declinando: ipse Fridericus animosus nimis, omnino se disposuit ad conflictum in armis regiis contra eorum consilium procedendo, & præmisit aciem quingentorum galeatorum, quam sequebantur cum vexillo acies octingentorum galeatorum. Postremo ipse in acie octingentorum processit, & progredientibus ad conflictum, fractoque vexillo Bauari, acriterque certantibus Australibus, & præsertim Friderico manu sua, qui valentior in pugna reputatus est inter omnes, cedentique acie Bauarorum, ita quod Australis vicisse credebatur omnino: ecce equites Bauari reuocantes pedestres qui cesserant, ac se terræ committentes, cum illis reuersi sunt ad conflictum. Post hæc venit Burggrauius de Nurenberg cum acie equitum, cum clamore: & fugientibus sagittariis Australibus, multisque cum illis, captoque Heinrico Australi, ac deiecto Australium vexillo, eisque pro maiori parte terga vertentibus, & valentioribus captis, tandem armiger quidam Fridericum desolatum a suis, equo etiam eius perforato, eoque se demittente ad terram, capere volens, nec eum cognoscens, quæsitus fuit ab illo, cuius est seruitor. Quo respondente, quod Burggrauii: Fridericus fecit Burggrauium aduocari, cui gladium porrexit, & eius gratiæ se commisit, qui eum certificatus de vita, Bauaro præsentauit. Salutante autem eum Bauaro, & dicente: Auuncule, libenter videmus vos. Ille autem consternatus animo, non respondit. Licet autem multi consuluerint, quod in signum victoriæ per noctem in campo manerent: Ludouicus tamen timens aciem Lupoldi recessit. Lupoldus hoc intelligens, dolenter recessit, miratus, quod Rex Romanorum in discordia captus, non esset occisus?* Et paullo post: *Fridericus vero in castro Trausnit Ludouici fortissimo detinetur, multisque Australium, præsertim de Walsee, dure tenti in magnis sunt pecuniis talliati.* Nomen igitur eius, qui Fridericum ceperit, non exprimit Albertus. Dubie loquitur GERH. A ROO lib. II. p. 83. dicens: *Captus fuit & Henricus ipsius frater, qui Boemiæ regi traditus, intercessu deinde Galliæ, & Hungariæ regum, & locis aliquot in Morauia traditis, libertati restitutus est.* NIC. BVRGVNDVS lib. I. p. 54. *iamque abducendus erat sequi paratus, cum inter victores orta contentio est de captiuo, quis eum deduceret sisteretque Imperatori. Sine dubio is honor illi debebatur, cuius iste potestati se permiserat. Sed opimum decus multi ad se trahebant. Rogatus Fridericus litem dirimere, a capite bubulo se captum dixit. Illud autem erat Alberti Rindmaulii gentilitium insigne in paludamento enitens.* Idem dicit FVGGER *lib. III. c. III. n. 17.*

54) Verba sunt BVRGVNDI *lib. I. p. 55.* FVGGER c. l. *In tumulo ipsius, qui ante sacellum Cœnobii D. Virginis, quod Castelli est in Palatinatu Superiori, tale reperitur Epitaphium:*

Hie leit begraben Seyfrid Schweppermann
Alles Thuns und Wandels an
Ein Ritter Keck und vest
der zu Gundersdorff im Streit that das best
Er ist nun tod,
dem Gott genad.
Iedem ein Ey,
dem frommen Schweppermann zwey

adducente BRVSCHIO in Chronologia Monasteriorum, *voce Castellum,* FVGGER *lib. III. c. III. p. 291.* ERTL *Bayr. Atlas p. II. p. 257.*

55) Extat Aurea Bulla d. 28. Februarii 1328. in qua hæc ratio additur: *specialiter tamen propter actus tuos bellicos, quibus lateri nostro iugiter astitisti, maxime quod in die dimicationis & belli pro*

 facri

donati ab ipso domum liberi fuerint dimissi, sese in clientelam Burggrauio dicauerint, vt quouis casu existente, feudorum suorum inuestituram a Burggrauiis petierint, 56) locum vix habet, cum Burggrauii iamdum ante ista tempora in Austria feuda habuerint, 57) quæ tamen ab eo tempore incrementa sumsisse videntur.

§. XII. Post hanc Ludouici victoriam, magnæ ad ipsum animorum inclinationes factæ sunt, multæque passim ciuitates, quibus cum fortuna fides stetit, ab Austriacis ad ipsum defecere. 58) Leopoldus vero ad omnes regios conatus se obiiciebat, immo, nihil non attentabat, quo fratrem e custodia liberaret, artes etiam magicas tentabat, sed omnia conanti nihil ex animi sententia succedebat, 59) Ludouico etiam Imperii insignia denegabat, ad ea tamen reddenda, ægre se a quibusdam Principibus persuaderi passus est. 60) Inde anno 1323. Ludouicus Burgouiam, Austriæ Ducum castrum obsedit, Fridericum capitali sententia ibidem adficere volens. Leopoldus autem & Albertus, Austriæ Archi Duces obsessis opem tulere, Ludouicum vt obsidionem solueret, coegerunt, & regi diem, quo cum eo armis vellent decernere, constituerunt. 61) Intercedunt, & pugnam dirimunt Henrici duo, Tirolensis, & Goricius, & de Friderico e custodia dimittendo tractationem frustra hactenus ab aliis principibus tentatam instituunt. Videbat Ludouicus, non quiescere Leopoldum, sed ad omnem occasionem intentum insidias moliri, cum Gallorum Rege Philippo conuenire, neque tuto sibi esse licere: accedebat ad hæc pontificis grauis ira, contra quem vt se communiret, principibus assidue pro Friderico sollicitantibus, aliquid dandum erat. Præterea nonnullæ in Alsatia & vicinis locis ciuitates, partim censura Ecclesiastica, partim Austriacorum opera inductæ, ab eo defecerunt. 62) Itaque conuentu Vlmæ indicto, interuenientibus potissimum Bertholdo Hennebergico & Dieterico Pillichdorfero, Austriæ Mareschallo, idem etiam Ludouico suadente Gotfrido Priore de Maurbach, Ludouicus cum Friderico transegit, eundemque Octobri mense 1325. his fere conditionibus dimittit. Obliuione omnium ante actorum inducta, Fridericus Imperio se esse renuntiaturum: nec vnquam vlturum se ea, quæ passus erat, nec Austriacos imposterum Bauaris ad Imperatoriam dignitatem aspirantibus, com-

sacri Imperii ac nostris summis honoribus per nos habiti cum Frederico Duce Austriæ miles strenuus & auctor & victor illo die multa tua Comitiua fuisti, tibi debetur retributio meriti specialis. Conuenit diploma datum Monachii V. Kl. Octobris 1323. apud RENTSCHIVM *Brandenburg. Cedern-Hayn p.* 314.

56) AVENTINVS *lib. VII. c. XV. n.* 47. FVGGER *lib. III. c. III. p.* 291. MART. CRVSIVS *Ann. Suev. p. III. lib. IV. p.* 215. MEGISERVS *Ann. Carinthiæ lib. VIII. c. LIII.* Sequitur Dnus LVDEWIG *Germ. Principe lib. I. c. III.* §. 42. & *lib. II. c. I.* §. 9. CASPAR ABEL *in Brandeburg. Staats historie c. III. p.* 67. Carolus II. etiam singulari decreto de a. 1363. concessit, vt Burggrauii Noribergenses hoc dominium directum in Austriæ feudales minime a Ducibus Austriacis, sed ab Imperio in feudum recipere debeant, in quo etiam dicitur *das die Burggraffen von Nurnberg solch lehn von alter geliben haben*, apud GOLDASTVM *Reichssatzungen p. II. p.* 73.

57) Plenius hæc declarantur in b. GOTTLIEBII FRIDERICI HOEFFLICHII dissertatione erudita *de Dominio Directo in alieno Territorio*, me Præside a. 1714. ventilata.

58) ALBERTVS ARGENT. *p.* 122. GERH. a ROO *lib. III. ineunte.* BVRGVNDVS *lib. II. ineunte.*

59) GERH. a ROO c. l. Inter hæc singulare est, quod narrat ALBERTVS ARGENT. *p.* 123. *inuenit autem Lupoldus tunc temporis expertum nigromanticum, cum quo de eductione Friderici tractauit. Confidentibus autem duobus solis in Camera bene firmata, Lupoldo, & magistro faciente characteres suos: ecce venit dæmon stans coram eis, in specie viatoris, habentis calceos corruptos, & pileum in capite, oculosque lippos. Cui Lupoldus ait, Nostis me? at ille ait: bene nosco te, & quæsitis aliquibus, iniunctoque sibi, quod absque omni periculo deduceret Fridericum a captiuitate: Dæmone respondente, quod sic eum educeret, dummodo ei consentiret, nimis territus est Lupoldus. Dæmonque veniens ad castrum Trausznit in specie scholaris cuiusdam, in partibus Ergoxia, habentis pannum circumuolutum per collum, ac si in eo panes portare vellet, dixitque Friderico: Ingredere hunc pannum, & ducam te ad tuum fratrem Lupoldum. Quo respondente, quis esset? & illo dicente, non cura, si ingrederis, secure te ducam: Fridericus facto crucis signo, & inuocato Christi nomine, dæmonem profugauit, dicens Custodibus suis, quod per aliquas reliquias vel preces a dæmone se custodirent, quod & factum est diligenter. Qui postea liberatus, videns scholarem dixit? Hic fuit dæmon, qui voluit me eduxisse.* ANONYMVS LEOBIENSIS Chron. lib. V. ad a. 1324. *Leupoldus post hæc fertur quædam præstigia comparasse, vt fratrem eriperet: quod Vir solidæ fidei non admittens, se Domino fideliter commendauit.* Adsentitur FVGGER *lib. III. c. IV. n.* 1. ROO *lib. III. p.* 86. LEHMANN *lib. VII. c. XV.* NIC. BVRGVNDVS *lib. II. p.* 93.

60) ALBERTVS ARGENT. p. 124. *Tractabatur autem sæpe de liberatione Friderici: & impediente liberationem eius, quod Dux insignia sanctuariorum Imperii, lanceam videlicet & alia, noluit resignare. Dicentibusque suis, quod frater suus esset eius captiuus: Dux prænoscens astutiam Ludouici, dixit tractatoribus; Ecce ne hoc mihi impingatur a nobis, dabo vobis ea insignia, & scio quod nec adhuc prout tractastis compositionem, fratrem meum rehabebo. Quod etiam cum factum esset, Lupoldus Ludouicum ideo infestauit.* ROO *lib. II. p.* 86.

61) H. REBDORFF ad a. 1322. *anno decimo regni sui Ludwicus obsedit castrum Ducum Austriæ dictum Purgaw, cum magna potentia, volens Fridericum aduersarium suum captum capitali sententia ibidem plectere, sed per Leupoldum Ducem prædictum fugatus est inde.* ALBERTVS ARGENT. *p.* 123. CHRON. ELWANG. *ad a.* 1325. ANONYMVS LEOBIENSIS Chron. ad a. 1324. *Interea Ludouicus Castrum Burgaw obsidens, nil profecit; quia Burchardus de Hellerbach, qui id nomine Ducum Austriæ tenuit, strenue resistens, Leupoldi exsolutionem expectauit: qui cum exercitu copioso veniens, Ludowicum de campestribus abigebat.* NIC. BVRGVNDVS *p.* 89. ROO *p.* 86.

62) Loquor verbis GERH. a ROO *lib. III. p.* 86.

competitores fore, fidem dat, & tabulis cauet. Cautum etiam fuit, ne Fridericus alpes transiret, & quo firmius intercederet pacis ac fœderis vinculum, vterque de eadem Eucharistiæ hostia participarunt, & pacis osculo fraternitatem inter se sanciuerunt. 63) Ex Austriacis Scriptoribus sunt, qui contendant, Fridericum regis Romanorum nomen atque titulum haut eierasse, quin potius pacto Vlmensi hoc decretum, vt reges vtrique paribus auspiciis, simul imperarent. Immo Ludouicum Friderico Austriaco Imp. Romanum plene cessisse. 64) In quo tamen vix adsentior, cum solus Imperio postea præfuerit Ludouicus. Hoc tamen denegare non ausim, Fridericum post pactionem istam Vlmensem, titu-

63) H. REBDORFFIVS ad a. 1322. *anno vndecimo Ludwicus solus exclusis omnibus consiliariis suis occulte tractauit, & confœderauit se cum prædicto Frederico capto, ita quod item Fridericus renunciaret iuri electionis suæ, & Ludwico deberet assistere etiam contra fratres suos, & iuramentum ambo tractatus huiusmodi occultos obseruare super Sacramento Eucharistiæ, quod ambo eadem hora receperunt, Missa coram eis celebrata, & sic Fridericum a vinculis dimisit.* ALBERTVS ARGENT. *p.* 124. CHRON. ELWANG. ad a. 1326. *Rex Ludouicus, Fridericum Ducem Austriæ a captiuitate absoluit. Et in signum amicitiæ filiam suam filio Frederico Duci copulauit, cum tamen fuissent nepotes.* VILLANVS ad a. 1322. *Ludouicus Bauarus electus Romanorum Rex, conuocatis in Germania omnibus Imperii Proceribus, comitia celebrauit, in quibus facta cum Friderico Austriaco pace, eundem dimisit ex carcere, & sub certis pactis & forma sacramenti adhibita, ne scilicet in posterum nomine & titulo Regis Romanorum vteretur, nec quicquam amplius contra eum moliretur (quibus tamen promissis non diu steterit) libertati restituit.* CORTVSII nouit. Paduæ *lib. III. c. VIII. tandem pax conuenit, & sic fuit Federicus de carceribus liberatus MCCCXXV. mense Martii. A modo Ludouicus se dicebat Romanorum Regem.* Idem lib. IX. c. CCCXV. *anno* 1325. *circa finem mensis Octobris Ludouicus electus Romanorum Rex Fridericum Ducem Austriæ in Regem quoque Romanorum electum ex captiuitate liberauit.* NIC. BVRGVNDVS *lib. II. p.* 91. ita loquitur: *Fridericus animo æger & diuturno carceris squallore propemodum confectus erat. Postquam illi nunciatum est, Cæsarem adesse, horrere cœpit ne quid durius in se decreturus venisset. Vbi vero vltro inuitaretur ad concordiam subita perfusus lætitia, ita cum illo locutus est, vt facile appareret non abhorrere a conditionibus pacis, quas grauiora timenti Cæsar obtulerat. Nihil durius imponebatur, quam quod iubebatur eiurare Imperium. Sed per fortunam recusare non poterat. Vbi ergo in hoc consensum est, proximum fuit quærere, qua ratione Cæsarem eo nomine securum efficeret. At hanc rem & quidquid præterea exigebatur, Bertholdus Comes Hennenbergius & Dietrichus Pilichtorferus Austriæ Marischalcus iussi sunt ex arbitrio componere, instar sequestrorum vtrimque delecti. Illis auctoribus leges dictæ & in tabulas relatæ sunt, quarum hæc est sententia. Fridericus Dux itteri, si quod ad fastigium habet renunciato. Electionis suæ tabulas (si tamen aliqua Electio dicenda sit) Ludouico Regi tradito. Eodem superstite ne ambito regnum: vocatus vltro etiam sollicitante Pontifice nuncium remittito. Quidquid Fredericus Dux eiusque fratres ab Imperio auulsum occupant, vel pignori subiecerint, restituatur in integrum. Austriacis fratribus Ludouico Rege eiusque liberis esto æternum fœdus; esto armorum societas aduersus quoscunque siue profanos siue Ecclesiasticos, & nominatim contra Pontificem eiusque fautores, quamdiu Ludouicus & Imperio perseuerauerunt esse infesti. Dux Carinthiæ, & quatuor eius consiliarii præcipui: item Rudolphus, Comes Hohenbergius, Hugo Comes Brigantinus, Albertus Comes de Sancto Monte, Comes Schebbetingus, Rudolphus & Hesso Marchiones Badenses, Comes Fürstenbergius, & Otto Ochsenstainius sacramento promittant, militaturos se bona fide cum Cæsare in fratres Austriacos transgredientes fidem conuentionis. Idem iuramentum præstanto duodecim Sueuiæ & Alsatiæ Stiriæque magnates. Austriaci fratres, Dux Carinthiæ & supra dicti Comites quidquid iure beneficii possident, a Ludouico Rege in clientelam accipiunto. Eundem pro Rege habento. Honorem illi & reuerentiam maiorum more præstanto. Vt idem faciant, quicunque partes ipsorum secuti sunt, curanto. Arma inferunto abnuentibus. Fredericus Dux Elisabetham filiam Ludouici Stephano despondeat. Bertholdus Comes Hennebergius cum Burgrauio Norinbergensi dotem puellæ constituant. Et donec ea repræsentetur Burgouia & Riseburgum pignori sunto. Parentibus e medio sublatis, vtriusque liberi pacem colant. Sed si Fredericum fata Ludouico superstitem fecerint, & succedat ipse in fastigium, feuda Imperii Ludouici Regis liberis debita, & nominatim Marchionatum Brandeburgensem tradat illis in clientelam. Si vero alius Imperium exceperit in feudorum suorum tutelam mutua conferantur auxilia. Quidquid Austriacis fratribus ab anterioribus Imperatoribus oppignoratum est, ratum maneat. Nemini fraudi esto stetisse in partibus. Iniuriarum meminisse ne liceto. Captiui vtrimque dimittuntor. Hæc conuentio anterioribus pactis ne derogato. In has leges Fredericus Dux sacramentum dicito. Pactis stato vel redito in carcerem. Hæ tabulæ ab Hennebergio Comite & Pilichtorfero consignatæ seruantur in archiuo Bauarico adhuc incolumes. Vt proinde mirum videri possit, tradidisse quosdam, æquatum fuisse ius & nomen regni inter paciscentes. Quasi vnum & indiuisum regnum caperet duos, non destructurus mutuam potestatem. Sed tam incondita adulatio, seu vana credulitas, vt possit sperni, diplomatum tamen fides non debet.* ANDR. PRESBYTER p. 33. *tandem inter præfatos Principes concordia & pace firmata, Ludouicus sine omni pecuniarum exactione more liberalis principis ipsum Fridericum pristinæ reddidit libertati: nihil aliud quam regni Romanorum ab eo & suis successoribus Austriæ Ducibus, quotiescunque aliquis Ducum Bauariæ in electione regni Romanorum esset, ipsi Austriæ Duces de electione cedere deberent, recipiens super hoc in litteris abrenuntiationem. Legitur, quod in signum & robur tantæ amicitiæ inter eos contractæ simul & corporis & sanguinis Domini sacramentum sumserunt.* HERWARTVS ex Archiuo Bauarico *ad a.* 1325. §. 38. litteras Bertholdi Hennebergici & Dieterici Pillichdorferi Austriæ Mareschalli, quorum interuentu hæc compositio fuit facta, adducit, quibus dicta confirmantur. Eadem habet ADLZREITER *p. II. lib. I. n.* 60. CVSPINIANVS *p.* 465. GERH. a ROO lib. III. p. 86. *obliuione omnium ante actorum inducta Fridericus nunquam vlturum se ea, quæ passus erat, nec Austriacos imposterum Bauaris ad Imperatoriam dignitatem aspirantibus competitores fore, fidem dat, & tabulis cauet, quas postea Ludouicum Barbatum Imperatori Friderico, vt eum sibi contra Ludouicum Gibbosum conciliaret, reddidisse nonnulli prodidere.*

64) Primus auctor est CVSPINIANVS *Austria p.* 46. qui ex archiuis Principum Austriæ, vt ait, duo producit diplomata vernaculo sermone scripta, quorum primum Monachii 1325. consortium Imperii inter vtrosque continet; in quo hæc verba: *das wir das Ræmische reich, darzu wir beide*

titulum Romanorum Regis iterum sumsisse & sub hoc titulo varia concessisse diplomata. 65)

§. XIII. Inter hæc, extinctis a. 1322. Waldemaro & Iohanne, Electoribus Brandenburgicis, horum prouinciam, tanquam Imperio vacantem recepit, & filio Ludouico in Comitiis Noribergensibus a. 1323. contulit. Rudolphus equidem Saxoniæ Elector ex iure adgnationis, vtrisque ex domo Ascania ortis, successionem quærebat, nec deerant, qui partes ipsius tenerent. Ast, Saxo videns se minime resistere posse, cum Cæsare in gratiam rediit, cessitque prouincia, cuius adhuc erat incerta possessio. 66) Anno 1325. Sueuicæ Ciuitates pacem inuicem publicam constituunt. 67)

§. XIV. Post hæc, moriebatur a. 1330. Fridericus, quem quadriennio antecesserat Leopoldus. Moriebatur autem Fridericus in arce Guttenstain, ob multas quas in captiuitate perpessus fuerat ærumnas, lento quodam morbo paullatim tabescens, superueniente dysenteria. Licet etiam mors eius veneni suspicione haut caruerit, quod nonnulli a fœmina quadam 68) philtri loco exhibitum tradant. His extinctis, a Ioanne Papa, addicto quin-

erwalt und geweicht sein, mit allen seinen würden, eeren, rechten, leuthen und guettern, und was es hat, und darzu gebæres, über alle die welt mitainander, glaich als ain person, ainem nicht bas dann dem andern yetweder, mêr noch minder besitzen, haben, phlegen, und handlen sollen und wellen. Eadem conventio extat apud du MONT *Corps Diplom. Tom. I. p. II. p.* 80. GERH. a ROO vero lib. III. p. 87. diplomatis tenorem in hanc summam refert: *testantur vterque, se ad Dei honorem, ecclesiæ obsequium, & reipublicæ ac subditorum tranquillitatem, pacem inter se perpetuam & fœdus fecisse, ex bonorum vtriusque ordinis virorum consilio, in has conditiones, vt Rom. Imperium, cui vterque inauguratus esset, ambo simul summo studio, fide, industriaque administrant, alter alterum pro virili iuuet, fratris loco habeat. Vterque Rom. regis titulum vsurpet, eodem in honore sit. Quicquid alteruter seorsum agit, id suo, & alterius nomine actum esse declarat. Duo sigilla fiant in suo quisque alterius nomen priori loco poni iubeat, In rebus maioris momenti, & Imperii beneficiis conferendis, vter prior illa tribuerit, is ab accipiente fidem suo & collegæ nomine recipiat. Neuter vero sine alterius consensu oppida, arces, dominia, aut quæuis alia ab Imperio ad alienos deuolui patiatur. Quod si alterutrum in Italiam ire contigerit, is collegæ nomine agendi potestatem accipiat, eandem in Germania manenti relinquat. Quæ Ludouicus Rex filio suo Marchioni Brandenburgico, & Marchioni Morauiæ genero concessit, Fridericus approbet, si qua ab vtroque pluribus concessa sunt, ea qui in possessione sunt, retineant. Quicquid alter statuit, alter id ratum habeat, & quicunque alterum lædit, vtrunque vti vnum eundem læsisse videatur, alterque iniuriam alterius vti suam persequatur. Hæc ad vltimum vitæ halitum, vterque se bona fide seruaturum, iuret.* Alterum diploma, quod CVSPINIANVS adducit, tale est: *wir Ludwig von Gottes gnaden Rhæmischer Khünig, allezeit merer des Reichs, verieben, und thun kund allen den die diesen brieff sehend oder hœrend lesen, das wir durch gemainen frid der Christenhait, uns des bedacht haben, das wir mit guetlihem willen, und mit freiem mut, unserm liben Ebæm und Bruder Khünig Friederich von Rom, entweichen wollen an dem Khünigreich von Rom, und alles das darzu thun, mit mund oder mit brieffen, dero er notturfftig ist, und im nütz und fürderlich mag sein zu dem Reich, ohn alle geverde, also beschaidenlich, als ob er von dem Papst bestatiget wurd an dem Khünigreich, es sei mit der Fürsten willen, oder on ihren willen. Vnd geloben dis zethun bei gutten trewen, on alles geverde, und des zu ainem offen urkhund henckhen wir unser Khüniglich insiegel an diesen brieff, der ward geben zu Vlm, do man zalt von Gottes geburt dreyzehenhundert iar, und in das XXVI. iar an dem Erichtag, nach dem zwelfften tage in dem zwelfften iar unseres Reichs.* De hoc GERH. a ROO *lib. III. p.* 88. *in altero Ludouicus Rom. regis dignitatem & titulum Friderico se concedere testatur, eo iure vsurpandum, ac si a summo pontifice confirmatum haberet. Licet tenor diplomatis cessionem plane Imperii Romani in se contineat.* Addit GERH. a ROO: *Lazius præter hæc in Annalibus exempla recenseri dicit ab vtroque principe data, ab eo anno, quo Fridericus liberatus fuit, vigesimo quinto scilicet.* Eadem diplomata habet FVGGER *lib. III. c. IV.* qui Austriacam etiam causam contra reliquos defendit. Ast, sibi parum conscius est CVSPINIANVS, qui paullo ante dixerat, *expressum in his* (conditionibus) *fuit, vt vterque, quoad viueret, regio vteretur titulo, Fridericus autem Italiam non accederet, sed hanc liberam Ludouico permitteret, neque ius aliquod peteret a Pontifice probæ assequenda; quod inuiolabiliter obseruauit, etiamsi Ioannes XXII. Clemensque VI. Pontifices crebro illum in Italiam pro imperiali assequenda corona euocarent.* Quod tamen cum Diplomate parum conuenit, quo Ludouicus Friderico Romanorum Imperium cessisse dicitur. Ex quo capite HERWARTVS potissimum *p.* 327. hoc diploma euertit. Nouum commentum est VILLANI lib. IX. c. CCCXV. *alio deinde conuentu inter se conuenerunt, vt Bauarus Italiam peteret, secumque Leopoldum de Austria tanquam Vicarium suum generalem duceret, Austriacus vero Germania remaneret.*

65) Patet hoc ex HENRICO REBDORFFIO, dum ad a. 1322. scribit: *post dimissionem non multo tempore se Regem, sicut ante scripsit Fridericus; & immemor gratiæ sibi factæ, se contra Ludwicum irrato erexit. Vnde Iohannes Rex Boemiæ terram suam, videlicet Austriam cum magna potentia intrauit, & sibi grauia damna in castris, munitionibus & aliis intulit, & modico tempore superuiuens, obiit ex veneno.* Extat ipsius diploma de a. 1326. quo Austriæ Ducibus omnia feuda in Burgundia vacantia concessit, atque titulo vtitur: *Fridericus Dei gratia Romanorum rex semper Augustus.*

66) ALBERTVS ARGENT. p. 121. *eisdem temporibus, anno MCCCXIX. mense Iulio, obiit Waldemarus Marchio Brandenburgensis absque liberis, Marchionatus dispositione ad Imperium deuoluta, fuitque cum magna lamentatione manifeste sepultus, quem postea ad 28. annos viuere dixerunt. De quo Marchionatu Ludouicus Princeps postea Ludouico, filio suo primogenito prouidit.* H. REBDORFF *ad a.* 1322. CHR. ELWANG. *ad a.* 1324. Ipse Ludouicus in diplomate adpellationis ad futurum Concilium apud AVENTINVM *lib. VII. c. XVI.* §. 22. ait: *recte, bene, ac sapienter, sicut Legibus cautum est; more Maiorum; Brandenburgensem Ducatum quem ille homo, qui vulgo Papa dicitur, Madenburgensem falso vocat) filio Nostro, Ludouico, in tutelam atque fidem commisimus.* NIC. BVRGVNDVS *lib. II. p.* 59. FVGGER *lib. III. c. IV.*

67) Extat ista apud LEHMANNVM *lib. VII. c. XXVII.*

68) H. STERO *ad a.* 1330. H. REBDORFF *obiit ex veneno: quia vermes innumerabiles ex cute ipsius*

uinquaginta millium florenorum ad belli sumtus stipendio, instigatus horum frater Otto, ertholdi Argentinensis & Rudolphi Constantiensis auxiliis confirmatus, in Alsatiam coias duxit, Columbariam obsedit. 69) Ast, Cæsare cum valido exercitu eum inuaden-:, interuentu Iohannis, Regis Bohemorum Hagenouiæ inter vtrosque conuenit, vt reditis ablatis, Austriacis auita iura confirmarentur, Villinga vrbs iisdem beneficiario iure oſſidenda attribueretur 70) pro belli sumtibus Ottoni viginti quatuor aureûm nummûm nillia fuerunt promissa, & horum loco quatuor Imperii Ciuitates pignori tradita, Schafusium, Rheinfelda, Neoburgum & Brisacum.

§. XV. Eodem anno 1323. cœperunt negotia cum Papis. Iohannes XXII. enim ostquam a. 1316. ad sedem Papalem esset delatus, 71) protinus Auenionem asserere cœit, vacante sede Imperiali, iurisdictionem ad Papam deuolui; sub pœna excommunicaionis prohibens, ne quis nomen Vicarii Imperialis vel alterius officii gerat, 72) manlans potius rectoribus ciuitatum, vt magistratu se abdicarent. Cardinalem etiam Portuenem, Beltrandum nepotem suum, in Insubriam legatum misit, Bononiæ residere iussum. Hic primo Pontificatus anno a Ludouico Bauaro requisitus, vt ipsum confirmaret, hoc eculauit, 73) Italia igitur in duas factiones lacerata, Guelphos & Gibellinos, defuncto Hen-

ipsius erumpebant. Ante mortem ipsius biennio & irca mortuus est Leupoldus. GERH. a ROO *lib. III.* . 89. FVGGER lib. III. *c. IV. n.* 12. ALBERTVS ARGENT. .124. *dicebatur autem tunc temporis, quod quidam mi-es Friderico quiddam ad comedendum dederit, per quod um in sui fauorem inclinaret, per quod a pediculis nundari non valens paulatim defecit.*

69) H. REBDORFF ad a. 1322. *eo tempore Ot-o Dux Austriæ fratribus suis prædictis præmortuis, ccepit rebellare sibi, incitatus a Papa Iohanne, & bsedit Columbariam ciuitatem in Alsatiae ad quam iberandam Ludwicus magnam gentem collegit, sed oncordati sunt, & ipse regalia sua ab ipso cum de-ita solennitate in Augusta recepit.*

70) Has tabulas Hagenouienses ex archiuo Baarico exhibuit ADLZREITER *p. II. lib. III.* GERH. a ROO *lib. III. p.* 89.

71) ALBERTVS ARGENT. p. 120. *post hæc Cardinales congregati Auinionem, per Robertum reem inclusi, Iacobum Episcopum Caturcensem, ipsius egis olim Cancellarium, elegerunt in Papam anno Domini MCCCXV. mense Augusto: & vocatus est ohannes XXII.* NAVCLERVS *vol. II. Gen. XLIV.* . 993. *anno Domini* 1316. *cum vacasset Ecclesia post nortem Clementis V. duobus annis propter discorditm cardinalium, ad quos spectat electio, qui Auinioe congregati erant, nam multi Cardinales erant Guascones, & hi quærebant habere Guasconem, aliis liter sentientibus: demum in hoc omnes conuenerunt Lugduni, vt Iacobus Portuensis Cardinalis vice mnium eligeret vnum. Sed fefellit eos opinio nam eque ex vna parte, neque ex altera elegit, sed de conlio Neapolitani cardinalis de Vrsinis seipsum elegit. Et quamuis in aliis electionibus quis seipsum eligere on valeat, tamen in electione Papæ non prohibetur, um sibi committitur electio.*

72) Extat de eo *Cap. vn. inter Extrauagantes ohannis XXII. ne sede vacante aliquid innouetur.*

73) NAVCLERVS c. l. *Iohannes primo pontiatus sui anno requisitus Ludouicum Bauariæ duem confirmare recusauit, dicens, quod præter admisum in consobrino secum in controuersia electo scelus, nulta præsumserat facere, & concedere, imperatoris tom. legitime instituti excedentia potestatem.* Singularem rationem, cur Papam sibi expertus fuerit ontrarium, docet ANDREAS PRESBYTER *p.* 30. icens: *causa discordiæ inter Iohannem Papam XXII. & Ludouicum Imperatorem in quadam Chronica leitur hoc modo accidisse. Domino Ludouico in Rem Romanorum confirmato, nihil ei defuit in omniius, quæ ad virum sapientem & regni gubernatorem ertinebat, nisi quod linguam Latinam minime intelexit: ex quo inter alia, quæ ei euenerunt, indignaonem Papæ incurrit, quæ sumsit initium hoc modo. Habuit enim quendam Cancellarium, qui vocabatur Magister Vlricus Hangenor de Augusta, cui sigillum suum & omnia scribenda & expedienda commendavit. Hic de quodam crimine enormi & infami apud Regem est accusatus a quibusdam præpotentibus, quibus ipse Rex iustitiæ complementum non potuit commode denegare. Quapropter Rex partibus se interposuit, & per quendam placita adhoc perduxit, quod prædictus Magister Vlricus deberet se cum quinquaginta prælatis expurgare de obiectis. Quod dum factum in Nurnberg fuisset, idem Vlricus officio Cancellariæ est restitutus. Eodem tempore Ludouicus Rex Romanorum festinabat pro gratia sedis Apostolicæ impetranda solennes ad curiam mittere nuncios vna cum literis voluntariam obedientiam & omnem subiectionem continentibus; ex quo prædictus Cancellarius occasione malignandi inuenta, vt supra scriptam suam infamiam facile vindicaret, literas Apostolico dirigendas vitiauit falsa pro veris scribendo, dominum Papam Bestiam a mari ascendentem vocitando, & plura similia ad similitudinem illius, qui quondam Petrus de Vineis vocabatur, ponendo. Quo Papa prouocatus, vel potius deceptus, contra ipsum Regem excommunicationis sententias promulgauit, & contra eum Reges & Principes instigat. Tantarum autem discordiarum seminabat tam occulte & dolose & tamdiu semen suarum malitiarum inter mundi capita seminauit, quousque Rege a Roma (vbi nomen Imperatoriæ dignitatis, a Papa, quem ipse crexerat, obtinuit) in Teutonicam reuerso, malitiam suam, Dei gratia ordinante, in mortis articulo Imperatori personaliter est confessus; & quod fecerit & procurauerit in vindictam, pro eo quod criminatores suos (quorum superius mentio est facta) non statim occidit, sed eos ad iudicium venire permisit, in suæ confusionis augmentum. Quantum autem Imperator gemuerit, fleuerit ac doluerit super his, scribere nemo potest. Veruntamen cognito a medicis, quod in quinque vel tribus diebus esset sine dubio moriturus, dixit: quamvis ipse nequam omnis esset genere tormentorum puniendus; eius tamen, qui eum percussit, iudicio vel misericordia eum volumus relinquere iudicandum.* Hausit ista Andreas ex HARTMANNI SCHEDELII *Chronico f.* 253. Idem dicit TRITHEMIVS *Chron. Hirsaug. ad a.* 1333. scribens: *Claruit his diebus Vdalricus de Augusta Imperatoris Ludouici scriba secretus, homo in vtroque iure peritus, sed plus æquo Pontifici Romano iniuriosus, qui discordiarum inter Ecclesiam & Imperium non vltimum fomentum extitisse ferebatur in litteris namque Imperialibus ad Papam scriptis modestiæ normam grauiter excedens, bestiam illum de mare ascendentem sæpius nuncupauit, & variis Christi Vicarium iniuriosis nominibus nomine Imperatoris appellauit; quanquam hoc ipsum latere Imperatorem plures fuerint, qui dicerent. Hoc autem constat manifeste, quod Papam iniuriosus scriba plurimum irritauit.*

 74) De

Henrico VII. vetera odia retractare cœperat. Guelforum omnium peruicacissimi Florentini, excussum pridem imperii iugum vertebant in libertatem. Pisanos in societatem acceperunt. Tota propemodum cum his sentiebat Etruria, instigante maxime Neapolitano Rege, Brixia, Patauium, Taruisium, & pleraque aliæ Insubriæ vrbes Guelphorum partes amplectebantur. Plurium animi ad defectionem spectabant. Ex alia parte Castrucius Lucæ, Mansfredus Landæ, Reinaldus Placentiæ, Bonacossa Passerinus Mantuæ, in Etruria Hugucio Facciolus, Canis Scaliger Veronæ, specie tuendarum Gibellinarum partium, re ipsa dominationem aucupabantur, commissa sibi gubernacula obsequii imagine versuri in hæreditatem. Henricus Goriciæ Comes post fata Henrici Septimi in Italia relictus, gerebat se pro vicario Imperii. Sed fluxa erat eius auctoritas. Nam & iustus illi exercitus, & quantulocunque militi stipendia deerant. Potissima vis in Matthæo Vice-Comite, qui ab Henrico Cæsare Mediolanensibus impositus, dein luctatus cum fortuna, Turrianum tandem potentiæ æmulum in ordinem coëgerat. Hic Mediolanum, Papiam, Cremonam, Bergomum, Vercellas, Dortonam & Alexandriam habebat in potestate, soloque Principis nomine abstinens, de potestate nihil detrahebat. Inde varii tumultus & bella intestina. Inter hæc Taruisini & Patauini a Cane Scaligero vexati, missis in Germaniam legatis, suas vrbes Friderico Austriaco dedebant. Ipse Papa Fridericum Austriacum sollicitare cœpit per legatos, sponsionem ferentes, se non tantum Archiepiscopatum Moguntinum Alberto eius fratri traditurum, sed etiam ipsi accessurum auctoritate & studiis quibus sibi adsereret Imperium, Ludouico Bauaro anathemate percusso. His oneratus promissis Fridericus a. 1317. Henricum fratrem in Italiam pergere iussit cum quingentis equitibus, quos alia duo millia sequebantur, cruce signata, quem tamen a Gibellinis inductus, iterum reuocauit. Interim Goritiæ Comite & Matthæo Vice-Comite decedentibus, omnia turbabantur, vsque dum de Friderico victoria parta esset a Ludouico. 74)

§. XVI. Victor igitur Ludouicus, Matthæi Vice-Comitis defuncti filium in præfectura Mediolanensi confirmat. 75) Hic cum Principum auxilia contra Beltrandi conatus sollicitaret, missi etiam tres Comites Legati in Italiam, qui Legatum Papalem rogarent, vt desisteret vexare Mediolanenses, Imperii subditos. Pontifex e contrario dum Ludouici potentia magis magisque incresceret, arroganti edicto VIII. Idus Octobris 1323. scripto, Ludouicum sub pœna excommunicationis monet, vt dum in discordia electus, nec a Papa fuerit adprobatus, intra trium mensium spatium, & Regis titulo & Imperii administratione cedat, vsque dum a Papa fuerit adprobatus, quod tamen ab omnibus maxima cum indignatione fuit exceptum. 76) Misit igitur eodem anno Imp. Auenionem legatos

74) De his prolixe ALBERTINVS MVSSATVS *de gestis post mortem Henrici VII.* NIC. BVRGVNDVS *lib. II. p. 61. sqq.* GERH. a ROO *lib. II. p. 80.* NAVCLERVS *vol. II. gen. XLV. p. 995. sqq.* CORTVSII de Nouit. Paduæ lib. II. c. IX. *Ioannes Dei gratia Summus Pontifex, asserens velle Lombardiam liberare de manibus Theutonicorum & Tyrannorum, qui se appellabant Vicarios Imperii, primo Dominum Maffeum Vice-Comitem, cum Galeatio, & Marco eius filiis dominantem in Mediolano, Placentia, Bergomo, Cremona, Laude, Parma, Nouaria, Vercellis, & alibi, Romana Ecclesia contemptorem, tanquam hæreticum, damnauit, & iis, vt hostibus Romana Ecclesia bellum indixit; & contra ipsos misit suos Legatos. Romana vero Ecclesia fauebant Robertus Rex Apuliæ, cuius consilio procedebat Summus Pontifex. Post bella multoties perpetrata, in quibus Marcus Vice Comes appellari poterat alter Hector. Placentia furtiue data fuit Ecclesia per Vertium de Lando ciuem Placentiæ. Vbi iam viribus Ecclesia congregatis, & mortuo Domino Maffao Vicecomite, de Mediolano filii fuerunt expulsi. Et dum contenderet Legatus cum intrinsecis Ciuitatem habere liberam, & Turrienses intrare Ciuitatem Vice comites redierunt. Post hac Gens Ecclesia Mutinam obsedit & cepit, & se locauit in burgis Mediolani, de quibus tandem recessit, & iuit Placentiam. Tunc Vice-Comites Montiam obsederunt, vsque ad famem, & ceperunt.*

75) NAVCLERVS vol. II. Gen. XLV. p. 996. *tum etiam Galeatius Vicecomes regimen Mediolani a Ludouico recognouit.* NIC. BVRGVNDVS *lib. II. pag. 69. sqq.*

76) De hoc NAVCLERVS c. l. *vnde anno 1323. Ioh. Papa in publico consistorio Auinione protulit sententiam execrationis in Ludouicum Bauarum, pro eo, quod miserat iam copias suas in adiutorium Galeatii & fratrum eius, qui tyrannice dominabantur Mediolani, opponendo eidem Ludouico, quod non erat ei licitum vti officio imperatoris, quousque erat confirmatus ab Ecclesia: deditque ei terminum trium mensium, infra quem renuntiare deberet electioni de se facta, & quod veniret personaliter, si vellet se excusare de eo, quod fauorem præstiterit hæreticis, schismaticis & rebellibus Ecclesiæ. Insuper priuauit omnes Clericos, qui ei præstarent consilium, auxilium & fauorem.* NIC. VILLANVS *Hist. Florent. lib. IX. cap. CCXXVII.* M. GVAZVS *Chron. f. 259.* HERWARTVS *pag. 244.* Summa edicti Papalis apud HERWARTVM *p. 195.* & NIC. BVRGVNDVM *p. 73.* AVENTINVM *lib. VII. c. XVI. n. 8.* GOLDASTVM *Stat. & Rescript. Imp. p. 914.* reperitur. Licet hic male ad annum 1321. referat, quod cum anno dignitatis octauo, quo datum est, parum conuenit. Integram Bullam insertam videmus Iohannis Epistolæ ad Capitulum Ecclesiæ Pragensis ap. HARDVINVM *Tom. VII. Concil. p. 1409. sqq.* Totum processum Iohannis XXII. contra Ludouicum Bauarum inseruit MARTENE *Thes. Anecd. Tom. II. p. 637. sqq.* Ipse Ludouicus Imp. in litteris patentibus apud WENCKERVM *Apparatu Archiv. p. 199.* *alsbald vvir unsern vorgenanten Obeim mit Gots Hilffe geviengen und der Babist sach, das vvir Furgang betten an dem Rychc, do bies er uns so ze bant kunden ze banne, darumbe das vvir uns des Rychcs ane sin Willen underwunden beten, als ein Romischer Kunig van dem rechten und von Gevvohnbeit sol und mag und bat darumbe mangerley Processe in die Welt gein uns gesant, damit er uns unsern guten Landen benemmen vvolt, und dem Rychc sin Ere abnehmen vvil.* Extant etiam de hoc Processu litteræ Iohannis XXII. ad Capitulum Ecclesiæ Pragensis apud du MONT *Corps Diplom. Tom. I. p. II. p. 63. 109.*

77) Extant

tes Albertum Strasburgium, Commendatorem Hospitalariorum S. Iohannis per Alemanniam; Euersturpium Sabechium, Archi Diaconum Herbipolensem, & Henricum Thorunium, Canonicum Pragensem defensionis spatium petituros. Ast, legati vix vno vel altero mense concesso, domum fuerunt reuersi, edicti memorati copiam secum ferentes. 77) Hærenti igitur Ludouico Ioannes de Landuno & Marsilius Patauinus in consiliis fuerunt, vt a Papa adpellaret ad Concilium Generale. Hinc eodem anno Noribergæ XV. Kl. Ianuarii 1323. adpellationis formulam ad futurum Concilium publice iubet recitare, 78) id quod demum a. 1327. apud Italos fuit publicatum. 79) Elapsis autem induciis, quas legatis concesserat Papa, hic Kl. Aprilis secundum & V. Kl. Iulii tertium promulgat edictum, 80) demum Kl. Octobris Imp. pronuntiat esse excommunicatum, quod per Ottonem Carinthiæ Præsulem cum Lamperto Dominicanorum præfecto in Germaniam mittit, cum potestate, vt populum, qui Ludouico obediret, a sacris arcerent. 81) Ast, Parisiensis Academia, plures etiam tum Germanorum tum Italorum Iureconsulti pro iure Imp. scriptis agebant. 82) Imp. vero in Comitiis Ratisbonensibus a. 1324. nouam proponebat adpel-

77) Extant nomina horum legatorum in litteris Ludouici procuratoriis desuper scriptis apud HERWARTVM *p. 232. Datum apud Nuremberg. II. Idus Nouembr. Anno Dom. M. CCC. XXIII. regni vero nostri anno Nono.* BVRGVNDVS *p. 76.*

78) Extat Instrumentum adpellationis apud HERWARTVM *p. 248.* & BVRGVNDVM *pag. 78.* NAVCLERVS c. l. Alia tamen formula Adpellationis extat apud BALVTZIVM *Vitis Pap. Auen. Coll. Actor. Veter. p. 478.*

79) CORTVSII de nouit. Paduæ lib. III. c. IX. *Rebellibus Ecclesiæ fauebat Dux Bauariæ Ludouicus qui se dicebat Romanorum Regem, asserens se debere Vicariis Imperii subuenire. Summus Pontifex hac de causa, & quia asserebat eum electum non legitime in discordia cum Friderico Duce Austriæ; ac etiam ante confirmationem administrasse iura Imperii, quod non debuit, eius electionem annullauit: quem postremo Ecclesiæ Romanæ contemptorem pronunciauit hæreticum. Item interdixit, ne quis præsumeret, sub pœna excommunicationis, eum Principem nominare, Ludouicus propterea non cessabat, asserens Summum Pontificem non legitimum, a cuius sententia appellauit ad futurum Papam, offerens se purgare de obiectis in loco congruo coram Iudice competente. Fuerunt hæc peracta in annis & vltra. Interdictum vero Ludouici publicatum fuit in Padua MCCCXXVII. mense Iunii, cum iam in Mediolano esset Ludouicus.*

80) NIC. BVRGVNDVS lib. II. p. 82. *igitur acrius accensus, lapsis induciis quas legatis nuper adiecerat X. Kl. Aprilis ad secundum peruenit edictum.* BERNH. GVIDO *Vita Iohannis XXII. p. 141.*

81) NIC. BVRGVNDVS *c. l.*

82) NAVCLERVS vol. II. Gen. XLV. p. 997. *postea vero Ludouico non comparente, papa execrauit eum, ac de heresi condemnauit, contra adherentes durissimos processus fulminans, a quibus omnibus Ludouicus appellauit. Isti processus, vt scribit frater Hermannus, qui tunc temporis vixit, a quibusdam strictissime obseruabantur, a multis vero inualidi reputabantur: quia dicuntur examinati a doctoribus vtriusque iuris, qui iudicabant eos penitus non valere. Immo Iohannem papam magni & multi theologi scientia & vita probati dogmatizabant esse hereticum, propter errores certos, quos tamen die obitus sui dicitur tepide reuocasse, & successor suus Benedictus eos errores fertur publice damnasse. At propter processus in Ludouicum, graue schisma ortum, quod durauit plusquam 30. annis.* NIC. BVRGVNDVS lib. II. pag. 82. *at ille quoque causæ suæ non deerat, theologorum & iuris prudentium sententias explorans, quos ea ætas nouerat præstantissimos. Academia Parisiensis totum illum litis progressum nullius momenti censebat. Idem in Italia iurisconsulti responderunt. Cum his consentiebant Germani. Quibus Cæsar admodum lætus destinari iubet responsorum exempla ad Septemuiros liberasque ciuitates, traditque famæ: quæ cito & opportune per omnem Germaniam dissipata nutantem populum in obedientia continuit, notis in Cæsarem Pontificiis Pontificis odiis, plerisque denique intonantibus actum esse de publica libertate. Pontificem Ecclesiastica potestate haut quaquam contentum meditari iam sceptra & diademata, vt Germanico populo sub illius superbiam coacto sacra & profana solus vsurpet.* In SIMONIS SCHARDII Syntagmate Tractatuum de Imperiali Iurisdictione extant *Disputatio inter Clericum & Militem, super potestate Prelatis Ecclesiæ atque Principibus terrarum commissa, quæ GVILIELMO OCKAMO* tribuitur. *DANTIS ALIGHERII Monarchia, Chronica* Mag. *IORDANIS.* Fr. *IO. DE PARISIIS Tractatus de potestate regia & papali. MARSILII PATAVINI Tractatus de translatione Imperii, RADVLPHI DE COLVMNA Tractatus de Translatione Imperii, LVPOLDI DE BABENBERG Tractatus de iuribus Regni & Imp. Romani. Ei. libellus de zelo Catholicæ fidei veterum Principum Germanorum.* Eosdem etiam Tractatus inseruit Monarchiæ suæ S. R. Imperii GOLDASTVS & præter hos in Tomo primo reperitur *HENRICI CHACHEMII* Monachi Franciscani & Cancellarii Ludouici *Informatio de nullitate processuum Papæ Iohannis XXII. contra Ludouicum Imp. GVIL. OCKAMI Tractatus de iurisdictione Imp. in causis matrimonialibus.* In Tomo secundo reperitur *AEGIDII ROMANI quæstio in vtramque partem, pro & contra pontificiam potestatem MARSILII PATAVINI defensor Pacis, GVIL. OCKAMI octo quæstionum decisiones super potestate summi Pontificis. Eiusdem Dialogus de potestate Imperiali & Papali, Ei. Compendium errorum Ioannis Papæ XXII. de vtili dominio rerum ecclesiasticarum, MICH. CÆSENATIS* Tractatus *tres contra errores Ioannis Papæ super vtili dominio Ecclesiasticorum. PETRI CVGNERII actio coram Rege habita de iurisdictione ecclesiastica & politica. MARSILII PATAVINI de potestate Imp. in causis matrimonialibus.* AVENTINVS VII. c. XVI. n. 9. *Ludouicum omnes diuini humanique iuris consultissimos in Italia, Germaniis, Galliis, præcipue Bononiæ atque Lutetiæ consuluisse,* ait, *qui omnes pro Imp. scripserunt, præ cæteris Marsilius Patauinus, Ioannes Gadunensis, Luitpoldus de Bebenburg, Andreas Laudensis, Vlricus Hangenor, Dantes Aligherius & Guilielmus Ockam, quem ad Ludouicum dixisse ferunt: tu nos pugnis, ense, ferro, armis a seruitute assere: nos te lingua, calamo, literis, stilo, libris, verbis vindicabimus.* Quare HVNGERVS notis ad Cuspinianum p. 661. scribit, negotia controuersa a Pontificibus ea animorum impotentia, fastu & acerbitate tractata fuisse, vt Imperatoris vbique maior modestia, mansuetudo, humanitas adeoque innocentia, pietas & iustitia *eluxerit.* Additque, plurimos ecclesiasticos pariter atque laicos se habere consentientes, qui ecclesiæ statum a fœdis & perniciosis abusuum & vitiorum monstris, repurgatum, sartumque & tectum, quod aiunt, iam pridem pio zelo, sed hactenus frustra optauerint. Adde THOMASII *Historiam Contentionis Imperii & Sacerdotii cap. XX. §. XCVI.*

adpellationem, qua Papæ tyrannidem viuis depingebat coloribus. 83) Christophoro etiam Danorum Rege, Ludouici partes tenente, scriptis desuper ad Cardinales litteris. 84)

§. XVII. Inter hæc, Galliæ Rex, Carolus Pulcher, cum pontifice, aliisque Germaniæ Proceribus a. 1325. tractare non desiit; vt propter duorum in Regem Germaniæ electorum inter se dissensiones, ipse in Regem Romanorum eligeretur. Hac eadem spe conuentum indixit extra Albam Burgundiæ, in Imperii confinibus, 85) Papa hoc potissimum promouente, nemine tamen, præter Leopoldum ibidem comparente, re infecta discessit. 86) Postea conuenerunt & Principes ecclesiastici, nuncii Papæ & Franci, & Lupoldus in Rens prope Confluentiam, ac soli ducti super Rhenum in naui, diu tractauerunt de Franco in Imperatorem promouendo. Sed per fratrem Berchtoldum de Buchek, Commendatorem domus Teutonicorum in Confluentia, fratrem Domini Matthiæ Moguntinensis Archiepiscopi fuit impeditum. 87) Postquam in Italiam venisset Ludouicus, misit Ioannes XXII. a. 1316. quendam legatum in Alemanniam, Priorem de Tholosa, de ordine Hospitalariorum, mandans Principibus Electoribus, & speciatim Henrico Coloniensi, & Matthiæ Moguntino Episcopis, vt alium Regem eligerent. Et cum in termino condicto præsentes conuenissent, Balduinus Treuirensis Archiepiscopus, & Ioannes Rex Bohemiæ, huius propositum impediuere, & sic legatus reuersus est sine effectu. 88)

§. XVIII. Gliscentibus autem apud Italos discordiis, factionibus potissimum Guelpharum Gibellinarumque partium, Ludouicus Francofurti IV. Kl. Iunii 1324. Vicariatum in Ciuitate & Districtu Lucensi & Pistoriensi Castrucio concedit. 89) Papa vero tyrannidem exercente, inuitabatur contra eundem ab Italis Ludouicus, 90) qui Spiram motus,

§. XCVI. sqq. GEORGI *Grauamina Nat. Germ. lib. I. cap. IV.*

83) ALBERTVS ARGENT. p. 123. *eo tempore mortuo Matthaeo Mediolanensium Domino; relictis Galeatio, Ioanne, Marco, Luca, & Stephano filiis, & Galeatio seniore Dominium occupante, cum Papa Ioannis mandatis pluribus paruisset, tandem eo non desistente, parere contempsit: qui citatus personaliter, etiam de articulis fidei responsurus, non comparens, excommunicatus, post annum de haeresi est damnatus. Hic a Ludouico electo Romanorum Rege, cum Fridericum cepisset, regimen Mediolanense assumpsit. Conglutinatis autem Papa, Franco & Lupoldo: Papa Ludouicum super eo, quod nondum approbatus per sedem Apostolicam, iura Imperii administraret, & Galeatium haereticum foueret, Auenionem citauit, & non comparentem excommunicauit, & post annum similiter de haeresi condemnauit (contra quos tamen processus Ludouicus electus ex quibusdam causis rationabilibus appellauit, ipsamque appellationem eidem Papae intimauit) priuationis iuris electionis, Ducatus sui & Dominiorum, & aliis pluribus in eum, & filio, & fautores eius, successiue sententiis promulgatis: quas Lupoldus vndique vbi potuit in odium Ludouici procurauerat promulgari.* VILLANVS lib. IX. c. CCLXXV. *eodem anno 1324. mense Octobri propter Ludouici Bauari in Romanorum regem electi processum, excommunicationem & priuationem a Iohanne pontifice contra ipsum factam, in Germania conuentus factus est magnus, in quo de processu hoc Papa contra Imperatorem, & de iniuria ipsi illata tractatum fuit. Quare Ludouicus Pontificem ad generale Concilium Romam citauit, triginta sex capitula illi opponens, eumque non legitimum esse Papam dicens: hanc citationem mense Nouembri Auinionem misit, vnde Papa totaque Ecclesia multas est passa molestias.* Extat decretum Imp. apud GOLDASTVM *tomo vno p. 325.* BVRGVNDVS *lib. II. p. 87.* AVENTINVS *citat. loc.*

84) Extat epistola apud HERWARTVM *p. 295.* in qua hæc verba: *vnde vobis & vestrûm cuilibet, omni instantia, qua possumus, supplicamus, quod Dominum Iohannem summum Pontificem praedictum velitis pie monere & inducere, vt praedictum Dominum Ludovvicum Regem Romanorum iure suo ac iuris sui prosequutione perfrui, amore Dei, iustitia & nostrorum precum interuentu velit permittere, prout praedecessores sui Romanorum Reges pacifice & quiete vsi fuerunt ab antiquo, & ad concordiam inter eos faciendam, propter Deum, cum efficacia vos interponere dignemini. Ad quod, sicut etiam pro parte speramus posse proficere, cooperari & laborare volumus cum effectu.* BVRGVNDVS *p. 87.*

85) Sic VILLANVS loco mox adlegando. ALBERTVS ARGENT. p. 123. *conuenerunt autem Francus & Lupoldus in Bare.* Erat autem non Barrum Lotharingiæ, Barrum Ducis dictum, nec Barrum ad Sequanam, sed Barrum ad Albam, *Bar sur Aube* in Campania.

86) VILLANVS lib. IX. c. CCLXVIII. *eodem anno, cum Galliae Rex Carolus spe defraudatus esset, cum pontifice aliisque Germaniae proceribus tractare non desiit, vt propter duorum, in Regem Germaniae electorum inter se dissensiones, ipse in Regem Romanorum eligeretur. Hac eadem spe conuentum indixit Bari extra Albam in Burgundia in imperii confinibus, quo Rex Boëmus affinis suus, maiorque Electorum imperii pars, multique proceres, praesulesque Germaniae conuenire debebant; & cum ipse dicto die parlamenti seu colloquii cum multis Baronibus illuc venisset, neminemque praedictorum procerum praesulumque, praeter Leopoldum Austriae ducem ibi reperisset: magna id sibi ducens ignominia, summo dedecore ab incepto suo abiens, cum se a Baronibus Alemanniae delusum videret, in Galliam reuersus est.* ALBERTVS ARGENT. *p. 123.* NAVCLERVS *vol. II. Gen. XLV. p. 997. Anno Domini 1325. conuenerunt rex Franciae & Lupoldus dux Austriae, annuente papa Iohanne, qui hoc per nuncios suos egit, & diu tractauerunt de Franco promouendo in Imperatorem, sed nil actum extitit.* BVRGVNDVS *lib. II. p. 88.* ANONYMVS LEOBIENSIS Chron. lib. V. ad a. 1324. *Leupoldus colloquium habuit cum Rege Franciae in Campaniae opido, quod Barra super Albam dicitur, & Monasterii Claraeuallensis est. Regnum Romanorum (sicut fertur) ad Francos sic conuertere nitebatur, vt sibi Vicariatus committeretur; & sic fratris exemptio facilem sequeretur. Quod cum consequentiam non haberet, datis sibi inuicem muneribus, & Francis Teutonicorum gloriam admirantibus ab inuicem discesserunt.*

87) Verbis loquor ALBERTI ARGENTORATENSIS *p. 123.* BVRGVNDVS *c. l.*

88) H. REBDORFF *ad a. 1322.*

89) Extat diploma apud FREHERVM, LEIBNITIVM *Tomo I. cod. I. Gent. diplom. p. 126.*

90) MVSSATVS Ludouico Bauaro pag. 2. *Iohanne XXII. Papa, rebelles Lombardorum Tyrannis, vt vix iam Sacrosancta Ecclesia fortissimum robur sustinere non possens, accersiri Ludouicum Bauariae Ducem,*

..it, de expeditione Italica cum Principibus agens consilia. Insequenti anno 1327. dispositis in Germania rebus, iter adsumpsit Italiam versus, ac, postquam Oenoponti Fridericum Austriacum obuiam habuisset, cum eodem collocutus, sed infensis animis discessere. 91) Superatis Alpibus, Tridentum peruenit, ibidemque indicto conuentu Mediolanensium, Mantuanorum, Veronensium, aliique ex Lombardia & Hetruria eius factionis principes conuenerunt, magnisque pollicitationibus effecerunt, vt Italiam transiret. 92) Contractis igitur copiis, Tridento mouens, Brixiam primo, deinde Mediolanum peruenit, ibique in Templo S. Ambrosii, per Episcopum Aretinum & Brixiensem in festo Pentecostes cum Margaretha vxore sua corona ferrea fuit coronatus. 93) Licet non desint, qui ipsum vel a Ioanne, Mediolanensium Archiepiscopo, vel a Guidone Petro Mala Archiepiscopo Modoëtiæ dicant fuisse coronatum, cum tamen hic, eo quod Guelphorum partibus faueret, fuerit eiectus. 94) Post coronationem, longior mora fuit in comparandis pecuniis, quarum causa Galeatium ferunt Ducatu spoliatum, id quod maxime improbatum est a plerisque Cæsari, quod, cuius opera in Italiam venerit, a quo summo

Ducem, tamquam Romanorum Regem ex Alemannia iurata simul pactione decreuere, vt Imperii Sacrosancti Maiestatem interiectis dissidiis obiicerent Ecclesiæ Maiestati, eorumque Marchiarum collisionem facerent, qua vniuersi Christicolæ concertarent, vt scilicet Tyranni iidem Ecclesiæ vires alienis subsidiis ab se retunderent, & ad eandem factionem antiquatas Imperii partes vndecunque, & diuersis studiis complicarent. Fuere hi Galaaz, Marcus Luchinus Maphæi Vice Comitis per idem tempus prædefuncti filii. Canis Grandis Magnificus della Scala Verona, Vicentia, Feltri, Belluni Dominator. Passarinus de Bonacossis Mantuanorum Dominus, Raynaldus, & Oppizo Marcb. Esten. Ferrariaque Domini. Castrucius de Interminellis Pisarum, Lucaque Dominus. Hi missis in Alemanniam Legatis colloquio petito apud Fridericum, primum illum traxere Tyrolum, demum ab Henrico Tyroli Comite transitum præbente in Tridentum descendit, vbi multis grauis æris dispensis, porro ipsi ad propria rediere.

91) H. REBDORFF ad a. 1322. *Anno regni sui duodecimo cum colloquium haberet cum Friderico tradicto iam dimisso, adhuc viuente in Isprugka, & in eodem colloquio non multum se amice ab inuicem separarent.* NICOL. BVRGVNDVS lib. II. pag. 96. *Oenoponti autem Fridericum Austriacum obuiam habuit. Causa & colloquii summa edita non est. Recessere tamen infensis animis. Crediderim Frederico exprobratam violati fœderis inuerecundiam; qui priuata sortis impatiens, indomitusque animo eiuratum Regis nomen resumpserat.*

92) CORTVSII nouit. Paduæ lib. III. cap. X. *rebelles Ecclesiæ Romanæ timentes aduentum vnici filii Regis Roberti, qui Florentiam venerat, vt Legato subueniret, qui erat Bononiæ viribus Ecclesiæ congregatis in vnum, deliberato Consilio miserunt in Alemanniam suos Legatos, vt Ludouicus Rex Romanorum, quam citius posset, ad partes descenderet Lombardiæ, pro Imperio contra Ecclesiam pugnaturus. Eorum precibus, pace iam composita cum Frederico Duce Austriæ, qui contra eum pro Imperio contendebat, Ludouicus cum centum millibus venit in Tridentum in MCCCXXVII. mense Ianuarii. In Tridento magnifice conuenerunt rebelles Ecclesiæ; scilicet Vice Comites dominantes in Mediolano, Bergamo, Laude, Nouaria, Vercellis, & alibi (Placentiam miserant) Castrutius Dominus Lucæ, & Pistorii, Raynaldus, & Obizo Marchiones Estenses, Domini Ferrariæ, & Argentæ, Passarinus de Bonacossis Dominus Mantuæ, & Mutinæ. Iis etiam fauebat Rex Siciliæ, Dominus etiam Canis fuit ibi honorifice vltra omnes.* NAVCLERVS p. 997.

93) CORTVS. nouit. Paduæ lib. III. c. X. *his dispositis, Ludouicus die XIV. Martii exiuit Tridentum, tendens Mediolanum, vbi coronatus fuit corona ferrea per Episcopum Aretinum, & Episcopum Brixiensem rebelles Ecclesiæ. Ad hoc spectaculum conuenerunt omnes rebelles Ecclesiæ, inter quos Dominus Canis cum mille militibus interfuit honorifice. Fuit hæc coronatio eodem anno die vltimo Madii.* HENR. REBDORFF ad a. 1322. *Idem Ludwicus ingressus est. Alpes, terram Karinthiæ, ciuitatem Tridentinam, vbi ad eum solennes ambasiatores miserunt Rectores Lombardiæ, videlicet Galeatius de Vice Comitibus Dominus tunc Mediolanensis, Dominus Canis de Scala Dominus tunc Veronensis passiuus, Dominus Mantuanus, Castrucius, Dominus Lucanus & alii Italici Gibelini, qui diuersas pressuras sustinuerant a Legatis Cardinalibus Papæ Iohannis XXII. & a stipendiariis Ecclesiæ missis & conductis in Lombardiam, supplicantes eidem, vt pro subsidio eorum Italiam dignaretur intrare. Quibus acquiescens intrauit Italiam cum gente modica, & venit Mediolanum; vbi honorifice susceptus est & coronatus secunda corona argentea, & post eam magna copia Alemannorum sequebatur.*

94) De consecratione male dicit ALBERTVS ARGENT. p. 124. *fuit Ludouicus Mediolani in Ecclesia S. Ambrosii a Ioanne, Archiepiscopo Mediolanensi, in Festo Pentecostes, cum Margaretha, Vxore sua anno Regni sui XIII. corona ferrea coronatus.* Quem sequitur NAVCLERVS, *pag.* 997. MVTIVS *lib. XXIV. p.* 228. AVENTINVS *lib. VII. c. XVII. §.* 6. *Quinquagenalibus, ferreo diademate, ex veteri instituto, a Vidone Mala Petra, Archimysta Mediolanensi, ornatur.* NIC. BVRGVNDVS *pag.* 99. H. STERO vero ad a. 1329. *Ludouicus Rex venit Mediolanum, vbi corona argentea coronatur.* CHR. ELWANGENSE ad a. 1328. *Ludouicus Rex Mediolani vna corona Imperiali coronatur, & capitaneum eiusdem ciuitatis, captiuauit.* Plenius eam describit NIC. BVRGVNDVS lib. II. p. 99. dicens: *quippe prisca consuetudine inualuerat, vt inaugurandus Romæ Imperator, ferream coronam Mediolani perciperet, quam olim Longobardorum regina Theodolinda loco diadematis esse voluerat: nunc Italici regni insigne. In hac solemnia Pentecostes dies indictus erat. Feruebantque interim omnia paratibus, quibus pompa ad magnificentiam adornaretur. Designati sunt tres Episcopi qui inaugurationis sacra facerent, Aretinus, Tridentinus, & Brixiensis. Quippe Archiepiscopum Mediolanensem, cuius erat hoc munus, Gibellinorum factio expulerat, quod studere Guelfis crederetur. Iamque aderat destinatus dies, quem præter spectaculorum elegantiam, multorum principum interuentus celebriorem fecit. Nominatim autem interfuisse comperio Rupertum & Rudolphum Bauariæ Duces, ac Ludouici nepotes ex fratre, Hermannum Lichtenbergium Cancellarium Imperii, Henricum Ducem Brunsouicensem, Ludouicum Ducem Teckensem, Albertum Lichtenbergium equitum Magistrum, Henricum Landgrauium Alsatiæ, Fredericum Burggrauium Norimbergensem, Menhardum Ortenburgium, Guilielmum Montfortium cum Magno Teutonici Ordinis Magistro. Et hi omnes Germani. Ex Italis vero Vice Comites Mediolanenses, & cum Cane Scaligero Marchiones Estenses & Passerinum Mantuani filium.* Male igitur M. CHR. BELG.

summo cum honore Mediolani receptus sit, dominatu tamen eum spoliarit, & in carcerem truserit, cum aliis Vice Comitibus, imposito Mediolanensibus nouo præside ex sua gente, & XXIV. ciuibus in consilio adiunctis, qui remp. administrarent. 95) Licet etiam conspirationis Galeatii contra Imp. caussam subfuisse tradant, quod Ludouicus Imp. in conuentu Vrceense litteris exhibitis singulis demonstrauerit. 96) Beltrandum vero, Comitem cum magnis militiarum copiis in Lombardiam legauit, qui a Ciuibus Communitateque Parmensi, cum magno fauore, gaudioque fuit susceptus. 97) Papa etiam die XX. Octobris 1327. contra Ludouicum vltimam dedit excommunicationis sententiam. 98)

§. XIX. Dum autem Romani legatos Auenionem ad Papam misissent, vt sedem suam Romam reduceret, postulantes. Hoc illud denegante, Ludouicum, Romam vt veniret, inuitans. 99) Hoc etiam veniente, summo Populi adplausu fuit receptus, atque die

BELG. p. 291. *Præfatus Ludouicus spretis omnibus excommunicationis sententiis & processibus contra eum factis & publice in consistorio per Ioannem Papam vigesimum secundum promulgatis Italiam est ingressus cum fauore partium, peruenitque ad ciuitatem Pisanam, & fuit receptus a Pisanis, vbi seipsum coronari in Imperatorem, per quendam sacrilegum Antipapam, & sic coronatum ostentari in vrbe, legibus & ordine peruersis facit.*

95) ALBERTINVS MVSSATVS Ludouico Bauaro p. 2. *Ludouicus per iugosas vias perambulans Cumanos peragrans fines, Mediolanum contendit. Ibi a Viccecomitibus comiter grataniterque acceptus Curiam suam posuit, Mediolanique multo Primorum, & Populi fauore in ditionem accepit, vt iam Vice Comitum dominia sic cederent, vt non maiori præeminentia, quam pro singularibus Ciuibus haberentur. Dumque sic minutis potentiis occumberent magna potentiorum Ciuium manus aduersus illos sumptis fiduciis querelas nouas Ludouico exposuere. Non expedire bono, & iusto Regi Commune Mediolani, & subditos suos Ciues collectionibus, quas magnas exigi mandauerat, grauare: Apud Dominatores suos solitos æra, pecuniasque communes esse, quas paulo ante, vbi Rex ipse magnifice susciperetur, exegerant. Allectus verbis nominati æris Rex, apud quem illorum pecunia hæc esset, seorsum quæsiuit. De Galaaz notione habita, acciri illum iussit, qui de re quæsitus aduersus indices nauseans illos mentiri superbo animo, vultuque & verbis acribus respondit: nec Regi ea reuerentia, qua decuerat, deferens in annunciatores rei huius minas iactabat. In quem mox ira non mediocri lacessitus insurrexit, nec inde pedes admouere, nisi exhibitis pecuniis, imperauit. Interim Galaaz superbum, atque insolentem, ac parere recusantem in atrum profundum carcerem detrudi neruoque pedes astringi fecit. Moxque Azo, Marcus, & reliqui prosapia Vice-Comitum a Regis facie semoti sibi sparsim hinc, atque hinc delituere. Omnique priori potestate, atque eminentiis priuati sunt. Exhibitis igitur Rex pecuniis Commune, & Populum exoneratos nouis Collectionibus exhilarauit: Regimini Mediolani, ut solemnibus communibusque Ciuium consiliis regeretur, formam dedit. Animaduersio hæc a Ludouico in Vice Comites facta Tyrannis cæteris Lombardiæ ingentes terrores incussit, vt de ipso diffidentes deinceps ab eius supereminentia in suis terris præcauere attentiores fierent; nec tamen ob id suspicionis quidpiam ostendentes, ne tanto labore, & impensis cœptas fiducias lacerarent.* ALBERTVS ARGENTORATENSIS p. 124. *iuerat autem illis diebus Ludouicus in Lombardiam, quem Galeatius Dominus Mediolanensis sumptuose deduxit, quem tamen post magnam sibi datam pecuniam, Romam quasi captiuatum traduxit, Wilhelmo de Monteforti Mediolanum committens: quod non Imperii, sed facta sua agens, & pecuniam ad partes transmittens, Imperium negligebat; propter quod, quamuis æstimaretur in virilibus gestis valentior huius mundi, non tamen extitit ibi nimium commendatus.* H. REBDORFF *ad a. 1322.* VILLANVS *ad a. 1327.* Ludouicum tamen ideo excusat HERWARTVS *ad a. 1327. n. 39. sqq.* BVRGVNDVS *lib. II. pag. 99.*

96) VILLANVS ad an. 1327. *Captiuitatem Galeacii suorumque admirati sunt omnes Tyranni Gibellini Lombardiæ & Hetruriæ sibique timuerunt, quia proprio studio & expensis, potentiaque Galeacii, imo ipsius consilio Bauarus ex Germania se mouens, in Lombardiam venerat, quem tamen primum dominio suo deposuerat, & in carcerem coniecerat. Quare Bauarus generalem indixit conuentum in castello quodam districtus Brixiæ Orzi nomine celebrandum, ad quem singulos decuriones Lombardiæ & Hetruriæ ex parte Imperii vocauit, dieque 12. Augusti eiusdem anni Mediolano discessit. Huic conuentui intererant Canis Scaliger, Passerinus Mantuæ dominus Rinaldus ex Marchionibus Estensibus & Guido Tarlatus depositus Episcopus Aretinus, Oratoresque Castrucii, omniumque Imperii oppidorum. Hic epistolæ omnes publicatæ sunt a Galeacio ad Pontificis legatum contra dictum Bauarum scriptæ, vt caussa captiuitatis eius ostenderetur. Quidam veras illas, quidam falsas fuisse tradunt.* Aliam caussam habet CORIVS Hist. Mediol. ad a. 1329. *accidit primo die Iulii, vt cum Bauarus Stephanum Galeacii fratrem, & minorem ex Matthæi filiis in aulam suam suscepisset, & poculum sibi porrigenti ipsi vt prægustaret, commisisset, ille repente in morbum incideret statimque mortuus in templo S. Eustorgii sepeliretur. Quare cum Stephanus in suspicionem venisset, ac si venenum Imperatori porrigere voluisset, quamprimum Galeacium, Ioannem Luchinum & Azonem comprehendi iussit.* ADLZREITER *p. II. lib. II. n. 14.*

97) ALBERTINVS MVSSATVS p. 2. *intercaio hunc Ludouicum, conatusque tam apertos Summus Pontifex ab latere vnum, scilicet Beltrandum cum magnis militiarum copiis in Lombardiam legauit, qui a Ciuibus Communitateque Parmæ prædominantibus Rubeis in Parmam Ciuitatem cum magno fauore, gaudioque susceptus est.*

98) VILLANVS ad an. 1327. *eodem anno die 20. Octobr. Ioannes Pontifex Auinione vltimam excommunicationis sententiam dedit contra Bauarum tanquam persecutorem Ecclesiæ, fautorem hæreticorum eumque omni dignitate iureque spiritualique temporalique priuauit.*

99) ALBERTVS MVSSATVS pag. 2. *per hæc momenta Romani, qui longo iam tempore Romanæ Curiæ in eorum immensa damna, & ignominias caruissent, Legatos primum Auinionem ad Summum Pontificem, transmisere petituros ipsum Summum Pontificem, Curiamque in Italiam, Romam scilicet, transferri: Sedem Sanctam Apostolicam a B. Petro, Sanctisque Patribus ibidem præconstitutam, quem se accepturos summis desideriis, fauoribus, honoribusque spondebant, obedituros que votis communibus ac supplicibus. At siquidem hæc, sicut alias pluries requisitus, renuerit, viduamque Sedem deseruerit, Ludouicum Regem dictum Romanorum, & quamuis nomen, titulumque Romanorum Regis ferentem, in Vrbe accepturos vt Roma Caput Mundi apicis sui gloriam non amittat,*

die XVII. Ian. 1328, ex parte totius Rom. Populi per Senatores, Præfectum vrbis, Serram Columnam & Cancellarium populi Romani, omnibus nobilibus acclamantibus, in Templo S. Petri, cum ipsa coniuge Imperiali diademate fuit insignitus. 100) Licet non deessent, qui hanc coronationem tanquam illegitimam reiicerent, atque Ludouicum eo quod a Papa non adprobatus, rebellibus Ecclesiæ Vice-Comitibus auxilia præstiterit, monitisque omnibus contemptis, se Ecclesiæ contrarium exhibuerit, Robertum, Apuliæ Regem, aliosque Ecclesiæ amicos oppresserit, Papam deposuerit, eius imaginem cremari fecerit, ex numero Impp. excluderent. 1) Inde ordinato statu Reipublicæ, conuocata Syno-

mittat, & quatenus ipsi Romani potuerint, vt vtramque Sedem Spiritualem, & Temporalem in Vrbe videant, ac foueant, colant & venerentur, operas dant, Romanamque Vrbi faciem Monarchiam Orbis terræ obseruabunt. Papa legationem Romanorum benigno affatu, facetisque allocutionibus (quemadmodum alta eloquentia, scientiaque præditus erat) suscipiens, deliberandum cum fratribus sibi fore magni momenti consilium. Dum neque in proposito solito Romam ire consisteret, Legatos mediis verbis per dies plures suspensos tenuit. Dum & certum responsum quærentibus, moram interponendam, infra quam Romana Ecclesia opportunitas captaretur, respondit. Eant, Ecclesiæ Matri suæ fidem obnixam seruent. Non latere eos, quantis fauoribus a Matre Ecclesia semper foti, atque aliti sint, Imperio Romano, Imperatoribusque iamdudum aduersi, & præuaricantibus. Norint, quid specialiter a Germanis, quantumque sui Maiores semper contumeliarum, & pressurarum acceperint Matre Ecclesia vsque quaque consolante, aut vnquam deficiente. Legati ægre a Papa conciliati discedentes Romam applicuere. Romani iis frustrationibus, a Papa illusi, communi assensu ad Ludouicum Nuncios miserunt. Romam veniat. Romanis, Imperioque suo libere potiatur, cui se paratos ferro, igne, omnibus obsequiis spondebant. Mox Ludouicus prosperarum rerum successum non renuens, Mediolanum egressus per breuiores meatus Lombardiam peragrans per Lunenses agros Pisas contendit, indeque celeri cursu paucis diætis Romam ingressus est. Populus Romanus vt Deo ab excelsis veniente gauisus; illum magnis alacritatibus, præconiorumque applausibus excepit. VILLANI *p. 694.*

100) CORTVSII histor. Paduæ lib. III. c. XI. *reuoluto anno Domini, scilicet in MCCCXXVIII. die VI. Ianuarii, Ludouicus intrauit Romam, & totius Vrbis cum fortiliciis habuit principatum. Die XVII. eiusdem mensis coronatus fuit ab Episcopo Venetiarum, & aliis Episcopis, & præfecto Vrbis in Ecclesia Sancti Petri. Ludouicus Dux Bauariæ ab hac die voluit esse Imperator, licet a Ioanne Summo Pontifice esset pro hæretico condemnatus.* ALBERTVS ARGENT. p. 124. *& post hæc Romam veniens a Romano clero & populo gaudenter & comiter est receptus, ac XVII. die Ianuarii qua cantatur, Omnis terra, anno regni sui XIV. ex parte totius Romani populi, per Senatores, præfectum vrbis & cancellarium populi Romani, omnibus nobilibus acclamantibus, in Ecclesia S. Petri, cum ipsa coniuge, Imperiali extitit diademate insignitus. Prætenderant enim vrbici hoc eis competere, Papa etiam nolente: præsertim cum Senatores prius Papam requisiuerant vt ad vrbem se transferret.* TRITHEMIVS Chron. Hirsaug. ad an. 1328. *Rex igitur Ludouicus iussu Cleri & petitione totius populi septima decima die mensis Ianuarii Romæ apud S. Ioannem Lateranensem, ministerio Stephani de Columna Episcopi sine voluntate Papæ, vna cum vxore Imperator coronatus fuit, anno videlicet Regni sui Germanici sextio decimo, & facta est lætitia magna in populo.* H. REBDORFF. *ad a. 1322.* CHR. ELWANG. *ad a. 1329.* C. CHR. BELG. *pag. 291.* NAVCLERVS *vol. II. Gen. XLV. p. 998.* AVENTINVS *lib. VII. Ann. c. XVII. 7.* NIC. BVRGVNDVS *p. 105. 106.* Coronationis solennia hoc modo describit: *Dicta est inaugurationis dies Sexto Kalend. Febr. (dicendum XVI.) ac medio tempore de honoribus actum. Qui adornandæ pompæ præpositi erant, omnia ad magnificentiam instruebant. Cœperunt deinde cogitare, nihil rite agi posse sine Comite Palatii Lateranensis, qui tunc Romæ nullus habebatur: atque id ipsum ad Ludouicum deferunt. Ille hanc dignitatem Castrucio contulit, aureaque donatum bulla, sua manu baltheo præcinxit. Delectus est Serra Columna, qui consecrato diadema imponeret. Ex quo coronam columnæ impositam gentilitia insignia adhuc ostendant, Buccius Processus, Vrsinus Vrsinius & Petrus Montinigrus ad proxima ab illo destinantur officia assistere iussi. Cæterum inaugurationis solennia in templo Vaticano consueuerunt haberi in cuius viciniam diuerterat Cæsar. Conueniens ergo visum fuit, aulam inde ad sanctæ Mariæ Maioris transferre, quo longius explicaretur festiuus apparatus, possetque pompa spectari a pluribus. Is autem ordo fuit. Primi ibant vrbis signiferi cultu magnifico, sublimes in equis quos ostro instruxerant. Post illos quinquaginta Romanæ libertatis custodes cum præfecto vrbis, quos sequebatur Castrucius, Cæsarem proxime antecedebant, de quibus ante dictum est, quatuor viri, cum diademate & sceptro pretiosissima veste omnes induti. Nec dubito, plures auxisse pompam: Sed nihil præterea memorant annales. Totum iter fulgebat imaginibus & signis. Dependentes ab vtroque latere tapetes & peristromata inferiorem ædium partem absconderant, designabantque viam processuris in Vaticanum. Iacobus Renatus nepos Cardinalis Pratensis & Elleramus episcopi occurrentes intranti in vestibulo templi cum suis infulis dignitatis, ducebant progredientem ad aram, vbi inter solemnes preces sua quisque officia impleuit. Margaretha vxor simul coronata est, geminauitque illa mox lætitiam edito partu, qui Ludouici Romani nomen accepit. Peractis solemniis Imperator foris se conspicuum ostendens exspectantibus, pro concione edixit protecturum se Catholicam fidem, conueniente honore culturum religiosos & sacerdotes, viduis ac pupillis iura daturum. Acclamatum tunc est a multitudine confusis vocibus viuat Imperator. Atque inde itum in Capitolium ad epulas, quas publice exhiberi iusserat.*

1) Facit huc potissimum ALBERTINVS MVSSATVS dum p. 9. ait: *de hoc Ludouico cur nondum ipsum Cæsarem aut Imperatorem vocauerimus, depriumerimus, non incongruum putamus. Vere quidem electionem primitiuam a veris Imperii Electoribus satis idoneam fateri non prohibemur. Itemque & victum prælio campestri Fridericum Austriæ Ducem, cum pro causa Imperii certaretur, constare satis volumus. Reliquiasque Domini nostri Iesu Christi, lanceam scilicet, & clauos, quæ veluti pignora quædam veri Imperatoris, & Romani Regis habentur, ab illo eodem bello quæsita patenter, sicut vera sunt, indubitanter asserimus. Rursusque & ipsum strenuo animo Alpes transisse; Mediolani Coronam ferream suscepisse, inde per Tusciam permeantem Romam peruolasse, in Capitolio sedisse, Senatorem, Consulesque ac Decuriones, & Tribunos more Romani Imperatoris creasse. Populi Romani concione laudatum, approbatum fuisse, omnia vasto animo aggressum, quæ viro audaciæ, eximiæque virtutis pertinuerint. Hunc, & nomine, & re dignum Cæsarem, Romanorumque Regem nuncupandum, vocandum dignumque fuisse. His tam grandibus excellentibusque præconiis alia in*

oppos-

Synodo in gesta Iohannis XXII. cœpit inquirere, quem læsæ Maiestatis, variorumque Criminum conuictum ex synodali decreto Hæreticum adpellat atque IV. Kl. Maii Petrum Rainalucium, Ordinis Minorum, ex Reatini agri vico Corbario oriundum, sub Nicolai V. nomine Papam constituit. 2) Iohannes XXII. vero contra Imp. Processum instituit, a. 1330.

oppositum altera populorum opinione proposita inducebantur, hunc scilicet primis sui Principatus initiis Papæ Ioannis, Sanctæque Romanæ Ecclesiæ communicationem, reuerentiamque spreuisse, damnatis a Papa, rebellibusque Ecclesiæ Vicecomitibus auxilia præstitisse, monitisque omnibus contemptis se ipsum rebellem exhibuisse, Tyrannorum Longobardorum, & Tuscorum ductu in Italiam transiisse, partiarumque se ostendisse, vt Robertum Apuliæ Regem, cæterosque terrarum, Italiaque Ecclesiæ amicos Principes ac Populos eorum Tyrannorum suggestionibus (quatenus ipse, ipsique potuissent) oppressisset. Quodque prauis aliquorum sibi adiunctorum consiliis Papam Ioannem abbominatus, ac detestatus furioso Plebeiorum, Populique Rom. clamore, accensoque rumore in illum sub nullius sacri, solemnisque iuris serie, solius facti executione, depositionis, hæreticæque superstitionis sententiam fulminasset. Neue diuini, humanique iuris adlusioni, sacrarumque constitutionum, ac consuetudinum quidquam deesset, turpi ludibrio, periculosoque Christiani ritus discrimine, Antipapam, Cardinalesque creasse sub clamore, fauoreque dementia popularis sub sacri Manti Papalis effigie galerorumque rubeorum. Ad vltimumque ac fœdum, Cœtum Consistoriumque constituisse. De potentia Papæ factuosas per imperitos Consodales suos astu partiario conscriptiones promulgasse. Denique & simplicissimorum puerorum more Ioannis Papæ Ideam, seu imaginem ex stramine formari passum esse, ipsamque imaginem Ioannis Papæ nomine igni adiudicatam cremasse. Quæ quidem talia toti Mundo horrenda, abbominandaque Ludouico huic leuitatis, paruæque prudentiæ, potius pauca maturitatis infamiam attulere. Verum cum per plurimos Imperialis factionis hæc iam dictis Consodalibus, prauisque Consiliariis, quam ipsi Ludouico ascribi dicerent, vsquequaque tamen ipsa excusatio non leuabat. Ob quas rerum varietates ii Mortalium, qui Ioannem Papam, vti Sacrosanctæ Ecclesiæ Ordinarium Caput, obseruatumque venerabantur, Ludouicum hunc Cæsarei, Imperatoriique nominis dignum negabant, Bauarum vocitabant, reliqui, quorum longe minor numerus erat, Imperatorem Romanorum. Nos maiori parti adhærentes, & Ioanni Papæ, Ecclesiæque deferentes, quod profecto nobis æquius videbatur, maxime ob enormes creatorum Antipapæ, & Anticardinalium ignominias, Ludouici tantum nomen expressimus, nil ipsius merito, dignitati auctoritatique detrahere intendentes, sed veritatis iudicium reseruantes.

2) ALBERTINVS MVSSATVS p. 3. *Sicque Ludouici Romanorum Regis Nomen, ac Titulum vociferante Populo, illum Viuere, ac Regnare, in Capitolium ipse, Reginaque pariter consedere, concessa Populo, Plebique Rom. de rebus Imperii, potestate consulendi, efficiendique quicquid statui Reipublicæ pertineret. Plebs vero ac Populus (vt eorum moris semper est) gaudere nouis rebus, non modo Ludouici nomen extollere; sed & Papam Ioannem detestari, criminari in publicum capere, verumque Papam negare. Noua crimina in eum adiicere. Dum a plebe primum succreuit vox, in ipsumque Vulgus inualuit, Reprobum Ioannem Papam, atque non Papam haberi. Nouum creandum Summum Pontificem, qui sibi Fratrum Cardinalium nouorum Conuentum conerect, atque constituat, Sacrosanctam Ecclesiam Romanam, in suam Romam ordinariis Basilicis regat, reuerenter Officiorum Diuinorum celebritate decoret, illum Ioannes, qui trans Montes sacra Ecclesia alludit, anathematizet, hic colatur in reuerentiaque Romanorum, & totius Orbis terræ habeatur, cui & specialiter pareat vtrumque Tribunal, & spiritualiter, & temporaliter Romæ consistat. Vox hæc, communeque Plebis vulgare ad Populum, & Patres conscendit, adeoque frequens increbuit, vt pari omnium consensu ad Ludouicum Regem suum hæc retulerint, striique obnixe postulauerint. Ludouicus Fortunæ eius, successum non abnuens inter Primates sui contubernii, quos secum ex Alemannia abduxerat, hæc exequenda, & consiliis examinanda diligenter proposuit. In iis Italici duo erant, qui Ludouici productioni operas multas dederant, eiusque lateri se adiunxerant, quorum consiliis potissimum fruebatur. Marsilius de Raymundinis Ciuis Paduanus plebeius Philosophiæ gnarus; & ore disertus, & Vbertinus de Casale Iauuensis Monachus Vir similiter astutus, & ingeniosus. Cum his, & reliquis sua Communionis (vt dictum est) consilio firmato, decretum est Populi Romani inductionibus, consiliisque adhærere, nec ab eorum consiliis, ac assensibus discedere. Ipsi decernant, suo Senatus, Tribunatusque consilio in omnibus parendum. Protinus vehementissimis Populi Romani caloribus, ignitisque ad has res nouas animis Ioannes XXII. Papa communicationibus propinatis in personam, & actus eius, prout iam dicti Marsilius, & Vbertinus consultores, ac etiam processum dictatores conscribere, atque componere multo studio sciuerunt, edicta a Senatu, Populoque Romano promulgata sunt; Ioannem eo vsque dictum Papam, tanquam Schismaticum, Prophanum, & Hæreticum, cassum, & reprobum, seu reprobatum, adiectis in eo contextu causis plurimis, quas probabiles; imo & manifestas asserebant, inter quas causas vnam hic exponere locus admonet. Per plurimos ante annos inter Ordines Fratrum prædicatorum, & Minorum lis quædam grandisque contentio oborta schisma grande, ac iurgium, & ignominiosum discrimen attulerat, super Domini nostri Iesu Christi, & illum imitantium Paupertate, dicentibus Fratribus Minoribus, eisque adhærentibus, quod ipsi ipsum Dominum Christum & vitam eius imitantes non habebant alicuius rei nisi simplicem vsum facti, abdicatum, & denudatum ab omni proprietate, vel iure vtendi. Prædicatores vero dicebant ipsos Fratres Minores non solum habere simplicem vsum facti; sed habere etiam ius vtendi. Quare, si non haberent Ius vtendi, non haberent ipsum vsum, nisi aliquod ius haberent, propter quod liceret iis vti ipsa re, seu rebus: & quod ipse Christus non habuit in aliquibus rebus sic simplicem vsum facti, quin & ius vtendi habuerit, sine quo iure vsus eius fuisset iniustus. Et in hanc opinionem Papa Ioannes XXII. firmatus constitutum fecerat solenne, & contra sentientes, vel dicentes Hæreticos promulgarat Ordine Prædicatorum cum eo vnanimi, & concordi. Hanc causam sumpsere consultores Ludouici prædicti, & sententia dictatores. Insuper de potentia Papæ consultores iidem, ac dictatores distinctum quoddam in suis optionibus composuere Chirographum, secundum quod ipsum Ioannem multifariam errasse censebant, in Romanis Basilicis diuulgatum. Moxque hæc sumpta sibi Romani auctore Ludouico eorum Rege, & Principe omnia legitime agendi potestate, vt, quæcunque constituerent, legis vigorem haberent, deposito, ac renocato Ioanne, magnis instantiis induxere Virum vnum Ordinis Minorum eo vsque vita, & honestate probatum Petrum de Cornaria Summi Pontificatus Sedem, & Diadema suscipere proficientibus illum Ludouico, & Romanis sub plenitudine potestatis. Qui paucis post diebus Confratres sibi Cardinales delegit, Conuentumque constituit, cum quibus faciem Pontificatus, & Papalis induit maiestatis.*

1330. gratissima excommunicationis sententia contemnat, 3) contra quos Imp. ad Concilium adpellauit. 4)

§. XX. Imp. interea contra Robertum Apuliæ Regem, arma tentabat, qui iam antea eo desperationis venerat, vt de fuga cogitaret in Galliam, vacuum regnum relicturus; sed dum Cæsar Romæ hæreret, tempus Roberto dedit adparandi, hinc prouincia bene disposita, vrbibusque munitis, hoc potissimum curauit, ne ex regno suo annona Romam eueheretur. 5) Castrucius vero cum multis Pisanorum & Lucanorum copiis Ludouico acce-

NICOLAVS SPECIALIS *Rer. Sicul. lib. VIII. c. I. Anno itaque Domini MCCCXXVIII. Ludouicus Imperator apud vrbem Romam profectus, in tædium Domini Iohannis summi Pontificis in Romana Ecclesia præsidentis, qui se illi publice opponebat, Nicolaum quendam de ordine Minorum præfecit Ecclesiæ, ipsumque Romanum Pontificem voluit nominari.* BERNH. GVIDO Vita Iohannis XXII. p. 141. *Qui Ludouicus prauo vsus malorum consilio contra eundem summum Pontificem Vicarium Domini Iesu Christi & aduersus apostolicam sedem & Ecclesiæ vnitatem multipliciter & barbarice se erexit; veniensque Romam, quendam Pseudoantipapam Romæ fieri fecit legibus & ordine peruersis & execratis orationibus execrari potius quam sacrari sub anno dominicæ incarnationis MCCCXXVII. in mense Maii: cui Antipapato ipse Ludouicus reuerentiam exhibuit tanquam summo Pontifici, & tanquam Papam manutenuit & seduxit in graue scandalum Ecclesiæ Domini Iesu Christi.* Inde in hunc Petrum de Corbario plurimum increpat. In Libro ARNOLDI CAMERARII hæc leguntur: *Litteræ sigillatæ sigillo Ludouici de Bauaria contra plures blasfemias contra Dominum Iohannem Papam XXII. ex quibus ipsum deponebat verbo: quod non expedit explicare. Hanc Ludouici sententiam ab incompetente iudice latam nullam fuisse scripsit* ALVARVS PELAGIVS *lib. I. de planctu Ecclesiæ cap. XXXVI. f. 13.* scribens: *Quatem ergo sententiam, dare potuit in imperio intrusus contra Papam catholicum, cui tota Ecclesia, sicut tenetur, obedit & tenet eum pro Papa, non auditum, non confessum, non conuictum, non rei euidentia hereticum?* ALBERTVS ARGENT. p. 124. *Ludouicus etiam Ioanni Papæ pro tunc crimen læsæ maiestatis & hæresim impingebat. Post hæc Petrum de Corbario fratrem Minorem in summum Pontificem, quantum in eis est, creauerunt, & hoc multis creatis Cardinalibus & Episcopis, per illos magnum in Ecclesia Dei scandalum est subortum.* H. REBDORFF ad a. 1322. *eodem anno idem Ludwicus ad complacentium populo Romano, & ad suggestionem quorundam clericorum & laicorum, quendam fratrem de ordine Minorum nomine Petrum de Curuario erexit, & post coronationem suam (vt infra) præfecit in Papam, vel potius in Antipapam, deponens Papam Iohannem XXII. qui tunc curiam Romanam Auinione tenebat, qui quidem Antipapa se appellauit Nicolaum V. & consecratus est ab Episcopo Castellano & aliis hæresiarchis in Vrbe. Non intelligas, quod Antipapa prædictus ipsum coronauit a principio, sed quidam antiquus Romanus præfectus Vrbis & Dominus in Biterbo, Dominica qua canitur, Omnis terra. Et post hanc coronationem secundo anno mense Aprili sequenti, prædictum Petrum Antipapam (vt prædicitur) fecit, qui postea exercitium gladii temporalis commisit eidem Ludwico Imperatori in Vrbe, & ab eo tempore citra se Imperatorem scripsit. Sed post recessum Ludwici de Italia rediens Antipapa ad gratiam Ioannis Papæ, & ecce pœnituit de commissis, & sepultus est Auinione.* CORTVSII nouit. Paduæ lib. III. c. XI. *contra summum Pontificem, qui erat in Auinione, formauit suos processus, & demum eum pronuntiauit hæreticum. Et asserent velle de nouo Pastore prouidere, Fratrem suum, vnum de Ordine Sancti Francisci, Romanæ Vrbis fecit Episcopum, qui nominatus fuit Nicola Quintus.* Et paullo post: *eodem anno mense Augusti, Petrus de Cornouo, dictus Nicola Quintus, videns expresse, quod Ludouici potentia declinabat, eo inscio iuit Auinionem, & se Ioanni Summo Pontifici præsentauit, a quo veniam habuit postulatam.* CHR. ELWANG. *ad an. 1329.* NAVCLERVS. M. CHR. BELG. *c. l.* BVRGVNDVS p. 107. Extat Decretum Cæsaris de exauctoratione & abdicatione Iohannis XXII. apud AVENTINVM *lib. VII. c. XVII.* §. 8. & GOLDASTVM *T. I. p. 328. 329.* in quo inter alia dicitur: *Mysticus est Anti-Christus, canis pelliculo tectus, in gregem Christi lupina rabie grassatur; vendit scelera, inferos, superos, beneficia cœlestia cauponatur, cum Saracenis Armenianos Christianos quinque annis continentur eius opem implorantes infestantibus fœdus societatemque iniit.* Sic extant Litteræ Cæsaris ad Ottonem Ducem Brunsuicensem apud LEIBNITIVM *in Mantissa Cod. Iur. Gent. diplomatici* §. *XLVII.* in qua Papam apostatam vocat.

3) Extat ista apud HARDVINVM *Concil. Tom. VII. p. 1416.*

4) Extant desuper Ludouici Bauari Querelæ ad Ottonem, Ducem Brunsuicensem de a. 1328. apud LVDEWIG *Reliquiis Mstorum Tom. II. p. 283.* in quibus: *quod Ioannes ille apostaticus, qui se papam vigesimum secundum cognominat, hostis fidei & imperii sicut calumpniator iuris & subuersor iudicii, in Dei omnipotentis offensam, sue salutis dispendium, multorum scandalum & nostram iniuriam manifestam quasdam contra nos criminationes, quas processus appellat, cum verius notorii sint excessus, non semel sed pluries temere diuulgauit, aduersus quas & quos circumcincti stola iustiue & armati lorica fidei, tectique clipeo illese conscientie, in eorum textum & ante promulgationem legitime appellationis, nobis prouidimus interiecta, sicut eiusdem appellationis nostre tenorem & seriem ad veram notitiam dudum credimus deuenisse.* Inde Ottonis auxilium implorat. Extant etiam *p. 328.* eædem Querelæ ad Albertum, Episcopum Halberstadtensem, & potissimum Ludouici Processus contra Ioannem XXII. apud BALVZIVM *Vitis Paparum Aueniomensium Collect. Actorum Veterum p. 512. 522.*

5) ALBERTINVS MVSSATVS p. 6. *Ludouicus, cui nulla, quatenus vires suppetiissent, audacia deerat, Regnum Apuliæ aggredi vehementi animo aspirabat, quascunque poterat in Vrbe copias accumulans. Robertus vero, dum illo & diuitiarum & omnium fere copiarum & fortior, potentiorque cerneretur, Regno suo consistere, nec vltra discurrere multa prudentia disposuit, seque suosque continuit, cum a Tuscis, & Italiæ Gelfis ad concertandum multis suasionibus induceretur. Ille tamen immobilis, atque in se consistens Vrbes, Prouincias, Municipia, & Colonias suas munire, circumuallare, in vigilibus præsidiis spem habere, procul Ludouicum ipsum productione quam bellis apertis fatigare. Nouerat siquidem Populi Romani mobilitatem, atque inconstantiam, quodque illis Ludouicus plus honori, quam emolumento foret, dum cum suis Germanis gente soluta, & licentiosa illis fastidia, damnosaque tædia inferret. Curaque summe Roberto erat, ne de suis finibus, terrisque Regni per plana, per æquora Romam annona, victualiaque deferrentur, quorum carentia Romanus populus afficeretur. Idque Roberto ad votum succedebat. Nam subito Romæ multa irrepsit rerum carentia, qua & Germanos & Romanos admodum coangustabat.* ALBERTVS ARGENT. p. 124. *ipse autem Ludo-*

accedebat; eiusdemque partes plurimum iuuit, qui mox a. 1328. senator vrbis 6) atque ab Imp. Dux Lucanorum & vexillifer S. R. I. fuit constitutus, 7) qui tamen paullo post morte fuit praeuentus. 8) Inde Romanorum rebellione, Italorum defectione agitatus Imp. in Germaniam reuerti constituit, atque in Tusciam venit, Lucanis dominum praefecit, sed Mediolanum frustra obsedit. 9) Antequam in Germaniam rediret, per pactum Ticinense a. 1329. paternam hæreditatem cum fratris Rudolphi in exilio defuncti filiis diuisit, qua ipsi Bauaria cessit, fratris filiis Palatinatus, communem autem Septemuiratum ita partitus est, vt sui fratrisque liberi atque hæredes alternatim suffragia ferrent in Comitiis. 10) Cuius executio facta fuit post reditum ipsius in Germaniam. 11)

§. XXI.

Ludouicus habitis tractatibus cum rege Siciliae, terram Roberti Regis, scil. Apuliam, ingredi intendebat. Robertus quoque collectis omnibus terram illam relinquere, si Caesar accelerasset, & in Prouinciam intenderat se transferre. At ipse Caesar segnis tanto tempore, stetit otiosus in vrbe, quod quasi omnia expendebat. NIC. BVRGVNDVS *lib. II. p* 114.

6) ALBERT. MVSSATVS p. 6. *ab auxiliaribus Tyrannis Lombardis, Tuscisque Ludouicus frequenter subsidia postulabat, qui illum plurimum pollicitationibus frustabantur. Castrucius tamen cum multis Pisanorum, Lucensium, & suorum subditorum turbis Viri strenui (sicut erat) vices agens, Romam ad Ludouicum se contulit, vbi eximio fauore susceptus a Ludouico, & Populo Romano, mox vrbis Romae Senator creatus est, Curiamque Ludouici adeo auxit magnitudine, ac fauore, vt quibusque Imperialis partis per vniuersam Italiam amicis spes succrescerent, reliquis magno metu forent.*

7) Extat diploma apud FREHERVM, MEIBOMIVM *Tomo III. Rer. German. p.* 209. LEIBNITIVM *p. I. Cod. Iur. Gent. Diplom. n. LXV.* du MONT *Corps Diplom. Tom. I. p. II. p.* 106. 108. Vitam ipsius sigillatim descripsit NICOLAVS MACHIAVELLVS, quae ipsius Historiae Florentinae est adnexa.

8) MVSSATVS p. 7. *Castrucius vir robustae fortitudinis mox, dum Roma digressus in Lucam rediit, & ipse morte praeuentus est.* H. REBDORFF ad a. 1328. *Roma egressus, reuersus in Tusciam, ad Ciuitatem Pisanam, & Lucanam, & sedato ibi quodam rumore inter Lucanos, & filios Castrucii praemortui, Dominium Ciuitatis Lucanae abstulit filiis praedictis, quibus & Patri eodem anno concesserat, & nouum Dominum praefecit ibidem, & exinde transiens obsedit Mediolanum remoto Hugone, Comite de Monteforti.*

9) MVSSATVS p. 8. *verum subito apud Cremonam noua ingrata, horrendaque Ludouico allata sunt, Azonem olim Galaaz filium Vicecomitem cum ciuibus, amicisque suae factionis Ciuitatem Mediolani in se summque Dominium occupasse, rebellemque Ludouico se fecisse. Paucorumque fere dierum intercessione & de Luca acceptum est Marcum Balatronem Vice Comitem cum Castrucii filio, quos praesidio Lucae Ludouicus reliquerat socia coniuratione rebellasse, & cum Florentinis, Gelfisque Tusciae pacem in Ludouici odium, praeiudiciumque temptare. Furlivienses quoque spreto, recusatoque Ludouici Imperio mandata Ecclesiae, Legatique Apostolicae Sedis iurasse, multas per Tusciae terras eadem attentare, in Longobardiaque plurimas vrbes, scilicet Papiam, Pergamum, & Laudem deficere, ac palam defecisse, solum Canem cum Ludouico Mantuae Dominatore, & Parmensibus Ludouici fidem tenuisse, nec tamen adeo de Ludouico fidere, vt illum in Vrbium suarum moenia admitterent.* H. REBDORFF ad a. 1322. *Anno regni sui quartodecimo, quod gens sua magnas insolentias fecit in Vrbe, & nimis in acquirendis expensis grauauit populum Romanum, quia Ludwicus persoluit eis stipendia, populus Romanus cogitauit occulte expellere de vrbe ipsum; quod ipse praeueniens confuse recessit ab Vrbe, & reuersus est in Tusciam ad ciuitatem Pisanam & Lucanam, & sedato ibi quodam rumore inter Lucanos & filios Castrucii praemortui, dominium ciuitatis Lucanae abstulit filiis praedictis (quibus & pater eodem anno concesserat) & nouum Dominum praefecit ibidem, & exinde transiens obsedit Mediolanum, remoto Hugone Comite de Monteforti, rebellare incepit eidem, sed parum profecit ibidem.* BOSSIVS ad a. 1329. *Ludouicus inuasor imperii cum nihil per obsidionem proficeret exhaustis opibus diuturno bello, pactus cum Mediolanensibus duodecim florenorum milia eos obsidione soluit praesidium quoque suum a Modoëcia, quam occupatam tenebat, auocauit, & peruectus classe Papiam per Ticinellum in Germaniam demum migrauit.*

10) H. REBDORFF ad a. 1329. Totum vero negotium hac ratione exponit ANDR. PRESBYTER p. 34. *Rudolphus Comes Palatinus Rheni, Electorque Romani Imperii, dum frater suus Ludouicus Dux Bauariae in Romanorum Regem eligeretur, ipse elegit Ducem Austriae, cuius superius in hoc opusculo mentio est facta. Accidit igitur, vt ipse Ludouicus Romanorum Imperator, contra eundem Rudolphum fratrem suum tantum inualesceret, quod eum de omnibus bonis suis, scilicet Comitatu Rheni & Ducatu Bauariae, manu forti depelleret; sicut fertur, quod ipse Rudolphus exul in partibus Moraniae, apud socerum suum moreretur. Iste Rudolphus ex Mechtilde filia Adolphi Regis Romanorum reliquit filios tres Rudolphum, Rupertum, & Adolphum. Rudolphus vnicam filiam habuit, quae Regi Bohemorum data est in vxorem. Rupertus vero, vulgo Rufus vocatus, eo quod rufam barbam haberet, decessit sine liberis. Adolphus autem genuit Rupertum. Iste Rupertus (vulgo Adolphus nuncupatus) ex filia Regis Siciliae genuit Rupertum vulgo Chlem nuncupatum postea Romanorum Regem. Igitur Ludouicus Romanorum Imperator videns elegantiam puerorum fratris sui Rudolfi in exilio defuncti, fertur dixisse: pater istorum puerorum peccauit in me, & non filii. Nunquid filii portabunt iniquitatem patris? Absit. Diuisitque terras, Rhenum, Bauariam, Sueuiam & Austriam, dans optionem pueris fratris sui defuncti, vt acciperent partem quam vellent. Qui acceperunt Rhenum, cum aliquibus Comitatibus Bauariae, scilicet Amberg, Napurg, & caeteris. Et haec diuisio facta est Pauiae anno Domini MCCCXXIX feria VI ante festum S. Oswaldi. In hac diuisione (prout in literis desuper confectis habetur) signanter est adiectum; quod primam electionem Romanorum Regis debent habere praedicti Principes a Rudolpho descendentes, alteram vero Principes a Ludouico Imperatore manantes: & haec alternatio inter ipsos & eorum haeredes debet perpetuis temporibus durare. Quicunque vero in hoc iure alterum praesumpserit impedire, perpetuo se nouerit ius electionis vna cum suis haeredibus perdidisse.* AVENTINVS *lib. VII. c. XVII. §.* 20. NIC. BVRGVNDVS *lib. II. p.* 123. FREHERVS *notis ad Andr. Presbyterum p.* 96. TOLNER *Hist. Palat. c. II. p.* 41. Ipsum pactum reperitur in *Chur Bayerischer Ablehnung des Herrn Pfaltzgraffen Caroli Ludouici Manifests* apud LONDORPIVM *Tomo IV. Contin. lib. III. c. CVIII. lit. H. Documentorum.* GEWOLDVS *de Septemuiratu p.* 192. ADLZREITER *p. II. lib. II. n.* 35. 36.

11) HENR. REBDORFIVS ad a. 1329. *anno regni sui decimo quinto, de Italia reuersus est in Alamanniam, & tunc Ducatum Francorum Bauariae, quem antea, post expulsionem & obitum fratris sui, Rudol-*

§. XXI. Audita igitur morte Friderici Austriaci, metuens Imperator, ne Electores ilium eligerent, a Papa instigati, reuertitur a. 1330. in Germaniam. Hoc absente, Ioannes Rex Boemiæ consensu Imp. intrauit Italiam, vocatus a quibusdam Rectoribus ibidem, dicens se Vicarium Imperatoris, sed occultis artibus atque consiliis Carolo filio regnum quærebat, & multæ Ciuitates Lombardiæ ipsi obediebant, ipsum pro Domino recipientes. 12) Habebat etiam magnam familiaritatem cum legato Papæ Ioanne, Cardinali, qui tunc tenuit Dominium Ciuitatis Bononiensis. Propter quod Ludouicus conqueritur Principibus contra eum, dicens, eum contra Imperium excessisse. Sed, anno insequenti, idem Rex, rediens de Italia, super hoc se excusat coram eodem Ludouico in Ratisbona. 13) Anno 1331. Bauariæ terras diuisit inter Henricum atque Ottonem fratres, 14) Sic etiam eiusdem auspiciis Rheni Ciuitates pacem publicam inter se fuerunt pactæ. 15) Anno 1332. vero, suasu potissimum Balduini Treuirensis Præsulis, pacem publicam ad Rheni tractum promulgauit. 16)

§. XXII. Defuncto anno 1335. Henrico Carinthio, Cæsar præterito Iohannis, Bohemiæ Regis filio minore, qui Margaretham ob repandi oris vitium Maultaschiam dictam, Henrici vnicam hæredem habebat in matrimonio, Carinthiam, Carniolam & adiunctas illis regiones, Austriacis fratribus in fidem contulit, sola Tirolensi ditione Margarethæ relicta. 17) Conquestus de eo Iohannes rex ex Italia reuersus apud Principes Germaniæ, Cæsare vero respondente, licere sibi ditiones absque melioris sexus hærede ad Imperium deuolutas prout commodum videretur, aliis adsignare, offensus Rex, inimicum in Cæsarem & Austriacos animum induit. Bohemi igitur vna cum Bauariæ secundæ Duce, Henrico, qui Bohemi filiam duxerat, Austrios inuadunt, qui tamen a Ludouico Imp. fuerunt diuti. Interuentu autem quorundam procerum, induciæ fiunt, ante quarum exitum, Lincii prius, deinde Neostadii conuentus indicitur, tandemque pax inter principes fit, mutuisque adfinitatibus confirmatur.. Ottoni enim Austriaco, qui priorem coniugem, Elisabe-

Rudolphi, pro maiori parte, solus occupauerat, cum filiis eiusdem fratris, Rudolpho & Ruperto, diuisit, quibus cesserunt oppida circa Rhenum, videlicet: Haydelberg, & cætera, ac alia etiam circa nemus Bohemorum, videlicet Amberch, & similia. Ipsi autem Ludwico cessit Monacum, Ingolstat, Legenfelt & similia. Licet restitutio in terras Palatinas Rudolphi filiorum iamdum a. 1318. fuisset facta, quod in *Formula successionis Palatinæ Sect. I. §. VI.* vberius demonstraui.

12) VILLANI ad a. 1329. *nono Decembris cum præcipuorum Parisiensium Reginensium & Mutinensium legatis Parma abscessit, Tridentumque vt cum quibusdam Germaniæ Proceribus cum tyrannis & dominis Lombardiæ loqueretur, pararetque primo eoque tempore bonum nouumque exercitum ad inuadendam Bononiam, Flaminiamque Ecclesiæ eripiendam, profectus est. Dum in concilio illo erat, nunciatum est ei ex Germania aduersarium suum, Ducem Austriæ electum Germaniæ Regem mortuum esse: quare quam primum Italiam relinquens, in Germaniam tetendit nec vltra montes ad nos vnquam rediit.* NIC. BVRGVNDVS lib. II. exeunte *Cæsar tunc Tridenti agendis conuentibus intentus, de bello consultabat, quod proximo vere auctis viribus resumi placuerat, cum mortis nuncius ad eum delatus est. Dilatis igitur ad tempus consiliis in Germaniam vlterioram festinat, ne quid noui molirentur Septemuiri, eum sibi æmulum obiiciendo, dissiparentque comitia quæ indicerentur.* SCHATENIVS *Ann. Paderborn. a.* 1331.

13) Verba sunt H. REBDORFFII *ad a.* 1330. MARTVSII nouit. Paduæ *lib. V. c. I.* ALBERTVS ARGENT. p. 124. *in diebus illis post egressum Ludouici Principis de Italia, viuente Ioanne Papa, Ioannes Rex Bohemiæ cum consensu Principis ingressus est Italiam, & diu inibi manens, Lucanam ciuitatem pro se tenens, quæ eum pro Domino recepit: non immemor patris sui quondam Henrici de Lutzelburg Imperatoris. Qui inibi viriliter se tenuit, & constanter tenens, ac se successorem Imperatoris & pacificatorem Italiæ scribens, Papæ & Imperatori complacere cupiens, & ambobus displicens, obligata Luca cum vecendia reuersus est, nulla sibi vel Principi in Italia parte relicta. Erat autem in diebus illis Bononiæ Legatus Papæ, Bertrandus de Pogeto, Hostiensis Episcopus, Dominium ciuitatis dure tenens, crudeliter multis occisis: qui Bononiam muro circumdans, & sibi fortissimum castrum inibi construens, multaque mala peragens, cui quamuis Guelfissimo ipse Rex Bohemiæ familiaris extitit: tandem per rumorem populi victo repente castro & funditus demolito, turpiter est fugatus.* CHRON. ELWANG. *ad a.* 1331. MVTIVS *lib. XXIV. p.* 230. NAVCLERVS *p.* 998. AVENTINVS *lib. VII. c. XVIII. §. I.* NIC. BVRGVNDVS *p.* 132.

14) H. REBDORFF ad a. 1331. *Henricus & Otto fratres Hainrici patrueles prædictorum, Duces inferioris Bauariæ incipiunt discordare inter se, ac Hainricus tanquam senior volens solus esse Dominus terræ, coactus est per prædictum Ludwicum diuidere terram cum fratre & patrueli inter Ludwicum & Hainricum prædictos. Et sic de cætero in eadem terra magna suborta est discordia, primo inter fratres, deinde mortuo fratri & patrueli inter Ludwicum & Hainricum prædictos.* NIC. BVRGVNDVS lib. III. p. 137. *datis arbitris, Prouincia ita diuisa est, vt Henricus, Stephani filius, quem Seniorem appellant, Landishutum, Straubingam, & Schardingam acciperet, Fratri eius, Ottoni, Burghusium, Ottinga, & cum Traunstanio adiacentes montibus terræ obuenere. Dingolfinga, Landauium, Chambium, Vilshouia, Dekendorfium, Henrico Iuniori data, Ottonis Regis filio.* ANDR. PRESBYTER *p.* 32.

15) Exhibet hasce tabulas DATTIVS *vol. nouo rerum German. lib. I. c. V.* §. 31. Id quod a. 1338. fuit confirmatum. LEHMANN *lib. VII. c. XXXI.* §. 33. 34.

16) Exhibet hasce tabulas LEHMANNVS *lib. VII. c. XXX.* facit etiam huc DATTIVS *c. l.*

17) ALBERTVS ARGENT. p. 125. *habuit autem Rex Bohemiæ duos filios, quorum maior Carolus nomine, qui marchio Morauiæ nominabatur, habuit sororem Philippi Regis Franciæ in vxorem. Minor vero habuit filiam M. Ducis Carinthiæ. Habuit & duas filias, quarum vnam habuit Ioannes primogenitus Regis Franciæ: aliam Henricus Dux Bauariæ. Et ecce mortuo duce Carinthiæ sine filio, sola ipsius regis Bohemiæ nuru relicta, cum ipse Rex sine omni briga crederet in ipso Ducatu filium successurum: Ludouicus Princeps de ipso Ducatu Duces Austriæ, filios sororis ipsius, quondam Ducis Carinthiæ inuestiuit: filio autem Regis Bohemiæ Comitatus Tirolis,*

ſabetham, Stephani Bauari filiam, amiſerat, Anna Regis Bohemiæ filia: & Iohanni, Henrici Bauari filio, Eliſabetha Cæſaris filia, deſpondetur. 18)

§. XXIII. Dum igitur Electorum animos a ſe videret eſſe alienos, Imperator Auguſtæ commorans, a. 1331. Arnoldum Mumbachium, Canonicum Eyſtadtenſem & Vdalricum de Auguſta, ſecretarios ſuos, Oratores miſit, qui Iohanni XXII. pacem offerrent, aſt conatu fruſtraneo. 19) Anno 1333. Halſenſem & Oetingenſem Comites denuo ad Papam mittit. Ottone atque Alberto Auſtriaco Ducibus pro eodem ſupplicantibus, ſed & hoc conatu fruſtraneo. 20) Motus inde Imperator, inſignia Imperii deponere conſtituit, eademque in Henricum Bauarum transferre. Conſcriptæ etiam deſuper tabulæ, hac conditione, ne cuiquam indicium faceret de abdicatione, priusquam ipſe a Pontifice abſolueretur. Sed Henrico hæc diuulgante, ipſis etiam Septemuiris contradicentibus, ſuum eſſe rati, ſucceſſorem deſignare, ipſe renuntiauit. 21) Mortuo interim a. 1334. Iohanne XXII. Benedictus XII. filius piſtoris ipſi fuit ſuffectus. 22) A quo cum iniqua poſtularet Philippus Gallorum Rex, vt ipſi præter Regnum Arelatenſe atque Italiæ Vicariatum, multos theſauros concederet, Papa & Cardinales de componendo cum Ludouico negotio cogitarunt. 23) Ideoque Papa ad Imp. Pictauinum de Montesquimo, Epiſcopum Magalonenſem legatum miſit, qui ipſum adhortarentur, vt ab inceptis & attentatis deſiſteret. 24) Et conditionibus fere compoſitis, anno 1336. Ludouicus duos Comites Oettingenſes, Henricum Siphingum Ordinis Teutonici Commendatorem, Eberhardum Tumouium, Archi Diaconum Auguſtanum, Marquardum de Randeck, Canonicum Auguſtanum, & Vdalricum Cancellarium mittit, abſolutionem ab excommunicatione petituros, 25) Philippo tamen

rolis remanſit. Ex quo ipſe Rex contra Principem mouebatur odio capitali: iuramento affirmans publice, ſe nunquam reformaturum eidem: Papam etiam, Regem Franciæ, & Henricum Ducem Bauariæ, item Reges Hungariæ & Cracouiæ incitans contra ipſum.

18) GERH. a ROO *lib. III. p.* 91.

19) Mandatum deſuper legatis datum in Auguſta feria ſecunda ante vndecim millium virginum, Anno Domini 1331. vna cum litteris Papalibus, ex Archiuo Monacenſi exhibet HERWARTVS *ad a.* 1331. *n.* 2.

20) H. REBDORFF ad a. 1332. *Ludwicus ſolennes ambaſatores videlicet duos Comites de Hals & Ottingen mittit ad Papam Iohannem, petens gratiam Eccleſiæ, & pro eo ſupplicant Otto & Albertus, ſed modicum profecerunt.* BVRGVNDVS lib. III. p. 140. *ſub finem anni* (1332.) *Bohemus ad Pontificem contendit, iturus inde in Italiam. Additi ſunt a Cæſare legati, Halſius & Oetingenſis Comites, quibus etiam Otto Auſtriacus preces ſuas pro Ludouico commiſerat. Sed habita deprecatio nihil valuit. Ne tamen Pontifex ad omnia durus videretur, hactenus Bohemo detulit, vt ſoluturum ſe vtriusque liberos a vinculis excommunicationis promitteret, ſi quando ad matrimonium tranſiretur. Sunt qui Ioannem regem prævaricationis inſimulent, quaſi cum Pontifice colluiſſet, nolletque abſolutum Cæſarem, ne ſecurus ille & liber affectanti Italiæ diadema iure poteſtatis intercederet. Nec a moribus eius recedit. Quippe ingenio verſuto & callido, inſignisque diſſimulandi artifex, iam non ſemel inſidioſa beneuolentia bonitati Ludouici illuſerat. Multisque id ſuſpectum fuit, quod non prius in Italiam quam a Gallo decederet.* Conſtabat enim, Pontificem obnoxium Gallo, & per Gallum maxime ſtare, quo minus Imperator abſolveretur. HERWARTVS *ad a.* 1333. *n.* 1. *ſqq.*

21) H. REBDORFF ad a. 1333. *oritur fama in Alemannia, quod Ludwicus occulte regno renunciauerit, Hainrico Duci inferioris Bauariæ, ſupplicans Principibus, vt eidem Hainrico regni gubernationem committere dignentur, ſuper quo Papa Iohannes conſolatus eſt, quia ad Ludwici depoſitionem nitebatur omnino. Sed Ludwicus immediate audita fama reuocauit hoc, dicens, ſe nunquam cogitaſſe regno renunciare.* NIC. BVRGVNDVS lib. III. p. 141. *dum hæc in Italia geruntur, Imperator interim exercitationis impatiens, & cum Pontificem ex aduerſo obſtinatum videt, redempturus animi tranquillitatem, inſignia Imperii deponere conſtituit, & in Henricum Bauarum transferre. - - - - Conſcriptæ igitur tabulæ ſunt, quibus Henrico reſignabat faſtigium certis conditionibus aſtrictæ: ne fas illi eſſet mortalium cuiquam indicium facere de abdicatione, priusquam ipſe a Pontifice abſolueretur, & ſi veniam impetrare non poſſet, nullum pactum eſſe volebat. At ille inconſulta leuitate, tantum gaudium ſolus non ferens, temerare ſtatim ſuſtinuit tam grande ſecretum. Et non cunctanter fama Germaniam inuaſit, eiuraſſe Cæſarem Imperium.*

22) ALBERTVS ARGENT. *p.* 125. de eo: *fuit enim ex Tholoſa Regis Franciæ, filius piſtoris, Theologorum ſummus, ſed nullus in iure, quem tamen omnes a longisſimis temporibus iuſtiſſimum æſtimabant.* NAVCLERVS *vol. II. gen. XLV. p.* 999. ROLEWINCK *Faſtic. Temp. p.* 84. M. CHRON. BELG. *p.* 297. MVTIVS *lib. XXIV. p.* 132. NIC. BVRGVNDVS *p.* 143.

23) ALBERTVS ARGENT. p. 125. *huic Benedicto in principio creationis ſuæ Philippus Rex Franciæ mittens legatos, audacter, quaſi nihil ſibi denegare auderet, petiit inaudita: inter alia ſcilicet, vt filium ſuum primogenitum, generum Regis Bohemiæ, faceret regem Viennæ: quod ſe faceret vicarium Italiæ, quod ſibi per totam Chriſtianitatem daret decimam decimarum per decennium: & ſibi daret totum Eccleſiæ theſaurum in ſubſidium terræ ſanctæ. De quo ipſe & Cardinales territi, ſe reformare cum Ludouico Romanorum Principe decreuerunt.* BVRGVNDVS *p.* 143. NAVCLERVS *p.* 999.

24) VITA BENEDICTI XII. apud BALVZIVM *p.* 198. *Hic etiam Papa in ſui pontificatus principio miſit nuntios ſuos ad Ludouicum Ducem Bauariæ rebellem & inobedientem Romanæ Eccleſiæ occupatoremque imperii, qui ipſum monerent & exhortarentur ſui parte, vt ab inceptis & attentatis deſiſtendo, ad dictæ Eccleſiæ obedientiam humiliter redire vellet, credens & ſperans erga eum potius proficere tali modo quam ſi continuaret proceſſus contra ipſum incboatos per Dominum Iohannem Papam XXII. prædeceſſorem ſuum. Tamen nec ſic cum ipſo profecit, cum induratus & pertinax permanſerit ſicut prius. Non tamen aliter Papam proſecutus eſt, nec etiam Papa ipſum, ſed ſic in tali quali quiete ſuo tempore remanſerunt.* ALBERTVS ARGENTORATENSIS p. 127. *Miſit autem Papa ſolennem legatum ad Ludouicum Epiſcopum Magolonenſem, qui mores & motum Principis erga Eccleſiam indagaret.* Quarta VITA BENEDICTI XII. *p.* 227.

25) ALBERTVS ARGENT. p. 126. *quod Ludouicus Princeps ex ſcriptis quorundam familiarium ſuorum, quos in curia Papæ ſemper habuit, qui & hoc ex Cardinalibus certisſime intellexerant, intelligens:*

ımen Gallorum & Roberto Siculorum Rege Papam contra Imp. incitantibus, legati infe:to negotio redierunt. 26) Eodem anno 1336. Imp. cum Moguntino, aliisque Episcopis onuentum Spiræ habuit, ex quo Episcopus Curiensis & Gerlacus Comes de Nassau ad apam nuntii fuerunt missi pro absolutione Principis, quibus Papa benigne respondit, se partibus Ludouici minime esse alienum, impediri tamen per minas Philippi Gallorum .egis. 27) Postquam autem Henricus Bauariæ Dux, eo quod cum Ludouico communicasset, a Benedicto XII. Papa banno fuisset notatus, ipseque se a. 1337. per procuratores absol-

ens: statim Papa, & collegio nuncios & literas hu-illime destinauit, qui nuncii a Papa & fratribus docti, qualiter & sub qua forma redire deberent, & ab quibus articulis absolutionem & gratiam petere: erum a Principe, cum illis articulis & mandatis efficientissimis sunt reuersi. Inter quos duo erant Comites de Otingen, & prapositus, Augustensis, & Marquardus de Randecke Canonicus Augustensis, R. Bambergensis, postea per Papam eiusdem Ecclesia prapositus effectus: & magister Vdalricus protonotarius Principis, decretista. Et proposito in publico consistorio, per pradictum de Randeck ex parte Principis umillime, super petitione absolutionis & restitutionis, facundo sermone, de quo omnes qui aderant mirabantur: Papa gratiosissime respondens, dixit: Se & fratres suos de hoc, quod nobilis ramus Ecclesia Alemannia, qui se in persona Domini Ludouici, ladi per Ecclesiam astimans, iam ab arbore Ecclesia separari caperat, eidem arbori cum tam magno honore sedis redintegraretur, plurimum gratulari: multum commendans Alemanniam, & Dominum Ludouicum, quem nobiliorem mundi dicebat: conquerens Regi Italiam per tyrannos, ac Regnum Armenia capi a Paganis, cuius Principes tempore Ioannis Papa & suo Christianorum implorabant auxilium, ac terram Sanctam propter Imperatoris carentiam occupari: vnde merito dixit absolutionem eidem impertiri se debere, qua & dari crastino sperabatur. Tertia VITA BENEDICTI XII. p. 222. *Eodem anno in mense Septembri, secunda die eiusdem, iterum misit Dominus Ludouicus, qui se pro Imperatore gessit, pradictum Comitem de Oetingen, & Eberhardum de Thumenowen, magistrum Marquardum de Randegge Canonicum Augustensem, & magistrum Vlricum de Augusta Notarium suum, & fratrem Henricum de Cyobingen ad Papam Benedictum pro concordia cum pleno mandato omnia faciendi qua Papa petiit pro emenda & intrauerunt die pradicta similiter Auinionem. Et dum expectarent reuersionem Papa ad villam Auinionensem, Papa intellexit, quod quidam e suis familiaribus tam clericis quam laicis petitiones signabant vt Papa, & eas sic signatas cum aliis per Papam signatis miscuerunt, & sic in cancellaria transibant cum veris petitionibus, quas mandauit Papa mense pradicto circa festum exaltationis sancta crucis. Item IV. Kal. Octobris reuersus est Papa Benedictus associatus Cardinalibus & ambassiatoribus prædictis item VII. Idus Octobris in publico Consistorio, quod Benedictus super hoc habuit, propositum fuit per Dominum Marquardum de Randegge, Canonicum Augustensis Ecclesiae, qui vnus fuit de Ambassiatoribus prædictis Domini Ludouici & Legatio talis fuit, qualiter petiit absolui a processibus factis contra eum per Iohannem Papam, offerens se satisfacturum Ecclesiae. Et Papa super hoc respondit se deliberaturum cum fratribus suis qualiter hoc perduceret ad bonum finem, licet grande esset, quod petebatur ab eo, quia in multis excessit pradictus Ludouicus, sed per Benedictum Papam de absolutione pradicti Ludouici nihil penitus fuit determinatum. Et fuit thema proponentis: Eripies me a contradictionibus Populi, & constitues me in caput gentium Ps. XVII.* Tertia VITA BENEDICTI XII. apud BALVZIVM p. 221. *Anno Domini MCCCXXXV. IV. Kal. Maii venit Comes Ludouicus de Oetingen ad Papam Benedictum cum tribus Clericis & Militibus & ambassiatis Domini Ludouici, qui se pro Imperatore gerebat, licet per dominum Iohannem Papam depositus & excommunicatus fuisset. Ipsis autem in curia existentibus, ambassiatores Mediolani & aliarum ciuitatum eis confœderatarum Papa obedientiam faciunt & absolutionem obtinent a sententiis, quibus per Iohannem fuerant irretiti, promittentes se nunquam aliquem pro Imperatore recepturos, nisi prius per Papam esset appellatus.* NIC. BVRGVNDVS *p.* 144. Extant hæ litteræ ad Ludouicum Papam scriptæ apud HERWARTVM *ad a.* 1336. *n.* 4.

26) ALBERTVS ARGENT. c. l. *verum pradictus Rex Francia, & Rex Sicilia, seu Apulia, omnes quasi Cardinales a proposito auerterant preconcepto. Venerant enim ad impediendum factum ad Curiam, duo Archiepiscopi, duo Episcopi, & duo Comites, ex parte Regis Francia, & totidem ex parte regis Roberti: proponentes erroneum esse, tantum haresiarcham preponere Dominis eorum Ecclesia fidelissimis & papamque cauere debere, ne fautor hareticorum diceretur. Papa vero dicente: quod volunt Domini vestri, quod non sit Imperium? illis vero proterue dicentibus: Pater non impingatis hoc Dominis nostris, vel nobis, quod non dicimus, quia contra Imperium non loquimur, sed contra personam Ludouici damnatam. Cumque dicerent, Ludouicum multa contra Ecclesiam fecisse, Papa dixit: imo nos fecimus contra eum: ipse enim cum baculo venisset ad pedes pradecessoris nostri, si voluisset, sed ipse noluit eum recipere: & quicquid ille fecit, Ludouico, pro pradictis regibus, eorum Regnis & posteris extracturum, quam si eum in turri tenerent: penitus nil profecit. Rex Francia etiam in terra sua vndique bona & reditus Cardinalium interdixit & occupauit. Scripserunt etiam illis diebus ad Curiam, Ioannes Rex Bohemia, & Heinricus Dux Bauaria, gener eius, quod de auxilio Hungaria & Cracouia regum & aliorum, alium vellent constituere Regem Romanorum potenter. Et sic Cardinales Papam pro tunc ab absolutione Principis retraxerunt, dicentes: cum sui in partibus suis vellent eum destituere, inconsultum esse sedi, si propter impotentem & inopem tot Principes offensaret. Sic dato alio termino deliberationis, nuncii Principis infecto negotio sunt reuersi.* Ludouici Imp. litteræ patentes apud WENCKERVM *Appar. Archiv. p.* 200. *Do derselbe Babist gestarb, do santen wir zu dem Babist, der e ist, zu drinmaln nachenander unser erbar Botschafft, und embuten Im das wir alles das gehorsam weren zu tun gegen Im unde dem Stul, das wir Got mit Recht und mit unsern Ern getun machten, das mainten wir also mit Got, das wir nichts verieben wolten, das uns schat an unserm Keiserthum.*

27) ALBERTVS ARGENT. p. 127. *in diebus illis Spira conuenientibus Principe, Henrico Moguntinensi de Virnenburg Archiepiscopo, item Argentinensi, Augustensi, Eistettensi, Spirensi, Curiensi, & quibusdam aliis Episcopis Prouincia Moguntine conuocatis, missisque per eos literis & nuntiis, scilicet Episcopo Curiensi, & Gerlaco Comite de Nassawe ad Papam, pro absolutione Principis; & deliberato per eos, si Papa nollet, quod iterum conuenire deberent, & deliberare, quid faciendum esset de eo. Cum Papa Benedictus nuntios recepisset benigne, in aurem nuntiis flens quasi conquerebatur, quod ad Principem esset inclinatus, & quod Rex Francia sibi scripserit certis literis, si Bauarum sine eius voluntate absolueret, peiora sibi fierent, quam Papa Bonifacio a*

suis

absolui petiisset, absolutus etiam fuisset, contra eundem bellum gerit, eius terras deuastat, & contra eum, adiutum licet auxiliis Ioannis Bohemiæ Regis, præualet. 28)

§. XXIV. Anno 1337. nouos ad Papam legatos mittit Imp. Rupertum Comitem Palatinum Rheni, Rudolphi fratris filium & Guilielmum Iuliacensem, quibus Papa se exhibebat fauentem: verum Cardinalibus iterum resistentibus, reconciliatio non fuit secuta. 29) His igitur domum reuersis, Rensæ Comitia mense Iulio 1338. instituit, ad quæ præter Electores multi comparuerunt 30) Principes, in iisdemque facta inuicem de vindicandis Imperii iuribus confœderatione, acta Iohannis XXII. annullantur. 31) Decretum etiam fuit, de Imperatoria Maiestate, & quod sit Imperator, qui ab Electoribus electus, etiamsi a Papa non fuerit vnctus, consecratus & coronatus, hoc addito: *quicunque aliter docuerit, senserit, factitarit, criminis læsæ Maiestatis reus, hostis rei publicæ atque proscriptus esto, capite pœnas soluito, bona eius publica sunto, prædia infiscentur.* 32) Ibidem etiam Electores contra Benedicti XII. attentata primam inter se fecerunt vnionem pro suis & Imperii iuribus defendendis. 33) Idem postea mense Augusto 1338. in Comitiis Francofurtensi-

suis prædecessoribus essent facta: nuntiique ad rogatum Papæ, per Delphinum per montana sunt vsque Lausannam perducti. Idem *p.* 132. Dictæ litteræ apud WENCKERVM *p.* 200. *Nu has unser lieber Fürst, der Erzbischoff von Meintze und ander Bischoye und Prelaten, die bi uns an waren ze Spyre gesant in Botschafft umbe unser Sache zu dem Babiste den haben wir auch geheissen, das wir In alles des volgen wellen, das sie uns heissent tun gegen dem Babist, das wir mit Gote mit Rechte und mit Eren getun mægen. Darumbe biten wir uch, das ir uwer Briefe als sie uns unde dem Rychе aller eilichest und nützlichest gesin mægen sendent zu dem Babiste und In bitend, das er uns und das Rychе lasse bliben bi unsern Ern, wan wir alles das tun wollen gegen dem Stul, das wir billich und ze rechte tun sollen. Darzu gebieten wir uch bi unsern Gnaden, und bi allen den Friheiten, Rechten, Eren, unde Leben, die Ir von uns unde dem Rychе hant, das ir fürbas kein Brieff noc Gebot nicht empfahent, nement, oder kunden lassent noch saltent von dem Stul die wider uns unde das Rych sin unde uns unde dem Rychе ze schaden komen.* Literas, quas Episcopi ex conuentu Spirensi cum dictis nuntiis ad Papam miserunt, exhibet SCHATENIVS *Ann. Paderborn. lib. XIII. ad a.* 1338.

28) H. REBDORFF ad a. 1336. *Ludouicus cum magna potentia ex diuersis regionibus collecta intrauit terram Ducis Bauariæ Hainrici prædicti, & grauiter deuastat eandem, sed in subsidium Hainrici venit Iohannes Rex Bohemiæ socer suus; quod eius filiam in vxorem habuit: potentiæ autem Ludwici resistere non valebat.* TERTIA VITA BENEDICTI p. 242. *Anno Domini MCCCXXXVII. Henricus Dux Bauariæ per procuratores suos, quos ad hoc misit, petiit se absolui a sententiis, quas incurrit communicando cum prædicto Ludouico, & Papa Benedictus anno pontificatus sui tertio ipsum absoluit.* Adde RAYNALDVM *ad a.* 1337. *§. I.*

29) H. REBDORFF ad a. 1337. *Ludwicus solennes nuncios mittit ad Papam Benedictum pro reconciliatione ipsius ad Ecclesiam, videlicet Domino, Rupertum Ducem superioris Bauariæ, filium fratris sui supra nominatum, & Comitem Iuliacensem. Hic Papa gratiosum se ostendit Ludwico, quoad reconciliationem, sed propter resistentiam Cardinalium & alios non est reconciliatio sortita effectum.* BVRGVNDVS *p.* 148. TERTIA VITA BENEDICTI p. 224. *Item anno prædicto* (1337.) *vltima die Ianuarii misit Dominus Ludouicus Dominum Robertum filium Domini Rodulfi fratris sui Ducis Bauariæ & Comitis Palatini vna cum Comite Conrado Iuliacensi ad Dominum Benedictum Papam: qui eos bene recepit die prædicta, qua ingressi fuerunt Auinionem; licet ante fuerunt cum Philippo Rege Francorum, & de illo venerunt die supradicta ad Papam Benedictum. Qui Duci Bauariæ prædicto III. Kal. Aprilis, Dominica qua cantatur Lætare, dedit rosam post Missam; in qua quatuor consecrauit Episcopos & duos benedixit Abbates in sua capella Auinionensi. Prima autem die Aprilis venerunt ambasiatores Domini Regis Franciæ ad eum super causa prædicta. Item III. Idus Aprilis respondit prædictis nuntiis quod dominus eorum non esset pœnitens, & idcirco ad præsens ipsum non posset absoluere. Et sic nunquam absoluit eum Papa Benedictus XII. qui moriebatur sub anno Domini MCCCXLII.* Male igitur IO. BALEVS Cent. IV. p. 373. Ludouicum absolutum fuisse a Benedicto XII. dicit.

30) ALBERTVS ARGENT. p. 129. *interim conuenientes in villa Rens super Rhenum Imperator & Principes electores, confectis desuper literis & iuramentis præstitis, quo imperium & eius iura contra omnes, nullo excepto, manu tenerent, & ad ipsum omnes quos possent, arctarent, nulla absolutione vel quauis occasione obstante, firmarunt.* NIC. BVRGVNDVS *p.* 155. 156. AVENTINVS *lib. VII. c. XVIII. n.* 3. MVLLER *Reichstags-Theatro unter K. Maximilian lib. I. c. XXIV.*

31) Extat ista apud HERWARTVM *ad a.* 1338. §. 34. du MONT *Corps Diplom. Tom. I. p. II. p.* 168. & quidem ex autographo Germanico in latinum sermonem translata. Ex hoc habet SCHILTERVS *de libertate Ecclesf. Germ. lib. III. c. III.* §. 3.

32) Extat hoc decretum apud GOLDASTVM Tomo III. p. 409. in quo hæc verba: *a Curiatis igitur Heptarchis, rebus impositus, continuo more maiorum, atque iure gentium, Rex est & vocatur. Ipsum contra Maiestatem Reip. decus Imperii, Legatos ad Sacerdotem Roman. vt author fiat, copiam administrandi concedat, mittere; eidem iureiurando fidem astringere, atque petere ab eo Vsum Regii diadematis religio est: nullum harum rerum ius omnino est Pastori, qui seruus ouium est & in consecrando Domino gregi seruit. Quippe iure suffragiorum, beneficio Electorum, atque populi, quisque imperat.* Tandem hoc decretum his verbis finitur: *vt autem posthac huiuscemodi malis euitatis, augusta pace, festa quiete, populus Christianus fruatur, ex Consilii decreto, hocque plebiscito decernimus, quæ supra rite solenni, religione adacti, censuimus, perpetuo sancimus edicto, nimirum ex solo electionis beneficio, omnem potestatem Imperiumque proficisci, nec vllo pacto Pontificis Romani in hac re sanctimonia, flaminio, authoritate, consensu opus esse. Quicunque aliter docuerit, senserit, factitarit, crimine læsæ Maiestatis reus, hostis Reipublicæ atque proscriptus esto, capite pœnas soluito, bona eius publica sunto, prædia infiscentur.* AVENTINVS *c. l.* BVRGVNDVS *lib. III. p.* 155.

33) BVRGVNDVS *p.* 156. Extat ipsa Vnionis formula apud MVLLERVM *Reichstags-Theatro unter K. Fridrich den V. p. I. p.* 283.

34) ADLF

tensibus & quidem præsente Eduardo Anglorum Rege 34) communi consensu fuit adprobatum, *atque decretum, eum qui Imperatorem execratum dicat aut sentiat, bullasque huiusmodi pontificias absque consilii decreto recipiat, contra rempublicam fecisse videri.* Insuper ex consilio Guilielmi Occami d. VI. Augusti 1338. Acta Ioannis XXII. Imperiali decreto denuo rescinduntur. 35) Huic singulare addidit decretum de Iure & excellentia Imperii & potestate electi Romanorum Regis. 36) Idem & per Electorum litteras Papæ fuit significatum. 37) Ipse etiam Imp. singulari apologetico se contra Papam defendit. 38)

34) ADLZREITER *p. II. lib. III. n.* 38. qui tamen decretum Rensense & Francofurtense confundit. H. REBDORFF ad a. 1339. *iterum idem Ludwicus solennes nuntios mittit de consilio Principum ad Papam Benedictum pro reconciliatione: quibus sine fine reuersis in Alemanniam Principes Electores Imperii conueniunt, & per iuramenta sua diffiniunt: quod electus in Regem Romanorum a maiori parte eligentium, æqualem potestatem habeat in administratione Imperii, sicut Imperator coronatus, & promittunt in similibus hoc ius defendere contra personam quamcumque. Hæc diffinitio Principum solenniter publicata est eodem anno mense Augusto in Francfurt, & diffinitum est per Principes ibi tunc existentes: quod quicunque de cætero ipsum Ludwicum tenet excommunicatum, aut qui cessat a diuinis propter sententias papales, proscriptus sit corpore & in rebus.* PETRVS HERP in Chronic. Francofurtensi: *Anno* 1338. *VIII. Idus Augusti in Saxenhausen, Curia Fratrum Teutonicorum, hora prima, Ludouicus Imperator ornatu & sedibus Imperialibus edidit legem talem: Electus Francofordiæ in Regem Romanorum a Principibus Electoribus, administrationem Imperii ante confirmationem habet plenam.* Et quidem Eduardum Anglorum Regem Rensæ atque Francofurti fuisse præsentem, testatur NICOLAVS MINORITA *f.* 331. vbi litteras Ludouici aduersus Iohannem XXII. fuisse publicatas, ait *in Confluentia ciuitate Archiepiscopi Treuerensis super Rhenum coram serenissimo Principe Domino Aduardo Rege Angliæ & infinita multitudine fidelium die tertia Septembris prædicti anni.* Idem fol. 342. *Sequitur quædam lex publicata & pronuntiata per serenissimum Principem ac Dominum, Dominum Ludouicum IV. Romanorum Imperatorem vna cum Electoribus sacri Imperii præsentibus Archiepiscopis, Episcopis, Prælatis, Præpositis, Abbatibus, Prioribus, religiosis & clericis Marchionibus, Ducibus, Comitibus, Baronibus, Dominis, Capitaneis, Rectoribus, Iudicibus, & Officialibus, anno Domini millesimo CCCXXXVIII. die VI. mensis Augusti in Franckenvort & etiam in Confluentia ciuitate Archiepiscopi Treuerensis super flumen Rheni coram serenissimo Principe Domino Aduardo Rege Angliæ.*

35) ALBERTVS ARGENT. p. 129. *An. Domin. MCCCXXXVIII. regni sui XXIV. Imperii vero XI. die octaua mensis Aug. in Franckfurt vocata Curia, decretum quoddam, de consilio quorundam fratrum Minorum, confectum, sub sigillo suo magno, edidit: in quo & inter alia declarauit processus quondam Domini Ioannis Papæ nullos: & quod Papa non possit contra Imperatorem talia attentare, cum iurisdictiones sint distinctæ, ianuis suæ Curiæ suffigebat cum iurium approbatione vti & præcepit, per Principes inuadere prædiatores.* Extat illud apud GOLDASTVM *Tom. III. p.* 410. Adiecit HENRICVS de ÆCHOLHEM *informationem de nullitate Processuum Iohannis XXII. contra Ludouicum Bauarum*, quæ extat in GOLDASTI *Monarchia Tom. I. p.* 18.

36) Incipit illud *Licet iura vtriusque Testamenti manifeste declarent &c.* Datum constitutionis est *in oppido nostro de Franckenfurt, die VIII. mensis Augusti. Anno Domini* 1338. Extat apud ALBERICVM de ROSATE *in l.* 3. *C. de Quadriennii præscriptione*, FLAGIVM *de translatione Imperii p.* 100. HIER. BALBVM *de Coronatione Caroli V. p.* 65. HENRICVM REBDORFFIVM ad a. 1339. LEHMANNVM *lib. VII. c. XVII.* GOLDASTVM T. III. p. 410. LEIBNITIVM *p. I. Cod. Iur. G. diplom. p.* 148. REINCKINGIVM *de regim. secul. & eccles. lib. I. cl. II. c. IV. n.* 3. THVLEMARIVM *de Octouiratu c. XXV. p.* 483. MVLLERVM *Reichstags-Theatro unter K. Fridrich den V. p.* 287. du MONT *Corps Diplom. Tom. I. p. II. p.* 169. Licet BALBVS, REINCKINGIVS & THVLEMARIVS ponant: *Datum in Coloniensi ciuitate Alemanniæ.* Hoc vero GOLDASTVS *Rationali p.* 92. ita conciliat: *primo loco debebat poni Apologia contra calumnias Iohannis XXII. quippe quam legerim hora nona matutina fuisse propositam: altero deinde hæc Constitutio, quæ postinde in Comitiis Coloniensibus videtur fuisse ratificata: tertio demum Electorum epistola.* AVENTINVS *lib. VII. c. XVIII. n.* 21. Adde CVSPINIANVS p. 376.

37) Extant hæ litteræ apud GOLDASTVM *Stat. & Rescript. Imper. p.* 101. Tomo I. p. 335. in quo hæc verba: *Sanctitati vestræ cum omni deuotione & in modum, quem possumus, meliorem & humiliorem referimus bono zelo, quod super præmissis & ad consulendum & ad prouidendum sacrosancto Romano Imperio, cuius iura, honores, bona, libertates, & consuetudines, prostrata iacent, & a diuersis personis Ecclesiasticis & Secularibus sunt & fuerunt hactenus in graue præiudicium dicti Imperii inuasa, occupata, & multipliciter conculcata, XV. die mensis Iulii anni XXXVIII. in Reinse super alueo Rheni, vbi Principes Electores super negotiis Imperii tractandis conuenire consueuerunt ab antiquo, cum aliis omnibus Principibus Electoribus Imperii in vnum fuimus congregati, & diuersis deliberationibus & consiliis præmissis, sicut diuinæ gratiæ placuit, omnes vnanimes fuimus, & nullo penitus discrepante pro defensione & recuperatione iurium, honorum, bonorum libertatum, consuetudinum, sacri Romani Imperii ac totius Christianitatis, ad cuius regimen & defensionem idem Imperium principaliter ordinatum dinoscitur, disposuimus & ordinauimus, pro nobis & successoribus nostris, & firmauimus, iureiurando per sacramenta corporaliter a nobis & omnibus Coelectoribus nostris præstita; quod iura, honores, bona, libertates, & consuetudines dicti Imperii, & nostra, nobis in electione Imperii competentia ex consuetudine vel de iure, manuteneamus, defendamus, & illibata conseruemus toto posse & viribus nostris, contra omnes homines cuiuscunque præeminentiæ, dignitatis, seu status existant; & quod hæc non obmittamus, propter aliqua pericula rerum & personarum, aut præcepta, mandata, processus, per quemcunque aut in quemcunque modum & formam prolati sint, vel in antea proferantur, contra Imperium & nos vel Coelectores nostros; per quæ dicto Imperio ac nobis & Coelectoribus nostris in prædictis iuribus, bonis, hominibus, libertatibus, & consuetudinibus præiudicatum sit, vel in futurum posset præiudicium generari. Et tandem super præmisso lamentabili desiderio, & causis originalibus, ex quibus ortum dinoscitur, quod inter sanctam Romanam Ecclesiam, ac sacrum Romanum Imperium & Dominum nostrum Ludouicum Romanorum Imperatorem, iam longis temporibus diligenti & sollicita deliberatione præhabita, nos & alii Coelectores nostri cognouimus, & nobis constitit euidenter ex processibus quondam Domini Iohannis Papæ XXII. prædecessoris vestri, quod ipse primo & postea sententias excommunicationis & interdicti (si sic*

dit. 38) Pontifex e contrario multa fulmina contra hæc decreta vibrauit, 39) etiam diversis litteris aliis Europæ Regibus Ludouici excessus nuntiat. 40) Constituit etiam Luchinum de Vice Comitibus tyrannum Mediolanensem, & multarum aliarum Ciuitatum & terrarum Pedimontis & Lombardiæ in vicarium pro Ecclesia, tanquam Romano imperio vacante & ad sedem Romanam spectante. Item simili modo Martinum de la Scala in Veronam & Vicentiam. Item Dominos de Gonzaga in Mantuam & Regium ciuitates. Item Marchionem Ferrariensem in Mutinam, Constantiam atque Argentinam. 41) Anno 1339. vero edictum est, vt nullus litteras sedis Papalis recipiat vel exequatur sine licentia Dioecesanorum loci. 42)

§. XXV. Inter hæc anno 1338. Rensæ foedus pangit Imp. cum Eduardo, Anglorum Rege contra Philippum Valesium Regem Gallorum, ab eodem postulans, vt ab occupatione terrarum Imperii desisteret, dum Cameracum Imperii vrbem cepisset, & Arelatense regnum adfectaret, Eduardo de successione in Galliæ regnum, quam tanquam Caroli Pulcri sorore genitus, adpetebat, iustitiam faceret. 43) Hinc etiam Eduardum Vicarium Impe-

dici merentur) ac alias diuersas sententias & processus de facto contra Deum, & iustitiam, & iuris ordinem fulminauit contra prædictum Dominum nostrum, Dominum Ludouicum Romanorum Imperatorem, ac fautores & adhærentes sibi; qui a maiori parte Principum Electorum fuit rite & rationabiliter in Regem Romanorum electus, in Imperatorem postea consecrandus; quod se de administratione Imperii intromisit, non approbata per prædictum prædecessorem vestrum ipsius electione, quam in discordia asseruit celebratam. Per quas sententias & processus, cum iuri & consuetudini Imperii præfato Domino nostro Ludouico, nobis & aliis Electoribus Imperii maxime derogetur, cum iure caueatur, & consuetudine, cuius contrarium memoria hominum non existit, sit rationabiliter introductum, & sine cuiusuis contradictione legitime obseruatum, sicut etiam in prædicto Parlamento per nos & alios Coelectores nostros, præhabita diligenti deliberatione & discussione, ac consilio multorum Principum, Comitum, Baronum, & nobilium est concorditer declaratum, & sententialiter diffinitum; quod vacante Romano Imperio, is qui eligitur concorditer, vel a maiori parte Principum Electorum, pro Rege Romanorum ab omnibus est habendus: & quod nec nominatione, approbatione, confirmatione, consensu, vel auctoritate Sedis Apostolicæ, super amministratione bonorum & iurium Imperii indiget, sine titulo Regio assumendo: quodque iura & bona Imperii amministrare & gubernare poterit, & de iure & consuetudine, nulla Sedis Apostolicæ super hoc licentia habita vel obtenta. Reperiuntur istæ æque apud H. REBDORFFIVM *ad a.* 1339. & LEIBNITIVM *p. I. p.* 149. HERWARTVM *p.* 144. du MONT *Corps Diplom. Tom. I. p. II. p.* 171. MVLLERVM *Reichstags-Theatro unter K. Fridrich dem V. p. I. p.* 185. *sqq.*

38) MVTIVS *lib. XXIV. p.* 236. Extat hoc Scriptum apud GOLDASTVM *Tomo I. p.* 331. hoc titulo: *Ludouici IV. Imper. Aug. Rescriptum apologeticum contra Ioannis XXII. Papa Bullam Excommunicationis, concernens iura regni & Imperii.* In fine huius decreti hæc habentur: *cum ergo pro defensione iuris imperii, quod est a iure diuino, & fidei catholicæ, appellamus ad generale concilium, in loco tuto & securo congregandum: sequitur, quod appellatio nostra fuit interposita ad superiorem, ad quem legitime potuit adpellare. Plures quoque aliæ rationes & causæ sunt, ex quibus cernitur euidenter, quod prædictæ sententiæ fuerint & sint nullæ, ac nullius valoris & momenti, & nullatenus obseruandæ: ac vniuersis & singulis sub nostro imperio degentibus, cuiuscunque status, dignitatis ac conditionis existant, districte præcipimus & mandamus, quatenus nulla persona singularis, aut communitas vel vniuersitas, dictas excommunicationis & interdicti sententias præsumat obseruare, vel facere ac sustinere quomodolibet obseruari. Quicunque autem contra hoc nostrum mandatum præsumserit facere, vel venire, cum omnibus feudis, quæ ab Imperio tenet, ac omnibus iurisdictionibus, gratiis, & priuilegiis, libertatibus & immunitatibus a nobis, vel prædecessoribus nostris, ei concessis, ex nunc priuamus. In quorum omnium testimonium & fidem præsentes literas fieri fecimus, & nostræ imperialis Maiestatis bulla iussimus & fecimus communiri. Et vt ipsæ literæ ad communem omnium notitiam deducantur, eas maioris ecclesiæ de Franckenfurt ostiis appendi siue affigi faciemus, quæ hunc processum nostrum quasi sonoro præconio publicabunt, ita quod nullus possit prætendere, vel ignorantiam allegare, quod ad eum prædicta non peruenerint, siue quod ea ignorauerit: cum non sit verisimile occultum & incognitum, remanere, quod tam patenter fuit omnibus publicatum. Datum in oppido nostro de Franckenfurt, die VIII. mensis Augusti. Anno Domini MCCCXXXVIII.* Reperitur illud etiam apud FREHERVM, Henrico Rebdorffio subnexum, FLACIVM *Cat. Testium Veritatis p.* 820. HAVCLERVM *Vol. II. Gen. XLV. p.* 1001. *sqq.*

39) MVTIVS *lib. XXIV. p.* 238. *Pontifex e contra bullis horrendis & multis fulminauit, quibus conscientiæ miserrime tortæ sunt.* HERWARTVS *ad a.* 1338. *n.* 53. *sqq.*

40) Extant tales litteræ Benedicti XII. ad Eduardum III. Angliæ R. Idibus Nouembris a. 1338. scriptæ apud du MONT *Tom. I. P. II. p.* 169. Aliæ, quibus ipsum a foedere cum Ludouico absterret *p.* 178. Pactum Eiusdem Papæ cum Ioanne Episcopo Nouariense & Luchino Vice-Comite contra Ludouicum *p.* 179.

41) QVINTA VITA BENEDICTI *p.* 231. LIBER ARNOLDI CAMERARII apud BALVZIVM ad h. l. *Littera bullata continens qualiter Dominus Benedictus Papa XXII. in consistorio publico, vacante imperio Romano, constituit nomine suo & successorum Romanorum Pontificum & Ecclesiæ Romanæ Vicarios ad regendum & gubernandum ciuitates Veronensem, Parmensem, & Vincentinam cum earum comitatibus, castris, villis, mero & mixto imperio, & iurisdictionibus omnibus, videlicet nobiles Albertum & Martinum de la Scala & successores, quandiu dictum imperium vacaret & dicto Domino Papæ placeret, sub censu annuo quinque millium florenorum auri anno quolibet per eosdem nobiles in festo beatorum Petri & Pauli Apostolorum eidem Domino Papæ vel successoribus suis, vel sede vacante, Ecclesiæ Romanæ, vbicunque fuerit, eorum sumptibus & expensis exsoluendo, & quod anno quolibet dicti nobiles haberent tenere per tres menses eorum expensis ducentos homines equites & trecentos pedites bene armatos in Lombardia in auxilium terræ Ecclesiæ Romanæ; pro quibus iuramentum fidelitatis præstiterunt & se efficaciter obligarunt. Datum Auinioni Kal. Septembris pontificatus sui anno quinto.*

42) REBDORFF *ad a.* 1339.

43) ALBERTVS ARGENT. p. 127. *Eduardus autem Rex Angliæ valentissimus renouato contra Philippum prædictum Regem Franciæ odio antiquo prætendens, se verum regni hæredem, habitis tractatibus*

Imperii citra Coloniam in omnes terras Imperii, scilicet in Gallia Belgica constituit, 44) ipsique

bus cum Flandrensibus, Duce Brabantiæ, Comitibus Hollandiæ, Gelriæ, Iuliacensi Montium & aliis inferiorum partium Magnatibus, qualiter posset ipsum Francum inuadere, cogitauit. Quamuis autem iidem Principes Aquilonis ipsum Francum ipsis grauem, exosum haberent: cum tamen omnes quasi eius essent vasalli, nisi ab Imperatore monerentur, cuius essent homines ligii, inuadendi eum cum honore occasionem aliquam non habebant. Et ecce Rex Angliæ, cum reuerentia accedens Principem in villa Rense super Rhenum sibi facto homagio, colligauit se eidem. Princeps vero ipsum Regem, datis super eo litteris Imperialibus, generalem Vicarium per Germaniam & Teutoniam deputauit. Scripsit quoque literas Princeps Regi Franciæ, quem Philippum de Valesio nominauit, quod ab occupatione terrarum Imperii desisteret, ac fideli Imperii Eduardo Regi Angliæ, Principi suo dilecto super querelis suis iustitiam faceret coram ipso Principe: alioquin cum ipse Philippus feuda, quæ teneret ab Imperio, non recognouisset sicut Rex Angliæ, ipsi Eduardo assistere cogeretur, in quantum iustitia persuaderet, & diffidare Philippum. Quo diffidato, & monitis inferioribus Principibus, vt assisterent Imperio, vt tenerentur; omnes iidem Principes sunt Regi Angliæ colligati. De qua diffidatione Papa Benedictus, ea intellecta, multum iucundabatur. THOMAS WALSINGHAMVS *Historia Anglic. ad a.* 1338. Coloniæ Imp. excepisse scribit: *Interea cum nunciatum fuisset Duci Bauariæ, qui se appellauit Imperatorem, quod Rex Angliæ aduenisset, accessiri eum iussit; & circa Calendas Augusti occurrit sibi iuxta Coloniam, vbi cum maximo apparatu & gloria se inuicem salutarunt. Quidam autem ferebant, quod Bauarus indigne ferebat quod Rex Angliæ non se submisit ad oscula pedum suorum. Cui responsum fuit, quod Rex Angliæ erat inunctus & habet vitam & membrum in potestate sua, & idcirco non debet se submittere tantum, sicut Rex alius non inunctus.* PRIMA VITA BENEDICTI XII. Francofurtum supponit, scribens: *Per idem insuper tempus orta huiusmodi guerra inter Reges memoratos, dictus Eduardus Rex Angliæ intrauit in Alamanniam, venitque in Franckford oppidum imperiale ad dictum Ludouicum Ducem Bauariæ, petens ab eo auxilium & iuuamen contra dictum Philippum Regem Franciæ; fueruntque ad inuicem contra dictum Philippum confoederati & colligati; dictusque Ludouicus, qui, licet falsè, se gerebat pro Imperatore, talemque se nominabat, ipsum Regem Angliæ quantum in ipso fuit fecit & constituit vicarium imperialem in partibus Galliæ & nonnullis aliis terris. Cuius occasione & prætextu idem Rex Angliæ Cameracensem ciuitatem, quæ est camera imperii, voluit intrare; sed negato sibi aditu eam obsedit, ciuibus tamen eiusdem sibi viriliter resistentibus oportuit quod ab inde recederet non mediocriter confusus.* Verum rectius apud Confluentiam, in Codice Bibliothecæ Colbertinæ f. 110. apud STEPH. BALVZIVM *notis ad Vitam Paparum Aueniomensium p.* 801. *Anno Domini millesimo tricesimo octauo Ludouicus quartus Romanorum Imperator, omnibus Electoribus imperii, dempto Rege Bohemiæ, ac aliis Principibus, Prælatis, nobilibus &c. præsentibus apud Confluentiam supra Rhenum tenuit consistorium imperiale, in quo ipse cum diademate, sceptro, & aliis insignis imperialibus præsidebat. Ibique de consilio Electorum, Principum & procerum suorum Edwardum tertium Regem Angliæ personaliter ibi præsentem Vicarium Imperii solemniter constituit & quinque nouas leges imperiales quæ sequuntur, promulgauit.* Idem testatur TRITHEMIVS Chron. Hirsaug. ad a. 1338. *Anno etiam prænotato Ludouicus Imp. conuentum Principum celebrauit apud Confluentiam oppidum Archiepiscopi Treuirorum. Ad quem venit propria in persona Eduardus Rex Angliæ multam pecuniam offerens, & maiorem, vt fieri solet, illi promittens si venire aut mittere exercitum Anglis in auxilium contra Regem Gallorum dignaretur. Imperator acceptauit pecuniam sibi oblatam, & promisit Anglis optatum subsidium, quod tamen non impendit. Rex igitur Eduardus & pecuniam perdidit & promissum subsidium non accepit.* CHRONICON ROTHOMAGENSE LABBEI ad a. 1138. *Eodem anno Rex Angliæ peruerso ductus consilio adligat se cum Ludouico schismatico de Bauaria contra Regem Franciæ, pecunia multa data.* HENRICVS de KNYGHTON *lib. IV. de Euentibus Angliæ p.* 2572. *In crastino vero conuenerunt ad matricem Ecclesiam Imperator & Rex Angliæ cum ceteris magnatibus, & Archiepiscopus Coloniæ celebrauit Missam. Et post Missam statim iurauerunt tam Imperator & omnes ceteri magnates Regi Angliæ, quod ipsum iuuarent & manutenerent contra Regem Franciæ ad viuere & mori per VII. annos proxime integraliter sequenter, si guerra inter dictos Reges tanto tempore duraret. Et similiter fuerunt iurati omnes Regi Angliæ, quod omnes magnates de Colonia & citra obuenirent ad Regem Angliæ, & semper debent esse parati venire ad eum omni tempore, quo fuerint præmoniti contra Regem Franciæ cum eo seu in quo loco Rex Angliæ ipsos voluerit assignare.* De hoc foedere Ludouici & Eduardi sic loquitur PETRVS ROGERII Cardinalis in sermone pro guerra indicenda: *modo de iustitia istius guerræ possum vos reddere certiores. Certum est enim quod Bauarus & Rex Angliæ nullo modo possunt habere iustam causam regnum Franciæ inuadendi, in quo regnat iustitia, in quo pax viget, securitas floret, fides & deuotio ceteraque bona omnia pollent. Bauarus autem vult facere vnam fallaciam, quam vocant logici non causam vt causam. Fingit enim pro causa, quod vult venire propter hoc quod Dominus Rex tenet aliqua quæ sunt de iure imperii, cum tamen causa sit pecunia per Regem Angliæ sibi promissa, cum tamen Dominus Rex nihil teneat, nisi quod sui prædecessores, qui fuerunt Principes Christianissimi & iustissimi, tenuerunt.* AVENTINVS *lib. VII. c. XVIII.* §. 19. NIC. BVRGVNDVS p. 151. Controuersiam autem, quæ Philippum Valesium inter & Eduardum III. Anglorum regem intercessit, latius exposuit ALBERTVS ARGENTINENSIS p. 137.

44) De Vicariatu docet WALSINGHAMVS l. l. *post mutuam collocutionem & pristinæ confoederationis renouationem dictus Bauarus, qui se dicit Imperatorem, constituit Regem Angliæ vicarium suum.* Increpat de eo Eduardum Benedictus XII. ad ipsum scribens apud WALSINGHAMVM Hist. Angl. p. 144. *imo quod perniciosius (proh dolor) & damnabilius noscitur existere (si veritas relationibus suffragetur) vicariatus officium per totam Alemanniam & Germaniam, ac vniuersas & singulas earum prouincias, siue partes ab eodem Ludouico (sub imperialis nominis titulo, vt asseritur, suscepisti de facto idem ipse Ludouicus, nec Rex nec Imperator (vt præfertur) sit, cuius prætextu nonnullis prælatis Ecclesiarum, & personis Ecclesiasticis in terris imperii destitutis, ac in nostra & Ecclesiæ memoratæ deuotione ac fidelitate debitis persistentibus, sub pœnis grauibus per tuas ei literas comminatus mandasse diceret, & districtius iniunxisse, vt ad te tanquam eiusdem Ludouici in Alemannia & Germania, & partibus supradictis vicarium, & audituri sententiarum & iudiciorum ipsius Ludouici, suorumque mandatorum rectitudinem at præstituri eidem Ludouico, vel tibi eius nomine, recognitiones, homagia de terris, bonis & iuribus, quæ teneat ab imperio, conuenirent.* Easdem Benedicti litteras habet BZOVIVS *ad a.* 1338. §. *XVI.* ex regesto Vaticano. Item legitur in Eiusdem

ipsique acceptis LXXX. millibus aureorum, auxilia promisit. 45) Sed factis Gallos inter atque Anglos induciis, 46) Philippus etiam per Augustam, quæ filia sororis ipsius erat, pacem cum Imp. fecit & ligam perpetuam, in qua Gallorum Rex Ludouicum cum Papa reformare iurauit. 47) Inde Ludouicus Eduardi Vicariatum reuocauit. 48)

§. §. XXVI. Ista ætate extinctus fuit a. 1339. Henricus XIII. inferioris Bauariæ Dux, relicto ex Margaretha, Iohannis, Bohemorum Regis filia, filio Iohanne, cuius tutelam ex testamento Imp. commiserat Henricus: Iohanne vero sub finem insequentis anni XI. Kl. Ianuarii sine liberis decedente, successionem petebant Rudolphus atque Rupertus, Palatini, vna cum Ludouico Bauaro Imp. ex iure adgnationis, præterea Fridericus & Leopoldus fratres Austriaci, Ottonis ex Elisabetha Boia, Stephani filia, amita Ioannis, progeniti. Licet autem Rudolphus atque Rupertus ex linea primogeniti Rudolphi suam traherent originem, Senatus tamen Boiorum Landshutæ congregatus, Ludouicum Imperatorem, aliis repulsis, legitimam hæredem acgnoscit, Legatos ad eundem Monachium mittit, hæreditatem adeat, illum efflagitauit, habito respectu ad gradus proximitatem. 49)

§. XXVII.

dem Papæ epistola ad Capitulum Ecclesiæ Leodiensis apud IO. HOCSEMIVM *Hist. Leod.* p. 451. Neque tamen Vicariatus iste erat generalis per omnem Germaniam, sed a Colonia vsque in Galliam prout eum describit THOMAS WALSINGHAMVS *Ypodigm. Neustriæ p. 513.* dicens: *Qui constituit eum vicarium suum de toto Imperio citra Coloniam, & omnibus Imperium suum tangentibus.* Quare etiam PRIMA VITA BENEDICTI XII. p. 201. *ipsum Regem Angliæ quantum in ipso fuit, fecit & constituit vicarium imperialem in partibus Galliæ, & nonnullis aliis terris.*

45) ALBERTVS ARGENT. p. 128. *dedit autem Rex Angliæ Ludouico Principi LXXX. millia aureorum, & in duplo tantum, vt cum eo cum magno exercitu terram accederet Franciæ, quod eidem promisit. Fuit autem Rex Angliæ recens, & paratus Franciam visitare: sed ex persuasione & astutia Principis, simulantis se illico progredi, non iuerunt.* H. REBDORFF ad a. 1339. *magna discordia oritur inter Philippum Regem Franciæ, & Edwardum Regem Angliæ, quod prædictus Rex Angliæ quasdam terras in littore maris Anglici, videlicet Normretiam, Britanniam, & Wasconiam diu occupatas retroactis temporibus minus iuste per Reges Franciæ recuperare volebat. Et hoc cum dicit, regnum Franciæ ad se deuolutum tanquam ad proximiorem hæredem. Iste Rex iuuenis adhuc, quod citra triginta annos, sapiens, prouidus, virilis, & fortunatus in bellis, regnum Scotorum sibi subiiciens, contra Regem Franciæ auxilium quærit ab Alemannis, propter quod maximum thesaurum Alemanniam mittit, vnde veniens in Alemanniam se confederauit cum Ludwico prædicto in Confluentia diœcesis Treuerensis, & Ludwicus promittit ei assistere contra Regem Franciæ, pro quo promittit ei thesaurum, quater centies millia florenorum magnorum, cuius partem dedit, similiter & Principes Alemanniæ & maxime inferiorum partium subsidium eidem Regi promittunt.*

46) ALBERTVS ARGENT. *c. l.*

47) ALBERTVS ARGENT. c. l. *post hæc misit Francus nuntium & literas Imperatrici, filiæ sororis suæ, quam dominam Alemanniæ scripsit, vt inter ipsam & Principem concordiam, si posset, ordinaret, & sibi nuntium, de quo Princeps confideret, de concordia attentanda destinaret. Et missus hinc inde pluries nuntiis & literis inter Principem & Francum interpositis iuramentis, & confectis literis, liga perpetua est firmata: in qua ipse Francus Principem cum sede Apostolica reformare iurauit. Et sic Princeps per Francum, & in tota Francia, post hæc & Parisiis scriptus est, & nominatus Imperator. Cum autem consiliarii Franci propter processus Apostolicos anxii, dubitarent, dicebant nuntii Principis: Si estis in proposito nostro, quod processus non ligent, bene consuluistis Domino nostro: sin aliter, tradidistis eundem. Et sic Princeps commissionem Vicariatus factam regi Angliæ, in Parlemento publico & literatorie reuocauit. Missisque interim sæpius nuntiis Imperatoris, vna cum legatis & literis Franci, ad Papam, pro reformatione Principis, Papa Benedictus nunquam Ludouicum Principem ad arbitrium Franci, nunc hæreticum, nunc Christianissimum haberi debere, respondit: Et protracto variis occasionibus negotio; Francus (vt credebatur) quod noluisset, simulauit se velle: Benedictus vero quod voluisset, simulauit se nolle.* H. REBDORFF ad a. 1339. *Anno decimo quinto regni idem Ludwicus consumpta parte pecuniæ sibi data a rege Angliæ, cum de reliqua parte non posset sibi satisfacere, auxilium non fecit eidem, propter quod & multi alii Principes Alemaniæ in subsidium eiusdem Regis non veniunt, prout tractatum existebat: imo Ludwicus familiaritatem contrahit cum rege Franciæ, sperans per hoc se conciliari Papæ & Ecclesiæ.* NAVCLERVS *volum. II. Gen. XCV. p. 1001.*

48) Idem WALSINGHAMVS Hist. Angl. ad a. 1142. *Hoc anno Ludouicus de Bauaria, qui se Imperatorem appellauit, foedifragus & falsus vicariatum citra Coloniam a Rege Angliæ, vt ferebatur, minus consulte susceptum per suas literas reuocauit, & spretis fœderibus Regi sacramento firmatis, amicitias contraxit cum Rege Francorum.* Sic etiam Ludouicus ad Eduardum apud WALSINGHAMVM Hist. Angliæ pag. 157. *Nam ex quo in treugas & certos terminos ad tractandum de concordia inter te & prædictum regem Francorum accepisti, absque nostro scitu, voluntate, & assensu de consilio nostrorum principum, qui ligias, pacta, & vniones nostras nouerunt, quibus visum fuit, quod hoc (saluo honore nostro) facere possemus, concordiam & amicitiam cum dicto rege Francorum contraximus, & vnionem & vniuimus, vicariatum tibi per nos commissum, ex causis reuocamus prænotatis.* Idem p. 158. adducit Eduardi epistolam ad Ludouicum, in qua: *videtur etiam aliquibus quod reuocatio dicti vicariatus facta fuerit præmature iuxta sponsionem super hoc per imperiales nobis factam, non debuissent fieri quousque regnum Franciæ, vel maiorem partem eiusdem fuissemus adepti.*

49) H. REBDORFF ad an. 1339. *eo tempore moritur Hainricus Dux inferioris Bauariæ, relinquens filium impuberem vnicum hæredem, qui ante contraxerat cum filia eiusdem Ludwici nepte sua in quarto gradu. Hic sequenti anno post obitum patris mortuus est, & sic Ducatus totus inferioris Bauariæ deuoluitur ad Ludwicum.* ALBERTVS ARGENT. p. 129. *obiit autem Henricus Dux Bauariæ, gener Ioannis Bohemi, relinquens filium paruulum: quo breuiter mortuo, Princeps totam eius terram, scilicet inferiorem Bauariam, excepta parte, in qua matri Henrici relictus vsusfructus ad tempus vitæ, illico occupauit: quod non solum Bohemus sed & Australes ægre tulerunt: Duo enim filii quondam Ottonis Ducis Austriæ qui fuerant filii sororis prædicti Henrici Bauariæ, ad terram aspirabant eandem.* ANDREAS PRESBYTER *p. 34.* ADLZREITER *p. II. lib. III. n. 46.* AVENTINVS *lib. VII. cap. XVIII. n. 30. 34. Illi* (Fridericus & Leopoldus) *materna quidem origine*

§. XXVII. Mortuo autem a. 1342. Benedicto XII. Clemens VI. antea Petrus Rogerius dictus, ipsi surrogatur. 50) Hic statim Iohannis XXII. execrationis sententias confirmat & Litteras ostiis Templi Auinionensis contra Imperatorem adfigi curat, vt vsque ad certam diem satisfaceret Deo & Ecclesiæ, & ab occupatione Iurium Imperii desisteret. 51) Ast, sollicitus Imp. de componendo negotio cum Papa, misit legatos suos ad Papam, Humbertum, Delphinum Viennensem, Marquardum de Randeck, electum & præpositum Bambergensem, Eberhardum Tommauium Præpositum Augustensem & Vlricum de Augusta, qui accepto ab Imp. mandato, sigillo ipsius corroborato, die XVI. Ianuarii 1344. hæreses ipsius erroresque confitebantur, personam, statum & bona, immo ipsum etiam Imperium arbitrio Papæ reliquerunt. 52) qui processus Ioannis XXII. quidem contra Imp. relaxauit, cum restricta tamen adhuc remissione, quæ potissimum eo redibat, vt Cæsar Guilielmum Ockamum eiusque collegas traderet Pontifici, Decreta aduersus Iohannem rescinderet, edicto perpetuo publice sanciret, imperium beneficium esse primarii sacerdotis

giæ proximi erant: Nam Ioannem secunda cognatione amita eius procreati, contingebant: sed Imperator Adolpho vna stirpe prior erat: eius pater, auus Adolphi, proaui Ioannis germanus fuit Senatus Boiorum Imperatorem tanquam legitimum heredem aliis repulsis agnoscit, legatos ad eundem Monachium mittit, hereditatem adeunt, illum efflagitant. Isti quidem controuersiam fuisse cum Adolpho, Rudolphi filio Seniore contendunt, qui tamen iamdum a. 1328. fuerat defunctus. Adde *Formulam Successionis Palatinæ Sect. I. §. VIII.* Ordo successionis tale erat

Otto illustris

Ludouicus Seuerus Dux Bauariæ superioris | Henricus Dux Bauariæ inferioris

Rudolphus. | Ludouicus Imp. | Otto | Stephanus

Adolph. Rudolph. II. Rup. I. Ioannes | Henricus | Elisabetha Ottonis Austriaci vxor

† 1328. | Frider. Leopoldus

50) ALBERTVS ARGENT. p. 132. *obiit autem feliciter Benedictus Papa, octauo anno Pontificatus sui, scilicet anno Domini MCCCXLII. de mense Maii, & inclusis Cardinalibus per Seneschalcum Prouinciæ, statim electus est, Petrus Rogerii, ordinis S. Benedicti, Cardinalis, qui fuit Rotomagensis Archiepiscopus, progenie militaris, qui nominatus est Clemens sextus.*

51) ALBERTVS ARGENT. p. 193. *simulauit autem Papa se reformationem principis affectare: missisque iterum atque iterum nunciis per Principem ad Papam & ad Regem Franciæ illoque literis & nunciis intercedente pro ipso, sed vt videbatur in dolo: legati verbis diu tenti, finem habere non valentes, infecto negotio sunt reuersi. Papa autem munitionem literis ostiis Ecclesiæ Auinionensis affixit, contra principem, vt vsque ad certum diem satisfaceret Deo & Ecclesiæ, & ab occupatione iurium Imperii desisteret, & plura alia faceret sub grauium comminatione pœnarum. In quo termino, in Consistorio, & crastino similiter, Latine & Teutonice clamari fecit, si aliquis adesset pro Ludouico de Bauaria: nemine tamen comparente. Et licet contra eum intendisset acriter procedere: tamen ipsum Ludouicum reputauit solummodo contumacem. Scripsit etiam Princeps Franco, cum certum esset Papam ad nutum suum regi, si quid contra se fieret, hoc a Franco haberet, & secundum hoc se regeret: & ipse princeps literas Franci principibus ostendebat. Vnde tunc Francus scripsit Papæ, quod nullatenus procederet contra Ludouicum.* MVTIVS lib. XXIV. Chron. p. 139. *statim post arreptum Pontificatum, Ioannis XXII. Pontificis execrationis sententiam in Ludouicum Imperatorem confirmat, & denuo excommunicat omnes, qui illi adhærent & non statim ab eo discedunt. Et mox conuertit se ad eiiciendos ex Italia Gibelinos, & prouehendos Guelphos, quoscunque intelligit vel vno verbo fauere Imperatori, proscribit, aut capit, quosdam occidit.* CVSPINIANVS p. 378. *qui, cum simularet etiam reformationem cum Cæsare, instante Franco, quem quotidie Cæsar literis solicitauit, nescio quo dæmone instigatus literas latinas & alemannicas scriptas foribus templorum affixit. Quibus grauissimarum pœnarum comminatus supplicium, nisi infra triduum Deo & ecclesiæ satisfaceret.* Prima VITA CLEMENTIS VI. apud BALVTZIVM p. 248. *Idem dictus Papa renouauit processus perprius inchoatos per Iohannem Papam XXII. contra Ludouicum Ducem Bauariæ, eumque aggrauauit, & finaliter ipsum ab imperio reprobauit, mandauitque electoribus imperii vt ad electionem alterius procederent; alioquin sedes apostolica, a qua ius eligendi ad ipsos peruenerat, de alio Imperatore prouideret.*

52) ALBERTVS ARGENT. p. 193. *misitque iterum per principem literis & nunciis ad Curiam & Francum, ad sciscitandum causam impedimenti reformationis, cum ipse paratus esset omnia facere quæ sibi iniungerentur a Papa: datoque responso per Francum, quod diceretur per Papam, quod non peteret eo modo gratiam, quo deberet. Nuntiisque (prout in mandatis habebant) dicentibus, quod daretur eis forma Procuratorii, Papæ placens, secundum quam, qualiscunque esset, se petituros, dicebant. Conceptumque est procuratorium turpissimum, quod non credebant Ludouicum sigillaturum, etiamsi captus fuisset. Dabatur enim in eo potestas Humberto Delphino, auunculo principis, item Augustensis & Babenbergensis Ecclesiarum præpositis, item M. Vlrico Cancellario suo, in solidum confitendi omnes errores & hæreses. Item resignandi Imperium nec resumendi, nisi hoc fieret de gratia Papæ, & se ac filios suos, ac bona, ac statum suum in manus & voluntatem Papæ ponendi, & multa insolita faciendi. Verum princeps mandatum huiusmodi non solum sigillauit, sed etiam coram tabellione, misso per Papam, se seruaturum, nec reuocaturum iurauit. De quo Papa ipse & Collegium mirabantur, dicentes intra se: iste homo diffidentia est perplexus: Illisque quatuor procuratoribus iuxta formam mandati iurantibus, ac pro articulis iniunctionis & pœnitentiæ denuo instantibus, nec sine articulis abire volentibus: tandem Papa de consilio Collegii, articulos quos principem facere voluit, qui non tangebant personam eius, sed statum Imperii, assignauit.* Extat Ludouici hæc submissio per legatos suos facta apud BALVTZIVM *Tomo II. Miscell. p. 272.* in qua hæc verba: *plena deliberatione iterum habita inter eos absolute & liberaliter ipsum Dominum Ludowicum, scilicet personam, statum, rei, & bona ipsius, posuerunt in manibus præfati Domini nostri Papæ, ipsumque & alia supradicta & eius ordinationi & dispositioni pro omnibus supradictis excessibus & emenda & satisfactione fiendis pro eis & omnibus in litera procuratoris infra scriptis contentis totaliter submiserunt.* Et apud du MONT *Tom. I. p. II. p. 226.* BVRGVNDVS *pag. 168.*

52) Patet

doris nec ante Cæsarem esse & vocari, quam ille auctor fieret. 53) Imperator igitur articulos ipsi a Papa propositos, cum Principibus & Ciuitatibus Imperii communicauit, atque Comitia desuper habenda Francofurtum indixit. Isti vero Imperii Status octo diebus ante istum terminum Coloniæ conuenientes, Papæ articulis se opponere concorditer decreuerunt, idque in Comitiis Francofurtensibus mense Septembris a. 1344. institutis, publice declararunt, eo quod vergerent in destructionem Imperii. 54) Theologi etiam Parisienses atque Bononienses consulti responderunt, Clementis responsa non solum iniqua ac superba, sed etiam contraria esse Christianæ æquitati. Nouo igitur Principum conuentu Rensæ instituto, horumque consensu Litteræ ad Papam fuerunt exaratæ, quibus dictos articulos reprobarent, 55) nuntii etiam iterato ad Papam missi pro dictis articulis immutandis, sed nihil profecerunt. 56) Papa vero se delusum sentiens, vna cum Iohanne Bohemiæ Rege, eiusdemque filio Carolo & patruo Archiepiscopo Treuirensi serio de exterminando Imperatore cœpit cogitare. Bohemus enim in hoc conuentu desuper conquestus, quod filium suum Comitatu Tirolensi priuauerat, ideoque confœderationem iniit cum quibusdam Principibus contra Ludouicum. 57)

§. XXVIII. Inde a. 1346. festo Cœnæ Dominicæ contra Imp. durissime procedebat, instinctu potissimum Iohannis, Bohemiæ Regis, 58) Clemens VI. Papa, processus Ioannis Papæ innouans, ipsum hæreticum & schismaticum declarauit, in processu pœnas iuris hæreticorum, & omnes maledictiones antiquas inferendo: in quo etiam monuit Principes Electores, vt Regem eligerent idoneum, in Imperatorem promouendum, infra certum tempus expressum, ne Ecclesia diu aduocato careat: alioquin circa hoc sedes Papalis cogitaret. 59) Tantum hoc decretum Papale profecit, vt præscripto & excommunicato Hen-

53) Patet hoc ex dictis litteris, circa finem: *dixit & protestatus fuit, quod licet quantum ad relaxationem processuum contra ipsum Dominum Ludouicum factorum, & pœnarum quas propter præmissa incurrerat, intenderet misericorditer agere cum eodem, quantum sibi cum honore Ecclesiæ videretur, indiscretam tamen remissionem facere nullatenus intendebat.*

54) ALBERTVS ARGENT. p. 134. *Quibus articulis principi præsentatis, ipse eorum copiam vniuersis Principibus, præsertim Electoribus & magnis ciuitatibus destinauit, omnes principes & ciuitates & oppida totius Alemanniæ ad Parlamentum publicum super eiusmodi facto in Franckfurt conuocando. Electores autem Principes, & inferiorum partium magnates, octo diebus ante huiusmodi terminum Coloniæ conuenerunt, huiusmodi articulis se opponere concorditer decernentes.* Inde integrum processum Comitiorum Francofurtensium describit. Et ex eo LEHMANN *lib. VII. c. XVIII.* AVENTINVS *lib. VII. c. XIX. §. 10.* BVRGVNDVS *p. 170.* Ex his, qua ratione in Comitiis fuerit processum, videmus, atque quod Imperii Ciuitatibus hac in caussa concessum fuerit votum decisiuum.

55) ALBERTVS ARGENT. c. l. *post hæc conuenientibus Principibus in Rens & de scribendo Papæ conferentibus: Princeps & Bohemus cum filio suo, cum super læsionibus illis factis, concordare non possent, in inuidia discesserunt. Nuncii autem Principum cum Papæ contradictionem articulorum referrent, nec tractandi de aliquo mandatum haberent: Papa cogitans se delusum, maiore dolo & inuidia contra Principem mouebatur, cum Bohemo & filio, ac Treuerensi eorum patruo, ad perpetuum Principis & liberorum suorum exterminium cogitando, qui conceptus biennio parturiens, fecit abortum.*

56) H. REBDORFF ad a. 1344. *anno regni XXXI. idem Ludwicus dirigit iterato nuncios suos, videlicet Dominum Ludwicum iuniorem Comitem de Oetingen vna cum Domino Lamberto Delphino suprascripto & aliis, ad Dominum Clementem Papam, petens gratiam Ecclesiæ, & immutari quosdam articulos sibi etiam iniunctos, sed nuncii profecerunt in nullo.* ADLZREITER *p. II. lib. IV. n. 13.*

57) H. REBDORFF ad a. 1344. *mense Septembri Ludwicus suprascriptus solenne colloquium habuit cum Principibus Electoribus regni iuxta Rhenum in oppido Bacharaco. In quo Iohannes Rex Bohemiæ conquestus est grauiter prædictis Principibus contra prædictum Ludwicum, & Ludwicum filium suum Marchionem Brandenburgensem, super eo quod filio suo vxorem suam & Comitatum Tyrolis in Alpibus abstulerat violenter, vt supra scribitur. Ipse vero Ludwicus responsum Ecclesiæ & Domini Papæ Clementis VI. sibi reportatum a curia Romana per nuncios, quos miserat, exponit eisdem Principibus. Sed quia pœnitentia nimis dura & rigida sibi visa est, quam idem Papa cum longa deliberatione Cardinalium duxerat iniungendam eidem, & quia Principes de tractatibus habitis cum Papa nihil curare volebant, quod eis inconsultis facti sunt, ipse Ludwicus ab omnibus tractatibus factis & habitis cum Papa per suos nuncios (qui quasi per tres annos in curia sunt & steterunt) recessit, nec voluit eos ratos habere. In eodem etiam colloquio multi ex Principibus præscriptis, & aliis non electoribus regni, confœderauerunt se & iurauerunt insimul assistere inuicem contra omnem hominem etiam contra Ludwicum prædictum. Cuius confœderationis auctor fuit prædictus Bohemiæ Rex, & filius suus Karolus infra scriptus Romanorum Rex propter iniuriam, quam sibi intulerat idem Ludwicus & Rupertus, fuit auctor confœderationis, Dux Bauariæ, & Comes Palatinus Rheni, qui tunc discordiam habuit cum Hainrico Archiepiscopo Moguntino, quæ confœderatio nimium displicuit Ludwico.* Bacharaci conuentum esse factum dicit, quod haut procul a Rensa abest.

58) VITA CAROLI p. 107. *post hæc Rex Iohannes intrauit curiam Auenionis ad Papam Benedictum, & cum eo practicauit in tantum, vt ipse coram omnibus Electoribus vocatis insinuaret, qualiter Ludouicus de Bauaria non esset verus Imperator cum ipse staret, contra sacrosanctam Romanam Ecclesiam Christianitatis matrem, & quendam fratrem Minorem ad coronandum se in Papam posuisset. Et sic statim Electores ad Electionem procedentes, Carolum Marchionem Morauiæ, in Regem Romanorum felicibus auspiciis elegerunt.*

59) Verba sunt ALBERTI ARGENT. *p. 134. 135.* NIC. BVRGVNDVS *p. 173.* HERWARTVS *ad a. 1346. §. 4.* NAVCLERVS *vol. II. gen. XLV. p. 1005.* MVTIVS *lib. XXI. p. 241.* Sermo Papæ reperitur in Codice Sermonum Clementis. Adde BALVZIVM *Not. ad Vitas Paparum Auen. p. 862.*

60) AL-

Henrico de Virnenburg, Praesule Moguntino, eo quod fauerat Ludouico, qui ipsi surrogatus fuerat Gerlacus Nassouius, 60) Rensam X. Iulii a. 1346. Principes euocaret, vbi praeter Gerlacum conuenientes Balduinus de Lützelburg Treuirensis, Waldemarus de Iuliaco, Coloniensis Archiepiscopi, Rudolphus, Dux Saxoniae, & Ioannes Rex Bohemiae; qui Imperium diu vacasse decernentes, praedictum Carolum, Marchionem Morauiae, in Regem elegerunt Romanum; 61) pro quo facto praedicti Coloniensis & Dux Saxoniae magna pecunia sunt corrupti. 62) Inde Dominica ante festum Martini, Papa, in Consistorio publico, praedictum Carolum in Romanorum Regem solenniter approbauit: quem cum Aquenses & Colonienses non recepissent, in Bonna, ab Archiepiscopo Coloniensi Dominica ante Andreae extitit coronatus, & ab ipso Coloniensis, Treuirensis, Gerlacus de Nassau, prouisus Moguntinus, Archiepiscopi, Monasteriensis, Metensis, Leodiensis & Virdunensis, Episcopi, de suis Regalibus fuerunt inuestiti. 63)

§. XXIX.

60) ALBERTVS ARGENT. p. 135. *illis etiam temporibus Papa Clemens, H. de Virnenberg Archiepiscopum Moguntinensem deposuit, Gerlacum filium Ger. Comitis de Nassawe, nepotem quondam Adolphi Regis, circa vigesimum annum agentem, in archiepiscopum promouendo. Causa autem depositionis fuerat, quod adhaeserat & fauebat Principi, propter quod excommunicatus fuerat, & in excommunicatione animo indurato pluribus annis perseuerauerat.* Prima VITA CLEMENTIS VI. apud BALVTZIVM pag. 248. *deposuit etiam Henricum tunc Archiepiscopum Moguntinensem tanquam fautorem & defensorem dicti Ludouici, & Gerlacum fratrem Comitis de Nassou loco eius Archiepiscopum ordinauit. Non tamen hoc suum potuit sortiri effectum. Nam ipse Henricus pertinax & induratus sententias paruipendens, quamdiu vixit dictum archiepiscopatum tenuit & occupauit.* Tertia VITA CLEMENTIS p. 292. *Eodem anno obstinatam iam diu prauitatem Bauaricam satagens exstirpare, iussit Electoribus Romani Imperatoris, vt idoneum eligerent ad imperium obtinendum. Erat enim inter ipsos Electores pecus vnum infectum, quod primo ex illa congregatione remouit, videlicet Henricus Moguntinus Archiepiscopus, qui infectus haeresi reputabatur; qui tandem ab omni pontificali honore depositus, & ab ecclesia Moguntina absolutus, omni beneficio officioque ecclesiastico priuatus est.*

61) Verba sunt ALBERTI ARGENTORATENSIS p. 135. REBDORFF ad a. 1346. *procurante Domino Clemente Papa VI. Karolus, filius Regis Bohemiae supra nominatus, a quinque Electoribus Regni, videlicet a Domino Balduino, Archiepiscopo Treuerensi, Baldwino, Archiepiscopo Coloniensi; Blatero, ratione Comitum de Nassau (quem tunc idem Papa prouiderat ad Ecclesiam Moguntinensem, deposito prius Hainrico Archiepiscopo, supra nominato) & Iohanne Rege Boemiae, patre ipsius; & a Rudolpho Duce Saxoniae, supra nominato, in odium praedicti Ludwici, in Regem Romanorum est electus, in villa Renze, Treuerensis Dioecesis, mense Iulio, circa festum B. Margarethae; de cuius potentia & adhaesione multorum Principum, ante electionem praedictam, fuit fama solemnis.* MVTIVS lib. XXIV. pag. 242. GESTA BALDVINI lib. III. c. VIII. *sequenti anno Domini millesimo tricentesimo quadragesimo sexto Henrico de Virnenburch Moguntinensi Archiepiscopo propter fautoriam Ludowici de Bauaria ab omni pontificali honore a Clemente sexto priuato, & Nicolao de Nassauga in Moguntinae sedis Praesulem creato, ac ipsum Ludowicum de Bauaria ab eodem Papa propter sua praescripta demerita ab omni dignitate regia sententialiter deposito Principes Electores, videlicet Dominus Baldewinus Treuerensis, Walramus de Iuliacho Coloniensis, Gerlacus de Nassauga Moguntinensis, Dux Saxoniae, & Iohannes Rex Bohemiae; aliis vocandis vocatis, non tamen comparentibus, dictas depositiones ratificantes, auditis procerum regni sententiis in Rense diffinientibus quod praedictis sic se habentibus, eos ad electionem Regis fore processuros. Qui vnanimiter vota sua in Dominum Karolum Iohannis Regis Bohemiae primogenitum direxerunt & inuocato Spiritus sancti adiutorio in Romanorum Regem anno praedicto tertia post Kyliani XI. die Iulii concorditer elegerunt.* Ipse Carolus in litteris suis, quibus electionem suam Argentoratensibus significat apud WENCKERVM Apparatu Archiuorum p. 201. *quod reuerendis & Illustribus sacri Imperii Principibus Electoribus eiusdem Imperii fidelibus in Pomerio prope Rense super Alueum Reni, vbi Principes electores super negotiis Imperii conuenire hactenus consueuerunt, conuenientibus, & ibidem communi sententia tam dictorum electorum Principum, quam aliorum Magnatum & Procerum decreto & Sacramento, dictum Imperium aliquamdiu hactenus vacauisse, propterea Principes electores in personam nostram direxerunt vnanimiter vota sua. Nos in Romanorum Regem, in Imperatorem postmodum promouendum rite & concorditer eligendo, supplicantes nobis, vt nos electioni huiusmodi nostrum dignaremur praebere assensum.* Extat in Codice Sermonum Clementis Collatio per eum facta in approbatione Caroli, in Regem Romanorum electi die VI. Nouembris apud BALVTZIVM *Not. ad Vitas Paparum Auenionensium p. 863.* BVRGVNDVS p. 173. NAVCLERVS c. l. Prima VITA CLEMENTIS VI. c. l.

62) CVSPINIANVS Carolo IV. p. 382. *vnde & si Clemens hanc electionem approbasset (nam in Ludouici dedecus atque oppressionem, & quod literis ac multarum linguarum peritia ornatus esset, Carolum Caesarem declarauit) principes tamen imperii multi inhabilem constantissime asseruerant. Quod scilicet nulla caussa necessaria vrgente, & alio Imperatore viuente, ob nullius Reip. commodum, sed ob priuatam cupiditatem & per simoniam ac largitionem facta esset. Rudolphus enim Saxoniae Dux, ob hanc electionem & suffragium suum duo milia marcarum argenti puri ferebatur accepisse muneris loco. Coloniensis antistes octo milia marcarum argenti, Moguntinus autem Gerlacus ideo Episcopatum accepit, cum alter Henricus, videlicet de Virnberg propterea fuerat eiectus per sedem Apostolicam, quod Ludouico adhaereret. Licet illi numquam quoad vixerit cesserit, Gerlaco apud patrem latitante. Praeterea improbabant electionem, quod neque in loco debito (hoc est in Francfurto) electus, nec Aquisgrani, vbi decuit, coronatus fuit, iuxta morem & statuta imperii: nec aperte, sed latenter: nec tempore conuenienti, hoc est vacante imperio, sed dolose & viuente Ludouico, nec debito fruitio processu iuris & aequitatis. Quoniam Palatinus Rheni Electores tum habuit conuocare non Moguntinus.* Idem ALBERTVS pag. 137. *dicebatur autem, quod Francus magnam pecuniam dederit Ioanni Boemo Regi pro stipendio Alemannorum quos adduxerat: quam ille eis non assignans, sed eam sibi retinuit, & Coloniensi Archiepiscopo pro coronatione Caroli filii sui destinauit.*

63) Verba sunt ALBERTI ARGENTORATENSIS p. 138. MVTIVS p. 242. CVSPINIANVS p. 472. VILLANI lib. XII. c. LXXVII. *Carolus quia prae potentia Bauari qui cum amicis suis in ditione illa magna vi militum armatus erat ad oppugnandum eum, in satellitio* aquis-

§. XXIX. Eodem tempore, Romani quendam Nicolaum Laurentii Notarium, filium cuiusdam molendinarii, satis facundum, elegerunt & adsumpserunt in Tribunum & Dominum spreto regimine nobilium & aliorum, quorum consilio & auctoritate prius regebantur, & plusquam 60. Ciuitates attraxit, quibusdam de nobilioribus per colla suspensis, & coadunatis sibi aliis quamplurimis hostiliter persecutus est nobiles vrbis, & præsertim Columnenses, de quibus vna die multos interfecit. Quo facto, dum paganus esset die sancto Pentecostes in concha Constantiana baptizatus, 64) & Miles factus, & in die promotionis suæ ad militiam omnes Tyranni Italiæ miserunt ad eum solennes nuntios, & donaria magna, populusque Romanus ipsi hunc titulum dedit: *Candidatus aqua Spiritus sancti Nicolaus miles seuerus & clemens, liberator vrbis, Zelator Italiæ, amator orbis & Tribunus Augustus.* Post adsumptam militiam, citari mandauit Bauarum, & Carolum R. Bohemiæ, cum Electoribus, vt ad certum diem comparerent coram eo, ad docendum, quis eorum potius ius haberet in Imperio Romano. Tandem post multa fatua, quæ gessit, alienum habitum induens, dicti Regis curiam adiit, ipsius statum & animum scrutaturus. Sed cognitus captus est atque eidem Regi præsentatus; qui demum ad Auinionem eum Papæ transmisit, vbi per septennium incarceratus permansit. Sed tandem comperto quod contra Ecclesiam nihil specialiter attentasset, relaxatus extitit, vel secundum aliquos carceres fregit; & Romam rediens, paulo post a populo tumultuose fuit occisus. 65)

§. XXX. Inde Ludouicus Spiram conuocauit Principes & Ciuitates Imperiales, vt exploraret voluntatem eorum erga se: spe omnia adhuc meliora inuenit, plerique per Superiorem Germaniam detestabantur electionem Caroli, nihil morabantur Papæ excommunicationes. Nemo audebat in Superioris Germaniæ regionibus publicare Papales processus aduersus Ludouicum. 66) Ludouicus autem Tirolensem Comitatum occupat, Tridentum, cuius Episcopus Carolo fauebat, frustra occupare nitens. 67) Carolus vero electus Imperator, Episcoporum potissimum auxiliis suffultus, ideoque *der Pfaffenkayser* dictus, per Alsatiam & Sueuiam transiens, ad Bohemiæ terram properauit, vbi honorifice est receptus. Postea mense Februario MCCCXLVII. Carolus cum Carolo Rege Vngariæ genero suo, & cum Alberto Australi colloquium habuit in Vienna. His Presburgum abeuntibus, Ludouicus colloquium Viennæ habuit secretissimum cum Austriæ Duce. Bohemus vero Tirolensem Comitatum repetit, sed veniente Ludouico cum magno exercitu, Tridentum est reuersus. 68) In principio mensis Iulii anni MCCCXLVII. Carolus Bauariam inferiorem fuit ingressus, quam plurimum deuastauit. 69) In mense Septembri vero Stephanus Ludouici filius, Caroli fautores in Sueuia persequebatur. 70)

§. XXXI.

Aquisgrani coronari non poterat; in ciuitate quadam Bonna nomine prope Coloniam se coronari fecit, sua via amicorumque non obtinens, vt consuetum est per decretum, campum per triduum in armis; & hoc factum fuit die S. Catharinæ 25. Nouembris a. 1346. Pauci domini, Baronesque Germaniæ illi coronationi interfuerunt, quia maior pars adhærebat Ludouico Bauariæ, Bauaro nuncupato. Male coronam ferream vocat PRIMA VITA CLEMENTIS VI. c. l. *dictum autem Karolum sic electum Archiepiscopus Coloniensis memoratus in oppido suo Bonnensi supra Rhenum coronauit corona ferrea, pro eo quod locus Aquisgrani & villa de Frankefort, & vbi consueuerat fieri tam electio quam coronatio Regum Romanorum, tunc Bauaro fauebant & adhærebant.*

64) ALBERTVS ARGENTORATENSIS pag. 142. *Nec mirum quod in concha marmorea Constantini Imperatoris se lauari permisit, in qua paganus extitit baptizatus, cum in ipsius Tribuni lauacro plura fuerint signa facta, quam in Constantini baptismo.*

65) IO. HOCSEMIVS *lib. II. Gestor. Pontif. Leodiensium cap. XXXV.* qui etiam ipsas citationis litteras exhibet. PRIMA VITA CLEMENTIS VI. *p. 256.* & ibi BALVTZIVS. THOMAS FORTIFIOCCA scripsit Vitam ipsius, qui eum filium cauponis fuisse dicit. Idem testatur, quod apud Imp. fuerit gloriatus, se prognatum esse e filio spurio Henrici VII. Imp. SEXTA VITA CLEMENTIS VI. *p. 320.* Ad eum extat liber hortatorius PETRARCHAE, cuius ipse mentionem facit *lib. VII. rer. Senil. ep. VII.* & *lib. VIII. Rer. Fam. epist. I.* Add. CORTVSIVS *lib. IX. c. XII.* IO. VILLANVS *lib. XII. c. LXXXIX,* RAYNALDVS *ad a. 1448. §. X. XIII.*

66) Verba sunt MVTII *lib. XXIV. pag. 243.* Comprobat hæc ALBERTVS ARGENTINENSIS *p. 139.* dicens: *Conuocatis quoque ciuitatibus Spiræ, ipsas concorditer reperit in sua deuotione feruentes; ita quod ne vna earum, Rheni, Sueuiæ, vel Franconiæ, electionem Caroli aut processus Papæ curauit, nec quisquam illarum partium, aliquos contra Principem publicare processus audebat. Basilienses tantum, licet ratione Episcopi sui, & progeniei Monachorum inibi præualentium & Carolo fauentium, ipsum receptare crederentur; videntes tamen aliarum ciuitatum concordiam, se adhæsuros Principi firmius aliis decreuerunt.* H. REBDORFF ad a. 1346. *Ludouico descendenti ad Rhenum; omnes ciuitates Rheni, & pro maiori parte Domini temporales (exceptis Electoribus supra nominatis promiserunt ei adhærere, & in nullo aduertere Regem nouum.* VILLANI lib. XII. c. CV. de Carolo: *quem viuo adhuc Ludouico Bauaro ad ignominiam & irrisionem Ecclesiæ Germani Imperatorem presbyterorum Pfaffenkaiser nominabant; & paruum ei fiebat obsequium.*

67) ALBERTVS ARGENT. p. 138. *eodem Iulii mense Ludouicus Princeps cum Ludouico & Stephano filiis suis Comitatum Tirolis ingressus, in Tridento, quod sibi & filio ratione ipsius Comitatus subesse credidit, sicut ante cum Vngaro & Mastino Veronensi habere colloquium nitebatur. Episcopus autem Tridentinus ad preces Regis Bohemiæ sedis promissus, assumpta sibi gente Mediolanensi, Tridentinos a prædicti Ludouici Marchionis deuotione retraxit, & custoditis montanis, ne illi conuenire possent, impediuit.*

68) ALBERTVS ARGENT. *p. 139.*

69) ALBERTVS ARGENT. p. 140. *Eodem anno Domini MCCCXLVII. in principio mensis Iulii, gens Caroli Bohemi ingrediens Bauariam inferiorem, cum duobus millibus galeatorum, multas ibidem villas combussit; multis Barbarica feritate occisis, & pluribus captiuitatis, contra quos Princeps pro custodia terræ multos ibi destinauit armatos.*

70) ALBERTVS ARGENT. p. 141.

71) Ver-

§. XXXI. His turbis agitatus Ludouicus, eodem anno 1347. quinto Idus Octobris cum Fürstenfeldium exiret ad venationem ferarum, in qua temporibus vitæ suæ delectabatur vltro modum, hilaris & iucundus, quia vxor ipsius filium pepererat, cum insisteret venationi vrsi, 71) & insideret equo suo, subito apoplexia percussus circa meridiem eiusdem diei, cecidit ad terram & morte subitanea decessit anno regni sui XXXIII. Imperii vero XIX. Licet non desint, qui ipsum veneno, ab Anna, Austriæ Ducissa, in vino propinato velint esse extinctum. Dum autem in excommunicatione fuerit mortuus, ideo male audit permultis. 72)

§. XXXII. Inter Ciuilia gesta est reputandum, quod deficiente Imperii domanio, vrbibus Palatinis partim in Ducum potestatem redactis, primus veterum Impp. qui per Germaniam migrantes in diuersis hinc inde Imperii vrbibus sedem figebant, iisdemque ex Imperii terris immediatis expensæ ministrabantur, 73) morem mutans, in propriis terris resedit, ex iisdemque expensas petiit, paucis ex terris Imperii ipsi ministratis. 74)

§. XXXIII.

71) Verba sunt HENRICI REBDORFFII *ad a. 1347.* CORTVS. lib. IX. c. XI. *Ludouicus prædictus dum equitaret, venandi causa, subito morbo captus cecidit de equo, & diuino iudicio senex, & rebellis Ecclesiæ subito expirauit.* ALBERTVS ARGENT. p. 141. *eodem anno, Princeps Ludouicus in venatione Vrsi, in syluis iuxta Monacum, paralysi percussus de equo corruens, expirauit, anno Domini 1347. quinto Idus Octobris, anno Regni sui 33. finito, minus octo diebus, Imperii vero 19.* NAVCLERVS *vol. II. Gen. XLV. p. 1008.* NICOL. BVRGVNDVS *p. 179. 180.* Singulare quid refert MVTIVS lib. XXV. ineunte. *Anno post Christum natum 1347. mense Octobri, erat Ludouicus in oppido Monachio, inculpata prorsus vtens valetudine illuc ad Ludouicum salutandi gratia diuertit vidua Anna, ducissa Austriæ, iter faciens ex Sueuis in Austriam, illic exhibuit spectaculum mulieri, mox a spectaculo, conuiuio lautissimo eam accepit & liberalius Princeps bibit, etiam semel atque iterum ex eodem cum ducissa poculo, surgens autem ab illo conuiuio sensit intemperiem in toto corpore. Causam autem cum ignoraret morbi, venatum it exercendi corpus gratia, grauitatem corporis exercendo discedere cupiens, sed morbi vi aucta de equo decidit in terram & repente morte abreptus est. Suspicio fuit veneno necatum, quod tamen, quo sciam, nemo asseruit.* Asseruit tamen ANDR. PRESBYTER p. 36. dicens: *Anno Domini MCCCXLVII. in die S. Gereonis Ludouicus Imperator obiit, sepultus in Ecclesia S. Mariæ, quæ est in Monaco. Dicitur quod dum ipse Ludouicus Imperator esset in venatione, quædam Ducissa Austriæ soror Dominæ in Atbesf (quæ vulgo propter deformitatem Maultasch vocabatur, & etiam quod se contemni videbat, id se procurauit,) sibi potum in flascone porrexit, illa prior bibit. Quod videns Imperator, & ignorans quod calliditate quadam geminus potus in eodem flascone sibi offeretur, confidenter bibens, lethale virus suscepit: & mox corruens de equo, in gremio cuiusdam rustici in sylua prope Fürstenfeld est defunctus. Ipsa vero Ducissa ab Imperatore, statim vt bibit, præmonita, fugiens euasit.* IO. HOCSEMIVS *Gestis Pontificum Leodiensium lib. II. cap. XXXV. In hoc anno* (1347.) *circa Septembrem Bauarus Imperator condemnatus moritur, & fertur quod hausto veneno sibi porrecto per ducissam Ostrogotiæ vxorem Ducis Alberti diu languidi, in fauorem Ludouici nuper electi in Imperatorem: quæ statim ascenso equo, dimisso curru suo, celeriter aufugit.* NICOL. BVRGVNDVS *lib. III. exeunte.* Locum vero plenius definit AVENTINVS lib. VII. c. XIX. §. 26. *eodem anno dum Imperator Ludouicus, quod senectus ipsa, quemadmodum vulgo dici solet, morbus sit, valetudini suasu medicorum, venatibus indulgendo, consulit, ac inter Monachium, & Augustam Rhatiæ proxime Fürstenfeldium & vicum Puech, vbi D. Edigna (quam accolæ furcis præsicitent) humata colitur, & ouilia sunt in prato, venationi operam dat, & quod Augusta puerum enixa foret, lætatur, quinto idus Octobris circiter meridiem, de equo lapsus, repentino, atque inopinato fine (apoplexiam vocant) naturæ concedit: vixit annos tres & sexaginta, imperauit tres atque triginta minus diebus sex. Locus vbi mortuus est, Cæsaris pratum inde vocatur. Corpus a monachis Furstenfeldium translatum, vt cum parentibus conderetur. Tertio deinde die Monachium a ciuibus deportatur, vbi in templo Deiparæ Virginis eius Mausoleum marmoreum magnifice regio apparatu extructum, cum dignitatis insignibus monstratur.*

72) Audiamus de eo H. REBDORFFIVM *ad a. 1347.* dum dicit: *& sic notabiliter diuina plaga interiit sine causa, qui aliquot annis ante obitum officiis & iudiciis suis præposuit tyrannos & excoriatores pauperum, minimam iustitiam facientes. In expeditionibus suis permisit terram & pauperes excoriari; in hospitiis, Ecclesiis, monasteriis, secularibus & religiosis prælatis, ipse & filii sui grauissimi fuerunt. Clerum secularem odio cordis habuit, immo expresse pluries dixit: quod si thesaurizaret sb saurum de luto, collegia secularia non fundaret: & sic non absolutus a sententiis excommunicationis Ecclesiæ, quas Iohannes Papa contra ipsum fulminauit, miserrime expirat, & in parochia B. Virginis in Monaco est sepultus.* Corrupte igitur in MARTINI HOFMANNI *Annalibus Bambergensibus lib. IV. p. 200.* dicitur: *& Meraci, in æde S. Dei genitricis, sepultus fuit.* Verum, contra has, aliasque BZOVII iniurias IO. GEORGIVS HERWARTVS ab HOHENBVRG Ludouicum Bauarum singulari scripto defendit. Licet postea Laurentius Tribunus, qui omnem sibi Romæ adfectabat potestatem, ipsius fautores per Babenbergensem Episcopum absolui fecerit, prout tradit ALBERTVS ARGENTINENSIS *p. 42.*

73) ADLZREITER p. II. lib. VII. n. LXXXV. *secutus exemplum Ludouici IV. Bauari, in Hungaria plerumque regiam habuit, cum Cæsares, præsertim Saxonici, Sueuici sanguinis, ante Ludouici tempora, nullam sedem fixam haberent, sed domesticis possessionibus hæredum fidei commendatis pro re nata vrbibus Imperii & Episcoporum domiciliis, per vices & velut in orbem, Imperii negotiis darent operam, vectigalibus & Cæsareo fisco, cum Principibus, qui officii causa frequentes aderant, victitantes.* Vid. SYNT. IVRIS PVBLICI *cap. X. §. I.*

74) H. REBDORFF ad a. 1344. *Hic etiam* (Ludouicus) *toto tempore regni sui, eo excepto, quo fuit in Italia (vt supra) circa sua propria ministrabat expensas, ciuitates vero & terræ Imperii in paucis ei prouidebant expensis & pro maiori parte temporis regni sui, maxime ab eo tempore, quo exiuit Italia, in terra sua morem traxit, quod de paucis suis antecessoribus est actum.* AVENTINVS lib. VII. c. XIX. n. 30. *primus Imperatorum priuatis opibus peculio atque ære proprio, ac censu suo Rempublicam administrauit.* LEHMANN *Chron. Spir. lib. VII. c. LXXVI. Kayser Ludwig der Vierdte, wird vor den Anfanger des Brauchs gehalten, das er in Bayern seinen Erblanden den Kayserlichen Hof angestellet. Denselben*

§. XXXIII. Anno 1339. Rainoldum, qui Eduardi III. sororem Eleonoram habebat in matrimonio, ob confoederationem cum dicto Eduardo, in Comitiis Francofurtensibus ex Comite Ducem Gelriæ facit, hoc insuper indulto, vt in publicis Imperii placitis, id re & loco exigente, vestitu ac paludamento Imperatorio Cæsarem induat, eiusque successoribus cum Aquisgrani, Mediolani ac Romæ coronabuntur, diadema Cæsareum capiti imponat, ac vicissim depositum manibus leuatum iisdem præferat, in modum aliorum Imperii Principum, quatuor præfectis hæreditariis vteretur, & iure monetæ gauderet. 75) Anno 1340. Generalem pacem in Sueuia sancit. Nouam inde a. 1345. Principum iuramentis firmatam constituit. 76) Anno 1341. sententiam diuortii promulgat inter Iohannem filium Regis Bohemiæ, ob ipsius impotentiam, & Margaretham, dictam Maultaschiam, Carinthiæ Ducissam, quam filio suo Ludouico, Brandenburgensi Marchioni nuptum collocat, 77) eidemque Tirolensem Comitatum Ioanni abreptum, concedit. Eadem diuortii sententia postmodum a Papa & Episcopis fuit adprobata. 78) Anno 1346. audi-

selben sind in solcher Anstellung gefolget, Kayser Carolus der IV. Wenzeslaus, Rupertus, Sigismundus und andere deren Nachfahren am Remischen Reich. STRT. IVRIS PVBLICI *cap. IX. §. IV.*

75) Hoc plenius refert PONTANVS *Hist. Gelr. lib. VII. p. 228.* Extat diploma datum Francofurti d. 19. Martii 1339. apud LEIBNITIVM *Cod. dipl. p. I. n. LXXVIII.* TRITHEMIVS *Chr. Hirsaug. ad a. 1339.* du MONT *Corps Diplom. Tom. I. p. II. p. 174.* AVB. MIRAEVM *Notitia Eccles. Belgii cap. CCXXVIII.* Vid. etiam MVLLERI *Reichs-Tags-Theatrum p. V. c. XXXV.* Licet hæc, quæ de corona & vestitu priuilegium iubet, nunquam in obseruantiam fuerint deducta, dum Carolus IV. de iis aliter in A. B. definiuerit, potissimum, vt acta Ludouici rescinderet. PRIMA VITA BENEDICTI XII. *p. 228. Eodem etiam tempore dictus Ludouicus Raynaldum tunc Comitem Guelriæ in Ducem & Guilielmum tunc Comitem Iuliacensem in Marchionem sublimauit.* Idem dicitur QVARTA VITA BENEDICTI *p. 228.*

76) DATT *lib. I. Rer. Germ. c. V. §. 35.* de eadem agit. Pacis eiusdem etiam mentio fit in litteris Ludouici Imp. sub dato *Nürnberg am montage nach der Osterwochin anno 1344.* quas ex Regestis Palatinis publicauit SCHILTER *Comment. ad Ius Alemann. cap. CXX. §. 11.* Forsan ista anno 1345. fuit confirmata, vt de ea intelligi debeat H. REBDORFFIVS, dum *ad a. 1345.* dicit: *Regni sui XXVIII. idem Ludwicus generalem pacem in Alemannia fecit, in Sueuia, Bauaria, Franconia, & circa Rhenum, qualis antea longo tempore citra non est audita: quam iuramentis suis firmauerunt Principes, Domini & Ciuitates, & iudices speciales huius pacis sunt dati.* Inde addit: *anno regni sui XXX. propter prædictam pacem orta discordia inter Dominos & nobiles ex vna parte, & ciuitates de altera, maxime in Franconia, quia tractatus pacis prius habitos ciuitates voluerunt immutare de voluntate Ludwici, & facere firmiores: sed Principes & nobiles contradicunt. Vnde vterque se parat, ad arma, sed Ludwicus intercipit, & partes concordat.*

77) ALBERTVS ARGENT. p. 129. *cumque Ioannes Comes Tyrolis, filius Bohemi impotens, vxorem suam semifatuam plurimum molestaret, inter alia eius mordendo mammillas illa cum Baronibus suis habitis occultis tractatibus, eiecto Bohemo de comitatu, prædictum Ludouicum Marchionem de facto in maritum recepit. Sicque Ludouicus Princeps filium Ioannis Regis Bohemiæ vxore & Dominio spoliauit, inconsuetum & horribile facinus attentando. Filium namque ad hoc maleficii genus induxit inuitum, quod videbat vxorem sui consanguinei in tertio gradu, non separatam ab vllo iudice Ecclesiæ, ipsamque suam consanguineam non vxorem, sed mœcham traduxit.* GESTA BALDVINI lib. III. cap. VIII. *alio quadragesimo tertio anno Ludowicus de Bauaria Imperator illustris Principis Domini Iohannis Regis Bohemiæ filio de terra Carintiæ, quam prius sibi donauerat, eiecto, vxorem eiusdem raptam & suo filio traditam absque Ecclesiæ iudicio, non desponsatam, imo adulteratam, terram fraudulenter obtinuit Carinthiorum.* H. REBDORFF ad a. 1341. *oritur discordia inter secundum filium prædicti regis Bohemiæ, Iohannem nomine, Ducem Carinthiæ ex vna parte, & vxorem suam, filiam quondam Ducis Carinthiæ ac nobiles eiusdem, ex altera. Vnde ipsa accusat eum, quod sit frigidus, impotens ad Carnalem copulam, & asserit se virginem, licet cohabitauerit ei per decem annos vel circa. Propter quod Ludwicus Marchio Brandenburgensis filius Ludwici Imp. ipso volente, non facto diuortio per Ecclesiam dictam filiam Ducis Carinthiæ attinentem sibi in tertio gradu consanguinitatis duxit in vxorem: & nobiles terræ, expulso totaliter filio regis Bohemiæ tradunt sibi terram.* Extat sententia diuortii ac dispensationis apud GOLDASTVM *Constit. Tom. II. p. 87.* FREHERVM *addit. ad Annales Rebdorfii pag. 430.* LEIBNITIVM *p. I. p. 154.* du MONT *Corps Dipl. T. I. p. II. p. 206.* Defendunt etiam hanc Imp. potestatem Guil. Ockam de Iurisdictione Imp. in causis Matrimonialibus apud Goldastum Monarchia S. R. I. Tom. I. p. 21. & Marsilius Patauinus de Iurisdict. Imper. in causis Matrimon. apud GOLDASTVM Tom. II. de Monarchia p. 1383. Adde Thomasium Hist. Content. Imperii & Sacerdotii c. IX. §. XCIX. p. 94. sqq. Male igitur NICOL. BVRGVNDVS *Histor. Bauar. lib. III. p. 167.* scribit: *Non quod quidam Cæsarem insimulant, quasi ipse diremisset vinculum Imperatoria auctoritate, mera est fabula, ex falsis instrumentis traducta ab inuidis. Neque enim quisquam veterum hoc illi vitium imputat. Neque etiam Clemens sextus postea obiecit: non taciturus vtique, si quid eiusmodi peccatum fuisset, qui tot vanissima argumenta in execrationem immeriti cumulauit,* cum totidem testimonia de eodem testentur. Contrarium etiam testatur NAVCLERVS Gen. XLV. p. 1005. qui inter ea, quæ ipsi a Papa fuerant obiecta, refert: *matrimonia solennizata in facie Ecclesiæ separat, & in gradibus prohibitis coniungit.*

78) Iudicio tamen Ecclesiæ factum fuisse hoc diuortium, docet nos HERWARTVS ab HOHENBVRG *ad a. 1340. n. 27.* ex archiuo Bauarico adducens autographum Pauli, Episcopi Frisingensis, & Petri Abbatis Sancti Lamberti Salisburgensis, in quo referuntur litteræ Innocentii VI. Papæ, quæ non longe post principium hæc habent: *Ludouicus primogenitus* (Ludouici Imperatoris) *olim cum nobili muliere Ducissa Karinthiæ, quamuis simul essent in tertio consanguinitatis gradu ex vtroque latere coniuncti, & iustitia etiam publicæ honestatis inter ipsos ex eo exorta fuisset, quod antea eadem Margareta per dilectum filium nobilem virum, Iohannem Marchionem Morauiæ, ipsi Ludouico in quarto consanguinitatis gradu attinentem per verba de præsenti fuerat desponsata, licet ab eodem Iohanne fuisset postmodum iudicio Ecclesiæ separata, de facto matrimonium scienter ac temerarie contraxit, & in eo per quindecim annos vel circiter contra ius ac processus & sententias per felicis recordationis Benedictum XII. & Clemen-* tem

audita Wilhelmi Comitis Hollandiæ morte, pro tribunali, in ornamentis Imperialibus sedens, exquisiuit a plerisque Romani regni Principibus, quid de Comitatus Hollandiæ successione æquum videretur? decretum vero fuit, vacare cum Imperio, quia Wilhelmus Comes absque liberis decessisset, Principatum igitur Cæsar Margarethæ Imperatrici coniugi suæ, donauit, quæ vera soror Germana fuit Wilhelmi Comitis. Qua de caussa Imperatrix adparatu pulcherrimo in Hollandiam descendit, anno salutis 1346. vbi benigne cum omni honore & solennitate, ab omnibus recepta, homagium a vasallis accepit. 79) Dum vero Hollandi Margaretham repudiarent, misit illis filium suum Guilielmum, cuius posteritas in Hollandia successit. 80)

§. XXXIV. Tres ipsi vxores tribuuntur. Prima Comitis cuiusdam valde diuitis filia, quæ sterilis decessit. 81) Altera Beatrix, Henrici, Ducis Glogouiæ filia, 82) qua a. 1323. defuncta, duxit anno insequenti Margaretham, Wilhelmi III. Hollandiæ Comitis filiam. 83) Hæc post patris mortem tanquam primogenita, Batauiæ Comitatum adfectauerat, ideoque cum Wilhelmo filio bellum gessit, sed a. 1381. fuit extincta. 84) Ex Beatrice filios reliquit Ludouicum Seniorem, quem mortuo Waldemaro a.

tem VI. Romanos Pontifices, prædecessores nostros seu alios eorundem prædecessorum, siue anterius ipsorum auctoritate & mandato, super hoc contra ipsos, Ludouicum primogenitum & Margaritam specialiter habitos & prolatos promansit. Idem comprobat ADLZREITER *p. II. lib. IV. n. X.* AVENTINVS vero *lib. VII. c. XIX. n. 1.* Leopoldum de Schaumberg, Episcopum Frixinensem dissidium hoc fecisse pronuntiat. Extat ista sententia etiam apud HERWARTVM *ad a. 1340. n. 24.* LEIBNITIVM *p. I. Cod. Iur. G. n. LXXXII.* Vid. etiam de hoc diuortio CORZVSII *lib. VIII. c. VII.* & *lib. IX. c. XV.* GVNDELFING *de Succ. Tirol.* apud LAMBECIVM *Bibl. Cæs. lib. II. c. VI. p. 520.* BVRGVNDVS *p. 166.* Hoc etiam diuortium atque iteratum matrimonium ab Episcopo Curiensi fuit adprobatum. Sic enim H. REBDORFFIVS ad a. 1349. *eodem anno 1349. mense Iulio, Episcopus Curiensis, in cuius diœcesi est castrum Tyrolis, promulgat solennem sententiam diuortii inter Iohannem fratrem Karoli, & filiam quondam Ducis Karinthiæ, cui prænominatus Ludwicus Marchio Brandeburgensis, vt vxori suæ cohabitauerat per septem annos & vltra, & duos pueros suscepit ex ipsa. In qua sententia Episcopus asserit præfatum Iohannem frigidum & impotentem ad copulam carnalem, & ideo non fuisse matrimonium inter eos.* Addit GERH. a ROO lib. III. *Clementem Pontificem ab Ludouico iuniore exoratum Patriarchæ Aquilegiensi & Curiensi præsuli negotium dedisse, vti matrimonium illud irritum facerent.* Adstipulatur ALBERTVS ARG. *p. 151.* Non habet igitur, quod ambigat NICOL. BVRGVNDVS *Hist. Bauar. lib. III. p. 167. Curiensis an Frisingensis episcopus soluerit priores nuptias, inter scriptores ambigitur. Ab Ecclesia tamen separatio facta est. Idque Innocentii sexti tabulæ diuersis verbis enunciant.* AVENTINVS *lib. VII. c. XX. n. 13.* dicit, post triduanum dissidium inter Ludouicum & Margaretham, quarto die nuptias solenni adparatu fuisse celebratas, quasi nunquam cohabitassent.

79) Verba sunt MAGNI CHRONICI BELGICI *p. 331.* H. REBDORFF ad a. 1347. *hic autem Wilhelmus nepos prioris fuit, de quo sub Friderico frater Germanus Margarethæ vxoris Ludwici Imp. & absque liberis decessit. In cuius locum successit prædicta soror tanquam proximior, & senior inter sorores, videlicet Reginam Angliæ, & Comitissam vel Marchionissam Iuliacensem, iuniores quam ea: nullum vero fratrem, propter quod ex consuetudine patriæ terram Hollandiæ & terras alias sicut frater obtinuit.* ALBERTVS ARGENT. *p. 135.* AVENTINVS *lib. VII. c. XIX. n. 12.* IO. a LEIDIS *ver. Belgic. lib. XXIX. c. I.* BVRGVNDVS *p. 177.*

80) PRIMA VITA CLEMENTIS VI. p. 250. *Eodem fere tempore Wilhelmus Comes Hollandiæ, magna suorum multitudine amissa, a Frisonibus, nulla sibi herede superstite, interficitur. Propter quod Ludouicus Dux Bauariæ, qui se licet falso pro Imperatore gerebat, comitatum huiusmodi dedit filio suo Wilhelmo, quem vsque ad tempora nostra pacifice tenuit posteritas sua.*

81) NAVCLERVS vol. II. gen. XLIV. p. 991. *iste Ludouicus prodigus ante imperium fuit, vt quidam scribunt, & bona sua dilapidauit. Ideo duxit filiam cuiusdam comitis propter dotem magnam, cum qua non habuit liberos.* MVTIVS *lib. XXIV. p. 222.* Licet hanc reliqui Scriptores Bauarici ignorent.

82) Pergit NAVCLERVS c. l. *ea mortua duxit filiam ducis Poloniæ, ex qua procreauit Ludouicum & Stephanum.* Idem dicit MVTIVS *c. l.* NIC. BVRGVNDVS *lib. I. p. 41. inter hæc fortunæ tela, ne quid deesset ad malorum summam, Beatrix Ludouici vxor morbo extincta est. Quatuor ei supererant liberi, Ludouicus postea Brandenburgensis dictus, Stephanus, Machthildis, & Agnes. Genus e Polonia regium dignis quoque virtutibus impleuerat, moribus sanctissima, quibus totam familiam sic instruxerat, vt templum potius quam Regia videretur.* Sed non Poloniæ Ducis, verum Henrici III. dicti fidelis, Ducis Glogouiensis erat filia, de qua LVCAS *im Slesischen Fürstensaal p. 1045.* Ex regia igitur Poloniæ gente erat nata, prout latius demonstrauit DAN. ZEPKE *in Gynaeceo Silesiaco p. 16.*

83) H. REBDORFF *ad a. 1347.* M. CHR. BELG. *c. loc.* NAVCLERVS *c. l.* MVTIVS *c. l.* BVRGVNDVS lib. II. p. 87. *Cæsar interim Coloniæ Agrippinæ solemniis intentus erat, quibus ipse Margaretham Hollandam, & Otto dux inferioris Bauariæ Richardim Iuliacensis Principis filiam sibi adiungebant matrimonio. Celebritatem nuptiarum quatuor Electores auxerant; Brandeburgensis & cum Moguntino Treuirensis; Coloniensis quoque cum Cæsare nuper in gratiam reuersus.* Male igitur ALBERTVS ARGENT. *p. 145.* Ludouici relictam, Beatricem vocat, dicens: *Mortuo autem, vt supra Ludouico Principe, Beatrix de Holandia relicta eius cum priuignis suis amicabiliter concordans, ipsos in agendis suis plurimum confortauit.*

84) ALBERTVS ARGENT. p. 157. *Romanus autem frater eius, venit ad matrem in Holandiam, assistens matri contra fratrem suum Wilhelmum, quem terra illa pro Domino ad mandatum matris recepit, quam mater aspirans ad cuiusdam imparis matrimonium, vt dicitur, nititur rehabere: at illi Wilhelmo assistunt & inter ipsos discrimina oriuntur. Scripsit autem mater filio si eum obtinuerit, ipsum in quatuor partes diuideret: ipse e contra eam obtinuerit, vt matrem tractaturum benigne, scribente, inito conflictu in lacu, ex parte matris perierunt CC viriles & vltra, multique Anglorum.* H. REBDORFF *ad a. 1351. Domina Margaretha prænominata obiit anno LVI. mense Iunii relicta Domini Ludwici existens in Holandia, & volens terram habere ratione primogenituræ (vt supra sub Ludwico dictum est) quod nolens Paiguillus* (leg. sine dubio pati Guilielmus) *filius eius, & domini terræ, incepit guerram*

 cum

ro a. 1319. Marchionem Brandenburgicum fecit, 85) quem cum Casimiri Poloniæ Regis filia a. 1338. voluit copulari, 86) & Stephanum Fibulatum gentis fatorem. Inter filias ipsi tribuuntur Beatrix, Caroli Hungarici Regis vxor, Anna 87) & Mechtildis, Friderico Seuero, Misniæ Marchioni nupta. 88) Ex Margaretha Batava sustulit Guilielmum Comitem Hollandiæ & Selandiæ, Albertum, huius in prouinciis Belgicis hæredem, Ludouicum Romanum dictum, eo quod Romæ a. 1328. natus 89) fratris in Electoratu Brandenburgico successorem, & Ottonem, qui Carolo IV. eundem Electoratum vendidit. 90) Hi vero a. 1349. Dominica infra natiuitatem S. Mariæ in Landsberg terras ita inter se diuiserunt, vt Ludouicus Marchio Brandeburgicus natu senior, Ludouicus Romanus & Otto Iunior Superiorem Bauariam cum Comitatu Palatino Rheni & Comitatu de Graispach obtinerent; reliqui tres fratres, Stephanus, Albertus & Iohannes Bauariam inferiorem haberent. 91) Filiæ erant Elisabetha, priori matrimonio Ioanni vltimo Duci Bauariæ inferioris, inde Vlrico Würtenbergico Comiti nupta. Agnes monialis, 92) Anna, Güntheri Schwartzburgici vxor.

cum filio. Filius nititur eam expellere de terra, & magnum bellum insimul habuerunt. ADLZREITER *p. II. lib. IV. exeunte.*

85) ALBERTVS ARGENT. pag. 121. *eisdem temporibus, anno M. CCC. XIX. mense Iulio, obiit Woldemarus Marchio Brandenburgensis absque liberis, Marchionatus dispositione ad Imperium deuoluta, fuitque cum magna lamentatione manifeste sepultus, quem postea ad 28. annos viuere dixerunt. De quo Marchionatu Ludouicus Princeps postea Ludouico, filio suo primogenito prouidit.*

86) Extant desuper litteræ apud LVDEWIG *Reliquiis Msstorum Tom. II. p. 293.* in quibus: *magnificum principem filium nostrum dilectum generose nate tue dilecte, legitima copula, data fide, presentibus promittimus & volumus copulare.*

87) De his loqui videtur H. REBDORFFIVS, dum *ad a. 1350.* de Ludouico Romano, Ludouici Bauari filio ex Margaretha scribit: *hic eodem tempore duas sorores suas ex parte Ludwici patris nupsit, vnam fratri Regis Vngariæ supra nominati. Aliam filio domini Mastini de Scala domini Veronensis, qui sibi intuitu Marchionatus Brandenburgensis magnam pecuniam mutuauit.* De vltima etiam apud CORTVSIVM lib. X. c. IV. *mense vero Nouembris Canis Maior duxit vxorem filiam Ludouici Ducis Bauariæ, qui se dicebat Romanorum Regem & obiit contumax, & rebellis Ecclesiæ.*

88) De hac CONT. LAMBERTI ad an. 1338. *Marchio Fridericus iunior celebrauit nuptias solennes in Norenberg cum filia Regis Romanorum Mechtilda.*

89) ANDREAS PRESBYTER *p. 36.* H. REBDORFF *ad a. 1349.*

90) Filios in vniuersum nominat ANDREAS PRESBYTER p. 36. *defuncto Ludouico Imperatore, filii sui faciunt diuisionem terrarum anno Domini MCCCXLIX. Dominica infra natiuitatem S. Mariæ in Landsberg, hoc modo: Ludouicus Marchio Brandeburgensis natu senior, Ludouicus dictus Romanus, (eo quod Romæ sit natus) & Dux Otto iunior possederunt superiorem Bauariam cum omnibus attinentiis: Dux vero Stephanus, Wilhelmus, & Albertus possederunt inferiorem Bauariam, Hannoniam, Hollandiam, Selandiam, & Frisoniam, cum suis attinentiis.* NAVCLERVS vol. II. Gen. XLIV. p. 992. *ex comitissa Flandriæ genuit Guilhelmum, Albertum, Ludouicum Romanum & Ottonem. Abbas vero de Spanheim scribit, quod Ludouicus vxorem habuerit Margaritam filiam Guilielmi Hollandiæ comitis, quæ peperit ei sex filios, Ludouicum postea Marchionem Brandenburgensem, Stephanum ducem Bauariæ, postea in Landshut Albertum, postea in Straubingen Guilielmum, postea ducem Hollandiæ, Ludouicum dictum Romanum, & Othonem, & forte hoc verius.* TRITHEMIVS ad a. 1314. *Ludouicus autem Rex quotidie magis magisque conualuit, & feliciter pluries contra Fridericum triumphauit. Vxorem habuit Margaretham Wilhelmi Comitis de Hennegau Hollandiæque filiam, de qua genuit sex filios. Ludouicum videlicet Ducem Bauariæ: Stephanum quoque Bauariæ Ducem in Landeshutta commorantem: Albertum Ducem in Straubingen; Wilhelmum Ducem Hollandiæ, Selandiæ, Frisiæ, & in Breda. Henegauque Comitem: Ludouicum Romanum, quia Romæ natus; post Volmarum Marchionem in Brandenburg & Ottonem.*

91) H. REBDORFF *ad an. 1349.* ANDREAS PRESBYTER *p. 36.*

92) BVRGVNDVS *lib. III. p. 163.*

SECTIO SEXTA
DE
CAROLO IV. ET GVNTHERO SCHWARTZBVRGICO.

§. I. Caroli parentes & natiuitas. §. II. Caroli mores. Vitricus Imperii fuit. §. III. Gesta antequam fieret Imp. §. IV. Post electionem Bauariam intrat. Noribergensis tumultus. Franci & Sueui ipsum recipiunt. Clemens VI. Papa istis graues conditiones imponit, qui Ludouico Bauaro fauerint. §. V. Eduardo, Anglorum Regi & Friderico Misnensi Imperium defertur. §. VI. Carolus Wormatiæ a lanione detinetur, Rotenburgi in ludis equestribus succumbit, ciuitates Sueuiæ in fidem recipit, Ludouici Brandenburgici insidias vix euadit. §. VII. Güntherus Schwartzburgicus eligitur Imp. quis fuerit. §. VIII. Carolo accedunt Misniæ Marchio, Thuringiæ Landgrauii & Comites, El. Treuirensis. §. IX. Carolus & Güntherus exercitum congregant. Iste Spiram Principes conuocat, Rudolphi Palatini filiam ducit. §. X. Guntherus a Medico venenum accipit. §. XI. Carolus Moguntiæ recipitur: Güntherus Altauillæ se tenet. §. XII. Carolus Ludouico Brandenburgensi Comitatum Tirolis concedit, qui ipsum cum Günthero componit. §. XIII. Mors Güntheri & sepultura. §. XIV. Carolus in Comitiis Francofurtensibus noua telonia concedit, quæ iterum abrogantur. §. XV. Caroli vxor Aquisgrani coronatur, controuersia de sceptro præferendo, inter Marchionem Brandenburgensem & Iuliacensem componitur. §. XVI. Turba in Marchia Brandenburgensi. Pseudo-Waldemarus. Ludouicus Brandenburgensis Carolo insignia Imperii tradit. §. XVII. Comitia Spirensia, Noua Curia, castrum Bauariæ destruitur. Gerlacus Moguntinis imponitur Archiepiscopus, B. Würtenbergicum, Pax Sueuiæ generalis, B. Tigurinum. §. XVIII. A. 1354. Italiam ingreditur, Vice-Comites Mediolanenses confirmat & Mediolani confirmatur. §. XIX. Pisani & Senenses se Carolo subiiciunt, idemque Romæ coronatur. Tumultus & conspiratio Pisanorum.

§. XX.

§. XX. Publicatio A. B. in Comitiis Noribergensibus & Metensibus. §. XXI. B. Brabantinum. Papa subsidia a Clero Germanico petit. Liuonia Rex Imp. eludit. B. Wurtenbergicum. §. XXII. Wenceslaus nascitur. Curia festiua Noriberga. §. XXIII. Controuersia de successione & tutela Brandenburgica. Marchia Brandenburgensis Carolo venditur. §. XXIV. Status regni Arelatensis, Coronatio Caroli in Regem Arelatensem. Constitutio Caroli Delphini in Vicarium dicti Regni. Imp. aduentus Auenionem. Arnoldi de Seruola incursio in Alsatiam. §. XXV. Bellum contra Vice Comites Mediolanenses. §. XXVI. Fœdera inter Germania Ciuitates & Principes. §. XXVII. Controuersia de successione in Ducatum Luneburgensem. §. XXVIII. Papa Carolum ad expeditionem cruciatam commouere frustra conatur. §. XXIX. Schisma Papale inter Vrbanum VI. cui Carolus IV. adhaeret, & Clementem VII. §. XXX. Wenceslaus in Regem Romanorum Francofurti eligitur. §. XXXI. In iisdem Comitiis controuersia de successione in Electoratum Saxoniæ fuit decisa. §. XXXII. Ciuitates Imperii sibi de fœdere prospiciunt, ne ab Imperio alienentur. §. XXXIII. Concessæ a Carolo dignitates illustres. §. XXXIV. Leges & Constitutiones Caroli IV. §. XXXV. Sedes & consilia de augendo patrimonio. §. XXXVI. Mors Caroli IV. §. XXXVII. Familia Caroli IV. §. XXXVIII. Inuentio pulueris pyrii & bombardarum.

§. I.

CArolus IV. qui Ludouico Bauaro successit, nepos erat Henrici VII. Imp. filius Iohannis, Bohemiæ Regis, 1) qui, dum in Galliam abiret, vt Philippo VI. Gallorum Regi contra Eduardum III. Regem Anglorum auxilia ferret, in Cressiacensi prœlio a. 1346. occubuit. 2) Mater erat Elisabetha, Wenceslai Senioris, Bohemiæ Regis filia. 3) His parentibus ipse XIV. Maii anno 1316. fuit natus. 4) Nomen huic Carolo in baptismo Wenceslaus fuit, quod in confirmatione a Carolo, Francorum Rege mutatum est, apud quem pueritiæ rudimenta peregit. 5)

§. II. Princeps eruditus erat, sapiens, astutus, eloquens, multarum linguarum, Bohemicæ, quæ ipsi naturalis erat, Germanicæ, Latinæ, Gallicæ, Lombardicæ peritus. 6) Vir

1) CORTVSII nouit. Paduæ lib. IX. c. XI. *contra Ludouicum Ducem Bauariæ senem, & rebellem Ecclesiæ qui per XXX. annos se appellabat Imperatorem, mandata Summi Pontificis contemnendo, Carolus de Lucemborgh, filius Ioannis Regis Boemiæ, filius quondam Imperatoris Henrici eligitur Imperator.* ALBERTVS ARG. *p.* 125. Ipse Carolus in vita sua *p.* 88. Genealogiam suam hoc modo exponit: *cupio igitur vos non latere, quod Henricus VII. Rom. Imperator, genuit patrem meum nomine Ioannem ex Margaretha, Ducis Brabantiæ filia, qui duxit vxorem nomine Elizabeth, filiam Wenceslai II. Bohemiæ regis, & obtinuit regnum Bohemiæ cum ea, quia masculinus sexus in progenie regali Bohemorum defecerat: & expulit Henricum, Carinthiæ Ducem, qui habebat in vxorem sororem seniorem vxoris suæ dictæ, quæ mortua est in posterum sine prole. Qui regnum Bohemiæ causa eiusdem sororis ante eum obtinebat, prout clarius in Chronicis Bohemorum continetur. Genuitque idem Iohannes, rex Bohemiæ, cum Elizabeth regina me primogenitum suum nomine Wenceslaum anno Domini M. CCC. XVI. pridie Idus Maii hora prima in Praga.* ALBERTVS ARG. p. 141. *egressus est itaque de Bohemia, cum magno equitatu, in Bauariam animo inuadendi terram Ludouici Principis, Carolus Rex Bohemiæ electus in Regem Romanorum, filius quondam Ioannis Regis Bohemiæ, nepos quondam Henrici de Lützelburg Romanorum Imperatoris: item pronepos ex filia & nepte Rudolfi de Habspurg, Romanorum Regis; item nepos ex filia quondam Wenceslai Bohemorum Regis, pronepos que Ioannis Ducis Brabantiæ sororius Philippi Regis Franciæ: cuiusque Philippi primogenitus Ioannes, Dux Normandiæ ipsius Caroli est sororius: ipse Carolus socer Caroli Regis Hungariæ, socerque Rudolfi Ducis Austriæ.* BENESSIVS de WEITMVLL Canonicus Pragensis *in Chron. Eccl. Prag. Msto lib. II. ad a.* 1316. apud PESSINAM lib. IV. c. II. *Anno* 1316. *d.* 14. *May hora diei prima nascitur Iohanni Regi primogenitus filius Pragæ, cui die* 31. *eiusd. in festo Pentecostes, dum sacro fonti ablueretur per Petrum Archiep. Mogunt. in Ecclesia Pragensi, præsentibus Balduino Archi-Ep. Treuir. Iohanne Ep. Pragensi, & Petro I. Ep. Olomicensi. datum Wenceslai nomen, quo tamen non diu vsus fuit, sed in Galliam postea missus ad Carolum IV. R. Gall. accepto in confirmatione sacra per Pontificem Ioh. XXI. Caroli nomine, hoc retinuit.* Genealogiam eius nectit CVSPINIANVS p. 381.

2) ALBERTVS ARGENT. p. 136. *congredientibus autem primis ad conflictum, circa meridiem, sabbato post Bartholomæi Apostoli, anno Domini M. CCC. XLVI. diuque certantibus, sagittariisque Franci terga vertentibus, ac cum populo fugientibus: tota Franci acies fugam dedit, eo reclamante, diuque cum paucis manente. Diu autem in certamine remanserunt Alemanni, ita quod multa millia hominum sunt occisa. Ceciderunt inter alios Ioannes Rex Bohemiæ, qui cæcus fuerat & se ad conflictum per Henricum Monachi de Basilea, & H. de Clingenberg milites fecit adduci.*

3) FVGGER *lib. IV. c. XII. p.* 495.

4) Hoc ipse de se testatur in vita sua p. 89. loco iamdum adlegato. LEHMANN lib. VII. c. XXXIV. *Carolus der IV. dieses Nahmens Römischer Kayser, Königs Iohannis zu Böhmen, und Graf zu Lützelburg, Sohn, ist zu Prag gebohren an.* 1316. *den* 14. *Maii und bey der Tauff Wenceslaus genant.* Sequitur FVGGER *lib. IV. c. XII. p.* 498. Patet hoc etiam ex AENEA SYLVIO dum *cap. XXXIII.* Carolum vnum & triginta annos natum dicat, cum pater prœlio Cressiacensi moreretur.

5) AEN. SYLVIVS c. l. *nomen huic Carolo in baptismo Wenceslaus fuit, quod in confirmatione a Carolo, Francorum Rege mutatum est, apud quem pueritiæ rudimenta peregit.* DVBRAVIVS lib. XX. p. 525. *Inter læta quoque acceptum, quod Regina filium Regi, quem nominari Venceslaum voluit, (postea Carolus est vocatus) enixa fuerit.* Dubium quidem ex eo suboriri videtur, quod ipse Carolus in Constitutione *über den Gottesdienst der Kirchen und Chor-Herren zu Carlstein apud* GOLDASTVM *Reichs Satzungen p. II. p.* 66. dicat: *also haben wir auf unsern neuen Schlos Karlstein, so wir von newem und zum grunde erhoben, und deme den nahmen von unserm Tauffnahmen gegeben.* Verum, dum Caroli nomen in confirmatione fuerit impositum, atque hæc semper apud Pontificios pro sancta habita, ideo nomen in ipsa impositum instar nominis baptismalis habendum.

6) Ipse Carolus in vita sua p. 94. *& sic cum venissemus in Bohemiam, non inuenimus nec patrem, nec fratrem, nec sororem, nec aliquem notum. Idioma quoque Bohemicum ex toto obliuioni tradideramus*

Vir alias magnorum operum dicitur, in consiliis prouidus, in agendo circumspectus, ad bella non anhelans, qui regnum Bohemiæ tum Religionis cultu, tum Legum ac bonorum morum disciplina illustrauit. 7) Nimium quoque clero fuit addictus. 8) Hoc tamen gloriam ipsius obfuscauit, quod Bohemici regni gloriam magis, quam Romani Imperii quæsiuit, exinde etiam Vitricus Imperii dicitur. 9)

§. III. Septimo ætatis anno 1323. a patre in Galliam missus, vbi rex Francorum ipsum per Pontificem fecit confirmari, imposito ipsi Caroli nomine, atque iussu Regis, a Capellano litteris fuit eruditus. 10) Mortuo Carolo Pulcro, Gallorum Rege, ad Iohannem patrem in Comitatum Lucenburgensem venit. 11) Dum vero hic a. 1330. in Italiam pergeret, filium ad se euocabat, ipsumque in Italia constituit Vicarium, vbi venenum ipsi insidiis Azonis Vice Comitis Mediolanensis præparatum vix euasit. 12) Dum vero pater ipsius in Italia præualere nequiret, in Bohemiam cum ipso fuit reuersus, 13) ibidemque vt Regis vicem gereret, relictus, atque Marchionis Morauiæ nomen fuit adeptus, dum arcem Pragensem restaurauit, multa bona a regni Baronibus occupata recuperauit, atque regnum fere desolatum in meliorem Statum redegit. 14) Inde a. 1337. contra Busconem Münsterbergensem Ducem fuit missus, vasallagium patri denegantem, ad quod ipsum adegit. 15) Post hæc bellum gessit cum Goritiæ Comite, qui Austriæ Ducum erat adiutor. 16) Inde cum patre in Lithuanos expeditionem suscipit, dum vero ob hyemis mollitiem glacies non esset, vt reuerterentur, fuerunt coacti. 17) Inde in Italiam veniens, Parmam a Venetis obsessam, liberat, Bellunum occupat, cum Venetis fœdus pangit. 18) Anno 1345. Pragensem Episcopum iura Metropolitana

mus, quod post reddidimus, ita vt loqueremur & intelligeremus vt alter Bohemus. Ex diuina autem gratia non solum Bohemicum, sed Gallicum, Lombardicum, Teutonicum & Latinum ita loqui, scribere ac legere sciuimus, vt vna lingua istarum, sicut altera ad scribendum, legendum, loquendum & intelligendum nobis erat apta. HENRICVS REBDORFIVS Annalibus, sub initium Historiæ Caroli IV. *Hic in consiliis prouidus, in agendis circumspectus, ad bella & guerras non anhelans, astutia & facundia & tractatibus generalem pacem fecit in Alemannia, & tyrannos in Italia sibi attraxit.* Iohannes Archiepiscopus Pragensis oratione funebri apud FREHERVM p. 110. *vnde ipse intellexit fere omnia idiomata totius Christianitatis. Optime istas linguas sciuit, videlicet Bohemicam, que est naturalis, Teutonicam, Latinam, Francigenam, Lombardicam, Thuscanicam & quamplures particulares linguas, & ab his descendentes perfecte sciuit ac intellexit.*

7) Verba sunt AENEAE SYLVII Hist. Bohem. *c. XXXIII.* Laudatus alias a BENEVENVTO de RAMBALDIS *in libro Augustali*, ab AVENTINO *lib. VII. c. XXI.* §. 17. DVBRAVIO *lib. XXI. p.* 561. & *lib. XXII. ineunte: omnes facile ante se in Bohemia Reges Carolus pracessit, non solum dignitate, quam nouam in regnum cum Cæsareis insignibus primus ipse inuexit, sed etiam gratia & fauore apud cunctas viciniores nationes propter eximias suas ac vere Regias virtutes. Atque vt a pietate incipiamus, qua a prima statim pueritia ita imbutus est, vt perpetuo illam dein vitæ tempore custodierit tanto studio, vt primus Cæsarum nonnulla Euangelia etiam scripto interpretatus sit.* Quod iustitiæ fuerit obseruantissimus, demonstrat LEHMANN *lib. VII. c. XXXVI.*

8) Sic enim AVENTINVS lib. VII. c. XXI. §. 17. *Et vt Annalium Scriptores passim notant, & adhuc male audit, sacerdotum furorem alioqui intolerabilem, illis inseruiendo magis instiganit, illorum licentia immodica non solum aperuit viam, sed etiam strauit. Libertatem Germanam, Maiestatem Imperii Romani, populi victoris gentium fortunam, Christianam simplicitatem hostibus Reipublica prodidit.* Docet hoc etiam GOBELINVS PERSONA *Cosmodr. at. VI. c. LXIX.* scribens: *Hic Karolus pro libertate Ecclesiastica contra dominos temporales plura statuta edidit. Et ecclesiasticis personis priuilegia libertatis ampliauit. Nam postquam statuta laicorum, contra ecclesiasticam libertatem edita, irritauit, adiecit, quod quicunque laicus cuiuscunque status aut condicionis existat ausu sacrilego vel propria temeritatis audacia, sacerdotem vel clericum secularem, aut religiosum diffidauerit, proscripserit, captiuauerit, spoliauerit, occiderit, mutilauerit, aut in carcere detinuerit, aut huiusmodi malesicia perpetrantes scienter receptauerit, vel fauorem eis præstiterit, eo ipso sit infamis & omni honore priuatus, nec ad placita, aut ad concilia admittatur quouis modo.* Licet etiam Reformationis necessitatem adgnosceret, de quo PARALIPOMENA ad CONRADVM VRSPERGENSEM *p.* 362. NAVCLERVM *Vol. II. Gen. XLVI. ad a.* 1359. p. 1016.

9) AEN. SYLVIVS c. XXXIII. *clarus profecto Imperator, nisi Bohemi Regni gloriam magis, quam Romani Imperii quæsiuisset.* Idem dicit CVSPINIANVS p. 388. & LEHMANNVS *lib. VII. c. XL.* Quare etiam IAC. SPIGELIVS *notis ad Günther Ligurinum lib. V. ineunte*, de Carolo IV. dicens: *quo pestilentior pestis nunquam alias contigit Germania, vt sæpius dicere solebat heros ille maximus, multisque incomparabilis nominibus Cæs. Maximilianus: quo cum Germanici Imperii cura tranquillitasque concidisse hactenus visa est.* Eundem etiam ideo reprehendit KRANTZIVS *lib. X. c. III.* & *c. IV.* addens: *aliquantoque melius actum esset cum Imperio, si neque pater neque filius in eo fuissent. Nam pater largitionibus, vt filium extolleret, filius ignauis dissimulationibus, Imperium attriuere, atque eam tenuitatem, qua nunc cernitur, adduxere. Augustos se amant interpretari, quasi augendo insistant Imperio, sed longe ab hac interpretatione patris largitio, & filii ignaua dissimulatio.* THEODRICVS NIEM Nem. Vn. Tract. VI. p. 488. *Et puto, quod hi, pater & filius* (Carolus & Wenceslaus) *& vterque ipsorum totum residuum Imperii libentissime vendidissent, si reperissent emtorem.*

10) Ipse Carolus *in vita p.* 89. *misitque me meus pater - - ad Carolum R. Franciæ, me existente in septimo anno pueritia mea, fecitque me dictus Rex Francorum per Pontificem confirmari, & imposuit mihi nomen suum equiuocum, videlicet Carolus.*

11) *Vita c. l.* ALBERTVS ARGENT. *p.* 124. DVBRAVIVS *Hist. Bohem. lib. XXI. ineunte.*

12) *Vita p.* 90. DVBRAVIVS *lib. XXI. p.* 554.

13) *Vita p.* 94. DVBRAVIVS *lib. XXI. p.* 557.

14) *Vita p.* 94.

15) *Vita p.* 96. DVBRAVIVS *lib. XXI. p.* 560.

16) *Vita p.* 96.

17) *Vita p.* 97.

18) *Vita p.* 98.

19) Al-

litana adgnoscentem in Archiepiscopum fecit sublimari, ipsi Episcopatus subiiciens, ipsique ius coronandi Reges Bohemiæ concedens. 19) Hinc Ioannes pater, relicto in Bohemiæ regno hoc Carolo, apud Clementem VI. Papam Auinioni adhuc commorantem, in tantum profecit, vt abdicato Ludouico, Carolus a. 1346. eligeretur in Imperatorem. Licet non sine Electorum corruptione hoc factum fuisse dicatur. 20)

§. IV. Mortuo Ludouico Bauaro, statim cum multitudine Bohemorum inferiorem intrat Bauariam, eandemque deuastat, Ratisbonæ vt Rex suscipitur, Noribergæ etiam post magnifica promissa a patribus fuit receptus. 21) Ciues tamen ipso eiecto, & concitato tumultu, Ludouicum Brandenburgensem filium Ludouici Imp. recipiunt. 22) Hinc etiam de componendo eodem cum Ludouici Imp. filiis, Patauiæ actum fuit, sed frustra. 23) Postea Franconiæ & Sueuiæ nobiles ipsi se subiiciebant & feuda sua ab eodem suscipiebant. Argentina etiam, aliæque Alsatiæ ciuitates. Hinc ascendit Basileam. 24) Immo omnis Germania ipsi se subiecisset, 25) nisi Henricus Moguntinus turbas mouisset. Hunc enim Clemens VI. Papa, eo quod Ludouico Bauaro faueret, per sententiam deiecerat, suffecto Gerlaco Nassouio, qui Carolum elegerat. Henricus igitur cum eodem concordiam inire volebat, hoc saltim petens, vt post ipsius mortem sedem haberet quiete, quod tamen concedere nolebat Gerlacus, in Carolo nimium confidens. Has turbas dum Carolus non statim componeret, Henricus de alio Imp. substituendo cogitabat. 26) Cle-

19) ALBERTVS ARG. p. 135. *Eisdem diebus Ioannes Rex Bohemiæ, & Carolus Marchio Morauiæ filius eius, fuerunt in Curia, de oppressione Ludouici Principis, & promotione Caroli cogitantes. Antea autem idem Carolus in Curia existens, in odium Heinrici Moguntini, Pragensem Episcopum, subditum Moguntinensi promoueri in Archiepiscopum procurauit, & duos Episcopatus in Bohemia sibi subiici, & a Moguntinensis Ecclesiæ ditione absolui & eidem Pragensi ius coronandi regem Bohemiæ, quod antea habuit Moguntinus concedi: iurans, idioma Bohemicum a Germanico distinctum. De quo postea argutus Ioannes Rex Bohemiæ, pater eius, Principibus, quod sine scitu eius factum esset, iurauit.* H. REBDORFF in Historia Clementis VI. p. 438. *Hic Papa Clemens anno ipsius tertio* (1345, cum anno 1342. factus fuerit Papa) *de Ecclesia Pragensi suffraganea Moguntinensis, Metropolitanam erexit, constituens vt Reges Bohemiæ ab ipso coronentur, qui prius ab Archiepiscopo Moguntinensi coronari consueuerunt, subiiciens sibi pro suffraganeo Episcopum Almaciensem, & quendam alium suffraganeum, quem de nouo fecit Episcopum in regno Bohemiæ nomine Lochomuslensem.* GOLDASTVS de *Regno Bohemiæ app. p.* 161. & *Reichs-Satzungen p. II. p.* 36. TRITHEMIVS *ad a.* 1345.

20) *Vide Sect. superiori §. XXVIII.*

21) H. REBDORFFIVS ad a. 1347. *Karolus quartus filius Iohannis regis Bohemiæ, electus in Regem viuente adhuc Ludwico (prout inuenies) post obitum Ludwici se intromisit de regno sine alia electione, & cum multitudine Bohemorum intrauit inferiorem Bauariam iuxta Cambium, & ibi cædibus & incendio destruit terram, & ascendit iuxta aquam Danubii a ciuitate Ratisponensi, vt Rex est susceptus; deinde potenter veniens Nurenberg, eadem ciuitas ipsi vt Regi obediuit; & omnes Principes & nobiles Franconiæ & Sueuiæ ad ipsum confluunt; quibus donaria magna dedit, & promisit, & ipsi vt Regi obediunt, & feuda sua ab eodem suscipiunt. Hic in consiliis prouidus, in agendis circumspectus, ad bella & guerras non anhelans, astutia & facundia & tractatibus generalem pacem fecit in Alemannia, & tyrannos in Italia sibi attraxit.* ALBERTVS ARGENT. p. 141. *& veniens in terram ipsius Ludouici Bauariam, intellecta morte Principis, Ratisponam perrexit, vbi tanquam Rex Romanorum illico est receptus. Deinde veniens Nurnberg, ac grauibus fallis promissionibus Burggrauio ibidem, quem euadere non potuit, in Nurnberg est receptus.* TRITHEMIVS *Chr. Hirs. ad a.* 1347.

22) H. REBDORFF ad a. 1348. *eodem anno & feria IV. proxima ante festum Pentecostes in ciuitate Nurenberg rumor fuit, quod populares propter obedientiam factam regi se contra diuites erexerunt, & ipsos de ciuitate expellunt, & Ludwicum Marchionem Brandenburgensem pro domino receperunt.* AVENTINVS lib. VII. c. XX. n. 7. *ipse inde Norinbergam petit, honorifice a patribus exceptus est. Populus vero concitato tumultu illos ciuitate exturbat: Ludovicum Brandenburgensem filium Ludouici Imperatoris amicissimi Norinbergensibus recipit.* ADLZREITER Ann. Boiic. p. II. lib. IV. n. 34. *Ludouicum nihilominus, nihil pro se ambientem Norimberga pleraque opificum collegia Carolo infensa Regem optarunt. Orta a fabris ferrariis conspiratio, cæteros tribules ita concitauit, vt vrbis primores in capitis & fortunarum discrimen venerint, eo duntaxat, quod ferocientis plebis consilium de extollendo Ludouico non probarent. Plerique fuga ex vrbe saluti fuit, cum habitu alieno personati sordidatique vix insanientium oculos fefellerunt.*

23) H. REBDORFF ad a. 1348. *eodem anno circa festum B. Iacobi tractatum solennem habuit rex Carolus cum filiis Ludwici in Patauia & Albertus Dux Austriæ prædictus fuit mediator inter eos. Ibi interfuerunt Archiepiscopus Saltzburgensis, Episcopus Patauiensis, fratres carnales, qui regalia sua ab eodem Rege receperunt, interfuerunt Archiepiscopus Gerlacus Moguntinus, Archiepiscopus Pragensis, Episcopus Bambergensis & Herbipolensis, fratres carnales, & nuncii Regis Vngariæ, & maxima copia Principum, Baronum & nobilium, sed prædicti filii Ludwici cum maiori comitiua, quam rexerunt ibidem & modus concordandi eos bene fuit inchoatus, sed non consummatus.* ALBERTVS ARG. *p.* 146. AVENTINVS *lib. VII. c.* 20. *n.* 9. ADLZREITER *p. II. lib. III. n.* 35.

24) ALBERTVS ARG. p. 141. *interea Berchtoldus Episcopus Argentinensis, conuenientibus Argentinæ Ciuitatibus & Baronibus ligæ Alsatiæ, ipsius Regis commendationi insistens, ac se cum manu tenturum affirmans, cum & omnes de Liechtenberg sibi fauerent; ciuitates Alsatiæ, timentes infringi ligam pacis, quasi inuitos ad eius obedientiam inclinauit, sicque Argentinæ etiam honorifice est receptus, ipsum Episcopum in gradibus Ecclesiæ, indutus regalibus insignibus, habens coronam auream in capite, & pomum & Sceptrum in manibus, de suis regalibus, præstito sibi homagio, solenniter inuestiuit. Deinde per ciuitates Imperii Elsatiæ, quæ & eum receperant, Basileam ascendit. Spopondit enim ciuitatibus, se relaxationem processuum Papalium curaturum.*

25) CVRTVS. lib. IX. c. XI. *post cuius mortem Principes Alemanniæ, exceptis Bauaris, Domino Carolo Romanorum Regi fidelitatem debitam iurauerunt.*

26) ALBERTVS ARG. p. 135. 139. 142. *interea*

Clemens VI. Papa interea Bambergensi Episcopo, Friderico Hohenloico, potestatem cesserat illos absoluendi, qui Ludouico hæretico accesserant, atque ab illis, qui absol nem peterent, exigeret, iurarent, se fideles in posterum Pontifici futuros nulli Schis co adhæsuros, & credere, quod non spectat ad Principem, Papam disponere, & a creare, sed hoc hæresim esse damnatam, & quod nullum pro Imp. habebunt, nec pe dem apostolicum probatum, nec relictæ & liberis ipsius Ludouici pareant, nisi cum clesia reformentur, & qui Carolo Romanorum Regi per sedem approbato secum bunt. 27) Hanc commissionem Marcouardus de Randeck ex Curia Auenionensi tu Dum vero pleræque ciuitates hanc reconciliationis formam recipere recusarent, in Ludouicus hæreseos accusaretur, Imperiique Maiestas Pontifici subiiceretur, Franco tandem conuenerant Ordines, factumque fuit decretum de iugo pontificio excutie proclamantes, vsque adeo ne seruus ille seruorum fastu, libidineque dominandi fur sanit, atque in præceps abit, vt omnium sæuissimorum tyrannorum, quos vnquam legimus, crimina superbiam vincere propalam perfricata fronte contendit. 28)

§. V. Hic enim Henricus Moguntinus vna cum Ludouico Brandenburgensi chione, Ruperto Palatino, & Erico Saxoniæ Duci, cui ex successione Patris sui Sen non Rudolpho Duci ius eligendi competere prætexebant, electionem Caroli irritan clarantes, de eligendo Rege alio in castro Lanstein inuicem concordarunt. Hi A rum Regi Eduardo per literas & nuntios Imperii dignitatem offerebant, hoc vero, eo grauissimo cum Gallis bello esset implicitus, recusante. 29) Hinc in oppido Chaml Bauariæ conuenientes, Friderico Seuero, Misniæ Marchioni, Friderici II. ex filia abnepoti, genero Ludouici Imp. ex Mechtilda, ineunte mense Iunio Imperium defe Noriberga vrbe ipsi fauente. Ast Fridericus, acceptis a Carolo decem Marcarum bus, iuri suo renuntiauit, feudorum suorum inuestituram ab ipso accipiens. 31)

§

terea Conradus de Kirckel minister Moguntinæ sedis ac Treuerensis omnimodam concordiam tractauerunt inter H. Archiepiscopum Moguntinum ac Regem, & Treuerensem Archiepiscopum, oppidaque Imperialia in Wederaugia, Gerlacumque de Nassowe, prouisum sedis Apostolicæ competenter prouiderunt in via. H. destituto post eius mortem ipsam sedem habiturum quiete. Verum ipse Gerlacus de potentia & adiutorio Caroli confidens, negotio infecto ascendit Argentinam. Quod videntes H. Moguntinus, Conradus minister eius & prædicta oppida, se liberis defuncti Principis obligarunt, quod totum, si de Argentina descendisset Carolus Rex, celeriter expeditum fuisset. H. REBDORFFIVS *sub Clemente VI. p.* 438. De hac controuersia agit etiam SERARIVS *Hist. Mogunt. p.* 856.

27) NAVCLERI *Chronogr. p.* 1008.

28) Verba sunt AVENTINI *lib. VII. c. XX. n.* 6.

29) ALBERTVS ARGENT. p. 144. *post hæc Rex iuit Moguntiam, vbi sub pacto, ne introduceret Gerlacum prouisum Papæ vel aliquas legi literas permitteret, honorifice est receptus. Vbi ad eum venerunt Balduinus Treuerensis quasi latenter, cum paucis vbi & noua receperunt, quod feria quinta præcedenti, sc. proxima post Epiphaniam Domini, anno MCCCXLVIII. procuratores & secretarii Ludouici Marchionis in Brandeburg, item Ducum Palatinorum Rheni, Erici Ducis Saxoniæ, & H. Archiepiscopi Moguntini per Papam, tanquam electores Principes maiorem partem facientes, in Eduardum Regem Angliæ, habentem cum eis procuratorem & secretarium suum, in Romanum Regem, ex opposito villæ Rens super Rhenum, sub castro Lonstein concordauerunt eligendum, de hoc quoque confectæ sub sigillis eorundem Principum literæ, in præsentia omnium inibi conuenientium, publice legebantur, & quod ipse Anglus se vellet intromittere, dicebatur, de quo & literæ a Principibus ciuitatis sunt directæ: ex quo in Germania turbatio magna est suborta.* Idem p. 141. *Ecce H. Moguntinus, Ludouicus Marchio Brandenburgensis, Rupertus Palatinus, cui in hoc alii duo consenserunt, & Ericus Dux Saxoniæ, cui ex successione patris sui senioris, Rudolphi Ducis ius eligendi competere dicebatur, quamuis Rudolphus Caroli elector, quædam dominia, quibus principatum annexum asserit, se habere prætendit, de elegendo Rege alio, cum electionem Caroli irritam asserant, concor Missisque per eos pluries solennibus nuntiis lite sibi sub Castro Lonstein, de non variando, sub ipsorum Principum assignatis, eoque delibera suam diutius protrahente, eo quod inter ip Francum tractabatur de treugis: Francoque Anglum electionem Romani regni appetere, & (ne crescat eius potentia) treugas alias sibi g mas, recusante: Angloque propter litem cum in festo beati Ioannis Baptistæ renouatam, de ne de ipso facta intromittere se nolente: cum sibi desuper datis, remissis Principibus rescripsit dem Principibus fauoris sui auxilium pollicer* BRICIVS equidem *Origg. Saxon. lib. VI. p.* 65 vocat Cornubiæ Comitem, Regis Henrici I trem. Verum, prout ex dictis patet, ipse R de quo etiam HENR. KNYGHTON *de euent lib. IV. p.* 2596. TRITHEMIVS *ad a.* 1347 Saxoniæ Electore Erico eadem narrat CVSP NVS p. 383. sed addit: *licet Rudolphus C elegisset, quod quædam dominia, quibus prin annexus erat, haberet.*

30) ALBERTVS ARG. p. 145. *dicit in Bauariæ*, dum autem Chambum Bauariæ fu numeratum, atque locus iste probe cognitus hunc intelligi putarem.

31) ALBERTVS ARG. p. 145. *quo f dem Principes Electores vocato Friderico Ma Misnensi, abnepote quondam Friderici Impera filia eius, genero prædicti Ludouici Principis cti, in principio mensis Iunii in Kans Bauar venerunt, vbi inter eos actum est, quod ide chio prædictam Beatricem, olim Imperatric vxorem duceret, & de Romano regno ad cor ctionem intromittere se deberet. Oppidum Nurenberg eiectis potentioribus Regis fautorib sente populo, se non consensisse in Regem, M nem de Brandenburg, pro Rege acceptauit. P Marchio Missenensis desistens a proposito, re Rege Carolo ne X. millibus Marcis, facto sibi gio, & excepto ne contra filios defuncti Princi ceret, ab ipso feudorum Imperialium inuestitur cepit: quamuis enim iuuenis arthritico teneba infra biennium moritur.* Sequitur MVTIV *XXV. p.* 246. TRITHEMIVS *ad a.* 1347. quod dicit, pactum fuisse, vt Beatricem, L relictam in vxorem duceret, falsum omni

§. VI. Inter hæc, varios etiam casus expertus fuit Carolus. Dum enim a Rheno in Sueuiam descenderet, homagium a Sueuiæ Ciuitatibus recepturus, tam exigua in vulgus gratia fuit, vt Wormatia digredientem Lanio morari ausus sit, regiam fidem sugillans, debitoremque suum non nisi numerato carnium pretio, dimissurus. 32) Rotenburgi ad Nicrum aliud dedecus accepit. Equestribus ludis, Carolus cultu corporis Rechbergensem Regulum mentitus, in arenam ab Stainio quodam fuit effusus, victori suo præmia victoriæ ex lege persoluit. 33) Vlmæ tamen viginti quatuor Sueuiæ oppida in fidem accepit. Exinde Noribergam tendens, a captiuitate vix abfuit, haud dubie capiendus, nisi mutato itinere Ludouici Brandenburgici insidias euitasset. 34)

§. VII. Postquam autem Fridericus Misnensis iuri Imperii renuntiasset, Güntherus eligebatur. Erat hic Schwartzburgi Comes, Henrici filius, natus a. 1304. 35) ad differentiam patruelis sui, Iunior dictus. Vir robustus dicitur, bellicosus, strenuus & prudens in bello, in pluribus conflictibus feliciter præualens, in ministerio olim Henrici Moguntini fuerat & Ludouici Bauari, 36) cuius etiam filiam Annam habuerat in matrimonio. Hunc igitur Electores & Principes Carolo contrarii, dum antea iamdum separatim vocem suam Günthero dedissent, eundemque contra quoscunque defendere promisissent, 37) in campis Francofurti conuenientes, videlicet Henricus Moguntinus, Ludouicus Brandenburgicus, Rudolphus Comes Palatinus Rheni, vna cum fratre Ruperto, Ericus senior & Iunior Duces Saxoniæ, qui tanquam a Iohanne seniore orti, ius & vocem in electione prætendebant, XXX Ianuarii 1349. elegerunt, eundemque de Imperio accipiendo rogarunt, id quod hoc pacto fecit, si imperium vacare decerneretur, ipsisque qui eum elegerunt, ius competeret eligendi. Hoc facto, cum exercitu suo in campo se posuit iuxta Francofurtum, feria sexta post diem Hilarii 1349. 38)

§. VIII.

dum Ludouici vidua Margaretha fuerit Batava: vix etiam credendum, quod hoc ipsi oblatum, dum Mechtildem Ludouici filiam iam ante habuerit in matrimonio. Hinc certius IACOB VON KÖNIGSHOVEN in Elsaſ. Chronic. c. II. p. 133. *do besantent die Kurfürsten den Marggroven von Myssen Keyser Ludewigen dohterman und erweltent den zu Künige wider diesen Karlen.*

32) ALBERTVS ARG. p. 144. *nuncii autem Francofurtensium, a rege, inquirente eos super sui receptione, infecto negotio recesserunt. Sicque rex cum timore Wormatiam a Moguntino reuersus. Maneque volens recedere, expectante omni gente sua armata ante hospitium suum non pagatis hospitibus Curiæ & coquinæ suæ: & diu expectante tota gente, iterum ad querelam vnius carnificis, regem arrestantis, ne discederet, factus est in populo tumultus. Promittentibus autem pluribus, ne discederent hospitibus non pagatis, Rex Spiram perrexit. Proscripto autem carnifice a Wormatia, ipse Spiræ ad gratiam Regis veniens, ad preces regias est resumptus.* ADLZREITER *p. II. lib. IV. n.* 28.

33) ALBERTVS ARG. c. l. *ascendente autem Episcopo Argentinensi & Baronibus Alsatiæ, qui descenderunt, Rex Sueuiam perrexit, animo fidelitatem a ciuitatibus Sueuiæ recipiendi, in quadragesima. Pergens autem Ratenburg Comitum de Hohenberg, vbi bastiludiorum Curia est indicta, & latenter sub armis Schilhardi de Rechberg bastiludens, per N. de lapide militem fuit in terram prostratus. Intelligens autem miles Regem esse, equum sibi adtraxit; quem Rex LX. marcis redemit. Mane autem volentibus illis diuidere per galeas torneamentum, & recepta cassidé sine signo, intellectoque quod regis esset, consilio inito per milites, a torneamento cessarunt. Dicebant enim, si periclitaretur nobiscum, posset dici in futurum, Regem traditum fuisse per Sueuos.*

34) ALBERTVS ARG. p. 144. *Veniens autem Vlmam, ibidem a XXIV. Sueuiæ oppidis, sub quibusdam pactis iuramentis per ea præstitis, est receptus. Volens autem ire Norenberg, & deinde Bohemiam, positis sibi insidiis per Marchionem de Brandenburg, reuersus est Vlmam, & deinde per aliam viam veniens Norenberg, Bohemiam est reuersus.*

35) AHASV. FRITSCHIVS *Günthero Schwartzburgico cap. I. §. I.* & EYBENII Syntagma Historicum *de Günthero Schwartzburgico*, CVSPINIANVS *p.* 386.

36) ALBERTVS ARG. *p.* 150.

37) Possideo Mstum de hac Güntheri electione, in quo varia scripta & diplomata eandem concernentia reperiuntur. Inter hæc extant litteræ Ludouici Brandenburgici, Dresdæ 1348. die Martis post S. Nicolai, per quas declarat, se vocem suam Günthero dedisse, idemque intra sex menses facturos se promisisse Henricum Moguntinum, & Rudolphum atque Rupertum fratres, Comites Palatinos Rheni. Promittit etiam se profectionem ipsius in Lombardiam esse promoturum, atque iniungit Hilpoldo de Stein, vt ipsi post electionem, Imperium tradat. Sequuntur litteræ Henrici Moguntini in die Circumcisionis 1349. quibus etiam Güntherum eligit, has FRITSCHIVS æque exhibet *p.* 14. sed corrupte, cum pro *Herrn Dietrichen Hertzogen zu Sachsen* legendum Erichen & in fine ponendum *in dem neun und virtzigsten Iar.* Eundem diem præferunt litteræ Ruperti Palatini, quibus suo & fratris Rudolphi nomine vocem dat Günthero. Hæc vero Acta Electionis Archiuo Historiæ inserui *parte prima p.* 23. Diuersa etiam diplomata reperiuntur in PAVLI IOVII Chronico Schwartzburgico Msto, quæ idem confirmant, maxime literæ Henrici Moguntini ad Augustanos de Güntheri electione.

38) ALBERTVS ARG. p. 150. *Guntherus, Comes de Schwartzenburg Thuringiæ, ætatis circa 45. annorum, vir robustus, bellicosus, strenuus & prudens in bellis; qui in seruitio Henrici Moguntini, & quondam Ludouici Principis, plurimum laborauit, quique in pluribus conflictibus feliciter præualens propriis capiendo & talliando Barones plurimum est ditatus; a Principibus, Carolo contrariis, vt se intromitteret de Regno, rogatur. Qui primo renuens, tandem eo pacto annuit, si in Franckfurt per Principes & Nobiles sententiatum fuerit, vacare Regnum & Imperium, maiorque pars Principum, qui similiter per sententiam declarati fuerint ius habere, ipsum, absque omni simonia, elegerint, per Deum, dicens: se expositurum periculis, pro Deo & Imperio, corpus suum. Hoc facto, cum exercitu suo in campo se posuit iuxta Franckfurt, feria sexta post Hilarii, an. 1349. Conuenientibusque inibi Principibus quatuor, & multis aliis Baronibus, & per sententiam decreto, Imperium vacare, & Eisdem quatuor competere ius eligendi; electus est in Purificatione per Henricum Archiepiscopum Moguntinum, Ludouicum Marchionem de Brandenburg, Rudolphum de Bauaria Palatinum Rheni, annuente Ruperto suo fratre, & capto tum Ruperto fratrueli eorum, & Ericum Ducem*

§. VIII. Carolus autem cum Friderico Misnensi, & Friderico, Balthasare atque Ludouico, Thuringiæ Landgrauiis, qui incrementa potentiæ Güntheri, ipsorum vasalli metuebant, circa Epiphanias festum 1349. fœdus contra Güntherum pangebat. 39) Accedebant ipsi Henricus Comes Hohnsteinensis & Güntherus senior atque Henricus, Comites Schwartzburgici, quibus mutuam successionem & ius viarum publicarum concedebat. 40) Speciatim vero Treuirensis Elector singulari scripto promittit, se ipsius electionem tanquam legitimam contra quoscunque esse defensurum. 41)

§. IX. Güntherus interea magno collecto exercitu, per sex hebdomadas Francofurtum, quæ ipsum excluserat, obsidebat, tandem more regio ibidem fuit receptus, 42) varia ibidem promulgans edicta atque priuilegia. 43) Carolus vero ad Rhenum se transferens, Treuirensem & Coloniensem Archiepiscopos, Leodiensem Episcopum, Ducem Brabantiæ & alios Principes amicos adloquitur. Scribens etiam Baronibus & ciuitatibus, quæ eum receperant pro subsidio, & quod in villa Castel, ex opposito Moguntiæ castra vellet metari, dominica Estomihi: Güntherus autem in Caroli derisionem eo loco & tempore ludos

cem Saxoniæ, in Regem Romanorum. Huic etiam Erico tanquam filio fratris senioris, Rudolphi Ducis, electoris Caroli, decernebatur ius eligendi habere. H. REBDORFF ad a. 1349. *Anno tertio regni Karoli, mense Februarii, Guntherus comes de Schwarzenburg in Thuringia in odium Karoli per aliquos Electores regni, videlicet Hainricum depositum Archiepiscopum Moguntinum, Ludwicum Marchionem Brandeburgensem, Rudolphum & Rupertum fratres Duces Bauariæ, & Comites Palatinos Rheni, nec non quendam Ducem Saxoniæ patruelem Rudolphi prænominati Ducis Saxoniæ in Regem Romanorum in Franckenfurt eligitur.* GESTA BALDVINI lib. III. c. IX. *Sequitur anno Domini millesimo tricentesimo quadragesimo nono Guntherus Comes de Schwartzenburch a Domino Henrico de Virnenburch deposito Moguntino & Domino Ludowico filio Bauarii Marchione de Brandenburch & Domino Rudolpho Duce Bauariæ dicto de Heydelberch contra Dominum Karolum in Romanorum Regem electus, ante Franckenfort castra situauit.* PRIMA VITA CLEMENTIS VI. apud BALVTZIVM p. 250. *paulo post dictus Ludouicus Dux Bauariæ adhuc pertinax & in suis malitiis induratus moritur. Quo mortuo, & Karolo memorato iam in discordia electo, Henricus depositus Archiepiscopus Moguntinensis, Marchio Brandenburgensis, & Comes Palatinus nouiter conuenientes, Guntherium Comitem de Narzemburg in campis Frankfordiæ, vbi Reges Alemanniæ eligi consueuerunt, in Regem Alamanniæ & Romanorum elegerunt, atque armis, ne dictus Karolus ipsum perturbaret, defenderunt; quin imo ipsum Karolum, licet verum Regem, vi armorum repulerunt.* Electores vero Guntheri atque dies electionis ex litteris Moguntini ad Francofurtenses, Fridbergenses, Geilnhausenses & Wetzlarienses, Francofurti dominica ante diem purificationis beatæ Mariæ Virginis 1349. scriptis, quæ extant apud WENCKERVM *Apparatu Archiuorum p. 204.* patent, in quibus hæc verba: *vacantibus iam pridem sacris regno & Imperio Romanorum obitu inclytæ memoriæ quondam Serenissimi Principis, Domini Ludouici Romanorum Imperatoris, dies certa præcise & peremtorie, in feriam sextam proxime præteritam, ante diem beati Antonii, quæ erat sexta decima dies mensis Ianuarii, qui Hartmone vulgariter appellatur, per nos apud Franckenfurt in loco ad hoc debito & consueto, ad eligendum Romanorum regem fuisset statuta & assignata. Sed dicta feria sexta ex certis & rationalibus causis nos ad hoc mouentibus per nos, vsque in feriam sextam proxime transactam ante diem Purificationis beatæ Mariæ Virginis, quæ erat tricesima dies mensis prædicti, continuando dictum terminum prorogata est, conuenientibus nobiscum, qui & habuerunt plenum & sufficiens mandatum illustrium principum, Dominorum Erici senioris & Erici iunioris, Dominorum Saxoniæ sigillis eorum sigillatum competentibus, & ad hoc specialiter congregatis, nostris coëlectoribus, Dominis Ludouico, Marchione Brandenburgensi, Rudolfo & Ruperto Comitibus Palatinis Rheni, fratribus, Ducibus Bauariæ ad nominandam & eligendam personam idoneam in Regem Romanorum, aliis principibus non conuenientibus, nec pro se mittentibus, vocatis tamen in terminum & locum, auditos, ac ideo plenaria potestas nominandi & eligendi personam idoneam in Regem Romanorum penes nos & nostros Coëlectores præsentes, pro ista vice residebat, vocibus absentium vocatis tamen, vt præscribitur, extinctis quoad eandem nominationem & electionem & penitus annullatis.* GOB. PERSONA *et. VI. c. LXIX.* NAVCLERVS *vol. II. Gen. XLVI. p.* 1011.

39) *Datum est Dresden* 1349. *Sonnabends vor dem Obirsten Tage.*

40) *Datum Eysenach* 1349. *des nehesten Mitwochens nach dem achten Tag, des heiligen Obirsten Tages.*

41) Singulares sunt litteræ *gegebem zu Cölln am Rhein, nach Christi Geburt* 1349. *am Dienstag nach S. Valentins Tag.* In his primum dicitur, Carolum legitime fuisse electum per Walramum Coloniensem, Gerlacum Moguntinum, Iohannem Bohemum & Rudolphum Saxonem, quibus postea accesserit VValdemarus Brandenburgicus, qui nullus alius, quam Pseudo-VValdemarus. Sic autem in literis: *und der Hochgebohrne Fürst und Herr, Herr VValdmar, Margkgraf zu Brandenburg und zu Landsspergk, nach der Zeit, als er zu seinen Landen kommen ist, ihm seine Stimme und Chur, die er hat, alss ein Marckgraf zu Brandenburg, an der VVahl eines Ræm. Kæn. mit guten VVillen geben, und an ihn gewannt hat.* Dicit autem porro, se cum Rudolpho iuniore, & Ottone, Ducibus Saxoniæ, Alberto & VValdemaro Principibus Anhaltinis, quibus expectatiuam concesserit Carolus in Marchiam Brandenburgensem, fœdus contra Guntherum pepigisse.

42) ALBERTVS ARGENT. *p.* 151. TRITHEMIVS Chr. Hirs. *ad a.* 1349. Singulare est, quod MVTIVS dicit lib. XXV. p. 247. *Güntherus sex totas hebdomadas in castris ad Francofordiam expectauit hostem, ex consuetudine, & statuta lege; nemine vero adueniente qui repelleret, in vrbem Francofordiam ingressus Imperator est appellatus.* Hoc plenius declarat CVSPINIANVS *p.* 387. dicens: *electus itaque Guntherus, cum iam Francofordiam introire tanquam Romanorum rex vellet, a ciuibus est prohibitus. Mos enim est ciuibus (quam quidem consuetudinem pro lege habent) vt neminem Regem in vrbem suam intromittant, qui sit æmulus Imperii aut aduersarius regni, nisi prius aliquot mensibus vrbs obsessa vim patiatur, aduersariusque aut æmulus regni interim aut manus cum illo conserat, aut diuisioni finem inueniat; itaque vnus fortiter regnet, alter inglorius ac timidus abeat.* KRANTZIVS *Metropoli lib. IX. c. XXIX.*

42) Tale est ipsius Edictum de Imperii Excellentia & potestate Electi Imperatoris, quod reperitur apud GOLDASTVM Constit. Tom. III. p. 414.

Datum

ludos equestres indixit, vbi magna conueniens nobilium multitudo, dies plures non sine ingenti lætitia peregit. 44) Hinc Carolus probe videns, se aperto Marte contra Güntherum nihil effecturum, artibus vsus fuit consiliisque, potentiores primum ab ipsius partibus abstrahendo. Hinc, dum viduus esset, Annam Rudolphi Palatini filiam vnicam ex matre Carinthia a. 1349. duxit vxorem. 45) Inde Principes ad Dominicam Lætare Spiram conuocat. Conueniebant ibidem Balduinus Treuirensis, Gerlacus Moguntinus Archiepiscopi, Eberhardus, Comes de Würtenberg, multique Barones & Ciuitatum nuntii, Güntherum etiam inuitantes. Hic tamen interea Fridbergum castrum, eo quod castrenses contra ipsum rebellauerant, obsedit, & tandem vicit. 46)

§. X. In principio Maii mensis, Güntherus infirmabatur Francofurti. Magister Fridanckus, famosus medicus, & Comitibus de Nassowe antiquitus familiaris, cum Günthero potionem dedisset, quam asserit eidem expedire, eam inuitus licet, ad mandatum Güntheri primo tentauit, ipso præsente. Post hæc Güntherus eam sumsit. Medicus statim faciem mutans, intra triduum moriebatur. Güntherus vomitu quantum potuit, venenum eiecit, sed non vsque quaque, reliquiæ enim ipsius corpus statim inflabant, ita vt ad corporis valorem statim inutilis fieret, & credebatur famulum Medici iniecisse potioni venenum. 47) Licet in ipsum etiam Carolum suspicio redundaret. 48)

§. XI. Conuocabat autem Carolus Maio mense 1349. exercitum ad Moguntiam, dum Moguntini ipsi in odium Henrici Archiepiscopi, qui eos læserat, & Francofurtensium, a quibus Rex nundinas abstulerat, dans eas Moguntinis, firmiter adhæserant. Intentio Moguntinorum erat, expugnare oppidum cum castro Alteuill, constructum per Moguntinum super Rhenum, ad duas leucas distans a Moguntia. Güntherus autem lethaliter infirmatus cum gente sua se in Altewill apud Henricum Moguntinum collocavit. Transeunte vero Carolo Rege Rhenum, ducenti equites Güntheri impetum facientes, Carolum terruerunt. Accelerantes tamen Eberhardi de Wirtenberg milites, & quidam alii fugarunt eosdem: de qua fugatione multi milites noui sunt creati. 49)

§. XII. Ludouicus interim Marchio Brandenburgicus, sine exercitu veniens, familiariter & honorifice a Carolo fuit exceptus. Postquam etiam Carolus huic Marchioni Comitatum Tirolensem & omnem terram, quam tenuit in Alpibus, concessisset, & apud Papam dispensationem super matrimonio cum filia ducis Carinthiæ, Margaretha Maultaschia, vxore Ioannis, fratris Caroli, qui viuebat adhuc, per ipsum de facto contracto, & quæ Ludouicum in tertio gradu attinebat, se obtenturum promisisset, pactis hisce interpositis, Carolus & Ludouicus facti fuerunt amici. 50) Hic igitur Carolum etiam cum Günthero composuit, ita vt Güntherus iuri electionis suæ renuntiaret, huius loco ipsi promissa viginti millia marcarum argenti. Hoc ipse Güntherus, licet infirmus, difficulter consensit, de Principum suorum Electorum, speciatim Bauarorum perfidia multum querendo. Dum autem Carolus non haberet, vnde pecuniam promissam solueret, ipsi eiusdemque hæredibus, Comitibus de Hohnstein, pignoris loco concessit vrbem cum castro Gelnhausen, Northusam, Goslariam, Mülhusium, pro viginti marcarum millibus, 51) ita,

Datum in oppido nostro Frankofurt, VI. Idus Martii, anno ab incarnatione Domini millesimo trecentesimo quadragesimo nono: anno vero Regni nostri primo. Aliud eiusdem diploma reperitur apud FRITSCHIVM p. 19. quo Henrico, Dieterico, Burcardo & Vlrico ius in terras suas hæreditarias promittit *der gegeben zu Franckfurth, als man zahlte nach Gottes Gebuhrt, dreyzehenhundert Ihar, in dem neun und vierzigsten Ihar, am Sünte Gregorii Tag in dem ersten Ihar unsers Reichs.* In MSto meo reperiuntur litteræ, quibus venditionem a Sifrido de Bendeleben monasterio Olditchlebiensi factam, confirmat. *Datum Fredeburgk 4. Kl. 29. Aprilis Anno 1349. regni nostri anno primo.*

44) ALBERTVS ARG. *c. l.*

45) ALBERTVS ARG. *p.* 151. ad a. 1349. *Carolus autem quia fuerat viduus, tractauerat cum Rudolfo de Bauaria Palatino, qui Guntherum elegerat de sponsalibus cum filia Rudolfi Palatini, quæ vnica fuerat filia ex matre de Carinthia, & duxit eam vxorem.* Extant litteræ contractus matrimonialis in GOLDASTI *Beylagen zu beyden Rechtlichen Bedencken von der Succession in Bœhmen p.* 169. *Data Bacharach nach Christi Geburt* 1349. *Iar, an der nechsten Mitwochen nach den Sontag Innocauit.*

46) ALBERTVS ARGENT. *c. l.*

47) ALBERTVS ARG. *p.* 151. H. REBDORFF ad a. 1349. *Qui pluribus hebdomadibus cum potentia armata in campis iuxta Franckenfurt iacuit ante electionem suam, maxime per auxilium ciuitatum Rheni & Gerlaci Archiepiscopi Moguntini se ponit ad campum contra aduersarium suum de Schwartzpurg, qui cum antiquo Episcopo Moguntino & Duce Ruperto prescripto & eorum exercitu se tenuit in oppido Alchphyl iuxta Moguntiam & cum vtraque pars se prepararet ad bellum, subito infirmitas inuasit illum de Schwartzpurg, & contractus est manibus & quod factum sibi plures asserebant ex veneno. Nam medicus suus, cum sibi potionem ministrare deberet, astantes sibi dicebant, quod ipse pregustaret: qui cum primo quodammodo renueret, tunc vrgebant medicum sumere; qua modica sumpta, die tertia mortuus est medicus. Multi autem dicebant vindicta diuina illum de Schwartzenburg tam subito decumbere.* TRITHEMIVS *ad a.* 1349. CVSPINIANVS *p.* 387.

48) KRANTZIVS Metrop. lib. IX. c. XXIX. *aduersus hunc Guntherum non armis, sed, vt ferunt, veneno pugnauit, subornans medicum eius, qui paulum discrasiato remedia pollicitus, mortem propinauit.*

49) ALBERTVS ARG. *p.* 152.

50) H. REBDORFF *ad a.* 1349. CVSPINIANVS *p.* 383.

51) H. REBDORFF c. l. *Stante autem vtroque exercitu superuenit Ludwicus Marchio Brandenburgensis cum pauca gente, qui familiariter & honorifice a Karolo susceptus interponit se inter Reges predictos, & concordat eosdem, ita quod ille de Schwarzenburg titulo suo regali voluntarie renunciat promissa sibi magna pecunia quantitate pro expensis.*

ita, vt vsque dum Northusa, Goslaria atque Mühlhusium ipsi traderentur, Fridbergum castrum, vna cum collectis Imperii in Francofurtenti vrbe ipsi adsignarentur, quibus tamen traditis, ille dictis vrbibus plane cederet. 52)

§. XIII. Hac igitur compositione facta, Guntherus ex prædicta infirmitate XIX. Iunii 53) mense 1349. Francofurti obiit, in æde S. Bartholomæi, præsente Carolo cum lamentatione fuit sepultus. Ex Elisabetha, Theodorici V. Comitis Hohnsteinensis filia, reliquit Henricum XVIII. & Elisabetham, Agnetem, Mechthildem atque Sophiam. 54) Quo sepulto, Francofurtenses, in perpetuam memoriam, solenne, vt decet Regem, fecerunt sepulcrum. 55)

§. XIV. Carolus exinde in Imperio firmatus, Mense Augusto ex Bohemia venit in Alemanniam generalem pacem faciens. 56) Inde Francofurtensibus omnia ipsorum confirmat priuilegia, nundinas ipsis restituit, postquam ab illis viginti millia marcarum recepisset, quæ recepta sunt a Iudæis ibidem crematis. 57) Postea per annum 1350. ex veneno dicebatur esse infirmus. 58) Inde circa initium quadragesimæ a. 1351. Comitia Francofurti indixit, quæ cum magna Principum frequentia fuerunt celebrata. Ibi multa postulantibus beneficia concessit, Rhenanis etiam Principibus noua telonia multa circa Rhenum contulit, de quibus plurimum conquestæ Ciuitates harum abrogationem obtinere minime valuerunt. Dum autem Argentinenses Rhenum trabibus & catenis clauderent, vt nullus nauibus pateret vel descensus vel ascensus, indeque mercatorum sequeretur auersio, quatuor Rhenani Electores in veteribus teloniis suis multa damna fuerunt perpessi, vt inde nouis teloniis renunciare cogerentur. 59)

§. XV. Hinc transit Aquisgranum, vbi IX. Februarii a. 1354. per Guilielmum Archiepiscopum Coloniensem vxor ipsius Anna coronatur. In hac coronatione cum Marchio Iuliacensis sceptrum teneret regale, Ludouicus, Marchio Brandeburgensis, hoc ex ipsius manu recipere voluit, dicens, ad officium suum hoc spectare. Propter quod rumor est inter eosdem suscitatus, quem Rex intercepit, & per Principes extitit definitum: quod quando Rex Romanorum coronatur, tunc ad officium Marchionis Brandeburgensis spectaret sceptrum regale tenere: sin autem feuda regalia concederentur, tunc ad officium alterius Marchionis hoc spectare. 60)

§. XVI. Inter hæc, multæ in Marchia Brandenburgensi exortæ sunt turbæ. Ludouicus enim Imp. mortuo Iohanne IV, qui vltimus erat ex linea Ascania apud Brandenburgicos, filium suum cognominem de Marchia Brandenburgensi a. 1329. inuestiuerat, sed a. 1348. exurgebat impostor, Iacobus Rehbock dictus, molitor Waldemarum I. se mentitus, se per XXVIII. annos in pœnitentia fuisse, dicens. Et dum facie ac moribus Waldemaro conueniret, & multa de ipsius actis in hominum memoriam reuocaret, magno vulgi

ALBERTVS ARGENT. p. 152. *veniens autem Marchio de Brandenburg sine gente, habitis tractatibus cum Rege Carolo de concordia, videns etiam Guntherum factum inualidum: negotium inter eos comportauit, ita quod Gunthero pro renunciatione iuris sua electionis, data sunt viginti duo millia marcarum argenti, & duo oppida Thuringiæ imperialia, pro tempore vitæ suæ.* VARILOQVVS ERPHVRDIANVS p. 506. *Sed heu tandem in Franckfort miserabiliter intoxicatus est per consilium & auxilium ipsorum principum, quibus præsentibus compositione facta, multis fide dignis de Thuringia stantibus, protulit hæc verba a seculis inaudita: Eligere cuperem mille, si possibile esset, mori mortibus, quod vos mei traditores nomen Iudæ vsurpare deberetis in vestras æternaliter progenies. Et tandem ipso mortuo, sed principibus ignorantibus, quod clandestine ipsum tanquam viuentem seruabant, ministrantes ipsi tanquam Regi cibum & potum. Compositio totaliter facta est pro XXIV. millium marcarum summa, quæ suis heredibus rite peragenda est, & ita ibidem sepultus cum maximo luctu & planctu.*

52) Has, reliquasque ciuitates, pignoris loco saltim ipsi fuisse concessas, ex Instrumento Caroli desuper concesso patet, quod ex Archiuo Schwartzburgensi nobis exhibet FRITSCHIVS *pag. 22.* In Msto nostro reperiuntur Caroli IV. Reuersales castro Fridberg concessa, quod hæc saluis illorum iuribus Imperii facta. *geben zu Meyntz 1349. des nechsten Sontags nach den heiligen Pfingstag.*

53) H. REBDORFF *ad a. 1349.* saltim dicit Iunio mense. Ast IOVIVS in Chronico Msto ipsius Epitaphium exhibet, quod tale est: ANNO DOMINI MCCCXLIX. OBIIT IN DIE GERVASII ET PROTHASII MARTYRVM, DOMINVS GVNTHERVS COMES DE SCHWARTZBVRG ET DOMINVS IN ARNSTETE HIC SEPVLTVS.

54) Hæc ex IOVIO habemus.

55) ALBERTVS ARGENT. *p. 151.*

56) H. REBDORFF ad a. 1359. *Mense Augusto rex Carolus de Bohemia venit in Alemanniam & inducens Dominos terræ & ciuitates orbis mansuetudine & misericordia bonam & generalem pacem fecit.*

57) ALBERTVS ARGENT. *p. 152.*

58) H. REBDORFF: *Anno Domini 1350. Octobri Rex Karolus grauiter infirmatur, & fama fuit de eo, quod fuerit intoxicatus a fratre, qui expulsus erat a comitatu Tyrolis, & paralysi vexabatur, ita quod contractus efficitur manibus & pedibus, & hæc infirmitas durauit per annum.*

59) Hæc late narrat TRITHEMIVS *Chr. Hirs.* & SCHATENIVS *Ann. Paderborn. ad a. 1351.*

60) H. REBDORFF *ad a. 1349.* ex quo equidem patet, ipsum vna cum coniuge in festo B. Iacobi fuisse coronatum. Sed, cum reliqui Scriptores de altera Caroli IV. coronatione taceant, atque ex recognitione, quam Guilielmus Coloniensis de coronatione Reginæ tradit, cuius datum est *in Ecclesia Beatæ Mariæ Virginis Aquensis, Leodiensis diœcesis, Anno Domini MCCCLIV. Dominica Septuagesima, quæ fuit mensis Februarii die nona*, patet, solam ista die Annam fuisse coronatam. ALBERTVS ARGENT. p. 152. *descendit autem circa finem Iulii, Rex cum vxore versus Aquisgranum, sed præ multitudine peregrinorum se flagellantium inibi recipi non poterat: sed expectauit in Bunna, vbi Aquensibus omnia antiqua & plura noua priuilegia sigillauit.* TRITHEMIVS *ad a. 1352.*

61) H.

vulgi fauore excipiebatur, ita, vt ei complura castra & oppida dederentur. Accedebant ipsi in odium Ludouici, Rudolphus I. Saxoniæ Elector, ex familia Ascania, Otto Magdeburgensis Archiepiscopus, Anhaltini, Pomerani, ipse quoque Carolus Imp. Hi Ludouicum Francofurti ad Viadrum obsederunt. 61) Ludouicus igitur motuum pertæsus, a. 1350. Noribergæ 62) insignia Imperii a patre relicta, quæ suasu Palatini, qui socer erat Caroli, pro redimenda pace, Carolo IV. tradidit, recepta cautione de reducendis iisdem infra triduum, vel in Nürnberg, vel in Francfurt per regem, quod non fuit impletum, sed ea Pragam perduxit. 63) Innocentius VI. autem Papa in memoriam Insignium Imperialium a. 1354. instituit festum armorum Christi in Germania celebrandum. 64) Hoc ipso

61) H. REBDORFF ad a. 1348. *eodem anno in Marchia Brandenburgensi surgit quidam, qui se asserit Marchionem Waldmarum, qui (vt supra) Ludwicum elegit in Regem, dicens se fuisse in pœnitentia XXVIII. annis ex reuelatione diuina, & abeuntem a terra, & non mortuum: licet homines illius terræ priorem Waldemarum ante annos præscriptos fuisse naturali morte defunctum assererent: & quia similis in facie & in moribus Waldemaro erat, & multa intersigna de actibus Waldemari hominibus ad memoriam reuocauit, Rudolphus Dux Saxoniæ, & Archiepiscopus Magdeburgensis istum nouum Waldemarum in odium Ludwici Marchionis, filii Ludwici (qui terram non tractauerat gratiose) pro Marchione suscipiunt, & maxima pars eidem vt Marchioni obedit. Propter quod Ludwicus prædictus ad Marchionatum redit, cum debili potentia armatorum. Et Rex cum nouo VValdemaro, Duce Saxoniæ & Archiepiscopo prædictis cum magna potentia terram ingreditur, ac incendiis & prædis vndique molestant, ac ipsum Ludwicum obsident in Franckenfurt spectantem ad Marchionatum. Hic post VI. annos ad molendinum suum reuertitur: quod prius erat molitor & deceptor, vbi Rex nouum VValdemarum de Marchionatu infeudauit, & sic Ludwicus de Marchionatu recedit.* ALBERTVS ARGENT. p. 146. *Rudolphus autem Dux Saxoniæ quendam in terra sua, similem quondam VVolmaro Marchione in Brandenburg, inueniens, eumque Marchionem fingens esse, (prætensis multis figmentis, qualiter olim Marchio se fingens mortuum, a terra clam recesserit, ex causa pœnitentiæ, alio nomine ipsius defuncti) multas ciuitates Marchiæ ad recipiendum eundem induxit. Et veniens Rex repente cum magno exercitu Bohemorum, quasi totam Marchiam, a Ludouici Marchionis ditione retraxit. Gens enim terræ luxuriam cum filiabus & vxoribus suis, & quod liberi sui non sint legitimi, nec digni tanto principatu, impingere dicebatur. Ipse vero Marchio celeriter cum exercitu suo ingrediens, in oppido terræ Franckfordensi se recepit, quem Carolus ibidem obsedit, sed factis pluribus insultibus hinc inde recessit.* PRIMA VITA CLEMENTIS VI. p. 260. *fuit insuper eodem tempore durante quidam rusticus baratator in Marchia Brandeburgensi, qui aliquamdiu se asseruit & simulauit VValdemarum Marchionem dictæ Marchiæ, qui diu ante mortuus fuerat, dicens quod non fuerat mortuus, sed in remotis tanto tempore extiterat causa pœnitentiæ peragendæ. Et quia fortassis aliquibus videbatur quod dicto VValdemaro in effigie aut statura vel aliis assimilabantur, Otto Archiepiscopus Magdeburgensis & multi nobiles sibi adhærere cœperunt. Sed tandem publice comperto, quod erat falsum & confictum, ipsum turpiter & ignominiose repulerunt.* HIST. LANDGR. THVR. c. *CII.* ENGELHVSIVS *Chron. pag.* 270. CVSPINIANVS *Carolo IV. p.* 383. ANDR. ANGELVS *Chr. March. lib. II. p.* 153. TRITHEMIVS *ad an.* 1348.

62) De loco conuentus CVSPINIANVS p. 348. *Noribergæ conueniunt ad concordiam firmam fixamque ineundam. Habeo auctores, qui scribunt, eos conuenisse in Isenaco, & in cœnobio prædicatorum solos horis plusquam sex colloquutos concordiam & amicitiam.* De hoc vero Thuringici Scriptores tacent.

63) ALBERTVS ARGENT. p. 156. *Ludouicus quoque Marchio, mediante Carolo-Rege, anno LI. cum Duce Saxoniæ & Episcopo Magdeburgensi comportatur, promissis eisdem XVII. millibus marcarum, vt Arnestus Palatinus Dux de Bauaria liberaretur. Postea anno LII. in Februario, actum est inter Marchionem & fratres suos, quod Romanus Marchio efficitur, & fratri suo Alberto pars Marchiæ datur, & filia Comitis de Mechelberg copulatur: Ludouico autem olim Marchioni, cedit tota superior Bauaria, attingens ad Comitatum Tirolis, & tertia pars inferioris Bauariæ: VVilhelmo autem remanerent Comitatus Holandiæ, Selandiæ & Hennegoiæ, quæ nolebant diuidi. Constituto matri annuo reddita, multorum millium Florenorum pro tempore vitæ suæ. Ludouicus autem Marchio de mense Decembri cum Mediolanensi & sororio suo Mastino Veronensi, parlamentum habuit in Tridento. Conuenerunt autem Rex Carolus & Ludouicus Marchio in Nurenberg, de mense Aprili concordantes omnino. Et cum Rex non posset concordare occupatores Marchionatus cum Marchione, quod cederent: ipse Marchioni adhærens alios coram se citauit, factumque Marchionem cum suis banniuit. Marchio quoque lanceam, claues, partem crucis Christi, & alia insignia, quæ imperii dicuntur per Ludouicum Imperatorem patrem suum relicta, Regi præsentauit, recepta cautione de reducendo infra triduum, vel in Nurenberg, vel in Franckfurt, per Regem: quod non fuit impletum, sed ea Pragam perduxit, de quo Bohemia nimium gratulatur.* H. REBDORFF ad an. 1350. *anno domini MCCCL. qui fuit Iubilæus VI. mense Aprili Ludwicus Marchio Brandenburgensis insignia Imperialia, videlicet lanceam, qua perforatum fuit latus Domini nostri Iesu Christi, & clauos, ac gladium Karoli magni, nec non alia, quæ reseruata fuerunt in oppido Monaco per Ludwicum patrem suum tradidit Karolo Regi prædicto in Nurenberg, qui in Bohemiam in ciuitatem Pragensem ipsa deducit. Vnde Innocentius Papa postea de his speciale festum indixit.* Extat diploma Ludouici, quo insignia sigillatim enumerat & Carolo IV. exhibet, quod finitur: *& hæc suminus ad iuramentum & homagium, quod sacro Romano Imperio præstitimus, cum attestatione harum, quæ data sunt Monachii post Christum natum anno 1350. die Veneris ante Iudica.* LVDEWIG in syllabo Monum. Noribergæ Insignium Imperialium tutelari adiecto *p. 1.* Aliam designationem horum insignium, quæ a Ludouico acceperit, exhibet GOLDASTVS *Reichshandeln pag.* 204. & WAGENSEIL *de Rep. Noriberg c. XXVI.* Dum igitur Imperii insignia teneret Carolus, ex eo sine dubio ortum, quod leonem Bohemicum gladio alias Caroli M. fecerit insculpi. Vid. LVDEWIG *cap. VII. p.* 155. SYNT. IVR. PVBL. *cap. VIII. §. XXIII.*

64) PRIMA VITA INNOCENTII VI. p. 328. *Dum autem ad Alamanniam peruenisset, vocatis Principibus in Noremberg, multas leges edidit & constitutiones fecit, statum & vtilitatem imperii concernentes ac tendentes ad pacem & concordiam inter ipsum & Ecclesiam conseruandas; procurauitque quod ad ipsius instantiam dictus Innocentius festum solemne ordinauit de lancea & de clauis Christi in Alamannia & Bohemia obseruandum & colendum temporibus*

ipso tamen Ludouicus obtinuit, vt Carolus Pseudo-Waldemarum relinqueret. Inde Marchiam armata manu occupauit, eandem vero a. 1351. fratri suo Ludouico Romano cessit, & ipse Bauariam superiorem pro sorte hæreditatis suæ accepit, retenta tamen voce in electione Regis Romanorum. 65) Iste vero Ludouicus in Comitiis Noribergensibus a. 1356. de Marchia fuit inuestitus. 66)

§. XVII. Reuersus est autem Carolus Spiram, vocatisque Baronibus & Ciuitatibus, tractans cum eis, de pace generali circa Rhenum, quæ Dominica Iubilate fuit statuta, constitutis nouem Iudicibus, ad biennium condemnato etiam Hermanno Badensi, qui commercia turbabat, ad damna resarcienda. 67) Conquerebantur tum Ciuitates Rhenenses, quod Rupertus Dux Bauariæ haberet castrum, dictum noua Curia, distans ad vnam leucam a Ciuitate Spira, in qua latitarent latrones, qui Mercatores, transeuntes publicam viam versus Wormatiam, in nemore dicto Rechholtz, spoliarent. Rex, hoc audito, bannerium suum, quod dicebatur *Sturmfahne*, 68) super turrim Spirensis Templi constituit, & populo ciuitatis ad arma mandari per Magistros ciuium præcepit: & egressus ciuitatem cum sua gente armatus, populo eum sequente cum Bannerio, ante castrum prædictum, ipsum funditus destruxit. 69) Inde Eberhardum Noribergensem ipsi rebellem perdomuit. 70) Postea reuersus ad ciuitatem Spiram, conquerens Dominis & Ciuitatibus, de Metensibus eum pro Rege habere nolentibus, sed responsum ab iis non accipiens, & in expensis Spiræ deficiens, iuit Noribergam, vbi sub gratia est exceptus, & extorta ab eis pecunia, in Bohemiam Septembri mense est reuersus, regno nondum pacato. Reliquit autem in Sueuia præsidem Eberhardum Würtenbergensem. Anno 1354. vero Bohemiam egressus, Moguntiam venit, statum Moguntinum ordinauit, populo & clero vindictam contra Henricum Archiepiscopum postulante. Mortuo vero Henrico, Gerlacum in sede Moguntina imponit, relicto Cunone de Falckenstein præposito. 71) Inde Vlmam venit, ibidemque pacem Sueuiæ fecit generalem, Constantiæ etiam magnifico adparatu agens. 72) Acces-

bus successuris. Ipse enim Imperator multum fuit curiosus & sollicitus in reliquiis vndique congregandis, quas demum in magna veneratione habuit, & eas magnifice adornando in Ecclesiis & Monasteriis ciuitatis Pragensis honorifice collocauit. REBDORFF *ad a. 1350. 1352. 1361.* BZOVIVS *ad a. 1350. §. XIV.* RAYNALDVS *ad a. 1354. §. XVIII. ad a. 1361. §. II.* Bullam vero Innocentii VI. qua in gratiam reliquiarum imperialium instituit a. 1354. in Germania festum diem armorum Christi, exhibet LVDEWIG *p. 3.*

65) ALBERTVS ARGENT. p. 152. *descenderat autem Ludouicus Marchio cum Rege. Interim autem Romanus frater Ludouici, in terra Brandeburg conflictum iniens cum aduersariis, vbi miles viriliter est effectus, feliciter triumphauit: captis pluribus & occisis: alii autem se acrius firmantes, plurimum Marchionem infestant.* H. REBDORFF ad a. 1350. *eodem anno & mense Ludwicus Brandeburgensis assumens secum Rupertum Ducem Bauariæ, patruelem suum supranominatum, cum multis armatis collectis de Bauaria & Sueuia, intrat Marchionatum Brandenburgensem, & transit per Bohemiam. Regina concessit sibi aliquos armatos, & in Marchionatu recuperat aliquas ciuitates, quæ in absentia sua ab eo diuerterant. Hic eodem tempore duas sorores suas ex parte Ludwici patris nupsit, vnam fratri Regis Vngariæ supranominati. Aliam filio domini Mastini de Scala domini Veronensis, qui sibi introitu Marchionatus Brandenburgensis magnam pecuniam mutuauit. Hic Mastinus postea decessit anno MCCCLI. mense Iunio. Prædictus vero Ludwicus Marchio in Marchia guerram mouens per vnum annum & quinque menses continue permansit, & tandem interuenientibus tractatibus, duobus fratribus suis, videlicet Ludwico Romano & Ottoni, Marchionatum in Brandenburg reliquit ex toto, & ipse Bauariam superiorem pro sorte hæreditatis suæ accipit, & vocem in electione Regis Romani Marchionatus prædicti retinuit, & anno 1352. mense Ianuario in Bauariam est reuersus.* DVBRAVIVS *lib. XXII. p. 577.*

66) H. REBDORFF *mense Ianuario idem Imperator conuocat curiam in Nurenberg, in quo Archiepiscopi Moguntinensis, Coloniensis, Treuerensis, & alii Principes conueniunt Electores, & quamplures alii, sed filii Ludwici duo, Ludwicus Marchio Brandenburgensis & Dux Stephanus ad hanc curiam non conueniunt, timentes potentiam Imperatoris prædicti. Ludouicus vero dictus Romanus, etiam filius Ludwici, bene interfuit huic curiæ cum magno apparatu, & de Marchionatu Brandenburgensi per Imperatorem est inuestitus ibidem.*

67) ALBERTVS ARGENT. p. 152. equidem dicit, quod pax ista ad effectum non fuerit deducta. Sed contrarium patet ex ipsis Pacis tabulis, quas ex Archiuo Spirensi exhibet LEHMANNVS *VII. c. XLVII.*

68) Vexillum erat, quod in motibus subitaneis de turri suspensum, de quo controuersia, an Vexillum Würtenbergense tale fuerit. Vid. SYNT. IVR. PVBL. *cap. XXIII. §. XI.*

69) ALBERTVS ARGENT. c. l.

70) SECVNDA VITA INNOCENTII VI. *p. 354.* Dominus Karolus Imperator Comitem de Wirtemberg sibi rebellem perdomuit.

71) H. REBDORFF ad an. 1353. *eodem anno mense Decembri idem Rex Moguntiam venit: cui populus & clerus ibidem cum vexillo crucifixi occurrebant, petentes vindictam de Hainrico quondam Archiepiscopo Moguntino deposito, & dicto domino Cunone de Falkenstain ipsius procuratore, qui multis grauaminibus in personis & rebus ipsos flagellabant, & sic Rege vna cum Gerlaco Archiepiscopo Moguntino a sede Apostolica prouiso rogitante de statu Ecclesiæ & diœcesis Moguntinensis, ipse Hainricus prædictus ex improuiso in vigilia natiuitatis Domini moritur, & præfatus de Falckenstain cum Gerlaco Episcopo pertractante hoc Rege concordatur, & traduntur omnes munitiones & castra Archiepiscopatus ipsi Gerlaco, exceptis quibusdam, quæ ipsi de Falckenstein pro certa pecunia remanent obligata.* Plenius ALBERTVS ARGENT. *p. 160. 161.*

72) ALBERTVS ARGENT. pag. 159. *Anno Domini millesimo trecentesimo quinquagesimo tertio, Rex Carolus egreditur de Bohemia, mense Septembri & veniens Vlmam, ligam pacis generalis fecit omni Sueuiæ Imperii ciuitatum. Et cum iussisset Eberhardum de VVirtenberg præsidem huiusmodi ligam iurare, & ille diceret, se velle deliberare cum fratre: Rex indignatus dixit: delibera quantum velis. Tunc territus Comes, iurauit. Venit autem Rex Constantiam, vbi cum inuenisset ciues quasi omnes armatos, & catenas per vicos, omnia tolli iussit: Erant autem omnia paramenta mensæ suæ ad comedendum & biben-*

Acceſſit tamen a. 1354. Alberto Auſtriaco contra Tigurinos, ſed parum contra eosdem profecit, 73) qui poſtea Imp. & Imperio ſe ſubiecerunt. 74) Inde in autumno facta eſt liga Pacis ibidem ad triennium, in qua quindecim iudices ſunt ſtatuti. 75) Anno 1356. vero Sueuiæ Ciuitates Hagenouiæ in nouum fœdus coiuerunt. 76)

§. XVIII. Anno 1354. conſtituto Ruperto Palatino, Germaniæ vicario, ingreſſus fuit Italiam menſe Septembri, & dum Mantuæ ſederet Maphæus, Barnabas & Galeatius Vicecomites, vna cum Dominis totius fere Lombardiæ miſerunt Legatos ad Imp. qui ipſi multa munera & auxilia obtulerunt. 77) Quos in Imperii Vicariatu in terris Mediolanenſibus confirmauit, Patauiæ etiam Veneti cum ipſo pacem faciunt, quibus Veronam, Paduam, Vicentiam cum earum Marchiis reliquit, Marchiones Ferrarienſes, Domini Veronenſes aliique ſe ipſi ſubiiciunt. 78) Ineunte anno 1355. IV. Ianuarii intrauit Mediolanum, ibidemque in Templo Ambroſii ab Archiepiſcopo corona ferrea in die Epiphaniæ fuit coronatus. 79)

§. XIX.

bendum, & nauicula continens eleemoſynam illius terræ, omnia de auro puro, nec quicquam inibi apparebat argenti: omnia autem inferiorum menſarum paramenta, etiam pro garrionibus, & currus ducens nauem, continentem eleemoſynam, de argento fuerunt.

73) H. REBDORFF ad a. 1352. *eodem anno menſe Iunio & Iulio Albertus Dux Auſtriæ prænominatus guerram mouet oppido Thuriſenſi, ac ipſi cum auxilio hominum in Alpibus fortiter reſiſtunt, & terram ac homines Ducis grauiter deuaſtant. Tandem Dux expoſito magno theſauro, & dato ſtipendio nobilibus, cum auxilio ciuitatum Rheni Turegen obſedit cum maxima multitudine armatorum, tandem cum confuſione recedunt. Eandem obſidionem repetit idem Dux cum auxilio domini Regis Karoli anno domini 1354. qui quidem Rex tunc præſens fuit, & ſimiliter cum confuſione recedunt.* Plenius hæc exponit ALBERTVS ARGENT. *p. 158, 159. 162.*

74) ALBERTVS ARGENT. p. 160. *conueniteque ad eum multitudo Baronum, & miſſum eſt pro Thuricenſibus, pro diſcordia cum Duce ſedanda. At illi cum vallibus Suitiæ nolentes Duci ſubiici, ſe ad ſeruiendum Regi & Imperio obtulerunt, ſicque venit Thuregum, & oſtenduntur priuilegia Imperatorum pro vallibus antiqua. Et cum per miniſtros Ducis diceretur, cur ea non antea monſtraſſent: reſponderunt: quod pro nullo motu ea alteri, quam eorum Domino Principi Romanorum, monſtrarent. Et obedierunt Regi valles, quæ in XXXVI. annis nulli parebant. Et deſcendens Rex per Baſileam & Briſacum venit Argentinam, vbi honorifice eſt receptus.*

75) ALBERTVS ARGENT. p. 160. *& venit Rex Hagenouiam, vbi in die omnium Sanctorum communicatus fuit. Facta eſt etiam liga Pacis ibidem ad triennium, in qua quindecim iudices ſunt ſtatuti, duo per Epiſcopum, & duo per ciuitatem Argentinenſem, tres per oppida Imperii, vnus per inferiorem Landgrauium, vnus per Dominos de Lichtenberg, de Ochſenſtein, & Geroltsecke in Vaſago, vnus per Abbatem Murbacenſem, Dominos de Rapolſteine, de Geroltsecke in Mertenowe, & de Vſenberg, vnus per Epiſcopum, & vnus per ciuitatem Baſilienſem, & quindecimus per Regem.* H. REBDORFF ad a. 1353. *menſe Auguſto Rex Carolus de Bohemia venit in Alemanniam, & inducens dominos terræ & ciuitates orbis manſuetudine & miſericordia, bonam & generalem pacem fecit.*

76) Extat iſta apud DATTIVM *lib. I. cap. V. n. 38.* LEHMANN *lib. IV. c. VI. VII.*

77) ALBERTVS ARGENT. p. 163. *Rex eodem anno LIV. menſe Septembri, quaſi occulte cum paucis ingreditur Lombardiam, & veniens Mantuam, mittit ad Ciuitates Alemanniæ, & Epiſcopos & ad alios, vt ſibi gentes armatas dirigant, iuxta morem. Et Rupertum Seniorem Bauarum Palatinum Rheni, tempore abſentiæ vicarium Regni conſtituit generalem. Rex quoque in Decembri, factis treugis inter Venetos & Mediolanenſes, cum tribus fratribus Mediolanenſibus reformatur, recepto ab eis grandi pecunia, & promiſſis ſibi annuis redditibus de terra, ita quod illi nomine Regis miniſtri terræ maneant, ſicut ante:* Quare etiam CVSPINIANVS *p. 384.* dicit: *Vicecomitibus perpetuum Imperii vicariatum aurea bulla confirmauit, omnia vbique concedens, e quibus pecuniam abradere poſſet.* CORTVS. lib. XI. c. I. & II. *Rex Carolus die VII. Nouembris equitauit Montem ſilicem. In ſequenti die Lignacum Canis Maior, præſcius eius aduentus, occurrit, & ſe obtulit. Quem Imperator gratioſe recepit. Die ſequenti equitauit verſus Mantuam. Dum Imperator cum ſua Curia in Mantua reſideret, Domini Maphæus, Bernabos, & Galeatius Vice Comites, Domini totius fere Lombardiæ, miſerunt Mantuam nobiles Legatos. Hi coram principe retulerunt, ab antiquo fuiſſe Vicecomites fideles Imperii, & etiam, quod Maphæus, auus paternus prædictorum, fuerat auctor expellendi de Mediolano nobiles della Turre rebelles Imperii, ob quam cauſam Henricus de Lucemborg Sereniſſimus Imperator præfatum auum ſuum paternum Maphæum fecit ſuum Vicarium, & quod in honorem Imperii, quaſi totam tenuit Lombardiam. Iuxta hoc obtulerunt munera, auxilia, & coronam ferream ſuis expenſis, dum tamen ſecum non duceret ſuos rebelles. Eorum poſtulationibus annuit Imperator.* FRANC. PETRARCHA *lib. X. Ep. Fam. & lib. XII. epiſt. I.* Carolum adhortatur, vt in Italiam veniat *lib. XIX. ep. I.* ipſi de aduentu gratulatur. Adde MATTHAEVM VILLANIVM *lib. IV. c. LVI. LXXI.*

78) H. REBDORFF ad a. 1354. *Octobri idem Rex intrat Italiam coronandus in Vrbe ad titulum Imperialem per dominum Aegidium cardinalem ſummum pœnitentiarium domini Innocentii Papæ, tranſmiſſum ab eodem ob hoc ad Vrbem ante annum, vbi Padua ſolenniſſime ſuſcipit & concordatur cum ipſo Rege ciuitas Venetorum, domini Marchiones de Ferraria, dominus de Verona & quam plures alii.*

79) CORTVS. lib. XI. c. II. *Imperator ſtatim poſt prædicta intrauit territorium Cremonenſe, ei occurrunt Nobiles Mediolani, & fere totius Lombardiæ. Qui per Cremonam, & alias Ciuitates, & loca Mediolani tranſiens, ſummo honore receptus die IV. Ianuarii intrauit Mediolanum. Eodem menſe, & die Epiphaniæ in Eccleſia Beati Ambroſii, de licentia Summi Pontificis, per Archiepiſcopum Mediolani corona ferrea honorifice coronatur. In ſua coronatione multos nobiles militauit. Tunc fuit lætitia publica Mediolani, & Curia generalis.* ALBERTVS ARGENT. p. 163. *ſicque Mediolani honorifice eſt receptus, & in palatium Epiſcopi traductus, ab Archiepiſcopo Mediolanenſi, quem de genere prædictorum Vicecomitum Papa præfecerat, corona ferrea coronatur.* H. REBDORFF vero ad a. 1355. *Idem Rex per amicabiles tractatus concordatur cum prædictis dominis de Mediolano, quem ipſi ſuſcipiunt in Mediolano cum tam pauca gente, noluerunt enim quod cum magna gente intraret ad ipſos, vnde maiorem partem gentis ſuæ reliquit Mantuæ & ſic quaſi ſolus ſubmittit ſe manibus eorundem, & coronatur ſecunda*

§. XIX. Eodem anno 1355. Carolus, oblatis sibi portarum clauibus a Pisanis & Senensibus, Pisas perrexit, vbi ad eum Februario mense Regina peruenit, 80) & habuit mille galeatos Bohemos & paucos Alemannos. Inde Senas venit, ibidemque constituit suum Vicarium, Florentia tamen ipsum recipere recusauit, ast multa dona misit. His gestis, cum quinque galeatorum millibus Romam iuit, vbi consensu Innocentii VI. Papæ vna cum Regina V. Aprilis ipso festo resurrectionis a Cardinali Hostiensi, Petro Bertrandi, 81) in Templo S. Petri in Imp. coronatur, 82) ac eodem die, factis permultis militibus super ponte Tiberino, 83) prout promiserat, Pisas reuertitur, 84) vbi tamen Gambocortorum conspirationem, quam cum Florentinis, Pisanisque fecerant, vix euasit, dum noctu ipsius palatio ignem supponerent, vt nudus cum regina egredi cogeretur. Facto ob hoc inter Teutonicos & Pisanos conflictu, isti victores fuerunt, Gambocortis Maiestatis damnatis, inde relicto ibidem Marquardo, Augustensi Episcopo, in Germaniam fuit reuersus. 85)

§. XX.

corona argentea, in Ecclesia S. Ambrosii, in Mediolano, in Epiphania Domini.

80) GORTVS. *XI. c. III.*

81) Descriptio itineris eius Romam proficiscentis extat apud PHIL. LABBEVM *Tom. II. Bibliothecæ Nouæ Mstorum p. 354.* & inter probationes Historiæ Cardinalium Gallorum *p. 343.* vbi etiam habentur multa vetera monumenta ad hanc Historiam pertinentia. Vide etiam ALBERTVM ARGENTORATENSEM *p. 163.* qui notat, hunc Cardinalem Auenione discedentem, fleuisse, timentem videlicet ne amplius Papam & Cardinales videret. Porro illi Mediolanum ingredienti obuiam venisse Petrarcham ipse testatur in Epistola 29. Variarum. BALVTZIVS *not. ad Vitas Paparum Auenionensium p. 919.*

82) PRIMA VITA INNOCENTII pag. 328. *Eodem etiam tempore Karolus Rex Romanorum in Imperatorem electus de voluntate & consensu dicti Papæ intrauit Italiam, Romam proficiscens, coronam imperialem ibidem recepturus; pro qua sibi imponenda fuit missus per eundem Papam Dominus Petrus Bertrandi iunior Episcopus Ostiensis Cardinalis, qui cum solemnitatibus debitis & consuetis ipsum coronauit.* TERTIA VITA INNOCENTII VI. p. 358. *Hic anno secundo suæ coronationis transmisit Dominum Petrum Cardinalem Ostiensem in Legatum Romam ad coronandum Dominum Karolum IV. filium Regis Boemiæ in Romanam Imperatorem: quod & factum est* MATTHAEVS VILLANIVS *lib. IV. c. LVI. lib. V. c. II.* CORTVSII *lib. XI. c. IV.* REBDORFF *ad a. 1355.* RAYNALDVS *ad a. 1355. §. III. sqq.* AVGVSTINI PATRITII *librum Ceremoniarum f. 28.*

83) Pro more illorum temporum. Sic enim PETRVS de ANDLO de Imp. & Imperio Romano lib. II. c. VI. fin. *assolet præterea Imperator, cum venit super pontem Tiberis iuxta castellum S. Angeli creare equites.* Extat Epistola Caroli IV. ad Ioannem Palæologum, qua eum de solenni coronatione Romana facit certiorem in SCHANNATI *Vindemiis Collect. II. p. 130.*

84) ALBERTVS ARGENT. pag. 163. *Anno Domini MCCCLV. in Ianuario, Rex oblatis sibi portarum clauibus a Pisanis & Senensibus, Pisas perrexit, vbi ad eum in Februario Regina peruenit, & habuit mille galeatos Bohemos & paucos Alemannos. Hostiensis vero Episcopus Cardinalis, crastino Purificationis flens animo coronandi Regem a Papa, recessit, associatis omnibus Cardinalibus ad duas leucas, dicens, se timere, se amplius non visurum. Rex autem in festo Pascha coronatus a Cardinalibus, Pisas reuertitur, quia se non mansurum in vrbe promisit. Imperatore autem ab Vrbe in die coronationis recedente, factis multis militibus super ponte, eoque quinque diebus ante Pascha latitante in vrbe, templaque visitante latenter, & in reuersione a Senensibus & aliis gloriose recepto.* CVSPINIANVS p. 384. *& in die Pascha Cardinali Hostiensi, vel (vt alii scribunt) a duobus Cardinalibus consensu Pontificis Innocentii Sexti in Imperatorem & Augustum consecratus, iis adiectis conditionibus, ne Romæ, neue in Italia diutius moraretur.* CORTVS. lib. XI. c. IV. *Imperator mense Martii de Pisis iuit Senas. Ibi constituit suum Vicarium. Florentia cum recipere recusauit: tamen multa donauit. His gestis iuit Romam, vbi habebat quinque millia galeatos. De consensu Domini Papæ in Ecclesia Sancti Petri debito ordine cum Domina Imperatrice Imperator Corona aurea coronatur V. die Aprilis in festo Resurrectionis Domini Nostri Iesu Christi. In sua coronatione Imperator milites fecit mille & quingentos, cum iis Rizardum nobilem Comitem Veronensem. Hic expulsus de Verona stetit Paduæ magnifice sumptibus Dominorum de Carraria. Imperator redire Pisas per Senas festinauit.* AVENTINVS VII. c. XXI. n. 18. *ea lege Romæ consecratus est, vt continuo Italia excederet, nec eam absque mandato Rom. pontificis adiret.* Inter Opera PETRARCHAE *p. 590.* reperitur exhortatio ipsius ad Carolum IV. vt Romam veniret, & pacem redderet Italiæ.

85) CORTVS. XI. c. V. *cum Imperator in sua Curia sederet in Pisis, licentiam redeundi dedit suæ militiæ. Ex hoc suis amicis defecit spes salutis, quia Imperator expulsos de Pisis reduxerat, ac etiam dicebat, quod procurabat Lucam liberare de dominio Pisanorum. Per illos de Gambatortis, & alios Ciues Pisarum de scientia Florentinorum fuit contra Principem coniuratum. Media nocte clamor factus est contra Principem, eius Palatio imponitur ignis. Imperator & Imperatrix surgunt nudi. Theutonicorum, & Pisanorum, quos reduxerat, fit concursus, & clamor, Imperator arma capit, & contra rebelles pugnauit. Vltimo fuit victoria Imperii; tamen bene centum Boemi fuerunt interfecti. Imperator illos de Gambatortis, & alios crimine læsæ maiestatis arguit, quibus ait: quisquis cum militibus, vel priuatis contra nos sceleratam inierit factionem: immo solummodo cogitauerit, voluntate sceleris legis Iuliæ maiestatis reus est. Regis seuera sententia, quos inuenit in crimine manifesto, puniuit gladio: eorum latas diuitias confiscauit: comburuntur celsa palatia proditorum. Inter cæteros fuerunt præcipui Bartholomaeus Lotus, & Cecbus frater de Gambatortis, contra quos, & eorum sequaces lata fuit sententia, & executioni mandata per Dominum Melinum de Tolentino Capitaneum, & Commissarium Serenissimi Imperatoris, Domini Caroli Quarti, anno Domini MCCCLV. die XXVI. Madii.* PRIMA VITA INNOCENTII VI. p. 328. *Quo facto, dictus Imperator in Alamanniam rediit; sed transitum faciens per Pisas, habuit rumorem cum ciuibus, qui contra ipsum & gentes suas hostiliter insurrexerant; sed per Dei gratiam dato per ipsum bono ordine, licet strages hinc & inde fuerint subsecutæ, tamen cum suis gentibus remansit ipse victor; fecitque iustitia mediante magnam vltionem, de his qui in causa & culpa fuerunt prædictorum.* SECVNDA VITA INNOCENTII VI. p. 346. *Eodem anno Dominus Karolus Rex Alamanniæ & Bohemiæ descendens in Italiam coronam imperialem de manibus Domini Petri Episco-*

§. XX. Post coronationem Romanam indixerat Carolus IV. Imp. Comitia Noribergæ ad diem S. Martini habenda, ad eademque omnes Imperii Status inuitauerat, 86) quæ etiam in sequentem annum vsque fuerunt producta. In iisdem cum reliquorum Electorum consensu, Decretum promulgat, quo Electoralia iura Ruperto Rufo, Comiti Palatino Rheni, contra Stephanum Fibulatum Bauariæ Ducem adferuntur, ipso tamen Stephano non præsente nec consentiente. Ludouicum etiam Romanum de Marchia Brandenburgensi inuestit. 87) Iisdem Comitiis 88) iura Imp. & Electorum per priores XXIII. Aureæ

Episcopi Ostiensis ad hoc missi in basilica sancti Petri Romæ in die sancto Pascha honorabiliter suscepit & vxor eius cum eo statim Romam exiens eo die. Et Vicarium fecit Marchionem Montisferratensem in Italia. Et Episcopum Augustensem fecit Vicarium in ciuitate Pisana. Hanc etiam conspirationem ex BENESSIO vberius describit CZECHOROD *Marte Morauico p. 426.* H. REBDORFF ad a. 1355. *& inde transiens venit Romam, absque omni resistentia vbi in die Pascha a Cardinali Hostiensi in Imperatorem coronatur in Ecclesia S. Petri, at eodem die recedit ab Vrbe dimissa gente sua, clam volens redire ad Alamaniam, non potuit, sed veniens ad ciuitatem Pisaniam, ibique cum moram faceret, quadam progenies vulgariter appellata Gambacurta, de occisione ipsius Imperatoris & suorum turba cogitauit, & circa festum Pentecostes Palatium Pisanum incendio ignis comburi procurauit, ex quo arma antiqua, balista & similia valde pretiosa ciuitatis, ibi consumpta fuerunt. Post aliquot dies prædicta progenies commune ciuitatis contra Imperatorem prouocant, & magnus rumor insurgit, in quo Imperator & sui in mortis periculo extiterunt. Sed dominus Marquardus Episcopus Augustensis vna cum suis tamen paucis, primo erecto vexillo inimicos audacter inuadit, & pugnat cum eis a mane vsque ad vesperam, plures occiderunt, reliqui fugierunt, sedato rumore duo ex prædicta prænominati machinatores capti sunt in curia habitationis domini Cardinalis Hostiensis prædicti, qui alios suos accusauerunt consortes, & sic XVI. famosi ciues Pisani capti sunt, & decollati, qui confessi fuerunt, quod per hunc rumorem (si prosperati fuissent) Imperatorem & Imperatricem vere quidem patibulis suspendere intendebant, & reliquos occidisse, propter quod dictum demolitæ sunt funditus habitationes eorum, & Imperator decessit de ciuitate Pisana, relinquens ibi loco suo prædictum Marquardum, Episcopum Augustensem, & reuersus est in Alemanniam mense Iunio.* CORTVS. lib. XI. c. VI. *negotiis dispositis in Pisis, forsan Italia formidans insidias, omissis Lombardorum infestationibus, & querelis, Dominus Imperator cogitauit redire Boemiam. Sic eodem anno, mense Iunio transitum faciens per Lombardiam, intrauit Vallem Valcamonica: qui per Alemaniam Pragam est reuersus. Quid Deus facturus per ipsum, ipse nouit, cui honor, & gloria in secula seculorum.* DVBRAVIVS *lib. XXII. p. 581.* Reditus Imp. displicuit PETRARCHAE *lib. XIV. Fam. ep. XII.* eum discedentem de Italia increpat, atque *lib. XXIII. ep. XV.* vt eam repetat, hortatur.

86) Patet hoc ex litteris inuitatoriis ad Ciuitatem Noribergensem directis *Geben ze Prage an dem nechsten Donerstag vor sant Matheus Tag, unsere Reiche in dem zehenden Iar, des Keisertums in dem ersten*, ex quibus omnino adparet, hæc Comitia fuisse vniuersalia, verbis initialibus. *Wann wir durch thaffige, und redlichen unser und des Heiligen Reichs sachen und benamen umb Fride und Gemach, unsern getrewen Vndertanen, alle Fürsten, Grafen und Herren in Deutschen Landen besant haben, darzu wir auch ewer Gegenwurtigkeit sunderlich bedurffen.* Dies etiam in iisdem definitur *zu uns gein Nurnberg, uff sant Merteyns Tag der schirst kunfftig ist*, apud WENCKERVM *Apparatu Archiuorum p. 206.* Faciunt huc verba finalia procemii A. B. *in solempni Curia nostra Nurenbergensi assidentibus nobis omnibus Principibus Electoribus, ecclesiasticis & secularibus, ac aliorum Principum, Comitum, Baronum, Procerum, Nobilium & Ciuitatum multitudine numerosa, in solio Maiestatis Cæsareæ Imperialibus Insulis, insigniis, & diademate decorati, matura deliberatione preuia, de Imperialis potestatis plenitudine edidimus, statuimus, & duximus sanciendas, sub anno Domini, millesimo trecentesimo quinquagesimo sexto, Indictione nona, quarto Idus Ianuar. Regnorum nostrorum anno decimo, Imperii vero primo.*

87) Per pactum equidem Ticinense anni 1329. alternatio inter Bauariæ Duces & Comites Palatinos Rheni fuerat constituta, quam tamen hoc ipso decreto euertit Carolus, eo quod Rudolphi filiam Annam haberet vxorem. Extat decretum apud GOLDASTVM *Tom. I. p. 351.* GEWOLDVM *de Septemuiratu cap. X. p. 765.* Quod autem nec Ludouicus senior, nec Stephanus fibulatus his Comitiis interfuerint, docet nos HEN. REBDORFFIENSIS *ad a. 1356.* loco supra §. *XVIII.* adlegato.

88) Sunt equidem, qui Comitia bina confundant, & vel Noribergensia saltim, vel Metensia publicatæ Aureæ Bullæ destinarunt. Priorem sententiam fouet THVANVS *lib. II. p. 40.* scribens: *Carolus IV. eandem legem renouauit, sub bulla aurea nomine in Comitiis Norimbergensibus V. Eid. anno sal.* CIↃ CCCLVI. *publicata, qua & hodie inter Germanos magna religione seruatur.* Posteriorem tenere videtur TRITHEMIVS Chr. Hirs. *ad an. 1356.* dicens: *in eodem conuentu Principum Metis habito Bullam dictam auream, quia sigillo sit aureo roborata, de Imperatore Romanorum delegendo idem Carolus indicta conuentione Principum ad vtilitatem Reip. de consensu omnium Principum electorum & regni conscribi fecit & confirmauit.* Idem dicit AVCTOR CHRONICI COLONIENSIS: *Karolus der IV. hait Hoff gehalten mit den Kuerfürsten zo Metz mit grosser Maiestait in bywesen des Konyncks von Franckryth anno Domini MCCC. ind LVI. iar, ind hait gesatz, und up den Christdag doin offenbabren dat Geseze, ind heisht die Gülden Bulle.* Ipse Sigismundus Imp. labitur, dum in cap. I. Bullæ suæ de Pfalburgeris, Noribergæ anno 1431. publicatæ dicat: *und die hinzelegen der Allerdurchleuchteste Furst und Herre Herre Karle Ræmischer Kayser, unser lieben Herre und Vater seliger gedechtnus, durch Fried und Gerechtigkeit willen in dem Gesetze seiner Kaiserlichen Gulden Bulle vor Zeyten zu Metz gemachet und beschlossen, von Pfolburgern luter und eigentlichen gesetzt hat*, apud GOLDASTVM *p. II. der Reichssatzungen pag. 165.* Nec tamen in parte posteriori Metis publicata, sed in priori adhuc Noribergensi reperitur *tit XVI.* de Pfalburgeris. GOLDASTVS equidem *de Maioratu lib. I. c. XX. n. 15.* contrarias has sententias conciliare conatur, dicens, quod A. B. Norimbergæ primum composita, apud Mediomatrices cum consensu Primogeniti Regis Galliæ, & cæterorum in Gallia Ordinum, qui ad Imperium spectare memorantur, stabilita, & adaucta anno MCCCLVII. Verum, præterquam, quod Metensia etiam Comitia anno 1356. fuerint celebrata, priorem A. B. partem Noribergæ non confectam solum, sed etiam publicatam, patet ex verbis proxime modo adlegatis: *de Imperialis potestatis plenitudine edidimus, statuimus, & duximus sanciendas.* Vtramque tamen conciliat LEHMANNVS *lib. VII. cap. XXXV.* & THVLEMARIVS *de Bullis c. V.* Vtraque Comitia probe distinguit AVCTOR VITAE INNOCEN-

Aureæ Bullæ, a sigillo aureo adpenso sic dictæ, 89) titulos, ibidem latino sermone publicatos, confirmantur, modus Imp. electioni atque coronationi præscribitur. 90) Monstratur adhuc Noribergæ domus & conclaue, in quo hæc publicatio facta. 91) Secuta est eodem anno, non solum mense Martio, sed etiam Decembri mense Curia Metensis solennis & festiua, cui præter legatum sedis Papalis, Carolus Delphinus, 92) multique alii interfuerunt Episcopi Proceres. 93) Delphinus potissimum ad auxilia ab Imp. contra Eduardum Anglorum Regem petenda aduenerat, qui patrem ipsius Iohannem prœlio ad Pictauium ceperat, Carolus etiam de pace & concordia inter Franciæ & Angliæ Regem ibidem adlaborabat. 94) In hac Curia reliqui Aureæ Bullæ Tituli a XXIV. 95) ad finem vsque fuerunt publicati, atque ipsis Domini natalitiis, Electores atque reliqui officiales Imperii Officia sua Imperii solenniter peregerunt. 96) Die Iouis ante festum

NOCENTIII VI. Tom. II. Collect. Balutz. p. 350. *Anno domini 1356. Karolus imperator, conuocatione facta principum in Nuremberga, multas leges condidit. Eodem tempore Karolus imperator parlamentum statuit Metis de pace tractanda inter reges, sed non conclusit. Ibique clerus Alamanniæ, loco decimarum subsidium obtulit se daturum.*

89) Prout iamdum demonstratum fuit a THVLEMARIO *de Bulla aurea, argentea, plumbea & cerea,* du FRESNE Glossario *voce bulla,* IO. MICH. HAYNECCIVS *de sigillis p. I. c. IV.* & SYNT. IVR. PVBL. *cap. VI. §. VIII.*

90) Vid. SYNT. IVR. PVBL. *c. VI.*

91) De hoc THVLEMARIVS c. VI. §. 11. *viginti ista & tria capita Aureæ Bullæ Noribergæ in ædibus ad leonem aureum (zum guldnen Læwen) conscripta esse scribit Hermannus Hermes in fasciculo iuris publici cap. I. n. 13. Sed errat Vir Clarissimus, quippe cum non ibi, sed in domo sita am Ponersberge, cuius insigne adhuc est clypeus aureus (guldener Schild) confecta & consecrata fuerit, in qua etiamnum videtur non solum conclaue, in quo Imperator Carolus IV. cum Imperii Statibus tum temporis consessum deliberationesque pro Imperii salute habuit, sed & capella decem pedes longa & quinque pedes lata, in qua Aurea Bulla pro istius seculi more solenni missæ sacrificio consecrata fuit. Hodienum in ista capella paruum illud, in quo tum missam celebrarunt, altare conspicitur, cui impressum & coriaceo inuolucro munitum Aur. Bullæ exemplar Latinum & Germanicum idioma exhibens, impositum est.* Dnus a LVDEWIG *ad A. B. Tom. II. p. 199.*

92) LEV. a NORTHOF Chron. Com. de Marca p. 406. *idem eodem anno ante festum Natiuitatis Domini venit Karolus Imperator Metim, & solennem ibi curiam celebrauit, cum omnibus Imperii Principibus. Ibi Princeps quilibet secundum suum ordinem officii seruitium debitum exhibebant. Ibi erat Cardinalis sedis Apostolicæ legatus, & Dominus Delphinus filius Regis Franciæ, nepos Imperatoris: ibique aderant multi Archiepiscopi & Abbates, aliique Principes, Comites & Magnates & Nobiles infiniti. Ibi Imperator fecit publicari diuersas constitutiones per ipsum editas, multum vtiles.* H. REBDORFF ad a. 1356. *mense Decembri præscriptus Imperator vocatus per dominos & ciuitates regni Franciæ post bellum præmissum, venit in ciuitatem Metensem, vbi iura Imperii & claues ciuitatis ab incolis requisiuit, & per dominum Innocentium Papam per Cardinalem Petrogoricensem transmissus ad ipsum, ac filius Regis Franciæ consanguineus Imperatoris (qui de bello suprascripto cum multis armatis fugit) ac multitudo magna Principum Alemanniæ & Franciæ conuenit ad ipsum, & per festum Natiuitatis dominicæ fuerunt apud ipsum.* M. CHRON. BELG. p. 306. *In die natiuitatis Christi Carolus in solemni Curia Metensi assidentibus omnibus S. R. I. Electoribus præsentibus Dominis, Venerabili in Christo Patre, Domino Theodorico, Albanensi Episcopo S. R. E. Cardinali ac Illustri Carolo, Regis Franciæ Primogenito, Normanniæ Duce, Delphino Viennensi, alias Leges, quatuor Capitulis continentes promulgauit.* TRITHEMIVS Chron. Hirsaug. ad an. 1356. *Carolus imperator, ex Italia reuersus, in ciuitate Metensi conuentum habuit solennem principum, vbi omnes totius fere regni principes concurrentes, regalia sua, de manu imperatoris ex more susceperunt. Multi etiam & Galliæ principes illuc conuenerunt, quibus Carolus ipse notus & charus extitit. Vtpote, qui & diu olim apud Parisios operam litteris dederat & in auxilium regi Francorum, cum patre suo rege Bohemiæ, aduersus regem Angliæ, aliquando pugnaturus erat. Aderat in hoc solenni conuentu principum quidam archiepiscopus (Talagrandus,) æpostolicæ sedis legatus, ad componendam pacem. Qui ob reuerentiam pontificis solus cum imperatore in vna mensa cibum sumebat.*

93) Patet hoc ex litteris Ioffridi Mine, Ciuis Metensis datis feria 6. post Annunc. Mariæ apud WENCKERVM Appar. Archiu. p. 210. quibus: *de Aduentu Regis Romanorum ad Ciuitatem Metensem, sciat vestra dilectio veneranda, quod Rex prædictus die dominica proxima ante festum Sti Benedicti nuper præteritum, die videlicet XVI. mensis Martii circa horam vesperarum ad prædictam Ciuitatem Metensem accessit, cum honorabili vtique comitatu, & decenti apparatu, quale eius sublimitatem decebat, Vallatus siquidem Magnificis & Potentibus dominis vtpote Archiepiscopis Maguntinensi & Coloniensi, Episcopo Leodiensi, Duce Bauariæ, Marchione de Iulley & nonnullis aliis sublimibus Baronibus & personis illustribus, qui aduentum Regis mirifice decorabant.* Hæc vero de priori aduentu Caroli IV. Metas.

94) AVCTOR ANONYMVS VITAE INNOCENTII VI. Bosqueti p. 338. *Et licet per prius super pace & concordia inienda inter Regem Franciæ & Angliæ seinterposuerit* KAROLVS *imperator & Metis existens ab ibi suas tenent curias certos pro pace cuiuslibet ad sui præsentiam euocauerit, tractaueritque inter eos per aliquot dies ac fecerit, quicquid potuerit, circa ipsorum pacificationem, tamen quia nihil proficere valuit, habuit hoc relinquere imperfectum, sicque dormiuit seu cessauit labor circa tractatum huiusmodi per aliqua tempora.*

95) Sub initium Tituli XXIV. hæc verba reperiuntur: *infra scripte leges promulgate sunt in Curia Metensi per Dominum Karolum IV. Imperatorem Rom. & Boemiæ Regem Augustum. Anno Domini MCCCLVI. assistentibus sibi omnibus Sac. Romani Imperii Electoribus, & presentibus Dominis, venerabili in Christo Patre, Domino Theodorico Episcopo Albanensi, Sancte Romane Ecclesie Cardinali, ac Carolo Regis Francie primogenito, Normandie Duce Illustri ac Delfino Vienensi, in die Natiuitatis Christi.*

96) ALBERTVS ARGENT. p. 164. *eodem anno venit Carolus imperator ad ciuitatem Metensem in aduentu Domini, celebrans ibidem natalem Domini: fueruntque ibi Principes Electores, & Officiales seu ministeriales Imperii, quorum quilibet ministrabat Imperatori sedenti in mensa, in officio seu ministerio suo proprio. Quilibet autem veniebat super equo, vsque ad mensam. Descendente vero de equo coram mensa, histrionibus & mimis dabatur equus, & aliæ plures solennitates fiebant ibi, de quibus longum esset scribe-*

festum S. Benedicti cum solenni ac hilari iucunditate plures Milites creauit, videlicet Comitem Lucemburgensem, de quo tunc Ducem constituit, & Comitem Barrensem, de quo Marchionem Pontensem ordinauit. 97)

§. XXI. Post Metensem Curiam, in Brabantiæ Ducatum abit, atque Flandriæ Comitem Ludouicum cum Brabantiæ Duce componit. 98) Inde a. 1357. inferiorem Bauariam cum magna hominum multitudine intrat, eandem deuastat, Ducesque ad voluntatem suam adigit. 99) Insequenti anno 1358. Vratislauiam venit, vt ibidem Liuoniæ rex,

scribere. Erat enim solennior curia, quam de aliquo Imperatore scribitur temporibus retroactis multis. Potissimum vero BENESSIVS A WEITMILE, Canonicus solennitates horum Comitiorum descripsit, apud CZECHORD Marte Morauico p. 430. & LVDEWIG ad A. B. p. II. p. 329. Anno 1356. fere per totum annum D. Carolus Imperator moratus est in partibus Alemanniæ, procurans pacem & disponens Negotia Imperialia. Demum eodem anno de mense Nouembri ingressus est ciuitatem Metensem magnam & famosam nimis, in qua, vt referebant, a 300. annis nunquam fuerat coronatus (solle wohl commoratus heissen) Imperator & cum maxima solennitate a Principibus, nobilibus & ciuibus suscipitur. Ciues enim eiusdem ciuitatis ipsi occurrentes ad tria milliaria claues ciuitatis & omnium portarum sibi repræsentant, se & sua eius Imperio cum omni beneuolentia subiicientes. Et factum est gaudium maximum in introitu domini Imperatoris, omnis clerus & populus totus illi cum lætitia & iucunditate occurrunt, ipsum gaudenter suscipiunt & vsque ad domum Episcopalem, sibi pro hospitio præparatam cum reliquiis hymnis & canticis conducunt. Demum Dominus Imperator ibidem moram faciens, curiam imperialem & concilium principibus Imperii in eadem ciuitate pro festo Natiuitatis Christi tunc venturo, celebrandam indixit. Instante igitur festo venerunt ad curiam Imperialem ambassatores domini Papæ videlicet cardinalis Taraconensis & abbas Cluniacensis. Item duo filii regis Franciæ, primogenitus & secundus, sororini domini Imperatoris. Item Archiepiscopi, Treuirensis, Coloniensis & Moguntinus. Item Dux Luxenburgensis, repræsentans personam Regis Bohemiæ, qui est Archi-Pincerna, dux Saxoniæ Archi-Marschalcus; Marchio Brandenburgensis Archi-Camerarius; comes palatinus Rheni Archi-Dapifer; Marchio Misnensis Archi-Venator, Sacri imperii officiales. In festo igitur natiuitatis Domini in matutinis, dominus imperator indutus imperialibus insigniis, coram principibus supra dictis legit euangelium: Exiit edictum a Cæsare Augusto, & dominus cardinalis cantauit coram imperatore primam missam, de cuius manibus dominus Imperator sumsit sacram eucharistiam humiliter & deuote. Deinde summam missam illius diei cantauit Archiepiscopus Coloniensis. Qua solemniter peracta, omnes archiepiscopi, episcopi & prælati, nec non principes seculares dominum Imperatorem & d. Imperatricem indutos vestibus & insigniis Imperialibus conducunt. Solemniter ad domum conuiuii in medio ciuitatis in foro præparatam & pulcre adornatam. Vbi positæ sunt tabulæ atque mensæ plurimæ pro inuitatis. Sedente igitur d. Imperatore ad tabulam in loco eminentiori, veniunt officiales imperii, sua, prout moris est, exhibentes officia. Et primo archi-Episcopi supradicti cum sigillis Imperialibus, quia cancellarii sunt singuli in suis locis. Item venit dux Saxoniæ archimarschalcus in magno dextrario, ante mensam portans auenam in vase argenteo pro equis imperialibus, & fecit sedere principes singulos ad mensam, quemlibet in loco sibi præparato. Post hunc venit Marchio Brandenburgensis archicamerarius in dextrario portans peluim auream & manutergia pulcra, & dedit aquam imperatori sedenti in throno. Post hunc venit Comes Palatinus, portans escas in scutellis aureis & facta credentia posuit ante imperatorem. Post hunc venit Wenceslaus dux Luxenburg & Brabantiæ, frater domini Imperatoris repræsentans personam domini regis Bohemiæ, qui est archipincerna portans in Scyphis aureis vinum & facta credentia dedit imperatori ad bibendum. Vltimo veniunt principes de Schwartzburg, subuenator cum tribus canibus venaticis & tubis multis & magnum facientes strepitum, ceruum & aprum portant ad mensam principis, cum omni alacritate. Et factum est conuiuium maximum in die illa, cui simili nullus recordatur. Quo peracto d. imperator principibus dimissis diuersa & magnifica largitus est dona: & recesserunt cum gaudio & lætitia vnusquisque ad propria. Eodem anno posuit imperator fundamentum seu primarium lapidem in fundamento noui pontis Pragensis, in littore prope monasterium S. Clementis. Legati vero Argentoratensium hanc solennitatem apud WENCKERVM Appar. Archiu. p. 403. tali ratione describunt: Als ihr uns emboten hant umbesramde mere, da solnt ie wissen, daß der Keyser uf den Weinachttag mit den Fürsten zu Gestule saß und aß, und diendent die leigen Fursten uf grosen Rossen als irrerecht sint, wissend auch, daß die Keyserin saß in denselben Gestule, und der Cardinal zu einre Siten, und der Delphin zu der andern Siten, zu eim sundern Tische, und sasen in demselb Gestule viel Bischœfe, Hertzogen, Abbete, Graven und Frien der man nit gezehlen kunde. Ir sollent ouch wissen, daß der Kayser und die Kayserin, noch einander zu Gestule rittent uf grosen Rossen und hatten wisse wossenleit ufgelett, und was der Kayser gewert als er von recht sin sol, und furte man im sinen Zeptrum, sin Appfel und sin Schwerd noch, und fur die Kayserin gekrœnet mit empstohtem Hare. Wissend auch, daß die varenden Lute geschetzet hant, vierzig gefursteter Herren, und hundert Graven und Frigen, und sye wol achte tusend fromeder Pfert hie.

97) In dictis litteris Iosfridi Mine apud WENCKERVM p. 211. inter cetera etiam vestram circumspectionem scire volo, quod Rex prædictus, die Iouis ante prædictum Festum Sti Benedicti in maiori Metensi Ecclesia post missam ibidem solempniter celebratam, cum solempni ac hilari iocunditate plures Milites creauit, videlicet Comitem Lucemburgensem, de quo tunc Ducem Lucemburgensem constituit, & Comitem Barrensem, de quo Marchionem Pontensem ordinauit & fecit, & nonnullos alios, qui ibidem insignia militiæ susceperunt.

98) Breuiter saltim H. REBDORFF hæc tangit ad a. 1356. dicens: demum transit in Ducatum Brabantiæ, & huiusmodi guerram sedauit. Plenius vero hoc bellum describit IO. A LEIDIS Chron. Belg. lib. XXX. c. XVI. vbi etiam caussam proponit, quod Margaretha, eiusdem Comitis vxor fuerit filia Ioannis quondam Ducis Brabantiæ, & soror Ioannæ Ducissæ Brabantiæ, cum nihil cum eadem vxore sua in dotem accepisset. FRANC. HARAEVS Ann. Brab. p. 330.

99) Belli caussam exponit H. REBDORFF ad a. 1357. mense Aprili quidam nobilis miles dictus Eckerdin, officialis & potens Ducum inferioris Bauariæ, confœderatur cum domino Imperatore prædicto, & ob hoc idem Duces obsederunt eundem militem in Castro Nachesberg cum tota potentia sua. Sed Imperator maximam gentem de Bohemia & Morauia, & alias hinc & inde congregat, & inferiorem Bauariam intrat, deuastat, & cum vterque exercitus sibi

rex, prout promiserat, baptizaretur, hoc tamen postea pœnitente, recessit. 100) Anno 1359. habitis Moguntiæ Comitiis, mittit Innocentius VI. Papa Caluacensem in Regno Neapolitano Episcopum legatum suum, qui subsidia a Germanorum clero peteret, quem tamen vt Cleri moribus reformandis potius, quam colligendis pecuniis operam daret, monuit Imperator. 1) Anno 1360. Sueuiæ Ciuitates contra Vlricum & Eberhardum, Comites de Würtenberg conquerebantur, eo quod prædones, horumque inimicos defenderent, teloniaque augerent. Imp. igitur indictis Noribergam Comitiis, illos eo vocauit, qui cum multo milite stipati eo venerunt, nec de obiectis respondere vellent, Imp. multam armatorum multitudinem contra eos duxit. Interuentu tamen Rudolphi, Austriæ Ducis, qui gener erat Imp. Comites, abdicata Sueuiæ Ciuitatum aduocatia, se gratiæ eiusdem submiserunt, atque ad restituenda castra, quæ ipsi & progenitores ab Imperio tenebant, & telonia relaxanda fuerunt obligati. 2)

§. XXII. Anno 1361. Anna Imperatrix 3) Tertia Caroli IV. Coniux. d. XXVI. Februarii 4) mensis Wenceslaum filium Noribergæ in lucem produxit, 5) qui III. Idus Apri-

sibi inuicem appropinquaret, ita vt bellum præsumeretur, in eundem componunt se Duces pro voluntate Imperatoris, pro quo tota Bauaria doluit, quod magna damna fecerat Imperator in terra; nec dum Duces, qui magnam collegerant gentem, se vendicabant. ANDREAS PRESB. p. 37. ADLZREITER *p. II. lib. V. n. 2.*

100) H. REBDORFF ad a. 1358. *mense Iulio Rex Liphoniæ gentilis misit fratrem suum ad præscriptum dominum Imperatorem Karolum, tunc Nurenberg constitutum, asserens se & terram suam velle recipere fidem Christianam, & petens se baptizari: Super quo negotio Imperator dirigit Archiepiscopum Pragensem, & superiorem magistrum domus Teutonicæ in Alemannia, & alios quam plures in Liphoniam. Hic Rex spondet baptizari & venire Vratislauiam in festo Natiuitatis Domini, & cum Imperator solenni apparatu venisset ad locum, Rex non venit, & rescribit se nolle baptizari, nisi terra euicta ab eo & suis antecessoribus per fratres domus Teutonicæ in Prussia, restituatur eidem, & sic infecto negotio Imperator recedit de loco.*

1) NAVCLERVS *vol. II. gen. XLVI.* SERARIVS *rer. Mogunt. lib. V. p.* 858. ADLZREITER *p. II. lib. V. n. V.* & late TRITHEMIVS *ad a.* 1359.

2) H. REBDORFF ad a. 1360. *Ciuitates Imperii in Alemania, & maxime in Sueuia, querelas graues deferunt Imperatori præscripto contra Comites de Wirtenberg, Vlricum & Eberhardum fratres, filios Comitis de Wirtenberch (de quo supra sub Ludwico) super diuersis grauaminibus, videlicet quod tenebant & defendebant malefactores & raptores patriæ & inimicos eorum, item quod telonia inaudita infra eorum territorium extorserunt, & alia quamplura grauamina inferebant. Propter quod idem Imperator veniens Nurenberg, prædictos Comites ad se vocauit, quibus cum solenni comitiua armatorum illuc venientibus Imperator præmissa & alia quamplura obiecit: sed ipsis cum indignatione recedentibus, mense Augusto eiusdem anni Imperator fortem & ferocem multitudinem armatorum de regno Bohemiæ & circumquaque iubet adduci, & mandat Principibus, Baronibus & ciuitatibus inuadere Comites suprascriptos, & sic collecta maxima multitudine armatorum cum potentia comitatum prædictorum hostiliter inuadit. Sed Rudolphus Dux Austriæ gener Imperatoris tractat pacem. Vnde prædicti Comites videntes se non posse resistere potentiæ Imperatoris, suæ gratiæ submiserunt. Ergo oportuit eos restituere omnia castra & bona, quæ ibi & progenitores sui obligata ab Imperio hactenus habuerunt, telonia & pedagia, & consueta relaxabant, & iuri coram iudice prouinciæ super iniuriis ciuitatibus illatis coacti sunt stare.* NAVCLERVS *vol. II. gen. XCVI. p.* 1025. MVTIVS *lib. XXV. p.* 252. Late TRITHEMIVS *ad a.* 1360.

3) Variant circa matrem Scriptores, BOHVSLAVS BALBINVS quidem *lib. VII. Miscell. sect. II. p.* 189. ait: *Carolus IV. duos filios Wenceslaos habuit ex Anna Palatina susceptos, prior natus est anno 1348. qui altero anno statim decessit, alter fuit Wenceslaus.* Sed vtrumque falsum, dum a. 1349. Annam Palatinam demum matrimonio sibi copulaverit, vt ideo ex illa a. 1348. filius produci nequivisset. Nec nostri VVenceslai mater esse potuit, dum iam a. 1352. fuerit defuncta. Male etiam sibi constans BALBINVS, p. 187. Annam Suidnicensem VVenceslai matrem fuisse dicit. Prouocatur equidem ad ALBERTVM ARGENTORATENSEM, dum *ad a.* 1350. ait: *Natus est iisdem dictus Carolo Regi, in Bohemia, ex noua vxore, filia Rudolphi Ducis Bauariæ, filius Wenceslaus ex proauo nominatus.* Verum, SCHMINCKIVS *de Wenceslao §. V.* probe monuit, Albertum plane de alio VVenceslao loqui, qui a. 1350. Pragæ fuerit natus, & bimulus defunctus. Singulare est, quod CHRONICON NORIBERG. *p.* 103. tradit: *A. 1661. Als K. Carl noch zu Nürnberg war, ward Ihm an St. Gertrauten Tag, von Anna, seiner dritten Gemahlin, einer Herzogin von Schwidnitz, ein Sohn gebohren, der lag 5½ Wochen ungetaufft, bis die Churfürsten dahin kamen. Wurde nachmahls unter einem gultnen Himmel in S. Sebalds Kirch zur Tauff begleitet und VVenceslaus genannt, pferchet unter der Tauff ins Tauff-VVasser, und als man dasselbe Wasser gewærmet in S. Sebalds Pfarr-Hofe, ist derselbe angangen und abgebrandt. Ist geschehen am Sonntag Misericord. Domini. Es war eine gemeine Sage unter der Bugerschafft, die Kayserin hatte eine Tochter gebohren, und mit eines Schuster Sohn, der Stenglo genannt, dessen Weib dieselbe Nacht nieder kommen, vertauschet:* Idem dicitur in Chronico Noribergensi Msto, quod possideo, nisi quod ea, quæ de liberorum permutatione dicuntur, fuerint omissa.

4) Epistola Annæ Augustæ apud Argentoratenses apud WENCKERVM *Appar-Archiv. p.* 221. in qua: *die Veneris ante Dominicam Oculi, hora quasi tertia prolem masculinam corpore & membris singulis elegantem, in lucem mundi produximus, & post partum vna cum prole felici sane iucunde & incolumes permanemus. Datum Nurnberg vicesima septima mensis Februarii Regnorum Anno Octauo Imperii vero sexto.* Ex quo satis patet, ipsam in puerperio non fuisse defunctam. Adde WENCKERI *Collecta Archiv. p.* 124.

5) Extat Imp. epistola encyclica, qua ob natum sibi filium, VVenceslaum Regem subditos vniversos ad hilaritatem & lætitiam prouocat, apud SCHANNAT *Vindem. litter. Collect. II. p.* 133. in qua: *Natus est nobis Puer, super quem Coetus Fidelium, qui ab olim quasi anxius rebus incertis fluctuans titubabat, verens forsitan alti detrimenta sanguinis, atque Sceptri inclyti damna timens, poterit nunc respirare, & in vitam redire communis valebit alacritas, quam exuberantis desiderii affectibus lacessitam prolixa exspectatio de Rege tenero fere coegerat exspirare. Natus est nobis Puer, ad cuius omen Nata-*

Aprilis baptizatus, festiua curia conuocata, eademque cum ludis equestribus & solennibus aliis fuit celebrata. Insignia quoque Imperialia ex Bohemia adferri iussit, Imp. quæ solenni adparatu ibidem ostendebantur, concedente Innocentio VI. Papa illa videntibus magnas indulgentias. Inde in Bohemiam fuit reuersus. 6)

§. XXIII. Post hæc, in Brandenburgensibus terris variæ subortæ fuerunt mutationes. Postquam enim Ludouicus senior, Ludouico Romano & Ottoni fratribus suis Marchiam tradidisset; 7) ipse mense Octobri 1361. Monaci fuit defunctus, 8) relicto filio Meinhardo, adhuc impubere, cuius tutelam & Rupertus Comes Palatinus Rheni, vna cum Stephano seniore & iuniore, inferioris Bauariæ Ducibus & Nobiles terræ prætendebant. 9) Dum autem paullo post Meinhardus anno ætatis XIV. moreretur, Mater ipsius Margaretha Maultaschia Tirolensem Comitatum Rudolpho, Alberto & Leopoldo fratribus, Austriæ Ducibus a. 1363. cessit. 10) Dum etiam Ludouicus Romanus a. 1366. improlis decederet, 11) successit ipsi Otto, qui consensu adgnati sui, Friderici Landshutensis a. 1373. Marchiam pro ducentis aureorum Vngaricorum millibus Carolo, socero suo vendit, concessis ipsi insuper pignoris loco multis oppidis Palatinatus superioris reseruatis tamen Ottoni titulo & iure Electoris atque Archicamerarii, 12) nec his tamen plane solutis, hanc etiam pecuniam genio suo indulgens, cum Gretula amasia, pistoris vxore in deliciis con-

Natalitii Gloriosum, velut ad ortum Surgentis Auroræ, dies nobis emicuit generosa, quia de nutantium Cordibus subditorum discussa Dubietas, cuiuslibet caligine & Spei fluctuantis Nubilo relegatis, ad omnes pristinæ Vigor Felicitatis, rediit, & Serena Devotionis Sinceritas remeauit: Natus denique est nobis Puer, in quo Regnum Bohemiæ velut in Turri fortitudinis stabilitum, æmulorum insolentiam non timebit, quia certis iam patet indiciis, quod Diuini Numinis gratia gratis applaudit successibus & Magnifico Principi Boemorum Fatorum fauet series & Fortuna fortiter famulantur, maxime dum ex sui stipite generis Excellentis plures Ramusculi pullulabunt, Emergent Virgulæ, succrescent Hæredes, egredientur Egregii Principes, ne semen Iusti corruat & Deo dicata prosapia Eclipsim aliquatinus patiatur.

6) H. REBDORFF ad a. 1361. *in principio mensis Martii Imperatrix in Nurenberg filium masculum genuit, de quo Imperator lætitiam habuit non modicam, & eundem baptizandum solenniter reseruauit per vnum mensem & amplius. Nam ad baptismum ipsius inuocat solennem curiam in Nurnberg, & Electores Imperii quasi omnes. Et hinc filius baptizatus est Dominica, qua cantatur Misericordia Domini, quæ tunc fuit III. Id. April. in parochia S. Sewoldi in Nurnberg Babenbergensis dioecesis; & leuatus de fonte per Archiepiscopos, Moguntinensem, Coloniensem, Pragensem, & per Episcopos sex, & quinque Abbates, & nomen eius Wenceslaus appellatum, & durauit hæc curia cum magno gaudio per octo dies. Nam & insignia Imperialia Imperator iubet deduci de Bohemia, & solenni apparatu, & ostendit ibidem; & existentibus ibidem denunciantur magnæ indulgentiæ, quas Innocentius VI. Papa tunc gratiose concessit, videlicet easdem indulgentias, quas in Vrbe Romani Pontifices in die Cœnæ Domini concedere consueuerunt; & habita ibi sunt hastiludia & alia solatia infinita. Post hæc Imperator disponit habitare limina B. Virginis Aquisgrani, sed deliberat mittere offertorium illuc pro filio suo nato. Vnde iubet filium ponderare in Statera cum auro, qui ponderauit 16. marcas auri, quas mittit Aquisgranum. Et ipse cum vxore & filio, & insignibus suprascriptis in Bohemiam est reuersus. Et notæ, quod insignia Imperialia, quæ tunc vidi, (de quibus Papa festum indixit) sunt hæ; primum ferrum lanceæ, quæ transfixit latus Christi. Item clauus cum aliquali petia ligni S. Crucis, quæ transiuit manum Christi. Item gladius Caroli Magni primi Imperatoris Romanorum, quem tunc Imperator tenebat in manibus, & corona qua coronatus est in Imperatorem a Leone Papa III. Item gladius Mauricii martyris. Item brachii S. Annæ matris Mariæ virginis, & dens Iohannis Baptistæ. Item petia cordæ, qua Christus fuit ad Columnam ligatus. Spongia qua fuit in cruce potatus & aliæ plures reliquiæ Sanctorum.*

7) Vide supra §. *XVI.*

8) H. REBDORFF ad a. 1361. *Mense Octobri obiit Ludwicus senior, filius Ludwici condemnatus, Marchio Brandenburgensis inopinate iuxta Monacum, tamen Sacramentis Ecclesiæ procuratus: qui reliquit hæredem Meinhardum nomine, Rudolphi Ducis Austriæ generum, iuuenem cum quo mater sua pro terra Carinthiæ & Comitatu Tirolis incepit litigare.*

9) H. REBDORFF ad a. 1362. *eodem anno post festum Paschæ oritur guerra grauis inter Duces Bauariæ super tutela seu cura Meinhardi Marchionis Brandenburgensis, & Ducis Bauariæ filii Ludwici supra scripti: ex hoc & pro eo, quia Rupertus Dux Bauariæ, & Comes Palatinus Rheni (de quo dictum) & Stephanus senior, ac Stephanus iunior filius eius Duces inferioris Bauariæ (quibus etiam Dux Austriæ assistebat) ex vna parte contendebant esse tutores & curatores præfati iuuenis, in quorum fuit potestate, & tanquam ii, quibus filius fuit commissus a patre; & cuilibet partium aliqua ciuitates terræ adhæserunt. Et cum ambæ partes cum magna comitiua armatorum se parassent ad bellum, & hoc inuicem viciniæ condixissent, contigit casu, aliter tunc in festo Corporis Christi (quod fuit XVI. Kalen. Iulii) quod idem Marchio iuuenis deuenit in potestatem partis aduersæ, videlicet Ducis Stephani, & sibi adhærentium, & sic sine bello inuicem recesserunt.* AVENTINVS *lib. VII. c. XXI.*

10) FVGGER *Spiegel der Ehren lib. III. c. VIII. n. 9. p.* 342. qui etiam communem refutat traditionem, quam AVENTINVS sequitur *lib. VII. c. XXI. n.* 6. quod Margaretha ista Rudolpho Austriaco nupserit. Extant Cessionis litteræ Botzani *in die Policarpi* 1363. *in Beschreibung der Graffschafft Tirol. p.* 4.

11) ANDR. ANGELVS *Chr. March. lib. II. p.* 159. AVENTINVS *VII. c. XXI. n.* 1.

12) Extant super hac venditione litteræ Lamperti Argentoratensis Episcopi ad Magistrum & ciues apud WENCKERVM *Appar. Archiv. p.* 223. huius tenoris:

Wir lant uch wissen, dass unser Herr der Kayser mit Marggrafen Otten von Brandenburg und Hertzog Fridrich von Beiern fruntlichen ubereinkomen und gerichtet ist, also dass an unser Frauwen-Tag der Schidung, derselb Marckgraf Otto zu im komen in sin Here fur Furstenwald und Fridrich vorgenant mit ihm, und hat der Marckgraf den Hochgeborn Wentzlawen Kunig zu Behem und sin Brudern die Marck zu Brandenburg mit allen Rechten und Herschafften, mit wen die Kur und das Ertz Cammerer Ambte zu sinen Lebtagen ussgenommen, abgetreten, und an sie erbelich

consumsit. 13) Carolus vero hanc Marchiam filio suo Sigismundo donauit, 14) Licet etiam partem huius Marchiæ trans-Oderanam fratri Sigismundi vltimo, Ioanni Gœrlicensi Duci legauerit, qui etiam titulo Marchionis Brandenburgici fuit vsus, 15) attamen sine hæredibus masculis fuit defunctus, Boii quidem Tirolensem Comitatum armis vindicare conabantur, interpositione tamen Christophori Danorum Regis ab armis cessatum, iure expertum, ex decreto demum Caroli Imp. Tirolensis Comitatus Austriacis fuit adiudicatus, relictis quibusdam vrbibus Kitzpühel, Kuffstein, Ratenburg, solutis etiam centum aureorum millibus. 16)

§. XXIV. Nec minores factæ fuerunt Regni Arelatensis mutationes. Hoc in varios Principatus & Comitatus diuisum, dominium directum tamen adgnoscebat Imperii. 17) Ex hoc Humbertus, Delphinatus Princeps, a. 1344. cum Philippo Valesio Gallorum Rege de Principatu suo pactus fuit, vt si absque liberis moreretur, vnus ex Philippi filiis ipsi succederet, ita tamen, ne Delphinatus vnquam cum Galliæ corona vniretur. 18) Hoc pactum a. 1349. Lugduni fuit confirmatum, atque ipse Delphinatus Carolo Philippi ex Iohanne filio nepoti fuit concessus, hac lege, vt primogenitus Gallorum Regis filius eundem imposterum semper sub Delphini nomine possideret. 19) Humbertus, frater Ordinis Prædicatorum fuit factus, & Cardinalis, postmodum Patriarcha. Carolus autem Imp. istum Carolum Delphinum de hoc Principatu inuestiuit. 20) Idque tanto magis, quod iam ante Tridenti 1347. inter Carolum IV. & Iohannem Caroli Delphini patrem fœdus mutuæ

beclich und ewiclich, und an ir Erben gewiset, und darumb git im unser Herr der Keiser hinwieder etliche Lande und Schloss zu Beiern als hienach geschrieben stat, Flosse, Hirsawe, Sulzbach, Rosemberg, Buchberg, Lichtenstein, Lichtenegge, Brattenstein halb, ein Theil an Richenegg, Nitstein, Hersburg und Lauff, Ob er Erben gewinne, Mannes Geschlecht, geschehe aber das nit, so mugen sie und ir Erben Kunig zu Behem, dieselben Schloss nach sinem Tode wieder loesen von den Hertzogen von Beiern umb hundert tusend Gulden. Er git Im ouch drutusend Schock jærlicher Gulte von Behem, die ouch ledig werdent ob er stirbet one Erben Mannes Geschlechte, und zweyhundert tusend Gulten uf Tage als dass begriffen ist, und Pfandschafft fur hundert tusend Gulden und rit jezet und der Kunig mit ihm, und nimet Huldung von Herren und von Stetten in. Geben zu Furstenwalde in der Marke am Dunrstag nach unser Frowen Tag dem vorgenanten.

13) ANDR. PRESBYTER p. 38. *posthac anno Domini MCCCLXXIII. Marchionatus Brandeburgensis a Ducibus Bauariæ prædicto Karolo Imperatori Regi Bohemiæ pro ducentis millibus florenorum venditur, vbi centum millia florenorum in promptu persoluuntur: pro altero vero centenario mille florenorum, quædam oppida siue castra, quæ modo prius facto subiecta erant Regi Bohemiæ, iterum Ducibus Bauariæ cum conditione redemtionis subiiciuntur, scilicet Lauf, Herspruck, Reicheneck, Sulzbach, Rosenberg, Hirschaw, & cætera.* AVENTINVS lib. VII. c. XXI. n. 13. *Brandenburgium ab Ottone Boio aureolorum millibus ducentis emit, Ottoque curiati principis dignitatem prærogatiuamque suffragii retinet in Boiariamque migrat. Quinque millia passuum infra Landshutam in Wolffstain (arx est Isaræ imminens) habitat, genio indulget, pecuniam ab Augusto acceptam prodigit, Gretulam pistoris vxorem adamat, quippe mola aquaria castello subdita etiam nunc Gretularia inde cognominari solet.*

14) DVBRAVIVS *lib. XXV. ineunte Sigismundo adhuc impuberi Carolus pater, Marchiam Brandenburgensem, quam ab Otthone, postremo illius Marchione emerat, dono dedit, mira indole animi, ingeniique eius captus.* EBERH. WINDECK c. II. *Do nam er Sigmund seynen sune und furte den in demobgeschrieben iare in die Brandenburger marg zu Brandenburg und gab Im die lante. Vnd do der Kaiser Karlo seinen sun Kænig Sigmund also gegen der marg Brandenburg prachte, do musten die herren, und die manne, und die stete globen und zu den Heiligen sweren, denselben herrn Sigmund fur einen Marggraffen zu haben und zu haltenn, und gehorsam zu sein und nit von im zu treten in keinerley briffe ader potschafft, wie ymer mere gesein mochten, es were denne sach, das derselbe Kænig Sigmund zu seinen Laren und auch zu seinen tagen kæme, auch sein selber wol mechtig und geweltig were.*

15) Patet hoc ex Sigismundi, Vngariæ R. diplomate, quo ipsi partem suam oppignorandi vel alienandi concedit potestatem apud SCHANNAT *Vindem. Litter. Coll. II. p.* 150. in quo: *ipsi Domino Iohanni Fratri nostro precario annuimus, & præsentium vigore effectiue concedimus, vt ideo dominus dux Iohannes Marchiam Brandenburgensem trans-Oderam olim per Excellentissimum principem dominum Karolum Romanorum Imperatorem Beatæ Recordationis patrem nostrum sibi duntaxat legatum, & per ipsum hucusque possessam, totaliter aut particulariter, vendendi, obligandi, nec non alienandi & tum ea & in eadem iuxta suæ voluntatis Libitum disponendi, veram & omnimodam plenæ potestatis habeant facultatem.* Extat etiam apud VIGNIERIVM ex Archiuo D. Virginis charta, data *Berlinii Marchia Brandeburgensi anno Domini MCCCXCVIII. sexta die mensis Octobris, cuius tale est initium: Iodocus Dei gratia, Marchio Brandenburgensis, Marchio & Dominus Morauiæ Sacri Romani Imperii Archicamerarius.* Tota res ex PENESSE allegante BALBINO & CZECHOROD *Marte Morauiæ* p. 384 decidenda erit, dum ait p. 433. *Tum petente Ottone inuestiuit Carolus per banderias filios suos Wenceslaum, Sigismundum & Ioannem, iisque deficientibus Marchiones Morauiæ, D. Iohannem & filios Iodocum, Ioannem & Procopium.*

16) AVENTINVS *VII. c. XXI. n. 9. sqq.*

17) De hoc STRAVCHIVS in dissertatione *de Regno Arelatensi &* SYNT. IVR. PVBL. *capite quarto.*

18) Hoc ex publicis actis latius deducit P. DANIEL *Hist. de France Tom. II. p.* 495. 496.

19) P. AEMYLIVS *lib. IX. p.* 195. & speciatim DANIEL *p.* 497.

20) ALBERTVS ARG. p. 153. *Humbertus vero Delphinus, vitæ quodammodo tædiosus, terram suam, retentis aliquot munitionibus, nepoti Regis Franciæ, ex filio primogenito vendens, frater Prædicatorum est effectus. Breue tamen tempus stans in ordine, egressus factus est Cardinalis, & postmodum Patriarcha. Rex autem Carolus Romanus eundem nepotem Franci, filium sororis suæ, de ipso Delphinatu, qui est feudum ab Imperio, inuestiuit.* Falsum igitur, quod GOLDASTVS tradit, Carolum hunc in Comitiis Metensibus 1356. fuisse inuestitum, quibus saltim interfuit, vt supra §. *XX.* diximus; GOLDASTVM ideo notat CONRING *de Fin. Imperii lib. c. XXIV. p.* 597.

21) Extat

mutuæ amicitiæ & auxilii sub iurata fide fuisset pactum. 21) Circa eadem tempora, Ioanna Neapolis Regina, Papæ Auenionensem Ciuitatem vendidit, 22) Clemente IV. Papa per legatos confirmationem a Cæsare petente. 23) Neque tamen hac solummodo inuestitura iura sua in regnum Arelatense conseruauit Carolus Imp. sed etiam in Comitiis Moguntinis 1348. Balduinum Treuirensem Archiepiscopum Archi Cancellarium non solum constituit regni Arelatensis, etiam Vicarium & Tutorem, quare & multos Imperii vasallos de eodem inuestiuit. 24) Quin & Episcopos & nobiles ad hominium ipsi præstandum adegit, multa Ecclesiæ Arelatensi priuilegia confirmauit. 25) Hoc etiam Archicancellarii per regnum Arelatense munus in A. B. archiepiscopis Treuirensibus voluit esse perpetuum. 26) Immo a. 1365. corona regni Arelatensis ipse fuit redimitus, 27) atque hac occasione Auinione cum Papa fuit collocutus, ab ipso euocatus, vt cum ipso deliberaret de bello aduersus Turcas, & fœdus cum ipso iniret aduersus tyrannos Italiæ, præcipue Vice-Comitem Mediolanensem, 28) ab eodemque summo cum honore fuit exceptus. 29) Paullo post recessum dicti Imperatoris, Arnaldus de Seruola, vulgariter Archipresbyter de Verniis nominatus, natione Vasco, coadunatis sibi aliis quamplurimis diuersarum nationum, Alsatiam intrauerunt, personas captiuando, igne & gladio omnia consumendo. Ex quo inter Principes & incolas Alemanniæ commotio seu turbatio non modica fuit exorta, præsertim quia suspicarentur, quod hæc fierent de consensu dicti Imperatoris, adgregatique fuerunt ad inuicem, & disposuerunt se ad eis viriliter resistendum, ac eis impediendum, ne vlterius progrediendo flumen Rheni possent transire. Quod isti audientes, sentientesque aduersus eos se præualere non posse, retrocesserunt, multis tamen damnis illatis & etiam receptis, se ad partes Galliæ reduxerunt, vbi satis cito post per aliquos

21) Extat illud apud LEIBNITIVM *Tomo I.* p. 189.

22) ALBERTVS ARG. p. 147. *vendidit autem ipsa Ioanna, quantum in ipsa fuit Papæ ciuitatem Auinionensem, pro multa pecuniæ quantitate.*

23) Hoc CONRINGIVS *de Fin. Imp. lib. II. c. XXV.* ex BZOVIO & tabulis publicis demonstrauit. Extant tabulæ *Gœrlicii Kl. Nouembris* 1348. *data, apud* BZOVIVM *ad a.* 1348.

24) GESTA BALDVINI lib. III. c. IX. vbi de Balduino dicitur: *in curia Domini Karoli Imperatoris Moguntiæ celebrata confirmationem priuilegiorum suorum & super archi Cancellariatu regni Arelatensis obtinuit, vbi etiam per totam Galliam & Germaniam tutor & mamburnus fuerat constitutus regni Romanorum: quo plures sua feoda requirentes, infeodauit.*

25) PETRI SAXII *Pontificium Arelatense* p. 315. *Hæc vbi resciuit Ioanna, conquesta est apud Carolum, qui Rodulphi ignaui nihilominus testamento innixus, heresque Henrici septimi aui sui, ad hominium præstandum sibi, & regi Arelatensi, quam multos tum Episcopos, tum nobiles coegit: imo Arelatensi Ecclesiæ, quæ superioris æui reges munificentissime largiti fuerunt, Bulla aurea confirmauit.* Addit Idem: *quod vero a Prouincia longissime distaret supremum Imperatoris tribunal (Cameram vocant imperialem) nec possent pauperes absque iuris, & causæ dispendio. Spiram proficisci, Vrbano postulante, Principum & regi nostri procerum votis accedentibus, concessit Imperator, iudicandus, cognoscendasque supremo iudicio causas a summi Pontificis Camerario. Nec vlla amplius Regum Arelatensium in armariis nostris memoria, quorum regnum, sepulto Carolo, consequutum est.*

26) Tit. I. *item Archiepiscopum Treuirensem, Sacri Imperii per Galliam & regnum Arelatense Archicancellarium.* Adde SAXII *Pontificium Arelatense p.* 315.

27) Hoc ex BENESSIO, scriptore coæuo, qui tamen adhuc latet Mstus, comprobat SCHVRTZFLEISCH §. XX. dum dicit. *Eodem anno* (MCCCLXV.) *coronatus est D. Imperator corona Regni Arelatensis, quod Romano subest imperio, in ciuitate Arelatensi, cum maxima solennitate.* Idem ex Cæremoniali Romano comprobat CONRING p. 598. Verum, PETRVS SAXIVS *Pontificio Arelatensi p.* 314. demonstrauit, factum hoc fuisse a. 1361. dum ita loquitur: *Cæsar Arelatem venit, Arelatensis regni coronam petiturus, quam obtinuit in augusto diui Trophimi templo & imposuit Guillelmus noster, præsentibus Sabaudiæ, & Borbonii Ducibus, ac Prouinciæ Senescallo: quæ quidem licet anno MCCC LV gesta referat Nostradamus, ex archiuis nostris constat, non Stephanum, sed Guillelmum illius coronationis authorem, ipseque etiam author libri de cæremoniis Ecclesiæ Romanæ nobiscum sentit. Legimus (inquit) & in iis historiis, quosdam Imperatores Arelate etiam coronam suscepisse, de regno Arelatensi, & alibi, alias pro aliis regnis, nam & Carolus IV. Auenionem venit ad Vrbanum V. anno salutis MCCCLXI. iam pridem iussu Innocentii sexti Romæ Imperator coronatus, quorum gratia ad Pontificem venerat, absolutis, Arelatem profectus est, vbi per Episcopum huius vrbis regni Arelatensis corona donatus est.* Adde BALVTZIVM *Not. ad Vitas Paparum Auenionensium p.* 985.

28) CONT. NANGII & BERNH. CORIVS *Hist. Mediol. ad a.* 1365. RAYNALDVS *ad a.* 1364. §. *I.* has rationes adducunt. Male igitur KRANTZIVS *Saxon. lib. IX. c. XXXIII.* Carolum consecrationis gratia Papam adiisse scribit.

29) ALBERTVS ARG. p. 164. *Anno Domini M. CCC. LXV. crastino Georgii, venit Imperator Carolus Argentinam, & susceptus fuit cum magna solennitate, tanquam Imperator: dudum enim receptus erat, tanquam Rex Romanorum. In festo vero sancti Marci, recessit versus Auinionem ad Papam. In festo autem Petri & Pauli reuersus fuit Argentinam per nauigium: inde recedens iuit in Selze.* ERSMA VITA VRBANI V. p. 370. *Anno sequenti, (qui fuit LXV) mense Maii Karolus Romanorum Imperator venit Auinionem ad dictum Vrbanum Papam cum magna comitiua principum & nobilium Alamannorum, & ornatus insigniis imperialibus, per ipsum Papam & Cardinales fuit valde notabiliter & honorifice receptus; & die sancto Pentecostes tunc occurrente, dicto Papa solemniter celebrante, astitit in habitu imperiali diademate coronatus, in manu dextra sceptrum gestans. Deinde iuit Arelaten, cuius regnum ad ipsum spectabat, vbi se fecit in Regem per Archiepiscopum coronari. Tandem vero habitis multis colloquiis inter Papam & ipsum tam super statu Ecclesiæ quam imperii, rediit ad propria cum bonis pace, amore, & fauore Vrbani Papæ prædictis.* ALBERTVS ARGENTORATENSIS p. 141. *indutus regalibus insignibus, habens coronam in capite & pomum & sceptrum in manibus.*

30) Hæc

quos ex suis crudeliter interfectus est Archipresbyter memoratus. 30) Postea vero ineunte a. 1378. Carolus Imp. in Galliam venit, in Parisiorum vrbem magna pompa deductus, liberaliter ibidem habitus, ac solenni conuiuio a Franciæ Rege fuit exceptus, 31) vbi Caroli V. Regis Gallorum primogenitum, Ioannis nepotem, postea Carolum VI. dictum, 32) Galliæ tunc Delphinum a. 1379. ad vitæ tempus constituit locum tenentem & Vicarium suum generalem in hoc Regno, quod tamen exinde ipsi non cessit, sed vt vicaria saltim vteretur potestate permisit. 33)

§. XXV. A. 1362. Barnabos, & reliqui Vice Comites Mediolanenses terras papales inuadebant, verum tunc per interpositionem Androini de Rocha tituli sancti Marcelli Presbyteri Cardinalis concordia inter eundem Papam & dictos Mediolanenses fuit stabilita, & Vice Comites cum Ecclesia iterum fuerunt conciliati. 34) Dum vero isti Papales terras non solum inuadere pergerent, sed etiam finitimos diuexarent, Vrbanus V. Papa contra eosdem exercitum mittebat, cui se Cæsar a. 1367. cum exercitu viginti millium armatorum iungebat, factis etiam multis leuibus prœliis cum Vice Comite ad Burgum fortem, sed inundatis Cæsaris castris ex aggeribus Padi apertis, accepta pecunia, reuersus fuit in Bohemiam. 35) Insecuto anno 1368. mense Iunio cum vxore & filiis ingressus Italiam, ibi Mutinam obsedit, ad cuius præsidium erant Baptista filius Barnabouis, & Lucam Pisanis, ac Miniate oppidum Florentinis ademit. Inde Papam Viterbii accessit, atque & ordinatione inita versus Romam eum præcessit, ipsumque post sequentem expectauit in introi-

30) Hæc ex AVCTORE PRIMO VITAE VRBANI *V. p.* 370. transcripsi. SECVNDA VITA *p.* 404. ALBERTVS ARGENTORATENSIS p. 164.

31) Describit pompam P. DANIEL *Hist. de France Tom. II. p.* 695, qui tamen addit, multas adhuc solennitates alias solitas, fuisse omissas: nec enim campanas pulsatas, Imperatori contra morem equum nigrum fuisse missum, dum Rex albo veheretur.

32) Male igitur AVENTINVS *lib. VII. c. XXI. n.* 18. tribuit Carolo V. Ioannis filio, prouocans ad Diploma, quod reperiatur in Bibliotheca Parisiorum in templo suburbano S. Victori dedicato, cum SPONDANVS non solum fide visi diplomatis Carolum VI. indicet, sed etiam omnes rerum Gallicarum scriptores, vt AVENTINVM ideo notet SCHVRTZFLEISCHIVS §. *XXVI.*

33) Criminatur equidem de eo, quod Regnum Arelatense Gallis cesserit, Carolum THEODORICVS A NIEM *de schismate lib. II. c. XXV.* dicens: *Carolus huius nominis quartus Augustus, imo verius dissipator iniustus tempore Vrbani Papæ V. regnum Arelatense, quod similiter est iuris & proprietatis imperii, & quod etiam dictus Otto magnus Imperator adiecit imperio, sumpto magno prandio apud Villanouam prope Auinionem per eundem ducem ipsi Carolo præparato transtulit in præfatum ducem, postea in regno Siciliæ vita functum.* Idem repetit *Nemore Vnionis Tract. VI. p.* 483. PETRVS SAXIVS etiam Pontificio Arelatensi p. 315. vicariam in regno Arelatensi potestatem perpertuam ipsi concessisse autumat. Ast, contrarium docet CHIFLETIVS *Vindiciis Hispanicis c. XIII. p.* 122. ex Christinæ Pisani Msto, vbi dicitur: *Imperator motu proprio in gratiam regis, & filii eius natu maioris Delphini, constituit & fecit Locumtenentem suum & Vicarium Generalem in Regno Arelatensi dictum Delphinum, voluitque idem obtinere ad vitam dicti Delphini irreuocabiliter: & ea de re litteras suas sigillo aureo muniuit tanta tamque ampla cum facultate, quanta concedi potest, quaque antea dari minime solita fuit. Et pariter eundem Locum tenentem & Vicarium suum Generalem creauit aliis quibusdam litteris pari modo sigillatis, parique cum facultate, in Delphinatu feudisque immediatis & mediatis, & aliis quibuscunque clientelis, sine vlla exceptione. Deditque & concessit Castellum Pompeti supra Viennam, alteramque domum in dicta vrbe Chamaux appellatam. Similiter eidem beneficium ætatis impertiuit, & alia omnia suppleuit, quæ ob ætatis defectum dicto Delphino dictis gratiis & præfecturis obtinendis impedimento esse possent.* Sic etiam NIC. VIGNIER & BELLEFOREST dicunt: *Le faisant Vicaire irreuocable de l' Empire sa vie durant.* Hoc P. DANIEL *Tome II. p.* 696. equidem repetit, omissis tamen vltimis verbis. Contra fidem igitur est Historicorum, quod in QVARTA VITA GREGORII XI. p. 482. dicitur: *Iste idem Imperator iuit Parisios peregre, vbi coronauit filium Karoli V. Francorum de facto in Regem Arelatensem ad decennium tantum.* Sic etiam singulari dissertatione Imp. defendit SCHVRTZFLEISCHIVS, *quod Carolus IV. Aug. non dissipauerit Imperii patrimonium quoad regnum Arelatense.* Idem egit IO. STRAVCHIVS singulari dissertatione *de Regno Arelatensi.*

34) PRIMA VITA VRBANI V. p. 367. *Eodem tempore dictus Vrbanus processus suos fecit contra Barnabonem & Galeacium de Vicecomitibus Mediolani, quæ pro tunc occupabant aliquas terras ad ius & dominium seu proprietatem Romanæ Ecclesiæ pertinentes. Sed demum interponentibus se aliquibus actum est de concordia inter eos. Pro cuius tractatu & etiam regimine dictarum terrarum & aliquarum aliarum terrarum missus est ad partes Italiæ Legatus de latere præfatus Dominus Androinus de Rocha tituli sancti Marcelli Presbyter Cardinalis, per cuius ministerium facta fuit pro tunc dicta concordia inter eundem Papam & dictos Mediolanenses, fueruntque ipsi sibi & Ecclesiæ reconciliati* SECVNDA VITA p. 400. 401.

35) TRITHEMIVS ad a. 1365. *anno præscripto Carolus Imperator IV. rogatus a Pontifice Rom. exercitum duxit in Italiam contra Vice Comitem Mediolani, quorum molestatione & incursione Papa grauabatur. Veniens in Longobardiam Cæsar cum pace & honore vt verus Dominus a Barnabone Vice-Comite Mediolani fuit susceptus, cum quo de pace reformanda cum Pontifice Rom. multos & varios fertur habuisse tractatus. Vrbanus autem Papa, qui vices iniuriarum bello Imperiali Vice-Comitibus reddi penitus optaret, grauiter Cæsari indignatus est, cum audisset illum pro concordia & pace cum hoste contulisse sermonem; maluerat enim Vice-Comites Mediolani omnino deleri, quam ad pacem non duraturam recipere. Imperator vero, qui vt princeps Christianissimus semper bello prætulit pacem, habitis cum Barnabouis partibus necessariis consiliis, a Mediolano Romam profectus est, cupiens cum Pontifice pacem reformare plenam atque perfectam. Verum posteaquam intellexisset, mentem Pontificis non ad pacem Mediolani, sed magis ad subuersionem fore inclinatam, cum indignatione ab vrbe discessit, & saluo exercitu suo in Germaniam reuersus fuit.*

36) Hoc

introitu vrbis; ibique, scilicet in porta, quæ est iuxta castrum sancti Angeli, de suo equo descendens, stratoris vicem gessit, ac vsque ad basilicam beati Petri pedester equi Papæ frenum tenens, ipsum adextrauit, ac demum vsque ad altare maius deduxit. Mansitque in Roma expectando aduentum Imperatricis, quam demum die omnium sanctorum in altari beati Petri dictus Vrbanus Papa, per prius inunctum per Episcopum Ostiensem Cardinalem, prout moris est, coronauit. Quo facto, dictus Imperator satis cito post recessit de Vrbe versus Bononiam dirigens gressus suos, secumque duxit ex ordinatione Papæ Dominum Guidonem de Bolomia Episcopum Portuensem Cardinalem: 36) Illinc abiit Pisas, & ibi accepta pecunia a Florentinis, quibus fidelitatis formulam præscripsit, 37) eis dimisit Miniatum, & dimisso ibidem Vicario dicto Cardinale 38) reuersus in Germaniam, & Vicarius ipsius solutis ipsi aureis viginti quinque millibus per Lucenses, eos, postquam solenne fidelitatis iuramentum præstitissent, 39) restituit libertati, 40) eisdemque ius cudendi Monetam indulsit. 41) Insequenti anno 1369. Barnabouem Mediolanensis Ciuitatis Vicarium singulari edicto officio & dignitate exuit, idemque valuis singulorum palatiorum Germaniæ affigi curauit. 42) Vrbano V. etiam Pontifici potestatem concedit intromittendi se in Bona vniuersa Rebellium Barnabouis & Galeacii Fratrum, eademque inter alios, titulo Vicariatus distribuendi, ad tempus. 43) Postea Vrbani V. Papæ indignationem incurrit, qui illum qua ratione deponeret, cogitauit, sed morte fuit præuentus. 44) Ipsius successori Gregorio XI. Carolus IV. Imp. a. 1372. plenissimam concedebat potestatem de rebus Barnabouis & Galeaciorum & adseclarum terris disponendi, easdemque suo Imperiali nomine vsque ad decem annos concedendi. 45)

§. XXVI. In Germania interim, durantibus adhuc diffidationibus, varia inter Ciuitates non solum, sed Principes etiam facta sunt fœdera. Tale inter Argentoratum, Wormatiam & Spiram a. 1365. fuit conclusum. 46) A. 1370. Episcopi, Comites, Dynastæ & Ciuitates Westphaliæ aduersus prædones & publicæ pacis turbatores fœdus fecerunt,

36) Hæc verbis PRIMAE VITAE VRBANI V. p. 385. scribo. Adde SECVNDAM VITAM p. 468. Ad Episcopum vero Ostiensem spectare ius inungendi Imp. & Augustam docet RAYNALDVS *ad a.* 1311. §. *IX. & ad a.* 1355. §. *VII.* Introitum Caroli in vrbem Romam ex LINO COLVTIO describit BALVTZIVS p. 1439.

37) Extat hæc formula apud SCHANNAT *Vindem. Litter. Collect. II. p.* 141.

38) In Tomo II. BVLLARII CASSINENSIS p. 281. extant litteræ Caroli datæ apud Lucam XII. Kl. Aprilis in quibus: *Testes huius rei sunt Reuerendissimus in Christo Pater Dominus Guido Portuensis Episcopus sanctæ Romanæ Ecclesiæ Cardinalis pro maiestate nostra Cæsarea in partibus Italiæ Locum tenens & generalis vicarius.*

39) SCHANNAT *c. l.*

40) LVDOV. CAVITELLIVS *Ann. Cremon. ad a.* 1367. 1368. IOS. RIPAMONTIVS *Hist. Mediol. lib. III. p.* 365. *sqq.* DVBRAVIVS *Hist. Bohem. lib. XXII. p.* 592.

41) SCHANNAT p. 142.

42) Extant apud SCHANNAT *Vindemiis Litter. Coll. II. p.* 139. Litteræ Caroli ad Barnabouem directæ, huius tenoris: *Scripsimus Tibi qualiter processus nostros formauimus, quos in Notam Tui Dedecoris per omnes Ciuitates Alamanniæ & alias Regiones subiectas Imperio mandamus publicari, & sub Imperialis Maiestatis nostræ Sigillo Valuis Palatiorum in Singulis Vniuersitatibus Alamanniæ affigi notorie, vt in pœna sit Tibi tua Temeritas, qua Imperialia mandata contemnere & a promissis Tuis recedere præsumsisti, & vt talis tua præsumptio pateat multorum notitiæ & vexatione continua in temetipso cognoscas, quam decenter sit superiorum mandato parendum, & quibus debeat Imperialis auctoritas Honoribus venereri, ad alia etiam nihilominus dum tua Temeritas illud exegerit, suadente iustitia procedemus.*

43) Extant l. c. p. 140.

44) TRITHEMIVS ad a. 1369. *anno Wignandi Abbatis decimo, Indictione Romanorum septima, post Festum Dominicæ Resurrectionis Carolus Imperator IV. ad petitionem Vrbani Papæ V. exercitum mouit in Longobardiam contra Barnabouem Mediolani Vice-Comitem, non minus Imperio tunc, quam Ecclesiæ inobedientem Catholicæ, atque rebellem. Ingressus autem Longobardiam in manu valida omnia extra munitiones inuenta demolitus est. Vastauit agros, villas incendit, rusticos tribulauit, & quia machinas ad belli apparatum necessarias non habuit, oppida, ciuitates, & vrbes munitas intactas dimisit. Postea cum inualuisset pestis, exercitum accepta pecunia non parua iure Dominii Imperialis a Vice-Comite, sine belli consummatione cum suis in Germaniam reuersus est. Iterum Vrbanus V. nimium contra Cæsarem ira commotus, quod debuc sine belli consummatione rediisset in Germaniam, deliberauit illum ab Imperio deponere, perturbassetque sine dubio Regnum fluminibus sanis, nisi morte fuisset præmeditate interceptus.*

45) QVARTA VITA GREGORII XI. p. 482. *Hæc omnia contigerunt regnante Karolo IV. Imperatore, qui dedit potestatem eidem Gregorio Papæ per suas litteras sub imperiali sigillo munitas MCCCLXXII. sub dato Pragæ IV. Nonas Augusti, decima Indictione, & regnorum suorum Romani XXVII. Boemiæ XXVII. Imperii vero XVIII. plenissimum de terris, possessionibus, & quibuscunque rebus Bernabonis & Galeacii Vice-Comitum Mediolanensium, eorumque sequacium, colligatorum, & adhærentium, quas nomine imperialis vicariatus aut aliis titulis tenebant vel sibi vendicabant in vicariatum, suo imperiali nomine aliis concedendi vsque ad decem annos extunc in antea.*

46) Extat apud LEHMANNVM *lib. V. c. LII.* Huc facere videtur TRITHEMIVS, dum *ad a.* 1366. dicit: *his temporibus magna & prius non visa, neque audita confœderatio seu liga inter ciues vrbium & oppidorum regni Germaniæ facta est contra raptores atque latrones, qui militiam simul & genus nobilitatis suæ prauis moribus deturpantes, mercatores & alios itinerantes spoliare, capere, & ad latibula prædonum abducere consueuerant, exigentes ab eis cum tortura pecuniam, quam non debebant.*

47) SCHA-

runt, idemque iuramento confirmarunt. 47) Quod a. 1374. fuit renouatum. 48) Dum autem intestinæ turbæ nihilominus inualescerent, Imp. ex Bohemia in Saxoniam digressus, Lubecam cum Imperatrice, veteri Impp. splendore, mense Octobri intrauit, ibique regali magnificentia fuit exceptus, multis ad eum confluentibus Principibus atque nobilibus. Ibi publice ius dixit, litesque ad se vndique delatas decidit, Decembri mense Pragam reuersus. 49)

§. XXVII. Sic multæ etiam turbæ de successione in terras Lüneburgenses fuerunt. Mortuo enim a. 1368. Wilhelmo Lüneburgensi Duce, adsectabat Ducatum Albertus, Dux Saxoniæ ex Ottone natus, & Elisabetha, Wilhelmi filia, cui se Magnus Torquatus, Dux Brunsuicensis opponebat. Non Ordines solum Prouinciales Alberto fauebant, sed Imp. etiam, qui nullum ius esse Magno ad Ducatum Lüneburgensem a. 1374. decernit. Luneburgenses igitur arcem astu capiunt, & mortuo Magno Torquato, Albertus, omnem terram occupat: Hinc etiam Wenceslaus Elector, qui Alberto postmodum successit, & Saxoniæ & Lüneburgensis Ducis titulo vtitur. Composita autem fuit controuersia, dum ipsius filia Anna, Friderico Brunsuicensi, & Margaretha, Bernhardo Brunsuicensi vtrisque Magni Torquati filiis nuptui collocaretur. 50)

§. XXVIII. Inter hæc, anno 1373. Gregorius XI. Papa Carolum IV. Imp. multiplicatis litteris ac nunciis admonebat, quatenus pro Dei amore congregaret quam magnum posset exercitum contra Saracenos in Asiam, qui sanctam Ciuitatem Ierusalem & sepulchrum Dominicum occuparent. Nimis autem importune Papa instante, postremo Imperator ei rescripsit: *Exercitum quidem & magnum & validum adunare possumus: sed mare transire, & Saracenos debellare non satis cautum iudicamus, propterea, quod & Sanguis Christianorum multus effundendus foret, & Terram sanctam etiamsi obtinere, diu tamen retinere non possent. Vnde hanc Romani Pontificis intentionem esse piam in Christo, magis tamen periculosam Christianis, quam vtilem fore minime dubitamus.* 51)

§. XXIX. Defuncto d. 27. Martii 1378. Gregorio XI. in Ciuitate Romana, Cardinales, qui tunc erant in Curia Romana post decimum diem a die obitus Papæ Gregorii prædicti elegerunt Bartholomæum Archiepiscopum Barensem in Papam concorditer, qui sibi Vrbani VI. nomen constituit, ipsumque electum publicauerunt tam infra quam extra Ciuitatem, ac eius coronationi & inthronizationi interfuerunt, nec non in Consistoriis tam publicis quam priuatis eidem tanquam Papæ reuerentiam præstiterunt. Sed non longe post Cardinales prædicti Romam exierunt, & apud Anagniam se transtulerunt, & deinde Fundos, vbi nouam, videlicet secundam, electionem Papæ post septem menses a prima electione fecerunt, & elegerunt Cardinalem Gebennensem in Papam, qui vocatus est Clemens septimus, asserentes, primam electionem esse nullam, eo, prout dicebant, quod per violentiam fuerit facta, & quod hæc violentia eis a Romanis illata incussit ipsis Cardinalibus tantum timorem, quod ad euadendum periculum mortis dictum Bartholomæum elegerunt in Papam, & omnes cerimonias prædictas tam coronationis quam inthronizationis ei fecerunt, etiam in festo Paschæ ab ipso tanquam a Papa corpus Christi sumpserunt coram populo Romano & multitudine peregrinorum de vniuerso orbe ibidem præsente; dixeruntque, licet hæc omnia præstiterint dicto Vrbano, tamen timor prædictus semper maneat in cordibus eorum: & ideo asserunt se præ timore Romanorum fecisse, quidquid prædicto Vrbano seu Bartholomæo impenderunt. De quibus electionibus magna dissensio orta est in sancta Christianitate. 52) Carolus Imp. fauebat Bartholomæo, eo quod Wenceslai filii ipsius electionem adprobauerat & confirmauerat etiam non petitus aut requi-


47) SCHATEN *Ann. Paderborn. lib. XIV.* p. 380. addens: *in hoc tam salutare fœdus accessere Fridericus Coloniensis Archiepiscopus, Wenceslaus Dux Brabantiæ Caroli Imperatoris frater, Wilhelmus Dux Iuliacensis, Adolphus Cliuensis Comes, Colonia, Aquisgranum, Tremonia, ceteraque potentiores ciuitates. Nam per id tempus magna fœdaque Comitum, Nobilium, ac prædonum licentia erat, qua & Wilhelmus Montium Comes haud procul Tremonia captus abductusque, nec prius libertati redditus, quam 40000. veterum scutorum penderet.*

48) SCHATEN *ad a. 1374. p. 389.*

49) KRANTZIVS *Saxonia lib. X. c. I.* REGKMANNS *Lübeckische Chronic lib. II. p. 33.* SCHATEN *ad a. 1375. p. 391.*

50) KRANTZIVS *Saxonia lib. IX. c. XXXVI. XXXVIII.*

Tale vero est Schema:



Ottonis D. Saxoniæ vero frater erat Wenceslaus, cuius filiæ erant Anna & Margaretha.

51) Hæc verbis TRITHEMII scribo *in Chr. Hirs. ad a. 1373.* DVBRAVIVS *lib. XXII. p. 585.*

52) Verba sunt SECVNDAE VITAE CLEMENTIS *VII. p. 539.*

53) Verba

quisitus per eum ipsi obedire & adhærere decreuerat, ac ipsum pro vero Papa tenere & habere disposuerat atque declarauerat; sicque seruari voluerat & mandauerat per præfatum Regem filium suum, qui etiam in hoc inhærens paternis vestigiis, sic fieri voluit, seruauit, mandauit, & ordinauit in Regno Bohemiæ & generaliter in omnibus terris & dominiis suis ipsi & Imperio subiectis. Nec fuit qui huiusmodi ordinationi voluerit aut ausus fuerit contraire; Comitibus Sabaudiæ consanguineo & Gebennensi fratre dicti Clementis, Ducibusque Lotharingis & Barrensi, ac aliquibus aliis Comitibus & dominis temporalibus, ciuitatibus & locis, eorumque territoriis & dominiis circumadiacentibus duntaxat exceptis. 53) Idem Wenceslaus per singulares litteras d. 18. Octobris 1384. declarauit, se, Vrbano VI. adhuc adhærere. 54)

§. XXX. Anno 1376. Carolus magno studio adlaborabat de Wenceslao in Regem Romanorum nominando. Caussam primum apud Gregorium XI. Papam agebat, vt consensum suum præberet, prætexens se senem esse atque infirmum, adiutore opus habere, & ne successio maneret incerta, nimium ipsi concedens, quod sine beneplacito Papæ viuente Imperatore nouus Rex eligi nequeat. Differebat ab initio Papa responsum, commissa quibusdam caussa Cardinalibus, ad iteratam vero Papæ instantiam respondebat, quod, licet electio huiusmodi viuente Imperatore, minime de iure possit aut debeat concedi, ista vice duntaxat valeat celebrari. 55) Ad hoc promouendum, centum millia florenorum cuilibet Electorum pro electione promisit. Quæ cum soluere nequiret, Electoribus pignoris loco vectigalia, oppida & telonia Imperii concessit. 56) Moguntino equidem Electori telonia ad Rhenum, vna cum Lanstein: Coloniensi Andernacum: Treuirensi Boppardia & Vesalia cum aliis conceduntur, Prumiensis abbatia iungitur. 57) Ruperto seniori vero Palatino Lutera Cæsarea, Oppenheim, Odernheim & Ingelheim potissimum pigno-

53) Verba sunt PRIMAE VITAE CLEMENTIS VII. *p. 591.*

54) Extat ista in SECVNDA VITA CLEMENTIS VII. *p. 557.*

55) Extat epistola Caroli IV. ad Gregorium Papam, inter alia Electionis Wenceslai Acta apud LEIBNITIVM *Mant. Cod. Iuris Gent. pag. 262.* in qua hæc verba: *cum autem ad huiusmodi electionis celebrationem nobis viuentibus procedi non valeat sine vestro beneplacito, assensu & gratia ac fauore; beatitudini vestræ reuerenter & humiliter supplicamus, quatenus cum dicti electores dispositi sint de nostro consensu electionem huiusmodi de Rege celebrare præfato, consideratis præmissis & aliis rationalibus in hac parte, & inter alias quod vacante imperio solet interdum electio huiusmodi in discordia fieri, exinde bella crudelissima geri, multusque cruor Christianorum effundi, vt electio ipsa valeat celebrari, dignetur eadem ipsa vestra sanctitas præstare beneplacitum & assensum, ac etiam gratiam & fauorem. Datum Nuremberg anno Domini MCCCLXXVI. indictione XIV. II. nonas Martii.* Iteratas ad Papam litteras mittit, II. Non. Aprilis. Vtræque extant apud RAYNALDVM *ad a. 1376. §. XIII.* Tandem Papa per litteras Auinione pr. non. Maii scriptas, assensit, his verbis in fine additis: *nos igitur super præmissis sæpius cogitauimus, & cum fratribus nostris collationem habuimus diligentem: & licet electio huiusmodi te viuente, minime de iure possit aut debeat celebrari; sperantes tamen publicam vtilitatem ex huiusmodi electione & eius effectu (dante Deo) prouenturam, vt electio prædicta modo præmisso hac vice duntaxat valeat celebrari, nostrum beneplacitum, assensum ac fauorem & gratiam auctoritate apostolica tenore præsentium impertimur. Per hoc autem non intendimus eisdem electoribus vel eorum successoribus aliquod ius acquiri, nec Romanæ ecclesiæ iuri & auctoritati præiudicium generari.* Idem testatur THOMAS de AMANATIS in sua depositione apud RAYNALDVM *ad a. 1378. §. XCIX.* & BALVTZIVM *not. ad Vitas Paparum Auen. p. 1200. Item interrogatus quare Imperator afficitur ad Bartholomæum dixit, quod Imperator pater istius volebat quod iste filius eius esset Imperator tempore Domini Gregorii. Postea ille B. a principio quando electus fuit & ipse nolebat indulgere illud & dicebat, quod mitterent ad eum solemnes nuncios. Sed postquam successerunt ista, ipse concessit Imperatori illud quod petebat.* Haut igitur adsentior ANGELO PISAVRENSI, qui Papam consentire noluisse scribit, apud BALVTZIVM p. 1263. *ad id quod continetur de facto Imperatoris respondit, quod tempore Domini Gregorii tractatum fuit diu de confirmatione filii Imperatoris & commissa fuit caussa aliquibus Cardinalibus, vt viderent si de iure, si de consuetudine, si secundum diuinam scripturam hoc deberet & posset fieri: Tandem conclusum fuit, quod sic. Tamen Dominus Gregorius supersedit. Et communiter dicebatur quod ipse non intendebat concedere.* Adde BALVTZIVM *not. ad Vitas Paparum Auen. p. 1200.*

56) ALBERTVS ARGENT. p. 166. *Anno Domini 1376. feria tertia infra hebdomadam festi Pentecostes, electus est Wenceslaus, filius Caroli Bohemi Imperatoris, in Romanorum Regem, Patre suo adhuc viuente, & eandem electionem fieri procurante, per omnes Imperii Electores concorditer, non sine magna pecunia. Quæ facta & celebrata est in Franckfort, in Ecclesia S. Bartholomæi Apostoli.* CHRON. MAGDEB. apud MEIBOMIVM Tom. II. pag. 348. *successit filius suus, Wenceslaus, quem eo viuente, in Regem Romanorum & Bohemiæ, fecit eligi, promittendo cuilibet Electorum centum millia florenorum, quæ cum postea soluere non potuit, Regalia eis pro his impignorauit, videlicet telonia & vectigalia, & sic Imperium nimium debilitauit, quod nequaquam respirare potest.* Idem dicit MVTIVS *lib. XXV. p. 255.* DVBRAVIVS Hist. Bohem. lib. XXII. p. 596. *ceterum cum tantam summam dissoluere ad diem non valeret, cum maximo Imperii detrimento, publica vectigalia Imperatoribus ad subsidia relicta, ipsis Principibus non tam oppignorauit, quam perpetuo abalienauit, propter vtili filium, vt res postea declarauit, nisi quod suus cuique charus est.* CVSPINIANVS *in vita p. 384.* NAVCLERVS *vol. II. gen. XLVI. pag. 1018.*

57) BROWERVS Ann. Treuir. lib. XVIII. p. 245. *in his est, quo Bopardiam & Wesaliam, Sternenburgi dimidium, & totam aduocationem Hirtzenauiæ in Rheni ripa, ius item ditionemque Schonsceidti & Galgenscheidti Schoneco subiectum, iam olim parta loca, aucta decem marcarum argenti millium sorte firmius astrinxit. Abbatiam quoque regalis S. Saluatoris in Prumia, olim Balduino perdita & accisa re, ab ipsis cœnobitis delatam, & eiusdem reditus & vectigalia cum Episcopatu Treuirensi, Pontificis Maximi authoritate, coniungendi facultas Cunoni sancitur.* Antea quidem Boppardia pro

pignoris loco traduntur. 58) His corrupti Electores, in die Pentecostes in pomariis subtus Rense super littus Rheni conuenientes, de eo deliberant, an Imperio conueniat, vt viuo adhuc Carolo, Rex eligatur, 59) & hoc decreto, diem electioni Francofurti instituendæ destinarunt. Stato die X. Iunii conuenientes, solenni postmodum electione Wenceslaum Regem Romanorum publicarunt, 60) idemque Gregorio XI. Papæ nuntiarunt. 61) Inde præsente patre VI. Iulii Aquisgrani a Friderico Archiepiscopo Coloniensi fuit coronatus. 62) In hac coronatione Wenceslaus Dux Brabantiæ, Wenceslao, Saxoniæ Electori litem mouet, an ipse ratione Ducatus Brabantiæ & Lotharingiæ, an vero Saxoniæ Electore ratione officii sacri Marschallatus Imperii, ensem Imperialem, tam in coronatione, quam in aliis actibus solennibus præferret. Dum vero Wenceslaus de dictis Ducatibus nondum fuisset inuestitus, Dux Brabantiæ ensem prætulit, datis desuper a Carolo

pro XXX. marcarum millibus Ecclesiæ Treuirensi fuerat oppignorata, quibus Carolus hic tunc XX. marcarum millia addebat, prout Diploma docet apud SCHANNAT *Vindem. Litter. Collect. II. pag. 146.*

58) Singularis est locus TRITHEMII, dum *Chron. Hirsaug. ad a. 1370.* dicit: *Wenceslao tantem pollicitationibus ad Regnum promoto cum Pater pecuniam non haberet, quam promisit, & Principes vt pollicita solueret vrgerent, metuens ille rem in dissidium verti, obligauit illis quamplurima telonia, vectigalia, oppida, castra, proprietates & Iura Regni Germanici, quæ sic alienata permanent iisque in præsentem diem per annos iam centum quadraginta duos, in damnum Regni manifestum, & magnam desolationem. Verum, si quæratur iure sit factum, an temere, illi respondeant, qui Leges & Iura nouerunt, quoniam ego me scriptorem facti exhibere debeo, non Iudicem. In hac mercatione vero, quæ Principum quisque obtinuerit oppida, partim scio, partim nescio. Nam Oppenheim cum teloneo, Luteram, Ingelheim, & Gauiodorum tali commutatione memorata in ditionem Comitis venere Palatini. Iuxta patrium Mosellæ riuum Kocheim Monasterium Magenfeld cum aliis nescio quibus, Treuirorum Archiepiscopus in possessionem pro consensu accepit, Andernach Coloniensi, Lanstein Moguntinensi Archiepiscopis donantur a Regno.* Ista autem loca Palatino oppignorata paullo ante redemta fuerunt a Moguntinis, vti ALBERTVS ARGENT. p. 161. dicit: *& descendit Rex Moguntiam, comportans cum Gerlaco Moguntino & Capitulo potentium, quod restituta sunt sibi nomine Imperii Oppenheim, Odertsheim oppida imperialia supra Rhenum, cum castris & villis attinentibus, quæ obligata fuerunt Ecclesiæ Moguntinæ pro XC. millibus florenorum.* Litteræ oppignorationis Ecclesiæ Moguntinæ factæ extant apud du MONT *Corps Diplom. Tom. I. p. II. p.* Idem habet LEHMANN *lib. VII. c. L.* TOLNER *c. II. pag. 52.* EBERH. WINDECK Hist. Sigismundi cap. I. *Also gab der Kaiser Karle seinem Sune Konig Wentzlaw das Konigreich zu Peheim und erbarb im das ræmisch reich gegen Kurfursten in tutschemm landen nach seinem tode zu besitzen, mit des reiches steten und renten, die er den Kurfursten dorumb gab, versazete und vorschrieb, dovon hernach dat romisch reich in grose armut und not kam, und doch seine erben alle vorgiengen one erben, das do mannes geschlechte weren, dorumb er vbel tet an dem reiche, das er es also versazte durch seiner sune leiplichen eren willen.*

59) Patet hoc ex litteris Wenceslai Saxoniæ Electoris, ad Papam, quam manu scriptam adhuc possideo, verum *Archiuo Historico p. I. p. 50.* inserui, in qua: *nuper die sancto Pentecostes tam nos quam alii Principes Imperii Coëlectores nostri, videlicet Serenissimus Princeps Dominus Wenceslaus, Rex Bohemiæ, venerabiles in Christo patres, Domini Ludewicus Moguntinensis, Cuno Dreuerensis ac Fridericus Coloniensis, Archiepiscopi ac illustres Principes, Domini Rupertus senior, Comes Palatinus Reni & Bauariæ Dux, ac Sigismundus Marchio Brandenburgensis conuenimus in pomariis subtus Rense, super littus Reni, Dreuirensis diœcesis. In quo loco post varios tractatus desuper habitos, dicto Domino nostro Romanorum Imperatore præsente, qui iam viribus ac corporea valitudine lacessitus sufferre non valet præsertim, vt Imperium Romanum multis suis partibus tanto discrimine sic positis, forti potentique præsidiatore non careat pro salubri commodoque totius christianitatis ac statu, in releuamen & adiutorium dicti Domini nostri Karoli Rom. Imperatoris de persona idonea tractauimus prout huiusmodi negotii magnitudo requirit, & ibidem, altissimo disponente, in certam personam conuenimus in Rom. regem, debito loco & tempore nominandam, ac post hoc, vt moris est solempniter eligendam.* Sic etiam WENCKER *Appar. Archiu. p. 220.* ex Archiuo scriptum inseruit, in quo: *Als die Wahl Kænigs Wenceslaus zu einem Ræmis. Kunig zugieng, kamen die Kaiser und der Kunig, und die Churfursten zu Rense zusammen die Wahl alldar vorzunemen, dahin Anfangs der Churfurst von Mentze, der do Bischof war zu Babenberch nicht kommen wolte, die andern Fursten erkanten dann ob er von recht walen solte oder nit, welches die andern getan, wanner sie kein andern Bischof von Mentze wißent denne In; Do fuhr Hertzog Ruprecht von Peigern nach Ime gen Oppenheim und furte In gen Rense, uf dem Pfingest dag fruege, do underrettent sich die Fursten mit den Kaiser und wurdent etteliche Fursten, etwas stæssig mit Ime, meist Namen der von Trier und Cælln, das ward zu Stund ubertragen und wart der Kunig mit geweletzu Rense, Ime war ein gut Furheissen geton, und zugend die Wahl gen Franckenfurt.* BROWERVS *c. l.*

60) Extat scriptum apud WENCKERVM Appar. Archiu. p. 220. *darnach uf den Sunnendag nach dem Pfingestdage in dem Nacht-Immes, do kam der Keiser und der Kunig und der Hertzog von Peigern und der Marggr. von Brandenburg und der Hertzog von Sachsen und der Bischof von Meneze alle uf die Zit gen Franckenfurt, do woltent die von Franckenfurt den Kunig empfangen, also ein Kunig, do wolte der Hertzoge von Peigren nit, er wer noch nit gewelet, darnach uf den Mondag do kam der Bischof von Triere und die Bischoff von Kælle, und an den Zisstage darnach recht friege da gieng der Keiser und der Kunig und die Fürsten alle in die Pfarre zu Franckenfurt in den kor und weletent zu Kunige des Keisers Sun und die Fursten alle einhellekliche und det man Ime do alles das man einen Kunige tun sol.*

61) Extat decretum Electionis, litteræ Imperatoris, litteræ etiam Electorum & Wenceslai ad Papam, vna cum Eiusdem responsoriis, apud BALVTZIVM *Vitis Paparum Auen. Coll. Act. Veter. p. 793. sqq.* LEIBNITIVM *c. l.* deficit vero epistola Wenceslai Sax. Electoris ad Papam, quam in manu scripto adhuc possideo, omnes X. Iunii electionem factam esse dicunt. Instrumentum electionis reperitur apud LVNIG *p. Gen. Contin. p. 6.*

62) ERDMANNI Chron. Osnabr. apud MEIBOMIVM Tomo II. p. 237. *circa hæc tempora Karolus IV. Imperator, videlicet anno MCCCLXXIIX. fuit in ciuitate Minda & Padeborne, & Wenceslaus filius, patre præsente, Aquisgrani ab Archiepiscopo Colo-*

Carolo IV. Reuersalibus. 63) Ipsi etiam viuo adhuc Patre Spirenses homagium fecerunt. 64) Inde Wenceslaus Eccardum, Episcopum Wormatiensem; Amedeum Comitem Sabaudiæ, Raymundum de Bauco Principem Arausionensem, Guilielmum Vice-Comitem Turennæ, Petrum Gebennensem, Ludouicum Valentiensem, Euerhardum Catzenellenbogensem Comites & Conradum de Gesenheim Decanum Spirensem pro petenda confirmatione sua constituit procuratores. 65) Dum vero Gregorius Papa hanc electionem ideo confirmare nollet, eo quod Wenceslaus vix XVII. ætatis annum attingeret, & quod non impleta fuerint iuramenta Papæ promissa. 66) Carolus a. 1377. denuo ad eum nuntios misit, pro ipsius confirmatione. Deliberatione adhuc durante, Papa moriebatur. 67)

§. XXXI. In iisdem Comitiis Francofurti celebratis, controuersia decidebatur de successione in Electoratum Saxoniæ. Mortuo enim a. 1370. sine liberis Rudolpho II. Electore, controuersia oriebatur de eo, an Ottonis, fratris secundogeniti filius Albertus, an vero frater tertiogenitus Wenceslaus in successione sit præferendus, ipsumque in Electoratu, & successionem linealem in Electoratu confirmat. 68)

§. XXXII. Factæ quoque in dictis Comitiis oppignorationes Ciuitatum Imperialium ansam dederunt, vt pleræque Sueuiæ Ciuitates a. 1376. in nouum fœdus coirent, quod magnum vocabatur, *der Gros Bund.* 69) Hoc equidem per Vlmæ obsidionem dissolue-

Coloniensi coronatus est. CVSPINIANVS vero p. 385. *qui eodem anno a Friderico Coloniensi episcopo Aquisgrani, Carolo & principibus cæteris præsentibus, coronatus.* Idem p. 388. *sexta dehinc die Iulii, Aquisgrani per Fridericum Coloniensem præsulem coronatus.* Patet hoc etiam ex litteris ipsius apud TOLNERVM *Cod. diplom. Palat. p. 98.* quibus Ruperto Palatino ipso die & anno coronationis suæ concedit preces primarias.

63) Extant apud du MONT *Corps Diplom. Tom. I. p. II. p. 326.* in quibus: *declarauimus & tenore præsentium auctoritate Imperiali declaramus expresse, eidem Fratri Lucemburgi, Lotharingiæ, Brabantiæ & Limburgi Duci & Marchioni Imperii in Iuribus, Priuilegiis sibi & dictis Ducatui & Marchionatui præsertim circa portationem & tentionem Ensis Imperialis competentibus, nullum per hoc præiudicium generari, vel in posterum illud sibi posse vel debere quouis modo nocere, quod præfatus Dux Saxoniæ in hac Curia nostra Ensem ipsum ante faciem nostram gestauit, & etiam circa mensam Imperialem tenuit coram nobis.* Male igitur M. CHRON. BELG. p. 286. dicit: *Et cum inde tumultus exoriretur, Carolus Imp. Sigismundum Marchionem Brandenburgicum, filium suum secundogenitum, tunc iuuenem & non nisi decem annos habentem, ensem imperialem præferri iussit.*

64) LEHMANN *lib. VII. c. LVII.*

65) PRIMA VITA GREGORII XI. pag. 439. *Per idem tempus Karolus Romanorum Imperator, qui aliquamdiu ante Venceslaum Regem Bohemiæ filium suum primogenitum per electores Imperii in Regem Romanorum eligi procurauerat, misit ad dictum Papam suos nuntios solennes pro sui parte postulantes & requirentes dictos electum & electionem per ipsum in forma consueta approbari & confirmari. Qui hoc facere, licet perprius requisitus, vsque tunc distulerat, principaliter propter teneritudinem ætatis dicti Regis, qui tempore suæ dictæ electionis vix XVII. annum attingere dicebatur. Tamen quia ex tunc effluxerant tres anni & amplius & sic pro tunc erat maioris status, ad hoc procedere deliberauit. Ordinauit tamen quod prepararentur & disponerentur illa quæ in simili facto erant alias fieri consueta; quæ adeo magni ponderis erant, quod bene non poterant perfici de toto anno subsequenti: quo currente, obitus dicti Papæ interuenit.* Licet notante BALVTZIO *ad h. l.* non tres anni sed XVIII. saltim menses interuenerint.

66) Extat Epistola Gregorii XI. Papæ apud BALVTZIVM *Collect. Act. Veter. p. 802.* in qua: *significato iamdudum tuæ celsitudini per venerabilem fratrem nostrum Episcopum Spoletanum sedis apostolicæ Nuncium ad tuam præsentiam destinatum, quod in facto approbationis electionis carissimi in Christo filii Regis Boemiæ illustris nati tui in Regem Romanorum ob sinceræ dilectionis affectum, quam ad personam & domum tuam semper gessimus ab antiquo, prout gerimus continue per augmentum prompti eramus procedere gratiose, seruatis tamen & impletis eis iuramentis & aliis per te & dictum natum tuum quæ ante consensum nostrum habitum in electione prædicta certis nostris atque tuis nunciis referentibus nobis fuere promissa, & quæ tum ipse in tua promotione ad eundem apicem hactenus præstitisti, mirari cogimur, nullis exinde nec de eiusdem Episcopi progressibus adhuc certis rumoribus intellectis, serenitatem tuam nihilominus certam reddentes, quod præmissis impletis, quæ de iure negari non possunt, adhuc tuæ contemplationis intuitu parati sumus procedere in approbatione prædicta & dependentibus ab eadem.*

67) Extat Procuratorium apud BALVTZIVM *Collect. Act. Veter. p. 860.*

68) Schema tale erat

Rudolphus
Elector † 1356.

Rudolphus II. Elector † 1370. ἄπαις	Otto D. Sax. † 1349.	Wenceslaus El. Saxoniæ † 1388.
	Albertus D. Saxon. † 1385.	

Bullam istam reperimus apud GOLDASTVM *Tom. I. p. 372.* & in repræsentatione Imperii *p. 605.* adnexam MARQVAR. FREHERI Tractatui de successione Principum in Primogenitis & hæredibus eorum. GOLDASTVS *de iure repræs.* §. *XXVI.* SYNTAG. IVRIS PVBLICI *cap. XVI.* §. *XXIV.*

69) STVMPF Schweitzer Chronic. ad a. 1377. *verband sich die Statt Gallen mit den Stetten Vlm, Costencz, Rotwyl, Wil, Vberlingen, Rutlingen, Memmingen, Biberach, Ravenspurg, Lindow, Kempten, Kouffbürren, Leutkirch, Wangen und Isni &c. dis wort genant der Gros Bund: wort auff anzal Iar gemacht, und etwan offt weiter erstrekt: in schwebten Geschafften hielten diese Statt ihre Tagleistung allermeist zu Vlm.* De hoc etiam CRVSIVS *Ann. Suev. lib. V. p. III. f. 288.* Sic etiam KRANTZIVS Saxonia lib. X. c. III. *Idem Imperator Karolus, nescio, si ad interpretationem verbi, quam nunc faciunt, bene Augustus, Imperii neruos exhausit, viresque conscidit. Sedecim in Sueuia vrbes, sine medio recognoscendo Imperium, vendidit vicinis Principibus; aliæ quatuordecim, cum intelligerent, conspirarunt inuicem, fœdere mutuo se constringentes, vt non se patiantur, in morem pecudum, venales exponi.* Et paullo post: *tum quoque nonnulli ex his salua libertate solita, Principibus Austriæ ad protectionem se commendauere, non vt Dominis pariturі, sed vt protectio-*

soluere conabatur Carolus, sed conatu frustraneo. 70) Accedebat a. 1377. bellum Ciuitatum cum Würtenbergicis Comitibus, in quo Eberhardus Würtenbergicus a Sueuiæ Ciuitatibus ad Reutlingam cæsus fuit, 71) quod in Comitiis Noribergensibus a. 1378. composuit Carolus IV. constituto Friderico Palatino, Superioris & Inferioris Sueuiæ Aduocato Prouinciali, ad lites istas componendas. 72)

§. XXXIII. Multas nouas dignitates illustres contulit Carolus IV. Anno 1349. Albertum & Ioannem Comites Megapolitanos, Pragæ in Ducum fastigium euexit, hac potissimum de caussa, vt Waldemaro in Marchia adserenda se præberent adiutores. 73) Wenceslaum fratrem suum in Comitiis Metensibus a. 1354. confirmauit tanquam Ducem Luxenburgensem, erecto ipsius Comitatu in Ducatum, hoc addito, vt dum Impp. contra rebelles armati essent, Duces Luxenburgenses frenum imperialis dextrarii a latere dextro gubernarent, & in accubitu mensæ Regiæ, coram Imp. incederent. 74) Hic etiam post mortem Iohannis Ducis Brabantiæ filiam ipsius cum Ducatu recepit in coniugem, licet satis senem & ætate prouectam. 75) In iisdem Comitiis etiam ex Comitatu Pontis Moncionis Marchionatum, & ex Barrensi Comitatu Ducatum fecit. 76) A. 1355. Pragæ Ioannem, fratrem suum creauit Morauiæ Marchionem. 77) In Comitiis Metensibus 1356. Guilielmum Iuliaci

tectoribus vicissim obsequuntur. Huc facere videtur CHRON. ELWANGENSE ad a. 1374. *incepit liga ciuitatum in terra Sueuiæ, quæ creuit de die in diem in multis terris vsque ad annum.* DATT *vol. nou. rer. Germ. lib. I. c. VI. n. 20.*

70) CHRON. ELWANG. ad a. 1376. *hoc anno Carolus Imperator obsedit ciuitatem Vlmam, & villas & castra circumiacentia igne destruxit post festum Michaelis, & minime preualuit.*

71) ALBERTVS ARGENT. p. 166. *Anno Domini MCCCLXXVII. facta est cædes seu conflictus inter ciuitates Imperiales Sueuiæ, per Dominum Eberhardum de Wirtenberg, qui succubuit, & ex parte eius occisi sunt Comites & Barones tres, scilicet Dominus de Schwartzenberg, Dominus de Zolre & Dominus de Tuwingen, nobiles. Filius autem prædicti Domini de Wirtenberg per fugam euasit, cum aliis quam pluribus: Facta sunt hæc apud oppidum Rutelingen, pridie Idus Maii.* CHRON. ELWANG. *ad a. 1377.* LEHMANN *lib. VII. c. LXV.*

72) De hoc plenius DATT *c. l. n. 26. sqq.*

73) CHRON. SLAV. Lindenbrogii pag. 208. *Anno Domini 1349. Carolus IV. in Praga Albertum & Iohannem, Dominos Magnopolen. in Duces cum magna solennitate sublimauit, & sic titulum nouum eis creauit, de dominis Duces faciendo.* KRANTZIVS *Vandalia lib. VIII. c. XXIII. Saxonia lib. IX. c. XXVII.* Caussam vero DVBRAVIVS exponit *lib. XXII. p. 576.* scribens: *accessit mox frequens Nobilitas, postquam Albertus & Ioannes Comites Megapolienses Praga domum reuersi sunt, cum ampliore, quam exierant dignitate: ambos enim Carolus ad Principalem honorem extulit, vnam hanc beneficii gratiam tacite exigens, vt Valdemaro in afferenda, quam vocant Marchia adiutores se præberent, quod quidem Albertus sedulo præstabat, tamque grauis Ludouico Marchioni ingruebat, vt extremum ille a Rege Daniæ affine suo auxilium cogeretur implorare.* Male igitur horum patrem Henricum Leonem Ducem esse factum contendit CHRON. HOLSATIAE apud LEIBNITIVM *Access. Hist. c. XXII.*

74) Henricus VII. enim iamdum Iohannem filium suum Ducem fecerat, prout *Period. IX. Sect. IV. §. VI.* adserui. ALBERTVS ARGENT. p. 161. ad a. 1354. *post hæc venit Rex ad ciuitatem Metensem, vbi honorifice receptus, multis ibi diebus permansit, faciens ibi ex comitatu Lutzelburgensi Ducatum & ex comitatu Barrensi Marchionatum.* PRIMA VITA INNOCENTII VI. p. 323. *dicto etiam anno, scilicet quinquagesimo tertio, Karolus Rex Romanorum & Alamanniæ Metis existens cum curia sua comitatum Lucemburgensem, quem Wencezlao fratri suo dederat, constituit & ordinauit in posterum esse ducatum.* Addit M. CHRON. BELG. p. 305. *iste Carolus Romanorum & Bohemiæ Rex, in Ciuitate Metensi anno Domini 1354. Indictione septima, 3. Idus Martii Regnorum suorum anno octauo, illustrem VVenceslaum, Comitem Lucemburgensem, illustrauit, sublimauit, decorauit, & erexit in Ducem, & ipsum Comitatum Lucemburgensem in Ducatum: & vt Ducatus Principatusque Lucemburgensis solido fundamento magis firmaretur, & tanto se Romano Imperio obligatiorem conspiceret, quo ampliori Regiæ liberalitatis munere decoratus erat, VVenceslaum, hæredem & successores, Duces Lucemburgenses perpetuo infra scripto quidem officio, clementius insigniuit, nimirum, quoties Rex Carolus, aut Successores, Duces Lucemburgenses qui pro tempore fuerint, frenum Imperialis, seu Regalis dextrarii, a latere dextro gubernarent, & debita fidei diligentia custodirent; item, vt in accubitu mensæ suæ cibos Regios, qui in solennibus curiis administrantur, coram ipso incederent, & in genere, tanquam Principes & fideles Imperii, belli & pacis tempore, custodiam & curam Imperatorum haberent, prout hæc, & multa alia, in literis Cæsareis, Bulla Aurea communitis, desuper confectis, plenius continentur.* Extat Diploma erectionis apud AVB. MIRAEVM *Diplom. Belg. p. 215.* DITMARVM *notis ad Teschenmacherum pag. 437.* MEIBOMIVM *Tomo III. p. 211.* & LEIBNITIVM *Cod. Iur. Gen. p. I. p. 207.* EDM. DINTERVM *lib. V. c. XL. Datum in ciuitate Metensi, anno Domini MCCCLIV. Indictione VII. tertio Idus Martii.* Male igitur TRITHEMIVS *Chr. Hirs. ad a. 1356.* de conuentu isto Metensi, in quo A. B. fuit publicata: *in prænotato etiam conuentu Principum Metis habito Carolus Imperator memoratur, de consensu procerum regni Germanici Luzembergensem Comitatum, qui olim dicebatur Namurcensis in Ducatum erexit, quem fratri suo VVenceslao Duci Brabantinorum donauit.*

75) VITA PRIMA INNOCENTII VI. *p. 329.*

76) ALBERTVS ARGENT. *c. l.* quem tamen emendat CHIFLETIVS *in Comment. Lotharienſi c. III.* vt legendum ex Comitatu Pontensi Marchionatum fecit. Idem ex Chronicis quibusdam Mstis demonstrauit, Carolum IV. Barri Comitatum Ducatum fecisse, quem pro more suo refellit BLONDELLVS *Campano-Francico p. 30.*

77) BENESSIVS apud PESSINAM Marte Morauico lib. IV. c. II. A. 1322. *pridie Idus Febr. natus est Melnici Iohannes Henricus postea Marchio Morauiæ.* Extat Diploma datum Pragæ Ind. VIII. V. Kl. Oct. 1353. apud SCHMINCKIVM *Supplem. Act. Publ. ad* GOLDASTVM *de R. Bohemiæ n. XL. p. 302.* in quo: *illud nostræ meditationi occurrit præcipuum, valde honorifico & decenti statu Illustris Iohannis, Marchionis Morauiæ fratris Germani nostri charissimi solerter intendamus.* DVBRAVIVS *lib. XXII. ineunte. Ioannem fratrem suum a Ludouico Marchione Brandeburgensi per summam vim & iniuriam ex Tyroli regione pulsum, Morauiæ confestim vt Marchionem præfecit.*

78) TRIT-

liaci Marchionem Ducem fecit, 78) hunc etiam eiusdemque filium Guilielmum Iuniorem defuncto Eduardo I. Geldriæ Duce an. 1372. de Geldriæ Ducatu inuestiuit. 79) Anno 1363. Noribergenses Burggrauios in Sacri Romani Imperii Principum dignitatem euexit. 80) A. 1366. Ioannem Comitem Nassouio-Weilburgensem & Saræpontanum atque hæredes in Comitiis Herbipolitanis creat Principes Comites *Gefürstete Graffen*. 81) Eodem anno Wenceslaum, fratrem, Luxenburgensem Ducem constituit Vicarium suum in terris Germanicis cis Alpes. 82) Inde Wenceslaus iste Comitem Nassouium, Hugwartum ab Eltern, Equitem, & Henricum de Romagne Secretarium legatos mittebat ad fidei iuramentum accipiendum. 83) Sic etiam Primislaum Teschinensem Ducem constituit Vicarium Imperii. 84) Anno 1371. Albertum Bauariæ Ducem, dum frater ipsius Guilielmus animo redderetur infirmus, Comitatuum Hannoniæ, Hollandiæ, Zelandiæ ac Dominatus Frisiæ constituit Dominum vniuersalem. 85)

§. XXXIV. Progredimur ad Leges Caroli IV. & constitutiones, quas præter A. B. de qua supra fuit dictum, publicauit. Habemus igitur confirmationem ipsius de electione Regis Bohemiæ Pragæ 1348. per quam, extincta familia regia, Statibus regni ius concedit, nouum Regem eligendi. 86) Eodem anno, iura Electoratus Bohemiæ Regno & priuilegium Rudolphi Habsburgici desuper concessum, confirmat. 87) Insequenti anno 1349. Ioanni, Brabantiæ Duci concessit Bullam, siue Priuilegium de non euocandis vel arrestandis Brabantiæ subditis. 88) A. 1358. Fuldensi Abbati munus Archicancellarii Reginæ confirmat, hoc addito, vt quoties Imperii Romani Augustam diademate cingi, aut indui purpura contingeret, Abbatem tunc id habiturum muneris, vt diadema coronamue pro more deponat, manuque teneat, & rursum eandem vertici reddat. 89) Eodem anno, Ruperto seniori ius in Electoratum Palatinum confirmauit. 90) Aliud Eiusdem est decretum de Libertate Ecclesiastica, XV. Kl. Iulii Tangermündæ a. 1377. qua res & bona ecclesiastica a iurisdictione seculari eximuntur, & omnes qui contra Ecclesias quid attentare conentur, banno notantur, 91) quæ in Concilio Constantiensi fuit confirmata. 92) Nec omittendum, quod an. 1377. cum Westphaliam transiret, Angariam quoque ad videndum Wittikindi M. monumentum venerit, idemque non nihil deformatum

78) TRITHEMIVS Chr. Hirs. ad an. 1356. *in eodem conuentu Principum VVilhelmus Marchio Iuliacensis consensu omnium Principum in Ducem de Iuliaco, per Carolum Imperatorem creatus est.* ADELZHRICH *Gülich. Chronic. lib. VI. p. 290.* PONTANVS *hist. Gelr. lib. VII. p. 270.*

79) TRITHEMIVS *ad a. 1371.* PONTANVS *Hist. Gelr. lib. VII. ineunte.* Factum autem ideo, vt Wenceslaum Caroli fratrem, quem captiuum Wilhelmus tenebat, liberaret.

80) Extat Diploma apud WAGENSEILIVM *Comm. de Rep. Noriberg. lib. II. c. I. p. 300.* GOLDASTVM *Tomo I. p. 371.* Et licet Gabr. Pachelbl a Gehag *in Teutschen Reichsstaats Vrkundlichen Nachrichten* demonstrare velit, Burggrauios istos iam olim Principes fuisse & Officiales Imperii, contrarium tamen ex dicto diplomate patet, in quo saltim dicitur, quod ob nobilitatem Principibus fuerint parificati.

81) Extat diploma apud LONDORPIVM Tomo VI. p. 830. in quo hæc verba: *ideoque illustrium Principum, Comitum, Baronum & Procerum sacri Imperii sano accedente consilio, animo deliberato, de Imperialis potestatis plenitudine, & ex certa nostra scientia, Te carissimum consanguineum nostrum, & hæredes tuos legitimos, in perpetuum, Dei inuocato nomine illustramus, honoramus, libertamus, exaltamus, & illustres Principes-Comites creamus, ordinamus & facimus, vt videlicet, Principes-Comites existatis, & in Collegio Principum-Comitum, qui vulgari theutonico, gefürstete Graffen dicuntur, in antea computemini. Nec non omnibus & singulis priuilegiis, honoribus, libertatibus, exemptionibus, gratiis & indultis, gaudeatis expresse, quibus illustres Principes Comites sacri Imperii freti sunt hactenus, & iure seu honorabili laudanda & præscripta consuetudine, quomodolibet potiuntur, in consiliis imperialibus, in deliberandis, ferendis ac promulgandis interlocutoriis, ac diffinitiuis sententiis, in pronotatione duelli, in regendis iudicatibus, & cæteris officiis sacri Imperii, & in quibuslibet publicis seu priuatis actibus, quibus etiam specialibus possint vocabulis designari, omnem defectum, si quis forsitan in præmissis ratione solennitatis, obmissa dubia interpretatione sententiarum aut verborum, seu alio quouis modo compertus fuerit, supplentes de certa scientia, & de plenitudine Cæsareæ potestatis.* Hoc etiam a singulis Electoribus fuit confirmatum.

82) Extat diploma apud WENCKERVM *Appar. Archiu. p. 213.* in quo: *VVanne wir mit Rate der Fürsten, Grafen und Herren des H. Richs, mit wolbedachten Mut, und mit rechten wissen, den Hochgeborn VVentzla, Hertzogen zu Luxemburg, ze Brabant, und ze Limburg, unsern lieben Bruder, unsern, und des H. Richs Vicarien gemacht haben in Deutschen Landen, und in allen andern Landen und Creissen, die disseit des Lampardischen Gebirges gelegen sint, und haben Ime gantze Macht gegeben zu tun und ze schikhen, alles daz wir selber getun mochten als in unsern Briefen sulch unsre Meinung vollekumenlicher und genzlicher begriffen ist.*

83) Extat diploma *c. l. p. 214.*

84) Extat diploma *c. l. p. 215.*

85) Extat diplome apud SCHANNAT *Vindem. Litter. Collect. II. p. 143.*

86) Repetitur diploma apud GOLDASTVM *Tomo I. p. 342.* & in appendice Documentorum Regni Bohemiæ *p. 44.*

87) GOLDASTVS *in App. p. 48.*

88) Hanc Tractatui suo de Bullis integram inseruit THVLEMARIVS. Vid. SYNT. IVR. PVBL. *cap. VI. §. XIII.* Adde FRITSCHII *Electa Iur. Publ. cap. XII.* BVTRENS *Trophées du Brabant, dans les Preuves p. 185. Electa Iur. Publ. Tom. XIV. p. 815. Tom. XV. p. 14. 353. 723. Tom. XVI. p. 275.*

89) BROWER *Antiq. Fuld. lib. I. c. XV.*

90) GOLDASTVS *Tom. I. p. 345.*

91) Extat apud GOLDASTVM *tomo III. p. 415.* SCHATENIVM *Annal. Paderborn. p. 344.* LVNIG *Contin. p. Gen. p. I. p. 8.*

92) Prout Præceptum extat apud SCHANNAT *Vindem. Litter. Collect. II. p. 147.*

 93) Plo

tum iusserit reparari, 93) additis ad caput Caroli M. ad pedes Regni Bohemici insignibus nempe Leone flauo, cum cauda bifurcata in puniceo campo. Idem Imp. præcepit, vt in Ecclesia Aquisgranensi Festum Caroli M. quotannis solenniter celebretur. 94)

§. XXXV. Sedem suam plerumque Pragæ habuit. Et cum Germani, nato Wenceslao, ipsum rogarent, vt Germaniam præsentia sua consoletur, respondit, sibi natale solum Pragæ obuenisse, Bohemiam omnem ipsi præbere auri, argentique copiam, quam e Germania expectare haut deberet, potius fieri debere, vt aquila ipsorum euellat alas, quæ ægre renascantur. 95) Splendidam tamen semper aulam tenuit. 96) Pragam præterea mœnibus extendit, duploque maiorem extruxit. Nam nouam ciuitatem muro, Vissegradum arcem propugnaculis cinxit, pontemque inundationibus ruiturum restaurauit. 97) Ecclesiam Pragensem ex odio erga Henricum Moguntinum, a Moguntino eximens, in Metropolitanam erigi impetrauit a Clemente VI. Dehinc ab Vrbano V. archiepiscopum Pragensem legatum natum creari procurauit. 98) Deinde Pragense templum diui Venceslai magnifico & miro opere ædificare cœpit, primo iacto lapide. Post a. 1360. Academiam siue generale studium instituit, artiumque professoribus stipendia, libertates, domos insignes, magnifice largitus est & liberaliter, ac per Innocentium Sextum corroborauit. 99) Multa insuper collegia Canonicorum ac monasteria Pragæ fundauit & erexit. 100) Et vt patriam dilataret, Marchionatum Brandenburgensem a Bauaris emit & Sigismundo, altero ex filiis concessit. 1) Silesiæ etiam Ducatum, cuius Proceres & nobiles terras suas allodiales Ioanni, patri ipsius in feudum obtulerant, 2) Electoribus Imperii consentientibus, Bohemiæ in perpetuum iunxit. 3) Fratri suo Henrico Ioanni Morauiam possidendam dedit, vt iuri suo, quod in Bohemiam habebat, cederet. 4) Anno 1353. a Ruperto Seniore atque Iuniore Comitibus Palatinis Rheni per pacta Hagenouiensia pro XXXII. millibus marcarum argenti, pro liberando ex captiuitate Saxonica Ruperto Iuniore impensis, obtinuit multas Superioris Palatinatus vrbes, quas dictus Rupertus Iunior possederat. 5) Id quod postea a Ludouico Brandenburgensi Electore & Gerlaco

93) Plenius de hoc FVRSTENBERGIVS *Monum. Paderborn. p. 134.*

94) Prout ex HERMANNO von der HARDT *Concil. Constant. Tom. IV. pag. 523.* patet. Ibidem *p. 525.* reperitur etiam Executorium Carolinæ supradictæ, per Bonifacium IX. editum pro Ecclesiis Brunsuicensibus S. Blasii & Cyriaci. Et *p. 562.* Executoriæ Carolinæ Constitutionis pro libertate Ecclesiastica, per Iohannem Ostiensem Vice-Cancellarium nomine Constantiensis Concilii concessit. Et *p. 573.* reperitur alia Bulla pro confirmata Constantiæ per Concilium Carolina, de libertate Ecclesiastica, nomine & auctoritate Concilii edita, per Ioannem Ostiensem Cardinalem, Vice-Cancellarium.

95) DVBRAVIVS lib. XXII. p. 591. *inter hæc Principes Germani dolentes vicem patriæ, quam velut viduam factam esse videbant, cum Cæsarem non haberet in conspectu, complexuque suo, Carolum adeunt, vt iam saltem inuisat Germaniam, & illam præsentia consoletur sua, postquam Bohemis regem dederit filium suum. Consentaneum enim videri, vt Rex in Regno, Cæsar autem in Imperio resideat. Paucis illos Carolus absoluit, inquiens: vt nunc silentio transeam, natale mihi solum esse Bohemiam: nam Pragæ natus sum, quæ quantum mihi auri & argenti suppeditet, venite & videte. Et eductos in Gazophylacium, massas auri atque argenti nondum signati illis ostendit, & rogat, potestne mihi fiscus in Germania imperialis tantam, quantam regius in Bohemia, copiam metalli exhibere; Quibus mussitantibus: Nonne, igitur, inquit, & mihi & vobis magis expedit, me hic paternis cum commodo etiam vestro bonis perfrui, quam ibi mutuam exercere deplumationem? Nec enim aliter fieri posse, quam vt Aquila, quam ad vos aduolantem belle nostis deplumare, illa vicissim, vestras euellat alas, quæ ægre interdum nonnullis renascuntur. Quin potius hoc in præsentia agimus, vt concordia vtrinque, & in Germania nostras fulciamus opes, quo facilius malum vndecunque veniens arcere mutua ope valeamus.*

96) DVBRAVIVS *lib. XXII. p. 582.*

97) DVBRAVIVS *lib. XXII. pag. 584.* CVSPINIANVS *p. 385.* AENEAS SYLVIVS *c. XXVII.*

98) CVSPINIANVS *c. l.* GOLDASTVS *de R. Bohemiæ lib. V. c. IV.* De quo secundum ALBERTVM ARGENTORATENSEM p. 135. *postea argutus Ioannes Rex Bohemiæ pater eius Principibus, quod sine scitu eius factum esset, iurauit.* Adde STEPH. BALVTZIVM *Notis ad Vitas Paparum Auenionensium p. 876.*

99) TRITHEMIVS *ad a. 1360.* CVSPINIANVS *cit. loc.* MIDDENDORP *de Academiis lib. V. p. 283.* Hæc igitur Pragensis Academia, vna cum Erfurtensi sub finem seculi XIV. fundata, & Heidelbergensi, cuius prima fundamenta Ruperto II. Palatino Rheni a. 1346. debentur, antiquissimæ in Germania sunt academiæ. LEHMANN *lib. VII. c. XXXVIII.*

100) CVSPINIANVS *c. l.*

1) De hoc supra §. *XXIII.*

2) BALBINVS *Miscell. Hist. Bohem. Dec. I. lib. VII. sect. II. c. I.* HENELIVS *Silesiographia cap. IX. §. 3.* HARTKNOCH *de Rep. Polon. lib. I. cap. III.*

3) Extat Diploma apud GOLDASTVM *de R. Bohemiæ in app. Docum. f. 66. 70.* BALBINVM *Misc. Hist. Bohem. p. I. f. 55.* FIBIGERVM *not. ad Henelii Silesiographiam c. IX. §. XXXIX.* CONRING *de Fin. Imperii c. XXIX.* Id quod etiam a Gerlaco Moguntino in Curia Noribergensi 1355. fuit confirmatum apud GOLDASTVM *in app. p. 73.*

4) CVSPINIANVS *cit. loc.*

5) Extat Ruperti senioris cessio desuper facta apud GOLDASTVM *app. p. 62.* in qua: *Carolo Romanorum semper Augusto, & Bohemiæ Regi, Domino nostro gratioso, heredibus & successoribus suis Regibus Bohemiæ & eius Regni Coronæ hereditario & perpetuo pro 12000. marcarum puri argenti, quibus ipse illustrem Principem Dominum Rupertum iuniorem filium nostri fratris a captiuitate sua de partibus Saxoniæ liberauit, infrascriptas munitiones Neunstat, Sternstein, Hirschaw & Liechtenstein, & demum pro 20. millibus marcarum puri argenti, quas in vsus congruos felicis memoriæ Illustris Principis Domini Rudolphi olim Comitis Palatini Rheni & Ducis Bauariæ, patris nostri dilecti, de certa nostra scientia impendisse, & mutuasse dignoscitur infrascriptas munitiones Neunstat, Sternstein, Sulzbach, Rosenberg, Hertenstein, Neidstain, Thurndorff, Hilpoldstein, Hohenstein, Lichteneck, Franckenberg, Lauffen, Eschenbach, Hersbruck, Auerbach, Velden, Regnitur & Bleth*

laco Archiepiscopo Moguntino a. 1355. fuit confirmatum. 6)

§. XXXVI. Tandem vero postquam terras suas ita diuisisset, vt filio suo primogenito Wenceslao relinqueret regnum Bohemiæ, alteri Sigismundo viuus adhuc concederet Marchiam Brandenburgensem, tertio Ioanni Ducatum Suidnicensem, Görlicensem atque terram Lusatiæ. Hoc vero defuncto, fratris Ioannis Henrici filiis Iodoco atque Procopio concedebat Morauiæ Marchionatum, Iunior vero ex fratribus Wenceslaus cum Ioanna vxore obtineret Brabantiæ Ducatum, 7) III. Kl. Decembris a. 1378. in castro Pragensi valetudine aduersa correptus obiit, illicque in templo D. Viti, cum Imperatoriis exequiis honorifice fuit sepultus. 8)

§. XXXVII. Quatuor ipsi fuerunt vxores. 9) Prima erat Margaretha Blanca, Caroli, Valesii Ducis apud Gallos filia, quæ vix septennis ipsi fuit desponsata, quam duxit anno 1328. quæ a. 1348. fuit defuncta. 10) Post hanc a. 1349. duxit Annam, Rudolphi Pala-

& Bleth - - - - sicut eadem predictus frater noster possedit & tenuit, & sicut ad nos per mortem ipsius fuerunt hereditarie deuoluta, renunciantes expresse pro nobis & successoribus ac heredibus nostris in perpetuum arrestationibus, si qua nobis ad prædictas munitiones, ciuitates, oppida & pertinentias; sicut exprimuntur superioribus competierunt, hactenus competunt seu possent competere.

6) Captus autem fuerat Rupertus Palatinus, Ludouico Brandenburgico fauens, in caussa Pseudo Waldemari a Rudolpho Saxone, prout ALBERTVS ARGENT. p. 147. tradit: *confortatus itaque Rupertus progressus nimis in partes inimicorum, temereque quærens conflictus, tandem captus est, & per Rudolphum, Ducem Saxoniæ multis annis detentus.* Quasdam tamen vrbes Carolus pro Marchia Brandenburgica Boiis iterum oppignorauit, prout supra §. *XXIII.* ex ANDREA PRESBYTERO vidimus. Reliquas istius Ruperti senioris filius Rupertus II. siue tenax, & nepos Rupertus III. regnante Wenceslao recuperarunt, quasdam etiam vtpote Lauffen & Hirsbruck Noribergenses ex Bello Bauarico adhuc tenent.

7) EBERHARDVS WINDECK *Histor. Sigismundi c. I.* Licet iste male annum 1386. supponat.

8) ALBERTVS ARGENT. in fine Chron. *anno Domini 1378. obiit Carolus IV. Romanorum Imperator, & Rex Bohemiæ, in Vigilia Andreæ Apostoli.* Extat Ioannis, Pragensis Archiepiscopi oratio funebris in mortem Caroli inter FRENERI *scriptores Rer. Bohem.* p. III. in qua: *tanta enim operatus est in hoc seculo beneficia, quod memoria eius permanet in seculum seculi. Et ideo in memoriam eius tale Epitaphium tumulo eius inscribitur.*

Anno mille trecen: LXII. VIII. (leg. sine dubio LXXVIII.) *tertia Kal. Decembris.*

Quartus ego Carolus magni quondam tremor orbis,
Cæsar & inuictus, modo victus morte, sub ista
fossa tegor, Deus alme precor, mens astra subintret.
Spiritus o cuncti, pro me pia soluite vota,
quos moriens liqui, quos viuens opere foui.
Et sic anima eius requiescat in sancta pace.

Chron. Magdeb. apud MEIBOMIVM *Tomo II. p. 348.* CVSPINIANVS vero *p. 385.* ipsum XXVII. Martii defunctum fuisse, dicit, AVENTINVS *lib. VII. cap. XXI. n. 17.* Kl. Decembris, DVBRAVIVS *lib. XXII. exeunte*, ipsum in Templo D. Viti sepultum fuisse dicit. CZECHOROD lib. IV. c. II. p. 435. *Caroli IV. corpus d. 14. Dec. A. 1378. in D. Viti ecclesia, in arce maiori, sepelitur: vbi in hodiernum vsque diem requiescit. Eius Corpus mihi nuper videre inopinato contigit, dum nouus lapis poneretur supra introitum cryptæ regiæ. Attendebam tam pro officii mei munere, neque alteri id committere volui, ne ab operariis, quos cryptam ipsam ingredi necesse erat, ad efferenda, quæ introciderunt, calicis & laterum fragmenta, aut a quopiam alio, quidquam moueretur. Ea igitur occasione ingressus cum illis cryptam, & videns Caroli tumbam, quæ simplicissima est, & lignea tota, modice apertam, illam introspexi & tam corpus, quod vidi, reuerenter spectaui, vltimo etiam Augustum illud quondam Caput, quinquies coronatum, pio osculo, nec sine suspirio magno veneratus. Tumbam deinde melius clausam & nullo antea velatam tegmine decenti operimento contegi curaui.* BOHVSLAVS BALBINVS Epit. Rer. Bohem. lib. III. c. XXI. p. 381. *Anniuersarium tam benefico in Ecclesiasticum ordinem Cæsari ad 29. Nouembris ingenti sacrorum - - apparatu fiebat, vt diserte annotat vetustus liber distributionum Ecclesiæ Pragensis.*

9) Has equidem enumerat atque distinguit CVSPINIANVS p. 385. scribens: *Habuit autem Carolus vxores quatuor, Elizabeth prima, Ducissa Stettinensis, quæ prolem habuisse fertur. Altera Agnes fuit filia Rudolphi iunioris, Rheni Palatini, filii Rudolphi Senioris, sterilis & infæcunda. Tertia Blanca erat comitissa Valesii in Francia, filia Caroli comitis Valesii, & soror Philippi de Valesiis, post regis Franciæ. Quam Carolus rex Francorum tanquam amitinam suam, Carolo Boemo tum Marchioni Morauiæ existenti vix septennem desponsauit. Anna quarta vxor Caroli fuit, quam alii Ioannam vocant: sic enim in quibusdam Annalibus inuenio. Cæterum ordo coniugum mihi videtur ex supputatione temporum peruersus atque ineptus. Quippe anno redemptionis vigesimo tertio, supra millesimum trecentesimum Carolus missus fuit in Franciam, Carolo Regi Francorum ac deinde sequenti anno Blanca regis Franciæ consanguinea septennis ab eodem desponsata illi. Quæ tandem quadragesimo nono anno, post mille trecentos obiit. Trigesimo autem nono anno post millesimum trecentesimum primogenita Caroli Margarita nascitur. Prima igitur mihi vxor fuisse Blanca videtur. Anna vero quam quidam scriptores Iohannam appellant, mater Venceslai ac Sigismundi Regum, secunda fuit vxor: quam eodem anno duxit; hoc est, quadragesimo nono, quo Blanca mortua est, cum priori anno quadragesimo octauo cum coniuge coronatus esset in regem Boemiæ. Tum enim paulo post cum fratre Iohanne Henrico tractatum fecit, vt iuri cederet, quod in Boemia habuit, ac Marchionatum Morauiæ acciperet, quod & factum est. Cæterum an Agnes filia Palatini (vt suspicor) tertia fuerit, & Elizabeth Stettinensis quarta, non satis liquet. Hoc certum est, huius Elizabeth sororem nomine Margaritam, primam fuisse vxorem Ernesti, ducis Austriæ, patris Friderici Tertii: ob id ea fertur relicta Caroli, anno nonagesimo secundo, post millesimum trecentesimum obiisse.* Sic etiam TRITHEMIVS *Chron. Hirsaug. ad a. 1349.* vxorum ordinem confundit.

10) ALBERTVS ARGENT. p. 125. *habuit autem Rex Bohemiæ duos filios, quorum maior Carolus nomine, qui Marchio Morauiæ nominabatur, habuit sororem Philippi Regis Franciæ vxorem.* Ipse Carolus in vita sua p. 89. de Carolo Francorum Rege dicens: *dedit mihi in vxorem filiam Caroli patrui sui nomine Margaretam dictam Blancam.* De hac P. ANSELME Histoire Genealog. de la Maison Royale de France p. 59. *Blanche de Valois, premiere*

Palatini Electoris filiam, 11) a. 1352. defunctam. Tertia erat Anna, Henrici II. Iaurauiensis Ducis filia, quæ ipsi Iaurauiensem & Suidnicensem Ducatum in dotem attulit, 12) quam a. 1353. duxit, 13) quæ cum ipso a. 1354. Romæ fuit coronata. 14) Quarta Elisabetha, Bogislai V. Pomeraniæ Ducis filia, quam a. 1363. duxit. 15) Ex prima coniuge nullos reliquit filios, altera Anna die 19. Martii 1350. in castro Pragensi filium in lucem produxit, 16) qui tamen iuuenis fuit extinctus. Ex tertia Wenceslaum reliquit, ex quarta Sigismundum, qui postea facti fuerunt Imperatores, Iohannem Morauiæ Marchionem Ducem Suidnicensem, Görlicensem. 17) Filiæ 18) erant Margaretha, Ludouici Hungariæ & Bohemiæ Regis vxor, mortua a. 1359. 19) Elisabetha, Ioanni Galeacio Mediolanensium Duci nupta, Catharina, Rudolphi IV. Austriæ Ducis Vxor. 20) Anna, Ottonis, Bauariæ Ducis & Brandenburgici Electoris, Margaretha Iohannis II. Noribergensis Burggrauii. Elisabetha, Alberti cum trica, Austriæ Ducis; Margaretha, Iohannis, Burggrauii Noribergensis; Margaretha Amadei, Sabaudiæ Comitis; Agnes, Guilielmi ambitiosi, Austriæ Ducis; Helena Henrici IV. Anglorum Regis vxor. 21)

§. XXXVIII.

Femme de Charles de Luxembourg, Empereur IV. du nom fut mariée auant 1329. ainsi qu'il est iustifié par le compte rendu à la Chambre des Comptes le 19. Mars 1329. par Pierre des Essarts & Iean Billouard, de la depense, qu' ils avoient faite en conduisant cette Princesse en Boheme au mois de May precedent, elle mourut en 1348. & fut enterrée en l' Eglise du Château de Prague. CHRON. AVLAE REGIAE c. XII. ad a. 1323. *eodem anno in die B. Ambrosii Episcopi, Wenceslaus, Ioannis regis primogenitus, heres regni Boëmiæ, de Boëmia patre iubente ad regnum Franciæ deducitur, vbi Parisiis per Mariam, Reginam Franciæ suam materteram, suscipitur & legaliter educatur. Eidem octenni puero, ibidem puella nomine Blanca, soror Philippi, regis Franciæ, de stirpe regia desponsatur.*

11) *Vide supra* §. *IX.* DVBRAVIVS *lib. XXII. pag. 577.*

12) CVSPINIANVS *c. l. Dicitur vulgo Bulconis siue Boleslai, Suidnicensis filia, qui tamen Henrici II. patris ipsius frater, ipsam saltim adoptauerat.* SEPKEN *Gynaeceo Silesiaco p. 6.* LVCAE *Schlesische Fürsten Chronic. p. 965.* HENELIVS Silesiographia cap. IX. §. XXXVIII. *Carolus, quod reliquum illi pater in Silesia fecerat, cum aliter honeste vix posset, mediante connubio confecit: eo quippe perducta, vt A. C. 1353. Bulco Suidnicensis, collocata Imperatori in matrimonium Anna non sui, vt Peucerus, non Bernhardi, vt Hagetius & Cromerus prodiderunt, sed Henrici Iauroniensium Ducis, fratris sui filia, vtrumque Principatum, in queis tunc Suidnicium, Iauronia &c. casu mortis sponsæ Augustæ, eiusdemque hæredibus, quos Carolo paritura sit, si nullus ipse mares liberos reliquisset, transcriberet.* Pacta dotalia extant apud du MONT *Tom. I. p. II. p. 251.*

13) Patet hoc ex epistola Caroli IV. ad Argentoratenses ap. WENCKERVM *Collectis Archiui p. 125.* in quibus: *solempnitatum nostrarum sperata gaudia, que nuper in contractu matrimonii inter nos ab vna & Serenissimam Annam Roman. & Boemie Reginam parte ab alia, in Buda consumauimus, per Wenczelaum & Gallum Ioculatores & familiares nostros domesticos ostensores præsentium, pro singulari solatio nunciauimus.*

14) *Vide supra* §. *XV.*

15) DVBRAVIVS lib. XXII. p. 592. *eam profectionem* (Italicam) *aliquando serius prosequutus est, propter nouas denuo cum quarta iam vxore contractas nuptias. Vxori nomen Elizabeth, quæ Ludouici Regis Hungariæ consobrina, & Casimiri Poloniæ Regis neptis fuit: aderatque Rex vterque nuptiis, ex quibus Sigismundus filius ei prognatus est, postquam ex Italia rediit.* Hanc ipsi tribuit BENESSIVS de WEITMILL in BALBINI *Epit. Rer. Bohem. lib. III. cap. XXI.*

16) Nuntiat Anna hanc natiuitatem Argentoratensibus, apud WENCKERVM *Collectis Archiui pag. 125.*

17) *Vid. supra* §. *XXXII.* EBERH. WINDECK Histor. Sigismundi cap. I. *Item er satze und gab darnach Herzogen Hannsen seinem sune das lant zu der Sweidnitze, Gurlitze und Lusigziger landt, derselbe was ein erber gotlicher fromer warhaffiiger herre, und als man sagete, das er umb die rechte warheit von seinem pruder und vettern verhaft wurde, und darumb also Iung sterben muste von vergift wegen.*

18) Has equidem hoc modo recenset CVSPINIANVS p. 386. *plures autem habuit filias incertum ex quibus vxoribus. Catharina enim Rudolpho Quarto, primo archiduci Austriæ ac comiti Tyrolis nupta, sine liberis cum marito Viennæ, in templo Stephani sepulta iacet. Elizabeth item filia Caroli, Alberto tertio eius nominis duci Austriæ, fratri Rudolphi desponsatur, qui etiam sine filiis mortui sunt. Margarita pariter filia Caroli, Ludouico regi Hungariæ & Poloniæ datur vxor: quæ similiter nullam progenuit prolem. Sed & alia Elizabeth inuenitur filia Caroli, quæ vxor cessit Iohanni Galeatio Duci Mediolanensi. E quibus Valentina filia nata est, vxor Caroli Franciæ regis. Margarita item altera (quæ quibusdam quinta Caroli filia dicitur) vxor data fuit Iohanni Burgrauio Norinbergensi. Qui ex ea filiam procreauit Elizabeth, quæ collocata matrimonio fuit Eberhardo Seniori, Comiti Wirtenbergensi. Inuenio & tertiam Margaritam filiam Caroli; quæ Marchioni Brandenburgensi in antiqua Marchia coniunx data fuit. Anna filia Caroli, Ottoni duci Bauariæ ac Marchioni Brandeburgensi filio Ludouici Quarti Cæsaris vxor data: sed hi nihil pepererunt. Helena quoque filia Caroli locata est consors regi Angliæ: Tot ego liberos Caroli inuenio in Bohemicis Annalibus.*

19) P. ANSELME *Hist. Genealog. de la Maison Royale de France p. 196.* CAROLVS IV. *in Vita sua p. 95.* ad a. 1334. *Tempore illo misimus pro vxore nostra, quia adhuc erat in Lucemburg. Quæ cum venisset, post vnum annum habuit filiam primogenitam nomine Margaretham. Illis autem temporibus dederat nobis pater noster Marchionatum Morauiæ, & eodem titulo vtebamur.* Et pag. 99. *Illa hyeme in carnisprivio tradidimus filiam nostram primogenitam, Margaretham, Ludouico, primogenito Caroli, R. Vngariæ.*

20) H. REBDORFF ad an. 1348. Idem ad a. 1358. Plenius ALBERTVS ARGENT. *p. 146.*

21) Visitur Pragæ extra ædem cathedralem meridiem versus, lapis, in quo hæc leguntur: *Anno Domini 1392. in festo Pentecostes hora vesperarum positus est lapis fundamenti -- nec non vice & nomine Serenissimarum Printipissarum, Elisabeth Rom. Imperatricis, Annæ, Reginæ Angliæ, Margarethæ Consortis Domini Burggrauii Norimbergensis, filiarum Dni Caroli Imp.*

22) Variæ

§. XXXIV. Circa eadem tempora, bombardarum refertur inuentum, 22) quod Bertholdo Schwartzio, monacho cuidam Germano Franciscano, medicæ & Chymicæ artis perito tribuunt, idque casu magis quam arte; dum ignis in puluerem pyrium, qui in mortario seruabatur, illapsus, & cum sonitu motuque vehementi excussus, nouum hoc tormenti genus monstrauerit, quod arte postea fuerit magis expolitum. 23) Hoc inuentum Schwartzius Venetis obtulisse dicitur, qui bombardarum ope in prœlio ad fossam Clodiam Genuensibus a. 1378. victoriam obtinuissent. 24) Licet negandum non sit, ante ista tempora bombardas & tormenta igniuoma iamdum fuisse in vsu. 25)

22) Variæ equidem de pulueris pyrii atque bombardarum inuentione sunt sententiæ. Rem ipsam autem plenius considerantes, distingui debere putamus inter pulueris pyrii & bombardarum inuentionem. Illius vsum esse longe antiquiorem, certum est. Istum enim iamdum ex IVLIANI septimo Cestorum libro describit IS. VOSSIVS *Var. obseru. c. XV. p. 87.* vbi dicitur, quod *αὐτόματον πῦρ* ex sulphure, nitro & Ceraunio lapide componatur. Sic etiam Rogerio Baconi, Anglo, qui seculo XIII. vixit hunc puluerem probe cognitum fuisse, OL. BORRICHIVS *de ortu & progr. Chymiæ p. 126.* exponit, qui illud iamdum mystice descripserit. *accipe salis petræ Luru. Vopo vir can. vtri & sulphuris, & sic facies tonitrum & coruscationem, si scias artificium.* Quem sequitur Autor Obseruationis *XII. Tomi X. Halensium §. XII.* De auctore vero tormentorum & bombardarum plures adhuc sunt sententiæ, quas omnes recensere nimis longum foret. Has autem recenset GVIDO PANCIROLLVS *de rebus nouiter repertis Tit. XVIII.* GABR. NAVDAEVS *de studio militari lib. II. n. XI. p. 679. sqq.* G. PASCHIVS *nouis inuentis c. VII. p. 740.* Sinenses equidem hæc vna cum aliis nouis inuentis sibi vindicant a multorum seculorum temporibus. Sic enim ANDR. de AGVIRRE in relat. de mirabil. & diuit. Regni Chinæ p. 123. *anno a nato Christo 85. detecta fuisse tormenta, & puluerem a præstigiatore famosissimo, Rege Vitey & ab eodem non infelici successu contra Tartaros adhibita,* quibus adstipulatur ATH. KIRCHERVS *in China illustrata p. 222.* & IS. VOSSIVS *Var. Obs. c. XIV. p. 83.* NIC. PARTHENIVS S. I. *In Aestatibus Surrentinis p. 42.* autumat, ab incolis regni Butani, quod vltra Seras & Asemenses situm, iam ante quingentos annos tormenta & sclopetos fabrefacta reperiri, ab his ad Peguanos, inde ad Sinenses peruenisse. Contrarium tamen, tormenta apud Sinenses nouiter fuisse introducta, demonstrauit auctor dictæ Obseruationis *§. IX.* CORN. KEMPIVS *de situ Frisiæ lib. II. c. XIX.* bombardas iam tempore Chimosci, Regis Frisonum, qui sub Carolo M. vixerit, vsitatas fuisse tradit. VOSSIVS *c. XV. pag. 89.* ignem Græcum a Callinico inuentum, sub Constantino Pogonato circa annum 654. ex siphonibus, seu tubis æneis aut ferreis fuisse emissum, licet de vltimo hoc plane dubitemus. ALEX. SARDVS *de Rer. Inuent. lib. II. p. 43.* ait: *Petrus Germanus Peripateticus æneam machinam stanno addito, & nitro simul positis, & plumbea, vel ferrea pila, adhibuit ignem paruo foramini, quod in prima parte machinæ est, & maximo fragore emisit pilam. Hinc hominum cædes, mœnium, & ædium ruina.*

23) AVENTINVS lib. VII. c. XXI. n. 20. *Bertholdum quoque nouitate inuenti a se operis nobilem, eadem ætate fuisse non ignoramus. Teuto is fuit genere, religione Franciscanus, professione philosophus, & magiæ, & metallariæ, artium fallacissimarum, (si modo artes, & non vniuscuiusque vanissimi ludibria dicenda sunt,) inuenit tormenta ærea, quibus iaculamur globos ferreos & lapideos, & homines, pecudes, mœnia, muros, arces, vrbes, castra solo quasi fulmine, atque tonitru, (vnde Bombardis nomen est) prosternimus.* Idem dicit POLYDORVS VERGILIVS *de Rer. Inuent. lib. II. c. XI.* HIER. ZIEGLERVS *de viris illustr. cap. LXXXII.* SCHATENIVS *Annal. Paderborn. pag. 333.* ADLZREITER *Ann. Boi. p. II. lib. V. p. 98.*

24) Sic enim VBERT. FOLIETA *Histor. Genuensis lib. VIII. p. 476.* de prœlio nauali ad fossam Clodiam, de Genuensibus dicens: *cum inprimis a bombardis læderentur, quas singulas singulæ scaphæ vehebant: quod nouum tormenti bellici genus tum primum in Italia auditum, Genuenses nouæ rei specie obstupefactos in primis turbabat, cum singulis illarum ictibus duo, aut tres, aut plures etiam mortales exanimarentur.*

25) Bombardæ equidem antiquitus iamdum notæ, siue machinæ ad iaculandos lapides, prout erudite demonstrauit NAVDAEVS *de studio militari lib. II. pag. 682. & sqq.* Instrumenta tamen igniuoma etiam ante annum 1378. nota fuerunt. Communia enim iam FRANCISCI PETRARCHAE temporibus, qui anno 1374. defunctus, ex ipsius Tractatu de Remediis vtriusque fortunæ dial. XCIX. discimus, dum ait: *Gaudium habeo balistas & machinas innumeras.* Ratio. *mirum nisi & glandes æneas quæ flammis iniectis horisono tonitru iaciuntur, non erat satis de Cœlo tonantis ira Dei, nisi crudelitas iurata superbia, de terra etiam tonuisset? non imitabile fulmen, vt Maro ait, humana rabies imitata est & quod e nubibus mitti solet, ligneo quidem sed tartareo mittitur instrumento.* Et paullo post: *erat hæc pestis nuper rara vt cum ingenti miraculo cerneretur, nunc vt rerum pessimarum dociles sunt animi, ita communis est, vt vnum quodlibet genus armorum.* Sic circa annum 1344. eorundem mentionem facit in obsidione Algirensi ab Hispanis facta, IO. MARIANA *lib. XVI. cap. XI.* dicens: *excussa tormentis tela lapidesque a nostris: barbari ex vrbe contra ferreos globos cum igne & fragore puluereque tormentario eiaculabantur, haud leui sæpe nostrorum damno.* DVBRAVIVS Histor. Bohem. lib. XXIII. pag. 605. *hoc quoque tempore, nouum in Germania machinarum genus inuentum, quod bombardas cognominant.* Huius tormenti mentionem nunc primum in historia factam inuenio apud CRVSIVM *Ann. Suev. lib. V. p. III. c. XII.* dum de bello Würtenbergico a. 1378. loquitur, addit: *Ioan. Arouiensis tria tormenta ænea Augustæ fudit, in atrio Vlrichiano, quorum maximum torqueret globum ferreum 127. librarum; alterum 70. minimum 50. librarum ad spatium mille passuum. Idem artifex, onerandi explodendique artem illas bombardas, quodam peculiari salario tradidit tribus tantummodo Senatoribus; Ioanni Fendio, Ioanni Ilsunge, & Ioanni Flinsbachio. Tam seruabatur tunc res adhuc in secreto.* Sclopetos minores, vulgo pistohlas, tanquam rem nouam, sub medium seculi XVI. narrat MARTIN. BELLAIVS *Comment. lib. X. p. 413.*

SECTIO SEPTIMA
DE
WENCESLAO.

§. I. Wenceslai natiuitas. §. II. Mores ipsius efferati. §. III. Regimen in Imperio suscipit. Comitia Noribergensia & Francofurtensia. §. IV. Regimen in Bohemia suscipit. Multa ipso imperante

latro-

latrocinia. §. V. Wenceslaus in schismate Papali Vrbanum VI. adprobat. §. VI. Bonifacius IX. Papa eligitur. Wenceslaus schisma componere promittit §. VII. Benedictus XIII. eligitur. Wenceslaus schisma tentat componere. §. VIII. Societates & fœdera Germaniæ sub Wenceslao. Prælium cum Wurtenbergicis ad Wilam. Vnio Electorum ad Rhenum a. 1390. Pax Egrana. §. IX. Abolitio Societatis der Schlegeler. Confirmatio Pacis Egranæ. §. X. B. Leopoldi Austriaci cum Heluetis, & prælium Sempachiense. §. XI. Wenceslaus frustra in Germaniam inuitatur. §. XII. Wenceslaus securitati suæ prospiciens, diuersas arces condit. §. XIII. A Bohemis captiuitati mandatur, sed a Susanna ambubaia liberatur. §. XIV. in Germania interim Rupertus Palatinus constituitur Vicarius. §. XV. Wenceslaus altera vice captiuus Viennam ducitur, sed denuo liberatur. §. XVI. Galeatium constituit Ducem Mediolanensem. XVII. Electores contra Wenceslaum confœderationes ineunt: hic Comitia Noribergam indicit. XVIII. Wenceslaus post varios conuentus ab Imperio deponitur. §. XIX. Varii Principes & Ciuitates ipsi adhuc fauent. §. XX. Leges & constitutiones Wenceslai ciuiles. §. XXI. VVenceslaus moritur. §. XXII. Vxores VVenceslai. §. XXIII. Electio Friderici Brunsuicensis in Comitiis Francofurtensis tentata. Huius Mors.

§. I.

MOrtuo Carolo successit filius ipsius Wenceslaus, ex Anna, Henrici Iaurauiensis Ducis filia, XXVII. Februarii 1361. natus. 1) In Dominica Misericordias Domini Noribergæ baptizatus, aquam baptismalem infans lotio suo respersit. 2) Addunt nonnulli, matrem in puerperio fuisse extinctam, quod tamen falsum esse supra iamdum fuit demonstratum. 3) Dicitur etiam, ædem parochialem ad S. Sebaldum, cum aqua pro baptismate calida fieret, fuisse conflagratam. 4) Nondum bimulus alui fimo ipsam aram, in qua coronabatur, coinquinauit: vtrumque peritiores inter prodigia retulere. 5) Hic viuo adhuc patre a. 1376. in Romanorum Regem fuit electus, post Aquisgrani coronatus. 6)

§. II. Princeps hic satis prudens erat, 7) dum sobrius esset, nec a negotiis gerendis alienus, id quod etiam diuersa ipsius facta testantur. Immo, primis annis optimi Principis exemplum præbebat, adeo vt ab omnibus amaretur, æstimareturque. Verum postea euasit sibi dissimillimus, Sanguinarius enim Princeps erat, ebrietati nimium deditus, 8) desidia

1) Vide supra §. *XXII.* Comprobat hunc natiuitatis annum AENEAS SYLVIVS, qui ipsum anno ætatis LVII. dicit esse defunctum, quod factum *a.* 1418. CVSPINIANVS *p.* 388.

2) DVBRAVIVS *lib. XXIII. ineunte.*

3) *Super. Sect. §. XXXVI.*

4) DVBRAVIVS *lib. XXII. p.* 588. *& lib. XXIII. ineunte.* CVSPINIANVS p. 388. *Norinbergæ natus, anno redemptionis millesimo trecentesimo sexagesimo primo, Septembris vicesimo octauo die: matrem suam partu interficiens, & baptisma primo ingressu fœdens ac coinquinans:* LEHMANN *lib. VII. c. LIX.*

5) DVBRAVIVS *c. l.* qui tamen addit: *portendi per hæc dicentes, futuram, quæ sub hoc Rege euenit, Sacrorum fontium, altariumque contaminationem & violationem.* CVSPINIANVS *c. l.*

6) *Sect. super. §. XXX.*

7) DVBRAVIVS lib. XXIII. p. 606. *adeo natura ferus & sanguinarius, vt assiduum penes se Carnificem haberet, quem vulgari vocabulo compatrem familiariter appellabat, quia filium eius de fonte sacro leuauit: & tam proximum sibi adhibuit, vt aliquoties vno eodemque equo secum vehi illum passus fuerit, desilientemque rapi ad pœnas, quos iusserat, spectauerit.* Optime vero hanc istius crudelitatem declarat Auctor M. CHRONICI BELGICI p. 326. dicens: *Rex Wenceslaus nihil dignum memoria gessit. Sed Neronianæ crudelitatis sectator esse studuit. Multos etiam viros solemnes sine caussa occidit: plures cruciatibus exquisitis puniuit, nonnullos propria manu ludibrii caussa peremit. Contra subiectos in regno Bohemiæ nimia tyrannide vsus est.* Et paullo post: *fuit etiam bina vice veneno (nescitur per quem) intoxicatus, sed gratia Dei & ope medicorum illico curatus. Nihilominus propter caloris & siccitatis ardorem, quem propter toxicum in corpore continuo sentiebat, semper appetebat bibere & bibit de facto aliquando sobrie ad lætitiam, aliquando excessiue ad ebrietatem. Quando vero ad lætitiam & sobrie bibit tunc fuit optimæ conuersationis, prudens & discretus in Principes, Comites, Barones & oratores siue nuncios Regum & Principum ad ipsum venientes honorifice, sicut regalem decet magnificentiam, acceptauit, benigne audiuit, & gratiose pertractauit,* id quod pluribus deinde illustrat exemplis. Pergit demum: *quando vero Rex Wenzelaus bibit excessiue & ad ebrietatem, incurrebat in furiam, & fuit tunc multum peruersus & periculosus, & dicitur quadam vice coquum suum, qui ad voluntatem suam seu secundum appetitum suum, cibos non parauerat, ad veru ligatum assari iussisse. Item quodam tempore ad experiendum quid decapitandi sub tempore executionis cogitarent, accersiuisse spiculatorem, cuius compater fuit, & flexis genibus, oculisque suis velatis præcepisse, vt se decollaret, & quia spiculator ense nudo dissimulans, ipse cum platto in collum percussisset, surrexisse Regem & dixisse spiculatori, vt poneret se super genua, quem sic velatis oculis tunc decollauit. Accidit etiam quodam tempore dum Rex causa venationis ad nemus pergeret, & monachum in via reperiret, vt statim a mangone suo balistam peteret, qua tensa & ex pharetra (quam semper ad latus suum ferebat) sagitta extracta, monachum sic sagitta percussit, vt inde mortem obiret: dicens astantibus se feram singularem sagittasse, quibus dicentibus non feram, sed monachum, respondit, monachum esse & manere debere in suo claustro, non in sylua, vbi esset habitatio & conuersatio ferarum. Audiui etiam dici de eo cum quadam vice videret ad parietem scriptum (VVenzelaus alter Nero) statim accepta creta manu propria adiunxisse hæc verba (si non fui, adhuc ero.) Dicitur etiam præter magnos & maiores canes, maximos maxime desiderasse, & pro illis habendis, ad diuersas mundi regiones suos nuncios destinare consueuisse: quorum inter eosdem maximum in cubili suo & lecto proprio de nocte ad pedes suos secum dormire seu iacere voluerit: eoque modo factum, vt quadam nocte cum Regina (filia Alberti Ducis Bauariæ, & Comitis Hannoniæ, Hollandiæ & Zelandiæ) vrinæ caussa de lecto regis surgere seu vasculum in quod vrinam reddere consueuit, capere conaretur, maximus canis mox ipsam per guttur arripiens suffocaret. Alii dicunt prædictorum magnorum canum vnum, qui furiam incurrebat, reginam momordisse, & inde illam mortuam.* Qua ratione Reginæ Confessorem confessionis secreta ipsi reuelare recusantem merserit, & in ripa Muldauiæ balneum fraudulentum extrui fecerit, docet DVBRAVIVS *lib. XXIII. p.* 606. Sic etiam Neronianam crudelitatem ipsi tribuit GOBPERSONA *æt. VI. c. LXX.*

8) CZECHOROD *Marte Morav. lib. IV. cap. III. p.* 436.

desidia corruptus, præsenti rerum statu contentus, neque præterita corrigere, neque futura curauit præcauere. Erat enim voluptatum sequax, fugiens laboris, vini quam regni curiosior. 9) Licet etiam non desint, qui ipsum ob odium Cleri atque Hussi protectionem, apud Scriptores, potissimum Clericos male audire dicant. 10)

§. III. Mortuo a. 1378. Carolo IV. Regimen statim suscepit Wenceslaus atque prima Comitia Noribergam indixit. 11) Electores atque Status Imperii ibidem conuenientes de negotiis Imperii deliberare coeperunt, verum, in id conuenerunt, vt Comitia Francofurtum translocarentur, ibidemque de reliquis Imperii negotiis ageretur. 12) Electores etiam Imp. obligabant, ne sine ipsorum consensu noua in Imperio telonia concederentur. 13)

§. IV. Hic igitur Wenceslaus, postquam a. 1378. regimen in Bohemos suscepisset, initio statim adeo dissolute illud fuit auspicatus, vt nullam neque legum neque iudiciorum curam haberet. Ex hoc velut iustitio, & impunitate facinorum inde consequente, latrocinia & rapinæ, rursus per vias publicas cooriri cœpta, magno commerciorum detrimento, maleficiis hisce nobilitate quoque obnoxia. Aduersus hanc nobilitatem, velut e sopore a suis excitatus, manum militarem collegit, tresque illorum arces euertit. 14)

§. V. Magnum ista ætate schisma erat Papale. Postquam enim Gregorius XI. a. 1376. sedem suam Auenione Romam transtulisset, 15) atque a. 1378. esset defunctus, Romani Vrbanum VI. eligebant, qui Wenzeslaum in secessu Tiburtino statim confirmabat, 16) Galli

III. p. 436. sic de eo iudicat: *denique primis initiis, optimi Principis formam in se expressit, adeo vt ab omnibus amaretur & æstimaretur, spemque præberet cunctis, quod euasurus esset in egregium Principem patri æqualem. Verum paulo post, & vt animaduersum, quinquennio post: Eheu, quam mutatus ab illo! ita vt, quod de Nerone dictum olim: quinquennio primo optimus, post pessimus, id quoque de Wenceslao Rege dici potuerit: quinquennio primo optimus Princeps fuit; eo exacto, sibi dissimillimus euasit, animo non a Republica tantum alieno, sed ad immanitatem vsque sæuo ac truculento; nec nisi in obscænas & turpes crapularum, bellationum & libidinum voluptates (si tamen his voluptas inest) prolitui. Vnde administrationem tam Regni paterni, quam Imperii, velut ad se non vsque adeo pertineret, ita neglexit, & nulla neque legum, neque iudiciorum cura habita, & exinde impunitate facinorum consequente, susque deque omnia agi occiperent.*

9) Verba sunt AENEAE SYLVII *Hist. Bohem. c. XXXIV.* DVBRAVIVS *lib. XXIII. p.* 606. *Cura externa de animo posita, eo desidia & inertia maior atque libido intemperantior ipsum inuasit, sic, vt ne a fœdis quidem lustris, nedum a thoris alienis abstineret.* CVSPINIANVS *p.* 388. IAC. von KÖNIGSHOVEN *Elsass. Chronic c. II. p.* 241. *dirre WVentzeslaus ist gar ein muthwillig man gewesen der allen mutwillen und bosheit getriben hat: alle die wisheit und gute lere die in sin vater leret die hielt er keins.* Rigidum ipsius censorem agit CVSPINIANVS *p.* 389. dicens: *dignum profecto, qui non diademata in capite, sed Laqueum in collo gestaret. Nec inter Reges vel Romanos, vel Bohemos, sed inter histriones vel potius porcos enumerandus.*

10) AVENTINVS equidem *lib. VII. c. XXII.* dicit: *Imperatori Carolo quarto sagacissimo, atque cordatissimo principi, dispar filius WVentzeslaus, ineptus, probrosus, sæuitia & ignauia infamis successit, in latebris Hercyniæ veluti serpens delituit, nec vnquam cæteros Germaniæ, Imperiique fines adire sibi permisit. Canem ferocissimum, atque carnificem, quem lustricum patrem vocabat, comites eius semper fuisse, & quemcunque ille indice denotasset, absque cunctatione inuasisse, atque eundem dum deambulantem præcederet, obuiam quemque corripere, ac distento sago impositum, in sublime iactare solitum, narrat Ioannes archimysta Mogontinus in oratione, quam aduersus illum in celebri conuentu fecit. Complura de eo alia scelera referuntur, quæ ego falsa, atque conficta (ita sunt ingenia hominum) ab inimicis esse reor.* Sequitur illum THOMASIVS, qui GOTHOFREDI de IENA *Diss. XVII. & XVIII.* quæstionem nonam adiicit *cur Imperator WVenceslaus, Princeps non optimus quidem, sed tamen nec etiam malus, communiter tam male audiat?* vbi ex LEHMANNO potissimum demonstrare conatur, ipsum, ob irreuerentes & rebelles Bohemos remedia seuera adhibuisse, ideo tamen minime crudelem esse adpellandum, quin potius multa clementiæ signa æque ediderit. Immo, multa ipsi a clero fuisse adficta, eo quod Husso faueret. Concludit tandem: *si ad martyrium sufficeret, quod quis iniusta propter veram religionem pateretur, martyr esset WVenceslaus.* Sequitur IO. HERM. SCHMINCKE in dissertatione sua de Wenceslao. Non diffiteor equidem, ipsi vitio verti, quod Hussitis fauerit, facile etiam hoc concedo, multa ipsi in peiorem partem fuisse versa. Verum quis excusabit nimiam seueritatem, immo crudelitatem ante iam memoratam, & quis libidinem ipsius & vini adpetitum? quis Imperii negligentiam?

11) Litteræ conuocatoriæ datæ WVeydæ *Mitwoch nach den Obersten Tag*, Regnorum Boh. an. 16. Romani 3.

12) Litteræ conuocatoriæ datæ Noribergæ d. S. Agnetis Regn. Boh. 16. Rom. 3.

13) Diploma datum Pragæ Anno 1379. Indictione Ima V. Kl. Aprilis Regnorum Anno Boemiæ 16. Romani vero tertio apud WENCKERVM *Appar. Archiv. p.* 229.

14) DVBRAVIVS *lib. XXIII. p.* 602.

15) TRITHEMIVS *ad a.* 1376.

16) ANGELVS PISAVRENSIS Episcopus apud BALVZIVM Not. ad Vitas Paparum Auen. p. 1263. *Post mortem vero eius* (Gregorii) *resumptus est tractatus de confirmatione dicti filii Imperatoris per ambaxiatores suos, mediante Domino Florentino, coram Domino Vrbano. Et dum super hoc & super pace Florentinorum cum Ecclesia orirentur plurimæ difficultates, tandem volentibus Cardinalibus recedere versus Anagniam, qui recedere volebant, qui maior pars, vt dictum fuit, super duobus articulis prædictis commiserunt vices suas, sex aliis Cardinalibus remanentibus Romæ, puta Dominis Florentino, de Luna, sancti Petri, Mediolanensi, Glandatensi & de Vrsinis; qui determinauerunt prædictum filium Imperatoris debere in Imperatorem confirmari per Dominum Vrbanum, & sic factum fuit.* Hoc vero in secessu Tiburtino fuisse factum testatur STEPHANVS Episcopus Tudertinus cum quatuor Cardinalibus tantum Italis. FERNANDVS PETRI Decanus Tirasonensis testis iuratus dixit: *quod si fuit consilium Romæ cum Cardinalibus de confirmatione Regis Romanorum in Imperatorem nescit, sed audiuit & ita credit, quod ista confirmatio fuit facta in Tiburi, vbi non erant aliqui Cardinales vltramontani.* Et

quidem

Galli Clementem VII. 17) Anno 1379. Vicarium suum generalem in Italia & vltramontanis partibus constituit Iodocum, Morauiæ Marchionem, eidemque iniunxit, vt cum in terras potestati suæ commissas aduenisset, inquireret diligenter, quis duorum de Papatu contendentium esset verus Papa, Bartholomæus ne an Robertus, & illum, quem verum & legitimum sponsum Romanæ Ecclesiæ censeret, in verum Papam reciperet & protegeret, alium vero perditum & intrusum expelleret, & vltore gladio, tanquam totius christianitatis inuasorem & humani generis inimicum persequeretur. 18) Celebratis vero eodem anno primum Noribergæ, inde Francofurti Comitiis, Vrbani VI. causa examinata coram Wenceslao ab Imperii Episcopis adprobatur. 19) Immo Wenceslaus constituta ibidem pace cum Electoribus, aliisque Principibus & ciuitatibus, Vrbanum contra quosuis eius inimicos, defendendum in se suscepit, 20) & si forte Wenceslao humani quidquam accideret, Electores sancte pollicebantur in hoc conuentu, sese nullum alium Germaniæ Regem fore electuros, quam qui iuramento promitteret, sese omnia ea esse seruaturum & approbaturum, quæ in causa Vrbani Francofurti fuerint acta. Idem Imp. omnes Archi-Episcopos & Episcopos eo adigebat, vt stipulata manu promitterent, sese nullos Canonicos in Capitula sua esse admissuros, nisi qui a partibus Vrbani starent. In iisdem Comitiis telonia ad Rhenum atque Moenum recens erecta seuere prohibuit, atque ad querelam mercatorum, quæ Adolphus Spirensis Episcopus postea Moguntinus Archiepiscopus telonia inter Francofurtum & Moguntiam in urbe Höchst & Kelsterbach poscebat, aboleuit, aliaque, 21) quæ Dusseldorpi Carolus pater Wilhelmo Montensi & Ruberto Engelberto Marcano promiserat, abrogauit. 22) Abhinc, ob pestem Pragæ grassantem Aquisgrani sedens 23) Wenceslaus, Pillero, Cardinale Rauennate in medium consulente, Vrbani VI. partes vna cum Electoribus & Germaniæ Proceribus denuo fuit amplexus. 24) Rupertus etiam Præ-Senior cum Ruperto Seniore & Iuniore, omnibus Palatinis, cum Cunone Treuirensi & Friderico Coloniensi Vesaliæ a. 1380. vnionem faciebat, quod Vrbano VI. vellent assistere. 25)

§. VI. Mortuo Vrbano VI. ab Italis in locum eius surrogatur Bonifacius IX. a Gallis vero Clemens VII. Wenceslaus primum Ecclesiæ tutelam se suscepturum esse, præ se ferebat, legatos etiam ad Bonifacium mittebat Vbaldinum de Florentia, Decretorum doctorem, consiliarium, familiarem, domesticum, commensalem & fratrem Nicolaum, ordinis fratrum Minorum commensalem. Bonifacius, vt in suas partes traheret Wenceslaum, litteris multa humanitate plenis Regem in Italiam inuitat, vt susciperet coronam Imperialem, atque Ecclesiam contra Schismaticos indies increscentes defenderet, promittens ipsi decimas omnium Ecclesiarum Germanicarum atque Bohemicarum in hanc expeditionem. Promittebat equidem VVenceslaus, se proxime in Italiam esse venturum, interim vero Iodocum, Morauiæ Marchionem Vicarium suum se in Italiam esse missurum, qui omnes motus componeret. Nec tamen VVenceslaus, nec Iodocus vnquam in Italiam venerunt. 26)

§. VII.

quidem hæc adgnitio sponte fuit facta, prout docet MARCELLINVS de INGHEN *in epistola ad Vniuersitatem Parisiensem* apud BVLAEVM *Hist. Vniuers. Paris. p.* 466. in qua: *Papa heri in consistorio confirmauit electionem factam de Rege Almanorum per Electores & ipsum denunciauit futurum Imperatorem, quamuis ex parte Imperatoris nulli ambassiatores pro illo fuerint missi, licet postea ad Clementem legatos miserit ad ipsius petendam adprobationem* apud BZOVIVM *ad a.* 1377. §. *III.*

17) TRITHEMIVS *ad a.* 1378. RAYNALDVS *ad a.* 1378. §. *XXVII.* qua ratione fuerit electus, tradit Auctor Vitæ Clementis apud BALVTZIVM *Vit. Paparum Aueninensium p.* 425. 559.

18) Hæc ex Codice Colbertino habet BALVTZIVS *Not. ad Vitas Paparum Auenionensium p.* 1201. 1268. RAYNALDVS *ad a.* 1379. §. *XXXVIII.* Ipsum procuratorium Iodoco desuper datum, extat apud BALVTZIVM *Collect. Act. Veter. p.* 590. Et p. 821. declaratio Cardinalium aduersus Bartholomæum, Archiepiscopum Barensem, intrusum in Papatu.

19) GOB. PERSONA *at. VII. c. LXXV.* & ex Actis SCHATENIVS *Ann. Paderb. lib. XIV. p.* 406. PETRVS de HERENTALS *Vita Clementis VII.* apud BALVZIVM p. 551.

20) Extant Articuli des Landfriedens ibidem conclusi apud WENCKERVM *Appar. Archiv. p.* 230. in quibus: *Item, alle Fürsten, Graffen, Herrn, Ritter, Knechte Stete und allermenlich dieser Eynunge sollen nicht gestatten, daß ymand in iren landen Steten Slossen oder Gebieten wider unsern heiligen Vater Pabst Vrban den Sechsten, den wir alle einen rechten Pabist erkennen und halten, uffeliche Predige Briefe lese oder anslage oder uffenliche Botschafft welhe von wegen des VVidder-Pabsts der sich Clemens nennet, und wer das were, den sollent wir Fürsten, Graffen, Herren, Ritter, Knechte und Stete diser Eynunge in unsern Schlossen, Steten und Gebieten nicht enthalten husen noch hoffen in debeynewys ane alle Geverde.* Inde sequitur, qua ratione sibi inuicem mutua auxilia sint præstituri. Adde TREVERVM *von Reichs-Crayssen p.* 30.

21) GOBELINVS PERSONA *Cosmodr. lib. VII. c. LXXV.* RAYNALDVS *ad a.* 1379. WENCKER *appar. Archiv. p.* 229. SCHMINCKE §. *XX.*

22) LEHMAN *Chron. Spir. lib. VII. c. LVIII.* SCHATEN *Ann. Paderborn. lib. XIV. p.* 406. WENCKER *Collect. Archiv. p.* 385.

23) TRITHEMIVS ad a. 1380. *eodem anno Pestilentia magna Bohemiam grauiter afflixit, cuius occasione Wenceslaus Rex de Regno Bohemorum cum Pileo Cardinali Vrbani Papæ Legato venit Moguntiam: inde nauigio per Rhenum descendit rursus ad Coloniam, & exinde ad Aquasgrani palatium Regni Teuthonicorum principale & antiquissimum, sedem suam ibidem posuit, diutiusque remansit.*

24) MVTIVS *lib. XXVI. p.* 258. M. CHR. BELG. *p.* 320. NAVCLERVS *vol. II. Gen. XLVI. p.* 1022. BROWER *Ann. Treuir. lib. XVIII. p.* 250. SCHATEN *lib. XIV. p.* 409.

25) Extat illa apud WENCKERVM *Appar. Archiv. p.* 224.

26) Hæc singula narrat RAYNALDVS *Annal. ad a.* 1390. §. 3.

27) Hæc

§. VII. Interea moritur apud Gallos Clemens VII, in cuius locum Galli Benedictum XIII. substituunt, quo ipso Ecclesiæ Romanæ schisma plurimum adaugetur. Hic statim post suam electionem ad Wenceslaum Regem mittebat Legatos suos Bernardum Girberti, Bartholomæum Lupi, Legum Doctores, suos Capitaneos & Sacri Palatii causarum Auditores Magistrum Gerardum Petri de Eusthaen litterarum Papalium scriptorem, & Cameracensem Laudanensemque Canonicum, vt Regem de iure sibi in Papatu quæsito informarent, & ab adhæsione Bonifacii desistere & sibi adhærere suaderent. Hoc vt componerent, Oxoniensis, Pragensis atque Parisiensis Academia ad Wenceslaum Imp. & Vrbanum VI. Papam scripserunt, ipsos admonentes, vt vi officii illud tollerent. Wenceslaus etiam ad instigationem Vniuersitatis Generalis sui studii Pragensis anno MCCCXCVIII. ex Bohemia ad ciuitatem Rhemensem venit, vbi Carolus VI. tunc Francorum Rex, cum suo Germano, Ludouico Duce Aurelianensi, suisque & dicti Wenceslai patruis, Iohanne Bituricensi & Philippo Burgundiæ Ducibus, certo præuio tractatu, conuenerunt ad consultandum de exstirpatione schismatis inter Benedictum XIII. & Bonifacium tunc vigentis, vbi conclusum fuit inter cætera, ad id consequendum securissimam & breuissimam viam esse, vt vtrique de Papatu contendentes iuri suo cedant, siue eidem renuncient, & per vtrumque Collegium nouus Papa eligatur. Sic igitur Wenceslaus Cæsar, de consilio Regis & Principum Franciæ prædictorum, misit legatos suos ad Bonifacium prædictum, & simul Auenionem ad Papam Benedictum, Petrum de Aliaco, Episcopum Cameracensem, qui ab eodem Wenceslao regalia receperat, & M. Nicolaum Protonotarium, vt nomine suo peterent, quo iuri suo de Papatu cederent: quemadmodum supradicti Rex & Duces Franciæ id idem per suos oratores vicibus diuersis ab eodem Papa requisiuerant, vbi quidem Benedictus Papa XIII. inter alia eiusdem regis Wenzeslai oratoribus respondit in præmissis & consimilibus alias se regem Wenceslaum per suos oratores de intentione sua fecisse certiorem 27)

§. VIII. Præcipue notari meretur Fœdus illud Rheni atque Sueuiæ Ciuitatum a. 1381. ipsius auctoritate contra Sueuiæ atque Bauariæ Duces potissimum erectum, ad ipsorum potentiam potissimum infirmandam. 28) Ansam dabat Principum suspicio contra arctas Ciuitatum confœderationes, 29) quibus multæ etiam Ciuitates accedebant municipales, quæ exinde Dominorum se potestati subducere conabantur. 30) Nec minor caussa erat, quod Ciuitates opibus crescerent, multi e contrario ex nobilitate bona pro pecuniis oppignorauissent, atque cum censuum solutionem differrent, obstagii iure ciuitatibus aliisque modis premerentur, ideoque onerum excussio quærebatur, ac de iniuriis, quas paterentur vtrinque, erant querelæ. 31) Accedebat bellum Sueuiæ Ciuitatum, quod de Aduocatia cum Eberhardo Würtenbergico Comite gerebant. 32) Anno 1379. equidem pleræque Sueuiæ Ciuitates cum Ruperto Seniore & Iuniore, Ottone, Stephano, Friderico, Iohanne & Ruperto Rheni Palatinis & Bauariæ Ducibus, & Bernhardo, Marchione Badensi, tutorio nomine fratris Rudolphi, in quinque annos societatem contraxerunt. 33) Fœdus primum inierant Moguntia, Argentoratum, Wormatia, Spira, Francofurtum, Hagenouia, & Weissenburgum, cui postmodum XLI. Sueuiæ Ciuitates accesserunt. Primo quidem alii Principes fuerunt excepti. 34) Postea contra Bauariæ Duces & quosdam alios Principes, quos sibi senserunt contrarios, Liga facta fuit, ita, vt Piigrinum Saltzburgensem Episcopum & quosdam alios Episcopos sequerentur: octo namque millia pugnatorum manum validam breui adunantes igne & ferro hostibus suis multa intulere dispendia, Regnumque a latronibus, & violentis raptoribus aliquamdiu purgatum reddiderunt. 35) Circa eadem tempora a. 1379. in Wetterauico tractu originem cepit socie-

27) Hæc singula verbis EMVNDI IN MAGNO CHRONICO BELGICO *p.355.* scribo.

28) Hoc satis aperte testatur TRITHEMIVS Chr. Hirsaug. ad 1380. dicens: *sunt, qui scribunt, Wenceslaum Regem occultum huius Ligæ ciuium fuisse auctorem, vtpote qui potestatem Theutonicorum Principum semper habuerit suspectam, quam tali modo sperauerit infirmandam.*

29) Dictum de iisdem *Sect. Super.* §. *XVII. XXI. XXVI. XXXI.*

30) TRITHEMIVS ad a. 1366. *non solum regni ciues, sed alii, qui proprios habebant principes, contra voluntatem Dominorum suorum in societatem huius confœderationis, & ligæ passim admittebantur, & propterea citius fuit dissipata.*

31) Hanc rationem habet CRVSIVS *lib. V. p. III. cap. IX.*

32) *Vid. Sect. super.* §. *XVII. & XXXI.*

33) Extant hæ tabulæ apud DATTIVM *lib. I. cap. VI. n.39.*

34) CHRON. ELWANGENSE ad an. 1381. *Maxima discordia orta est inter Ciuitates Imperiales & omnes Principes Sueuiæ & Bauariæ, nec non & alios nobiles, Magna pars Bauariæ a ciuitatibus per ignem destructa est.* CRVSIVS *Annal. Sueu. lib. V.* Tabulas LEHMANNVS exhibet *lib. VII. c. LXVI.* sub dato: *Spire, da man zalte von Christus Geburte, drizehenhundert und eins und actzig Iar, in der mitle Wochen vor unser Frawen Clibeltag den man nennet Annuntiatio in der Fasten.* Sequuntur tabulæ extensionis fœderis ad Ciuitates Sueuiæ, sub dato *Spire des nechsten Montag vor Sanct Iohans Tag genant Natiuitatis Iohannis Baptistæ*, in quibus quidam Principes & Comites excipiuntur. Postea vero huius exceptionis declaratio facta fuit, vt fœdus etiam contra illos valeret, si vrbes confœderatas inuaderent, quam DATTIVS exhibet *lib. I. c. VIII. n. 10. sqq.*

35) TRITHEMIVS *ad a. 1380.* LEHMANN *lib. VII. cap. LXVI.* CRVSIVS *Annal. Sueu. lib. V. p. III. c. XIII.*

 36) Br

societas Leonina, 36) Nobilitas vero Rhenana & Sueuiæ S. Georgii & S. Wilhelmi sodalitatem iniit. 37) Hæ sodalitates a. 1382. in commune fœdus inuicem coaluerunt. 38) Eodem tempore inualuit Cornutorum Societas, quibus a. 1382. VVetzlariensis Ciuitas accessit. 39) Renouata hæc fœderis societas, dum Ratisbona, Gelnhusa, aliæque Ciuitates accederent. 40) Fouebat sub initium hasce societates vt potentiam suam, infringendo Principum & Ciuitatum vires, tanto magis firmaret, ipseque medium se inter vtrasque partes teneret. Metuens vero, ne sodalitates istæ magis increscerent, pacem Noribergensem a. 1383. publicabat, constituens, vt omnes in hac pace comprehensi in nullam aliam se darent sodalitatem. 41) Et dum Socii fœderis in quatuor classes (*Partheyen*) 42) diuiderentur, initium exinde reputatur diuisionis Imperii in Circulos. Tandem vero VVenceslaus sibi hoc fœdere prospicere volens, auctor fuit, vt etiam Principes, qui an. 1384. Heidelbergæ vnionem inter se confecerant, 43) certis legibus in illud reciperentur, id quod a. 1385. ad triennium fuit prorogatum. 44) Ipsæ vero Ciuitates fœdus suum Constantiæ a. 1385. denuo renouarunt, cui etiam Heluetiæ Ciuitates accesserunt, Tigurum, Solodurium, Berna, Lucerna, Tugium. 45) Ast, postquam quidam Principes atque Ciuitates fœdus, dictum *der Faym*, eo quod ad illud tuendum certi iudices atque Faimgrafii fuissent constituti, die Veneris ante diem Catharinæ 1386. inter se confecissent, 46) mutuum fœdus inter Principes & Ciuitates Sueuiæ, Franconiæ & Bauariæ Mergentheimi a. 1387. denuo fuit prorogatum, socii iterum in dictas quatuor partes fuerunt diuisi, in eodemque VVenceslaus comprehensus. 47) A. 1388. fœderatæ Ciuitates Comitibus de VVürtenberg iterum bellum indicebant, & cum quatuor militum millibus terras VVürtenbergenses inuadebant, omnia ferro & incendio deuastantes, sed in die Dominica ante festum S. Bartholomæi ad oppidum VVilam congressione facta, victi fuerunt, plerisque aut cæsis aut factis captiuis. 48) Moguntinenses etiam, Spirenses & VVormatienses terras

36) A. HERZOG *Elsass. Chronic. lib. II. p. 68.* de Wenceslao agens, addit: *bey dieses Keysers Zeiten erhuben sich viel Geselschafften und Bündnüssen, danieden im Lande in der Wederau, deren eine wurde genant der Lewen-Gesellschafft.* Inde recenset socios & capita fœderis.

37) CRVSIVS lib. V. p. III. c. XIII. *nobilitas hoc vsurpari talibus temporibus cœpisse vt adiunctis sibi Rhenanis, Sodalitates inter se facerent, vt S. Georgii, S. Wilhelmi. Alii belluæ alicuius, vt Leonis, vt Panthera. Quisque insigne Societatis suæ in veste gerebat, ex argento, aut auro: vt Leonem, Pantheram, aut aliud. Episcopum Argentinensem venisse in Societatem Leonis. Idcirco contra Nobilitatem & Episcopatus Rhenanos etiam Ciuitates fœdus iniisse, Argentinam, Selestadium, Echanheimium, Hagenoam, Wisseburgum, Spiram, VVormatiam, Moguntiam, Francofurdiam & alias: sicut & Sueuicarum cum eis Ciuitatum fuerit fœdus. Nec tamen diu mansisse illas Nobilitatis Sodalitates.*

38) DATTIVS *lib. I. c. VII. n. 1.*

39) DATT *lib. I. cap. VII. n. 15. & lib. I. c. VIII. n. 13.*

40) TRITHEMIVS ad a. 1388. *omnium istorum causa malorum fuit VVenceslaus Rex, qui cum inordinatissima esset vita, & plura in Regnum committeret mala, timens ne deponeretur a Regno, Ligam & confœderationem & bella Ciuibus contra Principes persuasit & indixit. Multis promisit multa, sed omnes in tribulatione dimisit.*

41) Patet hoc ex HERMANNI EBNERI litteris arcanis apud WENCKERVM *Appar. Archiv. p. 255.* Adde Eundem *de Vsburgeris p. 59.* TREVER *von Reichs-Crayssen pag. 29.* Ipsæ Tabulæ Fœderis extant apud WENCKERVM *p. 233.*

42) In tabulis fœderis apud WENCKERVM *p. 255.* describuntur classes, hoc modo. *Diß sint die Partyen dieser Eynunge das Konigreiche zu Boheim und was zu der Cronen desselben Konigreichs mit allen Fr. Gr. Hrn Landen oder luden gehoret, die March zu Brandenburg, die Hertzogdume zu Sachsen und zu Lunenburg. Item die andere Partye die Ertzbyschove von Mentze, von Colne von Triere, Hertzoge Ruprecht der Eltire und Hertzog Ruprecht der Jüngre, der Lantgr. von Hessen und die Marggr. von Baden. Item die dritte Partye Hertzog Albrecht und Hertzog Lupolt von Ostreich, Stephan, Fridrich und Iohans Gebrudere Hertzogen in Beyern, der Hertzog von Lotringen, die Bischoffe von Straßburg, von Augspurg, von Regensburg, Grave Eberhart und Grave Vlrich von VVirtenberg. Item die vyrde Partye die Bischoffe von Babenberg, von VVirtzburg, von Eystet, Balthasar, VVilhelm und Ir Vettern Marggr. zu Myssen und Lantgr. zu Duringen, Hertzoge Ruprecht der Iüngeste und Fridrich Burggr. zu Nürnberg und was vorbaß Fr. Gr. Hrn. R. K. oder St. in dieser Eynunge kommet dir sollent ir bi der negsten Partyen bliben die sie nebesten gelegen sint.*

43) Extat apud WENCKERVM *Appar. Archiv. p. 240.*

44) Tabulas fœderis primus exhibet DATTIVS *lib. I. c. VIII. n. 19*

45) Huius fœderis tabulæ extant apud LEHMANNVM *lib. VII. c. LXVII.*

46) Extant tabulæ fœderis apud WENCKERVM *Appar. Archiv. p. 248.* cum tali initio: *Es ist zu wissende, daß etliche Fürsten und Herren einen Lant-Frieden genant der Faym haben ufbracht und den haben andere Fürsten und Herren auch geschworn, und derselbn Faym wird ielanger iegræßer, daß ia gar viel Graven, Herren, Ritter, und Knecht und auch etliche Herrn Sted und Gebuhren geschworen haben, und der Faym ist alse, wen man darauf ladet, derselbe der geladen ist, der mag sich nit verantwurten, er habe denne den Faym vor geschworen, wil denne einer den Faym nit schweren oder wil sich mit verantwurten, er sy uf den Land oder in den Stedten gesessen, so verfaymet man In: Item und wer denne verfaymet wird, so hat man Faym Graven heimlich darubergesezt, daß niemand weiß wer die Faym Graven sind, denne sie selber unter einander, und dieselben Faym Graven und auch alle die in den Faym geschworen haben, sind des gebunden bey ihren Eyden, daß sie alle die die verfaymt sind, wo sie die ankomen ane alle Vrteil haben sollen.*

47) LEHMANN *lib. VII. c. LXVIII.* WENCKER *Appar. Archiu. p. 242.* GOLDASTVS equidem ex diuisione Sociorum in certas classes, quandam diuisionem in Circulos exinde voluit elicere, quem tamen ideo notauit DATTIVS *lib. I. c. VIII. n. 34.* dicens, iam in fœdere de a. 1383. diuisionem in certas classes fuisse factam.

48) Hoc late narrat TRITHEMIVS *ad a. 1388.* IOANNES FISTENPORT *Contin. Chron. Hermanni Lamensis* apud HANNIVM Collect. Monum. Tom. I.

tas Comitis Palatini ingressi, haut procul a VVormatia victi fuerunt. 49) Ab isto tempore confusæ fuerunt ciuitates. Postquam enim in diuersis conflictibus attritæ fuissent, horum milites etiam rapinas exercere inciperent, ipsarum confœderatio Principum potestate fuit dissipata. 50) VVenceslaus primum Sueuiæ Ciuitatibus tutelam fuit pollicitus, 51) post in Principum partes concessit. Hi viciniora oppida obsidione cinxerunt, multis calamitatibus Ciues afficientes. Vnde confœderatio Ciuitatum fuit dissipata, Principesque cum Ciuitatum detrimento facti fuerunt potentiores, nec nisi multa pecunia data, pacem a Principibus impetrarunt. 52) Tandem celebratis an. 1389. Egræ Comitiis, VVenceslaus hæc fœdera tanquam illicita reprobauit, Amnestiam & pacem publicam pronuntiauit, cui Ciuitates vt subscriberent, fuerunt adactæ. 53) Anno 1390. die Inuentionis B. Crucis etiam inter VVernerum Treuirensem, Fridericum Coloniensem atque Rupertum Palatinum Electores contra societates peregrinorum, potissimum Italorum, Bopardiæ facta fuit vnio, cui etiam insertum, ipsos mutuis auxiliis se inuicem esse adiuturos. 54)

§. IX. Conclusa licet Pace Egrana, Superioris tamen Germaniæ incolis grauis erat societas, quæ vulgo *der Schlegeler* fuit dicta, Philippus etiam & Rupertus, Nassonienses Comites inter se digladiabantur, vicinosque expilabant, alii Ciuitatibus Imperii insidiabantur, & illarum bonis inhiabant. Fouebat tamen ipse Imp. hanc societatem, ipsique nummos subministrabat, atque Brunonem de Rappolstein Ducem præfigebat, vt haberet, quos opponeret hostibus suis, si aliquid noui molirentur. 55) Attamen, dum societas ista Germaniæ grauis esset, eandem an. 1395. dissoluit, 56) licet ista anno sequenti adhuc flore-

Tom. I. p. 398. *Anno Domini MCCCLXXXVIII. maxima discordia orta est inter ciuitates imperiales & omnes principes Sueuie & Bauarie, nec non & alios nobiles. Et specialiter comites de Wirtenberg, cum ciuitatibus prelium commiserunt proxima dominica post assumptionem Marie virginis in campo iuxta ciuitatem Wyle, & multi ex vtraque parte ceciderunt. Nam iunior Comes de Wirtenberg nomine Vlricus ibi interemptus est. Venit autem Comes senior de VVirtenberg cum magno exercitu, gloriose triumphauit, infinitos occidit, multos captiuauit, & multos occidit.*

49) TRITHEMIVS *c. l.* LEHMANN *lib. VII. cap. LXIX.*

50) TRITHEMIVS Chr. Hirs. ad a. 1380. *deinde post annos ferme quinque cum naturam luporum cepissent induere canes, & qui latrones debuerunt persequi, didicissent imitari, in vnum conspirantes multi Principes magnum armatorum produxerunt exercitum, & confœderatis ciuibus bellum indixerunt. Quibus multa intulere damna, ipsamque Ligam penitus in nihilum redegerunt. Archiepiscopus quoque Salzburgensium Pilgrinus Treugarum tempore captus fuit. Castrum Hohensolms a ciuibus captum & igne submisso funditus destructum: multa quoque munitiones nobilium, latronum, raptorum atque predonum per ciues regni tunc funditus destructa sunt. Felix quidem & satis fortunatum confœderationis sua habuerunt exordium, & omnibus in circuitu raptoribus magnum incussere timorem: verum postquam & eorum milites conductitii legem æquitatis violare cœpissent, occultaque primum, & exinde manifestas etiam de pauperibus exercere rapinas, & ipsi Principum ciues atque subiectos in rebellionem solicitare dominorum, confœderatio eorum diutius permanere non potuit, sed potentia Principum citius dissipata fuit.*

51) Extat diploma ipsius apud DATTIVM *lib. I. cap. IX. n. 13.*

52) TRITHEMIVS c. l. *bis iam turpiter victi Ciues Regni a Principibus, iam deinceps bellum eis indicere publicum non audebant, sed humiliati & confusi temeritatis suæ pœnas sero tandem intellexerunt. Ex eo namque tempore, non dubium dissimulatione Principum, tot Ciues ex Militarium ordine hostes vel aduersarios habuerunt, vt portas Ciuitatum & oppidorum egredi tuto nulli penitus liceret. Vnde liga seu confœderatio eorum fuit iterum dissipata, nec pacem inuenire potuerunt, quousque animos Principum multis pecuniis datis sibi conciliassent.* Et paullo post: *hoc ipso anno Gerardus ex Comitibus de Schwartzenburg Episcopus Herbipolensis Ecclesiæ, & Orientalium Dux Francorum, auxilio Lamberti Babenbergensis Episcopi, & Ioannis Burggrauii Norinbergensis oppidum Regni VVinsheim obsidione cinxit, quod tandem expugnans in suam potestatem accepit. Verum quia ad ius Regni pertinet, nec alium habet Dominum, quam solum Regem Germanorum, coactus fuit postea cedere, & oppidum ipsum resignare. Posthac memoratus Episcopus obsedit etiam Schweinfurt oppidum Regni, & oppidanos in abnegationem Liga cum Ciuitatibus contracta iurare compulit; simili de causa, & plures alii Principes viciniora sibi oppida Regni obsidione cinxerunt, multis & variis Ciues calamitatibus & incommodis afficientes.* HIST. LANDGR. THVR. c. CXXX. *anno Domini MCCCLXXXVIII. ciuitates imperiales in Rheno, in Sueuia, in Bauaria, in Franconia, ad inuicem conspirabant, facientes vnam ligam numero LXX. contra principes & dominos terrarum, & terras dominorum, qui aliquando eos offenderunt. Et intrauerunt cum magna multitudine populi, eas rapinis & incendiis deuastantes; neque religiosis aut locis consecratis parcentes; sed de ea violatis calices & alia sacra inde auferentes. Propter quorum excessus nimios principes & domini commoti Dei adiutorio, quilibet dominus & princeps ciuitates vicinas sibi, infestabat supra modum, & illas ciuitates omnes humiliauerunt, & ligam dimittere compulerunt, & libertates quas domini & progenitores eorum aliquando ciuitatibus vendiderunt, perpetue & conditionaliter restituerunt sine pecuniis, imo pecunias dominis addiderunt.*

53) Has tabulas Egranas integras exhibuit DATTIVS *lib. I. c. IX. n. 51.* ex quo integram etiam harum Societatum, Confœderationum & pacis factæ petimus historiam, ex documentis publicis illustratam. VVENCKER *Collect. I. P. p. 145.*

54) VVENKER Appar. Archiv. p. 413. his verbis: *wer es sache auch, daß ieman nach dem Romischen Riche mit gewalt stellen, oder darumb krigen wolte, one der Kurfürsten willen, das sollen und wollen vvir auch einander, getruwelich helffen vverrn in aller masse als vorgeschriben stet, durch das, das Riche in synne VVesen und Eren bliben moge, als das herkommen ist.*

55) Patet hoc ex litteris arcanis Hermanni Ebneri apud WENCKERVM *Appar. Archiu. p. 255.*

56) Extat mandatum inhibitorium apud WENCKERVM *c. l. p. 249.* in quo: *wann wir vernommen habent, wie das ein Gesellschaft in Tutschen Landen uferstanden und sich erhept hat, mit Namen sich nennent Slegeler, die wider uns und das H. Ryche grobelich ist, und darumb so habent wir mit wol-* bedach-

floreret, dum varii Principes ad illam opprimendam consilia conferrent. 57) Dissoluta hac societate, dum multi pacem Egranam irritam reddere conarentur, Wenceslaus in Germaniam se confert, atque a. 1398. pacem Egranam non solum confirmat, sed etiam nouas leges addit, eandemque ad decennium prorogat. 58)

§. X. Inter has Ciuitatum turbas, bellum inter Austriacos atque Heluetos continuabatur, istis confœderatos ad obsequium reducere conantibus. Leopoldo fauebant Marchiones Hochbergenses, plerique Comites ad Rhenum superiorem, vna cum equitum multitudine, Syluanis ad Sempachium castra locantibus, obuiam cum suis iuit Leopoldus, verum die IX. Iulii a. 1386. ab iisdem cum equitibus cæsus fuit, 59) atque cum iisdem in Königsfeldensi Monasterio sepultus. 60)

§. XI. Dum inter hæc mala Wenceslaus tempus otio & luxu in Bohemia tereret, mittebantur a Principibus legati, qui ipsum in Germaniam inuitarent, quibus respondit: se quæ peragenda sibi in Germania fuerant, pridem omnia negotia confecisse, Regno Romanorum legitime ibi inito, nec in præsens videre superesse quicquam, quod e re sua agat. Si quis Princeps sit, qui opera sua indigeat, ad Regem suum potius istos venire debere. Sic ipse Principes contemnens, ab ipsis fuit contemptus. 61)

§. XII. Dum autem crudelitate & socordia sua apud Bohemos pergeret, & Proceres non solum, sed populum contra se concitatum esse sentiens, sibi metuere cœpit Wenceslaus. Nulli interim Ordini satis fidens, & nunc Bohemos Germanis, nunc rursus Germanos Bohemis anteferens, Pragæ præsertim, in qua paucos in senatu Bohemos reliquit. Ac postremo nec arci Vicegradensi salutem suam valde credere voluit, perturbatus tumultu, plebe contra Iudæos excitato, quem Rex cum omnibus suis nullo modo potuit sedare. Seorsum igitur a Praga spatio vnius milliaris, nouam sibi arcem vocabulo Cunraticee bene firmam ædificauit, ad quam in quouis metu, tanquam ad asylum posset excurrere. 62)

§. XIII. Cæde recenti irritati, qua pridie duos Ciues Pragenses, & duos ex Procerum ordine, Girossium & Hroskam occidi gladio iusserat, ipsum die Stanislai a. 1393. in Cœnobio Beraunensi, quo in Monachorum vitam inquisiturus secesserat, capiunt, & in custodiam ducunt Pragam, vbi per XV. hebdomadas in carcere squalido, in quem supplicio afficiendi passim coniiciebantur, Schpincka dicto, delituit. Exoratus tamen Senatus Pragensis multis Regis precibus, ipsi ad abluendas sordes concessit, vt in publicum duceretur ad Muldauiam in veteri Praga balneum, ministeria ipsi obeunte Susanna, ambubaia. Postquam diutius balnei calore fuisset tostus, secedensque refrigerandi caussa extra hypocaustum, conspicatur lemnusculum piscatorium cum remo in ripa vacuum, & mulierem interrogat, an remigare tantum sciret, quantum remigio ad traiiciendum in alteram ripam opus esset? Qua adnuente, abdit se in lembum, ac repente ab oculis custodum elabitur, venitque per deuia nudus cum nuda ad nouam illam suam arcem, Præfecto arcis Domini sui fortunam admirante. Iubet ille vestes promi cœnamque parari, ac statim centum aureos nummos sibi afferri, quos Susannæ nauli nomine in manus tradit, illamque non ad mensam solum, verum etiam ad lectum sibi adiungit. Inde magis adhuc efferatus, non nisi vnius Susannæ adloquio molliri facilis, donec in arcem, quam Bohemi Ziebrack dicunt, longius a Praga distantem, eoque metu Pragensium magis liberam concederet. Ibi rursus per compatrem suum carnificinam exercuit in eos, quos suspectos habuit vel inuisos. Nec minore atrocitate Hanussius Ratiboriensis Dux grassatus est, quem ex Silesia reuocatum, ideo arci Carlosteynæ præposuit, quia mire appositus erat ad sæuitiam Regis insidiosam. Huius opera Straconicensis, Opocensis, Martinicensis ex procerum ordine, ad arcem per reconciliationem simulatam inuitati, crudeliter ibidem sunt enecati. 63)

§. XIV. Com-

bedachten Mute, guten Rate und rechten wissen die egen. Gesellschafft widerrufet und abgeton, wiederruffen und tun auch die abe in Crafft dis Briefes, und meynen, setzen und wellen von Ræm. Kuniglicher Macht, daß dieselbe Gesellschafft fürbasser gentzlichen absy und fürbasser me nit gehalten werde, in deheine Weise. Agit de hac societate Idem WENCKERVS *Collectaneis Iur. Publ. disquisit. de Vsburgeris §. XXIV. p. 98. sqq.*

57) Prout patet ex Actis apud WENCKERVM *Appar. Archiu. p. 260.*

58) Extat apud GOLDASTVM *Reichs-Satzungen p. II. p. 154.* & LEHMANNVM *Chron. Spir. lib. VII. cap. LXIII.*

59) GOB. PERSONA æt. VI. c. LXXXI. *eodem tempore Lippoldus dux Austriæ occidentalis cum magno exercitu intrauit fines Suicerorum, qui bellum contra eum inierunt, & ipse Dux qui Dn. Papa aduersabatur, cum toto exercitu suo, vix vno euadente, deletus est. Et propter hoc frater eius Albertus Dux Austriæ orientalis, multis congregatis principibus profectionem facit contra Suiceros, sed priusquam procederetur ad bellum, treuga facta sunt inter eos, & principes ad propria redierunt.* CHRON. ELWANG. ad a. 1385. *Leupoldus Dux Austriæ cum magna militia occisus est a rusticis, dictis Schweitzer.* GERH. A ROO *lib. IV. p. 119.* FVGGER *lib. III. c. XI.*

60) GERH. A ROO & FVGGERVS horum, qui in dicto prœlio occubuerunt, atque in monasterio Königsfeldensi fuerunt sepulti, longum Catalogum nectunt.

61) DVBRAVIVS *lib. XXIII. pag. 604.* GOLDASTVS *Reichs-Satzungen p. II. p. 67.*

62) DVBRAVIVS *lib. XXIII. p. 606.*

63) Hæc plerumque verbis DVBRAVII *lib. XXIII. p. 607. 608.* scribo, ex quo habet LEHMANN *lib. VII. c. LXI.* & LAMBECIVS *Comment. de Bibl. Cæs. Vindob. lib. II. c. VIII. p. 752.* vbi Codicem Bibliorum Germanicorum Wenceslai sumptibus scriptorum exhibet, in cuius litteris initialibus captiuitatem suam & Susannam per figuras exprimi voluit. Aliter tamen de ipsius liberatione sentit AENEAS SYLVIUS c. XXXIV. dicens: *ob quam rem captus a Baronibus, XVI. hebdomadas in custodia habitus est.*

§. XIV. Comperta Wenceslai captiuitate, Electores Ecclesiastici, vna cum Ruperto II. Palatino Electore, & multis Principibus atque Comitibus Francofurti conuenerunt, quo etiam Ioannes Luxenburgensis Comes legatos miserat, qui certiores eos de eadem redderet. Legatio igitur ad Bohemos fuit decreta, pro petenda Wenceslai liberatione, constituto interim dicto Ruperto Imperii Vicario. 64)

§. XV. Frater autem ipsius Sigismundus, vna cum Iodoco patrueli suo, Morauiæ Marchione, adminiculante Lupoldo Austriaco 65) denuo contra ipsum conspirantes, dum iuxta Beraunam, in prædio regio cum paucis agit, eum inuadunt, captumque in arcem Pragensem pertrahunt, in turri, sub diligentioribus quam prius custodibus asseruandum. Sed ne huic quidem custodiæ fidei satis habitum propter loci celebritatem. Inde igitur Crumlouiam ad Henricum Rosensem fuit abductus, quem iste Viennam extra Regnum tacite transportandum curauit, ad Albertum Austriacum. Ab isto in latebras turris cuiusdam Viennensis, ita abstrusus est, vt inueniri nisi a conscii non potuerit. Nam Ioannes, Wenceslai frater, & Procopius patruelis, cum ad vindicandum Regem in libertatem, copias ille in Lusatia, hic in Marchia Brandenburgensi comparassent, atque ambo Pragam venissent, captiuo ibi non reperto, insistebant vestigiis, Crumlouiam tendentes. Sed eis Henricus Rosensis cum valida armatorum manu occurrere non longe a Buduitio parabat. Quod vbi compertum, simulque certum habuerunt, Regem apud Bohemos in custodia non attineri, retro cesserunt. Erat tamen senior quidam piscator, Gründlerus dictus, qui pietate ductus, frequenter miseros carcere inclusos cum ientaculo pisciculorum a se captorum reuisebat. Hunc Wenceslaus propius fenestram admodum grandibus promissis onerat, si opera eius carcerem fuisset frustratus. Hic zonam sericam Wenceslao adfert, qua se ex carcere demittens, vna cum piscatore Danubium traiecit, atque in Bohemiam veniens, in arcem Vicegradensem se insinuat, occlusaque manu sua porta, ac persona detecta, exclamat: qui regius est, ad auxilium Regi suo ferendum, accurrat. Plures quam viginti præsto fuerunt, iniectaque Præfecto catena, vinctum illum Regi tradiderunt. Iubet ille annulum detrahi de digito, illoque signari litteras, quas ad magistratum Pragensem nomine Præfecti composuerat, vt aliqui eorum in arce consiliandi gratia apparerent, quorum ille neminem restituit incolumem. Piscatori vero hanc gratiam retulit, vt illum in ordinem equestrem adscriberet, cum censu equestri, quo se vxoremque suam & liberos Vienna Pragam translatos honeste aleret. Ad leuandam autem inuidiam, confirmandasque in posterum & tuendas opes suas, adfinitatem cum Bauariæ Duce Iohanne iniit, ducta in vxorem filia eius Sophia. 66) Plurimum inde de Sigismundo fratre conquerebatur, quod ipsius thesauros expilauerit, contributiones ex ipsius regno exegerit, milites ipsius male se gesserint, ideoque rationes ab ipso petebat. 67)

§. XVI. Insequenti anno 1395. Pragæ Ioannem Galeatium, qui ad conciliandam sibi maiorem contra Florentinos, horumque socios auctoritatem, hanc dignitatem adfectabat, ex Vice-Comite constituit Ducem Mediolanensem, acceptis centum millibus aureorum, transmissis illi per Benessium legatum pileo & insignibus Ducalibus. Id quod inter caussas quoque depositionis fuit relatum. 68)

§. XVII.

est. Iohannes Dux Lusatiæ, & Procopius Marchio Morauiæ magno Reipublicæ malo cum libertati reddiderunt. Sequitur NAVCLERVS *vol. II. Generat. XLVII. p. 1032.* Aliter adhuc GOBELINVS PERSONA æt. VI. c. LXX. *quare tandem Anno decimo quinto regni sui surrexit contra eum marchio Moraniæ patruelis eius cum multis nobilibus regni, & cepit eum: sed Iohannes marchio Brandenburgensis frater suus, eo liberato, pacem inter eos reformauit, neq tamen emendatus est.* Sequitur M. CHRON. BELG. *p. 326.*

64) Extant Ruperti II. litteræ in TOLNERI Codice diplomatico *n. CLXXXVII.* quibus Vicariatum suum Ciuitatibus adnuntiat, in quibus: *und haben darum bitz und zu Stund unser ernstliche Bodtschafft geton an dieselben, die unsern Herrn den Kænig gefangen hattend, das sie yn ungedrenget von des Richs wegen gentzlich ledig sagen und lassen.* In dictis autem litteris etiam exponitur, quod hoc ius Vicariatus ab antiquo Rheni Palatinis competat. Adde Diploma feria proxima post festum S. Francisci datum Budæ 1403. aupud LVNIGIVM *Reichs-Archiu p. Spec. Contin. I. p. 578.* GOBEL. PERSONA *Cosmodr. æt. VI. cap. LXX.* WENCKER *Appar. Archiv. pag. 408.*

65) Prout ex Grauaminibus ipsius adparet apud WENCKERVM *Appar. Archiv. p. 408.*

66) Hæc iterum verbis DVBRAVII scribo *lib. XXIII. p. 610.* AEN. SYLVIVS *c. XXXIV.* qui dicit ædes Captiuitatis suæ exinde cognomen Pragæ fuisse adeptas. Addit tamen CZECHOROD Marte Morau. lib. IV. cap. III. p. 441. *Euasit tamen rursum e Viennensi custodia, WVenceslaus incredibili fortuna vsus, adiutusque opera & consilio piscatoris; (alii volunt Sacerdotis Cruciferi cum rubea stella, qui postea in Manetin Parochi munus obiit) & habitu mendici Pragam reuersus, arceque recepta, mox Regnum etiam recuperauit.* LEHMANN *lib. VII. c. LXII.* WINDECK *c. XVI.*

67) Vide EBERH. WINDECK *Historiam Sigismundi cap. V. & XII.*

68) DVBRAVIVS lib. XXIII. p. 605. *at Galeatius misso ad Venceslaum Oratore, Petro Philargi Mediolanensi Archiepiscopo, & cum illo centum millia aureûm Nummûm pro veteri titulo Vicecomitis nomine impetrauit, vt deinceps Mediolanensis Dux appellaretur.* NAVCLERVS *vol. II. Gen. XLVII. pag. 1028.* M. CHRON. BELG. *p. 927.* PAVLVS IOVIVS *Histor. Vice Comitum* apud GRAEVIVM *Tomo III. p. 321. paucis enim annis admirabiles adeptus victorias, ita inimicos perdidit, cæcidit hostes, imperii fines protulit, vt arridentis fortunæ fiducia subnixus, totius Italiæ regnum affectaret. Iam enim eum Ladislaus Cæsar nouo honoris titulo honestarat, quum ex solemnibus codicillis primum Mediolani Ducem, sceptro pileoque eius dignitatis insignibus per Legatos transmissis appellasset.* Extat Diploma Pragæ XI. Maii a. 1395. desuper concessum apud LEIBNITIVM *Cod.*

§. XVII. Regno igitur iterum potitus, vitam ideo non mutauit, sed priori consuetudine, vino ciboque marcens, lucemque dormiendo nocti iungens, 69) per Imperii Electores ab Imperio fuit deiectus. Primum quidem Electores Moguntiæ die lunæ post Crucis exaltationem a. 1399. vnionem inter se faciebant, de seruandis Ecclesiæ & Imperii atque Electoratuum iuribus, & non concedendo, vt prouinciæ ab Imperio alienentur, nec consentiendo in caussam Mediolanensem. 70) Huic confœderationi Bauariæ Duces, Thuringiæ Landgrauii, Hermannus Hassus & Fridericus Noribergensis Burggrauius statim accedebant. 71) Motus inde Wenceslaus, Pragæ in die Aegidii Comitia indicit, Noribergæ quatuordecim dies post festum S. Michaëlis habenda. 72) Primum quidem Electores cum aliis Principibus concordarunt ad habendum vnum Vicarium Imperii, & miserunt ad prædictum Regem Imperii petentes, vt daret Imperio Vicarium, ad quod etiam destinatus erat Emicho, Comes Leiningensis. 73) Hoc vero non procedente, postulabant, vt ipse Francofurtum veniret, eodemque non veniente, articulos contra ipsum conceptos faciebant recitari, ipsique in scriptis dari, petentes iterum emendationem. Verum, postquam Electores Comitia ad diem Elisabethæ Francofurti habenda indixissent, mittitque Wenceslaum Patriarcham Antiochenum, Cancellarium suum, Swantiborum Ducem Stettinensem, Iohannem, Landgrauium Leuchtenbergensem & Worziuoium de Swinar legatos, qui dilationem aduentus Regis in Germaniam excusarent, ipsiusque nomine cum Ordinibus agerent, qua ratione omnes motus in Germania componi, simultatesque inter caput & membra tolli possent. Cum igitur hi legati Noribergam venissent, atque Electores cum quibusdam Proceribus Francofurti conuenisse, comperissent, illis aduentum suum indicant, atque locum sibi designari petunt, vbi Regis mandata exponant. Electores vero hoc colloquium omni studio euitabant. 74) Potius Wenceslai legati litteras ad eosdem Francofurtum mittunt vna cum quibusdam articulis, quibus Wenceslaum excusant, quod hucusque intestinis potissimum dissidiis in Germaniam quo minus veniret, fuisset impeditus, conuentum autem Electorum inscio Imp. indictum improbant, offerentes se Francofurtum esse venturos, si ipsorum securitati fuisset prospectum. 75) Ad hæc Moguntinus & Palatinus Electores respondent, se iam Francofurto esse discessuros, missuros vero eodem legatos suos quandocunque libuerit. 76) Quod tamen VVenceslai legati recusarunt, scribentes ipsis, mandatum esse, vt cum Electoribus ipsis agerent, alias excusatum esse Imp. si ipsorum grauaminibus medela nulla possit adferri. 77)

§. XVIII. Post hæc, tres Electores Ecclesiastici vna cum Ruperto Palatino fecerunt conuentionem Marpurgi, illuc Elector Saxoniæ per eos vocatus ad ipsos venit, & ipsi quoque ibidem se colligauerunt & statuerunt alium conuentum Moguntiæ, scribentes quam pluribus Principibus, vt ad eandem diætam in Moguntia cum ipsis venirent. 78) Dum igitur Electorum conuentus Imp. fierent suspecti, mittebat Moguntiam legatum suum Iohan-

Cod. Iur. Gent. Tom. I. pag. 257. MVLLERVM *Reichs-Tags-Theatro unter K. Fridrich dem V. III. Vorst. c. IV.* in quo hæc verba: *animo deliberato, sano Principum, Comitum, Baronum, Nobilium, Procerum, & aliorum nostrorum & Sacri Imperii fidelium accedente consilio, Te, Princeps dilecte, non ad Tua petitionis instantiam, sed de benignitate Regia, motuque proprio, ac Tua originis Nobilitate poscente.* Licet contrarium ex antedictis pateat, quod petente Galeatio, mediantibus nummis, sine Principum consensu Dux fuerit creatus. Pompam solennem, qua insignia illi fuerint tradita, describit IOSEPHVS RIPAMONTIVS.

69) Verba sunt AENEAE SYLVII *c. XXXIV.*

70) VLRICVS OBRECHTVS Apparatum Iuris Publici edidit & Historiæ Germanicæ, *Argentorati 1696. 4.* in quo, ex archiuo Argentoratensi Acta depositionis Wenceslai & electionis Ruperti congessit, vbi p. 1. hæ litteræ inseruntur, in quibus hæc verba: *understunde auch unser herre der Ræmisch Kænig oder yemand von sinen vvegen oder iemand anders das heilige Ræmische Riche oder einche sine Zugehærunge zu smeelen abezubrechen oder dem andern Ryche zu entfrembden oder das Riche zu entleden darwieder sollen wir samentlichen sin und sollen unsern willen gunst und verbengnisse darzu nit dun noch geben in einche wyse und wer desglychs ye gescheen vor datum dis briefes ane unsere wissen willen und verbengnisse dar zu sollen wir herren obgenant auch nu fürbas kein bestatigunge doyn und sunderlichen die sachen von des von Meylan wegen umbe das land von Meylan sollen wir nit bestetigen.*

71) *pag. 7.*

72) *pag. 9.*

73) Hæc patent ex litteris Matthiæ Notarii Regis Ruperti ad Spalzingerum, apud WENCKERVM *Appar. Archiv. p. 278.*

74) *pag. 11.*

75) *p. 13.* In articulis hæc habentur: *item so haben die Kurfursten sider one willen und wissen unsers hern des Küniges die gemeinen Fürsten Greffen Herren und Stete in dütschen landen gefodert gen Franckenfort zu komende uff sante Elizabeth tage das In etwas ungelimpflich und unfründlich von In duncket, und biteb die Kurfursten und auch ander Fürsten und Herrn des Richs und begert von in früntlichen das sie keine nuwigkeit oder bündnisse icht machen die wider In sin mechten und in hindern an dem Riche.*

76) *pag. 18.*

77) *pag. 19.*

78) IAC. VON KÖNIGSHOVEN Elsass. Chronic. cap. II. p. 142. *harumb wurdent die Kurfursten zu rote das sü woltent diesen Künig entsetzen und das heilige rich bas versorgen. und koment zu Franckfurt zusamene die drie Erzebyschoffe von Mentz, Triere und Kœlle, der Pfaltzgrove bi Rine, der Hertzog von Sahssen und ouch hertzog Lupolt vom Osterrich und vil andere Fursten und Herren. und von allen Stetten an dem Ryne erbare boten. und giengent die Kurfursten also heimelich zu rote das die andern herren und Stete botten nüt wustent warumb sü do worent oder was men tun vvolte. also kundent die Kurfursten nüt einhellig vverden und machtent einen andern tag gon Marpurg. do koment sü aber zusamene und schuffent aber nüt. dernoch koment sü aber zusamene zu Mentze und darnoch gon Franckfurt und kundent alle nüt einhellig vverden und bettent alle vvegen besant vil andere herren und der stette botten an dem Ryne die zu in kamen vvo men tagete. doch giengent die Kurfursten also heimelich zu rote, das die andern herren und*

Iohannem Noribergensem Burggrauium, qui moram Regis excusaret, propter dissidia sua cum Proceribus in Bohemia, coronationem vxoris suæ, Sophiæ, & quod non nisi cum Sigismundo fratre Germaniam inuisere decreuerit, quem tamen varii in Vngaria motus detineant. Denique de certo Comitiorum die cum Electoribus & Principibus Imperii conueniret, in quibus ex Ordinum consilio omnia mala, quibus Germaniæ vexaretur, exstirparentur. 79) In eodem Conuentu Moguntino Iohannes Moguntinus, Fridericus Coloniensis, VVernerus Treuirensis, Rupertus Palatinus, & Rudolphus Saxo die Lunæ post exaltationem Crucis vnionem inter se Electoralem inierunt de conseruandis iuribus Ecclesiæ & Imperii, & ne quis sine ipsorum consensu Imperium vel Vicariatum adfectaret, & quod concedere nollent, vt ab Imperio quidpiam alienetur, nec se alienationem Mediolanensem velle confirmare, potius sibi inuicem contra quosuis auxilia esse præstituros. 80) Tandem quinque Electores, Ioannes scilicet Moguntinus, Fridericus Coloniensis, Wernerus Treuirensis, Rupertus Palatinus, Rudolphus Saxo, per suos Procuratores eius plena mandata, procuratorium & sigillum habentes, cum Stephano & Ludouico, Bauariæ Ducibus, Balthasare & Guilielmo, vna cum eiusdem filio Friderico, Thuringiæ Landgrauiis, & Misniæ Marchionibus, Hermanno Hassiæ Landgrauio, & Friderico Noribergensi Burggrauio, Francofurti 1400. de nouo Rege Romanorum eligendo, eidemque qui electus fuerit, assistendo, 81) conuenerunt. Iidem Comitia Francofurtum, die Mercurii post Vrbani indicunt, deliberaturi de rebus Ecclesiæ atque Imperii. 82) Wenceslaus autem Comitia Noribergam indicit, post Paschatos festum habenda. 83) In Comitiis vero Francofurtensibus Maio mense, quibus præter Electores etiam Principes atque Ciuitates 84) interfuerunt, electionis negotium quidem fuit propositum, sed non plenum sortitum fuit effectum, 85) quin potius decretum, vt, dum Wenceslaus sæpius admonitus, medelam ipsorum grauaminibus non adferret, se, ipsum semel adhuc Lansteinum esse inuitaturos, & non comparentem ab Imperio deposituros. Vocatus quoque eo fuerat Fridericus, Dux Brunsuicensis, qui in iisdem iamdum ad Imperium fuerat destinatus. Protestabatur quidem Wenceslaus contra hunc conuentum per legatos suos, & amice monebat, ne quidpiam contra dignitatem regiam agerent, sese diem Comitiis esse dicturum, & ad ea Sigismundum, Vngariæ Regem, Iodocum Marchionem, Legatos Poloniæ, Daniæ, Norwegiæ & Sueciæ Regem, omnesque tam Germaniæ quam Italiæ Principes esse inuitaturum, vt omnia dissidia & motus in Imperio plane tollerentur. Excusant pariter tunc legati Regem suum, quod hactenus Germaniam non inuiserit, in caussa fuisse diuturna illa bella inter Vngariæ Regem atque Procopium. Electores potius Rhenenses saltim, feria sexta ante festum Pentecostes VVenceslaum inuitant, vt proxima die post diem S. Laurentii in Obern-Lanstein supra Rhenum, ex opposito Rense veniat, ad Imperium reformandum: secus, si non venerit, ipsos a iuramento ipsi præstito esse absolutos. 86) Hoc decretum per Ioannem Talberg Equitem cum Ciuitatibus Imperii communicabant. Hæ equidem reliquos Ordines omnibus modis ab hac sententia dehortari conabantur, habito inter se desuper Moguntiæ conuentu, omnia tamen erant frustranea. Stato die Lansteini conuenientes tres Electores Ecclesiastici Ioannes Moguntinus, Fridericus Colonien-sis

und stette nit vvußent, vvas sü detent. und geriet sü verdriessen des Costens und des blenckendes vvider und fur. Litteræ Matthiæ ad Spaltzingerum apud WENCKERVM *Archiv. p. 267.* CVSPINIANVS p. 391. *quæ omnia Rupertus Palatinus, vt nascenti occurret calamitati, cum animo reputaret, ex officio suo imperii Principes ad publica conuocat comitia. Nondum enim aurea bulla Caroli firmata erat, qua hodie electores in conuocandis principibus vtuntur, qua Moguntinus, defuncto Cesare pro nouo substituendo, imperii proceres accersit. Iam autem diu ante tractatus ac deliberationes plures inter se habuerunt, diuersisque ac multis literis imperii res diligentius discutiebant.* Licet de Ruperti conuocatione non constet, potius contrarium patet ex actis, Iohannem Moguntinum secundum A. B. conuocasse reliquos Electores.

79) *Appar. I. P. p. 15.*

80) Extat illud in OBRECHTI *Apparatu I. P. ab initio*, apud MVLLERVM *Reichs-Tags-Theatro unter K. Fridrich dem V. I. Vorst. c. XXIII. §. VI.*

81) Extat hæc confœderatio in Obrechti apparatu *p. 21.* Dictæ litteræ c. l.

82) *pag. 29.*

83) *pag. 31.*

84) Omnes qui Comitiis interfuerint, recensentur p. 95.

85) GOBELINVS PERSONA æt. VI. c. LXX. *cum igitur Wenceslaus rex schisma, quod in Ecclesia Dei ab exordio regni sui per annos XV. durauerat, de quo infra dicetur, conniuentibus sustinuit oculis, nec ad exstirpandum ipsum animum quoquo modo intenderet, regnique negocia minus solerter disponens, coronam Imperii tanto tempore recipere neglexit, atque alia plurima decus regni denigrantia commisit, principes electores, post plurimos tractatus singulares, missis epistolis diuersis regni principibus, conuentum publicum in mense Maio in oppido Franckenfort habendum de anno Domini MCCCC. pro negociis regni disponendis, indixerunt. Quibus die statuto conuenientibus, tractatum est de electione noui regis, qui posset & vellet contra Wenceslaum regnum vindicare, defensare & reformare, quique coronam Imperii reciperet, & Ecclesiam Dei reintegraret: sed cum electionis huiusmodi negotium pro tunc non plenum sortiretur effectum, & in diem alium fuerat prorogatum, principes ab inuicem discesserunt.*

86) Extat ista inuitatio in Apparatu *p. 44.* sed nomine saltim Electorum Rhenensium præscripto, in qua hæc verba *das ir uff den nechsten tag nach sant Laurencius tag nechst kommende vvollend sin zu Obren Laynstein uff dem Rine und gein Rense uber gelegen by uns den Kurfursten und den andern fursten die auch alldar zu uns vverden kommen, als die egenante gebrechen abzulegen zu rechtfertigen und auch zu bessern und das riche vvider zu bringen als der heiligen Kirchen dem heiligen Ræmischen Rich und der gemeinen christenheit des ein grot notdurfft ist.*

87) Hæc

sis & VVernerus Treuirensis vna cum Ruperto Palatino, eo vocantes Electorem Saxonicum & Brandenburgicum, vt in facto tali cum ipsis procederent, qui tamen eo non venerunt. Postquam igitur per decem dies eos frustra expectassent, rex non veniret, nec alius pro eo responderet, ipso tanquam pro contumace reputato, & quod amplius ad Imperium intendere non valeret, illud Ruperto detulerunt, quod cum ipse susciperet, tres Ecclesiastici Electores procedebant ad depositionem Wenceslai, & d. XX. Augusti 1400. sententiam desuper ferebant in Tribunali sedentes extra portas oppidi Lanstein prope Rhenum, coram magno populo præsente, cui sententia alta voce fuit lecta, non obstante absentia Electoris Saxoniæ & Brandenburgici, 87) atque adsentiente Bonifacio IX. Papa, 88) Wenceslaum ab Imperio tanquam indignum deponunt. 89) Caussæ in ista sententia tales indicantur, quod schisma in Ecclesia Romana ortum, tanquam Ecclesiæ Aduocatus non composuerit, Imperium mutilauerit atque dissipauerit, creando non solum ex Præfecto Imperiali Ducem Mediolanensem, sed etiam plures terras non Germaniæ solum, sed etiam Italiæ ab Imperio alienando, membranas nudas Maiestatis sigillo munitas, quibus possessores quæcunque vellent, inscriberent, vendiderit, controuersias & bella, quibus Germania plurimum vexata, nulla ratione curauerit, prædationes, latrocinia aliaque Imperii mala non aboleuerit, denique vel ipse vel per alios varias personas innocentes neci dederit, aquis submerserit, flammis iniecerit, aliisque modis e medio sustulerit, 90) atque per

87) Hæc singula vberius narrat MATTHIAS SOBERNHEIM, Notarius Ruperti Regis in litteris ad Spalzingerum, apud WENCKERVM *Appar. Archiv. p. 269.* hanc addentes rationem: *Quia ipsi quatuor secundum auream bullam potuerunt, qua continet quando electores ad electionem legitime essent vocati, & si solum duo venirent hi duo procedere & concludere possent.* Claris verbis idem testatur IAC. VON KÖNIGSHOVEN *Elsaß. Chronic cap. II. p. 142.* dicens: *zeitungest verschriben die Kurfursten dem Kunige Wentzeslao mit vier botten das er keme gon Laynstein uff dem Ryne by Rense uff den nehsten tag nach sanct Lorencien tag als men zalte nach Gotz geburte MCCCC. ior sich zu verantvvorten der Artikel und der stucke die men in zige und ime ouch vverent geschriben geben, dete er das nüt so vvolient su das rich bas versorgen und fursehen. Also koment uff den vorgen antern tag gon Laynstayn III. Ertzbischove und hertzog Ruprecht von Peyern der Pfaltzgrove und ouch vil herren und andere erbare botten von allen stetten an dem Ryne vvanne su dar besant vvorent. Aber der Kunig und der Hertzog von Sahssen und der Marggrove von Brandenburg das ouch Kurfursten sint. die koment nüt dar wie doch su dar beruffen worent. Vnd do su des Küniges wol uff X. tagen gewartent und er nüt kam noch nieman von sinen wegen. do entsetzetent die drye Ertzbyschofe und der Pfatzgrove mit urteil den vorgenanten Kunig Wentzeslaus von sinir vorgeschribenen untete wegen von dem rich und würdigkeit. und seitent ledig alle gelebende Manne und getruwen des riches ir eyde die su diesem Künige hetten geton. und gebüttent in das su ime nyme gehorsam werent also ein Ræmischen Künige. dis urteil vvart geben und offentlich vor allem Volk gelesen an dem zvventzigsten tage des monats genant Augustß des vorgeschriben iores also men zalte noch Gotz geburt MCCCC. ior. donoch an dem nehsten tage ervvelten die vorgenanten drye Ertzbyschofe und anders nieman den obgenanten hertzogen Ruprecht von Peyern an das rich.* Idem patet ex litteris trium Electorum Ecclesiasticorum ad Senatum Spirensem apud LEHMANNVM *lib. VII. c. LXXIV. pag. 851.* Quod autem Elector Saxoniæ & Brandenburgicus ad hæc Comitia æque fuerint conuocati, testantur litteræ in Apparatu *p. 46.* SCHMINCK *de Wenceslao §. XXXVIII.*

88) Bonifacius quidem sub initium consensum suum publice proferre verebatur, ne forsan Bohemiam, Poloniam & Hungariam, quæ tunc mutuam inter se alebant amicitiam, a fide sua alienaret, prout patet ex ipsius epistola apud RAYNALDVM *ad a. 1400. §. XXVI.* Postea vero Papa in litteris suis, quibus Rupertum a. 1401. confirmat apud GOLDASTVM *Tom. vn. Constit. Imper p. 242.* sic scribit: *se sæpissime monuisse Electores, vt attenderent ad pericula, quæ ex tanta Wenceslai socordia Ecclesiæ atque Imperio & Religioni Christianæ imminerent. Eos itaque ad Wenceslai depositionem auctoritate Papali suffultos, concorditer processisse.* EMVNDVS *in M. Chron. Belgico p. 357. propter mala merita & alia maleficia regni Romanorum priuatus, & ab eodem destitutus fuit in Ronifacio Papa nono Wenzelaus, data electoribus Imperii potestate; alium in regem Rom. eligendi, postea in Imperatorem promouendum.*

89) Sic enim Electores ad Cardinales apud MARTENE Tom. I. p. 1636. *Nos, quorum interest, in sudore vultus nostri & tractatuum variorum & immensorum labore grauio, præfatum dominum Wencelaum ad diuersa nostra parliamenta vocauimus, requisiuimus, & pluries monuimus, vt tantorum dispendiorum periculis tamquam propugnator Ecclesiæ salubriter obuiare curaret. Quo circa nos demum eo vocati, & in certos diem & locum solemniter postulato, & nec ipso nec alio comparente, at velut maiestatem Cæsareum & regium diadema non curante, licet per plures dies expectaretur, diutius spiritu fortitudinis, timoris & intellectus desuper excitati, dominum Wenceslaum velut inhabilem, inutilem, indignum, bonorum imperii distractorem ac penitus otiosum, per nostram sententiam diffinitiuam, vicesima die præsentis mensis latam sacro Romano regno priuauimus, & omni annexa destituimus dignitate.* Hæ caussæ etiam exprimuntur in litteris MATTTHIAE, Notarii Regis Ruperti ad Wernherum Spalzingerum apud WENCKERVM *Appar. Archiv. p. 267.*

90) Extat ista apud GOLDASTVM *Tomo I. p. 379.* in Apparatu *p. 55.* in eadem hæc verba: *gelesen und usgesprochen vvard das vorgenante Ortel und Sententie von uns Iohan Ertzbisschof zu Mentze vorgenant, also von unser und der vorgenanten unser Herren der mitkurfursten vvegen an dem Ryne by Obern Laenstein Trierer bistumbs gein Brubach zugende uff eyme Stule daselbiß zu einem rechtstule erhaben als die vorgenante unser herren und mitkurfürsten und vvir daselbst zu gerichte sassen. In dem Iare nach Christi geburte dusent und vierhundert Iare in der achten Indicien an einem Freytage des zvventzigsten tages des Mandes Augusti ein vvenig fur none Zyt in dem Eilfftem Iare der Babestlichen gevvalt des allerheiligsten in Christ vaters und herren hern Bonifacii von gotlicher versehung des nunden Babist, in geinvvertigkeit des Hochgeboren Fursten, hern Iohans, des Hochgebornen Fursten hern Ruprechts hertzogen in Beiern und Pfaltzgraven by Rine &c. sons, hern Friderichs Burggraven zu Nurnberg.* Inde recenset Comites & nobiles qui interfuerint. Quod autem Papa consenserit, testatur æque EDMVNDVS DYNTERVS in M. CHRON. BELGICO p. 354.

per varia vitia & enormes excessus Imperio se reddiderit inutilem atque indignum. 91) Sigismundus tamen, VVenceslai frater, in litteris ad Cardinales verbis indignationem spirantibus desuper fuit conquestus, VVenceslaum non vocatum, nec conuictum & sine causæ cognitione Imperio fuisse priuatum. 92)

§. XIX. Licet autem tali ratione depositus fuisset Wenceslaus, magna tamen Principum & Ciuitatum Alemanniæ pars ipsum adhuc pro Romanorum Rege colebat. 93) Immo, Wenceslaus singularibus litteris ipsos adhortatur, vt in fide permaneant, ipsique contra Rupertum, electum Imp. auxilia præstent. 94) Sic etiam Iodocus, Morauiæ Marchio Argentoratensibus gratias agit prolixas, quod Regi suo manserint fideles, eosdemque rogat, vt eodem affectu illum semper prosequantur, siquidem proxime cum copiis sit aduenturus. 95) Licet Argentoratum Rupertum pro Imperatore adgnosceret. In alia epistola ad Rotenburgenses a. 1407. narrat ipse Wenceslaus, se quamprimum cum Rudolpho Saxoniæ, & Ernesto Bauariæ Ducibus, vt & aliis Germaniæ Principibus, quorum legati in Bohemia præsentes auxilia promisissent, aduenturum, ad coërcendos inimicos. 96) Censum etiam Martinianum a Ciuitatibus Imperii Imp. debitum adhuc a. 1409. a Sueuiæ Ciuitatibus postulauit. 97) Quare Vrbes Sueuiæ Imperiales a Ruperto Heilbrunnam vocatæ noluerunt ei homagium præstare, antequam a Wenceslao a iuramento absoluerentur. 98) Licet Noribergensibus fidem ob aliquot vini plaustra remisisse dicatur. 99) Aquisgranenses etiam Rupertum in vrbem suam, vt coronaretur, ob amorem VVenceslai non admittebant. 100) Clemens VII. & eius successor Benedictus XIII. ipsum constanter pro Rege Romanorum adgno-

p. 354. dicens: *destitutus fuit a Bonifacio Papa IX. Wenzelaus, data Electoribus Imperii potestate, alium in Regem Romanorum eligendi, postea in Imperatorem promouendum.* Depositionis rationes etiam adlegat EBERH. WINDECK *Hist. Sigismundi c. XV.*

91) Hæ depositionis caussæ etiam efferuntur in Electorum epistola ad Bonifacium IX. Papam apud MARTENE *Tom. I. p. 1635.* in qua de eodem: *velut inutili, otioso, negligente, ac penitus incurabili reperto.* Porro: *primo dictum VVencelaum tamquam inutilem abiiciendum, aliumque qui commendabilis vitæ, singularisque virtutum adornaretur flagrantia, decreuimus eligendum.* Iterum: *Sane, cum per præsentium temporum curricula per abusiuum præfati VVencelai regimen, imperialis potentia, vt infirma prudentia, vt stolida temperantia, tanquam temulenta iustitia, velut impia miserabiliter sit depressa, ac omni prorsus solatio destituta, Nos cupientes talibus dicti sacri imperii, immo & totius fidei incommodis feliciter obuiare, vocatis vocandis, præfatum VVenceslaum velut inutilem, terrasque & bona imperii lamentabiliter dissipantem, qui se per sua vitia varia, & excessus enormes imperiali diademate reddit indignum, coram aliorum principum illustrium & nobilium ad hoc vocatorum, ceterorumque hominum multitudine copiosa amouendum duximus.* Et in Epistola Electorum ad Cardinales p. 1336. *cum iam per plurimorum temporum curricula illustris princeps dominus VVenceslaus rex Bohemiæ, & tunc rex Romanorum, vocatione qua vocatus exstiterat se reddens indignum, otiosa torperet desidia, inhumanius maiestatem suam regiam actibus malitiose contaminans, titulo derogans augustali terras & bona sacri imperii periculosissimis alienationibus dissipando, totamque Dei Ecclesiam periculo grauissimo submittendo.* Licet SCHMINCKIVS §. *XL. & sqq.* has caussas vberius examinet, atque Wenceslaum plurimum defendere conetur. Idem egit SIGISM. SELDIVS *Rathschlag und Bedencken pro Ferdinando I. contra Paulum IV. §. XXVI.* GOLDASTVS *de R. Bohemia lib. I. c. V. §. VI.* THOMASIVS *dissert. Miscell. III. IV.* Sic etiam ipse Rupertus in litteris ad Martinum Arragoniæ Regem, apud MARTENE *Tom. I. p. 1650.* in quibus: *sinceritati regiæ significamus, quod, resonantibus per vniuersum orbem quampluribus lamentabilibus & discrimine plenis, nec amplius tolerabilibus defectibus, sacro Romano imperio per inexcusabilem illustris principis VVenceslai Bohemiæ & tunc Romanorum regis desidiam, eiusque horribilem & inhumanam conuersationem imminentibus, per quos inconsutilis Christi tunica detestanda scissura pestifero hactenus veneno fuit flebiliter enutrita, principes electores, de quorum numero tunc eramus, præfati Columnæ imperii varios & sumtuosos desuper habuere tractatus, & tandem prædictum VVenceslaum pluries per eos euangelice & canonice requisitum, & monitum publice & occulte, ac etiam successiue peremtorie vocatum, minime singula aduertentem, vocatis ad hoc vocandis, & seruatis seruandis, per eorum definitiuam sententiam rite & legitime promulgatam Romanorum regno, quod ipse tam imprudenter & opprobriose contaminauit, priuauerunt & deposuerunt ab eodem.*

92) Verba sunt EMVNDI *in Magno Chronico Belgico p. 357.* Hanc etiam depositionem pro iniusta habet AEGIDIVS BELLAMERA *dist. 40. c. 7.* scribens: *sed numquid Electores huiusmodi Imperatorem vel Regem Romanorum ab eis legitime in Imperatorem electum possunt deponere, si prætendant eum negligentem vel inutilem aut forsan criminosum? Et ideo de hoc quæro, quia his diebus Electores Imperii Regem Romanorum & Boemiæ ab eis pridem in Imperatorem electum peremptorie ad certum locum citari fecerunt, vt certa die coram eis compareret visurus & auditurus a regno & imperio Romanorum per eos se deponi. Et requisiuerunt Regem Franciæ, quod in hoc eis adhæreret. Quod Rex Franciæ ductus prudenti consilio facere denegauit.* Adde RAYNALDVM *ad a. 1400. §. XII. sqq.*

93) Sic EMVNDVS M. CHRON. BELG. *pag. 357.*

94) FVCHSIVS *addit. ad* LEHMANNVM *lib. VII. c. LIX.* Litteræ ad Argentinenses extant in *Apparatu Iur. Publ. p. 100. sqq.*

95) Prout patet ex litteris apud WENCKERVM *Appar. Archiv. p. 271.*

96) Extant litteræ *c. l. p. 273.*

97) Extant litteræ *c. l. p. 301.*

98) *Appar. Iur. Publ. p. 40.*

99) KRANTZIVS *Vandalia lib. X. cap. I.* dicens: *quum iam ciuitates Imperii nouare sacramenta nouo Regi iuberentur, soli Nurenbergenses pertinaciter inhærebant Wenzlao, asserentes, se viuente rege suo, nisi iussu eius, alteri non iuraturos. Quumque grauius vrgerentur, misere oratores, qui super ea re sententiam & nutum regis acciperent: offerentes aureorum viginti millia, si illos absolueret. Ille contempto auro mox absoluit, iubens vt optimi vini de Rheno (Bacharatense vocant) aliquot plaustra sibi mitterent. Ita summa illi de vino cura fuit.*

100) *Appar. Iur. Publ. p. 96.*

 3) THEOD.

adgnouerunt. 1) Immo Cardinales in Concilio Pisano a. 1409. Ruperti Imp. legatos minime admiserunt, potius eos eiecerunt, atque VVenceslai legatos, VVenceslaum Patriarcham Antiochenum, Simonem Episcopum Misnensem, Bornecium Costing militem audiuerunt. 2) Ipse vero VVenceslaus titulo Regis Romanorum in diplomatibus suis, etiam post depositionem fuit vsus. 3)

§. XX. Inter reliqua gesta VVenceslai est computandum, quod in Comitiis Aquisgranensibus a. 1380. Guilielmum Montensem Comitem Ducem vel creauerit vel confirmauerit. 4) Anno 1398. pacem constituit publicam ad decennium. 5) Anno 1406. in fauorem Susannæ, amasiæ suæ, singulare Balneatoribus concessit priuilegium, quo ipsos aliis opificibus æquales esse voluit, sub capitis pœna prohibens, ne quis ipsos iniuria adficiat. 6) Anno 1400. Regni insignia Praga in arcem Carlsteinensem a Carolo IV. extructam, iussit deferri, Bohemis desuper protestantibus. 7) Initia etiam caussæ Hussiticæ a VVenceslai temporibus sunt repetenda, Hussitis conniuendo se præbens fautorem 8) de quibus sub Sigismundo dicendum.

§. XXI. Vitam post hæc in Bohemia inglorius duxit VVenceslaus, 9) & dum pergeret tyrannidem in subditos exercere, a. 1403. a Sigismundo Vngariæ rege fratre suo, fuit captus, & custodiæ mancipatus, sed anno sequenti e custodia lapsus, regnum suum recuperauit. 10) Demum a. 1418. apoplexia moriebatur. Exortis enim in Pragensi vrbe mo-

1) THEOD. A NIEM *Schismate Vnionis lib. III. c. LII.*

2) Rupertus hæc ipse nuntiat Ciuitatibus apud WENCKERVM *Appar. Archiv. pag. 299.* scribens: *sunderlich haben sie den für einen Ræmischen Kunig wieder ussgevvurffen, und meynent In auch dafür zu halten, und alle des Richs Vndertan daran zu vvisen, der doch vor manigen Iaren mit Vrteil abgesetzt, und von dem Stul zu Rome vervvurffen ist, daran sie uns unsern Kurfürsten, andern Fürsten, Herren, uch und andern Steden, und allen Dutschen Landen grosse Smehede bevvisent, und nuvve Irsall misschel und Kriege in dem Romischen Riche gesellet hant.* Sic etiam EMVNDVS in MAGNO CHRONICO BELGICO p. 357. *Est etiam verum, in sacro generali Concilio Pisano, Ambasciatores Wenzelai, quos ad concilium destinauerat, fuisse nomine ipsius admissos & in sessionibus & aliis publicis actibus in locis debitis, tanquam Romanorum Regis nuncios collocatos, vt vicissim oratores dicti Ruperti, qui contra eiusdem concilii decretum partem Gregorii Papæ XII. fouebat, tanquam schismatici, ex dicto Concilio turpiter eiecti & refutati fuerunt. Sic omnes, qui in obedientia Papæ Clem. VII. & Benedicti Papæ XIII. erant, tenuerunt VVentzelaum pro Rege Romanorum.*

3) Apud WENCKERVM *c. l. p. 301.* reperiuntur litteræ Wenceslai ad Sueuiæ Ciuitates, de a. 1409. cum hac rubrica: *Wentzlav von Gots Genaden Ræmischer Kunig zu allen Zeiten Merer des Richs und Kunig zu Beheim.* In CHIFLETII *Alsatia vindicata c. IV.* reperitur ipsius Diploma de an. 1409. Antonio Duci Brabantiæ & Elisabethæ Görlicensi concessum, in quo hunc titulum gerit: *Wenceslaus Dei gratia Romanorum Rex semper Augustus & Bohemia Rex.*

4) Non desunt equidem, qui ipsum iam a. 1378. Aquisgrani a Carolo IV. factum fuisse Ducem dicant. Sic enim HERM. A LERBECKE *Chron. Com. Schauenburg p. 519. in diebus illis Carolus quartus filium suum VVenceslaum Aquisgrani Regem Romanorum fecit, & VVilhelmus Comes de Monte Ducatus dignitatem & fastigium ascendit.* GOB. PERSONA *at. VI. c. LXX. VVenceslaus filius Caroli Regnum tenuit annis XX. Hic patre præsente Aquisgrani ab Archiepiscopo Coloniensi coronatus est.* Idem dicit ERDMANNVS *Chron. Episc. Osnabrug.* apud MEIBOMIVM *Tomo II. p. 237.* TESCHENMACHER *Ann. p. II. p. 445.* hoc ad annum 1380. refert. Ast, SCHATENIVS *Ann. Paderborn. lib. XIV. p. 409.* hoc ex GELENIO confirmat, dicens: *eo in congressu Principum VVilhelmus Montium & Rauensbergensis apud nos Comes in ordinem Principum ac Ducum prouectus est a VVenceslao Rege, ex assensu Electorum ac Principum; eaque dignitas illi ac Successoribus magnifico diplomate, quod inter Gelenii monumenta reperitur, IX. Calend. Iulii confirmata est. Ita vero hoc sæculo demum tres Iuliæ, Gelriæ & Montium ad Rhenum inferiorem Comites, pari ducum dignitate ob merita fidemque Imperio præstitam exornati sunt. Marcano adhuc inter Comitum gradum relicto, etsi opibus, populis, & potentia regionis cæteris non multum inferior haberetur. Sed eo vicinis Episcopis, quibus cum hactenus continua fere bella illis fuere, metuendi assurrexere incensaque cupiditas & æmulatio proferendi limites, & oppugnandi Episcopos.*

5) Extat ista apud LEHMANNVM lib. VII. c. LXIII. *geben zu Franckenfort uff dem Meyn, nach Christi Geburte XIII. Iahre und darnach in dem LXXXXVIII. Iahre, an der Heiligen drier Kunig Tage, unser Ryche des Behemischen in dem XXXV. Iahr, und der Ræmischen in dem XXII. Iahre.*

6) Extat in GOLDASTI *Reichs-Satzungen p. II. p. 84.*

7) DVBRAVIVS *lib. XXII. p. 589.* de Carolo IV. *& inter prima, vt pretiosissimus regni thesaurus, nempe corona, & sancta reliquia, in loco maxime firmo, munitoque seruarentur, custodia illorum causa arcem de nomine suo Karolosteinam appellatam, tertio a Praga lapide intra montes ædificauit: addiditque illi duos custodes, vnum ex proceribus, alterum ex equestri ordine, grauissimo sacramento astrictos, ne receptam custodiam negligenter haberent.*

8) Hoc satis innuit Sigismundus in litteris ad Lunienses apud HARDTIVM Tom. IV. Hist. Conc. Constant. p. 1411. scribens: *talibus ergo & tam horrendis querelis & clamoribus lacrymosis cleri & populi sic afflicti hoc sacrum concilium excitatum decreuerat his diebus, contra fratrem nostrum, veluti dissimulantem prædicta. Suspicantur enim quamplurimi & argumentantur nonnulli manifeste, quod in terra & regno Principis & Regis tam potentis tantum scelus & facinus inhumanum horribileque sacrilegium sine ipsius conniuentia non poteris subrepere & inolere, cum sibi hæc, sicut decreuerat, deberent prorsus displicere: de nouo durius procedere. Modo, interuentu, quod præfati serenissimi fratris nostri honorem semper defensare disposuimus, vt tenemus, ab huius processu aliquamdiu supersedere proposuit. Arbitrans quod idem serenissimus frater noster neglecta in melius commutabit & de futuro salubrius prouidebit.*

9) AEN. SYLVIVS c. XXXIV. *ab Electoribus Imperii, comprobante Romano Pontifice, Imperio deiectus, domi torpens illaudatum egit æuum.*

10) Verba sunt GOBELINI PERSONAE *at. VI. c. LXX.* Sequitur pro more M. CHRON. BELG. *pag. 343.*

11) Ver-

be motibus, nuntius inter prandium Regis, ex improuiso superuenit, ad quem ille consternatus, a mensa surgebat. Ibi adstans prægustator, triduo, inquit, ante hoc ego futurum esse sciebam. Accepit per capillos prægustatorem Rex, illumque ante pedes suos prosternit, pugione occisurus, tanquam tanti facinoris conscium. Qui circumsteterant, ægre pugionem extorserunt, admonentes, ne cæde administri Rex Maiestatem suam coinquinaret. Qui statim apoplexia inter manus adhuc illorum tangitur, & non post multos dies moritur. Cuius corpus post dies aliquot, propter timorem populi, tempore nocturno ad castrum Pragense est deductum, & in capella sancti VVenceslai, Boemorum patroni, collocatum, & post septimanas aliquot ab inde ad monasterium aulæ regiæ, vbi sepulturam sibi elegerat, noctis tempore miserrime transductum & a piscatoribus, pistoribus & conuersis eiusdem monasterii sepultum. 11)

§. XXII. Prima ipsius vxor erat Ioanna, Alberti, Bauariæ Ducis, Hollandiæ Comitis filia, 12) quæ cum ipso Aquisgrani fuit coronata. Hac a. 1387. defuncta, 13) post alteram liberationem, a. 1400. ad firmandas vires duxit Sophiam, Stephani Fibulati, Bauariæ Ducis filiam, cum qua Pragæ nuptias magna solennitate celebrat. 14) Ex vtraque liberos non suscepit. 15)

§. XXIII. In dictis autem Francofurtensibus Comitiis, Maio mense habitis, post diem Vrbani, ad Imperium destinatus fuerat FRIDERICVS, Dux Brunsuicensis, Magni Torquati filius, vt haberent Electores, qui posset & vellet contra VVenceslaum regnum vindi-

11) Verba sunt LAVRENTII BYZYNII *p. 145.* DVBRAVIVS *lib. XXIII. ineunte.* NAVCLERVS *vol. II. Gen. XLVIII. pag. 1049.* LEHMANN *lib. VII. c. LIX.* CVSPINIANVS *p. 389.* MART. BOREGK. *Boehmische Chronic. p. 354. Es war dismahl die Gewohnheit bey den Behmen das die Leichnam ihrer Kænige vor ihrer Begrebnüß mit kæstlichen Spezereyen acht tage palsamiret, durch die Gottshauser der Stadt umgetragen, und beweinet worden. Aber nach dem sein Gemahl die Kænigin Sophia, wegen der Hussitten nicht in die Nevvstadt dorfete, und sich befahren muste, das die Husitten den Kænigl. Kærper nicht etwa ein Spot anlegeten, wurde solches unterlassen, und der Cærper des Nachts heimblich ohne allen Kæniglichen Pracht in S. Veits Kirchen begraben, und etzliche Wochen hernach von dannen gegen Kænigsaal, welches Closter den alle andere ubertraff, wie der Konig begehret hatte, gefübret, und daselbst an dem Ort zur Erden bestattet den er ihme selbst ausgesehen hatte. Als aber darnach das Kloster von denen Husiten zerstæret ward, die Begrebnuß der Kænige eræffnet und die Toden Cærper hin und her zerstrewet worden, war einer mit nahmen Musca, der dem Kænige hatte Fischlein zu verkauffen pflegen, der nahm Venceslai Cærper heimlich davon und behilt den daheim in seinen Heuße in einem Sarge. Vber eine Zeitlang da hernach die Sachen einen beßern Zustandt hatten, und Kænigs Venceslai Kærper gesucht vvard, nahm derselbe zvvanzig Gulden und gab den Kæniglichen Cærper vvieder und darnach vvurde Kænig Venceslao erst eine Kænigliche Begrebnuß gehalten.*

12) DVBRAVIVS lib. XXII. p. 595. *quo successu Carolus delectatus immorandum sibi paulo diutius, sed dimisso exercitu apud Germanos existimans, Rhenanas vrbes, & inferioris Germaniæ regiones otiose peragrans, quoad in Hollandiam peruenit, hospitio a Comite eiusdem Prouinciæ per multam gratulationem & lætitiam susceptus. Ibi tandem negotium Venceslao gratum peragendum reperit, peregitque vt filia Comitis, Ioannam nominabant, quæ Venceslao cordi erat, matrimonio eidem coniungeretur.* IO. A LEIDIS *Rer. Belg. lib. XXXI. c. II.* de Alberti liberis: *secunda filia dicta est Ioanna, quam in vxorem duxit anno Domini millesimo trecentesimo septuagesimo Wenzelaus, filius Caroli Imperatoris Romanorum, & Regis Bohemiæ, qui VVenzelaus successor patris fuit tam in imperio, quam in regno, sed non accepit liberos de Ioanna vxore sua.* Licet temporis ratione potius adsentiamur DVBRAVIO, qui circa a. 1376. nuptias fuisse contractas dicit, dum statim post eas in Regem Romanorum dicatur esse electus.

13) BALBINVS lib. IV. c. I. p. 395. *A. 1387. 1. Iun. Pragæ moritur Ioanna Regina prima Coniux Cæs. VVenceslai - - sterilis sepulta est in tumulis Regum in Cœnobio Aulæ Regiensi.*

14) *Vide supra §. XV.* CVSPINIANVS p. 390. *fuit autem hæc Sophia altera Venceslai regis vxor, filia Iohannis Ducis Bauariæ de Monaco, & soror Ernesti ducis Bauariæ. Mulier forma insigni, ac corpore valde eleganti, sed non admodum religiosa: quia fertur Hussitarum perfidia commaculata fuisse. Postea anno salutis, millesimo quadringentesimo vicesimo octauo, in Posonio oppido Hungariæ, in æde sancti Martini sepulta. Sterilis tamen erat, & nullam genuit ex Venceslao prolem. Sicut nec prima vxor Iohanna, Alberti Senioris Ducis Bauariæ & Hollandiæ Comitis filia: quæ pariter infœcunda, nihil potuit generare ex hoc teterrimo monstro: fatis fortasse ita volentibus. Quandoquidem si prolem protulisset virilem, forte vniuersa Christiana periclitata fuisset religio: licet Annales Polonorum tradant Euphemiam filiam fuisse Venceslai regis Bohemiæ, quam Vladislao secundo regi Poloniæ quidam desponsare conabantur, sed ex qua fuerit vxore incertum est.* BALBINVS *lib. IV. c. I. p. 402.* ex Weleslaii Genealogia Msta. *A. 1400. 15. Martii, Sophia secunda VVenceslai Cæsaris Coniux, Ioannis Monachiensis in Bauaria Ducis F. Pragæ summa celebritate coronatur, commendant eius formam & venustatem oris plurimi scriptores, tradunt ei a confessionibus sacris Ioannem Huss, postea hæresiarcham fuisse, cuius ope ille in Regis ac procerum gratiam insinuauit sese - - Sophia post coniugis obitum Hussi regum, quo progressu esset animaduertens, totum se poenitentiæ dedit, pieque A. 1435. in fine Septembri Presburgi decessit, in S. Martini ecclesia tumulata.*

15) ANDR. PRESBYTER *p. 97. VVenzeslaus Rex Bohemiæ, quondam Rom. Rex sine heredibus moritur.* BALBINVS vero *Epitome Rer. Bohemicarum lib. IV. c. V. p. 432.* ex libris Mstis sic tradit: *VVenceslaus Rex, audita Pragensi tragoedia in arce sua Noua, prope pagum Curadicz d. 16. Augusti A. 1419. ex furore, quem conceperat, apoplexia & sideratione contactus, moritur, vixit annis LVIII. ex duplici coniugio nulla prole relicta, imo in eo magicis artibus genituram extinctam Zidek libro Chronicorum affirmat. Poloni tamen scriptores quidam filiam ei Euphemiam tribuunt, seu Offkam, quam VVladislao, Poloniæ Regi, desponsatam fuisse asserunt. Ast istud sine dubio de Sophia VVenceslai relicta vidua intelligendum est, & facile ex Zoffka, Offka, id est Sophia Euphemia fieri potuit, quod lingua nostra Slauica periti non negabunt.*

vindicare, defendere & reformare. 16) Licet in iisdem Comitiis Elector Moguntinus ipsi potissimum restitisse videatur. 17) Dum autem domum reuerteretur Francofurto, prope Frideslariam Hassiæ & vicum Klein Englitz, die Bonifacii vigilia Pentecostes vna cum sociis quibusdam Comitibus atque Equitibus, fuit occisus, multis captiuitati datis. 18) Occisionis rei dicebantur Henricus VValdeccius, Contzmann de Falckenberg, Fridericus de Hertingeshausen, VVernerus ab Hanstein præfecti Moguntini, 19) exinde in ipsum Moguntinum archiepiscopum Iohannem, suspicio redundabat, qui tamen litteris non solum, sed etiam iuramento coram Bernhardo, Friderici fratre, innocentiam suam declarauit. 20)

16) Vide supra §. *XVIII.* Fridericum autem ad hæc Comitia ab Electoribus fuisse inuitatum, patet ex litteris Henrici, fratris eius de cæde ipsius scriptis in Appar. *p. 53. vvie des Richs Kurfursten unsern lieben bruder Hertzogen Friederich von Brunschvvig und Lunenburg zu Francfort in yren versiegelten Brieffe umbodet und geladen hatten und auch nach ihrer bede da gevvest ist.* CVSPINIANVS p. 399. *est itaque rex designatus Fridericus dux Braunsvvicensis, Princeps bellicosus ac prudens, filius Magni Iunioris ducis in Braunsvvig ac Lunenburg, & Catharina eius vxoris, filia VValdemari, vltimi Marchionis Brandeburgensis ex antiqua familia Marchionum Brandeburgensium.*

17) Hinc in apographo tabulæ vernaculæ, in Basilica S. Blasii Brunsuicensi suspensæ apud LEIBNITIVM Tomo III, p. 48. *Anno 1400. vvas eine versamlunge der Corfoersten, umb de ervveblung eines Keysers tho Franckfort, unde den maisten Stimmen dersulven gefullen up Hertogen Friederiken, Hertogen tho Brunsvvyk in Lunenborg, durch insperunge des Bischoppes von Meinz aber viendelik van ander gahn, is Hertoge Friederik in guten sekeren geleyde by Frisler ersteken, un in den Doem tho Brunsvvyk begraven.* Idem patet ex BOTHONIS *Chronico picturato ad a. 1400.* vbi dicitur: *so vvas de kore gevallen upp Hertoghen Fredericke to Brunschvvick unde Lunenborch, de dar ock sulvest to der stidde vvas, einde dat vorbleyff von hates vvegen durch rad des Bischoppes to Mentze, so dat de kore to der tyt vorbleyff, dat sick de Herren van ander scheden.*

18) GOBELINVS PERSONA c. l. *cumque Dux Saxoniæ, & Fridericus Dux de Brunsvvich, cum aliis nobilibus se versus Saxoniam, per dioecesin Moguntinam, nihil hostile suspicantes dirigerent, Henricus comes de VValdegge, collecta armatorum multitudine, eos hostiliter inuasit. Vnde suis hinc inde dispersis, Dux Saxoniæ cum quibusdam aliis captus est, & Fridericus Dux de Brunsvvick occisus est.* Tempus indicat Rythmus iste antiquus, quem MEIBOMIVS adducit de Friderici Brunsuic. electione *pag. 422.*

est morti deditus de Brunsuic Dux Fridericus
vigilia festi pentaque die Bonifaci.

Idem dicit CHRONICON SLAVICVM *Anno Domini 1400. Fredericus Dux Brunsvvicensis, Princeps Pacis, verbo verax, & hominibus affabilis, interfectus est, in Vigilia Pentecostes, prope Frislariam.* Extat adhuc in loco interfectionis monumentum Crucis lapideæ cum insignibus Brunsuicensibus & Epigraphe: *Nach Christi Gebort MCCCC. Iahre am Peyngstabend vvard der Hochgeborn Furst Herr Fridrich Herzog zu Braunschvveig und Luneb. erslagen des Sele ruge in Frede.* Adde HENR. MEIBOMIVM *de Friderico Brunsuicensi.*

19) Indicat eosdem Henricus Dux Brunsuicensis in litteris suis ad Ciuitates de hac cæde in Appar. p. 52. *begern vvir uch clegelich zu vvissende vvie derselbe unser liebe bruder uff der vvieder Reise uns Iemerlichen abe erslagen ist die syne und unsere abe gefangen und gros gut genommen vor der stat Fritzlair von des Bischoffs von Mentze miede Kurfursten, amptluden, Mannen und undersessen in syme lande und nemelich von deme von VValdecke synem ampmanne und svvager von herren Friederiche von Hertingeshusen und Herrn Contzimmanne von Falkenberg synen amptluden und Rade die dies heubtlude und anlegere gewest sint als er und wir des gantz unbesorget weren.* Ipse etiam Moguntinus Elector, Iohannes litteris ad Argentoratenses *p. 54.* hos auctores satis indicat MEIBOMIVS *p. 422.*

20) GOBELINVS PERSONA c. l. *sed quia Henricus tunc aduocatus in Rasteborg ex parte archiepiscopi Maguntini, asserit se de mandato eius hac fecisse, quod archiepiscopus negauit, & coram principibus se de hoc iuramento purgauit, Henricus spoliis restitutis captiuos dimisit.* CVSPINIANVS p. 399. *Fridericus itaque Princeps omnino dignus qui imperii habenas tractaret, sed cui cum Moguntino antistite veteres inimicitiæ erant. Dum itaque reuertitur domum Fridericus per Hassiam, reuersurus ad coronationem, haud longe a Frislaria in insidias a Moguntino subornatas, improuide incidit, & a Comite de Waldeck iussu Moguntini, impie est occisus.* Extant litteræ Iohannis Moguntini ad Argentoratenses & Moguntinos in Apparatu *p. 54.* in quibus: *das ir ander unser Herren frunde und allermenlichen erfinden und sehen moget das uns die geschichte und nyderloge getruwelichen leit ist und wir der sachen billich unverdacht sin sollen als die wir uns der auch hude uff diesen tag gein dem hochgeborn Fursten herrn Bernhart Hertzogen zu Luneburg des genanten Hertzogen Frederichs seligen bruder in geinvvertigkeit unsers lieben Herren und Oheims hern Ruprechts Paltzgrave by Rine und Herzogen in Beyern etvvie viel erbar graven herren Ruter und Knechte mit unsereme eide clerlich geluttert und entschuldiget haben.* Sic etiam ipsi cædis auctores in confessione sua, Electoris innocentiam adserunt, eum facinoris & cædis eiusdem prorsus innocentem esse, *perque sacramenta, quæ Dominis nostris omnes præstitimus, affirmamus, eum illius neque consilio, neque facto, cognitione & auxilio conscium vllo modo fuisse.* Ex his rationibus etiam Iohannem defendit SERARIVS *rer. Mogunt. lib. V. p. 868.* MEIBOMIVS p. 423. ex auctore apologiæ Waldeccianæ hanc rationem verosimilem adducit: Scilicet *ex Ottone Duce Brunsvv. & Lyn. & coniuge eius Margareta Meclenburgica natam filiam Mechtildem anno 33. seculo 14. Henrico Comiti Waldeccensi coniugem datam: Hinc ius ad Ducatum Luneburgensem enatum, & mortuo Duce Ottone, Comites Henricum modo dictum, filiumque & nepotem, Ottonem & Henricum, ius suum contra Wilhelmum, successorem & possessorem Ducatus Luneburgensis, apud Carolum IV. Imp. vrsisse, eo euentu, vt per Decreta, Actores Comites VValdeccii, in Ducis VVilhelmi terras ratione centum millium marcarum argenti puri, immissionem impetrarent, subsecuta deinde proscriptione Ducis VVilhelmi. Enata postea, mortuo VVilhelmo de successione lite inter Duces Brunsv. & Luneb. ab vna, & Saxoniæ Angariæque Duces ab altera parte, cum Comites VValdeccii iure suo idcirco potiri non possint, de capiendis aduersariis, diffidatione promissa, consilia agitasse, & hinc ortam tristem illam cædem Friderici, qui capi tantum debuerit, capi autem se non passus, perierit, vt verba Crantzii habent.*

21) GOBE-

tauit. 20) Captiui inde fuerunt liberati, spolia restituta. 21) Interim fratres Friderici vindictam bello a Moguntino atque VValdeccio sumere fuerunt conati, sed parum felici cum successu. 22) Tandem a Ruperto Cæsare a. 1403. sententia in sontes fuit pronuntiata, ipsique ad certam mulctam fuerunt condemnati. 23) Neque tamen Fridericus hic Brunsuicensis in Impp. numero erit habendus, cum vacante nondum Imperio, ad illud non electus fuit, quod deposito nondum VVenceslao, fieri haut poterat, sed ad illud saltim destinatus. 24) Quare etiam in Actis publicis illorum temporum etiam post hæc tempora saltim dicitur Dux Brunsuicensis.

21) GOBELINVS PERSONA c. l.

22) De hoc latius MEIBOMIVS c. l.

23) Extat ista apud MEIBOMIVM *pag. 428.* GOBELINVS PERSONA æt. VI. c. LXX. *eodem anno Henricus Dux de Luneburg, Bernhardus frater suus, vna cum Ottone Archiepiscopo Bremensi fratre eorum, magno congregato exercitu, venerunt contra archiepiscopum Moguntinum, & Henricum comitem de VValdegge, mortem fratris sui Friderici vindicaturi, & fuit eis adiutorio Landgrauus Hassiæ, & fere omnes Duces, Comites & Barones Saxoniæ. Sed quia exercitus magnus erat, ipsi propter victualium defectum, priusquam quidquam perficerent, cogebantur ad partes suas redire. Et deinde inter archiepiscopum Moguntinum & Henricum comitem de VValdegge ex vna, & Lantgrauium Hassiæ parte ex altera grauissima guerra continuata sunt. Ita quod neuter partium parcebat ecclesiis, aut personis ecclesiasticis & clerici, seculares & monachi indifferenter capti carceribus & lignis detinebantur.* CVSPINIANVS *pag. 392.*

24) P. LAMBECIVS equidem in addit. ad Diarium itin. Cellensis p. 286. de eodem dicit: *Catalogo Imperatorum Romanorum non est excludendus, quippe, cum certo constet, si quis secundum constitutionem S. Imperii Romani quæ Aurea dicitur Bulla, vel ab omnibus Electoribus, vel a maiori & potiori eorundem parte in Imperatorem rite eligatur, ipse autem iis consentiendo oblatam S. Imperii conditionem acceptet, & pro Imperatore se gerens, vniuersis & singulis principibus Electoribus Ecclesiasticis & secularibus omnia ipsorum iura, priuilegia, dignitates, consuetudines sine mora & contradictione confirmet, hoc facto, etsi ne Germanica quidem subsecuta sit coronatio, reuera tamen illum iam esse Imperatorem, adeoque haud iniuria titulo quoque Imperatoris condecorandum esse.* Idem confirmat H. MEIBOMIVS Iunior in dissertatione *de Friderici Ducis Br. & Lyn. in Imperatorem electione & misera cæde.* Verum, dum nondum legitime fuerit electus, ista huc non quadrant.

SECTIO OCTAVA DE RVPERTO.

§. I. Rupertus Palatinus in Imp. eligitur, multis tamen VVenceslao, aliis Iodoco fauentibus. §. II. Ruperti Corporis & animi status. §. III. Rupertus Francofurtum per sex hebdomades tres dies obsessum, solenniter intrat: Coloniæ, dum Aquisgranenses ipsum recipere nollent, coronatur. §. IV. VVenceslaus Imperium iterum adsectat. §. V. Rupertus Mediolanum Imperio vindicare conatur, sed ad lacum Benacum vincitur. §. VI. Florentini ad bellum restaurandum ipsum inuitant, verum constitutis in Italia vicariis, in Germaniam reuertitur. §. VII. Rupertus Aquisgranensibus est contrarius, Brabantiam Imperio vindicare conatur. §. VIII. Bellum mouet contra Bernhardum Badensem Marchionem, Adolphum Comitem de Rauenstein in ordinem redigit. §. IX. Fœdus Marbacense. Moguntinus Imp. fit contrarius. §. X. Schisma Papale. Concilium Pisanum. §. XI. Rupertus Imperii Statibus fit exosus. §. XII. Gesta Ruperti Ciuilia. §. XIII. Mors & familia Ruperti.

§. I.

EXauctorationis sententia contra Wenceslaum publicata, Electores Ecclesiastici potissimum Rensæ, 1) præuio iuramento, se non nisi dignum esse electuros, RVPERTVM III. Palatinum, Chlem siue seuerum dictum, aliis Clementem, Ruperti tenacis filium ex Beatrice, Petri II. Siciliæ Regis filia, 2) qui cum ipsis erat, sabbato post festum

1) GOBELINVS PERSONA equidem *Cosmodrom. æt. VI. c. LXX.* dicit: *post hoc principes circa Rhenum prope Bopardiam conuenerunt, & ibi elegerunt regem, Rupertum Ducem de Bauaria & de Heidelberg, virum armis strenuum, consiliis acutum, & Deo deuotum.* Verum, Rensæ hanc electionem fuisse factum, docent litteræ Matthæi Sobernheim, Ruperti Notarii ad Spalatinum apud WENCKERVM *Appar. Archiv. p. 269. Die immediate sequenti ipsi quatuor principes accesserunt sedem regalem prope Rense celebrantes & cantantes ibi solennem missam de sancto Spiritu ipsi deuotionem vouentes, vt inspiraret eis eligere nouum regem deo gratum & suæ Christianitati vtilem, facta missa ipsi quatuor Electores iurauerunt Iuramentum in aurea bulla.* AVCTOR ANONYMVS de Vitis Pontificum & Impp. *Rupertus Dux Bauariæ & Comes Palatinus Rheni, post depositionem VVenceslai prædicti -- MCCCC. sabbato proximo ante festum B. Bartholomæi Apostoli fuit electus per D. D. D. Iohannem Moguntinum, Fridericum Coloniensem & VVernherum Treuirensem Archiepiscopos, aliis Electoribus vocatis, sed absentibus, in Rense, & ibi solenniter ad sedem Imperii positus, præsentibus quamplurimis Principibus.* Quare etiam in litteris Electorum super hac electione apud OBRECHTVM *p. 80. Datum in Sede regali prope Rense, sabbato post festum assumptionis B. M. V.* Et in aliis apud LEHMANNVM *Chron. Spir. lib. VII. cap. LXXIV. Datum in campis prope Rense.* Adde IOANNIS *Miscella Hist. Palat. p. 224.* In diplomate proclamationis dicitur: *der Allerdurchlauchtigste Furst und Herr, Herr Ruprecht zu der Zyt Pfaltzgrave by Ryne und Hertzog in Beyern nu Ramischer Kunig und von den Gnaden Gottis ein zukunfftiger Keyser unser lieber gnadiger Herr.*

2) ANDREAS PRESBYTER p. 40. *Anno Domini MCCCC. VVenceslao Rege Bohemorum per quosdam electores deposito a regno Romanorum, Rupertus vulgo Chlem nuncupatus, Comes Palatinus Rheni & Dux Bauariæ in Regem eligitur Romanorum*

stum assumptionis B. Mariæ, tanquam maiora in Collegio Electorum constituentes, die XXII. Augusti elegerunt 3) Imperatorem, dum ante promisisset, se Electorum priuilegia esse confirmaturum, statui ecclesiastico prospecturum, Mediolanensem Ducatum Imperio vindicaturum, id quod etiam de Brabantiæ Ducatu, si Iohannes Dux fuerit extinctus, promittit, noua telonia a Wenceslao constituta abrogaturum, Imperium defensurum. 4) Hoc facto, iidem Electores Ecclesiastici singulari scripto sese obligant, quod Rupertum in Imperio contra quoscunque sint defensuri. 5) Hinc eandem electionem singulis, 6) Bonifacio etiam IX. & Cardinalibus denuntiant. 7) Idemque fecit ipse Rupertus. Mittuntur quoque litteræ ad Franciscum de Gonzaga Vicarium Imperialem Mantuæ Nicolaum Marchionem Estensem, Mutinensis Ciuitatis & districtus S. R. I. Vicarium, Franciscum de Carera apud Paduam Vicario, Florentinos, aliosque. Franciscus de Carera equidem per Franciscum de Buzacharinis militem & Omnebonum de Lascola cultum & reuerentiam nouo electo promitttebat, 8) Mantuanus a Wenceslao fide se recessurum non esse, Mutinensis vero & Ferrarienses se reliquos Vicarios atque fideles S. R. I. esse secuturum. 9) Florentino vero, Luccani aliique, in litteris suis ad Electores fausta omnia Impe-

rum: licet Imperialem benedictionem non fuit adeptus. Fuit tamen in rebus bellicis strenuus & defensione oppressorum sollicitus. GEORGIVS FABRICIVS *Ann. Misn. ad a. 1405.* dicit: *Hic Rupertus Rex, non dictus est Paruus, vt multi scribunt, & in his Cuspinianus: sed (vt Pirnense Chronicon habet) Hertzog Klem, quasi dicas, Rigorosus, eo quod fortiter hostes Reip. pressit, qua ibidem ratio additur. Clemm autem pressuram seu θλῖψιν nostrate lingua significat.* Idem dicit MART. BOREGK *Bæhm. Chronic. Tom. I. pag. 334. Rupertus Pfalzgraff am Rein und Hertzog in Beyern den man sonst Hertzog Klem, das ist, den ernsten, und nicht wie etzliche schreiben, den kleinen, nennete.* DAN. PARAEVS *Hist. Palat.* p. 182. dicit: *Ruperto II. Iuniore defuncto, Electoratus gubernationem suscepit Rupertus III. Praiunior, Adolphi simplicis Nepos, vulgo nuncupatus Clemens, a natura bonitate & morum comitate.* Idem confirmat MARQV. FREHERVS *not. ad* ANDR. PRESBYTERVM *p. 97.* FVCHSIVS *addit. ad* LEHMANNI *Chron. Spir. lib. VII. c. LIX. pag. 735.* adducit VVenceslai litteras ad Ratisbonenses, in quibus: *und Hertzog Ruprechten den man nennet Clement.* HERM. de LERBECKE Chron. Comit. Schauenburg apud MEIBOMIVM Tom. I. p. 520. *Ducem Bauariæ re & nomine Clementem concorditer elegerunt.* In *Ermahnung an die Stadt Strasburg Ihm getrue zu verbleiben. Prag Sontags vor Sant Simon und St. Iudæ an. 1401. in* APPAR. IVR. PVBL. *p. 102. Hertzog Clemmen von Beyern wieder uns und das Reich freventlichen usgeworffen.* Et p. 35. in enumeratione Principum, qui Conuentui Francofurtensi interfuerunt de a. 1400. *Hertzog Ludewig Hertzoge Clemmen Sun.* In Epistola Martini Arragoniæ Regis ad Rupertum Barcinonæ a. 1400. scriptis, apud MARTENE Tom. I. p. 1643. *Excellentissimo Principi Domino Clementi in Christo Deo fideli & eius gratia Imperatori & moderatori Romanorum semper Augusto, Martinus eadem gratia Rex.*

3) Hos etiam Electores Rhenenses saltim nominat IACOB von KÖNIGSHOVEN *Elsaß. Chronic. c. II. p. 143.* CVSPINIANVS *p. 399.* Eorundem saltim fit mentio in promissione a Ruperto facta, Appar. *p. 72.* Sic in promissione Electorum de Ruperti defensione *p. 74.* vbi etiam dicitur: *und han wir Iohan Friederich und Werner Kurfursten obgenant mit der Stymmen des durchlauchtigen hochgebornen Fursten herrn Ruprechts obgenant als unsers rechten mitkurfursten denselben herrn Ruprechts obgenant als unsers rechten mitkurfursten denselben hern Ruprecht in dem Namen der heiligen Driualtikeit und von Gabe und Innegiessung des heiligen Geistes luterlichen dem Almechtigen Got zu lobe und der heiligen Kirchen und dem heiligen Riche zu besserunge zu eyme rechten Rœmischen Kœnige gotlich recht und redelich gekorn gesetzt und gemacht, kiesen, setzen und machen mit Crafft dieses brieffes.* Sic etiam iidem saltim Electores Rhenenses Ciuitatibus VVenceslai depositionem & Ruperti electionem significant *p. 77.* & LEHMANN *lib. VII. c. LXXII. LXXIV.*

4) Extant hæc promissa in Apparatu I. P. p. 71. sub hac rubrica: *Capitulatio Ruperti Reg. Rom. als myn herre der Kunig. den Korfursten versprochen hat zu halten etliche punkte und artikel hie nach geschrieben.* Nec negandum, esse ea pacta conuenta, de certis capitibus, neque tamen ista cum Capitulationibus nostræ ætatis plene conueniunt, quæ regiminis normam præscribunt.

5) *Appar. p. 74.*

6) *Appar. p. 77-78.*

7) *Appar. p. 83. 86.* Extat epistola Ruperti ad Bonifacium Papam apud MARTENE *Tom. I. p. 1634.* in qua: *de ordine autem & modo processus totiusque facti circumstantiis cum aliis ad nuntiandum opportunis plene informabitur S. V. per certos nuncios cum sufficienti informatione ad pedes eiusdem, quo breuius fieri poterit, destinandos.* Sequitur ibidem Epistola Electorum, quibus VVenceslai depositionem & Ruperti electionem Papæ significant. In epistola vero Electorum ad Cardinales *p. 1636.* dies determinatur: *Nos ex tunc & ad statim de alio Romanorum rege in imperatorem & per Dei gratiam in reparatorem promouendo, prout nostra specialiter interest, multa deliberatione præuia cogitantes tandem XXII. die iam dicti mensis in illustrissimum principem & dominum, dominum Rupertum comitem palatinum Rheni & Bauariæ ducem nunc Romanorum regem, principem deuotum, iustum, probum, strenuum moribus & vita laudabiliter approbatum, apud Deum dilectum & homines, concordi assensu & gratia Spiritus sancti mediante, direximus vota nostra, ipsum in verum Romanorum regem & Cæsarem promouendum vnanimiter eligendo, suis ad id accedentibus consensu atque voce.* Variæ epistolæ hanc electionem concernentes reperiuntur apud eundem *pag. 1641. sqq.*

8) Prout patet ex litteris Ruperti ad ipsum, quibus gratam habet eius legationem, apud MARTENE *pag. 1658.*

9) Singulæ hæ litteræ extant apud MARTENE *Tom. I. p. 1636. sqq.* Sic etiam Ferrarienses p. 1639. *Ceterum ad partem qua reuerendissima paternitates vestræ nos exhortantur, quod velimus eundem dominum VVencelaum tamquam destitutum & abiectum, ac priuatum sacro Romano imperio, indignum & inutile reputare, & antedictum illustrissimum principem & dominum Rupertum pro vero Romanorum rege, & per Dei gratiam in imperatorem habere & tenere, dicimus respondentes quod dispositi erimus & parati facere & seruare alacri vultu, & animo latabundo, qua cæteri vicarii & fideles sacri Romani imperii facient & seruabunt tanquam status eiusdem imperii feruidi Zelatores.*

10) Apud

Imperio ventura ſperans ex Ruperti electione, cui ſe ſuaque omnia offerunt. 10) Martinus etiam de Imperio ipſi gratulabatur. 11) Licet non deeſſent Electores æque ac Principes & Ciuitates, qui Wenceslao adhuc fauerent, ipſumque etiam poſt iſta tempora pro legitimo haberent, 12) vel Iodocum Morauiæ Marchionem, Henrici Marchionis, qui frater erat Caroli IV. filium, Barbatum dictum, eligi voluiſſent. 13)

§. II. Erat iſte ſtatura paruus, ſic etiam dictus, 14) alias, dum auus ipſius atque pater æque dicti fuerint Rupertus, iunior, ſiue præiunior, 15) firma tamen valetudine & corporis viribus vtens, Princeps pius dicitur, iuſtus, amator cleri, armis exercitatiſſimus, ingenii acerrimi, litteris etiam haud mediocriter imbutus, 16) conſiliis promptus, licet ſæpius aduerſam fortunam fuerit expertus. Licet auaritiæ notam ipſi tribuatur.

§. III. Peracta electione, dum Francofurtenſes ipſum admittere nollent, Francofurtum pro more 17) per ſex ſeptimanas & trium dierum ſpatium cum numeroſa Procerum

10) Apud MARTENE *p. 1639. 1643.*

11) Extat epiſtola apud MARTENE *pag. 1642.* cum multis lætitiæ ſignis.

12) M. CHR. BELG. p. 328. *VVenceslaus enim ſemper magnam partem Principum & Ciuitatum Alemanniæ habuit pro ſe, qui pro Rege Romanorum coluerunt. Quod vero prædictus Sigismundus rex Vngariæ frater eius poſt diſceſſum Ruperti, contra VVenzelaum in Regem Rom. fuit electus, hoc contigit (vt in Karleſtein ipſemet nobis retulit) de ſuo conſenſu, & cum proteſtatione, vt prædict. Rex Vngariæ frater ſuus Imperator fieret, & ipſe Rom. Rex mandat. Eſt etiam verum, in generali concilio Piſano Ambaſciatores VVenzelai quos ad concilium deſtinauerat, fuiſſe nomine ipſius admiſſos, & in ſeſſionibus & aliis publicis actibus in locis debitis, tanquam Romanorum Regis nuncios collocatos, vt viciſſim oratores dicti Ruperti, qui contra eiusdem concilii decretum partem Gregorii Papæ XII. fouebat, tanquam ſchiſmatici, ex dicto concilio turpiter eiecti & refutati fuerunt. Sic omnes qui in obedientia Papæ Clem. VII. & Benedicti Papæ XIII. erant, tenuerunt VVenzelaum pro Rege Rom. De cuius quidem regis VVenzelai priuatione & contumeliis illatis dictus Rex Sigismundus germanus eius per literas fuit conqueſtus Cardinalibus dicti Papæ Bonifacii, videlicet quod ipſe VVenzelaus non vocatus, non conuictus, & ſine cauſæ cognitione fuerit priuatus, quodque idem Bonifacius, die noctuque nihil aliud cogitare videretur, niſi vt modum inueniret, quo ipſum Sigismundum ex regno Vngariæ eiicere poſſit.* Extat etiam apud MARTENE *Tom. I. p. 1638.* Francisci de Gonzaga, Mantuani Ducis epiſtola ad Cardinales, qua profitetur: *propterea, præfati ſereniſſimi domini mei, domini, VVencelai Romanorum regis, a quo mea recognoſcit deuotio, & cui homagium & fidelitatem iuraui, deuotus & humilis ſum ſeruitor, & ad eius, vt teneor, ſum eſſemque ſemper obedientiam mandatorum paratus.*

13) NAVCLERVS vol. II. Gen. LXVII. p. 1032. *Iodocus, Marchio Morauiæ, depoſito VVenceslao, a Moguntino & Colonienſi Archiepiſcopis, Rex Romanorum electus. Sed is breui tempore mortuus, in Bruna, vrbe Morauiæ, ſub Regali ſceptro ſepelitur.* MVTIVS lib. XXVI. p. 265. *conueniunt, iuxta Maiorum decreta, Principes Electores Francofordiæ, cauſa eligendi alium Imperatorem; ſed non concordarunt, alii enim Rupertum C. P R. Epiſcopus Moguntinenſis & Colonienſis Iodocum, Morauiæ Marchionem, elegerunt.* Licet hoc omnino dubium videatur ex ante dictis, cum Electores Rhenenſes Rupertum elegerint. Iſta tamen intelligenda ſunt de Iodoci electione poſt Ruperti mortem facta. Hic ſecundum CVSPINIANVM p. 390. *Barbatus eſt dictus, quod barbam nutriuerat, qua ſola ſe virum oſtentabat, cum nullas alias animi haberet virtutes. Homo alioqui inutilis, & qui veritatem non amabat: promittens quæ neque præſtare poterat, neque ſi poſſet, ſeruare voluit.*

14) CVSPINIANVS p. 391. 392. *Rupertum hunc Ducem Bauariæ atque Palatinum, virum armis exercitatiſſimum, ingeniique acerrimi ac inſignem iuſtitiæ cultorem, ſtatura alioqui paruum Regem declarant ac inſtituunt.*

15) Sic enim diſtinguuntur in Diplomate pacificationis Comitis Emichonis de Leiningen factæ a. 1376. inter ipſum, & Moguntiam, VVormatiam & Spiram, mediante Ruperto Seniore, Comite Palatino: *Hertzog Ruprecht der Altere, Hertzog Ruprecht der Iüngere, Hertzog Ruprecht der alleriungſte, Oberſte Droſſeſſe des Heil. Ræmiſchen Riches und Hertzoge zu Beyern* apud TOLNERVM *Cod. Diplom. Palat. p. 114.* Sic in Diplomate Ruperti Senioris Comitis Palatini & Electoris de a. 1380. Eccleſiæ Collegiatæ S. Aegidii in oppido, quod noua Ciuitas dicitur, fundatæ, apud TOLNERVM l. c. *Nos Rupertus Præiunior, Dei Gratia, Comes Palatinus Rheni & Bauariæ Dux.*

16) ANDR. de MARINIS litteris ad Rupertum Venetiis 4. Martii an. 1402. apud MARTENE *Tom. I. pag. 1696.* ipſius laudes admodum prædicans inter alia ſic ſcribit. *Quis digna merita reddet ingeniis niſi tu piiſſime & omnium modernorum principum litteratiſſime?* In litteris Argentoratenſium ad Rotwilenſes die Sabbathi poſt feſtum Catharinæ a. 1400. *da ſaben wir an die Biederlekeit, Fridelicheit und Gerechtigkeit, die unſer Herr der neue Kænig an Iar het, von der wir viel und lange gehæret haben* apud IACOBVM WENCKERVM Appar. Archiv. p. 272. & CVSPINIANVM *p. 392.* Electores in Miſſiuis ad Cardinales ipſum vocant *Principem deuotum, probum, iuſtum, ſtrenuum, moribus & vita laudabiliter approbatum, apud Deum & homines dilectum in* APPAR. IVR. PVBLICI *p. 88. 89.* apud MARTENE *Tom. I. p. 1636.* Ibidem *p. 85.* dicitur: *virtuoſus & Catholicus Princeps.* TRITHEMIO *in Chron. Hirſaug. ad a. 1400.* dicitur: *Homo certe Chriſtianiſſimus, iuſtus & pius amator Cleri.* Idem TRITHEMIVS ipſum *Manſuetiſſimum* vocat, *p. 301.* narrans, cum Infantes Ruperto ex Italia redeunti obuiam venirent, cantilenas quasdam in eum canentes, Maiorem Curiæ verberibus & minis illud prohibuiſſe, Regem vero manſuetiſſimum dixiſſe: Noli verberare canentes. Nos Dominum Deum laudamus, quod ſani & incolumes a periculis potuimus euadere.

17) Sic enim Rupertus ipſe in litteris ad Papam in apparatu *p. 90.* & apud MARTENE *Tomo I. p. 1640. & cum firmiter teneamus pro conſtanti S. V. paterna benignitate noſtris felicibus congaudere ſucceſſibus eidem confidentius vti præſentibus intimamus quod altiſſimi adiutamine fulciti obſidionem & campum cum ſtrenua nobilis militiæ aſſiſtentia per ſex ſeptimanarum & trium dierum ſpatium ante oppidum Franckefordenſe vt moris eſt peregimus Regaliter tenuimus idemque opidum abſque mora productione videlicet XXVI. Octobris celeriter intrauimus, vbi primo ac deinde in aliis ciuitatibus ac opidis pura obedientia liberrime fuimus admiſſi & conſuetis ſolempnitatibus*

rum multitudine obsedit, quo facto, postquam ipse & tres Electores Ecclesiastici vrbi securitatem promisissent, & priuilegia confirmassent, 18) in eandem fuit admissus, idemque Bonifacii IX. Papæ significauit 19) atque fidelitatis iuramentum a Ciuitatibus Rheni & multis Proceribus accepit, 20) confirmatis ipsorum iuribus atque priuilegiis, 21) Argentoratum potissimum, quæ Wenceslao adhæserat, ipsi portas aperiebat. 22) licet non omnes ipsum adprobarent. Maxime Sueuiæ Ciuitates Wenceslao non statim renuntiabant, potius Heilbrunnæ conueniebant & Ruperti Legatis Engelharto, Domino de Winsberg & Diethero de Gemingen respondebant, se Rupertum acceptare non posse, nisi a Wenceslao iuramenti, quod ipsi præstitissent, vinculo liberarentur. 23) Hinc, postquam Bauariæ Duces fuisset adhortatus ad defendendos contra Bohemiam Bauariæ fines, 24) ab Aquisgranensibus postulabat, vt ipsum exciperent, ibidemque ipse coronaretur, ad eandemque coronationem dies XXV. Nouembris iamdum fuerat destinatus, 25) eodem Iacobum de Laudenburg Wormatiensem Canonicum mittebat. Dum vero Aquisgranenses ipsum in suam Ciuitatem nollent recipere, nisi per sex hebdomadum & trium dierum spatium eandem obsederit, 26) in die Epiphaniæ a. 1401. a Friderico Coloniensi Archiepiscopo, Coloniæ fuit coronatus. 27) Ciues autem Aquenses eodem anno a Rege in personis & bonis damnati, per Ciuitates Imperii, tanquam rebelles, multa dispendia tulerunt. 28)

tatibus honorati. Intendentes auctore Deo die XXV. Nouembris de proximo ventura prauia Regali corona vt moris est in Dei laudem insigniri. Sic etiam in litteris Eiusdem Ruperti ad Ciuitatem Argentinæ 23. Nouembris scriptis in App. p. 91. *dilectionem vestram cupientes non latere quod inclitorum prædecessorum nostrorum diuorum Romanorum Regum solito more insigne opidum Franckefurt prope Mogenum diœcesis Magunt. sex septimanis & tribus diebus numerosa Principum Magnatum & Procerum Sacri Imperii nobis assistente militia firma obsidione vallauimus, qua feliciter peracta in præfato opido & in aliis adiacentibus fortalitiis ad Romanum Imperium spectantibus & deinde in Ciuitatibus, opidis & Prouinciis flumini Reni adiacentibus fuimus gloriose suscepti nostrorumque ibidem ciuium deuotam obedientiam fideliter recepimus. Iuramenta & insuper tam Ecclesiasticorum quam secularium Principum, Comitum, Baronum & Magnatum maioris partis totius Germaniæ adhærentiam & assistentiam sumus adepti continue felici progressu ad vlteriora summi Imperatoris clementia adiuuante tendere satagentes.* Confirmat hoc KÖNIGSHOVEN *c. l.* & GOB. PERSONA æt. VI. c. LXX. *Rupertus electus in regem, post electionem suam, in mense Septemb. iuxta opidum Francoford tentoriis fixis in campo vna cum principibus per septimanas & dies, prout electis ad regnum moris est, sub dio moram traxit, & postea hoc idem opidum festiuis gaudiis intrat.*

18) Sub dato *uf dem Velde vor Franckfort um den Dienstag vor Sant Simonis und Iuda Tag a. 1400.* apud LVNIGIVM *Reichs-Archiv p. Spec. Contin. I. pag. 48.*

19) Vrbem ingressus fuit d. XXVI. Octobris. Litteræ ad Papam datæ in castro Heidelberg d. 9. Nou. 1400. in APPARATV IVR. PVBL. *pag. 89.* MARTENE *Thes. Anecdot. Tom. I. p. 1636. sqq.* Adde Litteras Henrici de Mulnheim, Thomæ de Endingen, Vlrici Bockii Rulingii Barpffennigi Equitum ad Superiores suos Argentoratenses, Idem aliis Principibus significat die XXIV. Nouembris 1400.

20) Patet hoc ex *Rechtlichen Bedencken denen Stadtischen Abgesandten auf ihren Tag zu Meyntz gegeben* in APPARATV IVR. PVBLICI *p. 80. sqq.*

21) Patet hoc ex litteris Henrici de Mülnheim, Thomæ de Endingen, Rittere, Vlrich Bocks, & Rulin Barpffennig Alt Ammeister an Ire Obern Anno 1400. in WENCKERI *Collectis Archiui p. 402.*

22) Patet hoc ex litteris Ruperti Argentinæ d. 23. Nouembris datis in APPARATV IVR. PVBL. *p. 90.* & ex aliis litteris Ciuitatis Argentoratensis ad Ciuitatem Rotweilensem datis, Sabbatho proximo post diem S. Catharinæ a. 1400. apud WENCKERVM *Appar. & Instructu Archiv. p. 271.*

23) Sic enim ipsæ respondebant *sie verstunden sich der sachen nit und betten dem Kænige von Beheim als eyme Ræmischen Künige gesworn, und weret daz sie der hies uns bulden und undertenig werden so wolten sie ez gern dun,* prout ipse Imp. Argentoratensibus narrat in litteris *in App. pag. 93.* FLORENTINVS in M. CHRON. BELG. pag. 330. *VVenzelaus, propter segnitiem atque lasciuiam, ab Electoribus est ab Imperio depositus, vnde quidam hoc anno vacasse Imperium scribunt, licet Robertus statim fuerit ad Imperium electus, sed non pariter ab omnibus, nec vbique receptus.*

24) LEHMANN *Chron. Spir. lib. VII. p. 735.*

25) Patet hoc ex litteris Bonifacio IX. Papæ missis in APPAR. IVR. PVBL. *p. 90.* & apud EDMVNDVM MARTENE *p. 1636.*

26) Scripserat nempe Rupertus litteras Moguntiæ, *off den sontag fur sant Niclastag* ad Aquenses, quibus electionem de se factam nuntiaret, atque mandaret, vt ipsum susciperent, ibidem coronandum. Hoc si recusarent, coronationem Coloniæ esse celebrandam, atque Aquenses iure suo Regem coronandi, priuandos. Ad hoc respondent Aquenses: *begern wir uwer hocheit zu wissen dat vvir hulde und eyde fur Zyden gedan han dem durchlauchtigen Fursten unsern gnedigen herren VVenceslao dem Ræmischen Kænige Indeme dat auch verbrieffet und besigelt han, vveder die hulde eyde und brieffe uns nit enstet zu dun noch uvver hocheit Inzulassen ir en het zu erste sechs vvochen und dry tage vor der Stad zu Ache gelegen. Ind as vvir dann mit rechte untervvisit vvurden von den die billich und von Rechte darüber zu vvissen hant dat vvir uch von rechte schuldig vveren Inzulassen, so vvollen vvir uvver hocheit asdann Inlassen und dun das vvir uvvren gnaden schuldig sin zu dun,* vtræque litteræ extant in Apparatu *p. 94. 97.* GOBELINVS PERSONA c. l. *deinde anno Domini M. CCCC. in die epiphania, Rupertus ab archiepiscopo Coloniensi Coloniæ coronatus est. Nam ciues de Aquisgrano, vbi locus coronationis esse consueuit, ab episcopo, rege electo & a principibus requisiti, ipsum electum recipere recusabant, asserentes eis hoc non licere, quamdiu ab obedientia regis VVenceslai absoluti non essent.* HERMANNVS LERBECKE *Chron. Comit. Schauenburg p. 520. 547.* auctor est, a Geldriæ Duce VVilhemo Aquisgranenses instigatos fuisse atque animatos.

27) GOBELINVS PERSONA *æt. VI. c. LXX.* M. CHRON. BELG. *p. 342.* HERM. de LERBECKE *Chron. Com. Schauenburg,* apud MEIBOMIVM *Tom. I. p. 520.* MVTIVS *lib. XXVI. pag. 265.* LEHMANN *lib. VII. cap. LXXIV.* EBERHARDVS WINDECK *Histor. Sigismundi cap. XIII.* diem S. Martini definit. CVSPINIANVS *pag. 392.* Et quidem vt ipse Rupertus in litteris suis ad Martinum Arragoniæ Regem, datis Noribergæ VII. die Martii 1401. apud EDMVNDVM MARTENE Tomo I. p. 1650. *in Ecclesia Cathedrali Coloniensi, vbi*

lerunt. 28) Ibidem etiam & Noribergæ nonnullis Principum Ecclesiasticorum & Secularium inuestituram de feudis Imperii præbuit. Moguntinus vero & Coloniensis Principes Imperii singularibus litteris Misniæ Marchiones atque Hassiæ Landgrauios ad recipienda ab eodem feuda sua inuitabant. 29) Ipse Rupertus demum a. 1403. a Bonifacio IX. Papa, reprobato Wenceslao Imp. fuit approbatus. 30) Faciebat cum ipso Maior Principum atque Magnatum pars in Germania, potiores etiam & præstantiores Germaniæ Ciuitates, atque Arragoniæ, Siciliæ, Sueciæ, Angliæ Reges. 31)

§. IV. Wenceslaus igitur in eo sollicitus, vt fœderatorum atque amicorum ope Regnum Germanicum iterum vindicaret. 32) Carolus Rex Franciæ mittebat feria quarta post festum Andreæ 1400. Archi-Episcopum Auxitanensem & Præpositum Insulensem Legatos suos Moguntiam, mediatorem se offerens, Rupertum atque VVenceslaum inuicem conciliare cupiebat, atque annales inducias proponebat. VVenceslaus in ipsius sententiam compromiserat. Rupertus tamen atque Elector Moguntinus & Coloniensis hoc negotium ad festum Epiphaniæ Coloniæ tractandum differebant, licet omnia manserint sine effectu. 33) Sigismundus etiam Hungariæ Rex & Bohemiæ Magnates omnes conuenerant, vt VVenceslao in vindicando Regno Germanico adsisterent, dummodo nummos ipsis suppeditaret; Dum vero id facere recusaret, irati abierunt, in tantum aduersus ipsum indignati, vt potius arma in Marchionem Morauiæ & in Ducem Troppauiensem vertere, postea vero ipsum Regem perpetuæ custodiæ vellent mandare. 34) Inde VVenceslaus ad fratrem Sigismundum bis nuntios Cancellarium aliosque miserat, rogantes vt rediret. Horum precibus commotus, ad ipsum venit Sigismundus, auxilium promittens, si ipsi terras Poloniæ & Lusatiæ aliasque Regno Hungariæ confines cederet, & tandem post mortem, ipsi Bohemiam quoque vellet relinquere. His conditionibus VVenceslaus iratus euasit, in balneum abiens fratremque Sigismundum solum reliquit. 35) Destitutus igitur

Trium Regum corpora requiescunt, Regali insula prima trium coronarum.

28) Extant litteræ Ruperti ad Principes & Ciuitates Rheni Inferioris scriptæ in APPARATV *p. 97.* Ipsa vero sententia banni ab Engelhardo de VVinsberg lata reperitur in APPARATV *p. 104.*

29) Extant litteræ in APPARATV *p. 103.*

30) GOBELINVS PERSONA *c. l.* Idem docet THEODERICVS a NIEM qui *lib. II. c. XIV.* dicit, quod rediens ex Italia a Papa fuerit adprobatus. Exhibet Bullam Bonifacii IX. super hac adprobatione GOLDASTVS *Statutis & Rescriptis Imper. pag. 142.* qui tamen in margine male annum 1401. addidit.

31) TRITHEMIVS Chron. Hirsaug. ad a. 1402. *Fuerunt & alii Principes nonnulli simul & ciues, quibus VVenceslai destitutio non placuit, quorum aliquos armis Rupertus Rex sibi subiecit, cum aliis vero ad tempus dissimulans tandem omnes patientia superauit.* Europæ Reges vero illum adprobasse, patet ex illorum litteris apud MARTENE *Tom. I. p. 1642. 1651. 1682. 1706.* Isti vero qui Ruperto adhæserint, recensentur in APPARATV IVRIS PVBLICI *pag. 71. sqq.*

32) Patet hoc ex litteris eius ad Ratisbonenses, Pragæ *Mitwochs nach St. Gallen a. 1400.* in LEHMANNI *Chron. Spir. p. 733.* & ex litteris ad Argentinenses *zum Betlern des Sunnabends vor sant Mattheus Tage: & Praga des Suntags vor sand Symon und Iudas Tage 1400.* in APPARATV IVR. PVBLICI *p. 100.* Hinc male LEHMANNVS *Chron. Spir. p. 730.* & KRANTZIVS *Vandalia lib. X. cap. I.* tradunt; quod Imperio se abdicauerit Wenceslaus.

33) Extat series Ambassiatæ regis Franciæ expositæ Moguntiæ feria IV. post Andreæ apostoli, anno Domini MCCCC. apud MARTENE *Thes. Anecd. Tom. I. p. 1659.* in qua: *primo facto themate & prosecuto videlicet: Inquire pacem, & persequere eam: ex parte regis Franciæ exposuit, quod idem rex multum doleret de discordia inter dominum nostrum & regem Bohemiæ occasione imperii suborta, pro qua sedanda desideravit, quod certa præfigeretur dieta loco & tempore congruis, in qua rex Franciæ mediare vellet inter partes prædictas, sperans se eosdem componere velle, saluo vtriusque partis honore. Deinde petiit quod si & in quantum regi Bohemiæ placeret, dominus noster vellet seruare treugas ad minus annales. Tertio petiit quod dictæ dietæ dominus noster rex dignaretur personaliter interesse: quia ipse rex Franciæ se speraret effecturum, quod rex Bohemiæ etiam personaliter interesset, maxime quia idem rex Bohemiæ se ad hoc exhibuit, quod super huiusmodi dissentione stare vellet dictamini & ordinationi regis Franciæ, ad quam etiam dictam idem rex Franciæ personaliter venire, aut in casu quo impeditus foret, proximiores de suo sanguine mittere vellet.*

34) In Epistola legatorum Argentoratensium apud WENCKERVM Collectis Archiui p. 404. *das der Künig von Vngern were mit grossem Volck kommen gen Kutten uf den berg, so were ein Marggraf genant Sygemunt kommen gen Swidenitz in ein Closter darby, so werent alle Landesherren zu Beheim auch daby kommen. So were der Bohemische Kunig ouch darby uf ein Hüselin kommen, und hette der Künig von Vngern gesprochen zu dem Behemischen Künige er und die andern weren alle da, und woltend Im helffen sin ere und lant ze beschirmende, also daz er den büttel uf dete, welte er das tun, so vvoltend sie Im helfen, vvolte er das nit tun, so vvoltend sie Im nit gehelffen. Do vvart Inen von dem Behemschen Künig geantvvurtet daz er das nit meynde zu tunde. Do vvurdent der Künig von Vngern und die Landesherren zornig, und meint man der Künige von Vngern, Marggraf Sygemunt und die Landesherren vvolten mit irem Volk ziehen über Marggraf Procobe und den Hertzogen von Troppovv und vvoltend danne über den Behemischen Künige, und vvolte der Künig von Vngern den Behemschen Künig gefangen legen, und Im gnug geben bis an sinen tod.* Datum litterarum est: *Geben uff dem Man by dem Zold zu Hœchste uff dem Wasser zu der Mitvvochen vor Symonis und Iuda. Anno Domini 1400.*

35) In aliis litteris de dato feria quarta post diem festi omnium Sanctorum additur talis vlterior narratio apud WENCKERVM Collectis Archiui. p. 405. *Do schickte der alte Kunig vvider nach dem Künige von Vngern, erbere Herren sine Rede und bat in vvieder zu komende, daz vvolte der Künig von Vngern nit tun. Do schickte er andervverte zu dem Künige von Vngern den Patriarchen sin Canzeler und noch grosser Herren, und di botent den Künige von Vngern So vaste daz er vvider zu dem alten Künige kam, und do Sie bienander koment do bat der alte Künig*

tur VVenceslaus ad resistendum parum erat paratus. 36) Rupertus vero Noribergam Imperii Status conuocabat, pro defendenda Imperii corona, qui etiam eo circa Philippi & Iacobi festum veniebant. 37) Inde Heidelbergam recedebat, relicto Ludouico filio cum exercitu in Bauariæ partibus, ad obseruandos motus Bohemicos, vtque, apparente occasione, Bohemiam intraret. Hic excitato incendio in sylua Bohemica, & occupatis nonnullis Bohemiæ locis, 38) VVenceslao timorem incutiebat. Iodocus, Procopius, Morauiæ Marchiones, Fridericus Misnensis, 39) Episcopus Bambergensis & Herbipolitanus, Duces Bauariæ, Burggrauius Noribergensis se in campis Bohemiæ d. 18. Iulii 1401. cum ipso iunxerant, immo omnes nobiles & Barones Bohemici ipsi fauebant. 40) Fœderati etiam Principes Pragam per sex hebdomadas obsidione cingebant, quam tamen, dum a Ruperto Heidelbergæ otiose sedente, non adiuuarentur, iterum relinquebant. 41) Ruperto licet in Italia agente, ipsius confœderati VVenceslaum continuis bellis exercebant,

Kunig von Beheim den von Vngern daz er Ime helffen solte. Do antvvurtete ime der von Vngern das vvolte er gerne tun, also vvolte er Ime darumbe tun und vvolte ime geben daz lant von Bollanden, Lusizer-Lant und ander Lant an den Kunig zu Vngern stossende, und vvolte Im daz Lant zu Beheim machen daz Ime das noch Kunig Wenzeslaus dote vvurde, vvolte er daz dun, so vvolte er ime helfen. Do kerte sich Kunig Wenzeslaus umbe und his Im ein Pfert bringen und saz zu Stund darauff one alle antvvurte und reit in die batestube. Der Kunig von Vngern vvuste nit vvo sin bruder Kunig Wenzeslaus geritten vvaz, und stund und vvartete einre antvvurte, und do er lang gebeitete, do fragte er vvar sin bruder geritten vvere und vvo er vvere. Do seite man Ime der Kunig vver in daz bad geritten. Do vvart der Kunig von Vngern zornig und saz zu stund mit den Sinen uff und reit hinvveg.

36) Sic enim in Instructione verbalie legati ad Regem Arragoniæ ap. MARTENE Tom. I. p. 1653. *Idem, quod dominus meus rex Romanorum Dei gratia, non adeo magnam resistentiam a rege Bohemiæ passus fuerit, nec in præsentia patiatur, quin domino meo omnia in omnibus suis & sancti Imperii rebus ad votum fluant.* Et in Memoriali pro Magistro Alberto ad Papam p. 1670. *Dicatis de statu Almanniæ, quod per Dei gratiam iam plane æstimatis eum habere obedientiam omnium ciuitatum imperialium. Item. Demto rege Bohemiæ, nullum dominorum habeat aduersarium ipsum impugnantem. Item. Rex Bohemiæ pro parte domini nostri regis habet aduersarios diffidatos multos principes, quorum nomina poteritis capere in scriptis. Item. De mala affinitate & modica resistentia regis Bohemiæ.*

37) In dicta Instructione p. 1652. *Quod dominus meus rex Romanorum suos archiprincipes iamiam ablegauerit ad se, qui in festo Philippi & Iacobi proxime instante ad se versus Nurenburgam aduenient, quibus cum inibit consilium, scilicet de sua imperiali coronatione, quo tempore sese oporteat ad illam accingere, vel præparare instituendam, & etiam de aliis rebus, & quo tempore, item & tempus habendi coronationis, tempestiue & fideliter regi Aragonum annuntiabit.*

38) ANDR. PRESBYTER Chron. Bauariæ ad a. 1373. *Quædam vero apud regnum Bohemiæ manserunt, vt Pernavv, & cætera. Quousque Rupertus, vulgo Hetzog Chlem nuncupatus, regnum Romanorum suscepit, qui contra Wenceslaum Regem Bohemiæ, depositum a regno Romanorum, cum potentia Bohemiam intrauit; & ibidem facto magno incendio, quicquid erat in terra Bauariæ secus syluam, & ad dictum regnum pertinebat, iterum Principibus Bauariæ subiecit.*

39) MVLLERVS *Annalibus Saxonicis ad d. 16. Iunii 1401.* etiam mentionem facit fœderis inter Misnenses Marchiones, VVilhelmum Coditem, Fridericum, VVilhelmum & Georgium ratione huius expeditionis a. 1401. initi. In eadem expeditione Fridericus, Thuringiæ Landgrauius cum multis aliis Thuringiæ nobilibus miles factus est. AVCTOR HIST. LANDGRAV. THVRING. *c. DCCCCLI.*

40) Patet hoc ex Memoriali pro Magistro Alberto ad Papam apud MARTENE *Tom. I. p. 1679.* in quo: *quod dominus noster rex iam de facto misit filium suum primogenitum cum gentibus copiosis ad Bohemiam, & habeat adhærentiam omnium marchionum Misnensium, & marchionis Morauiæ Iodoci, & illius de Rosemberg, & quasi omnium baronum notabilium de Bohemia, & habet cum eo Burggrauium Nurembergensem, gentes ducum Bauariæ, & episcoporum Bambergensis & Herbipolensis, nec non quamplurium aliorum magnatum & procerum, & nisi ineat compositionem cum domino rege, forte priuabitur etiam regno Bohemiæ; & fuit illa congregatio dominorum præscriptorum in Bohemia in campis decima octaua Iulii;* Et paullo post: *Quod marchio Procopius Morauiæ dedit se in familiarem domino regi, & ad sibi seruiendum cum quadraginta fortalitiis quem dominus rex taliter acceptauit.*

41) Sic enim THEODORICVS A NIEM Nemore vnionis cap. XXXII. *Præterea in secundo anno assumptionis tuæ ad regni fastigium, si bene recolis, Ruperte Rex Marchiones Misnenses amici tui & pene omnes nobiles & Barones regni Bohemiæ, propter inordinatum regimen regis Venceslai, respicientes, quod ipse tuos progressus vbique videbatur modis omnibus impedire, contra ipsum regem insimul concordarunt, quod Eum tibi subiicerent manu forti, dummodo eis in hoc potenter assisteres, vt sic vnicus gloriosus existeres, ac insignia imperialia per eundem Venceslaum regem tunc & hodie præter omnem iustitiam occupata, prout tuam deceret gloriam recuperares ab ipso. Et quam libens tantam oblationem tunc assumeres, ipsisque tuis, quod vel in propria persona, per vnum de tuis filiis cum mille Lanceis strenue auxiliari velles, dummodo ipsi tantum negotium inciperent, fideliter & constanter promisisses, tamen postquam illa promissa eorum obseruauerant, & dictum regem Wenceslaum in Praga Bohemiæ vnica Metropoli valida obsidioni per vnum mensem & vltra constringerent credentes, quod eis vtique magnifice subuenires pro reipublicæ vtilitate, non venisti illuc nec alium loco tui misisti ad eos, qui tantum negotium in se sub tua spe fideque, licet fatue susceperunt. Vnde postea tantus exercitus idoneo capitaneo carens, aliquibus receptis, promissionibus ab ipso rege Wenceslao, sed eis per ipsum minime seruatis, ab obsidione huiusmodi, desperato tanto negotio remanente, recesserunt, tuque propterea saltem insigniis huiusmodi & obedientia dicti regis Wenceslai caruisti & cares hodie multique eorum, qui dum in eadem obsidione propterea rebus & corporibus eorum destructi sunt. Sed tanta desidia & negligentia, quæ redundat in totius christianitatis & reipublicæ maximum detrimentum indirecte in alia vocabula scilicet impietatem & misericordiam tibi a rudibus conuertuntur: Sicque rex piger & negligens, pius & misericors appellatur ab illis, de quo tamen tibi vt æstimo, non est cura, quia extra Heidelbergam non est vita.*

42) Qua-

cebant, 42) qui tamen Rudolphi Saxoniæ & Ernesti Bauariæ Ducis auxilio confisus 43) se adhuc Imperatorem gerebat, 44) legatos etiam in negotiis Imperii mittebat. 45) Nec deerant, qui Sigismundo adhuc erant contrarii. 46) Potissimum ipsi contrarius erat Ludouicus Dux, Aurelianensis, Caroli VI. Regis frater ob caussam Mediolanensem & Regis Bohemiæ. 47)

§. V. Dum autem Mediolanum se Imperio iterum esse vindicaturum promisisset Rupertus, decreta in Comitiis Noribergensibus expeditione, 48) Augustæ a. 1401. constituit Ludouicum Barbatum, filium suum Vicarium Imperii generalem. 49) Antequam adhuc expeditionem susciperet, instinctu Io. Galeacii, Mediolanensis Ducis, Hermannus, Medicus ipsius, ipsum Sultzbaci tunc commorantem, prolemque regiam veneno perimere cogitabat, quæ tamen conspiratio feliciter fuit detecta, & conscii deprehensi. 50) Non deerant equidem, atque inter hos, Conradus, Comes de Autisberg, qui Ruperto suaderent, vt potius cum Galeacio firmam atque bonam concluderet amicitiam, ipsi plurimum profuturam. 51) Verum, inuitatus per legatos Episcopum, Verdensem Hermannum a Leiningen, Hermannum Rode, Antonium de Monte-Catino a Bonifacio IX. Papa, 52) qui

42) Quare GOBELINVS PERSONA *Cosmodr. at. VI. c. LXX.* fin. ad a. 1401. dicit, *fideles Ruperti Wenceslaum continuis guerris pulsasse.* Hinc etiam Wilhelmus Misnensis Marchio, Stephanus Dux Bauariæ, & Fridericus Noribergensis Burggrauius ab Electoribus auxilia petebant contra Sigismundum, qui fratre captiuo, Imperii Vicarium se gerebat, vti patet ex ipsorum litteris Noribergæ die Lunæ post Festum Agnetis datis in APPARATV IVRIS PVBLICI *p. 103.*

43) Patet hoc ex litteris VVenceslai ad Rotenburgenses, de dato Karlstein die Iouis post festum Iacobi m. Iulio 1407. in WENCKERI *Apparatu & Instructu Archiv. p. 273.* in quibus: *und wir lassen uch wissen das wir mit Hülffe und Rate unser und des Heil. Riches Fürsten mit Namen Rudolffs zu Sassen und Ernsten zu Beyern Herzogen, die yezund liplichen by uns sint, und auch unsere Frunde bi Dutscher Lande, der Botschafft yzund by uns ist, zu dem H. Ryche mit Ernste und Macht tun wollen, das wir das wyder zu unser Geborsamkeit bringen.*

44) Prout Superiore Sectione §. *XIX.* fuit dictum.

45) Extant apud WENCKERVM *Appar. Archiv. pag. 310.* in quibus: *wir haben zu leste unsern Machtbotten in unsern und des H. Riches Saiten nach Vorderunge des Irwurdigen Iohansen Erzebischoff zu Mentz, des H. Riches in Dutschen Landen Ertzekantzelers, unsers lieben Neven und Fürsten, als Ime das zugeburt, zu demselben Iohansen und andern des H. Riches Kurfürsten by Ryne gesant.* Conqueritur etiam, dictos legatos ab Erhardo Forstero & sociis fuisse inuasos.

46) Patet hoc ex litteris ad Henricum Angliæ Regem in castro Heidelberg d. 17. Maii 1407. apud MARTENE *Tom. I. p. 1719.* vbi Rupertus conqueritur: *Insuper aliqui ex his, qui nos pro Romanorum rege acceptarunt & fatentur, non adeo puram voluntatem & obedientiam nobis exhibent, qualem nostro videre facere merito tenerentur.* Inter hos etiam erant Tulenses. Quare Carolum VI. Regem Francorum monet, vt ipsis suam subtrahat protectionem, apud MARTENE *p. 1666.*

47) Patet hoc ex Instructione verbali ad R. Arragoniæ, apud MARTENE p. 1652. *Quod dominus meus Rex Romanorum supra modum miretur, quod dominus dux Aurelianensis a se totus diversus sit, de causa igitur etiam atque etiam rogat regem Aragonum in omni fide, quam de ipso firmam concipit, vt si quando contingeret, eundem ducem, aut aliquem alium de corona Galliæ contra se insurgere, siue domino meo regi Romanorum negotia facessere, intentando bella, vt tunc ipsemet rex Aragonum domino meo regi Ruperto fideliter succurrere dignetur contra insultus eorum eumque quam poterit fidelissime defendat.* Et in Memoriali ad dictum Regem p. 1657. *Item affectuose desiderat, vt serenissimus princeps rex Aragonum scriptis ac aliis opportunis mediis attentet, & pro posse efficiat apud regem Franciæ, duces Bituriæ & Burgundiæ, & alios, vt informent ducem Aurelianensem, ne inquietet dominum regem Romanorum verbis aut factis, sicut hucusque dicitur fecisse contemplatione Mediolanensis ac regis Bohemiæ, & idem faciat apud ipsummet ducem Aurelianensem, & quidquid habebit pro reverso, scribat domino regi Romanorum Heydelbergam vel duci Lotharingiæ.*

48) Vide supra §. *IV.*

49) *Vide infra §. XII.*

50) Nuntiat hoc ipse Imp. Florentinis apud MARTENE Tom. I. p. 1653. *Sane XX. Aprilis in oppido nostro Sultzbach Iohannes de Oberburg olim familiaris & secretarius magistri Hermanni physici nostri, de partibus Italiæ, in quibus aliquamdiu deguit, superuenit missus ad eundem, qui occasionalibus occurrentibus coniecturis suspicione suborta deprehensus est, & sine tormento fassus est, quomodo comes Virtutum, proh pudor, detestabiliter horrendo scelere nos prolemque nostram veneno perire disponebat, per opus & operam præscripti. M. H. quem Deo teste diligebamus, ex intimis in nostris fouebamus deliciis, cui insuper salutem nostræ personæ, ac contoralis & inclytæ stirpis nostræ a tribus annis, citra, præ cunctis aliis medicis commisimus fiducia singulari. Demum præscriptus medicus noster M. H. quem etiam in vinculis detinemus, hoc item fatetur determinatius; tamque facti & pacti conscius, quomodo cupiditate alicuius, sponsionibus magnorum munerum præscripti Comitis Iohannis Galeatii, & suasionibus magistri Petri de Tusimano physici eiusdem, cuius notitiam familiarem ipso quondam existente in studio Papiensi acquisiuit, ad perpetrandum hoc scelus sit inductus.* Quare etiam Florentini de vitato veneno ipsi gratulantur *p. 1661.*

51) Patet hoc ex dicti Comitis litteris ad Rupertum apud MARTENE *Tom. I. p. 1645.* vbi scribit: *notificans reuerenter vt teneor, sicut vester fidelis, quod ad obtinendam maiestatis vestræ in partibus istis intentionem nihil melius nihil vtilius & nihil operis exequendi celerius inuenire poteritis, quam cum præfato domino meo duce Mediolani firmam & bonam amicitiam tenere, suumque salubre consilium exequi totaliter in agendis.*

52) Extat Memoriale pro magistro Alberto ad Papam apud MARTENE *Tom. I. p. 1669.* in quo: *primo, quia dominus papa exhortabatur dominum nostrum regem per ambassiatores suos, scilicet dominum Verden, Ioffridum de Lyningen, & Hermannum Rode, & tandem per dominum Anthonium de Monte Catino pro introitu celeri ad Italiam. Item. Promisit paternum auxilium, quod posset & vellet exhibere vltra omnes in Italia contra Mediolanensem.* In epistola Ruperti ad Papam p. 1653. *super nostra supplici petitione V. S. Conradum eidem Goffridum comitem de Lyningen, & Hermannum Rode præpositum*

qui ipsi Coronam Imperialem atque decimas a Clero offerebat, Florentinis, aliisque qui aduersus nimiam Io. Galeatii potentiam plurimum conquerebantur, 53) Galeatio per Fecialem bellum indicit, nisi omnia loca per Italiam Imperio subtracta, restitueret: hoc tamen respondente, se omnia feudi lege a Wenceslao tenere. 54) Rupertus igitur postquam multum temporis in apparatu consumpsisset, atque ante Pentecostem iamdum Romæ esse decreuisset, demum facta circa diem natiuitatis Mariæ exercitus congregatione, 55) mense Septembri 56) cum Elisabetha vxore & exercitu non adeo magno 5000. lancearum, mille equitum, multorum sagittariorum, aliorum armatorum adiutus, etiam a Ciuitatibus Imperialibus, per Tyrolensem Comitatum 57) Italiam intrabat, a Regibus, Arragoniæ, Siciliæ atque Castellæ, 58) Duce etiam Venetiarum, aliisque Italiæ Dynastis & Ciuitatibus petens

tum Ecclesia sancti Petri Moguntine ambassiatores nostros deuotissima oblata instantia per eosdem, & etiam per Antonium de Montecatino responsum moram implicans periculosam accepimus sub littera credentiæ. LEHMANN *lib. VII. c. LXXIV.* CVSPINIANVS pag. 393. *cum autem Bonifacius Pontifex magno illum prosequeretur amore, ne impensæ deficerent, Ruperto concessit a Clero totius Germaniæ decimas exigere. Quod cum tres archiepiscopi, Moguntinus, Colonienfis, ac Treuerensis recusarent, imperium quod sub Boemis languescere cœpit, paulatim deficiebat aperte.* De eadem decimarum exactione agit etiam GOBELINVS PERSONA *at. VI. c. LXX.* eandem tamen ad an. 1403. referens; dum dicit: *eodem anno Papa concessit regi Ruperto decimas recipere a clero Alemanniæ certis datis executoribus, qui compellerent soluere contra dicentes: cum tamen archiepiscopi & episcopi consentire noluerunt, licet a quibusdam iam colligi incepta est exactio aliorum prætermissa est.* Plura tamen subsidia petebat Rupertus, prout patet ex ipsius Memoriali pro Magistro Alberto apud MARTENE *p. 1669.* in quo: *Quare supplicat dominus rex sanctitati suæ ex confidentia benignitatis paternæ vltro se offerentis, quatenus sibi iuxta quantitatem & qualitatem tanti negotii auxilium impartiatur opportunum, quod se etiam ab eo firmiter confidit habiturum. Item. Si quæras de quanto committatur hoc sanctitati suæ, quæ melius nouit, pensatis statu negotii, conditione paterna, aliisque circumstantiis, pro vtilitate negotii iuxta decentiam suæ paternitatis quantitatem æstimare.* Inde, postquam Papa Nicolaum, Episcopum Imolensem & Michaelem de Dulcinio decretorum Doctorem & litterarum Apostolicarum correctorem, nuntios ad ipsum misisset, Imp. Conradum de Solta W. Episcopum Verdensem consiliarium & Nicolaum Bumann protonotarium & Secretarium legatos suos ad ipsum mittit, prout Credentiales docent apud MARTENE *Tom. I. pag. 1680. 1681. Datum Tridenti XVI. Octobris a. 1401.* Elisabeth etiam Augusta se ad eius vota paratam esse testatur *p. 1681. 1683.*

53) M. CHRON. BELG. p. 343. *iste Robertus imperator anno regni sui primo a Florentino populo amplam pecuniam accipiens contra Galeacium Mediolanensem Ducem maximo cum exercitu in Italiam transit, sed nulla memorabili re gesta, ad Transalpes reuertitur.* LEHMANN *lib. VII. c. XXIV.* prout etiam patet ex litteris illius ad Florentinos apud MARTENE *Tom. I. p. 1668.* Extat etiam apud Eundem *p. 1646.* PETRI de GVALFREDINIS, Veronensis Epistola, qua ipsum adhortatur ad ingressum suum in Italiam accelerandum. GOBELINVS PERSONA c. l. *eodem anno Rupertus rex in mense Septembri cum exercitu, non tamen, vt non expedierat tam forti, alpes pertransiens venit in Italiam, & receptus ibidem a Venetis, Florentinis & Bononiensibus ac Paduanis Padua hyemauit; sed quia Comes Virtutum Mediolanensium tyrannus; quem Wenceslaus rex depositus ducem fecerat, maiorem partem Lombardiæ tenuit, ipso valido conflato exercitu; totis viribus regi conabatur resistere.*

54) Extant litteræ diffidationis Oeniponte d. 25. Septembris 1401. scripta & diuersa alia introitum in Italiam concernentes, apud MARTENE *Tom. I. p. 1677. sqq.*

55) Patet hoc ex Memoriali pro Alberto ad Papam apud MARTENE *Tom. I. p. 1669.* in quo: *In die Natiuitatis Virginis gloriosæ debet esse congregatio totius multitudinis gentium, armorum, & dominorum ingredientium secum de Alemannia prope Augustam vlterius progrediendo sine mora.*

56) Patet hoc ex Memoriali pro Alberto ad Papam, apud MARTENE *Tom. I. p. 1669.* in quo: *quia ex matura deliberatione dominorum electorum decreuit circa initium mensis Septembris præsentis anni iter arripere, alii vero, secundum locorum distantiam prius, alii circa medium, alii circa finem Augusti se mouebunt.* Antequam vero Italiam intraret, idem Bonifacio Papæ & Cardinalibus per litteras non solum, sed etiam Magistrum Albertum presbyterum sancti Sebaldi in Nurenberg significabat, apud MARTENE *p. 1671. 1672.* MVTIVS vero *p. 912.* ita scribit: *plus autem temporis in apparando consumpsit, quam incipiens in animo habebat, decreuerat enim ante Pentecostem Romæ esse, & vix in autumno ad primum Italiæ limen peruenit.*

57) Sic enim in Memoriali pro Magistro Alberto ad Papam, apud MARTENE p. 1670. *Si quærat de quantitate exercitus domini regis, dicatis quod habebit circa quinque millia lancearum electorum hominum, demtis sagittariis & aliis armatis, & æstimatur multitudo equitum ad millia.* Ciuitas Argentoratensis 20. lanceas cum Ruperto trans Alpes mittebat, vt patet *aus der Stadt Strasburg Rathschlag und überkommen, wegen des Dienste über Berg zu Küng Ruprechts Romuarth der 20. Glevener Ordnung inhaltend de a. 1401.* apud WENCKERVM *de Glevenburgeris p. 1.* De vrbe Spira LEHMANN *lib. VII. c. LXXIV. Anno 1401. ist Keyser Ruprecht in Italiam wider den Hertzogen von Meiland gezogen. zu solchem Zug hat die Statt Speyer mit 10. Gleven, und an ieder mit 3. Pferden gedienet, Monatlich uff iede Glen 29. fl. zalt. Duces Austriæ dabunt sibi introitum per terras suas. Item. Dux Lupoldus obligauit se in propria persona cum mille lanceis intraturum* apud MARTENE *pag. 1669.* Rabanus etiam Episcopus Spirensis se totis cum viribus esse adiuturum profitetur *p. 1679.* Andreas de Marinis, Veronensis p. 1696. vt intranti ipsi in Italiam, ipsi fauste omnia succedant, vouet.

58) Patet hoc ex Memoriali Ruperti ad Martinum Regem Arragoniæ, apud MARTENE Tom. I. p. 1657. *Item, petit subsidium gentium ab Illustrissimis regibus Arragonum, Siciliæ, & Castellæ pro introitu in Italiam ad suscipiendum imperiale diadema, & contra Mediolanensem bona imperii occupantem, qui etiam venenositatis toxico ipsum interimere conabantur.* Qua ratione etiam cum Henrico Anglorum Rege ipsi intercesserit amicitia, docent litteræ apud MARTENE *Tom. I. p. 1682. 1684. 1685. 1686. 1700.*

59) Extant

petens auxilia. 59) Contra Franciscum de Gonzaga etiam Vicarium Imperii Mantuæ agebat, dum ipsi Nicolaus Estensis, Marchio & Vicarius Mutinensis faueret. 60) Postquam d. XVIII. Nouembris Paduam intrasset, idem Bonifacio Papæ significabat. 61) Hinc agrum Brixiensem ingrediebatur, quem militibus suis concedebat diripiendum. 62) Verum, destitutus a Papa & Florentinis, a quibus ducenta Ducatorum millia postulauerat, 63) postquam a Galeatio, qui vrbi in auxilium venerat, aliquot equestribus præliis, dum

59) Extant Ruperti litteræ Credentiæ pro Francisco de Carraria, apud MARTENE *p. 1664.* in quibus: *idcirco magnifico ac potenti viro Francisco de Carraria nostro in Padua vicario & fideli prædilecto aliqua vobiscum & cuilibet vestrûm de præfato nostro introitu commisimus pertractanda: rogantes & desiderantes affectantes, quatenus præfato Francisco fidem credulam in circa huiusmodi dicendis pro præsenti adhibere, vosque nobis & sacro Romano imperio beniuolos & obsequiosos ostendere velitis.* In alia epistola p. 1665. eundem monet, vt suam operam impendat apud Venetos, vt auxilium præstent Imperatori. Inde Michaelem Stienum Venetorum Ducem monet c. l. vt suum erga Imperium zelum factis ostendat. Idem *p. 1674.* eundem petit, vt proxime Italiam ingressuro sibi occurrat, atque auxilium præstet. Alios etiam Italiæ dynastas inuitabat ad assistendum ipsi, prout patet ex Informatione pro Iohanniolo de Cumis & Reinaldo de Moguntia, seruitore domini regis, ad dominum Petrum de Lodruno, & alios nobiles, communitates & populos in montanea Brixiæ, & in locis ibi vicinis, in qua: *debent dicto domino Petro, aliis dominis nobilibus comitantibus, & populis prædictis recipere fidem, promissionem, iuramenta, & litteras sigillatas, de obediendo, assistendo, & iuuamen & auxilium tota eorum potentia, impendendo domino nostro regi prædicto. Item, debent cum domino Petro, & aliis præfatis ordinare, prouidere & expedire, quod viæ versus Lombardiam sint dicto domino nostro regi cum exercitu suo apta, prompta, & parata, & quod ibidem inueniatur copia victualium, quæ domino nostro cum exercitu competenti pretio vendantur. - - Item. Dicti Iohanniolus & Reinaldus debent præfatis domino Petro & aliis dicere & exponere, quod se disponant & parent omnino cum tota eorum potentia ad inuadendum Mediolanensem, ita quod sint promti & parati, dictumque Mediolanensem inuadant ad longius seu tardius circa festum Michaëlis proxime futurum. Tunc enim dominus noster rex præfatus dictum Mediolanensem inuadere omnium disposuit.* Inde sequuntur p. 1668. Credentiales pro Iohanniolo de Cumis & Reinaldo de Moguntia. Sic etiam in Memoriali pro magistro Alberto ad Papam pag. 1671. *Item. De Florentinis, quomodo cum illis sit dispositum, quod ipsi habeant duo millia lancearum ad inuadendum Pisanos, Senenses &c. in succursu domini nostri regis. Item. De gentibus armorum dispositis in Italia, mille videlicet lanceis, & aliis multis armatis, qui debent venire in occursum domini nostri regis, postquam intrauerit in Italiam ad præparandum passus & faciendum scarmutias more stipendiariorum Italicorum. Item. De generali commissione facta domino Paduano, vt cum quibuslibet sacri imperii fidelibus & deuotis signanter Venetis & Ianuensibus disponat & procuret domino nostro regi auxilium impertiri, quod ipse se facturum spopondit.* Qua ratione etiam cum Burgundiæ Duce amicitiam contrahere voluerit, patet ex litteris apud MARTENE *p. 1675. sqq.* Immo, postquam Italiam intrasset, Luntzæ VIII. Nouembris 1401. victualia sibi dari petebat. Sic enim ad Michaelem Stienem, Venetiarum Ducem: *Dilectioni tuæ præsentibus notificamus, nos cum nonnullis nostris & sacri Romani imperii principibus, comitibus, baronibus, militibus, nobilibus, & aliis gentibus nostris, in itinere constitutos Italiæ, per Forum Iulii partes illas ingressuri, decernimusque in terris & locis Konigliani & terris dominii tui subiectis pernoctare, confidentes nos & nostros, locis in eisdem, tamquam apud amicos fidelissimos persistere. Quocirca desideramus, quatenus dilationibus remotis, officialibus terrarum prædictarum Konigliani & terris patentibus tuis litteris intimare & mandare volueritis, vt nobis & gentibus nostris prænarratis sumtus & victualia apud se, & in locis & terris præfactis pro pecunia congrua & condecenti ordinare, nosque & dictas gentes nostras in dictis terris & locis securari non desistant, & nos vice versa decernimus nos ad dictas gentes nostras per præfatas terras & loca absque in eisdem commorantibus notabili damno pertransituros, de qua te, & ipsos certificamus, ac nos pro eisdem litteris nostris cum præsentibus obligamus*, apud MARTENE *p. 1683.*

60) Quare Franciscum de Gontzaga increpat, quod ipsum nondum adgnouerit Regem Romanorum, apud MARTENE *p. 1679.* Nicolai Estensis vero zelum & fidelitatem erga Imperium laudat *p. 1678.* ipsique commendat Antonium de Monte-Cathino legatum suum *p. 1656.*

61) Extant litteræ apud MARTENE *p. 1684.* in quibus: *S. V. notificamus nos die XVIII. mensis Nouembris cum nonnullis nostris & sacri Romani imperii principibus, comitibus, baronibus, militibus, & aliis gentibus nostris de Alamania ciuitatem nostram Paduanam intrasse, pro recuperatione iurium & libertatum sacri Romani Imperii in his Italiæ partibus multipliciter collapsorum, sperantes & de Omnipotentis, cuius causa agitur, confisi auxilio, nec non de paternali S. V. præsidio, ac etiam nostrorum & sacri Romani imperii fidelium dilectorum succursu, nostris & imperii sacri inimicis & rebellibus feliciter triumphatis, ipsumque imperium cum fidelibus sibi subiectis ad statum bonum & pacis tranquillitatem possetemus collocare.*

62) MVTIVS *c. l.* vbi venit in Brixiæ ciuitatis agrum, concessit militibus omnia diripienda, & prædam eis reliquit, nam ea vrbs erat subiecta Galeatio, quocum erant magna odia & simultates Ruperto. Quum Galeatius, qui se ad bellum parauerat, dum Rupertus adhuc in Germania profectionem adornaret, occurrit Germanis obuiam ad defendendos Brixianos.

63) Patet hoc ex litteris Imp. ad Florentinos d. 14. Iulii 1401. apud MARTENE *Tom. I. p. 1669.* in quibus: *sine ambiguo affirmantes, quod nisi mors, aut infirmitas, quam Deus omnipotens sua auertat misericordia, impediuerit, de præsenti anno, & cum oratoribus vestris fixo tempore Italiam intrabimus, cum exercitu & victricibus nostris signis, dum habeamus illud quo maiestas nostra eget, sicut diximus Bonaccurso. Et hoc tenebat certissime, quod nisi in hoc nostro principio intolerabiles fecissemus expensas, sicut vestra cogitare debet prudentia, nostro patrimonio nostrisque reditibus absque alieno subsidio Italiam intraremus in auxilium vestrum, & vestræ libertatis augmentum, sicut fidelissimorum filiorum & deuotissimorum fidelium, quos inter ceteros in Ausonia numeramus.* Vberius hoc patet ex Punctis Tractatus inter Rupertum & Ambassiatores Florentinos p. 1662. *Imprimis serenissimus princeps dominus noster rex, pro expeditione celeriori principum, procerum, baronum, & militum secum ducendorum in Italiam, vult dono a Florentinis seruitoribus suis fidelissimis ducenta millia ducatorum, cum quibus possit intrare Italiam in exterminium comitis Virtutum, & pro honore imperii, & fauore suæ fidelissimæ ciuitatis Florentinæ,*

dum ipsi copiis equestribus esset inferior, 64) demum ad lacum Benacum *Lago di Garda* fuisset victus, 65) a Leopoldo etiam Austriaco atque Coloniensi Archiepiscopo aliisque Germaniæ Principibus desertus a. 1402. Tridentum fuit reuersus. 66)

§. VI. Licet autem Florentinorum legati ipsum rogarent, vt Galeatium armata manu supprimeret, nihilominus maioribus copiis atque pecuniis opus esse respondebat, neque contra Mediolanenses quidpiam posse obtineri, nisi iunctis Pontificis atque Venetorum copiis. 67) Dum igitur Galeatius Ruperto Romam tendenti se opponeret, 68)

tinæ; de quibus quidem ducentis millibus ducatorum, vult in Abinania, valorem centum decem millium ducatorum, quos ipse dominus rex reperiat a mercatoribus Alamannis, vel ab aliis: quibus mercatoribus dicti Florentini seruitores sui teneantur facere promissionem de soluendo in ciuitate Venetiarum dicta centum decem millia ducatorum, sub conditione, vt infra dicetur. Item. Quod dicti Florentini reliquam summam dictorum ducentorum millium ducatorum dare debeant dicto domino regi, videlicet ducatos nonaginta millia in dicta ciuitate Venetiarum, vel alibi, vbi commodius & habilius fuerit domino regi & Florentinis, pro satisfactione stipendiariorum ad duos menses proxime futuros, incipiendos a die primæ solutionis, vel promissionis faciendæ dictis mercatoribus, videlicet cum dictus dominus noster rex fuerit in Italia cum felici exercitu suo, ad inuadendum territorium comitis Virtutum hostiliter & potenter, exclusis dolo & fraude. Item: quod dicti Florentini, in casu necessitatis, pro tribus mensibus teneantur mutuare dicto domino regi vsque in summam ducentorum millium ducatorum mutuandorum de mense in mensem, prout pro rata contigit, de quibus quidem ducentis millibus ducatorum dictus dominus rex teneatur & debeat facere & præstare idoneam cautionem de restituendo ad terminum, de quo concordes fuerint, dictis Florentinis. Sic etiam ipse Imp. in litteris ad Florentinos apud MARTENE Tom. I. p. 1663. *Sed quia hortationes vestras & aliorum audiuimus, vt pro honore imperii, salute Italiæ, & sanctæ Romanæ ecclesiæ vnitate, in Latium festinum faceremus introitum, expedit vt principes nostros, proceres, atque nostram electam militiam congregemus, quorum armis & fide probata, nostram stipantibus maiestatem, intremus in Italiam, plagas eius & vulnera possetenus sanaturi. Quibus etiam principibus procul dubio tota ista & bene amplior pecunia distribuetur, vt nostras victrices sequantur aquilas, quia de Iure, & secundum consuetudinem nostram, extra Germaniam militantibus tenemus stipendia dare, quæ serenitati nostræ illos obligent. Et quamuis cognoscamus illam summam communitati vestræ & populo fore grauem, nihilominus respectu agendarum rerum in vestrum commodum toleretis.* Reprehendit hoc THODORICVS A NIEM *Nemore Vnionis cap. XXXII.* scribens: *venisti etiam ante tempus congruum & contra consilium tuorum principum ad Italiam, in qua tunc aduersarium potentissimum reperisti, te potius auaritia, quam virtutis gloria stimulante.*

64) MVTIVS p. 912. *Erat autem Galeatio, præter peditum copias instructissimas, equitatus expeditus & robustus. Primum ergo vbi alteri alteris venerunt in conspectum, prælia leniora sunt commissa equestria & pedestria: equestria autem frequentius. Fauit autem sæpius Mars equitibus Italis; peditibus vero Germanis. Tandemque pedites Galeatii continuerunt omnes se in castris; equitibus vero alacritas quotidie crescebat magis propter fauentem fortunam. Germani enim inferiores erant Italis in equis regendis. Cumque indies magis atque magis venirent in contemptum equites apud hostes (milites eorum ita despiciebant eos vt in faciem eis dixerint, Concedite nobis vsum equorum, nos pugnabimus, vocabantque eorum equos cancros) factum est, vt quidam Principes Germanorum, qui multos ex equitatu perdiderunt, domum reuersi sint: quorum vnus fuit Lupoldus, Dux Austriæ. Discessit etiam inuito Imperatore archiepiscopus Coloniensis, qui magna pars Cæsareani equitatus fuit.*

65) CVSPINIANVS p. 393. *Incessit libido Regi Italiam ingrediundi, vt hac scilicet occasione Romam facilius proficisci posset. Sed infortunatus Rex, fortunam habuit diuersam; In fine enim autumni, tempore scilicet ad arma tractanda inepto, per agrum Brixianum ad lacum progressus Benacum, terras Vice Comitum attigit, vt a Florentinis promissas acceptaret pecunias. Quæ partim solutæ sunt, partim differebantur, cum copiis Florentinorum non nimis bello exercitati. Ideoque congressus cum Vicecomitibus, succubuit, fugaque saluti consuluit. Tridentum perueniens, a Venetis iterum est vocatus, Pataniumque delatus. Nam tam Coloniensis præsul, & Leopoldus Austriæ dux, cum copiis quas in Cæsaris adduxerant fauorem, domum redierunt. Oratores Florentinorum cum maximo apparatu Venetiis reperit, & pecunias & copias multo verborum splendore promittentes. Quas cum videret multo minores promisso, Mense vno altercatione absumpto, re infecta, in Germaniam per alpes cum equitatu reuersus, res imperii cum diligentia tractauit, de Italia nihil amplius solicitus, eam permisit suis vulneribus se conficere. Licet honorificentissime esset a Venetis acceptus donatusque. Sed enarrata sua clade Pontifici, Venetis, ac Florentinis, surdis fabulam occineret, Germaniam petiit.* LVDOV. CAVITELLIVS Ann. Cremon. ad a. 1400. p. 1394. *Robertus Cæsar per eos* (Florentinos) *instigatus in Vice-Comitem sibi promissis ducentum millibus aureis, & centum millibus solum ex eis stipendio exercitus sui, vna cum præsule Coloniæ, Comite Palatino, & Leopoldo Duce Austriæ, & quindecim millibus armatorum autumni tempore descendit in Italiam, & receptis in eius parte Francisco Carrariense, & illis de Bauco, & Acio de dosso maiori, positis castris ad lacum Benacum in agro Veronense, & ibi sibi occurrentibus exercitu Facino Cane, Alberico Barbiano, & Ottone tertio, ducibus Vicecomitis, & ibi vtrinque commisso prælio victus aufugit Tridentum.* Et paullo post: *& licet Florentini & Veneti multum rogarint, ac nixi fuerint ipsum retinere in Italia, sibi oblatis copiis sub Sforcia & Rangono, quibus posset habere bellum cum Vicecomite, tamen per eos non potuit retineri, sed ex Venetis rediit in Germaniam.* ANDREAS PRESBYTER p. 40. *Hic cum exercitu magno intrauit Italiam pro Imperiali benedictione Romæ accipienda: per Ducem Mediolanensem cum magno detrimento suorum ad propria est reuersus.*

66) MVTIVS p. 912. CVSPINIANVS p. 393.

67) MVTIVS lib. XXVI. pag. 913. *Quare in magnis angustiis constitutus fuit Imperator, nam pergere sine magno discrimine, redire in Germaniam sine dedecore & existimationis iactura non potuit. Tandem tamen maluit periculose, quam turpiter agere. Animaduertens igitur peditatus alacres animos, Taruisium adiit, postea Pataujum. Patauii obuiam veniunt legati Florentinorum, qui magnam pecuniam illi dederant, antequam exiret ex Germania, & cum primum attigit Italiam, adhortantur eum aduersus Galeatium, eorum ex professo hostem, diuturnum enim cum hoc duce Mediolanensi gerebant bellum. Imperator rei difficultatem Florentinis indicauit, maioribus copiis Germanorum, maiori apparatu opus esse, curandumque, vt Pontifex Rom. & Veneti seiungant socios*

ret, 68) hic potius pacis consilia fouebat. Post Natiuitatem Christi Patauium repetiit, ibidemque expectauit mitiorem verni temporis auram, 69) Angliæ etiam Regis, aliorumque quærebat auxilia. 70) Licet autem Florentini censerent, Imperatorem omnibus modis retinendum esse in Italia, etiamsi exhaurienda esset tota Respublica. Et præterea omnibus viribus iuuandum curandumque magna diligentia, vt Veneti & Romanus Pontifex quoque accederent suis partibus. Nihilominus cum neque Florentini prompti satis essent ad promendas pecunias, neque auxiliares paratæ essent manus apud Florentinos, neque adhuc Pontifex Romanus & Veneti iunxissent se consortes belli, 71) ipse etiam de Mutinensis Vicari, constantia timeret, 72) statuit alio tempore hoc cum Duce Galeatio bellum esse gerendum. Ideo nec Romam venit, metuens Longobardorum perfidiam. 73) Exinde apud Italos male audiebat, quod ipsos non curaret. 74) Potius constituto Francisco de Carera Patauiensi Domino Vicario suo, copias suas reduxit in Germaniam. 75) Immo, cum in reditu suo Anglicanas copias ipsi in auxilium venire perciperet, illas domum iussit reuerti. 76) Galeatius vero post reditum Ruperti in Germaniam, animum adiecit ad totius Italiæ regnum, primusque conatus illi feliciter cessit, nam Bononiam in suas manus accepit, & vocabatur in certam spem capiendi Florentiam. Verum in medio cursu corripuit eum febris quædam acuta, quæ ipsum interfecit, relicta filia minorenni. 77) Opportunam inde Pontifex nactus fuit occasionem, Bononiam, Perusiam aliasque terras Mediolanensibus eripiendi. Ipsa etiam Mediolanensis ciuitas iugum Galeatiorum excutiebat, Verona Vicario Imperii Patauiensi cedebat, quæ tamen paullo post in Venetorum manus perueniebat. 78) Rupertus vero inculpatur, quod non alteram in Italiam expeditionem tunc suscepisset. 79) Nihilominus bellum per fideles Papæ & Dominum Patauien-

socios eius belli aduersus ducem gerendi. Præterea ob dictas causas, maioribus copiis in Germania conscribendis, maiorem pecuniam esse necessariam, quare magnam pecuniæ vim a Florentinis sociisque eorum petit. Legationemque remissam iubet, quam primum respondere, quid velint facere, pecuniamne numerare, an vt ipse in Germaniam reuertatur. Hæc vbi retulerunt domum legati, valde dubii redditi sunt Florentini, velintne plus pecuniæ mittere, an eam, quam primo dederant, perdere, imo non solum perdere, sed secum pecuniæ perdere: nam sciebat Galeatius, maxime ob pecuniam, quam miserant Florentini Ruperto, Germanos in Italiam venisse. Facile coniiciebant, quid conaturus esset contra Florentiam & eius socias ciuitates, post abitum Imperatoris.

68) TRITHEMIVS Chron. Hirsaug. ad a. 1400. *omnibus modis resistere audebat, viamque & transitum versus Romam interdicebat.*

69) MVTIVS *p. 914.*

70) In litteris equidem Paduæ mensis Februarii die II. anno Domini 1402. cuncta sibi in Italia fauste succedere, significat apud MARTENE *Tom. I. p. 1685.* Ex instructione vero verbali ad Regem Angliæ *p. 1686.* patet: *Dices ipsi postmodum, quod Dominus meus Rex Romanorum moliatur iter versus Romam, corona imperiali inaugurandus, & postea hac æstate in campum processurus, conflicturusque cum hostibus suis, & conaturus suas & sancti Romani Imperii vrbes & bona pro viribus lucrari; & quod non possit hoc præstare, absque bonorum amicorum consilio & auxilio, adeoque rogat ipsum etiam atque etiam dominus meus rex Romanorum, quatenus ei duo millia spathariorum in suum succursum vel auxilium mittere dignetur, & qui iter tenebunt per terras ducis Burgundiæ versus Leodium & Zwollam; atque ita trans Rhenum, & interea per nostram & ducis Austriaci regionem versus Padamiam.*

71) MVTIVS *p. 913.*

72) Patet hoc ex litteris ipsius ad Stienum Ducem Venetorum apud MARTENE *p. 1687.* in quibus: *Ceterum, Princeps magnifice, cum præfatus marchio Estensis iuuenis sit, & de facili flecti potest, timemus ne postea per informationem sinistram ab huiusmodi viis & responsionibus declinet.*

73) Hanc rationem adlegat IACOB von KÖNIGSHOVEN Strasburg. Chron. cap. II. pag. 143. *darnach zog er über berg zu Lamparten, doch kam er nit gen Rohm, er forcht der Lamperter untreue.*

74) Sic enim Itali apud THEODORICVM a NIEM *Nemore Vnionis cap. XXXII. quid nobis de illo barbaro, qui nos non curat: nec nos ipsum curare debemus.* Idem testatur, Rupertum semper hæsisse Heidelbergæ & ad Rhenum de subditis Imperii in Italia modicum aut nihil cogitans.

75) GOBELINVS PERSONA æt. VI. c. LXX. *Anno Domini MCCCCII. rex videns contra Comitis Virtutum potentiam non sufficere, & eos, a quibus in Lombardia susceptus fuerat, ac etiam Papam tam sumtuose & liberaliter sibi non assistere, Domino de Padua vicario ibidem constituto, in Alemanniam reuersus est.* TRITHEMIVS *ad a. 1402.*

76) Extant Litteræ ex Bruneke, in Episcopatu Brixiensi d. 24. Aprilis ad dictarum Copiarum Capitaneum scriptæ, quibus mandat, vt in Italiam reuerterentur, dum ipsis opus non haberet, apud MARTENE *p. 1700.* In litteris vero ad ipsum Regem Henricum, sic scribit: *Illustrissime princeps & frater carissime, celsitudini vestræ deliberatissima tam grandis subsidii nobis impartiendi oblatione promtissimaque eiusdem oblationis in duorum millium arteriorum cum sumtione effectuali executione, gratiarum quas possumus referimus actiones, perinde habentes omnino, ac si præfati vestri arterii lateri nostro victoriose adstitissent, parati etiam vice versa quibuslibet vestris beneplacitis totis nostris conatibus condescendere. Verum quia etiam ex causis sublimitati vestræ alias per nos intimandis ab Italiæ finibus ad Germaniæ partes declinamus, & ideo dictorum vestrorum arteriorum auxilio pro præsenti in dictis Italiæ partibus non egemus, deprecamur obnixius quatenus eosdem arterios vestra dilectio ad propria velit reuocare, vti etiam ipsorum capitaneo per vestram serenitatem deputato scripsimus ad Angliæ limites reuerti debere.*

77) MVTIVS *p. 914.*

78) GOBELINVS PERSONA *æt. VI. c. LXX.*

79) THEODOR. a NIEM Nem. Vnionis cap. XXXII. p. 479. *Sed abinde paulo post lares proprios repetisti, tamen nihil vtilitatis in ipsa Italia disponendo, sed post hæc infra paucos menses mortuo dicto aduersario & non adparente sibi aliquo valido aduersario in eadem Italia, illam extunc imperialiter visitare, ac in eadem iura reformare dicti Imperii non curasti.* Excusat tamen eum GOBELINVS PERSONA *l. c.* quod exactio decimarum, eo quod Archiepiscopus Moguntinus, Coloniensis & Treuirensis consentire nollent; apud quosdam fuerit incepta, apud alios omissa, iterque Italicum plane neglectum. Idem dicit M. CHRON. BELG. *pag. 373.*

uiensem contra Galeacium Mediolanensem fuit continuatum. Licet Veneti, Florentini ac Genuenses hoc ipso rerum statu multas Imperii vrbes terrasque ad se raperent. 80) Potissimum vero Ladislaus, Siciliæ Rex, turbato illo Italiæ statu, Imperium ad se rapere cogitabat, vestimento etiam suo verba inseri fecerat, *aut Cæsar aut nihil*, atque titulo Regis Romanorum vtebatur. 81)

§. VII. Dum etiam Aquisgranensis Ciuitas ipsi esset contraria, Ciuibus eius per totum Imperium saluum conductum denegabat, idemque litteris Sabbatho ante S. Valentini Episcopi feriam a. 1401. Noribergæ scriptis, non solum suis subditis, sed etiam Principibus ac Ciuitatibus Imperii, vt idem facerent, mandabat. 82) Ex Italia redux factus, Heidelbergæ d. 2. Maii 1402. in Iudicio aulico sententiam contra ipsam ferri, eandemque Imperiali banno notari volebat, 83) rogans Bonifacium IX. Pontificem, vt etiam banno Ecclesiastico istos feriret. Iubente etiam Pontifice, sententia Banni per Eccardum Wormatiensem Episcopum contra Aquisgranenses fuit pronuntiata. 84) Demum Friderici, Coloniensis Archiepiscopi interuentu, postquam Wenceslao se abdicassent, Ruperto se submittebant. 85) Defuncta etiam a. 1406. Iohanna Ducissa, Brabantiam, tanquam feudum apertum Imperio vindicare conabatur. 86) Licet Antonio fratri Ducis Ioannis iuxta voluntatem patris Philippi, Brabantia obuenerit, ideo, quod hæc defuncta Ioanna soror esset eius auiæ, magnaque ipsius matertera. 87)

§. VIII. Ex Italia redux, contra Bernhardum, Marchionem Badensem agebat, qui noua atque illicita erexerat telonia, & postquam de feudis quibusdam ab Aurelianensi Duce fuisset inuestitus, qui Imp. erat contrarius, 88) suspicionem contra se excitabat, quasi consilia Imperio noxia foueret. Imp. primum ab ipso postulabat, vt resignaret feuda Aurelianensia, ab illicitis teloneis desisteret, & caueret, ne Imp. vel Imperio damnum adferret. Respondebat ad hæc Bernhardus, Aurelianensibus feudis nihil in præiudicium Imp. vel Imperii fuisse actum, decernerent hac de caussa Electores & Imperii Principes. Agebatur feria secunda post dominicam Lætare 1402. conuentus in Spirensis Episcopatus oppido Bruchsal, ast sine successu. Imp. igitur castrum Badensis Marchionis, Mülberg obsidebat, Ciuitates Basiliensis & Alsatiæ oppidum & castrum Gemor obsidebant capiebantque. Accedebant ipsi Episcopus Argentoratensis 89) Comes Würtenbergensis, Aduocatus Imperii in Alsatia & duo Domini de Lichtenberg, quod, cum tantæ multitudini resistere non posset, ipsum Bern-

80) CVSPINIANVS p. 393. *nam tota Italia a tyrannis vexabatur vndique, qui imperii vrbes subigebant, coarctabantque ne imperio subessent. Ac sic Italici Reguli potentia ac viribus aucti, Romanis Regibus ingressum Italiæ intercludebant. Illi enim sibi Veronam, hi Pataniam atque Teruisium subiiciebant, quæ vrbes sunt Imperii, non Venetorum. Nec iis contenti, ad Forum, alii vsque & ad Histriam perrexerunt Veneti, multasque maris insulas ac maritimas vrbes suo subiecerunt imperio, partem Orientis imperii, cum Patriarchatu, Aquilegensi per fas ac nefas occupantes. Florentini Pisas sibi vindicarunt, longe lateque finitimas vrbes subegerunt. Nec Genuenses ab alienis abstinuerunt, sed passim obuia quæque occuparunt.*

81) Extant litteræ eius ad Florentinos, Romæ d. 3. Maii 1408. scriptæ, apud GOLDASTVM *Constit. Imper. Tom. I. p.* 385. vbi se appellat *Romanorum, Hungarorum, Hierusalem, Siciliæ, Apuliæ, Dalmatiæ, Croatiæ, Ramiæ, Serviæ, Galliciæ, Lodomiriæ, Comaniæ Regem.* THEODOR. a NIEM *de Schismate univ. lib. III. cap. XXVIII. XXIX. XXXIV. Nem. Vnionis cap. IX. XXVII.*

82) Extant Litteræ in APPARATV IVRIS PVBLICI p. 97.

83) Extat sententia banni in APPARATV IVRIS PVBLICI p. 104.

84) Primo quidem per Bullam 5. Non. Augusti Aquisgranensibus terminum præfigebat, ante quem ad officium Ruperto Regi præstandum redirent, & si nollent, VVormatiensi Episcopo Executionem demandabat. Idem Eccardus per Bullam singularem Aquisgranenses excommunicat, nisi pareant Regi Ruperto, prout ipsius Litteræ extant apud MARTENE p. 1713.

85) TRITHEMIVS Chron. Hirsaug. ad a. 1106. *Eodem anno Ciues Regalis oppidi Aquensis, posteaquam per annos iam quinque Ruperto Romanorum Regi contumaces, inobedientes atque rebelles exstitissent, & multa propterea sustinuissent incommoda, videntes quod in concepta rebellione sua diutius non possent subsistere, maxime cum Wenceslaus apud Bohemos etiam torpens deseruisset omnes, qui eius sequebantur partes, poenitentia ducti sunt, & veniam postulantes per medium Friderici Archiepiscopi Coloniensis in gratiam recipiuntur.* Destinatus etiam erat dies natiuitatis Mariæ vt Aquisgranum ingrederetur, prout patet ex litteris Ruperti ad Ciuitates apud WENCKERVM *Appar. & Inst. Archiv.* p. 287.

86) Prout patet ex epistola ipsius ad Ciuitates Brabantiæ apud MARTENE *Tom. I.* p. 1728.

87) FRANC. HARAEVS *Ann. Brabant.* p. 374.

88) Patet hoc ex Memoriali Ruperti ad Martinum Arragoniæ Regem Legati, Stephano Engelhardi Ambergæ d. 23. Aprilis 1401. dato, apud MARTENE *Tom. I. p.* 1653. & ex alio Ioanni de Valterra Arragonensi legato Noribergæ d. 14. Maii 1401. dato *p.* 1657. Idem docet EBERH. WINDECK Hist. Sigismundi cap. XIII. *Wenn Koenig Wenzlaw und der von Orlienze vveren vvol mit einander dran.*

89) Hæc vberius exponunt Litteræ ad Metenses scriptæ, apud WENCKERVM *Collect. Archiui p.* 406. vbi: *Vestram amicabilem prudentiam cupimus non latere, quod Dominus noster Romanorum Rex, suam indignationem generoso Domino Marchioni de Baden imposuit, pro eo quod vt dicitur idem Marchio Illustris Principis Domini Ducis Aurelianensis Vasallus effectus existat, & propterea idem Dominus noster Rex, a præfato Domino Marchione requisiuit vt quauis dilatione semota feudum seu fidelitatem, ad quam eidem Domino Duci Aurelianensi tenetur, resignaret, & ab illicitis theoloneis, quæ idem Dominus Marchio, in dominio suo instituit, de cetero desisteret, ipsique Domino Regi, de his talem cautionem præstaret, vt præfatus Dominus Rex certus existeret, quod exinde nec sibi nec sacro Imperio quauis dampna exurgerent, quia cottidie ad notitiam dicti Domini Regis deduceretur, quod præfatus Dominus Marchio tractaret negotia Romano Imperio aduer-*

Bernhardum mouebat, vt veniam peteret a Ruperto, ipsique subiectionem præstaret. 90) Adolphus etiam Comes de Rauensberg dominandi cupidine illectus, patrem suum Wilhelmum, Montensem Ducem, tanquam Ducatus dilapidatorem in arctissima custodia in castello Neuenburg detinebat, nec ipsum acerrimis licet precibus instantem, dimittere volebat. 91) Qui tamen a. 1405. astutia Henrici de Ari militis, qui Comitis Rauensburgensis æmulus erat, liberatus, ad Fridericum de Sarwerden, Coloniensem Archi-Episcopum, Zonsam fuit perductus, ab eodemque comiter exceptus, inde Coloniam perlatus. Adolphus patrem euasisse audiens, matrem ex Ducatu expellebat. Hinc cum vxore Anna, Ruperti Regis sorore ad Rupertum Imp. confugiebat, de iniuriis a filio illatis grauiter conquesturus. Adolphus autem ab Imp. ad Iudicium Palatinum citatus, non comparebat. Quare bannis fuit notatus, & bellum contumaci indictum. Parem tamen se non videns, restitutis aliquot castris, amica compositione cum parentibus transigebat. 92)

§. IX. Circa a. 1405. Comites quidam Wetterauiæ ex castris suis Buckingen, Hreiste, Hudelgesesse, Menelrys, Corben & Wasserleis multa exercebant latrocinia. Rupertus igitur ad multorum instantiam, horum castra destruebat. 93) Dum autem inter hosce

aduersa, Et si Dominus Marchio talia, præfati Domini Regis ab eo requisita facere non curaret, Dominus Rex præfatus, talia ab eo nollet nec posset ulterius sustinere, & de illis ab ipso Marchione habere respectum, ad quæ dictus Dominus Marchio valde humiliter, dicto Domino nostro Regi respondit, se fore Innocentem, & quod nihil aduersus Dominum nostrum Regem, aut sacrum Imperium machinatus esset, quodque ipse ratione eius quod dicti Domini Ducis Aurelianensis Vasallus foret factus, & specialiter ipsum Dominum nostrum regem proprio nomine nominatim excepisset. Et propterea ipse Dominus Marchio vellet contentari, quodque Principes Electores & alii imperii principes, certa hæc decernerent. Reduxitque ad memoriam Domini nostri Regis, de cognatione & hereditaria colligatione, quibus ad inuicem colligati existerent & vt ei propitius existeret, deuote deprecando, sibique nihilominus scripsit, quod suos honestos consiliarios, ad ipsius Domini Regis consiliarios ad opidum Bruchsal ad Episcopatum Spirensem pertinentem vellet transmittere, ad habendos ibidem tales tractatus, per quos si fieri posset ipse Marchio in ipsius Domini Regis gratia valeret permanere, & talium tractatuum dies placiti fuit feria secunda proxima post Dominicam Letare. Ibique ambarum partium consiliarii conuenerunt, & infecto negotio ab inuicem recesserunt. Sicque deinde præfatus Dominus noster Rex Domini Episcopus Argent. & Comes Wirtenbergensis, Aduocatus Imperii in Alsatia & duo Domini de Lichtenberg aduersus Marchionem direxerunt gressus suos, Et ipse Dominus Rex ipsius Marchionis territoria ab infra ad partes superiores, Episcopus Argent. Aduocatus Imperii & Domini de Lichtenberg a supra, ad partes inferiores, Comes vero Wurtembergensis ipsa Marchionis territoria versus Sueuiam ignis incendio multipliciter deuastarunt & destruxerunt & dampnificarunt, ad hæc Domicellus Maximinus Dominus in Rapelstein, amici nostri Kariss. Basilienses, ac ciuitates Imperii in Alsatia opidum & castrum Gemer obsederunt & finaliter ceperunt. &c.

90) TRITHEMIVS Chron. Hirsaug. ad a. 1402. *Anno prænotato Rupertus Rex de Italia in Germaniam reuersus contra Marchionem Badensem sibi inobedientem, atque rebellem, produxit exercitum, & inprimis Mulberg Castellum eius obsidione vallauit. Cernens Marchio, quod tantæ multitudini nullatenus posset resistere, humiliatus petiuit veniam, & præstitit Regi omnimodam subiectionem. Fuerunt & alii Principes nonnulli simul, & ciues, quibus Wenceslai destitutio non placuit, quorum aliquos armis Rupertus Rex sibi subiecit, cum aliis vero ad tempus dissimulans tandem omnes patientia superauit.*

91) TRITHEMIVS ad a. 1403. *Anno Friderici Abbatis tertio, Indictione Romanorum vndecima, Rudolphus Wilhelmi Ducis Montensis filius dominandi libidine inflammatus Patrem cepit, & in Castello Neuenburg, custodia mancipauit. Detestabile filii crimen in Patrem & non minus humanis quam diuinis legibus contrarium. Precabatur filium captiuus Pater, & continuis lachrymis rogabat, vt licenter omnino libereque retineret Ducatum, tantum ne carceris perire inedia pateretur: sed durior adamante filius & lachrymas Genitoris & preces contempsit, eiusque Dominium vsurpauit.*

92) TRITHEMIVS Chron. Hirsaug. ad a. 1405. *Rupertus autem Rex calamitati sororis compatiens, cum esset Princeps alioquin iustus atque rectissimus, Adolphum filium sororis, vt se de obiectis iniquitatibus purgaret, ad Iudicium Cameræ citauit Regalis, quo non comparente, sed spernente mandatum, Censuras in eum fulminauit imperiales, & contractis copiis bellum contumaci indixit. Adolphus autem cum sibi regale bellum immineret, videretque vires Regis se non posse sufferre, veniam petiit, Genitori cessit.* GOBELINVS PERSONA Cosmodr. æt. VI. c. LXX. *Eodem anno Adolphus comes de Rauensberg, patrem suum, dominum Wilhelmum, ducem de Monte nihil mali suspicantem, quasi Ducatus dilapidatorem captiuauit, & in custodia detinuit: sed anno sequente elapsus e custodia guerris contra filium insurgit, & interuenientibus tractatibus, filius quædam castra patri restituit, & sic pacificati sunt.* TESCHENMACHER Ann. p. II. p. 447. verba Chronici MS. Honsel. adducit: *vltima Wilhelmo prælia cum filio Adolpho emersere. Anno enim Domini 1403. Adolphus, naturæ Legumque regulis posthabitis, Genitorem suum Wilhelmum cepit, atque in arce Nyenberch recludens, terram ferme totam occupauit, parentibus seclusis. Verum Henricus de Are miles, Adolphi, Comitis de Rauensburch, æmulus, Wilhelmum clanculo liberatum ad Fridericum de Zarwerden, Coloniens. Archi-Præsulem, in Zoens perduxit, a quo comiter exceptus & reconsiliatus, Coloniam perductus; Interea Anna de Bauaria, Wilhelmi vxor, ad fratrem Rupertum Imperatorem confugiens, iniurias, damnaque & contumelias, a filio Adolpho Comite illatas & sibi & marito, indicauit; quare extemplo Imperiali banno notatus est, & a Papa excommunicatus, tandem moderatione Friderici Episcopi & Adolphi, Cliuensis Comitis, concordati sunt pater & filius, sic, quod Wilhelmus retineret ad vitam eius & coniugis Montensem a Wipera flumine vsque Rhenum, alteram vero partem cum Comitatu Ravensbergensi Adolphus possideret.* Adde SCHATENIVM *Annal. Paderborn. p. 476.*

93) Patet hoc *aus dem Anbringen K. Ruprechts Abgesandten bey den Reichs-Stædten a.* 1406. apud WENCKERVM *Appar. Archiv. p. 283. Item darnach sællent ir inen sagen, das der Bischoff von Mentze, meinem Herrn dem Kunige ietzundt uff den Tag zu Mentze zugesprochen habe, er habe einen Zoge in die Widerowe getan, und habe sinen Dienern Vlrich von Sweden und andern Ire Schlosz zerbrochen, und den verderblichen Schaden zugefuget und getan, und vorderte das ze kerende. Item das kam mynem Herrn*

dem

hosce plures essent vasalli Moguntini, offensus hisce, eodem anno cum Badensi Marchione Bernhardo, Würtenbergensi Comite Eberhardo, Argentoratensibus & quibusdam Ciuitatibus ad quinque annos Marbaci fœdus inibat, dictum *der Marbachische Bund*, his conditionibus, vt consiliis & ope contra Rupertum Imp. se defenderent, si vim iniustam ipsis vellet inferre. In eadem vero Moguntinus profitebatur, fœdus hoc Imp. quibusdam aliis minime aduersari, quibus pacto sit obligatus. 94) Idem Fœderati Imp significabant, addentes, se nihil contra eum, si salua eorum iura relinqueret, esse aususos. 95) Irritatus hisce Rupertus non solum Sueuiæ Ciuitates per legatos dehortabatur, 96) sed etiam Comitia Moguntiam ad diem vndecim mille Virginum 21. Octobris 1405. indicebat, eoque vocabat Fœderatos. His per nuntios comparentibus, alia indicebat Comitia, die Epiphaniæ 1406. ibidem celebranda, quibus ipsi Fœderati interesse iubebantur. Sed, dum isti, adductis variis absentiæ caussis, comparere nollent, tandem, interposita promissione, fore, vt omnia in Comitiis placide agantur, præsentem esse volebant. 97) Ast, cum Rupertus ad decisionem Procerum Imperii prouocaret, 98) Fœderati Regis auctoritatem in Comitiis timentes, non comparebant, immo Moguntinus apertum Imp. hostem se gerebat, ipse & Vlricus de Bergheim dictus von Sweden Imp. litteras diffidationis mittebant 99) Rupertus vero de Fœderatis sibi prospiciens, inter medios belli adparatus moriebatur. 100)

§. X. Crescente inter hæc Ecclesiæ schismate, dum Benedictus XIII. Auinione, Gregorius XII. Romæ sederet, vtrisque pro Papa se gerentibus. Carolus VI. Francorum Rex iam a 1400. Auxitanum Præsulem Moguntiam miserat, de componendo hoc schismate. 1) Postulabat, ut Rupertus Gregorio abdicationem pontificiæ dignitatis persuaderet, quod tamen Rupertus detrectabat. Dum etiam diæta Metensis, quam Clemens V. communicato cum

dem Kunige vorziten grosse Klage für, von des Richs Herren, und auch des Riches Stetten und Kauffluten von Swaben, von Duringen, von Hessen, und us der Widerawe, dass in ir Kauffmannschafft und Güte, uss denselben Slossen in der Wideraw, mit namen Ruckingen, Horiste, Hudelgesesse, Memelrys, Korben, und Wasserleys, genommen worden were und auch etliche darinne gefangen, und geschetzet wirrnt worden, und eins teils ermordet. Vnd ward darumb angeruffet und ermanet als ein Ræmischer Kunig darzu zu tunde, und darum so imants min Herre die Kunige, von sinen und des Richs wegen, die Rinschen Stette, und auch etliche des Riches Stette, und zoch für die obgen. Slosse, und gewan die, und zerbrach sie auch von solicher Roßberie, Morderie und Vbeltatt wegen, die zu und von den engen Slossen geschehen waren. Als er auch mynte, das er des von des Richs wegen schuldig were ze tunde und auch billich gethan habe.

94) Extat Formula Fœderis apud LEHMANNVM Chron. Spir. lib. VII. c. LXXIV. in dicto Anbringen apud WENCKERVM p. 276. *Als der Bischoff von Mentze, der Marggrafe von Baden, der von Wirtenberg, die von Strasburg, und etliche des Richs Stette in Swaben sich zusammen verbunden hant, da sye Ime von sinen Mannen und Dienern fürkommen, wie dass etliche von Ime in den Landen, ussgeben und sagen, er sye ein harter Herre, und underste, Fürsten, Grafen, Herren und Stette, von Iren Herlichkeiten, Fryheiten und Rechten ze trengende.*

95) Extant litteræ Fœderatorum Marbaci feria quarta post exaltationis S. Crucis apud WENCKERVM p. 286. in quibus: *Wir lassen uwer Gnade wissen, dass wir mit der von Strasburg und etlicher Stette in Swaben erbern Frunden, etliche Tage hir zu Marpach, by einander gewesen, und dieselbe uwern Gnaden und dem H. Riche zu Lobe und Wirden, und uns, unsern Stetten, Slossen, Landen und Luten, und die uns und den egen. Stetten ze versprechende stan, zu Nutz, Friden und gemach, einer fruntlichen Ejnungen überkomen, und die miteinander angegangen sind, in derselben Ejnunge und Fruntschafften, wir doch uwir Kuniglich Gnade, und ander unser Herren und Frunde, ussgenommen haben. Alls dass man uns by unsern Herlicheiten, Friheiten, und Rechten bliben lasse, als das die Brife usswisen, de wir undereinander darüber geben han, und bitten darumb uwer Kuniglich Gnade mit gantz Vnderterikeit, dass dieselben uwern Gnaden, solich unser, und der obgenanten Stette, freuntlich Verejnunge, zu willen bebegelich und gefellig sy, uns und sie daby handhaben, schuren, schirmen, und auch nit tun, verhengen, oder gestatten wollen, dass uns die von yman uberfaren oder geletzet werde, dass wir und die egen. Stetten dieser getruwelicher, by solicher Fruntschafft bliben, und uwern Kuniglichen Gnaden, desto bass und flisslicher gedienen mogen, das wollen wir mit rechter undertenikeit allzeit umb uwer Gnade gern verschulden.*

96) Extat *des Rom. Kunigs Ruperti Anderer Bottschafft Werbung ahn etliche Schwæbische Stætt, so sich zusammen verbanden, und derselben Antwort darauf* apud WENCKERVM *Appar. archiv. p.* 287.

97) Hæc omnia Imp. legati ad Ciuitates Imperiales referebant apud WENCKERVM p. 277.

98) Proceres, ad quos prouocauit Rupertus, enumerantur apud WENCKERVM *p.* 285.

99) Sic etiam in dictis litteris p. 284. *Item und der Byschoffe von Mentze schreibe meinem Herrn dem Kunige in solicher massen zu, und stelle nach Dienern und Slossen in meines Herrn des Kuniges Lande, wo er kenne, und stelle sich vast zu Kriege mit Koste und anders, als minem Herrn dem Kunige. te geliches fürkummet und gesait wird.* Litteræ vero diffidationis Vlrici de Bergheim ibidem reperiuntur.

100) Legatos ideo mittebat ad ciuitates Imperii, quorum Anbringen reperitur apud WENCKERVM p. 276. Vnionem ipsius cum Spirensibus, *Montag nach Iudica* 1408. alteram Heidelbergæ & Spiræ videmus apud LEHMANNVM lib. VII. c. LXXV. Postulata vero Moguntini a Cæsare videmus apud WENCKERVM p. 290.

1) Extat apud MARTENE *Tom. I. p.* 1659. *Series Ambasfiatæ regis Franciæ expositæ Moguntiæ feria IV. post Andreæ apostoli, anno Domini MCCCC. per reuerendum patrem archiepiscopum Auxitanensem, assistente sibi præposito Insulensi coram domino rege Romanorum & principibus electoribus Moguntinensi videlicet & Coloniensi in qua: Item post hæc recitauit longæuam durationem lamentabilis schismatis, & diligentiam regis Franciæ, qui idem schisma, viis ad hoc principibus pluries propositis, sedare conatus fuit, desiderans vt ad viam cessionis tanquam inter alias conuenientiorem, sanctiorem & breuiorem, dominum papam, dominus rex inducere vellet, & si papa cedere nollet, obedientiam sibi subtraheret, prout Francigenæ fecerunt Benedicto, & per hanc eo facilius posset sedari schisma; quia iam plures principes de obedientia nostra ad illam viam inclinati sunt, & est inter ceteras magis conscientiarum*

cum Ruperto consilio, nihil definiret, mansit Schisma adhuc integrum. 2) Gregorius quidem Aquileiam Concilium conuocabat, Rupertum, aliosque Reges publicis diplomatibus eo inuitans, 3) dum e contrario Benedictus XIII. in Catalonia concilium teneret, a multa Clericorum turba visitatum. 4) Hoc turbato rerum statu, Cardinales anno 1409. Concilium Pisanum indicebant. Eadem de caussa Rupertus primum electores Bacharacum, deinde Noribergam vocauit, in octaua Epiphaniæ Francofurti Comitia celebrat, & venerunt eo duo Cardinales, vnus ex parte Gregorii, Antonius Nepos & Camerarius, alter ex parte Collegii, Landolphus Barensis, & postquam publice multas altercationes habuerant, 5) maior pars archiepiscoporum & prælatorum ac principum declinauit in partem collegii, sed Rex & Archiepiscopus Treuirensis, & Duces Bauariæ, cum paucis aliis in partem Gregorii declinabant. 6) Potissimum Gregorius Concilium Weidæ, in Foro Iulio celebrandum proponebat, in festo Pentecostes sub directorio Imp. instituendum, eidemque tanquam Aduocato Ecclesiæ Romanæ totum negotium esse relinquendum. 7) Misit inde Rupertus vnum Archiepiscopum, duos Episcopos, duos Doctores, & Cancellarium, legatos suos ad Concilium Pisanum, qui scripto erudito exhibito, ne in exauctorando Gregorio Cardinales pergerent, laborarunt. His tamen haut adnuentibus, potius Wenceslai legatos admittentibus, Ruperti reiicientibus. 8) Facta prouocatione a Concilio Pisano ad Gregorium Papam, nemine salutato, eodem mense Aprili recesserunt. Nihilominus in hoc Concilio vtrique Pontifices fuerunt depositi, substituto Alexandro V, qui olim Petrus de Candia dictus, tunc vero Papa Pisanus dicitur, 9) quo ipso schisma magis adhuc fuit

rum quietatum, & alias vias subrogationis, compromissi concilii generalis succincte reprobauit & redarguit.

2) De hac in Missiua ad Martinum Arragoniæ Regem, apud MARTENE Tom. I. p. 1657. *Item, de dieta tenenda Metis rex Franciæ nullum regem aut principum debebat aduocare, quia dominus imperator sibi demandauit, & secum condixit de paucis hinc inde mittendis, ita quod quilibet eorum mittere habet vnum episcopum & sex vel octo doctores ad maximum, omnibus aliis exclusis; nec erit dieta conclusiua, sed duntaxat praeambula; & sic non erit opus regem Aragonum ibidem habere solemniter suos ambasiatores, suum secretarium habere poterit ibi, si placet, cui nuntii domini imperatoris doceant omnino ibidem tractata seu tractanda.* In ista diæta vero nihil fuisse definitum, patet ex Memoriali pro Magistro Alberto ad Papam p. 1670. *In facto Ecclesia ne rumoribus credat sinistris, habetis cum informatore primo de dieta Metensi, quomodo illa mendose fuit famata, praesertim de conuentione regum & principum vtriusque obedientia, & aliquarum anticardinalium, prout scitis. Item: Quomodo propter - - ut nimias vexationes & displicentias illa dieta fuit praefixa. Item: Quomodo vobis nuntiante ad certum per vnum numerum personarum fuit redacta. Item: Quod nihil in praeiudicium sanctitatis sue ibi sit dictum. Item: Quod via eorum est penitus refutata, & quod amplius non suggillent dominum regem, & electores, aut alios principes, pro subtractione obedientia, prout hactenus fecerunt. Item: Desiderabant & desiderant, quod tamen de alia via cogitetur, apta pro vnione Ecclesia. Item: Ne detur eis occasio saeuiendi & turbandi statum Imperii in absentia domini, saltem in parte est concepta vna dieta de quatuor personis hinc, & quatuor ibi ad festum sancti Aegidii de nouo incipiendo tractationem super aliqua via conuenienti, & sic tenebuntur per vnum vel duas dietas vsque dum dominus rex per Dei gratiam perueniet ad Italiam, imperiales infulas suscepturus.*

3) Datis VI. Non. Iulii die Lucæ, Pontificatus anno secundo. THEODOR. a NIEM *de Schismate lib. III. c. XXXVI.* In eodem etiam Concilio creauerat Cardinales ad Schisma dilatandum.

4) THEODOR. a NIEM *c. l.*

5) Vide *K. Ruprechts Werbung an die Herren und Stadte von der heiligen Kirchen-Sachen wegen a.* 1409. apud WENCKERUM *Appar. Archiv. p.* 294.

6) GOB. PERSONA *at. VI. c. LXXXIX.* THEODOR. a NIEM p. 220. CVSPINIANVS p. 393.

7) In dicto scripto p. 296. *das wievvol der Babst ein nehmlich gelegen Stadt mit Namen zur Wyde in Fryul, und de by Fur ein gemein* Concilium *für sich genommen und verkundet habe uff Pfingsten nehst kompt und er auch meynt, dass im das zugebure, und nyman anders von Recht wegen, iedoch ist es dass die Cardinale zu Pyse des volgen wollent, So wil der Babst die Zeyt und Stat genzlich an unsers Herrn des Kunigs Hand stellen, dass Er die Zyt und Stadt bescheide wann und wo er will, mit Rate der die er darzu nennen will, an die Zyt und Stat will der Babst zu unsern Herrn den Kunige und den gemeinen Consilio kommen, also dass die Cardinale zu Pyse und die in folgende sin auch darkomen, und dass dieselbe Cardinale dem Babste nit Bebstl. Ere anlegen dorffen, dann als verre sie selber gern tunt, und da will der Babst das gemein Concilium und Sammlunge vor allen Dingen besehen und verhoren lassen, ob er sine Eyde und Glübde gnug gethan habe, dass man es den dafur habe, und dass man redliche und Gottliche Wege fur sich nehme zu Eynigkeit der H. Kirchen, da will er zu raten dun und helfen, dass man merken sol, dass an Im kein Ernst sey. Vindet sich aber, dass er seine Eyde nicht genug gethan habe, so will er zu Stunt seine Glubden und Eyden genug thun, und vor und noch die Eynigkeit der Heyl. Kirchen suchen, handeln und fürwenden mit gotlichen redlichen Wegen so er beste kan oder mag, und meynt der Babst, wiewohl sie Im billich volgeden zu sinem Concilio, und er In nit folgen solle, wann sie das nit Macht haben und auch nye me geschehen sy, und sunderlich, wan sie sich von Partyen gein ihn gemacht, und siner Wiederpart sich verbunden hant, Yedoch so sy das ein bequemlich Mittel, wann ein Romischen Kunige als ein Fogt der Kirchen und dem Obersten Wernlichen Heubt der Christenheit, das megelichen heyme geben werde dann der Cardinalen, wievvol es allermeist von Rechte eyme Babste zu gebure.*

8) *Sect. Super. §. XIX.*

9) Acta Concilii exhibuit LVCAS DACHERIVS *Tomo VI. Spicilegii.* RAYNALDVS *ad a.* 1409. & HARDTIVS *Hist. Concilii Constant. Tom. II. p.* 62. Ex his sua hausit SCHATENIVS *Ann. Paderborn. lib. XV. p.* 492. THEODOR. a NIEM *de Schismate lib. III. c. XVIII.* HARDVINVS *Concil. Tom. I. p.* 1120. LVNIG *Spicil. Eccl. Tom. I. p.* 198.

10) Con-

fuit adauctum. 10) Hoc tamen Concilium minime adprobauit Rupertus Imp. quia potius Gregorii XII. partes adhuc strenue sequeretur. 11)

§. XI. Dum vero Rupertus schisma illud non componeret, nec Imperio satis prospiceret, Electorum quidam Pontificum in Germania auaritiæ odore stimulante, non timebant rebelliones & conspirationes contra Regem suscitare, & cum Rege Francorum & aliis hostibus Imperii, inconsulto Rege, priuatas facere confœderationes. 12) Præterea in Westphalia & Saxonia ac quibusdam aliis prouinciis Germaniæ vicinis inter quosdam Episcopos, Comites, & alios Proceres frequentes sæuæ erant & iam diutinæ dissensiones & guerræ viguerunt, occasione quarum comburebantur ædes sacræ, oppida, villæ: & crebræ cædes hominum fiebant. Anno 1409. Ciuitates Imperii Recessum inter se Spiræ & Coloniæ de Moneta fecerunt. 13)

§. XII. Inter ciuilia Ruperti gesta est reputandum, quod a. 1401. Ludouicum filium suum de iure antiquo Palatinatus Rheni, constituit Vicarium in Germania, Gallia & regno Arelatensi, 14) ex quo iura Imperii adhuc integra, nec a Carolo IV. abalienata patent. Sic in ipsius constitutionibus sæpius prouocatur ad Ius Feudale Longobardicum, 15) vt exinde tunc inualuisse has consuetudines coniectamur. Idem Rupertus Archiepiscopis Coloniensibus & pluribus Imperii Electoribus atque Statibus diuersa concessit priuilegia. 16)

§. XIII. Tandem vero XVIII. Maii 1410. Oppenheimi fuit defunctus, & Heidelbergæ in æde Spiritus sancti terræ mandatus. 17) Vxor erat Elisabetha, Friderici Noribergensis

10) Conqueritur de eo THEOD. VRIE *Hist. Concilii Constant. lib. VI. dist. X.* dicens: *ecce, qualis vnio! imo vide, qualis noua diuisio. Est certe scissura execrabilis. Vnum pastorem summum, vt vnica esset cauda tua, efficere voluerunt, & facti sunt tres. Biuira fueram, & triuiram me fecerunt.* 10(FISTENPORT *Contin. Chron. Herm. Ianuensis* apud HAHNIVM Collect. Monum. Tom. I. p. 400. *Anno Domini MCCCCX. hoc anno ad extirpanda Zizania totius Christianitatis, que durauit triginta annos, celebratum est concilium vniuersale in Pysa, vbi fuerunt ambasciatores XI. Regum, tres centum Archi-Episcoporum & Episcoporum, prater prelatos, quorum infinitus fuerat numerus, preter omnes cardinales vtriusque Pape precipue ibi existentes, & decretum est, quod Alexander Cardinalis, qui fuit opus de ordine fratrum minorum in infimo suo gradu in Papam eligitur, & ambo Pape degradantur, & sic preuentum est Zizania & factum est cisma,* IOB VENER *in epistola* ad Præpositum Cœnobii Lunensis, apud IOANNIS *Spicil. Tabul. Vet. Tom. I. p.* 525. sic scribit: *sola conscientia dictat, Ihesu Christi Vicarium, licet grauiter diffamatum, absque legitimo tramite nullatenus deferendum. Et dum inicia gestorum, mediaque spectantur, pretensa Pisana conclusio voluntaria potius, quam iuridica reperitur. Quamuis autem nonnullos credam puro vnionis zelo, sedandique scismatis nimio desiderio illis tractibus, presertim in predicto applausisse: vbi tamen ab vno plura, ymmo si vnum valde horibilius, monstrum timetur inde secutum, quid amodo faciant viderint ipsi.*

11) ANDR. PRESBYTER p. 40. *huius temporibus damnatis in Pisano concilio Gregorio XII. & Benedicto XIII. & electo Alexandro V. Rupertus Rex Romanorum ad diuersos Principes & loca scripsit, asserens concilium Pisanum non legitime celebratum, & non pro concilio generali tenendum. Quapropter, sicut hactenus ipse fuerat, sub obedientia Gregorii constanter vellet manere, donec de ipso Gregorio legitime ac canonice sit decretum.* Hinc etiam litteris Heidelbergæ die dominica ante B. Calixti Papæ & Martyris datis, Status & Ciuitates Imperii monebat, ne Concilii facta adprobarent, apud Wenckerum Appar. Archiv. p. 299.

12) Verba sunt THEODORICI A NIEM *Nemore Vnionis cap. XXXI.*

13) Extat apud WENCKERVM *Appar. Archiv. p.* 367. 369.

14) Extat diploma apud FREHERVM *Origg. Palat. c. VI. p.* 133. GOLDASTVM *Tom. I. p.* 263. TOLNERVM *Cod. diplom. Palat. p.* 136. in quo: *sane cum disponente Altissimo pro corona Imperialis diadematis suscipienda ad præsens partes Italiæ simus ingressuri, & vt S. Rom. Imp. status, salubris tranquillitas & Respubl. interim in Germania, Gallia & regno Arelatensi in absentia nostri copiosius atque fructuosius procuretur, de illustris & magnifici Principis Ludouici, Comitis Palatini Rheni & Bauariæ Ducis, filii nostri charissimi legalitatis & gratia circumspectionis industria præsumptionem & fiduciam vtique habentes indubiam, præcipue etiam aduertentes à diuis Romanis Imperatoribus & Regibus prædecessoribus nostris hactenus extitisse obseruatum, ac etiam de iure Comitatus Palatinus Rheni fuisse & esse, quod cum Romanus Imperator vel Rex vltra montes Italiam ingressus fuerit, in ipsius absentia Vicariatum Imperii in Germania, Gallia & regno Arelatensi ad Comitem Palatinum Rheni pertinuisse & pertinere, eundem dilectum filium nostrum Ludouicum, animo deliberato non per errorem aut improuide, sed sano & maturo Electorum & aliorum Principum, Comitum & nobilium nostrorum & Imperii sacri fidelium freti consilio & consensu de certa nostra scientia & Regia plenitudinis potestate per S. Rom. Imp. in Germania, Gallia & Regno Arelatensi prouincias, principatus, dominia, districtus, ciuitates, oppida, castra, villas, & eorundem pertinentias, qualitercunque nominatis omnibus, iure, via & modo, quibus & melius & efficacius iussimus & debemus, facimus, constituimus & ordinamus, nostrum & S. Rom. Imp. in Germania, Gallia & regno Arelatensi Vicarium generalem. Datum Augspurg tertia feria post Festum natiuitatis beata Mariæ Virginis gloriosæ Anno Domini MCCCCI. Regni vero nostri anno secundo.* LVNIGIVM *p. Spec. p.* 594.

15) Exhibet SCHILTERVS *Comment. ad Ius Feud. Longob. c. XL. §. IV.* ex Ruperti Regestis, litteras legitimationis Gerlaci Grans ad successionem etiam hæreditatis & bonorum feudalium, in quibus dicitur: *non obstantibus legibus, Statutis, constitutionibus & obseruantiis, consuetudinibus Feudorum vsibus scriptis & non scriptis, & præsertim Capitulo Naturalis in Rubrico si de feudo controuersia fuerit, collatione X. in libro feudorum, aliisque iuribus generalibus, prouincialibus aut municipalibus quibuscunque.* Idem & alia ex Ruperti regestis suppeditat exempla.

16) Extant ista apud SCHILTERVM *Comm. ad I. Feud. Alem. c. XLII. p.* 244. Hæcce vberius recensuit de Ruperto Imperatore OEKTEL dissertatione singulari, potissimum cap. XII. §. XI. sqq. multa cum industria elaborata.

17) CVSPINIANVS p. 393. *post pleraque in imperio honorifice gesta, insperato diem suum obiit, decimo imperii anno, in Oppenheym oppido, & Heydelberga in æde S. Spiritus regio apparatu sepelitur. Cuius monumento hoc incisum legitur elogium:* RVPERTVS DVX BAVARIÆ, COMES RHENI PALATI-

sis Burggrauii filia. 18) Aegrotans septem denominauit arbitros, videlicet Rabanum, Spirensem Episcopum, Iohannem ab Hirtzhorn, Iohannem Camerarium, dictum a Dalburg; Hermannum a Rodenstein; Franciscum Wolbertum a Sickingen, Rupertum ab Helmstadt & Tham Knebel, quibus familiæ heriscundæ negotium commisit. Hi igitur facto diuisionis Instrumento, Heidelbergæ, die Veneris, festum S. Michaelis proxime sequenti terras inter ipsius filios ita diuiserunt, vt dum seniores bini Rupertus Pipan, & Fridericus iam ante patrem fuissent defuncti, primogenitus Ludouicus, Barbatus siue Cœcus dictus, Electoratum Palatinum vna cum tractu Ambergensi, Iohannes natu proximus Sultzbachium, Neoburgum & Comitatum Chamensem. Stephanus natu tertius Simmerensem, Bipontinum & Lützelsteinensem, quartus Otto Sintzhemium nancisceretur. 19) Filiæ erant Elisabetha, Friderici Austriæ Ducis vxor; Agnes, coniux Adolphi, Ducis Cliuiæ; Margaretha, nupta Carolo I. Duci Lotharingiæ. 20) Qua ratione Rupertus super matrimonio primogeniti sui Ludouici cum Martino Arragoniæ Rege de matrimonio cum ipsius sorore Isabella tractauerit, 21) postea cum Henrico Anglorum Rege cum filia ipsius Blanca, quam etiam in coniugem duxit, variæ docent Litteræ. 22)

LATINVS ROM. REX, IVSTVS, PACIS ET RELIGIONIS AMATOR, DIGNVS DEO VISVS, QVI PRO IVSTITIA PATERETVR, HVIVS SACRÆ ÆDIS ET COLLEGII INSTITVTOR, HIC CVM CASTISSIMA CONIVGE ELISABETHA NORICI MONTIS BVRGRAVIA QVIESCIT: VITA FVNCTVS ANNO CHRISTI, M. CCCC. X. KALEND. IVNII XV. Idem reperitur in *Monum. Heidelberg. p.* 9. & apud PAREVM *Hist. Palat. p.* 185. ANDR. PRESBYTER p. 40. *hic Rupertus anno Domini MCCCCX. in proposito suo contra concilium Pisanum, in obedientia Gregorii Papæ XII. in Oppenheim moritur, & Haydelbergæ ad S. Spiritum sepelitur.* Male igitur CHRONICON ELWANGENSE Rupertum a. 1411. AVCTOR CHRONICI SLAVICI ipsum a. 1413. fuisse defunctum dicunt. TRITHEMIVS quoque parum accurate diem emortualem ad d. 21. Maii refert.

18) CVSPINIANVS equidem p. 394. scribit: *duas autem habuit vxores Prima nomen, genus, ac familiam hactenus inuenire (licet de illa haud negligenter percontatus fuerim) non potui. Ex qua tamen genuit Rupertum cognomine Pipan, Palatinum. Qui cum Ioanne duce Burgundiæ captus a Turcis tempore Sigismundi, post liberationem, sine vxore ac liberis Amberga moritur, ac hic sepelitur. Alteram habuit coniugem Elizabetham filiam Burgrauii Norimbergensis, e qua quinque sustulit liberos, Fridericum, qui mortem patris præcessit, superstites, Ludouicum dictum coecum, Stephanum Comitem de Veldentz, Iohannem ducem Bauariæ, dominum de Nouo foro, de Amberga appellatum & Ottonem ducem Bauariæ, cognominatum Mospacher, dominum in Sinßhaym & Nouoforo. Genuit & filias tres, Elizabetham, quæ Friderico Seniori Austriæ duci nupsit, quæ filiam Elizabetham peperit in iuuentute mortuam. Habuit autem hic Fridericus (vt supra scripsimus) aliam quoque vxorem, Annam Ducissam Braunswicensem, matrem Sigismundi Archi-Ducis Austriæ. Secunda filia Agnes dicta est vxor Adolphi comitis Cleuiæ, & hinc Ducis; quæ nullos reliquit liberos. Tertia Margarita Iohanni Duci Lotharingiæ nupsit, quæ fuit Caroli Marcelli, Ducis Lotharingiæ mater. Verum, dum reliqui Scriptores de priori Coniugio taceant, Rupertus Pipan etiam Elisabethæ filius fuisse dicatur, merito hæc reiicimus.* Potius ANDR. PRESBYTER p. 40. *sequenti anno* (1411.) *mortua est contheralis sua Elizabeth Regina, filia Burgkrauii de Nurnberg: ex qua plures habuit filios: e quibus duo, scilicet Rupertus dictus vulgo Pipan, & Fridericus moriendo eum præcesserunt. Quapropter vero scilicet Ludouicus, Iohannes, Stephanus, & Otto, superstites fuerunt. Habuit etiam tres filias, e quibus vnam duxit in vxorem Fridericus Dux Austriæ, dictus de Athesi, & obiit sine liberis: Agnetem vero duxit Comes de Clef, quem Sigismundus Rex Romanorum in Ducem creauit: & Margaretham, quam Dux Lotharingiæ duxit in vxorem.* Huius Elisabethæ litteras ad Bonifacium Papam exhibet EDM. MARTENE *Thes. Anecdot. Tom. I. p.* 1681. De filiis ipsius vberius OERTELIVS de *Ruperto §. IV. V. VI. VII.*

19) Extant diuisionis tabulæ in SCHILTERI Institutionibus Iur. Publ. *Tom. poster. p.* 312. TOLNERVS *Cod. diplom. n. CCV.*

20) ANDR. PRESBYTER p. 40. Extant pacta dotalia a. 1393. Literæ Cæsareæ inita, quibus Duci Lotharingiæ arces Zweybrück, Hornbach & Bergzabern cedebantur, apud TOLNERVM *Cod. Diplom. p.* 160. Ibidem reperiuntur pacta dotalia cum Friderico, Austriæ Duce, stipulantibus Ruperto Imp. & Lupoldo, Friderici sponsi fratre die Iouis post festum Petri & Pauli a. 1401. inita, in quibus promittit, se Friderico 40000. florenos esse soluturum, pignoris loco vel Sueuiæ Ciuitatibus, vel propriis & hæreditariis oblatis. Addi potest diploma Heidelbergense de a. 1408. apud LVNIGIVM *P. Spec. Cont. I. p.* 579. In hoc enim Rupertus filio suo Ludouico loca quædam imperialia oppignorat, cum in hæreditariis Palatinatus Rhenani terris Friderico Austriaco ius pignoris fuisset constitutum. Prouocat etiam Rupertus ad antiquam consuetudinem, qua introductum sit, vt Rex Romanorum filias elocaturus, certam Pecuniæ summam nomine Imperii sponderet atque promitteret. Adde FRID. BENEDICTVM OERTELIVM *de Ruperto.*

21) Sic enim in Responsionibus factis a capitula oblata per Ambassiatores Ruperti, apud MARTENE p. 1694. *ad quartum decimum & vltimum respondetur pro parte domini regis Aragonum, quod placet sibi tractare de matrimonio suæ sororis cum duce Luduico primogenito imperatoris iam dicti, casu quo matrimonium tractatum inter ducem prædictum & filiam regis Angliæ, aliquo modo, vel casu viribus non subsistat: casu vero quo ipsum matrimonium compleatur, domino regi placet, vt maioris fœderis vnio, & consanguinitatis annexio inter prædictum dominum imperatorem & regem Aragonum inniteat & nodetur, tractetur matrimonium ipsum cum duce Iohanne secundogenito suo, dum tamen dominus imperator iam dictus, dictum secundogenitum suum hereditet & redditued, quod status dicti ducis Iohannis & dictæ sororis domini regis prædicti valeat honorabiliter sustentari, dosque sua etiam obligari & recuperari, si dotis restitutioni locus esset, & placet dicto domino regi, quod ad ista tractanda assignetur dies festi Annuntiationis Virginis gloriosæ mensis Martii proxime venientis in ciuitate Auenione, & dominus rex prædictus ad dictam ciuitatem Auinionem mittet ambasfiatores suos die superius assignata.*

22) Patet hoc ex ipsius epistola ad Henricum Anglorum Regem apud MARTENE p. 1701. in qua: *optata dudum nostris desideriis dies quam fecit Dominus aduenit, qua sacro coniugali nexu illustris & magnifica Blanchia vestræ celsitudinis filia, nurusque nostra dilectissima primogenito nostro predilecto tanta fuit solennitate matrimonialiter copulata: sed tunc vere dies lætitiæ nobis principaliter illuxit, cum nostro*

nostro conspectui se radius ille mira pulcritudinis præsentauit, cuius utique oris venustas, & corporis habitudo præclara generositatem tantæ excellentiæ absque alio adminiculo sufficientissimam demonstrauit. Sequitur epistola Ludouici, qua sibi ipsi gratulatur de aduentu vxoris suæ, filiæ R. Angliæ. Qua ratione dotem petierit, patet ex Epist. LXXVI. LXXVII. LXXVIII. *pag. 1710. 1711. 1712.*

SECTIO NONA
DE
SIGISMVNDO.

§. I. Sigismundi natiuitas & mores. §. II. Sigismundus fit Marchio Brandenburgicus & Rex Vngariæ. §. III. Bellum cum Turcis & clades Nicopolitana. §. IV. Sigismundus ab Vngaris captiuitati traditur. §. V. Liberatur. §. VI. Vna cum Iodoco eligitur in Imp. §. VII. Coronatur Aquisgrani & Ludouico Palatino Iura Electoratus confirmat. §. VIII. Sigismundus de Pace publica sollicitus. §. IX. Initium causæ Hussiticæ in academia Pragensi. §. X. Hussus in templo Bethlehem pastor, contra Papatum prædicat. Fratres Candelburgici Papalem fastum per figuras indicant. Hussus Romam citatur. §. XI. Concilium Constantiense ope & auctoritate Sigismundi incoatur. §. XII. Caussa Iohannis XXIII. & Friderici Austriaci. §. XIII. Sigismundus beneficia ecclesiastica concedit. Sigismundi iter in Galliam & Angliam. Gregorius XII. Papatu se abdicat, quod Benedictus XIII. plane negat. §. XIV. Reformatio ecclesiæ frustra postulatur. Martinus V. eligitur. Concilium soluitur. §. XV. Hussus in concilium vocatus, fit captiuus. §. XVI. Condemnatur & comburitur. §. XVII. Idem fatum experitur Hieronymus Pragensis. §. XVIII. Initia b. Hussitici. §. XIX. Ziska progressus. Sigismundi coronatio Bohemica. §. XX. Sigismundus cum exercitu Imperii a Ziska funditur. §. XXI. Ziska sub magnificis promissis tentatur, sed moritur. §. XXII. Diuisio Bohemorum, quorum præcipui Orphani & Thaboritæ. §. XXIII. Prælium ad Ausig. Hussitæ Misniam, Franconiam, Bauariam inuadunt. §. XXIV. Sexta Expeditio contra Hussitas in Comitiis Noribergæ 1431. decernitur. §. XXV. Sigismundus Mediolani & Romæ coronatur. §. XXVI. Concilium Basileense ad reducendos Hussitas institutum. §. XXVII. Contentiones inter proceres & populum in Bohemia: vterque Procopius, duces Hussitarum in acie cadunt. §. XXVIII. Sigismundus cum Bohemis paciscitur. §. XXIX. Eugenius Papa Concilium Ferrariam transferre conatur, sed deponitur & Felix V. eligitur. §. XXX. Sigismundi negotium cum Philippo, Burgundiæ Duce. §. XXXI. Illustres dignitates a Sigismundo collatæ. Translatio Electoratus Saxonici & Brandenburgici. §. XXXII. Controuersias in Ducatu Bauariæ componit. §. XXXIII. Sigismundi Reformatio & Constitutiones, Insignia Imperii Noribergam transfert. §. XXXIV. Sigismundi Mors & sepultura. §. XXXV. Familia.

§. I.

MOrtuo Ruperto suffectus fuit Sigismundus, alter ex Caroli IV. filiis, circa annum 1368. natus, ex Elisabetha Stettinensi. 1) Huic præter insignem corporis proceritatem adfuit liberalitas ac munificentia, religionis Pontificiæ augendæ Studium incredibile, multarum etiam linguarum, Latinæ, Teutonicæ, Bohemicæ, Slauicæ, Italicæ, atque Gallicæ scientia; quibus omnibus loqui congrue poterat. 2) Ideoque etiam

1) DVBRAVIVS lib. XXII. p. 592. *vxori nomen Elizabeth quæ Ludouici Regis Hungariæ consobrina, & Casimiri Poloniæ Regis neptis fuit: aderatque Rex vterque nuptiis, ex quibus Sigismundus filius ei prognatus est, postquam ex Italia rediit:* Annus eius natalis ex eo patet, quod a. 1437. septuagenarius dicatur esse mortuus, BVCHOLTZERVS diem natiuitatis ponit XXVIII. Iunii. BALBINVS lib. III. c. XXI. p. 375. *A. 1368. ex Elisabeth, quarta Caroli coniuge, Sigismundus, Rex postea & Imperator nascitur: impetratum esse Regium infantem a. S. Martyre, vetusti codices affirmant; Nam confestim S. Sigismundi sepulchrum auro & argento affabre contexit.* Extant apud WENCKERVM *Collectis Archiuorum p. 126.* duæ litteræ Elisabethæ, quibus partum duorum filiorum Argentinensibus nuntiat, in quarum priori: *feria secunda proxima post dominicam Exsurge hora quasi septima in nocte prolem Masculinam corpore & membris singulis elegantem in lucem mundi produximus.* In altera: *Sabbato in festum Sti Iohannis Baptistæ proximo, hora quasi XXII. masculinam sobolem corpore & membris singulis elegantem in lucem mundi produximus.* Hæc vero posterior huc facere videtur.

2) Huncimpense laudat AEN. SYLVIVS addit. in Beneuenut de Rambaldis librum Augustalem pag. 14. addens: *quantum autem pace præstiterit, præter generis nobilitatem (quæ haud dubie clarissima fuit, vt summorum Principum serie) & præter insignem corporis proceritatem ac imperatoriam plane indolem, affuit illi liberalitas ac munificentia, quanta in nullo antea principum, religionis ac pietatis augendæ studium incredibile, multarum etiam linguarum scientia, & in his lingua Latina studium excelluit: quare doctos homines imprimis fouit, & dignitatibus etiam amplis honestauit. Accusauis sæpe Germanos Principes, qui Latinas odissent litteras. A quibus reprehensus quandocunque quod doctos homines foueret, sed humiles genere: Ego, inquit, eos amo quos natura alios antestare facile voluit.* Lapsus tamen ipsius in Grammatica notatur, prout CVSPINIANVS tradit, p. 399. *passim autem id de eo scribitur, cum in concilio Constantiensi, lapsu forte lingua alioqui disertus ac facundus, multarumque linguarum peritus, a Grammaticæ regulis deerrasset, schismaque masculino non neutro genere (vt Grammatici docent) protulisset, esse tum a Placentino correptum Cardinale. Cui mox ex tempore dixit, Placentine, si omnibus placeres, minime nobis places, qui minoris nos auctoritatis quam Priscianum Grammaticum, quem offendisse me asseris, existimas. Maximo omnium qui aderant cachinno suscepta est Cæsaris peccati commissi excusatio.* LEHMANN lib. VII. c. LXXIX. M. CHRON. BELG. p. 356. *fuit homo bellicosus & victoriosus contra Turcas & Saracenos: gessit XIII. bella, in quibus habuit victoriam. Multos labores subiuit pro extirpatione heresis in Bohemia & Praga & in Morauia. Sciuit multas linguas, primo Latinam & Theutonicam, Bohemicam, Slauicam, Italicam & Gallicam, quibus omnibus loqui congrue poterat.* Eadem de ipso prædicat CVSPINIANVS *in vita pag. 394. & 399.*

LEH-

iam *Lux Mundi* dictus. 3) Ad gerenda bella tamen erat infortunatus, etsi nec animus decsset nec industria. 4) Sedem suam deficiente Imperii domanio, in Bohemia habuit vel Hungaria. 5)

§. II. Anno 1373. a patre obtinuit Marchiam Brandenburgensem. 6) Inde cum Maria, Ludouici Vngariæ Regis filia ipsi a teneris vnguiculis fuisset desponsata, 7) socer ipsum penes se retinuit, vt sermone & consuetudine Hungarorum imbueretur. 8) Paullo post, ad Poloniæ regnum eum transtulit, euocatis Altsolium Poloniæ Proceribus, ipsos eo adegit, vt in nomen Sigismundi tanquam Regis sui iurarent, 9) quem adoptasse dicebatur. 10) Postquam autem Ludouicus desperata salute, extremum sibi diem imminere intellexit, coactis Optimatibus, regnum disposuit, in manus Mariæ filiæ sponte sua omnes iurarunt, inde Tirnauiæ a. 1382. fuit defunctus. 11) Sigismundus igitur, Polonia relicta, in Hungariam festinat, ast nimis lente. 12) Dum interim Mariam Hungariæ Regem salutarent Hungariæ Proceres. 13) Hæc, cum Nicolai Garæ Vngariæ Palatini consiliis vteretur, hicque proceres extollendos consuleret, effecit, vt multi Proceres a Maria deficerent. 14) Carolus igitur Paruus, Rex Neapolitanus, ex Vngarica stirpe prognatus, Ludouici nepos, 15) ab Vngarorum nonnullis, ac præcipue Zagrabiensi Episcopo in Vngariam fuit euocatus. 16) Sigismundus interea celebratis Budæ cum Maria, magna cum solennitate nuptiis, in Bohemiam statim iterum recedit. 17) Hinc Maria in Comitiis Budensibus deposita, Carolus populi fauore sufficitur, & Albæ Iuliæ coronatur. 18) Hoc tamen, consiliis potissimum Nicolai Garæ a. 1385. trucidato, 19) Maria iterum regina proclamatur. 20) Io. Horwatius vero, Croatiæ præfectus, Caroli mortem vlturus, Nicolaum Garam trucidari fecit, Mariam, eiusdemque matrem Elisabetham captiuitati tradit, hanc etiam in Bozora fluuio fecit demergi. Ista vero, veniente cum exercitu Sigismundo in Vngariam, liberatur. 21) Ipseque Sigismundus Albæ Iuliæ a. 1386. in Regem Hungariæ a Strigoniensi Archiepiscopo coronatur. 22) Mortua vero an. 1392. Maria, 23) Sigismundus triginta duos Hungariæ Proceres Mariæ olim contrarios iussit capite plecti. 24)

§. III. Hoc ipso supplicio autem Sigismundus Vngarorum in se iras concitauit. Accedebat clades a Turcis accepta. Dum enim Turci non solum Walachos iuuarent, quos Sigismundus inuaserat, sed etiam Baiazethes illorum Imperator breui tempore Thraciam, Thessaliam, Macedoniam, Phocidem, Boeotiam & Atticam in suam potestatem redigeret, nunc in Mœsiam irrumpens. Commotus his Sigismundus, auget copias ex Gallia, Anglia, Lucemburgo, cum præmiis, tum precibus, ad hæc multi voluntarii arma sumpserunt,

LEHMANN *VII. cap. LXXVI.* DVBRAVIVS *Rer. Vngar. dec. III. lib. III. p. 292.*

3) EBERH. WINDECK *in Proœmio Historiæ.*

4) CVSPINIANVS p. 395.

5) LEHMANN *lib. VII. c. LXXVI.*

6) Vide *Sect. VI. §. XXIII.*

7) Verba sunt DVBRAVII *rer. Hung. dec. II. lib. X. p. 251.* IO. THWROCZIVS *p. II. c. LI.* EBERH. WINDECK c. II. *also wart Herr Sigmund gen Vngarn gefurt gein Preßburg mit dem Keiser genanerte dem Konig Ludwich, der die Zeit Konig zu Vngern was, der dem Konig Sigmund seine tochter gab Maria genant. do von derselbe Konig Sigmund das Konigrcich zu Vngern besas.*

8) DVBRAVIVS lib. XXV. p. 653. *eundem secutus Ludouicus Pannoniæ Rex generum sibi, regnique successorem asciuit, desponsa ei filia nondum nubili, cui Mariæ nomen, sed nec sponsus etiam tum quartodecimum annum attigit, quem tamen socer penes se retinuit, vt sermone & consuetudine Hungarorum imbueretur.* BONFINIVS *Dec. III. lib. I. pag. 254.*

9) DVBRAVIVS *cit. loc.*

10) BONFINIVS *c. l.*

11) BONFINIVS *pag. 251. 252.* DVBRAVIVS *pag. 654.*

12) DVBRAVIVS *c. l.*

13) BONFINIVS Dec. III. lib. I. p. 254. *Quum intempestiuæ adhuc forent nuptiæ, Ludouicique patris merita vniuersos sibi deuinctos haberent, neque interregnum ipsi facile paterentur, Mariam tanto studio suffragiorumque successu, tota Pannonia in regni fastigium extollit, vt non modo Reginam, sed regem pronuntiarit, salutaritque. Quod sexui natura detraxit, fortuna concitatissimo fauore rependit pro Regina Rex passim salutatur, & donec virum duxit, iubente Pannonia, pro Rege semper appellata, & in cunctis diplomatis rescripta est.*

14) BONFINIVS *p. 254. 255.*

15) BONFINIVS p. 255. *quem quidem Apuliæ Regem, regali genere natum, & Ludouici nepotem, haud inuitis populis, tuto Mariæ imperio & Nicolai tyrannidi opponere se posse sperabant*, qui tamen paullo ante dubitauerat, dicens lib. I. ineunte: *quem quidem an Ludouici (vt plerique) filium, an ex Andrea fratre nepotem dicere ausim, nondum satis exploratum habeo, nisi fortasse ab eo adoptatum plane dixerimus.*

16) DVBRAVIVS *c. l.* GOB. PERSONA *et. VI. c. LXXXI.* BONFINIVS *pag. 255.* WINDECK *cap. XVII.*

17) BONFINIVS *p. 258.*

18) BONFINIVS *p. 260.*

19) Blasius primum Forgatschius Caroli caput ad oculos vsque diuiserat, post ipse *ad Vissegradiensem arcem adducitur, ibique in carcere admoto plagæ pharmaco, & obstructis faucibus interiisse dicitur.* BONFINIVS *p. 261. 262.*

20) BONFINIVS *p. 262.*

21) BONFINIVS hæc late narrat *p. 263.* DVBRAVIVS *lib. XXV. p. 655.*

22) BONFINIVS *dec. III. lib. II. p. 267.*

23) BONFINIVS *p. 269.*

24) BONFINIVS *Dec. III. lib. II. pag. 269.* DVBRAVIVS lib. XXV. p. 658. *porro Sigismundus summo studio annitebatur, ad reuocandos tam domesticos, quam externos ad obsequium, qui sub muliebri Regno iugum excusserant. Nam domi in oppido Budensi, duos & triginta primores nobiles gladio percuti iussit.* CVSPINIANVS *p. 395.* qui addit: *quorum monumenta hodie cernuntur ad Carmelitas Budæ.*

25) Hanc

pserunt, inter quos fuit Ioannes, Princeps Burgundiæ, qui amore tactus religionis, vna cum suis Burgundis, omnia contra impios hostes, pro Christianis experiri paratus venerat. Nicopolim Bulgariæ ad Istrum sitam obsidione cingebat Sigismundus. Ibi dum Galli gloriosum ducunt, prœlium ante alios inire, non expectatis cæteris agminibus, aciem Turcarum ingenti impetu adoriuntur, coguntque parum retrocedere. At Turcæ ad arcus conuersi equos Gallorum telis transfodiunt, desiliunt illi ab equis, vt pedites pedestribus copiis certamen experiantur. Equi Gallorum cum sellis vacuis in castra recurrentes errorem Vngaris obiiciunt, Gallorum quasi equites omnes a Turcis essent occisi: voluit Sigismundus celeri equo aduolans, hunc errorem suis demere, & ad pugnam illos ex fuga retrahere, sed postquam nihil profecit, equo delabens mutat vestem, seque in cymbam, qua commeatus Danubio aduectus erat, seruili habitu condit, & illa nauigatione captiuitatem euadit, in quam Princeps Burgundiæ incidit, multo postea auro redemptus, cum paucis Gallis nobilioribus, qui superstites reperti sunt. 25) Sigismundus vero Constantinopolim fugiens, inde in Hungariam fuit reuersus.

§. IV. Animis igitur Vngarorum hac clade magis adhuc concitatis, Stephani, duo Optimatum, Carolinæ olim factionis principes, Ladislaum, Caroli Parui filium, in Vngariam inuitant ad regnum, ipsi hæreditario iure debitum accipiendum. Deficiebat gens vniuersa. Duorum & triginta equitum cædes; clades Nicopolitana, Mariæ obitus, & inita post illius mortem intemperantia, præcipue fœminarum, quibus præ licentia cœlibatus se fecerat obnoxium, Sigismundum in contemptum adducebant. Anno 1401. festo Vitalis die, ex composito Regem ingens Procerum multitudo sub officii prætextu adiit, frequenti virum corona circumuenit. Accedebat Nicolai Garæ, Vngariæ olim Palatini, qui a Io. Horwart occisus fuerat, filius. Hi, postquam Regem de patratis ab eo facinoribus atque Republica male gesta obiurgassent, ad conuitia contumeliasque ventum est. Mox facto impetu, omnes veluti inter eos dudum conuentum erat, Regi manus iniiciunt, quidam in barbam inuolant, pilosque ei vellunt, captiuum ipsum faciunt, quem occidissent omnino, ni quorundam amicorum suasu fuissent remorati. Traditus tandem Nicolai Garæ filiis ipsi infestissimis in arcem Soclos captiuus abducitur. 26)

§. V. Hinc Ladislaus, Caroli Parui filius Rex proclamatur, qui etiam in Dalmatiam veniens, Iaderæ benigne excipitur. Budensis tamen arx, cæteraque regis præsidia, cum superioribus Vngariæ partibus, quæ ad Morauiam spectant, in Sigismundi fide permanebant. Sigismundus interim dies noctesque lacrymis atque singultibus transigebat. Miserata infaustam Regis conditionem Gararum mater, filiis suis Regis liberationem, pacta illis salute, suadet. 27) Liberatus igitur horum ope, peruenit ad Ciliæ Comitem, cuius viribus adiutus, quia sororem eius Barbaram sibi desponsauit, in Bohemiam rediit, & deinde Vngariam cum ingenti Bohemorum exercitu recuperauit, Ladislao in Italiam reuertente. Inde in rebelles se exhibet benignum, nisi quod indicto in Slauonia conuentu, Stephanum Waiwodam iuberet interfici, eo quod Turcas in Vngariam euocasset. 28)

§. VI. Mortuo Ruperto, Ioannes Nassouius, Elector Moguntinus Comitia Electionis in Ciuitate Francofurtensi ad diem S. Egidii habenda, indixit. Conueniebant statuto tempore Wernerus Falckenstein Treuirensis, Fridericus III. e Comitibus Saarwerdensibus, Coloniensis, Electores, & Ludouicus Comes Palatinus Rheni. 29) Wenceslaum vero Bohemiæ Regem; Rudolphum Saxoniæ Electorem, & Iodocum Morauiæ Marchionem, qui tunc Electoratum Brandenburgicum pignoris iure tenebat, detinebat metus vicini belli Prutenici indies magis magisque ingrauescentis, post cladem grauissimam d. 16. Iulii ad pagum Grunewaldum Equitibus Cruciferis Teutonicis a Polonis, adducto simul magno Lithuanorum, Russorum & Tartarorum numero, illatam, qui etiam hanc ob causam, Comitiorum Electoralium prorogationem postulabant, verum ob turbatum illorum

25) Hanc cladem latius describit DVBRAVIVS *lib. XXV. p. 660.* BONFINIVS *Decis. III. lib. II. p. 271.* NAVCLERVS *vol. II. Gen. XLVII. p. 1027.* CVSPINIANVS *p. 395.*

26) TRITHEMIVS *ad a. 1403.* BONFINIVS *dec. III. lib. II. pag. 272.* DVBRAVIVS *lib. XXV. p. 661.* CVSPINIANVS *p. 395.* Paullo aliter tamen hoc narrat EBERH. WINDECK *c. IV.*

27) NAVCLERVS *vol. II. Gen. XLVII. p. 1036.* TRITHEMIVS *Chr. Hirsaug. ad a. 1401.* BONFINIVS *p. 273. 274. 275.* DVBRAVIVS *p. 663.* Addit. ad Beneuenuti de Rambaldis librum Augustalem p. 14. *hic igitur Pannonia potitus a Ludouici morte, cui Maria superstes filia fuit, duos ac XXX. Regulos secari percuti iubet, quod regia puella aduersati essent. Vnde illi tanta mox gentis inuidia conflata, vt post vxoris mortem captus, necandusque magis quam asseruandus, fœminæ, cuius maritum ille interfecerat, sit traditus. Ille vero maiestate oris & blanda oratione dimissus, hinc Boëmiam petit, quam non sine labore vix tandem obtinuit, longo ab his bello ac difficili petitus, sæpe etiam acie ab his victus.* LEHMANN *lib. VII. c. LXXVIII.*

28) EBERH. WINDECK c. IV. *do gab er In gute brieffe, das sie ire Missethat do alle ledig waren, Aber er vorgas ine nit, wenn er bracht sie hernach alle umb ire leben, nit mit posheit, sonder wo es Im vorgeschach mit streiten gegen den Haiden oder anderswo, do befalch er In das Panyr und die Spitze, das sie musten Ire sunde bussen und dorumb sterben.* Adde *cap. IX.*

29) Hos Electores præsentes nominat Missiua Iohannis, Archiepiscopi Moguntini, apud SCHANNAT *Vindem. Litterariis Collect. p. 150.* & inter Documenta Cl. KOELERI *diss. de Electione Iodoci adiecta p. I.* Eosdem confirmant TRITHEMIVS *ad a. 1410.* GOBELINVS PERSONA *æt. VI. cap. XI.* LEHMANN *lib. VII. c. XXI. XXXI.*

30) GOBE-

rum temporum statum haut obtinebant, 30) Mittebat ad hæc Comitia Sigismundus Vngariæ Rex, licet non vocatus, tanquam verus hæres Electoratus Brandenburgici, Fridericum, Zolleranum, Noribergensem Burggrauium, legatum suum, 31) qui de iure suffragii Brandenburgici Iodoco non solum litem moueret, sed etiam Electores in ipsius pertraheret partes. 32) Idem Sigismundus, vt Gregorium XII. Papam sibi haberet fauentem, per singulares litteras scriptas Budæ d. 5. Augusti 1410. ipsi obsequium & compositionem schismatis, quod tunc adhuc vigebat, promisit, 33) Ludouico Palatino vero confirmationem omnium priuilegiorum atque oppidorum ab ipsius prædecessoribus oppignoratorum obtulit. 34) Displicebat hic ambitus Moguntino atque Coloniensi, qui potius Iodoci ius suffragii pro vero habebant, ob inuestituram ipsius Cæsaream, 35) Burggrauium igitur ad Senatum Electoralem admittere nolebant, ideoque Electionem ob Bohemi, Saxonis & Iodoci Brandenburgici absentiam protrahere conabantur, 36) præsentibus omnibus Electoribus celebrandam. Verum, Fridericus Burggrauius adsociato sibi Wernero Treuirensi

30) GOBELINVS PERSONA *cit. loc.*

31) Sunt equidem, qui Sigismundum sibi ipsi in electione votum dedisse adserant, secuti DVBRAVIVM, qui *libro XXIII. p. 621.* ita loquitur: *Moguntino Comitia Electoribus indicente, ad quæ cum Sigismundus Rex Hungariæ, tanquam Marchio Brandenburgensis, qui vnus Electorum habetur, venisset, dignitatisque Regiæ gratia, primus sententiam esset rogatus de Cæsare nominando, se ipse nominauit, me, inquiens, ego noui, alios non itidem, an æque mecum Imperio orbis digni sint, præsertim in tanto rerum motu, quo Italia quoque Schismate ibi durante plurimum laborat. Mirati hanc tam liberam & apertam Sigismundi vocem, cæteri Electores, communique assensu illam approbantes, ipsum Sigismundum Venceslai fratrem, Cæsarem consalutant.* Hunc sequitur FVGGER *im Spiegel der Ehren lib. IV. c. III. p. 411.* atque plures ex recentioribus. Ast, contrarium patet ex litteris Treuirensis, Palatini & Brandenburgici Electorum ad Senatum Spirensem, quæ reperiuntur apud LEHMANNVM *lib. VII. c. XXXI.* in quibus: *han wir, Werner, Ertzbischoff zu Trier, und wir Ludwig Pfaltzgrave by Ryne, mit zufall unser, Burggrave Friederichs, als mæchtiger Botten unsers Herrn, des Kæniges von Vngarn, als eines Marggraven zu Brandenburg und Churfürsten, Stimme und Willen, und also mit den mehren Theil der Küren und Stimmen, die uff diese Zyt hie sind.* Sic etiam GOBELINVS PERSONA *at. VI. c. XC.* Burggrauium Noribergensem Procuratorem fuisse Brandenburgensem dicunt, quem sequitur Author M. CHRON. BELG. *p. 356.* TRITHEMIVS *ad an. 1410.* & ENGELHVSIVS *in Chronico pag. 293.* Dicta Missiua: *ex parte sereniss. Principis & Dni D. Sigismundi Regis Vngarie, Domini nostri graciosi & specialiter perdilecti comparens Illustris D. Fridericus Burgrauius Nurenburgensis, consanguineus & amicus noster cariss.* In litteris Argentoratensium ad Basileenses, apud WENCKERVM *Appar. Archiv. p. 307.* *Der Burggraff von Nürenberg kam auch dar an Statt und in Nahmen des Künigs von Vngern, und meinde ein Kur zu habende von deswegen als der Marggraff zu Brandenburg ist.* L. B. de LYNCKER equidem *Obs. ad A. B. pag. 31.* Lehmannum ideo reiicit, quod mense Februario 1410. fuerint datæ, ast immerito, dum Sigismundus demum a. 1411. fuerit electus. Verum confundit LYNCKERVS priorem electionem quæ d. XX. Septembris 1410. fuit facta, cum secunda post mortem Iodoci. Datum Litterarum Lehmanni est *Sambstag nach Matthæus des heil. Apostel und Evangelisten Abend,* quod in illa tempora incidit, dum Matthæi dies sit XXI. Septembris.

32) Dicta Missiua: *quod licet D. N. Rex, ad terminum & locum presentes, & ad electionem Romanorum Regis celebrandam, vocatus non fuisset; ipse tamen tamquam verus heres Marchionatus Brandenburgensis, Princeps Elector & Marchio, proprie fidei virtute motus qua sacro obligatur Imperio, secundum tenorem Bulle Imperialis, que Aurea dicitur, ipsum Dn. Burgrauium cum omnimoda sua potestate & procuratorio sufficienti, ad premissa facienda decreuerit destinare: qui petens se nomine dicti D. Regis ad electionem admitti; asserens quoque coram nobis in priuato, quod sub singularis spei fiducia esset directus ad nos ambos, subiunxit in fine; quod singula, nostris voluntate & consilio deberet ordinare.*

33) Extant hæ litteræ apud WENCKERVM *Appar. & Instr. Archiv. p. 302.* in quibus: *Des ist unser gantzer Wille, Fursatze und Meynunge, das wir nach allem unserm Vermogen, das wir nu haben oder hernach überkomen, ob wir yoch zu Rom. Kunige oder Keyser fürgewant oder uffgeworffen weren, oder hernach werden, darzu flissiglichen arbeiten und ernstlichen thun wollen mit Gotlichen redlichen wegen, daß ein gantze lutter Eintrechtigkeyt und ein einmutiger Babst werde in der H. Kirchen, ein Gehorsamme in allen Cristlichen Volcke.* Et paullo post: *wir globen, gereden und versprechen auch in vorgeschriebner Masse, ob wann und alsbalde wir zu Rom. Konige oder Keyser gekorn, furgewant oder uff geworffen werden, daß wir des ersten under unserm Ræm. Kunigl. Mayest. Ingesigel, semliche Brieffe als von Wort zu Wort vorgeschriben stet, über uns geben und auch die halten sollen und wollen, wo wann und von wem wir deß ersucht oder ermanet werden an alle Geverde.*

34) Adlegante WENCKERO p. 304. *Ob das ist, das er syne Kure und Stimme uff uns wenden und uns zu Romschen Konige erwelen und uffnemen wirdet.*

35) Dicta Missiua: *De iure vero electionis per dictum Burgrauium adlegato, respondimus in effectu, quod de eo non sciuissemus nec sciremus. Immo nos Iohannes Archiepiscopus Moguntinus non D. Regem predictum, sed Illustriss. Principem, nunc Regem Romanorum, D. Iodocum, tamquam Marchionem Brandenburgensem, a longis temporibus Regia Romana auctoritate de huiusmodi iure solempniter inuestitum, & in corporalem ipsius possessionem missum, de presenti vocauimus, prout & pridem factum fuisse meminimus temporibus retroactis. Adiecimus tamen, quod discusso negocio, si quid iuris sua serenitas tenere deberet, Sue Maiestati cordialiter faueremus.*

36) Sic etiam Argentoratenses ad Basileenses apud WENCKERVM Appar. Archiv. p. 307. *Wissent, das uns verkündet worden, wie Hertzog Ludwig Pfaltzgraff und Churfürst, und des verstorbenen Kaysers Sohn, komen uff Montag nach S. Adolffi gen Franckfurt uff den Mittentage, mit einen grossen Harste wol mit 15. Grafen und Herren, Aber man wolte ihn nit me inlassen, dann mit 200. Pferden, laut der Gulden Bullen. Die drey Kurfursten geistliche kamen desselben Tages auch in Schiffen alldar. Vff Zinstag haben die vier Kurfürsten ieglicher dreyzehen seiner Rate geschikt uff das Rothus, ie dritzehen hunder gewesen, die warent bienander von fruge untze uff den Inbis, und darnach untze gesticketer Nacht, und sind die Kurfürsten ie zu inen und von Inen geritten. -- Vnd also so ist uns gesagt das die*

 Kurfür-

uirensi Antistite, & Ludouico Comite Palatino Rheni maturare Cæsaream electionem studebat; frustra interpellatus a Moguntino, de non præcipitando tam maximi momenti negotio, expectandis potius cæterorum Electorum procuratoribus iam in itinere constitutis. Idem Moguntinus vt maturatam electionem impediret, ædem Bartholomæi ad electionem Cæsaream destinatam iussit occludi. Verum, Wernerus Moguntinus, Ludouicus Palatinus vna cum Sigismundi legato Friderico Burggrauio d. XX. Septembris in Cœmiterio Templi S. Bartholomæi & retro chorum conuenientes, Sigismundum 37) die XX. Septem-

Kurfürsten sint voneinander gescheiden, und ein andern Tag gesetzet habent, uff den Tag, meinent ein Künig zu welende.

37) GOBELINVS PERSONA *at. VI. cap. XC.* dum prius ad Septembrem mensem prouocasset, addit: *eodem mense principes Electores conuenerunt apud Francfurdiam pro rege eligendo, & Archiepiscopus Treuirensis, Ludowicus Dux Heidelbergensis Palatinus Rheni, & Burggrauius Noribergensis, tunc procurator Marchionis Brandenburgensis quantum ad eligendum, elegerunt Dn. Sigismundum regem Vngariæ fratrem regis Bohemiæ, ad quem tunc spectabat Marchia Brandenburgensis, in Regem Romanorum archiepiscopis Coloniensi & Maguntinensi adhuc in deliberatione persistentibus. Sed rex Bohemiæ & Dux Saxoniæ ad electionem non venerunt, & hæc electio facta fuit XX. die dicti mensis. Et statim archiepiscopus Moguntinus mandauit ecclesias opidi Francford non aperiri, ne illi, qui elegerant, electionis suæ publicationem & solennisationem consuetas perficiendi haberent facultatem. Vnde illis venientibus ad fores ecclesiæ, nec ingressum habere valentibus, electionis istius publicatio retro chorum ipsius ecclesiæ facta est per eosdem. Et postea Maguntinensi & Coloniensi archiepiscopis iterum conuenientibus, Iodocus, Marchio Morauiæ vir grandæuus per ipsos in regem est electus, qui post hoc eodem anno defunctus est, & deinde prædicti archiepiscopi Maguntinensis & Coloniensis in regem Vngariæ supradictum consensere.* Eadem repetit M. CHRON. BELG. *pag. 356.* ENGELHVSIVS *Chronico p. 293.* AVENTINVS *lib. VII. c. XXXIII. §. XIV.* Dicta Missiua p. 3. *Et vero reuerendi P. P. Nobiles DD. & venerabiles Amici carissimi quanquam in sincerum fauorem vnionis Imperii, & ea mediante, totius ecclesiæ, semper secreta nostra fuisset intencio de illa inclitissima Domo Bohemie aliquem in vnicum & indubitatum Regem creare Romanorum, & ob hoc illustrissimi Principis D. N. Regis Bohemie illustrium Ducis Saxoniæ, & prædicti Marchionis nunc illustrissimi Regis Romanorum, scripturis ammoniti, quibus occasione stragis & obsidionis Sarracenorum in terris fidelium Prutenorum, legitima suæ presencie impedimenta protulerant, ad aliamque Dietam futuram, omnibus postergatis venire; aut saltem Procuratores cum Mandato sufficienti mittere promiserant, hanc præsentem Dietam in aliam affuturam ex tota corde, labore quoque serioso studuerimus prorogare; vt omnibus nobis congregatis, & gratia spiritus septiformis vnitis matura simul & morosa deliberatio, omnia diffidia ad pacem ordinare, que acceleratio prefestina fronde precipiti ad deteriora perducere bene posset; tamen predictus Burgrauius Nurenbergensis absque nostris consilio & voluntate, immo contrasuadentibus & contradicentibus nobis expresse, vna cum dictis D. Wernhero Archiepiscopo & Domino Duce Ludeuico, Domini nostri Pape inobedientibus, nec in eo gratiam & communionem Apostolice sedis habentibus, alias XX. die mensis Septembris retro ecclesiam S. Bartholomæi precipitanter, & ex abrupto, nulla penitus debita vel consueta solempnitate seruata, ad predictum nostri & vestri Domini Regis Vngarie electionem (vt cum reuerencia loquamur de iure nullam nequaquam in eo D. N. Regi derogando) de facto processerunt; ipsum quoque populo ad tale spectaculum congregato licet pauco in regem pronunciantes Romanorum. Que quidem electio qualis sit & quanta; nec non ex eligentium paucitate simul & inhabilitate, & variis aliis causis inualida considerare poterit prudens homo.* ANDREAS PRESBYTER monasterii S. Magni in præurbio Ratisb. Ord. S. August. Canonicorum Reg. in chronica *de Principibus terræ Bauaror. in T. I. Corp. hist.* ECCARDI *p. 2143.* ait: *Anno Domini MCCCCX. Ruberto Rege Romanorum vita functo, viuente adhuc Wenceslao Rege Romanorum, qui & depositus Rex Romanorum, quique quamdiu vixit, Regem Romanorum se scripsit, Electores duo, scilicet Archiepiscopi Moguntinus, & Coloniensis secrete quodammodo Sigismundum Regem Vngariæ fratrem iam dicti Wenceslai ad suscipiendum Regnum Rom. per inter nuntia inuitarunt. Qui Sigismundus in castro Vngariæ Vicegradu, vulgariter Plintewerck dicto, talia nuntia grataner suscipiens, remunerationem tamen iam duorum dictorum Electorum, quam petebant, relinquens in suspenso, eo quod nollet celsitudinem tantæ dignitatis Simoniace intrare. Obstabat etiam inter cætera, quod nolebat facere molestiam dicto fratri suo Wenceslao, dicens. Quamuis esset per Principes Reni (glossema dicti Eccardi: f. regni sed tuemur priorem lectionem) depositus, tamen quia frater suus esset, vtriusque eadem esset fama & infamia. Fit interea ipsi etiam difficultas propter Electores, & propter archiepiscopum Treuirensem & Comitem Palatinum Reni, qui vota sua in alium possent dirigere. Qua propter si ipse publice pro regno videretur laborare, eo non obtento, pro huiusmodi aspiratione cunctis hoc audientibus ridiculum faceret se ipsum. Fit etiam difficultas propter Iodocum, Marchionem Morauiæ, qui etiam tenebat Marchionatum Brandenburgensem, patruum dicti Sigismundi: ne forte ipse eligeretur, vel vota sua in alium dirigeret. Ad quod Rex Sigismundus. Quamuis ipse Iodocus, patruus meus, teneat iam dictum Marchionatum Brandenburgensem, tamen dum eundem Marchionatum hereditario Iure possiderem; ipsum dicto Iodoco, patruo meo, subieci, saluo mihi iure Electorum Romani Imperii. Sicque sumus confœderati, quod mihi promisit, vt si simul aliquando electi fuerimus in Romanorum Regem, ipse mihi velit cedere, & me non impedire, mihique assistere. Dum hæc agerentur, memorati duo Electores, qui secreto Sigismundum ad regnum inuitarant, hoc idem apud memoratum Iodocum Marchionem faciebant. Qui auditis eorum postulationibus, annuit eisdem. Igitur dum Electores præter ducem Saxoniæ, qui non assenserat depositioni Wenceslai in Franckfordia conuenissent, bis memorati Electores, scilicet Maguntinensis & Coloniensis, in Ecclesia Franckfordensi dictum Iodocum in Rom. Regem elegerunt, clausisque foribus ecclesiæ ab Archiepiscopo Maguntinensi, eo quod Decanus sit ipse Electorum, ipsaque ecclesia suæ diœcesis, cæteri Electores non potuerunt intrare. Quapropter ipsi scilicet Archiepiscopus Treuirensis, & Ludouicus Comes Palatinus, F. quondam Ruperti, Regis Rom. in cimiterio eiusdem ecclesiæ sæpe dictum Sigismundum in Rom. Regem elegerunt, Ex quo cœpit istud commune vulgi prouerbium;*

Zu Franckfurt hinderm Chor
Haben gewelt ainen Künig ein Kind und ain Thor

Puerum dicebant comitem palatinum propter iuuentutem, stultum vero Archiep. Treuirensem propter senectutem. Affuit tunc ibidem ex parte Regis Sigismundi Fridericus, Burggrauius Nurburgensis, qui videns rem si variatam Vlricum Meyler, Baccalaureum

Septembris elegerunt, facta dicta die feria VII. post vigilias S. Matthæi Apostoli ad Senatum populumque Spirensem, 38) aliosque significatione. Iohannes vero Moguntinus, & Fridericus Coloniensis accedentibus Bohemicis, Saxonicis & Brandenburgicis legatis & Procuratoribus mandatis sufficientibus instructis, die S. Remigii, siue prima mensis Octobris, in choro templi S. Bartholomæi Iodocum Marchionem Cæsarem renunciarunt, eandemque electionem ipsa hac die Statibus Imperii significarunt. 39) Adfectabat etiam tunc Stephanus II. Dux Bauariæ ex Iure Senii Electoratum, Electoribus tamen pro Ludouico Palatino stantibus. 40) Immo, ipse Wenceslaus hanc Iodoci electionem dicitur adprobasse. 41) Vno itaque tempore Imperium erat triceps. 42) Licet autem Iodocus per

rum decretorum, Constantiensis diœcesis, qui fuerat nuntius inter sæpe memoratos duos Electores & Sigismundum, seriosius conuenit, eo quod ipsi duo Electores dicerent, aliter, quam habuisset in Mandatis, apud Sigismundum & perorasset. Qui viriliter pro se respondens in publica conuentione Principum, per literas, quas habuit, a iam dictis Electoribus, contra ipsos in testimonium perhibuit veritatis. Igitur Iodocus sic electus assensit electioni de se factæ dixitque, se habere vocem Marchionis Brandenburgensis in electione Regis Rom. sæpeque dictum Sigismundum sibi promisisse, quod si simul quandoque in Rom. Regem fuerint electi, ipse sibi vellet cedere, eumque non impedire. Hoc animaduertens Sigismundus dissimulauit. Iodocus vero ad obsidionem Franqfordiæ, secundum morem electi in Romanorum Regem, se preparauit. Dum hæc fierent, Iodocus ipse moritur, & in Brunna ciuitate Morauiæ, sub sceptro regali tumulatur.

38) Extat ista apud LEHMANNVM *lib. VII. cap. LXXXI.*

39) ANDREAS PRESBYTER *Chron. Bauar.* p. 97. ad a. 1311. *Eodem anno Iodocus Marchio Morauiæ, & Brandenburgensis electus a quibusdam in Regem Rom. sine heredibus moritur, & Brandenburga ad Sigismundum Regem Vngariæ, Morauia vero ad Wenceslaum R. patruos eiusdem deuoluitur.* PESSINA lib. IV. c. III. *Iodocus A. 1410. eligitur Imp. sed sex tantum menses superuixit Brunæ mortuus A. 1411. d. 8. Ian. vt ostendit liber anniuersariorum in ecclesia metropolitana Pragensi ætatis vero LX.* Extant Ioannis Moguntini & Friderici, Electoris Coloniensis Epistola Encyclica ad vniuersum Clerum & Ordines Regni Vngariæ super hac electione apud SCHANNAT *Vindem. Litter. Collect. II. p. 150.* qua electionem hancce legitimo modo fuisse factam, docent, cui adiecta est refutatio Contentorum in dicta Epistola. EBERH. WINDECK cap. XXVI. *Vierzehen hundert und zwölff* (errat in anno) *do starb Konig Rupprecht von Heidelberg, do sammeten sich die Kurfurste zu denselben Iare alß umb Bartholomey und koren einen andern Kunig bischoff Iohann von Meintz von Nassawe und bischoff Friderich von Colle die kuren marggraffen Iobst von Merhern mit dem part, so kore der bischoff von Triere, Hertzog Ludwig von Paiern zu Haidelberg, Konig Ruprechts sun, Hertzog Albrecht von Sachsen den Konig Sigmund zu Vngern und marggraffe von Brandeburg der war der Konig selber, In der weille so sant Konig Sigmund zu marggraffe Iobsten von Merhern seinen vettern, und liß in fragen, ob er gein Franckfurt ziben wolt, das romisch reich zu behalten, do entpot er yme, so er wolt Romisch Konig werden und gein Franckfurt ziehen, Do entpot Ime Konig Sigmund, Er wolte gein Mehern ziben, und berobte sich auch darzu mit lowte und mit gut, zu dem wolt got das marggraff Iobst starb, der do gebusset wart ein grosser lugener, wenn er die Kawffleute von Ache, Coln, Meinz, Nurnberg, Regenspurg, Augspurg, Vlme und ander mer sein furstlich gelait geben bett gen Brunne in die stat, und nam In ir gut mit allesammen und sprach, man bett es auch auf den felde genomen. Also wart des ein guts teil wider bezalt nach des marggraffen tot.* Confirmat eandem THEOD. a NIEM scriptor illorum temporum *in Vita Iohannis XXIII. lib. I. c. XXXIV.* Extat scriptum Electorum, ipso die Remigii, quæ hanc electionem significant, apud WENCKERVM *Appar. Archiv. pag. 305.* in quo: *Darumb verkundigen wir uch soliche sin und unser Gœtliche, ordeliche, vorsichtelich, beredelich und eintrechtliche kore und wale, als von funff Stymmen, funff Korfürsten mit Namen unser des Ertzbisch. von Colne, eins Koniges von Beheym, eins Hertzogen von Sassen, eins Marggr. von Brandenburg und unser des Ertzbischoffs zu Mentze.* Dicta Missiua p. 4. *post decantacionem Misse solempnis in Choro ecclesie B. Bartholomei Secundum ritum hactenus conseruatum, ad electionem Romanorum Regis processimus; omnesque nos Principes Electores per quinque voces & votanot concorditer consencientes, in vnum conuenientes Serenissimum & Gloriosissimum Principem & Dn. Dn. Iodocum, tunc Marchionem Brandenburgensem & Morauie, assencientibus Procuratoribus eiusdem, & procuratorio nomine in Se recipientibus electionem eandem, coram Procerum, Nobilium, Magnatum, Prelatorum & populi multitudine copiosa, in verum viuum & indubitatum Regem pronunciauimus Romanorum.*

40) Sic enim Argentoratenses ad Basileenses apud WENCKERVM c. l. pag. 307. *Hertzog Stephan von Peyern meinde, sit er der Elteste von Peyern ware, so sollte er die Kur haben, der ist mit gen Franckfurt kommen, aber die Kurfürsten und ire Rete haben berathslaget, und blibet Hertzog Ludwig by der Kur, und wollen In vur ein Pfaltzgrafen haben.*

41) Patet hoc non solum ex eo, quod Wenceslai legatus Iodocum cum aliis Electoribus elegisse dicatur, sed etiam testatur illud THEODORICVS a NIEM *in Vita Iohannis XXIII. lib. I. c. XXXIV.* dicens: *in primo anno Pontificatus dicti Balthasaris* (erat Iohannes XXIII. qui anno 1410. factus fuit Papa) *monebatur Iodocus, Marchio Morauiæ, fratruelis D. Sigismundi, moderni regis Roman. in Romanor. regem pauco elapso tempore prius electus, & eius loco, consentiente Dn. Wenceslao rege Bohemiæ, & fratre dicti Sigismundi, per Dn. principes electores Imperii in Francofordia dictus Dn. Sigismundus, tunc & nunc Rex Vngariæ in regem Romanor. fuit electus.* Demonstratur illud etiam ex colloquio Wenceslai cum Iodoco, quod refert AENEAS SYLVIVS *in Comment. lib. III. in libros Ant. Panormitani de dictis & factis Alphonsi Opp. pag. 489.* & CZECHOROD *Marte Morau. lib. IV. cap. III. fin.* Potissimum huc facit ANDREAS RATISBONENSIS *Chron. p. 1245.* scribens: *Assensit etiam eidem electioni Sigismundi sæpe memoratus Wenzeslaus, Rex Bohemorum; qui dum conueniretur, quare ipse per assensum huiusmodi vellet facere scisma in regno Romanorum respondit: Quod nequaquam faceret scisma, quia ipse, quamdiu viueret, & nullus alius Rex esset Romanorum. Electioni autem fratris sui se viuente assentiret, quemadmodum pater ipsorum Karolus Imperator adhuc viuens Regem Romanorum fieri ordinasset.*

42) Adgnouit illud AVENTINVS, dum lib. VII. c. XXIII. ita scribit: *Curiali Principes Francofordiæ Cæsarea Comitia habent Mogontinus atque Agrip-*

per maiora, loco & cum solennitatibus debitis fuisset electus, 43) inglorium tamen ipsius fuit Imperium, nec diuturnum, dum post trimestre spatium die VIII. Ianuarii an. 1411. ætatis anno LX. absque hærede masculo 44) defungeretur. Defuncto Iodoco, Iohannes Moguntinus noua Comitia Electionis Francofurtum indixit, ad quæ præter ipsum, Fridericus Coloniensis, nuntii Wenceslai, R. Bohemiæ, Rudolphi El. Saxoniæ & Sigismundi Regis Vngariæ conuenerunt, Treuirensis vero atque Palatini prioris electionis valorem vrgentes, non interfuerunt. Post aliquot dierum deliberationes, dicti Electores cum absentium procuratoribus, die Praxedis, d. XXI. Iulii an. 1411. Sigismundum ritu antiquo Cæsarem renuntiarunt, idemque Ciuitatibus Imperii renuntiarunt, easdem ad obsequium adhortati. 45)

§. VII. Postquam legitime fuisset electus, d. VIII. Nouembris a. 1414. Aquisgrani ab Electore Coloniensi in Regem Romanorum coronatur. 46) Ibidem eodem tempore Ludouico Barbato atque vniuersæ domui Palatinæ iura electoratus atque archidapiferatus per auream Bullam 47) confirmat. Idem postquam a. 1434. Romæ fuisset coronatus, Basileæ denuo repetit, successionem linealem adgnaticam magis adhuc confirmat, atque legitimam ætatem decem & octo annorum, quantum ad Imp. saltim electionem definit. 48)

§. VIII. Prima Sigismundo cura fuit, vt pacem publicam stabiliret. Inde a. 1412. Comitia Noribergam indixit, ibidemque Pacem publicauit, in Franconia seruandam, quam etiam multi Principes, Dynastæ & Ciuitates acceptarunt. Idem Heilbrunnæ de Sueuia cogitabat, atque Alsatia, quo etiam Saxoniæ Dux, Fridericus Noribergensis Burggrauius, Comes Würtenbergensis, aliique venerant. In Concilio Constantiensi de eadem pace publica fuit actum. Postea Electoribus atque Principibus pax publica placebat, ad formulam fœderis Rhenensis, quam etiam Ciuitates Imperii sub certa conditione 49) acceptabant, licet Franconiæ Ciuitatibus alia formula placeret. Inter Ciuitates Imperii

Agrippinensis Archimysta Iudocum, Brandeburgensis atque Morauici limitis præfectum, Filium Iohannis; Treuerorum vero pontifex & Ludouicus, præfectus prætorio Rheni, Filius Ruperti Cæsaris, Sigismundum regem Vngrorum, rebus imponunt; fuere itaque ea tempestate tres Cæsares, Wenceslaus, rex Boiemiæ, frater eius Sigismundus, rex Vngariæ, & horum patruelis, Iudocus. Omnes pronepotes Dn. Imp. Hainrici VIII. Cæs. Aug. Item tres pontificatu maximo lethali ambitu disceptabant, nempe Benedictus XIII. Gregorius XII. & Iohannes XXIII. ANDREAE RATISBONENSIS Chronica apud ECCARDVM p. 1245. *De his tribus Regibus, scilicet Sigismundo, Iodoco & Wentzeslao habentur versus:*

Adorant Christum tres reges iam Romanorum
Non sunt Tharsenses, nec Annales, nec Sabinenses.

43) Hanc Iodoci electionem legitimare conantur Ioannes Moguntinus & Fridericus Coloniensis in dicta Missiua. Illam tamen Missiuam Anonymus quidam refutare conatus fuit, quem KOELERVS §. *IV.* pro Vlrico Meylero, Baccalaureum Decretorum Constantiensis diœcesis habet. Ipse vero Clar. IO. DAVID KOELERVS singulari dissertatione *Vindicias Electionis dubiæ Iodoci Imperatoris contra Sigismundum Altorfii* dedit *a. 1726.* eandemque certis sane argumentis legitimauit, dictam missiuam cum eiusdem refutatione adiecit.

44) Prout ex libro Anniuersario in Ecclesia Metropolitana Pragensi demonstrauit THOMAS I. PESSINA CZECHOROD *in Marte Morau. p. I. lib. IV. c. III. n. 45.* ANDREAS RATISBONENSIS c. l. p. 1246. *Igitur Iodoco in breui sine heredibus defuncto, & peractis exequiis, sub sceptro regali in Brunna ciuitate Morauiæ sepulto, Sigismundus Rex Hungariæ regnum obtinet, & quamdiu regnabit, nouit hic, qui terminum vitæ hominis constituit.* GOLDASTVS *Tom. III. Constit. Imper. pag. 424.* protulit ipsius sanctionem de resistendo Regiæ Maiestati, si contra ordinationes Imperii fecerit. Licet hanc ordinationem *in notis ad Comment. de Regno Bohemiæ lib. I. c. VI. p. 59.* pro suppostitia & ex famoso decreto Andreæ II. conficta habeat.

45) Electionis seriem exponit libellus die Mariæ Magdalenæ a. 1411. scriptus, apud LERSNERVM *Chron. Francofurt. lib. I. c. VII.* Litteræ Electorales, quibus electionem vnanimem significant apud WENCKERVM *Appar. Archiv. pag. 308.*

46) GOBELINVS PERSONA æt. VI. c. XCIV. *Rex autem Sigismundus Aquisgrani ab electo Coloniensi, videlicet domino Thiderico de Morse; nondum in episcopum consecrato, octauo die mensis Nouembris coronatus est.* M. CHRON. BELG. pag. 356. *Sigismundus Rex Vngariæ, Croaciæ in Regem Rom. eligitur anno Dn. MCCCCXI. Iste erat filius Caroli quarti Imp. & fuit coronatus Aquisgrani anno Dn. MCCCCXIV. die octaua Nouembr. Regnorum suorum Vngariæ, Croatiæ &c. Anno XXIII. Romanorum vero electionis anno quarto.* ERDMANN *Chron. Osnabr. Tomo II. p. 243.* WINDECK *cap. XXXI.*

47) Extat ista apud GOLDASTVM *Tomo I. p. 398.* Inde MARQVARDVS FREHERVS eandem cum versione vernacula *Heidelbergæ 1615.* cum notis edidit, atque inserta fuit Repræsentationi S. Rom. Imperii *p. 556.* In notis etiam Freherus confirmationem singulorum Electorum exhibet. Reperitur eadem Bulla apud TOLNERVM Cod. dipl. Palat. n. CXLV. *Datum Aquisgrani Anno Dni millesimo, quadringentesimo quarto decimo, ipsa die coronationis nostræ, quæ fuit octaua Nouembris, Regnorum nostrorum Anno Hungariæ vicesimo octauo, Romanorum vero electionis quinto.*

48) Extat apud TOLNERVM n. CXLVI. *Datum Basileæ: Anno Domini millesimo quadringentesimo trigesimo quarto, die octaua mensis Martii, Regnorum nostrorum, Anno Hungariæ &c. quadragesimo septimo, Romanorum vicesimo quarto, Bohemiæ quarto decimo, Imperii vero primo.* In hac Bulla iterata, ratione tutelæ hæc verba reperimus: *ætatem autem debitam in hoc casu, eligendi videlicet Romanorum Regem, in Imperatorem promouendum, decem & octo Annorum censeri volumus & haberi, in Principatibus autem Ducatibus & Dominiis aliis temporalibus gubernandis, ætatem obseruandam decernimus, prout a diuis Romanorum Imperatoribus, & Regibus nostris prædecessoribus est sancitum.*

49) WENCKER *Appar. Archiv. p. 315.* hoc ex Actis proponit, hanc adferens conditionem: *daß die Geiß-*

Imperii equidem variæ desuper instituebantur Conuentus, verum Ciuitatibus Rheni atque Alsatiæ magna fœdera tanquam minus proficua, displicebant. 50) Hæ igitur saltim Fœderibus particularibus adhærebant.

§. IX. Sub initium statim regiminis Sigismundi, controuersia Hussitica magis magisque aucta, fuit atque promota. Initium controuersiæ iamdum a Wenceslai temporibus erit reputandum. Postquam enim Bonifacius IX. Papa an. 1400. Iubilæum indixerat, idemque a Sigismundo, vt Pragæ etiam celebraretur, impetrauerat, Iohannes, a villa natali Huss dictus, quod Bohemorum lingua anserem notat, Pragensis Academiæ Professor, atque Sophiæ, quæ Wenceslai Coniux erat, a sacris confessionibus, contra frequentes indulgentias insurgebat, ipsique potissimum fauebant ipse Wenceslaus, Sophia atque Bohemi. 51) Accedebat, quod Hieronymus Faulfisch, nobilis genere, a patria Pragensis dictus, Oxonio Io. Wiclefi libros secum adduxerat, quos auide legens Hussus, huius doctrinam amplectebatur, eademque Teutonicos magistros nimium agitabat. 52) Dum vero Carolus ab institutione Pragensis Academiæ constituerat, vt in ferendis suffragiis Germani tres voces, Bohemi quartam haberent, quoniam paucissimi Bohemorum tunc operam litteris nauabant, Hussus cum Bohemis suis minime præualebat, qui a muniis & honoribus Academicis per exteros, qui maiora constituebant, excludebatur. 53) Ast, dum Carolus postremo diplomate sic conclusisset, vt mos Parisiensis Academiæ, Pragæ etiam seruaretur, 54) exclamat Hussus, morem hunc in Gallia retineri, vt exteri simplici suffragio, domestici autem triplici perfungantur. Ad Wenceslaum prouocant Germani, atque vtraque interim pars iudicem muneribus corrumpere non cessabat, adeo vt Rex dixerit, vnde mihi hic tam beatus anser natus, qui tot subinde aurea argenteaque oua mihi excludit. 55) Lata denique a. 1408. sententia pro Bohemis, factum, vt multa scholasticorum millia 56) intra octo dies Praga excesserint, ex quo incrementa Erfurtensis atque Heydelbergensis Academiæ. Hoc ipsum autem Friderico Bellicoso ansam dedit erigendi Academiam Lipsiensem, quæ ad priorem normam Pragensis Academiæ fuit erecta. 57) Ipse

Geistlichen Fürsten für sich und ihre Nachkommen, und Ihr Capittele mit Ihnen versigeln solten; Die weltlichen Fursten für sich und alle Ihre Erben; die Stadte für sich und Ihre Nachkommen. Item, daß die Vereinigung mit Wille und Verhangnüs des Röm. Künigs geschehen solte.

50) WENCKER c. l. *Dann solche ihnen nicht gelegen nutzlich noch kommlich.*

51) DVBRAVIVS *lib. XXIII. p. 613.* WINDECK c. LXIX. *Husse, der zu Prage vaste vil prediget von einen newen glauben und Kezeriye, und hatte do den Konig Wenzlawe von Beheim und die Koniginne Elisabeth von Paiern gebornen Herzog Ernste swester von Munchen, und vil des Koniges rate zu seinen glawben bracht in etlichen stucken und artykeln.*

52) AEN. SYLVIVS c. XXXV. *rexerant scholam Pragensem vsque in ea tempora Theutones: id molestissimum Bohemis fuit, hominibus natura ferocibus atque indomitis. Ex quibus vir quidam genere nobilis, ex domo quam putridi piscis vocant, apud Oxoniam Angliæ ciuitatem literis studens, quum Ioan. Wicleui libros offendisset, quibus de Realibus vniuersalibus titulus inscribitur, magnopere illis oblectatus, exemplaria secum attulit. Inter quæ de ciuili, deque iure Diuino, de Ecclesia, de diuersis quæstionibus contra Clerum, pleraque volumina; veluti pretiosum thesaurum patriæ suæ intulit. Imbutus iam ipse Wicleuitarum veneno, & ad nocendum paratus, tum quod erat familiæ suæ cognomen, putridum piscem, id est, fœtidum virus in ciues suos euomuit. Commodauit autem scripta, quæ attulerat, his potissime, qui Theutonicorum odio tenebantur: inter quos Iohannes eminuit, obscuro loco natus, ex villa Hus, quod anserem significat, cognomentum mutuatus. Hic cum esset ingenio peracri, & lingua diserta, multumque Dialecticis oblectaretur, & peregrinas opiniones amaret, auide admodum Wicleuitarum doctrinam arripuit, eaque Theutonicos vexare Magistros cœpit, sperans eo modo Theutones scholam relicturos.* DVBRAVIVS lib. XXIII. p. 617. *interim Pragæ Hieronymus & ipse liberalium artium Magister atque ipsius Hus collega & consentaneus, communem sectam contra Germanos Doctores, qui ibi remanserant, crebris disputationibus propugnare, multis bilem concire, alios argumentis & oratione tenere: nam & acutus & disertus habebatur, eandemque in scholis, quam Hus in templis palmam ab auditoribus obtinebat.*

53) DVBRAVIVS *lib. XXIII. p. 614.*

54) GOBELINVS PERSONA æt. V. c. XCV. *ita vt VVenceslaus Rex frater D. Sigismund. Regis Romanorum supradicti eis consentiens ipsos & errores eorum tyrannide defenderet, vnde tandem studium Pragense annihilatum est.* Qua ratione etiam Hussitis fauerit Wenceslaus, docet THEOD. VRIE *Hist. Conc. Constant. lib. IV. dist. XII.* DVBRAVIVS *c. l.* AEN. SYLVIVS c. l. *quod cum succederet, a Venceslao impetratum, vt Pragense Gymnasium ritu Parisiensis gubernaretur. Ea res Magistratum scholæ Theutonibus abstulit.* G. FABRICIVS Origg. Saxon. *lib. VII. pag. 686.*

55) DVBRAVIVS *c. l.*

56) Variant in numero Scriptores: DVBRAVIVS c. l. *Lata denique sententia secundum Anserem cum tanta Germanorum indignatione, vt plus viginti quatuor millia scholasticorum intra octo dies Praga excesserint, detestantibus artificum collegiis Anserem, cuius opera fieret, vt labor illorum recideret ad tenue pretium, cum non adessent emptores.* Ast, AEN. SYLVIVS cap. XXXV. *quam ob causam commoti magistri ac discipuli Theutonici generis, iureiurando adacti, vno die supra duo millia Pragam reliquere, nec diu post circiter tria millia sequuti, apud Lipsiam Misniæ ciuitatem, trium dierum itinere a Praga distantem, vniuersale studium erexere.* Eadem pro more repetit NAVCLERVS *vol. II. Gen. XLVII. p. 1033.* BONFINIVS *dec. III. lib. II. p. 276.* TRITHEMIVS *Chr. Hirs. ad a. 1402.*

57) G. FABRICIVS Origg. Saxon. lib. VII. p. 687. *dissipata Pragensi Academia, in Misnia Lipsiensis; in Bauaria Ingolstadiensis; in Saxonia Rostochiensis; in Polonia Cracouiensis, breui inter se interuallo sunt aperta & confirmata. Erfurdiana etiam, quæ per paucos ante annos in Thuringiam e Francis translata erat, maximum incrementum cepit. Fridericus Princeps omni clementia & liberalitatis genere Musas prosequitur exules: quibus & collegia ampla exædificauit; & reditus præclaros annuos, primum ex ærario suo, deinde ex agris villisque*

Ipse vero Hussus d. 17. Octobris an. 1409. communi consensu in Rectorem Vniuersitatis Pragensis fuit electus. 58)

§. X. Inde opulentus quidam Ciuis, Ioannes Mylheim de Pardubicz in vrbe Pragensi sub nomine sanctorum Matthiæ & Matthæi haud ignobile templum condidit, quod Bethlehem appellauit, reditibus additis, ex quibus Prædicatores alerentur, qui festis profestisque diebus Bohemico sermone duo verbum Dei plebi insinuarent. Horum alter Iohannes circa annum 1400. est assumptus, qui pro Concione contra Papam & corruptos mores cleri agebat, peruersa dogmata euertebat, Wiclefi scripta commendabat. Accedebant ipsi ex clero plures. 59) Venerunt etiam a. 1404. duo Angli, Theologiæ Baccalaurei, Iacobus quidam & Conradus Candelburgius Pragam, alboque academiæ inscripti, publice controuersias de Papæ primatu similibusque mouere cœperunt, paullo post tamen publico interdicto id facere prohibiti. Illi igitur, vt quod hominibus non licebat, liceret parietibus, in cœnaculo habitationis suæ, hospite consentiente, depingi curant, altera quidem parte passionis Christi historiam, ex opposito autem pompam aulæ Papalis Cardinaliumque. Cuius picturæ cum Io. Hus in concionibus faceret mentionem, tanquam veræ Christi & Antichristi antitheseos, confluebat eo subinde populus spectaculi caussa. 60) Subinco Pragensis Archiepiscopus igitur, Wiclefi libros comburi iubet, Iohanni etiam prædicatio fuit interdicta, & minæ adiectæ, si quando priores in populum doctrinas vulgare auderet. Idem Archiepiscopus omnem rem ad Iohannem XXIII Papam deferebat, qui Cardinali de Columna caussam hanc commisit, atque hic Hussum Romam citabat, Sophia tamen Wenceslai vxor Regem rogabat, vt pro eodem ageret, id quod etiam Academia, nobiles, multæque Bohemiæ ciuitates petierunt. Missi igitur legati Romam, petituri a Papa, vt personalem citationem relaxaret, ex eo quia iniuste accusatus, & propter inimicitias capitales pertransire non posset. Verum legati nihil proficiebant, quin potius Cardinalis de Columna Hussum excommunicaret. Legati equidem ad Papam prouocabant, qui quatuor aliis Cardinalibus, Aquileiensi, de Brancatiis, de Venetiis, & Francisco de Zabarellis caussam commisit. Mortuo tamen Cardinale de Aquileia, res fuit protracta, atque Hussi Procuratores rem serio agentes carceri fuerunt mancipati. 61) Ipse dum prius a Papa ad Tribunal Christi prouocasset, Praga excedens, apud villam vnde sibi origo fuit ac cognomen, permittente loci Domino, docere populum non destitit, quem sibi doctrina sua magis magisque conciliabat. 62) Accedebat Petrus Dresdensis patria pulsus, qui cum aliis Germanorum paullo ante Pragam reliquerat, puerorum docendorum curam accipit, qui communionem sub vtraque necessariam esse proferebat, multosque commonebat. 63) Subinco, vbi nullum in Wenceslao præsidium inuenit, ad Sigismundum, Hungariæ regem confugit, qui etiam fidem dat, petiturum se breui Bohemiam, & schismati consulturum. Sed, cum dies die ducitur, Subinco apud Posoniam in Hungaria moritur, & Albicus ei sufficitur, homo nimium auarus, 64) Accedebat, quod a. 1414. Communio sub vtraque per Iacobellum de Miza, sacræ Theologiæ baccalaureum formatum in vrbe Pragensi ministraretur frementibus aduersariis & impugnatoribus. 65)

§. XI. Durante igitur adhuc schismate Papali, mouit hoc Sigismundum, vt pro tollendo eodem, & Hussitarum caussa componenda, laboriosissimam peregrinationem susciperet, qua magnam Europæ partem peragrauit, dum Italos, Gallos, Hispanos, Britannos, atque alias nationes ad Concilium in Germania celebrandum contrahit. 66) Tandem Decembri mense a. 1413. Sigismundus Imp. & Iohannes XXIII. Laudæ, Ducatus Mediolanensis vrbe, conuenerunt, ibidemque Concilium, ad quod primum Argentoratensis vrbs erat destinata, in Sueuorum honorem, 67) Constantiæ celebrandum indixerunt, eundem-

que constituit: potestatem etiam nominandi sex Canonicos in tria Collegia, Misnense, Numburganum, Mersburgicum a Pontifice impetrauit. Solenni autem more Academia Lipsiensis inchoata est pridie Idus Nouemb. a nato Christo MCCCCIX. Iohannes Hofmannus patria Sueidnicensis, qui Rector Academiæ Pragensis fuerat, & cum toto corpore Scholastico discesserat, biennio post Misnensis creatus Præsul. HEIDENREICH *Ann. Lips. p. 53.* SCHNEIDER *Chron. Lips. p. 274.* VOGEL *Leipzig. Annales p. 48.*

58) Hoc ex ipsis Hussi Operibus demonstrat WILHELM. SEYFRIED *in Histor. Io. Hussi §. IV. pag. 26.*

59) AEN. SYLVIUS *cap. XXXV.* TRITHEMIVS *ad a. 1402.* DVBRAVIVS *lib. XXIII. p. 616.* NAVCLERVS *p. 1033.*

60) Hæc ex martyrologio Bohemico in Historia sua vniuersali adducit BOXHORNIVS *p. 913.* & WENCESLAVS HAGECIVS *Chron. Bohem. ad a. 1404.* de quo latius egi in OBSERV. HALENS. *Tom. IV. obs. X.*

61) Hæc æque ex Hussi Operibus demonstrauit SEYFRIED *pag. 32.*

62) AEN. SYLVIVS *cit. loc.* extat hæc prouocatio apud WILH. SEYFRIED *§. V. p. 35.*

63) AEN. SYLVIVS *c. l.* Vid. IAC. THOMASII dissertatio *de Petro Dresdensi.*

64) AEN. SYLVIVS *c. l.* DVBRAVIVS *p. 617.* Adde CZECHOROD *Marte Morau. lib. IV. c. IV.*

65) LAVR. BYZYNIVS *Diario belli Hussitici* apud LVDEWIG *Reliquiis Mstorum Tomo IV. pag. 124.*

66) Verba sunt DVBRAVII *lib. XXIII. p. 621.* GVSPINIANVS *p. 395. egit dehinc facinus Augusto dignissimum, quod nulla vnquam ætas obliuiscatur. Peragratis enim vniuersæ pene Europæ prouinciis, toto triennio, omnes Principes, reges ac Pontifices adit, quo schisma Christiano nomini calamitosissimum tolleretur, & concilium Constantiæ fieret; omnes obtestatus, vt per se vel suos oratores conuenirent, cum pleno (vt aiunt) mandato.*

67) WENCKER *Appar. Archiv. p. 14.*

68) Quan-

eundemque conuentum V. Idus Decembris publicarunt. 68) Auspiciis igitur Sigismundi 69) ad diem Kl. Nouembris 70) 1414. a Iohanne XXIII. Papa, consentientibus Cardinalibus, fuit conuocatum. Licet solennis concilii inauguratio demum V. Nouembri fuerit facta; prima eiusdem sessio XVI. Nouembris. 71) Sub initium statim Concilii, post varios tractatus, totum concilium in quatuor nationes, Germanicam, Gallicam, Anglicam & Italicam est diuisum, quæ quatuor ex se Prælatos, quælibet videlicet vnum elegerunt, qui Præsidentes Concilii dicebantur: & harum quatuor nationum determinatione singula ipsius

68) Quantum auctoritatis in hoc concilio fuerit Sigismundi Imp. patet ex istius edicto vniuersali, quo omnes ad Concilium inuitat, & securitatem in eodem promittit, apud HERMANNVM *von der* HARDT *Tomo VI. p. I. p.* 5. in quo: *vniuersis & singulis præsentes literas inspecturis notum facimus, qualiter Reuerendissimi Patres in Christo, Domini, Antonius, tituli sanctæ Cæciliæ Presbyter, & Franciscus, Sanctorum Cosmæ & Damiani Diaconus, Sanctæ Romanæ Ecclesiæ Cardinales, Apostolicæ sedis legati, ac nobilis Manuel, miles Constantinopolitanus, habentes a Sanctissimo Domino nostro Papa Iohanne XXIII. simul cum suo sacro collegio Dominorum Cardinalium plenam ad infra scripta potestatem, prout literis Apostolicis constat, habitis nobiscum multis super infra scripta deliberationibus & consiliis, tandem pro loco Generalis Concilii, Deo fauente celebrandi, elegerunt consilio & assensu nostro Ciuitatem Constantiæ, Prouinciæ Moguntinensis.* Idem patet ex Epistola Sigismundi ad Gregorium XII. & Carolum VI. Galliæ Regem, qua ipsos inuitat, vt veniant ad Concilium. Idem patet ex Bulla Iohannis XXIII. desuper promulgata. Idem demonstrauit THEODORICVS VRIE *Historia Concilii Tridentini lib. IV. dist. VI. & lib. VI. dist. III.* TRITHEMIVS *ad a.* 1413.

69) IO. BAPTISTA VILLANOVANVS *in Laudis Pompeiæ Historia lib. III.* apud GRAEVIVM Tomo III. p. 916. *schismate his temporibus laborabat orbis Christianus quoniam tres insimulerant, qui se veros esse Petri successores Christique vicarios asserebant: nempe Petrus de Luna, Hispanus, qui se Benedictum XIII. Angelus Corrarus, Venetus, qui se Gregorium XII. & Balthasarus Cossa, qui se Iohannem XXIII. dici volebat. Ad liberandam hoc pernicioso dissidio Ecclesiam in Laudam vrbem Iohannes XXIII. & Sigismundus Imperator conuenerunt, quorum hic splendido Ioannis Viniati, Principis Laudensis vtebatur hospitio, ille Iacobi Arigonis, ciuis Laudensis, & eiusdem vrbis episcopi. Celebrauit in maiore siue cathedrali, vt vocant templo nostro, ad S. Bassianiaram, infra Chorum, sitam, natalem Seruatoris nostri noctem Pontifex, & ipse Imperator in ista Missa solenni munus obiit diaconi, cecinitque euangelium, Exiit Edictum a Cæsare Augusto &c. Nouissime hic duo supremi principes constituerunt, vt in vrbe Constantia Concilium celebraretur, ad quod Ecclesiæ diuinæ proceribus conuocatis totus populus Christianus ad obedientiam vnius capitis Christique Vicarii reuocaretur. Hic conuentus ecclesiasticus cum Laudæ quoque publicatus esset a. d. V. Idus Dec. eiusdem anni.* GOB. PERSONA æt. VI. c. XC. *& tunc in mense Decembri Concilium in Kalendis Nouembris denique proxime venturis indixit: locum tamen concilii non determinauit. Quapropter duos Cardinales ad regem Romanorum, tunc in Italia moram trahentem, ad concordandum de loco destinauit, qui simul in ciuitatem Constantiensem consenserunt. Et post hoc Papa & rex in Laudensi ciuitate conuenientes locum eundem pro concilio generali celebrando approbarunt.* Hoc plenius demonstrauit MAVCLERVS *vol. II. Gen. XLVIII. p.* 1043. De eodem conuentu LVDOV. CAVITELLIVS Ann. Cremon. p. 1403. *Ipse Papa Iohannes XXIII. in edicto suo vniuersali ita scribit: deinde cum post Romanæ Vrbis miserabilem casum, ad nos tunc apud Florentiam existentes eiusdem Regis nuncii accessissent, & ex parte eiusdem Regis multa nobis circa materiam suggessissent, eorum auditis relatibus pro pleniori expeditione, dilectos filios nostros, Antonium tituli sanctæ Ceciliæ Presbyterum, & Franciscum tituli Sanctorum Cosmæ & Damiani, Diaconum, Sanctæ Romanæ Ecclesiæ Cærdinales, cum plena potestate super huiusmodi electione loci, & deputatione temporis, ac simul cum eis dilectum filium nostrum, nobilem virum Manuelem Chrysoloram, Militem Constantinopolitanum ad præsentiam eiusdem Regis transmisimus. Qui ad eum venientes tandem de ipsius Regis consilio & assensu ciuitatem Constantiensem, Prouinciæ Moguntinensis, pro loco huiusmodi Concilii celebrandi, concorditer elegerunt, ac tempus ad initiandum huiusmodi Concilium statuerunt, diem primum mensis Nouembris proxime venturi. Deinde vero nos, qui pro quibusdam arduis & magnis negotiis cum eodem Rege, iuxta nostrum & ipsius desiderium personaliter conuenientes certificati ab eo de habilitate, capacitate & securitate Ciuitatis Constantiæ antedictæ, quam securitatem ipse Rex se præstiturum & in ipso Concilio personaliter assaturum pollicetur.* THEOD. de NIEM vita Iohannis XXIII. *lib. I. c. XXXVII.*

70) Diem concilii habendi indicant omnes dictæ litteræ: Edictum enim Sigismundi vniuersale *Datum in Ecclesia S. Stephani Protomartyris, in villa vocata Viglud in vulgari Vegai, Cuman. Diœceseos. Anno a Natiuitate Domini* 1413. *die lunæ, penultima mensis Octobris* habet: *quem etiam locum nos cum prædictis Dominis Cardinalibus pro Concilio elegimus. Et insuper ipsi nobiscum & nos secum assignauimus ad initiandum præfatum concilium tempus vnius anni, incipiendo de prima Mensis Nouembris nunc instantis.* THEODORICVS VRIE *c. l. de quo non ambigas, cum iam præfatus summus Pontifex vna cum prædicto serenissimo Hungariæ Rege in Imperatorem electo concordauerit de loco, vt prædixi, & tempore quod erit anno ab incarnatione Millesimo CCCCXIV. festo omnium sanctorum* vid. HARDTIVS *Tom. IV. p.* 10. BYZINIVS p. 125. *Anno eodem puta clɔcccc XIV. in die omnium sanctorum incepit generale concilium in ciuitate imperiali Constantiensi pro vnione ecclesiæ ac pace reparanda congregari, pro tunc enim Ecclesia in aliquas partes erat diuisa.*

71) GOB. PERSONA *æt. IV. c. XCIV.* quidem dicit: *anno Domini MCCCCXIV. supradicto, Papa Iohannes venit Constantiam in mense Octobri, pro concilio generali celebrando. Et licet in Kalend. Nouembris, tunc immediate sequentibus, concilium immediate inchoari decretum fuerat, tamen propter certas caussas vsque ad quartum diem huius mensis prorogatum est.* Sequitur M. CHRON. BELG. p. 352. Dies V. Nouembris vero, quo solennis Concilii inauguratio in templo Cathedrali fuit facta, patet ex Actis publicis apud HARDTIVM *Tomo IV. p. I. p.* 13. De sessione vero Generali I. in templo Cathedrali, publico Concilii loco, die Veneris XVI. Mensis Nou. 1414. præsidente Papa Iohanne XXIII. absentibus adhuc Cæsare, Imperii Electoribus, aliisque Principibus & Regum legatis. Quinam in hac Synodo fuerint præsentes, docet VRIE *Hist. Conc. Constant. lib. VI. dist. V.* CVSPINIANVS p. 396. *veniunt itaque Imperatoris Trapezuntini, aliorumque catholicorum regum oratores, & vniuersæ Christianitatis Principes, tanto numero homi-*

ipsius concilii negotia decreta fecerunt expediri, quod Cardinalibus omnino cum Papa displicuit. Quibus postea Quinta accessit Hispanica. 72) Actum in eadem synodo potissimum de schismate Papali & caussa Hussitica, Reformatio equidem Ecclesiæ proponebatur, sed nihil fructuosi perficiebatur. 73)

§. XII. Quantum ad caussam Papalem attinet, tres isto tempore se gerebant pro Papis, Balthasar de Cossa, qui & Iohannes XXIII. qui Gregorium XII. Roma fugabat. Hic Angelus Cornarius alias dictus, postquam Roma fugatus, Arimini postmodum sedebat. Benedictus XIII. alias Petrus de Luna, Hispanus, Auenione sedebat. Iohannes XXIII. Kl. Martii 1415. iuri suo Papali solenni diplomate renuntiat, cum ipsum nondum indicti Concilii pœniteret. 74) Dum autem Imp. metueret, ne Iohannes fuga sua Concilium ab

hominum, qui nonaginta nouem millia excedere visus est. H. ab HARDT *Tomo V. p.* 10. inseruit GERHARDI DACHERII Historiam Magnatum in Constantiensi Concilio, qua omnes sigillatim recensentur. In hac designatione ingens hic numerus comprobatur. Claudunt agmen *Histriones, Pusunatores & eorum similes CCCXLVI, Mulieres communes, quas reperi in domibus & vltra, & non minus, exceptis aliis.* In alia designatione ex Msto desumta *Tom. V. p.* 51. in præsenti Concilio fuerunt: *Milites plusquam XXIVC. quorum nomina non possunt conscribi. Item ibidem computati sunt XVIIIM Prælatorum, sacerdotum & Presbyterorum. Item ibidem fuerunt LXXXM. laicorum, qui fuerunt aduenæ. Item XVC. meretrices vagabundæ.* En cleri pietatem! de IO. FISTENPORT, ordinis sepulcri domini in Contin. Chron. Hermanni Ianuensis apud HAHNIVM *Collect. Monum. Tom. I. p.* 401. *in eodem concilio fuerunt congregati de extraneis hominibus LX. milia & quingenti persone, scilicet intra festum pasche & penthecostes, inter quos homines fuerunt treccnti & XLVI. Episcopi, & quingenti & LXIV. Abbates, Prelati, & Doctores, item XVI. milia, seculares Principes, Duces, Comites, milites & armigeri, item quadringenti cum dimidio publico meretrices, item sexcenti barbitonsores, item trecenti & XX voculatores & fistulatores. Ceteri, vt prefatus numerus compleatur, fuerant coci, scutiferi, cum aliis bubulcis. Item XVI milia lectisternia, de quolibet lecto dabatur ad mensem vnum florenum.* Vberius vero numerum in Concilio comparentium describit LAVRENTIVS BYZYNIVS Diario Belli Hussitici p. 116. *cui quidem concilio ipse Iohannes papa personaliter interfuit, item tres Patriarchæ, item Cardinales* 23. *item Archiepiscopi* 27. *item Episcopi* 106. *item Episcopi titulares de ordinibus* 33. *item Abbates* 103. *item Auditores palacii sacri* 18. *omnes Doctores. Item Cubicularii papæ* 18. *item Doctores in Theologia in decretis & legibus Magistri* 343. *demptis Doctoribus Auditoribus, ita Pænitentiarii Papæ & Cardinalium* 73. *item Scriptores pænitentiarum* 24. *item Scriptores Bullarum* 142. *item Procuratores Papæ & Cardinalium* 73. *Item Portulani Papæ* 24. *item Pedelli cum baculis argenteis* 24. *item Pedelli Consistorii* 28. *interfuerunt, item Comites* 78. *item Barones, nobiles & milites sexingenti* 76. *item Aurifabri cum famulis eorum* 48. *item Institores & famuli eorum* 350. *item Sutores vel Calcifices cum seruis* 182. *item Sartores cum seruis* 220. *item Pellifices cum seruis* 86. *item Fabri cum famulis* 88. *item Pistores cum famulis* 260. *Caupones de Florencia* 72. *item Apotecarii cum seruis* 45. *item Barbitonsores* 336. *item Heraldi* 45. *item Fistulatores, Tubicenæ, Ioculatores* 516. *item Meretrices, virgines publicæ* 718. *item Ambasiatores Regum, Ducum & Comitum* 28. *item Ambasiatores Episcoporum multorum & Ecclesiarum diuersarum, item Ambasiatores studiorum diuersorum, item Ambass. ciuitatum imperialium* 66. *item Ambasiatores multarum aliarum ciuitatum.*

72) Ipsi hoc Papales adgnoscere necessum habent, prout ex SCHELSTRATENIO adducit HARDT *Tom. IV. p. III. p.* 88. sub sessione quarta: *cum Cardinalis Florentinus ad quem, tanquam vltimum Cardinalem spectabat pronuntiare Decreta in sessionibus publicis, venisset ad verba de Reformatione Ecclesiæ in capite & in membris, quæ Nationes in schedula delere omiserant, substitit, eaque falsa esse & præter communem deliberationem addita asseruit. Vnde non solum tunc omissa fuit clausula de Reformatione, sed eadem Sessione IV. Cardinales monuerunt Nationes, quod suspendebant ad tempus materias istas, quæ habent magnas difficultates & maturam exigunt deliberationem.* Quod autem simoniæ atque indulgentiarum nundinationi, fastui prælatorum, in distribuendis officiis ecclesiasticis inæqualitati, remedium adferri debuisset, demonstrauit THEOD. VRIE *lib. IV. dist. VII. VIII. IX. X.* Huc faciunt tot Scripta IO. GERSONIS, PETRI de ALLIACO, aliorumque, partim ante Concilium, partim in ipso Concilio exhibita, quæ de emendanda agunt reformandaque ecclesia, atque in Tomo primo Historiæ Concilii Constantiensis HERMANNI ab HARDT reperiuntur.

73) HERM. ab HARDT Tom. V. p. 52. *effectumque Cæsaris maxime opera, vt absentibus adhuc Hispanis, vniuersum Concilium, omnesque Patres & hospites, in quatuor dispertirentur Nationes, Germanicam, Gallicam, Anglicam & Italicam. Postea, accedentibus Hispanis, controuersia Anglis mota a Gallis, quibus hi peculiare ius Nationis & suffragiorum denegarent: quosque Germanis accensendos crederent: vt numerus nationum per Hispanos accedentes non augeretur, sed Angli Germanis iuncti vnam absoluerent nationem. Quod vti nec e re Concilii & arduorum negotiorum, ita nec Anglis arrisit. Quapropter acriter inter Gallos & Anglos disputatum de nationis iure. Donec pro Anglis sententia ferretur, qui peculiarem omnino Nationem præstarent, ac peculiare suffragiorum ius in Concilio retinerent. Quo facto, superioribus quinta, Hispanica, iuncta est natio.* Acta huius negotii plenius ibidem exhibentur. Vid. etiam HARDT *Tom. IV. p.* 40. *sqq.* Consultationes desuper reperiuntur in HARDTII *Tomo II. p.* 230.

74) TRITHEMIVS *Chr. Hirs. ad a.* 1415. GOB. PERSONA *æt. VI. c. XCIV.* docet hoc THEOD. VRIE *lib. VI. dist. VII.* idemque resignationis diploma exhibet, in quo hæc verba: *ego Iohannes Papa XXIII. propter quietem populi Christiani profiteor, spondeo & promitto, iuro & voueo, Deo & Ecclesiæ, ac huic sacro Concilio sponte & libere dare pacem ipsi Ecclesiæ per viam meæ simplicis cessionis papatus, & etiam facere & adimplere cum effectu, iuxta deliberationem præsentis concilii, si & quando Petrus de Luna Benedictus XIII. & Angelus Corario Gregorius XII. in suis obedientiis nuncupati, papatui, quem pretendunt, per se, vel procuratores suos legitimos similiter cedant, etiam in quocunque casu cessionis vel decessus, aut alio, in quo per meam cessionem poterit dari vnio Ecclesiæ Dei ad extirpationem præsentis schismatis.* hoc plenius demonstrauit TRITHEMIVS *Chr. Hirs. ad an.* 1414. ROO *lib. IV. p.* 136. Idem confirmat HARDT *Tom. IV. p.* 41. 45. Eandem cessionem 2. Martii repetit. HARDT *p.* 46. Licet autem bullam hanc cessionis, vt exhiberet,

ab ipso conuocatum dissolueret, mœnia, portas & lacum die noctuque custodire iussit, ne quis Constantia discederet, immo XIV. Martii portas vrbis claudi iubet. 75) Ast, dum Fridericus Austriacus, lineæ Tirolensis, cuius fidei se Iohannes commiserat, 76) XX. Martii profesto S. Benedicti 1415. ludos equestres instituerет, Papa circa vesperam, habitu mutato, inducta serui persona equo vectus, nemine animaduertente, Constantia per portam Heluеticam Schafhusiam est elapsus, Friderico Austriaco illum paullo post insequente, 77) dissolutum iri Concilium credens. Comperta proximo die Iohannis fuga, omnia prope tumultum erant, dum tristis rerum exitus metueretur. Sigismundus autem cum Bauariæ Duce Ludouico ac ministris, tubarum sono præeunte, per totam ciuitatem obequitauit, & suomet ore quiescere ac bono omnes animo esse iussit, se Concilium esse protecturum, hoc ipso quietem facile concilians & tranquillitatem. 78) Constituta igitur fuit legatio ad Papam fugitiuum, quæ ipsum reduceret. 79) Fridericus etiam publice citatur, & non comparens, constituto Iudicio, cui Fridericus Brandenburgicus Elector præsidebat, quodque diuersi Principes ecclesiastici atque seculares constituebant, 80) proscribitur, impunitate omnibus promissa, qui terras illius vellent inuadere. 81) Licet & Papa & Fridericus publicis scriptis se excusarent. 82) Immo idem Fridericus, eo quod Triden-

ret, vix adigi poterat a Concilio, vrgente tamen Imp. eandem etiam 7. Martii 1415. exhibuit, HARDT *Tom. IV. p.* 53. THEOD. de NIEM *Inuect. in Iohannem XXIII. c. XVII. & in Vita lib. II. c. IV.*

75) HARDT *Tom. IV. p.* 54. 55.

76) Dum Constantiam ad Concilium properaret Iohannes, Friderici iamdum auxilium implorabat, ipsumque Merani XV. Octobris 1414. constituit Generalem Capitaneum exercitus Papalis, suumque Consiliarium, interposito auri pignore, prout diploma extat apud HARDTIVM *Tomo II. p. IX. c. I. f.* 246. vbi etiam demonstrat, qua ratione sibi Electorem Moguntinum Ioannem Nassouium, & Bernhardum Marchionem Badensem deuincire voluerit. GERH. a ROO *lib. IV. p.* 136.

77) THEOD. de NIEM vita Iohannis XXIII. *lib. II. c. VII. die XXI. Martii, proxime præteriti, in septimana de passione Domini, dictus Balthasar, habitu mutato, sero, in forma laici indutus inettertius in crepusculo, ordinante dicto Duce de Constantia, & equitando recessit ad castrum Schafhusen, distans per quatuor milliaria Alamanica ab ipsa Constantia, super flumine Reni, & medietatem itineris egit equitando illa nocte, & aliam medietatem transfretauit in naui, sic quod adhuc in ortu diei illuc peruenit, in festo S. Benedicti confessoris:* GOB. PERSONA *æt. VI. c. XCIV.* Plenius GERH. a ROO *lib. IV. p.* 137. licet in die aberret: *itaque fugæ consilium initur cuius non expertem fuisse Moguntinum, quidam affirmant, Cæsari vtique infensum. Cum igitur dies fugæ constitutus aduenisset, (is erat Idus Martii) Fridericus ante ciuitatem cum Hermanno Ciliæ comite, ludos equestres exercebat, ad quorum spectaculum cum multi exirent, pontifex quoque inter alios, assumpto equisonis habitu, inobseruatus elabitur, strigoso equo insidens, arcumque ex sella dependentem ferens. Ita ad lacum vsque adequitans lembum ad hoc paratum conscendit, & remigio vsus Schaffhusiam proficiscitur. Subsequitur cum Fridericus, & vtriusque famuli, qua quisque potest, dilabuntur, berili pleraque supellectili direptui relicta. Ioannes paulo post Friburgum atque inde Brisacum abiit. Vulgata huius fugæ fama, maximus per totam vrbem tumultus exoritur, concurritur passim & clamatur: Ioannem & Austriacos nefarios homines, concilii perturbatores quouis supplicio dignos esse.* TRITHEMIVS *ad a.* 1415. THEOD. VRIE *lib. VII. dist. I.* FVGGER *lib. IV. c. IV. p.* 418. HARDT *Tom. II. p. X. c. I. p.* 250. Idem *p.* 253. exhibet mandatum Papale, quo officiales suos, vt infra sex dies ad ipsum veniant, peremtorie citat. Ibidem etiam litteras Papæ ad vniuersitatem Parisiensem atque Ducem Aurelianensem scriptas exhibet, quibus totum negotium fugæ suæ narrat Vid. & HARDT *Tom. IV. p.* 67. & THEOD. de NIEM *Inuect. c. XVII.* Adde MVLLERVM *Reichs-Tags Theatro unter K. Fridrich dem V. I. Vorst. c. XVI.* LAVR. BYZYNIVS p. 131. *Anno domini cIɔcccc XV. currente forensi IV. ante dominicam Palmarum, quæ erat dies 20. mensis Martii, Iohannes Papa 24. sibi pericula a Concilio imminere, & præcipue de Papatu depositionem præsentiens, de Constantia tempore nocturno, habitu mutato, fugit: & ad ciuitatem quandam Friderici, ducis Austriæ, 4. milliaria a Constantia distantem, cum ipsius auxilio Ducis confugit.*

78) NAVCLERVS vol. II. Gen. XLVIII. p. 1047. *altera vero die Cæsar proclamari fecit fugam papæ, & quod nemo curaret, sciret enim quo pacto reduceretur.* Plenius HARDT *Tomo IV. p.* 63. 64. *Tom. II. p. X. p.* 253.

79) HARDT *p.* 64.

80) Extat sententia, in qua omnes iudices recensentur, apud WINDECK *cap. XLVI.* HARDT *Tom. IV. p.* 1510.

81) NAVCLERVS c. l. *altera post Benedicti diem conuocari fecit Principes, & accusauit Fridericum ducem Austriæ, quod author atque adiutor papæ in fugiendo fuerit, in concilii iniuriam Christianaque reip. periculum maximum, adiecit, dictum ducem offendisse etiam priuatos plurimos. Citatur itaque Fridericus publice in concilio pro abductione papæ. Cæsar vero eundem per edictum citari in Dominica Quasimodo. curauit, & eius citationis virtute Cæsar absoluit omnes subditos Friderici ab obedientia eius: priuauit eum feudis & omnibus bonis, corpus & bona illius exposuit omnibus.* GOB. PERSONA æt. VI. c. XCIV. *propter quod Rex contra ipsum Fridericum Ducem Austriæ, infinita ad se multitudine armatorum de ciuitatibus & terris Imperii & principum circumiacentibus concurrente procedens, ciuitates, castra, fortalitia eius potenter occupat, & Ducem se cum omnibus terris suis in gratiam suam dare compellit, & vt in obstagio Constantiæ stet, donec Iohannem Papam sibi præsentet, cogit, sub pœna perditionis omnium terrarum, quas tenuit: quæ, si secus ageret, eo ipso ad imperium essent deuolutæ.* GERH. a ROO lib. IV. p. 138. *itaque dies Friderico dicitur, ad quem diem coram Cæsare & Synodo compareret. Cum vero non veniret, contra rempublicam fecisse & maiestatis reus peragitur, omnesque eius subditi a fidelitatis sacramento absoluuntur, omnia eius oppida & ditiones, prædæ & direptioni proscribuntur. Dantur etiam ad vicinas Sueuiæ, Heluetiæ, & tractus Rhenani ciuitates literæ: Fridericum Ecclesiæ ac Imperii hostem, concilii perturbatorem, cui quicunque damnum atque incommoda inferre studeret, is non impunitatem solum, sed gratiam quoque ac laudem sibi propositam esse sciret.* HARDT *Tom. IV. p.* 163. TRITHEMIVS *ad a.* 1415. VVINDECK *cap. XXXIV. XXXV.*

82) GERH. a ROO lib. IV. p. 137. *interim Imperatori & concilio literæ redduntur, quibus fa-*

ctum

Tridentinum Episcopum e terris suis eiecerat, a Concilio banno notatur. 83) Confirmato igitur per Cæsaris auctoritatem Concilio, sibi metuens Papa, Schafhusa Laufenbergam discedit, atque ante portas Schafhusæ omnia reuocat, quæ Constantiæ promiserat. 84) Inde Friburgum se confert, 85) & post paucos dies Brisacum, in animo habens, vt Auenionem pergeret, 86) sed, detecto consilio, mutato iterum habitu, Neuburgum fugit. 87) Fridericus interim Austriacus Cæsaris iussu a vicinis, Heluetis etiam bello petitur, atque ditionibus suis exuitur. 88) Tandem vero Ludouici Palatini interuentu, die V. Maii cum Cæsare fuit conciliatus, se & omnia sua Cæsari permittens. 89) Iohannes Papa vero

ctum vterque suum excusare nitebatur. Pontifex in Germaniam se venisse, vt œcumeniti concilii decretis quibuscunque acquiesceret, eundem sibi animum esse, nec quoquam iturum longius, quoad sacro concilio & reipublicæ satisfecisset, quod vero Constantia discesserit, orare ne ægre ferant, constare sibi facti sui rationes, quas suo tempore esset redditurus. Fridericus vero fidem, qua pontifici obstrictus erat, excusabat, non longius iturum esse illum, nec si id vellet se permissurum. Ceterum hæc frustra ab iis fiebant, maiorem enim inuidiam sibi conflauerant, quam quæ vlla excusatione hominum animis eximi posset. Extant litteræ Iohannis ad Sigismundum apud HARDTIVM *Tomo II. p. 252.* quæ tales sunt: *Carissime Fili. Gratia Dei omnipotentis liberi ac conuenienter aëre sumus in Schafhusen, & venimus inscio filio nostro Duce Austriæ, non animo declinandi ab his quæ promisimus per renuntiationem nostram facere pro pace Ecclesiæ sanctæ Dei: sed vt in libertate & salute propria persona possimus, prout indubie volumus, ea executioni demandare. Datum in Schafhusen XXI. die mensis Martii, Anno Domini MCCCCXV.* Vid. etiam HARDT *Tom. IV. p. 65. 67.*

83) Prout patet ex WINDECK *cap. XLV.*

84) THEOD. a NIEM vita Iohannis lib. II. c. X. *die autem Veneris sancta, his stantibus, circa horam meridiei ipse Balthasar decessit de Schafhusia, tempore valde pluuioso. Nec celebrato per eum seu coram ipso illa die officio diuino, transiuit equester versus castrum Laufenberg, consistens etiam super flumen Rheni, omnibus Cardinalibus qui prius eum secuti fuerunt, remanentibus in Schafhusia. Et dum esset extra & prope Schafhusen, accersiuit tabellionem & testes, & coram illis publice protestabatur, quod quicquid ipse Constantiæ iurauit, vouit, & promisit, illud vi & metu fecisset, & non alias, & propterea illud efficere non teneretur. Et eandem protestationem postea pluries repetiit in aliis locis, ad quæ deuenit. Tamen in quibusdam suis epistolis, hic inde directis, scripsit oppositum, scilicet quod de Constantia non fugisset ea de causa, vt vnionem non faceret, quantum in eo esset, imo ipsam facere vellet.* HARDT *Tom. IV. p. 84. 93.*

85) NAVCLERVS vol. II. Gen. XLVIII. p. 1047. *interea Papa in Schafhusen territus, in parasceue post meridiem abiit, ac in oppidum Lofenburg peruenit, ab eo loco in Friburgum confugit, iturus inde si tuto fieri posset, ad Burgundiæ ducem.* THEOD. à NIEM *vita Iohannis lib. II. c. XI. die Mercurii immediate post octauas Paschæ, in crepusculo matutino, idem Balthasar, etiam mutato habitu solito, recessit de illo castro Laufenberg met-tertius vel quartus, & equitauit versus castrum Friburg Constantiensis diœcesis.* HARDT *Tom. IV. p. 105. 106.*

86) THEOD. a NIEM lib. II. c. XII. *Postquam autem dictus Balthasar per aliquot dies mansit in Friburg, transtulit se ad oppidum Brisacum, etiam super dictum flumen consistens, confisus ibi tractatus facere per medias personas cum Duce Burgundiæ, qui habet terras non multum abinde distantes, vt eum abduceret, seu abduci faceret de Alamania, conduceretque per partes Galliæ vsque ad Auinionem. Et super hoc iam erant conducti plures stipendiarii, in propinquo existentes, & aduentum dicti Balthasaris ad ipsos pluribus diebus & noctibus præstolantes. Sed res interim detecta fuit quibusdam fidelibus dicti Dn. Regis, potentibus in partibus illis* HARDT *Tom. IV. p. 113.*

87) THEOD. a NIEM lib. II. c. XIII. *quod cum sciret ipse Balthasar, non audebat se committere ipsis conductis gentibus, sed fugit etiam nunc habitu mutato consueto, ad oppidum Nuenburg super eodem flumine consistens.* HARDT *Tom. IV. p. 134.*

88) NAVCLERVS vol. II. Gen. XLVIII. p. 1047. *sine mora quoque rex occupari fecit oppida ducis Stain, Frauenfeld, quidam alii occupauerunt oppidum Feldkyrch & Curvalben, Suitenses & Waldenses cum suis confœderatis occupauerunt oppida & munitiones in terra dicta Ergoia, quæ hodie est in potestate eorum, Baden, Mellingen, Premgarten, Wallenstat, Diessenhofen.* GERH. a ROO lib. IV. p. 135. *itaque arma vndique in Fridericum expediuntur. Ludouicus vero Palatinus, cuius soror illi nupta erat, Alsatiam cum copiis ingressus, S. Crucis oppidulum & loca quædam vicina inuadit, nullo hostili in affinem animo, sed magis ex composito rem gerens, vt ei prouinciæ præsidio esset. Sigismundus autem a comitibus & Sueuiæ plerisque ciuitatibus adiutus serio rem agit, Steinam, Dissenhouium, Vitodurum & Frauenfeldam capit. Schafhusia certis conditionibus imperio se tradit. Curiensis, Frid. Toggenburgicus & Lindauiensis Veld-kirchiam obsidione frustra tentant. Euocantur & Heluetii in belli societatem, qui fœdus sibi cum Austriacis ad quinquaginta annos ictum excusantes, nullo iure arma in ipsos sumere sibi licere, adfirmabant. Sigismundus vero, & concilii patres, nulla ipsos fœderis religione cum ecclesiæ hoste, & maiestatis reo, teneri, contra vero, nisi arma sumerent, eodem quo ipse loco habendos esse contendebant, quin & imperatoriis literis cautum iri, ne fraudem fœderi fecisse videantur, neue Friderico pax & venia ante concedatur, quam fœdus in locum pristinum restitutum ac instauratum sit. His partim exhortationibus inducti Heluetii, arma & ipsi sumunt, vicinamque Ergouiam inuadunt.* THEOD. de NIEM vita Iohannis lib. II. c. XIX. *sed infra paucos dies postea congregauit multitudinem maximam bellantium, equitum & peditum, forsan XL. millia, vel circiter, numero. De quibus fecit fieri sex exercitus, quos direxit in diversis locis dominii dicti Ducis, ad obsidendum & capiendum terras eiusdem Ducis. Prout fecerunt de multis. Quas infallibiliter omnes expugnassent, prout apud nos fama est, nisi subito Dux ipse se & sua eidem Dn. regi dedisset, prout fecit, vt præfertur.* THEOD. VRIE lib. VIII. dist. II. *vnde tanta mota sunt bella, tam dura facta sunt verbera, vt Dux perdiderit XL. ciuitates, castra & oppida, vel citra. Erat namque septem exercitibus circumdatus ducatus Austriæ, & præualuit Dauid funda & lapide contra Goliath.* FVGGER *lib. IV. c. IV. p. 420.*

89) Grauem Ludouici orationem desuper habitam exhibet GERH. a ROO *lib. IV. p. 139.* demum *p. 141.* concludit: *his Palatini & aliorum exhortationibus inductus Fridericus, Constantiam cum illis proficiscitur, vbi se coniunxit illi Fridericus Noriberga Burggrauius, Marchiæ & Electoratus Brandenburgici curator, quo in eodem concilio post donatus est. Hi in Franciscanorum sodalium monasterio ad Cæsarem admissi, & cum Friderico, supplices pacem ac veniam exorarunt, ea lege, vt is Cæsaris potestati*

ro Friburgi captus, Rappoltis cellam ductus, 90) ob horrenda crimina d. XXIX. Maii 1417. plene depositus, 91) in carcerem Gottlebiensem primum, prope Constantiam, 92) inde Heidelbergam, post Manheimium abductus, atque a Ludouico Palatino Comite liberaliter fuit habitus. 93) Electo vero Martino V. Papa XXVIII. Decembris 1417. huius arbi-

testati se suaque omnia permitteret. Ita paulo post futurum, vt omnia sibi redderentur, persuasus, scribit ad ciuitatum suarum praefectos ac Magistratus, vt Sigismundo se tradant, eosque interim a fidei iuramento liberos esse iubet. Erant inter ciuitates nonnullae, quae, iam antea id fecerant, quaedam etiam Caesari pecuniam numerauerant, vt Imperii ciuitatibus adscriptae, nullo vnquam postliminio ad veterem dominum reuerterentur, reliquae, quae in fide hactenus manserant, paucis exceptis, in Sigismundi verba iurauerunt. NAVCLERVS vol. II. Gen. XLVIII. p. 1047. *interim Constantiae mediatoribus principibus inter regem & ducem Fridericum compositio. facta est, vigore cuius dux Frider. personaliter in manus Caesaris se & sua omnia bona resignans, sub hac forma desuper literas tradidit; nos Fridericus Dei gratia dux Austriae, Stiriae, Carinthiae &c. fatemur nos indignationem regiae maiestatis incurrisse, ea propter nos & nostra in manus suae maiestatis tradimus &c. in bona forma, Datum 27. die Martii mensis, anno 1415.* Ipsas has litteras exhibet THEOD. VRIE *lib. VIII. dist. II.* HARDT *Tom. IV. p.* 235. THEOD. de NIEM lib. II. c. XVIII. *die vltima dicti mensis Aprilis, venit praefatus Fridericus Dux cum paucis ad Constantiam, sub saluo conductu eiusdem Dn. Regis Romanorum, ad praesentandum se Regi & concilio memoratis, & impetrandum, si posset, veniam de commissis per ipsum, pro eo, quod dictum Balthasarem sic abduxit.* Ipsa vero submissio facta die Dominica V. Maii 1415. HARDT *Tom. IV. p.* 258. WINDECK *cap. XXXV.* LAVR. BYZYNIVS *p.* 131. Vid. MVLLERI *Reichs-Tags Theatrum p. I. c. XVI.*

90) THEOD. de NIEM lib. II. c. XX. *die XXI. Mensis Maii praefati praedictus Balthasar tunc Papa, peruenit ad oppidum Celle, distans a Constantia per duo milliaria Alamanica illuc deductus de Friburg, de mandato & Ordinatione concilii praedicti. Et ipse Rex Romanorum recepit in suam potestatem dictum oppidum Friburg, cum octo aliis, sibi adiacentibus oppidis siue castris, quae erant prius Ducis saepe dicti. Et in eodem castro Celle bene fuit custoditus die noctuque dictus Balthasar, praedicto concilio disponente.* HARDTIVS tamen *Tomo IV. p.* 210. ex Actis Publicis demonstrauit, factum hoc XVII. Maii. NAVCLERVS c. l. *Iurauit etiam dux ipse papam Iohannem concilio repraesentare, fecit in eo quantum potuit & eundem Iohannem vsque ad Cellam Rudolphi perduxit, enunciauit inde concilio, quod nisi vi adhibita non posset eum vltra perducere, haec scripsi ex actis Concilii.* CVSPINIANVS *p.* 396. dicit: *sed captus tandem in habitu militari, lorica indutus, concilioque ostensus qualisnam esset Pontifex, in Augea maiori peninsula, haud longe a Constantia, custodiae traditur, atque Pontificatu abrogatur. lib. III. c. V.*

91) THEOD. de NIEM lib. II. c. XXX. *die 29. mensis Maii praedicti fuit facta solennis sessio Constantiae & in illa similiter depositus idem Balthasar, nec non carceri adiudicatus pro poenitentia peragenda, quousque prouisum esset Romanae ecclesiae de summo Pontifice. Et quod ille de ipso Balthasare disponeret, prout sibi videretur & quod interim bene tractaretur.* GOB. PERSONA *at. VI. c. XCIV.* horrenda crimina, quorum inculpabatur Iohannes, sigillatim recenset. HARDT *Tom. IV. p.* 269. THEOD. VRIE *lib. VIII. dist. I.* TRITHEMIVS *ad a.* 1415. LAVR. BYZYNIVS *Diar. Belli Hussitici p.* 133. *Item feria VI. post Trinitatis, quae erat dies 29. mensis maii, sententia per concilium generale Constantiense fertur contra Iohannem Papam XXIII. per quam a papatu propter multos & diuersos articulos in & aduersus ipsum per ipsius Concilii procuratores productos, deponitur & ad custodiam tutam Sigismundi Regis saepe facti ecclesiae vniuersali aduocati & defensoris nomine ipsius Concilii, deputatur. In hac etiam sessione per ipsam Constantiensem Synodum statuitur, decernitur & ordinatur pro bono vnionis ecclesiae Dei, quod nullo nunquam tempore redigantur in ipsam dominus Balthasar de Cossa nuper Iohannes 23. Petrus de Luna, Benedictus 13. nec Angelus de Corario; nec Gregorius 12. in suis obedientiis sic nuncupati. Inter autem caetera in articulis contra ipsum Iohannem Papam 23. productis ista ponuntur abominabiliora, scilicet quod ipse dominus Iohannes fuit & est pauperum oppressor, iustitiae persequutor, iniquorum Columna, Simoniacorum statua, carnis cultor, vitiorum fex, a virtutibus peregrinus; Consistoria publica fugiens ac totus somno & aliis carnalibus deditus desiderus; vitae & moribus Christi totus contrarius. Infamiae speculum & omnium malorum profundus adinuentor adeo & in tantum Christi ecclesiam scandalizans, quod inter Christi fideles vitam & mores suos cognoscens, vulgariter dicitur, incarnatus diabolus. Item quod ipse Iohannes papa 23. cum vxore fratris sui & cum sanctis monialibus incestum; cum virginibus stuprum, cum coniugatis adulterium & alia incontinentiae crimina, propter quae ira Dei descendit in filios diffidentiae, commisit. Item quod ipse fuit vas omnium peccatorum, homicidiis, veneficiis & aliis grauibus criminibus irretitus, Simoniacus, pertinax, haereticus & ecclesiam Christi notorie scandalizans. Item quod ipse Iohannes papa 23. saepe & saepius coram diuersis praelatis ac aliis honestis & probis viris pertinaciter diabolo suadente, dixit, asseruit, dogmatisauit & astruxit: vitam aeternam non esse neque aliam post vitam hanc. Quin imo dixit & pertinaciter credidit animam hominis cum corpore humano mori & extingui ad instar animalium brutorum. Dixit quoque mortuum semel etiam in nouissimo die minime resurrecturum, contra articulum de resurrectione mortuorum.*

92) THEOD. de NIEM lib. II. c. XXII. *post hoc, in principio mensis Iuni, praedictus Balthasar ductus fuit ad castrum Gotleuen prope Constantiam, sub custodia praedicti concilii per aliquot dies. Et ibi licentiati fuerunt sui familiares & ad Constantiam venerunt, ne illis cooperantibus euadere posset.* HARDT *Tom. III. p.* 296.

93) THEOD. NIEM lib. II. c. XXIII. *post hoc traditus & recommendatus fuit custodiae Dn. Ludouici, Comitis Palatini Rheni, qui est princeps probus, prudens & bonae famae, & est hic apud nos positus ad custodiam praedicti concilii, in absentia praedicti regis Romanorum, per dictum Dn. Regem Romanorum. Qui eundem Balthasarem benigne pertractat, sibique prouidet de omnibus opportunis.* NAVCLERVS c. l. *curante post haec concilio, Iohannes capitur, & in insula sancti Marci prope Constantiam, vulgo Richnau, carceri mancipatur. Caussam fugae disquirere concilium tum capit, certosque iudices viros grauissimos delegit, qui crimina homini obiecta discuterent, eademque ex ordine referent, ad quadraginta capitula contra hominem probata sunt. Venientibusque omnibus in eandem sententiam, Iohannes merito pontificatu eiectus, sententiam in se latam approbat: pontificatu, siue sponte, siue inuitus, se abdicauit. Quo facto, statim ad Ludouicum comitem Palatinum custodiendus mittitur, donec aliud decerneretur*

arbitrio fuit relictus, 94) sed a Ludouico Palatino, accepta pecunia liberatus, Florentiæ se Martino submisit, ab eodemque a. 1419. Cardinalis Tusculanus factus. 95) Fridericus autem videns, nullam sibi in Sigismundo spem esse, Constantiam iterum reliquit, 96) hinc proscriptus fuit, ast cum Cæsare iterum conciliatus, ab eodemque, postquam a Papa fuisset absolutus, die VIII. Maii 1418. cum magna solennitate, adstantibus ipsi Electoribus cum insignibus Imperii, Constantiæ de terris atque regalibus fuit inuestitus. Licet permulta Heluecti retinerent. 97)

§. XIII. Deposito igitur Iohanne XXIII, Imp. Sigismundus diuersa beneficia ecclesiastica concessit, sic etiam Suerinensis & Brandenburgensis electi a Concilio fuerunt confirmati, eorum Archiepiscopis horum confirmationem adprobantibus. 98) Reliqui autem supererant, qui se Papas esse dicebant, quos æque deponendos esse, Patres Concilii iudicabant. Mittebantur enim Petri Lunæ siue Benedicti XIII. atque Ferdinandi Arragoniæ Regis legati ad Concilium, postulantes, vt pro conficienda vnione Ecclesiæ Niceam aut Villam Francam ad colloquium concederet, Cæsar facile adnuebat, si aliqui ex Cardinalibus secum irent. 99) Licet hoc Cæsaris iter impedire conaretur Iohannes XXIII, se ipsum cum Benedicto XIII. esse tractaturum contendens. 100) Pactis nihilominus inter

eretur ac in Manhem oppido triennio sine cubiculario famulone Italico diligenter asseruatus est. Teutonici erant custodes omnes, quibus cum Iohannes nutu & signis loquebatur, cum nec ipse linguam Teutonicam, nec illi vicissim Italicam scirent. THEOD. de NIEM *lib. III. c. V.* TRITHEMIVS *ad a.* 1415. HARDT *Tom. IV. p.* 297. WINDECK *cap. LII.*

94) HARDT Tom. IV. p. 1497. ex Msto Dorriano *Anno Domini MCCCCXVII. ipso die Sanctorum Innocentium, qua fuit XXVIII. mensis Decembris, fuit Sessio publica in loco consueto, Pontifice & Romanorum Rege cum multis Principibus præsente. Vbi ad instantiam præfati Regis Romanorum per Dominum Papam & totum Concilium concorditer decretum fuit & ordinatum, quod dictus Balthasar de Cossa, olim Papa Iohannes XXIII. qui detinebatur in custodia & captiuitate & in manibus Ducis Ludouici, Comitis Palatini Rheni, in castro Manheim, per dictum Dominum Regem, de mandato & rogatu ipsius Concilii deberet tradi, ad manus & custodiam Domini nostri Papæ Martini V. qui vlterius deberet videre de custodia & statu dicti Balthasaris, secundum necessitatem & statum sanctæ Matris Ecclesiæ.* Extat de eo bulla Martini V. apud HARDTIVM *Tomo IV. p.* 1500.

95) TRITHEMIVS *Chr. Hirs. ad a.* 1418. hæc latius declarat, AVENTINVS vero *lib. VII. c. XX. n.* 3. tradit: *post hæc millibus drachmarum auri quadraginta Martino quinto successori suo venundatur Florentiamque deductus, e medio sublatus nunquam comparuit nono Calendas Ianuarias.*

96) GERH. a ROO *lib. IV. p.* 142.

97) Hæc plenius exponit GERH. a ROO *lib. IV. p.* 154. dicens: *Cæsar itaque noua iterum diplomata, nouas proscriptionis tabulas fieri, & ad templorum valuas, ita vt de plano legi possent, proponi iubet. Tandem vero Fridericus, vt & Sueuicis rebus consuleret, ac Sigismundum Cæsarem placaret, Merspurgum se contulit, vbi primum actio inter ipsos instituta est, circa medium Aprilem. Mox Cæsarem Constantiam reuersum secutus, Guilielmo Montfortio ipsum deducente Tetnangam vsque post vnum atque alterum colloquium, intercedentibus quibusdam principibus, cum Cæsare in gratiam rediit, & suarum ditionum possesionem, solenni ritu, ab eo publice accepit Octauo Calend. Maii, numeratis vt quidam prodidere multæ nomine triginta aureûm nummum millibus. Sigismundus vero accepta pecunia, promissi fidem se liberasse adfirmabat, si operam daret, vt Friderico eæ ciuitates reddantur, quæ in sua potestate etiamnum essent, neque ad ipsum redire detrectarent, neque inter Imperii ciuitates asscriptæ essent. Erat enim varia ciuitatum fortuna, & diuersa aliarum ab aliis conditio, quarum nonnullas Cæsar aliis oppignorauerat, in quibus erant Veldskirchia, Frauenfelda, Heilgenbergum, & pleraque Ergoiæ oppida, quibusdam vero diplomata dederat, quibus cauebatur, ne vnquam ab imperio, cui se tradiderant, dissociarentur, ea erant Schafhusium, Reinfelda, Dissenhouium & Cella. Igitur Fridericus summam in recuperandis iis locis difficultatem esse videns, hoc negocio in aliud tempus dilato, ad componendas Tirolensium res, & compescendam nobilium quorundam contumaciam, animum intendit, vti suo loco dicetur.* Qua ratione inter Cæsarem & Fridericum primo Mersburgæ fuerit tractatum, docet HARDT *Tom. IV. p.* 1545. postea in Monasterio Münsterlingen *p.* 1564. demum Constantiæ in Monasterio Augustinorum VII. Maii 1418. inter vtrosque conuenit, ipseque Fridericus denuo fuit inuestitus *p.* 1581. Inuestituræ solennitatem describit WINDECK *cap. XLVII.* his verbis: *Also an dem Suntage dornach achtage muste herzoge Friderich zu dem babest Martinus den funfften, und muste do sein penitence und pus enpfahenn, Do sante zu yme der babest, er solte vor denn Maister vor Constenz sich absolviren lassen von seinem Bischoff von Trient, ader solte nackete umb die Kirchen gan. Do nu der babest vernam seine grosse gehorsamkeit, do lies er zu ym seinen cardinal, und lis In absolvirent, wenne der romisch Konig sas in seiner mayestat und wartet sein, Ime das seine wider zu geben und zu lihen, also Ir vorgelesen habe. Also kam Herzog Friderich und fant unsern hern den Konig auff seinem stulle sitzen, demselben herzogen sein ere und wirdikeit wider zu leihen, und stunt neben Ime der Marggraff von Brandenburg, burggrafe zu Nurmberg, herzog Fridrich als ein marggraffe, wenn Im der Konig die margk zu Brandenburg geben hat, und alle dinge, die dorzu gehoren, also Kurfürsten und wappen und das lant, so stund Hertzog Hanns von Amberg, der des neuen Konig Ruprechts sune was von Heidelberg, als ein Pfalzgraffe pei Rhein und hilte den oppfel, do stund herzog Ludwig von Paiern mit dem swert, und de stund auch ein herzog von Sachsen, Do lihe Kinig Sigmund dem herzog Friderichen seine wirdigkeit wider.*

98) GOB. PERSONA æt. VI. c. XCIV. *postquam Iohannes depositus fuit de Papatu, Rex dedit Gratias ad beneficia Ecclesiastica, Expectatiuas, Eo sub colore, quod ipse de consuetudine antiqua haberet primarias preces in qualibet collatione beneficiorum, ad Ecclesiasticas personas spectante, Et licet consuetudo illa memoria hominum in Alemannia bassa non fuit, plures tamen clerici eo modo beneficia fuerunt assecuti.* Idem magis adhuc confirmat HARDT Tom. IV. p. 300. ex Chronico Msto addens: *concilium Constantiense plures confirmauit Electos in Episcopos. Quod alias visum non est nec auditum. Inter quos sunt & confirmati Swerinensis & Brandenburgensis Electi, eorum Archiepiscopis eorum confirmationem approbantibus & ratificantibus.*

99) HARDT *Tom. IV. p.* 47.

100) THEOD. de NIEM lib. III. c. V. *rogabat etiam obnixe, & obtinuit tandem ab ipso Rege, præfatum*

ter Cæſaris & Arragoniæ legatos initis, deliberabatur de hoc negotio 1) XXVIII. Martii, IV. etiam, conſtituebantur Cardinales, qui Cæſarem comitarentur. 2) Aſt, cum fuga Iohannis remoras dediſſet, Angelus Corarius, ſ. Gregorius XII. interim per legatum ſuum, Carolum de Malateſtis IV. Iulii 1415. Papatui in Concilio renuntiat, factus inde primus inter Cardinales, atque ad dies vitæ legatus in Marchia Anconitana, dictus Cardinalis Portuenſis. 3) Hanc renuntiationem ipſe poſtea, depoſitis inſignibus Papalibus adprobauit, 4) poſtea Recaneti XVIII. Octobris 1417. fuit defunctus. 5) Solus igitur reſtabat Benedictus XIII. Sigismundus autem accepta benedictione a Cardinalibus atque epiſcopis, in ipſo Concilio congregatis, receſſit, iter agendo verſus Galliam, & cum eo XVI. Prælati, ſtipatus quatuor equitum millibus, vt cum Ferdinando, Arragoniæ Rege & Petro de Luna colloquium haberet, 6) conſtituto interim Concilii Protectore Ludouico Palatino. 7) Dum Baſileæ nonnihil hæreret, ab Heluetis Ergouiam & Badenſes ditiones, ſuperiori bello Friderico Auſtriæ Duci ſurreptas ſibi reddi voluit. Aſt, ob ſumtus in difficile iter, aliter cum iisdem transegit. 8) Breui Narbonam delatus, quem paullo poſt Ferdinandus fuit inſecutus, qui etiam Petri Lunenſis aduentum nuntiauit. 9) Et cum etiam Perpiniani inter

fatum concilium, quod promiſit & iurauit ſponte, quod, habitis literis teſtimonialibus & procuratorio ſufficienti ab iisdem, Balthaſare & concilio, perſonaliter accedere vellet regem Arragoniæ & Petrum de Luna, qui propterea per mare vsque ad ciuitatem Nicienſem vel Villam Francam, quæ eſt portus dictæ ciuitatis in Prouincia, per totum menſem Iulii tunc currentem vellet inſimul conuenire, ad tractandum finaliter cum ipſo Rege Romanorum de concordia vnionis eiusdem. Quod ſentiens dictus Balthaſar, allegauit, quod hoc eſſet, niſi inutiliter perdere tempus. Ipſe enim vellet illuc ire, vel prope ad aliam ciuitatem, perſonaliter, ad tractandum cum eodem Petro per medias perſonas, qualiter compendioſius dicta concordia fieret: Et ſic non expediret huiusmodi tempus in longum differre. Et quod ſic fieret, ipſe Balthaſar fortiter inſtabat. Concilium vero huiusmodi, & multi præſtantiores ex illis, hic tunc pro magna parte exiſtentes, conſiderantes, quod ſi ſic fieret, per hoc huiusmodi concilium diſſolueretur. Quia non eſſent diſpoſiti illi, qui hic tunc erant, ire remote ad partes Galliæ, & ſub incerto.

1) HARDT *Tom. I. p.* 47.

2) HARDT *Tom. IV. p.* 264. 265.

3) GOB. PERSONA æt. VI. c. XCIV. *eo tempore, quo cauſſa depoſitionis Iohannis Papæ adhuc pendebat in concilio, Gregorius qui Angelus de Carrario dicebatur, de ceſſione ſui iuris, quod in Papatu ſe habere prætendit, plurimum tentabatur. Vnde tandem miſſis procuratoribus ipſe concilium Conſtantienſe approbauit, & IV. die menſis Iulii, Rege cum regiis inſigniis præſente, per illuſtrem domicellum Karolum de Malateſtis de Ariminio, ad hoc habentem ſpeciale mandatum, Papatui & omni iure ſibi in eo competenti in publica ſeſſione coram concilio renunciauit: quam renunciationem Rex & totum concilium gratanter acceptabant, & approbabant, quamvis dudum per concilium Piſanum depoſitus fuiſſe credebatur: quoniam in aggreſſu huius concilii Conſtantienſis fuit expreſſe decretum, quod iſtud eſſet illius continuatiuum. Vnitis ſic iſtis duabus obedientiis concilium decreuit, quod Angelus de Carrario poſt ſummum Pontificem eligendum ſuper omnes Cardinales primum locum obtineret, & legatus ſedis Apoſtolicæ in Marchia Anconitana ad tempus vitæ ſuæ maneret. Cardinales eius etiam inter cæteros Cardinales digno recipi deberent cum honore.* THEOD. VRIE *lib. VI. diſt. IX. & X.* THEOD. de NIEM lib. III. c. I. *Nouiſſime autem, ſcilicet quarta die menſis Iulii, magnificus Dn. Carolus de Malateſtis procurator dicti Errorii, ad illud ſufficienter conſtitutus, pro ipſo Errorio ceſſit, in publica congregatione & ſeſſione ſolenniter celebrata, omni iuri, quod dicto tunc Errorio, nunc autem reuerendo patri Dn. Epiſcopo Portuenſi, quomodolibet competiit, aut competere vnquam potuit in Papatu.* TRITHEMIVS *ad a.* 1415. NAVCLERVS *vol. II. Gen. XLVIII. p.* 1047. Quod autem Cardinalis poſtea Portuenſis fuerit dictus, docet etiam HARDT *Tom. I. p.* 1443. CVSPINIANVS *p.* 396.

4) TRITHEMIVS *ad a.* 1417. THEOD. de NIEM lib. III. c. VI. *die tertia menſis Auguſti venerunt noua ipſi concilio, quomodo Angelus Corarius olim Gregorius Papa XII. nunc Epiſcopus Portuenſis, poſtquam intellexit, ceſſionem ſui Papatus, per dictum Dn. Carolum de Malateſtis, procuratorem ſuum ad hoc per eum ſolenniter conſtitutum, publice factam, vt ſuperius tactum eſt, conuocatis ſuis curialibus & Cardinalibus, nec non prælatis & clero, qui ſibi vt Papæ tunc adhærebant & credebant in partibus illis, in publico conſiſtorio gaudenter & ſponte approbauit, laudauit & confirmauit omnia in ea parte geſta pro ipſo per dictum Carolum. Quo facto ilico depoſuit mitram Pontificalem, nec non colobium & omnia Pontificalia ſeu inſignia Papalia, etiam ibidem præſentibus omnibus, cum ſolemni proteſtatione, quod illa nunquam de cætero reſumere vellet, imo omni modo, quo poſſet, procurare intenderet, quod præfata vnio fieret in eccleſia vniuerſali.* HARDT *Tom. IV. p.* 490.

5) HARDT *Tom. IV. p.* 1443. ex Mſto Vindobonenſi Dorriano: *anno, quo ſupra, d. XVIII. menſis Octobris, obiit Dominus Angelus de Corario, olim Gregorius XII. in Marchia Anconitana, in ciuitate Rachanatenſi deuote, & cum magna ordinatione ſui teſtamenti. Cuius exequias Papa Martinus ſolenniter celebrauit Conſtantiæ d. XXVI. Menſis Nouembris, anno prædicto MCCCCXVII.* Qua ratione Martinus V. exequias ipſi celebrauerit, idem docet *Tom. IV. p.* 1495.

6) THEOD. de NIEM *lib. III. c. III.* HARDT *Tom. IV. p.* 482. ex Mſto Vindobonenſi Dorriano: *Anno MCCCCXV. XXI. die menſis Iulii, receſſit ab hac ciuitate Conſtantienſi Dominus Sigismundus Romanorum Rex, & cum eo XVI. Prælati & Doctores, de qualibet natione quatuor, verſus Niciam, ad Regem Arragoniæ ad tractandum de ceſſione vel ſubtractione obedientiæ Petri de Luna.* GOB. PERSONA *æt. VI. c. XCV.* TRITHEMIVS ad a. 1416. *Sigismundus igitur tollendi ſchiſmatis atque vniendæ pacis Eccleſiæ ardentiſſimus ſollicitator, aſſumptis aliquot Oratoribus Concilii ad Reges Hiſpaniæ, Arragoniæ, Galliæ & Angliæ Benedictum ſequentes, in propria perſona vadit, ſingulis per Ordinem rogat, vt abdicent Benedictum, Concilium ſequentes.* NAVCLERVS *vol. II. Gen. XLVIII. p.* 1048.

7) Cardinales equidem Friderico Burggrauio magis adplaudebant, atque, vt Cæſar ipſum conſtitueret Concilii Protectorem, volebant, eo quod Ludouicus Palatinus Gregorio adhæreret, ſed cum huic renuntiaret, conſtitutus fuit Protector. HARDT *Tom. IV. p.* 265.

8) HARDT *Tom. IV. p.* 490.

9) THEOD. de NIEM lib. III. c. VII. *die quarta menſis Auguſti venerunt noua prædicto concilio, qualiter præfatus Rex Romanorum perueniſſet, cum magna*

ter dictorum Regum legatos hac de caussa ageretur, ipsique Hispani Petri submissionem 10) vrgerent, hic tamen omnes eludens, multos donis in suas partes trahebat, seque in castrum Colibriæ maritimum Ruscinonensis Comitatus includebat. 11) Papa igitur non veniente, inter Imp. & Arragoniæ regem quædam concordata fuerunt constitura, eademque a Concilio adprobata, per quæ Hispani sese de obedientia Petri Lunensis subtrahere promiserunt. 12) His expeditis, Sigismundus Rex in Galliam atque Angliam tendit, vt pacem faceret inter Reges vtrosque, atque hoc facto, eosdem incitaret ad bellum Saracenis inferendum. Vnde per æstatem & autumnum sequentis scilicet anni MCCCCXVI. in regnis illis moram traxit: sed quantum ad regnorum illorum concordiam parum profecit. 13) Interea temporis Arragoniæ, Castellæ & Nauarræ Regum ac principum Hispaniæ legati Constantiam venientes, ibidem cum magno recepti sunt honore, & sic concilium in quinque nationes, accedente Hispanica, fuit diuisum. 14) Ipsi vero reges se obedientiæ Petri de Luna publicis scriptis subtraxerunt. 15) Constituti igitur fuerunt certi Commissarii, qui Papæ caussam examinarent, 16) ipseque XXVIII. Nouembris 1416. publice fuit citatus. 17) Cæsar autem circa finem Autumni, ad partes Alemanniæ est reuersus, & per plures dies Aquisgrani moram traxit, & conuocatis ad se ibidem Thiderico, Archiepiscopo Coloniensi, & Adolpho Duce Montensi cum fautoribus eorum lites & guerras inter eos magno cum labore diremit, & post hoc ad concilium Constantiam est reuersus,

magna reuerentia & honore receptus vbique locorum, in partibus Gallicanis, vsque ad ciuitatem Narbonensem, qua super mare Oceanum in partibus Tholosanis consistit. Et ibi ad ipsum Regem Romanorum per plures dies postea venit Rex Arragonum supra dictus, vt hic fama est, cum magno apparatu per terram: asserens quod prædictus Petrus illic etiam infra paucos dies postea per mare venire deberet. Quod si faceret, prout sibi promiserat se facturum, etiam sponte sua Papatui cedere deberet, quacunque difficultate semota. Et si hoc facere nollet, ipsum Petrum captiuare, ac captum regi Rom. vellet infallibiliter assignare.

10) Idem lib. III. c. IX. *eadem die* (XVIII. mensis Septembris) *venerunt noua de Rege Romanorum de Perpiniano, quomodo Rex ipse erat cum Rege Arragonum & Petro de Luna ibidem in tractatibus vnionis. Et quod sperabat cito venire cum bonis & certis nouis.* Idem *lib. III. c. X.* HARDT *Tom. IV. p.* 490. 498. WINDECK *cap. XXXVII.*

11) THEOD. de NIEM lib. III. c. X. *quibus illuc aduenientibus, & cum magno desiderio nobilium & popularium receptis, ordinatum & conclusum fuit, quod daretur dilatio 15. dierum præcise ipsi Petro, infra quos haberet cedere, aut vt hæreticus in persona & rebus suis persequi deberet. Ipse vero Petrus hoc sentiens, quosdam illarum partium potentes donis & promissis sophisticauit pro se, more suo, creando quatuor eorum caros in magnos Antistites, & vnum eorum in Cardinalem, & quibusdam ex eisdem potentibus, qui pro se aut suis nolebant habere tales ecclesiasticos honores, dedit aliquas pecuniarum summas in promptu, quod eum iuuarent, vt tutus abinde per mare recedere posset, prout fecerunt. Et postquam peruenit cum galeis suis ad castrum Colibriæ maritimum, insecuti fuerunt eum Ambaxiatores illarum ciuitatum, scilicet, Barsalona, Cæsar Augusta, Valentia, Maiorica, Dertusa, Ierona, Perpiniana, & quarundam aliarum magnarum ciuitatum, secus mare consistentium, vsque ad dictum castrum Colibriæ. Et ibi obsederunt eum. Et taliter spoliarunt seu nudarunt ipsas galeas remis & aliis instrumentis inibi repertis, quod abinde vlterius recedere non poterat.* Hoc autem Colibriæ castrum olim *Caucoliberum* vocabatur, in finibus pagi Ruscinonensis situm. P. de MARCA *Marca Hispanica lib. IV. p.* 408. NAVCLERVS *vol. II. Gen. XXVIII. p.* 1048.

12) GOB. PERSONA æt. VI. c. XCV. *postquam Iohannes olim Papa fuit depositus, & Gregorius similiter in sua obedientia Papatui renuntiauit, vt supra dictum est, ordinati fuerunt per Concilium certi prælati solemnes ad hoc, vt cum Sigismundo rege Romanorum versus Hispaniæ partes se transferrent, pro tractatibus habendis, cum Petro de Luna, Benedictus Papa in sua obedientia nominato. Et profecti sunt cum rege de Constantia in mense Iulio supradicto, & post graues itineris labores peruenerunt ad eum, & multis cum eo tractatibus habitis finaliter nihil perfecerunt. Vnde tandem ipso Petro de Luna se in quoddam castrum in mari situm munitissimum recipiente cum thesauro & nonnullis familiaribus suis, Rex Sigismundus cum ambasiatoribus concilii generalis parte ex vna, & ambasiatores Arragoniæ, & Castellæ & Nauarræ regum & Arnigmaci & Fuxi comitum parte ex altera, tertia die mensis Decembris, in ecclesia Narbonensi conuenerunt, & ipso Petro de Luna in sua pertinacia relicto, super vnione mutua, quantum ad reformationem ecclesiæ vniuersalis, certis modis concordabant, literis iuramentis & sigillis eorum roboratis, sub forma publicorum instrumentorum confectis super eisdem.* THEOD. de NIEM *lib. III. c. XI.* De his concordatis Narbonensibus plenius apud HARDTIVM *Tom. IV. p.* 883. *sqq.* NAVCLERVS *vol. II. Gen. XLVIII. p.* 1048. Quid cum ipso gestum fuerit, docent Acta apud HARDTIVM *Tomo II. p.* 484. vbi etiam *p.* 540. Capitula Narbonensia reperiuntur.

13) Verba sunt GOBELINI PERSONÆ *æt. VI. c. XCV.* qualis vero ipsius circa bellum Saracenicum fuerit animus, docet THEOD. de NIEM lib. III. c. XIX. *& si poterit, auxiliante domino, & eius pia opera confirmante, ad faciendam pacem & treugam longam inter ipsos contendentes, reges Franciæ & Angliæ, hoc tempore procurare: Tunc velit ex toto corde laborare apud omnes reges occidentales & alios principes seculares, de via & modis expedientibus pro refrenatione Sarracenorum & infidelium, & liberatione catholicorum a iugo miserabili & inuasionibus eorundem, & forsan etiam terrestri liberatione e manibus infidelium prædictorum, per passagium generale hic creato nouo Pontifice, si annuit, diuinitus, hic indicendum.* WINDECK *cap. XLI. XLII.* narrat, qua ratione apud Gallos Anglosque fuerit exceptus.

14) GOB. PERSONA c. l. *interim quod ipse* (Sigismundus) *perseuerauit ibidem, ambasiatores regum & principum Hispaniæ prædictorum, Constantiam venerunt, circa principium æstatis, & multis tractatibus præcedentibus in eum adhuc Schafhausen moram trahebant, tandem a concilio cum magno recepti sunt honore, ipsique cum regnis prædictis concilio sunt vniti, & sic concilium in quinque nationes est diuisum.*

15) Extant hæc scripta apud HARDTIVM *Tom. IV. p.* 884.

16) HARDT *Tom. IV. p.* 952.

17) HARDT *p.* 987.

18) Ver-

fus, 18) ibidemque XXVII. Ianuarii 1417. magnifico cum adparatu fuit fufceptus. 19) Poftquam igitur Petrus de Luna fæpius fuiffet citatus, IV. Aprilis pro contumace fuit declaratus, demum in feffione Generali XXXVII. confentientibus Sigismundo, Caftiliæ, Nauarræ & Arragoniæ Regibus, cum multis Principibus & Nobilibus XXVI. Iulii 1417. tanquam fchismaticus fuit depofitus. 20) Hoc ipfo Concilii Patres demonftrantes, Concilium effe fupra Papam. 21)

§. XIV. Hoc facto, a Nationibus quinque fæpius fuit poftulatum, vt reformatio noui Papæ electioni præmitteretur, proteftantibus tamen defuper Cardinalibus. 22) Papæ igitur electione decreta, hic modus placuit, vt quælibet natio fex nobiles viros in facris conftitutos, de fe ipfa eligeret, & ifti omnes, qui infimul erant triginta adiungerentur Cardinalibus, qui erant viginti tres, & ille effet Papa, & non alius, quem duæ partes Cardinalium & duæ partes cuiuslibet præfati fenarii elegiffent. Hi igitur confentiente Cæfare, XI. Nouembris a. 1417. Ottonem de Columna, Cardinalem Romanum, poftea Martinum V. dictum, Papam elegerunt. 23) Hic ftatim coronatus, ad inftantiam Nationum

18) Verba funt GOBELINI PERSONAE *æt. VI. c. XCV.*

19) HARDT *Tom. IV. pag. 1090.* qui etiam ex Mfto Vindobonenfi Dorriano hæc addit: *anno Domini MCCCCXVII. die Mercurii, quæ fuit XXVII. menfis Ianuarii, intrauit Dominus Sigismundus Romanorum & Vngariæ Rex Conftantiam, reuerfus de Narbona ad Franciam, fcilicet Parifios, ad Regem, tractandum de pace inter regna Franciæ & Angliæ, & de Parifiis intrauit Angliam, & de Anglia reuerfus per Alemanniam ad Conftantiam.* NAVCLERVS *vol. II. Gen. XLVIII. p. 1048.*

20) GOBELINVS PERSONA æt. VI. c. XCVI. *demum anno Domini MCCCCXVII. menfis Martii die XVI. concilium cum Regis confenfu contra Petrum de Luna citationem emifit, & citauit eum ad primam diem menfis Aprilis, fed terminus ille continuatus eft vsque in menfem Iulium: vt interim viri idonei ad accedendum præfentiam eius & vt ipfe fufficiens haberet tempus ad præparandum fe ad viam veniendi ad concilium. Sed eo permanente in pertinacia fua, in pœnam contumaciæ papatu priuatus eft, quamuis dudum per concilium Pifanum priuatus videbatur.* Extat etiam apud BALVTZIVM *Mifcell. lib. VII. p. 97.* Epiftola Balthafaris Coffæ, ad Petrum de Luna, qua ipfi perfuadere conatur, vt fe Martino V. fubmittat. Contumaciam ipfius & condemnationem etiam docet THEOD. VRIE *lib. VIII. dift. V. VI. VII. VIII.* Plenius HARDT *Tomo IV. p. 1367.* Addit CVSPINIANVS *pag. 396. fupererat Petrus Luna, qui fe Benedictum XIII. cognominabat. Is fe magiftratu abdicare recufat: licet enim ab Oratoribus regum Franciæ, Angliæ, Scotiæ, Nauarræ, Arragonum, Caftellæ, Legionis, Portugalliæ & Algarbiæ admonitus effet, qui omnes illius obedientiæ fe fubtrahebant, a Sigismundo perfuafi, pertinacifsime tamen renitebatur. Ob id parato fimulachro veftibus & ornamentis ordine fpoliato, non fine magna nominis fui contumelia fummo facerdotio deiicitur.*

21) Hoc etiam claris verbis declarat ÆN. SYLVIVS *de geftis Concilii Bafil. lib. I. pag. 14.* dicens: *vnum pro omnibus, ac præ omnibus fufficere debet Conftantienfis Concilii teftimonium. Eo namque in loco, vbi aduerfus Petrum de Luna fertur fententia: de eo his verbis habetur mentio: eaque in generali Concilio locum habere dicuntur. Quibus ex verbis plus illud habemus: quia non folum Papa in correptione fratris ad Concilium remittitur, vbi per fe non poteft: fed etiam vbi de ipfius Papæ correptione agitur, ad Concilium eft recurrendum.* Potiffimum vero feffione quarta & quinta hæc conciliorum Auctoritas fuit ftabilita. Et dum Clerus Gallicanus Parifiis anno 1683. congregatus, eadem articulo fecundo confirmaret, EMANVEL a SCHELSTRATE contra hunc Clerum fcripfit Acta Conftantienfis Concilii ad expofitionem decretorum eius feffionum quartæ & quintæ facientia *Antwerpiæ 1683. 4.* Aft Cleri Gallicani partes tuetur EDMVNDVS RICHERIVS *Hift. Concil. Gener. lib. II. c. III.* NAVCLERVS vol. II. Gen. XLVIII. p. 1048. *qua quidem authoritate Benedictus, difcuffa aliquandiu re, 18. die Martii accenfis candelis & pulfatis campanis, anathematizatur, reiectisque rationibus eorum qui cum eo fentiebant, pontificatu priuatur, & vt hæreticus ac fchifmaticus a cunctis habendus declaratur.*

22) HARDT *Tom. IV. p. 1394. 1395. 1417.*

23) GOBELINVS PERSONA æt. VI. c. XCVI. *tandem reformatione concepta, ipfa tamen nondum publicata, proceffum eft ad electionem fummi Pontificis. Vnde ex qualibet natione electi funt viri literatiffimi & deuoti 6. qui erant numero 30. qui vna cum Cardinalibus omnibus debebant eligere Papam, & ifti funt ingreffi in conclaue: Cardinales quidem numero 21. & cæteri 30. die Lunæ, 8. menfis Nouembris, poftquam concilium iam per annos tres integros continuatum fuerat, intrauerunt & XI. die dicti menfis concordes effecti, elegerunt Dominum Oddonem de Columna, nobilem Romanum Cardinalem, qui de obedientia Vrbani fexti defcenderat, & appellatus eft Martinus V.* Eodem quippe die feftum B. Martini celebrauit ecclefia. TRITHEMIVS *ad a. 1417.* NAVCLERVS *vol. II. Gen. XLVIII. p. 1049.* HARDT *Tom. IV. p. 1481.* CVSPINIANVS *p. 396.* LAVR. BYZYNIVS *p. 142.* Extat inter BALVTZII *Mifcellanea lib. VII. p. 90.* Narratio de forma & modo electionis factæ de Domino noftro Papa Martino V. in Concilio Conftantienfi, qui fingula hæc vberius defcribit, addens: *hic autem modus licet appareret ad electionem habendam valde difficilis, qui tres perfonæ vnius fenarii hanc poterant impedire, tamen ideo fic acceptatus fuit, quia Papam fic eligendum reddebant indubium & facile acceptabilem ab omnibus Regibus & nationibus Chriftianis, ex quo nulla effet natio, quæ ipfum non elegiffet in Papam.* Inde perfonas ad hanc electionem felectas, recenfet. In fine ita concludit: *Dominus olim Cardinalis de Columna, ætate quinquagenarius, Martinus V. dictus, eo quod in die beati Martini fuit electus, vir clemens & benignus, fimplex & rectus, non intricatus, fed planus, non innitens propriæ prudentiæ, fed confilio credens, quantum humana fragilitas noffe finit, falubriter reget, dum tamen mali confiliarii non decipiant ipfum.* EBERH. WINDECK cap. LV. *In der weile als ich zu Flandern war, wart ein einmutiger babft zu Coftentz auf fant Martinus abend zwifchen newn und zehen vor mitten tage erwelt, und derfelbe babft hies Otte de Colomnna, von den Gefchlechte der Sewlen zu Rome, und wart genant Martinus quintus, und Im wart zugegeben, das er der armeft, und einfaltigfte Cardinal were unter allen cardinalen, die zu Coftentz dazumale warent, wie es hernach erging, das findeftu hie nach woll, Dornach wart er der allerreicheft und der allergutigifte, das man meinte man funde einen burren vol, goldein und duckaten hinter Im da er ftarb.*

24) HARDT

tionum in Concilio præsentium, Reformationis Collegium Constantiæ adornauit, 24) Cæsari etiam decimas de bonis ecclesiasticis in certis Germaniæ prouinciis pro immensis sumptibus concessit. 25) Hic statim contra Petrum de Luna, eiusdemque Anti-Cardinales, iisdemque adhærentes, excommunicationem fuit minatus, 26) Tempore huius Concilii etiam de pace publica & diuisione Statuum in certas classes fuit actum. 27) De reformatione vero parum fuit actum, 28) sed in penultima sessione XLIV. de futuro pro Ecclesiæ reformatione Concilio, Papiæ celebrando, fuit definitum. 29) Demum per vltimam Sessionem Generalem XLV. die XXI. Aprilis a. 1418. habitam, Concilium hoc, Cæsare licet contradicente, fuit solutum. 30)

§. XV. Ad idem hoc Concilium a Sigismundo Imp. Bohemi vna cum Husso atque Hieronymo Pragensi euocantur. 31) Iste, postquam salui conductus litteras a Sigismundo fuisset adeptus, 32) XV. Octobris a. 1414. iter adgressus, atque in variis Ciuitatibus, Noribergæ potissimum, publicas litteras templorum ianuis adfigi curat, quibus omnes, qui ipsi errorem vel hæresin velint imponere, inuitat, vt ad Concilium veniant, coram quo de sua fide rationem sit redditurus. 33) Die III. Nouembris vna cum Io. de Chlum & Henrico de Latzenbock, quos Bohemiæ Ordines ipsi tanquam Aduocatos adiunxerant, Constantiam Hussus venit, 34) vbi per aliquot hebdomadas securus, 35) demum

XXVIII.

24) HARDT *Tom. IV. p. 1402.*

25) Exhibet diploma Papæ desuper concessum vna cum reliquis Actis HARDT *Tom. II. p. XXI. c. I. f. 590.* in qua: *decimam integram vnius anni omnium redituum & prouentuum ecclesiasticorum, in prouinciis, ciuitatibus, diœcesibus, terris, & locis nationis Germanicæ; totius prouinciæ Treuerensis, nec non Basileensis & Leodiensis ciuitatum & diœcesium, sub Romano Imperio consistentium:* Et paullo post: *in subleuationem onerum & expensarum quæ Te præmissorum occasione subire oportuit, & verisimiliter oportebit.* Vid. etiam HARDT *Tomo IV. pag. 1508.*

26) LVDEWIG *Reliquiis Mstorum Tom. V. pag. 412.*

27) Extat apud WENCKERVM *Appar. Archiv. p. 312.* in qua: *Item, das man die Lande in vier deyle alsdann für Zyten auch me gewesen ist; Nemlich daß die Herren und Stende uff dem Rine, zu Elsaß und in der Wederawe gesessen, ein Teyl weren, und einen Hauptman von des Riches vvegen hetten. Item, und daß Herren und Stede in dem Lande Svvaben gesessen, auch ein Teyl vveren, &c. Item, und daß Herren und Stetde in dem Lande zu Francken gesessen, auch ein Teyl vveren &c. Item, und daß Herren und Stetde in den Landen zu Doringen zu Missen, uud zu Hessen gesessen, &c. Similiter. Item, und daß der vorgenanten vier Hauptluten iglichen von Herren und Stetden zugeben vvurde, ein Recht zu besetzen und zu richten, vvaß sich dann in demselben Teyle verhandeln und verlauffen vvurde.*

28) GOB. PERSONA æt. VI. c. XCVI. *post hoc electi sunt viri literatissimi ex omnibus illis nationibus, qui nomine totius Ecclesiæ reformationem status ecclesiæ ordinarent & conscriberent. Illis autem moram in hoc facientibus orta est seditio inter Regem & nationem Germaniæ parte ex vna, & cæteras nationes parte ex altera: Rege cum suis volente quod priusquam ad electionem summi Pontificis procederetur, fieret reformatio ecclesiæ, tam in capite quam in membris: Cæteris contendentibus ex aduerso, quod prius procederetur ad electionem Papæ, per quem reformatio ecclesiæ esset deducenda ad effectum.*

29) Plenius hæc ex Actis declarat HARDT *Tom. IV. p. 1544.* CVSPINIANVS p. 396. *vt autem mores corrupti vniuersi orbis Christiani emendandi commodiori & tempore & loco castigarentur, decretum fuit, vt a fine concilii Constantiensis ad quinquennium vsque denuo concilium celebraretur: vtque a quinquennali in septennium aliud transferretur, ab hoc in decennium. Ita vt singulis quibusque 10. annis concilium haberetur generale, in loco idoneo: estque Papia vrbs pro primo, Basilea pro secundo concilio designata.* NAVCLERVS *vol. II. Gen. XLVIII. pag. 1052.*

30) Hæc ex Actis plenius HARDT *Tom. IV. p. 1548.* Ea vero quæ sex Tomis Hardtius, ipsa Acta inserendo, magna industria exposuerat, IACOBVS LENFANT nuper demum in Historia Concilii Constantiensis gallico sermone conscripta, & Amstelodami 1714. 4. edita, iusta rerum gestarum serie eodem potissimum fundamento vsus, exposuit. Vtrosque supplet BOVRGEOIS de CHASTENAY *Nouvelle Histoire du Concile de Constance*, potissimum in iis, quæ ad Galliæ faciunt Historiam.

31) AEN. SYLVIVS c. XXXVI. *dum hæc aguntur, generale Concilium apud Constantiam Sueuorum vrbem cogitur: in quo de rebus Bohemicis sermo habitus, Patrum mentes ingenti cura confecit, voluentium animo, quonam modo sanari Prouincia posset. Placuit tandem, Sigismundo Imperatore suadente, Ioannem & Hieronymum ad Synodum euocari, qui tum cæteris eiusdem Regni doctiores, tum populi doctores, ac hæresium Principes habebantur.* LAVR. BYZINIVS p. 127. *Ad hæc veniens in concilium magister Iohannes Hus, sacra theologiæ Baccalaureus formatus prædicator ad Capellam Bethleem nuncupatam in Praga confirmatus, qui in suis prædicationibus hypocrisim, pompam, auaritiam, luxuriam, simoniam & alia Cleri peccata constanter infestabatur & detegebat pro ipsius cleri statu ad vitam Apostolicam reducendo. Ex quo ab ipso clero pestifero magno est odio habitus.*

32) Extant hæ salui conductus literæ apud HARDTIVM *Tom. IV. p. 12.* in. SEYFRIDI *Histor. Hussi §. VI.* LAVR. BYZINIVS c. l. *Anno eodem, sabbato post omnium sanctorum, sub saluo Regis Hungariæ Sigismundi conductu primum in Praga intimationibus & protestationibus publicis factis: quod scilicet coram concilio Constantiensi de sua fide cuilibet paratus sit reddere rationem, venit personaliter.*

33) Hoc ex ipsis Hussi Operibus latius demonstrauit SEYFRIED §. *VII.*

34) HARDT ex Actis *Tom. IV. pag. 11.* SEYFRIED §. *VIII.*

35) HARDT c. l. *ad IV. Nouembris: aduenerat superiori die Constantiam Hus. Proximo itaque hoc die Dominico Hussi Comites Bohemi, Iohannes de Chlum & Henricus Latzembog, ad Papam Iohannem 23. se contulerunt, nunciatum, Iohannem Hus pridie aduenisse. Qui simul Papæ Iohanni significarunt, Cæsarem Sigismundum saluo conductu Husso dato immunitatem ei ab omnibus iniuriis promisisse. Sed & rogarunt, fide salui illius conductus Cæsarei immunis porro in Concilio ope & auxilio Papæ præstaretur. Qui Hussi nuncii perhumaniter a Pontifice Iohanne excepti, hoc a Papa oraculum retulisse feruntur: etiamsi Ioannes Hus fratrem sibi germanum occidisset, se tamen nullo modo commissurum, quantum*

XXVIII. Nouembris 36) custodiæ mancipatus, atque in monasterio Prædicatorum ad Rhenum fuit adseruatus, 37) frustra ob datum saluum conductum protestante Sigismundo, eiusdemque liberationem vrgente, 38) cui responsum fuit, Hæreticis fidem non esse seruandam. Publicis etiam litteris desuper protestabantur Bohemi, Cæsarem petentes, vt e carcere dimitteretur. 39) Hinc ex libris eiusdem, illo potissimum de Ecclesia, multi extrahebantur articuli, quibus Hussi errores comprehenderentur, licet illi multa falso imputarent, vel sensum istius deprauarent, ad quos tamen vt publice responderet, licet quæsitum sæpius, ipsi minime concedebatur. 40) Bohemi demum ab Imp. id impetrarunt, vt ex fœtido isto carcere in Monasterium Franciscanorum captiuus duceretur. 41) Postquam vero Iohannes XXIII. Papa, Constantia aufugisset, misit carceris claues Imp. qui eas Constantiensi Episcopo tradi curauit, qui XXII. Martii Hussum compedibus vinctum in arcem suam Gottleben, trans Rhenum ducendum mandauit. 42) In sessione octaua die V. Iunii 1415. Cardinales in refectorio Monasterii nudorum conuenientes, Hussum neque auditum, neque conuictum condemnare parati erant, protestantibus tamen desuper Iohanne de Chlum & Wenceslao de Duba, tantum obtinuerunt, vt Sigismundus, per Ludouicum Palatinum & Fridericum Brandenburgicum Marchionem illis adnuntiari iuberet, vt Hussum prius audirent, qui adductus quidem, ipsique errores fuerunt propositi, sed dum sese excusare vellet atque defendere, multo clamore fuit impeditus. 43) Die VII. & VIII. Iunii Sigismundo & toto Concilio præsente, cum Husso denuo fuit actum, XXXIIX. articuli ipsi fuerunt obiecti, quos partim reiecit, partim etiam tanquam suos defendit, licet & tunc sæpe clamoribus fuerit impeditus. 44) Et dum, quod postulabant, nollet reuocare, in carcerem ex mandato Episcopi Rigensis fuit reductus, vbi varii Episcopi & Doctores eundem visitantes, vt reuocaret, eundem hortati, constans tamen mansit, nec ab adgnita semel voluntate voluit recedere. 45)

§. XVI. Sæpius igitur inuitatus licet Hussus vt reuocaret, tandem VI. Iulii 1415. in sessione XV. in templo cathedrali congregatum ad concilium denuo conuocatus, ipsius libri & doctrina, ipseque ad mortem fuit condemnatus, 46) obiiciente licet ipso Sigismundo concessum saluum conductum, hoc desuper erubescente. 47) Inde depositus fuit per quatuor Episcopos quatuor nationum, vestibus sacerdotalibus exutus, aliis fuit indutus, forfice rasura capitis ad speciem crucis in quatuor partes scissa, corona ex papyro facta ad speciem pyramidis fastigiata, in qua tres diaboli depicti fuerunt, imposita, inde-

que

tum in ipso situm esset, vt aliqua ei fiat iniuria, quamdiu Constantiæ esset.

36) HARDT *Tom. IV. pag. 21.* SEYFRIED *§. VIII.* NAVCLERVS equidem *vol. II. Gen. XLVIII. p. 1045.* auctor est, quasi aufugere parasset Hussus, sed confudisse ipsum videtur cum Hieronymo Pragensi.

37) Die 28. Nouembris in cubiculo palatii Papalis fuit conclusus, hinc in domum cuiusdam Canonici captiuus fuit ductus, postea vero 3. Ianuarii 1415. in monasterium Prædicatorum fuit abductus, HARDT *Tom. IV. p. 22. 33.* SEYFRIED *§. IX.* BYZYNIVS *c. l.*

38) Quare etiam socius ipsius Chlumæus in vigilia Natiuitatis Christi, cum Cæsar esset in vicinia, altero die Constantiam ingressurus, dolorem suum atque detentionis iniustitiam publico docuit programmate, templis Constantiensibus adfixo, quod reperitur apud HARDTIVM *Tomo IV. p. 25.* SEYFRIDVM *§. IX.*

39) Extant hæ litteræ apud HARDTIVM Tom. IV. p. 32. in quibus: *in cuius rei testimonium annata nobis sigilla apposuimus, Cæsaream M. T. orantes, Hussium, quem diximus, eo clementer fauore prosequatur, vt e carcere emissus vinculisque liber publice audiatur, ne inauditus falso aduersariorum suorum testimonio calumniisque, summa nostra, nostra inquam, Bohemorum ignominia opprimatur.*

40) Errores ex eiusdem scriptis extractos recenset SEYFRIED *§. IX. p. 61.* WINDECK c. LXIX. hos errores ita describit: *Also wart do maister Husse vorboret, und gab do maister Husse fur zu dem Ersten, das die Pfaffheit ungerecht were mit hoffart, geitigkait, und unkewschait, und uberflußige pfrunde und gulte, die In unzimlich were zu haben, das was an im selber also, dobei wer er wol bestanden, Er wolte aber dorin das heilige sacrament und ander vil stucke, die nit zu schriben sint, mengen, und das kam alles von haffes und neides wegen.* Alia ipsi imputata recenset BYZINIVS *p. 128.*

41) HARDT *Tom. IV. p. 47.*

42) HARDT *p. 46.* SEYFRIED *p. 65.*

43) Hæc ex actis latius demonstrauit HARDT *Tom. IV. p. 306.* SEYFRIED *§. V.*

44) HARDT *Tom. IV. p. 308. sqq.* qui etiam XXVI. articulos ex ipsius libris de Ecclesia, VII. articulos ex ipsius libro contra Stephanum Palez & VI. articulos ex libro contra Stanislaum de Snoima excerptos exhibet. Sic etiam Husso & Hieronymo imputatos errores recenset THEOD. VRIE *lib. II. dist. XII.* SEYFRIED *§. XI. XII.* Hos autem articulos Husso obiectos in compendio exhibet GOB. PERSONA *ät. VI. c. XCV.*

45) SEYFRIED *§. XIII.*

46) Hæc ex publicis Actis latius demonstrauit HARDT *Tom. IV. p. 389.* THEOD. VRIE *lib. III. dist. III.* THEOD. de NIEM lib. III. c. II. *hic etiam nuper scilicet VI. die mensis Iulii prædicti fuit per dictum concilium condemnatus, degradatus, & traditus curiæ seculari, & demum igne combustus est, quidam pertinacissimus hæresiarcha, natione Bohemus vocatus Ioannes Huss, magister in artibus, & in sacra Theologia: non obstante, quod sub saluo conductu dicti Dni Regis Romanorum de Boemia huc venisset, & ipso Dn. rege tunc etiam hic præsente. Quia dictum concilium, quod sic ipse Ioannes Huss condemnandus foret, conuictus, nec errores suos volens reuocare, per longum processum præhabitum determinauit & conclusit.* LAVR. BYZYNIVS p. 135.

47) HARDT ex DACHERIO *Tom. IV. p. 395.* inducit Hussum loquentem: *ac ob eam caussam veni in hoc Concilium liber, fide publica accepta ab Imperatore, qui præsto adest, me ab omni vi tutum fore, vt innocentiam meam testarer, & vnicuique poscenti rationem meæ fidei redderem. Hæc cum loqueretur, oculos in Imperatorem defixos habuit. Ille*

vero

nostrô conspectui se radius ille miræ pulcritudinis præsentauit, cuius vtique oris venustas, & corporis habitudo præclara generositatem tantæ excellentiæ absque alio adminiculo sufficientissimam demonstrauit. Sequitur epistola Ludouici, qua sibi ipsi gratulatur de aduentu vxoris suæ, filiæ R. Angliæ. Qua ratione dotem petierit, patet ex Epist. LXXVI. LXXVII. LXXVIII. *pag. 1710. 1711. 1712.*

SECTIO NONA
DE
SIGISMVNDO.

§. I. Sigismundi natiuitas & mores. §. II. Sigismundus fit Marchio Brandenburgicus & Rex Vngariæ. §. III. Bellum cum Turcis & clades Nicopolitana. §. IV. Sigismundus ab Vngaris captiuitati traditur. §. V. Liberatur. §. VI. Vna cum Iodoco eligitur in Imp. §. VII. Coronatur Aquisgrani & Ludouico Palatino Iura Electoratus confirmat. §. VIII. Sigismundus de Pace publica sollicitus. §. IX. Initium caussæ Hussiticæ in academia Pragensi. §. X. Hussus in templo Bethlebem pastor, contra Papatum prædicat. Fratres Candelburgici Papalem fastum per figuras indicant. Hussus Romam citatur. §. XI. Concilium Constantiense ope & auctoritate Sigismundi incoatur. §. XII. Caussa Iohannis XXIII. & Friderici Austriaci. §. XIII. Sigismundus beneficia ecclesiastica concedit. Sigismundi iter in Galliam & Angliam. Gregorius XII. Papatu se abdicat, quod Benedictus XIII. plane negat. §. XIV. Reformatio ecclesiæ frustra postulatur. Martinus V. eligitur. Concilium soluitur. §. XV. Hussus in concilium vocatus, fit captiuus. §. XVI. Condemnatur & comburitur. §. XVII. Idem fatum experitur Hieronymus Pragensis. §. XVIII. Initia b. Hussitici. §. XIX. Ziska progressus. Sigismundi coronatio Bohemica. §. XX. Sigismundus cum exercitu Imperii a Ziska funditur. §. XXI. Ziska sub magnificis promissis tentatur, sed moritur. §. XXII. Diuisio Bohemorum, quorum præcipui Orphani & Thaboritæ. §. XXIII. Prælium ad Aussig. Hussitæ Misniam, Franconiam, Bauariam inuadunt. §. XXIV. Sexta Expeditio contra Hussitas in Comitiis Noribergæ 1431. decernitur. §. XXV. Sigismundus Mediolani & Romæ coronatur. §. XXVI. Concilium Basileense ad reducendos Hussitas institutum. §. XXVII. Contentiones inter proceres & populum in Bohemia: vterque Procopius, duces Hussitarum in acie cadunt. §. XXVIII. Sigismundus cum Bohemis paciscitur. §. XXIX. Eugenius Papa Concilium Ferrariam transferre conatur, sed deponitur & Felix V. eligitur. §. XXX. Sigismundi negotium cum Philippo, Burgundiæ Duce. §. XXXI. Illustres dignitates a Sigismundo collatæ. Translatio Electoratus Saxonici & Brandenburgici. §. XXXII. Controuersias in Ducatu Bauariæ componit. §. XXXIII. Sigismundi Reformatio & Constitutiones, Insignia Imperii Noribergam transfert. §. XXXIV. Sigismundi Mors & sepultura. §. XXXV. Familia.

§. I.

Mortuo Ruperto suffectus fuit Sigismundus, alter ex Caroli IV. filiis, circa annum 1368. natus, ex Elisabetha Stettinensi. 1) Huic præter insignem corporis proceritatem adfuit liberalitas ac munificentia, religionis Pontificiæ augendæ Studium incredibile, multarum etiam linguarum, Latinæ, Teutonicæ, Bohemicæ, Slauicæ, Italicæ, atque Gallicæ scientia; quibus omnibus loqui congrue poterat. 2) Ideoque etiam

1) DVBRAVIVS lib. XXII. p. 592. *vxori nomen Elizabeth quæ Ludouici Regis Hungariæ consobrina, & Casimiri Poloniæ Regis neptis fuit: aderatque Rex vterque nuptiis, ex quibus Sigismundus filius ei prognatus est, postquam ex Italia rediit:* Annus eius natalis ex eo patet, quod a. 1437. septuagenarius dicatur esse mortuus, BVCHOLTZERVS diem natiuitatis ponit XXVIII. Iunii. BALBINVS lib. III. c. XXI. p. 375. *A. 1368. ex Elisabeth, quarta Caroli coniuge, Sigismundus, Rex postea & Imperator nascitur: impetratum esse Regium infantem a. S. Martyre, vetusti codices affirmant; Nam confestim S. Sigismundi sepulchrum auro & argento affabre contexit.* Extant apud WENCKERVM *Collectis Archiuorum p. 126.* duæ litteræ Elisabethæ, quibus partum duorum filiorum Argentinensibus nuntiat, in quarum priori: *feria secunda proxima post dominicam Exsurge hora quasi septima in nocte prolem Masculinam corpore & membris singulis elegantem in lucem mundi produximus.* In altera: *Sabbato in festum Sti Iohannis Baptistæ proximo, hora quasi XXII. masculinam sobolem corpore & membris singulis elegantem in lucem mundi produximus.* Hæc vero posterior huc facere videtur.

2) Hunc impense laudat AEN. SYLVIUS addit. in Beneuenut de Rambaldis librum Augustalem pag. 14. addens: *quantum autem pace præstiterit, præter generis nobilitatem (quæ haud dubie clarissima fuit, vt summorum Principum serie) & præter insignem corporis proceritatem ac imperatoriam plane indolem, affuit illi liberalitas ac munificentia, quanta in nullo antea principum, religionis ac pietatis augendæ studium incredibile, multarum etiam linguarum scientia, & in his linguæ Latinæ studium excelluit: quare doctos homines imprimis fouit, & dignitatibus etiam amplis honestauit. Accusauit sæpe Germanos Principes, qui Latinas odissent litteras. A quibus reprehensus quandocunque quod doctos homines foueret, sed humiles genere: Ego, inquit, eos amo quos natura alios antestare facile voluit.* Lapsus tamen ipsius in Grammatica notatur, prout CVSPINIANVS tradit, p. 399. *passim autem id de eo scribitur, cum in concilio Constantiensi, lapsu forte linguæ alioqui disertus ac facundus, multarumque linguarum peritus, a Grammaticæ regulis decrrasset, schismaque masculino non neutro genere (vt Grammatici docent) protulisset, esse tum a Placentino correptum Cardinale. Cui mox ex tempore dixit, Placentine, si omnibus placeres, minime nobis places, qui minoris nos auctoritatis quam Priscianum Grammaticum, quem offendisse me asseris, existimas. Maximo omnium qui aderant cachinno suscepta est Cæsaris peccati commissi excusatio.* LEMMANN *lib. VII. c. LXXIX.* M. CHRON. BELG. p. 356. *fuit homo bellicosus & victoriosus contra Turcas & Saracenos: gessit XIII. bella, in quibus habuit victoriam. Multos labores subiuit pro extirpatione hæresis in Bohemia & Praga & in Morauia. Sciuit multas linguas, primo Latinam & Theutonicam, Bohemicam, Slauicam, Italicam & Gallicam, quibus omnibus loqui congrue poterat.* Eadem de ipso prædicat CVSPINIANVS *in vita pag. 394. & 399.*

LEH-

iam *Lux Mundi* dictus. 3) Ad gerenda bella tamen erat infortunatus, etsi nec animus deesset nec industria. 4) Sedem suam deficiente Imperii domanio, in Bohemia habuit vel Hungaria. 5)

§. II. Anno 1373. a patre obtinuit Marchiam Brandenburgensem. 6) Inde cum Maria, Ludouici Vngariæ Regis filia ipsi a teneris vnguiculis fuisset desponsata, 7) socer ipsum penes se retinuit, vt sermone & consuetudine Hungarorum imbueretur. 8) Paullo post, ad Poloniæ regnum eum transtulit, euocatis Altsolium Poloniæ Proceribus, ipsos eo adegit, vt in nomen Sigismundi tanquam Regis sui iurarent, 9) quem adoptasse dicebatur. 10) Postquam autem Ludouicus desperata salute, extremum sibi diem imminere intellexit, coactis Optimatibus, regnum disposuit, in manus Mariæ filiæ sponte sua omnes iurarunt, inde Tirnauiæ a. 1382. fuit defunctus. 11) Sigismundus igitur, Polonia relicta, in Hungariam festinat, ast nimis lente. 12) Dum interim Mariam Hungariæ Regem salutarent Hungariæ Proceres. 13) Hæc, cum Nicolai Garæ Vngariæ Palatini consiliis vteretur, hicque proceres extollendos consuleret, effecit, vt multi Proceres a Maria deficerent. 14) Carolus igitur Paruus, Rex Neapolitanus, ex Vngarica stirpe prognatus, Ludouici nepos, 15) ab Vngarorum nonnullis, ac præcipue Zagrabiensi Episcopo in Vngariam fuit euocatus. 16) Sigismundus interea celebratis Budæ cum Maria, magna cum solennitate nuptiis, in Bohemiam statim iterum recedit. 17) Hinc Maria in Comitiis Budensibus deposita, Carolus populi fauore sufficitur, & Albæ Iuliæ coronatur. 18) Hoc tamen, consiliis potissimum Nicolai Garæ a. 1385. trucidato, 19) Maria iterum regina proclamatur. 20) Io. Horwatius vero, Croatiæ præfectus, Caroli mortem vlturus, Nicolaum Garam trucidari fecit, Mariam, eiusdemque matrem Elisabetham captiuitati tradit, hanc etiam in Bozora fluuio fecit demergi. Ista vero, veniente cum exercitu Sigismundo in Vngariam, liberatur. 21) Ipseque Sigismundus Albæ Iuliæ a. 1386. in Regem Hungariæ a Strigoniensi Archiepiscopo coronatur. 22) Mortua vero an. 1392. Maria, 23) Sigismundus triginta duos Hungariæ Proceres Mariæ olim contrarios iussit capite plecti. 24)

§. III. Hoc ipso supplicio autem Sigismundus Vngarorum in se iras concitauit. Accedebat clades a Turcis accepta. Dum enim Turci non solum Walachos iuuarent, quos Sigismundus inuaserat, sed etiam Baiazethes illorum Imperator breui tempore Thraciam, Thessaliam, Macedoniam, Phocidem, Boeotiam & Atticam in suam potestatem redigeret, nunc in Mœsiam irrumpens. Commotus his Sigismundus, auget copias ex Gallia, Anglia, Lucemburgo, cum præmiis, tum precibus, ad hæc multi voluntarii arma sumpserunt,

LEHMANN *VII. cap. LXXVI.* DVBRAVIVS *Rer. Vngar. dec. III. lib. III. p. 292.*

3) EBERH. WINDECK *in Proœmio Historiæ.*

4) CVSPINIANVS p. 395.

5) LEHMANN *lib. VII. c. LXXVI.*

6) Vide *Sect. VI. §. XXIII.*

7) Verba sunt DVBRAVII *rer. Hung. dec. II. lib. X. p. 251.* IO. THWROCZIVS *p. II. c. LI.* EBERH. WINDECK c. II. *also wart Herr Sigmund gen Vngarn gefurt gein Presburg mit dem Keiser genanerte dem Konig Ludwich, der die Zeit Konig zu Vngern was, der dem Konig Sigmund seine tochter gab Maria genant. do von derselbe Konig Sigmund das Konigreich zu Vngern besas.*

8) DVBRAVIVS lib. XXV. p. 653. *eundem secutus Ludouicus Pannoniæ Rex generum sibi, regnique successorem asciuit, desponsa ei filia nondum nubili, cui Mariæ nomen, sed nec sponsus etiam tum quartodecimum annum attigit, quem tamen socer penes se retinuit, vt sermone & consuetudine Hungarorum imbueretur.* BONFINIVS *Dec. III. lib. I. pag. 254.*

9) DVBRAVIVS *cit. loc.*

10) BONFINIVS *c. l.*

11) BONFINIVS *pag. 251. 252.* DVBRAVIVS *pag. 654.*

12) DVBRAVIVS *c. l.*

13) BONFINIVS Dec. III. lib. I. p. 254. *Quum intempestiuæ adhuc forent nuptiæ, Ludouicique patris merita vniuersos sibi deuinctos haberent, neque interregnum ipsi facile paterentur, Mariam tanto studio suffragiorumque successu, tota Pannonia in regni fastigium extollit, vt non modo Reginam, sed regem pronuntiarit, salutaritque. Quod sexui natura detraxit, fortuna concitatissimo fauore rependit pro Regina Rex passim salutatur, & donec virum duxit, iubente Pannonia, pro Rege semper appellata, & in cunctis diplomatis rescripta est.*

14) BONFINIVS *p. 254. 255.*

15) BONFINIVS p. 255. *quem quidem Apuliæ Regem, regali genere natum, & Ludouici nepotem, haud inuitis populis, tuto Mariæ imperio & Nicolai tyrannidi opponere se posse sperabant,* qui tamen paullo ante dubitauerat, dicens lib. I. incunte: *quem quidem an Ludouici (vt plerique) filium, an ex Andrea fratre nepotem dicere ausim, nondum satis exploratum habeo, nisi fortasse ab eo adoptatum plane dixerimus.*

16) DVBRAVIVS *c. l.* GOB. PERSONA *at. VI. c. LXXXI.* BONFINIVS *pag. 255.* WINDECK *cap. XVII.*

17) BONFINIVS *p. 258.*

18) BONFINIVS *p. 260.*

19) Blasius primum Forgatschius Caroli caput ad oculos vsque diuiserat, post ipse *ad Vissegradiensem arcem adducitur, ibique in carcere admoto plagæ pharmaco, & obstructis faucibus interiisse dicitur.* BONFINIVS *p. 261. 262.*

20) BONFINIVS *p. 262.*

21) BONFINIVS hæc late narrat *p. 263.* DVBRAVIVS *lib. XXV. p. 655.*

22) BONFINIVS *dec. III. lib. II. p. 267.*

23) BONFINIVS *p. 269.*

24) BONFINIVS *Dec. III. lib. II. pag. 269.* DVBRAVIVS lib. XXV. p. 658. *porro Sigismundus summo studio annitebatur, ad reuocandos tam domesticos, quam externos ad obsequium, qui sub muliebri Regno iugum excusserant. Nam domi in oppido Budensi, duos & triginta primores nobiles gladio percuti iussit.* CVSPINIANVS *p. 395.* qui addit: *quorum monumenta hodie cernuntur ad Carmelitas Budæ.*

25) Hanc

pserunt, inter quos fuit Ioannes, Princeps Burgundiæ, qui amore tactus religionis, vna cum suis Burgundis, omnia contra impios hostes, pro Christianis experiri paratus venerat. Nicopolim Bulgariæ ad Istrum sitam obsidione cingebat Sigismundus. Ibi dum Galli gloriosum ducunt, prœlium ante alios inire, non expectatis cæteris agminibus, aciem Turcarum ingenti impetu adoriuntur, coguntque parum retrocedere. At Turcæ ad arcus conuersi equos Gallorum telis transfodiunt, desiliunt illi ab equis, vt pedites pedestribus copiis certamen experiantur. Equi Gallorum cum sellis vacuis in castra recurrentes errorem Vngaris obiiciunt, Gallorum quasi equites omnes a Turcis essent occisi: voluit Sigismundus celeri equo aduolans, hunc errorem suis demere, & ad pugnam illos ex fuga retrahere, sed postquam nihil profecit, equo delabens mutat vestem, seque in cymbam, qua commeatus Danubio aduectus erat, seruili habitu condit, & illa nauigatione captiuitatem euadit, in quam Princeps Burgundiæ incidit, multo postea auro redemptus, cum paucis Gallis nobilioribus, qui superstites reperti sunt. 25) Sigismundus vero Constantinopolim fugiens, inde in Hungariam fuit reuersus.

§. IV. Animis igitur Vngarorum hac clade magis adhuc concitatis, Stephani, duo Optimatum, Carolinæ olim factionis principes, Ladislaum, Caroli Parui filium, in Vngariam inuitant ad regnum, ipsi hæreditario iure debitum accipiendum. Deficiebat gens vniuersa. Duorum & triginta equitum cædes; clades Nicopolitana, Mariæ obitus, & inita post illius mortem intemperantia, præcipue fœminarum, quibus præ licentia cœlibatus se fecerat obnoxium, Sigismundum in contemptum adducebant. Anno 1401. festo Vitalis die, ex composito Regem ingens Procerum multitudo sub officii prætextu adiit, frequenti virum corona circumuenit. Accedebat Nicolai Garæ, Vngariæ olim Palatini, qui a Io. Horwart occisus fuerat, filius. Hi, postquam Regem de patratis ab eo facinoribus atque Republica male gesta obiurgassent, ad conuitia contumeliasque ventum est. Mox facto impetu, omnes veluti inter eos dudum conuentum erat, Regi manus iniiciunt, quidam in barbam inuolant, pilosque ei vellunt, captiuum ipsum faciunt, quem occidissent omnino, ni quorundam amicorum suasu fuissent remorati. Traditus tandem Nicolai Garæ filiis ipsi infestissimis in arcem Soclos captiuus abducitur. 26)

§. V. Hinc Ladislaus, Caroli Parui filius Rex proclamatur, qui etiam in Dalmatiam veniens, Iaderæ benigne excipitur. Budensis tamen arx, cæteraque regis præsidia, cum superioribus Vngariæ partibus, quæ ad Morauiam spectant, in Sigismundi fide permanebant. Sigismundus interim dies noctesque lacrymis atque singultibus transigebat. Miserata infaustam Regis conditionem Gararum mater, filiis suis Regis liberationem, pacta illis salute, suadet. 27) Liberatus igitur horum ope, peruenit ad Ciliæ Comitem, cuius viribus adiutus, quia sororem eius Barbaram sibi desponsauit, in Bohemiam rediit, & deinde Vngariam cum ingenti Bohemorum exercitu recuperauit, Ladislao in Italiam reuertente. Inde in rebelles se exhibet benignum, nisi quod indicto in Slauonia conuentu, Stephanum Waiwodam iuberet interfici, eo quod Turcas in Vngariam euocasset. 28)

§. VI. Mortuo Ruperto, Ioannes Nassouius, Elector Moguntinus Comitia Electionis in Ciuitate Francofurtensi ad diem S. Egidii habenda, indixit. Conueniebant statuto tempore Wernerus Falckenstein Treuirensis, Fridericus III. e Comitibus Saarwerdensibus, Coloniensis, Electores, & Ludouicus Comes Palatinus Rheni. 29) Wenceslaum vero Bohemiæ Regem; Rudolphum Saxoniæ Electorem, & Iodocum Morauiæ Marchionem, qui tunc Electoratum Brandenburgicum pignoris iure tenebat, detinebat metus vicini belli Prutenici indies magis magisque ingrauescentis, post cladem grauissimam d. 16. Iulii ad pagum Grunewaldum Equitibus Cruciferis Teutonicis a Polonis, adducto simul magno Lithuanorum, Russorum & Tartarorum numero, illatam, qui etiam hanc ob causam, Comitiorum Electoralium prorogationem postulabant, verum ob turbatum illorum

25) Hanc cladem latius describit DVBRAVIVS *lib. XXV. p. 660.* BONFINIVS *Decis. III. lib. II. p. 271.* NAVCLERVS *vol. II. Gen. XLVII. p. 1027.* CVSPINIANVS *p. 395.*

26) TRITHEMIVS *ad a. 1403.* BONFINIVS *dec. III. lib. II. pag. 272.* DVBRAVIVS *lib. XXV. p. 661.* CVSPINIANVS *p. 395.* Paullo aliter tamen hoc narrat EBERH. WINDECK *c. IV.*

27) NAVCLERVS *vol. II. Gen. XLVII. p. 1036.* TRITHEMIVS *Chr. Hirsaug. ad a. 1401.* BONFINIVS *p. 273. 274. 275.* DVBRAVIVS *p. 663.* Addit. ad Beneuenuti de Rambaldis librum Augustalem p. 14. *hic igitur Pannonia potitus a Ludouici morte, cui Maria superstes filia fuit, duos ac XXX. Regulos securi percuti iubet, quod regiæ puellæ aduersati essent. Vnde illi tanta mox gentis inuidia conflata, vt post vxoris mortem captus, necandusque magis quam asseruandus, fœmina, cuius maritum ille interfecerat, sit traditus. Ille vero maiestate oris & blanda oratione dimissus, hinc Boëmiam petit, quam non sine labore vix tandem obtinuit, longo ab his bello ac difficili petitus, sæpe etiam acie ab his victus.* LEHMANN *lib. VII. c. LXXVIII.*

28) EBERH. WINDECK c. IV. *do gab er In gute briffe, das sie ire Missethat do alle ledig waren, Aber er vorgas ine nit, wenn er bracht sie hernach alle umb ire leben, nit mit posbait, sunder wo es Im vorgeschach mit streiten gegen den Haiden oder anderswo, do befalch er In das Panyr und die Spitze, das sie musten Ire sunde bussen und dorumb sterben.* Adde *cap. IX.*

29) Hos Electores præsentes nominat Missiua Iohannis, Archiepiscopi Moguntini, apud SCHANNAT *Vindem. Litterariis Collect. p. 150.* & inter Documenta Cl. KOELERI *diss. de Electione Iodoci adiecta p. I.* Eosdem confirmant TRITHEMIVS *ad a. 1410.* GOBELINVS PERSONA *æt. VI. cap. XI.* LEHMANN *lib. VII. c. XXI. XXXI.*

30) GOBE-

rum temporum ſtatum haut obtinebant, 30) Mittebat ad hæc Comitia Sigismundus Vngariæ Rex, licet non vocatus, tanquam verus hæres Electoratus Brandenburgici, Fridericum, Zolleranum, Noribergenſem Burggrauium, legatum ſuum, 31) qui de iure ſuffragii Brandenburgici Iodoco non ſolum litem moueret, ſed etiam Electores in ipſius pertraheret partes. 32) Idem Sigismundus, vt Gregorium XII. Papam ſibi haberet fauentem, per ſingulares litteras ſcriptas Budæ d. 5. Auguſti 1410. ipſi obſequium & compoſitionem ſchiſmatis, quod tunc adhuc vigebat, promiſit, 33) Ludouico Palatino vero confirmationem omnium priuilegiorum atque oppidorum ab ipſius prædeceſſoribus oppignoratorum obtulit. 34) Diſplicebat hic ambitus Moguntino atque Colonienſi, qui potius Iodoci ius ſuffragii pro vero habebant, ob inueſtituram ipſius Cæſaream, 35) Burggrauium igitur ad Senatum Electoralem admittere nolebant, ideoque Electionem ob Bohemi, Saxonis & Iodoci Brandenburgici abſentiam protrahere conabantur, 36) præſentibus omnibus Electoribus celebrandam. Verum, Fridericus Burggrauius adſociato ſibi Wernero Treuirenſi

30) GOBELINVS PERSONA *cit. loc.*

31) Sunt equidem, qui Sigismundum ſibi ipſi in electione votum dediſſe adſerant, ſecuti DVBRAVIVM, qui *libro XXIII. p. 621.* ita loquitur: *Moguntino Comitia Electoribus indicente, ad quæ cum Sigismundus Rex Hungariæ, tanquam Marchio Brandenburgenſis, qui vnus Electorum habetur, veniſſet, dignitatisque Regiæ gratia, primus ſententiam eſſet rogatus de Cæſare nominando, ſe ipſe nominauit, me, inquiens, ego noui, alios non itidem, an æque mecum Imperio orbis digni ſint, præſertim in tanto rerum motu, quo Italia quoque Schiſmate ibi durante plurimum laborat. Mirati hanc tam liberam & apertam Sigismundi vocem, cæteri Electores, communique aſſenſu illam approbantes, ipſum Sigismundum Venceslai fratrem, Cæſarem conſalutant.* Hunc ſequitur FVGGER *im Spiegel der Ehren lib. IV. c. III. p. 411.* atque plures ex recentioribus. Aſt, contrarium patet ex litteris Treuirenſis, Palatini & Brandenburgici Electorum ad Senatum Spirenſem, quæ reperiuntur apud LEHMANNVM *lib. VII. c. XXXI.* in quibus: *han wir, Werner, Ertzbiſchoff zu Trier, und wir Ludwig Pfaltzgrave by Ryne, mit zufall unſer, Burggrave Friederichs, als mächtiger Botten unſers Herrn, des Kæniges von Vngarn, als eines Marggraven zu Brandenburg und Churfürſten, Stimme und Willen, und alſo mit den mehren Theil der Küren und Stimmen, die uff dieſe Zyt hie ſind.* Sic etiam GOBELINVS PERSONA *at. VI. c. XC.* Burggrauium Noribergenſem Procuratorem fuiſſe Brandenburgenſem dicunt, quem ſequitur Author M. CHRON. BELG. *p. 356.* TRITHEMIVS *ad an. 1410.* & ENGELHVSIVS *in Chronico pag. 293.* Dicta Miſſiua: *ex parte sereniſſ. Principis & Dni D. Sigismundi Regis Vngarie, Domini noſtri graciosi & ſpecialiter perdilecti comparens Illuſtris D. Fridericus Burgrauius Nurenburgenſis, conſanguineus & amicus noſter cariſſ.* In litteris Argentoratenſium ad Baſileenſes, apud WENCKERVM *Appar. Archiv. p. 307. Der Burggraff von Nürenberg kam auch dar an Statt und in Nahmen des Künigs von Vngern, und meinde ein Kur zu habende von deswegen als der Marggraff zu Brandenburg iſt.* L. B. de LYNCKER equidem *Obſ. ad A. B. pag. 31.* Lehmannum ideo reiicit, quod menſe Februario 1410. fuerint datæ, aſt immerito, dum Sigismundus demum a. 1411. fuerit electus. Verum confundit LYNCKERVS priorem electionem quæ d. XX. Septembris 1410. fuit facta, cum ſecunda poſt mortem Iodoci. Datum Litterarum Lehmanni eſt *Sambstag nach Matthæus des heil. Apoſtel und Evangeliſten Abend,* quod in illa tempora incidit, dum Matthæi dies ſit XXI. Septembris.

32) Dicta Miſſiua: *quod licet D. N. Rex, ad terminum & locum preſentes, & ad electionem Romanorum Regis celebrandam, vocatus non fuiſſet; ipſe tamen tamquam verus heres Marchionatus Brandenburgenſis, Princeps Elector & Marchio, proprie fidei virtute motus qua ſacro obligatur Imperio, ſecundum tenorem Bulle Imperialis, que Aurea dicitur, ipſum Dn. Burgrauium cum omnimoda ſua poteſtate & procuratorio ſufficienti, ad premiſſa facienda decreuerit deſtinare: qui petens ſe nomine dicti D. Regis ad electionem admitti; aſſerens quoque coram nobis in priuato, quod ſub ſingularis ſpei fiducia eſſet directus ad nos ambos, ſubiunxit in fine; quod ſingula, noſtris voluntate & conſilio deberet ordinare.*

33) Extant hæ litteræ apud WENCKERVM *Appar. & Inſtr. Archiv. p. 302.* in quibus: *Des iſt unſer gantzer Wille, Furſatze und Meynunge, das wir nach allem unſerm Vermogen, das wir nu haben oder hernach überkomen, ob wir yoch zu Rom. Kunige oder Keyſer fürgewant oder uffgeworffen weren, oder hernach werden, darzu fliſſiglichen arbeiten und ernſtlichen thun wollen mit Gottlichen redlichen wegen, daß ein gantze lutter Eintrechtigkeyt und ein einmutiger Babſt werde in der H. Kirchen, ein Gehorſamme in allen Criſtlichen Volcke.* Et paullo poſt: *wir globen, gereden und verſprechen auch in vorgeſchriebner Maſſe, ob wann und alsbalde wir zu Rom. Konige oder Keyſer gekorn, furgewant oder uff geworffen werden, daß wir des erſten under unſerm Rœm. Kunigl. Mayeſt. Ingeſigel, ſemliche Brieffe als von Wort zu Wort vorgeſchriben ſtet, über uns geben und auch die halten ſollen und wollen, wo wann und von wem wir deß erſucht, oder ermanet werden an alle Geverde.*

34) Adlegante WENCKERO p. 304. *Ob das iſt, das er ſine Kure und Stimme uff uns wenden und uns zu Romſchen Konige erwelen und uffnemen wirdet.*

35) Dicta Miſſiua: *De iure vero electionis per dictum Burgrauium adlegato, reſpondimus in effectu, quod de eo non ſciuiſſemus nec ſciremus. Immo nos Iohannes Archiepiſcopus Moguntinus non D. Regem predictum, ſed Illuſtriſſ. Principem, nunc Regem Romanorum, D. Iodocum, tamquam Marchionem Brandenburgenſem, a longis temporibus Regia Romana auctoritate de huiusmodi iure ſolempniter inueſtitum, & in corporalem ipſius poſſeſſionem miſſum, de preſenti vocauimus, prout & pridem factum fuiſſe meminimus temporibus retroactis. Adiecimus tamen, quod diſcuſſo negocio, ſi quid iuris ſua ſerenitas tenere deberet, Sue Maieſtati cordialiter faueremus.*

36) Sic etiam Argentoratenſes ad Baſileenſes apud WENCKERVM Appar. Archiv. p. 307. *Wiſſent, das uns verkündet worden, wie Hertzog Ludwig Pfaltzgraff und Churfürſt, und des verſtorbenen Kayſers Sohn, komen uff Montag nach S. Adolffi gen Franckfurt uff den Mittentage, mit einen groſſen Harſte wol mit 15. Grafen und Herren, Aber man wolte ihn nit me inlaſſen, dann mit 200. Pferden, laut der Gulden Bullen. Die drey Kurfurſten geiſtliche kamen desſelben Tages auch in Schiffen alldar. Vff Zinſtag haben die vier Kurfürſten ieglicher dreyzehen ſeiner Rate geſchikt uff das Rothus, ie dritzehen hunder geweſen, die warent bienander von fruge untze uff den Ynbis, und darnach untze geſticketer Nacht, und ſind die Kurfürſten ie zu inen und von Inen geritten. -- Vnd alſo ſo iſt uns geſagt das die*

 Kurfür-

uirensi Antistite, & Ludouico Comite Palatino Rheni maturare Cæsaream electionem studebat; frustra interpellatus a Moguntino, de non præcipitando tam maximi momenti negotio, expectandis potius cæterorum Electorum procuratoribus iam in itinere constitutis. Idem Moguntinus vt maturatam electionem impediret, ædem Bartholomæi ad electionem Cæsaream destinatam iussit occludi. Verum, Wernerus Moguntinus, Ludouicus Palatinus vna cum Sigismundi legato Friderico Burggrauio d. XX. Septembris in Cœmiterio Templi S. Bartholomæi & retro chorum conuenientes, Sigismundum 37) die XX. Septem-

Kurfürsten sint voneinander gescheiden, und ein andern Tag gesetzet habent, uff den Tag, meinent ein Künig zu welende.

37) GOBELINVS PERSONA *at. VI. cap. XC.* dum prius ad Septembrem mensem prouocasset, addit: *eodem mense principes Electores conuenerunt apud Francfurdiam pro rege eligendo, & Archiepiscopus Treuirensis, Ludowicus Dux Heidelbergensis Palatinus Rheni, & Burggrauius Noribergensis, tunc procurator Marchionis Brandenburgensis quantum ad eligendum, elegerunt Dn. Sigismundum regem Vngariæ fratrem regis Bohemiæ, ad quem tunc spectabat Marchia Brandenburgensis, in Regem Romanorum archiepiscopis Coloniensi & Maguntinensi adhuc in deliberatione persistentibus. Sed rex Bohemiæ & Dux Saxoniæ ad electionem non venerunt, & hæc electio facta fuit XX. die dicti mensis. Et statim archiepiscopus Moguntinus mandauit ecclesias opidi Francford non aperiri, ne illi, qui elegerant, electionis suæ publicationem & solennisationem consuetas perficiendi haberent facultatem. Vnde illis venientibus ad fores ecclesiæ, nec ingressum habere valentibus, electionis istius publicatio retro chorum ipsius ecclesiæ facta est per eosdem. Et postea Maguntinensi & Coloniensi archiepiscopis iterum conuenientibus, Iodocus, Marchio Morauiæ vir grandæuus per ipsos in regem est electus, qui post hoc eodem anno defunctus est, & deinde prædicti archiepiscopi Maguntinensis & Coloniensis in regem Vngariæ supradictum consensere.* Eadem repetit M. CHRON. BELG. *pag. 356.* ENGELHVSIVS *Chronico p. 293.* AVENTINVS *lib. VII. c. XXXIII. §. XIV.* Dicta Missiua p. 3. *Et vero reuerendi P. P. Nobiles DD. & venerabiles Amici carissimi quanquam in sincerum fauorem vnionis Imperii, & ea mediante, totius ecclesiæ, semper secreta nostra fuisset intencio de illa inclitissima Domo Bohemie aliquem in vnicum & indubitatum Regem creare Romanorum, & ob hoc illustrissimi Principis D. N. Regis Bohemie illustrium Ducis Saxoniæ, & prædicti Marchionis nunc illustrissimi Regis Romanorum, scripturis ammoniti, quibus occasione stragis & obsidionis Sarracenorum in terris fidelium Prutenorum, legitima sua presencie impedimenta protulerant, ad aliamque Dietam futuram, omnibus postergatis venire; aut saltem Procuratores cum Mandato sufficienti mittere promiserant, hanc præsentem Dietam in aliam affuturam ex toto corde, labore quoque serioso studuerimus prorogare; vt omnibus nobis congregatis, & gratia spiritus septiformis vnitis matura simul & morosa deliberatio, omnia diffidia ad pacem ordinare, que acceleratio presestina fronde precipiti ad deteriora perducere bene posset; tamen prædictus Burgrauius Nurenbergensis absque nostris consilio & voluntate, ymmo contrasuadentibus & contradicentibus nobis expresse, vna cum dictis D. Wernhero Archiepiscopo & Domino Duce Ludeuico, Domini nostri Pape inobedientibus, nec in eo gratiam & communionem Apostolice sedis habentibus, alias XX. die mensis Septembris retro ecclesiam S. Bartholomei precipitanter, & ex abrupto, nulla penitus debita vel consueta solempnitate seruata, ad predictum nostri & vestri Domini Regis Vngarie electionem (vt cum reuerencia loquamur de iure nullam nequaquam in eo D. N. Regi derogando) de facto processerunt; ipsum quoque populo ad tale spectaculum congregato licet pauco in regem pronunciantes Romanorum. Que quidem electio qualis sit & quanta; nec non ex eligentium paucitate simul & inhabilitate, & variis aliis causis inualida considerare poterit prudens homo.* ANDREAS PRESBYTER monasterii S. Magni in præurbio Ratisb. Ord. S. August. Canonicorum Reg. in chronica *de Principibus terræ Bauaror. in T. I. Corp. hist.* ECCARDI *p. 2143.* ait: *Anno Domini MCCCCX. Ruberto Rege Romanorum vita functo, viuente adhuc Wenceslao Rege Romanorum, qui & depositus Rex Romanorum, quique quamdiu vixit, Regem Romanorum se scripsit, Electores duo, scilicet Archiepiscopi Moguntinus, & Coloniensis secrete quodammodo Sigismundum Regem Vngariæ fratrem iam dicti Wenceslai ad suscipiendum Regnum Rom. per inter nuntia inuitarunt. Qui Sigismundus in castro Vngariæ Vicegradu, vulgariter Plintewerck dicto, talia nuntia gratanter suscipiens, remunerationem tamen iam duorum dictorum Electorum, quam petebant, relinquens in suspenso, eo quod nollet celsitudinem tantæ dignitatis Simoniace intrare. Obstabat etiam inter cætera, quod nolebat facere molestiam dicto fratri suo Wenceslao, dicens. Quamuis esset per Principes Reni (glossema dicti Eccardi: f. regni sed tuemur priorem lectionem) depositus, tamen quia frater suus esset, vtriusque eadem esset fama & infamia. Fit interea ipsi etiam difficultas propter Electores, & propter archiepiscopum Treuirensem & Comitem Palatinum Reni, qui vota sua in alium possent dirigere. Qua propter si ipse publice pro regno videretur laborare, eo non obtento, pro huiusmodi aspiratione cunctis hoc audientibus ridiculum faceret se ipsum. Fit etiam difficultas propter Iodocum, Marchionem Morauiæ, qui etiam tenebat Marchionatum Brandenburgensem, patruum dicti Sigismundi: ne forte ipse eligeretur, vel vota sua in alium dirigeret. Ad quod Rex Sigismundus. Quamuis ipse Iodocus, patruus meus, teneat iam dictum Marchionatum Brandenburgensem, tamen dum eundem Marchionatum hereditario Iure possiderem; ipsum dicto Iodoco, patruo meo, subieci, saluo mihi iure Electorum Romani Imperii. Sicque sumus confœderati, quod mihi promisit, vt si simul aliquando electi fuerimus in Romanorum Regem, ipse mihi velit cedere, & me non impedire, mihique assistere. Dum hæc agerentur, memorati duo Electores, qui secreto Sigismundum ad regnum inuitarant, hoc idem apud memoratum Iodocum Marchionem faciebant. Qui auditis eorum postulationibus, annuit eisdem. Igitur dum Electores præter ducem Saxoniæ, qui non assenserat depositioni Wenceslai in Franckfordia conuenissent, bis memorati Electores, scilicet Maguntinensis & Coloniensis, in Ecclesia Franckfordensi dictum Iodocum in Rom. Regem elegerunt, clausisque foribus ecclesiæ ab Archiepiscopo Maguntinensi, eo quod Decanus sit ipse Electorum, ipsaque ecclesia suæ diœcesis, cæteri Electores non potuerunt intrare. Quapropter ipsi scilicet Archiepiscopus Treuirensis, & Ludouicus Comes Palatinus, F. quondam Ruperti, Regis Rom. in cimiterio eiusdem ecclesiæ sæpe dictum Sigismundum in Rom. Regem elegerunt, Ex quo cœpit istud commune vulgi prouerbium;*

Zu Franckfurt hinderm Chor
Haben gewelt ainen Künig ein Kind und ain Thor

Puerum dicebant comitem palatinum propter iuuentutem, stultum vero Archiep. Treuirensem propter senectutem. Affuit tunc ibidem ex parte Regis Sigismundi Fridericus, Burggrauius Nurburgensis, qui videns rem si variatam Vlricum Meyler, Baccalaureum

Septembris elegerunt, facta dicta die feria VII. post vigilias S. Matthæi Apostoli ad Senatum populumque Spirensem, 38) aliosque significatione. Iohannes vero Moguntinus, & Fridericus Coloniensis accedentibus Bohemicis, Saxonicis & Brandenburgicis legatis & Procuratoribus mandatis sufficientibus instructis, die S. Remigii, siue prima mensis Octobris, in choro templi S. Bartholomæi Iodocum Marchionem Cæsarem renunciarunt, eandemque electionem ipsa hac die Statibus Imperii significarunt. 39) Adfectabat etiam tunc Stephanus II. Dux Bauariæ ex Iure Senii Electoratum, Electoribus tamen pro Ludouico Palatino stantibus. 40) Immo, ipse Wenceslaus hanc Iodoci electionem dicitur adprobasse. 41) Vno itaque tempore Imperium erat triceps. 42) Licet autem Iodocus per

reum decretorum, Constantiensis diæcesis, qui fuerat nuntius inter sæpe memoratos duos Electores & Sigismundum, seriosius conuenit, eo quod ipsi duo Electores dicerent, aliter, quam habuisset in Mandatis, apud Sigismundum & perorasset. Qui viriliter pro se respondens in publica conuentione Principum, per literas, quas habuit, a iam dictis Electoribus, contra ipsos in testimonium perhibuit veritatis. Igitur Iodocus sic electus assensit electioni de se factæ dixitque, se habere vocem Marchionis Brandenburgensis in electione Regis Rom. sæpeque dictum Sigismundum sibi promisisse, quod si simul quandoque in Rom. Regem fuerint electi, ipse sibi vellet cedere, eamque non impedire. Hoc animaduertens Sigismundus dissimulauit. Iodocus vero ad obsidionem Frangfordiæ, secundum morem electi in Romanorum Regem, se præparauit. Dum hæc fierent, Iodocus ipse moritur, & in Brunna ciuitate Morauiæ, sub sceptro regali tumulatur.

38) Extat ista apud LEHMANNVM *lib. VII. cap. LXXXI.*

39) ANDREAS PRESBYTER *Chron. Bauar. p. 97.* ad a. 1311. *Eodem anno Iodocus Marchio Morauiæ, & Brandeburgensis electus a quibusdam in Regem Rom. sine heredibus moritur, & Brandenburga ad Sigismundum Regem Vngariæ, Morauia vero ad Wenceslaum R. patruos eiusdem deuoluitur.* PESSINA lib. IV. c. III. *Iodocus A. 1410. eligitur Imp. sed sex tantum menses superuixit Brunnæ mortuus A. 1411. d. 8. Ian. vt ostendit liber anniuersariorum in ecclesia metropolitana Pragensi ætatis vero LX.* Extant Ioannis Moguntini & Friderici, Electoris Coloniensis Epistola Encyclica ad vniuersum Clerum & Ordines Regni Vngariæ super hac electione apud SCHANNAT *Vindem. Litter. Collect. II. p. 150.* qua electionem hancce legitimo modo fuisse factam, docent, cui adiecta est refutatio Contentorum in dicta Epistola. EBERH. WINDECK cap. XXVI. *Vierzehen hundert und zwölff* (errat in anno) *do starb Konig Rupprecht von Heidelberg, do sammeten sich die Kurfurste zu denselben Iare alß umb Bartholomey und koren einen andern Kunig bischoff Iohann von Meintz von Nassawe und bischoff Friderich von Colle die kuren marggraffen Iobst von Merhern mit dem part, so kore der bischoff von Triere, Hertzog Ludwig von Paiern zu Haidelberg, Konig Rupprechts sun, Hertzog Albrecht von Sachsen den Konig Sigmund zu Vngern und marggraffe von Brandeburg der war der Konig selber, In der weille so sant Konig Sigmund zu marggraffe Iobsten von Merhern seinen vettern, und lis in fragen, ob er gein Franckfurt ziben wolt, das romisch reich zu behalten, do entpot er yme, so er wolt Romisch Konig werden und gein Franckfurt ziehen, Do entpot Ime Konig Sigmund, Er wolte gein Mehern ziben, und berobte sich auch darzu mit lowte und mit gut, zu dem wolt got das marggraff Iobst starb, der do gebussen wart ein grosser lugener, wenn er die Kawffleute von Ache, Coln, Meinz, Nurnberg, Regenspurg, Augspurg, Vlme und ander mer sein furstlich gelait geben bett gen Brunne in die stat, und nam In ir gut mit allesammen und sprach, man bett es auch auf den felde genomen. Also wart des ein guts teil wider bezalt nach des marggraffen tot.* Confirmat eandem THEOD. a NIEM scriptor illorum temporum *in Vita Iohannis XXIII. lib. I. c. XXXIV.* Extat scriptum Electorum, ipso die Remigii, quæ hanc electionem significant, apud WENCKERVM *Appar. Archiv. pag. 305.* in quo: *Darumb verkundigen wir uch soliche sin und unser Gœtliche, ordeliche, vorsichtlich, beredelich und eintrechtliche kore und wale, als von funff Stymmen, fünff Korfürsten mit Namen unser des Ertzbisch. von Colne, eins Koniges von Beheym, eins Hertzogen von Sassen, eins Marggr. von Brandenburg und unser des Ertzbischoffs zu Mentze.* Dicta Missiua p. 4. *post decantacionem Misse solempnis in Churo ecclesie B. Bartholomei Secundum ritum hactenus conseruatum, ad electionem Romanorum Regis processimus; omnesque nos Principes Electores per quinque voces & vota nos concorditer consencientes, in vnum conuenientes Serenissimum & Gloriosissimum Principem & Dn. Dn. Iodocum, tunc Marchionem Brandenburgensem & Morauie, assencientibus Procuratoribus eiusdem, & procuratorio nomine in Se recipientibus electionem eandem, coram Procerum, Nobilium, Magnatum, Prelatorum & populi multitudine copiosa, in verum viuum & indubitatum Regem pronunciauimus Romanorum.*

40) Sic enim Argentoratenses ad Basileenses apud WENCKERVM c. l. pag. 307. *Hertzog Stephan von Peyern meinde, sit er der Elteste von Peyern were, so sollte er die Kur haben, der ist mit gen Franckfurt kommen, aber die Kurfürsten und ire Rete haben berathslaget, und blibet Hertzog Ludwig by der Kur, und wollen In vur ein Pfalzgrafen haben.*

41) Patet hoc non solum ex eo, quod Wenceslai legatus Iodocum cum aliis Electoribus elegisse dicatur, sed etiam testatur illud THEODORICVS a NIEM *in Vita Iohannis XXIII. lib. I. c. XXXIV.* dicens: *in primo anno Pontificatus dicti Balthasaris* (erat Iohannes XXIII. qui anno 1410. factus fuit Papa) *monebatur Iodocus, Marchio Morauiæ, fratruelis D. Sigismundi, moderni regis Roman. in Romanor. regem pauco elapso tempore prius electus, & eius loco, consentiente Dn. Wenceslao rege Bohemiæ, & fratre dicti Sigismundi, per Dn. principes electores Imperii in Francofordia dictus Dn. Sigismundus, tunc & nunc Rex Vngariæ in regem Romanor. fuit electus.* Demonstratur illud etiam ex colloquio Wenceslai cum Iodoco, quod refert AENEAS SYLVIVS *in Comment. lib. III. in libros Ant. Panormitani de dictis & factis Alphonsi Opp. pag. 489.* & CZECHOROD *Marte Moran. lib. IV. cap. III. fin.* Potissimum huc facit ANDREAS RATISBONENSIS *Chron. p. 1245.* scribens: *Assensit etiam eidem electioni Sigismundi sæpe memoratus Wenzeslaus, Rex Bohemorum; qui dum conueniretur, quare ipse per assensum huiusmodi vellet facere scisma in regno Romanorum respondit: Quod nequaquam faceret scisma, quia ipse, quamdiu viueret, & nullus alius Rex esset Romanorum. Electioni autem fratris sui se viuente assentiret, quemadmodum pater ipsorum Karolus Imperator adhuc viuens Regem Romanorum fieri ordinasset.*

42) Adgnouit illud AVENTINVS, dum lib. VII. c. XXIII. ita scribit: *Curiali Principes Francofordia Cæsarea Comitia habent Mogontinus atque Agrip-*

per maiora, loco & cum solennitatibus debitis fuisset electus, 43) inglorium tamen ipsius fuit Imperium, nec diuturnum, dum post trimestre spatium die VIII. Ianuarii an. 1411. ætatis anno LX. absque hærede masculo 44) defungeretur. Defuncto Iodoco, Iohannes Moguntinus noua Comitia Electionis Francofurtum indixit, ad quæ præter ipsum, Fridericus Coloniensis, nuntii Wenceslai, R. Bohemiæ, Rudolphi El. Saxoniæ & Sigismundi Regis Vngariæ conuenerunt, Treuirensis vero atque Palatini prioris electionis valorem vrgentes, non interfuerunt. Post aliquot dierum deliberationes, dicti Electores cum absentium procuratoribus, die Praxedis, d. XXI. Iulii an. 1411. Sigismundum ritu antiquo Cæsarem renuntiarunt, idemque Ciuitatibus Imperii renuntiarunt, easdem ad obsequium adhortati. 45)

§. VII. Postquam legitime fuisset electus, d. VIII. Nouembris a. 1414. Aquisgrani ab Electore Coloniensi in Regem Romanorum coronatur. 46) Ibidem eodem tempore Ludouico Barbato atque vniuersæ domui Palatinæ iura electoratus atque archidapiferatus per auream Bullam 47) confirmat. Idem postquam a. 1434. Romæ fuisset coronatus, Basileæ denuo repetit, successionem linealem adgnaticam magis adhuc confirmat, atque legitimam ætatem decem & octo annorum, quantum ad Imp. saltim electionem definit. 48)

§. VIII. Prima Sigismundo cura fuit, vt pacem publicam stabiliret. Inde a. 1412. Comitia Noribergam indixit, ibidemque Pacem publicauit, in Franconia seruandam, quam etiam multi Principes, Dynastæ & Ciuitates acceptarunt. Idem Heilbrunnæ de Sueuia cogitabat, atque Alsatia, quo etiam Saxoniæ Dux, Fridericus Noribergensis Burggrauius, Comes Würtenbergensis, aliique venerant. In Concilio Constantiensi de eadem pace publica fuit actum. Postea Electoribus atque Principibus pax publica placebat, ad formulam fœderis Rhenensis, quam etiam Ciuitates Imperii sub certa conditione 49) acceptabant, licet Franconiæ Ciuitatibus alia formula placeret. Inter Ciuitates Imperii

Agrippinensis Archimysta Iudocum, Brandeburgensis atque Morauici limitis præfectum, Filium Iohannis; Treuerorum vero pontifex & Ludouicus, præfectus prætorio Rheni, Filius Ruperti Cæsaris, Sigismundum regem Vngrorum, rebus imponunt; fuere itaque ea tempestate tres Cæsares, Wenceslaus, rex Boiemiæ, frater eius Sigismundus, rex Vngariæ, & horum patruelis, Iudocus. Omnes pronepotes Dn. Imp. Hainrici VIII. Cæs. Aug. Item tres pontificatu maximo lethali ambitu disceptabant, nempe Benedictus XIII. Gregorius XII. & Iohannes XXIII. ANDREAE RATISBONENSIS Chronica apud ECCARDVM p. 1245. *De his tribus Regibus, scilicet Sigismundo, Iodoco & Wentzeslao habentur versus:*

Adorant Christum tres reges iam Romanorum
Non sunt Tharsenses, nec Annales, nec Sabinenses.

43) Hanc Iodoci electionem legitimare conantur Ioannes Moguntinus & Fridericus Coloniensis in dicta Missiua. Illam tamen Missiuam Anonymus quidam refutare conatus fuit, quem KOELERVS *§. IV.* pro Vlrico Meylero, Baccalaureum Decretorum Constantiensis diœcesis habet. Ipse vero Clar. IO. DAVID KOELERVS singulari dissertatione *Vindicias Electionis dubiæ Iodoci Imperatoris contra Sigismundum Altorfii* dedit *a. 1726.* eandemque certis sane argumentis legitimauit, dictam missiuam cum eiusdem refutatione adiecit.

44) Prout ex libro Anniuersario in Ecclesia Metropolitana Pragensi demonstrauit THOMAS I. PESSINA CZECHOROD *in Marte Morau. p. I. lib. IV. c. III. n. 45.* ANDREAS RATISBONENSIS c. l. p. 1246. *Igitur Iodoco in breui sine heredibus defuncto, & peractis exequiis, sub sceptro regali in Brunna ciuitate Morauiæ sepulto, Sigismundus Rex Hungariæ regnum obtinet, & quamdiu regnabit, nouit hic, qui terminum vitæ hominis constituit.* GOLDASTVS *Tom. III. Constit. Imper. pag. 424.* protulit ipsius sanctionem de resistendo Regiæ Maiestati, si contra ordinationes Imperii fecerit. Licet hanc ordinationem *in notis ad Comment. de Regno Bohemiæ lib. I. c. VI. p. 59.* pro supposititia & ex famoso decreto Andreæ II. conficta habeat.

45) Electionis seriem exponit libellus die Mariæ Magdalenæ a. 1411. scriptus, apud LERSNERVM *Chron. Francofurt. lib. I. c. VII.* Litteræ Electorales, quibus electionem vnanimem significant apud WENCKERVM *Appar. Archiv. pag. 308.*

46) GOBELINVS PERSONA æt. VI. c. XCIV. *Rex autem Sigismundus Aquisgrani ab electo Coloniensi, videlicet domino Thiderico de Morse; nondum in episcopum consecrato, octauo die mensis Nouembris coronatus est.* M. CHRON. BELG. pag. 356. *Sigismundus Rex Vngariæ, Croaciæ in Regem Rom. eligitur anno Dn. MCCCCXI. Iste erat filius Caroli quarti Imp. & fuit coronatus Aquisgrani anno Dn. MCCCCXIV. die octaua Nouembr. Regnorum suorum Vngariæ, Croaciæ &c. Anno XXIII. Romanorum vero electionis anno quarto.* ERDMANN *Chron. Osnabr. Tomo II. p. 243.* WINDECK *cap. XXXI.*

47) Extat ista apud GOLDASTVM *Tomo I. p. 398.* Inde MARQVARDVS FREHERVS eandem cum versione vernacula *Heidelbergæ 1615.* cum notis edidit, atque inserta fuit Repræsentationi S. Rom. Imperii *p. 556.* In notis etiam Freherus confirmationem singulorum Electorum exhibet. Reperitur eadem Bulla apud TOLNERVM Cod. dipl. Palat. n. CXLV. *Datum Aquisgrani Anno Dni millesimo, quadringentesimo quarto decimo, ipsa die coronationis nostræ, quæ fuit octaua Nouembris, Regnorum nostrorum Anno Hungariæ vicesimo octauo, Romanorum vero electionis quinto.*

48) Extat apud TOLNERVM n. CXLVI. *Datum Basileæ: Anno Domini millesimo quadringentesimo trigesimo quarto, die octaua mensis Martii, Regnorum nostrorum, Anno Hungariæ &c. quadragesimo septimo, Romanorum vicesimo quarto, Bohemiæ quarto decimo, Imperii vero primo.* In hac Bulla iterata, ratione tutelæ hæc verba reperimus: *ætatem autem debitam in hoc casu, eligendi videlicet Romanorum Regem, in Imperatorem promouendum, decem & octo Annorum censeri volumus & haberi, in Principatibus autem Ducatibus & Dominiis aliis temporalibus gubernandis, ætatem obseruandam decernimus, prout a diuis Romanorum Imperatoribus, & Regibus nostris prædecessoribus est sancitum.*

49) WENCKER *Appar. Archiv. p. 315.* hoc ex Actis proponit, hanc adferens conditionem: *daß die Geist-*

Imperii equidem variæ desuper instituebantur Conuentus, verum Ciuitatibus Rheni atque Alsatiæ magna fœdera tanquam minus proficua, displicebant. 50) Hæ igitur saltim Fœderibus particularibus adhærebant.

§. IX. Sub initium statim regiminis Sigismundi, controuersia Hussitica magis magisque aucta, fuit atque promota. Initium controuersiæ iamdum a Wenceslai temporibus erit reputandum. Postquam enim Bonifacius IX. Papa an. 1400. Iubilæum indixerat, idemque a Sigismundo, vt Pragæ etiam celebraretur, impetrauerat, Iohannes, a villa natali Huss dictus, quod Bohemorum lingua anserem notat, Pragensis Academiæ Professor, atque Sophiæ, quæ Wenceslai Coniux erat, a sacris confessionibus, contra frequentes indulgentias insurgebat, ipsique potissimum fauebant ipse Wenceslaus, Sophia atque Bohemi. 51) Accedebat, quod Hieronymus Faulfisch, nobilis genere, a patria Pragensis dictus, Oxonio Io. Wiclefi libros secum adduxerat, quos auide legens Hussus, huius doctrinam amplectebatur, eademque Teutonicos magistros nimium agitabat. 52) Dum vero Carolus ab institutione Pragensis Academiæ constituerat, vt in ferendis suffragiis Germani tres voces, Bohemi quartam haberent, quoniam paucissimi Bohemorum tunc operam litteris nauabant, Hussus cum Bohemis suis minime præualebat, qui a muniis & honoribus Academicis per exteros, qui maiora constituebant, excludebatur. 53) Ast, dum Carolus postremo diplomate sic conclusisset, vt mos Parisiensis Academiæ, Pragæ etiam seruaretur, 54) exclamat Hussus, morem hunc in Gallia retineri, vt exteri simplici suffragio, domestici autem triplici persungantur. Ad Wenceslaum prouocant Germani, atque vtraque interim pars iudicem muneribus corrumpere non cessabat, adeo vt Rex dixerit, vnde mihi hic tam beatus anser natus, qui tot subinde aurea argenteaque oua mihi excludit. 55) Lata denique a. 1408. sententia pro Bohemis, factum, vt multa scholasticorum millia 56) intra octo dies Praga excesserint, ex quo incrementa Erfurtensis atque Heydelbergensis Academiæ. Hoc ipsum autem Friderico Bellicoso ansam dedit erigendi Academiam Lipsiensem, quæ ad priorem normam Pragensis Academiæ fuit erecta. 57) Ipse

Geistlichen Fürsten für sich und ihre Nachkommen, und Ihr Capittele mit Ihnen vorsigeln solten; Die weltlichen Fursten für sich und alle Ihre Erben; die Stadte für sich und Ihre Nachkommen. Item, daß die Vereinigung mit Wille und Verhængnüs des Ræm. Künigs geschehen solte.

50) WENCKER c.l. *Dann solche ihnen nicht gelegen nützlich noch kommlich.*

51) DVBRAVIVS *lib. XXIII. p. 613.* WINDECK c. LXIX. *Husse, der zu Prage vaste vil prediget von einen newen glauben und Kezeriye, und hatte do den Konig Wenzlawe von Beheim und die Koniginne Elisabeth von Paiern gebornen Herzog Ernste swester von Munchen, und vil des Koniges rate zu seinen glawben bracht in etlichen stucken und artykele.*

52) AEN. SYLVIUS c. XXXV. *rexerant scholam Pragensem vsque in ea tempora Theutones: id molestissimum Bohemis fuit, hominibus natura ferocibus atque indomitis. Ex quibus vir quidam genere nobilis, ex domo quam putridi piscis vocant, apud Oxoniam Angliæ ciuitatem literis studens, quum Ioan. Wicleui libros offendisset, quibus de Realibus vniuersalibus titulus inscribitur, magnopere illis oblectatus, exemplaria secum attulit. Inter quæ de ciuili, deque iure Diuino, de Ecclesia, de diuersis quæstionibus contra Clerum, pleraque volumina; veluti pretiosum thesaurum patriæ suæ intulit. Imbutus iam ipse Wicleuitarum veneno, & ad nocendum paratus, tum quod erat familiæ suæ cognomen, putridum piscem, id est, fœtidum virus in ciues suos euomuit. Commodauit autem scripta, quæ attulerat, his potissime, qui Theutonicorum odio tenebantur: inter quos Iohannes eminuit, obscuro loco natus, ex villa Hus, quod anserem significat, cognomentum mutuatus. Hic cum esset ingenio peracri, & lingua diserta, multumque Dialecticis oblectaretur, & peregrinas opiniones amaret, auide admodum Wicleuitarum doctrinam arripuit, eaque Theutonicos vexare Magistros cœpit, sperans eo modo Theutones scholam relicturos.* DVBRAVIVS lib. XXIII. p. 617. *interim Pragæ Hieronymus & ipse liberalium artium Magister atque ipsius Hus collega & consectaneus, communem sectam contra Germanos Doctores, qui ibi remanserant, crebris disputationibus propugnare, multis bilem concire, alios argumentis & oratione tenere: nam & acutus & disertus habebatur, eandemque in scholis, quam Hus in templis palmam ab auditoribus obtinebat.*

53) DVBRAVIVS *lib. XXIII. p. 614.*

54) GOBELINVS PERSONA æt. V. c. XCV. *ita vt VVenceslaus Rex frater D. Sigismund. Regis Romanorum supradicti eis consentiens ipsos & errores eorum tyrannide defenderet, vnde tandem studium Pragense annihilatum est.* Qua ratione etiam Hussitis fauerit Wenceslaus, docet THEOD. VRIE *Hist. Conc. Constant. lib. IV. dist. XII.* DVBRAVIVS *c. l.* AEN. SYLVIVS c. l. *quod cum succederet, a Venceslao impetratum, vt Pragense Gymnasium ritu Parisiensis gubernaretur. Ea res Magistratum scholæ Theutonibus abstulit.* G. FABRICIVS *Origg. Saxon. lib. VII. pag. 686.*

55) DVBRAVIVS *c. l.*

56) Variant in numero Scriptores: DVBRAVIVS c. l. *lata denique sententia secundum Anserem cum tanta Germanorum indignatione, vt plus viginti quatuor millia scholasticorum intra octo dies Praga excesserint, detestantibus artificum collegiis Anserem, cuius opera fieret, vt labor illorum recideret ad tenue pretium, cum non adessent emptores.* Ast, AEN. SYLVIVS cap. XXXV. *quam ob causam commoti magistri ac discipuli Theutonici generis, iureiurando adacti, vno die supra duo millia Pragam reliquere, nec diu post circiter tria millia sequuti, apud Lipsiam Misniæ ciuitatem, trium dierum itinere a Praga distantem, vniuersale studium erexere.* Eadem pro more repetit NAVCLERVS *vol. II. Gen. XLVII. p. 1033.* BONFINIVS *dec. III. lib. II. p. 276.* TRITHEMIVS *Chr. Hirs. ad a. 1402.*

57) G. FABRICIVS Origg. Saxon. lib. VII. p. 687. *dissipata Pragensi Academia, in Misnia Lipsiensis; in Bauaria Ingolstadiensis; in Saxonia Rostochiensis; in Polonia Cracouiensis, breui inter se interuallo sunt aperta & confirmata. Erfurdiana etiam, quæ per paucos ante annos in Thuringiam e Francis translata erat, maximum incrementum cepit. Fridericus Princeps omni clementia & liberalitatis genere Musas prosequitur exules: quibus & collegia ampla exædificauit; & reditus præclaros annuos, primum ex ærario suo, deinde ex agris villisque*

Ipse vero Hussus d. 17. Octobris an. 1409. communi consensu in Rectorem Vniuersitatis Pragensis fuit electus. 58)

§. X. Inde opulentus quidam Ciuis, Ioannes Mylheim de Pardubicz in vrbe Pragensi sub nomine sanctorum Matthiæ & Matthæi haud ignobile templum condidit, quod Bethlehem appellauit, reditibus additis, ex quibus Prædicatores alerentur, qui festis profestisque diebus Bohemico sermone duo verbum Dei plebi insinuarent. Horum alter Iohannes circa annum 1400. est assumptus, qui pro Concione contra Papam & corruptos mores cleri agebat, peruersa dogmata euertebat, Wiclefi scripta commendabat. Accedebant ipsi ex clero plures. 59) Venerunt etiam a. 1404. duo Angli, Theologiæ Baccalaurei, Iacobus quidam & Conradus Candelburgius Pragam, alboque academiæ inscripti, publice controuersias de Papæ primatu similibusque mouere cœperunt, paullo post tamen publico interdicto id facere prohibiti. Illi igitur, vt quod hominibus non licebat, liceret parietibus, in cœnaculo habitationis suæ, hospite consentiente, depingi curant, altera quidem parte passionis Christi historiam, ex opposito autem pompam aulæ Papalis Cardinaliumque. Cuius picturæ cum Io. Hus in concionibus faceret mentionem, tanquam veræ Christi & Antichristi antitheseos, confluebat eo subinde populus spectaculi caussa. 60) Subinco Pragensis Archiepiscopus igitur, Wiclefi libros comburi iubet, Iohanni etiam prædicatio fuit interdicta, & minæ adiectæ, si quando priores in populum doctrinas vulgare auderet. Idem Archiepiscopus omnem rem ad Iohannem XXIII Papam deferebat, qui Cardinali de Columna caussam hanc commisit, atque hic Hussum Romam citabat, Sophia tamen Wenceslai vxor Regem rogabat, vt pro eodem ageret, id quod etiam Academia, nobiles, multæque Bohemiæ ciuitates petierunt. Missi igitur legati Romam, petituri a Papa, vt personalem citationem relaxaret, ex eo quia iniuste accusatus, & propter inimicitias capitales pertransire non posset. Verum legati nihil proficiebant, quin potius Cardinalis de Columna Hussum excommunicaret. Legati equidem ad Papam prouocabant, qui quatuor aliis Cardinalibus, Aquileiensi, de Brancatiis, de Venetiis, & Francisco de Zabarellis caussam commisit. Mortuo tamen Cardinale de Aquileia, res fuit protracta, atque Hussi Procuratores rem serio agentes carceri fuerunt mancipati. 61) Ipse dum prius a Papa ad Tribunal Christi prouocasset, Praga excedens, apud villam vnde sibi origo fuit ac cognomen, permittente loci Domino, docere populum non destitit, quem sibi doctrina sua magis magisque conciliabat. 62) Accedebat Petrus Dresdensis patria pulsus, qui cum aliis Germanorum paullo ante Pragam reliquerat, puerorum docendorum curam accipit, qui communionem sub vtraque necessariam esse proferebat, multosque commonebat. 63) Subinco, vbi nullum in Wenceslao præsidium inuenit, ad Sigismundum, Hungariæ regem confugit, qui etiam fidem dat, petiturum se breui Bohemiam, & schismati consulturum. Sed, cum dies die ducitur, Subinco apud Posoniam in Hungaria moritur, & Albicus ei sufficitur, homo nimium auarus, 64) Accedebat, quod a. 1414. Communio sub vtraque per Iacobellum de Miza, sacræ Theologiæ baccalaureum formatum in vrbe Pragensi ministraretur frementibus aduersariis & impugnatoribus. 65)

§. XI. Durante igitur adhuc schismate Papali, mouit hoc Sigismundum, vt pro tollendo eodem, & Hussitarum caussa componenda, laboriosissimam peregrinationem susciperet, qua magnam Europæ partem peragrauit, dum Italos, Gallos, Hispanos, Britannos, atque alias nationes ad Concilium in Germania celebrandum contrahit. 66) Tandem Decembri mense a. 1413. Sigismundus Imp. & Iohannes XXIII. Laudæ, Ducatus Mediolanensis vrbe, conuenerunt, ibidemque Concilium, ad quod primum Argentoratensis vrbs erat destinata, in Sueuorum honorem, 67) Constantiæ celebrandum indixerunt, eundem-

que constituit: potestatem etiam nominandi sex Canonicos in tria Collegia, Misnense, Numburganum, Mersburgicum a Pontifice impetrauit. Solenni autem more Academia Lipsiensis incohoata est pridie Idus Nouemb. a nato Christo MCCCCIX. Iohannes Hofmannus patria Sueidnicensis, qui Rector Academiæ Pragensis fuerat, & cum toto corpore Scholastico discesserat, biennio post Misnensis creatus Præsul. HEIDENREICH *Ann. Lips. p. 53.* SCHNEIDER *Chron. Lips. p. 274.* VOGEL *Leipzig. Annales p. 48.*

58) Hoc ex ipsis Hussi Operibus demonstrat WILHELM. SEYFRIED *in Histor. Io. Hussi §. IV. pag. 26.*

59) AEN. SYLVIUS *cap. XXXV.* TRITHEMIUS *ad a. 1402.* DVBRAVIVS *lib. XXIII. p. 616.* NAVCLERVS *p. 1033.*

60) Hæc ex martyrologio Bohemico in Historia sua vniuersali adducit BOXHORNIVS *p. 913.* & WENCESLAVS HAGECIVS *Chron. Bohem. ad a. 1404.* de quo latius egi in OBSERV. HALENS. *Tom. IV. obs. X.*

61) Hæc æque ex Hussi Operibus demonstrauit SEYFRIED *pag. 32.*

62) AEN. SYLVIUS *cit. loc.* extat hæc prouocatio apud WILH. SEYFRIED *§. V. p. 35.*

63) AEN. SYLVIUS *c. l.* Vid. IAC. THOMASII dissertatio *de Petro Dresdensi.*

64) AEN. SYLVIUS *c. l.* DVBRAVIVS *p. 617.* Adde CZECHOROD *Marte Morau. lib. IV. c. IV.*

65) LAVR. BYZYNIVS *Diario belli Hussitici* apud LVDEWIG *Reliquiis Mstorum Tomo IV. pag. 124.*

66) Verba sunt DVBRAVII *lib. XXIII. p. 621.* GVSPINIANVS *p. 395. egit dehinc facinus Augusto dignissimum, quod nulla vnquam ætas obliuiscatur. Peragratis enim vniuersa pene Europæ prouinciis, toto triennio, omnes Principes, reges ac Pontifices adit, quo schisma Christiano nomini calamitosissimum tolleretur, & concilium Constantiæ fieret; omnes obtestatus, vt per se vel suos oratores conuenirent, cum pleno (vt aiunt) mandato.*

67) WENCKER *Appar. Archiv. p. 14.*

68) Quan-

eundemque conuentum V. Idus Decembris publicarunt. 68) Auspiciis igitur Sigismundi 69) ad diem Kl. Nouembris 70) 1414. a Iohanne XXIII. Papa, consentientibus Cardinalibus, fuit conuocatum. Licet solennis concilii inauguratio demum V. Nouembri fuerit facta; prima eiusdem sessio XVI. Nouembris. 71) Sub initium statim Concilii, post varios tractatus, totum concilium in quatuor nationes, Germanicam, Gallicam, Anglicam & Italicam est diuisum, quæ quatuor ex se Prælatos, quælibet videlicet vnum elegerunt, qui Præsidentes Concilii dicebantur: & harum quatuor nationum determinatione singula ipsius

68) Quantum auctoritatis in hoc concilio fuerit Sigismundi Imp. patet ex istius edicto vniuersali, quo omnes ad Concilium inuitat, & securitatem in eodem promittit, apud HERMANNVM *von der* HARDT *Tomo VI. p. I. p.* 5. in quo: *vniuersis & singulis præsentes literas inspecturis notum facimus, qualiter Reuerendissimi Patres in Christo, Domini, Antonius, tituli sanctæ Ceciliæ Presbyter, & Franciscus, Sanctorum Cosmæ & Damiani Diaconus, Sanctæ Romanæ Ecclesiæ Cardinales, Apostolicæ sedis legati, ac nobilis Manuel, miles Constantinopolitanus, habentes a Sanctissimo Domino nostro Papa Iohanne XXIII. simul cum suo sacro collegio Dominorum Cardinalium plenam ad infra scripta potestatem, prout literis Apostolicis constat, habitis nobiscum multis super infra scripta deliberationibus & consiliis, tandem pro loco Generalis Concilii, Deo fauente celebrandi, elegerunt consilio & assensu nostro Ciuitatem Constantiæ, Prouinciæ Moguntinensis.* Idem patet ex Epistola Sigismundi ad Gregorium XII. & Carolum VI. Galliæ Regem, qua ipsos inuitat, vt veniant ad Concilium. Idem patet ex Bulla Iohannis XXIII. desuper promulgata. Idem demonstrauit THEODORICVS VRIE *Historia Concilii Tridentini lib. IV. dist. VI. & lib. VI. dist. III.* TRITHEMIVS *ad a.* 1413.

69) IO. BAPTISTA VILLANOVANVS *in Laudis Pompeiæ Historia lib. III.* apud GRAEVIVM Tomo III. p. 916. *schismate his temporibus laborabat orbis Christianus quoniam tres insimulerant, qui se veros esse Petri successores Christique vicarios asserebant: nempe Petrus de Luna, Hispanus, qui se Benedictum XIII. Angelus Corrarus, Venetus, qui se Gregorium XII. & Balthasarus Cossa, qui se Iohannem XXIII. dici volebat. Ad liberandam hoc pernicioso dissidio Ecclesiam in Laudam vrbem Iohannes XXIII. & Sigismundus Imperator conuenerunt, quorum hic splendido Ioannis Viniati, Principis Laudensis vtebatur hospitio, ille Iacobi Arigonis, ciuis Laudensis, & eiusdem vrbis episcopi. Celebrauit in maiore siue cathedrali, vt vocant templo nostro, ad S. Bassianiaram, infra Chorum, sitam, natalem Seruatoris nostri noctem Pontifex, & ipse Imperator in ista Missa solenni munus obiit diaconi, cecinitque euangelium, Exiit Edictum a Cæsare Augusto &c. Nouissime hic duo supremi principes constituerunt, vt in vrbe Constantia Concilium celebraretur, ad quod Ecclesiæ diuinæ proceribus conuocatis totus populus Christianus ad obedientiam vnius capitis Christique Vicarii reuocaretur. Hic conuentus ecclesiasticus cum Laude quoque publicatus esset a. d. V. Idus Dec. eiusdem anni.* GOB. PERSONA æt. VI. c. XC. *& tunc in mense Decembri Concilium in Kalendis Nouembris denique proxime venturis indixit: locum tamen concilii non determinauit. Quapropter duos Cardinales ad regem Romanorum, tunc in Italia moram trahentem, ad concordandum de loco destinauit, qui simul in ciuitatem Constantiensem consenserunt. Et post hoc Papa & rex in Laudensi ciuitate conuenientes locum eundem pro concilio generali celebrando approbarunt.* Hoc plenius demonstrauit MAVCLERVS *vol. II. Gen. XLVIII. p.* 1043. De eodem conuentu LVDOV. CAVITELLIVS Ann. Cremon. p. 1403. *Ipse Papa Iohannes XXIII. in edicto suo vniuersali ita scribit: deinde cum post Romanæ Vrbis miserabilem casum, ad nos tunc apud Florentiam existentes eiusdem Regis nuncii accessissent, & ex parte eiusdem Regis multa nobis circa materiam suggessissent, eorum auditis relatibus pro pleniori expeditione, dilectos filios nostros, Antonium tituli sanctæ Ceciliæ Presbyterum, & Franciscum tituli Sanctorum Cosmæ & Damiani, Diaconum, Sanctæ Romanæ Ecclesiæ Cardinales, cum plena potestate super huiusmodi electione loci, & deputatione temporis, ac simul cum eis dilectum filium nostrum, nobilem virum Manuelem Chrysoloram, Militem Constantinopolitanum ad præsentiam eiusdem Regis transmisimus. Qui ad eum venientes tandem de ipsius Regis consilio & assensu ciuitatem Constantiensem, Prouinciæ Moguntinensis, pro loco huiusmodi Concilii celebrandi, concorditer elegerunt, ac tempus ad initiandum huiusmodi Concilium statuerunt, diem primum mensis Nouembris proxime venturi. Deinde vero nos, qui pro quibusdam arduis & magnis negotiis cum eodem Rege, iuxta nostrum & ipsius desiderium personaliter conuenientes certificati ab eo de habilitate, capacitate & securitate Ciuitatis Constantiæ antedictæ, quam securitatem ipse Rex se præstiturum & in ipso Concilio personaliter affuturum pollicetur.* THEOD. de NIEM vita Iohannis XXIII. *lib. I. c. XXXVII.*

70) Diem concilii habendi indicant omnes dictæ literæ: Edictum enim Sigismundi vniuersale *Datum in Ecclesia S. Stephani Protomartyris, in villa vocata Vigiud in vulgari Vegai, Cuman. Diæcesios. Anno a Natiuitate Domini* 1413. *die lunæ, penultima mensis Octobris* habet: *quem etiam locum nos cum prædictis Dominis Cardinalibus pro Concilio elegimus. Et insuper ipsi nobiscum & nos secum assignauimus ad initiandum præfatum concilium tempus vnius anni, incipiendo de prima Mensis Nouembris nunc instantis.* THEODORICVS VRIE *c. l. de quo non ambigas, cum iam præfatus summus Pontifex vna cum prædicto serenissimo Hungariæ Rege in Imperatorem electo concordauerit de loco, vt prædixi, & tempore quod erit anno ab incarnatione Millesimo CCCCXIV. festo omnium sanctorum* vid. HARDTIVS *Tom. IV. p.* 10. BVZINIVS p. 125. *Anno eodem puta clɔcccc XIV. in die omnium sanctorum incepit generale concilium in ciuitate imperiali Constantiensi pro vnione ecclesiæ ac pace reparanda congregari, pro tunc enim Ecclesia in aliquas partes erat diuisa.*

71) GOB. PERSONA *æt. IV. c. XCIV.* quidem dicit: *anno Domini MCCCCXIV. supradicto, Papa Iohannes venit Constantiam in mense Octobri, pro concilio generali celebrando. Et licet in Kalend. Nouembris, tunc immediate sequentibus, concilium immediate inchoari decretum fuerat, tamen propter certas caussas vsque ad quartum diem huius mensis prorogatum est.* Sequitur M. CHRON. BELG. p. 352. Dies V. Nouembris vero, quo solennis Concilii inauguratio in templo Cathedrali fuit facta, patet ex Actis publicis apud HARDTIVM *Tomo IV. p. I. p.* 13. De sessione vero Generali I. in templo Cathedrali, publico Concilii loco, die Veneris XVI. Mensis Nou. 1414. præsidente Papa Iohanne XXIII. absentibus adhuc Cæsare, Imperii Electoribus, aliisque Principibus & Regum legatis. Quinam in hac Synodo fuerint præsentes, docet VRIE *Hist. Conc. Constant. lib. VI. dist. V.* CVSPINIANVS p. 396. *veniunt itaque Imperatoris Trapezuntini, aliorumque catholicorum regum oratores, & vniuersæ Christianitatis Principes, tanto numero homi-*

ipſius concilii negotia decreta fecerunt expediri, quod Cardinalibus omnino cum Papa diſplicuit. Quibus poſtea Quinta acceſſit Hiſpanica. 72) Actum in eadem ſynodo potiſſimum de ſchiſmate Papali & cauſſa Huſſitica, Reformatio equidem Eccleſiæ proponebatur, ſed nihil fructuoſi perficiebatur. 73)

§. XII. Quantum ad cauſſam Papalem attinet, tres iſto tempore ſe gerebant pro Papis, Balthaſar de Coſſa, qui & Iohannes XXIII. qui Gregorium XII. Roma fugabat. Hic Angelus Cornarius alias dictus, poſtquam Roma fugatus, Arimini poſtmodum ſedebat. Benedictus XIII. alias Petrus de Luna, Hiſpanus, Auenione ſedebat. Iohannes XXIII. Kl. Martii 1415. iuri ſuo Papali ſolenni diplomate renuntiat, cum ipſum nondum indicti Concilii pœniteret. 74) Dum autem Imp. metueret, ne Iohannes fuga ſua Concilium ab

hominum, qui nonaginta nouem millia excedere viſus eſt. H. ab HARDT *Tomo V. p.* 10. inſeruit GERHARDI DACHERII Hiſtoriam Magnatum in Conſtantienſi Concilio, qua omnes ſigillatim recenſentur. In hac deſignatione ingens hic numerus comprobatur. Claudunt agmen *Hiſtriones, Puſunatores & eorum ſimiles CCCXLVI, Mulieres communes, quas reperi in domibus & vltra, & non minus, exceptis aliis.* In alia deſignatione ex Msto deſumta *Tom. V. p.* 51. in præſenti Concilio fuerunt: *Milites plusquam XXIVC. quorum nomina non poſſunt conſcribi. Item ibidem computati ſunt XVIIIM Prælatorum, ſacerdotum & Presbyterorum. Item ibidem fuerunt LXXXM. laicorum, qui fuerunt aduenæ. Item XVC. meretrices vagabundæ.* En cleri pietatem! de IO. FISTENPORT, ordinis ſepulcri domini in Contin. Chron. Hermanni Ianuenſis apud HAHNIVM *Collect. Monum. Tom. I. p.* 401. *in eodem concilio fuerunt congregati de extraneis hominibus LX. milia & quingenti perſone, ſcilicet intra feſtum paſche & penthecoſtes, inter quos homines fuerunt treccnti & XLVI. Epiſcopi, & quingenti & LXIV. Abbates, Prelati, & Doctores, item XVI. milia, ſeculares Principes, Duces, Comites, milites & armigeri, item quadringenti cum dimidio publico meretrices, item ſexcenti barbitonſores, item trecenti & XX voculatores & fiſtulatores. Ceteri, vt prefatus numerus compleatur, fuerant coci, ſcutiferi, cum aliis bubulcis. Item XVI milia lectiſternia, de quolibet lecto dabatur ad menſem vnum florenum.* Vberius vero numerum in Concilio comparentium deſcribit LAVRENTIVS BYZYNIVS Diario Belli Huſſitici p. 116. *cui quidem concilio ipſe Iohannes papa perſonaliter interfuit, item tres Patriarchæ, item Cardinales* 23. *item Archiepiſcopi* 27. *item Epiſcopi* 106. *item Epiſcopi titulares de ordinibus* 33. *item Abbates* 103. *item Auditores palacii ſacri* 18. *omnes Doctores. Item Cubicularii papæ* 18. *item Doctores in Theologia in decretis & legibus Magiſtri* 343. *demptis Doctoribus Auditoribus, ita Pœnitentiarii Papæ & Cardinalium* 73. *item Scriptores pœnitentiarum* 24. *item Scriptores Bullarum* 142. *item Procuratores Papæ & Cardinalium* 73. *Item Portulani Papæ* 24. *item Pedelli cum baculis argenteis* 24. *item Pedelli Conſiſtorii* 28. *interfuerunt, item Comites* 78. *item Barones, nobiles & milites ſexingenti* 76. *item Aurifabri cum famulis eorum* 48. *item Inſtitores & famuli eorum* 350. *item Sutores vel Calcifices cum ſeruis* 122. *item Sartores cum ſeruis* 220. *item Pelliſices cum ſeruis* 86. *item Fabri cum famulis* 88. *item Piſtores cum famulis* 260. *Caupones de Florencia* 72. *item Apotecarii cum ſeruis* 45. *item Barbitonſores* 336. *item Heraldi* 45. *item Fiſtulatores, Tubicenæ, ioculatores* 516. *item Meretrices, virgines publicæ* 718. *item Ambaſiatores Regum, Ducum & Comitum* 28. *item Ambaſiatores Epiſcoporum multorum & Eccleſiarum diuerſarum, item Ambaſiatores ſtudiorum diuerſorum, item Ambaſſ. ciuitatum imperialium* 66. *item Ambaſiatores multarum aliarum ciuitatum.*

72) Ipſi hoc Papales adgnoſcere neceſſum habent, prout ex SCHELSTRATENIO adducit HARDT *Tom. IV. p. III. p.* 88. ſub ſeſſione quarta: *cum Cardinalis Florentinus ad quem, tanquam vltimum Cardinalem ſpectabat pronuntiare Decreta in ſeſſionibus publicis, veniſſet ad verba de Reformatione Eccleſiæ in capite & in membris, quæ Nationes in ſchedula delere omiſerant, ſubſtitit, eaque falſa eſſe & præter communem deliberationem addita aſſeruit. Vnde non ſolum tunc omiſſa fuit clauſula de Reformatione, ſed eadem Seſſione IV. Cardinales monuerunt Nationes, quod ſuſpendebant ad tempus materias iſtas, quæ habent magnas difficultates & maturam exigunt deliberationem.* Quod autem ſimoniæ atque indulgentiarum nundinationi, faſtui prælatorum, in diſtribuendis officiis eccleſiaſticis inæqualitati, remedium adferri debuiſſet, demonſtrauit THEOD. VRIE *lib. IV. diſt. VII. VIII. IX. X.* Huc faciunt tot Scripta IO. GERSONIS, PETRI de ALLIACO, aliorumque, partim ante Concilium, partim in ipſo Concilio exhibita, quæ de emendanda agunt reformandaque eccleſia, atque in Tomo primo Hiſtoriæ Concilii Conſtantienſis HERMANNI ab HARDT reperiuntur.

73) HERM. ab HARDT Tom. V. p. 52. *effectumque Cæſaris maxime opera, vt abſentibus adhuc Hiſpanis, vniuerſum Concilium, omnesque Patres & hoſpites, in quatuor diſpertirentur Nationes, Germanicam, Gallicam, Anglicam & Italicam. Poſtea, accedentibus Hiſpanis, controuerſia Anglis mota a Gallis, quibus hi peculiare ius Nationis & ſuffragiorum denegarent: quosque Germanis accenſendos crederent: vt numerus nationum per Hiſpanos accedentes non augeretur, ſed Angli Germanis iuncti vnam abſoluerent nationem. Quod vti nec e re Concilii & arduorum negotiorum, ita nec Anglis arriſit. Quapropter acriter inter Gallos & Anglos diſputatum de nationis iure. Donec pro Anglis ſententia ferretur, qui peculiarem omnino Nationem præſtarent, ac peculiare ſuffragiorum ius in Concilio retinerent. Quo facto, ſuperioribus quinta, Hiſpanica, iuncta eſt natio.* Acta huius negotii plenius ibidem exhibentur. Vid. etiam HARDT *Tom. IV. p.* 40. *ſqq.* Conſultationes deſuper reperiuntur in HARDTII *Tomo II. p.* 230.

74) TRITHEMIVS *Chr. Hirſ. ad a.* 1415. GOB. PERSONA *æt. VI. c. XCIV.* docet hoc THEOD. VRIE *lib. VI. diſt. VII.* idemque reſignationis diploma exhibet, in quo hæc verba: *ego Iohannes Papa XXIII. propter quietem populi Chriſtiani profiteor, ſpondeo & promitto, iuro & voueo, Deo & Eccleſiæ, ac huic ſacro Concilio ſponte & libere dare pacem ipſi Eccleſiæ per viam meæ ſimplicis ceſſionis papatus, & etiam facere & adimplere cum effectu, iuxta deliberationem præſentis concilii, ſi & quando Petrus de Luna Benedictus XIII. & Angelus Corario Gregorius XII. in ſuis obedientiis nuncupati, papatui, quem prætendunt, per ſe, vel procuratores ſuos legitimos ſimiliter cedant, etiam in quocunque caſu ceſſionis vel deceſſus, aut alio, in quo per meam ceſſionem poterit dari vnio Eccleſiæ Dei ad extirpationem præſentis ſchiſmatis.* hoc plenius demonſtrauit TRITHEMIVS *Chr. Hirſ. ad an.* 1414. ROO *lib. IV. p.* 136. Idem confirmat HARDT *Tom. IV. p.* 41. 45. Eandem ceſſionem 2. Martii repetit. HARDT *p.* 46. Licet autem bullam hanc ceſſionis, vt exhiberet,

ab ipſo conuocatum diſſolueret, mœnia, portas & lacum die noctuque cuſtodire iuſſit, ne quis Conſtantia diſcederet, immo XIV. Martii portas vrbis claudi iubet. 75) Aſt, dum Fridericus Auſtriacus, lineæ Tirolenſis, cuius fidei ſe Iohannes commiſerat, 76) XX. Martii profeſto S. Benedicti 1415. ludos equeſtres inſtitueret, Papa circa veſperam, habitu mutato, inducta ſerui perſona equo vectus, nemine animaduertente, Conſtantia per portam Helueticam Schafhuſiam eſt elapſus, Friderico Auſtriaco illum paullo poſt inſequente, 77) diſſolutum iri Concilium credens. Comperta proximo die Iohannis fuga, omnia prope tumultum erant, dum triſtis rerum exitus metueretur. Sigismundus autem cum Bauariæ Duce Ludouico ac miniſtris, tubarum ſono præeunte, per totam ciuitatem obequitauit, & ſuomet ore quieſcere ac bono omnes animo eſſe iuſſit, ſe Concilium eſſe protecturum, hoc ipſo quietem facile concilians & tranquillitatem. 78) Conſtituta igitur fuit legatio ad Papam fugitiuum, quæ ipſum reduceret. 79) Fridericus etiam publice citatur, & non comparens, conſtituto Iudicio, cui Fridericus Brandenburgicus Elector præſidebat, quodque diuerſi Principes eccleſiaſtici atque ſeculares conſtituebant, 80) proſcribitur, impunitate omnibus promiſſa, qui terras illius vellent inuadere. 81) Licet & Papa & Fridericus publicis ſcriptis ſe excuſarent. 82) Immo idem Fridericus, eo quod Triden-

ret, vix adigi poterat a Concilio, vrgente tamen Imp. eandem etiam 7. Martii 1415. exhibuit, HARDT *Tom. IV. p.* 53. THEOD. de NIEM *Inuect. in Iohannem XXIII. c. XVII. & in Vita lib. II. c. IV.*

75) HARDT *Tom. IV. p.* 54. 55.

76) Dum Conſtantiam ad Concilium properaret Iohannes, Friderici iamdum auxilium implorabat, ipſumque Merani XV. Octobris 1414. conſtituit Generalem Capitaneum exercitus Papalis, ſuumque Conſiliarium, interpoſito auri pignore, prout diploma extat apud HARDTIVM *Tomo II. p. IX. c. I. f.* 246. vbi etiam demonſtrat, qua ratione ſibi Electorem Moguntinum Ioannem Naſſouium, & Bernhardum Marchionem Badenſem deuincire voluerit. GERH. a ROO *lib. IV. p.* 136.

77) THEOD. de NIEM vita Iohannis XXIII. *lib. II. c. VII. die XXI. Martii, proxime præteriti, in ſeptimana de paſſione Domini, dictus Balthaſar, habitu mutato, ſero, in forma laici indutus incertius in crepuſculo, ordinante dicto Duce de Conſtantia, & equitando receſſit ad caſtrum Schafhuſen, diſtans per quatuor milliaria Alamanica ab ipſa Conſtantia, ſuper flumine Reni, & medietatem itineris egit equitando illa nocte, & aliam medietatem transfretauit in naui, ſic quod adhuc in ortu diei illuc peruenit, in feſto S. Benedicti confeſſoris:* GOB. PERSONA *æt. VI. c. XCIV.* Plenius GERH. a ROO *lib. IV. p.* 137. licet in die aberret: *itaque fugæ conſilium initur cuius non expertem fuiſſe Moguntinum, quidam affirmant, Cæſari vtique inſenſum. Cum igitur dies fugæ conſtitutus aduenisſet, (is erat Idus Martii) Fridericus ante ciuitatem cum Hermanno Ciliæ comite, ludos equeſtres exercebat, ad quorum ſpectaculum cum multi exirent, pontifex quoque inter alios, aſſumpto equiſonis habitu, inobſeruatus elabitur, ſtrigoſo equo inſidens, arcumque ex ſella dependentem ferens. Ita ad lacum vsque adequitans lembum ad hoc paratum conſcendit, & remigio vſus Schaffhuſiam proficiſcitur. Subſequitur cum Fridericus, & vtriusque famuli, qua quisque poteſt, dilabuntur, herili pleraque ſupellectili derepeni relicta. Ioannes paulo poſt Friburgum atque inde Briſacum abiit. Vulgata huius fugæ fama, maximus per totam vrbem tumultus exoritur, concurritur paſſim & clamatur: Ioannem & Auſtriacos nefarios homines, concilii perturbatores quouis ſupplicio dignos eſſe.* TRITHEMIVS *ad a.* 1415. THEOD. VRIE *lib. VII. diſt. I.* FVGGER *lib. IV. c. IV. p.* 418. HARDT *Tom. II. p. X. c. I. p.* 250. Idem *p.* 253. exhibet mandatum Papale, quo officiales ſuos, vt infra ſex dies ad ipſum veniant, peremtorie citat. Ibidem etiam litteras Papæ ad vniuerſitatem Pariſienſem atque Ducem Aurelianenſem ſcriptas exhibet, quibus totum negotium fugæ ſuæ narrat Vid. & HARDT *Tom. IV. p.* 67. & THEOD. de NIEM *Inuect. c. XVII.* Adde MVLLERVM *Reichs-Tags Theatro vnter K. Fridrich dem V. I. Vorſt. c. XVI.* LAVR. BYZYNIVS p. 131. *Anno domini clↄcccc XV. currente forenſi IV. ante dominicam Palmarum, quæ erat dies 20. menſis Martii, Iohannes Papa 24. ſibi pericula a Concilio imminere, & præcipue de Papatu depoſitionem præſentiens, de Conſtantia tempore nocturno, habitu mutato, fugit: & ad ciuitatem quandam Friderici, ducis Auſtriæ, 4. milliaria a Conſtantia diſtantem, cum ipſius auxilio Ducis confugit.*

78) NAVCLERVS vol. II. Gen. XLVIII. p. 1047. *altera vero die Cæſar proclamari fecit fugam papæ, & quod nemo curaret, ſciret enim quo pacto reduceretur.* Plenius HARDT *Tomo IV. p.* 63. 64. *Tom. II. p. X. p.* 253.

79) HARDT *p.* 64.

80) Extat ſententia, in qua omnes iudices recenſentur, apud WINDECK *cap. XLVI.* HARDT *Tom. IV. p.* 1510.

81) NAVCLERVS c. l. *altera poſt Benedicti diem conuocari fecit Principes, & accuſauit Fridericum ducem Auſtriæ, quod author atque adiutor papæ in fugiendo fuerit, in concilii iniuriam Chriſtianaque reip. periculum maximum, adiecit, dictum ducem offendiſſe etiam priuatos plurimos. Citatur itaque Fridericus publice in concilio pro abductione papæ. Cæſar vero eundem per edictum citari in Dominica Quaſimodo. curauit, & eius citationis virtute Cæſar abſoluit omnes ſubditos Friderici ab obedientia eius: priuauit eum feudis & omnibus bonis, corpus & bona illius expoſuit omnibus.* GOB. PERSONA æt. VI. c. XCIV. *propter quod Rex contra ipſum Fridericum Ducem Auſtriæ, infinita ad ſe multitudine armatorum de ciuitatibus & terris Imperii & principum circumiacentibus concurrente procedens, ciuitates, caſtra, fortalitia eius potenter occupat, & Ducem ſe cum omnibus terris ſuis in gratiam ſuam dare compellit, & vt in obſtagio Conſtantiæ ſtet, donec Iohannem Papam ſibi præſentet, cogit, ſub pœna perditionis omnium terrarum, quas tenuit: quæ, ſi ſecus ageret, eo ipſo ad imperium eſſent deuoluta.* GERH. a ROO lib. IV. p. 138. *itaque dies Friderico dicitur, ad quem diem coram Cæſare & Synodo compareret. Cum vero non veniret, contra rempublicam feciſſe & maieſtatis reus peragitur, omnesque eius ſubditi a fidelitatis ſacramento abſoluuntur, omnia eius oppida & ditiones, prædæ & direptioni proſcribuntur. Dantur etiam ad vicinas Sueuiæ, Heluetiæ, & tractus Rhenani ciuitates literæ: Fridericum Eccleſiæ ac Imperii hoſtem, concilii perturbatorem, cui quicunque damnum atque incommoda inferre ſtuderet, is non impunitatem ſolum, ſed gratiam quoque ac laudem ſibi propoſitam eſſe ſciret.* HARDT *Tom. IV. p.* 163. TRITHEMIVS *ad a.* 1415. VVINDECK *cap. XXXIV. XXXV.*

82) GERH. a ROO lib. IV. p. 137. *interim Imperatori & concilio literæ redduntur, quibus fa-*

ctum

Tridentinum Episcopum e terris suis eiecerat, a Concilio banno notatur. 83) Confirmato igitur per Cæsaris auctoritatem Concilio, sibi metuens Papa, Schafhusa Laufenbergam discedit, atque ante portas Schafhusæ omnia reuocat, quæ Constantiæ promiserat. 84) Inde Friburgum se confert, 85) & post paucos dies Brisacum, in animo habens, vt Auenionem pergeret, 86) sed, detecto consilio, mutato iterum habitu, Neuburgum fugit. 87) Fridericus interim Austriacus Cæsaris iussu a viciniis, Heluetis etiam bello petitur, atque ditionibus suis exuitur. 88) Tandem vero Ludouici Palatini interuentu, die V. Maii cum Cæsare fuit conciliatus, se & omnia sua Cæsari permittens. 89) Iohannes Papa vero

dum vterque suum excusare nitebatur. Pontifex in Germaniam se venisse, vt œcumenici concilii decretis quibuscunque acquiesceret, eundem sibi animum esse, nec quoquam iturum longius, quoad sacro concilio & reipublicæ satisfecisset, quod vero Constantia discesserit, orare ne ægre ferant, constare sibi facti sui rationes, quas suo tempore esset redditurus. Fridericus vero fidem, qua pontifici obstrictus erat, excusabat, non longius iturum esse illum, nec si id vellet se permissurum. Ceterum hæc frustra ab iis fiebant, maiorem enim inuidiam sibi conflauerant, quam quæ vlla excusatione hominum animis eximi posset. Extant litteræ Iohannis ad Sigismundum apud HARDTIVM *Tomo II. p.* 252. quæ tales sunt: *Carissime Fili. Gratia Dei omnipotentis liberi ac conueniente aëre sumus in Schafhusen, & venimus inscio filio nostro Duce Austriæ, non animo declinandi ab his quæ promisimus per renuntiationem nostram facere pro pace Ecclesiæ sanctæ Dei: sed vt in libertate & salute propria personæ possimus, prout indubie volumus, ea executioni demandare. Datum in Schafhusen XXI. die mensis Martii, Anno Domini MCCCCXV.* Vid. etiam HARDT *Tom. IV. p.* 65. 67.

83) Prout patet ex WINDECK *cap. XLV.*

84) THEOD. A NIEM vita Iohannis lib. II. c. X. *die autem Veneris sancta, his stantibus, circa horam meridiei ipse Balthasar decessit de Schafhusia, tempore valde pluuioso. Nec celebrato per eum seu coram ipso illa die officio diuino, transiuit equester versus castrum Laufenberg, consistens etiam super flumen Rheni, omnibus Cardinalibus qui prius eum secuti fuerunt, remanentibus in Schafhusia. Et dum esset extra & prope Schafousen, accersiuit tabellionem & testes, & coram illis publice protestabatur, quod quicquid ipse Constantiæ iurauit, vouit, & promisit, illud vi & metu fecisset, & non alias, & propterea illud efficere non teneretur. Et eandem protestationem postea pluries repetiit in aliis locis, ad quæ deuenit. Tamen in quibusdam suis epistolis, hic inde directis, scripsit oppositum, scilicet quod de Constantia non fugisset ea de causa, vt unionem non faceret, quantum in eo esset, imo ipsam facere vellet.* HARDT *Tom. IV. p.* 84. 93.

85) NAVCLERVS vol. II. Gen. XLVIII. p. 1047. *interea Papa in Schafousen territus, in parasceue post meridiem abiit, ac in oppidum Losenburg peruenit, ab eo loco in Friburgum confugit, iturus inde si tuto fieri posset, ad Burgundiæ ducem.* THEOD. A NIEM *vita Iohannis lib. II. c. XI. die Mercurii immediate post octauas Paschæ, in crepusculo matutino, idem Balthasar, etiam mutato habitu solito, recessit de illo castro Laufenberg met-tertius vel quartus, & equitauit versus castrum Friburg Constantiensis diœcesis.* HARDT *Tom. IV. p.* 105. 106.

86) THEOD. A NIEM lib. II. c. XII. *Postquam autem dictus Balthasar per aliquot dies mansit in Friburg, transtulit se ad oppidum Brisacum, etiam super dictum flumen consistens, confisus ibi tractatus facere per medias personas cum Duce Burgundiæ, qui habet terras non multum abinde distantes, vt eum abduceret, seu abduci faceret de Alamania, conduceretque per partes Galliæ vsque ad Auinionem. Et super hoc iam erant conducti plures stipendiarii, in propinquo existentes, & aduentum dicti Balthasaris ad ipsos pluribus diebus & noctibus præstolantes. Sed res interim detecta fuit quibusdam fidelibus dicti Dn. Regis, potentibus in partibus illis* HARDT *Tom. IV. p.* 113.

87) THEOD. A NIEM lib. II. c. XIII. *quod cum sciret ipse Balthasar, non audebat se committere ipsis conductis gentibus, sed fugit etiam nunc habitu mutato consueto, ad oppidum Nuenburg super eodem flumine consistens.* HARDT *Tom. IV. p.* 134.

88) NAVCLERVS vol. II. Gen. XLVIII. p. 1047. *sine mora quoque rex occupari fecit oppida ducis Stain, Frauenfeld, quidam alii occupauerunt oppidum Feldkyrch & Curvalben, Suitenses & Waldenses cum suis confœderatis occupauerunt oppida & munitiones in terra dicta Ergoia, quæ hodie est in potestate eorum, Baden, Mellingen, Premgarten, Wallenstat, Diessenhofen.* GERH. A ROO lib. IV. p. 135. *itaque arma vndique in Fridericum expediuntur. Ludouicus vero Palatinus, cuius soror illi nupta erat, Alsatiam cum copiis ingressus, S. Crucis oppidulum & loca quædam vicina inuadit, nullo hostili in affinem animo, sed magis ex composito rem gerens, vt ei prouincia præsidio esset. Sigismundus autem a comitibus & Sueuia plerisque ciuitatibus adiutus serio rem agit, Steinam, Dissenhofium, Vitodurum & Frauenfeldam capit. Schafhusia certis conditionibus imperio se tradit. Curiensis, Frid. Toggenburgicus & Lindauiensis Veldkirchiam obsidione frustra tentant. Euocantur & Heluetii in belli societatem, qui fœdus sibi cum Austria cis ad quinquaginta annos ictum excusantes, nullo iure arma in ipsos sumere sibi licere, adfirmabant. Sigismundus vero, & concilii patres, nulla ipsos fœderis religione cum ecclesiæ hoste, & maiestatis reo, teneri, contra vero, nisi arma sumerent, eodem quo ipse loco habendos esse contendebant, quin & imperatoriis literis cautum iri, ne fraudem fœderi fecisse videantur, neue Friderico pax & venia ante concedatur, quam fœdus in locum pristinum restitutum ac instauratum sit. His partim exhortationibus inducti Helvetii, arma & ipsi sumunt, vicinamque Ergouiam inuadunt.* THEOD. de NIEM vita Iohannis lib. II. c. XIX. *sed infra paucos dies postea congregauit multitudinem maximam bellantium, equitum & peditum, forsan XL. millia, vel circiter, numero. De quibus fecit fieri sex exercitus, quos direxit in diuersis locis dominii dicti Ducis, ad obsidendum & capiendum terras eiusdem Ducis. Prout fecerunt de multis. Quas infallibiliter omnes expugnassent, prout apud nos fama est, nisi subito Dux ipse se & sua eidem Dn. regi dedisset, prout fecit, vt præfertur.* THEOD. VRIE lib. VIII. dist. II. *vnde tanta mota sunt bella, tam dura facta sunt verbera, vt Dux perdiderit XL. ciuitates, castra & oppida, vel citra. Erat namque septem exercitibus circumdatus ducatus Austriæ, & preualuit David funda & lapide contra Goliath.* FVGGER *lib. IV. c. IV. p.* 420.

89) Grauem Ludouici orationem desuper habitam exhibet GERH. A ROO *lib. IV. p.* 139. demum p. 141. concludit: *his Palatini & aliorum exhortationibus inductus Fridericus, Constantiam cum illis proficiscitur, vbi se coniunxit illi Fridericus Noriberga Burggrauius, Marchia & Electoratus Brandenburgici curator, quo in eodem concilio post donatus est. Hi in Franciscanorum sodalium monasterio ad Cæsarem admissi, & cum Friderico, supplices pacem ac veniam exorarunt, ea lege, vt is Cæsaris potestati*

ro Friburgi captus, Rappoltis cellam ductus, 90) ob horrenda crimina d. XXIX. Maii 1417. plene depositus, 91) in carcerem Gottlebiensem primum, prope Constantiam, 92) inde Heidelbergam, post Manheimium abductus, atque a Ludouico Palatino Comite liberaliter fuit habitus. 93) Electo vero Martino V. Papa XXVIII. Decembris 1417. huius arbi-

testati se suaque omnia permitteret. Ita paulo post futurum, vt omnia sibi redderentur, persuasus, scribit ad ciuitatum suarum praefectos ac Magistratus, vt Sigismundo se tradant, eosque interim a fidei iuramento liberos esse iubet. Erant inter ciuitates nonnullae, quae, iam antea id fecerant, quaedam etiam Caesari pecuniam numerauerant, vt Imperii ciuitatibus adscriptae, nullo vnquam postliminio ad veterem dominum reuerterentur, reliquae, quae in fide hactenus manserant, paucis exceptis, in Sigismundi verba iurauerunt. NAVCLERVS vol. II. Gen. XLVIII, p. 1047. *interim Constantiae mediatoribus principibus inter regem & ducem Fridericum compositio facta est, vigore cuius dux Frider. personaliter in manus Caesaris se & sua omnia bona resignans, sub hac forma desuper literas tradidit; nos Fridericus Dei gratia dux Austriae, Stiriae, Carinthiae &c. fatemur nos indignationem regiae maiestatis incurrisse, ea propter nos & nostra in manus suae maiestatis tradimus &c. in bona forma, Datum 27. die Martii mensis, anno* 1415. Ipsas has litteras exhibet THEOD. VRIE *lib. VIII. dist. II.* HARDT *Tom. IV. p.* 235. THEOD. de NIEM lib. II. c. XVIII. *die vltima dicti mensis Aprilis, venit praefatus Fridericus Dux cum paucis ad Constantiam, sub saluo conductu eiusdem Dn. Regis Romanorum, ad praesentandum se Regi & concilio memoratis, & impetrandum, si posset, veniam de commissis per ipsum, pro eo, quod dictum Balthasarem sic abduxit.* Ipsa vero submissio facta die Dominica V. Maii 1415. HARDT *Tom. IV. p.* 258. WINDECK *cap. XXXV.* LAVR. BYZYNIVS *p.* 131. Vid. MVLLERI *Reichs-Tags Theatrum p. I. c. XVI.*

90) THEOD. de NIEM lib. II. c. XX. *die XXI. Mensis Maii praefati praedictus Balthasar tunc Papa, peruenit ad oppidum Celle, distans a Constantia per duo milliaria Alamanica illuc deductus de Friburg, de mandato & Ordinatione concilii praedicti. Et ipse Rex Romanorum recepit in suam potestatem dictum oppidum Friburg, cum octo aliis, sibi adiacentibus oppidis siue castris, quae erant prius Ducis saepe dicti. Et in eodem castro Celle bene fuit custoditus die noctuque dictus Balthasar, praedicto concilio disponente.* HARDTIVS tamen *Tomo IV. p.* 210. ex Actis Publicis demonstrauit, factum hoc XVII. Maii. NAVCLERVS c. l. *Iurauit etiam dux ipse papam Iohannem concilio repraesentare, fecit in eo quantum potuit & eundem Iohannem vsque ad Cellam Rudolphi perduxit, enunciauit inde concilio, quod nisi vi adhibita non posset eum vltra perducere, hac scripsi ex actis Concilii.* CVSPINIANVS *p.* 396. dicit: *sed captus tandem in habitu militari, lorica indutus, concilioque ostensus qualisnam esset Pontifex, in Augea maiori peninsula, haud longe a Constantia, custodia traditur, atque Pontificatu abrogatur. lib. III. c. V.*

91) THEOD. de NIEM lib. II. c. XXX. *die 29. mensis Maii praedicti fuit facta solennis sessio Constantiae & in illa similiter depositus idem Balthasar, nec non carceri adiudicatus pro poenitentia peragenda, quousque prouisum esset Romanae ecclesiae de summo Pontifice. Et quod ille de ipso Balthasare disponeret, prout sibi videretur & quod interim bene tractaretur.* GOB. PERSONA *at. VI. c. XCIV.* horrenda crimina, quorum inculpabatur Iohannes, sigillatim recenset. HARDT *Tom. IV. p.* 269. THEOD. VRIE *lib. VIII. dist. I.* TRITHEMIVS *ad a.* 1415. LAVR. BYZYNIVS *Diar. Belli Hussitici p.* 133. *Item forensi IV. post Trinitatis, quae erat dies 29. mensis maii, sententia per concilium generale Constantiense fertur contra Iohannem Papam XXIII. per quam a papatu propter multos & diuersos articulos in & aduersus ipsum per ipsius Concilii procuratores productos, deponitur & ad custodiam tutam Sigismundi Regis saepe facti ecclesiae vniuersali aduocati & defensoris nomine ipsius Concilii, deputatur. In hac etiam sessione per ipsam Constantiensem Synodum statuitur, decernitur & ordinatur pro bono vnionis ecclesiae Dei, quod nullo nunquam tempore redigantur in ipsam dominus Balthasar de Cossa nuper Iohannes 23. Petrus de Luna, Benedictus 13. nec Angelus de Corario; nec Gregorius 12. in suis obedientiis sic nuncupati. Inter autem caetera in articulis contra ipsum Iohannem Papam 23. productis ista ponuntur abominabiliora, scilicet quod ipse dominus Iohannes fuit & est pauperum oppressor, iustitiae persequutor, iniquorum Columna, Simoniacorum statua, carnis cultor, vitiorum fex, a virtutibus peregrinus; Consistoria publica fugiens ac totus somno & aliis carnalibus deditus desideriis; vita & moribus Christi totus contrarius. Infamiae speculum & omnium malorum profundus adinuentor adeo & in tantum Christi ecclesiam scandalizans, quod inter Christi fideles vitam & mores suos cognoscens, vulgariter dicitur, incarnatus diabolus. Item quod ipse Iohannes papa 23. cum vxore fratris sui & cum sanctis monialibus incestum; cum virginibus stuprum, cum coniugatis adulterium & alia incontinentia crimina, propter quae ira Dei descendit in filios diffidentiae, commisit. Item quod ipse fuit vas omnium peccatorum, homicidiis, veneficiis & aliis grauibus criminibus irretitus, Simoniacus, pertinax, haereticus & ecclesiam Christi notorie scandalizans. Item quod ipse Iohannes papa 23. saepe & saepius coram diuersis praelatis ac aliis honestis & probis viris pertinaciter diabolo suadente, dixit, asseruit, dogmatisauit & astruxit: vitam aeternam non esse neque aliam post vitam hanc. Quin imo dixit & pertinaciter credidit animam hominis cum corpore humano mori & extingui ad instar animalium brutorum. Dixit quoque mortuum semel etiam in nouissimo die minime resurrecturum, contra articulum de resurrectione mortuorum.*

92) THEOD. de NIEM lib. II. c. XXII. *post hoc, in principio mensis Iuni, praedictus Balthasar ductus fuit ad castrum Gotleuen prope Constantiam, sub custodia praedicti concilii per aliquot dies. Et ibi licentiati fuerunt sui familiares & ad Constantiam venerunt, ne illis cooperantibus euadere posset.* HARDT *Tom. III. p.* 296.

93) THEOD. NIEM lib. II. c. XXIII. *post hoc traditus & recommendatus fuit custodia Dn. Ludouici, Comitis Palatini Rheni, qui est princeps probus, prudens & bonae famae, & est hic apud nos positus ad custodiam praedicti concilii, in absentia praedicti regis Romanorum, per dictum Dn. Regem Romanorum. Qui eundem Balthasarem benigne pertractat, sibique prouidet de omnibus opportunis.* NAVCLERVS c. l. *curante post hac concilio, Iohannes capitur, & in insula sancti Marci prope Constantiam, vulgo Richnau, carceri mancipatur. Causam fugae disquirere concilium tum coepit, certosque iudices viros grauissimos delegit, qui crimina homini obiecta discuterent, eademque ex ordine referent, ad quadraginta capitula contra hominem probata sunt. Venientibusque omnibus in eandem sententiam, Iohannes merito pontificatu eiectus, sententiam in se latam approbat: pontificatu, siue sponte, siue inuitus, se abdicanit. Quo facto, statim ad Ludouicum comitem Palatinum custodiendus mittitur, donec aliud decer-*

neretur

arbitrio fuit relictus, 94) sed a Ludouico Palatino, accepta pecunia liberatus, Florentiæ se Martino submisit, ab eodemque a. 1419. Cardinalis Tusculanus factus. 95) Fridericus autem videns, nullam sibi in Sigismundo spem esse, Constantiam iterum reliquit, 96) hinc proscriptus fuit, ast cum Cæsare iterum conciliatus, ab eodemque, postquam a Papa fuisset absolutus, die VIII. Maii 1418. cum magna solennitate, adstantibus ipsi Electoribus cum insignibus Imperii, Constantiæ de terris atque regalibus fuit inuestitus. Licet permulta Heluetii retinerent. 97)

§. XIII. Deposito igitur Iohanne XXIII, Imp. Sigismundus diuersa beneficia ecclesiastica concessit, sic etiam Suerinensis & Brandenburgensis electi a Concilio fuerunt confirmati, eorum Archiepiscopis horum confirmationem adprobantibus. 98) Reliqui autem supererant, qui se Papas esse dicebant, quos æque deponendos esse, Patres Concilii iudicabant. Mittebantur enim Petri Lunæ siue Benedicti XIII. atque Ferdinandi Arragoniæ Regis legati ad Concilium, postulantes, vt pro conficienda vnione Ecclesiæ Niceam aut Villam Francam ad colloquium concederet, Cæsar facile adnuebat, si aliqui ex Cardinalibus secum irent. 99) Licet hoc Cæsaris iter impedire conaretur Iohannes XXIII, se ipsum cum Benedicto XIII. esse tractaturum contendens. 100) Pactis nihilominus inter

eretur ac in Manhem oppido triennio sine cubiculario famulone Italico diligenter asseruatus est. Teutonici erant custodes omnes, quibus cum Iohannes nutu & signis loquebatur, cum nec ipse linguam Teutonicam, nec illi vicissim Italicam scirent. THEOD. de NIEM *lib. III. c. V.* TRITHEMIVS *ad a.* 1415. HARDT *Tom. IV. p.* 297. WINDECK *cap. LII.*

94) HARDT Tom. IV. p. 1497. ex Msto Dorriano *Anno Domini MCCCCXVII. ipso die Sanctorum Innocentium, qua fuit XXVIII. mensis Decembris, fuit Sessio publica in loco consueto, Pontifice & Romanorum Rege cum multis Principibus praesente. Vbi ad instantiam praefati Regis Romanorum per Dominum Papam & totum Concilium concorditer decretum fuit & ordinatum, quod dictus Balthasar de Cossa, olim Papa Iohannes XXIII. qui detinebatur in custodia & captiuitate & in manibus Ducis Ludouici, Comitis Palatini Rheni, in castro Manheim, per dictum Dominum Regem, de mandato & rogatu ipsius Concilii deberet tradi, ad manus & custodiam Domini nostri Papae Martini V. qui vlterius deberet videre de custodia & statu dicti Balthasaris, secundum necessitatem & statum sanctae Matris Ecclesiae.* Extat de eo bulla Martini V. apud HARDTIVM *Tomo IV. p.* 1500.

95) TRITHEMIVS *Chr. Hirs. ad a.* 1418. hæc latius declarat, AVENTINVS vero *lib. VII. c. XX. n.* 3. tradit: *post haec millibus drachmarum auri quadraginta Martino quinto successori suo venundatur Florentiamque deductus, e medio sublatus nunquam comparuit nono Calendas Ianuarias.*

96) GERH. a ROO *lib. IV. p.* 142.

97) Hæc plenius exponit GERH. a ROO *lib. IV. p.* 154. dicens: *Caesar itaque noua iterum diplomata, nouas proscriptionis tabulas fieri, & ad templorum valuas, ita vt de plano legi possent, proponi iubet. Tandem vero Fridericus, vt & Sueuicis rebus consuleret, ac Sigismundum Caesarem placaret, Merspurgum se contulit, vbi primum actio inter ipsos instituta est, circa medium Aprilem. Mox Caesarem Constantiam reuersum secutus, Guilielmo Monfortio ipsum deducente Tetnangam vsque post vnum atque alterum colloquium, intercedentibus quibusdam principibus, cum Caesare in gratiam rediit, & suarum ditionum possessionem, solenni ritu, ab eo publice accepit Octauo Calend. Maii, numeratis vt quidam prodidere multa nomine triginta aureum nummum millibus. Sigismundus vero accepta pecunia, promissi fidem se liberasse adfirmabat, si operam daret, vt Friderico eae ciuitates reddantur, quae in sua potestate etiamnum essent, neque ad ipsum redire detrectarent, neque inter Imperii ciuitates asscriptae essent. Erat enim varia ciuitatum fortuna, & diuersa aliarum ab aliis conditio, quarum nonnullas Caesar aliis oppignorauerat, in quibus erant Veldkirchia, Frauenfelda, Heilgenbergum, & pleraque Ergouiae oppida, quibusdam vero diplomata dederat, quibus cauebatur, ne vnquam ab imperio, cui se tradiderant, dissociarentur, ea erant Schafhusium, Reinfelda, Dissenhouium & Cella. Igitur Fridericus summam in recuperandis iis locis difficultatem esse videns, hoc negocio in aliud tempus dilato, ad componendas Tirolensium res, & compescendam nobilium quorundam contumaciam, animum intendit, vti suo loco dicetur.* Qua ratione inter Cæsarem & Fridericum primo Mersburgæ fuerit tractatum, docet HARDT *Tom. IV. p.* 1545. postea in Monasterio Münsterlingen *p.* 1564. demum Constantiæ in Monasterio Augustinorum VII. Maii 1418. inter vtrosque conuenit, ipseque Fridericus denuo fuit inuestitus *p.* 1581. Inuestituræ solennitatem describit WINDECK *cap. XLVII.* his verbis: *Also an dem Suntage dornach achtage muste herzoge Friderich zu dem babest Martinus den funfften, und muste do sein penitence und pus enpfahenn, Do sante zu yme der babest, er solte vor denn Maister vor Constenz sich absolviren lassen von seinem Bischoff von Trient, ader solte nackete umb die Kirchen gan. Do nu der babest vernam seine grosse gehorsamkeit, do lies er zu ym seinen cardinal, und lis In absolviren, wenne der romisch Konig sas in seiner mayestat und wartet sein, Ime das seine wider zu geben und zu lihen, also Ir vorgelesen habt. Also kam Herzog Friderich und fant unsern hern den Konig auff seinem stulle sitzen, demselben herzogen sein ere und wirdikeit wider zu leiben, und stunt neben Ime der Marggraff von Brandenburg, burggrafe zu Nurmberg, herzog Fridrich als ein marggraffe, wenn Im der Konig die margk zu Brandenburg geben hat, und alle dinge, die dorzu geboren, also Kurfürsten und wappen und das lant, so stund Hertzog Hanns von Amberg, der des neuen Konig Ruprechts sune was von Heidelberg, als ein Pfalzgraffe pei Rhein und hilte den oppfel, do stund herzog Ludwig von Paiern mit dem swert, und de stund auch ein herzog von Sachsen, Do lihe Kinig Sigmund dem herzog Friderichen seine wirdigkeit wider.*

98) GOB. PERSONA æt. VI. c. XCIV. *postquam Iohannes depositus fuit de Papatu, Rex dedit Gratias ad beneficia Ecclesiastica, Expectatiuas, Eo sub colore, quod ipse de consuetudine antiqua haberet primarias preces in qualibet collatione beneficiorum, ad Ecclesiasticas personas spectante, Et licet consuetudo illa memoria hominum in Alemannia bassa non fuit, plures tamen clerici eo modo beneficia fuerunt assecuti.* Idem magis adhuc confirmat HARDT Tom. IV. p. 300. ex Chronico Msto addens: *concilium Constantiense plures confirmauit Electos in Episcopos. Quod alias visum non est nec auditum. Inter quos sunt & confirmati Swerinensis & Brandenburgensis Electi, eorum Archiepiscopis eorum confirmationem approbantibus & ratificantibus.*

99) HARDT *Tom. IV. p.* 47.

100) THEOD. de NIEM lib. III. c. V. *rogabat etiam obnixe, & obtinuit tandem ab ipso Rege, praefatum*

ter Cæſaris & Arragoniæ legatos initis, deliberabatur de hoc negotio 1) XXVIII. Martii, IV. etiam, conſtituebantur Cardinales, qui Cæſarem comitarentur. 2) Aſt, cum fuga Iohannis remoras dediſſet, Angelus Corarius, ſ. Gregorius XII. interim per legatum ſuum, Carolum de Malateſtis IV. Iulii 1415. Papatui in Concilio renunciat, factus inde primus inter Cardinales, atque ad dies vitæ legatus in Marchia Anconitana, dictus Cardinalis Portuenſis. 3) Hanc renuntiationem ipſe poſtea, depoſitis inſignibus Papalibus adprobauit, 4) poſtea Recaneti XVIII. Octobris 1417. fuit defunctus. 5) Solus igitur reſtabat Benedictus XIII. Sigismundus autem accepta benedictione a Cardinalibus atque epiſcopis, in ipſo Concilio congregatis, receſſit, iter agendo verſus Galliam, & cum eo XVI. Prælati, ſtipatus quatuor equitum millibus, vt cum Ferdinando, Arragoniæ Rege & Petro de Luna colloquium haberet, 6) conſtituto interim Concilii Protectore Ludouico Palatino. 7) Dum Baſileæ nonnihil hæreret, ab Heluetiis Ergouiam & Badenſes ditiones, ſuperiori bello Friderico Auſtriæ Duci ſurreptas ſibi reddi voluit. Aſt, ob ſumtus in difficile iter, aliter cum iisdem transegit. 8) Breui Narbonam delatus, quem paullo poſt Ferdinandus fuit inſecutus, qui etiam Petri Lunenſis aduentum nuntiauit. 9) Et cum etiam Perpiniani inter

fatum concilium, quod promiſit & iurauit ſponte, quod, habitis literis teſtimonialibus & procuratorio ſufficienti ab eisdem, Balthaſare & concilio, perſonaliter accedere vellet regem Arragoniæ & Petrum de Luna, qui propterea per mare vsque ad ciuitatem Nicienſem vel Villam Francam, quæ eſt portus dictæ ciuitatis in Prouincia, per totum menſem Iulii tunc currentem vellet inſimul conuenire, ad tractandum finaliter cum ipſo Rege Romanorum de concordia vnionis eiusdem. Quod ſentiens dictus Balthaſar, allegauit, quod hoc eſſet, niſi inutiliter perdere tempus. Ipſe enim vellet illuc ire, vel prope ad aliam ciuitatem, perſonaliter, ad tractandum cum eodem Petro per medias perſonas, qualiter compendioſius dicta concordia fieret: Et ſic non expediret huiusmodi tempus in longum differre. Et quod ſic fieret, ipſe Balthaſar fortiter inſtabat. Concilium vero huiusmodi, & multi præſtantiores ex illis, hic tunc pro magna parte exiſtentes, conſiderantes, quod ſi ſic fieret, per hoc huiusmodi concilium diſſolueretur. Quia non eſſent diſpoſiti illi, qui hic tunc erant, ire remote ad partes Galliæ, & ſub incerto.

1) HARDT *Tom. I. p.* 47.

2) HARDT *Tom. IV. p.* 264. 265.

3) GOB. PERSONA æt. VI. c. XCIV. *eo tempore, quo cauſſa depoſitionis Iohannis Papæ adhuc pendebat in concilio, Gregorius qui Angelus de Carrario dicebatur, de ceſſione ſui iuris, quod in Papatu ſe habere prætendit, plurimum tentabatur. Vnde tandem miſſis procuratoribus ipſe concilium Conſtantienſe approbauit, & IV. die menſis Iulii, Rege cum regiis inſigniis præſente, per illuſtrem domicellum Karolum de Malateſtis de Ariminio, ad hoc habentem ſpeciale mandatum, Papatui & omni iure ſibi in eo competenti in publica ſeſſione coram concilio renuntiauit: quam renanciationem Rex & totum concilium gratanter acceptabant, & approbabant, quamvis dudum per concilium Piſanum depoſitus fuiſſe credebatur: quoniam in aggreſſu huius concilii Conſtantienſis fuit expreſſe decretum, quod iſtud eſſet illius continuatiuum. Vnitis ſic iſtis duabus obedientiis concilium decreuit, quod Angelus de Carrario poſt ſummum Pontificem eligendum ſuper omnes Cardinales primum locum obtineret, & legatus ſedis Apoſtolicæ in Marchia Anconitana ad tempus vitæ ſuæ maneret. Cardinales eius etiam inter cæteros Cardinales digno recipi deberent cum honore.* THEOD. VRIE *lib. VI. diſt. IX. & X.* THEOD. de NIEM lib. III. c. I. *Nouiſſime autem, ſcilicet quarta die menſis Iulii, magnificus Dn. Carolus de Malateſtis procurator dicti Errorii, ad illud ſufficienter conſtitutus, pro ipſo Errorio ceſſit, in publica congregatione & ſeſſione ſolenniter celebrata, omni iuri, quod dicto tunc Errorio, nunc autem reuerendo patri Dn. Epiſcopo Portuenſi, quomodolibet competiit, aut competere vnquam potuit in Papatu.* TRITHEMIVS *ad a.* 1415. NAVCLERVS *vol. II. Gen. XLVIII. p.* 1047. Quod autem Cardinalis poſtea Portuenſis fuerit dictus, docet etiam HARDT *Tom. I. p.* 1443. CVSPINIANVS *p.* 396.

4) TRITHEMIVS *ad a.* 1417. THEOD. de NIEM lib. III. c. VI. *die tertia menſis Auguſti venerunt noua ipſi concilio, quomodo Angelus Corario olim Gregorius Papa XII. nunc Epiſcopus Portuenſis, poſtquam intellexit, ceſſionem ſui Papatus, per dictum Dn. Carolum de Malateſtis, procuratorem ſuum ad hoc per eum ſolenniter conſtitutum, publice factam, vt ſuperius tactum eſt, conuocatis ſuis curialibus & Cardinalibus, nec non prælatis & clero, qui ſibi vt Papæ tunc adhærebant & credebant in partibus illis, in publico conſiſtorio gaudenter & ſponte approbauit, laudauit & confirmauit omnia in ea parte geſta pro ipſo per dictum Carolum. Quo facto ilico depoſuit mitram Pontificalem, nec non colobium & omnia Pontificalia ſeu inſignia Papalia, etiam ibidem præſentibus omnibus, cum ſolemni proteſtatione, quod illa nunquam de cætero reſumere vellet, imo omni modo, quo poſſet, procurare intenderet, quod præfata vnio fieret in eccleſia vniuerſali.* HARDT *Tom. IV. p.* 490.

5) HARDT *Tom. IV. p.* 1443. ex Msto Vindobonenſi Dorriano: *anno, quo ſupra, d. XVIII. menſis Octobris, obiit Dominus Angelus de Corario, olim Gregorius XII. in Marchia Anconitana, in ciuitate Rachanatenſi deuote, & cum magna ordinatione ſui teſtamenti. Cuius exequias Papa Martinus ſolenniter celebrauit Conſtantiæ d. XXVI. Menſis Nouembris, anno prædicto MCCCCXVII.* Qua ratione Martinus V. exequias ipſi celebrauerit, idem docet *Tom. IV. p.* 1495.

6) THEOD. de NIEM *lib. III. c. III.* HARDT *Tom. IV. p.* 482. ex Msto Vindobonenſi Dorriano: *Anno MCCCCXV. XXI. die menſis Iulii, receſſit ab hac ciuitate Conſtantienſi Dominus Sigismundus Romanorum Rex, & cum eo XVI. Prælati & Doctores, de qualibet natione quatuor, verſus Niciam, ad Regem Arragoniæ ad tractandum de ceſſione vel ſubtractione obedientiæ Petri de Luna.* GOB. PERSONA *æt. VI. c. XCV.* TRITHEMIVS ad a. 1416. *Sigismundus igitur tollendi ſchiſmatis atque vniendæ pacis Eccleſiæ ardentisſimus ſollicitator, aſſumptis aliquot Oratoribus Concilii ad Reges Hiſpaniæ, Arragoniæ, Galliæ & Angliæ Benedictum ſequentes, in propria perſona vadit, ſingulis per Ordinem rogat, vt abdicent Benedictum, Concilium ſequentes.* NAVCLERVS *vol. II. Gen. XLVIII. p.* 1048.

7) Cardinales equidem Friderico Burggrauio magis adplaudebant, atque, vt Cæſar ipſum conſtitueret Concilii Protectorem, volebant, eo quod Ludouicus Palatinus Gregorio adhæreret, ſed cum huic renuntiaret, conſtitutus fuit Protector. HARDT *Tom. IV. p.* 265.

8) HARDT *Tom. IV. p.* 490.

9) THEOD. de NIEM lib. III. c. VII. *die quarta menſis Auguſti venerunt noua prædicto concilio, qualiter præfatus Rex Romanorum perueniſſet, cum*

 magna

ter dictorum Regum legatos hac de caussa ageretur, ipsique Hispani Petri submissionem 10) vrgerent, hic tamen omnes eludens, multos donis in suas partes trahebat, seque in castrum Colibriæ maritimum Ruscinonensis Comitatus includebat. 11) Papa igitur non veniente, inter Imp. & Arragoniæ regem quædam concordata fuerunt constitura, eademque a Concilio adprobata, per quæ Hispani sese de obedientia Petri Lunensis subtrahere promiserunt. 12) His expeditis, Sigismundus Rex in Galliam atque Angliam tendit, vt pacem faceret inter Reges vtrosque, atque hoc facto, eosdem incitaret ad bellum Saracenis inferendum. Vnde per æstatem & autumnum sequentis scilicet anni MCCCCXVI. in regnis illis moram traxit: sed quantum ad regnorum illorum concordiam parum profecit. 13) Interea temporis Arragoniæ, Castellæ & Nauarræ Regum ac principum Hispaniæ legati Constantiam venientes, ibidem cum magno recepti sunt honore, & sic concilium in quinque nationes, accedente Hispanica, fuit diuisum. 14) Ipsi vero reges se obedientiæ Petri de Luna publicis scriptis subtraxerunt. 15) Constituti igitur fuerunt certi Commissarii, qui Papæ caussam examinarent, 16) ipseque XXVIII. Nouembris 1416. publice fuit citatus. 17) Cæsar autem circa finem Autumni, ad partes Alemanniæ est reuersus, & per plures dies Aquisgrani moram traxit, & conuocatis ad se ibidem Thiderico, Archiepiscopo Coloniensi, & Adolpho Duce Montensi cum fautoribus eorum lites & guerras inter eos magno cum labore diremit, & post hoc ad concilium Constantiam est reuersus,

magna reuerentia & honore receptus vbique locorum, in partibus Gallicanis, vsque ad ciuitatem Narbonensem, qua super mare Oceanum in partibus Tholosanis consistit. Et ibi ad ipsum Regem Romanorum per plures dies postea venit Rex Arragonum supra dictus, vt hic fama est, cum magno apparatu per terram: asserens quod prædictus Petrus illic etiam infra paucos dies postea per mare venire deberet. Quod si faceret, prout sibi promiserat se facturum, etiam sponte sua Papatui cedere deberet, quacunque difficultate semota. Et si hoc facere nollet, ipsum Petrum captiuare, ac captum regi Rom. vellet infallibiliter assignare.

10) Idem lib. III. c. IX. *eadem die* (XVIII. mensis Septembris) *venerunt noua de Rege Romanorum de Perpiniano, quomodo Rex ipse erat cum Rege Arragonum & Petro de Luna ibidem in tractatibus vnionis. Et quod sperabat cito venire cum bonis & certis nouis.* Idem *lib. III. c. X.* HARDT *Tom. IV. p.* 490. 498. WINDECK *cap. XXXVII.*

11) THEOD. de NIEM lib. III. c. X. *quibus illuc aduenientibus, & cum magno desiderio nobilium & popularium receptis, ordinatum & conclusum fuit, quod daretur dilatio* 15. *dierum pracise ipsi Petro, infra quos haberet cedere, aut vt hereticus in persona & rebus suis persequi deberet. Ipse vero Petrus hoc sentiens, quosdam illarum partium potentes donis & promissis sophisticauit pro se, more suo, creando quatuor eorum caros in magnos Antistites, & vnum eorum in Cardinalem, & quibusdam ex eisdem potentibus, qui pro se aut suis nolebant habere tales ecclesiasticos honores, dedit aliquas pecuniarum summas in promptu, quod cum iuuarent, vt tutus abinde per mare recedere posset, prout fecerunt. Et postquam peruenit cum galeis suis ad castrum Colibria maritimum, insecuti fuerant eum Ambaxiatores illarum ciuitatum, scilicet, Barsalona, Casar Augusta, Valentia, Maiorica, Dertusa, Ierona, Perpiniana, & quarundam aliarum magnarum ciuitatum, secus mare consistentium, vsque ad dictum castrum Colibria. Et ibi obsederunt eum. Et taliter spoliarunt seu nudarunt ipsas galeas remis & aliis instrumentis inibi repertis, quod abinde vlterius recedere non poterat.* Hoc autem Colibriæ castrum olim *Caucoliberum* vocabatur, in finibus pagi Ruscinonensis situm. P. de MARCA *Marca Hispanica lib. IV. p.* 408. NAVCLERVS *vol. II. Gen. XXVIII. p.* 1048.

12) GOB. PERSONA æt. VI. c. XCV. *postquam Iohannes olim Papa fuit depositus, & Gregorius similiter in sua obedientia Papatui renuntiauit, vt supra dictum est, ordinati fuerunt per Concilium certi prælati solemnes ad hoc, vt cum Sigismundo rege Romanorum versus Hispania partes se transferrent, pro tractatibus habendis, cum Petro de Luna, Benedictus Papa in sua obedientia nominato. Et profecti sunt cum rege de Constantia in mense Iulio supradicto, & post graues itineris labores peruenerunt ad eum, & multis cum eo tractatibus habitis finaliter nihil perfecerunt. Vnde tandem ipso Petro de Luna se in quoddam castrum in mari situm munitissimum recipiente cum thesauro & nonnullis familiaribus suis, Rex Sigismundus cum ambasiatoribus concilii generalis parte ex vna, & ambasiatores Arragonia, & Castella & Nauarra regum & Armigmaci & Fuxi comitum parte ex altera, tertia die mensis Decembris, in ecclesia Narbonensi conuenerunt, & ipso Petro de Luna in sua pertinaciæ relicto, super vnione mutua, quantum ad reformationem ecclesia vniuersalis, certis modis concordabant, literis iuramentis & sigillis eorum roboratis, sub forma publicorum instrumentorum confectis super eisdem.* THEOD. de NIEM *lib. III. c. XI.* De his concordatis Narbonensibus plenius apud HARDTIVM *Tom. IV. p.* 883. *sqq.* NAVCLERVS *vol. II. Gen. XLVIII. p.* 1048. Quid cum ipso gestum fuerit, docent Acta apud HARDTIVM *Tomo II. p.* 484. vbi etiam *p.* 540. Capitula Narbonensia reperiuntur.

13) Verba sunt GOBELINI PERSONÆ *at. VI. c. XCV.* qualis vero ipsius circa bellum Saracenicum fuerit animus, docet THEOD. de NIEM lib. III. c. XIX. *& si poterit, auxiliante domino, & eius pia opera confirmante, ad faciendam pacem & treugam longam inter ipsos contendentes, reges Francia & Anglia, hoc tempore procurare: Tunc velit ex toto corde laborare apud omnes reges occidentales & alios principes seculares, de via & modis expedientibus pro refrenatione Sarracenorum & infidelium, & liberatione catholicorum a iugo miserabili & inuasionibus eorundem, & forsan etiam terrestri liberatione e manibus infidelium prædictorum, per passagium generale hic creato nouo Pontifice, si annuat, diuinitus, hic indicendum.* WINDECK *cap. XLI. XLII.* narrat, qua ratione apud Gallos Anglosque fuerit exceptus.

14) GOB. PERSONA c. I. *interim quod ipse* (Sigismundus) *perseuerauit ibidem, ambasiatores regum & principum Hispania prædictorum, Constantiam venerunt, circa principium æstatis, & multis tractatibus pracedentibus in eum adhuc Schafhausen moram trahebant, tandem a concilio cum magno recepti sunt honore, ipsique cum regnis prædictis concilio sunt vniti, & sic concilium in quinque nationes est diuisum.*

15) Extant hæc scripta apud HARDTIVM *Tom. IV. p.* 884.

16) HARDT *Tom. IV. p.* 952.

17) HARDT p. 987.

18) Ver-

sus, 18) ibidemque XXVII. Ianuarii 1417. magnifico cum adparatu fuit susceptus. 19) Postquam igitur Petrus de Luna sæpius fuisset citatus, IV. Aprilis pro contumace fuit declaratus, demum in sessione Generali XXXVII. consentientibus Sigismundo, Castiliæ, Nauarræ & Arragoniæ Regibus, cum multis Principibus & Nobilibus XXVI. Iulii 1417. tanquam schismaticus fuit depositus. 20) Hoc ipso Concilii Patres demonstrantes, Concilium esse supra Papam. 21)

§. XIV. Hoc facto, a Nationibus quinque sæpius fuit postulatum, vt reformatio noui Papæ electioni præmitteretur, protestantibus tamen desuper Cardinalibus. 22) Papæ igitur electione decreta, hic modus placuit, vt quælibet natio sex nobiles viros in sacris constitutos, de se ipsa eligeret, & isti omnes, qui insimul erant triginta adiungerentur Cardinalibus, qui erant viginti tres, & ille esset Papa, & non alius, quem duæ partes Cardinalium & duæ partes cuiuslibet præfati senarii elegissent. Hi igitur consentiente Cæsare, XI. Nouembris a. 1417. Ottonem de Columna, Cardinalem Romanum, postea Martinum V. dictum, Papam elegerunt. 23) Hic statim coronatus, ad instantiam Nationum

18) Verba sunt GOBELINI PERSONAE *æt. VI. c. XCV.*

19) HARDT *Tom. IV. pag. 1090.* qui etiam ex Msto Vindobonensi Dorriano hæc addit: *anno Domini MCCCCXVII. die Mercurii, quæ fuit XXVII. mensis Ianuarii, intrauit Dominus Sigismundus Romanorum & Vngariæ Rex Constantiam, reuersus de Narbona ad Franciam, scilicet Parisios, ad Regem, tractandum de pace inter regna Franciæ & Angliæ, & de Parisiis intrauit Angliam, & de Anglia reuersus per Alemanniam ad Constantiam.* NAVCLERVS *vol. II. Gen. XLVIII. p. 1048.*

20) GOBELINVS PERSONA æt. VI. c. XCVI. *demum anno Domini MCCCCXVII. mensis Martii die XVI. concilium cum Regis consensu contra Petrum de Luna citationem emisit, & citauit eum ad primam diem mensis Aprilis, sed terminus ille continuatus est vsque in mensem Iulium: vt interim viri idonei ad accedendum præsentiam eius & vt ipse sufficiens haberet tempus ad præparandum se ad viam veniendi ad concilium. Sed eo permanente in pertinacia sua, in pœnam contumaciæ papatu priuatus est, quamuis dudum per concilium Pisanum priuatus videbatur.* Extat etiam apud BALVTZIVM *Miscell. lib. VII. p. 97.* Epistola Balthasaris Cossæ, ad Petrum de Luna, qua ipsi persuadere conatur, vt se Martino V. submittat. Contumaciam ipsius & condemnationem etiam docet THEOD. VRIE *lib. VIII. dist. V. VI. VII. VIII.* Plenius HARDT *Tomo IV. p. 1367.* Addit CVSPINIANVS *pag. 396. superarat Petrus Luna, qui se Benedictum XIII. cognominabat. Is se magistratu abdicare recusat: licet enim ab Oratoribus regum Franciæ, Angliæ, Scotiæ, Nauarræ, Arragonum, Castellæ, Legionis, Portugalliæ & Algarbiæ admonitus esset, qui omnes illius obedientiæ se subtrahebant, a Sigismundo persistasi, pertinacissime tamen renitebatur. Ob id parato simulachro vestibus & ornamentis ordine spoliato, non sine magna nominis sui contumelia summo sacerdotio deiicitur.*

21) Hoc etiam claris verbis declarat AEN. SYLVIVS *de gestis Concilii Basil. lib. I. pag. 14.* dicens: *unum pro omnibus, ac præ omnibus sufficere debet Constantiensis Concilii testimonium. Eo namque in loco, vbi aduersus Petrum de Luna fertur sententia: de eo his verbis habetur mentio: eaque in generali Concilio locum habere dicuntur. Quibus ex verbis plus illud habemus: quia non solum Papa in correptione fratris ad Concilium remittitur, vbi per se non potest: sed etiam vbi de ipsius Papæ correptione agitur, ad Concilium est recurrendum.* Potissimum vero sessione quarta & quinta hæc conciliorum Auctoritas fuit stabilita. Et dum Clerus Gallicanus Parisiis anno 1683. congregatus, eadem articulo secundo confirmaret, EMANVEL A SCHELSTRATE contra hunc Clerum scripsit Acta Constantiensis Concilii ad expositionem decretorum eius sessionum quartæ & quintæ facientia *Antuerpiæ 1683. 4.* At Cleri Gallicani partes tuetur EDMVNDVS RICHERIVS *Hist. Concil. Gener. lib. II. c. III.* NAVCLERVS vol. II. Gen. XLVIII. p. 1048. *qua quidem authoritate Benedictus, discussa aliquandiu re, 18. die Martii accensis candelis & pulsatis campanis, anathematizatur, reiectisque rationibus eorum qui cum eo sentiebant, pontificatu priuatur, & vt hæreticus ac schismaticus a cunctis habendus declaratur.*

22) HARDT *Tom. IV. p. 1394. 1395. 1417.*

23) GOBELINVS PERSONA æt. VI. c. XCVI. *tandem reformatione concepta, ipsa tamen nondum publicata, processum est ad electionem summi Pontificis. Vnde ex qualibet natione electi sunt viri literatissimi & deuoti 6. qui erant numero 30. qui vna cum Cardinalibus omnibus debebant eligere Papam, & isti sunt ingressi in conclaue: Cardinales quidem numero 21. & cæteri 30. die Lunæ, 8. mensis Nouembris, postquam concilium iam per annos tres integros continuatum fuerat, intrauerunt & XI. die dicti mensis concordes effecti, elegerunt Dominum Oddonem de Columna, nobilem Romanum Cardinalem, qui de obedientia Vrbani sexti descenderat, & appellatus est Martinus V.* Eodem quippe die festum B. Martini celebrauit ecclesia. TRITHEMIVS *ad a. 1417.* NAVCLERVS *vol. II. Gen. XLVIII. p. 1049.* HARDT *Tom. IV. p. 1481.* CVSPINIANVS *p. 396.* LAVR. BYZYNIVS *p. 142.* Extat inter BALVTZII *Miscellanea lib. VII. p. 90.* Narratio de forma & modo electionis factæ de Domino nostro Papa Martino V. in Concilio Constantiensi, qui singula hæc vberius describit, addens: *hic autem modus licet appareret ad electionem habendam valde difficilis, qui tres persona vnius senarii hanc poterant impedire, tamen ideo sic acceptatus fuit, quia Papam sic eligendum reddebant indubium & facile acceptabilem ab omnibus Regibus & nationibus Christianis, ex quo nulla esset natio, quæ ipsum non elegisset in Papam.* Inde personas ad hanc electionem selectas, recenset. In fine ita concludit: *Dominus olim Cardinalis de Columna, ætate quinquagenarius, Martinus V. dictus, eo quod in die beati Martini fuit electus, vir clemens & benignus, simplex & rectus, non intricatus, sed planus, non innitens propria prudentia, sed consilio credens, quantum humana fragilitas nosse sinit, salubriter reget, dum tamen mali consiliarii non decipiant ipsum.* EBERH. WINDECK cap. LV. *In der weile als ich zu Flandern war, wart ein einmutiger babst zu Costentz auf sant Martinus abend zwischen newn und zehen vor mitten tage erwelt, und derselbe babst hies Otte de Colomnna, von den Geschlechte der Sewlen zu Rome, und wart genant Martinus quintus, und Im wart zugegeben, das er der armest, und einfaltigste Cardinal were unter allen cardinalen, die zu Costentz dazumale warent, wie es hernach erging, das findestu hie nach woll, Dornach wart er der allerreichest und der allergutigiste, das man meinte man funde einen burren vol, goldein und duckaten hinter Im da er starb.*

24) HARDT

tionum in Concilio præsentium, Reformationis Collegium Constantiæ adornauit, 24) Cæsari etiam decimas de bonis ecclesiasticis in certis Germaniæ prouinciis pro immensis sumptibus concessit. 25) Hic statim contra Petrum de Luna, eiusdemque Anti-Cardinales, iisdemque adhærentes, excommunicationem fuit minatus, 26) Tempore huius Concilii etiam de pace publica & diuisione Statuum in certas classes fuit actum. 27) De reformatione vero parum fuit actum, 28) sed in penultima sessione XLIV. de futuro pro Ecclesiæ reformatione Concilio, Papiæ celebrando, fuit definitum. 29) Demum per vltimam Sessionem Generalem XLV. die XXI. Aprilis a. 1418. habitam, Concilium hoc, Cæsare licet contradicente, fuit solutum. 30)

§. XV. Ad idem hoc Concilium a Sigismundo Imp. Bohemi vna cum Husso atque Hieronymo Pragensi euocantur. 31) Iste, postquam salui conductus litteras a Sigismundo fuisset adeptus, 32) XV. Octobris a. 1414. iter adgressus, atque in variis Ciuitatibus, Noribergæ potissimum, publicas litteras templorum ianuis adfigi curat, quibus omnes, qui ipsi errorem vel hæresin velint imponere, inuitat, vt ad Concilium veniant, coram quo de sua fide rationem sit redditurus. 33) Die III. Nouembris vna cum Io. de Chlum & Henrico de Latzenbock, quos Bohemiæ Ordines ipsi tanquam Aduocatos adiunxerant, Constantiam Hussus venit, 34) vbi per aliquot hebdomadas securus, 35) demum XXVIII.

24) HARDT *Tom. IV. p. 1492.*

25) Exhibet diploma Papæ desuper concessum vna cum reliquis Actis HARDT *Tom. II. p. XXI. c. I. f. 590.* in qua: *decimam integram vnius anni omnium redituum & prouentuum ecclesiasticorum, in prouinciis, ciuitatibus, diœcesibus, terris, & locis nationis Germanicæ, totius prouinciæ Treuerensis, nec non Basileensis & Leodiensis ciuitatum & diœcesium, sub Romano Imperio consistentium:* Et paullo post: *in subleuationem onerum & expensarum quæ Te præmissorum occasione subire oportuit, & verisimiliter oportebit.* Vid. etiam HARDT *Tomo IV. pag. 1508.*

26) LVDEWIG *Reliquiis Mstorum Tom. V. pag. 422.*

27) Extat apud WENCKERVM *Appar. Archiv. p. 312.* in qua: *Item, das man die Lande in vier deyle alsdann für Zyten auch me gewesen ist; Nemlich daß die Herren und Stende uff dem Rine, zu Elsaß und in der Wederawe gesessen, ein Teyl weren, und einen Häuptman von des Riches vvegen betten. Item, und daß Herren und Stede in dem Lande Svvaben gesessen, auch ein Teyl vveren, &c. Item, und daß Herren und Stetde in dem Lande zu Francken gesessen, auch ein Teyl vveren &c. Item, und daß Herren und Stetde in den Landen zu Doringen zu Missen, uud zu Hessen gesessen, &c. Similiter. Item, und daß der vorgenanten vier Hauptluten iglichen von Herren und Steden zugeben vvurde, ein Recht zu besetzen und zu richten, vvaß sich dann in demselben Teyle verhandeln und verlauffen vvurde.*

28) GOB. PERSONA æt. VI. c. XCVI. *post hoc electi sunt viri literatissimi ex omnibus illis nationibus, qui nomine totius Ecclesiæ reformationem status ecclesiæ ordinarent & conscriberent. Illis autem moram in hoc facientibus orta est seditio inter Regem & nationem Germaniæ parte ex vna, & cæteras nationes parte ex altera: Rege cum suis volente quod priusquam ad electionem summi Pontificis procederetur, fieret reformatio ecclesiæ, tam in capite quam in membris: Cæteris contendentibus ex aduerso, quod prius procederetur ad electionem Papæ, per quem reformatio ecclesiæ esset deducenda ad effectum.*

29) Plenius hæc ex Actis declarat HARDT *Tom. IV. p. 1544.* CVSPINIANVS p. 396. *vt autem mores corrupti vniuersi orbis Christiani emendandi commodiori & tempore & loco castigarentur, decretum fuit, vt a fine concilii Constantiensis ad quinquennium vsque denuo concilium celebraretur: vtque a quinquennali in septennium aliud transferretur, ab hoc in decennium. Ita vt singulis quibusque 10. annis concilium haberetur generale, in loco idoneo: estque Papia vrbs pro primo, Basilea pro secundo concilio designata.* NAVCLERVS *vol. II. Gen. XLVIII. pag. 1052.*

30) Hæc ex Actis plenius HARDT *Tom. IV. p. 1548.* Ea vero quæ sex Tomis Hardtius, ipsa Acta inserendo, magna industria exposuerat, IACOBVS LENFANT nuper demum in Historia Concilii Constantiensis gallico sermone conscripta, & Amstelodami 1714. 4. edita, iusta rerum gestarum serie eodem potissimum fundamento vsus, exposuit. Vtrosque supplet BOVRGEOIS de CHASTENAY *Nouvelle Histoire du Concile de Constance*, potissimum in iis, quæ ad Galliæ faciunt Historiam.

31) AEN. SYLVIVS c. XXXVI. *dum hæc aguntur, generale Concilium apud Constantiam Sueuorum vrbem cogitur: in quo de rebus Bohemicis sermo habitus, Patrum mentes ingenti cura confecit, voluentium animo, quonam modo sanari Prouincia posset. Placuit tandem, Sigismundo Imperatore suadente, Ioannem & Hieronymum ad Synodum euocari, qui tum cæteris eiusdem Regni doctiores, tum populi doctores, ac hæresium Principes habebantur.* LAVR. BYZINIVS p. 127. *Ad hæc veniens in concilium magister Iohannes Hus, sacræ theologiæ Baccalaureus formatus prædicator ad Capellam Bethleem nuncupatum in Praga confirmatus, qui in suis prædicationibus hypocrisim, pompam, auaritiam, luxuriam, simoniam & alia Cleri peccata constanter infestabatur & detegebat pro ipsius cleri statu ad vitam Apostolicam reducendo. Ex quo ab ipso clero pestifero magno est odio habitus.*

32) Extant hæ salui conductus literæ apud HARDTIVM *Tom. IV. p. 12.* in SEYFRIDI *Histor. Hussi §. VI.* LAVR. BYZINIVS c. l. *Anno eodem, sabbato post omnium sanctorum, sub saluo Regis Hungariæ Sigismundi conductu primum in Praga intimationibus & protestationibus publicis factis: quod scilicet coram concilio Constantiensi de sua fide cuilibet paratus sit reddere rationem, venit personaliter.*

33) Hoc ex ipsis Hussi Operibus latius demonstrauit SEYFRIED §. *VII.*

34) HARDT ex Actis *Tom. IV. pag. 11.* SEYFRIED §. *VIII.*

35) HARDT c. l. *ad IV. Nouembris: aduenerat superiori die Constantiam Hus. Proximo itaque hoc die Dominico Hussi Comites Bohemi, Iohannes de Chlum & Henricus Latzembog, ad Papam Iohannem 23. se contulerunt, nunciatum, Iohannem Hus pridie aduenisse. Qui simul Papæ Iohanni significarunt, Cæsarem Sigismundum saluo conductu Husso dato immunitatem ei ab omnibus iniuriis promisisse. Sed & rogarunt, fide salui illius conductus Cæsarei immunis porro in Concilio ope & auxilio Papæ præstaretur. Qui Hussi nuncii perhumaniter a Pontifice Iohanne excepti, hoc a Papa oraculum retulisse feruntur: etiamsi Ioannes Hus fratrem sibi germanum occidisset, se tamen nullo modo commissurum, quantum*

XXVIII. Nouembris 36) custodiæ mancipatus, atque in monasterio Prædicatorum ad Rhenum fuit adseruatus, 37) frustra ob datum saluum conductum protestante Sigismundo, eiusdemque liberationem vrgente, 38) cui responsum fuit. Hæreticis fidem non esse seruandam. Publicis etiam litteris desuper protestabantur Bohemi, Cæsarem petentes, vt e carcere dimitteretur. 39) Hinc ex libris eiusdem, illo potissimum de Ecclesia, multi extrahebantur articuli, quibus Hussi errores comprehenderentur, licet illi multa falso imputarent, vel sensum istius deprauarent, ad quos tamen vt publice responderet, licet quæsitum sæpius, ipsi minime concedebatur. 40) Bohemi demum ab Imp. id impetrarunt, vt ex fœtido isto carcere in Monasterium Franciscanorum captiuus duceretur. 41) Postquam vero Iohannes XXIII. Papa, Constantia aufugisset, misit carceris claues Imp. qui eas Constantiensi Episcopo tradi curauit, qui XXII. Martii Hussum compedibus vinctum in arcem suam Gottleben, trans Rhenum ducendum mandauit. 42) In sessione octaua die V. Iunii 1415. Cardinales in refectorio Monasterii nudorum conuenientes, Hussum neque auditum, neque conuictum condemnare parati erant, protestantibus tamen desuper Iohanne de Chlum & Wenceslao de Duba, tantum obtinuerunt, vt Sigismundus, per Ludouicum Palatinum & Fridericum Brandenburgicum Marchionem illis adnuntiari iuberet, vt Hussum prius audirent, qui adductus quidem, ipsique errores fuerunt propositi, sed dum sese excusare vellet atque defendere, multo clamore fuit impeditus. 43) Die VII. & VIII. Iunii Sigismundo & toto Concilio præsente, cum Husso denuo fuit actum, XXXIIX. articuli ipsi fuerunt obiecti, quos partim reiecit, partim etiam tanquam suos defendit, licet & tunc sæpe clamoribus fuerit impeditus. 44) Et dum, quod postulabant, nollet reuocare, in carcerem ex mandato Episcopi Rigensis fuit reductus, vbi varii Episcopi & Doctores eundem visitantes, vt reuocaret, eundem hortati, constans tamen mansit, nec ab adgnita semel voluntate voluit recedere. 45)

§. XVI. Sæpius igitur inuitatus licet Hussus vt reuocaret, tandem VI. Iulii 1415. in sessione XV. in templo cathedrali congregatum ad concilium denuo conuocatus, ipsius libri & doctrina, ipseque ad mortem fuit condemnatus, 46) obiiciente licet ipso Sigismundo concessum saluum conductum, hoc desuper erubescente. 47) Inde depositus fuit per quatuor Episcopos quatuor nationum, vestibus sacerdotalibus exutus, aliis fuit indutus, forfice rasura capitis ad speciem crucis in quatuor partes scissa, corona ex papyro facta ad speciem pyramidis fastigiata, in qua tres diaboli depicti fuerunt, imposita, inde-

que

tum in ipso situm esset, vt aliqua ei fiat iniuria, quamdiu Constantiæ esset.

36) HARDT *Tom. IV. pag. 21.* SEYFRIED *§. VIII.* NAVCLERVS equidem *vol. II. Gen. XLVIII. p. 1045.* auctor est, quasi aufugere parasset Hussus, sed confudisse ipsum videtur cum Hieronymo Pragensi.

37) Die 28. Nouembris in cubiculo palatii Papalis fuit conclusus, hinc in domum cuiusdam Canonici captiuus fuit ductus, postea vero 3. Ianuarii 1415. in monasterium Prædicatorum fuit abductus, HARDT *Tom. IV. p. 22. 33.* SEYFRIED *§. IX.* BYZYNIVS *c. l.*

38) Quare etiam socius ipsius Chlumæus in vigilia Natiuitatis Christi, cum Cæsar esset in vicinia, altero die Constantiam ingressurus, dolorem suum atque detentionis iniustitiam publico docuit programmate, templis Constantiensibus adfixo, quod reperitur apud HARDTIVM *Tomo IV. p. 25.* SEYFRIDVM *§. IX.*

39) Extant hæ litteræ apud HARDTIVM Tom. IV. p. 32. in quibus: *in cuius rei testimonium annata nobis sigilla apposuimus, Cæsaream M. T. orantes, Husium, quem diximus, eo clementer fauore prosequatur, vt e carcere emissus vinculisque liber publice audiatur, ne inauditus falso aduersariorum suorum testimonio calumniisque, summa nostra, nostra inquam, Bohemorum ignominia opprimatur.*

40) Errores ex eiusdem scriptis extractos recenset SEYFRIED *§. IX. p. 61.* WINDECK c. LXIX. hos errores ita describit: *Also wart do maister Husse vorboret, und gab do maister Husse fur zu dem Ersten, das die Pfaffheit ungerecht were mit hoffart, geitigkait, und unkewschait, und uberflußige pfrunde und gulte, die In unzimlich were zu haben, das was an im selber also, dobei wer er wol bestanden, Er wolte aber dorin das heilige sacrament und ander vil stucke, die nit zu schriben sint, mengen, und das kam alles von hasses und neides wegen.* Alia ipsi imputata recenset BYZINIVS *p. 128.*

41) HARDT *Tom. IV. p. 47.*

42) HARDT *p. 46.* SEYFRIED *p. 65.*

43) Hæc ex actis latius demonstrauit HARDT *Tom. IV. p. 306.* SEYFRIED *§. V.*

44) HARDT *Tom. IV. p. 308. sqq.* qui etiam XXVI. articulos ex ipsius libris de Ecclesia, VII. articulos ex ipsius libro contra Stephanum Palez & VI. articulos ex libro contra Stanislaum de Snoima excerptos exhibet. Sic etiam Husso & Hieronymo imputatos errores recenset THEOD. VRIE *lib. II. dist. XII.* SEYFRIED *§. XI. XII.* Hos autem articulos Husso obiectos in compendio exhibet GOB. PERSONA *at. VI. c. XCV.*

45) SEYFRIED *§. XIII.*

46) Hæc ex publicis Actis latius demonstrauit HARDT *Tom. IV. p. 389.* THEOD. VRIE *lib. III. dist. III.* THEOD. de NIEM lib. III. c. II. *hic etiam nuper scilicet VI. die mensis Iulii prædicti fuit per dictum concilium condemnatus, degradatus, & traditus curiæ seculari, & demum igne combustus est, quidam pertinacissimus hæresiarcha, natione Bohemus vocatus Ioannes Huss, magister in artibus, & in sacra Theologia: non obstante, quod sub saluo conductu dicti Dni Regis Romanorum de Boemia huc venisset, & ipso Dn. rege tunc etiam hic præsente. Quia dictum concilium, quod sic ipse Ioannes Huss condemnandus foret, conuictus, nec errores suos volens reuocare, per longum processum præhabitum determinauit & conclusit.* LAVR. BYZYNIVS p. 135.

47) HARDT ex DACHERIO *Tom. IV. p. 393.* inducit Hussum loquentem: *ac ob eam caussam veni in hoc Concilium liber, fide publica accepta ab Imperatore, qui præsto adest, me ab omni vi tutum fore, vt innocentiam meam testarer, & vnicuique poscenti rationem meæ fidei redderem. Hæc cum loqueretur, oculos in Imperatorem defixos habuit. Ille*

vero

que seculari potestati fuit traditus, atque in locum supplicii ante portam, versus arcem Gottlebianam ductus. Ad rogum iamdum cum esset adligatus, Ludouicus Palatinus, vna cum Mareschallo de Pappenheim adequitantes, ipsum denuo inuitabant, vt doctrinam suam reuocaret, sed cum publice protestaretur, se minime docuisse ea, quæ per falsos testes ipsi essent imputata, rogus accensus fuit, 48) inter hæc Hussus mira constantia inter preces & hymnos, cantando Symbolum Nicenum, flamma fumoque cito fuit extinctus. 49) Ante mortem dixisse fertur: *hodie anserem vritis, sed ex meis cineribus nascetur cygnus, quem non assare poteritis.* 50) Cineres ipsius ne raperentur a Bohemis, in Rhenum fuerunt proiecti, qui tamen ex eo solo terram abstulerunt, in quo ignis fuit, eandemque veluti sacram secum attulerunt in patriam. 51) Iidemque Hussi condemnationem tanquam contra Ius diuinum & Gentium factam publicis scriptis fuerunt detestati. 52) Ipso etiam Imp. hanc combustionem non adprobante. 53)

§. XVIII.

vero statim vehementer erubuit, atque eius verecundus tinxerat ora rubor.

48) Hæc ex actis latius exponit HARDT *Tom. IV. p. 447.* SEYFRIED *§. XII.*

49) Egregium constantiæ testimonium ipsi & Pragensi tribuit AEN. SYLVIVS c. XXXVI. *lata est in consessu Patrum aduersus contumaces sententia: cremandos esse, qui doctrinam Ecclesiæ respuerent. Prior igitur Ioannes combustus est, Hieronymus diu postea in vinculis habitus quum resipiscere nollet, pari supplicio affectus. Pertulerunt ambo constanti animo necem, & quasi ad epulas inuitati ad incendium properarunt, nullam admittentes vocem, quæ miseri animi posset facere indicium. Vbi ardere cœperunt, hymnum cecinere, quem vix flamma & fragor ignis intercipere potuit. Nemo Philosophorum tam forti animo mortem pertulisse traditur, quam isti incendium.* Sequitur pro more NAVCLERVS *vol. II. Gen. XLVIII. pag. 1045.* ANT. BONFINIVS rer. Vng. dec. III. lib. II. p. 278. *vterque* (Hussius & Hieronymus) *inaudita animi fortitudine ad rogum abierunt, nullaque miserabilis vox audita est.* GOBELINVS PERSONA *at. VI. c. XCV.* TRITHEMIVS *ad a. 1415.* LAVR. BYZYNIVS *Diario Belli Hussitici p. 135. Item Sabbato in octaua Petri & Pauli apostolorum, alias die sexta mensis Iulii Magister Iohannes Hus, sacre Theologia Baccalaureus formatus vir vita & moribus clarus, ac fidelis euangelii Christi predicator, ad falsam testium depositionem & magistri Stephani Paletz Doctoris Theologia, ac Michaelis de causis plebanis sancti Adalberti de noua ciuitate Pragensi ex parte cleri Boemia assiduam instigationem, regis quoque Vngaria Sigismundi suggestionem, nulla sibi debita, pro sua innocentia expurgatione, prastita audientia, per Concilium Constantiense in mortem est sententiatus & inique condemnatus. Quem ab officio sacerdotali in publica ipsius concilii sessione degradatum spirituali, brachio tradunt & assignant seculari; a quo ex ciuitate Constandiensi reductus, in prato quodam columna, in modum asseris spisi facta, ac terra infixa catenis ac funibus alligatus & fasciculis stramenum ac lignorum circumseptus Christum filii Dei viui miserere nobis late decantando, ignis est consumptus voragine. Post cuius incinerationem ne reliquia ipsius super terram remanerent, etiam cinis ipse in flumen Rheni ibidem de vicinio fluens Boemorum in contemtum, est proiectus.* THEOBALDVS *c. XX.* Addi potest CHRISTOPHORI WALBVRGERI *Hussus combustus non conuictus.* ANONYMI *die in Hussen bekriegte doch unbesiegte Warheit.*

50) Nulla equidem hoc firma nititur auctoritate. Recentiorum multi hoc ipsi tribuunt, inter quos LVTHERVS *in explic. c. XI. Danielis v. 40.* aliique ZACH. THEOBALDVS *c. XXV.* idem adducens, addit: *si modo & ipsum suum, atque ita ab ipso enunciatum sit, de quo non contendo.* IO. STVMPFIVS vero *in descriptione Concilii Constantiensis pag. 133.* hæc tribuit Hieronymo Pragensi. Ansam hoc dedit singulari epistolæ, quam IO. GEORGIVS BERTRAMVS, Harburgensium antistes, ad Polycarpum Lyserum desuper scripsit.

51) Verba sunt AEN. SYLVII *cap. XXXVI.* THEOD. VRIE lib. VI. dist. XI. *& ne illi, qui de sua secta illi adhaeserunt, reliquias de suo corpore aut vestibus tollerent, cineres tam corporis maledicti, quam vestium damnati collecti in medium Rheni sunt proiecti.* BONFINIVS *dec. III. lib. II. pag. 278.* THEOD. VRIE lib. VII. dist. III. *asseritur veridicorum sermonibus, qui id non solum audierunt, sed & vidisse se aiunt, Ioannem Hus, quem sacra Constantiensis Synodus purum damnauit hæreticum, pro martyre depictum in solenni ciuitate Pragensi. Et tanquam pro fide certauerit, iustum & sanctum illum vitum consecrarunt, opinantes, eundem inter sacrorum numerum Deorum feliciter ac gloriose collocatum.* THEOBALDVS c. XXV.

52) THEOD. de NIEM lib. III. c. XII. *eadem die venit huc de Boemia quidam familiaris predicti Hieronymi Boemi, apportans de regno Boemie, quandam literam patentem scriptam, & 400. & 50. duobus sigillis sigillatam & totidem Boemorum, inter quos sunt plures Barones ac milites & militares, nec non armigeri populares & plebeii, qui omnes vnanimiter erant & sunt de secta quondam Ioannis Huss etiam Boemi & archihæretici, hic propterea alias combusti. In qua quidem litera reprehenderunt hoc sacrum concilium de hoc, quod dictus Ioannes, auctorizante prafato concilio, & eo nolente suos errores abnegare, taliter iudicatus & punitus fuit. Aperientes, quod ipse erat vir sanctus & iustus, nec similis sibi reperiatur in bonitate & sanctitate: quodque per hoc dictum concilium peccauit & malefecit, & propterea ipsi noluerint nec velint adhaerere & obedire.* Exhibet hæc scripta SEYFRIED *§. XV.* & HARDT *Tom. IV. pag. 495.* Has litteras ex Msto Bibliothecæ Oxoniensis sigillatim sub titulo *Protestatio Bohemorum* exhibuit IO. HENRICVS LÖDERVS, *Lipsiæ 1712. 4. Datum Praga anno Domini 1415. die secundo Mensis Septembris in pleno Concilio Magnatum, Baronum, Procerum & Nobilium Regni Bohemie Marchionatus Morauia, nostrorum sub appensione Sigillorum.* Licet Löderus saltim 99. Sigilla numeret.

53) NAVCLERVS vol. II. Gen. XLVIII. *incinerationem Iohannis Hus, & Hieronymi ferunt Imperatorem non aquo animo tulisse, propter saluum conductum eis datum. Respondit ei sacrosancta Synodus, eum argui non posse de fide mentita. Quia Concilium ipsum non dederat ei saluum conductum: Et Concilium maius est Imperatore: & ideo non potuisse contra voluntatem Concilii id concedere, pracipue in factis fidei. Cui determinationi vt bonus filius Ecclesia acquieuit.* HARDT *Tom. IV. p. 396. 522.* LAVR. BYZYNIVS *p. 136.* Quare etiam in ipso hoc concilio XXIII. Septembris violatio huius salui conductus fuit excusata, atque decretum, quod non obstante saluo conductu, in hæreticam prauitatem possit inquiri.

(54 HARDT

§. XVII. Idem cum Husso fatum expertus fuit Hieronymus Pragensis. Hic audita Hussi captiuitate, Bohemorum hortatu & iussu, IV. Aprilis 1415. Constantiam venit, Husso, quam posset, opem laturus. 54) Verum, sibi metuens, Vberlingam, Constantiae vicinam, iterum confugiens, saluum conductum publico scripto petit. 55) Hunc, dum non statim impetraret, in Bohemiam rediit. 56) Verum, citatus ille prima vice XVIII. Aprilis, 57) atque in reditu Hirsauiae captus, Ioannis Comitis Palatini manibus fuit traditus, indeque Sultzbachium ductus. 58) Postea XXIII. Maii catenis vinctus, Constantiam ad Concilium in domum Ludouici Palatini fuit deductus, 59) atque XXIII. Maii a. 1415. primum publice examinatus. 60) Saepius igitur per Concilium ad recantandum inuitatus, metu supplicii ac spe euadendi tandem consensit, formula a se conscripta, ac in solenni congregatione XI. Septembris praelecta, 61) postea vero XXIII. Septembri Io. Wiclefi & Io. Hussi articulos publice & maiori cum solennitate abiurauit. 62) Reductus tamen in carcerem fuit sed laxiorem. 63) Dum vero postea suspectus fieret, caussa ipsius in concilio coram constitutis commissariis denuo fuit examinata, atque dum eundem factae reuocationis atque abiurationis poeniteret, lata contra eundem XXX. Maii a. 1416. mortis sententia 64) eodemque die, eodem quo Hussus loco pileo tectus papyraceo, rubris circumpicto daemonibus 65) spectante ingenti hominum turba fuit combustus, mortem aeque mira constantia sustinens. 66)

§. XVIII.

54) HARDT *Tom. IV. p. 93.*

55) Publicum eiusdem scriptum exhibet HARDT *Tom. IV. p. 103.*

56) HARDT *Tom. IV. p. 105.*

57) HARDT *Tom. IV. p. 135.*

58) HARDT *Tom. IV. p. 144.*

59) TRITHEMIVS *ad a. 1415.* HARDT *Tom. IV. p. 215.* LAVR. BYZINIVS *p. 132. 137.*

60) HARDT *Tom. IV. p. 216.*

61) THEOD. VRIE *lib. VI. dist. XII.* de Hieronymo Pragensi dicens: *hic tamen quanquam tantorum patrator malorum resipiscebat nuperrime, XI. die mensis Septembris se paratum exhibens, sancta semper obedire Romana Ecclesia, atque sacro generali Concilio, quod vniuersalem Ecclesiam repraesentat. Hinc & praefatas omnes reuocauit haereses & errores.* Sequitur inde formula reuocationis ab ipso factae. THEOD. de NIEM vero *lib. III. c. VIII.* ad diem proximum refert, dicens: *die XII. mensis Septembris dictus Hieronymus de Boëmia, qui fuit de haeresi Iohannis Huss suspectus, & propterea diu in carceribus Constantiae detentus, hora vesperarum, coram Nationibus in ecclesia maiori Constantiae excusauit se de haeresi, & in scriptis recognouit, se credere & tenere, quicquid doceret & teneret sancta & Romana ecclesia, & submisit se Concilio Constantiensi.* Plenius HARDT *Tom. IV. p. 497.* qui etiam diem XI. Septembris satis vindicat.

62) Haec ex Actis HARDT *Tom. IV. pag. 499.* plenius demonstrat.

63) HARDT *Tom. IV. p. 532.*

64) HARDT *Tom. IV. p. 763.* ex Codice Msto Dorriano Vindobonensi: *Sessio XXI. in ordine, in qua condemnatus & victus fuit M. Hieronymus An. Dni MCCCCXVI. penultima d. mensis Maii, in sessione publica conuictus & condemnatus fuit M. Hieronymus de Praga de haeresi Wicleff & Iohannis Huss, ex propria confessione. Et eadem die combustus Constantiae ante prandium, hora X. vel quasi. Quia prius abiurauerat articulos Wicleff & Hussi sponte & libere & confessus fuit publice eos erroneos & falsos, hodie propria temeritate sponte & libere dixit se periurum, & nunquam sibi cordi fuisse illos abiurare, sed pro nunc fatetur eos fore veros, & dictos, VVicleff & Hussonem fuisse viros sanctos, iustos & rectos &c. Et omnem reuocationem, quam fecit anno proxime praeterito, d. XXIII. mensis Septembris in sessione publica, hic reuocauit, & apostatauit, recidiuauit &c. vt in collatione facta per Dominum Laudensem in eius condemnatione plene continetur.* Idem dicit THEOD. VRIE *lib. III. dist. IV.* TRITHEMIVS *ad a. 1415.* HARDT *Tom. IV. p. 763.*

65) Hunc ex veteri auctore vitae eius sic describit HARDT Tom. IV. p. 764. *sententia contra eum lata in conspectu eius & finita, magnus & longus pileus de papyro, rubeis circumpictus daemonibus, fuit ei apportatus. Quem videns, proiecto caputio inter praelatos in terram, accepit, & capiti suo eum imposuit, dicens: Dominus noster Iesus Christus pro me misero moriturus, habuit spineam coronam in capite suo. Ego autem loco illius coronae pro eius amore istum pileum volo libenti animo portare.*

66) Supplicium Hieronymi verbis veteris historici ipsi concilio praesentis describit HARDT *Tom. IV. p. 770.* Ipsi aduersarii, licet haereseos eum inculpent, mirae tamen constantiae testimonium ipsi praebent: Sic enim THEOD. de NIEM lib. III. c. XXXIV. *& tandem ipse Ieronymus dignus digna recipiens, hic finaliter condemnatus de haeresi, & etiam curiae seculari traditus. Et ipso die, qui fuit Sabbatum, XXX. mensis Maii, hora 10. spiritum, igne combustus miser efflauit. Et dum ligatus duceretur ad mortem, cantauit publice Symbolum, scillicet: Credo in vnum Deum &c. licet tarde & continue loquebatur, quousque decessit, seu os ad loquendum potuit aperire obstinatissimus, in praedictis suis erroribus, in vita & in morte, praesumtione diabolica & damnabili perseuerans.* THEOD. VRIE lib. VIII. dist. III. *& assumtus est, vt ad ignem probandus accederet, cantans in via: Christi virgo dulcissima, vsque ad finem. Miserabilis igitur homo ille miserabiliter incedens omnibus erat miserandus, eo demto, quod sui ipsius noluerit misereri. Ductus itaque ad ignis incendium vestibus suis spoliatus est, & ad ignem applicatus. Cumque iam nudus staret flammis circumdatus, & aestuantibus lignis caleret, canere caepit: In manus tuas Domine, commendo spiritum meum: Et dum, redemisti nos diceret, fumus flamminosus infelicem extraxit animam.* Idem dicit GOBEL. PERSONA *at. VI. c. XCV.* ERDMANNVS *in Chron. Osnabrug.* apud MEIBOMIVM *Tom. II. f. 243. &* CHRON. MAGDEBVRG. *f. 353.* Eandem constantiam Hieronymi laudat AEN. SYLVIVS *c. XXXV.* Extat etiam epistola POGGII in supplicio praesentis, ad Leonardum Aretinum, in fasciculo rerum expetendarum ac fugiendarum *f. 152.* & HARDTIVM *Tom. III. p. 64.* in qua: *vox eius suauis, aperta, resonans erat: quadam cum dignitate gestus oratorius, vel ad indignationem exprimendam, vel ad commouendam commiserationem; quam tamen nec postulabat, nec consequi cupiebat. Stabat impauidus; intrepidus: mortem non contemnens solum, sed appetens, vt alterum Catonem dixisses. O virum dignum memoria hominum sempiterna.* Et paullo post: *nullus vnquam Stoicorum fuit tam constanti animo, tam forti mortem perpessus, quam iste appetisse videtur. Cum venisset ad locum mortis, se ipsum exuit vestimentis. Tum procumbens, flexis genibus veneratus est palum, ad quem*

 ligatus

§. XVIII. Finito concilio, Huſſitisque condemnatis, multi animorum motus in Boemia. Huſſitæ enim in monte Thabor, quinto ab vrbe Praga lapide, conuenientes, de nouo Rege creando deliberant, qui ab ipſorum ſacris haut eſſet alienus. Accedebant ipſis Nobiles, oritur tumultus in vrbe, Curia diripitur, Senatores iugulantur. 67) Inter has turbas moriebatur a. 1418. Wenceslaus. Ioannes Ziska igitur, quod monoculum notat, nobilis genere, ex loco, cui Trosnouia nomen, cenſu tenui, in curia Regis a puero enutritus, & bellis exercitatus, 68) collecta hominum multitudine, in monaſteria impetum facit, ſimulacra ſanctorum frangit, Monaſterium Carthuſianorum Pragæ vicinum inuadit, atque direptum incendit. Inde Viſſegradenſem arcem occupat. 69) Sigismundus, licet a Sophia Wenceslai vidua in regnum eſſet euocatus, in Turcas tamen arma prius mouet, verum hoc ipſo Bohemiam fere amiſit, Hungariam non defendit. Tandem pars decliuior Pragæ minoris poſt diuerſos conflictus in Huſſitarum venit poteſtatem. 70) Hoc rerum ſtatu, Legati Sigismundi ſuperuenerunt, qui regni gubernationem accipientes, cum ciuitate Pragenſi quadrimeſtres fecerunt inducias, ea lege, vt arce Viſſegradenſi reddita, liceret ciuibus ad Sigismundum oratores mittere, deque re ſua cum eo transigere, Zisca Pelzinam, Pieſtam, & alia quæ occupauerat loca, reſtitueret. Conditionibus acceptis atque completis, quietior reddita fuit Ciuitas. Hinc ad feſtum Natiuitatis Dominicæ, Brunnam, quod Morauiæ eſt oppidum, conuentum indicit, ibique Pragenſibus veniam petentibus, ea lege pepercit, vt catenas & repagula tota ex vrbe deponerent, ſuosque magiſtratus acciperent. Nec dubium videbatur, quin tota Bohemia fuiſſet compoſita, ſi ex Brunna Sigismundus ſtatim ſe Pragam contuliſſet. Sed diuertit ille Vratislauiam, quo in loco populus vrbanus paullo ante conſulem a Wenceslao conſtitutum, per ſeditionem obtruncauerat, cuius ſceleris auctores ſecuri percuti iuſſerat. Quod vbi Pragæ fuit renunciatum, diffiſi de venia ciues, exemplum Vratislauienſium veriti, manifeſto deſciuerunt, & adlecto præmiis Cenchone, qui arci Pragenſi præerat, in totum regnum litteras dederunt, ne quispiam Sigismundo aditum præberet, qui Dalmaticæ linguæ hoſtis eſſet, nec alia cura teneretur, quam regni perdendi, qui Marchiam nouam, antiquam Prutenorum prouinciam, Teutonico Ordini pignoris iure obligaſſet, Brandenburgenſem autem a corona Bohemica alienaſſet, Iohannem ac Hieronymum in Conſtantienſi concilio cremari non ſolum permiſiſſet, verum etiam procuraſſet: dogmata fidei quæ ipſi ſequerentur, totis conatibus impugnaret. 71)

§. XIX. Ziska igitur, relicta ex fœdere Pelzina, Auſcam petit, oppidum ad Luſinitium amnem in ripa ſitum, ad quam ſingulari ſtratagemate a. 1420. primam contra Sigismundum & Germanos obtinuit victoriam. 72) Inde nouam ciuitatem ad eundem amnem in monte condit, eandemque firmiſſime munit, Tabor dictam, ex quo comites eius Thaboritæ fuerunt adpellati. 73) Sigismundus interea a. 1420. conuocatis Sileſiæ Ducibus, ingreſſus Bohemiam, Grecium, exinde Cuthnam infeſto exercitu petit. Cenchonem, vt arcem Pragenſem ſibi reddat, magnis ſponſionibus adlicit. Pragenſes igitur Ziskam accerſunt, qui cum Thaboritis nihil moratus, vrbem accepit in poteſtatem. His primum ſtudium fuit arcem oppugnare, locus ipſe natura munitus, non aliter quam fame vinci poſſe apparebat. Clauſus aditus, ne quid commeatus importaretur. Sigismundus ferro iter aperuit, obſeſſisque neceſſaria præbuit: nec diu poſtea ciuitatem ipſam, accerſitis ex Imperio auxiliis, obſidere decreuit. Fuerunt in caſtris eius Saxoniæ Duces, Marchionesque Brandenburgenſes, & gener eius Albertus, Auſtriæ Princeps. Oppugnata eſt ci-

ligatus fuit. Primum funibus madentibus, tum catena, nudus ad palum constrictus fuit: ligna deinde circumposita, pectus tenus non minuscula, sed grossa, paleis interiectis. Cum flamma adhibita, canere cœpit hymnum quendam, quem fumus & ignis vix interrupit. Hoc maximum constantis animi signum: cum lictor ignem post tergum (ne id videret) iniicere vellet, huc (inquit) accede, & in conspectu accende ignem. Si enim illum timuissem, numquam ad hunc locum (quem fugiendi facultas erat) accessissem. Hoc modo vir (præter fidem) egregius, consumptus est. Vidi hunc exitum, singulos actus perspexi. LAVR. BYZYNIVS *p. 157.*

67) DVBRAVIVS *lib. XXIV. pag. 624.* AEN. SYLVIVS *hist. Bohem. c. XXXVI.* TRITHEMIVS *ad a. 1419.* LAVR. BYZYNIVS *p. 142.*

68) Sic eum deſcribit AEN. SYLVIVS *cap. XXXVIII.* DVBRAVIVS *lib. XXIII. p. 126.*

69) AEN. SYLVIVS *cap. XXXVIII.* DVBRAVIVS *lib. XXIV. ineunte.* GERH. A ROO *lib. IV. pag. 146.*

70) AEN. SYLVIVS *c. l.* BONFINIVS *dec. III. lib. II. p. 278.* Hæc in LAVR. BYZYNII *Diario Belli Husſitici a pag. 145. & ſqq.* vberius deſcribuntur.

71) AEN. SYLVIVS *cap. XXXIX.* quem pro more ſequitur NAVCLERVS *vol. II. Gen. XLVIII. p. 1082.* DVBRAVIVS *lib. XXIV. pag. 633. ſqq.* CVSPINIANVS *pag. 396.*

72) AEN. SYLVIVS c. XL. *Zisca dum hæc aguntur, relicta ex fœdere Pelzina, bis à fidelibus inuasus, bis versutiis vsus, ex pene victo victor euasit. Erant aspera loca, in quibus pugnare oportuit, hostes in equis, milites sui omnes pedites: nec certamen committi nisi pedestre potuit. Vt ergo desilierent ab equis aduersarii, mulieres quæ de more suum exercitum sequebantur, proiicere pepla in terram iussit, quibus implicati per calcaria equites, prius extincti sunt, quam pedes expedire valerent.* De hac expeditione agit etiam TRITHEMIVS *ad an. 1420.* DVBRAVIVS *lib. XXVI. p. 680.* ZACH. THEOBALDVS *bello Husſitico cap. XXXII. XXXIII.* DVBRAVIVS *lib. XXIV. p. 637.*

73) De Thaboritarum origine plenius LAVRENTIVS BYZYNIVS *pag. 187.* & CZECHOROD *lib. IV. c. IV.*

74) AEN.

est ciuitas per sex hebdomades.74) Ipse vero Sigismundus in æde Metropolitana, quæ in arce sita est, a Conrado Archiepiscopo die dominica S. Panthaleonis d. 27. Iulii in regem a. 1420. fuit coronatus. 75) Dum autem Sigismundus, copiis licet longe superior, in variis tamen conflictibus factus fuisset inferior, dimissa obsidione Cuthnam se recepit. Hinc plurima monasteria & nobiles Ecclesiæ vno impetu in ciuitate fuerunt disiectæ. Orta dissensione, iurgioque sensim obrepente, Zisca cum suis abiit, & ad Thaboritas reuersus, multa loca expugnauit. 76)

§. XX. Inde Bohemi, Zisca duce, variis conflictibus superiores, Sigismundum omni Bohemia fugant, Veronam, Brodam Teutonicam, Cuthnam, aliasque vrbes in potestatem accipiunt. Post hæc, Sigismundus Principibus Electoribus diem statuit, vt in celebritate diui Bartholomæi ad Occidentalem plagam Bohemiam cum copiis ingrederentur, ipse ad Orientale latus cum Hungarorum exercitu aggressurus. Venere igitur altera expeditione a. 1421. Moguntinus Archiepiscopus, Comes Palatinus Rheni, Saxoniæ Duces, Marchio Brandenburgensis, & plurimi ex Alemannia Pontifices, cæteri suos misere. Item XXX. Iunii, quæ erat dies dominica proxima post Petri Apostoli. Rex Hungariæ Sigismundus cum exercitu valido, tam Bohemorum quam exterorum multorum variarumque nationum castro Pragensi appropinquauit. Infra Missarum ergo solennia, ipse cum aliquibus potioribus in castrum Pragense a clero processionaliter, pulsatis magnis campanis cum hymnis & canticis solenniter excipitur. Exercitu ipsius tentoria seu tabernacula in planicie camporum, inter Bruskam & Owenecz ac hortum ferarum sitorum, extendente, ad expugnandam Pragam, velut hæreticam ciuitatem, propter Calicis sacri communionem & aliam euangelicam veritatem. Ad hunc itaque camporum locum gentes multæ & variæ propter cruciatam, propere contra Bohemos, præsertim communionem calicis zelantes, inique erectam, de die in diem confluebant, de diuersis mundi regnis, ducatibus, prouinciis, districtibus, pro expugnanda inclyta & magnifica ciuitate Pragensi ac sic calicis communione annullanda ac cassanda, per hoc indulgentias a pœna & culpa obtinere se sperantes, quod spirituales ipsis, licet false promittebant, ad destruendum fideles Bohemos vtriusque sexus multipliciter animando. In hoc ergo exercitu, cuius multitudo vltra quam ad centum quinquaginta Millia armatorum se extendebat, erant Archiepiscopi, episcopi, patriarcha Aquilegiensis, doctores diuersi, ceterique prælati spirituales, duces & principes sæculares, numero fere XL. marchiones, Comites, barones & nobiles multi, milites, clientes, ciues diuersarum ciuitatum & rustici, totam planitiem camporum præmissorum occupando & tentoria seu tabernacula sumptuosa, in similitudinem trium magnarum ciuitatum ordinando. 77) Castra metati ad oppidum Sozium, munitissimum locum expugnare non potuere. Vastatus est vndique per circuitum ager, continuata obsidio ad festum vsque sancti Galli: tumque soluta, quum Sigismundus ad promissum diem non adesset. Ille autem collecto ex Hungaris, Australibus ac Morauis exercitu, circa solennia Dominicæ Natiuitatis Bohemiam intrauit, & aliquot oppida vi cepit, Cuthnenses per deditionem accepit. Sed, irruente in ipsum Zisca quamuis cœco, pauidus trepidusque multis ex suis interfectis Nobilibus, & amissis impedimentis effugit. Zisca vnius diei itinere Imperatorem secutus magna fugientium præda est ditatus. 78) Post diem Margarethæ a. 1421. Praga iterum a Sigismundo fuit tentata, verum ab Hussitis liberata. 79) Postquam igitur prout dictum, Sigismundus in castro Pragensi præsentibus non omnibus baronibus nec scabinis Pragensibus, in Regem Bohemiæ fuisset coronatus, 80), atque anno 1422. Imp. in Comitiis Noribergensibus auxilia fuissent promissa, ad

74) AEN. SYLVIVS c. *XLII.* DVBRAVIVS *p. 647.* THEOBALDVS *cap. XXXVII. XXXVIII.* WINDECK *cap. LXX. LXXI.*

75) AEN. SYLVIVS *c. l.* DVBRAVIVS *libro XXIV. exeunte*, vtrique tamen annum saltim indicant. Diem vero indicat BONFINIVS *dec. III. lib. III. p. 280.* CHRON. MAGDEBVRGICVM apud MEIBOMIVM *Tom. II. p. 353. item anno Domini 1420. die Dominica Panthaleonis vacante regno Bohemiæ, per mortem Regis Wenceslai, Dominus Sigismundus Romanorum, Vngariæ, Dalmatiæ, Croaciæ Rex, Marchio Brandenburgensis & Lutzburgensis, fecit se in Regem Bohemiæ coronari in castro Pragense per Archiepiscopum Pragensem & a Baronibus & nobilibus regni Bohemiæ. Incidit autem in XXVII. Iulii.* CVSPINIANVS *p. 396.* WINDECK c. LXXI. *Also wart der Konig gecronet, zu sant Wenzlaw in gegenwertigkeit zweyer marggraffn von Meissen, zweyer Herzog von Paiern, des Herzogen von Osterrich, funff Herzogen aus der Slesien, drey Herren von Vngern, und ander vil grossen herren, rittern und Knechte, der ane zal vil do was, do log der Konig vor und nach wol zehen wochen zu felde und schiden do voneynander yglicher sein strosse do er hie gehort* CZECHOROD *lib. IV. c. IV. V.* qui has Hussitarum expeditiones vberius refert.

76) AEN. SYLVIVS *cap. XLII.*

77) Verba sunt LAVRENTII BYZYNII *Diario belli Hussitici p. 167.* qui addit: *ibi diuersarum nationum fuere tribus & lingua, Bohemi & Morauí, Hungari & Croati, Dalmati & Bulgari, Walachi & Siculi, Cuni, Iasi, Ruteni, Rasi, Slaui, Pruteni, Sueui, Turingi, Styrii, Misnenses, Bauari, Australes, Franci, Francones, Angli, Brabanti, Vestphali, Holandi, Heluetii, Lusatii, Silesii, Carinthii, Arragonii, Hispani, Poloni, Teutonici de Rheno & alii quamplurimi.*

78) AEN. SYLVIVS *cap. XLIV.* CVSPINIANVS *p. 397.* TRITHEMIVS *ad a. 1421.*

79) LAVR. BYZYNIVS *Diario B. Hussitici pag. 171.*

80) LAVRENTIVS BYZYNIVS *Diario belli Hussitici p. 181.* qui addit: *facitque ibidem multos nouos milites, nullum penitus actum militarem prius pro communi bono ostendentes. Et a vulgo non veri, sed depicti milites sunt nuncupati.*

 81) WIN-

ſa, ad eandemque expeditionem collecta publica & quantum quisque militum præſtare teneatur, decretum, quæ prima videtur eſſe matricula 81) atque Brandenburgico Marchioni vexillum a Papa benedictum, demandatum, conſtituto Conrado Moguntino Vicario Imperii 82) tertia expeditio fuit ſuſcepta, verum etiam infelix. 83)

§. XXI. Dum igitur contra Ziscam aperto Marte nihil proficeret Sigismundus, clam eum ſibi conciliare tentauit, gubernationem ipſi totius Regni, militiæ quoque ducatum, & ingens auri pondus quotannis promittens, ſi ipſum Regem nominaret, & in verba ſua ciuitates iurare cogeret. 84) Sunt equidem, qui conditionibus hiſce Ziskam adnuiſſe ſcribunt, 85) contrarium tamen ex eo patet, quod Sigismundum ad mortem vsque armis ſuis infeſtauerit, Priscouiam etiam caſtrum obſidens, 86) peſte tangebatur, atque die Mercurii poſt S. Galli 1424. moriebatur. Ferunt illum, cum ægrotaret, interrogatum, quonam loco mortuus vellet ſepeliri, iuſſiſſe cadaueri ſuo pellem adimi, carnes volucribus ac feris obiectari, ex pelle tympanum fieri, eoque duce, bella geri: arrepturos fugam hoſtes, quamprimum eius tympani ſonitum audiuerint. 87)

§. XXII. Zisca mortuo, ingens mœror inuaſit exercitum. Plures autem apud Bohemos erant factiones. Adamitis equidem atque Piccardis ipſi contradicebant Huſſitæ. Præterea erant Orebitæ, Calixtini aliique. 88) Poſt mortem vero Ziscæ, duæ potiſſimum fuerunt factiones. Altera Procopium magnum, quem Raſum quoque vocabant, ſibi Ducem præfecit, hique Thaboritarum nomen retinuere. Altera nullum inueniri poſſe dictitans, qui iure Ziscæ ſuccederet, ſelectis paucis, qui communi conſilio bellum adminiſtrarent, inter quos potior habitus eſt Procopius, cognomento Minor, qui ſe Orphanos appellauerunt. Qui etſi aliquando inter ſe diſſentirent, vbi tamen extrinſecus vis ingruit, iunctis viribus in vnis ſeſe caſtris defenderunt. Egrediebantur duo exercitus, alter Sileſiam, alter Morauiam populabatur, vicinasque regiones adſiduis excurſionibus infeſtabant. Theutones per circuitum habitantes, alios Philiſtæos, alios Idumæos, Moabitasque vocabant, Bohemiam terram promiſſionis eſſe dicebant. Cumque in proximam prouinciam exiſſent, prius cum præda, depopulatis agris reuertebantur, quam hoſtis cognouiſſet adventum. Accedebat & tertius exercitus, quem fratrum Orebitarum vocabant. Huius ductor erat Bredericus, presbyter Strasmicenſis, natione Morauus, qui bellis adſiduis Sileſiam infeſtabat. Quum obſiderent Suetlam Auſtriæ oppidum, Thaboritæ & Orphani Albertum Ducem cum exercitu venientem caſtris exuerunt. 89)

§. XXIII. Dum igitur Auſtriæ adpropinquarent Huſſitæ, Comitia Electoralia a. 1424. Viennam indicebat Imperator, quæ Electoribus eo veniendi recuſantibus & per legatos deprecantibus, ad diem Catharinæ vsque differebat. Dum vero nec dum venirent Electores, alium diem Cathedræ Petri inſequentis anni definiebant, ad quæ etiam alii Status con-

81) WINDECK cap. CIV. *und do wart übertragen, das man ſolte ziben auf die Huſſen, dorumb die herrn eins wordem, das man ſolte den hunderſten pfennig nemen und davon vorſolden, das wolten die ſtete nit, wenn wer das für ſich gangen, ſo weren die herrn yunen worn der ſtete macht, das befunden die ſtete gar wol und wolten das nit tun, Alſo wart ein anſlag gemacht etlichenn hern und iglicher ſtat ſolte do die ſun wart begriffen, da wart der marggraff von Brandenburg gewelt und das peſt* (pabſts) *banir geſegent und In gegeben zu ſant Sebolt zu Nurmberg an unſer liben frawen tag Purificationis, inn dem iare virzehenhundert und zwey und zweinzig iare, Alſo ſchiben die herrn und ſtete von Nurmberg und der ſolt auf aller heiligen tage in dem velde ſein, Es kam aber wenig volkes dar.* Idem *cap. CVII.* Electores, Principes atque Status Imperii recenſet, qui hiſce interfuerint Comitiis. Et *cap. CVIII.* extat Matricula de a. 1422. cum hac inſcriptione *Dir iſt der annslag des teglichen Krigen zu Beheim von den Kurfurſten gaiſtlich und werentlich, Graffen, Eppten, Prelaten, herrn, Rittern und ſteten zu dem heiligen reich gehorig, begriffen un gemacht.* Ex quo ſequitur, iſtam quæ in Comitiis Noribergenſibus an. 1431. fuit confecta, quam exhibet DATT *de P. Publ. lib. I. c. XXIV.* non fuiſſe primam, prout olim in SYNTAGMATE IVRIS PVBLICI *cap. XXV. §. XIV.* adſerui. De vexillo vero *cap. CVIII.* ſub finem: *do wart Marggraff Friderich von Brandenburg des babſt banier geſegent und empfollen zu furenn.* WENCKER *Appar. Archiv. p. 317.*

82) WINDECK *cap. CVIII.*

83) TRITHEMIVS *ad a. 1422.* DVBRAVIVS *lib. XXVI. p. 695.*

84) AEN. SYLVIVS *c. XLV.* qui addit: *in magnam profecto Regiæ Maieſtatis ignominiam, & imperialis gloriæ dedecus, atque infamiam Reipublicæ Chriſtianæ ſempiternam. Sigismundum pluribus Regnis præfectum, ex Imperatoribus natum, & ipſum Imperatorem, cuius nomen Italia, Gallia, Germania, & omnis Europa venerata eſt, quem barbaræ nationes timuerunt, ſupplicem vidit noſtra ætas homini ex parentibus haud admodum nobilibus nato, ſeni, cæco, hæretico, ſacrilego, & in omne ſcelus audaci, pecuniam & ſummos honores offerre, vt ſuarum eſſe partium dignaretur.*

85) Pergit AEN. SYLVIVS c. l. *ſed auertit diuina pietas eam peſtem & tantum malum e medio Chriſtianorum eripuit. Nam Zisca conditionibus annuens, dum conuentu completurus Sigismundum petit, inter eundum apud Caſtellum Priſcouiam diuinitus, vt par eſt credere, peſte tactus, expirauit: monſtrum deteſtabile, crudele, horrendum, importunum: quod poſtquam manus humana conficere non valuit, digitus Dei extinxit.*

86) HAGECIVS *Bæhmiſcher Chronic p. 729.*

87) AEN. SYLVIVS, HAGECIVS *c. l.* DVBRAVIVS *dec. III. lib. III. p. 283.* CZECHOROD *lib. IV. cap. VII. p. 506.*

88) De Calixtinis DVBRAVIVS *lib. XXIII. p. 623.* de Adamitis AEN. SYLVIVS *c. XLI.* & DVBRAVIVS *lib. XXVI. p. 687.* de Orebitis *c. XLIII.* THEOBALDVS c. XLI. *circa hoc tempus* (1420.) *multi ruſtici in monte quodam, inter Ledeciam & arcem Lipniccem ſito, qui Oreb & abs quo ipſi Orebitæ dicti, congregati.* De Picardis THEOBALDVS *c. XLIV.* CZECHOROD *lib. V. cap. I.*

89) Hæc plerumque verbis AENEAE SYLVII *c. XLVII.* ſcribo. DVBRAVIVS *lib. XXVII. ineunte.* THEO-

conuocarentur, quod tamen male habebat Imp. a Ciuitatibus Imperii auxilia petens. Mittebant tamen Electores a. 1425. aliam legationem Viennam atque in diem purificationis Mariæ 1426. alia Comitia Viennæ definiebantur, ibidemque decernebatur, vt Comitia Noribergam indicerentur, in iisdemque contra Hussitas communis Matricula definiretur. 90) Licet ista fuisse celebrata, non constet. Quarta Germanorum expeditio contra Hussitas a. 1426. fuit suscepta, dum hi Austiam oppidum, vulgo Aussig, ad Bohemiæ fines situm, quod Misnensi Marchioni Sigismundus ad tempus concesserat, obsiderent. Dum igitur Misnensis Marchio copias suas ad liberandum oppidum mitteret, fit XIX. Iulii magna contentione prœlium cruentum, duratque aliquamdiu pari contentione, vsque dum Orphani, Thaboritæ atque Pragenses tantam Germanorum cædem facerent, quantam hactenus nullo in prœlio, plusquam duodecim millia cæsa feruntur. Captum mox oppidum, atque in illo omnes ad internecionem occisi, ipsumque concrematum, habitatore totum triennium caruit. 91) Interim Hussitæ a. 1427. vicinam quoque Misniam inuadunt, Misenam vrbem occupant. Dum autem Martinus V. Papa Cardinalem Vintoniensem, natione Anglum, regia stirpe natum, in Germaniam misisset, vt Germanos contra eosdem in arma conciret, instituti contra eosdem quinta expeditione tres exercitus. Saxoniæ Duces & ciuitates Hanseaticæ in primo militabant: secundum ex Franconibus constitutum Marchio Brandenburgensis ducebat; tertio præfuit Otto Treuirensis Archiepiscopus, quem Rhenenses secuti sunt, Boioarii quoque & Ciuitates Sueuorum Imperiales. Erat igitur consilium Misenam vrbem prius recuperare, quam vlterius procederent. Sed, cum Hussitas, collecto milite in eos properare nuntiaretur, non visum hostem fugerunt, Thacouiamque petentes instrumenta bellica cum præda ibi dimiserunt. Vix syluam ingressi erant, cum superuenientes Bohemi, postremum agmen lacessere cœperunt. Facta est profusior ac pauidior fuga, nec prius Teutones fugere, quam Bohemi persequi destiterunt. Hostes impedimentis direptis, Thacouiam expugnantes, machinisque bellicis sunt potiti. 92) Exinde Misniam & Vogtlandiam populati, Franconiam etiam & Bauariam peruagantur, ne Bambergensem agrum Noribergensemque vastarent, pecunia placati, diuitem exercitum reduxerunt. 93) Eodem anno 1427. Francofurti de pace publica agebatur. 94)

§. XXIV. Sigismundus, his cognitis, primum Presburgi a. 1429. 95) dein Egræ 96) & Noribergæ, 97) a. 1430. iterum Noribergæ a. 1431. Comitia celebrat, quibus sexta in Bohemos expeditio ad octauum Kalendarum Iulii fuit decreta, 98) certa etiam matricula fuit confecta, quantum quisque militum numerum, quem belli adparatum secum duceret, 99) constituto ad hanc expeditionem communi denario. 100) Dux belli Fridericus, nouus Marchio Brandenburgensis fuit constitutus, cui Iulianus S. Angeli Cardinalis adiumento esset. Mittebant ad hæc Comitia Hussitæ epistolam, per quam Papam mendacii arguunt, abusus cleri taxant, se non hæreticos esse profitentur, & doceri cupiunt non impugnari. 1) Supra quadraginta millia equitum fuisse traduntur, peditum minor erat numerus. Aderant etiam multi Germaniæ Principes. 2) Ast, priusquam hostis vllus in conspectu daretur, fœdissima iterum cœpta fuit fuga. 3)

§. XXV.

tt. THEOBALDVS *c. LVII.* GERH. A ROO *lib. IV. p.* 148.

90) De singulis hisce VVENCKERVS *Appar. Archiv. p.* 317. Licet alias Egrana de a. 1431. prima fuisse dicatur.

91) Verba sunt DVBRAVII *lib. XXVII. p.* 704. ZACH. THEOBALDVS c. LIX. *cæsorum numerus tum in oppido, tum in aspero conflictu, tum in leuioribus prœliis vtrinque dicitur esse* 50000. *idque fere incredibile est, potestque sufficere, si* 12000. *Germanorum iuxta Hagecium aut* 9000. *iuxta Syluium, &* 3000. *Bohemorum ibi occubuerint.* SPALATINVS Vitis Electorum Saxoniæ p. 1077. *Annis Domini MCCCCXXVI. die S. Viti ad Auscam pugnatum est. Ceciderunt ex vtraque parte sex millia militum: interque eos multi Comites, Barones & Equites. Requiescant in pace.* HAGECIVS *Boehm. Chronic. p.* 732. ALBINVS *Meisn. Chron. Tit. XVI. p.* 211.

92) Hæc verbis AENEAE SYLVII *c. XLVIII.* scribo. THEOBALDVS *c. LXII.* FABRICIVS *Origg. Saxon. lib. VII. p.* 742. BONFINIVS *lib. III. dec. III. p.* 283. WINDECK *cap. CLI. CLII.* CZECHOROD *lib. V. cap. III.*

93) Hæc plenius describit GEORG. FABRICIVS *Origg. Saxon. lib. VII. p.* 740. *sqq.* BONFINIVS *p.* 284. THEOBALDVS *c. LXX. LXXVI.* DVBRAVIVS *lib. XXVII. p.* 706.

94) Extant Acta Comitiorum apud WENCKERVM *Appar. Archiv. p.* 319.

95) extant hæc Acta apud WENCKERVM *Appar. Archiv. p.* 320.

96) Patet hoc ex Actis Hussiticæ expeditionis apud SCHILTERVM Instit. Iur. Publ. Tom. II. p. 3. *geratschlaget von unsin Herren den Kurfürsten, Fursten, Graven, Herren, Rittern, Knechten iren Reten und der Stete Frunden die itzunt hie zu Eger sind auff die Artickel yn unsers allergnadigisten Herren des Ræmischen Keisers &c. Briefe begriffen, darumb dann der Tag her gein Eger gesetzet worden ist.* LEHMANN *lib. VII. c. LXXX.*

97) WENCKER. *c. l.*

98) AEN. SYLVIVS *c. XLVIII.* WINDECK *cap. CLXVIII.* & *CLXXVII.* vbi Principes in hisce Comitiis præsentes recensentur.

99) Hæc in Actis istis Hussiticis apud SCHILTERVM reperiuntur sub titulo *Hussen-Krieg.* Reperitur etiam hæc matricula, eademque prima & antiquissima apud DATTIVM *lib. I. c. XXIV.* Extat etiam apud MEYERVM *Londorpio suppleto Tom. I. p.* 287.

100) De hoc DATTIVS *lib. I. c. XXV.*

1) Extat ista apud VVINDECK *cap. CLXXVI.*

2) AEN. SYLVIVS *c. l.* GERH. A ROO *lib. IV. p.* 149. CZECHOROD *lib. V. c. III. p.* 559.

3) AEN. SYLVIVS *c. l.* ANDR. PRESBYTER p. 49. *item Sigismundo Romanorum Augusto, & Vngaria*

§. XXV. Nondum composito bello Hussitico, Sigismundus, postquam ad diem Galli Francofurti Comitia celebrasset, atque Noribergæ de promouenda expeditione Hussitica, 4) sine consilio Electorum & Statuum Imperii, 5) a. 1431. Italiam intrat, pro Corona non solum Romana petenda, sed etiam vt Concilium Basileense modo incoatum, ab Eugenio IV. Papa, qui illud reuocauerat, confirmari faceret. 6) Mediolanum igitur delatus, ibidem in die S. Catharinæ XXV. Nouembris 1431. a Bartholomæo Capra, Archiepiscopo inauguratus Rex Italiæ. 7) Et licet Veneti ac Florentini ipsi viam Romam versus, præcludere conarentur, etiam cum viginti millibus equitum, peditumque Mediolanum versus tenderent, Cæsar tamen insignem de iisdem a. 1432. reportauit victoriam, 8) ipso-

gariæ ac Bohemiæ Rege Nurnbergæ personaliter constituto, facta est expeditio quarta in Bohemiam, quæ secundum suam ordinationem ad delendum Hussitas hæreticos fructuosissima sperabatur. Sed res (proh dolor!) in contrarium vertebatur. Nam in vigilia assumptionis Mariæ virginis gloriosæ, subito & ex insperato sub Friderico Marchione Brandenburgensi, qui & Burggrauius Norimbergensis, facta est fuga, quamplurimis caussam fugæ ignorantibus. Vnde rerum & personarum facta sunt dispendia, quod expedit plus tacere quam loqui. NAVCLERVS *vol. II. Gen. XLVIII. p.* 1053. TRITHEMIVS *ad a.* 1431. CVSPINIANVS *p.* 397. DVBRAVIVS *p.* 284. THEOBALDVS *c. LXXI.*

4) WENCKER *Appar. Archiv. p.* 330.

5) VVINDECK cap. CLXXXXI. *do scholt wissen also in demselben Iare zoch Konig Sigmund gen Auspurg gegen Feltkirchen zu und also gein Lomparten und kam gen Medelon, do worent die Lamparter des Kuniges zu fro. Er zog one hulffe und rat der fursten und stete.*

6) TRITHEMIVS ad a. 1432. *anno prænotato Sigismundus Rex Germanorum magno cum exercitu in Italiam profectus, duplicem causam itinere vno expediuit, quorum altera fuit Corona Imperii, altera vero Basileensis confirmatio inchoati Concilii; Eugenius namque Papa sicuti prius dictum est, Concilium in principio confirmauit, quod cum anno præterito fuisset inchoatum, cerneretque omnes ad illud confluere nationes, pœnitentia ductus, non diu postea reuocauit, quem informaturus, vt reuocationem cassaret, Sigismundus Rex in Italiam profectus est.*

7) LVDOV. CAVITELLIVS Ann. Cremon. p. 1417. *Sigismundus Cæsar, de mense Octobris per saltus Belinzonæ ingressus Italiam se recipit Varesium, & inde Mediolanum in auxilium Vicecomitis, & ibi die vigesima quinta Nouembris per Bartholomæum Capram illic præsulem fuit insignitus corona ferrea. Vicecomite se continente in arce, & nunquam auso cum accedere, & ex Mediolano cum duce Bauariæ, Brunorio, & fratre Scaligeris, & Marsilio Carrariense iuit Placentiam, & inde Parmam.* CVSPINIANVS *p.* 398. IOS. RIPAMONTIVS Hist. Mediol. lib. IV. p. 604. *Mediolani ad victoria gratulationem huius, letitia accessit alia ex Sigismundi Cæsaris aduentu, qui ad petendam hinc de more coronam aderat, ne dilata diutius ea res ad legitimam imperii possessionem impedimento sibi esset. In Ambrosiana Aede coronatus est ab Archiepiscopo Capra, quem hoc tempore reperio nihil obturbante æmulo, sua in sede fungentem omni pastorali munere etiam Principi acceptum fuisse. Coronati cæremonia Cæsaris in temporum eorum tabulis ita perscripta est: Archiepiscopus Capra procumbentem ad Ambrosianam aram in genua Sigismundum solenni carmine precibusque vsitatis expiauit. Annulo digitum eius annularem, ferreo diademate caput cinxit. Nudum gladium & sceptrum, & globum, insignia Imperii, in manum dedit. Hæc omnia sicut acta essent, Balthasar Capra Archiepiscopi iussu consignauit litteris, & publica documenta rei, cæremoniaque eius confecit. Ex Cottarum familia, cuius gentis homines vetusto iure ad cæremoniam adhiberi hanc oportebat, nemo vnus adfuit.* De eadem ipse Imp. in Rescripto suo ad Concilium Basileense sub dato *Mediolani* 11. *Dec.* 1432. §. 2. apud GOLDASTVM Tom. III. Constit. Imp. p. 437. *ipso festo S. Catharinæ Virginis, proxime præterito, hic, Mediolani, in Domicilio S. Ambrosii, Maiorum Nostrorum imitando vestigia Regium diadema assumpsimus.* VVINDECK c. l. cap. CLXXXIV. *do man schreib tausent vîrhundert und ein und dreissig iare nach Gotis gepurt, do zog Konig Sigmund gein Meylon von Feltkirchen, und meinte gein Rom zu ziben one hulffe und rate aller deutschen furste, wie sich das erging, das vindet mon auch hie nach, ob Gott wil, und auf sant Katherine tag in demselben iar wart Konig Sigmund zu Meylon gecronet auf sant Ambrosio altare, das tet ein bischoff von Meylon, und was do pis nach weinnachten, do zog Konig Sigmund gein Pissenz, als man schreib nach Cristus gepurt tausent virhundert und zwey und dreissig iar.* Male igitur AVCTOR VITAE EVGENII IV. apud BALVTZIVM Misc. lib. VII. p. 506. *Item eodem anno venit Imperator Sigismundus in Italiam, & XXII. mensis Nouembris intrauit Mediolanum. Deinde XXV. videlicet in die sancta Catherinæ coronam assumpsit in oppido Modoetiæ.*

8) TRITHEMIVS c. l. *Audiens Eugenius Sigismundi in Italiam aduentum territus est, & per nepotem suum Franciscum occulte sollicitauit Florentinos, vt introitum venienti prohibentes intercluderent. Ad quos missi Camerarii nepotis nuntii Florentinos in Papæ sententiam traxerunt. Rex autem Sigismundus inuitis Eugenio & Florentinis agrum Senensem Germano stipatus milite intrauit, & sex mensibus ibidem commoratus est. Veneti quoque Florentinis confœderati Sigismundo iter præcludere, ne Romam peteret conabantur, sed frustra: quia Philippus Mediolani Dux partes sequebatur eius, quo auxiliante fastum eorum contempsit. Eodem anno in mense Octobri Rege Sigismundo in Senensi agro moram, vt diximus, faciente, vna cum Philippo Duce Mediolani, dolosi Veneti viginti millibus equitum & peditum versus Mediolanum procedentes, Ciuitatem ipsam Duce absente per insidias & traditionem capere nitebantur, Quod mox vt Regi Sigismundo innotuit & Duci (erant non procul a Mediolano) in manu Germanorum valida persecuti sunt eos, & inopinate inuentos decem ex eis millia occiderunt, pluribus eorum captis, reliqui turpiter fugientes hinc inde fuere dispersi, quos Germani vsque ad Ciuitatem Cumanam persecuti sunt.* LAONICVS equidem CHALCOCONDYLAS in descriptione Germaniæ FREHERI Tomo secundo præmissa, scribit, Sigismundum a Venetis cæsum fugatumque fuisse; Ast, contrarium patet ex NAVCLERO vol. II. Gen. XLVIII. p. 1055. direntis: *dum Florentini aduentum imperatoris in Italiam veriti, quod Philippi Mariæ rebus fauere videretur. Nerico ciui suo negotium dant, vt quibus rationibus possit, Eugenio ostendat & persuadeat, aduentum imperatoris in vrbem, non minus Sedi Apostol. quam Florentinis perniciem minari, ideo prohiberi debere Sigismundum, ne Arnum transeat ad Senenses cum Germanorum equitatu. Venerat in eandem sententiam Eugenius, sed his non obstantibus, Sigismundus, etiam inuitis Florentinis Eugenioque, Senas venerat & cum sex mensibus Senis substitisset, ad*

ipsorum etiam insidias, quas ipsi veneno parabant, euasit. 9) Postquam ad diem Cantate Comitia indixisset, ibidemque de promouenda expeditione Hussitica decerneretur, 10) per Iacobum de Sirck Treuirensem, cum Papa iterum fuisset conciliatus, 11) atque Imp. promisisset, se renouare velle iuramenta, quæ ipsius antecessores Romanis pontificibus præstiterunt, 12) Romam fuit progressus, ibidemque a. 1433. in festo Pentecostes ab Eugenio IV. Papa solenni ritu, vbi inter alia Papa coronam ipsi impositam a parte dextra declinantem, pede dextro in ordinem redegit 13) fuit coronatus in Imperatorem. 14) Redux factus, a. 1433. Basileam Imperii Status conuocat, de concordia cum Statibus 15) stabi-

ad Eugenium conuersus, inito cum eo fœdere, Romam profectus. Eadem dicit DVBRAVIVS *lib. XXV. p.* 667.

9) Hæc latius narrat TRITHEMIVS *ad a.* 1432.

10) WENCKER Appar. Archiv. p. 331. *dass ir daran sint, uff denselbigen Tag, dass ein Anschlag geschee, ob die Hussen in dem H. Concilio mit Gutikeit nit bekert wurden, dass man dann solich Volck gen In wenden mocht, als wir dann etlichen andern Fursten, Herren und Stetten ouch geschriben haben.*

11) WINDECK cap. *CLXXXVIII.*

12) Sic enim ipse Imp. in litteris ad Concilium Basileense, Senis die XII. Aprilis Regnorum Hungariæ 47. Romani 23. & Bohemiæ 13. *Præstabimus quoque & innouabimus sibi illa iuramenta, quæ nostri precessores Romanis Pontificibus præstiterunt. Istudque adiecimus, quod ipsum manutenebimus, quantum cum Deo potuerimus. Quam autem nos vsque quaque ad alia obligare non permisimus, nec permitteremus.* Et in alio diplomate apud WENCKERVM Appar. Archiv. p. 330. *ist seiner Mayst durch etliche mechtige in dem Hoff zu Rom angelegen worden, sintemal der Babst sich nu zu dem Concilio gelenket hat, also dass solcher unwill zwischen uns nu aufgehaben ist, dass wir dann ohn unser Cron uss dem Land nit scheiden solten, dass wir also nach guter Vorbetrachtung, und unserer getreuen, und sunderlich der Ambassiatores unser und des Reichs Kurfürsten, die mit denselben Bullen von Rom zu uns kumen verfolgten, und ist von den Gnaden Gottes zwischen siner Heilikeit und uns ein Gottliche Richtunge gemacht, also, dass er uns uff St. Veites-Tag unverzogenlich zu Rom unser Keyserl. Cron geben soll, und wir sollen seiner Heilikeit sweren soliche Iurament, alsdann unser Vorfaren, dem Stul Rom getan haben, und in auch handhaben, als fere wir mit Gott mogen, und mit merer. Vnd daruff sollen wir diesen gantzen Monad Aprilis zu Viterby bey seiner Heilikeit seyn, uns zu besprechen, und also für bas gen Rom zu unser Cronung zu ziehen, das wir auch also zu tun, und uns wieder hinaus zu land fürdern meynen, so wir immer erst mogen, und ob Gott will kürtzlich dem H. Concilio bey zu steen und zu helffen in den Stücken, darumb es besamlet ist, wann wir das nit zu lassen meinen, in dheinen Weg.*

13) EBERHARD WINDECK Cap. CLXXXVIII. *Vnd also zog der Romisch Konig gein Rome auf den zwelff poten dag in den Mayen, auf denselben dag was sant Pangrazentag, und was in den Iare do mon zalte nach Christus geburt tausent virhundert und in dem drey und dreyssigisten Iare, und auf den heiligen Pfingstag do rait der Romisch Konig zu Rome zu Sant Peter und Pauls münster, do sas der babst Eugenius quartus unter seiner thabernackel, Do knyet der Romisch Konig Sigmund für den babst, do lebe er Ime seine Kaiserliche Krone, do ging der Kaiser in die Kirchen fur sant Mauritien altare, do mochte man In einen Canonicum des munsters zu Rome und satzte Im auf einen bunten but mit zicher also borne, also die prelaten zu dem tum tragen. Vnd also ging der babst und der Kayser Sigmund sizent in dem Kore sant Peter und Paulus Munster yglicher unter sein thabernackel, und also kam do einer der da pfleget einen Kaiser zu kronen und frogete do den Kaiser ob er ein Eekind were, und frumer mon und Herre were, also denne billichen ist und sein sol, do sprach der Kayser Ia, Aber du pist nit frumme und ungentlichen dem Kaiser seine Krone aufzusezen, wenne du hast einer Frauven ire pruste abgesnitten, und also wart derselbe entsazt, und ein ander von dem babest und Kaiser gemacht. Vnd also ging der babst und der Kaiser in ire thabernackel sizen, also do mon solte das Evvangelium lesen, wenne mon hatte ein loblich ampt von der heiligen trinitat angehoben zu singen, als das wol muglichen was, do kam der, der do pfliget einem Kaiser die Krone aufzusetzen, und satzte den Kaiser seine Krone auf, das sie hing krumpt zu der rechten Seiten, und also knyde der Kaiser fur den babst do hub der babst auf seinen rechten fus, und ruckte dem Kaiser sein Cron gleich, also denne recht und gewonhait is, und gab dem Kaiser den segen und einem anderen des Kaisers Swert, das den ein babst pflichtig einem Kaiser zu geben, wenn er das Evvangelium in derselben messe singet, und also der Kaiser das Evvangelium sang, und er doran kam an das Wort, Et dat sibi gladium, do gab der babst dem Kaiser das Swert pej der Spizen in die hant, do kerte es des Kaisers margkschaelk umb, und gab es dem Kaiser recht in die hand, und also sang der Kaiser das evvangelium gar aus. Noch dem also das ampt gescheen was, und mon den Kus giebt nach den Welschen Siten, do gab men dem babst das ware Sacrament zu kussen. Also kust der babst dem Kaiser an sinen rechten backen und der Kaiser den babst, Also nam der Kaiser sein Swert wieder in seine hant, und der babst sein Crevvz und gab dem Kaiser seinen Segen, und schieden af den tag also loblich, das ich hoffe, das der allmachtig Got und Iungfrauv Maria und allen hymelischen here und alle die cristenhait doven sullen gelobet und gebessert werden, wie es hernach gen wurde, das wil ich, ob Got wil, aber nach dem besten hernach zaichen.*

14) CVSPINIANVS p. 398. *peracta concordia Romam profectus a Pontifice ac Cardinalibus populoque Romano perbenigne susceptus est, & ad diem vndecimum Kalend. Iuniarum ad scalas Basilicæ diui Petri deductus, & solennissimis ceremoniis corona Cæsarea donatus, die ipso Pentecostes. Ascitisque in equestrem ordinem multis Italis Germanisque in Adriani ponte, vt mos est Imperatorum, abiens cum bona Eugenii gratia, per Tudertes & Perusinos Ariminum peruenit.* BONFINIVS dec. *III, lib. III. p.* 293. TRITHEMIVS ad a. 1433. *hoc ipso anno in die Pentecostes, quæ fuit trigesima prima & vltima mensis Maii, Sigismundus Rex Germaniæ, quod supra iam per anticipationem diximus* (ad a. 1432.) *Romæ apud S. Petrum Coronam Imperii Romani de manu Eugenii Papæ suscepit, præsente Regina, Regibus Hispaniæ, Arragoniæ & Portugalliæ simul & Duce Mediolani Philippo astantibus. Deinde Pontifex mediantibus Regibus memoratis, inter Sigismundum Imperatorem, Philippum Mediolani Ducem, Ianuenses, Venetos & Florentinos pacem reformauit ad annos quinque duraturam. Concilium quoque Basileense ad Imperatoris instantiam iterum confirmans, iterum postea reuocauit.*

15) Sic etiam in literis conuocationis post diem XI. millium virginum apud WENCKERVM p. 332. *Nachdem seine Mayt. zu einem Haupt der Chri-*

ſtabilienda inde Argentorati cum magna ſolennitate fuit receptus. 16)

§. XXVI. Quos igitur aperto Marte ad obſequium reducere non poterat Sigismundus, variis artibus tentabat, non ſolum diſſidia inter eosdem diſſeminando, ſed etiam eosdem per Concilium Baſileenſe illaqueando. Dum enim ad coronationem Romanam pergeret, diſſoluto Papienſi & Senenſi Concilio, 17) aliud Baſileæ habendum procurauit, cuius prima ſeſſio celebrata XIV. Decembris 1431. conſtituto Guilielmo Bauaro Concilii Protectore. 18) Inuitabantur ad hoc Concilium etiam Bohemi, Orphani & Thaboritæ & plebs ferme omnis, eundum eſſe negabant, Iohannis & Hieronymi exemplum in medium adferentes. Nobilitas vero Mainardum ſecuta, Principem nouæ domus, qui petendum eſſe Concilium prorſus aiebat. Vicit hæc ſententia. Legatio CCC. equitum Baſileam miſſa, cuius Principes fuerunt Guilielmus Coſca, Procopius Raſus, Ioannes Rochezanus, Pragenſium, Nicolaus Galecus Thaboritarum ſacerdos, & Petrus Anglicus patria profugus. Iulianus igitur Cardinalis eosdem ad priſtinum obſequium graui ſua oratione reducere conabatur. Selegerunt Bohemi quatuor magiſtros, qui ſuos articulos ex diuina lege ſumptos oſtenderent. Qui eos confutarent, ex cœtu patrum totidem aſſumpti viri præſtantes atque ad dicendum parati. Diſputatum eſt quinquaginta diebus, multa in vtramque partem adducta. Poſtremo ad tractatus ventum, tentatumque, ſi fortaſſe amice trahi poſſent. Miſſi & oratores ex Concilio in Bohemiam viri doctiſſimi, & qui gentis verſutiam noſſent. Multa cum Bohemis agitata, nunc pacis ſpes facta, nunc belli metus. 19)

§. XXVII. Dum hæc aguntur, Thaboritæ & Orphani, Mainardo cæteriſque Nobilibus infenſi eſſe cœperunt, eorumque ſuſpectas actiones habere, tanquam Concilio auſcultarent. Contentiones inde oriuntur inter iſtos atque Nobiles, dum Procopius Pragam properaret: fit inter Brodam Bohemicam & Burim quatuor millibus & quingentis paſſibus a Praga diſtantem, prœlium, in quo Mainardus vna cum nobilibus victor euaſit, vterque Procopius cecidit. 20) Confecto bello, cum multa eſſent captiuorum Thaboritarum atque Orphanorum millia, iſta per inſidias horreis fuerunt incluſa atque ſæuitia deteſtanda, igne deleta. 21)

§. XXVIII.

Chriſtenbeit geſærdert iſt, und aus Lamparten eylfertig gen Baſel kommen, und daſelbſt ein zimliche Menge frommer Prelaten und gelebrter Leut von allen landen geſammlet geſunden babe, vvolle ſeine Mayt. mit den Kurfurſten, Fürſten, Stetten und andern des Reichs Vnterthanen in dem Concilio zu Baſel Einigkeit zu machen, auch dazu ratben und belffen, und des H. Reichs Ere und Nutz für band zu nemen.

16) KÖNIGSHOVEN *Chron. Alſatiæ c. II. n.* 146.

17) CVSPINIANVS p. 397. *transferat autem concilium Papiæ: quod peſte diſſolutum ex ſententia Pontificis Senas fuit translatum: quod pariter prudentia Martini Pontificis, ne nouam calamitatem, ſchismatis diſcordiæ ſemina Petrus de Luna adhuc ſuperſtes exuſcitaret, diſſoluebatur.* TRITHEMIVS ad a. 1422. *Martinus Papa V. iuxta quod pronunciari fecerat in Concilio Conſtantienſi cum ſuis Cardinalibus ad Papiam ſe contulit, & indictum Concilium celebrare cœpit. Expectabantur Nationes, cum ecce Papiam peſtis ſubito inuaſit; vnde præſidentes Concilii & locum & tempus mutare coacti ſunt. Placuit ergo cunctis ex ſententia Pontificis Senas migrare, quo maior ex omni natione multitudo, quam ad Papiam potuit conuenire. Nec diu poſt propter ſubdolas in Pontificem machinationes Alphonſi Regis Arragoniæ diſſolutum eſt Concilium, approbatis, quæ ad fidem pertinent conſtitutionibus. Verum, ne conuentum Chriſtianorum Martinus Pontifex ſubterfugere putaretur, Concilium aliud generale poſt annum ſextum proxime ſequentem apud Baſileam Germaniæ Ciuitatem celebrandum indixit.* NAVCLERVS vol. *II. Gen. XLVIII. p.* 1054.

18) TRITHEMIVS *ad a.* 1431. SPONDANVS *ad a.* 1431. §. *XIX. p.* 809. VVINDECK cap. CXCI. *do batte der Konig ein Furſten gegeben und geſazt gein Baſel in das conſilium, zu beſchirmen und on ſeiner ſtat ein ſtatbalter zu ſein, der vvas gare in frumer Furſte von Peiren und bis berzoge Wilbelm von Münnchen, Herzoge Ernſte Bruder, und derſelbe berzog Wilbelm bilt das conſilium zu Baſel an des Kaiſers ſtat ger erberglicben und berlicben.* Inde recenſet Principes Imperii, qui vel ipſi vel per legatos in hoc Concilio adparuerint. Quare hic Wilhelmus audit *des beiligen Concilii zu Baſel Beſchirmer und Statbalter unſers gnedigſten Herren des Ræmiſchen Kayſers* apud DATTIVM *p.* 756. *n.* 56.

19) AEN. SYLVIUS *c. XLIV. L.* TRITHEMIVS *ad a.* 1424. Extant variæ epiſtolæ Bohemorum ad Concilium & Iuliani Cardinalis apud THEOBALDVM *c. LXXIII. LXXIV. LXXV.* CVSPINIANVS *p.* 397. DVBRAVIVS *p.* 284. CZECHOROD *lib. V. cap. IV. p.* 570.

20) AEN. SYLVIVS *c. LI.* THEOBALDVS *c. XXXI.* CZECHOROD *lib. V. c. IV. p.* 586.

21) AEN. SYLVIVS c. l. *confecto bello, cum multa milia captiuorum eſſent, Mainardus concilio procerum accerſito, perdere peſſimam plebem ſtatuit, quæ nutrita in armis, omnem æſtatem in caſtris egerat, nec ſub Legibus victura crederetur, rapinis & cædibus atque adulteriis aſſueta. Qua ſtante, pacatum Regnum ſtare non poſſet. Sed veritus ne ſimul innocentes interficeret, qui ex agris coacti ad pugnam venerant, voce Præconis edici iubet, nondum bellum peractum eſſe, fugiſſe Coapchonem, Coloniam expugnari oportere, vicinasque per circuitum gentes quæ Regnum popularentur, armis domandas. Ad eam rem neceſſarios, qui ſub Procopiis militaſſent, viros fortes, & in bello exercitatos: decretum eis ex publico ſtipendium donec Regnum pacaretur. Proinde omnes, qui ſtipendia facere vellent, in horrea ſeſe proxima reciperent, cauerent ne rudes inexpertosque belli ſecum admitterent: illos ſua rura ſuosque lares repetere poſſe. Introierunt horrea, quæ apud Bohemos in villis ex maceria culmo tecta, frequentia ſunt, pleraque Thaboritarum & Orphanorum millia, homines nigri, ad Solem & ventum indurati, aſpectu tetri atque horribiles, & qui circa fumum in caſtris vixiſſent, aquilinis oculis, impexo crine, promiſſa barba, corporibus proceris, membris hiſpidis, cute adeo dura vt ferrum quaſi lorica repulſura videretur. Clauſa ſunt confeſtim oſtia, & ignis immiſſus horreis, quo fex illa & colluuies hominum, ignominioſum agmen, poſt multa quæ patrauerat ſcelera, exuſta: contempta demum religionis pœnas dedit.* DVBRAVIVS

§. XXVIII. Sigismundus interim Romæ coronatus, redux, Vlmam se confert. Hic audita Thaboritarum Orphanorumque clade, legatos in Bohemiam mittit, Regni proceres commendat, qui viros nocentes deleuerint, hortatur, regni quietem procurent, seque Regem suscipiant, quem fratri successorem Ius Gentium dederit. Illi magno numero apud Ratisbonam eum conueniunt, atque adminiculante potissimum Caspare Slickio, Regem salutant, idemque cum ipsis arcanas instituit deliberationes. 22) Venerunt & seorsum Coapcho & Ioannes Rochezana de suis rebus acturi, Legati quoque Basileenses, qui Pragæ fuerunt, 23) atque vlt. Nouembris 1433. cum Bohemis certa constituerant compactata, 24) per quæ pax vniuersalis in regno Bohemiæ & Marchionatu Morauiæ fuit constituta, vt concessa communione sub vtraque, ita tamen, vt declaratio Concilii desuper sequeretur, 25) in reliquis conformes essent fidei, ac ritibus Ecclesiæ. Sigismundus, auditis, quæ de religione placuerunt, conuenta probauit, eaque seruari mandauit. Exin Comitia Francofurti die S. Nicolai 1434. habenda Ratisbonæ indicit, 26) in quibus præter multa alia, de grauaminibus Germaniæ tollendis, de administranda iustitia, de refrenanda Clericorum iurisdictione, ne rebus secularibus se immiscant, sit deliberandum. 27) Exin poscentibus Hungaris, nauibus per Danubium vectus, Budam petiit, 28) vbi reformato rerum statu, vocatis ad se Bohemorum Principibus, ineunte anno 1436. in Alba regali, sexaginta milia numûm inter eos distribuit, pecorumque maximum numerum, quædam etiam dictorum capita plenius declarat. Dicta die, qua vellet Bohemiam ingredi, non moratus Iglauiam a. 1436. venit: vbi concilio cum Bohemis habito, conuenta Legatorum synodalium iterum comprobauit firmauitque. 29) Cæterum inter Bohemos & Imperatorem aliæ pactiones interuenere, quibus Ecclesiarum prædia occupatoribus iure pignorum relicta sunt, donec certa pecunia redimerentur. Religiosis vtriusque sexus, quibus adempta Monasteria essent, exulibus, quoque spes reditus interdicta, Rochezano Pragensis Ecclesiæ præsulatus promissus, de disponendo Ecclesiarum Bohemicarum regimine, summo Pontifici facultas oblata. His sic constitutis, Rochezana cum aliis quatuor presbyteris, nomine totius cleri sibi adhærentis, sedente Sigismundo pro tribunali in foro ciuitatis erecto, assistente Alberto genero, magnaque procerum & oratorum circumstante corona, obedientiam Romanæ Ecclesiæ sese præstare professus est. Sequenti vero die haud absimili solennitate, absoluti sunt ab anathemate, cæterisque censuris Bohemi, & in Ecclesiam per Concilii legatos introducti. His compositis, Sigismundus VI. Kl. Septembris 1436. Pragam venit, ibidemque extremis honoribus fuit exceptus, Barones ac ciuitates in eius verba iurauerunt, & Magistratus suos, quos ipse constituit, acceperunt. Philibertus, Constantiensis episcopus & Collegæ ipsius Basilea missi, veteres pontificios iterum reducebant ritus, Rochezana licet, cum complicibus obloquentibus. Reducti etiam Monachi, legati Basileam missi, qui super articulo communionis declarationem expeterent. Thaboritæ, qui superioribus cladibus superfuerent, in oppido conseruati, ea lege in gratiam fuerunt recepti, vt quinquennio toto suis moribus viuerent, religionis cultum mutare non cogerentur, iura ciuitatis haberent, signum ferrent, in sigillis rubra cera vterentur, tributi nomine singulis annis sexagenas decem penderent. Neque tamen quinquennium hoc fuit expectatum

VIVS *p.* 285. NAVCLERVS *vol. II. Gen. XLVIII. p.* 1058. THEOBALDVS *c. LXXXII.*

22) VVINDECK cap. CCIV. *In derselben Zeit vvas Kaiser Sigmund zu Regenspurg, und die Beheim vvaren pei im mit virhundert pferden, mit den teidinget er also heimelichen, das von allen deutschen Fursten, der doch vil vvaren, keiner nie gevvar kunde vverden. Add. cap. CCVI. CCVII.*

23) AEN. SYLVIUS *c. LII.* & iisdem fere verbis NAVCLERVS *vol. II. Gen. XLVIII. p.* 1058.

24) Extant ista apud LEIBNITIVM *Mant. Cod. Iur. Gent. dipl. p.* 138. in quibus hæc inserta: *& articulus ille in sacro Concilio discutietur, quoad materiam de precepto ad plenum & videbitur quid circa illum articulum pro veritate Catholica sit tenendum, & agendum pro vtilitate & salute populi Christiani & omnibus mature & digeste pertractatis, nihilominus si in desiderio habendi dictam communionem sub duplici specie perseuerauerint, hoc eorum Ambasiatoribus indicantibus; sacrum Concilium, sacerdotibus dictorum Regni & Marchionatus, communicandi sub vtraque specie populum, eas videlicet personas, que in annis discretionis constituta reuerenter & deuote postulauerint, facultatem in Domino, pro earum vtilitate & solute largietur. Hoc semper obseruato, quod sacerdotes sic communicantibus semper dicant, quod ipsi debeant firmiter credere, quod non sub specie panis caro tantum, nec sub specie vini sanguis tantum, sed sub qualibet specie est integer & totus Christus.* THEOBALDVS *c. LXXIX. LXXX.*

25) Extat hæc declaratio apud LEIBNITIVM *Mant. p.* 141. die IV. Ianuarii 1436. Formula Mandati legatorum Bohemicorum reperitur apud CZECHOROD *lib. V. c. V. p.* 595.

26) Extant litteræ conuocatoriæ apud VVINDECK *cap. CII.* Acta horum Comitiorum vide apud VVENCKERVM *p.* 327.

27) Extant articuli apud VVINDECK *cap. CIII.* in quibus: *Item das die Kurfursten ir erber bottschafft gein Basel in das consilium sendent, das die bei unsers hern des Kaisers potschafft sei unsamelichen, dorynne arbeiten, das in dem consilio gesazt und geordent vverde, das das gaistliche gericht in vverntlichen sachen und zvvischen vverntlichen personen nicht griffe, und vverntliche richtere vverntliche Sachen usrichten lassen, also sich das geburt. Item das die gaistlichen gerichte dem vverntlichen svverte beholffen seyn.*

28) VVINDECK *cap. CCIV. CCV.*

29) Extant Imp. literæ Iglauiæ 3. Iulii 1436. datæ apud LEIBNITIVM p. 143. *vbi etiam continentur littera a Concilio legatis ad Bohemos missis concesse, quales erant Philibertus, Episcopus Constantiensis, Ioannes de Polomar sacri Palatii Auditor, Martinus Bernerius, Decanus Thuronensis & Thomas de Haselbach Theologia Professor, atque varia alia scripta publica huc facientia.* VVINDECK *cap. CCVIII.*

30) AEN.

ctatum, Rochezana dum Romanæ Ecclesiæ se nollet subiicere, eiectus, 30) immo dum Imp. insidias struxisse diceretur, cum aliis fuit suspensus. 31)

§. XXIX. In eodem hoc Concilio Basileensi non solum Constantiensis Concilii decreta fuerunt confirmata, sed etiam decretum, Concilium esse supra Papam. 32) Huic Eugenius IV. contradicebat, atque Concilium primum Bononiam transferebat. Sed, dum Imp. Prælati, & Principes Basileæ congregati nollent consentire, potius Papam & Cardinales, vt accederent, admonerent, post longam contentionem, Papa Concilium Basileense confirmauit per bullas, misit etiam eo præsidentes suos duos scilicet Cardinales, pluresque Prælatos, & suis mandauit Prælatis aliis, vt ad Concilium irent. Post hæc Papa captus a Romanis honeste fuit, sed per astutiam fugit, & per Tiberim & per mare iuit Pisas, deinde Florentiam, & stetit ibi anno vno & mensibus octo & diebus viginti duobus. Et relaxato nepote Cardinale a Romanis, venit Florentiam, consecrauit Ecclesiam Florentinam, demum recessit inde, & venit Bononiam d. XXII. Aprilis MCCCCXXXVI. Insequenti anno in generali consistorio in Bononia Concilium Basileense transtulit in Ferrariam, ciuitatem Italiæ, & hoc ad instantiam solennis ambasiatæ Græcorum, qui cum Ecclesia Romana vnire se promiserant, 33) atque Concilium Ferratiam transferre conabatur, 34) quod postea ob pestem Ferrariæ sæuientem, a. 1435. Florentiam fuit translatum 35) quo tamen non obstante, patres Basileæ manserant congregati, atque contranitente licet Cæsare, 36) XXV. Iunii 1439. Eugenium sæpius citatum non comparentem, tanquam schismaticum deponunt, 37) cui Nonis Nouembris, Amadeum primum Sabaudiæ

30) AEN. SYLVIUS *c. l.* quem sequitur NAVCLERVS *c. l.* CVSPINIANVS *p.* 1398. THEOBALDVS *c. LXXXV.* DVBRAVIVS *lib. XXVII. p.* 710. GERH. a ROO *lib. IV. p.* 154. DVBRAVIVS *p.* 290. WINDECK *cap. CCXV.* CZECHOROD. *lib. V. c. V. p.* 599.

31) VVINDECK *cap. CCXVI.*

32) Hæc AENEAS SYLVIVS, qui Concilio erat a secretis, *Comment. de gestis Concilii Basileensis lib. I.* comprobat, atque multis argumentis defendit. Decretum enim in sessione II. *omnes, cuiuscunque dignitatis sint, etiam Papalis, Concilio obedire teneri, in his quæ pertinent ad fidem & generalem Reformationem Ecclesiæ Dei in capite, & membris.* Basileensis Concilii Historiam eadem ratione ac Constantiensis nuper edidit, nobis promisit IACOBVS L'ENFANT.

33) Vita Eugenii apud BALVTZIVM *Miscell. lib. VII. p.* 508.

34) NAVCLERVS vol. II. Gen. XLVIII. p. 1061. *sed ne schisma oriretur, ipse destinauit solennes oratores ecclesiæ prælatos Basileam, inter quos fuit abbas de Sicilia, tunc Panormitanus episcopus, moniturus illos in Basilea, vt desisterent ab inceptis rationibus, quod ei rei pontificia authoritas deesset, nam dudum Eugenius Florentia discedens, Bononiæ circa annum Domini 1436. Basileense concilium Ferrariam transtulerat, quod diceret ibi conuenturam cum Romana Synodo Græcam Ecclesiam. Hac translatione non obstante, patres Basileæ congregati, vt refert Anton. obturauerunt aures suas non audientes vocem domini, authoritate sua temeraria præsumptionis cœperunt Eugenium ad concilium citare, solicitante ad hoc Philippo Maria duce de Mediolani, ægre pontificatum illius ferente.* CVSPINIANVS p. 398. *cæterum Eugenius concilium Basiliense a se prius confirmatum tollere annixus, & literis Apostolicis reuocat, & Ferrariam traducit, consensu suorum, quos secum habuit, Cardinalium. Sed Imperator cum Principibus qui tum Basileæ erant, Præsidesque concilii, non modo literas Pontificis contempserunt, sed eum bis terque adhortati sunt, vt cum cardinalibus suis eo proficiscatur, quo Martinus antecessor futurum id denuntiauerit. Quod nisi fecerit, vt præuaricatorem & contumacem abiicere summo sacerdotio velint, atque omni dignitate exuere.* AMADAEVS PACIFICVS p. 67.

35) TRITHEMIVS ad a. 1435. *anno prænotato Eugenius Papa Concilium Basileense, quod prius approbauerat de consensu Cardinalium reuocans transfert Ferrariam, ad quod ipse cum omni Curia sua se contulit a Bononia Ciuitate in qua catenus consueurat residere. Verum congregata multitudine hominum apud Ferrariam, subito pestis inuasit vrbem, vnde compulsus necessitate Papa Eugenius ad Florentiam transfert Concilium. Interea Patres qui apud Basileam fuerunt congregati, non attenta reuocatione Papæ incboatum rite continuauere Concilium & per Censuras Ecclesiasticas vsque ad priuationem Papatus contra Eugenium tanquam Schismaticum procedere statuerunt.* AMADAEVS PACIFICVS *p.* 16. VVINDECK cap. CXCIV. *Also nu der Kaiser Sigmund komen was und der Eugenius nit sein vollen gewalt geschicket hatte, do wolte In das consilium abegesazt hann, das was dem Kaiser sere zu wider und pat das consilium vast und sere umb seinen willen sich acht tage zu bedencken, und also taten sie es und vorsummen sich doch, das sie übernomen, das mon den babste ein schrift tun solt, und keme er denne nit oder seine ganze vollemacht, so mochte das consilium tun was denne gut were, Also wart geoffent auf samstag aller heiligen obent, wie mon dem babst schreib das stet hernach, do gab mon Ime achzig tag zu komen zile, das bestant.* Acta Concilii Florentini scripsit SYLVESTER SGVROPVLVS, quæ ex Bibliotheca Parisiensi regia descripsit CLAVDIVS SARRAVIVS, edidit ROBERTVS CREYGTONVS.

36) TRITHEMIVS ad a. 1435. *Imperator autem Sigismundus vna cum Iuliano Cardinale S. Angeli, qui Concilio tum præsidebat, se Patrum decreto constanter opposuit, & ne Papa deponeretur Eugenius, multis modis & rationibus impediuit. Enimvero ad memoriam reuocare studuit, quanta in Ecclesia Dei mala protulerit Schisma tunc præteritum, quod cum infinitis laboribus, impensis atque periculis vix tandem in Constantiensi Concilio fuerat ablatum: se quoque daturum operam Cæsar ipse promisit, ne Papa impediret Basileense Concilium, sed eius acta probaret confirmaretque, & reuocaret male prolatam sententiam.* Vita Eugenii IV. apud BALVTZIVM *Miscell. lib. VII. p.* 511. *Dominus Eugenius fecit sessionem in Concilio, & propter pestem transtulit Concilium de Ferraria ad Florentiam, in quo fuerunt etiam omnes Græci eorumque Imperator & ipse Papa. Die vero decima Ianuarii anno Domini MCCCCXXXIX in sessione Concilium translatum fuit.*

37) TRITHEMIVS ad a. 1431. *inprimis Patres & Concilium Eugenium Papam per litteras & solemnes nuntios rogauerunt, vt venire ad Concilium dignaretur, propterea, quod morum reformatio sine eo fieri non posset. Quo negligente ne dicam contemnente, secundo, & tertio citatur, ac postremo tanquam rebellis & inobediens a Papatu auctoritate Conci-*

diæ Ducem sub Felicis V. nomine substituunt. 38) Ipsum vero Basileense Concilium non nisi sub Friderico III. finiendum. 39)

§. XXX. Circa vltima Regiminis tempora negotium ipsi intercessit cum Philippo, Burgundiæ Duce. Hic enim, postquam Ioanni intrepido, patri suo successisset, feuda sua Imperii recognoscere ab Imp. nolebat, Principatus quosdam & dominia in Alemanniæ partibus inferioribus ad sacrum Imperium iuste ac legitime deuoluros, aliqua etiam Imp. hæreditario iure competentia ad se rapuerat, hinc ipsum iuxta morem Imperii solenniter diffidabat, licet ad obsequium rediisse videatur Philippus. 40)

§. XXXI Nec minus illustrem se reddidit Sigismundus, multas concedendo Imperii dignitates. Ludouicus equidem Sabaudiæ Dux a. 1412. Vicariatum obtinuit Imperii in omnibus & singulis ciuitatibus, castris, castellis, oppidis, dominiis atque terris, quæ teneret in partibus Pedemontium. 41) Et licet in isto diplomate nulla mentio fiat Successorum, idem tamen Ludouicus titulo Vicarii perpetui Sacri Romani Imperii postea fuit vsus. 42) Anno 1415. in Concilio Constantiensi Fridericum Noribergensem Burggrauium, quo hucusque in Marchia Brandenburgensi vsus fuerat Procuratore, 43) meritorum ipsius memor, Electorum consensu, constituit Marchionem & Electorem Brandenburgensem atque Archi-Camerarium, ea lege, vt pro eodem quadringentorum millium aureorum Hungaricorum summam Fridericus solueret, concessa tamen ipsi & fratri Wenceslao reluendi potestate, hac quoque adiecta conditione, vt si Fridericus iste sine hæredibus legitimis moreretur, Marchia ista ad Sigismundum vel Wenceslaum rediret. 44) Hanc igitur promissam summam vt certius solueret, Noribergensi Ciuitati Burgum, vna cum reditibus in vrbe atque sylua finitima vendidit, retento tamen iure & territorio Burggrauiatus, vna cum syluis & iure conducendi. 45) Hinc die XVIII. Aprilis Fridericum

Concilii deponitur, & Amadeus quondam Sabaudiæ Dux tunc Monachus Carthusiensis in Pontificem eligitur, & Felix eius nominis IV. in sua obedientia nominatur. Qua ratione in sessione XXXIII. de hac depositione iamdum fuerit actum, tradit AEN. SYLVIVS *de gestis Concilii Basileensis lib. I. p.* 48. Ipsum vero decretum demum in sessione XXXIV. fuit publicatum, quod exhibet AMADEVS PACIFICVS *n. XXXVIII. p.* 96. Plura scripta, quæ huc faciunt, continentur in MÜLLERI *Reichs-Tags-Theatro p. II. c. IV.* Plenius etiam WVRSTISIVS *in Chron. Basil.* integro libro quinto.

38) TRITHEMIVS *c. l.* NAVCLERVS vol. II. Gen. XLVIII. p. 1062. *anno dein 1439. Eugenio quarto publicis decretis abrogato, pontificem conventus designauit Felicem V. Amedeus hic erat, primus dux Allobrogum, sic olim dicti, qui nunc circa Rhodanum Sabaudienses appellantur, vixerat is annos circiter quadraginta in florentissimo principatu, subiit inde rerum humanarum tædium instituitque eremiticam vitam, sumpsit & pallium eremiticum, per quæ magnum erat nomen sanctitatis adeptus. Tum ad honoris huius culmen adspirans, Basileam cum filiis duobus profectus est. Pallio & barba depositis, seculari se reddidit religioni, pontifex Felix V. creatus, annos sedit nouem.* GOBELINVS *Comment. Pii II. lib. I. p.* 8. VITA EVGENII IV. apud BALVZIVM p. 512. *Eodem tempore, videlicet sexto Nouembris anno Domini MCCCCXXXIX. Amadeus Dux Sabaudiæ, qui tribus annis ante aspirauit ad papatum & fecit se heremitam, electus est in schismate in Papam per congregationem Basiliensem & vocatus Felix quintus.* Integrum electionis modum atque processum descripsit AEN. SYLVIVS *de gestis Concilii Basileensis libro secundo*, qui etiam singulari epistola ad Iohannem de Segouia scripta, eiusdem coronationem describit. Extat de eo AMADEVS PACIFICVS, *seu de Eugenii IV. & Amadei Sabaudiæ Ducis, in sua obedientia Felicis nuncupati, Controuersiis, Commentarius, iussu Serenissimi Ducis ab eius Historiographo digestus, Parisiis 1626. 8.* Legatur etiam GVICHENON *Hist. Geneal. de Savoye Tom. I. p.* 444. In LEIBNITII *Cod. Iur. Gent. diplom. p.* 369. extat *declaratio Concilii de acceptatione Papatus, & inthronizatione Papæ Felicis V. cum ipsius iuramento.* WINDECK *cap. CXXII.*

39) NAVCLERVS *vol. II. Gen. XLIX. p.* 1074. de quo sub Friderico III. pluribus.

40) Extat Clarigatio apud WENCKERVM *Appar. Archiv. pag.* 333.

41) Extat diploma apud LEIBNITIVM *Tomo I. Cod. Iur. Gent. diplom. n.* 124. *p.* 305.

42) In Tractatibus pacis inter Margaretham Sabaudam & Ludouicum Bauariæ Ducem de a. 1444. apud GVICHENON *Tom. VI. p.* 347. Vid. SYNT. IVR. PVBL. *cap. XIII. §. XXXVI.*

43) Sic enim GERH. a ROO *lib. IV. pag.* 139. ipsum vocat Marchiæ & Electoratus Brandenburgici curatorem.

44) HARDT Tom. IV. p. 1222. ex Msto Vindobonensi Dorriano *Anno Domini, quo supra, Dominica quasimodogeniti, quæ fuit XVIII. mensis Aprilis Serenissimus Dominus Sigismundus, Romanorum & Vngariæ Rex, in ciuitate Constantiensi, sacro concilio præsente fecit illustrem Principem Fridericum Burggrauium Nurenbergensem Marggrauium Brandenburgensem & Electorem Sacri Imperii futuris temporibus, ipsum & suos hæredes. Et ipsum de dicta Marchia inuestiuit, confirmauit. Præsentibus multis Principibus secularibus, præsertim Duce Saxoniæ & multis Ducibus Bauariæ, & Comitibus, Baronibus, militibus &c.* Latius hæc declarat CERNITIVS *hist. Elect. Brand. p.* 17. Male igitur THEOD. ENGELHVSIVS in Chron. p. 295. *Rex Sigismundus Burggrauium Nürenbergensem constituit Marchionem Brandenburgensem, & Electorem Imperii in tertiam Generationem.* Licet etiam post istam cessionem Sigismundus in Diplomatibus suis titulo Electoris Brandenburgici fuerit vsus, prout ex Diplomate, Sabaudiæ Duci de Ducali dignitate concesso patet, atque ex decretis Posoniensibus apud GOLDASTVM *Tom. III. p.* 442. quarum initium est: *Sigismundus diuina fauente Clementia, Romanorum Imperator, Semper Augustus, ac Hungariæ, Bohemiæ, Dalmatiæ Rex, Archiprinceps Brandenburgensis.* TRITHEMIVS *ad a.* 1417.

45) In litteris venditionis die Veneris post Festum S. Ioannis Baptistæ 1427. hæc verba habentur: *und geben zu kauffen, mit Krafft dieses Briefs, für ledig, und für unbekümmert, und für Lehen, unser Burg, ob der Stadt Nürnberg, mit Thürnen, allen Gemeuren und Baüen, und Hofraiten, und mit irem Begrief, innwendig und auswendig, gen der Stadt Nürmberg &c. Doch in diesem Kauf nehmen wir aus, und behalten uns unserer Herschafft, unsern Erben und Nachkommen des Burggrafthumbs unsere* Lehen

ricum hunc Constantiæ de Marchia & Electoratu Brandenburgico solenniter inuestit. 46) Anno 1416. dum ex Concilio Constantiensi in Italiam veniret, Amadeum VIII. ex Comite Sabaudiæ Ducem facit, terras ipsius in Ducatum euehit. 47) Animus ipsi fuisse videtur, qua ratione Burgundiæ regnum hoc ipso Imperio iterum vindicaret, quod per Prælatos, aliosque Principes varie fuerat dissipatum. 48) Insequenti anno 1417. Constantiam redux factus, Adolpho Cliuiæ Comiti titulos, honoresque Ducis concedit. 49) Postquam a. 1422. extinctus esset Albertus III. vltimus lineæ Ascaniæ Elector Saxonicus, successionem petebat Ericus V. Dux Saxo-Lauenburgicus, tanquam proximus adgnatus ex eadem linea Ascania, successionem etiam sibi ab Imp. per diploma confirmatam obtendens, cui tamen obiiciebatur, quod nec ipse in Rudolphi Saxoniæ Electoris, qui frater fuerat Alberti, inuestitura, manus pro more vexillo admouisset, ideoque simultaneam inuestituram neglexisset, nec Rudolphus ipsum pro adgnato agnoscere voluisset, ipsum vero diploma fuisset fraudulenter a Cancellario scriptum. 50) Prætendebat Electoratum æque Fridericus Brandenburgicus Elector, in fauorem filii, Iohannis Alchymistæ, qui Alber-

Leben, geistlich und weltlich, des Landgerichts, des Burggrafthumbs zu Nürnberg, unsern Wildpau, unsere Glait, auswendig der Stadt Nurmberg, und andere unsers Burggrafthumbs Herrlichkeit, Rechte und Güter, der unsere Vordern, und wir, inen, in diesem und andern Briefen, und Keuffen, nicht verkauft und übergeben haben. Ex hoc igitur controuersia fuit orta, an vna cum Burgo iura Burggrauiatus in ipsa vrbe fuerint vendita, an solum ædificium. Controuersiam hanc examinat WAGENSEIL *Hist. Noriberg. libro secundo* & RENSCH *Brandenburg Cedernbayn p.140.*

46) NAVCLERVS vol.II. Gen.XLVIII. p.1048. & 1064. *in hac generatione anno Domini 1417. in concilio Constantiensi Sigismundus rex, Friderico burggrauio Noribergen. marchionatum Brandenburgensem pro se ac successoribus suis dono dedit, quem & de eodem marchionatu in octaua Paschæ ante prandium cum maxima pompa inuestiuit, hoc ordine. Mane facto, quidam comites, barones ac nobiles cateruatim equitabant per ciuitatem ter, ducentes duo vexilla, tubis lætitiæ signa sonantibus. His quasi præludiis habitis, conuenerunt omnes principes ad habitationem Burggrauii, deferentes minuta vexilla armis futuri principis insignita, conduxeruntque Fridericum Burggrauium ad forum vsque. Erant in foro tabulata, in qua conscendit Cæsar coronam in capite gestans. at vbi in throno consedisset, electores imperii qui aderant, in suis habitibus a dextris partim & a sinistris in officio stabant. Postea ascendit Burggrauius ducens secum duos milites, vexilla Marchiæ ac Burggrauiatus tenentes in manibus. prouolutus genubus imperatoris Burgrauius, petebat se Marchionem creari, atque de Marchia inuestiri. mox lecta sunt litteræ, iuxta quarum tenorem deberet iurare. Præstito vt sic iuramento, creatus est Fridericus in Marchionem Brandenburgensem, de Marchiaque iuxta morem curiæ extitit inuestitus. Dedit illi rex primo vexillum Marchiæ in manus, postea pomum & sceptrum, quæ gestabat comes Palatinus Rheni, accinxitque eum gladio, consuetis adhibitis solennitatibus. Et sic iste Fridericus dignitatem electoratus imperii primus in familiam Burgrauiorum Norinbergens. adduxit.* Eadem reperit CERNITIVS *c. l.* Plenius hanc solennitatem ex GEBH. DACHERII *Historia Concilii Constant.* Msta exhibet HARDT *Tom. V. p.183.*

47) M. CHRON. BELG. p.388. *similiter Dn. Amedeum Comitem in Ducem, & eius comitatum de Sabaudia in ducatum extulit.* SAM. GVICHENON *Hist. Geneal. de Savoye Tom. I. cap. XXV. p.456.* qui etiam *Tom. VI. p.252.* diploma exhibet *Datum Camberiaci Gratianopolitana Diœcesis. Anno a natiuitate Domini MCCCCXVI. XIX. mensis Februarii, regnorum nostrorum anno Hungariæ XXIX. Romanæ electionis VI. coronationis vero II.* Idem diploma exhibet LEIBNITIVS *Tom. I. p.309.* In Concilio tamen Basileensi iamdum solenni protestatione Legati Sabaudici demonstrarunt, Ducalem titulum esse antiquiorem, dicentes: *quod antequam erigeretur Comitatus Sabaudiæ in Ducatum, Comites Sabaudiæ, qui fuerunt pro tempore a trecentis annis præteritis, continuo fuerunt Duces Chablasii & Augustæ, & sic se semper intitulauerunt in suis patentibus literis, cum titulo Comitatus Sabaudiæ,* prout habetur in AMADEO PACIFICO *p.9.*

48) Plenius de hoc THEOD. de NIEM lib.III. c.XXXIII. *potuit enim Imperator vel Rex Romanorum pro tempore, vicinos ex illo compescere Italos, nec non Gallicos & alios sibi rebelles, per mare & per terram: nec non multa commoda consequi, prout per trecentos annos & vltra, per ipsos Imperatores factum fuit aliquando. Sed infra centum annos, aut circa, propter diuersas diuisiones & nouitates, in ipso Imperio interim suscitatas, ac desidiam & negligentiam Imperatorum & Regum Romanorum, qui interim fuerunt, eorum salua reuerentia, ipsum regnum multipliciter dissipatum extitit, & est in manibus alienis, scilicet, multorum ecclesiasticorum prælatorum, nec non etiam secularium principum & aliorum procerum & potentum.* Et paullo post: *posset igitur illi regno saltem per vnam cartam regiam super hoc aliqualiter prouideri, & potestas cognoscendi de causis ciuilibus & etiam criminalibus quibuscunque committi Dn. Comiti Sabaudiæ, qui est præstantior in illo regno, & fidelis Imperio ab antiquo.*

49) NAVCLERVS c. l. *in eodem concilio Constantiensi rex Sigismundus comitatum Cleuensem erexit in ducatum, ipsumque & Adolphum comitem eius domus, creauit ducem.* M. CHRON. BELG. *c. l.* TRITHEMIVS *ad a. 1417.* PONTANVS *Hist. Gelr. lib. VIII. p.396.* HARDT *Tom. IV. pag.1279.* Factum autem XXVIII. Aprilis, CVSPINIANVS *pag.396.*

50) Integrum negotium probe describit GEORG. SPALATINVS in Chronico *von Vrsprung und Herkommen des Hauses Sachsen* apud HORTLEDERVM *Tom. I. lib. IV. c.XXIII. p.1495.* Idem SPALATINVS *in Vitis Electorum*, apud MENCKENIVM *Tom. II. p.1069. ante tres annos, scilicet MCCCC XXII. Albertus Dux Saxoniæ (vt sepulchri lapis Witebergæ in Monasterio, quod Franciscanorum dicitur, in quo conditus est docet) non relictis heredibus, vltimus suæ gentis Elector obierat. Quo facto, Principatus Wittebergensis & Electoratus ad imperium redibat. Quem Dux Ericus Lauenburgensis, eiusdem quidem stirpis, sed remotioris lineæ, (weit aus der Linie) ambibat, votique compotem omnino futurum se sperabat. Caussam afferebat: se suosque maiores cum prioribus Saxoniæ Ducibus, Rudolfo & Alberto, eorumque parentibus simultanea inuestitura gaudere; id quod literis ac documentis se probaturum iactitabat. At Sigismundus indicabat regni Principibus, Ericum Ducem aliena a veritate proferre, Saxoniam sine controuersia ad imperium reuersam, Quam ob causam diu hic Electoratus sine Principe relinquebatur.* Hæc vero ex Spalatino in Compendio exhibet G. FABRICIVS *Origg. Saxon. lib. VII.*

Alberti III. ex fratre Rudolpho neptem, Barbaram, habebat in matrimonio, & Ludouicus Palatinus, pro filio suo primogenito ex gratia saltim Imp. Sigismundus interim dum Saxonia rectore esset destituta, Fridericum Marchionem Brandenburgensem occupare illam regionem, & regia auctoritate munire præsidiis iussit, quoad ipse Principem dedisset. 51) Ast Imperator, ad instantiam nobilium & Statuum Prouinciæ, Electoratum tanquam Imperio apertum vna cum terris Saxonicis, per diploma Presburgi die Epiphanias 1423. Friderico Bellicoso, Misniæ Marchioni atque Thuringiæ Landgrauio, ob merita ipsius & præstita ipsi officia concedit, præter arcem Calauiensem & monasterium Dobrilucense, & quæ his adnexa sunt, quæ Sigismundus Bohemiæ regno adiudicabat. 52) Acceptis octo viginti florenorum

VII. p. 696. scribens: cum Erico autem Duce Lauenburgico contendendum fuit: qui sibi propinquitate generis Electoratum deberi affirmabat, & acceptum ab Imperatore super eius confirmatione diploma ostentabat. Id Norinbergæ fraudulenter scriptum, & signo regio notatum fuerat. Imperator meminerat, Erico ducatum Lauenburgicum datum Francofurti ad Mœnum, ipso vno tantum vexillo de more processisse in campum ad id extructum: neque aliud ius habere in vlla Saxoniæ prouincia: non dari potuisse ei Westoualiam, quæ sit Antistitis Coloniensis: non Ducis Brunsuicensis aut Luneburgensis, quorum iusti domini sint in viuis: non Saxoniæ Electoris ditionem, adhuc viuente Rudolpho Electore: testimonia autem publica esse in promptu plurimorum Principum ac legatorum, solum ei Lauenburgum datum. Præterea Rudolphum Electorem noluisse ipsum fratremque eius, propinquos agnoscere nec ad vexillum in solenni pompa manum admouisse, nec vt vllius rei participem aut coheredem vnquam admisisse. Deprehensa suorum aulicorum fraude, Imperator commentitias illas litteras reiicit: & Ericum ferre repulsam iure & merito testatur. CVSPINIANVS p. 396. Ericum vero paulo ante Venceslai primi filium, Ducem Saxoniæ in Lewenburg & Wittenburg, ob aliquos excessus rebellionis ac inobedientiæ priuauit electoratu. Idque ius Cæsarem eligendi ac Ducatum Saxoniæ Marchioni Misnensi Friderico contulit: cuius prosapia etiam hodie hoc iure vtitur. Licet ablatum ius Electoratus male dicat, quod non habuerant. Sic etiam labitur plane TRITHEMIVS ad a. 1403. scribens: vt superstes adhuc erat Henricus frater prædictorum Ducum Rudolphi & Alberti, quem renitentem Sigismundus Rex Ducem fecit, & intitulauit Lawenburgensem id est, de Burgo leonis cum heredibus suis, ablato ab eis titulo Ducatus Saxoniæ simul & electionis Regni vsque in præsentem diem. Litteras inuestituræ subreptitias a. 1414. impetratas exhibet MVLLERVS p. V. cap. XIII. §. 5. qua ratione vero istas falsas declarauerit Sigismundus, idem exhibet §. 9. ALB. KRANTZIVS Saxonia lib. XI. c. X. Albertus dux superioris Saxoniæ, dictus de Wittenberge, princeps elector, sine suo & legitimo herede diem suum obiit, & de successione iam quærebatur. Ericus dux inferioris Saxoniæ, longo licet interuallo fratruelis eius nepos, legitimam successionem ad se pertinere non ambigens, titulum Saxoniæ, quem semper habuit, adauxit, vt dominum de Wittenberge & principem electorem se scriberet & gereret. Nam & Karolus nouissimus eius nominis Imperator, Sigismundi pater (quod suo loco diximus) inter ambos Saxoniæ duces ordinabat, vt alternis vicibus ad electionem vocarentur, aliquoties etiam Erici patre Erico ad electionem perueniente: vt iustæ dignitatis possessionem præ se ferebat. Sed præualuere apud Imperatorem tum alii. Nam ille Misnensi affectus marchioni propinquo suo, qui illi in Bohemia præstitisset obsequia plurima, contulit ducatum, præteritis cum quadam contumelia legitimis successoribus. Viuebant enim Ericus, Bernhardus, Albertus fratres, Saxoniæ duces. Siue ergo per negligentiam non petendi beneficii, siue ob aliam causam, certum est tunc illos esse præteritos: quod hodie quoque queruntur. Nec tamen obliuiscuntur iuris sui, renouantes protestationibus & diligentiis possibilibus, ne longi temporis tractus præiudicium illis inuehat longæuæ præscriptionis. Nescio igitur, quid WINDECK velit, dum cap. CXII. de Comitiis Francofurtensibus an. 1423. ait: und Hertzog Albrecht von Sachssen und seinem bruder wart das lant zugesprochen von Sachssen, das Konig Sigmund geliben hette dem marggraff Friderich von Meissen, dum ista ætatis nullus superfuerit Saxoniæ Dux, Albertus. Lauenburgenses equidem desuper fuerant protestati, gladiis etiam electoralibus decussatim positis, ad docendam durantem adhuc prætensionem fuerunt vsi, vsque dum III. Septembris 1671. inter Io. Georgium II. Electorem & Iulium Franciscum, Ducem Saxo-Lauenburgensem fuisset pactum, vt Duces Saxo-Lauenburgenses gladiis istis equidem vterentur, sed cuspidibus inferius versis. MVLLERVS Ann. Saxon. ad a. 1671. p. 491.

51) GEORG SPALATINVS p. 1070.

52) TRITHEMIVS ad an. 1423. GEORG SPALATINVS c. l. Tum vero diligenter perpendens, qua fide, virtute & impensis Fridericus Thuringiæ Landgrauius & Misniæ Marchio sæpius vltro sibi in Bohemia & aliis regionibus præsto fuisset, tum eius cum Saxonia vicinitatem considerans, illi vniuersum Ducatum Saxoniæ, & simul Electoratum, Archi-Mareschalli officium, Palatinatum & supremam potestatem cum omnibus iuribus, priuilegiis, & si quæ his cognata sunt alia, quocunque tandem nomine dicantur, contulit, omniaque ipsi heredibusque eius omnibus ac posteris masculis, vsque ab hoc tempore in perpetuum possidenda, imperiali autoritate permisit, præter arcem Calouiensem & monasterium Dobrilucense, & quæ his adnexa sunt, quæ Sigismundus Bohemiæ regno adiudicabat; sicuti litteræ feudales, datæ Posonii anno MCCCCXXIV. clarissimis verbis testantur. WINDECK cap. CIV. Also starp der von Sachssen, da zog der von Brandenburg aus dem velde zu Beheim gein Sachsen und nam des landes en tail ein, Also zog der Appel Vitzum des margraffen von Meissen (diner) von Weissenrode gein Vngern zu dem romischen Konige, und gab fur, wie das lant zu Sachsen ledig worden were, das man es libe margraff Friderich von Missen, do kam herzog Heinrich von Sachssen zu dem Konig Sigmund und claget cleglichen, warumb er sein vetterliches erbe hinwegk geliben hette, Also schreib es Konig Sigmund an die Kurfursten, Also machent die Kurfursten ein tag gein Franckfurt auf den nechsten montag nach Petri und Pauli in den Iare als mon zalt virzehen hundert und drey und zwenzig Iare. Extant hæ litteræ concessionis apud MVLLERVM im Reichstags Theatro p. V. c. XIII. p. 448. Cur autem Palatinum & Brandenburgicum reiecerit, patet etiam ex litteris declarationis super Electoratu Friderico Bellicoso concessis, apud MVLLERVM p. V. §. XIII. c. 9. und wiewohl wir der vorgenannten Hertzog Ludwigs Pfaltzgraven, und Marggraf Friedrichs zu Brandenburgk Bete gern erhært hetten, iedoch haben wir inniglich betrachtet, Gottes und des heiligen Ræm. Reichs Ehre, das nicht viel gehært ist und fremde were, das Vater und Son solten zwey Churfürstenthum besitzen. FABRICIVS Origg. Saxon. lib. VII. p. 696. certabant inter se de eo honore Lauenburgicus, Brandeburgicus & Palatinus. Sed Sigismundus

rum millibus pro impensis, 53) prætensionibus suis statim renuntiauit Fridericus Brandenburgicus, ipseque 54) Fridericus Bellicosus XVIII. Ianuarii 1424. reliquorum Electorum consensu Bingæ in Collegium Electorale fuit introductus. 55) Hinc Kl. Augusti 1425. huncce Fridericum de Electoratu atque Archi Mareschallatu Saxonico vna cum Comitatu Brenensi Budæ inuestiuit. 56) Prouocabat equidem Ericus a. 1427. ad Martinum V. Papam, qui etiam pro ipso apud Imp. intercedebat, sed frustra. 57) Prouocabat ad Concilium Basileense, quod etiam a. 1434. commissionem ea de caussa decernebat, 58) sed nec Fridericus Placidus, quem, mortuo Patre, de Electoratu inuestiuerat Imperator, 59) istam adgnoscebat, nec Imperator, qui publicis scriptis desuper protestabatur, caussam ad Imperii iurisdictionem spectare proponens, se promptum fore caussam per Pares Curiæ examinaturum. 60) Caussam igitur a consilio Basileensi auocabat, & Comi-

dus cum propter obseruantiam in se, multaque in suos populos merita, tum propter spectatam integritatem, fidem, magnitudinem animi, prætulit illis Fridericum Turingiæ Landgrauium, Misniæ Marchionem, Saxoniæ Palatinum: eique nomen ac titulum Ducis Saxoniæ dedit: eamque dignitatem concessit, vt & ensem gestaret, & Imperii Archimarschallus nominaretur, & ius potestatemque haberet cum aliis sex viris Imperatorem & Regem Romanorum eligendi. Friderico autem Brandeburgico & Ludouico Palatino respondit, se promptum quidem esse ornandi filios ipsorum (filiis enim natu maioribus eum honorem petierant) sed moueri pietate erga Deum atque amore in Remp. ne ius maiorum suorum violaret, aut antiquum Imperii morem conuelleret. Vsitatum enim ad sua vsque tempora non fuisse, vt pater & filius simul Electores essent, prouincias Imperii binas possiderent. Cuius instituti causas, prudentissimi Imperatores, maiores sui, graues iustasque habuerint. Quod autem Sigismundus Saxoniæ Electoratum tanquam Imperio apertum Friderico contulerit, docent litteræ inuestituræ, in quibus hæc verba: *des Hertzogthumbs zu Sachsen seiner Chur (die denn an uns als Rumischen Kœnig, und das heilige Reich, mit sampt Graffen, Herrn, Rittern, Knechten, Landen, Leuten, und ieglichen seinen Zugehœrungen, recht und redelichen gefallen ist.* Ipse quoque Sigismundus eodem anno Kesmarckii in Zipserland concessit Priuilegium de non euocando, ius ceræ rubræ aliaque MVLLERVS *Ann. Saxon. p. 12.*

53) CHRON. HOLSATIAE *c. X.* apud LEIBNITIVM *Access. Histor. p. 16.* equidem dicit *tamen quando vltimi Duces Saxonum Electores obierunt tempore Sigismundi Regis Romanorum, tunc Fridericus, Marchio Misnensis, datis centenis millibus florenis pro ducatu Wittenberg in feudum etiam adeptus est nomen dignitatis Ducis Saxoniæ ipse cum progenie sua.* Sed tacent de eo reliqui Scriptores, potius summa ista, quam pro impensis Electori Brandenburgico soluit & pro dote, ansam huic adserto dedisse videtur, prout etiam testatur ALBINVS *Chron. Misn. tit. XVI. pag. 210.* Exhibet autem MVLLERVS *im Reichstags Theatro p. V. cap. XIII. p. 450.* litteras *wegen gezahlter 6000. Schock Groschen* pro ista renuntiatione. SPALATINVS c. l. *Quocitius vero sine controuersia ad possessionem perueniret Fridericus, Marchioni Brandenburgensi pro impensis octo & viginti millia florenorum soluenda erant.*

54) MVLLERVS *Ann. Saxon. ad 2. Martii a. 1423.* Filius ipsius *im Reichs-Tags-Theatro p. V. c. XIII. §. 2.* exhibet has litteras renuntiationis.

55) MVLLERVS *ad a. 1424.* MVLLER *p. V. cap. XIII. §. 4.*

56) MVLLERI *Ann. Saxon. ad an. 1425.* G. FABRICIVS lib. VII. p. 696. *igitur Fridericus post multos labores, multaque pericula iudicio & beneuolentia Imperatoris, Dux Saxoniæ & Elector Imperii creatur in Pannonia Presburgi: insignia accepit Budæ per Iohannem Stulingensem Landgrauium: in Saxoniam introducitur per Ioannem Comitem Lupfensem, anno MCCCCXXVI. quarto videlicet anno post Alberti III. obitum, vltimi ex familia Anhaltina Electoris.* Extant literæ inuestituræ apud P. ALBINVM *Chron. Misn. Tit. XVI. f. 212.* LVNIGIVM *Reichsarchiv p. IV. f. II. p. 6.* MVLLERVM *p. V. c. XIII. §. 6. geben zu Ofen nach Christus geburt vierzehenhundert Iar, und darnach in dem fünff und zwantzigsten Iar, an S. Peterstag ad vincula.* Insequenti vero anno 1426. ibidem Electoratum Friderico confirmat Sigismundus atque insimul attestatur inuestituræ litteras, ad quas prouocet Ericus, fraudulenter fuisse surreptas. Sic enim in dictis litteris: *Denn als der von Passau schliger, dozumahl ihrer Keyserl. Maiest. Cantzler geweßt, das Hertzog Erich durch Fürderung und Volwordt des Edlen Conradts von Wainsberg, denselben Brieff, nemblich zu Nürnberg hinder ihrer Keyserl. Mayt. erkrigt hett, als ihre Keyserl. Maiest. den letzten Tag mit den Churfürsten, andern Fürsten, Graffen, Herren und Stætten geleistet hetten, do er ihm das Datum bey acht Iahren hett lassen hinfur setzten, als ihre Keys. Maiest. dem von Wainsberg wohl ein bessers zugetrawet hetten, wie dann seine Kays. Maj. von irem Protbonotarien, dem Ersamen Frantzen Custos zum heiligen Crutz zu Preslaw, gefragt hett, Der do lauter sprœche, do seine Keyserl. Maiest. letzt zu Nürnberg geweßt, hetten der von Passau Cantzler, und der von Weinsberg, ihm angemuth und geheissen, das er dem Hertzogen von Lawenburg sein Lehenbrieff machen und schreiben, und das Datum acht Iahre, oder mehr hinfür legen solte, hets auch verantwort und gesprochen: Er vvehre dazumahl ihrer Keys. Maiest. Diener und Schreiber nicht gevveßt, darumb vvolte ihm solches zuthun nicht fügen, aber nichts destovveniger vvere der Lehenbrieff zu Nürnberg geschrieben und versiegelt vvorden. Geben zu Offen nach Christi Geburt vierzehen hundert und im sechs und zvvantzigsten Iahr, am abendt Assumptionis Mariæ der reinen Iungfravv,* apud GOLDASTVM *Reichssatzungen p. II. p. 102.* Idem ex SPALATINO confirmat ALBINVS *c. l. p. 214.* Male igitur SCHVRTZFLEISCHIVS *de antiqua Saxonum dignitate* sub finem anni 1426. Electoratum Saxoniæ Misnensibus accessisse dicit, cum Fridericus Bellicosus iamdum a. 1424. in Collegium Electorale fuisset introductus. Alia priuilegia Friderico Bellicoso a Sigismundo Imp. concessa exhibet MVLLER *im Reichstags-Theatro p. I. c. X. §. 12.*

57) MVLLER *p. V. c. XIII. §. 10.*

58) MVLLER *§. 13.*

59) Extant litteræ inuestituræ apud MVLLERVM §. 10.

60) Extant litteræ protestationis apud MVLLERVM §. 16. in quibus: *cum itaque principatus, officium, ac ius supradicta, a nobis & imperio nostro in feodum immediate descendant, ac secundum iuris communis dispositionem, nec non vsum, morem, stilum & consuetudinem sacri Romani Imperii, feudalis contentio per dominum feudi ac Pares curiæ terminanda sit, liquet, hanc quæstionem, si qua prætendi poterit ad nostrum & illustrium Archiprincipum nostrorum, Sacri Romani Imperii Electorum, pertinere notionem.*

61) Extant

Comitia a. 1434. Francofurtum indicebat, constituto Coloniensi Electore Commissario. 61) Mortuo autem Erico controuersia paullatim cessabat. Eodem anno Dominica ante festum Mariæ Magdalenæ, Henricum Seniorem, Dominum de Plauen Misniæ constituit Burggrauium & S. R. I. Principem. 62) Anno 1433. XXII. Septembris Io. Franciscum Gontzagam, Mantuæ Marchionem & S. R. Imperii constituit Vicarium. 63)

§. XXXII. Post mortem Alberti II. Boio-Hollandi, & dum Bauariæ Duces terras Cæsare inconsulto inter se diuiderent, Sigismundus Imp. Alberto II. genero suo, Austriæ Archi-Duci Viennæ d. Iouis ante Palmarum 1426. Bauariam inferiorem tanquam Imperio apertam reliquit administrandam, ea tamen lege, vt post ipsius mortem ad Sigismundi hæredes masculos redeat, his vero deficientibus, ad Elisabetham, Alberti coniugem, & hac sine hæredibus defuncta, ad Albertum ipsiusque hæredes. Idem Sigismundus confirmationem dedit & renouationem Inuestituræ pro Alberto Duce Austriæ, etiam super his feudis, quæ a Ludouico Bauaro tenuerant & suspenderant per omnia iuxta suarum continentiam & tenorem literarum, cum eiusdem Ludouici infeudationes & litteræ sint vel fuerint inualidæ & nullius vigoris vel momenti. Datæ in Seueld 2. fer. festi Paschæ Domini 1427. 64) Caussa diutius per arbitros atque in Collegio Electorali ventilata, Cæsar tandem Presburgi a. 1429. rem in publico consessu disceptatam sic definiuit, vt dum Boici Duces suas prouincias Imperio beneficiarias inconsulto Imperatore, contra iura sæpius essent partiti, atque insuper belli calamitatibus insigniter minuissent, eas Imperatori commissi lege esse apertas: nolle tamen se vti summo rigore, sed dum turbatæ pacis pœnam, tum beneficiariæ legis seueritatem ex mera clementia remittere, probare factas partitiones, & clientelaria iura impertiri. 65)

§. XXXIII. Inter ciuilia ipsius instituta referenda est ipsius Reformatio. Dum enim Papæ iura sua magis extenderent, orta exinde fuerunt diuersa Statuum grauamina contra eosdem. Huc faciunt Auisamenta Constantiensia Sigismundo Imp. a. 1416. in Concilio a Statibus exhibita, 66) & Auisamenta Moguntina a. 1427. in publico conuentu Sigismundo exhibita. 67) In Comitiis Francofurtensibus a. 1435. de reformando iudicio Vehmico cogitabat. 68) Insequuta quidem fuit a. 1440. Sigismundi Imp. Reformatio per ipsius consiliarium, Fridericum a Landskron composita, sed parum prouaIuit, cui subnexa fuit Reformatio politica. 69) In Concilio quoque Basileensi ad hæcce Grauamina nationis Germanicæ fuit responsum, neque tamen omnis adhibita medela. Idem Sigismundus in Concilio Constantiensi a. 1415. Saxoniæ Electoribus ius præferendi Imp. gladium, de quo ipsi in Wenceslai coronatione scrupulum mouerat Dux Brabantiæ, confirmat. 70) Anno 1417. decernit, quod Principum Imperii negotia lingua Germanica & secundum iura Germanica debeant componi. 71) In Concilio Constantiensi an. 1418. contra Ludouicum Ducem Bauariæ Ingolstadti sedentem Iudicium Imperii exercuit super diuersis querelis vicinorum, eundemque licet forum hoc subterfugientem ad ipsis satisfaciendum obligat. 72) A. 1419. Electores Rhenenses contra Colonienses agebant, ipsorum priuilegia infringere conati, Coloniam etiam obsidebant. Verum interuentu Brandenburgici Electoris atque Marchionis Badensis, omne negotium fuit compositum Colo-

61) Extant hæc Acta apud MVLLERVM §. 19. sqq.

62) Extat diploma apud BECKLERVM *Stemmate Ruthenico p. 62.*

63) NAVCLERVS vol. II. Gen. XLVIII. *abiens deinde cum bona Eugenii gratia Imperator, per Picentes & Flaminiam iter faciens, Ferrariam atque Mantuam peruenit: vbi aliquot dies immoratus, & Iohannem Franciscum Mantuæ dominum marchionali dignitate & Imperii signis exornauit.* Hunc iisdem verbis sequitur CVSPINIANVS *pag. 397.* IMHOF *Gen. Gontzag. Tom. I. p. 106.*

64) Originalia adseruantur in Bibliotheca Cæsarea.

65) ADLZREITER *Ann. Boiic. p. II. lib. VII. n. LXVII. LXVIII.* & hæc vberius refert, potissimum n. LXVII. *Cæsar bello & republica procuratione occupatus; caussam remisit ad Moguntinum Electorem, qui conuocato Septemuirûm Comitio, non modo Boicos Principes, sed etiam Cæsaris mandatarios, & Albertum Archiducem Austrium, filium ac hæredem Alberti IV. & Ioannæ Alberti Senioris Boio-Hollandi filiæ, qui etiam litem ad se quoque pertinere credebant, disceptantes audiret. Lecti præterea viginti quinque ex tribus Boicæ ordinibus sequestres, qui litem inspectam componerent.*

66) Extant ista apud GOLDASTVM *Stat. & Rescript. Imper. Tom. I. pag. 149.* HARDTIVM *in Prolegomenis Tom. I. c. XV.* & GEORGI *Grauam. Nat. Germ. cap. V. §. III.* Varia alia Sigismundi Priuilegia ex Actis publicis congessit HERM. ab HARDT *Tom. V. pag. 163.*

67) GOLDASTVS *c. l. p. 155.*

68) Sic enim in Cæsaris Propositione apud WENCKERVM Appar. Archiv. p. 329. n. 16. *Reformatio und Lauterung des heimlichen Gerichts,* ad quæ Status respondebant: *Item, Reformatio und Luterunge des heimlichen Gerichts &c. Darnach ist geratslaget, wie man darin kompt, daß solche Reformatio geschehe, gevellet uns wohl, also daß das die Statte, die nit wissende sint, nit berühre.*

69) Extat vtraque apud GOLDASTVM *Tom. I. p. 170.* & *Reichs Satzungen p. II. p. 110.* De hac Reformatione ipse FRIDERICVS a LANCIRON in *Chronico suo f. 69. Zuleczst ward geordnet ein concili gen Basel. do machet er ein reformation. wie sich in der heyligen cristenheyt füro halten solte. vvælche von vvort zu vvort eygentlichen in disem Buch geschriben steet. vvievvol die nit bestæt vvard durch verachten und sparen dir haubter.* Inde post Chronicon Augustæ 1480. impressum, sequitur hæc Reformatio.

70) Extat decretum apud MVLLERVM *Reichs-Tags-Theatro p. I. c. VI. n. 22.* de scrupulo ipsi moto supra *Sect. VI. §. XXX.*

71) GOLDASTI *Reichs-Satzungen p. II. p. 98.*

72) Hoc late describit WINDECK *cap. LX.*

 73) WIN-

Colonienſibus ipſorum priuilegia confirmata. 73) Sic etiam Receſſus Imperii Noribergenſis de a. 1431. ſub Aureæ Bullæ nomine venit, quo varii defectus emendantur. 74) In Comitiis Egranis a. 1437. de reformanda pace publica aliisque Imperii defectibus fuit conſultatum, ſed conſilia hæc mors Imperatoris interrupit. 75) Nec omittendum eſt, quod a. 1424. Imperii inſignia, ex caſtro Carlſtein Bohemiæ, quo Wenceslaus eadem tranſtulerat, 76) ob metum Huſſitarum in arcem Vicegradenſem, dictam Plintenberg, 77) poſt, conſenſu Martini V. Papæ Noribergam transferri iuſſit, quæ ibidem magna cum veneratione fuerunt excepta, ibidemque adhuc adſeruantur. 78)

§. XXXIV. Tandem vero a. 1437. ex veneno accepto ægrotabat Sigismundus, & licet tunc abſciſſo digito pedis liberaretur, 79) morbus tamen iterum inualeſcebat. Barbara Imperatrix, nouum coniugium mente complexa, & de retinendo Imperio ſollicita, plerosque Barones, quorum auctoritas apud Bohemos potior erat, clanculum ad ſe vocat, Sigismundum breui eſſe moriturum adſerit, futuras in regno turbas, quietis vnicam viam eſſe, ſi ſe viduam Rex Poloniæ ducat vxorem. Placet Bohemis Imperatricis conſilium, datisque dextris fœdus ineunt. Non latuerunt hæc Imperatorem, qui poſtquam referentibus medicis, moriendum ſibi eſſe cognouit, ex Bohemia, cuius ſibi dubia fides erat, Znoyam Morauiæ ſe vehi iuſſit, viſurus filiam, priusquam vita excederet. Ibi mox Barbara virum ſecuta, cuſtodiæ traditur. Imperator vocatis in cubiculum Hungariæ ac Bohemiæ primoribus, Albertum, Auſtriæ Ducem, generum ſuum deſignat ſucceſſorem. 80) Exin legatos nominat, qui ipſo mortuo, Bohemiam petentes, in Procerum conuentu teſtamentum ſuum patefaciant. Inter quos Caſpar Schlickius Comes fuit, trium Impp. Cancellarius. Omnes, qui aderant, Albertum Regem ſalutauerunt. 81) His peractis IX. Decembris 1437. ſeptuagenarius fuit defunctus. Corpus eius ex vltima ipſius voluntate Varadinum in Vngariam ductum, ibidemque in templo S. Ladislai fuit ſepultum. 82)

§. XXXV.

73) WINDECK *cap. LXVI.*

74) Extat apud GOLDASTVM *Reſcriptis Tomo I. p. 146. Reichs-Satzungen p. II. p. 105.*

75) Hæc ex Actis Publicis latius declarat DATT *lib. I. c. XXVI.* Conuocationem ad hæc Comitia exhibet LEHMANNVS *lib. VII. c. XCI.* MVLLER *Reichs-Tags-Theatro p. I. c. IX. §. 33.*

76) *Supra Sect. VII. §. XX.*

77) ANDREAS PRESBYTER p. 43. *an. 1424. tempore quadrageſima reliquia & inſignia imperialia de caſtro Karlſtein in Bohemia per Sigismundum regem ad Vicegradum, vulgariter Plintenberg in Vngariam, propter hæreticorum perfidiam deducta, de Hungaria in Nurnbergam, ciuitatem imperialem, ſunt portata.* WINDECK cap. CXV. *Alſo in der weile der Konig von Dennemarck in Krakaw was, do hatte der romiſch Konig Sigmund zu Vngern das hocherwirdige romiſch heiligthum zu der Blindenburg funff meile von Ofen laſſen furen mit groſſer herlichkait, an der mitwochen vor Weinachten als mon zalte virzehenhundert und drey und zweinzig Iare, und wart zu Offen zu malle koſtlichen und herlichen empfangen und eingefuret, alſo das wol pillich was, Daſſelbige wirdige heiligtum ſach ich Ebberhart Windecke von der gnaden Gottis an den heiligen Weinachtetage dem romiſchen Konig Sigmund nachtragen in der feſte zu Offen us einem gewelbe in die capelle. daſſelbe heilitum derſelbe Konig Sigmund den behmiſchen Kezern entfurt hette, und hernach vvider antvvort in die ſtat gein Nurnberg, do es noch vvas als mon ſchreib virzehundert und XXIII. Iar.* CRVSIVS *Ann. Suev. p. II. lib. VII. p. 166.*

78) CHRON. ELWANG. ad a. 1424. *dominus Rex Hungariæ & Boemiæ ſanctas reliquias, quas de Boemia in Hungariam tranſtulit, ad Noribergam ciuitatem transmiſit. Quæ ibidem plebi in Non. Maii ſunt oſtenſa cum magna ſolennitate.* WINDECK cap. CXXIV. *Du ſolt vviſſen das vvirdige heilitum, das zu dem heiligen reich gehoret hat manig hundert Iar und dem heiligen reiche uber XL. iar empfremdet vvas pei Kaiſer Karlo Zeiten von Beheim und gein Beheim gefurt vvas, und der romiſch Konig Sigmund von Beheim furt gein Vngern, und do hette vvol zvvey Iare, Alſo bedachten ſich der romiſch Konig und vorſchreib den von Nurnberg dorumb, das ſie zu ym ſanten zvvene burger das vvas Sigmund Strammer und Sebold Pfinzing der Iunge, den antvvortet der romiſch Konig das vvirdige heilitum, alſo ſtille ſchvveigende und ſo heimlichen, das über VI. perſonen nit vvüſten, und furten es aus zu Offen an dem achteſten tage nach der Lichtmeſſe auf einem vvagen, alſo es havvſen vveren gevveſen oder viſche, und prachten es gein Nurnberg an dem mitvvoch nach unſer liben fravven tag Annunciacionis marie in der vaſten, Alſo mon ſchreib virzehen Hundert und vir und zvvenzig iare, und hatten do beſtalt. das alle menige des volkes mon und fravven vvallen und parfus mit der proceſſion gingen und prachten es herlich in die Stadt.* Plenius hæc exponit CHRISTIANVS ERDMANNVS *in Noriberga in flore auita Romano Catholicæ Religionis 1629.* & LVDEWIG *in Noriberga Inſignium Imperialium Tutelari.* Vtrique etiam Bullam Martini V. exhibent ab aliis quoque Papis confirmatam. Aquisgranenſes equidem prætendunt, ipſorum vrbem eſſe Imperii Inſignium tutelarem, idque etiam nupera coronatione demonſtrare conati ſingulari ſcripto, hoc titulo: *kurtzer Bericht über des Kæniglichen Stuhls und des Heil. Ræm. Reichs freyer Stadt Aachen, bey denen Crænungen der Ræmiſchen Kænigen und Kayſern habender Prærogatiua und Gerechtſam.* Verum, cum Aquisgrani quædam ſaltim inſignia adſeruarentur, vtrisque hunc honorem deberi, merito contendit LVDEWIG *cap. V.*

79) Promiſerat equidem ante Wenceslao; & poſtea Iodoco Morauiæ Marchioni ſucceſſionem in Regnum Vngariæ, de quo EBERHARD WINDECK cap. XI. ſed iſti iam erant extincti.

80) WINDECK cap. CCXVII. *In der Zeit vvas der romiſche Kaiſer Sigmund zu Prag, und vvas kranck vvorden, das mon meinte, mon vvere Im vergeben, das yme die giffte zu einer groſſen zehen ausran, die muſte mon dem Kaiſer abſneiden und auf ſant Mertenstage in dem MCCCC. und XXXVII. iare zog Kaiſer Sigmund gen Zvveim in Merhern.*

81) AEN. SYLVIVS *c. LIII.* TRITHEMIVS *ad an. 1437.* ANDREAS PRESBYTER *pag. 60. 61.* DVBRAVIVS *lib. XXVII. exeunte.* BONFINIVS *rer. Vngar. dec. III. lib. III. p. 201.* NAVCLERVS *vol. II. Gen. XLVIII. p. 1061.* CVSPINIANVS *p. 399.* WINDECK *cap. CCXIX.*

82) AEN. SYLVIVS *c. LIV.* ANDR. PRESBYTER *p. 60. Imperator autem graui infirmitate ceptus & laborans, propter quam etiam pedica ſibi*

fuit

§. XXXV. Prima ipsius vxor erat Maria, Ludouici, Hungariæ Regis filia, per quam Hungariæ regnum fuit adeptus, 83) defuncta a. 1392. sine prole. Altera Barbara erat, Hermanni Ciliæ Comitis filia, 84) fœmina inexhaustæ libidinis, 85) quæ vt diximus, Mariti iussu, carceri fuerat mancipata, ab obitu vero ipsius libertatem recuperauit, fœdis libidinibus Græcii consenuit, peste tandem Kl. Maii 1439. extincta. 86) Ex hac vnicam filiam sustulit ipsius successori Alberto II. Austriæ Duci a. 1417. nuptam. 87)

fuit abscissa, subito & ex insperato circa festum S. Martini cum vxore sua a Praga recessit, & in Znoyma oppido Morauiæ V. Id. Decembr. in contritione & deuotione magna obiit, ductusque in Vngariam, & in Ecclesia Bardinensi Strigonensis prouinciæ tumulatus. M. CHRON. BELG. *pag. 387.* WINDECK cap. CCXVIII. *wenn er starb auf den nechsten montag nach Conceptionis Marie virginis in dem iare, also mon schreib MCCCC. und XXXVII. Iare, und vvas auff dem nevvnden tag des montes decembris.* Qua ratione se circa mortem gesserit, idem describit *cap. CCXIX.* Idem c. CCXX. *Vnd also laite mon dem Kaiser auf einen Wagen und furte In in Vngern durch Merbern gein Presburg, gen Gummary, gein Gran, gein Windenburg, gein Woben, gein Offen, do leit er begraben bei konigin Maria seiner ersten hausfravven in des liben herren sant Ladislaus Kirchen, den derselbe Kaiser alle vvege lip hat und gerne dynnte.* CVSPINIANVS *in vita p. 399. Corpus dehinc regio cultu in curru, quo etiam capta ferebatur Imperatrix, Varadinum delatum, ac honorifice est sepultum. Vbi hi versus leguntur sepulchro eius inscripti:*

Cæsar & Imperium tuus en ego Roma sacratum,
rexi non ense, sed pietatis ope.
Pontificem summum feci, spretis tribus vnum,
lustraui mundum schisma negando malum.

NAVCLERVS diem VIII. Decembris ponit *cit. loc.* dicens: *paulo post obiit anno salutis 1437. in festo conceptionis B. Mariæ Virginis, ætatis suæ septuagesimo, regnorum autem suorum Vngariæ quinquagesimo primo, Romanorum 27. imperii vero anno quinto, Boemiæ 17. qui postmodum in Vngariam deportatus, in ecclesia Varadiensi honorifice est sepultus, præcesserunt optimi principis interitum prodigia quædam malorum quæ secuta sunt, indicia.* IO. THWROCIVS Chron. Hungar. p. III. c. XXIV. *Sigismundus in Znoymam ciuitatem Morauiæ delatus A. 1437. in festo conceptionis gloriosiss. Virginis Mariæ, ætatis suæ septuagesimo, regnorum autem suorum, Hungariæ LI. Romanorum XXVII. Bohemiæ XVII. Imperii vero Anno V. diem obiit, qui postmodum in Hungariam portatus, & in ecclesia Waradiensi - - traditus est sepulturæ.* BONFINIVS *p. 292.* Vitam, Historiam atque Gesta Sigismundi plenius persecutus fuit EBERHARDVS WINDECK, Ciuis Moguntinus, qui per quadraginta annos in aula Bohemica Pragæ fuit versatus, vbi ipse in prooemio testatur: *Ich Eberhart VVindecke purger zu Meintz bin in dem hoffe zu Bohem zu Vngern und under der cronen zu Prage gesin XL. iar, von den das ich ein Knabe vvas von XV. Iaren, do vvart ich von einem grossen mechtigen Kaufman bin in das lant gein Behem gefuret, und pin ich auch unter den Konigen, Herzogen und herren gesind, bis auf die stunde das der allerdurchleuchtige furste Sigmund ræmischer Konig und Kaiser, den man sprach Lux mundi, das ist ein licht der welt, abe ist gangen von todes wegen, dem got genade, und pin ich auch Eberhart Windecke bei disem geschichten was hernach geschriben statt, gewesen von gehaise meins gnedigen Herren Sigmundes des Romischen Kaisers, und habe auch manig wunderlich ding gesehen.* Extat in Msto vere coæuo Bibliothecæ Ducalis Saxo-Gothanæ, ex quo illam Tomo I. Scriptorum Rerum Germanicarum inseruit MENCKENIVS. Extat idem Mstum in Bibliotheca illustris Viri, IO. LVDOVICI ZOLLMANNI, licet ordo capitum in plerisque variet. Agit de eodem etiam HARDTIVS *Prolegomenis Tomi V. p. 6.* Idem *pag. 7.* singulare Opus promittit *de vita & rebus gestis Magni Cæsaris Sigismundi.*

83) De hac dictum §. *II.* CVSPINIANVS *pag. 400.*

84) DVBRAVIVS lib. XXV. p. 664. *ac mox nuptias cum Barbara Hermanni Ciliæ comitis filia, cultu, ornatu, sumptu, munerumque magnificentia splendididissimas celebrauit.*

85) AEN. SYLVIVS *c. LIII.* redarguit *inexhaustam fœminæ libidinem, quæ tumulo quo propior est, eo genitalis thori, nuptialisque facis cupidior & curiosior redditur.* Idem in vita Friderici III. p. 43. *eodem tempore Barbara, quæ fuit Sigismundi coniunx, ex domo Ciliensi, quamuis senectute confecta, peste tamen interiit, nobilis genere, infamis vita mulier: quam sæpe in adulterio Sigismundus comprehendit: sed adulter ignouit adulteræ. Nam & sibi nihil leuius quam violare matrimonia fuit. Barbara vero tam inexhaustæ libidinis inuenta est, vt non tam crebro peteretur a viris quam viros peteret. ea post viri obitum in Bohemiam se recepit apud Gretium Reginæ, ibique inter greges exoletorum concubinosque consenuit: in tantamque dementiæ cæcitatem prolapsa est, vt sanctas virgines, quæ pro fide Iesu mortem subiere, stultas publice compellaret, quæ voluptatis gaudia gustare nescierint. Nihil deinde homini suum dicebat, nisi voluptates. post hanc vitam aliam esse negabat, & interire animas cum corporibus asseuerabat. Sed hanc tam scelestam fœminam in domicilio Hæreticorum apud Gretium defunctam, scelerati & abhomina sacra Hussitarum Sacerdotes Pragam duxere, atque inter suas biles Regum tumulis condidere: digni qui tam impium funus peragerent impii.* DVBRAVIVS *lib. XXVIII. p. 736.* de eadem: *mulier prorsus Sadducea Epicureaque cum Epicuro enim summum bonum in voluptate ponebat. Similiterque atque Sadducæi de immortalitate animæ nihil plane credebat, sed tam superos quam inferos ridebat. Huic ad lasciuiam comprimendam cum a viris matronisque honestioribus turtur auis proponeretur, quæ marito mortuo iterum nubere nesciret, absterso omni pudore, solita est respondere: & quid mihi cum aue monticola & solitaria, cur non potius columbas & passeres domi ob oculos quotidie obseruantes mihi proponitis, quarum auium oscula, & amores nunquam cessant.* FVGGERVS *lib. III. c. IV. n. 4.* eandem vocat Germanicam Messalinam. Maxime vero hanc increpat CVSPINIANVS *p. 400.*

86) FVGGER *lib. IV. c. VIII. n. II.* DVBRAVIVS *lib. XXVIII. p. 234.*

87) WINDECK *cap. XXIII. & cap. LXIX. Also lis der Konig pleiben und zog fur sich gein VVeynne mit Herzog Albrecht seiner tochter manne, do lag er manchen tage, und was gar frolich, do wart vorteidinget zwischen Im und hertzog Albrecht, zu welcher Zeit der Konig sein tochter dem herzogen zu legen wolte, das solte ie geschehen XIII. tage nach ostern, als mon zalte virzehenhundert und sibenzen Iare, und geschee das nit, solte der Graffe von zille des Koniges sweher, und der graffe von Vngern Garm Nicolaus dem herzg Albrecht virzig tausend ungerischer guldein geben zu einer pene, Also vvart die tochter geantvvortet,* CZECHOROD *lib. V. c. V. p. 611.*

PERIODVS DECIMA.
AVSTRIACA.
SECTIO PRIMA DE ALBERTO II.

§. I. Alberti II. Parentes atque Mores. §. II. Gesta antequam fieret Imp. §. III. Alberti electio in Regem Vngariæ & Bohemiæ. §. IV. Electio ipsius in Imp. §. V. Comitia ipsius Noribergensia a. 1438. & diuisio Imperii in Circulos. §. VI. Bellum Turcicum & Mors. §. VII. Vxor & Familia.

§. I.

SUccessit igitur Sigismundo gener ipsius ALBERTVS V. Austriæ Dux, inter Imperatores secundus dictus. Hic patrem habuit Albertum IV. Mirabilia mundi dictum, matrem Iohannam, Alberti Bauariæ Ducis & Hollandiæ Comitis filiam, 1) natus a. 1394. 2) Hic princeps potens erat, staturæ proceræ, 3) nobilis, liberalitate, iustitia & virtute præstans, mitissimus & religionis amator, 4) Doctorum Mæcenas. 5)

§. II. Mortuo statim patre, de tutela erat controuersia, quam Leopoldo IV. ipsius adgnato deferebant Ordines Austriæ Prouinciales, protestante desuper huius fratre Ernesto, qui deinde in tutelæ consortium fuit adsumtus. 6) Mortuo Leopoldo, ipse a. 1411. Austriæ regimen suit adgressus, quod multa cum laude gessit. Austriam, quæ prius diu multumque lacessita, & latronibus atque bellis intestinis fuerat vexata, pacauit, ac singula restituit: Scelerum acerrimus vindex, summum adhibuit studium, vt pax vndique per Austriam inclaresceret. 7) Anno 1422. Sigismundi filiam vnicam Elisabetham Viennam vxorem traduxit, ipsi iamdum octo annos natam desponsatam, matrimoniumque multa solennitate consummauit, Morauiæque Marchionatum dotis nomine suscepit. Hinc etiam Morauiam contra Hussitas egregie defendit. 8)

§. III. Mortuo Sigismundo, Albertus statim XIX. Decembris, Posonii in Regem Vngariæ est electus, 9) atque Kl. Ianuarii in Alba Regali, cum coniuge sua Elisabetha, summo populi adplausu fuit coronatus. 10) Eodem anno, Albertus Dux Austriæ, pridie Nonas Maii, Pragæ in regem Bohemiæ fuit electus. 11) Proceres vero, qui cum

1) CVSPINIANVS *in vita p. 401.* FVGGER *lib. IV. c. II. fin.*

2) Patet ex eo, quod CVSPINIANVS & FVGGERVS ipsum decennem fuisse dicant, cum pater moreretur, quod a. 1404. accidit.

3) BONFINIVS dec. III. lib. IV. p. 298. *fuit Albertus, statura corporis aliquanto supra mediocrem, mira fortitudine, ac liberalitate insignis: præter eximias viri laudes intentissimum religionis studium pietatisque culturam prædicant. Item colore subnigro, venerando aspectu, præterea mitissimus & in suos omnes nimium exorabilis fuisse dicitur. Beatum igitur imperium Romanum, cum Vngaris & Boemis omnes fore iudicassent, si Alberti diutius auspiciis gubernari potuisset.* CVSPINIANVS p. 401. *qui iam tener adolescens grandibus oculis, ac flaua cæsarie adeo cœpit adolescere, vt iusta sua ætate, omnes homines proceritate facile superaret. In qua quidem statura eius procera, fuit neruosum & validum corpus, facies virilis, more gentis, barba superiori labro extensa.*

4) AEN. SYLVIVS c. LV. *Princeps potens, nobilis & virtute præstans* & c. LVI. *Princeps liberalitate ac fortitudine clarus, & qui cæteris rebus longe Religionis studium anteposuit.* LEHMANN *lib. VII. c. XCIII.* HIER. GEBWILER de Ortu Ferdinandi lib. III. f. 45. *erat princeps optimus nulla non virtute clarus, liberalitate simul & iusticia præstans, magnanimus in aggrediundo hoste, prudens ac fortis, & sane conceptam animis hominum opinionem haud frustratus esset, nisi parcarum inclementia (nondum enim toto biennio imperauerat) alui profluuio confectus esset.*

5) CVSPINIANVS p. 401. *studium quoque generale Viennense obuiam procedens, prolixa oratione, Principem suum salutauit, sesequee illius tutelæ commendauit. Qui, vt præter filios suos, omnes doctos ardentissime amauit.*

6) CVSPINIANVS *p. 401.* FVGGER *lib. III. c. IV. p. 406.* ROO *lib. IV. p. 128.*

7) CVSPINIANVS *c. l.*

8) CVSPINIANVS *pag. 402.* qui etiam addit: *nam & Vladislaus Polonorum Rex & Lituaniæ dux, crebro vnicam filiam vxorem Alberto obtulit: quam facetiis abnuit, iniuriam patrui VVilhelmi obstare causatus.* GERH. a ROO *lib. IV. p. 147.* CHRON. MELLICENSE: *A. 1422. Dux Albertus V. desponsatam sibi diu Elizabeth, filiam Sigismundi Rom. & Hung. R. duxit vxorem.* VITVS ARENPECK Chron. Austriaco p. 120. *Ipse Sigismundus Rex Romanorum & Hungarorum vnicam filiam suam Elizabeth huic Duci Alberto in matrimonio copulat, & pro dote filiæ Marchionatum Morauiæ dedit, & iure hæreditario eum & posteros suos illo inuestiuit.* Infeudatio de Morauiæ Marchionatu ipsi facta extat inter GOLDASTI *Beylagen n. LVI. p. 273.*

9) AEN. SYLVIVS c. LIV. *Albertum Barones qui aderant ex Hungaria & Bohemia, concordibus animis Regem salutauere. Ipse missis in Bohemiam suis a Sigismundo Delegatis, versus Posonium iter flexit.* ANDREAS PRESBYTER p. 61. *feria quarta, 19. die Decembris, in Prosanio, Albertus Dux in Regem Vngariæ est electus.* CVSPINIANVS *pag. 402.*

10) AEN. SYLVIVS *c. l.* FVGGER *lib. IV. c. VIII. p. 463.* DVBRAVIVS *lib. XXVIII. ineunte.* BONFINIVS *Rer. Vngar. Dec. III. lib. IV. p. 294.* NAVCLERVS *vol. II. Gen. XLVIII. p. 1063.*

11) ANDREAS PRESBYTER equidem *p. 61.* dicit: *Albertus, Dux Austriæ, & Electus Rex Vngariæ, in die Iohannis Euangelistæ, Pragæ, in Regem Bohemiæ est electus.* Ast, AEN. SYLVIVS, qui hæc *cap. LV.* plenius declarat, dicit: *Albertus pridie Nonas Maias Rex designatur.* FVGGER vero *p. 464.* V. Maii habet. CVSPINIANVS *p. 402.* CZECHOROD *lib. V. cap. VI.*

12) AEN.

cum Barbara conspirauerant, non alio pacto in Albertum consentiunt, quam si ipsorum postulatis mos geratur, renuente tamen Alberto. Interea Barbara, dimissis quae possidebat in Hungaria inexpugnabilibus castellis, libertati est reddita, duodecim millia aureorum nummorum, quoad viueret, ei singulis annis constituta. 12) Henricus Ptarsco igitur & Alexius Sternenbergius potissimum, aliique, qui a partibus Thaboritarum stabant, Casimirum, Regis Poloniae Germanum, tredecim annos natum, Regem appellant. Mittebantur ad Regem Poloniae Vladislaum legati, oratum, ne fratrem Bohemiae regnum turbare patiatur, qui tamen fratris caussam defendebat. Nihilominus Bohemiam intrans Albertus, Pragae magno cum gaudio suscipitur, ibidemque III. Kl. Iulii solenni pompa coronatur. 13) Poloni equidem armata manu Bohemiam intrant, diuersis conflictibus tamen inferiores, belli induciae fuerunt factae, conuentus in alium diem apud Vratislauiam statutus. Eo veniens Albertus ex gradu forte prolapsus, grauiter laesus, pluribus diebus aegrotus decubuit; Exin claudus effectus, infecta pace, per Morauiam in Austriam rediit. 14)

§. IV. Eodem anno 1438. feria quinta post Oculi, die vigesimo mensis Martii, Electores, scil. Theodericus Moguntinensis, Theodericus Coloniensis, Rabanus Treuirensis, Archiepiscopi, Otto, Comes Palatinus Rheni, & Dux Bauariae, Tutor Ludouici, Comitis Palatini Rheni, Fridericus, Elector Saxoniae, Fridericus, Marchio Brandenburgensis, postquam inter se de componendo schismate inter Papam & Concilium Basileense vnionem confecissent, 15) concorditer Albertum, Ducem Austriae, electum Regem Vngariae & Bohemiae, in Franckenfordia, in Regem Romanorum elegerunt. 16) At illi acceptare imperium iniussu Baronum Hungariae, haud quaquam licebat. Id enim eis promiserat, quum ipsum Regem acceperunt. Vocati primores regni, negabant ex vsu esse Hungariae Regi, Theutonicis caeterisque gentibus imperare: dum Sigismundus Romanae rei consulturus, Italiam, Germaniam, caeterasque prouincias peragraret, Hungariam Turcarum direptioni patuisse. Multa in vtramque partem dicta, postremo victi precibus Friderici, Ducis Austriae tunc adolescentis, assensum dedere: 17) Imperium summa Germanorum congratulatione ab Alberto susceptum, qui paullo post Aquisgrani fuit coronatus. 18) Ad ista Comitia Francofurtensia etiam Iudaei vocabantur, ad offerendum illi aurum coronarium. 19)

§. V. Inde bina Noribergae celebrat Comitia, Prima die Margarethae 1438. 20) quae numeroso Principum confluxu fuerunt celebrata. Constitutione igitur saluberrima, diffidationes omnes in Imperio aboleuit, Austregas, dirimendis Statuum litigiis ordinauit, vniuersam Germaniam, excepta Bohemia & Austria, in Quatuor Circulos diuisit, quorum primus Bauariam atque Franconiam, alter Terram Rhenensem atque Alemanniam, tertius Westphaliam vna cum Belgio, quartus Saxoniam sub se comprehenderet, peculiares etiam in quocunque Circulo publicae pacis rerumque Imperii iudicialium executores esse

12) AEN. SYLVIVS *c. l.* FVGGER *lib. IV. c. VIII. p.* 464. BONFINIVS *p.* 294.

13) AEN. SYLVIVS *c. l.* FVGGER *p.* 466. CVSPINIANVS *c. l.* BONFINIVS *p.* 295. WINDECK cap. CCXXI. *Du scholt wissen, das Konig Albrecht Kaiser Sigmund tochter mon, der also zu ungerischen und beheimischen und zu romischen Konig gekorn was, also du vor gelesen hast, der zog gein Beheim und gein Prag mit drey tausent pferden ader me, und wart gekronet zu sant Venzlaws uff dem hawsi zu einen beheimischen Konig uff sant Peters und paul tag, also mon screib tausent vir hundert und XXXVIII. Iare.*

14) AEN. SYLVIVS *c. l.* FVGGER *lib. IV. c. XIII.* CVSPINIANVS *c. l.*

15) Extat ista vnio apud WENCKERVM *Appar. Archiv. p.* 334. MVLLERVM *Reichstags-Theatro p. I. c. IV. §. VIII.* SYNT. IVR. PVBL. *cap. XVI. §.*

16) ANDR. PRESBYTER *p.* 61. BONFINIVS *c. l. p.* 297. FVGGER *lib. IV. c. VIII. n.* 12. Extat Instrumentum Electionis in MÜLLERI *Reichs-Tags Theatro p. I. c. I. p.* 2. WINDECK Cap. CCXX. *Darnach komen die Kurfursten alle gein Franckfort, bischoff Dittrich von Meinz, was ein schenke von Erpach, bischoff Dittrich von Colle, was ein graf von Marsche, bischoff Rabi von Trire, Herzog Otte von Heidelberg an herzog Ludwig (stat) sein sun war zu iung, so vvas sein vater iecbling gestorben, also muste der an sein stat Kysen, Es vvoren do der herzog von Sachsen, und der margraff von Brandenburg mit dreyen seinen herlichen herren, und vvas der lantgraff von Hessen und herzog Ludvvig von Bravvnschvveig und der pose Bischoff von Wirzburg, und komen auf montag nach Oculi also mon schreib MCCCC und XXXVIII. iare, und vvaren do virzehen tage gleich.* Idem postea modum electionis describit, additque: *vven der Herzog von Sachsen trug dorein, er meinte die Kure zu haben.* Et paullo post, *wievvol nit rede vvas, das der margraffe oder sein sune einer solte es sein und vverden, und sie vvusten auch nit anders, und vvaren dorumb do, als mon denne saite.*

17) AEN. SYLVIVS *c. LV.* DVBRAVIVS *lib. XXVIII. p.* 723. BONFINIVS *p.* 295. GOBELINI *Comment. Pii II. lib. I. p.* 7. FVGGER *c. l.*

18) DVBRAVIVS p. 724. *atque ille non cunctatus Principes adire, vt de veteri consuetudine in Germania locis suis Imperium iniret, Aquisgrani miro omnium Electorum gaudio & gratulatione, Imperii corona redimitus est.* NAVCLERVS *vol. II. Gen. XLVIII. p.* 1063. CVSPINIANVS *p.* 402.

19) de quo WENCKER *c. l. p.* 338.

20) LEHMANNVS equidem *lib. VII. c. XCIX.* haec Comitia ad annum 1439. refert. Verius tamen ex actis publicis ad hunc annum refert DATT *lib. I. c. XXVI. n.* 9. WINDECK cap. CCXXI. *In derselben Zeit (1438.) hatte derselbe Konig Albrecht seine potschafft getan auf den Rein, zu den Kurfürsten und den steten gein Nurmberg zu komen bi seinen rete uff sant Margareten tag in demselben Iare, sich do zu untersprechen, und mit zu voreinigen einen fride zu machenn in dem reiche und ein eyninge, kornige aller munze von silber und von golde, und das wohl*

esse voluit. 21) Noua Noribergæ diuisio facta fuit in die S. Galli in sex Circulos, eosdem quidem, quos postea Maximilianus I. prima vice constituit. 22) Licet eadem ob mortem Imp. statim insecutam, effectu fuerint destituta. Eodem anno tempore Concilii Basileensis Electores pacem publicam inter se constituerunt, cui etiam ipse accesserat Imperator. 23) Ad hæc Comitia missi fuerunt a Concilio Basileensi legati ad componendam inter Concilium & Papam discordiam. 24) Sequenti anno Cæsar ea Francosurtum transtulit, iussitque ad Kl. Martias adesse principes, at cum ille quoque locus metu pestiferæ contagionis non placeret, Moguntia procerum consensu delecta est: eoque præter Cardinales ab Eugenio missos, confluxere ex tota prope Europa Episcopi & Principum Legati, ibidemque de Concilio Basileensi prorogando fuit actum. 25)

§. VI. Isto tempore, cum Turcarum Monarcha Amurathes Seruiam, Rasciam, Georgii Despotæ Regiones, qui sub tutela Regum Hungariæ viuebat, late popularetur, atque Synderouiam arcem in ripa Danubii quarto lapide ab Alba Græca dissitam obsideret, Albertus ab Vngaris inuitatus, obsessis opem laturus, Budam petit. 26) Interea Georgius Palotius Strigoniensium Pontifex, diem obiit, qui coronam Regni, diuitemque Regni supellectilem in arce seruauerat. Qua re cognita, Albertus eo se confert, arx Reginæ deditur. Quæ, dum thesaurum Regni coram Baronibus ad eam rem selectis recognoscit, coronam beati Stephani Regis, quam sacrosanctam putant, clam surripuit, anuique custodiendam tradit, cætera obsignatis recludit arcis. 27) Albertus Budam reuersus, non expectatis auxiliis, aduersus Turcas exercitum ducit: castra inter Titiam amnem ac Danubium collocat. Interea Turcarum Imperator victo castello, excæcatoque Despotæ filio, cuius sororem in matrimonium duxerat, domum abiit. 28) Albertus, vbi expugnatam Sinderouiam, Turcas abiisse cognouit, dimisso exercitu, dum Turcæ longe essent potentiores & Vngari proditores, 29) Budam rediit. Sed insolito feruentis Augusti calore vexatus, dum peponibus nimium oblectatur, in ventris solutionem incidit, sentiensque periculum, moriturus in patria, contra Medicorum consilium, Viennam repetere statuit. Iter ingressus, quum iam Strigoniam præteriisset, in villa quæ Longa dicitur, condito testamento, VI. Kl. Nouembris 1439. decessit. 30) Licet etiam non desint, qui ipsum veneno

dorzu auch alle gericht stelte auff gerechtigkeit, das do auch idermon gleich und gerecht gischehe. Extant literæ conuocationis apud WENCKERVM *p.* 336.

21) Ipsam hanc constitutionem ex Argentoratensi Archiuo exhibet SCHILTERVS *Instit. Iur. Publ. Tom. II. Tit. XIX. p.* 339. & ex eo DATT *lib. I. c. XXVI. n.* 13. MVLLERVS *Reichs-Tags-Theatro p. I. c. VII.* §. 9. du MONT *Tom. III. p. I. p.* 41.

22) Extat apud VVENCKERVM *Appar. Archiv. p.* 340. *Extract aus der Nottel und Begriff eins Land-Friedens, welchen die Kæniglichen Herren Rethe zu Nurnberg auf Galli gemacht, und den Standen helffen zu besiglen ubergeben. Anno* 1438. *Besagend die Abtheilung der Lande in sechs Kreys.* Adde reliquas consultationes de Austregis *p.* 343. De hac vnione ex litteris Adami Riffs ad Argentoratenses datis Vigilia Martini Episcopi apud VVENCKERVM Appar. Archiv. p. 413. *und haben nur uf Sambstag nechst vergangen dess Rom. Kunigs, und der Churfürsten Rathe, alle Fürsten, Herrn und ihr Botschafft, und auch uns von den Statten zu inen besant, und haben da ein Nottel unser gnadiger Herre der Rœm. Kunig gehollen hat, und sich des zu Inen verbunden, den Babst und Concilium antreffen. Vnd haben nu begehrt an Fürsten, Herren, und jr Rate, und auch uns von den Stetten, (auch an die Ritterschafft) mit jnen ouch in solcher einung zu seyn, uf dass ob ein Schisma vvürde, davor Gott sey, dass sich Dutschland nit zvveigeten. Als haben nu die Fürsten und jre Rate, und auch die Ritterschafft, unsers gnadigen Herrn des Kunigs und auch der Kurfursten Raten gantz zugeseit von Ir selbst und ir Herren vvegen by jnen in solcher Eynung zu seyn.*

23) In GOLDASTI *Reichs-Satzungen Tom. II. f.* 144. reperitur *Landfrid von den 6. Churfürsten zu Zeiten der Zwytracht und VViderwertigkeit des Basler Concilii auffgericht anno* 1438. du MONT *p.* 48.

24) AEN. SYLVIVS Comment. de Conc. Basil. p. 2. *frequens atque insigne Franconie oppidum Norimberga est, & tam superis quam inferis Theuthonibus commune. Ibique paucis effluxis mensibus oratores Alberti Romanorum regis, & aliorum Alemannia principum conuenerunt: tum propter alias communis patria causas; tum maxime, vt eam quæ inter Concilium & papam vigebat discordiam sopirent. Illuc & oratores sacri concilii accesserunt.*

25) BROVVER *Ann. Treuir. lib. XIX. p.* 277. SCHATEN. *Ann. Paderborn. lib. XVI. p.* 613.

26) DVBRAVIVS *lib. XXVIII. p.* 727. AEN. SYLVIVS *c. LV.* FVGGER *lib. IV. c. XIII. n.* 3. GERH. a ROO *lib. V. p.* 163. CVSPINIANVS *p.* 403.

28) AEN. SYLVIVS *c. LVI.*

29) VVINDECK cap. CCXXII. *In derselben weil do uberzugen In die Durcken in das lant zu Vngern. Also beraitent sich der Konig zu und zog hynab gein Vngern, gegen den Dorcken, und hatte wol XXIV. tausend manne, so hatten die Durcken hundert tausend und dreisig tausend manne, und solten gestritten han, also um sint Michels tag, Also sante der Dorcke seine Potschafft zu dem Konig Albrecht und lies In verslan und lesen, das er mit streiten solt mit Im, vvenne er hette allvvege acht manne, vvo er einen hette, dorzu hatten etliche sein lanthern In verraten und vorkaufet und liese In des Brieffe senden und lesen. Also vvas es vvar der Konig Albrecht verlor seiner lanthern VI. die des nachtes von In fluchtig vvorden, Also brach Konig Albrecht uff des morgens, vvenn der Dorcke yme schreip, er horet sagen, vvie gar ein frommer Furst und Konig er vvere, des vvolt er In genissen lassen, und vvie sein landes Herrn also gar falsche an Im vveren vvorn, und also zog Konig Albrecht gein Offen un lis die Durcken also ligen, die hatten gevvunnen ein grose vvallachia und ein clein Wortzlant und die Sibenburg unnz bis umb die Domesburge und hotten das lant alles verberet und gevvust, us geschaiden Stagenstat, Hermonstat und etlich Schlosse.*

30) AEN. SYLVIVS *c. l.* DVBRAVIVS *lib. XXVIII. p.* 727. NAVCLERVS *p.* 1064. BONFINIVS *Dec. III. lib. IV. p.* 298. CVSPINIANVS *in vita p.* 403. Locum & tempus plenius definit FVGGER *lib. IV. c. XIII. p.* 506. dicens: *hierauf reisete er vvieder fort, aus Begierde, Wien zu erlangen, und daselbst in seiner Gemahlinn Armen zu sterben.*

neno fuiſſe extinctum velint. 31) Exequiæ illi ab Vxore Eliſabetha prægnante, regio apparatu, in Baſilica Albæ regalis celebratæ, ibidemque corpus conditum. 32) Maximum tamen poſt ſe deſiderium reliquit. 33)

§. VII. Vxor ipſius erat Eliſabetha, quam a. 1422. duxit. 34) Hanc reliquit grauidam, quæ poſtmodum XXII. Februarii 1440. Vngariæ Palatino præſente, Ladiſlaum poſthumum fuit enixa, 35) qui ſtatim, a quarto menſe ab Archiepiſcopo Strigonienſi in loco ſolito fuit coronatus. 36) Hæc vero per Regem Vladiſlaum in pellibus martarum dicitur intoxicata a. 1442. fer. 4. ante S. Thomæ Apoſtoli demortua. 37) Filias ſuperſtites reliquit duas, Annam, quæ Guilielmo Saxoni, 38) & Eliſabetham, quæ Caſimiro Polono poſtea nupſerunt. 39) Suſtulerat melioris quoque ſexus prolem, quem Guilielmum quidam: alii Georgium nomen habuiſſe, & infantem obiiſſe prodiderunt. 40)

ben. Aber er ſtarb untervvegs, in einem Dorf der Inſel, Meger oder Langendorf genannt, (Gerb. de Roo nennt es Neſmel, vvelches aber die Geographen vveiter hinab gegen Gran legen) eben an dem tag, da dieſes itzund geſchrieben vvird, namlich den 27. Weinmonats, am abend vor Simonis und Iuda. GERH. a ROO *lib. V. p.* 164. pagum quendam Neſmel definit. Eandem vigiliam Simonis & Iudæ confirmat Diarium Vitæ Friderici ab ipſo compoſitum apud P. LAMBECIVM *Diar. itin. Cellenſis n. XIII.* & VITVS ARENPECK Chron. Auſtr. p. 1250. *Anno D. 1439. in vigilia Apoſtolorum Simonis & Iudæ obiit Sereniſſ. Princeps Albertus V. Rom. Hungar. & Bohemiæ R. Dux Auſtriæ & Stiriæ, Marchio Morauiæ.* VVINDEK cap. CXXII. *Alſo vvart ein furt funden, das ſie ſolten ein ſuppen - - das Konig Albrecht vvol er kant, das er nit leben mochte und ſein teile hat, do mochte er ſich auff und reit gein Offen, und do er kam gein Langendorff ein Meile obvvendig Offen, do muſte er ſterben, und ſtarb, das vvas am montag nach Criſpini und Criſpiniani tag, und vvas auch auff den montag vor Symon und Iude der zvvelff poten in dem Iare tauſend virhundert und XXXIX. Iare.* Dum autem in vigilia Simonis & Iudæ fuerit extinctus, male hoc intellexit IACOB VON KÖNIGSHOVEN qui *Chron. Alſatiæ c. II. §.* 241. ipſum diem Simonis & Iudæ ponit, quem ſequitur LEHMANN *lib. VII. c. XCII.* BONFINIVS p. 298. *nonnulli in Simonis & Iudæ ſolennibus expiraſſe tradunt.* CZECHOROD *lib. V. c. VI.*

31) M. CHRON. BELG. p. 409. ex VVernero: *iſte Albertus fuit Dux Auſtriæ, & gener Sigismundi, & ideo aſſumptus fuit in Regem Bohemiæ & Vngariæ, propter filiam ſcilicet eius, quia alium heredem non reliquit. Iſte electus fuit in regem Almaniæ, ſed ſtatim intoxicatus obiit.* Idem addit FVGGER *c. l.* & IAC. VON KÖNIGSHOVEN Chron. Alſ. c. II. §. 141. *alſo vvar Ihm vergeben, und ſtarb uff S. Simon & Iudas Tag, do man zalt* 1449. *Iahr, und das thet ſein Schvvieger, Keyſer Sigmundus VVeib, darumb das Sie Kœnigin zu Vngern blibe, mit einen andern Manne.* FRID. VON LANCIRON *Chron. f. 65. de ipſo. Er regieret ein Iar ein frommer fürſt über alle fürſten und vvard Im vergeben.* TRITHEMIVS *ad a.* 1439.

32) DVBRAVIVS *lib. XXVIII. p.* 728. BONFINIVS *c. l.* ROO *p.* 165.

33) WINDECK cap. CXXII. *Alſo kam den Kurfürſten die potſchafft, das der Konig tot vvas, alſo ſchieden ſie von dannen und vvart derſelbe Konig alſo ſere geclaget von edeln und unedeln, von reich und armen, alſo kein Konig ſint Chriſtus gepurt ye geclaget vvart, und die mumlerunge des totes ging auf die alten Kaiſerinen. Eſt mala mulier & tota pritena, und vvie es ſich nun machen vvurde mit dem nevven Konige.*

34) *Vide Super. Sect. §. XXXIV.* Scriptor illorum temporum FRIDERICVS a LANCIRON *in Chron. ſuo f.* 69. ita de eadem iudicat. *Albrecht Hertzog in Oeſterreich vvard nach Kayſer Sigmunden ervvoelt, der het zu einen Gemahel des vorigen Keyſer Sigmunds tochter primo probiſſimam, deinde talem qualem.*

35) CVSPINIANVS in vita p. 403. *grauida tamen relicta vidua, cum ex Hungaria Poſonium verſus diſcederet, tempore partus accelerante, in caſtello Comorum octauo Kalen. Martii, quadrageſimo anno poſt milleſimum quadringenteſimum peperit poſthumum Ladiſlaum filium. Fores cubiculi patulas Palatino Rheni, qui tum caſtrum poſſidebat, cuſtodiente, contra pudorem femineum, ne ſuppoſitiuus partus Hungaros falleret.* VITVS ARENPECK p. 1253. ROO *lib. V. p.* 167. FVGGER *lib. V. c. I. n.* 3.

36) DVBRAVIVS *lib. XXVIII. p.* 728.

37) VITVS ARENPECK Chron. Auſtr. p. 1254. *Ipſa denique Elizabeth intoxicata vt dicebatur per Regem Wladislaum in maſtratis martarum. A. D. 1442. fer. 4. ante S. Thomæ Apoſtoli in Poſonio moritur.* Nihil vero de veneno PALTRAMVS in Chron. Auſtriæ. A. 1442. *Obiit Elizabeth Regina Vngariæ, vxor Regis Alberti proxima feria quarta ante feſtum S. Thomæ Apoſtoli in Vngaria, & ſepulta eſt in Alba Regali, & reliquit tres pueros.*

38) De hoc matrimonio vberius agit MVLLERVS *in Staats-Cabinet IV. Erœffnung cap. VII. Annal. Sax. ad a.* 1441. Adde Relationem in LAMBECII *lib. II. de Bibl. Cæſar. c. VIII.*

39) CVSPINIANVS *Auſtria p.* 643. DLVGLOSSVS *Hiſt. Polon. lib. XIII. p.* 128.

40) Verba ſunt GERHARDI de ROO *lib. V. p.* 165. CVSPINIANVS *p.* 403. VITVS ARENPECK p. 1253. *Prædicta Domina Regina Elizabeth ex Alberto marito quatuor liberos procreauit, Georgium, qui in pueritia obiit. Verum P. Gans in Annal. Arboreti Genealog. ad Art. I. n. 2. f. 6. Filius ſecundus Alberti Imp. Gregorius, vti in cruce plumbea A. 1436. XVI. Februarii, ante patrem obiit, non infans, ſed adoleſcens, vt oſſa teſtantur in crypta S. Stephani iuxta Albertum patruum depoſita & gladius tantus impoſitus, rubigine iam fere aſſumtus.*

SECTIO SECVNDA
DE
FRIDERICO III.

§. I. Fridericus, Tertius potius dicendus. Eiusdemque parentes. §. II. Mores Friderici. §. III. Terram ſanctam inuiſit. Regimen prouinciæ & Ladislai Auſtriaci tutelam ſuſcipit. §. IV. Electio Friderici in Imp. §. V. Comitia Noribergenſia & Moguntina 1440. de ſchiſmate Papali tollendo & Reformatione. §. VI. B. cum Alberto fratre. §. VII. Friderici coronatio, Reformatio, Conſtitutio Pacis publicæ, in Comitiis Francofurtenſibus, abuſus iudicii VVeſtphalici emendantur; pacta inter Megapolitanos

nos & Brandenburgicos confirmantur. §. *VIII. In conuentu Noribergensi de nouo concilio fuit decretum.* §. *IX. Initia B. Heluetici.* 1449. *Caesaris cum Felice V. Papa congressus.* §. *X. Bellum Tigurinum. Galli ab Imp. euocati Heluetos ad Basileam cadunt.* §. *XI. B. Gallorum in Alsatia*, der armen Gecken-Krieg, *conventus Noribergensis & Spirensis* 1444. *Moguntinus* 1445. *pax cum Gallis & Heluetis.* §. *XII. Vladislaus Polonus rex Vngariae contra Ladislaum posthumum eligitur. Elisabetha regina coronam astu subducit.* §. *III. B. Turcicum & clades Varnensis.* §. *XIV. Vngari Ladislaum eligunt, eundemque ab Imp. postulant, Austriam inuadunt, Comitia Ratisbonensia* 1446. §. *XV. Albertus Bauarus & Fridericus Imp. reges Bohemiae eliguntur, vtrisque recusantibus, Ladislaus.* §. *XVI. Theodoricus Coloniensis & Iacobus Treuirensis ab Eugenio Papa deponuntur, varii conuentus Electorum, qui demum cum Imp. Eugenio morituro praestant obedientiam.* §. *XVII. Nicolaus V. eligitur. Concilium Basileense Lausannam transfertur, demum, postquam Felix V. iuri suo renuntiasset, finitur.* §. *XVIII. Controuersia de successione Mediolanensi.* §. *XIX. B. Alberti Brandenburgici, aliorumque Principum cum Ciuitatibus Imperialibus.* §. *XX. Desponsatio Friderici cum Eleonora Lusitanica & aduentus in Italiam.* §. *XXI. Imp. aduentus Romam, copulatio & coronatio.* §. *XXII. Fridericus, qua ratione Neapoli exceptus, ibidemque instante Alphonso, Siciliae Rege, matrimonium singularibus caeremoniis fuit consummatum, XXIII. Conspiratio de Ladislao abducendo. Borsus Estensis primus dux Mutinensis. Venetiis cum bonore excipitur Imp. & redit in Germaniam.* §. *XXIV. Motus Vngarorum & Austriacorum, Imp. Neostadti obsidetur.* §. *XXV. Capta a Turcis Constantinopolis. Comitia Ratisbonensia* 1454. §. *XXVI. Conuentus Francofurtensis* 1454. §. *XXVII. Conuentus Electorum Noribergensis* 1456. *Francofurtensis* 1457. *in quo de Romanorum Rege, inuito etiam Imp. decernitur. Comitia Francofurtensia* 1457. §. *XXVIII. Calixtus III. fit Papa, cui obedientiam offert Imp. & isto defuncto, Pius II.* §. *XXIX. Grauamina nationis Germanicae contra Papam.* §. *XXX. Mortuo Ladislao, contentio de ipsius haereditate.* §. *XXXI. Georgius Podiebradius Rex Bohemiae, Matthias Coruinus rex Vngariae eligitur.* §. *XXXII. Comitia Eslingensia & Noribergensia* 1459. *ob caussam Donawerthensem.* §. *XXXIII. Conuentus Mantuanus* 1459. §. *XXXIV. Controuersia de Archiepiscopatu Moguntino inter Dietherum Isenbergicum & Adolphum Nassouium.* §. *XXXV. B. cum Friderico Victorioso Palatino.* §. *XXXVI. Progressus belli Moguntini & Palatini.* §. *XXXVII. Negotium Sigismundi Austriae Archi-Ducis cum Pio II. Papa.* §. *XXXVIII. Comitia Noribergensia & Viennensia* 1460, *de expeditione contra Turcas fuerunt instituta.* §. *XXXIX. Georgius, Rex Bohemiae in conuentu Egrano* 1461. *Imperium ambit, & Ludouicus XI. Rex Gallorum. XL. B. Alberti Austriaci cum Friderico Imp. huius cum Ludouico Bauaro & Friderico Palatino, huius insignis victoria ad Seckenheim.* §. *XLI. B. Austriacum. Imp. Vienna obsidetur.* §. *XLII. Comitia Vlmensia, Nordlingensia, Noribergensia* 1466. *Noribergensia, Neustadtiensia & Landshutana* 1467. *in quibus de pace publica & expeditione contra Turcas. Paulus II. fit Papa.* §. *XLIII. Fridericus a.* 1468. *votiuam profectionem Romam instituit, Friderico Palatino Vicariatum in Germania exercente.* §. *XLIV. Comitia Noriberga, Vienna & Ratisbonae* 1471. *de expeditione contra Turcas fuerunt instituta. Electores denuo de Imp. exauctorando cogitant. Pax publica ad Quadriennium constituta. Caussa de successione Bohemica ventilata. Varii conuentus* 1472. & 1473. *instituti.* §. *XLV. Carolus Burgundus frustra ab Imp. in Regem Burgundiae petit declarari.* §. *XLVI. In Comitiis Rotenburgensibus* 1474. *Christianus I. Daniae Rex fit Dux Holsatiae. In Comitiis Noribergensibus Vladislaus Rex Bohemiae adprobatur, In Comitiis Augustanis* 1474. *pax publicatur, Fridericus Palatinus proscribitur.* §. *XLVII. B. Coloniense cum Carolo Burgundo. Comitia Augustana, Herbipolitana, Andernacensia.* §. *XLVIII. Caesar a.* 1478. *cum Alberto Saxone contra Carolum Burgundum mouet, Gallos etiam & Heluetos contra eundem concitat.* §. *XLIX. Decreta in Comitiis Coloniensibus* 1479. *contra Carolum expeditio. Praelium ad Nouesiam: pax cum Carolo.* §. *L. Caroli Burgundi bellum cum Lotharingis, Heluetiis & mors.* §. *LI. Bellum Friderici cum Matthia.* §. *LII. Maximilianus, contranitente licet Ludouico XI, matrimonium consummat cum Maria Burgundica.* §. *LIII. B. Maximiliani cum Gallis.* §. *LIV. Bellum Leodiense cum Maximiliano.* §. *LV. Bellum cum Matthia, & Vienna occupatio, varia Comitia de expeditione Vngarica.* §. *LVI. Continuatio belli Vngarici, pax & mors Matthiae.* §. *LVII. Diuersi Principes inuestiuntur Coloniae. Comitia Francofurtensia* 1486. *in quibus pax publica ad decennium constituta. Maximiliani electio in Regem Romanorum & coronatio.* §. *LVIII. Comitia Coloniensia & Noribergensia* 1487. *Fridericus Comitatum Zigenhaynensem sibi vindicare conatur. Fridericus Saxo & Ioannes Brandenburgicus inuestiuntur. Conradus Celta primus in Germania poeta coronatur.* §. *LIX. Bellum Maximiliani cum Belgis & huius captiuitas.* §. *LX. Foedus Sueuicum.* §. *LXI. In Comitiis Francofurtensibus* 1489. *separatio Collegiorum & noua matricula fuit facta.* §. *LXII. Carolus VIII. Maximiliano desponsatam rapit Annam Britannicam.* §. *LXIII. Titulus Archi-Ducalis Domus Austriacae. incrementa Domus Saxonicae & Brandenburgicae. Frisia Orientalis Principatus.* §. *LXIV. Ars Typographica inventa. Nouus orbis detectus. Torneamenta cessant.* §. *LXV. Imp. ad iudicium Vehmicum citatur.* §. *LXVI. Friderici mors.* §. *LXVII. Friderici familia.*

§. I.

FRidericus III. 1) Austriacis scriptoribus plerumque, conputato Friderico Pulcro, Austriaco, quartus dictus, aliis, qui Fridericum Brunsuicensem in numerum Imperatorum ponunt, quintus, Ernesti Ferrei ex linea Stiria erat filius, ex Cimburgi, Zie-

1) Melius ipsum dici Fridericum III. ipse non solum Imp. sed etiam monumenta publica testantur. P. LAMBECIVS equidem *Diario itin. Cellensis n. VIII.* dicit: *Gloriosissimus Romanorum Imperator Fridericus Imp. Maximiliani I. Pater, qui vulgo quidem Tertius vel Quartus cognominatur, revera autem eius nominis fuit Quintus.* Ipse tamen in *Comment. de Bibl. Caes. Vindobon. lib. II. c. VIII. p.* 710. fateri necessum habet, quod in dicto Diario vitae suae, propria ipsius manu exarato, aliisque monumentis Manuscriptis, quae in Bibliotheca Caesarea adseruantur, partim integra scriptura, partim autem per abbreuiatum Nominis sui notam, [III] Tertiumse appellet, licet hoc fieri dicat, non respectu electionis & Coronationis Germanicae, sed Romanae. Cum tamen Fridericum Austriacum, eo quod nec per maiora electus, immo iuri Imperii renuntiauerit, Fridericum Brunsuicensem eo quod in Imp. nunquam electus fuerit, minime computandum esse putemus. Sic variis diplomatibus subiungitur Signum Friderici III. Imperatoris, vtpote inter Documenta AENEAE SYLVII subiecta p. 81. Ipse quoque AENEAS SYL-

Ziemouiti, Masouiæ Ducis filia natus. 2) Leopoldi III. dicti probi, nepos, natus XXIII. Septembris 1415. Oeniponti. 3)

§. II. Placidus hic dicitur, eo quod pacis atque otii esset studiosissimus. 4) Licet etiam plus æquo negligens dicatur, desidiosus & tardus. 5) Inuidus quoque habitus, nobilia aliorum facinora intercepit, in pace bellum, in bello pacem optare solitus fuit, & nullam in vtroque constantiam retinere. 6) Quare etiam multa celebrauit Comitia, in quibus semper alia fuerunt enata, dum negotia relinqueret imperfecta. 7) Pro iudicio suo cuncta gerere maluit, nihil consiliis amicorum tribuens, 8) ingenium ipsi perspicax, memoria tenacior. 9) Tenacem plerique accusauerunt & ad rem nimis attentum, atque auarum. 10) Quo ipso & publicæ rei & sibi multum nocuit. In sacris adsiduus ac diuinæ nimis deditus fuit contemplationi, quandoque tamen etiam superstitioni. Corpus ipsi

SYLVIVS, in ipsius aula continuo versatus, vocat ipsum Tertium. In alio Msto quod adducit LAMBECIVS *p.* 810. æque vocatur Fridericus III. P. LANGIVS Chron. Citic. p. 861. *anno Domini* 1440. *Fridericus archidux Austriæ concordi electorum consensu Francofordiæ cis Mogum Romanorum rex effectus est, dictusque Fridericus tertius.* CVSPINIANVS *p.* 404. Licet illum etiam Vnum vocari velit MÜLLERVS *im Reichs-Tags Theatro p. I. c. IV. §. I.*

2) Hos parentes ipse Fridericus in Diario suo indicat: *Mein Vater ertzhertzog Ernst ist gestorben amb Pfingstabend* 1424. *Mein Mueter Frau Cimburga ist gestorben an Sand Michels abent* 1429. apud LAMBECIVM *Diar. itin. Cellensis n. XIII.* FVGGER *lib. IV. c. V. p.* 426. LEHMANN *lib. VII. c. XCV.* CVSPINIANVS *in vita p.* 465.

3) Hunc diem & annum natalem indicat FVGGER *c. l.* ROO *lib. IV. p.* 141. de Ernesto dicit: *is, ne omnia simul fraternæ ditionis loca, ab aliis occuparentur, in Tirolim venit, ac Oeniponti ordinum conuentionem agit, vbi nascitur ei ex Cimburga Semouiti Masouiæ Ducis filia, Fridericus Romanorum postea Imperator, nono Calend. Octobris, anno eius æræ decimo quinto.*

4) M. CHRON. BELG. p. 410. *vir vtique pacificus & quietus, & patientiæ singularis, nec osor cleri:* In appendice ad BENEVENVTI de RAMBALDIS Librum Augustalem: *pacis atque otii studiosissimus Fridericus extitit: quam tenore perpetuo annos quatuor ac quinquaginta (tot enim rerum potitus est) coluit, seu fatum id fuerit, quietiore Germania quam multis retroactis ætatibus; seu prudentia verius id Principis effecit. Ille vero nihil ab initio antiquius habuit, quam tuendæ pacis studio, tumultus, qui oriebantur, sedare: quare & seditionem mouentes Australes facile compescuit, & bellum.* TRITHEMIVS Chr. Hirsaug. ad a. 1440. *erat enim vir optimus bonarum litterarum studio competenter imbutus, ingenio subtilis, consilio cautus, actione præcipuus, pacificus, mansuetus, pius, iustus, atque munificus amator Cleri, defensor pauperum & virorum omnium cultor & amator Doctorum.*

5) BONFINIVS dec. IV. lib. IV. p. 427. *hic otii & quietis amator, quin & plus æquo negligens, desidiosus & tardus.* CAMPANVS lib. VI. ep. XV. *Cæsar clausis oculis optimo est proposito nihil tam sonorum, tam strepens, quo ille excitetur, nihil tam magnum atque arduum, quod is se facturum non prædicet. Si tam bene olim pugnabit quam nunc stertit, vicimus. Idem ep. XXVII. de expeditione & summa belli nihil habeo vlterius, quod scribam, nisi Cæsarem omnia, quæ ad rem faciant, eximie pinxisse, sculpsisse nulla: pacem Germaniæ omnibus pronuntiauit, nemini dedit: iudicia vbique constituit, nusquam peregit: denique in maximis pulcherrimisque negotiis omnia cum faciat, facit mea sententia nihil. Nec tamen eius voluntatem accuso, desidero operam, quum fortasse minus illius animus, quam temporum difficultas eripit nobis.* Ipsius nimiam patientiam refert IOSEPH GRÜNBECK in Vita ipsius *p.* 18.

6) BONFINIVS *c. l.*

7) AENEAS SYLVIVS ad Caruaial Iurisconsultum *ep. LXXII.* sic scribit: *ego vt tibi verum fatear, non puto diætam hanc aliis esse steriliorem, scis quid hoc verbo sentiam. Foecundæ sunt omnes diætæ, quælibet in ventre alteram habet. Apud Arabes auis est phoenix, carminibus poetarum illustris. Hæc dum fatum sibi instare sentit, quingentis enim & XL annis viuit, rogos suos instruit cinnamis, ex cuius cineribus mox altera surgit & semper vnica phoenix est. Tu hoc vt vis accipe, annis iam pluribus diætas habemus nec statim finis: res turbulentæ sunt, diuisi animi, quosdam delectat neutralitatem vigere, quia nouum est aucupium, possessores vnionis sunt hostes, quia nulli ius reddi vellent.*

8) BONFINIVS c. l. *huic arte, consilio, calliditate, & pro iudicio cuncta suo gerere placuit & nihil consiliis amicorum tribuere, demum ad vtrumque difficilis.*

9) IACOBI VNRESTI Chron. Austr. apud HAHNIVM Collect. Monum. Tom. I. p. 541. *Ertz-Hertzog Fridreich wart von Iugent vreyss und klueg, und der Geschrift gar wol gelert. Er hat auch von Iugent nach Erre und Guet gestelt, die Im payde gar geluecklich zugestanden sind.* Arguta ipsius dicta exponit LEHMANN *lib. VII. c. XCVI.* & HENRICVS BEBELIVS in Tomo II. FREHERI. AEN. SYLVIVS de Statu Europæ c. XVI. *multa sunt in hoc Cæsare, quæ laudare posses; corpus egregium, & species Imperatore digna; animus sedatus ac tranquillus; ingenium perspicax, memoria tenacior; Religionis ardens Zelus, ingens cupiditas pacis & ocii. Singularem virtutem in quouis homine diligit, dignamque præmio ducit. Aedificat splendide: hortos tamen & gemmas plus æquo admiratur & amat. Et in rebus gerendis tardior ac remissior est.* CAMPANVS lib. V. ep. XIII. *Cæsarem dubii & latebrosi consilii hominem nihil ad communem salutem, omnia ad suam vtilitatem reuocare.*

10) BONFINIVS c. l. *Fridericus Imperator non modo parcus & frugi, sed auarus: & plus pecuniarum, quam honoris appetens, ad magna Christianæ Reipubl. commoda, vel sua vel aliena culpa animum extulit.* Et paullo post: *Imperator pertinaciter omnia perpeti, & iacturam parui facere, aduersarium obstinatione defatigare, malle omnia perdere, quam nummum ex arca promere, pecuniis potius, quam sociis parcere, sperare cunctando instaurari omnia, & a rigiditate solitudineque sua non recedere.* Licet ipsum excuset AENEAS SYLVIVS c. l. dicens: *tenacem plerique accusauerunt, & ad rem nimis attentum. Id fecere proximi antecessores, Sigismundus atque Albertus Cæsares; quorum prodigalitati cuiuscuis comparata liberalitas videri auaritia potest. Cæterum Fridericus nec sua profundit, nec aliena diripit. Verbis factisque temperans.* CVSPINIANVS *p.* 411. GERH. a ROO lib. X. exeunte: *Princeps fuit bonus, Ecclesiæ ac reipublicæ amans, consilii moderati, & ingenii adeo sagacis, vti ab Italis dictum sit, haud facile cuiquam esse latebrosum eius pectus introspicere. Reprehenditur in eo pecuniæ studium, quod Hungaricam coronam diutius retinuerit, neque filio necessaria vbique suppeditauerit. Sed non defuisse prudentissimo Principi suas*

caus-

ipsi egregium & species Imperatore digna. 11) Cultus modicus, continentissimus ipsi fuit animus, inimicus crapularum, quin & semper abstemius, hydropotesque perpetuus, solitudinis & contemplationis amator. 12) Hoc signo vtebatur A. E. I. O. V. quod libris, ædificiis suis, vasibusque inprimi fecit. 13)

§. III. Mortuo a. 1424. Ernesto, patre ipsius, sensim adoleuit, terram sanctam inuisit, multaque extruxit monasteria, iisdemque censibus annuis ac reditibus prouidit. 14) Anno 1435. terrarum suarum regimen suscepit. 15) Post Friderici Senioris lineæ Tirolensis obitum, Fridericus hic iunior, Ernesti filius, ex Stiria, ad Tirolenses profectus, Sigismundi agnati tutelam suscepit, cum prius prouincialibus diplomate cauisset, quarto post anno se ipsis principem tutela exemptum, esse restitututum, mox vero ad tertium Non. Augusti 1439. Halæ ad Oenum indicto conuentu, Tirolensibus ac Athesinis, vetera priuilegia & immunitates, rata habuit. Inde cum primum de Alberti Cæsaris obitu, nuncium accepisset, in Austriam; principis sui decessu perculsam, se contulit, Prouinciales ad S. Berchtoldi vicum, conuentui diem dixerunt, eo & Fridericus cum fratre Alberto Sexto venit. Ibi inter ipsos actum est, vt Austriæ gubernatio Friderico committeretur, qui, si Alberti Cæsaris vidua, melioris sexus prolem edidisset, pro tutore: sin alterius: pro hærede se gesturus esset, adscito in commercium fratre. Signatæ hac de re litteræ, fratrumque principum, & procerum aliquot sigillis muniuntur. 16) Fridericus itaque cum fratre, ipsis D. Nicolai feriis, Viennam vrbem ingressus, cum summis honoribus a ciuibus excipitur. 17)

§. IV. Insequenti a. 1440. Theodoricus Moguntinus, Iacobus Treuirensis, Theodoricus II. Coloniensis, Ludouicus Mansuetus Palatinus, Fridericus Placidus Saxo & Fridericus I. Brandenburgensis, vna cum Henrico Plauiensi, Misniæ Burggrauio, qui Bohemorum nomine electioni præsens erat, Francofurti conuenerunt, & Bohemiæ quidam legatus,

caussas facile intelliget, qui sumptus Ladislai nomine factos, aliasque difficultates, quibus per omnem vitam implicatus fuit, considerare volet. De Maximiliano fieri potest, quod non omnia eius bella necessaria esse duxerit, effusamque eius liberalitatem, qua ad multorum vsque reprehensionem præditus fuit, moderatione aliqua indigere perspexerit. Certe, qui domestice ipsum nouere, vti frugalitatis ac continentiæ laudem illi tribuunt, ita hospitalitatis non adimunt eaque temperantia vixisse affirmant, vti neque sua profuderit, neque aliena inuaserit.

11) MVTIVS lib. XXVIII. p. 285. *omnes boni Principis virtutes videntur in hunc a Deo collatæ fuisse. Erat enim statim, a primis annis, sobrius omnino, quod rarum consueuit esse in istius loci hominum genere. Cupidusque erat multa cognoscendi, propterea peragrauit adolescens, summo iudicio præditus, longissimas Terras, vt instituta moresque hominum videret. Humanitate vero & beneuolentia erga suos & omnes mortales, quæ fuerit, satis testatus est in vita sua, neque vlla vnquam ætas obliuisci poterit. Qua item pietate, cum Religione, tum erga suos, fuerit, satis ab aliis dictum est. Has autem animi dotes, corpus virile, robustum, elegantissimumque, exornauit, quemadmodum & corporis præstantiam ornarunt vicissim animi virtutes.* AEN. SYLVIVS *c. l.*

12) BONFINIVS *c. l.* Et statim: *hunc vita recondita, seuera, tristis, & a suorum consuetudine admodum aliena.* CVSPINIANVS c. l. *Bibebat vinum, sed dilutum, singularique amore abstemios prosequebatur; sæpiusque Leonoræ Coniugi per Aeneam dicere consueuit, quæ pariter Vini non appetens fuit, malle se sterilem sobriam, quam temulentam ac foecundam Vxorem. In paterna enim domo prius Leonora vinum non gustauit: sed suasu medicorum bibere in Germania ob sterilitatem coacta, non nisi leuissimo & aqua perdomito vtebatur.* Huius vitæ rationem describit GRVNBECK *p. 36.* NAVCLERVS vol. II. Gen. XLIX. p. 1065. *fuit princeps catholicus & pius, ætate florida, quam sapientia, grauitas & vita integritas, comitabatur, corpore strenuus, vegetus ac robustus, sobrietatis cultor præcipuus.*

13) In Diarii ipsius manu scripti initio hæc verba habentur: *bey welchem bau, oder auff welchem Silbergeschir, oder andern Klainoten, der Strich und die funf buechstaben stehen A. E. I. O. V. Das ist mein Hertzog Fridrichs des iungern gewesen, oder ich hab dasselbig bauen oder machen lassen.* Huius autem explicationem ipse subnectit:

Austria Est Imperare Orbi Vniuerso


Alles Erdreich Ist Osterreich Vnterthan

referente LAMBECIO *Diario sacri itin. Cellensis n. XI.* qui etiam varias aliorum exhibet significationes.

14) CVSPINIANVS *c. l.* NAVCLERVS *vol. II. Gen. XLIX. p. 1065. iuit Hierosolymam priusquam imperaret, feliceмque reditum cum gloria habuit.* AEN. SYLVIVS in Oratione sua ad Nicolaum V. Papam, quæ extat in Historia Friderici p. 87. *nam sublimis Domus Austriæ Principes, inter quos plures & Reges & Imperatores claruerunt, tunc sibi prospere succedere sperauerunt, cum diuino numini bene & constanter famulati fuissent. Quorum vestigia sectatus Fridericus, defunctis Parentibus, vt primum tutelam exuit, adolescens admodum trans mare nauigauit, contemnensque pelagus & tempestatum minas, digitis a morte remotus quatuor aut septem, cupidus osculari locum, vbi fuerunt pedes eius, qui nos redemit, medio terra salutem operatus, Hierosolymam perrexit, sepulchrum Domini visitauit, Caluariæ locum inspexit, montem ascendit Oliueti, vidit cœnaculum grande stratum, & Pilati pratorium, intrauit desertum, transiuit Iordanem, Bethleem accessit, & vallem Iosaphat penetrauit, mirabilem sibi ac incredibilem deuotionem sanctorum locorum visio suggerebat.* IAC. VNRESTVS Chron. Austriaco p. 548. *Als er kam zw seinem vogtparn Iarn, zoch er mit vil seiner Diener zu dem heyligen Grab gein Ierusalem, umb Ritterschafft, die Rayss Im gar gelucklich und wol ausgieng.* IOS. GRÜNBECK *in Vita p. 24.*

15) Ipse in Diario *als man zalt 1435. iar, hab ich angefangen ze regieren meines alters im 20. iar,* apud LAMBECIVM *Diar. Itin. Cell. n. XIII.*

16) Talis autem erat adgnatio:



17) ROO *lib. IV. p. 166.*

18) MVL-

tatus, vna cum Brandenburgico Electore, Ludouico III. Pacifico, Hassiæ Landgrauio ab initio votum dabant, 18) hoc tamen ob turbatum Imperii statum recusante. 19) Ioannes Gertius etiam Westphalus Sigismundi Imp. protonotarius, qui Viennæ sedebat, homo prædiues, multa in Fridericum vitia conficta disseminabat, ideoque Comitia distrahebat: 20) omnes tamen die purificationis Mariæ, communi consensu Fridericum huncce Imp. elegerunt. 21) Facta electione, missus est nomine Collegii Electorum, Iacobus Treuirensis Archiepiscopus cum reliquorum Electorum legatis Viennam ad Fridericum, qui summum illi honorem deferret, inuitaretque ad regnum Romani Imperii capessendum: admisit quidem Fridericus dignitatem; sed adduci non poterat, vt statim Aquisgranum descenderet ad augustale diadema capiendum, venit tamen Francofurtum, indeque Moguntiam. 22)

§. V. Facta electione, in iisdem Comitiis Francofurtensibus Electores XVI. Martii decreuerunt, se in schismate Papali neque ad Eugenii, neque ad Felicis partes accessuros, sed medios partiumque intactos esse mansuros. 23) Sub initium statim regiminis, prima Comitia a. 1440. Noribergam indicit, quæ tamen effectu fuerunt destituta. 24) Insequenti anno, Comitia Moguntiam fuerunt indicta, ad tollendum Ecclesiæ schisma, ob depositum Eugenium IV. Papam & electum Felicem V. 25) ad eademque Carolus VII. Gallorum Rex quoque fuit inuitatus. 26) Missi etiam tam a Concilio Basileensi, quam ab Eugenio Legati. In iisdem Comitiis Grauamina nationis Germanicæ in Concilio Basileensi confecta, fuerunt exhibita, 27) ab Imp. Reformatio fuit proposita, nec ista tamen publicata. 28) Sed neque hoc conuentu schisma fuit sopitum, nouusque conuentus Francofurti

18) MVLLERI Reichs-Tags Theatrum p. I. c. I. p. 8. ex Actis: *und vername man in Heimlichkeit, das der Burggrave von Brandenburg und der von Plaen, den Langraven von Hessen gekoren sulden han, und fielen doch wider davon und koren mit den andern, hernach einhellich den vorgenanten Herzoge Friderich.* Electores nominatos Acta electionis indicant, TRITHEMIVS igitur *Chr. Hirsaug. ad a.* 1440. Ernestum Saxoniæ Ducem male supponit, qui illo tempore nondum erat natus.

19) AEN. SYLVIVS de Statu Europæ c. XXX. *Princeps gentis Ludouicus Landgrauius ætate nostra ad imperium vocatus, imparem se esse dixit, qui tantæ rei molem sustinere posset. Maluitque paruo imperio a parentibus sibi relicto vtiliter præesse, quam magnum accipiens dissipare.*

20) SCHATEN *Ann. Paderborn ad a.* 1440.

21) Extat Relatio Electionis ex Actis apud MÜLLERVM *p. I. c. I. p.* 3. ex qua etiam patet, reiectum ab initio fuisse legatum Bohemum, qui tamen postmodum fuit admissus. Ipse Fridericus in Diario: *an dem Lichtmeßtag unser Frauen* 1440. *pin ich zum Romischen Kunig erbelt worden, meines alters in dem XXV. Iar.* M. CHRON. BELG. *p.* 409. *Fridericus, huius nominis Tertius, fuit, post decessum prædicti Alberti, per omnes Electores Imperii, concorditer electus, anno salutis* 1440. *mensis Februarii die secunda, inter octauam & nonam horas, cuius Electio fuit publicata circa decimam horam eiusdem diei.* Idem dicit IAC. VON KÖNIGSHOVEN *c. II.* §. 242. & FVGGER *lib. V. c. I. p.* 516. Male igitur NAVCLERVS *vol. II. Gen. XLIX. p.* 1065. *eodem anno Fridericus eius nominis III. imperator, Ernesti ducis Austriæ filius, Austriæ, Stiriæ, Carinthiæ dux, & comes Tirolis, Alberto Rom. rege e vita sublato, 3. Cal. Aprilis communi voto Cæsar electus, inde coronam regni Germanici apud ciuitatem Aquensem summo honore suscepit, & imperauit annos* 53. ROO *lib. IV. p.* 166. Male etiam CVSPINIANVS p. 405. ipsum circiter Kl. Ianuarii dicit fuisse electum. Extant Acta Electionis inter alia Documenta Friderici a KVLPISIO collecta *p.* 183.

22) WINDECK cap. CCXXIII. *also du hy vor geschriben vindest wie die Kurfursten Ertzbischoff von Colne und her Iacob von Sirke erzbischoff von Trire und her Dittrich Schencke von Erbach erzbischoff von Mainz - - Do santen si und alle Kurfürsten ire rete zu dem Konig Friderich, der do was Herzog Albrechz Sun von Osterrich zu halb vasten in dem Iare tausent CCCC und XL. iare, dornach in dem andern iare acht tage nach pfingsten, als mon zalte nach der geburt cristi XIV. hundert und XLII. iare do kam Konig Friederich von Osterrich gein Franckfurt und kam mit ym der Herzog von Sachssen und margraff Friedrich von Brandenbourg und beschaide die anderen Fursten auch zu ym zu kommen, Also kam zu ym der bischoff von Meinz, Colne und Triere alle drey erzbischoff und margraf Iobst von Baden und sein Sune, und blieben do wol acht tage, do zog der margraffe von Baden wieder heim, und zog der Konig mit den Kurfürsten den Mein abe gein Meinz, do was Herzog Ludwig von Haidelberg zu Meinz und ging den Konig entgegen mit seiner herschafft, an den Rein wenn er hette viel hern mit ym XXVIII. grossen und er, und die thum hern zu Meinz un di Stat Meinz empfingen den Konig gar herlichen und furten ym in das munster und satztem In auf den altar. Dor noch fur der Konig mit alen fursten den Rhen abe gein Bacherach, do ward er schon und herlichn empfangen und geschag ym grosse ere von Herzog Ludwig.*

23) SCHATEN *Ann. Paderborn. ad a.* 1440.

24) De hoc MÜLLERVS *p. I. c. II.* LEHMANN *lib. VII. c. XCVII.*

25) Vide *Sect. super.* §. *XXIX.* GERH. A ROO *lib. V. p.* 17.

26) Extant litteræ apud GOLDASTVM *Statutis & Rescriptis Imper. p.* 204. MÜLLERVM *p. I. c. IV.* §. 15.

27) Extant hæc Auisamenta dicta apud GOLDASTVM *Tomo I. p.* 403. Statutis & Rescriptis Imp. p. 155. LVNIG p. Gen. Contr. p. 32. GEORGI Grauam. German. p. 213. sqq. qui etiam p. 213. addit, quid in Concilio Basileensi desuper fuerit conclusum. MÜLLERVM *c. l.* §. 13.

28) Extat ista apud GOLDASTVM *Reichs-Satzungen Tom. I. p.* 166. de hac plenius MVLLERVS *cap. V.* GERH. A ROO lib. V. p. 17. *huic* (Friderico) *imperii initia difficilia fuere, nam præter alia angebat ipsius animum Ecclesiasticorum dissidium, quorum nonnulli cum Eugenio, contra Synodum Basileensem stabant, reliqui Amedaum, Allobrogum regulum, Pontificem Max. agnoscebant. Ex hoc schismate, cum magna in rempub. incommoda redundarent, nihil non attentabat Fridericus, vt dissentientes inter se partes, in concordiam redigeret. Itaque antequam ad coronam Imperii accipiendam, Aquisgranum iret, Moguntia conuentum indicit, quo plerique aut ipsi venturi, aut suo nomine legatos missuri sperabantur. Sed quod Electores, præcipue vero Iacobus Treuirensis ad Cæsarem profectus, ex certis quibusdam argumentis vereri se, dicerent, ne ea tractatione, animi quorundam magis exasperarentur, dilatum fuit negocium, iterumque nouus conuentus dies in annum sequentem indictus Francofurti.*

29) ROO

fuit indictus, qui tamen & ipse effectu fuit destitutus. 29)

§. VI. Interea Friderico a. 1441. domesticum bellum exortum est, vnde minime debuit. Albertus enim Sextus, eius frater, quem Prodigum vocant, iniquam paternæ hæreditatis diuisionem caussatus, Vdalricum Ciliensem, & alios quosdam sibi adiunxerat, quorum viribus adiutus, Labacum, primarium Carniolæ oppidum, ad fluuium eiusdem nominis situm, obsidione cinxerat, ac omne genus telis oppugnabat. Ab oppidanis vero, & submisso ex Austria milite, profligatus, castra cum reliquo apparatu bellico, prædæ relinquere coactus, abierat. Cumque exercitui soluendo par non esset ipse, milites ab eo dilapsi, vti pecuniam a Friderico extorquerent, Austriæ fines rapinis infestabant. 30) Anno 1443. Fridericus Austriam ingressus, ob Alberti milites, vbique rapinis & latrociniis grassantes, minime quietam. Itaque vt fratrem huius domestici dissidii quasi fomitem abs se dimitteret, variis quibusdam conditionibus cum illo egit, vt decreta satis magna pecuniæ summa, ei Sueuiam & vicinas Heluetiis ditiones habitatum ad sex annos concederet. Fratre in Sueuiam profecto, Fridericus Cæsar, ad purgandam rapinis Austriam animum conuertit. Cum Alberti militibus transigitur, vt pro stipendiis debitis, quibus defraudari se querebantur, acceptis septuaginta aureûm numûm millibus, quiescant. 31) Anno 1447. Albertus iste vxorem duxit Mechtildem Ludouici Palatini filiam, Ludouici Würtembergici viduam, fœminam diuitem & pecuniosam, quod percommode matrimonium ei cessit, iam enim pecuniam omnem a Cæsare assignatam, in sumptus bellicos, aliosque vsus, expenderat. 32)

§. VII. Insequenti Anno 1442. Fridericus Moguntia Baccharacum, inde Rensam ducebatur, in thronum regalem, aureis argenteisque pannis vestitum per Electores collocabatur, inde Bonnam, hinc Aquisgranum ducebatur, vbi die XVII. Iunii per Theodoricum II. Archiepiscopum Coloniensem, more solito, in Regem Romanorum fuit coronatus. 33) Ibidemque Ludouicus, Elector Palatinus, Fridericus Elector Brandenburgicus, Dux Bergensis, Dux Geldriæ, Dux Burgundiæ solenni ritu inuestiebantur. 34) Eodem anno Comitia Francofurti celebrat tollendi schismatis gratia, in iisdemque Constitutionem Pacis Publicæ sub Reformationis titulo promulgat. Licet non omnes diffidationes hoc ipso prohibeantur, ad Aureæ Bullæ saltim titulum de diffidationibus prouocans, ideoque parum profecit. 35) In iisdem Comitiis etiam de abusibus Iudicii secreti Westphalici tollendis fuit actum, ne aliæ personæ quam honestæ & capaces iudices sumantur, neque isti iurisdictionem suam vltra modum extendant. 36) De moneta quoque reformanda fuit decretum, 37) & pacta inter Megapolitanos & Fridericum Brandenburgensem Electorem de successione in terras Megapolitanas conclusa, fuerunt confirmata. 38)

§. VIII. Dum igitur in Comitiis Francofurtensibus nihil de schismate tollendo fuisset decretum, necessitatem Concilii habendi ad instar antecessorum, per singulares litteras inculcat, 39) de eodemque in proxima Noribergensium diæta esse deliberandum.

29) ROO p. 171. *anno quadragesimo secundo cum præstitutus conuentui dies aduenisset, pauci admodum præsto fuere, neque de tollendo schismate, quicquam agi potuit.*

30) GERH. a ROO *lib. V. p.* 171. FVGGER *lib. V. c. III. n.* 5. CVSPINIANVS *p.* 406. AEN. SYLVIVS *de Statu Europæ §. XIII.* WINDECK cap. CCXXIII. *In der weil was Hertzog Albrecht von Osterreich, des Koniges bruder mit dem Konig uneins, wenn Im der Konig nit eigens geben wolte, und auch von der Iuden vvegen, den er gar feint was, und sie der Konig gern hette, und zog dem Konig fure stete, und slosse in Osterreich und auf der Steuermargk, und gevvann Im die an, das der Konig gros arbeit hatte, do er heim kam, bis sie Im vvider vvurden und besunder die stat* Pruck *auf der Steuermargk.*

31) ROO *p.* 177. CVSPINIANVS c. l.

32) ROO *p.* 182.

33) TRITHEMIVS *ad a.* 1442. M. CHRON. Belg. p. 409. BROVVERVS *Ann. Treuir. lib. XIX. p.* 280. MVLLERVS *p. I. c. VI. §.* 4. GERH. a ROO lib. IV. p. 172. *Cæsar inde Norimbergam petiit, vbi cum nihil de concordia Ecclesiasticorum procederet, Francofurtum porro atque inde cum Principibus Aquisgranum ad coronationem profectus est, quam aliis negociis distentus, hactenus distulerat.* Inde coronationem ipsius plenius describit. Vid. etiam WINDECK *cap. CCXXIV. sqq.*

34) VVINDECK *cap. CCXXVIII.*

35) Reperitur hæc Reformatio apud GOLDASTVM *Stat. & Rescriptis Imp. p.* 203. MVLLERVM *p. I. c. VII. & XII.* & inter Kulpisii DOCVMENTA *p.* 129. DATT. *p. I. c. XXVIII.*

36) Multæ iamdum de hoc iudicio querelæ ob personas viles non solum & parum honestas iudicum vices sustinentes, sed etiam quod iurisdictionem in omnes Statuum terras vellent exercere. Hinc etiam Sigismundus Imp. per Theodericum Coloniensem a. 1439. huius iudicii reformationem suscepit, quam hoc ipso Recessu confirmauit Fridericus. Plenius MVLLER *lib. I. c. IX.* SCHATEN *Ann. Paderborn. lib. XVII. p.* 626. Vid. etiam AEN. SYLVIVS *de Statu Europæ c. XXIX.*

37) MVLLER *p. I. c.* X.

38) Balthasar enim, VVilhelmus & Christophorus Principes Vandalorum, stirpis Megapolitanæ, se tanquam vasallos a. 1425. Friderico subiecerunt, eidemque, in euentum successionem promiserunt, prout Acta reperiuntur apud MVLLERVM *p. I. c. XIII.* LVDEVVIG *de Formula Duc. Brandenb. §. VIII. p.* 78.

39) Extant hæ litteræ datæ Viennæ prima Iunii 1443. in quibus: *visum nobis est in hac diuisione ecclesiæ, quæ non solum ignaros & vulgares perturbet, sed peritos etiam & doctissimos homines in diuersas sententias prorupit, antecessorum nostrorum vestigiis inhærentes, qui vt oriri schismata inter christianos videbant, generalia erigi concilia mox procurarunt, sicut de Constantino Magno, de Martiano Valeriano, Theodosio, Iustino, & aliis pluribus Cæsaribus legitur, & de diuæ memoriæ prædecessore nostro Sigismundo præsens ætas recordatur: cuius opera, industria, sollicitudine, studio, pestiferum schisma, quod annis*

dum. 40) Indictis igitur Norlbergam Comitiis, cum eo venisset circa Idus Iulii, de componendo Ecclesiasticorum dissidio, consultari cœptum est. Conuenerunt eo etiam Electores, sed tardius, præter Palatinum, qui domi occupatus, ex suis miserat, cum plena agendi potestate. In hoc conuentu variæ erant Principum sententiæ. Erant, qui Basileense Concilium continuandum, eoque plures viros doctrina ac pietate claros esse conuocandos, quorum disceptatione omnis controuersia decideretur. Alii neque huius, neque Ferrariensis concilii ab Eugenio collecti, decretis standum, sed tertio quodam loco nouum denuo instituendum, ac de integro omnia esse instauranda, iudicabant: horum in consilio vicit sententia. Mittuntur itaque Basileam legati, qui Cæsaris ac Electorum nomine patres exhortantur, vt intra anni tempus, aliud generale concilium alibi in loco ab illis denominando, celebrandum decernant. Id quod tamen Patres abnuebant. 41)

§. IX. Insequenti anno 1443. initia belli Heluetici. Postquam enim Tigurini ob caussam Toggenburgensem 42) Heluetis infensi, cum Cæsare contra eosdem pacti fuissent, hic priuilegia illorum confirmare renuit non solum, sed etiam omnia ab Heluetis Friderico Austriaco ablata repetit. Cæsar igitur Tigurum pergit, & post hæc in Allobroges profectus, Losanam atque Geneuam venit, vbi ei Sabaudiæ princeps, Felicis Pont. filius cum sororibus adfuit. Inde Bisantium pergens, Burgundiæ ducem conuenit. Mox alio itinere, quam venerat, per agrum Montispeligardicum ad Germanos reuersus, ad tertium Id. Nouembr. Basileam ingressus est, deducentibus ipsum Ecclesiasticis, cum magna sacrorum pompa, longoque Episcoporum ac procerum Ecclesiasticorum ordine. Quanquam vero Cæsar in tanta animorum dissensione, vtra cum parte sentiret ipse, non aperte proderet, Felici tamen, vt Pontifici Max. honorem præsenti habuit. Instituta fuerunt aliquot inter ipsos colloquia, sed iis effici non potuit, vt Cæsar Eugenio damnato, Felicem agnosceret, Synodoque Basileensi subscriberet. Tantum ad concordiam ipsos exhortabatur. Sunt, qui Felicem narrant filiam Friderico ætate ac forma florentem, cum ducentis aureûm numûm millibus, pactum esse, si reiecto Eugenio, ipsum agnouisset, quam rem auersatum Cæsarem apud suos dixisse, sacra illum quæ ab aliis vendi solerent, empturum sibi videri, si qui venum daret, inueniat. 43) Qua in re cum nihil proficeret, Constantiam abiit, quo etiam Heluetorum legati venerunt, priuilegiorum suorum confirmationem petentes, quod, nisi restitutis terris Austriacis, Cæsar recusauit, statuturum vero se vel Principum arbitrio, 44) vel Comitis Palatini, vbi omnes Imp. caussæ controuersæ decidi soleant. 45)

§. X. Dum autem Tigurini fœderi Austriaco nollent renuntiare, exoritur Tigurinum bellum, atque sub Iunii mensis finem, Heluetii omnes Tigurum vrbem obsidione cingebant. 46) Petebat equidem Fridericus ab Imperio auxilia contra Heluetos, quæ tamen ipsi denegabantur. 47) Hinc a Carolo VII. Gallorum Rege auxilia petebat, qui Delphinum suum cum quadraginta millibus mittebat in Germaniam, 48) licet quinque millia

annis fere quadraginta vniuersalem vexauerat ecclesiam, in magna Constantiensi synodo finem accepit. Pari igitur modo ad resarciendam præsentis diuisionis ruinam, necessarium existimauimus generale concilium ab omnibus indubitatum teneri, vbi conuenientibus totius mundi prælatis, & aliis fidelibus Deum timentibus, ac publicam salutem amantibus, tam de summo pontificatu, quam de aliis rebus, quæ catholicam fidem & vniuersalis Ecclesiæ, nec non sacrorum generalium Conciliorum, & sanctæ sedis apostolicæ auctoritatem, & statum concernunt, contentione remota, veritas manifestetur.

40) In dicta epistola: *volentes vt tenemur, christianæ religionis calamitatibus obuiare, rursum ad festum sancti Martini proxime instans in oppido nostro Nurembergensi aliam dietam cum prædictis electoribus, ceterisque prælatis & principibus, nec non communitatum & vniuersitatum oratoribus, qui affuerint, iuxta ea, quæ in proxima Nurembergensi dieta deliberata fuerint, personaliter conueniendo, de modis congruis, per quos dictum concilium pro pace & vnione Ecclesiæ celebrandum quantocius fieri queat, post dissolutionem dictæ dietæ feliciter inchoari, ac potius postmodum terminari possit absque, vlteriori mora disponamus.*

41) GERH. A ROO *lib. IV. p. 173. 174.*

42) Fridericus enim, Toggenburgensis Comes a. 1400. ius Ciuitatis Tigurinæ fuerat adeptus, quod varie fuit confirmatum, hoc pacto, vt subditi Toggenburgenses etiam per quinquennium post Comitis mortem, Tigurinis essent nexi. Postea vero singulare pactum siue *Landrecht* cum Suitensibus fecit. Mortuo igitur a. 1436. Friderico, Comite Toggenburgico, Tigurini Comitatus iura prætendebant, quibus Helueti contrariebantur. De hoc GERH. A ROO lib. V. p. 171. *erat eodem illo tempore, inter Tigurinos & Suitenses, eorumque confœderatos, ingens simultas, ex qua, cum multis sese damnis & incommodis affici viderent Tigurini, vt suas quoque opes stabilirent (nam & vicinæ pleraque ciuitates contra ipsos erant) de fœdere cum Austriacis ineundo consilium cepêre.* Dum enim Lucernenses Toggenburgenses a. 1437. in fœdus susciperent, prout ex documento publico patet, quod adiectum est *Gründlicher Information von der Toggenburger Freyheiten p. 1.* hoc ipso irritati Tigurini, Friderici & Austriacorum fœdus petierunt. Plenius de hoc STVMPFIVS *Schweitzer Chronic lib. XIII. c. XI. pag. 426.* FVGGER *lib. V. c. III.* MVLLER *p. I. c. XVI. §. 20.* NAVCLERVS *p. 1070.*

43) Verba sunt GERHARDI A ROO *lib. V. p. 176.* FVGGER *lib. V. c. III. n. 2. sqq.* MVLLER *p. I. c. XX. §. 2.*

44) ROO *lib. V. pag. 176.* FVGGER *l. l. n. 4.* MVLLER *§. 23. sqq.*

45) Antiquissimum hoc iudicium Comitis Palatini, vbi de rebus Imperii fuerit impetitus, de quo A. B. *Tit. V. §. 13.* MVLLER *p. I. cap. XVI. §. 23.* SYNT. IVR. PVBLICI *cap. XXIV. §. II.*

46) GERH. A ROO *lib. V. pag. 180.* FVGGER *lib. V. c. III. n. 6.* STETTLERS *Nüchtländische Geschichten IV. B. p. 152.*

47) FVGGER *lib. V. c. III. n. 5.* & ex eo MVLLERVS *p. I. c. XVI. §. 30.*

48) FVGGER *n. 8.* & ex eo MVLLER *§. 31.*

 49) ROO

millia saltim fuissent pacta, quibus hyberna in Alsatia Cæsar promiserat. Concitabat etiam ipsum Sigismundus Austriæ Archidux, Heluetis offensus. Carolus igitur, siue proprias iniurias vlturus, eo quod Mompelgartensis Præfectus terras ipsius inuaserat, siue Alsatiæ inhians, siue instinctu Renati, Lotharingiæ Ducis, vt ipsum vrbem Metensem rebellem subigere iuuaret, siue ab Austriacis accersitus, siue ab Eugenio Papa, vt Concilium Basiliense disturbaret, 49) octo Anglorum millibus adiutus, aliorum impensis bellum gerens, 50) Basileam pergit. Interim ex parte Concilii Basileensis, Cardinales duo, Arelatensis & sancti Calixti, pluresque alii Delphinum adeunt, & cum his ciues Basileenses, deprecanturque, ne vel Concilio vel ciuitati noceat. Is rursus suos Basileam cum suis nuntios mittebat, qui diuersos ibidem instituebant concordiæ tractatus. Nam & Oratores Papæ Felicis ac Ducis Sabaudiæ totiusque gentis Suicerorum ibi conuenerant. Rumor erat vrbem Basileensem tanquam regni Franciæ sibi restitui, magna priuilegia Ciuitati pollicitus. 51) Huic obuiam profecti Heluetii, dum d. XXVI. Augusti a. 1444. pauci cum plurimis egregie pugnant, a Gallorum equitatu superati, prope ad vnum cæsi, victoriam multa suorum sanguine emptam reliquerunt. 52) Licet nec tunc Concilium plane dis-

49) ROO c. l. *sunt, qui ab Austriacis accersitum affirmant, vt Tigurum obsidione solueret, ac Heluetiorum contumaces spiritus frangeret. Alii Eugenii artibus euocatum esse dicunt, vti concilium Basileense disturbaret.* NAVCLERVS vol. II. Gen. XLIX. p. 1071. *aliqui illum in auxilium nobilitatis venisse prædicabant, apud alios vocatum se dicebat per Rom. regem Fridericum contra Suitenses. Itali scribunt, Eugenium composita prius inter reges pace, Delphinum cum equitatu in Basileenses concitasse, vt illic dissiparet conuentum. Nonnullis ipse Delphinus se velle vendicare iura domus Franciæ asseuerabat, quæ vsque ad Rhenum protendi dicebat. Ex hac caussa vrbem Argentinam obsessurum se affirmabat, dicebat & se propter ducem Sigismundum venisse, & hoc non quod ita esset, sed quod fauorem ob eam caussam sese putabat habiturum.*

50) Hæc satis clare docet Pere DANIEL Tom. II. p. 1167. *Il y avoit quelque temps, que Sigismond Duc d' Autriche, qui étoit fiancé depuis plusieurs années avec Radegonde de France, demandoit au Roy, aussi bien que l' Empereur Frederic frere de Sigismond, du secours contre les Suisses avec lesquel ils étoient en guerre. René d' Aniou Roy de Sicile Duc de Lorraine, qui ne pensoit plus gueres a reconquerir son Royaume de Naples, luy avoit fait vne semblable priére, de l' aider à soumettre la Ville de Metz revoltée contre luy. De plus le Roy se souvenoit que le Bailli de Monbeliart, durant la guerre, avoit fait des courses & de grands ravages sur les Terres de France du côté de Langres, dont il n' avoit pû encore avoir de satisfaction. Tout cela donnoit des moyens à ce Prince de faire subsister ses troupes aux depens d' autruy hors du Royaume, & en soulageant ses propres Suiets. Il se fit vn grand mérite aupres des Princes que i' ay nommez, d' employer ses soldats à leur service. Ce qu' il y eut de particulier, c'est que le Roy d' Angleterre, pour décharger, aussi les pays de sa domination, consentit qu' vne grande partie de ses troupes composées d' Anglois & de Normans au nombre de huit mille, fussent de la partie sous le commandement d'un Genéral Anglois que les vns appellent Matthieu God, & les autres Matago, qui s' étoit fort distingué dans les dernieres campagnes; & ces troupes iointes aux Françoises reconnurent le Dauphin pour leur Généralissime.*

51) Verba sunt AENEAE SYLVII ep. LXXXVII.

52) ROO c. l. GOBELINVS *lib. II. pag. 54.* FVGGER *lib. V. c. V.* BILIB. PIRCKHAIMER *de B. Heluetico lib. I. p. 58. Basilienses vero, cum Gallicas copias, quibus se Germana quoque iunxerat nobilitas, omnino maiores esse resciuissent, quam quibus tam parua manus resistere posset, fæderatis obuiam mittunt, illosque certiores reddunt triginta millia sub Gallicis aduentare signis, orant pariter, atque obtestantur, ne, cum vltra quatuor millia essent hominum, tam manifesto se obiicerent periculo. At illi ferociter, ac Basiliensium, suorumque contemptis consiliis structis ordinibus hosti obuiam eunt, qui & ipse infestis aduentabat signis. Atrox itaque oritur dimicatio, quæ a prima luce ad solis durauit occasum; suntque confæderati occasione vna occisi, potitusque est Delphinus victoria, cruenta tamen & admodum luctuosa. Nam præter ingentem suorum & vltra, quam credere par est, cæsorum numerum, multi, magnique nominis desiderati sunt viri, resque admiranda visa fuit, tantillas copias, & pedestres quidem tam ingenti exercitui, & maiori ex parte equestri tamdiu & fortiter resistere potuisse, maxime cum non in saltibus, sed aperto pugnatum esset campo. Fæderati interim, qui circa Turegum erant, audita suorum clade, cunctis, quæ supererant, ferro & igne vastatis, obsidionem soluerunt, quibus abeuntibus, Turegenses populariter egressi non paruo incommodo hostilem affecere agrum, bisque interim collatis pugnatum est signis, ac incerta discessum victoria.* Plenius hanc victoriam refert AENEAS SYLVIVS Io. Gers Regio Protonotario *ep. LXXXVII.* sic scribens: *Credo te volucri fama percepisse Gallicorum aduentum. Sed accipe nunc ex me certitudinem, & quod tibi scribo tanquam Euangelium potest referre, si modo id affirmatum in mea inueniet epistola. Venit per hos dies Ludouicus Delphinus Viennen. ac primogenitus Regis Franciæ cum magno exercitu infra limites Imperii: Oppidumque obsidione cinxit, cui nomen est mons Belligardi, quod ab imperio comites de VVürtenberg habent in feudum. Ibi cum aliquandiu Delphinus maneret, cum castellanis tandem conuenit, vt sibi ad certum tempus oppidum traderetur, quo lapso id libere restitueret. Nam aliter vi decreuerat expugnare, vt locum haberet, in quo morari posset, quia non decebat Regis filium in campis degere absque tecto. Postquam Delphinus Belligardi potitus est, fama vndique sui aduentus publicauit, sed non vno modo apud omnes. Apud aliquos namque se in auxilium nobilitatis venisse prædicabat tanquam in Germania per comitatus esset oppressa. Apud alios vero vocatum se dicebat per Romanorum Regem contra Suitenses. Nonnullis autem se velle vendicare iura domus Franciæ asseuerabat, quæ vsque ad Rhenum protendi dicebat. Ex hac caussa vrbem Argentinam obsessurum se affirmabat. Dicebat enim etiam & propter Ducem Sigismundum se venisse. Et has rumores vbique publicari studebat, non quod ita esset, sed quod fauorem ob eam causam sese putabat habiturum. Dum hæc fama sic percurrit, Nobiles Alsatiæ, quibus grauior videtur Suitensium dominatus, Oratores ad Delphinum mittunt, eumque rogant, vt præsidia contra Suiten. prabeat. De Delphini Exercitu varia dicta sunt, qui maiora sequuntur LX. millia hominum in eius Comitatu tantum haberi. Qui minora probant V. & XX. millia Medii vel XXX. vel VI. & XXX. milia censent esse Concordatum inter Delphinum & Alsatienses V. & XX. milia hominum ex suo exercitu per hanc hyemem in oppidis Alsatiæ recipi debere. Ipseque Delphinus*

ne dissolueretur, quod demum a. 1449. fuit factum. Ad Tigurum quoque male ab Heluetiis pugnatum, & obsidione vrbs soluta. 53)

§. XI. Delphinus igitur, Ludouicus nomine, cum exercitu in Germaniam irrumpebat, immo Imp. missis ad ipsum Burcardo Monneto & Rechbergio, ipsos in Germaniam inter Argentoratum & Basileam introducebat. 54) Hinc Mompelgardum vrbesque Alsatiæ multas occupabat, duce militari vsus Arminiaco Comite, exinde bellum *der Armen Gecken Krieg* corrupte solet vocari. 55) Accedebat ipsi Renatus, Rex Neapolitanus, qui tanquam Dux Lotharingiæ, 56) Metim, Tulum, aliasque Lotharingiæ vrbes occupabat. Hinc Cæsar Comitia indixit Noribergæ ad diem ascensionis 1444. habenda, quæ magna Principum frequentia fuerunt celebrata. 57) Mittebant ad eadem & Concilium Basileense Eugenius atque Felix nuntios suos, agebaturque de schismate papali per arbitros componendo, 58) sed paruo cum fructu. Aeneas Syluius ab Imp. legatus mittebatur ad Eugenium Papam, qui nouum Concilium, idemque in Germania habendum, postularet,

phinus & Thuricen & aliis obsessis ferre opem promittunt. Veniebant iam Delphini gentes, quæ vulgo vocantur Armeniaci in subsidium cuiusdam castelli, quod Suitenses prope Basileam obsidebant. Suitenses vt hoc senserunt, non expectatis hostibus ad viam pergunt, primasque Armeniacorum turmas inuadunt, stragem dant, plurimosque neci prabent. Armeniaci retro pedetentim fugientes, ad maiorem exercitum se recipiunt. Illi sanguinis cupidi & auidi victoriæ, dum gloriam quærunt propriam salutem amittunt. Ventum erat ad hospitale sancti Iacobi quod vix quatuor stadiis a Basilea distat. Ibi vniuersa multitudo Armeniacorum in Suitenses irruit, non nullis ante portas Basiliensis positis, qui existentes obseruarent, cederentque, committitur atrox & miserabile prælium: ceduntur que ex vtraque parte quam plurimi. Horrendum auditu est. Euellebant sanguinolentas ex corporibus suis sagittas Suitenses abtruncatis manibus in hostes irruerunt, nec prius animam exhalabant, quam occisorem ipsi occidissent. Quidam hastis confossi & onusti telis, inter Armeniacos currentes necem suam vindicabant. Erant quatuor Armeniaci qui Suitensem vnum insequebatur. Iamque illi telum confossum strauerant, & supra corpus grassabantur tum eius comes arrepta bipenni in quatuor illos fertur, ex quibus duos obtruncauit, alios vero in fugam dedit ac deinde semianimum corpus super humeris recepit & inuitis hostibus portauit ad suos. Erat retro Suitenses, murus quidam horti sancti Iacobi, quo illi se tutos ab vna parte rebantur, solumque in fronte pugnabant. Sed Theutonici, qui cum Armeniacis erant intrantes hortum, murum perfodiunt, Suitensesque a tergo feriunt, quæ res magna causa ruinæ Suitensium fuit. Pugnatur tum ante tum retro. Iam vero vis imminet nec iam eminus sed cominus ferrum stringitur. Suitenses quasi leones per omnem exercitum in victores vagantur, cedunt, sternuntque omnia, vt qui iam non in spem victoriæ, sed in mortis vltionem se pugnare sciunt, prælium a principio diei vsque in finem tractum est. Ad extremum non victi Suitenses, sed vincendo fatigati inter ingentes hostium cateruas ceciderunt. Victoria lugubris atque cruentissima Armeniacorum fuit, campusque liber eis mansit, non virtute sed multitudine superantibus. Ex Suitensibus, qui plures occidisse iurant, quatuor millia qui minus mille & quingentos viros cecidisse aiunt. Ex Armeniacis dicunt aliqui plures desideratos esse quam ex Suitensibus, magna cædes equorum fuit. Plures Theutones dum vlcisci Suitenses volunt, vitam amiserunt. Suitenses autem nulla res magis extinxit, quam magnanimitas siue illa temeritas fuit.

53) ROD. PIRCKHEIMER *cit. loc.*

54) P. DANIEL Tom. II. p. 1168. *si-tôt que l' Empereur & le Duc d' Autriche eurent appris que les armées de France etoient en marche, ils avoient envoyé au Dauphin vn Seigneur Allemand nommé Bourgalemoine, pour leur servir de guide dans vn pays, ou les François de ce temps-la n' avoient iamais fait la guerre. Ce Seigneur conduise l' armée vers le Rhin entre Strasbourg & Basle, où elle prit plusieurs Forteresses dont les Suisses s' étoient emparez, où qui s' etoient declarées pour eux. Apres avoir nétto ce Canton, on remonta vers Basle.*

55) FVGGER *lib. V. c. V. n. 3.* LEHMANN *lib. VII. c. XCIX.* Adpellabantur autem milites Galli *die Arminiacken oder armen Iecken.* Hoc nomen Galli milites in bello Burgundico fuerant adepti, dum Iohannes Comes de Armignac copias Gallorum duceret, qui exinde dicti fuerunt Arminiaci. Sicenim GOBELLINVS lib. VI. p. 152. *rebus Francorum in hunc modum afflictis, haud aliud remedium, qui reliqui erant regni proceres, adhiberi posse putauerunt, quam militum magisterium, ad Comitem Armeniaci deferre, eique belli summam credere. Id officii Gallici Contestabilem vocant; multa huic tum Burgundis leuia fuerunt prælia, in quibus non aliud nomen inuocatum est, quam Burgundorum & Armeniacorum, atque hinc duæ factiones in Gallia emerserunt, capitalibus odiis inter se decertantes.* CHRON. ELWANG. ad a. 1344. *Armeniaci Alsatiam intrarunt, & eam igne & gladio vastarunt: a quibus multi Suitenses prope Basileam fuerunt occisi & multum humiliati.* MVLLER *p. 217.* Epistola Aeneæ Syluii LXXXVII. ad Io. Gers scripta, de iisdem pluribus agit, WVRSTEYSEN *Basler Chron. lib. V. c. XXXVIII. XXXIX.* Apud WENCKERVM *de archiuis pag. 374.* extant litteræ Caroli, Francorum Regis, ad Argentoratenses, quibus protestatur se nulli Statuum damnum esse illaturum. Hoc bellum FRANCISCVS GVILLIMANNVS *in Austriacis* sigillatim descripsit, vt ipse tradit de Episcopis Argentoratensibus sub Alberto VI. testante SCHILTERO *Annot. ad Kœnigshoven p. 909.* qui etiam ex Archiuo Argentoratensi singularem inseruit narrationem de hoc bello. Adde LOVIS LAQVILLE, *Hist. d' Alsace lib. XXIX. p. 337.*

56) Vocatur equidem Siciliæ Rex citra Pharum in litteris Friderici apud SCHILTERVM pag. 946. *als wir, unser treffentlich Botschafft au den Künigen von Franckreich und Sicilien geton haben.* Sed titulum saltim Regis gerebat, Dux erat Lotharingiæ, prout plenius demonstrauit MVLLER *p. I. cap. XXII. §. 1.*

57) De his Comitiis BROWERVS *Ann. Treuir. lib. XIX. p. 283. n. 69.* FVGGER *lib. V. cap. V. n. 5.* Plenius BROWER *cit. loc.* MVLLERVS *p. I. c. XVII.* SCHILTER *ad Kœnigshoven p. 937.*

58) GOBELLINVS in Comment. Pii II. lib. I. p. 9. *exinde cum apud Nurembergam Imperator & principes electores ad sublationem controuersiæ intenderent, quæ inter Eugenium Quartum & Felicem Quintum vigebat, placuissetque, vt Imperator quatuor viros eligeret, Elector quilibet duos, & alius quiuis princeps vnum, qui auditis Eugenii ac Felicis oratoribus prouiderent, ne quid respublica Christiana detrimenti pateretur: Fridericus Cæsar hos nominauit, Syluestrum Chiemensem Episcopum, Thomam Haselbachium Theologum, Vlricum Sonnenbergium, & Aeneam.*

(59 GOBE-

ret, in quo tamen Papa adnuebat minime. 59) Sed, dum conuenire inuicem non possent, expeditio contra Gallos fuit decreta, constituto Ludouico Palatino Militiæ Imperialis præfecto. In conuentu Spirensi tamen Kl. Nouembris 1444. a Ludouico Palatino instituto, interuentu potissimum Theodorici Coloniensis & Iacobi Treuirensis, qui Gallis fauere videbantur, conclusum fuit, vt antequam ad arma veniret, amicabilis via tentaretur. 60) Missi etiam legati ad Delphinum Petrus Episcopus Augustanus, Fridericus ab Hohenburg, Dominus de Sterneberg, Thuringus de Halweil & Ioannes de Aich doctor, 61) quid causæ sit, quod imperium cum exercitu sit ingressus. Redeunt Oratores & cum his Delphinus suos ad Maximilianum destinat quinque viros præstantes. Hi omnem culpam in Imp. reiiciebant, Delphinum ab Imp. in Germaniam fuisse vocatum, petebant firmari pacta cum nobilibus Alsatiæ percussa, stationesque in hyemem exigunt. Quæ ipsis si negentur, non posse abstinere quin noceant. Possidebant isti iamdum Lauffenburg, Seckingen & alia quædam oppida, sed illa non sufficere prædicabant, Brisacum & Friburgum volebant adiungi. Exinde Sigismundum Austriæ Ducem ad consummandum matrimonium cum filia Regis Franciæ Delphinique sorore transmitti quærebant, ideoque Cleinodia & Argenti summas a Friderico Austriaco relictas petebant. 62) Quibus Imp. per Albertum Brandenburgicum respondebat, se quidem quinque auxiliorum millia, non vero quadraginta millia postulasse, thesaurum & Cleinodia Principum de moribus Germaniæ successori competere. 63) Hi tantum profecerunt, vt de pace agere cœptum, Moguntiæ primum Conuentus indicebatur, qui ad diem Reminiscere 1445. haberetur. 64) Dum autem necessitas vrgeret, a Ludouico Palatino Augustam Treuirorum Conuentus fuit indictus, ibidemque Electorum consensu cum Gallis conuenit, vt ad diem XX. Martii Galli copias suas ex Germania educerent, hoc addito, ne Germani de damnis ipsis illatis peterent

59) GOBELLINVS c.l. *post hæc cum iam Basilienses conditiones pacis refutassent, Aeneas ad Eugenium missus est.* AEN. SYLVIVS epist. XCVIII. *nunc pauca dicenda sunt de statu Romanæ curiæ. Caput illius Eugenius fuit, dum ad eum veni, satis sospes, si possunt senes esse sospites. In meo recessu podagra, chiragraque debilior factus est, petitioni regiæ non annuit. Concilium namque in Alemaniam nec dedit nec daturus. Siquid aliud regia maiestas cupiuisset, optata retulisset, sed nihil postulatum est nisi quod pacem Ecclesiæ concernebat, quamuis ille non pacem, sed maiorem quæri seditionem diceret.* BROWER *Ann. Treuir. lib. XIX. p. 282.* MVLLER *p. I. cap. XX.*

60) De hoc conuentu MVLLERVS *p. I. c. XXI.* NAVCLERVS *p. 1072.*

61) Sic enim AEN. SYLVIVS ep. LXXXVII. *Dum hæc aguntur, Rex Romanorum Oratores ad Delphinum mittit Episcopum Augustensem, & Ioannem de Aich doctorem, nonnullosque milites perscrutatum, quid causæ sit quod imperium cum exercitu sit ingressus.* MICH. STETTLER *Nuchtlandischer Geschichte p. 156. daß der Bischoff von Augspurg, Fridrich von Hochenburg, ein Herr von Sternenberg, sambt Thüringen von Hallweil, auch (wie etliche wællen) Burckhart München, zu den Frantzæsischen Ludouico zu verreisen, und denselbigen umb Volck wider die Eydgenossen anzusprechen, bevelch empfingen.*

62) AENEAS SYLVIVS *c. l.* MVLLER *Reichs-Tags-Theatro p. I. c. XVII. §. II.* exhibet legatorum Delphini propositionem, huius tenoris. *Es habe S. Maiest. der Ræm. Kænig, an ihren gnædigsten Herrn, Kænig Carln in Franckreich, wieder die Eydgenossen Hülffe begehret; dieser Bitte statt zu geben, und den Teutschen Fürsten und Adel wieder den Pæbel behülfflich zu seyn, mithin Ruhe und Frieden zu befærdern, hatte der Kænig seinen altesten liebsten Sohn und kunfftigen Cron Erben gesendet, deme zwanzig Schlæßer zum Vnterhalt und Winderlager versprochen, aber noch nicht geoffnet worden, derendwegen er selbst, weil er nicht kommen sey, im Feld zwischen Eiß und Schnee zu liegen, um ein Winderlager sich umthun müssen; Im übrigen hatte auch die Gesandschafft an den Ræm. Kænig zu begehren, daß Sr. Maiest. allen Hertzogs Friedrichs verlaßenen Schatz, von Gold, Silber, Baarschafft und Kleinodien weil dessen Sohn Hertzog Sigmund mit der Tochter Kænig Carls verlobet wære, an diesen Konig abstehen mægte, welcher hingegen diesen seinem Eydam, durch den Dauphin alle von den Eydgenossen eingezogenen Lænder, Graf- und Herrschafften wieder erobern und zustellen wolte. Und gleichwie diß alles beyde Kænige einander versprochen hætten, also wæren sie auch schuldig solches zu halten.*

63) MVLLER *c. l. §. III.* tenorem huius responsi sic exhibet: *Es hætten seine Maiest. der Frantzæsischen Gesandschafft Anklag und Begeren nicht unbillig mit befremden angehæret. Sie erinnere sich zwar daß sie, die Eydgenossen zu zwingen, von K. Carln in Franckreich eine Hulfe, nehmlich 5000. nicht aber 40000. Mann begehret. Denen er auch damit sie den Ræm. Reich und dessen freyen Vnthanen nicht überlæstig seyn mægten, in seinen Erb-Landen Elsaß und Sundgow 20. Stætte und Mærckte zu Lager Stædten benahmet, dessen aber zuwieder habe K. Carl anstatt 5000. Mann 8mahl so viel gesendet; über daß Metz, Tull, Verdun, Mæmpelgard, und andere Stædte im Elsaß und der Enden eingenommen und eigenes Willens damit verfahren: Wormit Sr. Mai. gar nicht, aber wohl wenn er die begehrte Zahl gesendet, wære gedienet gewesen, und habe man auch weil das Gedinge Nicht wære gehalten, und sonsten überal gar übel wære gehauset worden, die 20. Stædte und Merckte versprochener Massen einzuraumen weder billig noch rathsam befunden. Se. Maiest. kænten gar nicht sagen wie K. Carl solcher gestalt ein Freund des Ræm. Reichs sich beruhmen kænne. Dafern er es aber so gar gut meyne, wie die Gesandten es vorgeben, so mægte er nur bald seine Vælcker, und zwar entweder alle ab und zurück fordern, oder so viel als man begehret hinterlassen. Was Sr. Mai. Vettern, Hertzog Sigmunden, betreffe, sey er zum Heyrathen annoch viel zu iung, auch der Iahre seiner Vogtbarkeit noch nicht geübriget, dannenhero annoch unter der Vormundschafft. Sonsten sey es bey dem Hauß Østereich alten Herkommens, das deren Furstenthumern und Herschafften, samt den Schætzen und Kleinodien, vom einen Fürsten auf den andern erben und nicht zergentzt oder entfremdet werden sollen. Dannenhero der Kænig in Franckreich hierzu keinen Anspruch habe.*

64) Extant litteræ Imp. ad Status Imperii de hoc apud Gallos negotio Petri Augustani apud FVGGERVM *lib. V. c. V. n. 8.* SCHILTERVM *ad Kænigshoven p. 946.* & MVLLERVM *p. I. cap. XXII. §. 3.* quibus insimul eosdem ad Comitia Moguntina inuitat.

65) De

rent satisfactionem. 65) Hoc facto, bellum etiam Tigurinum a. 1447. per inducias fuit compositum, licet demum XIII. Iulii 1450. certi Tractatus constituerentur, per quos Tigurini fœderi Austriaco renuntiare cogebantur, damnis vtrinque compensatis. 66)

§. XII. Bellum quoque oriebatur Vngaricum atque Turcicum. Elisabetha enim regina, post curatum viri funus, regni proceribus se prolemque suam, dum grauida esset, commendat, vtque interregem idoneum eligant, concedit. Hi tamen statim Comitia creando regi indicentes, Vladislaum, Poloniæ regem eligunt, eique reginam viduam cum regno dotali offerunt. Intercessit regina, potestatem se non creandi regis, sed interregis dedisse, vt electionem saltem differrent, quoad peperisset, precata est. Tandem, vt legati mitterentur, assensa est, id saltim obtinuit, vt legatis mandaretur, si enixa masculum ipsa fuisset, re nondum cum Polono transacta, vt reuocati, omissa legatione, in Hungariam reuerterentur. Dum igitur missi in Poloniam legati, in itinere adhuc essent, regina Ladislaum posthumum fuit enixa. Regina vna cum proceribus celerem nuntium post legatos mittunt, vt pedem referant, iubentes. Hi vero cum sibi absque periculo regredi haut licere putarent, regi rem sibi ab initio mandatam exponunt. Læto omnium plausu legatio excipitur, nec mora, exercitus qui Vladislaum in Hungariam comitaretur, decernitur. Elisabetha paternum infanti regnum sua culpa auferri dolens, consilio suorum conuocato, pactum cum Vladislao matrimonium rescindit, cuius potestatem nullam, post acceptum de puerperio nuncium, legati habuissent. Antequam Vladislaus in Hungariam veniret, Ladislaus nec dum quadrimestris anno 1440. in matris gremio a Strigoniensi archiepiscopo in Regem Hungariæ coronatur. 67) Hoc facto, Elisabetha coronam Hungariæ astu 68) subducit, & cum rege puero in Austriam ad Fridericum euadit. Postquam autem decreta Vladislai coronatione, non inueniretur corona, & reginæ dolus appareret, erupit bellum ciuile, quo Vladislaus a Coruino adiutus, Reginæ factionem opprimere nitebatur, Vdalricus contra Cilienses pro illa pugnans, non minora iis damna inferebat, qui cum Vladislao sentiebant. Ne vero coronationi longior mora obiiceretur, Vladislao corona D. Stephani Hungarorum olim regis imposita est, quam ex calua mortui ablatam quidam in funestum augurium trahebant. 69) Eugenius autem Pontifex ab Imp. inuitatus, 70) ad componendos animos Iulianum Cardinalem legatum mittit in Vngariam, cuius interpositione ita conuenit, vt Vladislaus tutorio nomine pro Ladislao regeret, huic succederet, filiæ reginæ, Elisabetha quidem Casimiro Magno Lithuaniæ Duci, Anna Vladislao Regi nuberet. 71)

§. XIII. Inter has Vngariæ turbas, Amurathes, Turcarum Sultanus, Vngariam inuadebat, Albam Græcam obsidebat, quam tamen post septimestrem obsidionem iterum cum magna suorum strage relinquere fuit coactus. 72) Turcæ interim a Ioanne Coruino ad

65) De hoc SCHILTERVS *p. 955.* LEHMANN *lib. VII. c. XCIX.* MVLLERVS *p. I. c. XXII. §. 5. sqq.* Litteræ desuper datæ extant apud MVLLERVM *p. I. c. XXII. §. 7.* FVGGER *lib. V. c. V. §. 9.*

66) FVGGER *lib. V. c. V. n. 11. & c. VI. n. 4.* ROO *lib. V. p. 182. multi eo anno inter ipsos* (Heluetos & Tigurinos) *conflictus fuere, multa vtrinque damna accepta ac reddita, quæ hic recensere omnia non est consilii. Sequenti anno Hugo Montfortius Ioannitarum (vt vocant) Magister apud vtrosque obtinuit, vt factis induciis, de pace concilianda ageretur. Interposuit suam quoque authoritatem Ludouicus Elector Palatinus, qui vocatis ad se Constantiam partium legatis, indices dedit, Austriæ principibus ac Heluetiis Vlmensem senatum, Tigurinis ac Suitensibus Forotiberiensem vulgo Keiserstulensem, quorum arbitrio controuersia omnis tolleretur. Ita post longam disceptationem, pax tandem facta est.*

67) GERH. A ROO *lib. V. p. 167.* BONFINIVS *dec. III. lib. IV. p. 300.* FVGGER *lib. V. c. I.* MVLLER *p. I. cap. XVIII.* Paulo aliter NAVCLERVS *vol. II. Gen. XLIX. p. 1066.* TRITHEMIVS *Chron. Hirsaug. ad a. 1440.*

68) De hoc plenius GERH. A ROO lib. V. p. 168. *inde cum proceribus regina Vissegradum munitissimam arcem contendit, in qua sacram regni coronam recondi Mos erat. Ibi Regina, futuri temporis discrimina, animo quasi prædiuinans, astu quodam, omnes quotquot aderant, fefellit, ac ne quis præter filium alius regno inaugurari posset, coronam suo loco reponendam subtraxit. Id quo modo procuratum esse in manuscripto codice inueni, libuit paucis referre. Solebant Hungari coronam suam pannis quibusdam sericis inuolutam, in capsulam reponere, eamque procerum aliquot sigillis consignatam multis seris, includere. Regina igitur quæ hoc nouerat, cuidam ex pedissequis, fasciculum quendam eodem modo ex pannis conuolutum, iam antea dederat, cui nescio quid rei, quod & pondere & tactu coronam referebat, indiderat. Huic puella (ex Franmaniorum gente fuisse perhibent) inspectantibus Hungaris, corona cum pannis datur, quæ magna cum dexteritate, pro vera adulterinam protulit, ea capsulæ inclusa obsignatur. Adueniente demum Vladislao, Elisabetha suis rebus metuens, cum rege puero, & corona in Austriam ad Fridericum euasit.* FVGGER *lib. V. c. I. n. 7.* BONFINIVS *dec. III. lib. IV. p. 300.* NAVCLERVS *vol. II. Gen. XLIX. p. 1066.* P. de REWA *Corona Regni Hungar. p. 34. Mansit autem hæc corona in Friderici manibus Neostadii Austriæ adseruata, per continuos XXIV. annos, quibus elapsis sexaginta millium aureorum precio per Matthiam Regem redempta rursus fuit atque recuperata.* BONFINIVS *Dec. III. lib. IX. p. 386.* REWA *pag. 42.* SCHMEITZEL *de origine ac fatis coronæ Hungar. c. V. p. 223.* BONFINIVS *dec. III. lib. IV. p. 306.*

69) ROO *p. 170.* FVGGER *c. l. n. 1.*

70) Extant Friderici litteræ ad Papam, apud SYLVIVM ep. CXVIII. qua ipsum petit, ne titulum Vngariæ Regis aliis concedat.

71) BONFINIVS *dec. III. lib. V. p. 318.* FVGGER *lib. V. c. IV. n. 1.* MVLLER *p. I. cap. XVIII. §. 14.* qua ratione Cæsaris oratores hanc pacem procurauerint, narrat AEN. SYLVIVS *epist. LXIII.* CZECHOROD *lib. V. c. VI. p. 631.*

72) Hæc, ipsamque Albæ Græciæ operosam admodum obsidionem latius describit BONFINIVS *dec. III. lib. IV. p. 307.* AMANDI HERMANNI *Capistranus triumphatus Sect. XXVI. c. V. & sqq.*

73) BON-

ad Zendreuiam Albaniæ internecione fuerunt cæsi. 73) Hic denuo ad Morawam Vngariæ Turcarum victor, idque auxilio Georgii Castriotæ, dicti Scanderbeg, qui a patre, Epiri principe obses Turcis datus, fugam simulabat, post Coruino accedebat, Epirum astu occupabat. 74) Post varia prælia, 75) tandem in Transyluania insignem de Turcis victoriam reportauit Coruinus. 76) Post iteratas clades, Turcæ de pace cogitabant, quæ Iunio mense 1444. Segedini ad decennium fuit conclusa, eademque Turcæ omnia loca occupata, Bulgaria excepta, quæ iisdem cederet, restituerent, quæ pax vtrinque iuramento fuit firmata. 77) Confecta iam pace, Turcæ in Asiam properabant aduersus Carmannos. Franciscus igitur Cardinalis Florentinus, atque Græcorum Imperator Ioannes Palæologus, nouam in Turcas vrgebant expeditionem, occasionem maximam oblatam esse, facile recuperandi, quid in Europa fuerat amissum. Pœnitebat Vladislaum Hungarosque pacis initæ, quas graui oratione magis adhuc concitabat Iulianus Cardinalis, qui etiam Papæ nomine Vladislaum & proceres a iuramento præstito absoluit. 78) Aderat etiam Io. Capistranus Ordinis Minorum Regularis Obseruantiæ. Pax igitur cum Turcis inita rescinditur, licet isti conditiones impleuerint, Vladislaus in Bulgariam mouet, Nicopolim occupat, & licet Valachiæ princeps Dracula expeditionem ob pusillum exercitum disuaderet, nihilominus in Thraciam contendit, præmissoque Coruino, Hæmum montem conscendit superioris Mœsiæ, ad Varnam Bulgariæ castra collocat. Amurathes traiecto ex Asia, per Hellespontum milite, postquam Christianorum, Burgundica inprimis classis, patronis vel auro corruptis, vel necessitate compulsis, recesserat, 79) obuiam ei cum immensa multitudine veniens, fractæ pacis vltionem a Deo poscens, suos ad prœlium excitat. Fit atrox prælium pridie feriarum Martini 1444. in quo Christianorum exercitus fortiter licet pugnans, ad internecionem fuit cæsus, ipse Vladislaus a Ianizaro confossus. 80) Licet

73) BONFINIVS *dec. III. lib. IV. pag. 309.* MVLLER *p. I. c. XVIII.* §. *11.*

74) Scanderbegi cognomen a Turcis fuit adeptus, quod idem notat ac Alexander M. Eius res gestas exponit LAONICVS CHALCOCONDYLAS *libro VII.* fusius enarrat MARINVS BARLETIVS, Dalmata *de vita, moribus, ac rebus gestis Georgii Castriotæ, Argentorati 1537. f.* & IACOBVS de LAVARDIN Seigneur du Plessis *Histoire de George Castriot, à Paris 1597. 8.*

75) Hæc plenius recenset BONFINIVS *dec. III. lib. V. p. 311. sqq.*

76) Hanc de Turcis victoriam latius describit BONFINIVS *dec. III. lib. V. p. 312.* qui addit: *Turcis viginti hominum millia cæsa sunt, ex Vngaris tria circiter millia desiderata. Tantum ex hac clara victoria, Transyluanis animorum accessit, vt multos Turcam annos non expauerint.* Nouam Coruini in Transyluanis victoriam ad locum, quem Vascapum dicunt, narrat BONFINIVS *dec. III. lib. V. p. 317.* Aliam ad Morauam, BONFINIVS *p. 322.* aliam ad Hemum montem, BONFINIVS *dec. III. lib. VI. p. 324.* NAVCLERVS *p. 1066.*

77) De hoc BONFINIVS *dec. III. lib. VI. p. 328.* NAVCLERVS *p. 1068.* FVGGER *lib. V. c. IV. n. 4,* MVLLER *p. I. c. XVIII.* §. *21.* Singulare est, quod de pace iuramento firmata dicit BONFINIVS p. 329. *compositis rebus omnibus, de modo sanciendæ pacis agi cœptum est. Turci iuramentum in Eucharistiam a Rege postulant: Gregorius Sauoreus pertinaciter aduersatur, ne arcana mysteria, quæ nulla ratione, nisi fide tantum pura, munita sunt, infidelibus prodantur. Conuentum tandem est vtrinque, vt in Euangelio nostri, illi in Alcorano iurarent. Scriptis igitur eodem argumento, lingua tamen duplici, conditionibus pacis, eas inter se perpetuas inuiolatasque fore, sanctissimo vtrique iuramento asseuerarunt.*

78) Hoc præter BONFINIVM, aliosque adlegatos, satis innuit NAVCLERVS *vol. II. Gen. XLIX. p. 1068.* de Eugenio Papa dicens: *scripsit igitur cardinali nullum valere fœdus, quod se inconsulto cum hostibus religionis percussum esset, Vladislao regi Poloniæ qui Hungariam occuparat, vt conuenta solueret, imperauit, iuramenta remisit, nouum instaurari bellum tum precibus tum minis extorsit, & (vt aliqui volunt) ad facinus impulit.*

79) NAVCLERVS p. 1068. *Vladislaus a principibus Christianis auxilia petiit, præter Philippum tamen Burgundiæ ducem, neminem Christianæ religionis Zelus commouit, hi solus classem instruxit, quæ vsque in Hellespontum profecta, Turcis ex Asia transitum prohibere in Europam conata est. Franciscus Card. Venetiarum, Eugenii nepos, cum plerisque triremibus eo missus, classi præfuit.* Et paullo post: *Amurates hostium cognito aduentu, cum Græcis & Turcis in Europa manentibus non satis confideret, exercitum ex Asianis militibus comparuit. Sed angebat animum traiiciendi freti cura anxia & multa voluenti Genuenses quidam curam adimere, qui suis nauibus, accepta pecunia, transportare copias promiserunt. Locus est, vbi non amplius quam stadia quinque latitudo freti continet inter Propontidem & Euxinum pelagus tantum est spatium, quod Europam Asiamque disterminat, Bosphorum Thracium dixere maiores, a Byzantio XI. ferme stadiis distantem, hic Amuratis exercitus transuectus est, aureo nummo vectoribus per capita tradito, quæ si vera est fama, centum millia fuisse feruntur.* Ast, AENEAS SYLVIUS ep. LII. *quod prius quam Turcarum imperator accepit, collecto in Asia exercitu quadraginta milia pugnatorum mare traiecit. Classis namque in Hellespontum ad prohibendum ex Asia in Europam transitum, hac æstate præterita missa, vt isti referunt, iam retrocesserat: patronis eius pecunia & Asiatica gaza corruptis, quod mihi non est verisimile, nec persuaderi mihi potuerit, tanta perfidia vsos illos fuisse, vt Christianum sanguinem Mahumetis auro vendiderint. Illud autem credibilius est, deficiente commeatu, classem vlterius non potuisse procedere, sicut iam suis literis timere se Iulianus Cardinalis signauerat, vtcunque sit, liberum mare Turcis patuit, qui transeuntes in Græciam iunctique suis cis mare manentibus cum magno exercitu Christianos aggressi sunt.*

80) Hæc, ipsamque cladem Varnensem latius describit BONFINIVS *dec. III. lib. VI. p. 329.* qui etiam insimul Iuliani orationem exhibet. ROO *lib. V. p. 179. 180.* FVGGER *lib. V. c. IV. n. 6.* NAVCLERVS *p. 1069.* MVLLER *p. I. c. XVIII.* §. *22. 26. sqq.* AEN. SYLVIVS ad Philippum Mariam, Ducem Mediolanensem *epist. LII.* Singulare, quod BONFINIVS narrat dec. III. lib. VI. p. 333. *Amurathem, cum sub initium sui iamdum fugere inciperent, deprompto e sinu codice fœderis, intentis in cœlum oculis exclamasse: hæc sunt Iesu Christe, fœdera, quæ Christiani tui mecum percussere: per nomen tuum sancte iurarunt, datamque sub nomine tuo fidem violarunt,*

Licet Turcis hæc victoria fuerit admodum cruenta. 81) Decreta equidem fuerat in Comitiis Noribergensibus an. 1444. contra Turcas expeditio, quæ tamen effectu fuit destituta. 82)

§. XIV. Post Vladislai mortem, Vngari Ladislaum eligunt, Ioannem Coruinum, dictum Hunniadem, Regni constituentes Vicarium. Mox de communi consilio ad Fridericum Cæsarem legati mittuntur, qui electionis ordinem exponentes, Regem simul & coronam regiam repeterent. Friderico vero, dum impos adhuc regni sit Ladislaus, hoc recusante, illico bellum contra Fridericum decernitur. Coruinus contracto duodecim millium exercitu, in Austriæ fines hyberno tempore irrumpit, agrum Sempronianum ac Neapolitanum depopulatur, ad Viennæ montes vsque prædas agit. Cæsar a militibus imparatus, Neapoli se continuit, ciuitate non ad subitos tantum incursus, sed ad sustinendam quoque obsidionem, natura & arte satis munita. Coruinus igitur Neapoli frustra tentata, cum & hyems instaret, neque a Cæsare quidquam extorqueri posset, præda grauis domum rediit. 83) Petebat equidem Imp. ab Imperio auxilia, indictus etiam Ratisbonam a. 1446. Comitiis. His tamen non impetratis, proceres suos & vasallos euocabat. 84) Sub anni exitum, Raccolsburgi conuentum fuit, vbi adnitente Vdalrico, Ciliensi Comite, induciæ ad biennium inter Austriacos & Hungaros fuerunt factæ, arce Rabi reddita & Ladislao Bano, quem captiuum Cæsar detinuerat, liberato. 85) Anno 1450. Hungari & Bohemi per legatos denuo regem & coronam reddi postulant. Austriaci quoque de principe tutelæ eximendo, suisque tradendo, mussitabant. Grauius instabant Bohemi, qui alias nouum se Regem esse creaturos, minabantur, cuius rei caussa Comitia Pragam indicebantur. Postquam vero Comitiorum dies aduenisset, proceres regni Praga, ob infectum aërem relicta, Beneſcauiam frequentes conuenêre. Adfuerunt & Cæsaris legati, ex quibus Aeneas Syluius, coram consilio, cui Podiebradius præsidebat, verba faciens, Cæsarem adfirmauit, Bohemorum postulata Hungarorum & Austriacorum precibus haud grauatim esse prælaturum, regem tamen ætate adhuc esse immaturum, gubernatore indigere, deesse etiam ad regis aulam ærarium. Nunc vero in animo se habere Ladislaum in Italiam secum adducere, hortari interim, vt in fide permaneant, regnum per idoneos homines administrent, neue Ladislao regi alium quemuis præferant, Cæsarem ipsis Regem quam primum iustam ætatem attigerit, esse traditurum, 86) quo ipso Bohemorum animos sopiuit.

§. XV. In Bohemia quoque a. 1440. Comitia nouo Rege eligendo fuerant indicta. Et licet non deessent, qui Ladislao posthumo, cui ius erat hæreditarium, fauerent, præualuit tamen Ptarsco, & electus fuit Albertus Dux Bauariæ, qui oblatam coronam accipere renuebat. Hinc Friderico Imp. corona deferebatur, quam vsque dum Ladislaus fuerit adultus, teneret. Hoc tamen ipso renuente, Mainhardus & Ptarsco ipsius consilio constituti fuerunt Vicarii, vsque dum legitimam ætatem adeptus fuerit Ladislaus. 87) Huic defuncto Georgius Podiebradius sufficiebatur, qui Pragam omnem cum arce in potestatem suam redigebat, ac Meinhardum collegam in vincula coniiciebat, quo denique mortuo, solus rerum potiebatur. 88) Is de suorum consilio legatos regni nomine ad Fridericum Imp. mittit, qui regem puerum Bohemis tradi postularent. Dum vero Cæsar pupilli ætatem excusaret, Legati, re non impetrata, domum indignabundi reuertebantur. 89)

§. XVI. Durante inter hæc adhuc schismate Papali, Eugenius IV. Papa, Theodoricum Coloniensem & Iacobum Treuirensem antistitem deponit, eo quod Concilio Basileensi & Felici V. magis essent addicti, illius archiepiscopatu in Adolphum, Cliuensem Ducem,

larunt, perfide suum Deum abnegarunt. Nunc Christe, si Deus es (vt aiunt, & nos hallucinamur) tuas measque hic iniurias, te quaso, vlciscere: & his, qui sanctum tuum nomen nondum agnouere, violata fidei pœnas ostende. Adde H. C. L. STOCKHAVSEN *Vladislaus und Sein blutiger Vntergang bey Varna, Halle 1721.* tragico carmine descriptus, cum eruditis obseruationibus.

81) GERH. a ROO lib. V. p. 180. *fuit vero & Turcis victoria non incruenta, ita vt Amurathes dixerit, actum de se fore, si iterum ad eum modum vincendum sit. Incidit hæc pugna in quartum Idus Nouemb. anno salutis nostra millesimo quadringentesimo quadragesimo quarto.* TRITHEMIVS ad a. 1444. *Magnus impiorum fuit exercitus: de quo nostri adiuuante Deo in Festo S. Martini XXX. millia cum sedecim eorum capitaneis siue principibus occiderunt.*

82) TRITHEMIVS Chron. Spanheim ad a. 1444. *hoc ipso anno Fridericus Rex Romanorum magnum & insignem Conuentum Principum Norinberga habuit, in quo multa pro Republica, & maxime super expeditione in Turcas fuerunt conclusa, quorum aut nullus aut paruus sequebatur effectus. Chron. Hirsaug. ad a. 1444.* De his Comitiis supra §. *XI.*

83) ROO *lib. V. p. 181.* NAVCLERVS *p. 1070.* FVGGER *lib. V. c. VI. n. 1.* BONFINIVS *dec. III. lib. VII. p. 469. tot rerum rapinis, ac tanta pecorum hominumque præda, castra compleuerat, vt se quoque patrata crudelitatis commiseratio subiret.*

84) Hæc ex Actis publicis latius declarat MVLLER *p. I. c. XXV. §. 7. sqq.*

85) ROO *cit. loc.*

86) ROO *p. 183.* FVGGER *lib. V. c. VI. n. 10.* Ipse AEN. SYLVIVS *in Hist. Bohemica* hæc describit *c. LVIII.* GOBELLINVS *lib. I. p. 17.* AEN. SYLVIVS *p. 43.* extat SYLVII Oratio inter ipsius Opera *ep. LXXVII.* & apud MVLLERVM *p. II. c. VIII.* CZECHOROD *lib. V. c. VII.*

87) TRITHEMIVS *Chron. Hirs. ad an. 1440.* FVGGER *lib. V. c. I. §. 9.* MVLLER *p. I. c. XXV.* NAVCLERVS *p. 1067.* AENEAS SYLVIVS *Europa cap. XIX.*

88) De hoc BONFINIVS *rer. Vngar. dec. III. lib. IV. p. 421.* dicit, quod præ magnitudine animi res maximas anhelauerit & AEN. SYLVIVS *Hist. Bohem. c. LVIII. qui suapte natura magna cuperet.*

89) FVGGER *lib. V. c. IV. n. 5.* ROO *lib. V. p. 178.* MVLLER *p. I. c. XXV. §. 3.*

90) BRO-

Ducem, huius in Iohannem, 90) Cameracensem Episcopum translato. Hac de caussa Dietericus Moguntinus, Iacobus Treuirensis, Dietericus Coloniensis, Ludouicus Palatinus, Fridericus Saxoniæ & Fridericus Brandenburgicus, Electores Imperii, Francofurti conuenientes, occultum inter se fœdus percusserunt, nisi Eugenius irritam istam depositionem decerneret, nationis onera tolleret, & auctoritatem Conciliorum, vt Constantiæ declarata fuerat, profiteretur, se ipsius depositionem in Basilea factam, amplexuros. 91) Hi etiam die Lunæ post Oculi 1446. quintam inter se vnionem fecerunt de tollendo schismate Papali, negotiis Imperii non nisi Electorum cum consensu decernendis, bonis Imperii non alienandis; & mutua defensione, controuersiis Electorum amice componendis. 92) In eodem hoc conuentu decretum, vt Legati ad Imp. Eugenium Papam, & Concilium Basileense mitterentur. Missi igitur Legati ad Cæsarem, qui ei soli & sex iuratis Consiliariis exponerent, vt fœderi se adiungerent, & cum eis legatum Romam mitterent, orarent. Renuit fœdus Imp. tanquam impium, misitque Aeneam Syluium ad Eugenium Papam, vt suaderet ei, ne Principes Electores contemneret, atque depositis Archiepiscopis pristinam dignitatem restitueret. 93) Aegre Papa adnuebat, mittebatque Legatos suos 94) Francofurtum ad nouum Electorum conuentum Kl. Septembris ibidem indictum, in quo, ope potissimum atque artibus Aeneæ Syluii, Eugenius pro legitimo Papa fuit adgnitus, si Generale Concilium conuocaret, decreta priorum Conciliorum confirmaret, grauaminibus nationis Germanicæ medelam adferret, Coloniensem atque Treuirensem restitueret. 95) Cæsar, paucis post diebus Aeneam & Procopium Rabensteinium, Bohemum, ad Romanam Curiam mittit, cui Ioannes Lysura a Moguntino missus accessit. Hi, postquam Papa omnia capita decreti Francofurtensis adprobasset, ipsi morituro Obedientiam præstiterunt. 96) Hinc etiam idem Eugenius

90) BROWER Ann. Treuir. lib. XIX. p. 283. *porro Iacobus Treuirensis & Theodoricus Coloniensis, vbi explicata fronte palam denique Eugenii caussam diutius non sustinent, & alienos ab eo se gerere animos ostendunt, ambo ab Eugenio excommunicationis censura notati & expertes sacrorum munerum iudicati vterque amplissimo excidisse sacerdotio.* RAYNALDVS *Contin. Ann. Baronii Tomo XVIII. pag. 319.* SCHATENIVS *Annal. Paderborn. ad an. 1446.*

91) Verba sunt GOBELLINI *in Comment. Pii II. lib. I. p. 11.* AEN. SYLVIVS *Europa c. XXXVIII. sex Principes Electores in eam sententiam fœdus ineunt; nisi Eugenius postulatis eorum annueret (postulabant autem res prorsus negandas,) in Amadei, quem Felicem V. appellabant, obedientiam transirent.* Extat hæc vnio apud MVLLERVM *p. I. c. XXIII.*

92) Prima enim Electorum vnio facta fuit tempore Ludouici Bauari contra Benedicti XII. attentata. Alteri negligentia Wenceslai an. 1399. ansam dedit. Tertia a. 1424. occasione caussæ Hussiticæ fuit conclusa. Quarta a. 1438. tempore Concilii Basileensis ob schisma Papale. Latius harum vnionum Historiam persequitur MVLLERVS *p. I. c. XXIII.* qui etiam *§. 13. & sqq.* hanc quintam accurate declarat.

93) GOBELLINVS lib. I. p. 11. postquam de Electorum decreto ante memorato dixisset, addit: *legatosque ad Cæsarem miserunt, qui hæc ei soli, & sex iuratis consiliariis exponentes, vt fœderi se adiungerent, atque cum eis mitterent Romam, orarent. Cæsar vt audiuit electorum mentem, missurum se ad Eugenium dixit, rogaturumque vt eorum petitionibus morem gereret. Fœdus autem spreuit, indignum atque impium dicens, nisi Papa, quæ petuntur concesserit, ab eo descire. Misit igitur Aeneam ad Eugenium, vt suaderet ei, ne principes electores contemneret: maxime vero, vt depositis archiepiscopis pristinam ei redderet dignitatem. Sic enim futurum, vt Germani omnes deposita neutralitate ad eius gremium redirent. Quod si durior in sententia perseueraret, timendum esse ne scandalum perpetuæ diuisionis oriretur: quicquid autem electores inter se concluserant, iniuratus Cæsar aperuit Aeneæ, atque vt Papæ referret imperauit. Et quia rursus Calendis Septembris apud Franckfordiam electores habituri conuentum erant, vt audito responso Papæ secundum fœdus neutralitatem exuerent, Aeneam monuit, vt recta via Franckfordiam peteret, vbi legatos alios conuenturus, animum Eugenii eis notum efficeret.*

94) Extat bulla Eugenii IV. pro his legatis apud MVLLERVM *p. I. c. XXVI. §. 5.*

95) GOBELLINVS lib. I. p. 12. *interea Ioannes Caruaiales, & Nicolaus Cusa cum litteris, quas Aeneas attulerat, principibus satisfacere nitebantur: sed frustra erant omnes conatus, cum legati principum, qui Romæ fuerant, Eugenium durissime sibi respondisse referrent. Itaque desperata res Eugenii videbatur, quia solus Imperator aduersus omnes electores declarationem facere non audebat. In eo conuentu egregium facinus Aeneas ausus est, quod negligere nulla ratione possum. Moguntinus, qui fœderi aliorum electorum & pro se, & pro Federico Brandenburgensi sigillum appenderat, rogantibus oratoribus Cæsaris, vt sententiam mutaret, non erat inuitus, id si certa posset ratione tueri, ne promissi violator videretur. Tunc Aeneas bono animo collegas esse iussit, quod Moguntino facile satisfaceret: noctem ipse insomnem duxit, atque ex notulis principum secundum quas Eugenium litteras dare volebant, alias notulas composuit, omni expresso veneno, quod Eugenius abhorrebat, sententiasque omnes extendit, per quas & nationi prouideretur, & archiepiscopi restituerentur. Quibus peractis eas ostendi Moguntino iussit, sibique dici voluntatem Cæsaris esse secundum eas notulas: Eugenium nationi prouidere: neque dubitandum esse, quin illa ex eius sanctitate possent impetrari, si rursum ad eum mitterentur oratores. Visa est res Moguntino & sufficiens & iusta: moxque cum imperialibus, & archiepiscoporum Magdeburgensis, Bremensis, & Salburgensis, & Federici marchionis, multorumque aliorum principum legatis fœdus iniit, vt notulæ, quas Aeneas confecerat, sigillis omnium munirentur, mitterenturque Romam. Quod sentientes electores, cæterique principes, animo consternati, non sunt ausi contraniti: nationis enim pars maior notulas sequebatur Aeneæ.* NAVCLERVS *p. 1073.*

96) Hæc latius persequitur GOBELLINVS *lib. I. p. 13.* atque demum addit: *ob quam rem persuasis omnibus collegis, cum iam notulas omnes Eugenius approbasset, atque litteras super his decreuisset, ad cubiculum eius omnes legati intromissi sunt, qui iacenti Pontifici obedientiam præstiterunt. Ille confestim bullas apostolicas in manus Aeneæ dedit: nec mora, rursus in consistorio publico præsidentibus cardinalibus publicatis Cæsaris & aliorum principum mandatis, repetitæ sunt cæremoniæ,* & ex eo MVLLERVS *p. I. c. XXVI. §. 12. sqq.* qui etiam Bullas papales, quæ decreta Concilii Basilensis rata habet, depositos Archiepiscopos restituit, aliosque subnectit.

genius IV. Papa ad Imp. instantiam, concessionem dedit, vt decreta Concilii Basileensis porro in Germania obseruentur vsque ad futuram modificationem, datam Romæ Nonis Februarii 1447. Aliudque decretum super diuersis indultis, dispensationibus ac concessionibus datis Friderico III. Imp. & Principibus Germaniæ, qui recesserant a neutralitate & obedientiam ei præstiterant VII. Idus Februarii 1447. quibus multa conceduntur, quæ in Auisamentis Basileensibus continentur. 97)

§. XVII. Mortuo paullo post XXII. Februarii a. 1447. Eugenio IV. Papa, ipsi Romæ sufficiebatur bonarum artium instaurator litterarumque pater, Nicolaus V. mitissimi vir ingenii, humili loco natus. 98) Dum autem non omnes Principes legatos suos Romam misissent, atque Papæ obedientiam præstitissent, indicebatur Aschaffenburgum Principum conuentus, in quo omnes Nicolaum V. pro vero Papa adgnouerunt, 99) id quod publico edicto confirmauit Imperator. 100) In eodem conuentu instinctu potissimum Aeneæ Syluii, 1) inter Imperatorem & Nicolaum V. XVII. Februarii 1448. adprolata fuerunt Concordata Nationis Germanicæ Basileæ iamdum conclusa, 2) super collatione Beneficiorum Ecclesiasticorum, a Papa Romæ XIV. Kl. Aprilis 1448. confirmata, 3) quæ

ctit. Ipse AENEAS SYLVIUS de Statu Europæ cap. LIV. *prius tamen quam abiret* (Eugenius IV.) *Germani, qui postquam duos de Pontifice contendere animaduerterunt, neutralitate quadam vtentes, vtrique recusauerunt obedire destinatis Romam legatis, inter quos & Ego vnus eram, a Friderico Imperatore missus, obedientiam Ei, iamiam morituro restituerunt. Ipse vero Theodoricum Coloniensem, & Iacobum Treuerensem, Archi-Episcopos, quos Pontificali dignitate priuauerat, mutata sententia, ad pristinos reduxit honores.* Dicit quidem TRITHEMIUS *ad a. 1445.* a Concilio Basileensi missos fuisse Legatos, qui Eugenium pro Papa adgnoscerent, quod tamen a Germanis saltim fuit factum.

97) Extant vtraque decreta apud LEIBNITIUM *Cod. I. G. p. 391.* MULLERUM *p. I. Vorst. I. c. XXVI. §. XVI. p. 347.*

98) NAUCLERUS vol. II. gen. XLIX. p. 1073. *anno nostri saluatoris 1447. pridie Nonas Martias in Rom. pontificem creatus est Thomas Sarsanus, humili loco & familia natus, matre Andreola, patre Bartholomæo physico, Nicolaus quintus vocatus, sedit annis 8. vir certe tanto principatu dignissimus, adeo tamen modestus, vt tanto se magistratu indignum arbitratus, rogauerit cardinales omnes, supplex etiam, vt Ecclesiæ Dei maturius consulerent. Verum Tarentino Cardinali eum adhortante, ne cursum sancti Spiritus impediret, collum tanto oneri subiecit.* GOBELLINUS lib. I. p. 14. *Eugenius vero post obedientiam Germanorum receptam, diebus sexdecim cum morbis ac morte pugnauit, victusque tandem in festo quod Petri cathedram vocant, natura concessit, anno salutis MCCCCXLVII. Exequiis per nouem dies actis, cardinales ad electionem successoris ingressi, Aeneam atque Procopium cum cæteris legatis regum ad custodiam conclauis delegerunt: vbi cum duas noctes vigilassent, Thomas Cardinalis Bononiensis in summum pontificem assumptus est dictus Nicolaus Quintus.* AMEDEUS PACIFICUS *n. CIX. p. 265.* URSTISIUS *Basler Chronic. lib. V. c. XLV.* ROO *lib. V. c. VI. n. 5.* TRITHEMIUS ad a. 1446. Extat Vita Eugenii IV. apud BALUZIUM *Miscell. lib. VII. p. 506.* Insequitur *p. 523.* AENEAE SYLVII Oratio de morte Eugenii IV. & coronatione Nicolai V. coram Friderico III. Imp. a. 1447. habita.

99) Extant hæc Aduisata in Diæta Aschaffenburgensi in die Sanctæ Margarethæ Virginis XIII. Iulii 1447. apud LEIBNITIUM *p. I. p. 77.* MULLERUM *p. I. cap. XXVII.* quæ ita statim incoant: *placuit omnibus nemine discrepante, obedientiam, felicis recordationis Domino Eugenio præstitam, in personam Sanctiss. nostri moderni Domini Nicolai Papæ V. continuari & Sanctitati suæ tanquam indubitato Romanorum Pontifici obedire. Publicabitur hoc in singulis locis quantocius cum gratiarum actione, Missis & processionibus, prout in talibus fieri est consuetum.* GOBELLINUS lib. I. p. 14. *inter hæc Imperator apud Aschiaburgium, quod est oppidum Maguntinensis ecclesiæ supra Moganum, conuentum prælatorum & Principum indixerat, eoque cum Hartungo iurisconsulto Aeneam misit, qui Maguntinum præsulem & alios Franckfordiensis participes fœderis in obedientia Nicolai Papæ confirmarent, atque ad eam rem traherent Ludouicum comitem Palatinum Rheni, & Coloniensem archiepiscopum neque in cassum labor cessit, in conuentu decreta sunt, quæ Cæsar optauit, interque sacrificandum Nicolaus Pontifex maximus declaratus est, Deoque pro sua salute supplicatum. Palatinus, etsi Felicis filiam vxorem habebat, in reuerentiam tamen, deuotionemque Nicolai descendit. Coloniensis archiepiscopus eo tempore aduersus Susatenses ecclesiæ suæ rebelles bellum gerebat, cumque insecutum ad eum iter esset inter dissonas gentes, Aeneas Coloniæ manens litteris secum egit, & is facturum se omnia spopondit, quæ optauit; atque aurum expensarum, quas viginti diebus Agrippina Colonia Aeneas fecerat, vltro ei ad Viennam misit.*

100) TRITHEMIUS Chron. Hirsaug. ad a. 1447. *anno prænotato Rex Fridericus conuocauit omnes Archiepiscopos, Pontifices, Abbates, Principes, Duces, Marchiones, Comites, Barones, & Ciues Regni, ad Aschaffenburg oppidum Ecclesiæ Moguntinæ iuxta ripas Mogani. Quibus conuenientibus inter multos & magnos tractatus vnanimi fuit consensu definitum, Nicolaum Papam V. vnicum solum & verum esse Christi Vicarium, ipsique vt Petri legitimo successori fore obediendum. Amadeum vero, quem sui nuncupauerunt Felicem, Antipapam esse atque schismaticum, & propterea deserendum ab omnibus, nec ei penitus adhærendum. Et ista mandata Regis Friderici per vniuersam fuerunt denunciata Germaniam.* NAUCLERUS *p. 1074.* Extat ipsum Friderici edictum apud MULLERUM *p. I. c. XXVII. §. 4.*

1) De quo ipse scribit ep. CLXXIII. *propter decreta enim Basileensis Concilii inter sedem Apostolicam & nationem vestram dissidium capit, cum vos illa prorsus diceretis tenenda, Apostolica Sedes omnia reiiceret. Itaque fuit denique compositio facta, in qua nos Imperatorio nomine interfuimus. Et certam legem dedit deinde inuiolabiliter obseruandam, per quam aliqua ex decretis Concilii prædicti recepta videntur, aliqua reiecta.*

2) Patet hoc ex Instructione legatorum Imperii ad Papam sub Maximiliano I. apud MULLERUM *Reichs-Tags-Staat p. I. c. X. p. 118.* in qua: *Nemlich wie die Concordata, so zu Basel zwichen dem Stuhl zu Rom und dewtschen Nation, aufgericht und beslossen, in menigfaltig Weg verbrochen und nit gehalten.*

3) In dictis aduisatis continetur: *item concludetur ibi prouisio sanctiss. D. N. & sedi Apostolicæ facienda, si tempore medio cum Legato non fuerit concordatum.* Impressa hæc Concordata sunt Coloniæ apud Io. Gymnicum *a. 1597.* Extant apud GOLDASTUM *Tom. I. p. 408.* qui tamen eadem ad annum

quæ tamen non ab omnibus fuerunt adprobata. 4) Idem Fridericus Basileensibus publico edicto mandat, vt concilium dimitterent, nec vltra festum Martini retinerent. 5) His nondum parentibus, nouo edicto, exeunte anno publicato, atque tertio circa Quadragesimam 1448. publicato, idem sub banni pœna iubet, 6) quo moti Patres Concilii XXXI. Iunii 1448. Concilium Lausannam transferri decernunt, eodemque IV. Iulii patres transmigrabant. 7) Agebatur in eodem de schismate Papali tollendo. Tandem, postquam Nicolaus V. Papa Amadeum omni Sabaudiæ Dominio priuasset, atque illud ad Regem Franciæ deuolutum declarasset, omnesque ad arma contra ipsum capienda incitasset, 8) in colloquio Lugdunensi, instantibus Papæ, aliorumque Regum Europæ Oratoribus, Felix V. VII. Aprilis a. 1449. iuri Papali renuntiauit, primum locum inter Cardinales obtinuit, 9) atque hoc modo Concilium, postquam Patres Nicolaum V. denuo elegissent, 10) XXV. Aprilis 1449. post quatuor sessiones fuit finitum. 11)

§. XVIII. Cæsar, schismate composito, Italicarum rerum curam habet. Annus erat 1447. cum Philippus Maria vltimus ex familia Galeatiorum, sine prole legitima extingueretur. Plures successionem prætendebant. Videbatur iure ad Imperatorem pertinere Ducatus Mediolanensis, tanquam feudum Imperii. E contrario alii putabant, a defuncto Alphonsum, regem Neapolitanum, fuisse hæredem institutum: & in vrbe Mediolano iam præfecti quidam aliique viri militares prompti erant ad asserendum ius caussamque regis illius. 12) Carolus etiam Dux Aurelianensis, qui ex Valentina, Ioannis Galeacii, primi Mediolanensium Ducis filia natus erat, iure sibi hunc Ducatum deberi credebat, eo quod inter pacta dotalia Valentinæ fuerit, vt proles, quæ ex ipsa nasceretur, succederet in Mediolanensis Imperii iura, quandocunque, finita fratrum stirpe, finis successioni Vicecomitum fieret, quod pactum Pontificis Romani auctoritate fuerit confirmatum. 13) Tum

annum 1447. refert & *Statutis & Rescriptis Imper. p. 207.* & *Reichs-Satzungen Tom. II. p. 153.* Adde Eiusdem *Rationale p. 117. sqq.* Accesserunt SCHILTERI Institutionibus Iur. Canonici. LVNIG *p. Gen. p. I. p. 53.* Reperiuntur apud LEIBNITIVM *p. I. p. 396.* MVLLERVM *p. I. c. XXVII. §. 7.* qui Datum Confirmationis plenius exprimit: *Dat. Romæ apud Sanctum Petrum, Anno incarnationis Dominicæ Millesimo quadringentesimo octauo, decimo quarto Kalend. Aprilis. Pontificatus nostri anno secundo,* qui etiam, quid circa eadem fuerit actum, ex CASP. HEDIONIS *Chronico lib. II. c. XXI.* & GEORGI *Grauam. German. p. 239.* exponit. Commentati in eadem fuerunt GEORGIVS BRANDEN, HENRICVS LINCKIVS & ADAMVS CORTREIVS.

4) Patet hoc ex ipso Concordatorum prooemio, in quo hæc verba: *plurimorum Sacri Romani Imperii Electorum aliorumque eiusdem nationis, tam Ecclesiasticorum, quam secularium Principum consensibus accedentibus, conclusa, laudata, ac accepta sunt Concordata subscripta.* SCHILTER *de Libert. Eccles. Germ. p. 930.*

5) NAVCLERVS p. 1074. *sed & imperator principesque Germaniæ in Oschaffenburgo conuenientes, declarauerunt se pro Nicolao, mandauitque imperator omnibus per Germaniam constitutis, Nicolaum pro vero & indubitato Rom. Pont. venerari debere, & Basileensibus vt concilium dimitterent, nec vltra festum S. Martini retinerent, quod publicatum est anno Domini 1447. circa festum S. Michaelis.* VRSTISIVS *cit. loc.*

6) VRSTISIVS *c. l. f. 409.* FVGGER *c. l.*

7) VRSTISIVS *f. 410.*

8) Extat hæc bulla d. XII. Decembris a. 1447. apud LEIBNITIVM *p. I. p. 378.*

9) NAVCLERVS c. l. *Amedeus post 2. annos vel circiter a Friderico imperatore ac aliis nonnullis exhortatus, per procuratores suos coram ipso Nicolao renuntiauit omni iuri, quod haberet vel habere prætenderet in papatu, certis conuentionibus adhibitis videlicet, vt cardinalis remaneret ac legatus in Germania & regione sua, Cardinales etiam aliqui ex suis, in dignitatibus suis remanerent, qui doctissimi viri erant, & alii prælati in sedibus suis. Quibus omnibus Nicolaus Pont. cum cardinalibus acquieuit pro bono pacis & amotione schismatis Basiliens.* Et paullo post: *Renunciatio Felicis facta est anno 1449. qua concordia non solum lætatus est populus Rom. sed etiam totus mundus a tanta seditione liberatus.* AENEAS SYLVIVS *de Statu Europæ c. XXXVIII.* TRITHEMIVS ad a. 1449. VRSTISIVS *lib. V. c. XLVI.* FVGGER *lib. V. c. VI. p. 568.* AMEDEVS PACIFICVS *n. CX. sqq.* extat renuntiatio apud LEIBNITIVM *Cod. Iur. Gent. diplom. n. CLII.* MVLLERVS *p. I. c. XXVII. §. 6. & 11.*

10) Extat decretum apud MVLLERVM *p. I. c. XXVII. §. 12.*

11) Decretum, quo solutum fuit concilium, extat apud MVLLERVM *c. l.* VRSTISIVS *cit. loc.* GERH. a ROO lib. V. p. 183. *qui vero Basileæ fuerunt, nouam Concilio sedem eligunt Losannam, vbi anno demum nono & quadragesimo, adnitentibus Cæsare, Galliæ, Angliaque regibus, aliisque principibus, Felix pontificatu sese abdicans, in Cardinalium ordinem redactus est. Nicolaus vero a Synodo confirmatus, & sublatis diffidiis, pax & concordia inter Ecclesiasticos constabilita est.*

12) Singulorum prætensionem exponit IO. BAPT. VILLANOVA *Hist. Laudis Pompeiæ lib. IV. ineunte.* De Alphonso GOBELLINVS lib. I. p. 14. *dum hæc aguntur, Philippus Maria, Dux Mediolani, ventris profluuio vitam reliquit Alfonso rege Aragonum herede palam nuncupato.* MVLLER *p. III. cap. IV.*

13) IOS. RIPAMONTIVS *Hist. Mediol. lib. VIII. p. 686.* Potissimum vero Gallorum iura defendere conatur PAVLVS IOVIVS *in argumento deuolutæ Hæreditatis Mediolanensis ad Aurelianorum Principum domum,* quod reperitur in GRAEVII *Thesauro Antiq. Ital. Tom. III. p. 331.* vbi etiam hæc verba: *Hanc,* (Valentinam) *Ioannes Galeacius pater, Ludouico, Caroli quinti Galliæ regis filio, nuptui dedit, Asta vrbe dotis nomine concessa: ad id quoque superaddita conditione, vt si fratres noua nupta sine liberis decederent, ipsius demum Valentinæ filii legitimique successores Insubrum Principatu potirentur. Sed tabulis eo modo confectis, Romani Cæsaris auctoritas deerat; cuius muneris esset appellare Principes, Regna dono dare; in clientelam Regulos adsciscere, & translatitiis hereditatibus assentiri. Itaque vt Valentinæ eiusque liberis rite caueretur, quod nullus tum ex interregno certus Cæsar exstaret, altercantibus in Comitio Germaniæ Proceribus, ad Romanum Pontificem est decursum. Is præclare assensu suo Cæsaris vices impleuit, quod supremæ potestatis iure rite præstari posse videretur, a summo scilicet sacrorum principe, præcipuoque humani atque diuini iuris interprete, & conditore legum: quandoquidem*

Tum Franciscus Sfortia, qui in matrimonio habebat Blancam Mariam, Philippi Mariæ filiam spuriam, & ab eodem quoque adoptatus erat; ad dominium terrarum adspirabat, quas socer ipsius tenuerat, & armorum vi, quibus multum ipse valebat, Princeps Heroicarum virtutum, 14) illarum sibi possessionem vindicare destinabat. Ast, Mediolanenses ciuitate in varias partes distracta, potius eam in Reipublicæ formam redigere constituebant, oblato Cæsari annuo censu, si libera dimitteretur. 15) Dilaniabatur interim Philippi hæreditas, Veneti Placentiam, Cremam, Laudam occupauere: dux Sabaudiæ Ludovicus Valentiam & Confluentiam inuasit, & alii alia. 16) Sfortia autem vrbem a. 1449. obsidebat, hinc ciues exanimati Cæsaris opem petebant. Mittebatur ad Mediolanenses Aeneas Syluius, & Arlongus Iureconsultus, qui post multas difficultates superatas, ægre vrbem intrant, de vrbe & dominio Cæsari tradendo paciscuntur, si opem iis ferret aduersus Franciscum Sfortiam. 17) Verum, Mediolanenses dum Cæsaris auxilia per duos menses frustra expectassent, penuria coacti, vrbem Sfortiæ dedunt, qui eandem IV. Kl. Martii 1450. triumphans ingreditur. 18) Licet Alphonsus pro tuendo iure suo a. 1449. cum Ludouico Sabaudo fœdus concluderet. 19)

§. XIX. Anno 1449. grauia bella exorta sunt in superiori Alemannia inter Albertum, Marchionem Brandenburgensem, dictum Achillem, 20) cui adhæsit comes Vdalricus de Würtenberg, aliique, & inter ciuitates Imperiales. Traxerant ad se hi principes nonnullos alios: acre bellum & diuturnum fuit, in quo potentiæ non contemnendæ concurrentes, infensissimis odiis biennio prope certauere. Nouem prælia commisisse cum Noribergensibus fertur Albertus, ex quibus octo victor confecit, in vno tamen victus succubuit, neque de pace conuenit, donec exustis agris, attritis villis, abactis pecoribus, ruricolis interfectis, commeatus & pecuniæ contendentibus defecere. Comes autem Vdalricus maxima clade ciuitates imperiales per Sueuiam sibi vicinas affecit. Erant oppida prædis referta, cellariaque in quibusdam oppidis captiuis repleta. Tandem vero in die Martis post commemorationem omnium animarum, anno Domini 1450. Walterus de Ehingen, Vlmensis & cæteri Capitanei Ciuitatum Imperialium per Sueuiam, cum satis iusto exercitu ingressi terras prædicti comitis Vdalrici, cæde atque incendio vastarunt quæque obuia. Contra quos stipendiarii milites eiusdem comitis, inter quos erant nonnulli comites atque nobiles viri, tumultuarie contractis copiis, magnis itineribus aduolant, irruuntque in hostes, prope oppidum imperiale Eslingen, prælium commissum est atrox, victique sunt ciuitatenses. Capitanei fere omnium Ciuitatum Imperialium Sueuiæ vel capti vel occisi sunt, pauci beneficio noctis elapsi. Paullo post, primum Albertus Marchio, deinde Comes Vdalricus, aliique Principes pacem ex sententia nacti sunt. 21)

§. XX.

quidem Cæsar ipse, qui antiquo Romani pontificis beneficio, in media Germania septemuirali suffragio crearetur, inungendus demum ab eo, appellandusque Augustus, & denique aureo diademate coronandus foret.

14) VBERTVS FOLIETA enim *lib. II. Genuensis Historiæ p.* 242. tale ipsi tribuit elogium: *Hoc Principe nemo ex multorum seculorum memoria altius heroicarum virtutum, ac gloriæ fastigium tenuit; nemoque clarioribus belli ac pacis laudibus cumulatior fuit, qui inter perpetua & assidua bellicæ virtutis omnis generis edita opera, bis & vicies iusta acie victor fuerit, nunquam ipse victus, ac tum aperta vi, tum occultis insidiis, totius pene Italiæ in eius perniciem conspirantis sæpe petitus, tanta in se intenta discrimina consilio & virtute discusserit: quæ res illum opulentissimi ac nobilissimi principatus tandem compotem fecerunt.*

15) NAVCLERVS vol. II. Gen. XL. p. 1074. *cum hæc agerentur, Philippus Maria primum, aduersam valetudinem oculis captus incidit, vitæ tædio & languore simul profluuio ventris correptus sexto Idus Augusti anno 1447. obiit, Alfonso rege hærede instituto. Populus cognita ducis Philippi morte, Mediolani in libertatem sese proclamauit, 12. viris electis, qui remp. administrarent, castrum portæ Iouis instar excellentissimæ regia, captum ac dirutum est, & testamentum Philippi dilaniatum. Ad dominium Mediolanense multi adspirauere, sed qui coloratis vterentur titulis, quatuor fuere. Fridericus imperator deuolutum ad se principatum, Philippo sine liberis legitimis vita subtracto contendebat. Alfonsus rex testamento hæreditatem petebat, Carolus dux Aurelian. ex sanguine vicecomitum natus, ab intestato id sibi deberi aiebat, Franciscus Sphorcia vicecomes, coniugem suam, quæ Philippi filia fuerat, hæreditatem patris suscepturam aiebat. Auditæ sunt legationes omnium in senatu Mediolan. quarum aliquæ sermone directo dominium petiere, aliquæ per simulationem oblati contra Venetos auxilii insinuare se populo satagebant. Sed ciuitati quæ tam libertate gaudebat, nulla conditio placuit, quæ iugum susciperet: obtulit tamen imperatori censum quotannis aureum poculum, si libera suis legibus dimitteretur.* VILLANOVA *c. l.* RIPAMONTIVS *Hist. Mediol. lib. V. p.* 616.

16) Verba sunt NAVCLERI *c. l.*

17) Hanc legationem describit GOBELLINVS *lib. I. p.* 15. 16.

18) VILLANOVA p. 923. *Franciscus non modo in fines Mediolanensium victor perrexit, sed ipsam quoque Metropolim adeo arcta clausit obsidione, vt illa ad extrema ex penuria cibi redacta, victoris potentiæ cedere deberet, qui triumphans eam ingressus est a. d. IV. Cal. Martii anni MCCCCL. & dominus salutatus in hac principe nobilissimi Ducatus Mediolanensis vrbe.*

19) Extat illud apud MVLLERVM *p. III. c. IV.* §. 4.

20) De hoc Alberto CAMPANVS lib. VI. ep. III. *Marchio vir acer, eloquens, vafer, & quem vulpem Germaniæ vocant, bellicosissimus & pugnacissimus omnium, qui in Germania laudentur. Pius Achillem appellauit. Cicatricibus totus manibus, pedibus, vultu, collo excauatus: sæpe singulari certamine dimicauit, quo genere pugnæ nunquam victus est, prælio semel a Ludouico Bauaro eius consobrino.*

21) Hæc verbis NAVCLERI scribo *Vol. II. gen. XLIX. p.* 1075. Eadem fere dicit TRITHEMIVS *ad a.* 1449. qui etiam Principum socios recenset: *eodem anno confæderati in vnum Theodoricus Archiepiscopus Moguntinus, Episcopus Bambergensis*

§. XX. Anno 1450. mittebatur Aeneas ad Alfonsum regem Siciliæ, iussus petere matrimonium, Cæsaris nomine, cum Eleonora, Eduardi, Lusitaniæ regis filia, Alphonsi V. qui tunc imperabat, sorore, virgine prudente & diserta, cuius auunculus erat Alfonsus, dum etiam, Lusitanorum legati Neapolim venirent, 22) contractum illud fuit præterito Gallorum Delphino, qui eandem sibi desponsari petebat, 23) matrimonium. Circa finem anni Aeneas, vt aditum Cæsari pararet, Romam venit, coram Papa coniugium manifestauit, sequenti anno Cæsarem ad coronationem venturum esse dixit, generale etiam Concilium in Germania celebrandum, petit. 24) Missi a. 1451. nuntii Imp. Iacobus Motzius & Nicolaus Lanckmann in Portugalliam, qui post longam & difficilem nauigationem Sponsalia V. Idus Augusti Vlyssibonæ magna cum solennitate celebrarunt. 25) Eodem anno, Eleonora ex Portugallia nauibus ad Telamonis portum ex condicto adduci, Italiamque Fridericus intrare, atque Romæ festo Martini coronam imperii suscipere debuit. 26) Verum, interea motus in Austria excitatus, dies plurimos aduentum Cæsaris retardauit, Imperatricem venti contrarii & horridæ tempestates diu retinuerunt. 27)

Præ-

gensis, Episcopus Eichstettensis, Carolus Marchio Badensis, Vdalricus Comes Wirtenbergensis, & Albertus Marchio Brandenburgensis, bellum quibusdam Ciuitatibus Regni indixerunt. CHRON. ELWANG. *ad a.* 1449. LANGIVS *Chron. Citic. ad a.* 1449.

22) GOBELLINVS lib. I. p. 16. *Aeneas interhac ad ecclesiam Tergestinam cum se recepisset, in anno iubilai reuocatus ad Cæsarem cum Gregorio de Populosa, & Michaele de Plenauilla, Alfonsum regem Aragonum, & Siciliæ iussus est petere, matrimonium Cæsaris nomine cum Leonora regis Portugalliæ sorore, vt ibi contraheret: nam legati Portugallenses eo conuenerant. Quam rem diebus quadraginta tractatam, cum denique conclusissent, coram rege, Cardinale Morinensi apostolico legato, Cliuensi, Calabriæ, Suessæ, Silesiaque ducibus, & magna prælatorum, comitumque multitudine, in curia noui castri Neapolitani de nobilitate, virtuteque contrahentium orationem habuit, quæ postmodum a multis conscripta est.* AEN. SYLVIVS *hist. Friderici p.* 39. Hic p. 72. eandem tali modo commendat: *statura mediocri virgo, annos nata sedecim, læta fronte, nigerrimis atque illustribus oculis, ore paruo, genis ad gratiam rubescentibus, ceruice candido, facie ex integro venusta, nullaque videbatur parte mendosa. Verum forma corporis egregia, dotes animi multo præstantiores fuere, virgo regia absque interprete loqui, graues sententias dicere, prudenter respondere, apte cuncta disponere regios in quauis re mores ostendere.* NAVCLERVS *p.* 1076. FVGGER *lib. V. c. VII. n.* I.

23) AEN. SYLVIVS c. l. *interea Delphinus Viennensis Regis Franciæ primogenitus, quoniam vxor eius prima decesserat, hanc secundo loco ducere cupiebat, neque Rex Portugalliæ abnuebat, quippe qui altum Franciæ sanguinem sibi honori ducebat. At puella, Imperatorem iam se petere conscia, capta tanti nominis Maiestate, nisi se Cæsar duceret, nullo connubio se assensuram, aiebat. Iam enim Imperatricis vocabulo gaudebat, pulchrumque existimabat, Nuptam se Cæsaris appellari, maius enim apud exteros, quam apud suos nomen Imperantis habetur.* CVSPINIANVS *p.* 406.

24) GOBELLINVS *lib. I. p.* 17. 18. AEN. SYLVIVS *c. l.* & *p.* 45. extat oratio desuper habita apud FREHERVM *Tomo II. p.* 21. MVLLERVM *p. II. c. I. §.* 2.

25) IO. MARIANA lib. XXII. c. X. *Friderico Cæsari per legatos expetenti, Eleonora Lusitani Regis soror promissa coniux, data sponsalia Olisipono quinto Idus Augusti die Lunæ, mox puella nauibus missa longa & difficili nauigatione Pisas, Senasque in Hetruriam peruenit.* Extat IACOBI MOTZII Theologi, Legati Cæsarei oratio coram Alphonso Rege Portugalliæ habita pro sorore eius Eleonora Friderico Cæsari desponsanda apud FREHERVM Tomo II. p. 15, in qua tali modo effatur: *nouit tua Maiestas (antequam loquar quæ sit nostri causa aduentus) apud Neapolim, quæ gesta sunt inter tuos & Cæsareos Oratores. Iam diu tibi relatum est ex his, quæ illic conclusa sunt. Hoc supererat, vt ad contrahentium matrimonium per verba de præsenti, cum præfata sorore tua suos procuratores Cæsar transmitteret.* Qui etiam eiusdem Orationem ad ipsam Eleonoram habitam subnectit, quam hoc modo concludit: *dixi quæ sum facturus, si accipis gloriosissimum dominum meum, Dominum Fredericum Romanorum regem, virum tuum legitimum ex ordine rituque sacrosancta Romana & vniuersalis Ecclesiæ. Quinimo quem iam te dicis accipere, vtrumque hunc optare atque amplecti mente. Sic dic: ego infantula domina Leonora recipio Fredericum regem Romanorum in meum maritum bonum & legitimum, sic mandat Sancta Ecclesia Romana, in persona tui magistri Iacobi Motz, sui sufficientis procuratoris ad hunc actum. Et ego prænominatus M. Iacob. M. nomine præfati Frederici Regis Romanorum, tanquam procurator eius ad hunc actum legitime constitutus, recipio te infantissam Dominam Leonoram, in suam legitimam vxorem, sicut mandat sacra Ecclesia Romana, atque te hoc anulo subarrabo, ad laudem & gloriam omnipotentis Dei, & ad felicem vtriusque partis statum & optimam consolationem: vt duo in carne vna longo tempore simul viuatis, generetisque filios & filias, qui Deo & hominibus sint accepti, vobisque senibus superuiuant. Repleantur & benedictionibus omnium bene viuentium, fruanturque pace æterna. In nomine patris & Filii & Spiritus sancti. Amen.* Addit idem FREHERVS AEN. SYLVII orationem gratulatoriam super dicto matrimonio. Faciunt huc potissimum verba AENEAE SYLVII p. 41. *Fridericus autem, ex Legatis postquam se maritum Regiæ Virginis, & ad coronam accipiendam nihil impedimenti apud Italos cognouit esse, animum prorsus ad coronationem intendit, Viennam petit, res Austriæ disponit, Sacerdotes duos in Portugalliam dirigit, qui annulo coniugali ex condicto Sponsam subarrent, aduentumque suum ad Latinum portum quam celerrime fieri suadeant.* Scripsit NICOLAVS LANCKMANNVS ipse Legationis particeps, historiam desponsationis & coronationis Friderici, quæ Germanice prodiit Augustæ 1503. quam a FREHERO olim desideratam, ipsius Tomo secundo inserui, in eiusdem initio hæc habentur. *Anno Domini millesimo quadringentesimo quinquagesimo primo, in Martio ex noua ciuitate Saltzburgensis diœcesis misit duos Oratores, Procuratores ac mandatores speciales, cum pleno mandato ad regnum Portugaliæ, ad desponsandam sibi præclarissimam virginem & inclytissimam dominam Leonoram infantissam Portugaliæ, quæ erat serenissimi Eduardi regis, & illustrissimæ dominæ Leonoræ reginæ Portugaliæ bonæ memoriæ filia legitima.* Nominantur iidem legati in litteris salui conductus: *magister Iacobus Motz, in sacra Theologia Baccalarius & Nicolaus Lanckman de Valckenstain capellani & nuncii illustrissimi Friderici regis Romanorum.*

26) GOBELLINVS *lib. I. p.* 18. 19.

27) GOBELLINVS *p.* 19. CVSPINIANVS *p.* 406.

28) GERH.

Præcipiti iam autumno, Cæsar cum Ladislao Græciam Stiriæ profectus, inde Villacum, & præmisso cum copiarum parte fratre suo Alberto, pr. Kl. Ianuarii ad Italiæ fines peruenit, atque prope Cornelianum oppidum, a quatuor Senatoribus Venetis summo cum honore exceptus est. Dein ab iis Taruisium Veronamque ac Patauium deducitur, per omnem Venetorum ditionem commeatu liberaliter exhibito. 28) Interim ex Germania, complures Ferrariam vsque profecti, Cæsarem ibi operiebantur, qui cum eo tandem venisset, multo iam comitatior, vbiuis benigne & maxima cum veneratione exceptus, Bononiam atque inde Florentiam venit, vbi ex itinere substitit, dies aliquot quieti daturus. 29) Inter hæc, sponsa ipsius Eleonora, post longam maris iactationem ad Liburnum Hetruriæ portum adpulerat, atque ad Cæsarem legatos mittit, qui rogarent, quo eam portu nauem egredi iuberet. Hic eam ad Liburnum descendere iubet, misitque qui eam Pisas, inde Senas deducerent, 30) vbi eam operiri decreuerat, eandemque aduentantem per Aeneam Syluium ipsi adductam, 31) ad ingressum Ciuitatis intra duas portas primum fuit amplexatus, erecto in eodem loco in rei memoriam marmoreo monumento. 32)

§. XXI. Dum autem Senis adhuc hæreret Fridericus, sponsam suam expectans, Legati Pontificis Fridericum sæpius adeuntes, iuris esse ac vetusti moris, aiunt, iurare Imp. Romano Præsuli, priusquam B. Petri patrimonium ingrediatur. Terras Ecclesiæ non procul esse, iuramentum, si velit vlterius pergere, Senis præstandum asserunt. 33) Præstitit igitur Cæsar coram legatis Papalibus iuramentum. 34) Apud Viterbium summus illi honor,

28) GERH. A ROO *lib. V. p.* 185. SYLVIVS *p.* 60. CZECHOROD *lib. V. cap. VII. p.* 658.

29) Varios equidem animorum motus in Italia, qui ante Cæsaris fuerint aduentum, describit AEN. SYLVIVS *p.* 43. & GOBELLINVS *p.* 19. sed quanta cum reuerentia ipse postmodum in Italia fuerit exceptus, docet AEN. SYLVIVS *p.* 60. TRITHEMIVS *ad a.* 1451. FVGGER *lib. V. c. VII.* & ex eo MVLLER *p. II. c. I.* §. 3.

30) Hæc etiam late persequitur AEN. SYLVIVS *p.* 65. *sqq.* Idem *p.* 68. NAVCLERVS *p.* 1076. *Fridericus eam apud Liburnum descendere iubet. Eamque qui suo nomine suscipiant Iohannem Episcopum Ratisponensem, Barconem Ducem Slesiæ, Michaelem Comitem Magdeburgensem, Vlricum Starnbergium, Iohannem Vngenadium, Vlricum Sunnenberger, Iacobum de Castro Romano, primos suæ curiæ viros mittit. Legatis etiam, qui apud Thalamonem cum Matronis & Virginibus Imperatricem manebant, vt se Pisas reciperent, suæque Coniugi sese offerrent quam celeriter, imperauit, qui per asperrimos ac desertos pene montes confestim ad eam venere.* Qua ratione vero Senis fuerint excepti, idem plenius exponit & GOBELLINVS *p.* 19. FVGGER *lib. V. c. VII. n.* 4. IO. GRVNBECK *Vita p.* 27.

31) GOBELLINVS p. 20. In parietinis Bibliothecæ Senensis depicta est Vita Aeneæ Syluii, vbi in quinta tabula adparet Aeneas Federico III. Imp. Leonoram sponsam exhibens, apud BERN. DE MONTFAVCON *Diario Italico p.* 346.

32) GOBELLINVS p. 20. *Imperator interea Senas venerat, ibique sponsam manebat, quam postquam properare cognouit, emissis primum ciuibus obuiam, deinde Alberto germano duce Austriæ, post Ladislao patrueli, Vngariæ, ac Bohemiæ rege, quarto loco cum reliquiis sanctorum, clero postremum, & ipse medius inter duos legatos apostolicos, sanctæ Susannæ Nicolai Pontificis germanum, & sancti Angeli Cardinales, intra secundam, & tertiam vrbis portam egressus coniugem expectauit: ibique ambo ex equis descendentes, in spatioso, & patenti loco sese mutuis amplexibus exceperunt. Verba nomine Cæsaris Henricus Laubin pontificii iuris interpres fecit, Imperatricis vice loquutus est Aeneas, atque ibi paulo post Senenses marmoream columnam erexerunt, memoriale diuturnum quo posthac, Imperatorem ab oriente, Imperatricem ab occidua solis parte venientes, illic sese primum vidisse posteri cognoscant.* FVGGER *c. l.* AEN. SYLVIVS *p.* 73. NAVCLERVS *p.* 1076.

33) Verba sunt AEN. SYLVII *p.* 69.

34) Tale autem est iuramentum: *sanctissimo Domino nostro, Domino Nicolao, diuina prouidentia Papæ, Ego Fridericus Rex Romanorum promitto & iuro, per Patrem & Filium & Spiritum Sanctum, & per lignum viuificæ crucis & per has reliquias sanctorum, quod si permittente Domino Romam venero, sanctam Romanam Ecclesiam & Sanctitatem suam, rectorem ipsius exaltabo, secundum meum posse. Et neque vitam, neque membrum, neque honorem, quem habet, mea voluntate, meo consilio, meo consensu, aut mea exhortatione, perdet, & in Roma nullum placitum aut Ordinationem faciam, de omnibus, quæ ad sanctitatem suam, aut ad Romanos pertinent, sine vestro consilio. Et quicquid de terra sancti Petri ad nostram Potestatem peruenerit, suæ sanctitati reddam. Et cuicunque Italicum regnum commisero iurare faciam illum, vt adiutor suæ sanctitatis sit, ad defendendam terram S. Petri, secundum suum posse: Sic me Deus adiuuet & hæc sancta Dei Euangelia:* prout hoc iuramentum adducit FVGGER *lib. V. c. VII. n.* 4. & ex eo MVLLER *p. II. c. I.* §. 7. AENEAS SYLVIVS equidem hic addit: *quod in Clementinarum libris habetur insertum. Id ego nullum vnquam Cæsarum exhibuisse comperi, nisi fortasse Karolum quartum, & Sigismundum eius filium. Henricus quidem septimus fidelitatem sese iurasse negauit: cuius causa editam Clementinam dicunt, minime vero Ludouicus Bauarus eo iurando se astrinxit, qui recusante Papa Romano, ex vrbis præfecto coronam accepit. Priores ante Karolum Magnum Imperatores, non accepimus iurare solitos post Karolum, quid Ludouicus Primus, quidue iurarint Ottones, decreta Pontificum manifestant. At Fridericus noster, quamuis iuramenti petitionem alienam atque admirabilem duceret, maximo tamen Sacerdoti, Christi Vicario, parendum existimauit, cuius mandata velut iussiones diuinas suscipienda atque implenda putauit.* Quod autem Aeneas dicit, hoc iuramentum a nemine antecessorum fuisse præstitum, non adsentior, cum simile fere iuramentum in Historia Ottonis IV. *Per. VII. Sect. V. §. VII.* reperiamus. Quare etiam in constitutione Clementina de iureiurando cap. 1. vbi tale iuramentum præscribitur, additur: *Cæterum, quin iuramenta huiusmodi fidelitatis existant, a retro Romanis Principibus, non fuit hactenus hæsitatum: imo tam quondam Albertus Rex Romanorum immediatus prædecessor memorati Henrici, Bonifacio Papæ VIII. prædecessori nostro tempore approbationis eiusdem Alberti, quam Rudolphus Pater ipsius, & alii prædecessores eiusdem Romanorum Reges diuersis nostris Prædecessoribus iuramentum fidelitatis & obedientiæ præstiterunt.*

nor, mandante Papa, fuit exhibitus, licet per milites fere tumultus fuiſſet excitatus. 35) Ibi etiam cum Cardinale conuentum eſt, de iurisiurandi Romæ præſtandi formula. 36) Inde ex Sutrio ad octauum Idus Martias a. 1452. propius vbi in agrum Romanorum atque ſub vrbis conſpectum veniſſent, Cardinales ipſi obuiam venerunt. 37) Dum autem moris eſſet, vt Impp. coronandi noctem ſaltim vnam ante vrbem manerent, Imp. caſtris atque tentoriis collocatis, extra vrbem manſit. 38) Dum propius ad vrbem accederet, libertatem Romanis iuramento confirmat, 39) indeque IX. Martii ſolenni pompa Romam intrat. 40) Nicolaus V. vero Pontifex ad D. Petri ſella eburnea in gradibus collocata, ſedens, aduenientes expectabat, cuius manum ac pedem dextrum Cæſar, Ladislaus Rex, Albertusque & Eleonora poſtquam deoſculati ſunt, aſſurgens ordine omnes excepit. 41) Qui templum ingreſſi, poſt abſolutas precationes, in deſignata ſibi quisque hoſpitia conceſſere. 42) Poſt varias cum Papa habitas deliberationes, ipſe a Papa Idibus Martii corona Mediolanenſi primum fuit redimitus, dum peſtis Mediolani vigeret, data deſuper Bulla de non præiudicando Mediolanenſibus. 43) Ad de-

35) AEN. SYLVIVS p. 74. *apud Viterbium autem, ingens illi honor, mandante Pontifice maximo, exhibitus eſt. At cum proximaret hoſpitio, fuerunt nonnulli adoleſcentes, qui ex loco ſublimi aureum vmbraculi ſeu Baldachini, vt Itali vocant, pannum, ſub quo Cæſar ibat, vncis ferreis ad ſe trahentes contendentesque ſimul dilaniarunt, ob quam rem, creſcente licentia, milites aliquot qui ſtipendia Eccleſiæ merebant, impetu facto, Cæſarem equo, quem rapientibus deberi putabant, deiicere conantur, quidam vltra progreſſi manus in pileum prædiuiti corona cinctum tendere, lucrumque ingens ſperare: atque vt in prædam vocati, hunc & illum inuadentes, magna vi contendere, baculisque pugnare, cuncta clamoribus atque tumultu miſcere; eo cognito, verſus ad Legatos Cæſar, his inquit, manibus opus, vique vim repellere, arreptaque fuſte ex manibus proximi miniſtrantis, vrgens calcaribus equum, e manibus inſidiantium lapſus retrorſum ſe vertit: atque in eos ruens modo iſtum modo illum cadere, proſternere plurimos, ſtragemque magnam dare, neque Legati negligere, ſumere fuſtes, præliari ligno: Germanus Papæ viribus potens, vnum atque alterum onerare verberibus. Equites Cæſaris gladiis agere. ad longum horæ ſpatium ſummis vtrinque contentionibus pugnatum eſt, ſuperati tandem inſidiantes, cum vulnera percuſſionesque ferre non poſſent, fugam facere, quamplurimi ex his capti in vincula coniecti ſunt. In quos cum Gubernator Patrimonii, nepos Nicolai, Cardinalis olim Sanctæ Crucis, Apoſtolicæ ſedis Protonotarius, ſupra ætatem & magnanimus & prudens animaduertere vellet, Fridericus ignoſcendi quam vindicandi ſolentior omnibus veniam dedit.*

36) GERH. a ROO lib. V. p. 186. *poſt aliquot dies, Cæſar Romam verſus mouens, Viterbium venit, quo cum poſtridie aſſecuta eſt ſponſa. Ibi cum Cardinale conuentum eſt, de iurisiurandi Romæ præſtandi formula.*

37) SYLVIVS p. 75. *vbi de colle deſcenſum eſt, ibi Sacer Senatus Apoſtolicus extra ordinem occurrit. Nam cæteris Cæſaribus id honoris negatum ferunt, credo equidem, poſtquam Cæſarea maieſtas attenuata eſt, nam priſcis temporibus non Cardinales ſolum, verum & ipſos Romanæ vrbis maximos Pontifices obuiaſſe Cæſaribus, conſtat. Quippe ad Fridericum primum, vsque Sutrium Romanus Pontifex venit, ſed eſt omnium poteſtatum viciſſitudo, olim Cæſarea dignitas ingens fuit, nunc ſedes Apoſtolica maior eſt. Cuius auctoritatem, poſt traditas Petro claues Regni Cœlorum, ſemper fuiſſe maiorem putauerim; poteſtatem ſæpe minorem.* NAVCLERVS *p.* 1076.

38) SYLVIVS c. l. *Cardinales, poſtquam Cæſarem ſalutauerant, ſecum familiarius aliqua tractauerunt reuerſi Romam, eum extra vrbem reliquerunt: neque enim mos eſt, vna die & applicare & intrare vrbem, qui coronandi ſunt Cæſares, ſed noctem ſaltem vnam in caſtris atque tentoriis habent. Cuius rei cauſam non aliam arbitrari poſſum, niſi quod ea dies Papæ cedat, ad prouidendum, ne quid ingrediente Cæſare tumultus fiat, ſiue id ſpatium ſibi Cæſares ipſi aſſumpſerunt, vt explorato vrbis Statu tutius ingrederentur: ſeu bis terque aliqua vel cauſa vel caſu res geſta, vim conſuetudinis accepit. Manſit igitur Cæſar & Imperatrix ea nocte in domo Marci Spinelli, negotiatoris Florentini, quam ſibi deliciarum cauſa extra vrbem ædificauerat, cæteri in caſtris manſere; multi, quibus Cæſar indulſit, vrbem introire.* CVSPINIANVS *p.* 406. ROO *c. l.*

39) Iuramentum tale exhibet FVGGER lib. V. c. VII. n. 6. *ego Fridericus Rex Romanorum, futurus Imperator, iuro, me ſeruaturum Romanorum bonas conſuetudines. Sic Deus me adiuuet.* Sequitur MVLLERVS §. 12.

40) Introitum hunc plenius deſcribit SYLVIVS *p.* 75. *ſqq.* NAVCLERVS *p.* 1076. ROO *c. l.* FVGGER *c. l.* MVLLER §. 13.

41) Verba ſunt GERH. a ROO *p.* 186. SYLVIVS p. 77. *vbi ad portam vrbis ventum eſt, Epiſcopus Spoletanus, Vicarius Pontificis, ac plurimi Coepiſcopi & Abbates infulati, venerabiles ſanctorum reliquias in proceſſionem ferentes occurrerunt. Cæſaremque ſub aureo panno quem ſiue vmbraculum vocitant ſiue baldachinum, introduxere vsque ad gradus Baſilicæ Sancti Petri præcedentes. Ibi Nicolaus Pontifex ſede ſedens eburnea, Pontificalibus ornamentis indutus, Senatu Cardinalium circumſtante multisque aliis Prælatis ac Magnatibus Italiæ coronam facientibus, gratisſimo vultu, verbisque Paternis, & ſupra modum benignis, Fridericum ſuſcepit, qui pedibus eius, ob reuerentiam Saluatoris Chriſti beatique Petri memoriam exoſculatis, auri maſſam obtulit. Deinde pauca verba ſuo nomine Aeneam Epiſcopum dicere iuſſit, vt in congreſſu duorum orbis Capitum conuenire videbantur. Tum quoque & Rex Ladislaus, & Albertus Auſtriæ Dux, atque ipſa demum Imperatrix, ſacros Pontificis pedes, & alii quamplures tum viri tum mulieres nobiles baſiauerunt.* NAVCLERVS *c. l.* FVGGER *lib. V. c. VII. n.* 7. MVLLER §. 15. Quinam Imp. in hoc, dum fuerint præſentes, docet IACOB VON KÖNIGSHOVEN *Chron. Argent. Cap. II. p.* 150.

42) ROO *c. l.* FVGGER, MVLLER *c. l.*

43) FVGGER *c. l.* exſtat iſta Bulla apud MVLLERVM §. 20. in qua hæc verba: *Nos igitur ... autoritate apoſtolica, ex certa ſcientia prædictam coronam regni Lombardiæ eidem regi per nos tradendam & aſſignandam fore decernimus, ac illam prædicto Regi cum omnibus iuribus & honoribus, iurisdictionibus, emolumentis, & prærogatiuis ſuis intra miſſarum ſolennia in Baſilica S. Petri coram maiori altari in magno & celebri conuentu prælatorum, principum, procerum & Baronum, cum omnibus & ſingulis ſolennitatibus aliis, in ſimilibus obſeruari ſolitis, tradimus & aſſignamus, ſupplentes nihilominus motu proprio omnes & ſingulos defectus, qui occaſione loci, temporis, ſedis, perſonarum, aut alias qualitercunque interuenire potuerint in præmiſſis.* Rem ipſam explicat AENEAS SYLVIVS p. 79.

dum

decimum sextum Martii Pontifex in D. Petri æde sacris operatus, Fridericum Cæsarem & Leonoram, adhibito solenni ritu, solitisque cæremoniis, matrimoniali vinculo coniugavit, beneque ipsis ac eorum posteritati ominatus est. 44) Tertio post die XVIII. Martii (quam dominicam Lætare vocabant) 45) Cæsar præstito prius iuramento, 46) de more vnctus, & in Rom. Imperatorem consecratus, coronam & alia Rom. Imp. insignia accepit, acclamante populo Romano: FRIDERICO PACIFICO A DEO CORONATO IMP. VITA ET VICTORIA. Coronatur & sponsa, solito ritu, faustisque omnium precationibus Augustorum nomine vterque salutatur. 47) Peracto coronationis ritu, missa peracta, & gratulationis hymno decantato, Papa Imp. tradidit vexillum benedictum Imperii. 48) Inde

dum hæc inter Cæsarem & Papam conuenissent, iterum Fridericus aliud non parui ponderis expetiuit. Dicens enim, terram Mediolanensem, vbi Coronam Longobardici Regni suscipi consuetum est, pestifera lue infectam, nullosque mortales sine periculo illuc proficisci posse: Nicolaum rogauit, ex plenitudine potestatis vt se Romæ Longobardorum Regem coronaret: id-u· merito fieri, aduersus Mediolanenses, qui rebellantes Imperio tyrannum sibi præfecissent, cui non fuissent veriti, Ducatus insignia concedere. Visa grauis res est Pontifici: sed cum consulti Cardinales, nihil Cæsari negandum, dicerent; inuitis ac multum reclamantibus Mediolanensium Legatis, Idibus Martii apud Sancti Petri summum Altare Fridericum in Regem Longobardiæ - - - IO. GOBELLINVS *lib. I. p.* 20. Quare & caussam & tempus minus recte describit TRITHEMIVS ad a. 1451. dicens: *qui cum Romam peruenisset 16. mensis Martii; coronam ferream, quam Mediolani propter varios bellorum tumultus suscipere non voluit, in Ecclesia S. Ioannis Lateranensis ab vno Cardinalium iussu & authoritate Romani Pontificis Nicolai Papæ V. acceptauit.*

44) GERH. a ROO *lib. IV. p.* 187. SYLVIVS c. l. *& quanquam Leonora per Oratores antea desponsata sibi fuisset, tamen & tunc denuo per manus summi Pontificis, intra Missarum solemnia ei reiuncta fuit; matrimonium benedictum: vtrique præceptum, ob reuerentiam Sacramenti carnalem copulam intra triduum ne iungerent.* NIC. LANCKMANN: *die decima sexta mensis Martii, sc. feria quinta qua canitur. Salus populi ego sum. Sanctissimus Dominus Papa dominum Imperatorem, dominum Fridericum, & eius Augustam dominam Leonoram virginem &c. ad sanctum Petrum in facie Ecclesiæ copulauit & coniunxit. Summus pontifex pro omnibus largas expensas in vrbe fecit.* FVGGER *lib. V. c. VII. n.* 8. MVLLER *p. II. c. I.* §. 22. IAC. von KÖNIGSHOVEN cap. II. p. 150. *Als man zalt 1452. Iahr in der Ersten der Ræhmer, des Babstes des Allerheiligsten in Gott Vater und Herrn Nicolaus von Gottes Vorsichtigkeit des Fünfften Babstes, in seinem sechsten Iahr, also auch in dem Ræmischen Reich regiret hat der Allerdurchlauchtigste Ræmische Kænig Friderich kam in seinem 12. Iahr des heiligen Reichs, da kam derselbe Kænig Friderich so erlich und mechtiglich mit der Allerdurchlauchtigsten Kænigin Frauw Leonura gebohren aus Portugalischen Kæniglichen Stamme so koniglichen gesponsiret und gemahlet am Donnerstag vor dem Sontag Oculi, der da was der Neunte Tag des Mertzen. Do war derselb Kænig Friderich mit seiner Gemahlin der zarten Inniglichen Kænigin und Iungfrawen so wurdiglich, so læblich, so mit grosen Ehren und Würdigkeit, von unseren heiligen Vatter dem Babst Nicolao, den Ehrwürdigen Cardinalen, Bischoffen und aller Pfaffheit, auch von den Edlen Ræmern und Ræmerinn, auch von allen Volckh in Rohme, so lieblich so Costbarlich und mit grosen Freuden eingeführt und empfangen, das ihrkeiner von 300 oder 400 Iahren und noch lenger also kæstlich eingeführt erfunden vvürd, dass ein Kayser oder Kænig so zierlich so kostbarlich, Ehrlich, so machtiglich, und auch so mit guten frieden, mit seiner Gesponsen gen Rome eingeführt und ankommen sey.*

45) AEN. SYLVIVS c. l. IAC. VNRESTVS Chron. Austr. p. 542. *Vnd daselbs vvardt er gesalbt, und gekronet zu ainem romischen Kayser, und sein Gemabel gekront zu romischen Kayserin am Suntag Letare, das ist zu miter Vasten von Pabst Nicolao dem Funften.* IACOB von KÖNIGSHOVEN cap. II. p. 151. *Darnach uff den Donnerstag vor dem Sontag Lætare, des halbvasten, des 16. Tag des Mertzen, da empfing der gute Keyser Friderich mit sampt seinem Iungfravvlichen Gemahl, die Crone von Meyland durch unsern heiligen Vater den Bapst Nicolaum, da empfieng der obgenant Fridrich aber mit seiner Gesponsen und Gemahlin die Keyserlich læblich und ehrliche Crænung mit grosser Andacht, und mit grossen vvürdigen Ehren von der vvürdigen Hand unsers heiligen Vatters den Babst Nicolaum, und den vvürdigen Cardinælen vvar seine Kayserliche Grossmæchtigkeit mit dem heiligen Chrisam gevvürdiget, geheiliget und gesalbet, mit sambt der hochgebornen Fravven Leonura, gebohren aus Kæniglichen Portugallischen Stamme Gott selber und der heilige Geist hat sie mit seiner Gnaden zusammen gefüget.*

46) SYLVIVS p. 80. *Fridericus per aliquot Cardinales ad Capellam ductus, quæ intra turres dicitur, ibi iusiurandum beato Petro & Nicolao Pontifici suisque Successoribus in ea forma præstitit, quæ Ludouicum Magni Karoli filium iurasse Pontificum decreta confirmant.*

47) ROO *c. l.* Coronationis solennia plenius describit SYLVIVS *p.* 80. qui inter alia habet: *postremo corona aurea infulata pretiosisque cooperta gemmis Cæsareo capiti imposita. Imperatrix quoque post Cæsarem coronam ex manibus Pontificis accepit, quam coniugis Sigismundi fuisse constabat. Cæsar autem, quamuis ornamenta sibi pretio incredibili comparasset, in hanc tamen solennitatem; pallium, ensem, sceptrum; pomum; coronamque Karoli Magni, vt fama fuit, ex archiuis Noribergensium ad se deferri curauerat, hisque vsus est.* Eadem habet NAVCLERVS *p.* 1077. Extat ANTONII PANORMITANI, Alfonsi Neapolitani Regis legati, & IANNOTTI MANETTI legati Florentini Oratio in Coronatione Friderici habita in FREHERI *tomo tertio.* FVGGER *lib. V. c. VII. n.* 9. & ex eo MVLLERVS *p. II. c. I.* §. 23. *sqq.* LAMBECIVS *Bibl. Cæsar. lib. II. c. VIII. p.* 710. GOLDASTVS *tomo vno p.* 412.

48) IAC. von KÖNIGSHOVEN c. l. p. 151. *Als nun das Gættliche würdige Ambt zierlich, andechtiglich, seeliglich volbracht und geendet war in St. Peters Münster uff seinem heiligen Altar, da gab unser heiliger Vatter der Babst Nicolaus us seinen henden das kistliche hochgeehrte Baner des heiligen Ræmischen Reihs, dass sein Keyserliche Grosmæchtigkeit zu allen zitten mænniglich und læblich sey, darumb hab der heiligen Roemischen Kirchen, dem heiligen Roemischen Reich, der heiligen gantzen Christenheit zue setzen und zue schirmen in seine hand. Dasselbe Baner des heiligen Reichs gab und empfahl sein Keyserliche Mayestet dem hochgebornen Herrn, Herr Michel Meydeburg von seiner Keyserlichen Gnaden zu führen. Also zog er gewaltig, mæchtig, und Keyserlichen mit seinen wohlgefertigten Heere, mit den Römern, auch mit den würdigen Rosen von Ieri-*

de Imperator, postquam Papæ palafredum conscendenti dextratoris officium exhibuisset, ex veteri maiorum instituto, in ponte Tyberino ante palatium Sancti Angeli fratrem primum, deinde alios multos equestri dignitate insigniuit. Ad trecentos fuisse memorant, in quibus Magdeburgicus & alii nonnulli, etsi antea eo honore decorati, propter diei ac loci celebritatem tamen denuo eum suscepere. 49) Inde Papa actum hunc coronationis singulari Bulla confirmat. 50)

§. XXII. Inuitatus inde ab Alphonso, Siciliæ Rege, cum noua nupta & reliquo comitatu suo Neapolim venit, Ladislai cura Aeneæ Syluio commissa, & ciuitatum equitibus Romæ apud illum relictis. Summo cum honore ibidem fuit exceptus. 51) Imp. Eleonoram sponsam suam nondum cognouerat; quod id operis in Alemanniam referre volebat; siue ne sanguis Italicus sibi nasceretur, siue aliud religionis in mente gerens. Virgo moesta videbatur, quæ se circumduci, velut parum placentem, existimabat. Quod cum Alfonsus animaduertisset, audiens Cæsarem in ea vrbe atque in his ædibus, vbi tunc fuere, contractum fuisse matrimonium indicit, ibique merito consummandum: a Deo datum esse, in eundem locum, vt ambo venissent, erat ergo vt virgini misceatur. Quod cum Fridericus negaret, ergo innuit Alfonsus, neptem meam in Alemanniam duces, atque illinc cognitam, si minus placuerit ad nos remittes; aut ea fortasse neglecta? cum alia contrahes, quin potius eam hic cognosces, vt, si placeat, abducas rem gratam tecum; si minus, apud nos onus dimittas. Quibus verbis, etsi erat Cæsar paulo debilior, commotus est, atque operam matrimonio dare statuit, 52) idemque singulari more fuit consummatum. 53)

§. XXIII. Dum vero Imp. a Roma abest, interea Ladislaus, quin ab Vngaris & Austriacis abriperetur, parum abfuit, præceptore eius Nicolao Crottendorfio, vt cœpta iuuaret, pecunia ac promissis corrupto. Ea de re per litteras certior factus Imp. Alfonso valedicto, Romam redire maturauit, relicta apud auunculum Eleonora. 54) Romæ cum esset,

Iericho, die ihm unser heiliger Vatter der Babst Niclaus zu Ehren Keyserlicher Grossmachtigkeit seeligliche, do ist zuemahle gegeben und ihne damit ehrete.

49) SYLVIVS p. 81. *vt autem coronationi diuinisque rebus impositus modus, Leonora in suas ædes secessit. Papa & Imperator ad gradus Basilicæ simul venerunt: ibi Pontifex Palafredum ascendit, eique Cæsar dextratoris Officium per aliquot passus exhibuit, equoque deinde conscenso vsque ad Ecclesiam Sanctæ Mariæ in Cosmedin vna profecti sunt. Nunc Papa in Palatium redit: Cæsar in pontem Adriani profectus est: vbi Albertum fratrem pluresque Duces & Comites ad militiæ prouexit honorem, ter quemque gladio percutiens, trecenti eo die percussi milites referuntur.* Eadem habet NAVCLERVS *p.* 1077. IAC. VON KÖNIGSHOVEN cap. II. p. 151. *Er ist uff die Tyber Bruckhe mit uffgetanen Baner gezogen, da hat sein Kyserliche Mayestett Ritter geschlagen viel Edler geborner Herren, Graffen, Freyherrn, Ritterlich manigen, manniglichen Frommen Mann inn einer zahle meh dann hundert mit dem heiligen Swert des grossen heiligen Keysers Carolus, Gott dem Almechtigen und der Reinen Auserwehlten Iungfrawen Mariæ seiner lieben Mutter, und dem heiligen Ritter St. Georg und allen lieben Gottes heiligen zu Ehren, und zu Nutz dem heiligen Roemischen Reich, Witwen und Waisen, Armen und Reichen zu hulffe und schirmen.*

50) Extat hæc Bulla apud Leibnitium *Cod. Iur. Gent. diplom. p.* 403. & MÜLLERVM §. 40.

51) GERH. a ROO *lib. V. p.* 188. AEN. SYLVIVS *p.* 82. qui etiam *p.* 84. Quare etiam TRITHEMIVS ad a. 1451. *Rege Alphonso amice salutato, nuptias cum Helionora desponsata sibi Regis Portugalliæ siue Lusitaniæ filia solemni pompa celebrauit.* FVGGER *lib. VII. c. VIII. n.* 1. & ex eo MÜLLER §. 42.

52) Verba sunt AENEAE SYLVII *vita Friderici p.* 84.

53) Ritum consummati matrimonii idem describit c. l. *Ille autem non sine risu & iucunditate spectabat peregrinos mores. Nocte quæ instabat, futurus erat concubitus ex nudis. Dum ergo saltationibus vniuersa curia intenta est, foeminæ Portugallenses, quibus cubiculi secretioris commissa cura erat, fumigationes super stratum faciunt, in quo iacendum est, carmina dicunt, & accersito Sacerdote lectum benedicunt irrorantque sanctis aquis; vt est superstitio mulierum, qua sic felix connubium & amorem vtrinque perpetuum arbitrantur futurum. Quod vbi Cæsar accepit, veretur, ne quid veneficii interueniret, alium sibi substerni lectum iussit, vocarique ad se Coniugem, Timebat enim nutricem Imperatoris, quam rerum huiusmodi peritam aiunt, quibus fascinari mentes hominum solent similemque illi putant, de qua nobis Poeta scribit*

Hae se carminibus promittit soluere mentes
Quas velit; ast aliis duras immittere curas
Sistere aquam fluuiis & vertere sidera retro
Nocturnosque ciet manes & mugire videbis,
Sub pedibus terram & descendere montibus ornos.

Quibus rebus etsi plerique fidem habendam negent Flaccus tamen cum diu pugnasset, his artibus nihil inesse ponderis, mutatus tandem, iamiam, inquit, efficacido manus scientiæ supplex. Et sunt, qui Circem non fabulose vertisse in feras hominum vultus affirment. Nos illud inprimis trahit, quod de Phitonissa sacri libri commemorant: quam Samuelis animam de inferni abditis euocasse tradunt, vt viuorum conspectibus redderetur. Si tamen animam Prophetæ fuisse credimus & non fantasticam potius illusionem Sathanæ. Vtcunque sit, consultissimum censeo, cum facultas est, magicarum artium euitare fallacias; consiliumque Cæsaris in ea re non vanum dico fuisse. Verum Imperatrix bis terque vocata in suo lecto manere, morem seruandum dicere: viros in stratum vxoris ire solitos, non contra fieri solere. Cæsar veluti victus ad eam pergit, rogatque secum in alium thalamum proficiscatur: recusantem manu prendit, vincitque facile volentem vincere atque eo pacto vitatis incantationibus in alio lecto matrimonium consummatum est.

54) GERH. a ROO *c. l.* 10. GOBELLINVS lib. I. p. 21. *post hæc Imperator Neapolim profectus, Aeneas paulisper ægrotans Romæ remansit, Ladislaique regis impuberis cum aliis curam gessit. Interim relatum est Papæ; regem fugam meditatum, nisi custodiatur, domum exiturum. Tum Pontifex quinta eius noctis hora, qua ad fugam electa ferebatur, Aeneam ad se accersiuit, iussitque regis domum diligenter custodiri. Aeneas regis ædes ingressus, custodes eius admonuit, ne malis insidiis locum darent, redeuntique Cæsari pignus saluum restituerent: verum eius rei nulla postmodum certa indicia reperta sunt, quam-*

esset, ex Germania crebri adferuntur nuncii, principes quosdam noua moliri, multa etiam in Vngaria & Austria per eius absentiam agitari consilia, ex quibus noui iterum tumultus expectandi videantur, nec quietam omni ex parte Bohemiam. 55) Postquam Papæ per Aeneam valedixisset, qui etiam eundem singulari oratione ad auxilia contra Turcas præstanda fuit adhortatus, 56) reditum in Germaniam maturandum ratus, Ferrariam peruenit, vbi octauo Idus Maii Borsium Estensem, Ferrariæ, ex Imperii Vicario, Mutinæque ac Regii ducem & Rouigii Comitem creat. 57) Galeacium, Francisci Sfortiæ, Mediolani Principis filium militari baltheo donat, licet patrem ipsius de Ducatu Mediolanensi inuestire noluisset, nisi soluto certo censu annuo. 58) Vrsinis quoque, numeratis quindecim ducatorum millibus, Plumbini principatum attribuit. 59) His peractis, secundo Erydani fluuio Venetias nauigat. Cum propius ad vrbem venisset, obuiam habuit Franciscum Foscarum, Venetorum Principem, Bucentauro inuectum, cum trecentis senatoribus & flore nobilitatis. 60) Inde relictis Venetiis, Portum Naonis petiit, vnde per Fori Iulii & Carnorum fines in Stiriam profectus, adulta iam æstate, Neapolin Austriæ venit. 61)

§. XXIV. Fridericum ex Italia reducem noui statim tumultus & domesticum bellum excepit. Hungari enim Bohemique & Austriaci Ladislaum principem sibi tradi, certatim efflagitabant, a cuius præsentia meliorem statum sibi quisque promittebat. 62) Austriaci etiam, inter quos familiam ducebat Vdalricus Eyzingerus, 63) antequam adhuc in Italiam abiret Cæsar, seditionem mouebant, & popularium opibus confisi, præfectos quosdam ab eo constitutos, a rerum gubernaculis depulerunt. 64) In horum consortium Vdalricus, Ciliæ comes iunior veniebat. Nam etsi Friderici Consiliarius erat, non tamen pro meritis honoratum se arbitrabatur, ægerrimeque ferebat, secretiores res absque se geri; sibi fidem nullam haberi. 65) Facile sedari potuissent tumultus, ni Cæsar in Italiam abiisset, prosecutus autem iter suum Fridericus, augentur interea diuersis conuentibus tumultus. 66) Missi etiam legati ad Cæsarem in Italiam, qui auditi non fuerunt 67) atque alii

quamuis pædagogus regis apud Florentiam maius flagitium tentauerit. AEN. SYLVIUS *p.* 85. & *ep.* CCCIX. FUGGER *c. l.*

55) FUGGER *c. l.*

56) IO. GOBELLINUS p. 21. *redeunte Cæsare, conspectuique Maximi Præsulis, ac sacri Senatus, se restituente, vice sua Aeneas Orationes in auditorio publico recitauit, in altera gratias egit summo sacerdoti atque cardinalibus pro maximis, quæ Cæsari præstiterant beneficiis: in altera, vt generale passagium aduersus Christiani nominis inimicos indiceretur, atque instrueretur; Papam hortatus, ne Christicolæ per Græciam & orientem amplius vexarentur.* Altera hæc Oratio extat apud ipsum AENEAM SYLVIUM *p.* 86. in Tomo secundo FREHERI & apud MÜLLERUM §. 48.

57) ROO *c. l.* GOBELLINUS *lib. I. p.* 21. *qui postquam Ferrariam venit, animo repetens Borsii magnificentiam, qua fuerat receptus, quaque recipiebatur, ac generosum animum, ditionis amplitudinem, Estensem nobilitatem, a consiliariis suis, præsertim ab Aenea rationibus suasus, ex agro Mutinæ, & Regii ducatum erexit ac Borsium ducem creauit, quod bene factum, bene locatum omnis Italia dixit.* AEN. SYLVIUS *p.* 94. NAUCLERUS *p.* 1077. FUGGER *c. l.* MÜLLER §. 45. IO. BAPT. PIGNA *lib. VII. dell' Historia de Principe d' Este p.* 544. Borsius hæc iamdum, antequam Romam pergeret Imp. petierat, prout SYLVIUS tradit *p.* 61. *porro Borsius, qui nondum erat de feudo inuestitus, altiorem cupiens gradum, ex Marchione se Ducem creari optauit, quam rem Fridericus, ante coronam Romæ receptam minime se temptaturum, cum rediret autem, quod reip. conduceret, consideraturum facturumque, dixit.* Optime hanc rem exponit SYLVIUS p. 94. inter alia dicens: *diu Cæsar dubius fuit, nam etsi Borsium summa virtute præditum, quouis honore dignum existimabat; indignum tamen putabat iniusto matrimonio natum, Nicolai Patris & Leonelli Fratris eum præferre legitimis, qui extabant, liberis; Vicariatumque in Ducatum erigere, species quædam alienationis Imperatori prohibita videbatur; qui augere iura Imperii non minuere iurasset. Sed contra, multæ rationes agebant, subditi omnes terrarum concordibus animis Borsium sibi Dominum elegerant.* Et paullo post: *quibus rebus victus Cæsar Ducatum ex duabus Ciuitatibus; Rhodigiumque cum territorio adiacenti in Comitatum erexit: hosque Borsio & suis heredibus ex se legitime descendentibus, atque, his deficientibus, alteri ex collateralibus fratribus siue nepotibus, quem sibi deligeret ipse successorem, concessit: reseruato quatuor millium aureorum censu, qui sacro imperio quotannis in Ascensionis Dominicæ festiuitate persolui deberent; primis duobus annis sine solutione remissis.* Idem *de Statu Europæ c. XLIX.* FRANCISCUS MODIUS *Pandectis Triumphalibus Tom. I. lib. IV. p.* 160. ex MATTHAEI PALMERII scriptis hæc vberius declarat. CASPAR SARDI *delle Historie Ferraresi p.* 164. *sqq.*

58) Sic enim Cæsar apud AEN. SYLVIUM *p.* 93. respondet: *se affectum esse virtuti Comitis, cupere sibi bene esse. Verum tantum Principatum, qui ad Imperium deuolutus sit, inconsultis Electoribus ceterisque Germaniæ Principibus extra manus dare, periculi plenum esse.* Et dum Cæsar hæc Aeneæ Sylvio atque Vlrico Redrer commisisset, responderunt illi, *minime dignum esse, tantum Principatum, quantum Franciscus optabat, sine magno aliquo emolumento ab Imperio alienari, quod si Dominus suus vellet Imperio quotannis censum tanto Domino dignum pendere, aut aliquam ciuitatem, voluti Comam aut Parmam, Imperatori reddere, inuestituram sperare posset.*

59) ROO *c. l.*

60) ROO *lib. V. p.* 189. AEN. SYLVIUS *p.* 96. Extat THADEI QUIRINI, Patricii Veneti Oratio gratulatoria nomine Reipublicæ ad Fridericum III. directa in FREHERI *Tomo II.* FUGGER *lib. V. c. VIII. n.* 4. NAUCLERUS *p.* 1077.

61) ROO *lib. V. exeunte.*

62) GERH. a ROO *lib. VI. ineunte.*

63) Qua ratione Eyzingerus Friderico factus fuerit infensus, late narrat AEN. SYLVIUS *p.* 44. Dum scilicet castrum in Hungaria ab Alberto Duce emerat Eytzingerus, quod Fridericus retractus iure redemit.

64) ROO *c. l.* SYLVIUS *p.* 47. 50.

65) SYLVIUS *p.* 54.

66) SYLVIUS *p.* 49. 56. 58.

67) SYLVIUS *p.* 91.

alii, qui Cæsarem apud Papam atque Italos criminarentur, qui tamen a Papa reiecti, sub banni pœna, ni Friderico obedirent. 68) Mittuntur in Vngariam nuncii ad Coruinum, in Bohemiam ad Rosenbergicum aliosque vtriusque regni, nonnullos quoque Morauiæ proceres, accersuntur vndique auxilia. 69) Statim vero, vbi Neapolim adpulisse Fridericum audiuissent, legatos ad eum mittunt, principem tutela solutum poscunt, recusanti bellum denunciant, arma & vim minantur. Inde Viennenses numeroso milite Neapolim contendunt, atque magna Cæsareanorum clade edita, eosdem a. 1452. vna cum Imp. intra mœnia includunt. 70) In hoc rerum discrimine Cæsari fidum amicum se præstitit Georgius Podiebradius, Bohemiæ Prorex: qui obsessum Imp. audiens, vndecim millium exercitu coacto, ad opem illi ferendam accelerabat. Cum vero in itinere audiuisset, iam de pace institutam esse actionem, retrouersus in terras Dominorum de Rosis exercitum duxit, & late populatis eorum agris, vltus est Cæsarem. 71) Cæsar vero interuentu Caroli, Badensis Marchionis, ac Sigismundi Volckendorfii Salisburgensis Archiepiscopi, Ladislaum se Vdalrici Comitis, tanquam auunculi potestati commissurum promittit, ea lege, vt Berchtolsdorfii interim esset, neque rempublicam ante capesseret, quam in publico conventu per principes cognatos, Hungarorum item ac Bohemorum legatos omnia essent transacta. Conuentui Viennæ ad tertium Idus Nouembris 1452. dictus est dies. Itaque obsidione soluitur Neapolis, & Ladislaus a Salisburgico, Magdenburgico & Vdalrico Schaumburgico, aliisque proceribus Berchtolsdorfium deducitur. In Comite vero Ciliensi, & Austriacis, qui cum eo sentiebant, conuentorum fides fuit desiderata. Quam primum enim in sua potestate principem habuerunt, non expectato conuentu, de adducendo ipso Viennam, rebusque imponendo consilia pridem habita, sunt executi. 72) Querebatur equidem Cæsar desuper per legatos, quibus tamen a Ciliensi fuit responsum: pacta illa, quæ detento adhuc Ladislao, legitimo ipsorum domino, fecissent Austriaci, non deberi seruari, cui iam tutela exempto, votique tandem compoti & tanquam victori, suorum armis in libertatem vindicato, nullas postea leges a Cæsare proscribi, æquum esse. 73)

§. XXV. Fatalis Christianis erat annus 1453. quo, die XXIX. Maii Constantinopolis a Turcis fuit capta. 74) Mouebat hoc Imp. vt de expeditione sacra contra Turcas instituenda cogitaret, quam publico diplomate promouere conabatur Nicolaus V. Papa. 75) Indicta fuerunt hac de causa a. 1454. Ratisbonam Comitia, quibus Cæsaris nomine præsidebant Aeneas Syluius, Senensis, Vlricus Gurcensis & Nicolaus Brixiensis, Episcopi, Aenea verba faciente, Philippo Bono Burgundiæ Duce, aliisque Principibus præsentibus, in iisdemque expeditio contra Turcas fuit decreta. 76) Petebat etiam in præsentiam Cæsaris

68) SYLVIVS *p.* 69. qui etiam *p.* 98. Papam legato ita respondentem inducit: *verum quid est, quod nunc officii nostri dicis, Imperatorem monere, vt morem Hungaris & Australibus gerat? causam ad nostrum examen nunc pertinere negas, nunc concedis, sane vt mentis nostræ sententiam teneas, illud propalam dicimus: aut obedient Australes iussionibus nostris, aut extra Christianorum numerum habebuntur.* Vid. & *p.* 97.

69) SYLVIVS *p.* 91. ROO *p.* 191.

70) AEN. SYLVIVS *p.* 107. ROO *c. l.* FVGGER *lib. V. c. VIII. n.* 6. 7. TRITHEMIVS *ad a.* 1452.

71) GERH. a ROO *lib. VI. p.* 131.

72) Verba sunt GERH. a ROO *p.* 191. SYLVIVS *p.* 113. *sqq.* FVGGER *n.* 8. NAVCLERVS *c. l.* TRITHEMIVS *c. l.* FVGGER *n.* 10. IAC. VNRESTVS *Chron. Austriaco f.* 542.

73) GOBELLINVS *p.* 21. MÜLLER *p. II. c. VIII.* §. 10. *sqq.* CVSPINIANVS *p.* 408. ROO *p.* 193. Integrum hoc bellum, Cæsarisque cum Eleonora connubium & coronationem Romanam iussu Imp. in Historia Friderici III. sigillatim describit AENEAS SYLVIVS, ad quem sæpius prouocavi. De hoc ita loquitur CVSPINIANVS p. 406. *quam grauia autem moliti sint Prouinciales aduersus Cæsarem absentem (nam & Australes ante eius iter in Italiam, Ladislaum ad paternam hæreditatem a Friderico euocabant, quibus negatus est) si quis scire desiderat, historiam Austriæ de Friderici gestis Syluii Aeneæ legat, quæ nondum edita, paucis est cognita; quartum item librum Thomæ Haselpach Theologi, de rebus Austriæ. Qui Australium partes secutus, vbique in Fridericum inuehitur indigne, immemor suæ professionis & honestatis.* GERH. a ROO *lib. V. c. VII. p.* 659.

74) Extant de hac expugnatione Litteræ FRANCISCI FOSCARI, Ducis Venetorum ad Imp. apud AENEAM SYLVIVM *ep. CLIX.* & MVLLERVM *p. II. c. II.* §. 43. FVGGER *lib. V. c. IX.* §. 16. AENEAS SYLVIVS *ep. CXLI.* hanc cladem refert & de Statu Europæ c. IV.; *insignis hic annus fuit expugnatione Constantinopolitana populo tam Christiano fœdus ac lugubris, quam Turcorum genti faustus lætusque: qui ab ortu saluatoris Christi secundus & quinquagesimus supra millenum quadringentesimum cucurrit.* Circa diem Scriptores variant. NAVCLERVS p. 1097. *Anno Domini 1453. quarto Cal. Iunias Constantinopolis ciuitas Orientis, columen & vnicum Græcæ sapientiæ domicilium a Mahumete Turco principe vltra 50. dies obsessa, expugnata est,* exinde expugnationem late describit. TRITHEMIVS vero ad a. 1453. *eodem anno tricesima die mensis Maii, Mahumetes Turcarum princeps anno tyrannidis suæ tertio, nobilissimam, famosissimamque Græcorum vrbem Constantinopolim maxima vi armorum, terra marique impugnans, 50. die obsidionis cepit, & stragem Christianorum in ea miserabilem fecit.* Sed Venetorum Ducis epistola XXIX. Maii confirmat. Legi meretur MICHAEL SENESCHALLVS *de vero anno & die expugnatæ Constantinopolis* GVILIELMVS CANDERSINVS & LEONARDVS CHIENSIS *de expugnatione Constantinopolis.* Taxat potissimum hac in re Imp. atque Statuum Imperii desidiam PAVLVS LANGIVS *Chron. Citic. p.* 1244.

75) Extant de hac caussa litteræ Imp. & AENEAE SYLVII ad Papam apud MVLLERVM *p. II. c. II.* §. 45. ipsa vero papalis Bulla §. 46.

76) GOBELLINVS p. 22. *Imperator apud Ratisponam Boioariæ vrbem, quæ Danubio adiacet, iubet Germanos adesse, eoque Philippum Burgundiæ Ducem vocat, clarum, & competentem principem, qui*

saris admitti Philippus, sed prætextu aduersæ valetudinis non admissus, qui Imp. pusillanimitatem admodum redarguebat. 77) Dum etiam Borussiæ nobiles & Ciuitates se Ordini Teutonico subducerent & Polonis subiicerent, iste in his Comitiis Imperii auxilium implorabat. Decreta etiam fuit in hoc conuentu ad Poloniæ Regem legatio, quæ ipsum ad Borussiam Ordini restituendam sollicitaret, qui missurum se ad Comitia proximo festo Michaelis Noribergæ habenda legatos, promittebat. 78)

§. XXVI. Nouus igitur conuentus Imperii Francofurtum ad III. Kl. Octobris 1454. fuit indictus, ad quem singuli Europæ Reges, Italiæ etiam Principes atque Respublicæ inuitantur. 79) Adueniente Concilii die, Aneæ Syluio, Gurcensi Antistiti, & Brandenburgensi Badensique Marchionibus Cæsaris prouincia demandabatur. 80) Aderant præter Moguntinum & Treuirensem ex omni Germania legati, Vngarici etiam & Burgundici, illi petentes auxilium, hi offerentes. 81) Alienati sub initium Procerum erant animi, quasi Cæsar & Papa pecunias saltim vellent corradere, rati, verum post grauem Aneæ Syluii orationem, 82) Ratisbonense decretum de bello gerendo fuit innouatum, & Hungaris auxi-

qui mox relictis Flandriæ motibus, ad quos comprimendos ierat, receptis imperialibus literis, longissimo itinere Ratisponam se contulit: vnus enim Christianorum erat principum, qui Turcarum nomini infestissimum sese ostendebat, siue patrem vlturus, quem Turcæ olim captum multo auro vendiderant, siue religionis amore, quod hac potissimum via æternam vitam quæreret, siue rumores hinc populi venaretur, cui mortalium pars maxima inseruit, multum in eius aduentum auctoritatis accessit Ratisponensi concilio. Nam & Baioariæ Dux Ludouicus, & Albertus Marchio Brandeburgensis, & alii complures principes, audita Burgundi profectione excitati Ratisponam petiere, qui alioquin domi remansissent. Imperator quamuis spem fecerat sui aduentus non tenuem: mutato tamen consilio, in Austria commoratus est: veritus ne vicina Hungariæ flamma suam demum incenderet. Gilles & Hantrauter latronum principes per id temporis Austriæ, Stiriaque proximi Hungariam vastabant, aduersus quos Ioannes Hunnates regni gubernator propediem conflicturus existimabatur, vt victor quisquis esset, Imperatori timendus erat, qui more hominum res proprias per se ipsum, communes per legatos curare statuit. Misit igitur Ratisponam egregios ex curia sua Oratores, barones duos, quorum alter Vlricus Gurgensis, alter Aeneas Senensis fuit, & his adiunctus est Nicolaus sancti Petri cardinalis, qui tum apud Ecclesiam suam Brixinensem morabatur. Nicolaus Pontifex Maximus Ioannem episcopum Papiensem eo transmisit, qui tuitionem fidei Catholicæ concilio commendaret, & opem suam offerret. Quid in hoc Concilio fuerit decretum, idem exponit *p. 23.* dicens: *placuit tamen auxilia Francorum exquirere, qui equites expeditioni adiungerent, & Italorum, qui classem validam in Græciam Asiamque traducerent, ac Turcarum præcipuas infestarent sedes, Germanorum vero alium conuentum esse cogendum, apud Frankfordiam Mogano adiacentem, qui Rhenum e regione Maguntiæ influit: vt ibi delectus militum fieret, & alterius bello pecunia perquireremur. Hæc & alia pleraque Germanorum propria Ratisponæ acta.* Agit de eodem conuentu AENEAS SYLVIVS *epist. CXXVII.* Huius etiam extat oratio de bello contra Turcas congregando *epist. CXXXI. CXL. CLV.*

77) PONTVS HEVTERVS Rer. Burgundicar. lib. IV. c. XVI. *Bonus considerans honoris æmulatione, non morbo, Imperatorem laborare, ac proinde timere, ne in oriente non secus quam in Occidente nominis Burgundici decus inclaresceret.* Et paullo post: *domum reuersus non semel de Imperatoris pusillanimitate est conquestus. Cum enim vniuersam Germaniam, Bohemiam, Austriam, Poloniam, Hungariam armare posset, auxiliaque promitterent Belgæ, Burgundi, Franci, Itali, Hispani, Angli, Scoti, Dani ac Suedi, summoque cum honore, ac nominis diuulgatione Europam Orienti committere posset, animo corporeque torpens, nil in tanta opportunitate auderet.*

78) Hæc ex actis publicis sigillatim exponit MVLLERVS *p. II. cap. III.* MARTINVS CROMERVS *de rebus Polon. lib. XXII. p. 344.* DLVGLOSSVS *Hist. Polon. Tom. II. lib. XIII. p. 150.* Extat de eo AENEAE SYLVII *Ep. CLXII.*

79) AENEAS SYLVIVS ep. CXXVII. *Cæsar nouum apud Franckfordiam Concilium indixit, id futurum est tertio Calendas Octobris. Cæsar, aut eo se, curiamque suam transferret, aut Præsidentes, plena potestate suffultos, mittet, neque negligetur, quantum in se erit, conuentus.* Et paullo post: *huc rursus vocantur ex Italia Rex Arragonum, Veneti, Ianuenses, Florentini, Senenses, Lucani. Comes quoque Franciscus quamuis non est inuestitus de Ducatu Mediolanensi, accersitur, & Dux Mutinæ, Marchiones insuper Mantuæ, Montisferati & Saluciarum. Videbimus, quantus erit nostrorum feruor Italorum. Regibus quoque Franciæ, Angliæ, Bohemiæ, Vngariæ, Poloniæ, Daciæ, Sueciæ, Norwegiæ, Scotiæ literæ dantur, vt ad conuentum mittant. Principes Alemaniæ adesse, communitates mittere legatos iubentur.*

80) GOBELLINVS *lib. I. p. 23.*

81) GOBELLINVS pag. 23. *dissoluto concilio, Aeneas ad Imperatorem reuersus, Italiam reuisere statuerat, atque in patria, quod vitæ supererat, viuere, quod cum peteret a Cæsare, non impetrauit, retentus est, ad Frankfordiense concilium, vicem ibi vt Imperatoris ageret; quando is vnus esse videbatur in palatio de tuenda religione curiosissimus, & qui dicendo persuadere aliquid posset. Adueniente concilii die, & sibi, & Gurgensi antistiti, & Brandeburgensi, Badensique marchionibus, hæc prouincia demandata est, qui Frankfordiam accedentes, admodum paucos ibi conuenerunt, & eos ipsos Imperatori atque Papæ infensos. Post dies aliquot affuerunt Theodoricus Maguntinus & Iacobus Treuirensis Archiepiscopi, & legati ex tota fere Germania, ex Italia Pontifex Maximus, & duo Marchiones, Estensis, & Mantuanus oratores misere. Alphonsus rex Siciliæ, & Veneti tardiores fuere, quorum legati, iam dimisso conuentu Germaniam ingressi sunt. Hungari, & Burgundi affuere, illi petentes auxilium, hi offerentes. Aderat & Ioannes Capistranus ordinis Minorum professor, vita sanctimonia, & assidua verbi Dei prædicatione clarus, quem populi velut prophetam habebant, quamuis in bello contra Turcas suadendo paucum proficeret.*

82) Pergit GOBELLINVS c. l. *mutati erant Theutonum animi: nec cuiquam placebat expeditionem in Turcas fieri: infecti veluti venenis quibusdam aures, neque Imperatoris nomen, neque Romani præsulis ferre poterant, dicebantque eos corradere aurum velle, non bellum gerere: sed alium futurum concilii exitum, quem sibi persuasissent; nec pecuniam collaturos Germaniæ populos: nec in militiam daturos nomina, atque in eam sententiam persuasi omnes Imperatori & Papæ valedicere, legatos coram contemnere, Burgundos irridere, qui proni ad expeditionem videbantur, Hungaris durissima verba dare, qui cum suum regnum tueri nequiuissent, nunc Germaniam*

auxilium promissum, equitum decem millium, peditum triginta duo, statutumque, vt ad Cæsarem Electores Imperii cæterique Germaniæ Principes, Festo Pentecostes proximo sese conferrent: vt, quæ reliqua essent, ad expeditionem maturandam ibi absoluerent. Atque ita dimisso conuentu, legati Cæsaris in Austriam rediere. 83) Agebatur in iisdem Comitiis de Borussia sub potestatem ordinis Teutonici per Bohemos & Saxones reducenda, sed sine effectu. 84) Papa interim per diuersos Prædicatores crucem vbiuis fecit prædicari. 85)

§. XXVII. Insequenti anno 1455. noua Comitia Neostadtium Austriæ, vbi Imp. sedem habebat, indixit Imperator, quibus præter Iacobum Treuirensem, Albertum Brandenburgensem, Carolum Badensem, aliosque Principes, multi etiam legati interfuerunt. 86) Ibidem Iohannes Papiensis Episcopus, Papæ legatus, proximum a Cæsare locum adfectabat, & Alphonsi Regis Orator supra Electorum Oratores. 87) Varie in his Comitiis de componendis Imperii dissidiis atque expeditione contra Turcas suscipienda fuit consultatum. 88) Verum, cum omnia propemodum essent conclusa, Nicolai V. obitus ista turbauit. 89)

§. XXVIII. Tandem vero Electores turbatum Imperii statum, & quale ex bello Turcico periculum sit expectandum, considerantes, quamque male Imperio prouideret Fridericus, Comitia Electoralia ad diem S. Andreæ 1456. habenda Noribergam indicunt, ad eademque, præter alios Status, ipsum Fridericum inuitant, quod tamen ipsum male habebat, id quod ex litteris ipsius ad Electores adparet. 90) Conueniebant ibidem Dietericus Moguntinus, Fridericus Palatinus, & Fridericus Brandenburgicus, vna cum Friderici, Saxoniæ Electoris legatis. 91) Dum autem non omnes Electores essent præsentes, alius conuentus ad diem Reminiscere 1457. Francofurti habendus, fuit decretus, quo omnes Electores vna cum ipso Imp. denuo inuitarentur. 92) Hæc tamen Comitia per singulares litteras ad Ciuitates Imperii datas impedire conabatur Fridericus. 93) Inter præsentes de certa vnione Electorali conuenit, qua decretum, vt legati mitterentur ad Imp. de pace publica in Imperio constituenda, iustitia administranda, vtque ipse sedem haberet in Imperio continuam. Hoc si renueret, ipsius consensu Romanorum Regem esse eligendum, viuo tamen Imp. non coronandum: & si & hoc denegaret, inuito quoque Imp. talem esse eligendum, eundem coronandum, ipsique omnia iura Imperii concedenda. 94) Lit-

maniam suis calamitatibus inuoluere vellent; nec vlla spes reliqua erat rei bene gerendæ, cum decretum Ratisponense prorsus reiiceretur. At cum in concionem itum est, locuto Aenea, omnium repente animi in priorem belli gerendi ardorem rediere. Orauit ille duabus ferme horis, ita intentis animis auditus, vt nemo vnquam expuerit, nemo ab orantis vultu oculos suos auerterit, nemo non breuem eius orationem existimauerit, nemo non inuitus finem acceperit: fuerunt & alii quamplures auditi, verum tædio, & irrisione, orationem Aeneæ ab omnibus laudatam multi transcripsere. Extat ista Oratio apud MVLLERVM *p.II. c.IV. §.6.*

83) GOBELLINVS *c. l.*

84) Hæc ex publicis Actis latius exponit MVLLERVS *p.II. c.V.*

85) TRITHEMIVS *Chr. Hirsaug. ad a.1454.*

86) GOBELLINVS *p.24.* MVLLER *p.II.c.VII. §.3.*

87) Refert hæc RAYNALDVS *Annal. Eccles. ad a.1455. p.426.* ex epistola AENEAE SYLVII ad Cardinalem S. Angeli, quæ reperitur in Archiuo Vaticano & ex eo MVLLER *p.II. c.VII. §.3. in noua Ciuitate anno MCDLV. in Conuentu coram Cæsare cum Principes & legati, qui aderant, ad rem inchoandam vocarentur, primum contentio orta est de præsidentia. Treuirensis archiepiscopus primum a dextris Cæsaris locum volebat, & post eum alii Electorum Legati; Episcopus Papæ Legatus primum locum sibi deberi aiebat, & orator Alphonsi Regis supra Oratores Electorum. Ibi commemoratum est, in Curia Romana debitum honorem non esse Germanis datum, quando & vice-Cancellarius ante Romanorum Regem sedere sit ausus & Regi Hungariæ, cui inter Reges quartus est locus; sit locus intervltimos Cardinales datus, & ipsi Electores nequaquam inter Cardinales accepti.* De hac controuersia plenius egit MVLLERVS *lib.II. c.XI.*

88) Quid hac in caussa fuerit conclusum, exhibet MVLLER *lib.II. c.VII. §. 4. & 5.* epistolam Ladislai, qua sese ad promouendum hoc conclusum etiam contra Imp. obligat.

89) GOBELLINVS c. l. *inter hæc dum omnia propemodum conclusa sunt, & spes pulcherrima esset, æstate proxima ingentes copias in hostes edictum iri, ecce mors Nicolai Quinti renuntiatur Pontificis maximi, quæ telam longo iam tempore ordiri cæptam vno momento interrupit, vanasque hominum cogitationes ostendit & inanes curas.*

90) Exhibet Imp. litteras MVLLERVS *p. III. c. I.* ex quorum initio caussa patet Comitiorum, *uwir Schriben, von des Tages wegen, so itzund uff Sent Andre Tag schirstkünftig zu Nuremberg, in der Türcken Sachen zu halden, durch ucb furgnomen ist, dorezu Ir Vns zu komen gebeten unde irsucht habt, daryn Vns etwas Sewmens, das uns befrembdet, zugemessen wirdet, us den Bewegnissen, in uwirn Brifsen begriffen, haben wir vernomen.* Inde se excusat, quod nullam vnquam commiserit negligentiam. Quod autem & alii Status ad hæc Comitia fuerint conuocati, patet ex KYRIANDRI *Annal. Treuir. p. XVII. p. 262.* vbi ob defectum Treuirorum Pontificis, Augustam Treuirorum eo vocatam fuisse scribit, quæ tamen se excusat: *ipsos Electores Principes orans, vti se apud Cæsaream Maiestatem & ceteros Imperii Status excusent.* Sic etiam MVLLERVS *p. III. c. VI. §. 10.* Electorum litteras exhibet, quibus Wilhelmum, Saxoniæ Ducem ad hæc Comitia vocant. WENCKER *Appar. Archiv. p.376.*

91) Patet hoc ex Recessu horum Comitiorum apud MVLLERVM *p.III. c. I. p.554.*

92) Patet hoc ex eodem Recessu c. l. WENCKERVS tractatui suo *de Archiuis p.376.* subiungit litteras Friderici, per quas Argentoratensibus prohibet, ne Comitia hæc Francofurtum indicta inuisent.

93) Extant istæ apud WENCKERVM *Appar. Archiv. pag. 376.*

94) Extat hoc proiectum apud MVLLERVM *p. III. c. II.* in quo etiam hæc verba continentur: *ab aber unser Herr der Keyser finen willen nicht geben wolde, einen Ræmischen Kunig zcuwelen, undwir Kurfursten addir der mehir teil undir Vns einen Ræmischen Kunig welen wurden, dem soll alle Kunigliche*

Litteræ etiam verbis durioribus ad Imp. concipiebantur. 95) Decernebatur in eodem conuentu Francofurtensi de controuersia ob inuestituram de Mediolanensi Ducatu denegatam & Cilensem, cuius hæreditatem, defuncto vltimo Comite Vlrico, Imp. ex pacto antiquo cum Stiriæ Ducibus occupauerat, adfectabat autem eandem tanquam proximus adgnatus Ladislaus, & Comites Gortienses terminanda. 96) Instituebantur equidem Comitia Francofurtensia a. 1457. sed & ista effectu fuerunt destituta. 97)

§. XXIX. Mortuo Nicolao V. suffectus fuit a. 1455. Calixtus III. qui singulari statim voto se obstrinxit de tentanda vrbis Constantinopolitanæ recuperatione, ideoque pro colligendo exercitu legatos vndiquaque direxit. 98) Cui Imp. per Aeneam Syluium obedientiam obtulit, 99) contranitentibus licet quibusdam Electoribus, qui Imp. suaderent, nunc tempus esse coërcendi potestatem pontificiam, 100) non amplius Papæ obtemperandum, nisi meliores conditiones concessisset, duriorem esse Germanorum, quam Italorum Gallorumque statum. 1) Hinc an. 1457. Electores Rhenenses conuenientes, Grauamina Nationis Germanicæ contra sedem Papalem collegerunt. Hæc in eo potissimum constabant, quod Papa neque Constantiensis, neque Basileensis concilii decreta custodiat, neque se pactionibus Nicolai V. teneri arbitretur, nationemque Germanicam contemnere & prorsus exhaurire videatur. Electiones Prælatorum passim reiici: beneficia dignitatesque cuiusuis qualitatis & Cardinalibus & Protonotariis reseruari. Expectatiuas gratiæ sine numero concedi. Annatas absque vlla temporis dilatione exigi, plus etiam quam debeatur, extorqueri. Ecclesiarum regimina non bene merenti, sed plus offerenti committi: ad corradendas pecunias nouas indulgentias indies concedi. Decimarum exactiones, inconsultis Prælatis, contra Turcas fieri. Causas, quæ tractandæ terminandæque in partibus fuerint, ad tribunal Papale indistincte trahi. Excogitari mille modos, quibus Romana sedes aurum a Germanis, tanquam a barbaris subtili extrahat negotio. 2) Hisce

che und Keiserliche Wirde und Ere zu erlangen behalten sin, und in den vor und nachgeschriebenen Sachen und Dingen allen, und auch iglichen andirn, die daraus volgen und getzogen werden mœchten, sollen noch wellen Wir Vns voneinander nicht scheiden noch trennen lassen, in keinen Wege.

95) Extat proiectum duarum litterarum apud MVLLERVM *p. III. c. II.* §. 3. alteræ sic finiunt: *dann wo Ihr dem so nicht tun wirdet, als Wir Vns doch zu Vwir Keyserlichen Maiestat nicht versehen, so mag uwir K. M. wissen, das dem heiligen Romischen Rich, und Vns, von vorpflicht wegen, und solch vorberirt Gebrechen zuvorkommen, furder an eyn Haupt nicht lenger steet zusein, sunder umb ein ander Haupt Vns versehen, und das also machen wollen, das Wir kegen den Allmechtigen Gote und gen allermeniglich wol verantworten mugen, darnach sich uwir Keiserliche Maiestat mag wissen zu richten.*

96) Sic enim in dicto Recessu: *Item man soll auch alsdenn zu rath werden von der Sach, wegen des Hertzogthum zu Meyland, und darzu das Fürstenthum zu Zili antreffende.* De Ciliensi causa ROO *lib. VI. p. 208.* FVGGER *lib. V. cap. XI. n. 5.* plenius MVLLERVS *p. III. c. V.* Ladislai autem auia, Barbara, Friderici, qui Vlrici, vltimi Comitis pater, erat soror. IAC. VNRESTI *Chron. Austriacum p. 547.*

97) De hoc conuentu MVLLER *p. III. p. VII.*

98) GOBELLINVS lib. I. p. 25. *Alfonso in Petri cathedra constituto Calisto tertio nomen est inditum, qui mox votum vouit aduersus impios Turcas omnia sese studia conuersurum. Nec moratus bellum eis indixit, in quo militantibus peccata dimisit: ac legatos in Galliam, & Hungariam ad congregandos exercitus direxit.* Idem dicit TRITHEMIVS *ad a. 1455.* NAVCLERVS *p. 1082.* Votum autem ipsius tale est: *Ego Callistus Papa III. promitto & voueo sanctissimæ Trinitati Patri, & Filio, & Spiritui Sancto, Dei Genetrici semper Virgini, S. S. Apostolis Petro & Paulo, totique Curiæ cœlesti, quod etiam per effusionem sanguinis proprii, si opus fuerit, dabo operam, & adhibebo omnimodam diligentiam, quantum potero, iuxta Consilium venerabilium fratrum meorum, pro recuperatione Ciuitatis Constantinopolitanæ &c.* quod exhibet LEIBNITIVS *p. I. pag. 41.*

99) Hic enim potissimum Imp. hoc suaserat, prout testatur GOBELLINVS *p. 25.* Orationem ipsius coram Papa desuper habitam videmus *epist. CCCKCVIII.* & apud MVLLERVM *p. II. cap. VIII. §. 2.*

100) GOBELLINVS c. l. *hæc cum audita essent in Austria, fuere non pauci, qui Cæsari suaserint nunc tempus esse coërcendi Apostolicam sedem; ne tantum in Germania posset: conuentiones, quæ cum Eugenio Quarto factæ fuerunt, diminutas esse, nec prius obediendum Romano pontifici, quam ea concederet, quæ natio Germanica optaret, ancillam eam videri, libertatem aliquando mereri. Atque hoc ipsum Iacobus Treuirensis archiepiscopus obnixe requirebat, qui ex lite lucrum aliquod expectabat. Contra Aeneas non esse e re Cæsaris aiebat, Romani pontificis auctoritatem reprimere.*

1) PLATINA vita Pii II. pag. 247. *persuadere Imperatori annixi sunt, ne Pontificibus amplius obtemperaret, nisi quædam ad pragmaticam tendentia ab ipsis prius impetrassent, quod dicerent Germanis longe peiorem conditionem esse quam vel Gallis vel Italis: quorum serui, Italorum inprimis, ni res immutarentur, merito esse dicebantur. Nec certe procul absuit, quin Imperator tumultuantibus obsequeretur. Quo minus autem id fieret, grauissima Aeneæ auctoritas, intercessit.*

2) Hæc Grauamina collegit Moguntini Cancellarius MARTINVS MEYERVS litteris ad Aeneam Syluium scriptis, quæ repetiuntur apud WOLFIVM *Lect. Memorab. Tom. I. pag. 853.* SECKENDORFIVM *Hist. Lutheranismi lib. I. §. II. Add. IV. pag. 7.* AENEAM SYLVIVM *de Morib. German. p. 1035.* FLACIVM *Cat. Test. Verit. p. 318.* GOLDASTVM *Politicis Imperialibus p. XXIII. p. 1039.* RICHERIVM *Hist. Concil. Gener. lib. IV. p. I. c. I. p. 5.* GEORGI *Grauam. German. lib. I. c. VI. §. VII.* Respondet tamen ad eadem prolixe AENEAS SYLVIVS singulari epistola, quæ extat in Operibus *n. CCCLXIX. pag. 838.* MVLLERVM *III. Vorstell. c. VIII. p. 603.* qua sedem Papalem partim defendit, partim excusat. De hac epistola probe iudicauit LVTHERVS in *Tomo I. Opp. Ienensium latinorum fol. 72.*

Hisce acerrime se opponebat & ipse Papa Calixtus & Aeneas Syluius, 3) qui mortuo a. 1458. Calixto, sub Pii II. nomine Papalem dignitatem fuit adeptus. 4)

§. XXX. Ladislao Vngariæ Rege XXIII. Nouembris 1457. defuncto, 5) tres erant hæredes, Fridericus Imperator, Albertus Sextus eius frater, ac Sigismundus Tirolensium Princeps, vtriusque patruelis, quibus omnibus idem qui Alberto, Ladislai patri, proauus fuerat, Albertus Sapiens, quem & contractum vocant. Inter hos de diuidenda hæreditate magna extitit controuersia, dum Fridericus, natu maximus, Austriam ad se trahere niteretur. Albertus vero satis illi esse prouinciarum dictitabat, primigeniorum iura in paternæ hæreditatis diuisione pro eo nimium valuisse, sui in aliis & Sigismundi rationem esse habendam. Proceres vero nulli eorum obediendum esse statuentes, quare prouincia nulli legitimo commissa domino, iterum latrociniis, furtis ac rapinis vexatur. 6) Tandem vero post varias lites, interuentu potissimum Ludouici Palatini, & Prouincialium, eo res adducitur, vt Cæsari Austria inferior vsque ad Anasum relinqueretur, ea vero regio, quæ supra Anasum est, Alberto cederet, Sigismundo superior Carinthia, Tiroli contermina, traderetur, in arce Viennensi suum quisque hospitium, seorsum ab aliis haberet. 7)

§. XXXI. Dum hæc Viennæ & in Austria fiunt, Bohemi Pragæ comitia regi creando habebant. Competitores erant Fridericus Imp. qui ex veteri pacto inter Bohemiæ Reges & Austriacos non tam sibi, quam aut fratri aut patrueli regnum petebat, Casimirus, Poloniæ Rex, & Guilielmus Saxoniæ Princeps, quorum hic minorem Ladislai sororem habebat in matrimonio. 8) Gallorum etiam rex Carolus VII. pro filio suo regnum petebat, Bohemis amplissima promittens. Georgius vero Podiebradius faustis omnium adclamationibus Bohemorum rex salutatur. Circa idem fere tempus Vngari quoque ad Pestum conuenientes, Matthiam Coruinum Vngariæ regem eligunt, qui statim atque electus, legatos Neapolim ad Imperatorem mittit Varadiensem antistitem, cum aliis duobus primatibus, qui sacram regni coronam, eaque loca, quæ ab illo tenebantur, repeterent, reddere nolenti, bellum denunciarent. Non deerant tamen quidam Vngariæ Proceres, Matthiæ contrarii, qui Imp. ad capessendum Vngariæ regnum inuitarent, fidem opesque suas, militem item ac commeatum se daturos polliciti. 9) Sunt etiam, qui Fridericum ab illis in regem Vngariæ Neapoli fuisse creatum dicunt. 10) Hæc vbi Matthias accepit, Simonem, cognomento Magnum, cum exercitu in superiorem Vngariam ac Austriæ fines mittit, vt eorum agros, qui defecerant, depopuletur, & Friderici conatus inhibeat, cui Fridericus cum exercitu obuiam ibat. Facto ad Kermendum Eisenstadtiensis Comitatus prœlio, victor euasit Fridericus, victoria tamen cruenta. Postquam autem Matthias proceres Cæsarem antea secutos, sibi conciliasset, bellum instaurat, Cæsareanos fundit. Noua igitur legatione coronam repetit, quam etiam æquis conditionibus redditurum se Cæsar promittit, firmæ interim concluduntur induciæ. Pius II. etiam Papa diuersis litteris inter vtrosque 11) concordiam conciliare conabatur. Anno 1465. vero, Matthias secundis aliquot prœliis in Turcas vsus, sacram regni Coronam a Cæsare tandem redimere statuit, quæ etiam datis sexaginta aureorum millibus Hungaris fuit concessa. Quin & Varadini & Patauiensis Episcoporum interuentu, Neostadti, sublata omni altercatione, pacis & concordiæ capita litteris fuerunt consignata, vt imposterum Fridericus Matthiam filii, hic illum patris loco habeat, Germanus ac Hungarus nullo discrimine

3) MVLLERVS ibidem diuersas SYLVII epistolas exhibet ad Martinum Meyerum potissimum, Cancellarium Moguntinum scriptas, imo ipsius Papæ ad Imp. & Moguntinum. Adde GEORGI *Grauam. Germ. lib. I. c. V. §. X.*

4) GOBELLINVS *pag. 29.* NAVCLERVS *p. 1085.* RAYNALDI ANNALES *ad a. 1458.*

5) Hanc mortem vberius describit CZECHOROD *lib. V. c. VII. p. 681.*

6) NAVCLERVS *p. 1087.* ROO *lib. VI. p. 212. sqq.* FVGGER *lib. V. c. XII. n. 4.* AENEAS SYLVIVS *de Statu Europæ c. XVI.*

7) ROO *lib. VI. p. 219.* FVGGER *n. 6.* CVSPINIANVS *p. 409.*

8) NAVCLERVS *pag. 1087.* GERH. a ROO *lib. VI. p. 213. 214.* FVGGER *lib. V. c. XII. n. 1.* De Wilhelmo Saxoniæ Duce, qua ratione Bohemiæ regnum ambierit, plenius agit MVLLERVS *p. III. c. XVIII.* CAMPANVS lib. VI. epist. V. *Bohemia tripartita est omnis: alii cupiunt Polonum magna pollicentem præsidia, ad hunc diem nulla præstantem. Ii sunt Hæretici quidam: sperant, impunes se victuros sub eo Rege, in cuius Regno infinitæ prope sunt hæreses. Catholici Hungarum cui iusiurandum præstiterunt, magna ex parte sequuntur. Promiscue vtrinque multi, & Catholici, & Hæretici Albertum Saxonem amplectuntur: Germani ad hunc inclinant omnes, & metu Hungari, & quod fere omnes intima affinitate iunguntur, quanquam hactenus multum consilii, nihil auxilii misere; nec dubium si coniicere de mente Pontificis possent, quin auxilia vndique subministrarent.* CZECHOROD *lib. VI. c. I. p. 686.* IACOBVS VNRESTVS *Chronico Austriaco* auctor est *p. 549.* quasi dictus Georgius per vxorem suam Ladislaum veneno enecauerit.

9) ROO *lib. VI. p. 215. sqq.* FVGGER *lib. V. c. 12. n. 3. sqq.* NAVCLERVS *p. 1087.* CZECHOROD *lib. VI. c. I. p. 688.*

10) Hoc NICOLAVS LANGKMANN circa finem historiæ suæ diserte testatur: *ibi in noua ciuitate quadragesimali tempore anno Domini millesimo quadragintesimo quinquagesimo nono dominica qua canitur Lætare Ierusalem, in Ecclesia maiori prædictæ nouæ ciuitatis in præsencia Domini Imperatoris & eius Augustæ, Principum & Comitum, Baronum & vtriusque sexus nobilium. Dum Reuerendissimus Dominus Salzburgensis Archiepiscopus Dominus Sigismundus natus de Volckenstorff officium diuinum perageret. Supradicta electio in Vngaria facta fuit per prælibatos ambasiatores regni Vngariæ ostensa & coram omni populo lecta, publicata & proclamata cum magna & solenni protestatione consummata.*

11) Extant hæ litteræ apud MVLLERVM *p. III. cap. XVII.*

12) GERH.

mine apud vtrumque colantur. Cæsar Regi Hungariæ regnum concedat, ad ipsum hæredesque ipsius rediturum, vti Cæsar ab omnibus regni Statibus, Hungariæ rex vocaretur. His ita pactis conuentis, Cæsareani cum pecunia retro in ciuitatem: Hungari cum corona læti Sempronium abiere. 12)

§. XXXII. Postquam Ludouicus Bauarus ad a. 1458. Donawertensem vrbem Imperio subduxisset, Februario mense 1459. Comitia Eslingam fuerunt indicta, ibidemque bellum Imperii nomine contra Ludouicum gerendum, fuit decretum, constituto Alberto, Marchione Brandenburgico, militiæ Imperialis præfecto. 13) Licet hoc iterum compositum, ipseque Ludouicus in Comitiis Noribergensibus, eodem anno institutis, vt vrbem redderet, fuit adactus. 14) Friderico Palatino desuper protestante. 15)

§. XXXIII. Anno 1459. Pius II. Papa noua militia in Turcas instituta, cuius sedes insula Lemnos esset, 16) vniuersalem conuentum Mantuæ habendum indicebat, ad eundemque omnes Reges ac Principes Europæ conuocabat, licet Cardinales eundem potius Romæ institui vellent. 17) Multæ sub initium erant difficultates, paucis legatorum præsentibus, ita, vt Cardinales reditum Romam meditarentur, 18) sed constans in proposito Papa Principes Christianos denuo inuitans, 19) aduenientes legatos expectabat, quorum perplures ex Græcia erant. 20) Et licet Galli auxilia denegarent, nihilominus Germani decretum Francofurtense confirmabant, decretis triginta duobus millibus peditum, decem millibus equitum, ipseque Imp. constituebatur generalis 21) Dux & Capitaneus exercitus Christiani contra Turcas, transmisso a Papa ipsi gladio pileoque consecrato, 22) ita tamen, vt ex Germaniæ principibus Vice-Capitaneum possit eligere, de modo & ordine expeditionis in proximis Comitiis Noribergam in proximam quadragesimam instituendis, esse agendum. 23) In eodem hoc conuentu etiam de caussa Vngarica & Bohemica cum Friderico componenda fuit actum.

§. XXXIV. In eodem hoc conuentu caussa etiam Moguntina fuit ventilata. Mortuo enim a. 1459. Theodorico, Moguntino archiepiscopo, septem Canonici nominati sunt, hisque data potestas Pontificis eligendi, quorum tres iampridem corrupti, Dietherum Isenburgicum elegerant, tres Adolphum Nassouium, septimus alium quendam nominauit: sed tandem tribus millibus aureis inarratus ad Dietherum accessit, qui mox electus est, declaratus, & ad possessionem bonorum ecclesiæ receptus. 24) Mittebat ad conuentum Mantuanum legatos suos Dietherus, pro petenda confirmatione, quam primum denegabat Pius II. Papa, vt Dietherus eam præsens peteret, postulans, pro confirmatione certam pecuniæ summam solueret, neque sine Papæ consensu conuentus Ecclesiasticos vel Comitia etiam Electoralia celebraret. Hoc renuentes legati, discesserunt 25) Denuo legati ad Papam Mantuam missi, hoc obtinuerunt, vt Pontifex facta relatione, per Cardinalem sancti Marci absentem confirmaret, ea lege adiecta, vt inter annum sedem Papalem accedere teneretur: & ab ea viuendi normam reciperet, idque iureiurando adfirmaret, quod per legatos potestatem habentes promissum est & iuratum. 26)

§. XXXV.

12) GERH. A ROO *lib. VII. p. 240. 250.* GOBELLINVS *p. 324.* BONFINIVS *dec. III. lib. X. p. 533.* FVGGER *lib. V. cap. XVII. n. 2.* MVLLER *p. IV. c. XXIX.* qui etiam fœdus tunc conclusum integrum inseruit. CVSPINIANVS *p. 410.* Extant tabulæ apud LEIBNITIVM *p. 421.*

13) De hoc plenius MVLLERVS *p. III. c. IX.*

14) MVLLERVS *c. X.* GOBELLINVS *p. III. p. 62.* FVGGER *lib. V. c. XIII.*

15) GOBELLINVS *lib. III. p. 63.* MVLLERVS *p. II. c. XII.*

16) Extat de eo bulla Papalis XV. Kl. Februarii 1559. apud LEIBNITIVM *p. I. p. 418.*

17) GOBELLINVS lib. II. p. 34. *vincere Turcas non huius aut illius regni opus, sed totius Christianæ Reipublicæ videbatur. Necessaria igitur eorum consilia existimauit, quorum auxilia requireret: Conciliumque principum & liberorum populorum conuocare decreuit, in quo de communi salute communiter ageret. Sed vbi concilium habendum esset in consultationem venit: Cardinalium alii Romæ, alii trans Alpes, aut in Germania, aut in Gallia conuentum habendum esse dicebant. Pio nihil horum placuit: neque enim ex honestate arbitrabatur, Reges qui trans Alpes morarentur, Romam vocari, neque in Gallia aut in Germania vtile concilium futurum, ad quod propter valetudinem Pontifex ipse transire non posset. Antiquius visum est, non procul ab Alpibus conuentum cogere in loco, qui medius inter Romanum Præsulem, & Transalpinas reges existimaretur. Duo nominata sunt loca, Vtinum in foro Iulii subiectum Venetis, & Mantua in Gallia cisalpina, vt si alter negaretur alter præsto adesset. Veritus est enim Pontifex (id quod postea successit) vt Veneti Turcarum arma timentes, Vtinum clauderent: & hac de causa Mantua electa fuit a Præsule, etiam ob loci commoditatem.* TRITHEMIVS *Chr. Hirsaug. ad a. 1459.* Litteras conuocatorias exhibet LEIBNITIVS *Cod. diplom. Iur. Gent. Tom. I. pag. 419.* MVLLERVS *p. III. cap. XIII. §. 5.* CZECHOROD *lib. VI. c. I. p. 699.*

18) De hoc late GOBELLINVS *lib. III. p. 61.* & MVLLERVS *p. III. c. XIII. §. 21.* qui huius Conuentus Acta describit. Extat etiam Oratio Pii II. in hoc conuentu habita *ep. CCCXCVII.*

19) Extant litteræ iteratæ conuocatoriæ apud MVLLERVM *p. III. c. XIII. §. 23.*

20) GOBELLINVS *lib. III. p. 61.*

21) Bulla Papalis desuper data reperitur apud LEIBNITIVM *p. 421.* & MVLLERVM *§. 47.*

22) Extat Papæ diploma desuper concessum apud LEIBNITIVM *Cod. Diplom. p. 420.*

23) GOBELLINVS *lib. III. p. 90.* MVLLER *cit. loc.*

24) Verba sunt GOBELLINI *lib. III. pag. 64.* TRITHEMIVS *ad a. 1459.*

25) LEHMANN *lib. VII. c. CIV.* MVLLER *p. III. cap. XX. §. 2.*

26) GOBELLINVS *cit. loc.*

§. XXXV. Dietherus igitur Moguntinus videns Fridericum Comitem Palatinum dictum Victoriosum, Adolpho adhærere, 27) ab Imp. etiam incitatus, dum arrogaret sibi titulum Electoris, Philippo cuius tutor erat, debitum, atque præceptis imperialibus non obediret, & Ludouico, Bauariæ Duci consentiret, 28) vna cum Principibus & Comitibus quibusdam Imperii 29) ipsi a. 1459. bellum denuntiat, 30) qui tamen Principatu suo probe munito, extructa etiam arce, siue specula in latere montis Gaysberg prope Heidelbergam, quam *Trotzkayser* adpellabat, 31) terras Moguntinas inuadebat, 32) cui accedebat Ludouicus Diues, Dux Bauariæ, qui bellum fortiter gessit contra Marchionem Albertum, & ciuitates regni in superioribus terræ partibus circa Noribergam vbique victor. 33) Tandem interuentu Guilielmi, Hassiæ Landgrauii, pax inter eos reformata est, his conditionibus, vt pro belli impensis aliquot oppida Moguntina pignoris loco teneret. 34)

§. XXXVI. Dum autem argenti summam pro annatis & confirmatione atque mercatoribus quibusdam adsignatas non solueret, nec consecrationem prout promissum fuerat, petiisset, a Papa a. 1461. excommunicatur atque deponitur, 35) Adolphus in eius locum eligitur, Diethero desuper ad Concilium adpellante. 36 Componebatur quidem nego-

27) TRITHEMIVS de gestis Friderici Victoriosi ad a. 1460. *Dietherus Archiepiscopus Moguntinus, Iohannes Nix Episcopus Spirensis, Albertus Marchio Brandenburgensis, Ludouicus Dux Bauariæ Niger, Carolus Marchio de Baden, Vdalricus Comes de Wirtemberg, Emicho Comes de Lyningen, & plerique alii Comites & militaris ordinis homines, in vnum conspirantes, se Friderici Comitis Palatini Philippi tutoris hostes & inimicos publice denuntiarunt, causas singuli singulas prætendentes. Archiepiscopus enim Dietherus propterea, quod Fridericus defenderet partes Adolfi contra eum: Comes autem de Wirtenberg Vdalricus Margaretham filiam Ducis Sabaudiæ, relictam Comitis Ludouici Palatini, fratris memorati Friderici, & genitoris Philippi, duxerat vxorem, cuius dotem præcedentis matrimonii iuxta condictum iure postulare videbatur. Contra hanc Vdalrici Comitis postulationem Fridericus Comes Palatinus respondendo negatiue replicabat; quod Margaretha memorata fratris quondam vxor materque Philippi, secum ex camera Palatinatus in clenodiis, iocalibus, & aliis præter corporis sui necessarium ornatum vel vsum detulerit in valore non minus centum millium florenorum: reddat illa prius, & dotem promissam reciperet. Aliis aliæ fuerunt causæ.*

28) TRITHEMIVS c. l. *Maxima tamen omnium causa fuit, quia Fridericus Imp. non solum permisit, sed etiam præcepit, vt bellum contra ipsum Palatinum Comitem Fridericum moueant supradicti Principes: propterea quod videretur nimium superbus, arrogaretque sibi titulum electionis imperialis Philippo, cuius tutor erat, debitum, imperialibus præceptis rebellis & inobediens, eo quod Ludouico Duci Bauariæ consentiret.* Hanc causam exponit GOBELLINVS *lib. VI. p. 147.* AENEAS SYLVIVS de Statu Europæ c. XL. *mortuo Ludouico Palatino, qui relictam Ludouici Regis Cypri vxorem duxerat, filium ex ea natum infantem adhuc Fredericus frater eius, consentientibus terræ optimatibus, adoptauit: gubernatorem prouinciæ tanquam dominus, Electorem Imperii se dixit: celibatum perpetuum promisit, ne arrogato filio vxorem ducens præiudicium faceret. Rogatus Nicolaus Pontifex V. id genus adoptionis confirmauit, recusauit Fredericus Imperator sæpe multumque requisitus.* Idem dicit TRITHEMIVS *de gestis Friderici & Chron. Hirsaug. ad a. 1449. & 1452.* NAVCLERVS *vol. II. Gen. XLIX. pag. 1091.*

29) Nomina illorum idem TRITHEMIVS ad a. 1459. profert, dicens: *steterunt ergo hi duo Principes, Fridericus & Ludouicus Comites Palatini & Duces Bauariæ contra decem & octo Duces, Marchiones, & Comites, multo tempore concertantes, & multa damna sibi mutuo intulerunt. Nomina Principum eis aduersantium ista fuerunt: Fridericus Imperator tertius, Albertus Marchio Brandenburgensis Principis Elector, qui vti Burggrauius Nurenbergensis morabatur in Anoltzpach, Wilhelmus Dux Saxoniæ Princeps Elector, Dietherus Archiepiscopus princeps Elector, Ioannes Archiepiscopus Treuirorum Princeps Elector, Georgius Episcopus Metensis, Iohannes Episcopus Spirensis, Ludouicus Comes Palatinus cognomento Niger, Comes Veldensis & Gemini Pontis, Carolus Marchio Badensis, Vdalricus Comes de Wirtenberg, Emicho Comes de Lyningen & alii plures.* Licet Albertum Brandenburgicum & Wilhelmum Saxonem male inter Electores referat. CHRON. ELWANG. *ad a. 1460.*

30) TRITHEMIVS *c. l.*

31) CRVSIVS *p. III. Ann. Sueu. lib. VII. f. 440.* FREHERVS *Origg. Palat. p. I. c. X. p. 104.*

32) TRITHEMIVS *c. l.*

33) TRITHEMIVS *cit. loc.*

34) TRITHEMIVS c. l. *igitur pax inter eos reformata est his conditionibus saluis: Comes Palatinus pro impensis, quas fecit ad triginta millia florenorum habebit in pignus castella Schauenburg, Dossenheim & Hentschusheim, cum villis & omnibus prouentibus eorum: quorum tamen omnium redemptio pro dicta summa pecuniarum, in arbitrio stabit vniuscuiusque Archiepiscopi Moguntini pro tempore existentis. Ringaugienses etiam vinicolæ nouem millia florenorum dabunt ipsi Comiti Palatino, pro quibusdam rebus & prouentibus seu iurisdictionibus, quas apud villam Lorch iure seu gladio adquisierat.*

35) Extat sententia excommunicationis apud MVLLERVM *p. IV. cap. XI. §. IV.* LVNIG *Spicil. eccles. Forts. I. Theils p. 66. 80.* in qua electionem ipsius tanquam illegitimam reiicit, pergens: *indixerat auctoritate sua nationis conuentum apud Francofordiam: quod sibi ex eo licere affirmat, quia Moguntinus præsul per nationem Germanicam Romani Imperii archicancellarius extat. Fatemur, eum, qui Moguntinæ præsit ecclesiæ archicancellarium esse imperii apud Germanos, sed vocare nationem in vnum aliquem locum inuito Imperatore posse, aut ei licere nequaquam fatemur: sed ipse vero nimis multa sibi arrogans, nondum sacris pontificialibus initiatus, nondum Episcopus, non inuestitus ab Imperatore, nondum regalia consecutus, aduersante & contradicente Imperatore nationem vocare audet, & conuentum tenere.* Et paullo post: *Habitus igitur est conuentus Maguntiæ multo minor, quam Dietheru sperauit, in quo ipse plenus minarum multa contra nos & Imperatorem locutus est accedens, os in cœlum ponere, & de duobus capitibus vilisonicula maledicere.*

36) NAVCLERVS vol. II. Gen. XLIX. p. 1093. *Anno Domini 1461. secundo Cal. Sept. Papa pius deposuit archiepiscopum Moguntin. Dietherum de Isenburg, & in eius locum instituit Adolphum de Nassau, ex quo*

negotium die S. Martini 1461. ita, vt Episcopatu cederet Dietherus, reseruatis ipsi ad vitæ dies quibusdam oppidis. 37) Ast, suasu Friderici Palatini, denuo arma sumebat. 38) Ex hoc dissidio factum est, vt qui priuatis odiis antea dissiderent principes, post hoc bellum quasi de industria fuerint diuisi. Ludouicus Bauariæ dux, Niger dictus, Albertus Marchio Brandenburgensis, Carolus, Marchio Badensis, Ioannes Metensis episcopus, frater eiusdem, & Vdalricus comes de Würtenberg Adolpho adhærebant. Fridericus vero Palatinus, & Ludouicus diues, dux Bauariæ Diethero: 39) ille quidem in stipendia ipsius, receptis quibusdam castris ecclesiæ Moguntinensis se contulit, 40) ideoque Imperii non solum Status contra Fridericum publicis edictis inuitabantur, sed etiam ipse a Papa fuit excommunicatus. 41) His autem ex caussis, cæde, incendio, vastitateque mutua se iugiter vexabant, nunquam tamen vsque ad Kl. Iulii 1462. plenis copiis pugnatum est, quo Adolphi adseclæ ad Heidelbergam ad internecionem vsque fuerunt cæsi. 42) Nihilominus Adolphus an. 1462. die XXVII. Octobris, præter opinionem, multis cum equitibus, nocturno tempore, in vrbem irrupit, ipsumque Dietherum & Comitem Philippum Catzenellenbogium fere cepisset, nisi subita sese fuga, ex arcis mœnibus fune dimissi, & piscatoriam scaphulam ingressi proripuissent. 43) Tandem anno 1463. Fran-

ex quo facto suborta sunt noua bella. Causæ priuationis siue depositionis fuere, quod scilicet procuratores sui suffulti pleno mandato, dum prouisionis litteras obtinerent, iurauerunt in animam ipsius Dieteri, inter cetera quæ episcopi iurare habent, quod infra annum se Rom. pontifici præsentaret: quod (vt asserit papa Pius) non seruauit. fertur excommunicatus etiam debiti causa fuisse, quod mercatoribus soluere debuisset. Item quod consecrationem in tempore debito non accepit, & quod simoniace electus fuit. Item quod legato misso ad exigendam decimam contra Turcas, dixerat, papam argentum nationis, non fidei defensionem quærere. Item quod in natione conuentum principum contra voluntatem Imp. conuocauerat. Item quod a bulla Mantuana super decimatione decreta, ad futurum concilium appellauit. Et iterum, quod appellauit a papa male informato ad informandum, prout hæc omnia in bulla priuationis continentur. Contra quæ dicebat idem Dieterus in suam defensionem, aliqua ex præmissis non esse vera; reliqua excusabilia, & se non monitum, non vocatum, non auditum, contra ius fasque fuisse priuatum, potior causa, quod annatam non soluerit, visa est. LEHMANN *lib. VII. c. CXV.* GOBELLINVS *lib. VI. p. 146.* Acta hæc plenius exhibet MVLLERVS *p. IV. c. XI.* vbi etiam apologia Dietheri exhibetur, & apud LVNIGIVM *Spicil. Eccles. Forts. des I. Theils p. 73.* Ipsius Protestationem vero contra factum Pii II. exhibet LEHMANN *lib. VII. c. CV.* & LVNIG *I. Contin. III. Forts. p. 6.* Extant etiam Pii II. Litteræ Prouisionales, quibus Adolphum declarat Archiepiscopum Moguntinum, apud LVNIGIVM *Spicil. Eccles. Forts. I. Theils p. 7.* & Breuia ad Capitulum & Dioecesin Moguntinum *p. 71. 72.*

37) GOBELLINVS lib. VI. p. 147. *conuenerunt vtriusque Legati non procul a Maguntia formulamque pacis ediderunt, quam partes acceptauerunt, & Dyetherus quidem subscripserat, & iureiurando firmauerat. In ea cautum erat, archiepiscopatus honorem apud Adulfum remanere, Diethero reddituus aliquos cedere, & oppida quædam in quibus ageret æuum.* Ipsa compositio reperitur apud MVLLERVM p. IV. c. XX. IACOBVS PAPIENSIS epist. CCLXXXII. *Diethero autem Isemburgensi quid mirabilius diebus nostris accidit: aut operi diuino similius? Præfecerat hunc idem Pius, summo Sacerdotio Maguntino: quæ ex sede & dominatum amplissimum, & ius eligendi Cæsaris fuerat assecutus. Obuertente autem mox cornua in patrem, nilque, aliud præter euersionem primæ sedis superbis consiliis agitante, proindeque quotidie nouis in nos motibus Germaniam concitante, priuatus & ipse est solenni senatus decreto, reuerentiorque alter in priuati locum suffectus. Cum autem ad complenda hæc armis nimirum opus esse indicaretur tenente illo præsertim Maguntiam ciuitatem, eiusque arces, atque oppida vniuersa bellum paratur. vtrinque & magnis rei studiis geritur. Concurritur non multo post apud oppidum Egram, superantur nostri, Ducesque fere omnes in potestatem hostis viui deueniunt. Actum eo tempore de Maguntinis conatibus iudicabatur. Nemo erat qui tanta plaga accepta, medicinam mali vel videret, vel sperandam sibi putaret. Ecce autem de improuiso Pio solo ex omnibus, spe Dei non destituto, adest de sancto suo auxilium. Fridericus Palatinus Rheni, quo Duce, & socio superbus sacerdos nos vicerat, diffidere ab illo vehementissime cœpit. Sic vt de iuuante præside, quem oppugnauerat, quotidianis conditionibus ageret, quarum rerum metu & tædio affectus Dietherus conscientia simul tanti Iudicii fatigatus contentioni cessit, & sedi. Inde mercedem iniquitatis dispensatione Dei accipiens, vnde nos ante terruerat,* du MONT *Tom. III. p. I. pag. 270.*

38) GOBELLINVS *c. l.*

39) NAVCLERVS *pag. 1091.* GOBELLINVS *lib. VI. p. 148.* TRITHEMIVS *ad an. 1460.* LEHMANN *lib. VII. c. CVI.* MVLLER *p. IV. c. XX. §. 3.*

40) GOBELLINVS c. l. *conuenere simul ambo, Palatinus Diethero validum promisit exercitum, Dyetherus ei Castella quædam munitissima, & magni census, pro quibus armis antea decertauerunt, illico tradidit, quæ supra ducenta millia æstimauerant.* Plenius vero hoc describit TRITHEMIVS Chron. Hirsaug. ad a. 1461. *verum quia Dietherus pecunia recompensare Palatini labores simul & expensas in his motibus factas minime potuit, alienare bona Ecclesiæ compulsus fuit. Igitur subscripta Ecclesiæ Moguntinæ castella & oppida Starckberg, Heppenheim, Bensheim, Morlebach, omnemque Stratam Montensem cum vniuersis prouentibus suis ei pro centum millibus florenorum in possessionem tradidit: quorum tamen omnium pro eadem summa Ius redemptionis Ecclesia Moguntina reseruauit. Terra est modica, Strata montensis inter Heidelberg & Dietburg oppida constituta, habens oppida, castra & villas non paruæ vtilitatis, quam Sifridus quondam Archiepiscopus Moguntinus de Monasterio Laurisensi, tunc nostri Ordinis quomodo vsurpauerit, & suæ incorporauerit Ecclesiæ longe supra diximus anno Dominicæ Natiuitatis MCCXXXII. Manet autem sub ditione Comitis Palatini terra memorata vsque in præsentem diem.* Licet postmodum per P. W. *art. IV. §. VII.* reluitio Moguntino fuerit decreta.

41) Extant hæ litteræ apud MVLLERVM *p. IV. c. XXII. §. 2. & 3.*

42) NAVCLERVS, GOBELLINVS *c. l.* TRITHEMIVS *ad a. 1462.*

43) NAVCLERVS *p. 1062.* TRITHEMIVS *ad a. 1462.* GOBELLINVS *lib. XI. p. 295.* LEHMANN *lib. VII. c. CIII.* FVGGER *lib. V. p. 687.* Annus captæ Moguntiæ, hoc versu exprimitur:

eCCe LVIt fato MogVntIa Capta seCreto.

NAVCLERVS *c. l. cum iam fessis partibus nonnulli tracta-*

Francofurti per legatum Papalem, Philippum Burgundum, & Robertum Coloniensem Archiepiscopum, hæc inter illos constituta fuit concordiæ ratio, vt Adolphus Archiepiscopatum teneret: Diethero autem deposito, quoad superstes foret, relinqueret Lonsteinium oppidum, castrum, & teloneum, itemque Steinheimense, & Diepurgense. 44) Post Adolphi vero mortem anno 1475. ipso S. Martini die, Canonici maioris Ecclesiæ sapienti consilio vsi, quatenus in vnum prouentus Ecclesiæ reducerent, Dietherum de Isenburg, quondam abrogatum denuo in Archiepiscopum elegerunt. 45)

§. XXXVII. Anno 1460. Sigismundus Archidux Friderici adgnatus ratione Episcopatus Brixiensis multas cum Pio II. Papa turbas experiebatur. Postquam enim Capitulum iam ante decennium Leonhardum Weismayerum, Sigismundi consiliarium elegisset Episcopum, Nicolaus V. Papa hunc Aeneæ Syluii instinctu adprobare nolebat, potius ipsis Nicolaum Cusanum Cardinalem obtrudebat. 46) Dum autem Sigismundo iura Aduocatiæ aliaque in dictum Episcopatum competerent, hæc vero Episcopus non adgnosceret, & potius vicum Mautera, telonium Lugense, salinas Halenses in valle Oeni & metallifodinas, tanquam Brixiensi Episcopatui competentes, peteret, & cum Dux ista concedere nollet, Episcopus ad Concilium Mantuanum a Pio II. a. 1459. institutum prouocabat. Ad hoc Concilium inuitatus veniebat Sigismundus, ibidemque magno cum honore exceptus, per Gregorium Heimburgensem consiliarium caussam suam bene egit. 47) Episcopus se in castrum suum Brauneck, quasi a Sigismundo minime securus includebat, Sigismundum banno notabat. Dum vero varia Episcopatus sui loca muniret Episcopus, eademque præsidiis firmaret, Sigismundus castrum illius Brauneck a. 1470. armata manu obsidebat. Cardinalis veritus suorum cædem (iam enim plerique vulnerati fuerunt) arcem, & se ipsum tradidit, & in custodia retentus, tandem iuratus absolutionem Sigismundo procurare, iniuriasque nullo vnquam tempore vindicare, magno auri pondere soluto, & tradito quodam castro, dimissus est. 48) Post liberationem suam vero apud Papam instabat, vt Sigismundum banno feriret, 49) subditos ab obsequio absolueret, Heluetos etiam contra ipsum concitabat, qui Turgouiam occupabant. 50) Hic Gregorium Heimburgensem Romam mittebat, qui tamen, dum Papa nulla ratione adigi posset, vt Sigismundum absolueret, Sigismundus non solum, sed etiam Gregorius Heimburgius a Papa ad Concilium adpellabat, atque hanc appellationem valuis Templi Florentini adfigebat, qui ideo etiam banno notabatur. 51) Tandem vero Fridericus Imp. ante genua legati Apostolici procidens, non ante surgendum putauit, vel finem obsecrationibus imponendum, quam pœnitenti Sigismundo, & satis pro iniuriis facienti pœnarum abolitionem restitutionemque fuerit consecutus. 52)

§. XXXVIII.

tractatus de pace intercessissent, tandem suggerentibus nonnihil partium amicis, authore illustrissimo Principe, Philippo Burgundiæ Duce, deuentum erat ad certa pacis capitula, statutusque terminus, intra quem procuratores partium quisque ad suos Principes inuenta referret, certoque die designato, cum plena potestate instructi concludendi & faciendi pacem redirent. MVLLER *p. IV. c. XX. §. 11. 12.*

44) Integram historiam singulari tractatu exposuit GEORGIVS HELWICHIVS *in Moguntia deuicta*, TRITHEMIVS *ad an. 1462.* GOBELLINVS *lib. XII. pag. 328. 345.* LEHMANN *lib. VII. c. CVII.* IACOBVS PAPIENSIS *ep. CCLXXXII.* SERARIVS *hist. Mogunt. lib. V. p. 896.* MVLLER *p. IV. cap. XXXII.* LVNIG *Spicil. Eccles. Forts. I. Theils p. 81.*

45) TRITHEMIVS *ad a. 1475.* SERARIVS *cit. loc.*

46) GERH. a ROO lib. VI. exeunte: *Anno quinquagesimo Brixienses, adstipulante Sigismundo, episcopum creauerunt, Leonardum Wismaierum, Parochum Tirolensem; hunc confirmare nolens summus pontifex, Nicolaum Cusanum virum eximie doctum substituit.* FVGGER *Spiegel der Ehren lib. V. cap. XIII. n. 10.* ALBERTVS KRANTZIVS *Vandaliæ lib. XII. c. XXIV.* TRITHEMIVS *Chron. Hirsaug. ad a. 1360.* Quis iste Cusanus fuerit, tradit PETRVS NVMAGEN Treuerensis, scribens, *Nota Dominum Nicolaum Cardinalem de Cusa fuisse filium cuiusdam pauperis piscatoris dicti Krebsheime, quia morabatur in villa dicta Cusa ad quatuor vel quinque milliaria subtus Treuerim in littore Mosellæ, quasi ex opposito oppidi & castri dicti Berren Kastel sita, agri fertilis & tam vini, quam frumenti feracis, supra quam vix vnius vel duorum stadiorum distantia alia villa in eodem littore sita est, dicta Lisura: vnde oriundus fuit socius dicti Cardinalis, dictus Iohannes de Lisura, Doctor Iuris, cuius fratrem ego vidi. De his duobus extat versus multum vulgatus:*

Cusa, Lisura, peruertunt singula iura.

Et quia præfatus Cardinalis Cancrum in albo fonte rubentem gessit, aliasque ex parte cognomen traxit Cancri, hinc auctor inuectiua præfata eum vocauit Cancrum. Apud FREHERVM *Tom. II. p. 266.*

47) GOBELLINVS *Comment. Pii II. lib. III. p. 90. 91.* FVGGER *c. l.*

48) Verba sunt GOBELLINI *pag. 102.* NAVCLERVS *vol. II. Gen. XLIX. p. 1070.*

49) GERH. a ROO c. l. *cum vero, se inuito, factum esse Episcopum, princeps non concoqueret, ac alia item offensiones quotidie orirentur, erupit tandem in apertum odium simultas, & Sigismundus captum, in oppido Brunegga, episcopum aliquamdiu in custodia habuit, ob quam rem, Pontifex illi sacrorum vsu interdixit. Is erat Aeneas Syluius Picolominaeus, qui Calixto suffectus Pii Secundi nomen acceperat. Multa ex eo turba extitere.* Hanc excommunicationem Papa Augustanis apud FVGGERVM *c. l.* & Noribergensibus aliisque apud FREHERVM *p. 208.* Episcopo Basileensi ibid. *p. 185.* significat.

50) FVGGER *p. 663.* ROO *lib. VII. pag. 116.* CHRISTOPH. HARTMANN *Annalibus Heremi Deiparæ Mariæ p. 422.* BILIB. PIRCKHEIMER *de b. Heluetico lib. I. p. 29.*

51) GOBELLINVS *lib. VIII. p. 28.* vtriusque Appellationes & reliqua Acta atque scripta huc facientia GOLDASTVS exhibuit *de Monarchia S. R. Imperii Tom. II. p. 1576. sqq.* & FREHERVS *Tom. II. p. 171.* Adde GVNDLINGIANA *Tom. XI. pag. 265.*

52) Testatur de eo IACOBVS PAPIENSIS *ep. CCLXXXII.* scribens: *Sigismundus ex Principibus Austriæ propter Cardinalem Romanæ Ecclesiæ in*

vinclis

§. XXXVIII. Dum autem in conuentu Mantuano decretum esset, vt de modo expeditionis contra Turcas in duobus adhuc ageretur conuentibus, in Germania instituendis, Pius II. Papa de hoc non Imp. solum, sed etiam Principes sollicitabat, Bessarionem quoque legatum suum, mittebat in Germaniam, vt pacem inter Principes Imperii plane dissolutam restitueret, atque expeditionem contra Turcas promoueret. 53) Hinc eodem anno 1460. Noribergam conuentus indictus, qui postmodum Wormatiam fuit translatus. Nouus conuentus Noribergæ & post Viennæ fuerat indictus, qui tamen omnes effectu fuerunt destituti. 54)

§. XXXIX. Interea temporis, dum Ludouicus Bauarus atque Albertus Brandenburgicus inter se dissiderent, controuersia hæc arbitrio Georgii, Bohemorum regis fuit relicta, 55) qui sub hoc prætextu, a. 1461. diuersorum Principum conuentum Egram indicit, cui præter diuersos Principes, aliorum, multarum etiam Ciuitatum legati interfuerunt. 56) In hoc Georgius, Rex Bohemiæ, quamuis suscepto regni feudo, in verba iurasset Imperatoris, cum ipso etiam d. 11. Augusti 1459. fœdus de mutuis auxiliis inierat, 57) occulte tamen illi insidias struebat, atque imperium sibi quærens, Moguntinum electum, & Fridericum Palatinum promissis ingentibus corruperat, quoniam Electores essent, sibi vt imperium petituro suffragarentur: cum inutilis esset Fridericus, & cederet procul dubio requisitus, potius quam rei publicæ necessitatibus subueniret. 58) Contradicebat tamen Brandenburgicus Elector Fridericus. 59) Eadem caussa in conuentu Noribergensi de anno 1461. agebatur, sed sine effectu, 60) Papa etiam Georgium, vt suo regno sit contentus, adhortante. 61) Licet etiam Gallorum Rex, Ludouicus XI. Imperium adfectaret. 62) In dicto conuentu nouus conuentus Francofurtum indicendus, fuit decretus, ad eundemque Dietherus Moguntinus, Fridericus Palatinus & Fridericus Brandenburgicus Elector singularibus litteris Imp. inuitant, vt proximo Solis die post festum Pentecostes in propria persona compareat. 63) Hic tamen Conuentus & Imp. & Papa desu-

vinclis habitum part damnatus iudicio principatuque omni exutus, cum propter amplissimam cognationem Germanorumque fœdera vltorem facinoris habiturus non putaretur, vexatus tamen pœnis continuis, atque odio suis habitus, longa etiam contumacia fatigatus, a nullisque interim in sua consortia receptus, diuino tandem est humiliatus miraculo, atque eo quidem vsque humiliatus, vt Romanorum Imperator Augustus Cæsar, orbis nostri alterum caput, consanguinitate illum attingens, cum summa sedis gloria, ante genua legati Apostolici procidens non ante surgendum putauerit, vel finem obsecrationibus imponendum, quam pœnitenti & satis pro iniuriis facienti pœnarum abolitionem restitutionemque est consecutus. EVGGER *lib. V. c. XVIII. p. 759.*

53) Hæc ex Actis publicis plenius declarat MÜLLERVS *p. III. c. XXIV.* De eodem etiam legi meretur PLATINA *in Panegyrico in laudem Bessarionis.*

54) De his plenius MÜLLERVS *lib. III. c. XXV. XXVI. XXVII. XXVIII. XXIX. XXX. XXXI.* Recessum Viennensem exhibet SCHILTERVS *Instit. Iur. Publ. Tom. II. p.* 106.

55) MVLLER *p. IV. c. I. §.* 3.

56) Principes in hoc conuentu præsentes recenset HAGECIVS *Bohm. Chronic. p.* 299. De eodem agit WERLICH *Augspurg. Chronic. p. II. p.* 200. MVLLER *c. l. §.* 4.

57) Extat illud apud CZECHOROD *lib. VI. cap. I. p.* 702.

58) Verba sunt GOBELLINI *lib. V. p.* 125.

59) GOBELLINVS c. l. *Albertus marchio Brandenburgensis requisitus apud fratrem Electorem, ad id operam dare, daturum se promisit, veritus si negaret, ne rex erga Ludouicum hostem suum propensior fieret. Conuentus ob eam causam frequentes habiti, modo Noremberga, modo Bamberga, postremo apud Egram rex ad se principes conuocauit: quo in loco Federicus marchio Brandenburgensis princeps Elector, rogatus de Imperio quid sentiret, an Bohemo videretur committendum? Malim, inquit, mori, quam huic petitioni consentire, dissoluta conuentio est. Rex deinceps hæreticis aperte fauore, lites inter Germanos nutrire, imperatori magis ac magis insidiari.* Patet hoc ex litteris Gregorii Heimburgensis, qui Sigismundi Austriæ Archi-Ducis erat Consiliarius, ad Ioannem Caltamum apud CZECHOROD *Marte Morauico lib. VII. c. II. p.* 721. vbi inter alia: conclusum fuisse dicit: *vt sedatis omnibus guerris, & ciuilibus discordiis, optata tandem pax instituatur per totum Imperium, deputeturque vnus ex Principibus potentioribus, eius protector & Conseruator. Omnium autem vota & animi feruntur in vestrum Regem. Et merito: nam quis est inter Principes Imperii, cuius authoritas & potentia tanta sit, vt partam pacem conseruare, tantique nominis decus & famam cum dignitate tueri queat? ipsi vires opesque, & contra turbatores pacis, miles in armis exercitatus in promptu sunt; spectata quoque prudentia & magnanimitas, rerumque gestarum magnus vsus. Nec detrectat ille sed simul administrationem Imperii, summa cum potestate, sibi conferri vult. Suntque multi, ac imprimis Ludouici duo, Bauariæ Dux & Hassiæ Landgr. Bambergensis Episcopus, & Electorum Moguntini, Palatinique, Archiepiscopi item Salisburg. Comitis Wirteberg. & ciuitatum Norimbergæ, Ratisbonæ, Augustæ legati: qui id ei attribuendum minime dubitant; quum Imperator nequeat subfacere officio suo, domesticis turbis implicitus, & vix iis sustinendis par. Sed diuersum sentit Elector Brandeburg. cum quibusdam paucis: qui nequaquam existimant Imperatoriæ Maiestati vsque adeo derogandum, vt ei, relicto insufficienti, socium Imperii, vel prorsus moderatorem adiungant.*

60) De hoc MVLLER *p. IV. c. III.*

61) Sic enim Papa ad Procopium de Rabenstein: *moneas vt sit regno suo contentus: aliena iniuste non quærat, ingrata enim sunt Deo via huiusmodi, & hominibus multum non placent: gratiam & bonum nomen in Ecclesia quærat.*

62) Hoc ex Msto quodam antiquo demonstrat MVLLER *p. IV. c. III. §.* 5.

63) Extat hoc Electorum scriptum ad Imp. apud MVLLERVM *p. IV. c. VII. §.* 2. WENCKERVM de Archiuis *p.* 379. *geben under unsern zu rugk auff getruckten Insigeln, zu Nurmberg am Sonntag Reminiscere Anno Domini* 1461. Exponuntur in iisdem caussæ *das in den H. R. Reiche und bevoran in Teutschen Landen es leider langtzeit her, in beden Stenden bede Geistl. und Weltlichen vbel gestanden hat, disbalb, das es mit gebürlichen Regierungen nit versehen worden ist, alwol nott were, kein gemeiner Fri-* de

desuper protestantibus, effectum non fuit sortitus. 64)

§. XL. Dum hæc aguntur, Albertus Austriacus cum Ludouico Bauaro a. 1461. arma capiunt contra Imp. caussati iniquam terrarum diuisionem, atque Austriacorum querelas, qui priuilegia sua ab Imp. infringi contendebant. Albertus etiam Viennam obsidebat, verum interuentu legatorum Bohemicorum, Zdenkonis a Sternberg, Procopii de Rubstein Cancellarii, Ciboris de Cymburg, & Hynkonis iunioris de Lippa d. 11. Decembri 1462. omnia composita fuit controuersia. 65) Inde cum Ludouico Bauaro bellum gerebat. Hoc, ob laceratas Noribergæ litteras Imperiales Alberto Brandenburgico super Burggrauiatu Noribergensi concessas, quod Cæsari ob causam Donawerthensem adhuc esset infensus, 66) Maiestatis reo declarato, ciues regni, superioris Germaniæ contra ipsum concitabantur, 67) Immo ipse Imp. missis litteris Ludouicum diffidabat, 68) conuocatis in Comitiis Noribergensibus 1461. Imperii auxiliis, constituto Alberto Brandenburgico Præfecto Imperiali, 69) qui hinc inde terras inuadebant, cæde ac rapinis omnia adimplentes. Et licet per Georgium, Bohemiæ Regem, Pragæ omnis controuersia fuisset composita, 70) continuabatur nihilominus bellum, idque in conuentu Vlmensi 1462. Imperii nomine decernebatur. 71) Vario Marte pugnabatur, ad Hochstedtium, Neustadtium, Gundelfingam, inferiores Boii, 72) qui tamen ad Gingam XIX. Iulii 1462. victores. 73) Accesserat Ludouico Fridericus Palatinus, qui contra Carolum Badensem, Georgium Metensem & Ioannem Spirensem Episcopos. prœlio ad Heidelbergam in campo latissimo non procul a Ladenburgo, iuxta villam Seckenheim, super flumine Neckar. felix, quo Badensis, Metensis & Würtenbergicus capti fuerunt, 74) erecto in loco victoriæ

de gehantthabt, auch die Gericht und Recht ungeordnet, nit furderlich gehalten vollzogen und eingebracht sein. Inde inuitatur ipse: *und bitten auch dieselb euer Maiestet mit demüttigem fleis, von unsern und andern unsern mit Curfursten wegen, das euer Gnade alle ander Sache auffzuschlahen geruhe, und umb solicher gemeiner Notdurfft willen, als vorsteet, gen Franckfort auff den Sonntag nach Pfingsten nechst kompt in eigner Person kommen, und nit ausbleiben welle.* Harum litterarum copiam ad Argentoratenses mittit Imp. hoc addito: *Vnd nachdem wir uns aber in dem Regiment unsers Keys rl. Standes und Wesen bisher in allweg haben verhalten, befremdet uns solich Ir schreiben, und furnemen nit unbillich, und so viel mehr, die unser Keyserlich gewaltsam und Oberkeit anrühren ist:* Et paullo post: *Wann Ir selbs wol versteet, das solche ire fürnemen und newigkeiten grosse und swere aufrüren in dem H. Reich machen, und ewer aufsehen, auf uns als Ræmischen Keyser und unser Keyserlich Oberkeit habet. Datum zu Gretz in den H. Oster-Firtagen Anno Domini* 1461. Conuocat inde Ciuitates Imperii ad diem Bartholomæi Noribergam WENCKER p. 384. Facit hoc potissimum *Gespræch zwischen Kayser Fridrich den III. und Georg Podiebrad Kænig in Bæhmen Gundlingiana. XI. Stück p.* 209.

64) Hoc ex actis scriptisque publicis plenius declarat MVLLERVS *p. IV. c. VII.* §. 3.

65) FVGGER *lib. V. c. XIII. n.* 11. ROO *lib. VII. p.* 227. de Alberto: *igitur arma iterum in fratrem sumens, iniquam hæreditatis diuisionem, ac Austriæ priuilegia ab ipso violata, causam bello pratexit. Ludouicum Palatinum sibi adiungit, & præter Austriacorum opes, Hungariæ & Boemiæ regum auxilia, non defutura sibi promittens, milites conscribi iubet, quibus ad conueniendum locum edicit ad D. Hippoliti fanum.* MVLLER *p. IV. c. XIII.* CZICHOROD *lib. VI. c. II. p.* 724. Extat compositio apud du MONT *Tom. III. p. I. p.* 278.

66) De qua supra §. *XXXII.*

67) TRITHEMIVS Chr. Hirsaug. ad a. 1458 *post hæc in Dieta quadam Nürenbergæ habita, Marchio Albertus, Ludouico Duci Bauariæ litteras & priuilegia, quæ contra eum a Friderico impetrauerat, iuxta prius concordata, in prætorio Senatus restituit, quas ille mox coram omnibus publice lacerauit. Quod cum in notitiam Cæsaris peruenisset, iratus est, & Ducem Ludouicum reum læsæ Maiestatis declarauit; cuius rei occasione multiplicata sunt mala super terram.* Idem TRITHEMIVS ad 1459. *anno item præsignato, Fridericus Imperator III. mandauit Ciuibus Regni, vt arma sumerent in Ludouicum Ducem Bauariæ cognomento Diuitem, quem propter laceratas Nürenbergæ litteras Imperiales, vt paulo ante diximus, læsæ Maiestatis reum declarauerat. Simile mandatum dedit Alberto Marchioni Brandenburgensium, & nonnullis aliis in vicino Comitibus. Ciues ergo Regni omnes in superioribus Germaniæ partibus (præsertim Nürenbergenses) mandato Cæsaris obedire parati, arma capiunt, & Marchioni Alberto contra Ducem Ludouicum Bauariæ auxilia imperata transmittunt.* GOBELLINVS *lib. III. p.* 62. FVGGER *lib. V. c. XIV. n.* 1.

68) Extant hæ litteræ diffidationis apud FVGGERVM *n.* 2.

69) Acta huius Conuentus exhibet MVLLER *p. IV. c. XII.*

70) TRITHEMIVS ad a. 1459. *Dux igitur Ludouicus accepto nuntio diffidationis a Marchione Alberto & Ciuibus Regni, magnum rursus Bauarorum & Bohemorum contraxit exercitum, & ingressus terram Marchionis, oppida, Castella, munitionesque illius cepit, plurimas villas incendit, prædam abduxit, & damna pauperibus multa fecit. Non diu postea cum Ludouicus Dux pro quibusdam negotiis intrasset occulte Bohemiam, innotuit Marchioni absentia eius a patria. Vnde contractis copiis & auxiliis Ciuium, terras eius ingreditur, & pari furore omnia vastans, rapiens & incendens resistente nullo demolitur. Tandem per Bohemiæ regem ad concordiam reuocati sunt, & oppida sibi restituerunt ablata.* De ipsa vero compositione Pragæ facta ex Actis publicis MVLLERVS *p. IV. c. XVI.* plenius, & qua ratione de eadem non seruata vnus alteri imputauerit *c. XIX.* FVGGER *lib. V. c. XIV. n.* 4.

71) De hoc MVLLERVS *p. IV. c. XIX.* §. 2.

72) FVGGER *lib. V. c. XIV. n.* 5. 6.

73) FVGGER *lib. V. c. XIV. n.* 9.

74) TRITHEMIVS *Chr. Hirs. ad a.* 1460. 1462. FVGGER *lib. V. c. XIV. n.* 7. GOBELLINVS *lib. IX. p.* 220. NAVCLERVS *p.* 1092. MVLLER *p. IV. c. XXII.* §. 5. Ipse Fridericus eadem victoriæ die eandem Ludouico Bauariæ Duci narrat, quam epistolam FREHERVS exhibet *notis ad Trithemii gesta Friderici p.* 26. De eadem agit ANTONIVS FINARIENSIS *de dignitate principis.* CHRON. ELWANG. ad a. 1462. *Capitanei serenissimi Imperatoris Friderici, Albertus Marchio Brandenburgensis, Carolus Marchio Badensis, Vlricus Comes de Wirtenberg, nec non ciuitates Imperiales deuastarunt plura castra & villas, scilicet Monhaim, Greisbach, Helenstain; ciuitatem Gundelfingen magna vi oppri-*

riæ monumento. 75) Tandem vero in conuentu Noribergensi ad diem Mariæ Magdalenæ 1462. instituto, induciæ ad VI. Augusti vsque 1463. fuerunt conclusæ. 76) Inde mediante Ruperto Coloniensi, fratre Friderici Victoriosi, die Iouis post Dominicam Quasimodogeniti 1463. inter Adolphum II. & Capitulum Moguntinum atque dictum Fridericum Victoriosum Moguntiæ induciæ fuerunt conclusæ. 77) Demum interuentu Georgii Bohemi, omnis controuersia in Conuentu Pragensi a. 1463. fuit composita. 78) captiui Principes, data pecunia, liberati. 79) Licet Pius II. Papa Philippum Burgundiæ Ducem contra Fridericum Palatinum concitare conaretur. 80)

§. XLI. Recruduit statim bellum inter Cæsarem & Albertum. Albertus a. 1462. cum suis Viennam venit, cum quo propius muros subeunte, manum conseruerunt Cæsareani, Albertumque retrocedere coëgerunt. 81) Dum autem Austria latrociniis vexaretur, decreta ad Cæsarem legatio pro iisdem abolendis. Viennenses etiam Cæsari semper infesti, in duas diuidebantur factiones. Senatus & potior pars, Cæsari studere videbatur, reliqua multitudo cum Holzero Consule, & proceribus ab eo deficientibus sentiebat. Cæsar igitur quatuor equitum millibus stipatus, Viennam ire maturauit. Vrbe exclusus, ad D. Marci diuertit. Mox vero ciues, pœnitentia ducti, impunitatem eius rei pacti, ipsum intromittunt. Cæsar rerum gubernacula suscipiens, Magistratum ad ciuium nutum mutat, atque exacto ab iis fidei iuramento, Stirios abire iussit. Vix egressis vrbem Stiriis, noui iterum in plebe tumultus exorti sunt. Erant aliquot milites in agro Viennensi, qui Cæsari prioribus bellis, pars & Alberto stipendia fecerant. Hi solutionem importunius efflagitabant, eaque non ad plenum exhibita, agros infestabant. Eam rem acerbius exaggerantes, assiduas ad Cæsarem querelas deferebant. Cæsar a pecunia imparatus, siue, quod Viennensium animos experiri vellet, sex aureûm nummûm millia ab iis mutua petit, quibus de suo tantundem adiiciens, hoc incommodum auerteret. Negata ea pecuniæ summa, ad dimidium eius descendit; quod & ipsum cum non exhiberetur, iratus & memorem se fore minatus, neque cum militibus transigere curauit, neque eorum rapinas inhibuit. Iamque illi vindemiantibus molestiam exhibebant, neque vinum in vrbem importari permittebant. Igitur qui Alberto clam fauebant, hanc occasionem, quam vltro quæsiuisse videri poterant, arripientes, operas primum, & de plebe homines, quorum ob inopiam tutior est audacia, in Cæsarem concitant, qui multa in ipsum probra vulgantes, cæterorum animos, ad res nouandas accenderunt. 82) Mox coacto cœtu decernitur, Cæsari renunciandam esse fidem, omnemque ex publicis vectigalibus & portoriis pecuniam, in suum ærarium redigendam, 83) Cæsar, qui cum vxore ac liberis in palatio agebat, vbi hæc audiuisset, antequam seditio longius progrederetur, occurrendum ratus, Vdalricum Riedererum & Graueneccium in curiam vrbanam ad eos misit, qui, vt in officio manerent, eos admonerent, qui tamen ab iisdem capti fuerunt, 84) quin & ipsum Imp. cum fami-

opprimebant, sed non obtinebant. Carolus Marchio Badensis cum fratre suo Episcopo Metensi, & Vlricus comes de Wrtenberg, cum multis suis armigeris intrauerunt territorium Palatini, & prope Haydelbergam ipsi tres pranominati domini vna cum armigeris a Palatino Haydelbergensi capti & detenti Haydelbergam ducuntur, & incarcerantur quasi per annum, & postea per aliquam summam pecuniarum liberati reuertuntur ad prouincias suas mæstissimi.

75) Victoriæ locum vna cum monumento ibidem posito describit FREHERVS *Origg. Palat. lib. I. c. VII. p. 78.* & *notis ad Trithemii gesta Friderici p. 27.* dicens: *vbi in agro prælii conflictio, crux lapidea erecta visitur, hac inscriptione: Als man zalt nach Gottes geburt MCCCCLXII. Iahr, auff S. Paulus gedaechtnis tag, seind auff dieser Walstatt durch Hertzog Friderich Pfaltzgraven bey Rhein und Churfürsten, nidergeworffen worden, Herr Iorg Bischoff zu Metz, Marggrave Carl von Baden, und Grafe Vlrich von Wirtenberg, mit einer mercklichen zahl ihrer Diener, Graven, Herrn und Knecht. Vnd denselben die in solchem geschefftte todt blieben seind, wolle Gott barmhertzig sein.* Eadem habet PAREVS *Historia Palatina p. 232.* qui hoc addit Eteostichon Teutonicum:

Als ein A mit eim I gezieret,
Vier Huffeisen vvarden formiret,
ein Axt und der Apostelzahl,
geschach die Schlacht am Neckerthal,
daschlug und fing ein iunger Pfaltzer,
ein Bader, Iager, und Saltzer,
Friedrich der Siegreiche vvol genannt,
der Churpfaltz zier durch alle Land.

76) FVGGER lib. V. c. XIV. p. 637. MVLLER p. IV. c. XIX. CHRON. ELVVANG. ad a. 1463. *circa festum Iacobi in ciuitate Praga coram rege Boemo facta est concordia inter serenissimum Imp. Fredericum cum complicibus suis, cum ciuitatibus Imperialibus parte vna, & Ducem Ludwicum de Landshutte cum complicibus parte ex altera.* du MONT *Tom. III. p. I. p. 274.*

77) Extant apud LVNIGIVM *Spicil. Eccles. Forts. I. Theils p. 84.* & du MONT *Tom. III. p. I. p. 283.*

78) De hoc conuentu MVLLERVS *p. IV. c. XXXI.*

79) GOBELLINVS p. 295. *Metensi episcopo aureorum quinquaginta millium imposita mulcta est: marchioni Badensi centum millium: tantundem comiti Wrtembergensi, reliqui nobiles pro suis facultatibus & vltra mulctati. Amplius marchioni, & comiti munitissima adempta castella, & quædam ita dimissa, vt pro illis homagium facerent, & tanquam Palatini vasalli in eius verba iurarent.* FVGGER *lib. V. c. XVII. n. 3.* Promouit horum liberationem Pius II. Papa, prout ex epistola ipsius *CCCLXXXII.* patet.

80) Extant Litteræ Papales desuper scriptæ apud MVLLERVM *p. IV. c. XXXI. §. 2.*

81) GERH. a ROO *lib. VII. p. 228.*

82) ROO *c. l.* FVGGER *lib. V. c. XV. n. 2.*

83) ROO *lib. VII. p. 231.* extant litteræ, quibus Imp. obsequium renuntiant, apud FVGGERVM *lib. V. c. XV. n. 3.* ex hoc MVLLERVS *p. IV. c. XXIII. §. 5.*

84) ROO *lib. VII. p. 232.* GOBELLINVS *lib. X. p. 24.*

85) ROO

familia sua in arce obsidebant, insolentius etiam agentes, neque vllum ex maioribus tormentis exonerabant, nisi ingens clamor, tubarumque ac tympanorum clangor prius exaudiretur. 85) Accedebat Albertus, qui concluso cum Viennensibus fœdere biennali, Cæsari fratri bellum indicit. 86) Mittebantur ab Imp. legati, qui indicto Nouembri mense 1462. Ratisbonam conuentu, a Georgio potissimum Bohemorum Rege auxilia ab Imperio petunt, quæ inde illius nomine fuerunt decreta. 87) Petiit etiam ab ipso Georgio auxilia, quæ per Victorinum filium submisit, 88) ipseque Rex cum octo millibus insequebatur. 89) Hic etiam Rex hoc ob auxilium diuersis priuilegiis ab Imp. fuit donatus. 90) In conuentu igitur ad Neoburgum indicto, per Georgium Regem in hunc modum pacis legis fuerunt confectæ, vt captiui vtrinque liberi dimitterentur, Albertus arces, oppida, ditionesque omnes bello occupatas fratri restitueret, Austriæ inferioris gubernationem, vicario nomine, ad annos octo gereret, quatuor ducatorum millia quotannis fratri exolueret. Aegre annuit Cæsar, indeque obsidione, dum multam famem fuisset perpessus, liberatur. 91) Interim neque bello occupata Cæsari restituuntur, neque hic illi gubernationem, prout constitutum erat, attribuit, vtrinque igitur bellum paratur, Cæsareani in vincula coniiciuntur. Albertus autem in Comitiis 92) Ratisbonensibus 1463. non solum proscribitur, sed a Papa etiam excommunicatur. Fit atrox ad Neapolim prælium.

85) ROO *p.* 235. FVGGER *lib. V. c. XV. n.* 4. IAC. VNRESTI *Chron. Austriacum p.* 552.

86) ROO *lib. VII. p.* 236.

87) FVGGER *lib. V. c. XV. n.* 5. 6. Hæc ex Actis publicis plenius demonstrauit MVLLERVS *p. IV. c. XXIII.* §. 10. 11. 12.

88) ROO *p.* 237. FVGGER *lib. V. c. XV. n.* 5.

89) FVGGER *lib. V. c. XV. n.* 8. ROO *p.* 237. CZECHOROD *lib. VI. c. II. p.* 729.

90) Tale est *datum in noua Ciuitate, die vicesima prima mensis Decembris, Anno Domini Millesimo quadringentesimo, sexagesimo secundo* apud GOLDASTVM *de Regno Bohemiæ Append. Docum. p.* 109. apud CZECHOROD *lib. VI. c. IV. p.* 772.. *hac itaque tempestate, postquam Ciues Viennenses, & nonnullos Nobiles Ducatus nostri Austriæ, subditos nostros debitæ subiectionis immemores, & præstitæ fidelitatis sacramenta violantes non sine magna iniuria nobis rebellare, & se insolenter opponere, & crimen læsæ Maiestatis incurrere non puduit; extunc Serenissimus Georgius Bohemiæ Rex &c. Affinis noster charissimus, cum Regni sui Baronibus, Proceribus, Nobilibus, & aliis Regnicolis, quantocyus arma coadunare potuit, nobis ad ferendum auxilium præsidiumque, Austriam potenter, grate & opportune aduenit: vbi de manibus infidelium nostrorum subditorum, hostium immanium, felicibus auspiciis, saluti & liberationi nostræ prono animo subuenit. Quo profecto erga nos & Imperium sacrum amoris & beneuolentiæ non mediocre præstitit argumentum.* Hinc etiam Imp. Georgii filios Victorinum, & vtrosque Henricos constituit Duces Münsterbergenses, prout Diploma habet a. 1462. *Cuius Georgii Regis eiusque filii illustris Victori Munsterbergensis Ducis ope & virtute singulari nos cum charissima Coniuge Leonora Augusta Consorte nostra, Duceque Maximiliano filio nostro charissimo vi armorum, insultu turbulentæ obsidionis, qua in castro ciuitatis nostræ Viennensis liberati ad augendos & amplificandos vestros honores non immerito afficitur & inclinatur nostra Maiestas.* Licet postea Georgius Rex in litteris suis Pragæ de a. 1466. Cæsarem de eo increpet, scribens: *O Cæsar Auguste! hanc pro tot nostris in nos bene meritis gratiam rependitis nobis? haccine gratitudo vestra pro restituta libertate, quam nostro beneficio recuperatis! quando in angustiis castri Viennensis constricti, per antra prospexistis, velut auis cauea conclusa cupiens euolare: fremuit in paruis fera nobilis abdita claustris. Nostri vero, pugna super mœniis ciuitatis commissa, licet primo impetu victoria potiti non sint, tamen rem eo perduxerunt, vt personam vestram pristinæ libertati, ac Imperiali solio restitueremus, à cunctis tunc subditis necessariisque derelictam. Tunc aliam cantilenam cecinistis.* Imp. etiam Victorino Comitatum Catimelenbocensem, post Philippi, tunc temporis defuncti, mortem, in feudum contulit, quem is deinde Henrico, Hassiæ Landgrauio vendidit. CZECHOROD *lib. VI. c. II. p.* 733. qui etiam addit: *Insuper quadraginta aureorum millia, Cæsar in expensas belli Regi assignauit: & cum statim habito Korneoburgi primo deinde vt dixi, Encesdorffii familiari colloquio, mediam pecuniæ eiusmodi summam numerari iussit. Promisit etiam, allaboraturum se diligenter, vt Sedi Apostolicæ Regem reconciliaret: quam ob caussam non multo post, Wolfgangum de Roggendorf Romam misit.* Super altera dimidia summa, dum eam soluere tergi versaretur Fridericus, multa Bohemi querela, de quo GERH. A ROO *lib. VIII. ad a.* 1466. CZECHOROD *lib. VI. c. V. p.* 785.

91) NAVCLERVS vol. II. Gen. XLIX. p. 1094. *Anno salutis* 1463. *Imper. Fridericus obsessus est in arce Viennensi a ciuibus, quibus auxilio frater Dux Albertus erat; oppugnabatur autem arx bombardis & omni genere tormentorum, vidisses impleri fossas, admoueri scalas, cominus eminusque pugnam misceri vulneribus & sanguine multo rem geri. Vnde coactus fuit auxilium a rege Bohemiæ Georgio, qui se ante pro hæretico declarauerat, postulare, immo Pio Pontifici Max. scribere, ne interim in Georgium, quamuis hæreticum se declarasset, iuris pœnas fulminaret, quod necessitate cogente Pontifex admisit. Liberauit Bohemus Fridericum, arte vsus, vt neque periret, neque vinceret.* Idem dicit TRITHEMIVS *ad a.* 1463. GOBELLINVS *lib. X. p.* 241. ROO *p.* 238. Ipsum pacis instrumentum exhibet FVGGERVS *lib. V. c. XV. n.* 8. MVLLER *p. IV. c. XXIII.* §. 21. qui etiam varia alia scripta publica de hac materia inseruit.

92) GERH. a ROO lib. VII. p. 240. *interim principes ac Status Imperii circa festos resurrectionis Dominicæ dies, Comitia Ratisbonæ habebant, de quorum consilio & consensu, Cæsar publico edicto, fratri aqua & igni interdicit, omniaque commoda, quæ ab Imperio habebat, omnesque tam intra quam extra Austriam ditiones adimit. Odium illi apud principes præter Cæsarem ipsum concitabant Viennenses quos dixi ciues, qui eo profecti, & in Consilio auditi, iniuriam, carceres, exilia, bonorum direptiones inopiamque ac miserias suas exaggerabant. Albertus hoc modo ab Imperio proscriptus, appellationem ad Rom. Pontificem interposuit. Is erat Pius Secundus, qui quod vtrumque fratrem domestice nouisset, tantum aberat, vti Alberti caussæ patrocinaretur, vt & ipsi & cæteris omnibus, quotquot Cæsarem Viennæ obsederant, aut obsidionem adiuuerant, sacrorum vsu interdixerit, & sacri ordinis viris iniunxerit, ne quenquam illorum, nisi audita prius & discussa abs se caussa, sceleribus expiarent. Albertus igitur, conuocato ex senatoribus iisque proceribus* quo

-um, 93) & licet sæpius, per Sigismundum Austriacum, Ludouicum Bauarum, Eleonoram etiam Augustam, Papam, pax fuisset tentata, 94) eademque inter Fridericum Imp. & Ludouicum Bauarum Pragæ a. 1463. conclusa, 95) ipsa tamen hæc controuersia, nonnisi per mortem Alberti, quæ IV. Nonas Decembris 1464. non sine suspicione veneni, insecutam, fuit sopita. 96) Sequentis anni initio habito Lintzii conuentu, Sigismundus tertiam Austriæ partem, ex Ladislai Regis morte ad se deuolutam Cæsari patrueli dono dedit. 97) Hinc Austria Friderico iterum conciliata, atque Viennenses ipsi supplices facti, in gratiam eius fuerunt recepti, 98) latrociniaque in Austria abrogata. 99) Eodem anno 1463. inter Fridericum III. Imp. atque Matthiam, Vngariæ Regem fœdus fuit conclusum, vt Fridericus Matthiam pro filio adoptiuo, hic istum pro patre haberet, & si Matthias sine filiis succederet, iste Fridericus vel vnus ex filiis ipsi succederet. 100)

§. XLII. Finitis hisce turbis intestinis, de pace publica cogitabat Fridericus, ideoque a. 1466. Comitia in festo Purificationis Mariæ Vlmam indicebat, 1) quæ eodem anno ad diem Lætare Nordlingam fuerant translata, ibidemque pacis publicæ formula fuit proposita. 2) Defuncto paullo post Pio II. 3) ipsi suffectus Paulus II. ad bellum contra Turcas Principes Christianos concitare conabatur, 4) huiusque instinctu, Comitia Noribergam eodem adhuc anno 1466. indicebantur ad diem Martini habenda. 5) Fridericus ob domesticos motus in Austria retentus, ipse Vdalricus Pataulensem, epistolarum magistrum, eo cum mandatis miserat. A Pontifice aderat Laurentius, præsul Ferrariensis, vir pietate ac rerum vsu, prudentiaque insignis, qui luculenta oratione latina Principes ad bellum Turcicum cohortabatur, quæ vernaculo sermone exponebat Pataulensis. 6) Post varias deliberationes, Imperii nomine viginti militum millia fuerunt decreta, ita tamen, vt Pontificis ope pax prius inter Christianos confirmaretur, 7) quæ etiam ad quinquennium

qui aderant consilio, adhibitis quoque Gymnasii magistris, ad Pontificem melius (vt loquuntur) informandum denuo prouocat: de quo non dubitaret, quin negotio propius inspecto, & causæ æquitate cognita, longe aliter sit iudicaturus. FVGGER *lib. V. c. XVI. n.* 2. MVLLER *p. IV. c. XXV.*

93) ROO lib. VII. p. 249. *iisdem diebus, quibus Albertus Vienna abfuit, Wolfgangus Schauenburgicus vrbis Præfectus, adscitis Venceslao & Smicoscio Boemis, in agrum Neapolitanum educit, peditem in insidiis locat, equitum expeditam manum ad ciuitatem propius accedere, & sub ipsis mœnibus obequitare, hostemque lacessere ad pugnam iubet. Cæsariani contra illos egrediuntur, quibus initio repugnantes, mox quasi numero superari se videntes, fugere paulatim incipiunt, donec auidum insequendi hostem, ad insidiarum locum pertractum, integra & recentes copia aggrediuntur. Committitur atrox pugna, multi vtrinque cadunt. Cæsariani amissis Ioanne Preisingico Mariscalco, & Comite quodam a Gleichen, viris fortissimis, cedere coacti, in ciuitatem se recepere. Wolfgangus cum suis Viennam reuersus est.* FVGGER *lib. V. c. XVI. n.* 8.

94) Qua ratione Sigismundus & Ludouicus vtrosque fratres componere tentauerint, docet FVGGER *lib. V. c. XVI. n.* 3. De Papa *n.* 7. Sic etiam GERH. A ROO lib. VII. p. 248. *Interim Albertus, Scherdingam ad Ludouicum Bauariæ principem, cum paucis proficiscitur, & quæ volebat cum eo collocutus, Salisburgum inde ad legatum pontificium pergit. Is tum Neapolim ad Cæsarem abierat, sed relictus illic Gabriel quidam, Bernardini ordinis frater, conditiones illi nonnullas obtulit, a legato compositas, quibus pacem fieri posse sperabat. Vrgebant hoc negotium principes aliquot, ac proceres, inprimis vero Eleonora Imperatrix, & vtriusque principis soror germana, Margaretha Caroli Badensis reguli vxor. Sed nihil ab Alberto impetrari potuit, qui infecto negotio Linzium abiit.* Idem p. 249. *Albertus iterum Linzii de pace interpellatus, inducias aliquot dierum concessit, id quod Augustæ precibus dedisse videri volebat.* Vid. etiam ROO *lib. VII. p.* 251. 255. FVGGER *lib. V. c. XVII. n.* 4.

95) Extant litteræ pacis inter Fridericum & Ludouicum apud FVGGERVM *lib. V. c. XVI. n.* 9. & MVLLERVM *p. IV. c. XXVIII.* & potissimum *c. XXX.*

96) ROO lib. VII. p. 255. *cum igitur multa pacis consilia agitarentur, & Fridericus, adnitente inprimis Legato, iam eo perductus esset, vti recepta omni Austria ingentem fratri pecuniam certis pensionibus persoluendam transcriberet, is vero repudiatis conditionibus bellum instauraturus videretur, Deus optimus maximus, id quod humanis consiliis deesse videbatur, sua voluntate effecit. Albertus enim subito quodam morbo correptus obiit quarto Nonas Decembris, & quinto die post ad D. Stephani maiorum sepulchro illatus est. Mortem eius partim vltioni diuinæ, partim veneno imputarunt, alii ob vitæ incontinentiam apoplexia percussum putauere. Veneni suspicionem faciebant medici, qui signa quædam in eius corpore deprehensa esse adfirmabant, idque apud vulgus semper in deteriorem partem magis pronum obtinuit. Sed quæstione eius rei instituta, Pharmacopœus quidam, & alii nonnulli ob suspicionem in carcere habiti, pro innocentibus absoluti sunt.* FVGGER *lib. V. c. XVII. n.* 7. MVLLER *p. IV. c. XXVII.* §. 11.

97) ROO *lib. VII. p.* 257. FVGGER *lib. V. c. XVIII. n.* 3.

98) ROO *p.* 258. *sqq.* FVGGER *lib. V. c. XVIII.*

99) FVGGER *lib. V. c. XVIII. n.* 4. ROO *p.* 261.

100) Extat apud LEIBNITIVM *p.* 422. BONFINIVM *Rer. Vngar. Dec. IV. lib. IX. p.* 477. du MONT *Tom. III. p. I. p.* 286.

1) De his Comitiis Vlmensibus MVLLERVS *p. IV. c. XXXIII.*

2) De his MVLLERVS *p. IV. c. XXXIV.*

3) De hac morte IACOBVS PAPIENSIS Comment. *lib. I. p.* 359. TRITHEMIVS *ad a.* 1464. NAVCLERVS *p.* 1095.

4) Extant Pauli II. litteræ ad Philippum Burgundiæ, & Ernestum Saxoniæ Ducem desuper scriptæ apud MVLLERVM *p. IV. c. XXXV.* §. 3.

5) Status, qui in hisce Comitiis comparuerint, recenset MVLLERVS *p. IV. c. XXXV.* §. 4.

6) ROO *lib. VIII. p.* 268. FVGGER *lib. V. c. XIX.* §. 4. MVLLER *p. IV. c. XXXV.* §. 6.

7) Extat Recessus horum Comitiorum apud GOLDASTVM *Statutis Imper. p.* 213. & *Reichssatzungen p. II. p.* 159. SCHILTERVM *Instit. Iur. Publ. Tom. II. p.* 137. MVLLERVM *p. IV. c. XXXV. p.* 224. in quo hæc verba: *das in dem schierest künfftigen Summer ein mercklich Volck zu Roß und Fuß,* mit

nium fuit ftatuta. Paulus II. Papa etiam Fridericum contra Georgium, Bohemiæ Regem quem tanquam hæreticum condemnauerat, concitabat. 8) Idem per nuntium fuum Fantinum de Electoribus, aliisque Imperii Statibus in Comitiis Noribergenfibus anno 1467. fed fruftra, tentabat. 9) Miferat ad hæc Comitia Georgius legatos fuos, Albertum Koftkam, & Benesfium de Weitmille, ac per eos, fe in hanc expeditionem copias quoque Bohemicas, & militem contra Turcas probe exercitatum, educturum promifit, fi modo prius Pontificis ira delinita, ac inteftinis motibus fedatis, publicæ domi quieti profpicere poffet: actæque funt idcirco ei gratiæ omnium Principum nomine, ac deftinati legati, qui Romam pergerent, & Regem Pontifici iterum conciliarent. 10) Immo, non deerant, atque inter hos Ludouicus Dux Bauariæ, qui Georgium potius Regem Romanorum effe creandum, quam Regno Bohemiæ mouendum arbitrarentur. 11) Licet magna Bohemorum atque Morauorum pars a Georgio receſſerit, qui etiam conuentu ea de re Iglauiæ habito, primo omnium in Imperatorem, vt vel pro fe, vel pro filio Maximiliano, Regnum capefferet, magno affenfu inclinabant: ad quem idcirco legatos, quorum Zdencko a Sternberg antefignanus erat, miferunt. Verum ille penitius hæc confiderans, nil aliud, refpondit, nifi negotium hoc arduum effe, ideoque magna deliberatione egere. Verebatur enim, ne per hoc, noua aliqua fe & fubditos populos, iam a viginti & amplius annis affiduis fere bellorum incommodis afflictos implicaret difficultate & clade: Metus quoque erat a domefticis, quæ adhuc glifcebant, turbis; ne fi recrudefcerent, vtrisque ferendis impar effet. 12) Agebatur in iisdem de modo expeditionis contra Turcas, & milite Imperiali contra eosdem educendo, nouo etiam conftituendo Imperiali iudicio ad tuendam pacem publicam, quod ex XXIV. Adfefforibus conftaret, qui ex fex partibus Germaniæ conftituti fuerint. Sed, diftractis Statuum animis, re infecta ab his Comitiis fuit difceffum, cum præfertim Ciuitates in matricula tunc confecta, onere nimio in Collegium fuum deuoluto, fe læfas effe conqueftæ, his, quæ conclufa erant, nollent ftringi. 13) Imp. demum Neoftadti Auftriæ pacem iftam publicam ad quinquennium ftatutam confirmat. 14) Ele-

mit namen uff das mynft zwentzig tufend Mann, fechs tufend zu Roff und viertzehen tufend zu fuff, die in der Were gefchickt, und mit Harnifch, Püchfen, und anderer Sachen darzu gehœrend, wol verfehen fin und dem Edlen Herrn Vlrichen, Freyherrn zu Grafneck, als einem Keyferl. Hauptmann mit der hernach fchriben Vnterfcheid zu taglichem Krieg befohlen, und in das Kænigreich Vngern gefendet werden gegen den Türcken, und finer Haubtmanfchafft zu handeln, Et paullo poft: *und uff das die Houbt und Glider Kriegs und Vffrur vertragen, und deshalb gantz ungehindert dem Türcken deft lœblicher Wiederftand gethon werd, fo follen fie undereinander allenthalben ein gemein Frid halten, und der Keyfer darzu allen und ieglichen Vnderthonen des Reichs den Fride by groffen Penen zu halten, gebieten fünff Iore, die nechftfolgend vverende, alfo, daff do zvvifchen Niemand gegen dem andern keinerley Rouberey, Vehd, Vnfrid, noch Krieg anfohen noch triben foll, funder vver zu dem andern zu fprechen hette, oder gevvinne, daff derfelbe folichs thet und fuchet durch Recht an billichen Stetten und Enden.* GERH. a ROO lib. VIII. p. 268. *refpondent principes: paratos fe effe, pro fua quemque facultate quod posfint præftare, fed fi Pontifex expeditionem in Turcam, ferio cogitaret, ante omnia opus effe, vti pace inter Chriftianos confirmata, extra fuæ ditionis limites, cum armis exire liceat.* FVGGER *lib. V. c. XIX. n.* 4.

8) IACOBVS PAPIENSIS p. 437. *Cæfar per id tempus ad Georgii gratiam, qui ea de re Legatos ad fe miferat, cum Pontifice agit, vt in tertium adhuc menfem fententia differatur, fpem fanitatis oblatam oftendens. Pontifex vana omnia reputans dilationibus non effe amplius locum refpondet, ab omni humanitate Catholicorum auxiffe illum dicit improbitatem, perdendum amodo effe, quod tam longo fpatio fanari haud quaquam potuerit. Hortatur etiam illum, Theutonesque alios ad tuenda Romanæ fedis decreta.* Qua ratione autem Papa Georgium condemnauerit, docet TRITHEMIVS *ad a.* 1460, dicens: *eodem anno Paulus Papa II. Georgium Bodebracium Bohemiæ Regem, fautorem, defenforem, ac participem Hæreticorum Husfitarum prius declaratum hæreticum in publico Confiftorio Romæ, mendacem, periurum, & datæ fidei fuper fancta Chrifti Euangelia in manibus duorum Epifcoporum violatorem denuntians, hæreticum damnat, Regia dignitate fimul & nomine per fententiam priuat. Deinde Regnum Bohemiæ Matthiæ Regi Hungariæ tradens commendat, præcipiens illi per Apoftolica fcripta, quatenus bellum moueat in pertinacem. Imperator etiam Fridericus ad petitionem Romani Pontificis Matthiam in Regem Bohemiæ contra Georgium libens confirmat, qui mox bellum hæretico indicit.* IAC. VNRESTI *Chron. Auftriacum p.* 553.

9) IACOBVS PAPIENSIS *lib. VI. p.* 437. MVLLER *p. IV. c. XXXIX.*

10) CZECHOROD *lib. VI. c. IV. p.* 766. qui etiam legatorum Imperii nomine ad Paulum II. orationem exhibet, in qua: *Sed nunc, dum manus ad aratrum mittitur, & iam de imperanda per omnes ordines defcriptione cogitatur, Fantinus quidam accerfitus comparuit, qui de expeditione in Turcas parum follicitus, fed in Oratores Bohemiæ Regis, a quo totius rei fumma pendebat, acer plus fuit, quam rerum ac temporum conditio poftulabat: & quod multis pro ridiculo habebatur, dicebat, fe miffum, vt Apoftolicæ fedis auctoritate, Regem iudicaret & damnaret inauditum. Principes autem immoti fteterunt, nihil horum attendentes, fed rem coeptam conftanter profequentes.*

11) AVENTINVS *lib. VII. c. vlt. n.* 23. CHRISTOPH. MANLIVS *Lufatia lib. VI. ad a.* 1462. CRATO ad a. 1464. *Intercedit apud Pontificem pro Rege Georgio, Ludouicus Bauarus, eius virtutem ac fortitudinem deprædicans; & quam ille posfit communem Chriftianorum hoftem reprimere, fi illi quis concedat, indicat. Creandum potius Regem Romanorum monet, quam Regno Bohemiæ mouendum.*

12) CZECHOROD *lib. VI. c. VI. p.* 797.

13) Extat Receffus apud GOLDASTVM *Reichs-Satzungen p. I. p.* 184. SCHILTERVM *Inftit. Iur. Publ. Tom. II. p.* 179. DATT *lib. I. c. XXVIII. p.* 200. *n.* 67. 68. qui tamen potius placitum hoc fuiffe Collegii Electoralis & Principum ibidem & *lib. IV. c. I. n.* 33. demonftrat. MVLLERVS *p. IV. c. XL.*

14) DATTIVS equidem *c. l.* & qui eum fequitur, MVLLERVS *p. IV. c. XLI.* & du MONT *Tom.*

Electores etiam cum quibusdam Principibus eodem anno Landshuti conuenientes, de componendo cum Georgio Bohemo negotio adlaborarunt. 15)

§. XLIII. Sub initium Nouembris, Cæsar res in Austria satis iam quietas, & Matthiæ ob fœdus fidendum ratus, suscepto in Italiam itinere, in ante diem natalis domini nostri Romam venit, ibidemque multo cum honore fuit exceptus. 16) Natalis Domini nox illa erat, & hora iam quinta. Itaque Paulus V. Pontifex, qui expectare Cæsarem, atque excipere ad portam argenteam in vestibulo constituerat, indecorum iudicans, id iam horæ eam rem fieri, in chorum ascenderat, & sacrum matutinum iusserat inchoari, altiori solio residens. Ad eum igitur per media hæc collegia Imperator accedens, pedem, manum, & faciem deosculatus est: Sed, post pedis manusque osculum alleuans eum altius Pontifex, & de sede assurgens, præcipuo affectu in vtrumque latus illum complexus est, moxque in propinqua sede collocans, inter se patresque ad dexteram media ad complendum sacrum suo se loco continuit. Eo absoluto, diaconi Cardinales duo, quibus præceptum id erat, ad altare Cæsarem deduxerunt. Ad cuius ille aditum primum in genua procidens, tam diu perseuerauit, orans, donec & votum absolueret, & diuinæ preces super eum a Pontifice mitterentur. Earum hæc fuit prima solennitas. Cantauerunt alta voce duo ex choro: *Elegit eum Dominus, & excelsum fecit præ Regibus terræ*, ab omni choro responsum est: *Glorificauit eum in conspectu Regum, & non confundetur.* Inde assurgens Pontifex ex ritu ceremonialium librorum peregit reliqua, choro præfanti illi in omnia respondente. Inde e Solio descendens, dextramque Imperatoris apprehendens, in pontificiam illum atque inde in cubiculum ad quietem perduxit. 17) Postera die sacra faciente Paulo V. pontifice, euangelium de edicto Cæsaris Augusti decantasse dicitur, exemplo Imp. Sigismundi. 18) Dum vero in Templo inuicem sederent, inferior erat sedes Imp. sedi Papali. 19) Septendecim dies illic commoratus, a Papa cum suis liberaliter exceptus, & va-

Tom. III. p. I. p. 377. Milbenstadti conuentum indictum fuisse putant, GOLDASTVM secuti, qui Recessum *Tomo I. der Reichs-Satzungen f.* 182. inseruit. Verum WENCKERVS *Appar. Archiv. p.* 378. ex tabula membranacea huius Pacis atque constitutionis ab ipso Imp. Argentoratensibus missa, demonstrauit datum: *Geben zu der Nevvenstatt mit unserm Keyserl. anhangenden Innsigel besigelt, am Pfingstaag vor St. Bartholomeus Tag, nach Cristi geburte viertzehenhundert und in siben und sechzigsten.* In hoc vero conuentu saltim pacem publicam Noribergæ antea die Martini 1466. constitutam, fuisse confirmatam ex dicto Recessu patet: *so haben wir, nach zeitigen Rath unser und des Reichs liben Getreuem den Rathschlag auf den obgemelten St. Martins Tag gethan, angenommen, darinn gewilliget, nemen ihn auch darinn mit diesen willigen Brief.* Adde MVLLERVM *Maximiliano II. Vorst p.* 390.

15) Acta Conuentus Landshutani plenius exhibet MVLLERVS p. IV. c. XLII.

16) Qua ratione a Papa fuerit exceptus, docet Cardinalis PAPIENSIS *lib. VII. p.* 438. scribens: *eum Calendis decembribus, qui fuit annus, sedentis Pauli, quintus, Federicum Imperatorem eius nominis tertium in Italiam descendisse voti soluendi causa, quod ad ædem Apostolorum ex Germania vouerat: idque Venetorum litteris certissimum haberetur, conuersus ad eius suscipiendi curam, vnum ex Secretariorum ordine, quam longissime ire obuiam iussit, negotio iniuncto, vt crebris nuntiis de ratione viæ, & cæteris, quæ cognouisset, sine mora significaret. Inde vocatis in Consilium patribus, quatuor ex diuersis nationibus Episcopos designauit, Iudicesque Rotæ duos, & consistoriales Aduocatos totidem, qui ex secretario succedentes secunda salutationis officia exhiberent. Delegit quoque Cardinalem Hostiensem, ac sancti Eustachii, qui præstarent tertia, non tamen vltra bidui viam progrederentur.* Extat etiam Breue Pauli II. ad Fridericum Imp. de ipsius itinere versus Romam. Inde quoque Papiensis, qua ratione Imp. in vrbe fuerit receptus, exponit, & qui eum sequitur MVLLERVS *p. IV. c. XLIII.* Extat etiam Narratio de hac Friderici profectione votiua ex libro I. Cæremoniarum sect. XIII. cap. I. in FREHERI *tomo tertio.*

17) Verba sunt IACOBI PAPIENSIS *Comment. lib. VII. ineunte.*

18) GERH. a ROO *lib. VIII. p.* 270. IACOBVS PAPIENSIS c. l. *Cum vero non putaret hoc primo ac pene tumultuario matutinæ laudis officio tantæ nocti satisfactum esse solemnius aliud censuit iterandum, in quo & Cæsar, & Patres ensisque sacratus pro more adessent. Itaque ad Horam 12. paulo quidem ante primum diluculum secundum indixit. In eo Cæsar vetusto sedis ritu ense de manu eius cum benedictione accepto, illoque vt erat nudus, armigero adstanti tradito; camis eum stolamque albam & pluviale ministrantibus diaconis cardinalibus, sumsit; iisdemque latus eius claudentibus, Euangelium lectionis septimæ non iniucunde cantauit, lectionem ipsam eorum alteri prosequendam relinquens. Admonuerat inter vestiendum ceremoniarum magister, vt transversam stolam & pluuiale ad Sinistram apertum acciperet. Sed ille (me audiente, qui proximus eram) non faciam inquit, & vtrumque a collo ad pectus rectum induens, conuersusque ad magistrum, sic inquit, semper sum solitus, suadente iterum illo, vt post Euangelium decantandum pro aliorum consuetudine ad pedem Pontificis osculandum ascenderet, Germanico verbo, quod a circumstantibus est intellectum & hoc, ait, etiam minime, putans videlicet (vt creditum est) a vulgari aliorum obsequio maiestatem Imperii ea iure vindicandam. Mane vero ipso Paschali solennibus Missarum operatus est Pontifex. In quibus post communicationem suam, Eucharistiæ partem in hoc ipsum seruatam Cæsari obtulit, subnixo quidem in genua, & suum honorem sacramento reddendi. Ab altari sub vmbraculo digredientes, ad venerandum Domini salvatoris sudarium, quod imperatum erat proferri, profecti sunt: inde pulpitum supra gradus Basilicæ ascenderunt, ex quo Pontifex solenni more benedicens plebi, quæ innumera ad visendum conuenerat summam peccatorum veniam tribuit.*

19) Hæc ex CEREMONIALI ROMANO *Sect. I. cap. XIII.* refert FREHERVS *Tom. III. p.* 29. *Sedes Cæsaris cum suo reclinatorio sine postergali sita erat inter sedem Pontificis & sedilia Cardinalium in forma sedis pontificalis, sed non tantæ altitudinis, cooperta erat panno serico viridis coloris & scabellum paruum habebat viride, super quod pedes tenebat Imperator: altitudo ipsius sedis ita erat instituta in capella Apostolica, vt non altior esset locus, vbi sederet Imperator, quam vbi Pontifex teneret pedes, & item scabellum Cæsaris æquale erat sedibus Cardi-*

& variis muneribus donatus, 20) V. Idus Iulii 1469. 21) domum rediit. Itineris huius caussa votum esse vulgo ferebatur; 22) Erant, qui confirmationem successionis in Hungariæ & Boëmiæ regna petiisse dicerent, nec absimile vero est, Imp. consilia sua, ex auctoritate pontificis instituere voluisse. De expeditione in Turcam & bello Boëmico actum esse nonnulli meminere. 23) Vicariatum interea in Imperio ex Palatinatus iure exercebat Fridericus Palatinus. 24)

§. XLIV. Dum autem Turcæ a. 1469. in Bosniam & magno impetu in Carniolam, 25) & sic prima vice tanta vi in Germaniam irrumperent, 26) Comitia a. 1470. Noribergam indicebantur, 27) quo alius conuentus, Viennæ habendus, fuit decretus, neque hoc tamen quidpiam conclusum. 28) Anno igitur 1471. conuentum principum Ratisbonam indixit ad VIII. Kl. Maii, vocauitque omnes Germaniæ Principes ad eum locum, suis litteris, de reipublicæ salute cum eisdem consultaturus. Verum, non desunt, qui Principes quosdam Cæsari, vt hunc indiceret conuentum, persuasisse scribant, sperantes, si Principes Imperii Ratisbonæ conuenirent, Imp. facile exauctorationem, de qua cogitabant, ad effectum duci posse, ipsique Georgium Bohemum substituendum. 29) Mittebat

Cardinalium. Cum incensabatur Pontifex per Cardinalem assistentem, mox incensabatur Imperator per primum ex prælatis assistentibus Pontifici. Cum Pontifex pacem accipiebat ab assistente Cardinali, primo dabat pacem Imperatori, postea diaconis assistentibus. Inter eundum semper manu sinistra illius dextram tenebat, volebatque, vt æquali semper gradu incederet, quamuis modeste Cæsar semper reluctaretur.

20) IACOBVS PAPIENSIS lib. VII. p. 441. *non multo post, cum totos septemdecim dies Romæ fuisset, in Germaniam reuersus est. Multis eum interim Paulus magnisque demeritus officiis est. Nunquam cum processerunt, passus est, nisi ex æquo esse: plerumque autem dextera eius apprehensa. Bis quoque ad cubiculum suum descendit. Dies quæ Circumcisionem Domini Saluatoris præcessit, peracto Laterani sacro vespertino, ad veneranda apostolorum Petri & Pauli capita constituto ponte, per quem ex æquo iretur, intra ferreos cancellos perduxit, & postridie ad Vaticanum rediens albo equo falerato, & aurea veste donauit: volens videlicet, vt cum antea atratus Cæsar semper fuisset, solenni illa transmissione Imperatoris ornatu procederet. Ad pontem porro Adriani eodem itinere cum Patrum collegio substitit, spectauitque amplius horam continuam Germanos innumeros, quos ille eo in loco equestri ordine vetusto ritu donauit, gratias ibidem spirituales, easque gratuitas innumeras contulit. Victum sibi, & comitatui, qui sexcentorum amplius equitum fuit, largissimum præbuit. Abeuntem denique diuersis duum millium aureorum muneribus est prosecutus. Et præsules nonnullos ire secum ad vsque Cesenum iussit, qui totis Ecclesiæ oppidis ad impensam itineris & diuersionum commoda necessaria imperarent. Quæ omnia eo munificentius studiosiusque collata sunt, quod notissimum erat, toto eius imperio propugnationem fuisse Romanorum pontificum: & nec abiisse vnquam in impiorum consilia: quibus transalpinæ nationes sine caussa sæpe tumultuantur in nos.* FVGGER *lib. V. cap. XV. n. 9.*

21) RAYNALDVS *ad a. 1469. n. 5.* ex AVGVSTINI PATRITII Commentariis: *discessit namque Cæsar Germaniam repetiturus quinto idus Ianuarias, summo diluculo, eumque Cardinales aliqui extra portam deduxerunt, nam reliqui nimia Cæsaris festinatione præuenti sunt, ille enim ante vrbem exierat, quam aliqui id rescissent.*

22) BENEVENVTVS de RAMBALDIS libro Augustali p. 21. *Iterum Paulo pontifice priuati pene more voti reus Romam petiit: quo damnatus retro ad suos abiens, quiescente Germania, tandem imperii anno quarto ac quinquagesimo naturæ concessit, Maximiliano filio Cæsare prius declarato.* IACOBVS PICOLOMINEVS *Comment. lib. VII. ineunte.*

23) Sic GERH. a ROO *c. l.* TRITHEMIVS ad a. 1469. *anno etiam præsignato, Fridericus Imperator tertius caussa deuotionis Romam cum decenti Comitiua prosecutus est, & cum singulari, magnoque honore a Paulo, Papa secundo, & Ciuibus Romanis suscipitur. Agebat Imperator apud Pontificem, vt commune Christianorum bellum indiceretur Georgio hæretico atque schismatico, qui se Bohemiæ Regem gerebat: quo superato deinceps expeditio in Turcas ordinari posset securior, petiitque, vt Benedictione Apostolica Matthias Vngariæ Rex tam in Turcos, quam Bohemos expeditionis vtriusque Capitaneus ordinaretur. Insuper monebat Papam, vt venire in Germaniam dignaretur, asserens quod personali præsentia sua, omnem totius Regni militiam facile moueret in expeditionem contra Turcos. Sed persuaderi Pontifex non potuit, vt Italia dimissa in Germaniam proficisceretur, & sic nihil in Turcos actum fuit.* NAVCLERVS *p. 1096.* Plenius PAPIENSIS *p. 439. & sqq.* RAYNALDVS *ad a. 1468. & 1469.* MVLLERVS *p. IV. c. XLIII.*

24) Adgnouerunt hunc Palatini Vicariatum Adolphus Moguntinus, Iohannes Treuirensis & Rupertus Coloniensis Elector, quorum litteras exhibet MVLLERVS *p. IV. c. XLIII. §. 20.* Sic etiam Adolphus Moguntinus: *als eur Lieb uns in euern Schrifften zu erkennen geben hat Vrsach, warum Ewr Liebden sich dieser Zeit schreibet gemeiner Vicari hie disseit der Geburg, und in solchem euern Schrifften Abschrifft Kayser Carels seligen Brief, uwer Liebe Voraltern, vor sich und ihr Nachkommen, die Pfaltzgraven by Rein und Churfursten sein, über denselben Tittel geben, mit geschickt hat &c. &c. haben wir thun lassen, und verstanden, und wir haben bisher von solicher Freyheit nit gewust, dann unser Meynung ye nit ist, an euer Liebe Herrlichkeit mit Wissen eynichen Abbruch zu thun.*

25) De hoc plenius IACOBVS PAPIENSIS *lib. VII. p. 449. 450.* IAC. VNRESTI *Chron. Austriacum p. 562.*

26) Primum hunc in Germaniam impetum dicit FVGGER *lib. V. c. XIX. §. 12.* quod etiam verum est, de tali qui cum magno exercitu factus. Licet VALVASOR *in der Ehre des Hertzogthumbs Crain lib. XI. p. 389.* ex antiquo Msto Prouinciali doceat Turcas iam a. 1408. cum militum manu in Venedorum Marchiam irruptionem fecisse.

27) De hoc MVLLERVS *p. IV. c. XLV.*

28) De hoc HAGECIVS *Bœhm. Chronic p. 810.* MVLLERVS *p. IV. cap. XLVI. XLVII. XLVIII. XLIX.*

29) Sic enim AVGVSTINVS PATRITIVS de Comitiis Ratisbonensibus apud FREHERVM Tomo II. *cogitauerunt igitur si tales iampridem imperium Friderico Cæsari abrogare, illudque quando alius animo & viribus potentior in Germania non videretur, Georgio hæretico Boëmiorum Regi deferre; reuerentiam deinde summo Pontifici eius nomine polliceri, Imperii confirmationem & coronam petere, quæ si modo darentur, nationi interdicere ne amplius Romano Pontifici auscultaret. Iamque inter se ac Principes*

bat etiam ad hunc conuentum Papa suum legatum, qui Status de expeditione contra Turcas commoueret. 30) Frequentes aderant Principes & Status, horumque legati. 31) Inualuit in hoc consessu denuo controuersia inter Burgundiæ legatos atque Electores, de prima sessione, quæ ita composita, vt Burgundi inter Oratores regios locarentur. 32) Inde Imperii nomine decem militum millia fuerunt decreta, & quantum quisque Statuum militum, quantum bellici adparatus præstaret, fuit definitum. 33) Interea Cæsar, mutata in deterius sententia, ex decem millibus, sex millia detraxit, adfirmans, satis nunc futura millia quatuor. 34) De Sumptibus belli secundum communem denarium decretum, vt quisquis prouentus annuos mille ducatorum haberet, equitem vnum conduceret, peditem, qui quingentos, 35) sed contradicentibus Imperii ciuitatibus, omnia

cipes suos diuiserant præfecturas, ac munera hæc vt legitime fierent, assensum omnium Germaniæ Principum necessarium putabant. Sperantes itaque si conuenirent principes, facile quæ cogitarant, perfici posse, subtili arte Cæsari persuadent, vt Ratispona principum conuentum indicat: aiunt Cæsarem, quoniam spretis Imperii ciuitatibus in auitis moretur prouinciis, omnibus neglectui esse, a nemine venerari, agitari vbique latrocinia, ac tota Germania iustitiæ formam esse nullam, si ad superiora ascenderet, vt prisca redeat reuerentia & fides, parituros omnes suo Imperatori, & eius timore ab iniuriis temperaturos, affuturos ei omnes Principes, & certatim obsequia exhibituros. Et quoniam Imperii census ita sunt diminuti, vt inde Cæsar viuere non possit, se iam reperisse vias, quibus facillime & volentibus cunctis ducenta aureorum millia quotannis corraderet. Tentauerat hoc idem Cæsar alias in quibusdam conuentibus, quippe prouentus imperii ita minimi sunt, vt vix legationibus suppetant. Sed illi non tam suadebant, vt Cæsari consulerent, quam vt occasionem nanciscerentur patrandi quæ cogitauerant. Hisne igitur persuasionibus commotus Cæsar conuentum indixerit, aut vt Reipubl. suisque prouinciis, quos a Turcis iam deuastari videbat, saluti consuleret, illis diiudicandum relinquimus qui altiora cognoscunt. Certe Georgii Bohemi obitus qui medio tempore accidit, effecit vt consiliariorum cogitata efferri non potuerint. Sunt etiam qui afferunt hunc conuentum indictum esse ipsius Georgii solerti opera, qui astutia sua id effici posse sperabat, vt decreto omnium Principum eius absolutio (nam iam pridem, extra Ecclesiam propter hæresin fuerat factus,) a summo pontifice impetraretur, etiam ipso permanente in damnata opinione. Ceterum in tractatibus ipsius conuentus Cæsar ostendit, rem suam priuatam non neglexisse. LEHMANN *lib. VII. c. CXII.*

30) AVG. PATRITIVS: *Romanus Pontifex, Paulus secundus, vt & Cæsari & suo officio satisfaceret, legatum ad conuentum mittere statuit.*

31) AVG. PATRITIVS: *fuit sane conuentus hic Ratisponensis frequentissimus, & omnium (vt Seniores aiebant,) nostra ætate maximus. In quo Cæsar cum quinque Electoribus, & Principibus compluribus, duobus legatis Apostolicis, altero Cardinale Episcopo, & regum ac Ciuitatum oratoribus permultis consedit.* De aduentu etiam & frequentia Principum in his Comitiis CAMPANVS agit *lib. VI. ep. IV. V. IX. X. XII. XIV. XVI. XXII.* in epist. VIII. sic scribit: *amplissimum conuentum speramus, vt fere semper altius crescunt arbores, quæ tardius. Habemus Treuirensem, Spirensem, Eystattensem; nam de Moguntino iampridem audieras.*

Vnus sed nostram cunctando destituit rem
Et quantum perspicio, grus illa non perstat, transit iam in cornicem. Scilicet Cæsar, heu quam non Cæsar ad triduum se venturum: sed hoc triduum iam tentiduum est. Ep. XII. dicit: *auctus conuentus est incredibili multitudine Principum.* Et paullo post: *conuenisse feruntur ad hunc diem, paulo plus minus quam equitum decem millia: pulcerrimum spectaculum nobilitatis, vtinam æque profuturum.* Ciuitates Imperiales recenset LEHMANN *lib. VII. c. CXII.* MVLLER *p. V. c. II.* qui etiam *cap. III.* Propositionem Cæsaream & Campani, legati Pontificii orationem in his Comitiis habitam exhibet.

32) Hanc controuersiam exponit CAMPANVS lib. VI. ep. XII. *Oratores Burgundionum post Legatos Electorum collocati, atque ideo spreti priori consessu viderentur, redire in subsellia recusabant. Electores qui erant, absentibus collegis, quanquam summa cum modestia, dignitatem tamen communem tuebantur. Burgundi potentiam sui Principis & in Gallia & in Germania maximam, Electoris parem nobilitatem ac vetustum honorem obiiciebant, seque e corpore Cæsaris cum essent, ne Regibus quidem, si qui adessent, cedere oportere contendebant. Quæ contentio cum tres quippe horas consumpsisset, non antea est sublata, quam Burgundi alteris subselliis ad frontem Cæsaris inter Oratores Regios locarentur: tum demum & ipsi auxisse Principis sui dignitatem, quod in ordine absentium Regum sederent: & Electores seruasse existimationem suam, quod exclusi a primis subselliis Burgundi essent, videbantur.*

33) CAMPANVS ep. XII. *nouissime designati sunt quinque viri ex familia Cæsaris, ac totidem ex consiliariis Principum, qui cum Moguntino, cui est primus inter principes locus, de cogendis statim decem millibus, & præsidio suppetendo, & de numero copiarum Germaniæ in annum sequentem præfiniendo, & de præficiendo Imperatore, ac de omni ratione non mouendi solum belli, sed etiam continuandi inter se agant, & vti deliberauerint, ad Cæsarem & Principes referant.* Recessum ipsum exhibet GOLDASTVS *Reichs-Satzungen Tom. I. p. 187.* & LEIBNITIVS *Cod. Iur. Gent. diplom. p. I. p. 430.* Reliqua ex Actis exhibet LEHMANN *lib. VII. c. CXII.* & MVLLERVS *p. V. c. XIV.*

34) CAMPANVS lib. VI. ep. XIV. *interea Cæsar, mutata, vt videbatur, in deterius sententia, ex decem millibus, quos ad præsentem necessitatem postulauerat, sex millia detraxit, affirmans, satis nunc futura millia quatuor. Magna vndique murmuratio exorta, & Consiliarii designati ad rationem cogendi exercitus.*

35) CAMPANVS c. l. *Heri XVII. Iulii a quinta hora diei ad multam noctem consultatum est de summa expeditionis, & demum ita consensu omnium decretum est, vt in sumptus belli, quisquis prouentus annuos mille ducatorum habeat, is equidem vnum conducat, peditem, qui quingentos: cæteri pro portione fortunarum ad eam summam. Ceterum, vbi de prouentibus haberi ea ratio nequeat, de capite habeatur: vt cui mille sint aurei, quinquaginta habere in prouentibus censeatur, atque ea computatione contribuat. Fieri posse hoc modo ingentem exercitum aiunt, & facillime sustineri etiam longissimum bellum. Et sunt, qui affirment, si ad vnguem res exigeretur, ducenta prope hominum millia cogi posse. Nos erimus minus octoginta contenti. Principes miro assensu conditionem receperant.* Idem dicit *Ep. XXII.* FVGGER *lib. V. c. XX. §. 5.* Decretum hoc inter Documenta alia refert KVLPISIVS *p. 205.* Ipsam Matriculam exhibet MVLLERVS *p. V. c. XIV.*

36) De

omnia terminabantur in verbis. 36) In iisdem quoque Comitiis pax publica ad quadriennium fuit statuta, 37) & missis in omnes Germaniæ partes edictis, arma deponi, & quascunque controuersias æquæ iuris disceptationi cognoscendas diiudicandasque committi imperatum. 38) Actum etiam est de Bohemorum electione, qui mortuo a. 1471. Georgio, Vladislaum, Casimiri Poloniæ regis filium, quindecim annorum adolescentem renunciauerant, an rata haberi deberet. Improbat vero eam pontifex, & ab hæreticis factam, ac irritam fieri debere, per legatum suum in comitiis contendebat. Matthiæ quoque legati, ne ea ab Imperii Ordinibus approbaretur, intercedebant; quod ipse prior electus esset, ac pontificis confirmationem haberet, ob egregia in remp. Christianam merita, a cuius finibus Turcam toties submouisset. Principes vero plerique Imp. iudicium secuti, ad Vladislaum proniores erant. Eam ob rem Friderico succensuit Pontifex, ac in litteris postea exprobrauit, Matthias vero bello Austriæ illato, vltus est. 39) Morbis autem Ratisbonæ inualescentibus, Comitia autumnali tempore, propter rerum etiam copiam Noribergam fuerunt translata. 40) In iisdem Comitiis Heluetii etiam ab Imp. inuitati, per legatos comparuerunt, & iussi sunt secundum decreta Comitialia ferre onera Imperii, 41) alias nihil fructuosi in iisdem fuit perfectum. 42) Conuenientes autem Ciuitatum Deputati a. 1471. Francofurti de collectis secundum communem denarium in Conuentu Ratisbonensi decretis, protestabantur. 43) Has tamen Collectas Imp. nihilominus magna cura a Ciuitatibus exigebat. 44) Postea Sixtus IV. qui Paulo II. successerat, 45) nouum conuentum a. 1472. Neapoli in Austria promouebat, 46) aliumque Augustæ a. 1473. de expeditione contra Turcas, in quo protestantibus licet Imperii Ciuitatibus, decretum Ratisbonense denuo fuit confirmatum. 47) Licet reliqua negotia relinquerentur adhuc imperfecta. 48)

§. XLV.

36) De Ciuitatum protestatione LEHMANN *lib. VII. c. CXII.* MVLLER *p. V. c. XIV. §. 3.* TRITHEMIVS *Chr. Hirsaug. ad a. 1471. eodem anno Fridericus Imperator tertius, Conuentum Principum regni magnum habuit in Ciuitate Ratisbonensi, vbi inter alia multa varii habebantur tractatus de bello in Turcos mouendo, sed omnia terminabantur in verbis curatis, quæ sua sunt quærentibus, non quæ reipublicæ Christi.*

37) Exhibet illam GOLDASTVS in *Constitut. Imper. p. 220. Reichs-Satzungen p. II. p. 165.* paullo immutatam MVLLER *p. V. cap. XV.* du MONT *Tom. III. p. I. p. 433.* Quam necessaria vero hæc pax fuerit, patet ex CAMPANO, dum *lib. VI. epist. VI.* ait: *nam, vt vno dicam verbo, patentissima Germania est, potentissima, nobilissima, sed ea tota vnum latrocinium est, & ille inter nobiles gloriosior, qui rapacior. Apud Principes solos securitas est, sed duntaxat cum promittunt. Nam nisi publica fide accepta eorum quoque fines infesti sunt omnibus.*

38) ROO *lib. VIII. p. 273.* quid vero de hac pace senserit CAMPANVS, ex ipsius *epist. XXVII. lib. VI.* patet: *de expeditione & summa belli nihil habeo vlterius, quod scribam, nisi Cæsarem omnia quæ ad rem faciant, eximie pinxisse, sculpsisse multa: pacem Germaniæ omnibus pronuntiauit, nemini dedit: iudicia vbique constituit, nusquam peregit: denique in maximis pulcerrimisque negotiis omnia cum faciat facit mea sententia nihil. Nec tamen eius voluntatem accuso, desidero operam, quam fortasse minus: illius animus quam temporum difficultas eripit nobis.*

39) ROO *c. l.* FVGGER *lib. V. c. XIX. n. 13. & c. XX.* CAMPANVS *lib. VI. ep. XIV.* DLVGLOSSVS *Hist. Polon. lib. XIII. p. 468.* MVLLER *p. IV. c. XLVII. p. V. cap. XVII.* CZECHOROD *lib. VII. c. IV. p. 861.*

40) CAMPANVS lib. VI. ep. XV. *conuentus Norimbergam propter rerum copiam transferetur. Hic cælum paulo grauius est: ægrotant multi, nec omnia ad conuentum tam magnum, tam longum suppeditant.* Idem *ep. XXII. XXVII. XXX.* MVLLER *p. V. c. VIII.*

41) STVMPFIVS in Schweitzer Chronic lib. XIII. c. XVI. p. 737. *Anno Dom. 1471. hielt Keyser Friedrich einen Reichstag zu Nürnberg, darauf auch gemeine Eydgenossen beschrieben wurden, an deren Bothschafft der Keyser begehrt Hülfe und Zuzug wieder den Türcken. Als aber die Boten dessen zuzusagen nicht Gewalt hatten, begehrten sie es hinter sich für die Ihren zu bringen, da wolt ihnen der Keyser Ihre regalia nicht verleyhen, wiewol sie des demüthig begehrten, darzu Graf Vlrich von Würtemberg, und andere Herren für sie gebeten hatten.* In decreto autem Ratisbonensi ipsis adsignatum: *Item, so sollen die Eydgenossen von Bern, Lucern, Zürch, Solotorn, Freyburg in Vchtland, und andere, so in Eynung mit ihme sein, haben hundert zu Rosse und 1000. zu Fusse, doch so sollen die Epte, Prälaten und Herren, die, als hievorsteet, angeslagen, und in der Eydgenossen Lande gesissen, nicht in der gemelten Summ begriffen sein, sundern bey dem Anslag bleiben, der auf einen yden, wie hievor vor Ime geschrieben stet, insunderheit gesazt ist.* MVLLER *p. V. c. XXI.*

42) MVLLER *p. V. c. XXIII. §. 4.*

43) LEHMANN *lib. VII. c. CXII.* MVLLER *p. V. c. XXIV.*

44) IAC. VNRESTI Chron. Austriacum p. 575. *Darnach pald zoch der Kayser wider irn das Reich an alle Ennde des Reichs gein Ach, Kolln, Mayntz, Straspurgk, Metz, Tryer, und in all Reichsstett, und erfordert da sein Kayserliche Tribut, und sampt grot Schatz.*

45) MVLLER *p. V. c. XIX.*

46) ROO lib. VIII. p. 274. *sequenti anno, qui erat secundus supra septuagesimum, Sixtus Quartus, qui Paulo secundo in pontificatu successerat, Franciscum Picolominaeum Senensem Cardinalem, in Austriam legatum, ad Cæsarem misit, id quod se facturum Paulus illius antecessor Romæ receperat. Itaque Cæsar, principum aliquot conuentum Neapoli habuit, vbi de arduis quibusdam negociis ad conseruandum rei Christianæ statum, & vtilia & necessaria fuerunt agitata, sed quæ propter summorum principum dissensiones, suum habere effectum non potuere.* De hoc conuentu MVLLERVS *p. V. c. XXV.*

47) CHRON. ELWANG. ad a. 1473. *octauo post Pascha serenissimus Imperator Fridericus Dux Austriæ, a suis partibus discedens Augustam venit, conuocatisque Principibus, spiritualibusque & consulibus Vrbium Imperialium, tractantes aduersus tyrannidem Teucri pro defensione libertateque Christianitatis. Item certi Principes inuestituram suorum feudorum petentes, Imperatorque illustrissimus in habitu sua Cæsareæ maiestatis vna cum certis Principibus Electoribus in eorum habitibus consedentes ipsos Principes omni cum solennitate inuestiuit.* De his Comitiis WERLICH *p. II. p. 226.* FVGGER *lib. V. c. XXI. n. 1.* MVLLER *p. V. cap. XXVI. XXVII. XXVIII.*

48) ROO lib. VIII. p. 275. *inter hæc Fridericus Cæsar,*

§. XLV. Imperator post hæc, ad IV. Kl. Octobris 1473. magno principum comitatu, Treuirorum Augustam venit. Erant in ipsius Comitatu Adolphus, Moguntinus Archiepiscopus, Georgius Mediomatricum, Guilielmus Aureacenses Episcopi, Ludouicus & Stephanus, Bauariæ Duces, Carolus, Marchio Badensis, Euerhardus Würtenbergicus, Philippus Catimelibocus, Georgius Virnenburgius, Comites, aliorumque Principum S. R. I. legati, vti ibidem de bello in Turcas, de statu Galliæ, aliisque Imperii negotiis consultaretur. 49) Aderat cum multo comitatu, & cum magnifico adparatu Carolus Burgundus, qui, vt cum Friderico congrederetur, diu summis votis exoptauerat, secum ducens tredecim peditum equitumque millia, cum quibus expeditionem fecerat in Geldriam. 50) Adpropinquanti Treuirorum vrbem Imperator cum omnibus principibus ex composito, paulo minus leucæ spatio obuiam processit, eumque ex equo, detracta casside in genua procumbentem benigne sustulit, dictaque salute, cum maxima pompa in vrbem introduxit. In eo congressu, Carolus Maximiliano XIV. annorum iuueni filiam suam Mariam despondit, cum nuptias illas primo quoque tempore celebrari Cæsar vellet, Carolus nimis ambitiose prius Burgundiæ se regem, quod regnum ea olim fuerat, & Imperii legatum ac vicarium creari postulabat. Id si fieret, omnia se ab aliis Imperio erepta, armis recuperaturum. Hæ ipsius petitiones Friderico improbæ videbantur, & ad quas non nisi de communi Principum Electorum, & omnium Ordinum consilio responderi deberet, illas tamen non plane denegabat, nuptiis contractis. 51) Post longam disceptationem, Carolus Cæsarem Nonis Octobribus ad prandium vocauit, eo luxu iisque diuitiis instructum, vti passim illud per totam Germaniam & Galliam communi ore fuerit celebratum. 52) Dein de Geldriæ ducatu, aliisque ditionibus suis Imperio obnoxiis fidem Cæsari de more dedit. 53) Offendebat vero Cæsarem, Caroli in congressu fastus, & affectatus in omnibus rebus

Cæsar, cum Maximiliano filio Augustam Vindelicorum profectus, fidei Sacramentum ab eius vrbis ciuibus exegit, magnisque & ipse & filius eius muneribus affecti sunt. Indixerat illic comitia Cæsar, & Polonorum ac Boëmorum legationem, de fœdere & Vladislai confirmatione ad se missam, eo venire iusserat, sed ad alia vocatus, comitia eo anno obire non potuit.

49) ROO *lib. VIII. p. 275.* Iter Imp. plenius describit FVGGER *lib. V. c. XXI. n. 4.* BROWER *Ann. Treuir. lib. XIX. p. 300.* MEYER *Ann. Flandr. lib. XVII. p. 409.* MVLLER *p. V. c. XXXII.*

50) ROO *c. l.* Qua ratione primum Carolus cum Friderico Imp. apud Treuiros, dum ipsi obuiam iret Imp. fuerit congressus, singulari epistola exposuit ARNOLDVS LALAINVS, quæ reperitur in Tomo secundo FREHERI. Eundem congressum etiam exponit FVGGER *lib. V. cap. XXI. n. 5. 6.* MVLLER *p. V. c. XXXII.*

51) Verba sunt GERHARDI a ROO *cit. loc.* MEYER Ann. Flandr. lib. XVII. n. 410. *Augustus filiam eius petiit filio suo Maximiliano, pulcherrimo & Augustissimo adolescenti, vxorem. Ea res ita processit, vt Maria Augustuli iuueni a patre desponderetur, contendente Augusto, vt statim nuptiæ celebrarentur, Duce autem vt ante illas Vicarius Imperii designaretur, & Rex salutetur Burgundiæ.* PONTVS HEVTERVS vero lib V. c. VIII. *animus secundo rerum cursu ambitione elatus ac fastu tumens, quippe se nunquam a fortuna deseri debere existimabat, eo Pugnacem adduxit, vt Maximilianum, filiamque Mariam verbis ac scripto fidem in vicem (vt aiunt de futuro) dare, literisque quas Maximilianus propria manu ad Mariam scripserat, eam quoque propria manu rescribere permitteret: ipseque Pugnax familiari colloquio spem Maximiliano fecerat, se eum generum breui asciturum, cum tamen in secreto cordis recessu statuisset. filiam aliquot adhuc annis innuptam seruare, interea procerum eius amicitia atque opibus contra hostes vti.* FVGGER *lib. V. cap. XXI. n. 7.* BOIEMVS *vita Alberti* §. IX. *Anno 73. Treuiri ab Imperatore Friderico III. Carolus Burgundus, Rex Galliæ Belgicæ & Burgundiæ inaugurari se volebat, eo fine vt quasi vicarius Imperii vel in ordinem redigeret rebelles, vel sub iugum mitteret, qui ad Imperium pertinentes olim, se huic exemissent. Imperator, vir sapiens & callidus, quod aperte negare non audebat, nouerat enim acre & insolens ingenium Caroli, partim ad principes Imperii reiicit, partim arte eludit. Iubebat publice terrarum insignia efferri, quarum dici Dominus vellet, vt fieri consueuit, Carolus suspendit insignia Austriaca, quod iam in annum quintum haberet oppigneratam a Sigismundo Austriaco Brisgouiam, Sundgouiam, Elsatiam, non quod obæratus esset Sigismundus, sed quia alterius periculo pertinaciam subditorum subigere putabat tutissimum, postea tamen, inuito Carolo redemit deposito pretio apud Senatum vrbis Basileensis. Imperator turpe sibi & ignominiosum existimans, suæ domus & familiæ insignia conferre extraneo, & offensus fastu & splendore Caroli plusquam Persico, & arrogantia cum in oratione, tum in gestu, & postulatis eiusdem, vt in fœdere comprehenderetur Matthias, amicus Caroli, hostis Imperatoris iratus abiit.* Male igitur TRITHEMIVS, qui *Chr. Hirs. ad a. 1474.* Carolum in Regem Siciliæ coronari voluisse, contendit. MVLLERVS *p. V. c. XXXVI.* Comprehendere autem debebat Burgundiæ regnum, præter Belgii prouincias, etiam Lotharingiæ & Geldriæ Ducatum vna cum Episcopatu Traiectensi, Leodiensi & Dolensi, & feudis Imperii illorum locorum, prout ex epistola Alberti El. Brandenburgici ad Withelmum Saxoniæ Ducem discimus, apud MVLLERVM §. *VII. & X.*

52) Verba sunt GERHARDI a ROO *pag. 276.* FVGGER *n. 8.* TRITHEMIVS *ad an. 1474.* BROWER *Ann. Treuir. lib. XIX. p. 301.* MEYER *Ann. Flandr. lib. XVII. p. 410.* SCHATEN *Ann. Paderborn. ad a. 1473.* MVLLER *p. II. c. XXXIII. §. 6.* Luxum & Cæremonias prandii describit IACOBVS VNRESTVS *Chron. Austriaco p. 576.* Aulæ splendorem huius Caroli Burgundi singulari libro describit OLIVARIVS de la MARCHE *in Rationario Aulæ & Imperii Caroli Ducis*, quod reperitur inter ANTONII MATTHAEI *Veteris æui analecta p. 357.*

53) ROO *c. l. Mortuo equidem Raynaldo IV. Duce Iuliacensi & Geldriæ successionem petebat Adolphus Cliuiæ Dux atque Arnoldus Egmondanus, quem filius ipsius Adolphus non captiuum solum faciebat, sed ipsi etiam vt terras traderet, cogebat. Liberatus tamen Arnoldus Carolo Burgundo mense Septembri 1472. Geldriæ Ducatum Comitatumque Zutphaniæ vendidit, acceptis nonaginta duobus aureorum florenorum millibus, certoque sibi loco annuis donec viueret, assignatis reditibus, prout tradit* PONTVS HEVTERVS *rer. Burgund. lib. V. c. VII. p. 13.* Idem dicit IACOBVS MEYERVS *lib. XVII. Ann. Fland. p. 407.* Pacta Arnoldi cum Burgundo facta exhibet

rebus splendor, quo continentiam suam & frugalem modestiam superari, atque adeo in contemptum adduci videbat, dum e contrario paruum Cæsaris comitatum habitumque tenuiorem contemnerent. 54) Cum igitur Carolus nihil minus, quam repulsam se illarum rerum, quas petierat, passurum cogitaret, sceptrumque & coronam ac cætera dignitatis regiæ insignia fieri, subsellia in templo & solium, quæque ad coronandi & inungendi ritum faciunt, parari iussisset: Cæsar neque ex re Imperii, neque ex sua dignitate esse videns, vti compotem voti ipsum faceret, non dato ei responso, in Vbios abiit, & Coloniam Agrippinam ingressus, magno cum honore exceptus est. 55) Licet Gallorum etiam Rex, Ludouicus XI. Fridericum a proposito hoc auertisse videatur, qui scriptis ad ipsum litteris, cauendum esse dicebat a Carolo, qui Cæsaream adfectaret dignitatem. 56)

§ XLVI. Postquam autem Comitia Augustam indicta effectu destituerentur, 57) alia Rotenburgum ad Tubarim 1474. instituta, quo etiam Christianus I. Daniæ Rex voti reus, Romam transiens, 58) illud ab Imp. obtinuit, vt Comitatum Holsatiæ & Stormariæ, Dithmarsiæ districtu adiuncto, in Ducatum eueheret, dato desuper diplomate Aurea Bulla corroborato, 59) ipsumque de eodem inuestiret, licet Dithmarsi Daniæ Regi se submittere nollent. 60) Bremenses etiam contradicebant, quod Dithmarsi a prioribus Impp. ipsorum archiepiscopatui essent subiecti, quibus motus Fridericus Imp. hanc incorporationem Dithmarsiæ, Holsatiæ factam, per singulares litteras ad Christianum Daniæ Regem datas,

PONTANVS *Hist. Gelr. lib. IX. p. 542.* & MVLLER *p. V. c. XXXV. §. 19.* qui etiam *§. 23.* Gerhardi Iuliacensis & Bergensis Ducis tabulas exhibet, per quas iuri suo in Geldriæ Ducatum renuntiat. Hinc in Comitiis Treuirensibus de eodem Ducatu fuit inuestitus M. CHRON. BELG. *p. 437.* NAVCLERVS *vol. II. Gen. L. p. 1099.* FVGGER *lib V. c. XXI. n. 10.* Tabulas inuestituræ exhibet Assertio Iuris Caroli V. in Geldriæ Ducatum *lit. B. 2.* MVLLERVS *§. 25.* In NAVDAEI Addition a l' Histoire de Louis XI. dicitur *p. 383. L' Archeuesque de Mayence eu 1200. florins pour son droit de sceau.*

54) PHIL. de COMINES lib. II. p. 111. *Oncques puis ne s' entr aymerent, ne eux, ne leurs gens. Les Alemans mesprisoient la pompe & parole du dit Duc, en l' attribuant à orgueil. Les Bourguignons meprisoient la petite compagnie de l' Empereur & les pauvres habillemens. Tant se demena la question que la guerre qui fut a Nuizen aduint.* LALAINVS vero historiam suam de dicto congressu sic concludit: *Equidem audiui, qui affirmarent æmulatione inter ipsos agi: & vtrumque oblitum mensuræ suæ, illum quidem inuidere minori, hunc vero contemnere maiorem.*

55) ROO *c. l.* MEIER *lib. XVII. Ann. Flandr. p. 411.* PONTVS HEVTERVS *lib. V. c. VIII.* FVGGER *n. 12.* IAC. VNRESTI *Chron. Austriacum pag. 594.*

56) Hoc satis innuit FVGGER *lib. V. c. XXI. n. 12.* & potissimum PONTVS HEVTERVS Rer. Burgund. lib. V. cap. VIII. *Sed Ludouicus Francorum Rex dignitatem Pugnaci inuidens, clam Imperatori perscribit, ambitiosissimum Burgundi animum non eo tendere, vt Burgundiæ regni terminis foret contentus, sed ad imperii eum aspirare fastigium. Proinde animo despiceret, ne temere hominis ambitioni nutrimenta suppeditando, e cliente patronum faceret Imperator natura suspiciosus, eo magis Franci verbis fidem adhibet, quod non ita pridem Pugnax Imperii Vicariatum ambiisset, ac ditissima supellectilis ostentatione, argenteorum, aureorumque vasorum pretiosissimis lapidibus micantium exhibitione, quibuscum sua supellex ne comparari quidem poterat, quodammodo sibi pauperiem, sustinendo Imperii nomine indignam, exprobrasset, ac proinde filio Maximiliano Imperii successionem præripere velle videretur. Orta igitur leui e suspicione æmulatio ac inuidia, Regis literis ad maturitatem peruenere, reiectaque in aliud tempus (vt propter filii simulabat nuptias) inauguratione, sed animo plane abiecta, non salutato Pugnace (qui post biduum corona se Regia redimitum iri speraret) Coloniam proficiscitur. Quare ludibrio se habitum conspiciens, pudore confusus iraque percitus, tam immensum animo contra Imperatorem odium concepit, vt si diuturnior vita contigisset, nunquam Maximilianus Mariam in vxorem duxisset. Germanorum procerum pars iocabatur, pars intempestiuam ambitionem inuehebatur, ægre ferentes, quod præ cæteris Christianorum proceribus, quorum maiores non solum Reges, sed etiam sæpius Imperatores fuissent, Regiam ambiisset dignitatem.* STETTLER *Nüchtland. Geschichte lib. V. p. 211.* refert Bernenses reliquis Heluetiis narrasse, *das der Hertzog von Burgund gewislich auf den Donnerstag nach St. Catharinæ wurde vor einen Kunig gecronet werden.*

57) De his MVLLER *p. V. c. XXXIX. XL.*

58) IO. MEVRSIVS *Hist. Dan. lib. II. p. 18.*

59) Extat diploma apud MEIBOMIVM *Tomo III. p. 213.* LEIBNITIVM *Tomo I. p. 431.* MVLLERVM *p. V. c. XLI. §. 3.* in quo: *matura deliberatione præuia, accedente ad hoc Electorum, aliorumque Principum, Comitum, Baronum & procerum nostrorum consilio, motu proprio, ex certa scientia, & de plenitudine Cæsareæ potestatis nostræ, titulos Comitatuum, Holsatiæ & Stormariæ extinximus, cassauimus, eorumque comitatum, terras & dominia vniuimus, eique districtum Dithmarsiæ incorporauimus, huiusmodi terras, districtus, & dominia incorporata in Ducatum ereximus, extulimus, & constituimus, conferentes eidem omnia & singula ducalia ac Principatuum iura, honores, prærogatiuas, eminentias ac imponentes eidem titulum ducalem de Holsatia: volentes ac mandantes in antea huiusmodi titulo ab omnibus appellari. Datum in Ciuitate nostra Rottenbur super Tauber, die Lunæ quarta decima mensis Februarii, anno Domini millesimo quadringentesimo septuagesimo quarto, Imperii vicesimo secundo, Hungariæ vero decimo quinto.* MEVRSIVS *c. l.* KRANTZIVS *Saxonia lib. XII. c. XII.*

60) MEVRSIVS c. l. p. 19. *mox Rensburgum, Holsatiæ vrbem proficiscitur; ac Dithmarsos conuenire illuc iubet: & Legatos Lubecensium, Hamburgensiumque, vocat. Cumque conuenissent omnes; Friderici Imperatoris litteras promens, petit; vt Dithmarsi obtemperent: ac coniuncti cum Holsatia, & Stormaria, se deinceps ducem agnoscant. Verum illi respondere: male doctum Imperatorem aliena elargitum sibi terram suam esse: & dominium, temporale pariter ac spirituale, ad Bremensem Archiepiscopum pertinere: ab eo tempore, quo, Dithmarsiæ vltimo comite decedente, Hartwico ipsos, Archiepiscopo Bremensium, Fridericus, nominis istius primus, subiecisset & deinde in illius potestate permansisse. Regerente Christiano, ex eo die sæpe dominum mutasse; Daniæque aliquando, sub secundo Waldemaro; aliquando Holsatiæ comiti paruisse: atque his contradicentibus, etiamnum præsulem illum præfectos ipsis imposuisse, quæ res plane dominatum testaretur:* neque

datas, plene reuocat. 61) In Comitiis Noribergensibus eodem anno 1474. insecutis Cæsar de consilio Electorum & Principum, Vladislaum Polonorum legitimum Bohemiæ Regem decernit, illumque ad Electoratus officium, Matthia, Hungariæ rege reprobato, admittit. Tempus vero ad præstandum sibi feudum, tanquam ab Electore in sua potestate reliquit. 62) Eodem anno Comitia Augustam iterum indicebantur, 63) in quibus noua pax publica ad sexennium vsque fuit constituta, 64) & solenni ritu publicata. Constitutum etiam ibidem Camerale iudicium siue aulicum, quod Statuum controuersias Imp. vice diiudicaret, cuius Præses erat Moguntinus. 65) In iisdem Comitiis Fridericum Palatinum, Ludouici Cœci filium, quod ab obitu Ludouici Pii fratris pro tutore filii ipsius Philippi se gerens, regalia, a Cæsare accipere neglexisset, proscripsit, qui desuper apud Imperii Status fuit conquestus. 66) Denuo etiam in iisdem de expeditione Turcica atque communi denario agebatur, sed hoc etiam sine fructu. 67)

§. XLVII. Inter hæc, Rupertus Bauarus, filius Ludouici, Ducis Bauariæ, & Hermannus Hassiæ Landgrauius, post mortem Theodorici Episcopi, de Episcopatu Coloniensi grauiter contendebant. Fridericus Imperator operam dedit concordiæ sanciendæ, sed non audito imperatore, Bauarus inauspicato consilio ad Carolum Burgundum propinquum suum confugit, pro auxilio contra Hassum & Colonienses, eumque Aduocatum Ecclesiæ Agrippinensis constituit, pro ope, quam esset laturus. Erat Bauarus ab Collegio Coloniensi legitime electus, a Papa Romano comprobatus, atque ab Imperatore regalia temporalis administrationis adsecuturus: sed magna incidit digladiatio de oppidis nonnullis Ecclesiæ, nobilitati illius gentis oppigneratis, quæ oppida Bauarus contra ius fasque, & contra pacta electionis suæ recipere & asserere contendebat, non soluto pretio Nobilitati. Hanc ob rem fœdus percutiunt Colonienses cum oppidis oppignoratis, Ducemque legunt sibi Hermannum, fratrem Hassiæ Landgrauii, eumque se facturos pontificem pollicentur, sicut postea fecerunt. Igitur Carolus, qui a. 1467. iamdum Leodiensem vrbem occupauerat, eosdem Episcopo suo submiserat, 68) cuius regnandi cupiditas erat insatiabilis, sperabat se breui posse tempore subiicere Agrippinenses, habiturumque iter per aduersum flumen Rhenum, & Moguntinenses ditiones vsque Alsatiam & Comita-

neque se passuros esse, vt a domino tam vetusto separentur; nec contentionis eius finis esset: tandem illis annum indulgere placuit, intra quem, quod e re sua videretur, consultarent.

61) Extant inter diplomata Bremensia in MENCKENII *Scriptoribus Rerum Germanicarum Tomo I. p. 609.*

62) DLVGLOSSVS *Hist. Polon. lib. XIII. p. 500.* LEHMANN *lib. VII. c. CXIII.*

63) De his Comitiis MVLLER *p. V. c. XLIII.*

64) Extat ista apud GOLDASTVM *Reichs-Satzungen p. I. p. 197.* MVLLERVM *p. V. cap. XLIV. §. 7.* de publicatione ipsius ita loquitur WERLICHIVS p. II. p. 226. *Der Keyser hatte nun, demnach er einen Reichstag hilte, alsbald am vierzehenden Tag des Maien, bedeckt mit der Cron des Ræmischen Reichs desgleichen mit einem Talar von gantzen guldenen Stücke, und sonsten allen Keyserlichen Schmuck angethan, alda die Churfürsten selbst, wie auch Marx Patriarch von Aquileia, Bæpstlicher legat, und Cardinal, dabey gestanden: auf einem herrlichen mit Gold gezierten Sessel, gleichsam als zu einem Triumf, auf den Weinmarckt zugericht, sitzend, den sechsiæhrigen Frieden, welcher Teutschland mit grossen Vertræstungen und Versicherungen zugesaget worden, publiciren lassen.* FVGGER *lib. V. cap. XXII. n. 8.* LEHMANN *lib. VII. c. CXVII.* Præscriptionem & institutionem collectæ Turcicæ in his Comitiis exhibet LEIBNITIVS *p. I. p. 432.* & KVLPISIVS inter Documenta *p. 70.* DATT *lib. I. c. XXVIII. n. 99.*

65) Testatur de eo FVGGER lib. V. cap. XXII. n. 8. *den 21. dis Monats besetzte er das Keyserliche Cammergericht, auf dem Dantzhaus daselbst: da der Churfürst von Maintz der Obriste Richter, und die Beysitzer alle Doctores gewesen.* & lib. V. c. XLI. p. 1080. *damit auch des Reichs Fürsten und Stande nit immer seinem Hof, mit Beschwernis, Nachreisen, oder ihre Gesandten nachsenden, noch über das mit langsamen Bescheid verkurtzet werden müsten, besetzte er, erstlich zu Augspurg beym Reichstag A. 1473. ein Gerichte mit verstandigen und gelehrten Mannern, den Reich recht zu sprechen. Dis wurde das Kaiserliche Cammergericht genennet, und nachmals von K. Maximilian bestætiget.* Neque tamen nouum hoc fuit iudicium Camerale, sed illud ipsum iudicium Imp. Palatinum, quod vel in aula Imp. vel in Curiis solennibus institutum, dictum: *das Kayserliche Cammergericht* vel *Hoffgericht*, de quo DATT *lib. IV. c. I. n. 16. 17. 18. 19. 43.* Fit tamen eiusdem Iudicii quoque iam ante mentio, in decreto Imp. sub dato *Newstatt am 17. Tag des Monats Octob. 1472.* quod GOLDASTVS exhibet Tomo II. *der Reichs-Satzungen f. 169.* vbi in pr. *das für unser Kayserl. Cammergericht, so der Erwurdig Adolph Ertzbischoff zu Maintz - - - mit den Ersamen unsern Rathen, den Rechtsgelahrten und des Reichs lieben Getrewen auff den 25. Monats Tag Aug. negst vergangen an unser Statt besessen hat.* Laudat etiam Ordinationem Iudicii huius Cameralis sub Electore Adolpho constituti Fridericus Cæsar in Actis Comitiorum Noribergensium a. 1487. DATT *lib. IV. cap. I. n. 45.*

66) In diuersis iamdum Imperii Comitiis de hoc Friderico Palatino fuerat actum, eo quod Imp. non solum resisteret, sed etiam omnia imperiosius ageret. Hæc autem verbis GERHARDI a ROO scribo, qui *lib. VIII. pag. 276.* statim addit: *agebat enim pleraque imperiosius. & Ambergensium senatores duodecim, quod in verba ipsius iurare noluissent, capite plecti iusserat. Erat vero bellicosus & insigni victoria potitus tres simul principes Carolum Badensem, Georgium eius fratrem Mediomatricum antistitem, ac Vdalricum Wirtenbergicum vno die ceperat, & ingenti pecunia multauerat.* Qua ratione autem hic Fridericus Philippi tutelam suscepisset, enarrat TRITHEMIVS *ad an. 1449.* FVGGER *lib. V. cap. XXII. n. 8.* WERLICH *Augspurg. Chronic p. II. p. 228.* Plenius de hoc egit MVLLER *p. V. c. XLV.*

67) LEHMANN *lib. VII. c. CXIII.* MVLLER *p. V. c. XLVI.*

68) IO. ROLLII *adnotationes Chronicæ* apud DVELLIVM *Miscell. lib. I. p. 247.* IAC. VNRESTI *Chron. Austriacum p. 586.*

 69) TRIT-

Comitatum Phiretarum, 69) terrasque ipsi a Sigismundo Austriaco oppignoratas, 70) visusque est spem concepisse, se regnum & Vicariatum Imperii, quæ precibus non impetrasset, vi armorum posse adsequi. 71) Iulio igitur mense, præmisso caduceatore, in Vbios profectus, a. 1474. Nussiam ad sinistram Rheni ripam arctissima cingit obsidione, quam tamen Hermannus Hassus probe defendebat, 72) prætexens, Ecclesiam Coloniensem ipsi a Papa fuisse commendatam, licet potius telonia Coloniensia in animo habuisse videatur. 73) Postquam Carolus per annum fere vrbem oppugnasset, eamque eo adegisset, vt intra decimum diem, vrgentibus intestinis malis in eius venisset potestatem, Ludouicus XI. Galliæ Rex bellum in Picardia contra ipsum instaurat, ipsius etiam fœderatus. Eduardus, Rex Angliæ Caletum cum exercitu traiicit. Hoc ipso motus, ne a tergo hostem haberet, perditis ingentibus sumptibus, & quatuor millibus vel vltra lectissimorum militum, difficillimam soluit obsidionem. 74) Cæsar e contrario, singulari epistola d. III. Decembris a. 1474. ipsum plurimum increpat, qua ratione Germaniam subigere ac Romanum Imperium vindicare susceperit, vtque ambitioni suæ satisfaceret, multas terras vi occupauerit, multas vrbes deleuerit. 75) Decernebatur interim in Comitiis Augustanis a. 1474. expe-

69) TRITHEMIVS *ad a. 1472. 1473.* MAYERVS *Ann. Flandr. lib. XVII. p. 413.* ROO *lib. VIII. pag. 276.*

70) Sigismundus enim Archi-Dux, vt haberet, quem Heluetis opponeret, Alsatiam, Brisgouiam, Suntgouiam, Comitatum Pfirretarum vna cum ciuitatibus syluestribus pro octoginta florenorum millibus Carolo Burgundo oppignorauerat, de quo FVGGER *lib. V. c. XIX. n. 10.*

71) BILIBALDVS PIRCKHEIMERVS de B. Heluetico p. 59. *Id Sigismundus Austriæ Dux considerans, ac de retentione prouinciarum reliquarum, & ciuitatum suarum desperans, quidquid in Alsatia Suntgaw, Prisgaw & circa syluam nigram possidebat, Carolo Burgundo Duci tum potentissimo, ac bellicosissimo principi pro hypotheca tradidit. At ille cum vrbes, castra, & oppida cuncta in suam redegisset potestatem, vndique præsidiis muniis, præfectumque generalem, nomine Hagenbach constituit, qui cum haud quaquam præfectum, sed tyrannum egisset, nec vlla abstinuisset iniuria, prouinciales tandem in suam concitauit perniciem, siquidem Prysacenses illum in vincula coniecere ibique multis accusantibus & crimina horrenda obiicientibus publice finiuit vitam ense, eoque pacto cuncta oppignorata ad pristinum rediere dominium. Verum cum Sigismundus Dux Burgundi timeret potentiam, ac vereretur, ne misso exercitu per vim ablata iterum in suam redigeret potestatem, compulsus est ad Suitenses hostes confugere hæreditarios, cum quibus fædus pepigit vt eundem hostem & amicum censerent, & si vis maior aliqua ingrueret, illum totis propulsarent viribus. Incidere hæc in annum dominicæ incarnationis MCCCCLXXIII. Burgundus vero non tam ea irritatur iniuria, quam quod debellata Germania Italiam ingredi parabat, ac cunctis deuictis gentibus, se orbis Dominum fore sperabat, Vrbem Nouesium super Rheni conditam ripas, ac Romano subiectam imperio hostiliter, ac maximis circumdedit viribus. Circumtulerat iam antea per Galliam victricia signa nec quempiam tam potentem esse putabat, qui viribus suis resistere posset. Nam præterquam quod diuitiis & opibus inter cunctos excelleret Principes, maximum & instructissimum ducebat exercitum: accedebat his animus ingens, & bellicæ laudis gloria, cuius erat appetentissimus.*

72) TRITHEMIVS *ad a. 1474.* ROO *lib. VIII. p. 278.* FVGGER *lib. V. c. XXIII. n. 2.* M. CHRON. BELG. p. 437. *Dux Carolus, offensus in Imperatorem, consilia cogitabat praua, & anno salutis MCCCCLXXIV. cum maximo apparatu & exercitibus quatuor idiomatum Coloniensem aggressus est Episcopatum siue diœcesim, & Nussiensem ciuitatem per hebdomadas obsedit XLVI. vt Romanum occuparet imperium, quemadmodum inclamauerunt milites eius ad obsessos Nussienses, non laborare principem suum pro ista villa, sed pro Romano Imperio, vt ipse Carolus in fine obsidionis, congressionis tempore cum populo suo, protestatus est, dicens: hora nona Imperator ero vel mortuus: quod & factum fuisset, nisi Ducis proditionem diuina ordinatio detexisset.* MICH. BOIEMVS *vita Alberti III. §. IX.* Ipse tamen Carolus in litteris suis ad Adolphum Moguntinum hanc expeditionem excusare conatur, eo quod Ecclesia Coloniensis ipsi a Papa fuerit commendata, quæ extant inter KVLPISII Documenta *pag. 57.* IAC. VNRESTI *Chron. Austriacum p. 504.* KÖNIGSHEVEN *Chron. Argent. cap. V. p. 369.* Quid circa hanc expeditionem in Alsatia fuerit gestum, exprimit BERNH. HERTZOG *Elsass. Chronic. lib. II. c. LXI.* qui etiam *c. XXII.* Ciuitates Imperii recenset contra ipsum excitatas & *c. LXXII.* tormenta CCCL. quibus contra Nussiam fuerit vsus.

73) Epistola Friderici III. Imp. ad Carolum inter KVLPISII Documenta *p. 59. agnostis vberrima Coloniensis Ecclesiæ theolonea, ad quæ tibi animus: non Episcopum ab inimicitiis, si quid patitur, defensando, sed ipsum a suis destituendo. Et si Sanctissimus noster Dominus Apostolicus superioribus diebus ex falsa suggestione Ecclesiam Coloniensem tibi commendauit, veritate tum liquidata melius doctus, instante effluxu, legatum suum Marcum de latere, titulo sancti Marci, ad te legabat, cui nullam audientiam acceptare fastidiuisti; veritus, ne te ex iussu sanctissimi ab armis discedere oporteret, atque litteras Apostolicas contra te & Episcopum Coloniensem strictissimo vinculo anathematis innodatum fulminatas tibi exhiberet. Et cum armis captis immutabili mente discedere non existimas, hodierna tempestate scias, totam quasi Almaniam equitum & peditum strenuissimorum stipante caterua manu prompta, in expeditionem vocatam.*

74) PHIL. COMINAEVS *lib. IV. c. I.* OLIVERIVS MARCANVS ipse testis oculatus *lib. II. c. I.* MEYER *Annal. Flandr. lib. XVII. p. 413.* RENSNOIVS *Rer. Batau. lib. XI. p. 164.* BARLANDVS *Chron. Brabant. c. CXXIX.* CHRON. ELWANG. *ad a. 1474.* FVGGER *lib. VI. cap. XXIV.* ROO *lib. VIII. p. 314.*

75) Extat Friderici III. epistola inter KVLPISII documenta AENEAE SYLVII Vitæ Friderici III. adiecta *p. 58.* in qua: *nexus suscepti oneris nos armis te inuestigare cogit: Ciuitatem, quam obsides, ex faucibus liberando fati, ni tua sponte ab armis discedere velis. Tibi reuera ab ineunte ætate per ignauiam ac vana ingenia ingens desiderium fuit, Germaniam subigere; ac Romanum Imperium vendicare; cum tuis finibus nequaquam contentus sis; fedus humanæ societatis rumpere, exercitus ducis, aliena vastas, liberos populos aut trucidas aut subigis; tuas amplificando aliorumque Principum atterendo vires, potentia armisque tuis confisus es: multaque tibi nulla lacessito iniuria bella fuere; multus sanguis effusus, imo in mutuo sanguine populi & in alterna cæde grassari studes. Multæ vrbes per te deletæ, multæ terræ vi occupatæ; & cum iniuria singulas terras quasi tuas possides: multi Principes nobiles & duces in vin-*

expeditio contra Burgundum. 76) Nouis Herbipolim indictis Comitiis, dum Imp. Augusta discederet, opifices, nondum soluto omni pretio, equos currusque Imp. detinebant. 77) Noua in conuentu Herbipolitano contra Burgundum decernebatur expeditio, 78) in Francofurtensibus etiam Comitiis acceptabatur oblatum a Gallo fœdus, 79) quod in conuentu Moguntino fuit conclusum, 80) atque Andernaci confirmatum. 81) In eodem Conuentu Andernacensi etiam Fridericus III. Imp. non solum generalem cum Ludouico XI. d. vltima Decembris 1474. iniit confœderationem, qua omnia fœdera anteriora a temporibus Caroli M. insuper confirmantur, sed etiam eadem die ipse atque Electores cum eodem Rege confœderationem incunt contra Carolum Burgundum. 82) Offerebant quidem Christianus I. Rex Danorum, & Iohanna, Amadei IX. Sabaudiæ Ducis relicta, in conuentu Wisbadensi, qua ratione Imp. cum Carolo Burgundo vellent componere, 83) in conuentu etiam Andernacensi certa capita proponebantur, de quibus tamen non plane conuenit. 84)

§. XLVIII. Dum Carolus adhuc ad Nouesium hæreret, Imp. contractis Imperii auxiliis, inter quæ etiam Albertus Saxoniæ Dux cum milite Saxonico, vexillo præfectus Imperiali, 85) litteris diffidationis per Heroldum ad Carolum missis, 86) ad medium Ianuarii 1475. in Vbios profectus, Linzium oppidum, quod præsidio Caroli tenebatur, ipse obsedit, Brandenburgicum Marchionem Albertum, cum parte exercitus Rimagum mittit. Rimagenses, post octo dierum obsidionem, vitam pacti, sese dediderunt, eorum bona a militibus direpta. Idem & qui Linzii erant, sed tardius fecere; postquam Picardi, præsidio inde abducto, arcem incendio corrupissent, Cæsar inde circa Palmarum ferias Coloniam ingressus est, adplaudente & fausta adprecante populo, & erectis in spem omnium animis. 87) Renouabatur ibidem d. 25. Martii 1475. fœdus cum Gallo. 88) Studebat Caroli rebus Gerhardus, Iuliacensium Princeps, & exercitui eius ex ciuitatibus suis commeatum suppeditabat. Hunc Cæsar ad se Coloniam venire iubet, qui domi manens, per legatos se excusat, neque principis vicini cognati viribus resisti abs se posse, eiusque amicitiam necessario colendum esse. Cæsar, nisi præsens adueniret, omnibus illum beneficiis, quæ ad Imperii Iura pertinerent, priuatum iri interminatur. Hoc nuncio accepto, Coloniam statim venit, & Cæsari conciliatus est. 89) Redierat iisdem diebus Roma, Christiernus Danorum Rex. Is cum Ioanne, Saxoniæ principe, itineris socio, in Caroli castra diuertens, ad pacem eum flectere summo studio nitebatur. Sed frustra omnis eius conatus cessit. 90) Cæsar vero, antequam in bellum prodiret, vt Caroli vires alio auerteret, abs Heluetiis petierat, vt bello in Burgundiam moto, Imperii rebus commodarent. Hi non tam Imperii caussa, quam quod iacta esse odiorum semina, & bellum in se exarsurum scirent, in Burgundiam profecti, Ellicurtum oppidum cum arce obsident, cum iam Carolo bellum per litteras denunciassent. 91) Ludouicus XI. quoque Gallorum Rex viginti millia militum in hoc bellum se missurum receperat. Missi ad eum erant a Cæsare & prin-

in vincla coniecti; Multa templa Deo consecrata ceciderunt: quæ animis hominum prodita sunt, nec prolixitas omnia commemorare sinit. Haud difficile existimas eos vinci a te, qui domi diffident, otio vacant, in re militari se non exercent. Sed profecto res longe aliter eueniet, quam tu geris. Nos non ita ignarum te credimus nostrarum rerum, quin scias, quanta Almanorum & totius Romani Imperii potentia, quam valida, quam bellicosa, quam ferox, quam vehemens & manu prompta, quam audax, quam strenua, quam præstans in re militari, quam animosa & bellicarum perita rerum Alemania, & quomodo in omni gente strenuos & ignauos contingit reperire milites, gens tamen genti præfertur. Vnum solum modicissimum Almaniæ opidum, te tuasque vires, vt experientia didicisti, thesauros quoque tuos eneruarat, atque innumerabiles tuas copias prostrauerat. Alia est enim Almanorum natura, aliæ vires, alia ingenia. Et paullo post: *Et cum fastuosum, turgidum, rebellem reperimus, nobis & Regi Francorum, & iure feudi, quod a nobis tenes mancipatum ceptare, quæ minime vasallum decent. Nos te eliminare prætendimus viribus & potentia, at in Almania superiori ac intra oras maritimas freti, & in his perniciem atque casum magnopere machinaturi, eumque turpem; cum postpositis gradibus ad summi loci fastigia per abrupta scandere nitaris.*

76) De his MVLLERVS *p. V. c. XLIX. §. 4.*

77) FVGGER *lib. V. c. XXIII. n. 5.*

78) MVLLER *p. V. c. LIV.*

79) MVLLER *c. LV.*

80) Ipsas fœderis tabulas exhibet MVLLER *cap. LVIII.*

81) MVLLER *cap. LXI.*

82) Extant vtraque apud MVLLERVM *p. V. c. LXI.* & du MONT *Tomo III. p. II. p. 520.*

83) Inuitatus dicitur Christianus tam ab Imp. quam a Burgundo, HAMELMANN *Oldenburg. Chronic. p. III. p. 211.* MVLLER *p. V. c. LIX.* Extant litteræ Ducissæ Sabaudiæ ap. MVLLERVM *p. V. c. LX.*

84) MVLLER *p. V. c. LXII.*

85) Has exhibet FVGGER *lib. V. cap. XXIV.* KVLPISIVS inter Documenta *p. 58.* & MVLLER *p. V. c. LXIII. §. 2.* vtrique etiam exponunt, quo ritu istæ Imp. fuerint exhibitæ.

86) MICH. BOIEMVS vita Alberti §. IX. *Albertus vexillo præfectus Decumano, seu Labaro.* Sie etiam ipse Albertus ad patruum suum *der Adeler des heiligen Reichs oberst Streitpaner schwebet in unserm Befehl aus Gebeys der Keyserl. Maiest.* MVLLER *p. V. c. LXIV.* qui etiam litteras Caroli Burgundi ad Albertum Saxonem exhibet.

87) ROO *lib. VIII. p. 280.* FVGGER *lib. V. c. XXIV. n. 4.*

88) FVGGER *n. 6.* MVLLER *p. V. c. LXVIII.* extat apud du MONT *Tom. III. p. I. p. 499.*

89) Verba sunt GERHARDI A ROO *pag. 280.* FVGGER *lib. V. cap. XXIV. n. 7.* MVLLER *p. V. c. LXVI. & LXX.*

90) ROO *p. 280.* MEVRSIVS *Hist. Dan. lib. II. p. 18.* SCHIPHOWERVS *Chron. Oldenburg. ad a. 1475.* FVGGER *lib. V. c. XXIV. n. 4.* MVLLER *p. V. c. LXIX.*

91) Verba sunt GERHARDI A ROO *lib. VIII. p. 280.* FVGGER *lib. V. c. XXIII. n. 10.* MVLLER *p. V. cap. LXV.*

& principibus legati, qui auxilia ex promiſſo & pacto mittenda peterent. Sed rex, oſtenſa eorum ſpe, clam interim aut cum Carolo pacem ex commodo ſuo facere, aut inducias prolatare tentabat, ne Angli ſæpe iamdum ab eo in belli ſocietatem vocati, traiicerent. Per legatum tamen auxilia ſe miſſurum promittit, iam aliis in locis bellum ſe Carolo mouiſſe, quare ne pacem cum eo faciat Imp. ſed ditiones eas, quæ ad Imperii Germanici iura ſpectarent, occupet, idem ſe de Burgundia, Flandriaque & aliis iis facturum, quæ Gallici iuris eſſent. Aſt, ſuſpecta Galli fides erat Cæſari. 92)

§. XLIX. Decreta igitur in conuentu Colonienſi 1475. contra Burgundum expeditione, concluſoque cum Imperii Principibus XXV. Martii fœdere, 93) Maii menſis initio Fridericus cum exercitu, quem ad octoginta millia vsque extendunt, 94) Principibus & Comitibus multis Colonia egreſſus, Noueſium verſus duxit. 95) Bis, IV. & X. Kl. Iunii ad Noueſium conflictum fuit, pari fere fortuna. 96) Poſtquam vero Carolus Burgundus die Solis ante feſtum Corporis Chriſti Epiſcopum Traiectenſem, Marchionem Rotelenſem & Dominum ab Hynolbolt, legatos ſuos in Cæſaris caſtra miſiſſet 97) vltro citroque commeante Alexandro, Foroliuienſi Epiſcopo, Cardinale, legato Papæ per Germaniam, poſt pactas per triduum inducias, pr. Kl. Iunii die Veneris poſt feſtum Pentecoſtes pax fuit concluſa, his legibus, vt Carolus omnem controuerſiam Colonienſem arbitrio Papæ, ſubmitteret, Noueſio diſcederet, atque a tuendo Ruperto deſiſteret. Hoc facto, Cardinalis, legatus Papalis ab armis iubet diſcedere, pace proclamata, adiuuantibus proceribus, quorum opera ad colloquium Imperatoris Carolus venerat. Conditiones pacis publicatæ non ſunt, nec Imperator nec Albertus Brandenburgicus vsquam conſpecti fuere, quoties manu res fuit decernenda: vnde putabatur, colluſiſſe cum Imp. Carolus, quod facta deſponſatio, inito fœdere prid. Cal. Iunii anno a. 1475. inter Maximilianum Imp. filium, & Mariam, Caroli filiam comprobauit. Sunt, qui delibutum Imperatorem ſcribunt duabus tonnis auri. Carolus fœdere facto in Belgas diſceſſit. 98)

§. L. Hel-

92) ROO *pag. 280. 281.*

93) Extat fœdus illud in RECVEIL de TRAITTES de PAIX *Tomo I. p. 642.* Litteræ, quibus Ciuitates quasdam ad arma contra Burgundum ſumenda inuitat Cæſar, extant inter KVLPISII *Documenta p. 236.* Tales etiam ſunt litteræ ad Albertum, Abbatem Comburgenſem geben zu Andernach nach Conuerſionis S. Pauli An. Domini LXXV. unſers Kayſersthums im drey und zwantzigſten Iahre, in quibus: *Wir haben uns vor etlicher vergangener Zeit nach unſern groſſen Vnſtatten, in aigner Perſon mit unſern und des Reichs Churfürſten, Furſten, Grafen, Herren, Rittern, Knechten und denen von Stetten herab in dem Stifft Coln gefugt, dem Hertzog von Burgund, in ſeinem Muthwillen, unbillichen Furnehmen, ſo er zu Abbruch, Zertrennung und Schaden dem Heil. Reich über Verbott Ihm von unſern Heiligen Vatter dem Pabſt und uns beſchehen, in dem Stifft Collen gebraucht, zu Errettung und Behaltung Teutſcher Nation mit Hülff Gottes gewaltigen Widerſtand zu thun, auch etlich gelegen, und darinn deſſelben von Burgundi leut geweſen ſeyn, mit groſſer Muhe Koſtung und Arbeit zu unſern Landen bracht, und ſeyn nun in taglicher Vbung uns furter hinab zu demſelben von Burgund zu fugen, dem ob Gott wil, mit Heeres-Krafft zu widerſtehen und zubeſtreiten* apud MENCKENIVM *Script. Rer. German. Tom. I. p. 448. 515.*

94) ROO p. 281. *eo ad caſtra venit Henricus Schwartzenburgicus, Monaſterienſium epiſcopus, cum auxiliis Thuringiæ & Saxoniæ ciuitatum: ad ſedecim hominum millia cum eo fuiſſe ferunt. Eodem die aduenit Chriſtophorus Marchio Badenſis, & poſtridie Henricus Haſſorum princeps, Hermanni frater, cum non contemnendis vterque copiis. Erant apud Cæſarem præter iam dictos; Adolphus Moguntinus, & Ioannes Treuirorum Electores, Guilielmus Aichſtetenſis, Matthias Spirenſis, Reinhardus Vangionum Epiſcopi, Sigismundus Auſtriacus, Ludouicus, Albertus, & Fridericus Bauari, Erneſtus Saxo, Albertus Brandenburgicus, & Voldemarus Anhaltinus principes. Præter hos aderant quinquaginta comites, inter quos eminebat Eberhardus Wurtembergicus. Ad octoginta hominum millia, in caſtris cenſa fuiſſe proditum eſt.* MICH. BOIEMVS vita Alberti §. IX. *comparatis igitur ingentibus copiis caſtra quam proxime iuxta Burgundum locat, Anno 75. Erant in exercitu 80000. Principes plurimi: inter quos Albertus Saxo eminebat, vexillo præfectus Decumano, ſeu Labaro.* Principes & Comites in exercitu præſentes recenſet IAC. VNRESTVS *Chron. Auſtr. pag. 597.* LEHMANN *lib. VII. c. XCVI.* Idem dicit FVGGERVS *lib. V. c. XXIV. n. 9.* Licet exercitum ſaltim ex ſeptem equitum triginta ſex peditum millibus computet cum FVGGERO *p. 817.* MVLLERVS *p. V. p. LXXI.* §. 2. computatis tamen præſidiis, omnibusque qui exercitum ſequerentur, hunc numerum conſtitiſſe, concedat.

95) ROO *c. l.* FVGGER *lib. V. c. XXIV. n. 10.* SCHATEN *Ann. Paderborn. ad a. 1475.* MVLLER *p. V. c. LXXI.*

96) ROO *lib. VIII. p. 282. 283.* FVGGER *c. l.* BROWER *Annal. Treuir. lib. XIX. p. 304.* MAYER *Ann. Flandr. lib. XVII. p. 416. 417.* MVLLER *c. l.*

97) IAC. VNRESTI *Chron. Auſtriacum p. 598. Vnd an dem Eritag mitichen Phintztag ward gemacht der Fryd und Fayding.* Et p. 599. *Vnd am Eritag vor Sanndt Veits Tag da ward des Frydt abgekundt zwiſchn des Kayſers und des Hertzogen von Burgundi, und derſelb Vnfrid werd ain Stundt.*

98) Verba ſunt MICH. BOIEMI *c. l.* GERHARDVS a ROO p. 283. *poſtero die, cum iam maiores vtrinque copiæ, ad prælium eductæ, in procinctu ſtarent, Alexander Foroliuienſis Epiſcopus Pontificis per Germaniam legatus inter vtroſque obequitans, trium dierum inducias pepigit. Dein eodem & aliis quibusdam principibus operam dantibus, Cæſar & Carolus pridie Calendas Iunias in colloquium venêre, quorum vterque a pace alienus non erat. Carolus enim bellum ſibi a Gallorum rege parari, a Renato vero ac Heluetiis iam etiam geri, non ignorabat, & fecialem a Lotharingo cum belli denunciatione ad ſe miſſum, magnificis veſtibus, ac ſi optata nunciaſſet, donauerat. Fridericus vero & ſuapte natura a bello abhorrebat, & Galli ſocietatem, Caroli amicitia atque affinitati, poſtponebat. Itaque pax facta eſt, & Ruperti controuerſia, ad Pontificis arbitrium reiecta. Noueſium vero Legato permiſſum, vsque ad cauſæ deciſionem. Inter alias pacis conditiones, quæ occulta habebantur, ſcriptores fere omnes affirmant, Mariam, Caroli filiam vnicam, Maximiliano deſponſam, cum omnibus prouinciis hæreditariis, ſi nulla alia prole auctus, ipſe moreretur.*

De con-

§. L. Heluetii interea. & Renatus Lotharingiæ Dux terras Caroli inuaſerant. Hic igitur omnes ſuas vires in Renatum conuertens; Nanceio expugnato, tota eum prouincia excedere, & ſolum vertere cogebat. 99) Circa anni ſeptuageſimi ſexti initium, Carolus Heluetios adorſus, Granſeiam ſub Iura monte, ad lacum, vrbem cum arce expugnat. Carolus præſidio ciuitati & arci impoſito, abiens, obuios habuit Heluetios illos, qui ſuis auxilio miſſi, ſero aduenerant. Sublato clamore conſeritur IX. Aprilis pugna. Burgundi fuſi fugatique, non multos milites, 100) ſed maximas opes & eximiam ſupellectilem amiſere. In ea erant vaſa aurea atque argentea, & pretioſæ veſtes, atque inter hæc pretioſiſſimum Monile, conſtans ex magno & craſſo adamante acuminato, tunc omnium præſtantiſſimo, & tribus magnis balaſiis & quatuor rariſſimæ magnitudinis margaretis, cum pileo magnifico, margaretis prægrandis magnitudinis circumducto. Currus item trecenti, commeatuum ingens copia, & tormentorum bellicorum magna vis, in hoſtium poteſtatem venêre, qui Granſeia oppido cum arce recepta, ſocios ſepulturæ mandarunt. 1) Carolus, reſtauratis apud Loſannam viribus, Muratum ad Galliæ fines ſitum expugnare adgreditur, Heluetii cum ingenti exercitu oppidum liberaturi accurrunt. Committitur XXII. Iunii 1476. atrox & cruentum prælium. Burgundi ſuis ipſi tormentis implicati, diſſipatis ordinibus,

De coniugio illo apud Treuiros actum fuiſſe ſupra meminimus, & ita plerique annales habent. Sed Maximilianus ipſe, in commentariis ſuis annotatum reliquit, hoc demum tempore, ad Nouesium illam ſibi eſſe deſponſam, nec diſſimulat fauiſſe ſibi & tum & poſtea quoque fortunam, quod Gallorum rex, vti illam filio ſuo obtineret, nihil non & auro & ferro attentarit. In pacis ac fœderis conſtitutionibus excluſi ſunt Heluetii, & confœderatæ illis ciuitates, Sigismundus item & Renatus principes. BILIBALDVS PIRCKHEIMERVS de b. Heluetico lib. I. p. 60. *At Cæſar tanto motus periculo, imperii opes conuocat, ac eas contra Burgundum ducit, qui iam per integrum fere annum vrbem Nuſſ obſidebat. Verum cum tanti exercitus conueniſſent, ac vtrimque timor interceſſiſſet, quo minus res alea committeretur, primum induciæ factæ ſunt. quas non ita multum poſtea his conditionibus pax ſecuta eſt, vt Cæſaris filio Maximiliano Burgundi filia, quæ vnica erat, nuberet, ad quam quoque demortuo patre totius ditionis imperium deueniret, Burgundus in Italiam Romano Imperio reluctantem, & haudquaquam obedientem tenderet: quam ſi ſubiugaret, a Cæſare Italiæ Rex appellaretur. Additum quoque, vt per fœderatorum terram duceret non tam ſuas, quam Cæſaris vlturus iniurias. Prudenter quidem. Nam ſiue Burgundus vinceret, ſiue vinceretur, nihil Cæſari deperire poterat. Aut enim vindictam ex fœderatis erat exacturus, aut ſuperato, & cadente Duce, tota vis imperii eius ad Maximilianum & rem erat peruentura.* MATER *Ann. Flandr. lib. XVII. p. 415.* TRITHEMIVS *ad a. 1475.* FVGGER *lib. V. cap. XXIV. n. 13.* MVLLER *p. V. c. LXXIII.* CVSPINIANVS pag. 486. de Friderico III. dicit: *mira arte effecit, vt vnica Caroli filia Maria Maximiliano filio deſponderetur.*

99) ROO *lib. VIII. p. 284.* FVGGER *lib. V. c. XXV. n. 2.* NAVCLERVS *p. 1103* TRITHEMIVS Chron. Hirſaug. ad a. 1475. *Carolus autem Dux Burgundiæ Maximiliani ſocer obſidione Nouſiſi ſoluta exercitu mouit in Lotharingiam in primo menſis Decembris anno prænotato & fugato Duce Reinhardo quem Renatum alii nuncuparunt, omnem Ducatum eius in breui obtinuit, & fidelitatis Iuramentum, quod Homagium vocant, a cunctis terræ habitatoribus ſuſcepit. Verum non diu poſtea Reinhardus auxilio coniuratorum Suitenſium, Ducatum recuperauit amiſſum, quem vbi Carolus iterum bello repetere voluit, ab ipſis coniuratis, cum aliis occiſus fuit.*

100) COMINAEVS lib. V. cap. 1. *Sic Germani & caſtris & tormentis tentoriisque Ducis & militum potiti ſunt cum infinita pretioſarum rerum ſupellectili; nihil enim præter vulgus fugientium hominum ſeruatum eſt, omnibus tantis theſauris amiſſis. Mira res, ſeptem tantum milites periere, reliqui cum ipſo Duce fuga euaſere.*

1) Verba ſunt GERH. a ROO *p. 284. 285.* FVGGER *lib. V. c. XXV. n. 1.* PHIL. de COMINES *lib. V. c. I.* Agit de eodem HENRICVS GVNDELFINGIVS in *Hiſtoria Auſtriaca*, cuius partem ex Mſto Bibliothecæ Cæſareæ Vindobonenſis exhibet P. LAMBECIVS *Comment. de Bibl. Cæſar. Vindobon. lib. II. p.* 497. Idem ex IO. IACOBI FVGGERI Mſtis cimelia Ducis pretioſiſſima, quæ in dicto prœlio amiſerat, deſcribit & per icones exhibet, vtpote Monile pretioſiſſimum, pateras duas argenteas atque inauratas, pileum pretioſiſſimum. De iisdem in ipſius Hiſtoria typis impreſſa *lib. V. c. XXV. p.* 829. Eadem deſcribit TRITHEMIVS *ad a. 1476.* MVLLER *p. V. c. LXXIV.* §. 1. MAYER *Ann. Flandr. lib. XVII. p.* 422. Quo monile iſtud pretioſum deuenerit, variæ variorum ſunt ſententiæ. COMINAEVS lib. V. c. II. *Spolia caſtrorum eius mirifice ditarunt egenos illos Heluetios, qui primo conſpectu non agnoſcebant quantum opum copiarumque ipſis fortuna eius dedit obiecisset, præcipue de plebe vulgus. Tentorium ſpecioſiſſimum & pretioſiſſimum toto fere mundo, in plura fruſta diſſectum eſt. Fuere qui magno numero ſupellectilem conuiuialem argenteam vili pecunia pro ſtannea venderent. Adamas ipſius, maximus inter orbis Chriſtiani viuus, cum appendente inſigni vnione, ab homine infimæ ſortis repertus in daetzbuhe aus ſoure remiſſus eſt: mox ſub plauſtrum quoddam conjectus; vt tandem vententum ſtrenuo cuidam Sacerdoti vendidit. Hic magiſtratui obſit, qui tribus Francis redemit. Inſignes alias opificio & ſpecie gemmas adepti ſunt, inter quas tres fuere totidem ſuorum nomine celeberrimæ: vna Flandriæ titulo illuſtris, qua non fuit vbi æſtimatior, cum infinitis bonis aliis, quæ docuerunt agreſtes homines pretium pecuniæ obuiaque.* MICH. STETTLER Nuchtlændischer Geſchichten lib. VI. p. 247. *Es lieſſe darneben Carolus einen Diamant, eines Daumens breite groſs, welchen man inn aller Chriſtenheit für den Edleſten Stein hielte, in bemelten Lager, der von Gold eingefaſſet, und mit zweyen koeſtlichen anhengenden Perlinen gezieret war, derſelbige wie Commeus ſagt, ſoll anfænglich vor Granſon funden, darnach als unnütz, verworffen, bald widerumb auffgehebt, einen Prieſter umb einen Gulden verkaufft, und von denſelbigen ſeiner Oberkeit umb drey Francken zugeſtellet worden ſeyn, hernach kauffte ſolchen von den Eydgenoſſen Bartholome May, von Bern, umb fünfftauſend Gulden, und gabe Wilhelmen von Dieſsbach dem Vndermarckter vier hundert Gulden vor ſein muhe und arbeit, der emofienge kurtz darnach von etlichen Genueſern ſieben tauſend Rheiniſche Gulden darumb, von denen kame dieſer Diamant in deß Hertzogen von Meyland gewalt, umb eylff tauſend Ducaten, und ſoll entlich Bapſt Iulio, ſein dreyfache Cronen damit zu zieren, umb zwantzig tauſend Ducaten worden, und noch bey weitem*

nibus, fugere coacti sunt, ad triginta hominum millia cæsi aut lacu submersi dicebantur. 2) Renatus exinde omnes terras suas, Nanceium etiam tertio obsidionis mense, in suam iterum redigit potestatem. Carolus grauissima licet 3) hieme Lotharingiam ingressus, Nanceium iterum arctissima obsidione cingit. Renatus, cum Heluetiis aliorumque confœderatorum auxiliis duodecim militum millia secum ducens, aduenicns, recta ad Caroli castra, Carolus pergit, licet copiis longe inferior, quæ fame frigoreque erant confectæ, vix duo millia contra ipsum educebat, 4) qui ad militiam essent idonei, ipsi obuiam procedebat. Fit acerrimum prœlium, in quo Carolus omnibus copiis exutus, tribus aduersis vulneribus acceptis, occubuit, non sine insigni proditione Nicolai Campobassæi Neapolitani, qui cum ab initio Lotharingicam expeditionem dissuaderet, colapho ab eo percussus, vindicta in id tempus dilata, cum suis ad hostes transfugit. Incidit Caroli cædes in diem V Ianuarii anni septuagesimi septimi. 5) Renatus corpus ipsius in primario templo Nantii splendidissime fecit sepeliri, ante altare D. Georgii, 6) tandem vero interueniente Sigismundo, Austriæ Archiduce, inter Maximilianum, eiusdemque coniugem Mariam, atque Heluetos Tiguri a. 1478 conuenit, atque omne bellum fuit compositum. 7)

§. LI. Dum hæc agerentur, nouus Bohemorum Rex Vladislaus, de eodem regno d. 10. Iunii a. 1477. Viennæ solenniter fuit inuestitus. 8) Hoc ægre ferens Paulus II. Papa ad Imp. scribit, se nihilominus habiturum pro Rege Bohemiæ Matthiam R. Hungariæ, cum nemini sit dubium, solos Proceres Bohemos qui sint Catholici, & a quibus Matthias ante hac fuit in Regem electus, habere legitimam Regis eligendi potestatem; & Sedem Romanam ex auctoritate sua potuisse pronunciare electio m Vladislai, propterea quod ab hæreticis fuerit facta, de iure esse inualidam, & quæcunque in electione ista decreta

weitem ein mehrers werth gewesen seyn. Eadem narrat BIRCKEN *lib. V. c. XXV. p.* 829. addens: *Anderst berichtet hiervon ein Manuscript, daß nemlich dieser Demant, durch obbelobten Iacob Fuggern, den Eydgenossen, nebenst noch einen Rubin und den Strohut Hertz. Carls, um 47000. Gulden, abgehandelt, folgends an K. Heinrichen VIII. in Engelland wieder verhandelt, und endlich, als K. Philipp II. in Hispanien ihme dessen Tochter Mariam vermæhlet, mit ihr an das hoechstloebl. Ertzhauß Oesterreich gelanget.* De reliqua præda CONTINVATOR KÖNIGSHOVEN *L. V. p.* 376.

2) ROO *p.* 285. TRITHEMIVS *ad a.* 1476. NAVCLERVS *p.* 1100. MAYER *p.* 424. PONTVS HEVTERVS *rer. Burgun. lib. V. c. XII.* COMINES *lib. V. c. III.* ROB. GAGVINVS *lib. X. c. XX.* FVGGER *n.* 7. MVLLER §. 6. 7. IAC. VNRESTI Chron. Austriacum p. 613. *Damit prachten sy dem von Purgunde inn die Flucht, und erschluegen Im drew tawsent Mann, und der Hertzog selbs cham an der Flucht von dem Phardt, und sondlich und iamerleich inn das Hawbt geschlagen ze todt, den men an dem dritten Tag unlter andern Todten nicht vinden kundt, und do er gefunden wordt, do begrueb man In in der Stat Nansavv in Sand Steffans Kirchen.* Idem paullo post: *Das ist geschehen anno Domini millesimo quadringentesimo septuagesimo septimo an der heyling drey Kunig Abendt, der da vvas an ainem sambstag.* Et paullo post: *In his autem duobus versibus continetur numerus dominorum & aliorum, cum duce occisorum, & pari modo connumeratas literas ad modum priorum versorum videlicet; significat vnum, V. quinque, X. decem L. quinquaginta C. centos, M. mille. Versus:*

InCLIta SVeVorum prosapIa IngenVorVM
ELIzIt prInCIpIs bVsorCIa BVrgVnDIorVM.

Et quando sic litteras bene compensas connumeras, faciunt tum millia quingentos & duos viros. Addit etiam singulare vaticinium Turcæ cuiusdam, quod ab hoc Carolo multus Christianorum sanguis fuerit effundendus.

3) CONTIN. CHRON. KÖNIGSHOVII c. V. p. 350. *In den Winacht oben und in der nacht vvas es also kalt, das der Burgundschen lut in den her vor Nanse, und uff den vvarten mer den vierhundert man erfrurent zu tode, und erfrurent ire ob dreyhundert man, das man in hende und fueß must abschniden, do erfrurent ouch gar vil Pferde, dauon vvurdent des Hertzogen von Burgundi diener gar unvvillig, do sprach sin oberster diener vvas ein Ritter und obirster Capitener, der sprach, unserm Herren dem Herzogen ist vvol mit kriegen und gevvinn die Stad Nanse gern, ich vval, das er vornen in die grosen buchsen lege, so vvolten vvir ihn in die Stad schissen, so gevvin er die Stad Nanse, und vvurde im Krieges genuge das mir nit bedorffent also mercklich erfruren. Das vvart dem Hertzog gesaget, do schickte er fürderlich noch ime, lies in hencken, also kam der frun ritter um sin leben.*

4) OLIVARIVS MARCANVS lib. II. c. VIII. *tant fit le duc de Lorraine, qu' il amena les Suisses bien douze mille combatans, & le duc de Bourgogne leur alla au devant & pren sur ma consciente, qu' il n' avoit pas deux mille combatans.*

5) Verba sunt GERHARDI a ROO *lib. VIII. p.* 286. COMINES *lib. V. c. VI. VII. VIII.* P. HEVTERVS *lib. V. c. XIII. XIV.* ROB. GAGVINVS *lib. X. c. XXI.* NAVCLERVS *p.* 1100. TRITHEMIVS *ad a.* 1477. BROWER *Ann. Treuir. lib. XIX. §. CLVI.* LAMBECIVS *lib. II. c. VIII. p.* 709. IAC. VNRESTI Chron. Austriacum p. 613. *Inn der ersten verlor er sen Wagenburg, viel guetter Leude, grosses Guet und Klainot von Goldt und Silber; inn der andern Niderleg geschach an Sandt Achacien Tag im LXXVI. Iar, da verlohr er XX tausent Mann.* FVGGER *lib. V. c. XXV. n.* 8. qui tamen VI. Ianuarii habet, MVLLER §. 8. TRITHEMIVS Chr. Hirsaug. ad a. 1477. *& iste finis Burgundiæ Ducis extitit, qui animo non minor videbatur sibi magno Alexandro. Vnde quidam breui dicterio annum mortis eius & causam volens exprimere, dixit:*

CernIte nVnC dVCes bVrgVndVM gLorIa neCat
Dux Carolus cecidit & ecce gens habet tropheum.

hoc est, anno Domini MCCCCLXXVII. ambitione Burgundus interiit. Varia alia in illius mortem composita Epitaphia reperiuntur in *Addition à l' Histoire de Louis XI. p.* 405. Adde IO. DAV. KÖHLERI binas dissertationes *de Carolo Bellicoso*, qui vitam ipsius atque gesta vberius descripsit.

6) IO. WILH. NEVMAIER *in Itinerario Io. Ernesti Iun. p.* 33. KÖHLER *diss. II. §. XV.*

7) Extat compositio apud BVELLIVM *Miscell. lib. I. p.* 253.

8) ROO lib. VIII. p. 286. *hoc anno Vladislaus Boëmorum rex, cum octo hominum millibus, in Austriam ad Cæsarem venit, cui de Polonicis quoque auxiliis spem fecit, & (vti habent Polonorum annales) Boëmiæ insignia ab eo solenni cum pompa accepit, id quod Dubrauius non hoc anno, sed statim ab initio suscepti regni, factum asserit.* CZECHOROD *lib. VII. c. V.*

creta vel instituta vim nullam habere. 9) Ipse vero Matthias antea iamdum Cæsari infestus, quod Turcarum irruptionem in Carinthiam atque Stiriam, & Austriacorum seditionem promouisse diceretur. 10) Matthias, 11) collecto validissimo exercitu, rapidi torrentis instar, Austriam irruit, aliquot oppida capit, agrosque inter Viennam & Neapolim late depopulatur, Viennam tentat, sed relicta eadem, in superiorem Austriam ducens, multas vrbes in deditionem accipit. Beatrix vero, Matthiæ vxor, maritum suum per frequentes nuncios ad pacem exhortabatur. Pontifex item & Veneti pacem summis studiis procurabant, vt coniunctis Christianorum viribus, Turcarum violentiæ obuiam iretur, qui per id tempus maris Adriatici littus infestabant, & excursione in Forum Iulii facta, ac superatis præter hominum opinionem fluuiis, multas secum prædas, multosque mortales abegerunt. Hungari quoque Proceres, & ipsi ab hoc bello alieni, arma in Turcas conuertere malebant. Cæsar igitur, Pontificis auctoritati obsecuturus, oratores prior ad Matthiam de pace legat. Pacis conditiones dictæ Corneoburgi, vt Imperator Matthiam Regem, ob bellum iuste indictum præstaret indemnem: centum & quinquaginta aureûm millia, 12) pro belli sumptu, ad præstitutum anni tempus rependeret: Matthias obsidionem statim solueret: captas vrbes & castella, vbi satisfactum fuerit, redderet: pia filii Patrisque nomina, & antiquæ pactiones ratæ firmæque manerent: Si ad statutum tempus Matthiæ satisfactum non esset, suo is iure vniuersam Austriam occupare, occupatum legitime possidere, & in Regni Pannonici prouinciam redigere liceret. Sunt, qui Fridericum iuri suo in regno Hungariæ, cuius titulum hactenus vsurpauerat, tum renuntiasse, & Matthiæ Bohemici regis titulum tribuisse affirmant. 13) Sed nihil de hoc Bonfinius, aliique Scriptores coæui tradunt.

§. LII. Promouebat pacem matrimonium, quod post Caroli Pugnacis mortem inter filium Maximilianum & Mariam perficere conabatur 14) Licet enim Maria per pacem Nouesianam pr. Kl. Iunii 1475. Maximiliano fuisset desponsata, 15) nihilominus postquam Carolus cum Ludouico XI. XIII. Septembris 1475. nouennales pactus fuisset inducias, eandem Carolo VIII. tunc Delphino desponderat. 16) Hinc audita Caroli morte, nimium gauisus Ludouicus, 17) Burgundiam non solum, Artesiam & Picardiam inuadit, sed etiam per legatos filio suo Mariam filiam deposcit septem annorum puero. 18) Oliuarius etiam Damus, tonsor Regis, Gandauum profectus erat, cum litteris & mandatis ad Caroli filiam, vt priuatim cum ea colloqueretur, eamque ad partes Regis traduceret, missus. Post aliquot vero dies iubetur legationis caussam exponere. Venit igitur ad concilium splendidius aliquanto vestitus, quam pro ipsius conditione. Erant cum puella dux Cliuensis, & Leodiensis Episcopus, & alii proceres, magno numero, redditis puellæ literis, iussus est exponere mandata. Refert sibi iniunctum esse, vt soli puellæ loqueretur. Illi contra, & inusitatum hoc esse dicebant, & indecorum, eo quod & adolescentula esset, & innupta. Cum persisteret in sententia; Illi incipiunt minari, & velle cogere. Ad hunc modum igitur discessit, non absque ludibrio. Plerique enim ridebant, eum, & propter generis obscuritatem, (nam originem habebat ex quodam vico, non procul a Gandauo, & ineptum sermonem) Certior autem factus, imminere sibi periculum, & fore, vt in flumen proiiceretur, profugit Tornacum, quam ciuitatem Gallis postea equitibus noctu prodidit. 19) Nec deerant Cliuenses Duces, aliique proci, qui sibi hanc sponsam cum terris amplissimis peterent. 20) Fridericus æque legatos ad Belgas mittit, Iohannem II. Treviren-

c. V. p. 875. Extant litteræ Inuestituræ apud DU MONT *Tom. III. p. II. p.* 1.

9) CZECHOROD *lib. VII. c. V. p.* 879.

10) CZECHOROD *c. l. p.* 877.

11) Litteras diffidationis exhibet IACOBVS VNRESTVS *Chron. Austr. p.* 623. MÜLLER *p. V. c. LXXXII.* in quibus potissima caussa dicitur, quod hæreticis & Viadislao contra ipsum fauerit.

12) Sic GERH. A ROO *lib. VIII. p.* 288. VNRESTVS Chron. Austr. p. 628. *do entgegen solt der Kayser dem Kunig auf die benannten zeyt geben und bezaln achtzig tausent Gulden.*

13) ROO *lib. VIII. p.* 287. 288. DLVGLOSSVS *lib. XIII. p.* 558. BONFINIVS *dec. IV. lib. V. p.* 493. hæc late describit, simul addens: *Viennensium obsidione commotus, quos ad Pannonem deficere æquo animo pati non poterat, non ingentem comparauit exercitum, non Principum Germanorum acciuit auxilia: sed legatos quamprimum in Regis castra misit, qui cum hoste de pace agerent. Si a principio pecuniis non pepercisset, si tantum parasset exercitum, qui obsidionem vrbium inhiberet: ne tantam quidem is Imperii iacturam, neque tot calamitates & incendia florentissima illa prouincia subiisset.* FVGGER *lib. V. c. XXVIII. n.* 2. MÜLLER *p. V. c. LXVII.* §. 8. & *c. LXXXII.*

14) ROO lib. VIII. p. 288. *hac pacis* (cum Matthia, Hungarorum rege) *capita Fridericus esse grauia, & fortassis iniquiora accepisse credendum est, quod alia sibi prauertenda esse cogitauerit. Neque enim inter medios belli domestici tumultus, Maximiliani filii spem atque fortunam sibi negligendam ratus, ad perficiendum eius cum Maria matrimonium, animum adiecit.*

15) De quo supra §. *XLVII.*

16) Extant tabulæ induciarum PHILIPPO DE COMINES subiectæ p. 128. Pactum vero matrimonii, reperitur in RECVEIL DE TRAITTES DE PAIX. *Tom. I. p.* 643.

17) GERH. A ROO libro IX. ineunte: *morte Caroli audita, mirum in modum gauisus est Ludouicus Gallorum rex, qui illum, dum viueret, maxime semper timuerat, suamque potentiam, quantumuis magnam, nulli principum minus quam illi formidabilem esse sciebat.*

18) TRITHEMIVS *ad a.* 1477. NAVCLERVS *p.* 1101. GERH. A ROO *lib. IX. p.* 370. *sqq.* PONTVS HEVTERVS *Rer. Austr. lib. I. c. II, sqq.*

19) COMINAEVS *lib. VIII. p.* 416. TRITHEMIVS *ad a.* 1477. ROO *lib. IX. p.* 377.

20) Procos numerat FVGGERVS *lib. V. c. XXVI. n.* 7. & MÜLERVS *Maximiliano I. Vorst. c. V.* quales præter Maximilianum & Carolum VIII. erant Ferdinandus Rex Neapolitanus, Georgius Dux Cla-

virensem Electorem, Georgium Badensem, Mediomatricum præsulem, Ludouicum Bauariæ Ducem & Haslerum Protonotarium, qui ad diem dictum in consilio Procerum, cui Maria præsidebat, dicere iussi, Romanorum Imperatoris nomine, principi ac reliquis omnibus salutem adprecati, ab illo sese missos referunt, vt matrimonium filio ipsius Maximiliano, iam ante a Carolo principe promissum, & filiæ eius nuptias confirmari peterent. Quam rem iure se impetraturos minime dubitare, quod puella ipsa parentis voluntati iam olim adsensa sit, neque mutandi consilii sui caussam vllam haberet, quo minus patris promissis suæque fidei satisfaceret, cuius argumenti esse litteras, & adamantem ab ipsa missum. His dictis, Georgius, prolatis signis, puellam rogauit, num ea adgnosceret? Ibi tum illa siue priuatim ita a fœminis, potissimum a Domina de Halwina, quæ ipsi a latere, atque viro opus esse, non puero, dum Maria iamdum ad liberos gignendos sit habilis, 21) instituta, siue rei tam euidentis conscientia, aut alio quopiam affectu mota, nullo deliberandi petito spacio, & litteras sua manu scriptas, & adamantem se misisse respondit, idque iussu patris fecisse, de cuius voluntate nihil mutare decreuisset, quo minus ab eo promissis fides servaretur. 22) Postquam eadem in conuentu Statuum Louanii proposuissent Legati, munere suo feliciter defuncti domum rediere. 23) Ludouico Bauariæ Duce relicto, cui XXVI. Aprilis 1477. Maria, vice Maximiliani copulatur, ipseque circa noctis medium brachio & pede dextro armatus, in thoro, gladio nudo intermedio concubuit. 24) Ludouicus equidem, misso in Germaniam Roberto Gaguino legato, nuptias hasce impedire conabatur, Mariam Burgundi hæredem dicente, feudi legibus erga Ludouicum adstringi, longo vsu obseruatum esse, ne qua illustris inter Francos fœmina, viro peregrino iure nuptiarum rege inconsulto coniungatur, decere illam patriis institutis obtemperare, imperatoriæ dignitatis & fidei esse, non violare amici iura. 25) Verum, dum iste Argentorati adhuc moram traheret, sub finem Iunii mensis, secundo Rheni flumine, Maximilianus Coloniam Agrippinam descendebat, 26) indeque in Belgium pecunia Mariæ adiutus, dum pater ipsius Fridericus III. ipsum nec copias nec pecuniam adiuuaret, 27) obviam ipsi veniente Maria. Postquam igitur d. XVIII. August. 1477. pacta dotalia Gandaui fuissent conclusa, 28) ad XX. Augusti 1477. fiunt nuptiæ, Gandavi, sacra operante Tornacensi antistite, & præsente inter alios Legato Pontificis, Iuliano Cardinale Ostiensi. 29) Inde ad X. dies induciæ inter Maximilianum I. & Ludouicum XI. Gal-

Clarendoni, Eduardi, Anglorum Regis frater, Ioannes Cliuensis huiusque fratris, Adolphi Rauensteinii filii, Iohannes & Philippus, Carolus, Dux Angulesmentis, Carolus, Dux Geldriæ, Philibertus Sabaudus & Ioannes Galeacius Mediolanensis. Hos etiam ex parte recenset HEVTERVS *Rer. Austr. lib. I. c. I.*

21) PHIL. de COMINES lib. VI. c. III. *Mais par avanse tint quelque conseil sur cette matiere: ou se troua Madame de Halluin premiere Dame de laditte Damoiselle; laquelle dit, comme mise fut rapporté, qu'ils avoient besoin d' vn homme, & non pas d' vn enfant, disant que sa maistresse estoit femme pour porter enfant, & que de cela le pays avoit besoin: A cette opinion se tindrent.* Carolus VIII. enim tunc puer erat VII. annorum. MÜLLER *Maximiliano I. Vorst. c. V. §. IV.*

22) ROO *lib. IX. p. 373.* PONTVS HEVTERVS *rer. Austr. lib. I. c. VII.* FVGGER *lib. V. c. XXVI. n. 16.* FRANC. BELCARIVS lib. III. cap. XXXV. *Maximiliani legati Gandauum profecti litteras Mariæ scriptas manu protulerunt, an easdem agnosceret, vt palam profiteretur indicto consilio adhibiti rogarunt, litteras patris mandato scripsisse, annulumque vna misisse respondit, mox de matrimonio amplius actum, tum bona cum spe vt paulo post Coloniam accederet Maximilianus, inde Gandauum, perfecerunt.* PHIL. de COMINES lib. VI. c. III. *Semblablement s' en fit avec le Duc de Savoye Philebert, dernier mort, & puis avec le Duc Maximilien d' Austriche, Roy des Romains auiourd hui, seul fils de l' Empereur Frederic, eut lettres, escrittes de la main de la fille, par le commandement du pere & vn diamant. Toutes ces promesses se firent en moins de trois ans de distance. Et suis bien seur qu' avec luy, nul ne l' eut accompli tant qu' il eust vescu, au moins de son consentement.* OLIVIER DE LA MARCHE *p. 612. J' entends que Monsieur mon Pere (a qui Dieu pardoint) consentit & accorda le mariage, de fils de l' Empereur & de moy, & ne suis point deliberée d' avoir d' autre que le fils de Empereur.* Hanc fidem semel datam, ad quam legati Friderici prouocant, VARILLAS *in Histoire de Louis XI. p. 209.* quasi agrestem inculpat, dicens, Maximilianum Mariæ nuptias ambiuisse, *à la mode de son pays c' est à dire dans les formes les plus grossieres.* PHIL. de COMINES *lib. VI. c. III.* Adde MÜLLERVM *Maximiliano I. Vorst. c. V.* qui etiam Pacta dotalia Louanii confecta, *§. IX. exhibet.*

23) ROO *lib. IX. p. 374.*

24) ROO *lib. IX. p. 375.* HEVTERVS *Rer. Austriac. lib. I. c. VII.* saltim dicit: *remanserunt Gandaui e Cæsaris Legatis Bauarus ac Cancellarius. Bavarus post paucos dies semiarmatus nomine Maximiliani cum Maria Principum more concubuit.* Plenius vero rem exponit FVGGERVS lib. V. c. XXVI. n. 6. *Hertz. Ludwig aus Bayrn, liesse ihm, als Stellverweser, im namen Ertzh. Maximilians, die Printzessinn an die hand trauen, und hielte nach Furstlichen gebrauch, mit ihr das Beylager. Er vvar am rechten Fus und Arm, mit leichtem Harnisch angethan, und zwischen sie beyde, vvard ein langes blosses Schvverd geleget. Die Hertzoginn Margaretha, samt der Frauen von Halvvin, stunden auf einer, und die Rethe auf der andern Seite: und vvard diese Trauung, den 26. April um Mitternacht verrichtet.*

25) ROB. GAGVINVS *lib. V. c. XXIII.* NAVCLERVS *p. 1104.*

26) ROO *lib. IX. p. 375.* VNREST *Chron. Austriacum p. 516.*

27) De hoc PHIL. de COMINES lib. VI. c. III. *car ce Duc Maximilian vint a Cologne: où aucuns de serviteurs de la dite Damoiselle allerent au devant de luy: & croy bien qu'ils le trouverent mal fourny d' argent: & luy en porterent: car son pere estoit le plus parfaitement chiche homme que Prince ny autre qui ait esté de notre temps.*

28) Extant ista apud FREDERIC LEONARD *Tom. I. p. 208.* du MONT *Tom. III. p. II. p. 9.*

29) ROO equidem *p. 376.* habet *decimum tertium*

Gallorum Regem d. 18. Septembris 1477. Artesiæ fuerunt conclusæ. 30)

§. LIII. Post nuptias, Maximilianus ad negotia publica animum adplicauit, Flandriam peragrans, vbique magnis cum honoribus fuit exceptus, & de more inauguratus. 31) Anno 1478. Hollandiam adiit, vt eam quoque suo iuri vindicaret, turbasque & dissensiones ob Asellorum & Hamatorum factionem tolleret. 32) Ludouicus interea Burgundiam, variasque vrbes Flandriæ capit, 33) Immo etiam, eiecto episcopo, Verdunensem episcopatum occupat, Cameracum Ciuitatem Imperii sibi vindicat, atque terras Burgundicas Imperio subducere conatur. Motus inde Fridericus Imp. edicto generali d. vlt. Ianuarii 1478. omnes Imperii Status adhortatur, vt milite & adparatu necessario instructi ipsum contra Gallos adiuuarent. 34) Induciæ demum in castris ad quartum Idus Iulii in annum fuerunt pactæ. 35) Post induciarum exitum, Maximilianus prœlio ad Guinegatum Artesiæ pagum 36) VII. Augusti de Gallis insignem quidem, sed cruentam reportauit victoriam. 37) Inde vario marte bellum fuit gestum, vsque dum post Mariæ mortem 1481. insecutam, Ludouici Regis & Flandrorum legati XXIII. Decembris a. 1482. Atrebati conuenirent, vt pacta iniuriarum omnium bliuione, Carolo Delphino regis filio Margare-

tium Kl. Septembris. Ast, HEVTERVS rer. Austr. lib. c. VII. *tandem 17. mensis Augusti Gandauum perueniens. salutata sponsa, omnibusque Aulicis, eam, praeunte Ferrio Clugniaco, Antistite Tornacensi, 18. Augusti in vxorem ducit. Missæ sacrificium a Legato summi Pontificis fuit peractum.* Eundem diem profert FVGGER *lib. V. c. XXVI. exeunte.* IO. ROLLII *adnot. Chron. apud* DVELLIVM *Miscell. lib. I. p. 248. Item der benant Hertzog Maximilianus ist zua Jennte in Flandern ingeritten anno 1477 an suntag vor unser frawen tag der schidung, und ist dieselbig nacht alls auf ain stund beyg legen, und den andern tag den montag hochzeit gehabt.* Solennia copulationis describit MVLLERVS *Maximiliano I. Vorst. c. V. §. XV.*

30) Extant apud LEONARD *Tom. I. p. 210.* du MONT *Tom. III. p. II. p. 10. a commencer incontinent que les presentes Treves d' accommodement prises pour dix iours finirent, qui sera le dix-neuvieme iour de ce present mois de Septembre, a Soleil levant.*

31) GERH. a ROO lib. IX. p. 376. *post nuptias, Maximilianus ad negocia publica animum adiecit & cogitare cœpit, quo pacto nouum imperium optime administrans, pace domi parta & subditorum animis sibi conciliatis, ea recuperaret, quæ post Caroli mortem Gallus occupauerat. Inprimis vero vicina eius regni loca, & ob hoc ipsum, iniuriæ magis oportuna, adire statuit, & octo millium exercitu, ex Germanis & Flandris parato, Insulas primum, ac inde per Tornacensem agrum Duacum perrexit, mox Valencenas iter flexit. Vbique magnis cum honoribus exceptus, & de more inauguratus, Montes petiit primam Hannoniæ ciuitatem, vbi totius eius regionis ordines in ipsius verba iurauere.* HEVTERVS *lib. I. c. VIII.* FVGGER *lib. V. c. XXVIII. n. 3.*

32) ROO p. 377. *erant enim magnæ per Hollandiam turbæ, & inueterata dissensionum semina, inter Asellorum & Hamatorum factiones. Receptæ erant illæ factionum nomina, perinde fere vti Guelforum ac Gibellinorum in Italia. ab eo tempore, quo Margaretha Guilielmi Tertii Batauorum principis filia, Ludouici Bauari Cæsaris vxor, rerum potita, post eius obitum prouincias Alberto filio antea traditas repetebat. tum enim Aselli filium, Hamati matrem sequebantur. Id factum est circa annum humanæ salutis millesimum trecentesimum quinquagesimum. Recrudmit vero & erupit iterum ea pestis sub Iacobo principe. paulo antequam Hollandiam Philippus Bonus Burgundici iuris fecit, ac tum quoque post Caroli obitum sese exerebat. Asellorum nomen a pisce sumpserunt illi, qui iua se aduersam factionem sublaturos iactitabant, vti ille minutos pisciculos absumit, qui quod hamo capitur. ab eo Hamatis nomen fuit.* De hac factione PONTVS HEVTERVS *Rer. Burgund. lib. IV. c. II.*

33) Breuitatis ratio non postulat, hæc singula recensere. Plenius de iisdem egit GERH. a ROO *lib. IX. p. 379.* PHIL. de COMINES *lib. VI. c. I.* HEVTERVS *rer. Austr. lib. I. c. IX.* FVGGER *lib. V. c. XXVIII. n. 6.*

34) Extat hoc edictum generale apud DATT *Vol. Nov. Rer. Germ. lib. I. c. XXIX. p. 208. §. 14.* LVNIGS *P. Gen. Cont. p. 116.* du MONT *Tom. III. P. II. p. 19.* in quo: *das ir euch von Stunds, angesicht dis Vnsers Kaysserlichen Brieffs. mit den Ewren zu Ross und fuss, auf das hœchst und maist, so ir mügt, mit harnisch, wegen, Puchsen, vvere, und aller nothurfft, als ins Veld gebært, rüstet und geschikt seit.*

35) P. HEVTERVS rer. Austr. lib. I. c. IX. *exinde prolongantur inter Regem Ludouicum ac Maximilianum in annum induciæ, quæ initium essent habituræ XV. Kal. Augusti, ea lege, Rex Maximiliano restitueret, ante finem primi mensis, quicquid in Comitatu Burgundiæ ac Hannoniæ occuparat: quod, quamquam ægre, tandem Rex consensit, Germanos ac Heluetios veritus, quibus parum placere sciebat, Burgundiæ Comitatum Francicis iunctum. Cæteræ vero Ditiones eo manerent statu, quo erant, donec sex viri ab vtraque parte Tornacum missi, de absoluta tractassent pace. Denique Rex Tornacum præsidium deduceret, Vrbemque liberam relinqueret. De pace, Francis non comparentibus, nil actum est.* Male igitur TRITHEMIVS *ad a.* 1477. inducias ad septennium dicit fuisse statutas. Extant Induciæ apud du MONT Tom. III. p. II. p. 26. *pour un an entier commencant le II Iour de ce present mois de Iuillet & finissant ensamble pour l' an revolu, que l' on dira l' an. 1479.*

36) HEVTERVS rer. Austr. lib. I. c. IX. *pugnæ huic varia indita sunt nomina, Blangiaca, Viesuilla, propter horum Pagorum propinquitatem Guinigatica, nomine collis, in quo ac iuxta quem est pugnatum.* CVSPINIANVS *p. 486. Maximilianus prima belli auspicia orsus, Ludouicum bello aggressus, fortunam habens propiciam, ad Terbonam vno die viginti millia militum Francorum cum paruo exercitu prostrauit, fudit, fugauitque. Et cum castra eius, quibus octo millia militum tenebantur, ab hoste essent capta, cæsique milites, ea forti manu recuperauit denuo, hostemque suis castris exuit, ac victor eo die maxima præda abacta triumphauit, quo primogenitus Philippus ei natus est, anno nostræ Salutis millesimo, quadringentesimo septuagesimo octauo, cum paucis ante mensibus tota Geldria in eius ditionem venisset, cum capto Duce per ipsius milites.*

37) De hoc prœlio late ROO *lib. IX. p. 383.* qui *p. 384.* addit: *de occisorum numero mire variant scriptores. Gaguinus ex Burgundis vndecim, ex suis quinque tantum millia concidisse dicens, famam citat testem, fide sua non interposita. In Maximiliani commentariis notatum est, ad tredecim millia cæsos, ac eius iussu sepultos esse, & inito numero, plures ex* Gal-

garetha, Maximiliani filia adhuc bimula desponderetur, concessis in dotem Artesiæ & Burgundiæ Comitatu, vna cum Matisconensi, Altissiodorensi, Carolatensi, Salinensi, Bariensi ad Sequanam & Boloniensi terris. Missi etiam legati in Galliam, coram quibus Ludouicus & pacis ac matrimonii pacta conuenta iureiurando comprobauit. Mittit suos legatos Ludouicus Gandauum, coram quibus Maximilianus archidux Philippo ac Margaretha præsentibus, in æde D. Iohannis, conceptis verbis iurat, matrimonium se ratum habere, ac pacis leges, suo ac liberorum nomine, quibus tutor esset, accipere, & ad illorum ætatem rebus maturam, bona fide integreque seruaturum. 38) Ipsa postmodum Margaretha per legatos in Galliam ducta, ibidem magnifice suscepta, & festiua cum solennitate Carolo desponsata. 39) Durante hoc bello a. 1479. Diæta Confluentina fuit celebrata, in qua nomine totius Cleri Moguntinensis, Coloniensis, Treuirensis diœcesium Querelæ contra infractiones Concordatorum fuerant exhibitæ. 40)

§. LIV. Eodem tempore a. 1482. exortum fuit bellum Leodiense. Ludouicus Borbonius enim, vrbis præsul, Guilielmum Marchianum ob contumaciam, & quod sacellanum quendam ipsius Richardum occidisset, solum vertere iusserat. Hic vindictæ cupidus, ex insidiis Borbonium adgreditur, & a suis desertum trucidat, atque a nemine prohibitus, in vrbem cum suis pergit. Maximilianus per eos dies Louanii, quod Brabantiæ caput est, conuentum Ordinum agebat, in quo Philippi filii tutor declaratus est. Eo ad ipsum fama cædis allata est, quam secutæ sunt subditorum querelæ. Ille amicissimi Borbonii cædem vlturus, bellum in Guilielmum decernit, Philippo Cliuensi duce vsus, qui multas Leodiensium vrbes capit. 41) Fit a. 1483. atrox prœlium ad Haulongam arcem, in quo Leodienses cum Guilielmo victi, & periisse dicuntur ex Leodiensibus tria millia. 42) Post hoc prœlium, Cliuensis, misso in vrbem feciali, Leodiensibus denuo, nisi a Guilielmi societate discedant, bellum denunciat. Illi deliberatione habita, Guilielmum ipsum & Gallos abire iubent, pacem veniamque a Maximiliano petunt, eius se fidei ac tutelæ committunt, triginta aureûm nummûm millia, annuam pensionem constituunt, & de annis aliquot, a Caroli morte elapsis, quibus nihil persoluerant, Imperatorem Fridericum, Agrippinensem ac Moguntinensem Electores, arbitros sumunt. 43) Anno 1485. quidem noui motus a Guilielmi filiis atque cognatis, qui Hornanum episcopum repudiabant, fuerunt concitati. Ast, in Comitiis Francofurtensibus 1486. Leodiensium legati pecuniam pro belli sumtibus, & annuam pensionem, quam Carolo dederant, exhibituros sese polliciti, fœdus & amicitiam cum eo firmant, & Hornanum præsulem suum adgnoscunt. 44)

§. LV. Dum autem Turcæ terras Austriacas denuo infestarent, diuersimode de expedi-

Gallis inuentos. Atque hæc est pugna illa Guinegatana, a loco sic dicta, cuius fama, etsi Maximilianum apud exteros quoque victorem celebrauit, scriptores tamen Gallicarum rerum id negant. Modestissimus inter illos Comminaus: Archiducem fatetur, etsi plures ex suis amiserat, stationem tamen in campo, vti victorem, tenuisse, nec dissimulat regem, apud quem erat, quo tempore aduersi prœlii nuncius ad ipsum perlatus est, grauiter eam rem tulisse, non assuetum antea vinci, aut iacturam aliquam facere, tum vero commotum primo fuisse, quod maiorem esse cladem vereretur, mox re melius cognita æquiori animo fuisse & ad pacem respexisse, si ea ex suo commodo fieri posset. Idem dicit Maximilianum, si Terouanam iterum obsedisset, non difficulter & eam & Atrebatum in potestatem redigere potuisse. Agit autem de hoc prœlio COMINES *lib. VI. c. VI.* GAGVINVS *lib. X. c. XXIX.* TRITHEMIVS *ad a.* 1483. NAVCLERVS *p.* 1106. MVLLER *Maximiliano I. Vorst. c. V. §. XVIII.*

38) ROO *lib. IX. p.* 394. 395. HEVTERVS *lib. II. c. I.* COMINES *lib. VI. c. IX.* Extat Tractatus in RECVEIL DE TRAITTES DE PAIX *Tomo I. p.* 704. du MONT *Tom. III. p. II. p.* 100. & apud FVGGERVM *lib. V. c. XXX. n.* 7. GEORG BRAVDLACHT *Hist. Pacificationum cap. II.* Conditiones matrimonii extant apud MVLLERVM *Maximiliano I. Vorst. c. V. §. XXIII.*

39) ROB. GAGVINVS lib. X. c. XXXIII. *post aliquot conuentiones tandem de pace conuenit: & Carolus Ludouici filius Margaretham Maximiliani filiam, dum legitima vtrique ætas esset, acciperet vxorem. Donantur a Ludouico legati XXX. millibus scutorum aureorum, præter pocula argenti cælati, quod illorum causa rex cudere iusserat. Erat autem Margaretha infra bimatum & a Gandauis educabatur. Igitur redeuntibus Gandauum Flamingis oratoribus, fit apparatus ingens, de Margaretha ad Francos ducenda. Nec minus curabat rex magna pompa Margaretham a Flamingis recipere. Ob eam rem Petrum Borbonium cum multa procerum frequentia Ludouicus illi obuiam mittit. Annam quoque sororem, quæ Petro nupserat, occurrere nouæ nuptæ iubet. Fit præterea a Parisiis multiplex & varium ad eam excipiendam paramentum. Quarto autem nonas Iunii, anno salutis MCCCCLXXXIII. Margareta Parisium ingreditur, infans puella. Et paulo post ad Ludouicum Ambasium frequenti pompa deducitur: vbi desponsationis festum communi omnium lætitia mense Iulio celebratum est.*

40) Extant istæ apud LEIBNITIVM *Cod. Iur. Gent. p. I. p.* 439. & GEORGI *Grauam. Germ. lib. I. c. VI. §. XI.*

41) ROO *lib. IX. p.* 392. 393. FVGGER *lib. V. c. XXX. n.* 6. ROB. GAGVINVS lib. X. p. 280. *apud Leodios fuit Ludouico Borboniensi aduersa fortuna. Nam Guillermus Marchianus (quem Arduenna aprum Leodii vocant) belli quæsita occasione: Ludouicum episcopum, cum incomposita populi multitudine egredientem, ex insidiis adoritur, & manu sua necat, mox pontificis nudum cadauer pro ecclesiæ maioris foribus plebi conspiciendum exhibuit. Fertur eum a Ludouico rege pecunia militeque vt id faceret, fuisse adiutum: propterea quod Maximiliano antistes complaceret.*

42) ROO *p.* 394. FVGGER *n.* 8.

43) ROO *c. l.* FVGGER *c. l.*

44) ROO *lib. X. p.* 501.

45) De

peditione contra eosdem fuit actum. Factum hoc in conuentu Landshutano 1478. 45) Frisingensi 46) & Noribergensi 1479. 47) & 1480. in quo decreta quindecim millia & noua Statuum Matricula fuit confecta, quantum quisque militum ad eandem praestaret. 48) Recruduit etiam bellum Vngaricum a. 1480. ob summam ante promissam nondum solutam, denegatam Matthiae Friderici filiam, & veteres offensas, 49) pacem frustra suadente Prospero Asculano, pontificis legato, Marizburgum ab Hungaris obsessum, a Caesareanis liberatur. In Stiria vero Paetouiam & Racolsburgum Matthias capit, 50) sed quod eo tempore Turcae Transsyluaniam vastabant, inducias cum Caesare fecit, 51) his conditionibus, vt Matthias restitutis omnibus occupatis, quinquaginta florenorum millia ab Imp. adipisceretur. Promittebantur in Comitiis Noribergensibus 1481. auxilia contra Turcas, noua etiam constituta fuit matricula. 52) Aliam a. 1482. in Austriam suscipiebat expeditionem Matthias, diuersas vrbes occupans. 53) Decreta igitur in Comitiis Noribergensibus 1482. auxilia fuerunt contra Matthiam, 54) Victor equidem Caesar in die Ascensionis 1482. ad Pontes ad Leitham amnem, 55) ast insequenti anno Matthias ex hybernis mouens, hanc vrbem recuperat. 56) Anno 1484. Austriam iterum ingressus, Corneoburgum obsedit, & licet Caesar exercitum ex Noricis & Vindelicis conscriptum eo mitteret, Germani tamen cedere fuerunt coacti, Corneoburgenses ad deditionem compulsi. 57) Insequenti anno 1485. Matthias potiori Austriae parte, vna cum vrbe Vienna potitus est. 58) Mox victoriam prosecutus, Rhetium, Egemburgum, & alia quaedam loca in potestatem suam redegit. Tandem & Neapolim, post septem mensium obsidionem, a. 1486. fame ad deditionem compulit. 59) Fridericus vero, cum octingentis equitibus Austria excesserat, Germaniae principum auxilia in Comitiis Francofurtensibus & Noribergensibus 1486. & 1487. decreta, 60) operiens, & fortunam suam animo non nimis iniquo ferens. Vnde haec verba symboli loco, passim ipsum vsurpasse referunt: *Summa felicitas est, rerum irrecuperabilium obliuio,* 91)

§. LVI. Inter haec, decretis in Comitiis Noribergensibus Imperii auxiliis, rogatu Imp. Albertus Saxo, cum exercitu in Austriam missus, quod Matthiae vires illic firmiores cerneret, nec Germaniam bello implicare vellet. post velitationes aliquot, pacem, tolerabili aliqua conditione, facere studuit, 62) & colloquio mense Decembri instituto, Margendorfi XXIV. Nouembris 1487. inducias ad octo menses pepigit, his conditionibus, vt Matthias Austriam tamdiu teneret, vsque dum ipsi de belli sumptibus fuisset satisfactum, saluis prouinciae iuribus. Quod si tamen mors Matthiae contingeret, Austria ad pristinum dominum rediret, Fridericus interea Regis Vngariae titulo vteretur, quae etiam Fride-

45) De hoc conuentu ADLZREITER *Ann. Boi. p. II. lib. IX. n.* 30. MVLLER *p. V. c. LXXV.*

46) ADLZREITER *p. II. lib. IX. n.* 32. MVLLER *p. V. c. LXXVII.*

47) ADLZREITER *p. II. lib. V. n.* 34. FVGGER *lib. V. c. XXVIII. n.* 10. MVLLER *p. V. c. LXXVIII. LXXIX.* LEHMANN *lib. VII. c. CXV.*

48) LEHMANN *lib. VII. c. CXVI.* FVGGER *lib. V. c. XXIX. n.* 9. MVLLER *p. V. c. LXXXI.* qui etiam matriculam inseruit.

49) Caussas exponit ROO *lib. IX. p.* 396. dicens: *hoc anno in Austria Caesari res parum quieta fuere. Matthias enim Hungariae rex retentam diu coronam, ac ingenti pecunia redemptam, aliasque veteres offensas nondum ex animo deponens, quoties a Turca quietem habere poterat, arma in Austriam mouere non desistebat.* Continentur etiam istae in litteris Matthiae ad Saxoniae Principes desuper scriptis, apud FVGGERVM *lib. V. c. XXIX. n.* 3. MVLLERVM *p. V. c. LXXXII. §.* 8. CVSPINIANVS p. 410. *potissimum autem Friderico infensus erat, ob negatam filiam Chunegundim, quam vxorem sibi rogabat.*

50) ROO *lib. IX. p.* 385.

51) ROO *lib. IX. p.* 386. FVGGER *lib. V. c. XXIX. n.* 10.

52) MVLLER *p. V. c. LXXXIV.*

53) FVGGER *lib. V. c. XXX. n.* 2.

54) ANDR. PRESBYTER p. 71. *anno* 1482. *quidam Electorum Imperii, Palatinus Rheni, Dux Saxoniae, Marchio Brandenburgensis Noriberga ad petitionem Imperatoris, vbi conuocati fuerunt Principes & ciuitates Imperii, pro auxilio Imperatori contra Matthiam Vngariae regem praebendo, misit etiam illuc rex iam dictus ambasiatam suam, quibus denegatus fuit saluus conductus, & sic absque audientia abierunt. Electores taxas fecerunt, Principum secularium, & spiritualium & cum hoc ciuitatum imperialium. Principes Bauariae nihil dederunt, neque miserunt, asserentes non esse bellum Imperii, sed Ducatus Austriae. Episcopus Ratisponensis Henricus de Absperg non misit armigeros: taxauit clerum suum, & imperatorem sitibundum in mille refecit aureis. Cognita igitur munificentia Episcopi sperans alios mille, iterum cum armigeris eum vocauit; & cum non occurreret, amplius eum sollicitare cessauit.* Plenius de his Comitiis MVLLERVS *p. V. c. LXXXI.*

55) De hac Caesaris victoria FVGGER *lib. V. c. XXX. n.* 3.

56) ROO *lib. IX. p.* 396.

57) ROO *lib. IX. exeunte.*

58) IAC. VNRESTI *Chron. Austr. p.* 706. describit, qua ratione Vienna fuerit capta. CZECHOROD *lib. VII. c. V. p.* 892. 894.

59) *c. l. p.* 717.

60) MVLLER *p. VI. c. II. & XV.*

61) ROO *lib. X. p.* 402. 406. FVGGER *lib. V. c. XXXIV.*

62) ROO *lib. X. p.* 513. & MICH. BOIEMVS *in vita Alberti c. XXXIII.* qui etiam exponit, quantis precibus Albertum rogauerit Fridericus. Matthiae effatum de eodem effert: *hunc Albertum solum sibi obstare, quo minus castra poneret in media Germania.* IAC. VNRESTI Chron. Austr. p. 728. *Als man zalt MCCCCLXXXVII Iar, zu der aindlff tausend Maidtag ward ein fridlicher Anstannde zwischen des Kaysers und des Kunigs Mathias von Vnngern, darzu gab der Kayser Hertzog Albrechten von Sachsen mit volligem Gewaltthum, und wart Tag und stat gen Sannd Pollin gebn. Zu den Tag kam Kunig Mathias selbs.* G. FABRICIVS Origg. Saxon. *lib. VII. p.* 84. MVLLER *p. VI. c. XXXIV.*

63) FVG-

Fridericus in Comitiis Noribergensibus 1487. confirmauit. 63) Dum vero Fridericus, nimium parcus, de soluendis belli sumptibus minus cogitaret, atque Vngari pergerent Austriacas prouincias infestare, anno 1489. iterum pax fuit tentata. Missi igitur ad Matthiam Viennæ ægrotantem, legati a Friderico & Maximiliano, qui Linzii erant, cum quibus ad eos venit Ioannes Varadiensis præsul, vt pacem conficeret. Imperator Austriam sibi absque vlla sumptuum restitutione reddi volebat. Matthias, septingenta aureûm nummûm millia, sibi exsolui postulabat. Maximilianus improba regis postulatione, & paterna tenacitate iuxta offensus, mediocritatem inter duo extrema amplectendam suadebat. Hunc Matthias aut ex animo diligebat, aut suis de causis id facere videri volebat, quadringentas enim vini vrnas cum totidem bubus, & duodena aureorum millia dono ei misisse dicebatur, quam ob causam Bonfinius, patri suspectum & colloquio prohibitum fuisse filium, prodidit. Id sane constat, minus anxie pacem quæsiuisse, neque tam immani pecuniæ summa Austriam redimere voluisse Fridericum, quam a regis morte, quæ haud procul abesse videbatur, ad se redituram sciret. Cum vero ille æger, secundo flumine, Budam descendisset, mittitur eo, cum septem collegis, Otto Bauariæ princeps, splendida legatione. Hi magnifice excepti, & multis muneribus culti, nihil de pace transigere potuerunt. Tandem, missis vltro citroque legatis, pax Budæ proclamatur, & ad Idus Septembris dies dicitur, ad quem diem, Imperator & rex præsentes, eam ratam haberent. Sed ingrauescente in dies morbo, conuentus ille, semper in sequentem mensem prolatatur. Matthias demum ineunte anno 1490. Viennam rediit, vbi apoplexia correptus, amisso loquendi vsu, inter maximos cruciatus & rugitus, leonis more editos animam exhalauit. 64) Prætendebat equidem Fridericus Vngariæ coronam ipsi aut filio Maximiliano deferendam, verum Vladislaus Bohemiæ Rex præferebatur, 65) & licet Maximilianus post Matthiæ mortem, Austriam non solum recuperaret, sed etiam Vngariam inuaderet, Albam Regalem caperet, aliasque vrbes, 66) auxilia quoque in Comitiis Noribergensibus a. 1491. ab Imperio promitterentur, 67) pax Posonii die Lunæ post festum S. Leonardi a. 1491. a Vladislao Rege Budæ in festo B. Nicolai confirmata tamen concludebatur, his conditionibus, vt solutis centum florenorum millibus pro belli sumtibus & restitutis omnibus Austriæ locis Vladislaus coronam Hungaricam retineat, reseruato Maximiliano eiusdemque posteris titulo & post Vladislai mortem, successione regni. 68)

§. LVII. Anno 1485. Fridericus Imperator Coloniam venit, mense Decembri, vbi Hermanno Hasso, Coloniensium Archiepiscopo, beneficia & commoda, ab Imp. tribui solita, contulit. Is enim Ruperto in arce Blanckensteina mortuo, in qua biennium captiuus detinebatur, successerat. 69) Fridericus inde Aquisgranum profectus est, vbi Gui-

63) FVGGER *lib. V. c. XXXIV. n. 8.* qua ratione etiam in Comitiis Noribergensibus Imperii auxilia contra Matthiam fuerint decreta, MVLLERVS exponit *p. VI. c. XX. & XXI.*

64) Hæc verbis GERH. a ROO scribo *lib. X. p. 516. 517. lib. V. c. XXXVIII. n. 3. 4.* BONFINIVS *dec. IV. lib. VIII. p. 471. sqq.* FABRICIVS *pag. 813.* MVLLER *p. VI. c. XLIII.* CZECHOROD *Marte Morauico lib. VII. c. V. p. 898.* eius mortem tali ratione describit: *Anno 1490. Dominica Palmarum, Viennæ tum agens, Missam solennem sibi in arce, celebri cum pompa, vt quidem in omni actione solebat esse magnificus, peragi curauit; cui sicut & benedictioni Palmarum, ac aliis carimoniis, per horas fere sex continuas interfuit. Deinde legatos Caroli VIII. Galliæ Regis audiuit. Ad prandium dum accubuisset, sensim languescere, capitisque vertigine laborare cæpit; quare in penitius conclaue se deferri iussit, vbi subita apoplexia correptus, nec amplius quicquam locutus diei reliquum, noctemque totam, inter maximos cruciatus & rugitus transegit. Ingruente demum aurora, dolor casanus nonnihil desedit; & tunc diem illum totum mutus & resupinus insomnem egit, obfirmato sæpe obtutu, modo hunc, modo illum, iam filium antestantem, iam reginam intuebatur, quasi aliquid loqui vellet: nihil tamen proferre potuit. Donec die sequ. mane inter septimam & octauam horam, cum raucos semper gemitus emisisset, variaque pænitentiæ signa, (veluti Diuinam implorarct opem ac veniam) edidisset, intercepto tandem anhelitu expirauit, anno ætatis quadragresimo septimo.* Excusat tamen eundem VNRESTVS l. c. p. 748. *Nu verlauffen sich von seinem Tod vil fliennder Mer, an maisten von den, die seinen Tod nie gesehn habn, und Im Tod Veindschaft tragn, und messn Im soliche ungewisne Mer seins Tods zu Verdamnuss seiner Sel, und doch kain Mensch auf Ertreich mit Wissen und Warhait thun kan, noch mag, wann die Gnad Gottes und gœtliche Gericht ist dem Menschen unmuglich zu wissen und ist wider die Lere Gottes: Ir sollt Nyemand richten.*

65) ROO *lib. X. p. 517.* FVGGER *lib. V. cap. XXXVIII. n. 5.*

66) ROO *lib. X. p. 518.* FVGGER *c. l.* CVSPINIANVS *p. 487.* VNRESTVS *Chron. p. 743.*

67) MVLLER *p. VI. cap. XLVI. XLVII. XLIX.* CZECHOROD *lib. VII. c. VI. p. 903.*

68) ROO lib. X. p. 520. *Ipse etiam* (Vladislaus) *nouitate regni, & domesticis negociis occupatus, fraterno præterea bello implicatus, pacem vrgebat, quæ, post longam disceptationem, ad hunc modum facta est: vti pacta conuenta, quo tempore corona redimebatur, inita, restaurentur. Vladislao sine prole moriente, regnum ad Austriacos deuoluatur. Maximiliano, in belli expensas, centies mille nummûm numerentur. Regis titulus vtrique relinquatur, summi honores, vti sunt duumuiratus, Palatinatus & cætera eiusmodi munia, ex vtriusque consensu tribuantur: eosdem vterque socios amicosque, eosdem inimicos atque hostes habeat; iure societatis vterque alterum iuuet; Germanus ac Hungarus eodem loco habeantur; nemini ex his fraudi sit, ad Maximilianum defecisse.* FVGGER *lib. V. cap. XXXVIII. n. 9.* IAC. VNRESTVS Chron. p. 750. *Mit dem und anndern Stucken ward der Frid beschlossen, und zu Wien berueffi an Sambstag vor Sannd Elspetten Tag, darnach an andern Enndn.* Adde CZECHOROD *lib. VII. c VI. p. 904.* Ipsæ tabulæ Pacis extant apud du MONT *Tom. III. p. II. p. 263.*

69) Verba sunt GERH. a ROO *lib. X. p. 501.* Sixtus IV. Papa in conuentu Landshutano a. 1478. pro liberando Ruperto, sed frustra egerat, prout Acta

Guilielmo iuniori, Iuliacensis & Bergensis Ducatuum insignia contulit, intercedente Maximiliano, qui & ipse, compositis Leodiensium rebus, eo venerat, magno cum gaudio parentis, iam enim octo anni elapsi erant, ab eo tempore, quo alter alterum viderat. Coloniam inde ambo ascendere initio Ianuarii 1486. vbi ad eos venit, cum celeberrimo comitatu, Cliuiæ Princeps, cui a Cæsare solenni ritu Cliuiæ, Marchiæ & Gennapiæ insignia sunt attributa. 70) Celebratis Coloniæ Regalibus, Francofurtum abiere, quo iam ad Comitia indicta frequentes aderant Principes, 71) inter hos Bertholdus Moguntinus, Hermannus Coloniensis, Iohannes Treuirensis, Philippus Palatinus, Ernestus Saxo, Albertus Brandenburgicus. 72) Et licet superioribus annis, a diuersis Principibus interpellatus, vt Maximilianum filium suum eligi faceret Regem Romanorum, hoc denegauerit, eo quod sciret, ipsum non esse rebus gerendis idoneum, mutauit tamen consilium, partim ob maturiorem ipsius ætatem, partim ob recentem ipsius victoriam. Ideoque per Iohannem, Salisburgensem Archiepiscopum & Hugonem de Werdenberg Maximilianum Electoribus commendabat, atque in Conuentu Francofurtensi eundem Electoribus proponi faciebat. 73) Eam quidem electionem impedire pro virili conabantur Gallorum legati, multis & donis, & promissis animos principum oppugnantes. Maximilianus vero dexteritate quadam & gratia effecit, vt litteræ, ad plerosque ea de re, iussu Regis perscriptæ, sibi traderentur, quas Virodunensi præsuli legationis principi, multa excusanti, ostendit: qua re turbatus ille & attonitus, nihil vlterius mouit, 74) potius Maximiliano de hac electione fuit gratulatus, miratus tamen, quod ipse futurus eius gener, ad solennitatem coronationis inter cæteros Principes non esset vocatus. 75) Matthias etiam Vngariæ Rex hanc Maximiliani electionem studio magno præuenire constituit, vt impediret, sed non præualuit. 76) Itaque ab omnibus simul Electoribus, Maximilianus, die Iouis post Dominicam Inuocauit, consors Imperii declaratus, & d. XVI. Februarii in æde summa D. Bartholomæi, recepto titulo, Romanorum Rex proclamatus est. 77) In his ipsis comitiis, de auxiliis contra Matthiam Vngariæ Regem fuit consultatum, etiam d. 20. Martii 1486. cum Electoribus & Principibus Imperii contra Matthiam, Vngariæ Regem confœderatio fuit facta. 78) Inde die XVII.

Acta testantur apud MVLLERVM *p. V. c. LXXVI.*

70) Verba sunt GERH. a ROO *c. l.* FVGGER *lib. V. c. XXXIII.*

71) Quinam Status & Principes Imperii in dictis Comitiis comparuerint, & quis Imp. Electorum, atque Principum fuerit Comitatus, docet ex Mstis MVLLERVS *p. VI. c. I. §. 4. 5.* & IAC. VNRESTVS *Chron. Austr. p. 754.*

72) KRANTZIVS lib. XIII. Saxoniæ cap. I. *iam Fridericus sententiam, qui superioribus annis ea de re a Principibus interpellatus fertur respondisse: filium nos nostrum propius agnoscimus, scimus non esse rebus gerendis idoneum. Nec volebit vlla de re minus (vt ferunt) audire, quam illa: Id siue ex sententia dixerit, siue quadam simulatione prætulerit, siue etiam magnum onus administrandi Imperii cui sceraldi filio auerterit, incertum est. Poterat tamen illum ad mutandam sententiam inflectere, & maturior nunc ætas filii, & recens de hostibus victoria. Magno enim ore multorum efferebatur, quod sine paternis armis, sine amicorum ope, tantam in Gallos & Flandros rem peregisset; quamuis pro magnitudine hostilium virium satis erat vicisse, dum tantis armis non cederet.*

73) MEZGER Hist. Salisburg. p. 508. *Cum Imperatore non minor, quam antea, Ioanni Archi-Episcopo necessitudo fuit. Illo in magnis negotiis & grauibus legationibus vsus, cum semel in Burgundiam ad filium Maximilianum, & altera vice Francofurtum & Aquisgranum pro electione & coronatione eiusdem Maximiliani fuit. In quibus non solum fidem, sed magnificentiam suam Cæsari Ioannes probauit, vtramque legationem suo ære, sine Cæsaris, & suæ Ecclesiæ adminiculo peregit.* MVLLER *R. T. Theatro inter Maximiliani I. Vorst. c. I. §. III. IV.*

74) Verba sunt GERHARDI a ROO *cit. loc.*

75) KRANTZIVS *Saxoniæ lib. XII. cap. II.* Qui tamen paullo post sic scribit: *& remissæ sunt Romanorum regi literæ ab Francis contumeliis plenæ, quod se archiducem scriberet, quum non esset viuente adhuc Sigismundo, Austriæ Duce. De Romanorum quoque regno cœpit irrideri, quod inani titulo se iactaret, quum Rex Romæ nihil aut potestatis aut prouentus haberet.*

76) KRANTZIVS *cit. loc.*

77) ROO *p. 502.* ad diem decimum tertium Kl. Martii, siue XVII. Februarii habet. TRITHEMIVS ad a. 1486. XX. Februarii. Ast, FVGGER *lib. V. c. XXXIII. n. 2.* NAVCLERVS *vol. II. Gen. L. p. 1118.* XVI. die Februarii. P. HEVTERVS *rer. Austr. lib. II. c. IX.* CVSPINIANVS *p. 487.* Barcardi Diarium Ceremon. apud RAYNALDVM *Tomo XIX. p. 373. n. 42.* NAVCLERVS *Vol. III. Genen. V. p. 503.* Confirmat hunc diem Historia electionis Maximiliani apud FREHERVM Tomo III. p. 23. *facta fuit hac electio die Iouis, XVI. mensis Februarii.* Eundem confirmat Protocollum electionis apud GOLDASTVM *Polit. Reichshandel p. I. n. 4. & Reichs Sazungen p. II. p. 173. & Politica Imper. p. I. p. 86.* KVLPISIVM inter Documenta ad Historiam Friderici *p. 218.* IO. LINTVRIVS *in app. ad Werneri Rolewinckii fasciculum temporis pag. 91.* P. LANGIVS *Chron. Citic. p. 881.* LEHMANN *lib. VII. c. CXVI.* IAC. VNRESTI *Chron. Austr. p. 754.* MVLLERVS *R. T. Theatro inter Maximiliano I. Vorst. cap. I. §. V.* vbi Acta Electionis exhibentur. Decretum electionis datum *Donnerstag nach Inuocauit.* Extat de eo HERMOLAI BARBARI Venetorum Legati oratio gratulatoria in Tomo secundo FREHERI. KRANTZIVS c. l. sic de hac electione iudicat: *Igitur volentibus cunctis rex creatur Romanorum Maximilianus anno sexto & octogesimo post mille quadringentos, exemplo Caroli IV. recentiore, qui & ipse viuens filium sibi curauit regem substitui. Sed in hoc gloria Maximiliani maior, quod ibi pater Karolus, vt proficeret, cœlum fatigauit & terram: Hic Fridericus vt fieri pateretur, vix potuit inflecti. Ibi nullis rebus præclare gestis Wenzlaus incertum qualis rex futurus assumitur; hic vero multis euectus victoriis inclaruit.*

78) Decreta equidem triginta quatuor militum millia, & dum de communi denario Status conuenire non possent, Imp. quingenta florenorum millia ad interim postulabat, prout singula ex Actis demonstrauit MVLLERVS *p. VI. c. II.* FVGGER *lib. V. c. XXXIII. n. 3.* LEHMANN *lib. VII. c. CXVIII.* Ipsa confœderatio extat apud du MONT *Tom. III. p. II. p. 153.*

79) ROO

rebus splendor, quo continentiam suam & frugalem modestiam superari, atque adeo in contemptum adduci videbat, dum e contrario paruum Cæsaris comitatum habitumque tenuiorem contemnerent. 54) Cum igitur Carolus nihil minus, quam repulsam se illarum rerum, quas petierat, passurum cogitaret, sceptrumque & coronam ac cætera dignitatis regiæ insignia fieri, subsellia in templo & solium, quæque ad coronandi & inungendi ritum faciunt, parari iussisset: Cæsar neque ex re Imperii, neque ex sua dignitate esse videns, vti compotem voti ipsum faceret, non dato ei responso, in Vbios abiit, & Coloniam Agrippinam ingressus, magno cum honore exceptus est. 55) Licet Gallorum etiam Rex, Ludouicus XI. Fridericum a proposito hoc auertisse videatur, qui scriptis ad ipsum litteris, cauendum esse dicebat a Carolo, qui Cæsaream adfectaret dignitatem. 56)

§ XLVI. Postquam autem Comitia Augustam indicta effectu destituerentur, 57) alia Rotenburgum ad Tubarim 1474. instituta, quo etiam Christianus I. Daniæ Rex voti reus, Romam transiens, 58) illud ab Imp. obtinuit, vt Comitatum Holsatiæ & Stormariæ, Dithmarsiæ districtu adiuncto, in Ducatum eueheret, dato desuper diplomate Aurea Bulla corroborato, 59) ipsumque de eodem inuestiret, licet Dithmarsi Daniæ Regi se submittere nollent. 60) Bremenses etiam contradicebant, quod Dithmarsi a prioribus Impp. ipsorum archiepiscopatui essent subiecti, quibus motus Fridericus Imp. hanc incorporationem Dithmarsiæ, Holsatiæ factam, per singulares litteras ad Christianum Daniæ Regem datas,

PONTANVS *Hist. Gelr. lib. IX. p. 542.* & MVLLER *p. V. c. XXXV. §. 19.* qui etiam §. 23. Gerhardi Iuliacensis & Bergensis Ducis tabulas exhibet, per quas iuri suo in Geldriæ Ducatum renuntiat. Hinc in Comitiis Treuirensibus de eodem Ducatu fuit inuestitus M. CHRON. BELG. *p. 437.* NAVCLERVS *vol. II. Gen. L. p. 1099.* FVGGER *lib V. c. XXI. n. 10.* Tabulas inuestiturae exhibet Assertio Iuris Caroli V. in Geldriæ Ducatum *lit. B. 2.* NVLLERVS §. 25. In NAVDAEI Addition a l' Histoire de Louis XI. dicitur *p. 383. L' Archeuesque de Mayence eu 1200. florins pour son droit de sceau.*

54) PHIL. de COMINES lib. II. p. 111. *Oncques puis ne s' entr' aymerent, ne eux, ne leurs gens. Les Alemans mesprisoient la pompe & parole du dit Duc, en l' attribuant à orgueil. Les Bourguignons meprisoient la petite compagnie de l' Empereur & les pauvres habillemens. Tant se demena la question que la guerre qui fut a Nutzen advint.* LALAINVS vero historiam suam de dicto congressu sic concludit: *Equidem audiui, qui affirmarent æmulatione inter ipsos regis: & vtrumque oblitum mensuræ suæ, illum quidem inuidere minori, hunc vero contemnere maiorem.*

55) ROO c. l. MEIER *lib. XVII. Ann. Flandr. p. 411.* PONTVS HEVTERVS *lib. V. c. VIII.* FVGGER *n. 12.* IAC. VNRESTI *Chron. Austriacum pag. 594.*

56) Hoc satis innuit FVGGER *lib. V. c. XXI. n. 12.* & potissimum PONTVS HEVTERVS Rer. Burgund. lib. V. cap. VIII. *Sed Ludouicus Francorum Rex dignitatem Pugnaci inuidens, clam Imperatori perscribit, ambitiosissimum Burgundi animum non eo tendere, vt Burgundiæ regni terminis foret contentus, sed ad imperii eum aspirare fastigium. Proinde animo dispiceret, ne temere hominis ambitioni nutrimenta suppeditando, e cliente patronum faceret Imperator natura suspiciosus, eo magis Franci verbis fidem adhibet, quod non ita pridem Pugnax Imperii Vicariatum ambiisset, ac ditissimæ supellectilis ostentatione, argenteorum, aureorumque vasorum pretiosissimis lapidibus micantium exhibitione, quibuscum sua supellex ne comparari quidem poterat, quodammodo sibi pauperiem, sustinendo Imperii nomine indignam, exprobrasset, ac proinde filio Maximiliano Imperii successionem præripere velle videretur. Orta igitur leui e suspicione æmulatio ac inuidia, Regis literis ad maturitatem peruenere, reiectaque in aliud tempus (vt propter filii simulabat nuptias) inauguratione, sed animo plane abiecta, non salutato Pugnace (qui post biduum corona se Regia redimitum iri speraret) Coloniam proficiscitur. Quare ludibrio se habitum conspiciens, pudore confusus iraque percitus, tam immensum animo contra Imperatorem odium concepit, vt si diuturnior vita contigisset, nunquam Maximilianus Mariam in vxorem duxisset. Germanorum procerum pars iocabatur, pars intempestiuam ambitionem inuehebatur, ægre ferentes, quod præ cæteris Christianorum proceribus, quorum maiores non solum Reges, sed etiam sæpius Imperatores fuissent, Regiam ambiisset dignitatem.* STETTLER *Nuchtland. Geschichte lib. V. p. 211.* refert Bernenses reliquis Heluetiis narrasse, *das der Hertzog von Burgund gewislich auf den Donnerstag nach St. Catharina wurde vor einen Kønig gecrønet werden.*

57) De his MVLLER *p. V. c. XXXIX. XL.*

58) IO. MEVRSIVS *Hist. Dan. lib. II. p. 18.*

59) Extat diploma apud MEIBOMIVM *Tomo III. p. 213.* LEIBNITIVM *Tomo I. p. 431.* MVLLERVM *p. V. c. XLI.* §. 3. in quo: *matura deliberatione prævia, accedente ad hoc Electorum, aliorumque Principum, Comitum, Baronum & procerum nostrorum consilio, motu proprio, ex certa scientia, & de plenitudine Cæsareæ potestatis nostræ, titulos Comitatuum, Holsatiæ & Stormariæ extinximus, cassauimus, eorumque comitatuum, terras & dominia vniuimus, eique districtum Dithmarsiæ incorporauimus, huiusmodi terras, districtus, & dominia incorporata in Ducatum ereximus, extulimus, & constituimus, conferentes eidem omnia & singula ducalia ac Principatuum iura, honores, prærogatiuas, eminentias ac imponentes eidem titulum ducalem de Holsatia: volentes ac mandantes in antea huiusmodi titulo ab omnibus appellari. Datum in Ciuitate nostra Rottenbur super Tauber, die Lunæ quarta decima mensis Februarii, anno Domini millesimo quadringentesimo septuagesimo quarto, Imperii vicesimo secundo, Hungariæ vero decimo quinto.* MEVRSIVS c. l. KRANTZIVS *Saxonia lib. XII. c. XII.*

60) MEVRSIVS c. l. p. 19. *mox Rensburgum, Holsatiæ vrbem proficiscitur; ac Dithmarsos conuenire illuc iubet: & Legatos Lubecensium, Hamburgensiumque, vocat. Cumque conuenissent omnes; Friderici Imperatoris litteras promens, petit; vt Dithmarsi obtemperent: ac coniuncti cum Holsatia, & Stormaria, se deinceps ducem agnoscant. Verum illi respondere: male doctum Imperatorem aliena elargitum sibi terram suam esse: & dominium, temporale pariter ac spirituale, ad Bremensem Archiepiscopum pertinere: ab eo tempore, quo, Dithmarsia vltimo comite decedente, Hartwico ipsis, Archiepiscopo Bremensium, Fridericus, nominis istius primus, subiecisset & deinde in illius potestate permansisse. Regerente Christiano, ex eo die sæpe dominum mutasse; Daniæque aliquando, sub secundo Waldemaro; aliquando Holsatiæ comiti paruisse: atque his contradicentibus, etiamnum præsulem illum præfectos ipsis imposuisse, quæ res plane dominatum testaretur:* neque

datas, plene reuocat. 61) In Comitiis Noribergensibus eodem anno 1474. insecutis Cæsar de consilio Electorum & Principum, Vladislaum Polonorum legitimum Bohemiæ Regem decernit, illumque ad Electoratus officium, Matthia, Hungariæ rege reprobato, admittit. Tempus vero ad præstandum sibi feudum, tanquam ab Electore in sua potestate reliquit. 62) Eodem anno Comitia Augustam iterum indicebantur, 63) in quibus noua pax publica ad sexennium vsque fuit constituta, 64) & solenni ritu publicata. Constitutum etiam ibidem Camerale iudicium siue aulicum, quod Statuum controuersias Imp. vice diiudicaret, cuius Præses erat Moguntinus. 65) In iisdem Comitiis Fridericum Palatinum, Ludouici Cæci filium, quod ab obitu Ludouici Pii fratris pro tutore filii ipsius Philippi se gerens, regalia, a Cæsare accipere neglexisset, proscripsit, qui desuper apud Imperii Status fuit conquestus. 66) Denuo etiam in iisdem de expeditione Turcica atque communi denario agebatur, sed hoc etiam sine fructu. 67)

§. XLVII. Inter hæc, Rupertus Bauarus, filius Ludouici, Ducis Bauariæ, & Hermannus Hassiæ Landgrauius, post mortem Theodorici Episcopi, de Episcopatu Coloniensi grauiter contendebant. Fridericus Imperator operam dedit concordiæ sanciendæ, sed non audito imperatore, Bauarus inauspicato consilio ad Carolum Burgundum propinquum suum confugit, pro auxilio contra Hassum & Colonienses, eumque Aduocatum Ecclesiæ Agrippinensis constituit, pro ope, quam esset laturus. Erat Bauarus ab Collegio Coloniensi legitime electus, a Papa Romano comprobatus, atque ab Imperatore regalia temporalis administrationis adsecuturus: sed magna incidit digladiatio de oppidis nonnullis Ecclesiæ, nobilitati illius gentis oppigneratis, quæ oppida Bauarus contra ius fasque, & contra pacta electionis suæ recipere & asserere contendebat, non soluto pretio Nobilitati. Hanc ob rem fœdus percutiunt Colonienses cum oppidis oppignoratis, Ducemque legunt sibi Hermannum, fratrem Hassiæ Landgrauii, eumque se facturos pontificem pollicentur, sicut postea fecerunt. Igitur Carolus, qui a. 1467. iamdum Leodiensem vrbem occupauerat, eosdem Episcopo suo submiserat, 68) cuius regnandi cupiditas erat insatiabilis, sperabat se breui posse tempore subiicere Agrippinenses, habiturumque iter per aduersum flumen Rhenum, & Moguntinenses ditiones vsque Allatiam & Comita-

neque se passuros esse, vt a domino tam vetusto separentur; nec contentionis eius finis esset: tandem illis annum indulgere placuit, intra quem, quod e re sua videretur, consultarent.

61) Extant inter diplomata Bremensia in MENCKENII *Scriptoribus Rerum Germanicarum Tomo I. p. 609.*

62) DLVGLOSSVS *Hist. Polon. lib. XIII. p. 500.* LEHMANN *lib. VII. c. CXIII.*

63) De his Comitiis MVLLER *p. V. c. XLIII.*

64) Extat ista apud GOLDASTVM *Reichs-Satzungen p. I. p. 197.* MVLLERVM *p. V. cap. XLIV. §. 7.* de publicatione ipsius ita loquitur WERLICHIVS p. II. p. 226. *Der Keyser hatte nun, demnach er einen Reichstag hilte, alsbald am vierzehenden Tag des Maien, bedeckt mit der Cron des Ræmischen Reichs desgleichen mit einem Talar von gantzen guldenen Stücke, und sonsten allen Keyserlichen Schmuck angethan, alda die Churfursten selbst, wie auch Marx Patriarch von Aquileia, Bapstlicher legat, und Cardinal, dabey gestanden: auf einem herrlichen mit Gold gezierten Sessel, gleichsam als zu einem Triumf, auf den Weinmarckt zugericht, sitzend, den sechsiahrigen Frieden, welcher Teutschland mit grössen Vertræstungen und Versicherungen zugesaget worden, publiciren lassen.* FVGGER *lib. V. cap. XXII. n. 8.* LEHMANN *lib. VII. c. CXVII.* Præscriptionem & institutionem collectæ Turcicæ in his Comitiis exhibet LEIBNITIVS *p. I. p. 432.* & KVLPISIVS inter Documenta *p. 70.* DATT *lib. I. c. XXVIII. n. 99.*

65) Testatur de eo FVGGER lib. V. cap. XXII. n. 8. *den 21. dis Monats besetzte er das Keyserliche Cammergericht, auf dem Dantzhaus daselbst: da der Churfurst von Maintz der Obriste Richter, und die Beysitzer alle Doctores gewesen.* & lib. V. c. XLI. p. 1080. *damit auch des Reichs Fürsten und Stande nit immer seinem Hof, mit Beschwernis, Nachreisen, oder ihre Gesandten nachsenden, noch über das mit langsamen Bescheid verkurtzet werden müsten, besetzte er, erstlich zu Augspurg beym Reichstag A. 1473. ein Gerichte mit verstandigen und gelehrten Mannern, den Reich recht zu sprechen. Dis wurde das Kaiserliche Cammergericht genennet, und nachmals von K. Maximilian bestatiget.* Neque tamen nouum hoc fuit iudicium Camerale, sed illud ipsum iudicium Imp. Palatinum, quod vel in aula Imp. vel in Curiis solennibus institutum, dictum: *das Kayserliche Cammergericht* vel *Hoffgericht*, de quo DATT *lib. IV. c. I. n. 16. 17. 18. 19. 43.* Fit tamen eiusdem Iudicii quoque iam ante mentio, in decreto Imp. sub dato *Newstatt am 17. Tag des Monats Octob. 1472.* quod GOLDASTVS exhibet Tomo II. *der Reichs-Satzungen f. 169.* vbi in pr. *das für unser Kayserl. Cammergericht, so der Erwurdig Adolph Ertzbischoff zu Maintz . . . mit den Ersamen unsern Rathen, den Rechtsgelahrten und des Reichs lieben Getrewen auff den 25. Monats Tag Aug. negst vergangen an unser Statt besessen hat.* Laudat etiam Ordinationem Iudicii huius Cameralis sub Electore Adolpho constituti Fridericus Cæsar in Actis Comitiorum Noribergensium a. 1487. DATT *lib. IV. cap. I. n. 45.*

66) In diuersis iamdum Imperii Comitiis de hoc Friderico Palatino fuerat actum, eo quod Imp. non solum resisteret, sed etiam omnia imperiosius ageret. Hæc autem verbis GERHARDI A ROO scribo, qui *lib. VIII. pag. 276.* statim addit: *agebat enim pleraque imperiosius. & Ambergensium senatores duodecim, quod in verba ipsius iurare noluissent, capite plecti iusserat. Erat vero bellicosus & insigni victoria potitus tres simul principes Carolum Badensem, Georgium eius fratrem Mediomatricum antistitem, ac Vdalricum Wirtenbergicum vno die ceperat, & ingenti pecunia multauerat.* Qua ratione autem hic Fridericus Philippi tutelam suscepisset, enarrat TRITHEMIVS *ad an. 1449.* FVGGER *lib. V. cap. XXII. n. 8.* WERLICH *Augspurg. Chronic p. II. p. 228.* Plenius de hoc egit MVLLER *p. V. c. XLV.*

67) LEHMANN *lib. VII. c. CXIII.* MVLLER *p. V. c. XLVI.*

68) IO. ROLLII *adnotationes Chronica* apud DVELLIVM *Miscell. lib. I. p. 247.* IAC. VNRESTI *Chron. Austriacum p. 586.*

Comitatum Phiretarum, 69) terrasque ipsi a Sigismundo Austriaco oppignoratas, 70) visusque est spem concepisse, se regnum & Vicariatum Imperii, quæ precibus non impetrasset, vi armorum posse adsequi. 71) Iulio igitur mense, præmisso caduceatore, in Vbios profectus, a. 1474. Nussiam ad sinistram Rheni ripam arctissima cingit obsidione, quam tamen Hermannus Hassus probe defendebat, 72) prætexens, Ecclesiam Coloniensem ipsi a Papa fuisse commendatam, licet potius telonia Coloniensia in animo habuisse videatur. 73) Postquam Carolus per annum fere vrbem oppugnasset, eamque eo adegisset, vt intra decimum diem, vrgentibus intestinis malis in eius venisset potestatem, Ludouicus XI. Galliæ Rex bellum in Picardia contra ipsum instaurat, ipsius etiam fœderatus Eduardus, Rex Angliæ Caletum cum exercitu traiicit. Hoc ipso motus, ne a tergo hostem haberet, perditis ingentibus sumptibus, & quatuor millibus vel vltra lectissimorum militum, difficillimam soluit obsidionem. 74) Cæsar e contrario, singulari epistola d. III. Decembris a. 1474. ipsum plurimum increpat, qua ratione Germaniam subigere ac Romanum Imperium vindicare susceperit, vtque ambitioni suæ satisfaceret, multas terras vi occupauerit, multas vrbes deleuerit. 75) Decernebatur interim in Comitiis Augustanis a. 1474. expe-

69) TRITHEMIVS *ad a. 1472. 1473.* MAYERVS *Ann. Flandr. lib. XVII. p. 413.* ROO *lib. VIII. pag. 276.*

70) Sigismundus enim Archi-Dux, vt haberet, quem Heluetis opponeret, Alsatiam, Brisgouiam, Suntgouiam, Comitatum Pfirretatum vna cum ciuitatibus syluestribus pro octoginta florenorum millibus Carolo Burgundo oppignorauerat, de quo FVGGER *lib. V. c. XIX. n. 10.*

71) BILIBALDVS PIRCKHEIMERVS de B. Heluetico p. 59. *Id Sigismundus Austriæ Dux considerans, ac de retentione prouinciarum reliquarum, & ciuitatum suarum desperans, quidquid in Alsatia Sunigaw, Prisgaw & circa syluam nigram possidebat, Carolo Burgundo Duci tum potentissimo, ac bellicosissimo principi pro hypotheca tradidit. At ille cum vrbes, castra, & oppida cuncta in suam redegisset potestatem, vndique præsidiis muniit, præfectumque generalem, nomine Hagenbach constituit, qui cum haud quaquam præfectum, sed tyrannum egisset, nec vlla abstinuisset iniuria, prouinciales tandem in suam concitauit perniciem, siquidem Prysacenses illum in vincula coniecere ibique multis accusantibus & crimina horrenda obiicientibus publice finiuit vitam ense, eoque pacto cuncta oppignorata ad pristinum rediere dominium. Verum cum Sigismundus Dux Burgundi timeret potentiam, ac vereretur, ne misso exercitu per vim ablata iterum in suam redigeret potestatem, compulsus est ad Suitenses hostes confugere hereditarios, cum quibus fœdus pepigit vt eundem hostem & amicum censerent, & si vis maior aliqua ingrueret, illum totis propulsarent viribus. Incidere hæc in annum dominicæ incarnationis MCCCCLXXIII. Burgundus vero non tam ea irritatur iniuria, quam quod debellata Germania Italiam ingredi parabat, ac cunctis deuictis gentibus, se orbis Dominum fore sperabat, Vrbem Nouesium super Rheni conditam ripas, ac Romano subiectam imperio hostiliter, ac maximis circumdedit viribus. Circumtulerat iam antea per Galliam victricia signa nec quempiam tam potentem esse putabat, qui viribus suis resistere posset. Nam præterquam quod diuitiis & opibus inter cunctos excelleret Principes, maximum & instructissimum ducebat exercitum: accedebat his animus ingens, & bellicæ laudis gloria, cuius erat appetentissimus.*

72) TRITHEMIVS *ad a. 1474.* ROO *lib. VIII. p. 278.* FVGGER *lib. V. c. XXIII. n. 2.* M. CHRON. BELG. p. 437. *Dux Carolus, offensus in Imperatorem, consilia cogitabat praua, & anno salutis MCCCCLXXIV. cum maximo apparatu & exercitibus quatuor idiomatum Coloniensem aggressus est Episcopatum siue diœcesim, & Nussiensem ciuitatem per hebdomadas obsedit XLVI. vt Romanum occuparet imperium, quemadmodum inclamauerunt milites eius ad obsessos Nussienses, non laborare principem suum pro ista villa, sed pro Romano Imperio, vt ipse Carolus in fine obsidionis, congressionis tempore cum populo suo, protestatus est, dicens: hora nona Imperator ero vel mortuus: quod & factum fuisset, nisi Ducis proditionem diuina ordinatio detexisset.* MICH. BOIEMVS *vita Alberti III. §. IX.* Ipse tamen Carolus in litteris suis ad Adolphum Moguntinum hanc expeditionem excusare conatur, eo quod Ecclesia Coloniensis ipsi a Papa fuerit commendata, quæ extant inter KVLPISII Documenta *pag. 57.* IAC. VNRESTI *Chron. Austriacum p. 504.* KONIGSHOVEN *Chron. Argent. cap. V. p. 369.* Quid circa hanc expeditionem in Alsatia fuerit gestum, exprimit BERNH. HERTZOG *Elsass. Chronic. lib. II. c. LXI.* qui etiam *c. XXII.* Ciuitates Imperii recenset contra ipsum excitatas & *c. LXXII.* tormenta CCCL. quibus contra Nussiam fuerit vsus.

73) Epistola Friderici III. Imp. ad Carolum inter KVLPISII Documenta *p. 59. agnostis vberrima Coloniensis Ecclesiæ theolonea, ad quæ tibi animus: non Episcopum ab inimicitiis, si quid patitur, defensando, sed ipsum a suis destituendo. Et si sanctissimus noster Dominus Apostolicus superioribus diebus ex falsa suggestione Ecclesiam Coloniensem tibi commendauit, veritate tum liquidata melius doctus, instante effluxu, legatum suum Marcum de latere, titulo sancti Marci, ad te legabat, cui nullam audientiam acceptare fastidiuisti; veritus, ne te ex iussu sanctissimi ab armis discedere oporteret, atque litteras Apostolicas contra te & Episcopum Coloniensem strictissimo vinculo anathematis innodatum fulminatas tibi exhiberet. Et cum armis captis immutabili mente discedere non existimas, hodierna tempestate scias, totam quasi Almaniam equitum & peditum strenuissimorum stipante caterua manu prompta, in expeditionem vocatam.*

74) PHIL. COMINAEVS *lib. IV. c. I.* OLIVERIVS MARCANVS ipse testis oculatus *lib. II. c. I.* MEYER *Annal. Flandr. lib. XVII. p. 413.* RENSNOIVS *Rer. Batau. lib. XI. p. 164.* BARLANDVS *Chron. Brabant. c. CXXIX.* CHRON. ELWANG. *ad a. 1474.* FVGGER *lib. VI. cap. XXIV.* ROO *lib. VIII. p. 314.*

75) Extat Friderici III. epistola inter KVLPISII documenta AENEAE SYLVII Vitæ Friderici III. adiecta *p. 58.* in qua: *nexus suscepti oneris nos armis te inuestigare cogit: Ciuitatem, quam obsides, ex faucibus liberando fati, ni tua sponte ab armis discedere velis. Tibi reuera ab ineunte ætate per ignauiam ac vana ingenia ingens desiderium fuit, Germaniam subigere; ac Romanum Imperium vendicare; cum tuis finibus nequaquam contentus sis; fœdus humanæ societatis rumpere, exercitus ducis, aliena vastas, liberos populos aut trucidas aut subigis; tuas amplificando aliorumque Principum atterendo vires, potentia armisque tuis confisus es: multaque tibi nulla lacessito iniuria bella fuere; multus sanguis effusus, imo in mutuo sanguine populi & in alterna cæde grassari studes. Multæ vrbes per te deletæ, multæ terræ vi occupatæ; & cum iniuria singulas terras quasi tuas possides: multi Principes nobiles & duces in vin-*

expeditio contra Burgundum. 76) Nouis Herbipolim indictis Comitiis, dum Imp. Augusta discederet, opifices, nondum soluto omni pretio, equos currusque Imp. detinebant. 77) Noua in conuentu Herbipolitano contra Burgundum decernebatur expeditio, 78) in Francofurtensibus etiam Comitiis acceptabatur oblatum a Gallo fœdus, 79) quod in conuentu Moguntino fuit conclusum, 80) atque Andernaci confirmatum. 81) In eodem Conuentu Andernacensi etiam Fridericus III. Imp. non solum generalem cum Ludouico XI. d. vltima Decembris 1474. iniit confœderationem, qua omnia fœdera anteriora a temporibus Caroli M. insuper confirmantur, sed etiam eadem die ipse atque Electores cum eodem Rege confœderationem incunt contra Carolum Burgundum. 82) Offerebant quidem Christianus I. Rex Danorum, & Iohanna, Amadei IX. Sabaudiæ Ducis relicta, in conuentu Wisbadensi, qua ratione Imp. cum Carolo Burgundo vellent componere, 83) in conuentu etiam Andernacensi certa capita proponebantur, de quibus tamen non plane conuenit. 84)

§. XLVIII. Dum Carolus adhuc ad Nouesium hæreret, Imp. contractis Imperii auxiliis, inter quæ etiam Albertus Saxoniæ Dux cum milite Saxonico, vexillo præfectus Imperiali, 85) litteris diffidationis per Heroldum ad Carolum missis, 86) ad medium Ianuarii 1475. in Vbios profectus, Linzium oppidum, quod præsidio Caroli tenebatur, ipse obsedit, Brandenburgicum Marchionem Albertum, cum parte exercitus Rimagum mittit. Rimagenses, post octo dierum obsidionem, vitam pacti, sese dediderunt, eorum bona a militibus direpta. Idem & qui Linzii erant, sed tardius fecere; postquam Picardi, præsidio inde abducto, arcem incendio corrupissent, Cæsar inde circa Palmarum ferias Coloniam ingressus est, adplaudente & fausta adprecante populo, & erectis in spem omnium animis. 87) Renouabatur ibidem d. 25. Martii 1475. fœdus cum Gallo. 88) Studebat Caroli rebus Gerhardus, Iuliacensium Princeps, & exercitui eius ex ciuitatibus suis commeatum suppeditabat. Hunc Cæsar ad se Coloniam venire iubet, qui domi manens, per legatos se excusat, neque principis vicini cognati viribus resisti abs se posse, eiusque amicitiam necessario colendum esse. Cæsar, nisi præsens adueniret, omnibus illum beneficiis, quæ ad Imperii Iura pertinerent, priuatum iri interminatur. Hoc nuncio accepto, Coloniam statim venit, & Cæsari conciliatus est. 89) Redierat iisdem diebus Roma, Christiernus Danorum Rex. Is cum Ioanne, Saxoniæ principe, itineris socio, in Caroli castra diuertens, ad pacem eum flectere summo studio nitebatur. Sed frustra omnis eius conatus cessit. 90) Cæsar vero, antequam in bellum prodiret, vt Caroli vires alio auerteret, abs Heluetiis petierat, vt bello in Burgundiam moto, Imperii rebus commodarent. Hi non tam Imperii caussa, quam quod iacta esse odiorum semina, & bellum in se exarsurum scirent, in Burgundiam profecti, Ellicurtum oppidum cum arce obsident, cum iam Carolo bellum per litteras denunciassent. 91) Ludouicus XI. quoque Gallorum Rex viginti millia militum in hoc bellum se missurum receperat. Missi ad eum erant a Cæsare & prin-

in vincla coniecti; Multa templa Deo consecrata ceciderunt: qua animis hominum prodita sunt, nec prolixitas omnia commemorare sinit. Haud difficile existimas eos vinci a te, qui domi diffident, otio vacant, in re militari se non exercent. Sed profecto res longe aliter eueniet, quam tu geris. Nos non ita ignarum te credimus nostrarum rerum, quin scias, quanta Almanorum & totius Romani Imperii potentia, quam calida, quam bellicosa, quam ferox, quam vehemens & manu prompta, quam audax, quam strenua, quam præstans in re militari, quam animosa & bellicarum perita rerum Alemania, & quomodo in omni gente strenuos & ignauos contingit reperire milites, gens tamen genti prafertur. Vnum solum modicissimum Almania opidum, te tuasque vires, vt experientia didicisti, thesauros quoque tuos eneruarat, atque innumerabiles tuas copias prostrauerat. Alia est enim Almanorum natura, aliæ vires, alia ingenia. Et paullo post: *Et cum fastuosum, turgidum, rebellem reperimus, nobis & Regi Francorum, & iure feudi, quod a nobis tenes mancipatum ceptare, qua minime vasallum decent. Nos te eliminare pretendimus viribus & potentia, at in Almania superiori ac intra oras maritimas freti, & in his perniciem atque casum magnopere machinaturi, eumque turpem; eum postpositis gradibus ad summi loci fastigia per abrupta scandere nitaris.*

76) De his MVLLERVS *p. V. c. XLIX.* §. 4.

77) FVGGER *lib. V. c. XXIII. n. 5.*

78) MVLLER *p. V. c. LIV.*

79) MVLLER *c. LV.*

80) Ipsas fœderis tabulas exhibet MVLLER *cap. LVIII.*

81) MVLLER *cap. LXI.*

82) Extant vtraque apud MVLLERVM *p. V. c. LXI.* & du MONT *Tomo III. p. II. p. 520.*

83) Inuitatus dicitur Christianus tam ab Imp. quam a Burgundo, HAMELMANN *Oldenburg. Chronic. p. III. p. 211.* MVLLER *p. V. c. LIX.* Extant litteræ Ducissæ Sabaudiæ ap. MVLLERVM *p. V. c. LX.*

84) MVLLER *p. V. c. LXII.*

85) Has exhibet FVGGER *lib. V. cap. XXIV.* KVLPISIVS inter Documenta *p. 58.* & MVLLER *p. V. c. LXIII.* §. 2. vtrique etiam exponunt, quo ritu istæ Imp. fuerint exhibitæ.

86) MICH. BOIEMVS vita Alberti §. IX. *Albertus vexillo præfectus Decumano, seu Labaro.* Sic etiam ipse Albertus ad patruum suum *der Adeler des heiligen Reichs oberst Streitpaner schwebet in unserm Befehl aus Gebeys der Keyserl. Maiest.* MVLLER *p. V. c. LXIV.* qui etiam litteras Caroli Burgundi ad Albertum Saxonem exhibet.

87) ROO *lib. VIII. p. 280.* FVGGER *lib. V. c. XXIV. n. 4.*

88) FVGGER *n. 6.* MVLLER *p. V. c. LXVIII.* extat apud du MONT *Tom. III. p. I. p. 499.*

89) Verba sunt GERHARDI a ROO *pag. 280.* FVGGER *lib. V. cap. XXIV. n. 7.* MVLLER *p. V. c. LXVI. & LXX.*

90) ROO *p. 280.* MEVRSIVS *Hist. Dan. lib. II. p. 18.* SCHIPHOWERVS *Chron. Oldenburg. ad a. 1475.* FVGGER *lib. V. c. XXIV. n. 4.* MVLLER *p. V. c. LXIX.*

91) Verba sunt GERHARDI a ROO *lib. VIII. p. 280.* FVGGER *lib. V. c. XXIII. n. 10.* MVLLER *p. V. cap. LXV.*

& principibus legati, qui auxilia ex promisso & pacto mittenda peterent. Sed rex, ostensa eorum spe, clam interim aut cum Carolo pacem ex commodo suo facere, aut inducias prolatare tentabat, ne Angli sæpe iamdum ab eo in belli societatem vocati, traiicerent. Per legatum tamen auxilia se missurum promittit, iam aliis in locis bellum se Carolo mouisse, quare ne pacem cum eo faciat Imp. sed ditiones eas, quæ ad Imperii Germanici iura spectarent, occupet, idem se de Burgundia, Flandriaque & aliis iis facturum, quæ Gallici iuris essent. Ast, suspecta Galli fides erat Cæsari. 92)

§. XLIX. Decreta igitur in conuentu Coloniensi 1475. contra Burgundum expeditione, conclusoque cum Imperii Principibus XXV. Martii fœdere, 93) Maii mensis initio Fridericus cum exercitu, quem ad octoginta millia vsque extendunt, 94) Principibus & Comitibus multis Colonia egressus, Nouesium versus duxit. 95) Bis, IV. & X. Kl. Iunii ad Nouesium conflictum fuit, pari fere fortuna. 96) Postquam vero Carolus Burgundus die Solis ante festum Corporis Christi Episcopum Traiectensem, Marchionem Rotelensem & Dominum ab Hynolbolt, legatos suos in Cæsaris castra misisset 97) vltro citroque commeante Alexandro, Foroliuiensi Episcopo, Cardinale, legato Papæ per Germaniam, post pactas per triduum inducias, pr. Kl. Iunii die Veneris post festum Pentecostes pax fuit conclusa, his legibus, vt Carolus omnem controuersiam Coloniensem arbitrio Papæ, submitteret, Nouesio discederet, atque a tuendo Ruperto desisteret. Hoc facto, Cardinalis, legatus Papalis ab armis iubet discedere, pace proclamata, adiuuantibus proceribus, quorum opera ad colloquium Imperatoris Carolus venerat. Conditiones pacis publicatæ non sunt, nec Imperator nec Albertus Brandenburgicus vsquam conspecti fuere, quoties manu res fuit decernenda: vnde putabatur, collusisse cum Imp. Carolus, quod facta desponsatio, inito fœdere prid. Cal. Iunii anno a. 1475. inter Maximilianum Imp. filium, & Mariam, Caroli filiam comprobauit. Sunt, qui delibutum Imperatorem scribunt duabus tonnis auri. Carolus fœdere facto in Belgas discessit. 98)

§. L. Hel-

92) ROO *pag. 280. 281.*

93) Extat fœdus illud in RECVEIL de TRAITTES de PAIX *Tomo I. p. 642.* Litteræ, quibus Ciuitates quasdam ad arma contra Burgundum sumenda inuitat Cæsar, extant inter KVLPISII *Documenta p. 236.* Tales etiam sunt litteræ ad Albertum, Abbatem Comburgensem geben zu Andernach nach Conuersionis S. Pauli An. Domini LXXV. unsers Kaysersthums im drey und zwantzigsten Jahre, in quibus: *Wir haben uns vor etlicher vergangener Zeit nach unsern grossen Vnstatten, in aigner Person mit unsern und des Reichs Churfürsten, Fürsten, Grafen, Herren, Rittern, Knechten und denen von Stetten herab in dem Stifft Coln gefugt, dem Hertzog von Burgund, in seinem Muthwillen, unbillichen Furnehmen, so er zu Abbruch, Zertrennung und Schaden dem Heil. Reich über Verbott Ihm von unsern Heiligen Vatter dem Pabst und uns beschehen, in dem Stifft Collen gebraucht, zu Errettung und Behaltung Teutscher Nation mit Hulff Gottes gewaltigen Widerstand zu thun, auch etlich gelegen, und darinn desselben von Burgundi leut gewesen seyn, mit grosser Muhe Kostung und Arbeit zu unsern Landen bracht, und seyn nun in taglicher Vbung uns furter hinab zu demselben von Burgund zu fügen, dem ob Gott wil, mit Heeres-Krafft zu widerstehen und zubestreiten* apud MENCKENIVM *Script. Rer. German. Tom. I. p. 448. 515.*

94) ROO p. 281. *eo ad castra venit Henricus Schwartzenburgicus, Monasteriensium episcopus, cum auxiliis Thuringiæ & Saxoniæ ciuitatum: ad sedecim hominum millia cum eo fuisse ferunt. Eodem die aduenit Christophorus Marchio Badensis, & postridie Henricus Hassorum princeps, Hermanni frater, cum non contemnendis vterque copiis. Erant apud Cæsarem præter iam dictos; Adolphus Moguntinus, & Ioannes Treuirorum Electores, Guilielmus Aichstetensis, Matthias Spirensis, Reinhardus Vangionum Episcopi, Sigismundus Austriacus, Ludouicus, Albertus, & Fridericus Bauari, Ernestus Saxo, Albertus Brandenburgicus, & Voldemarus Anhaltinus principes. Præter hos aderant quinquaginta comites, inter quos eminebat Eberhardus Wurtembergicus. Ad octoginta hominum millia, in castris censa fuisse proditum est.* MICH. BOIEMVS vita Alberti §. IX. *comparatis igitur ingentibus copiis castra quam proxime iuxta Burgundum locat, Anno 75. Erant in exercitu 80000. Principes plurimi: inter quos Albertus Saxo eminebat, vexillo præfectus Decumano, seu Labaro.* Principes & Comites in exercitu præsentes recenset IAC. VNRESTVS *Chron. Austr. pag. 597.* LEHMANN *lib. VII. c. XCVI.* Idem dicit FVGGERVS *lib. V. c. XXIV. n. 9.* Licet exercitum statim ex septem equitum triginta sex peditum millibus computet cum FVGGERO *p. 817.* MVLLERVS *p. V. p. LXXI. §. 2.* computatis tamen præsidiis, omnibusque qui exercitum sequerentur, hunc numerum constitisse, concedat.

95) ROO *c. l.* FVGGER *lib. V. c. XXIV. n. 10.* SCHATEN *Ann. Paderborn. ad a. 1475.* MVLLER *p. V. c. LXXI.*

96) ROO *lib. VIII. p. 282. 283.* FVGGER *c. l.* BROWER *Annal. Treuir. lib. XIX. p. 304.* MAYER *Ann. Flandr. lib. XVII. p. 416. 417.* MVLLER *c. l.*

97) IAC. VNRESTI *Chron. Austriacum p. 598. Vnd an dem Eritag mittichen Phintztag ward gemacht der Fryd und Fayding.* Et p. 599. *Vnd am Eritag vor Sanndt Veits Tag da ward des Frydt abgekundt zwischn des Kaysers und des Hertzogen von Burgundi, und derselb Vnfrid werd ain Stundt.*

98) Verba sunt MICH. BOIEMI *c. l.* GERHARDVS a ROO p. 283. *postero die, cum iam maiores vtrinque copiæ, ad prælium eductæ, in procinctu starent, Alexander Foroliuiensis Episcopus Pontificis per Germaniam legatus inter vtrosque obequitans, trium dierum inducias pepigit. Dein eodem & aliis quibusdam principibus operam dantibus, Cæsar & Carolus pridie Calendas Iunias in colloquium venêre, quorum vterque a pace alienus non erat. Carolus enim bellum sibi a Gallorum rege parari, a Renato vero ac Heluetiis iam etiam geri, non ignorabat, & fecialem a Lotharingo cum belli denunciatione ad se missum, magnificis vestibus, ac si optata nuntiasset, donauerat. Fridericus vero & suapte natura a bello abhorrebat, & Galli societatem, Caroli amicitiæ atque affinitati, postponebat. Itaque pax facta est, & Ruperti controuersia, ad Pontificis arbitrium reiecta. Nouesium vero Legato permissum, vsque ad causæ decisionem. Inter alias pacis conditiones, quæ occulta habebantur, scriptores fere omnes affirmant, Mariam, Caroli filiam vnicam, Maximiliano desponsam, cum omnibus prouinciis hæreditariis, si nulla alia prole auctus, ipse moreretur.*

De con-

§. L. Heluetii interea, & Renatus Lotharingiæ Dux terras Caroli inuaserant. Hic igitur omnes suas vires in Renatum conuertens; Nanceio expugnato, tota eum prouincia excedere, & solum vertere cogebat. 99) Circa anni septuagesimi sexti initium, Carolus Heluetios adorsus, Granseiam sub Iura monte, ad lacum, vrbem cum arce expugnat. Carolus præsidio ciuitati & arci imposito, abiens, obuios habuit Heluetios illos, qui suis auxilio missi, sero aduenerant. Sublato clamore conseritur IX. Aprilis pugna. Burgundi fusi fugatique, non multos milites, 100) sed maximas opes & eximiam supellectilem amisere. In ea erant vasa aurea atque argentea, & pretiosæ vestes, atque inter hæc pretiosissimum Monile, constans ex magno & crasso adamante acuminato, tunc omnium præstantissimo, & tribus magnis balasiis & quatuor rarissimæ magnitudinis margaretis, cum pileo magnifico, margaretis prægrandis magnitudinis circumducto. Currus item trecenti, commeatuum ingens copia, & tormentorum bellicorum magna vis, in hostium potestatem venêre, qui Granseia oppido cum arce recepta, socios sepulturæ mandarunt. 1) Carolus, restauratis apud Losannam viribus, Muratum ad Galliæ fines situm expugnare adgreditur, Heluetii cum ingenti exercitu oppidum liberaturi accurrunt. Committitur XXII. Iunii 1476. atrox & cruentum prælium. Burgundi suis ipsi tormentis implicati, dissipatis ordinibus,

De coniugio illo apud Treuiros actum fuisse supra memínimus, & ita plerique annales habent. Sed Maximilianus ipse, in commentariis suis annotatum reliquit, hoc demum tempore, ad Nouesium illam sibi esse desponsam, nec dissimulat fauisse sibi & tum & postea quoque fortunam, quod Gallorum rex, vti illam filio suo obtineret, nihil non & auro & ferro attentarit. In pacis ac foederis constitutionibus exclusi sunt Heluetii, & confoederatæ illis ciuitates, Sigismundus item & Renatus principes. BILIBALDVS PIRCKHEIMERVS de b. Heluetico lib. I. p. 60. *At Cæsar tanto motus periculo, imperii opes conuocat, ac eas contra Burgundum ducit, qui iam per integrum fere annum vrbem Nuss obsidebat. Verum cum tanti exercitus conuenissent, ac vtrimque timor intercessisset, quo minus res aleæ committeretur, primum induciæ factæ sunt. quas non ita multum postea his conditionibus pax secuta est, vt Cæsaris filio Maximiliano Burgundi filia, quæ vnica erat, nuberet, ad quam quoque demortuo patre totius ditionis imperium deueniret, Burgundus in Italiam Romano Imperio reluctantem, & haudquaquam obedientem tenderet: quam si subiugaret, a Cæsare Italiæ Rex appellaretur. Additum quoque, vt per foederatorum terram duceret non tam suas, quam Cæsaris vlturus iniurias. Prudenter quidem. Nam siue Burgundus vinceret, siue vinceretur, nihil Cæsari deperire poterat. Aut enim vindictam ex foederatis erat excepturus, aut superato, & cadente Duce, tota vis imperii eius ad Maximilianum & vxorem erat peruentura.* MAYER *Ann. Flandr. lib. XVII. p. 415.* TRITHEMIVS *ad a. 1475.* FVGGER *lib. V. cap. XXIV. n. 13.* MVLLER *p. V. c. LXXIII.* CVSPINIANVS pag. 486. de Friderico III. dicit: *mira arte effecit, vt vnica Caroli filia Maria Maximiliano filio desponderetur.*

99) ROO *lib. VIII. p. 284.* FVGGER *lib. V. c. XXV. n. 2.* NAVCLERVS *p. 1103* TRITHEMIVS Chron. Hirsaug. ad a. 1475. *Carolus autem Dux Burgundiæ Maximiliani socer obsidione Noucsii soluta exercitum mouit in Lotharingiam in primo mensis Decembris anno prænotato & fugato Duce Reinhardo quem Renatum alii nuncuparunt, omnem Ducatum eius in breui obtinuit, & fidelitatis Iuramentum, quod Homagium vocant, a cunctis terræ habitatoribus suscepit. Verum non diu postea Reinhardus auxilio coniuratorum Suitensium, Ducatum recuperauit amissum, quem vbi Carolus iterum bello repetere voluit, ab ipsis coniuratis, cum aliis occisus fuit.*

100) COMINAEVS lib. V. cap. 1. *Sic Germani & castris & tormentis tentoriisque Ducis & militum potiti sunt cum infinita pretiosarum rerum supellectili; nihil enim præter vulgus fugientium hominum seruatum est, omnibus tantis thesauris amissis. Mira res, septem tantum milites periere, reliqui cum ipso Duce fuga euasere.*

1) Verba sunt GERH. a ROO *p.* 284. 285. FVGGER *lib. V. c. XXV. n. 1.* PHIL. de COMINES *lib. V. c. I.* Agit de eodem HENRICVS GVNDELFINGIVS in *Historia Austriaca*, cuius partem ex Msto Bibliothecæ Cæsareæ Vindobonensis exhibet P. LAMBECIVS *Comment. de Bibl. Cæsar. Vindobon. lib. II. p.* 497. Idem ex IO. IACOBI FVGGERI Mstis cimelia Ducis pretiosissima, quæ in dicto prœlio amiserat, describit & per icones exhibet, vtpote Monile pretiosissimum, pateras duas argenteas atque inauratas, pileum pretiosissimum. De iisdem in ipsius Historia typis impressa *lib. V. c. XXV. p.* 829. Eadem describit TRITHEMIVS *ad a.* 1476. MVLLER *p. V. c. LXXIV.* §. 1. MAYER *Ann. Flandr. lib. XVII. p.* 432. Quo monile istud pretiosum deuenerit, variæ variorum sunt sententiæ. COMINAEVS lib. V. c. II. *Spolia castrorum eius mirifice ditarunt egenos illos Heluetios, qui primo conspectu non agnoscebant quantum opum copiarumque ipsis fortuna eius diei obiecisset, præcipue de plebe vulgus. Tentorium speciosissimum & pretiosissimum toto fere mundo, in plures frusta dissectum est. Fuere qui magno numero supellectilem conuiuialem argenteam vili pecunia pro stanneа venderent. Adamas ipsius, maximus non orbis Christiani vnus, cum appendente insigni vnione, ab homine infimæ sortis repertus in dactylotheca an foras remissus est: mox sub plaustrum quoddam coniectus; vnde tandem repertum floreno cuidam Sacerdoti vendidit. Hic magistratui misit, qui tribus Francis redemit. Insignes alias opificio & specie gemmas adepti sunt, inter quas tres fuere totidem fratrum nomine celeberrimæ: vna Flandriæ titulo illustris, qua non fuit alibi æstimatior, cum infinitis bonis aliis, quæ docuerunt agrestes homines pretium pecuniæ vbiuisque.* MICH. STETTLER Nuchtlændischer Geschichten lib. VI. p. 247. *Es liesse darneben Carolus einen Diamant, eines Daumens breite gross, welchen man inn aller Christenheit für den Edlesten Stein hielte, in bemelten Leger, der von Gold eingefasset, und mit zweyen kostlichen anhengenden Perlinen gezieret war, derselbige wie Comines sagt, soll anfænglich vor Granson funden, darnach als unnütz, verworffen, bald widerumb auffgehebt, einen Priester umb einen Gulden verkaufft, und von demselbigen seiner Oberkeit umb drey Francken zugestellt worden seyn, hernach kauffte solchen von den Eydgnossen Bartholome May von Bern, umb fünfftausend Gulden, und gabe Wilhelmen von Diesbach dem Undermarckter vier hundert Gulden vor sein muhe und arbeit, der empfienge kurtz darnach von etlichen Genuesern sieben tausend Rheinische Gulden darumb, von denen kame dieser Diamant in dess Hertzogen von Meyland gewalt, umb eylff tausend Ducaten, und soll entlich Bapst Iulio, sein dreyfache Cronen damit zu zieren, umb zwantzig tausend Ducaten worden, und noch bey weitem*

ereta vel instituta vim nullam habere. 9) Ipse vero Matthias antea iamdum Cæsari infestus, quod Turcarum irruptionem in Carinthiam atque Stiriam, & Austriacorum seditionem promouisse diceretur. 10) Matthias, 11) collecto validissimo exercitu, rapidi torrentis instar, Austriam irruit, aliquot oppida capit, agrosque inter Viennam & Neapolim late depopulatur, Viennam tentat, sed relicta eadem, in superiorem Austriam ducens, multas vrbes in deditionem accipit. Beatrix vero, Matthiæ vxor, maritum suum per frequentes nuntios ad pacem exhortabatur. Pontifex item & Veneti pacem summis studiis procurabant, vt coniunctis Christianorum viribus, Turcarum violentiæ obuiam iretur, qui per id tempus maris Adriatici littus infestabant, & excursione in Forum Iulii facta, ac superatis præter hominum opinionem fluuiis, multas secum prædas, multosque mortales abegerunt. Hungari quoque Proceres, & ipsi ab hoc bello alieni, arma in Turcas conuertere malebant. Cæsar igitur, Pontificis auctoritati obsecuturus, oratores prior ad Matthiam de pace legat. Pacis conditiones dictæ Corneoburgi, vt Imperator Matthiam Regem, ob bellum iuste indictum præstaret indemnem: centum & quinquaginta aureûm millia, 12) pro belli sumptu, ad præstitutum anni tempus rependeret: Matthias obsidionem statim solueret: captas vrbes & castella, vbi satisfactum fuerit, redderet: pia filii Patrisque nomina, & antiquæ pactiones ratæ firmæque manerent: Si ad statutum tempus Matthiæ satisfactum non esset, suo is iure vniuersam Austriam occupare, occupatum legitime possidere, & in Regni Pannonici prouinciam redigere liceret. Sunt, qui Fridericum iuri suo in regno Hungariæ, cuius titulum hactenus vsurpauerat, tum renuntiasse, & Matthiæ Bohemici regis titulum tribuisse affirmant. 13) Sed nihil de hoc Bonfinius, aliique Scriptores coæui tradunt.

§. LII. Promouebat pacem matrimonium, quod post Caroli Pugnacis mortem inter filium Maximilianum & Mariam perficere conabatur 14) Licet enim Maria per pacem Nouesianam pr. Kl. Iunii 1475. Maximiliano fuisset desponsata, 15) nihilominus postquam Carolus cum Ludouico XI. XIII. Septembris 1475. nouennales pactus fuisset inducias, eandem Carolo VIII. tunc Delphino desponsauit. 16) Hinc audita Caroli morte, nimium gauisus Ludouicus, 17) Burgundiam non solum, Artesiam & Picardiam inuadit, sed etiam per legatos filio suo Mariam filiam deposcit septem annorum puero. 18) Oliuarius etiam Damus, tonsor Regis, Gandauum profectus erat, cum litteris & mandatis ad Caroli filiam, vt priuatim cum ea colloqueretur, eamque ad partes Regis traduceret, missus. Post aliquot vero dies iubetur legationis causam exponere. Venit igitur ad concilium splendidius aliquanto vestitus, quam pro ipsius conditione. Erant cum puella dux Cliuensis, & Leodiensis Episcopus, & alii proceres, magno numero, redditis puellæ literis, iussus est exponere mandata. Refert sibi iniunctum esse, vt soli puellæ loqueretur. Illi contra, & inusitatum hoc esse dicebant, & indecorum, eo quod & adolescentula esset, & innupta. Cum persisteret in sententia; Illi incipiunt minari & velle cogere. Ad hunc modum igitur discessit, non absque ludibrio. Plerique enim ridebant eum, & propter generis obscuritatem, (nam originem habebat ex quodam vico, non procul a Gandauo, & ineptum sermonem) Cerrior autem factus, imminere sibi periculum, & fore, vt in flumen proiiceretur, profugit Tornacum, quam ciuitatem Gallis postea equitibus noctu prodidit. 19) Nec deerant Cliuenses Duces, aliique proci, qui sibi hanc sponsam cum terris amplissimis peterent. 20) Fridericus æque legatos ad Belgas mittit, Iohannem II. Treviren-

c. V. p. 875. Extant litteræ Inuestituræ apud du MONT *Tom. III. p. II. p. 1.*

9) CZECHOROD *lib. VII. c. V. p.* 879.

10) CZECHOROD *c. l. p.* 877.

11) Litteras diffidationis exhibet IACOBVS VNRESTVS *Chron. Austr. p.* 623. MÜLLER *p. V. c. LXXXII.* in quibus potissima caussa dicitur, quod hæreticis & Vladislao contra ipsum fauerit.

12) Sic GERH. a ROO *lib. VIII. p.* 288. VNRESTVS Chron. Austr. p. 628. *do entgegen solt der Kayser dem Kunig auf die benannten zeyt geben und bezaln achtzig tausent Gulden.*

13) ROO *lib. VIII. p.* 287. 288. DLVGLOSSVS *lib. XIII. p.* 558. BONFINIVS *dec. IV. lib. V. p.* 493. hæc late describit, simul addens: *Viennensium obsidione commotus, quos ad Pannonem deficere aequo animo pati non poterat, non ingentem comparauit exercitum, non Principum Germanorum acciuit auxilia: sed legatos quamprimum in Regis castra misit, qui cum hoste de pace agerent. Si a principio pecuniis non pepercisset, si tantum parasset exercitum, qui obsidionem vrbium inhiberet: ne tantam quidem is Imperii iacturam, neque tot calamitates & incendia florentissima illa prouincia subiisset.* FVGGER *lib. V. c. XXVIII. n.* 2. MÜLLER *p. V. c. LXVII. §. 8. & c. LXXXII.*

14) ROO lib. VIII. p. 288. *hac pacis* (cum Matthia, Hungarorum rege) *capita Fridericus essi grauia, & fortassis iniquiora accepisse credendum est, quod alia sibi praeuertenda esse cogitauerit. Neque enim inter medios belli domestici tumultus, Maximiliani filii spem atque fortunam sibi negligendam ratus, ad perficiendum eius cum Maria matrimonium, animum adiecit.*

15) De quo supra §. *XLVII.*

16) Extant tabulæ induciarum PHILIPPO de COMINES subiectæ p. 128. Pactum vero matrimonii, reperitur in RECVEIL DE TRAITTES DE PAIX. *Tom. I. p.* 643.

17) GERH. a ROO libro IX. ineunte: *morte Caroli audita, mirum in modum gauisus est Ludouicus Gallorum rex, qui illum, dum viueret, maxime semper timuerat, suamque potentiam, quantumuis magnam, nulli principum minus quam illi formidabilem esse sciebat.*

18) TRITHEMIVS *ad a.* 1477. NAVCLERVS *p.* 1101. GERH. a ROO *lib. IX. p.* 370. *sqq.* PONTVS HEVTERVS *Rer. Austr. lib. I. c. II, seq.*

19) COMINAEVS *lib. VIII. p.* 416. TRITHEMIVS *ad a.* 1477. ROO *lib. IX. p.* 377.

20) Procos numerat FVGGERVS *lib. V. c. XXVI. n.* 7. & MÜLERVS *Maximiliano I. Vorst. c. V.* quales præter Maximilianum & Carolum VIII. erant Ferdinandus Rex Neapolitanus, Georgius Dux Cla-

Gallorum Regem d. 18. Septembris 1477. Artesiæ fuerunt conclusæ. 30)

§. LIII. Post nuptias, Maximilianus ad negotia publica animum adplicauit, Flandriam peragrans, vbique magnis cum honoribus fuit exceptus, & de more inauguratus. 31) Anno 1478. Hollandiam adiit, vt eam quoque suo iuri vindicaret, turbasque & dissensiones ob Asellorum & Hamatorum factionem tolleret. 32) Ludouicus interea Burgundiam, variasque vrbes Flandriæ capit, 33) Immo etiam, eiecto episcopo, Verdunensem episcopatum occupat, Cameracum Ciuitatem Imperii sibi vindicat, atque terras Burgundicas Imperio subducere conatur. Motus inde Fridericus Imp. edicto generali d. vlt. Ianuarii 1478. omnes Imperii Status adhortatur, vt milite & adparatu necessario instructi ipsum contra Gallos adiuuarent. 34) Induciæ demum in castris ad quartum Idus Iulii in annum fuerunt pactæ. 35) Post induciarum exitum, Maximilianus prœlio ad Guinegatum Artesiæ pagum 36) VII. Augusti de Gallis insignem quidem, sed cruentam reportavit victoriam. 37) Inde vario marte bellum fuit gestum, vsque dum post Mariæ mortem 1481. insecutam, Ludouici Regis & Flandrorum legati XXIII. Decembris a. 1482. Atrebati conuenirent, vt pacta iniuriarum omnium obliuione, Carolo Delphino regis filio Margare-

tium Kl. Septembris. Ast, HEVTERVS rer. Austr. lib. c. VII. *tandem 17. mensis Augusti Gandauum perueniens, salutata sponsa, omnibusque Aulicis, eam, praeunte Ferrio Clugniaco, Antistite Tornacensi, 18. Augusti in vxorem ducit. Missæ sacrificium a Legato summi Pontificis fuit peractum.* Eundem diem profert FVGGER *lib. V. c. XXVI. exeunte.* IO. ROLLII *adnot. Chron. apud* DVELLIVM *Miscell. lib. I. p. 248. Item der benant Hertzog Maximilianus ist zua Jennte in Flandern ingeritten anno 1477 an suntag vor unser frawen tag der schidung, und ist dieselbig nacht alls auf ain stund beyg legen, und den andern tag den montag hochzeit gehabt.* Solennia copulationis describit MVLLERVS *Maximiliano I. Vorst. c. V. §. XV.*

30) Extant apud LEONARD *Tom. I. p. 210.* du MONT *Tom. III. p. II. p. 10. a commencer incontinent que les presentes Treves d' accommodement prises pour dix iours finirent, qui sera le dix-neuvieme iour de ce present mois de Septembre, a Soleil levant.*

31) GERH. a ROO lib. IX. p. 376. *post nuptias, Maximilianus ad negocia publica animum adiecit & cogitare cœpit, quo pacto nouum imperium optime administrans, pace domi parta & subditorum animis sibi conciliatis, ea recuperaret, quæ post Caroli mortem Gallus occupauerat. Inprimis vero vicina eius regni loca, & ob hoc ipsum, iniuriæ magis oportuna, adire statuit, & octo millium exercitu, ex Germanis & Flandris parato, Insulas primum, ac inde per Tornacensem agrum Duacum perrexit, mox Valencenas iter flexit. Vbique magnis cum honoribus exceptus, & de more inauguratus, Montes petiit primam Hannoniæ ciuitatem, vbi totius eius regionis ordines in ipsius verba iurauere.* HEVTERVS *lib. I. c. VIII.* FVGGER *lib. V. c. XXVIII. n. 3.*

32) RHO p. 377. *erant enim magnæ per Hollandiam turbæ, & inueterata dissensionum semina, inter Asellorum & Hamatorum factiones. Recepta erant illa factionum nomina, perinde fere vti Guelforum ac Gibellinorum in Italia, ab eo tempore, quo Margaretha Guilielmi Tertii Batauorum principis filia, Ludouici Bauari Cæsaris vxor, rerum potita, post eius obitum prouincias Alberto filio antea traditas repetebat. tum enim Aselli filium, Hamati matrem sequebantur. Id factum est circa annum humanæ salutis millesimum trecentesimum quinquagesimum. Recruduit vero & erupit iterum ea pestis sub Iacobo principe, paulo antequam Hollandiam Philippus Bonus Burgundici iuris fecit, ac tum quoque post Caroli obitum sese exerebat. Asellorum nomen a pisce sumpserunt illi, qui ita se aduersam factionem sublaturos iactitabant, vti ille minutos pisciculos absumit, qui quod hamo capitur, ab eo Hamatis nomen fuit.* De hac factione PONTVS HEVTERVS *Rer. Burgund. lib. IV. c. II.*

33) Breuitatis ratio non postulat, hæc singula recensere. Plenius de iisdem egit GERH. a ROO *lib. IX. p. 379.* PHIL. de COMINES *lib. VI. c. I.* HEVTERVS *rer. Austr. lib. I. c. IX.* FVGGER *lib. V. c. XXVIII. n. 6.*

34) Extat hoc edictum generale apud DATT *Vol. Nov. Rer. Germ. lib. I. c. XXIX. p. 208. §. 14.* LVNIGS *P. Gen. Cont. p. 116.* du MONT *Tom. III. P. II. p. 19.* in quo: *das ir euch von Stundt, angesicht dis Vnsers Kayserlichen Brieffs. mit den Ewren zu Ross und fuss, auf das hœchst und maist, so ir mügt, mit harnisch, wegen, Puchsen, vvere, und aller notdurfft, als ins Veld gehœrt, rustet und geschikt seit.*

35) P. HEVTERVS rer. Austr. lib. I. c. IX. *exinde prolongantur inter Regem Ludouicum ac Maximilianum in annum induciæ, quæ initium essent habituræ XV. Kal. Augusti, ea lege, Rex Maximiliano restitueret, ante finem primi mensis, quicquid in Comitatu Burgundiæ ac Hannoniæ occuparat: quod, quamquam ægre, tandem Rex consentit, Germanos ac Heluetios veritus, quibus parum placere sciebat, Burgundiæ Comitatum Francicis iunctum. Cæteræ vero Ditiones eo manerent statu, quo erant, donec sex viri ab vtraque parte Tornacum missi, de absoluta tractassent pace. Denique Rex Tornacum præsidium deduceret, Vrbemque liberam relinqueret. De pace, Francis non comparentibus, nil actum est.* Male igitur TRITHEMIVS *ad a.* 1477. inducias ad septennium dicit fuisse statutas. Extant Induciæ apud du MONT Tom. III. p. II. p. 26. *pour un an entier commencant le II Iour de ce present mois de Iuillet & finissant ensamble pour l' an revolu, que l' on dira l' an. 1479.*

36) HEVTERVS rer. Austr. lib. I. c. IX. *pugnæ huic variæ inditæ sunt nomina, Blangiaca, Viesuilla, propter horum Pagorum propinquitatem Guinigatica, nomine collis, in quo ac iuxta quem est pugnatum.* CVSPINIANVS *p. 486. Maximilianus prima belli auspicia orsus, Ludouicum bello aggressus, fortunam habens propiciam, ad Terbonam vno die viginti millia militum Francorum cum paruo exercitu prostrauit, fudit, fugauitque. Et cum castra eius, quibus octo millia militum tenebantur, ab hoste essent capta, cæsique milites, ea forti manu recuperauit denuo, hostemque suis castris exuit, ac victor eo die maxima præda abacta triumphauit, quo primogenitus Philippus ei natus est, anno nostræ Salutis millesimo, quadringentesimo septuagesimo octauo, cum paucis ante mensibus tota Geldria in eius ditionem venisset, cum capto Duce per ipsius milites.*

37) De hoc prœlio late ROO *lib. IX. p. 383.* qui *p. 384.* addit: *de occisorum numero mire variant scriptores. Gaguinus ex Burgundis vndecim, ex suis quinque tantum millia concidisse dicens, famam citat testem, fide sua non interposita. In Maximiliani commentariis notatum est, ad tredecim millia cæsos, ac eius iussu sepultos esse, & inito numero, plures ex* Gal-

garetha, Maximiliani filia adhuc bimula desponderetur, concessis in dotem Artesiæ & Burgundiæ Comitatu, vna cum Matisconensi, Altissiodorensi, Carolatensi, Salinensi, Bariensi ad Sequanam & Boloniensi terris. Missi etiam legati in Galliam, coram quibus Ludouicus & pacis ac matrimonii pacta conuenta iureiurando comprobauit. Mittit suos legatos Ludouicus Gandauum, coram quibus Maximilianus archidux Philippo ac Margaretha præsentibus, in æde D. Iohannis, conceptis verbis iurat, matrimonium se ratum habere, ac pacis leges, suo ac liberorum nomine, quibus tutor esset, accipere, & ad illorum ætatem rebus maturam, bona fide integreque seruaturum. 38) Ipsa postmodum Margaretha per legatos in Galliam ducta, ibidem magnifice suscepta, & festiua cum solennitate Carolo desponsata. 39) Durante hoc bello a. 1479. Diæta Confluentina fuit celebrata, in qua nomine totius Cleri Moguntinensis, Coloniensis, Treuirensis diœcesium Querelæ contra infractiones Concordatorum fuerant exhibitæ. 40)

§. LIV. Eodem tempore a. 1482. exortum fuit bellum Leodiense. Ludouicus Borbonius enim, vrbis præsul, Guilielmum Marchianum ob contumaciam, & quod sacellanum quendam ipsius Richardum occidisset, solum vertere iusserat. Hic vindictæ cupidus, ex insidiis Borbonium adgreditur, & a suis desertum trucidat, atque a nemine prohibitus, in vrbem cum suis pergit. Maximilianus per eos dies Louanii, quod Brabantiæ caput est, conuentum Ordinum agebat, in quo Philippi filii tutor declaratus est. Eo ad ipsum fama cædis allata est, quam secutæ sunt subditorum querelæ. Ille amicissimi Borbonii cædem vlturus, bellum in Guilielmum decernit, Philippo Cliuensi duce vsus, qui multas Leodiensium vrbes capit. 41) Fit a. 1483. atrox prœlium ad Haulongam arcem, in quo Leodienses cum Guilielmo victi, & periisse dicuntur ex Leodiensibus tria millia. 42) Post hoc prœlium, Cliuensis, misso in vrbem feciali, Leodiensibus denuo, nisi a Guilielmi societate discedant, bellum denunciat. Illi deliberatione habita, Guilielmum ipsum & Gallos abire iubent, pacem veniamque a Maximiliano petunt, eius se fidei ac tutelæ committunt, triginta aureûm nummûm millia, annuam pensionem constituunt, & de annis aliquot, a Caroli morte elapsis, quibus nihil persoluerant, Imperatorem Fridericum, Agrippinensem ac Moguntinensem Electores, arbitros sumunt. 43) Anno 1485. quidem noui motus a Guilielmi filiis atque cognatis, qui Hornanum episcopum repudiabant, fuerunt concitati. Ast, in Comitiis Francofurtensibus 1486. Leodiensium legati pecuniam pro belli sumtibus, & annuam pensionem, quam Carolo dederant, exhibituros sese polliciti, fœdus & amicitiam cum eo firmant, & Hornanum præsulem suum adgnoscunt. 44)

§. LV. Dum autem Turcæ terras Austriacas denuo infestarent, diuersimode de expedi-

Gallis inuentos. Atque hæc est pugna illa Guinegatana, a loco sic dicta, cuius fama, etsi Maximilianum apud exteros quoque victorem celebrauit, scriptores tamen Gallicarum rerum id negant. Modestissimus inter illos Commineus: Archiducem fatetur, etsi plures ex suis amiserat, stationem tamen in campo, vti victorem, tenuisse, nec dissimulat regem, apud quem erat, quo tempore aduersi prœlii nuncius ad ipsum perlatus est, grauiter eam rem tulisse, non assuetum antea vinci, aut iacturam aliquam facere, tum vero commotum primo fuisse, quod maiorem esse cladem vereretur, mox re melius cognita æquiori animo fuisse & ad pacem respexisse, si ea ex suo commodo fieri posset. Idem dicit Maximilianum, si Terouanam iterum obsedisset, non difficiliter & eam & Atrebatum in potestatem redigere potuisse. Agit autem de hoc prœlio COMINES *lib. VI. c. VI.* GAGVINVS *lib. X. c. XXIX.* TRITHEMIVS *ad a.* 1483. NAVCLERVS *p.* 1106. MVLLER *Maximiliano I. Vorst. c. V.* §. *XVIII.*

38) ROO *lib. IX. p.* 394. 395. HEVTERVS *lib. II. c. I.* COMINES *lib. VI. c. IX.* Extat Tractatus in RECVEIL DE TRAITTES DE PAIX *Tomo I. p.* 704. du MONT *Tom. III. p. II. p.* 100. & apud FVGGERVM *lib. V. c. XXX. n.* 7. GEORG BRAVDLACHT *Hist. Pacificationum cap. II.* Conditiones matrimonii extant apud MVLLERVM *Maximiliano I. Vorst. c. V.* §. *XXIII.*

39) ROB. GAGVINVS lib. X. c. XXXIII. *post aliquot conuentiones tandem de pace conuenit: & Carolus Ludouici filius Margaretham Maximiliani filiam, dum legitima vtrique ætas esset, acciperet vxorem. Donantur a Ludouico legati XXX. millibus scutorum aureorum, præter pocula argenti cælati, quod illorum causa rex cudere iusserat. Erat autem Margaretha infra bimatum & a Gandauis educabatur. Igitur redeuntibus Gandauum Flamingis oratoribus, fit apparatus ingens, de Margaretha ad Francos ducenda. Nec minus curabat rex magna pompa Margaretham a Flamingis recipere. Ob eam rem Petrum Borbonium cum multa procerum frequentia Ludouicus illi obuiam mittit. Annam quoque sororem, qua Petro nupserat, occurrere nouæ nuptæ iubet. Fit præterea a Parisiis multiplex & varium ad eam excipiendam paramentum. Quarto autem nonas Iunii, anno salutis MCCCCLXXXIII. Margareta Parisium ingreditur, infans puella. Et paulo post ad Ludouicum Ambasium frequenti pompa deducitur: vbi desponsationis festum communi omnium lætitia mense Iulio celebratum est.*

40) Extant istæ apud LEIBNITIVM *Cod. Iur. Gent. p. I. p.* 439. & GEORGI *Grauam Germ. lib. I. c. VI.* §. *XI.*

41) ROO *lib. IX. p.* 392. 393. FVGGER *lib. V. c. XXX. n.* 6. ROB. GAGVINVS lib. X. p. 280. *apud Leodios fuit Ludouico Borboniensi aduersa fortuna. Nam Guillermus Marchianus (quem Arduennæ aprum Leodii vocant) belli quæsita occasione: Ludouicum episcopum, cum incomposita populi multitudine egredientem, ex insidiis adoritur, & manu sua necat, mox pontificis nudum cadauer pro ecclesiæ maioris foribus plebi conspiciendum exhibuit. Fertur eum a Ludouico rege pecunia militeque vt id faceret, fuisse adiutum: propterea quod Maximiliano antistes complaceret.*

42) ROO *p.* 394. FVGGER *n.* 8.

43) ROO *c. l.* FVGGER *c. l.*

44) ROO *lib. X. p.* 501.

45) De

peditione contra eosdem fuit actum. Factum hoc in conuentu Landshutano 1478. 45) Frisingensi 46) & Noribergensi 1479. 47) & 1480. in quo decreta quindecim millia & noua Statuum Matricula fuit confecta, quantum quisque militum ad eandem præstaret. 48) Recruduit etiam bellum Vngaricum a. 1480. ob summam ante promissam nondum solutam, denegatam Matthiæ Friderici filiam, & veteres offensas, 49) pacem frustra suadente Prospero Asculano, pontificis legato, Mariæburgum ab Hungaris obsessum, a Cæsareanis liberatur. In Stiria vero Pætouiam & Racolsburgum Matthias capit, 50) sed quod eo tempore Turcæ Transyluaniam vastabant, inducias cum Cæsare fecit, 51) his conditionibus, vt Matthias restitutis omnibus occupatis, quinquaginta florenorum millia ab Imp. adipisceretur. Promittebantur in Comitiis Noribergensibus 1481. auxilia contra Turcas, noua etiam constituta fuit matricula. 52) Aliam a. 1482. in Austriam suscipiebat expeditionem Matthias, diuersas vrbes occupans. 53) Decreta igitur in Comitiis Noribergensibus 1482. auxilia fuerunt contra Matthiam, 54) Victor equidem Cæsar in die Ascensionis 1482. ad Pontes ad Leitham amnem, 55) ast insequenti anno Matthias ex hybernis mouens, hanc vrbem recuperat. 56) Anno 1484. Austriam iterum ingressus, Corneoburgum obsedit, & licet Cæsar exercitum ex Noricis & Vindelicis conscriptum eo mitteret, Germani tamen cedere fuerunt coacti, Corneoburgenses ad deditionem compulsi. 57) Insequenti anno 1485. Matthias potiori Austriæ parte, vna cum vrbe Vjenna potitus est. 58) Mox victoriam prosecutus, Rhetium, Egemburgum, & alia quædam loca in potestatem suam redegit. Tandem & Neapolim, post septem mensium obsidionem, a. 1486. fame ad deditionem compulit. 59) Fridericus vero, cum octingentis equitibus Austria excesserat, Germaniæ principum auxilia in Comitiis Francofurtensibus & Noribergensibus 1486. & 1487. decreta, 60) operiens, & fortunam suam animo non nimis iniquo ferens. Vnde hæc verba symboli loco, passim ipsum vsurpasse referunt: *Summa felicitas est, rerum irrecuperabilium obliuio,* 91)

§. LVI. Inter hæc, decretis in Comitiis Noribergensibus Imperii auxiliis, rogatu Imp. Albertus Saxo, cum exercitu in Austriam missus, quod Matthiæ vires illic firmiores cerneret, nec Germaniam bello implicare vellet, post velitationes aliquot, pacem, tolerabili aliqua conditione, facere studuit, 62) & colloquio mense Decembri instituto, Märgendorfi XXIV. Nouembris 1487. inducias ad octo menses pepigit, his conditionibus, vt Matthias Austriam tamdiu teneret, vsque dum ipsi de belli sumptibus fuisset satisfactum, saluis prouinciæ iuribus. Quod si tamen mors Matthiæ contingeret, Austria ad pristinum dominum rediret, Fridericus interea Regis Vngariæ titulo vteretur, quæ etiam Fride-

45) De hoc conuentu ADLZREITER *Ann. Boi. p. II. lib. IX. n.* 30. MVLLER *p. V. c. LXXV.*

46) ADLZREITER *p. II. lib. IX. n.* 32. MVLLER *p. V. c. LXXVII.*

47) ADLZREITER *p. II. lib. V. n.* 34. FVGGER *lib. V. c. XXVIII. n.* 10. MVLLER *p. V. c. LXXVIII. LXXIX.* LEHMANN *lib. VII. c. CXV.*

48) LEHMANN *lib. VII. c. CXVI.* FVGGER *lib. V. c. XXIX. n.* 9. MVLLER *p. V. c. LXXXI.* qui etiam matriculam inseruit.

49) Causas exponit ROO *lib. IX. p.* 396. dicens: *hoc anno in Austria Cæsari res parum quieta fuere. Matthias enim Hungaria rex retentam diu coronam, ac ingenti pecunia redemptam, aliasque veteres offensas nondum ex animo deponens, quoties a Turca quietem habere poterat, arma in Austriam mouere non desistebat.* Continentur etiam istæ in litteris Matthiæ ad Saxoniæ Principes desuper scriptis, apud FVGGERVM *lib. V. c. XXIX. n.* 3. MVLLERVM *p. V. c. LXXXII.* §. 8. CVSPINIANVS p. 410. *potissimum autem Friderico infensus erat, ob negatam filiam Chunegundim, quam vxorem sibi rogabat.*

50) ROO *lib. IX. p.* 385.

51) ROO *lib. IX. p.* 386. FVGGER *lib. V. c. XXIX. n.* 10.

52) MVLLER *p. V. c. LXXXIV.*

53) FVGGER *lib. V. c. XXX. n.* 2.

54) ANDR. PRESBYTER p. 71. *anno* 1482. *quidam Electorum Imperii, Palatinus Rheni, Dux Saxoniæ, Marchio Brandenburgensis Noriberga ad petitionem Imperatoris, vbi conuocati fuerunt Principes & ciuitates Imperii, pro auxilio Imperatori contra Matthiam Vngariæ regem prabendo, misit etiam illuc rex iam dictus ambasiatam suam, quibus denegatus fuit saluus conductus, & sic absque audientia abierunt. Electores taxas fecerunt, Principum secularium, & spiritualium & cum hoc ciuitatum imperialium. Principes Bauaria nihil dederunt, neque miserunt, asserentes non esse bellum Imperii, sed Ducatus Austria. Episcopus Ratisponensis Henricus de Absperg non misit armigeros: taxauit clerum suum, & imperatorem sitibundum in mille refecit aureis. Cognita igitur munificentia Episcopi sperans alios mille, iterum cum armigeris eum vocauit: & cum non occurreret, amplius eum sollicitare cessauit.* Plenius de his Comitiis MVLLERVS *p. V. c. LXXXI.*

55) De hac Cæsaris victoria FVGGER *lib. V. c. XXX. n.* 3.

56) ROO *lib. IX. p.* 396.

57) ROO *lib. IX. exeunte.*

58) IAC. VNRESTI *Chron. Austr. p.* 706. describit, qua ratione Vienna fuerit capta. CZERCHOROD *lib. VII. c. V. p.* 892. 894.

59) *c. l. p.* 717.

60) MVLLER *p. VI. c. II. & XV.*

61) ROO *lib. X. p.* 402. 406. FVGGER *lib. V. c. XXXIV.*

62) ROO *lib. X. p.* 513. & MICH. BOIEMVS *in vita Alberti c. XXXIII.* qui etiam exponit, quantis precibus Albertum rogauerit Fridericus. Matthiæ effatum de eodem effert: *hunc Albertum solum sibi obstare, quo minus castra poneret in media Germania.* IAC. VNRESTI Chron. Austr. p. 728. *Als man zalt MCCCCLXXXVII Iar, zu der aindlff tausend Maidtag ward ein fridlicher Anstanndt zwischen des Kaysers und des Kunigs Mathias von Vnngern, darzu gab der Kayser Hertzog Albrechten von Sachsen mit volligem Gewaltthum, und wart Tag und stat gen Sannd Pollen gebn. Zu den Tag kam Kunig Mathias selbs.* G. FABRICIVS *Origg. Saxon. lib. VII. p.* 84. MVLLER *p. VI. c. XXXIV.*

63) FVG-

Fridericus in Comitiis Noribergensibus 1487. confirmauit. 63) Dum vero Fridericus, nimium parcus, de soluendis belli sumptibus minus cogitaret, atque Vngari pergerent Austriacas prouincias infestare, anno 1489. iterum pax fuit tentata. Missi igitur ad Matthiam Viennæ ægrotantem, legati a Friderico & Maximiliano, qui Linzii erant, cum quibus ad eos venit Ioannes Varadiensis præsul, vt pacem conficeret. Imperator Austriam sibi absque vlla sumptuum restitutione reddi volebat. Matthias, septingenta aureûm nummûm millia, sibi exsolui postulabat. Maximilianus improba regis postulatione, & paterna tenacitate iuxta offensus, mediocritatem inter duo extrema amplectendam suadebat. Hunc Matthias aut ex animo diligebat, aut suis de causis id facere videri volebat, quadringentas enim vini vrnas cum totidem bubus, & duodena aureorum millia dono ei misisse dicebatur, quam ob causam Bonfinius, patri suspectum & colloquio prohibitum fuisse filium, prodidit. Id sane constat, minus anxie pacem quæsiuisse, neque tam immani pecuniæ summa Austriam redimere voluisse Fridericum, quam a regis morte, quæ haud procul abesse videbatur, ad se redituram sciret. Cum vero ille æger, secundo flumine, Budam descendisset, mittitur eo, cum septem collegis, Otto Bauariæ princeps, splendida legatione. Hi magnifice excepti, & multis muneribus culti, nihil de pace transigere potuerunt. Tandem, missis vltro citroque legatis, pax Budæ proclamatur, & ad Idus Septembris dies dicitur, ad quem diem, Imperator & rex præsentes, eam ratam haberent. Sed ingrauescente in dies morbo, conuentus ille, semper in sequentem mensem prolatatur. Matthias demum ineunte anno 1490. Viennam rediit, vbi apoplexia correptus, amisso loquendi vsu, inter maximos cruciatus & rugitus, leonis more editos animam exhalauit. 64) Prætendebat equidem Fridericus Vngariæ coronam ipsi aut filio Maximiliano deferendam, verum Vladislaus Bohemiæ Rex præferebatur, 65) & licet Maximilianus post Matthiæ mortem, Austriam non solum recuperaret, sed etiam Vngariam inuaderet, Albam Regalem caperet, aliasque vrbes, 66) auxilia quoque in Comitiis Noribergensibus a. 1491. ab Imperio promitterentur, 67) pax Posonii die Lunæ post festum S. Leonardi a. 1491. a Vladislao Rege Budæ in festo B. Nicolai confirmata tamen concludebatur, his conditionibus, vt solutis centum florenorum millibus pro belli sumtibus & restitutis omnibus Austriæ locis Vladislaus coronam Hungaricam retineat, reseruato Maximiliano eiusdemque posteris titulo & post Vladislai mortem, successione regni. 68)

§. LVII. Anno 1485. Fridericus Imperator Coloniam venit, mense Decembri, vbi Hermanno Hasso, Coloniensium Archiepiscopo, beneficia & commoda, ab Imp. tribui solita, contulit. Is enim Ruperto in arce Blanckensteina mortuo, in qua biennium captiuus detinebatur, successerat. 69) Fridericus inde Aquisgranum profectus est, vbi Gui-

63) FVGGER *lib. V. c. XXXIV. n. 8.* qua ratione etiam in Comitiis Noribergensibus Imperii auxilia contra Matthiam fuerint decreta, MVLLERVS exponit *p. VI. c. XX. & XXI.*

64) Hæc verbis GERH. a ROO scribo *lib. X. p. 516. 517. lib. V. c. XXXVIII. n. 3. 4.* BONFINIVS *dec. IV. lib. VIII. p. 471. sqq.* FABRICIVS *pag. 813.* MVLLER *p. VI. c. XLIII.* CZECHOROD *Marte Morauico lib. VII. c. V. p. 898.* eius mortem tali ratione describit: *Anno 1490. Dominica Palmarum, Viennæ tum agens, Missam solennem sibi in arce, celebri cum pompa, vt quidem in omni actione solebat esse magnificus, peragi curauit; cui sicut & benedictioni Palmarum, ac aliis cærimoniis, per horas fere sex continuas interfuit. Deinde legatos Caroli VIII. Galliæ Regis audiuit. Ad prandium dum accubuisset, sensim languescere, capitisque vertigine laborare cœpit; quare in penitius conclaue se deferri iussit, vbi subita apoplexia correptus, nec amplius quicquam locutus diei reliquum, noctemque totam, inter maximos cruciatus & rugitus transegit. Ingruente demum aurora, dolor cæsanus nonnihil defedit; & tunc diem illum totum mutus & resupinus insomnem egit, obfirmato sæpe obtutu, modo hunc, modo illum, iam filium antestantem, iam reginam intuebatur, quasi aliquid loqui vellet: nihil tamen proferre potuit. Donec die sequ. mane inter septimam & octauam horam, cum paucos semper gemitus emisisset, variaque pœnitentiæ signa, (veluti Diuinam imploraret opem ac veniam) edidisset, intercepto tandem anhelitu expirauit, anno ætatis quadragresimo septimo.* Excusat tamen eundem VNRESTVS l. c. p. 742. *Nu verlauffen sich von seinem Tod vil fliennder Mer, an maisten von den, die seinen Tod nie gesehn habn, und Im Tod Veyndschaft tragn, und messn Im soliche ungewisse Mer seins Tods zu Verdampnus seiner Sel, und doch kain Mensch auf Ertreich mit Wissen und Warhait thun kan, noch mag, wann die Gnad Gottes und gœttliche Gericht ist dem Menschen unmuglich zu wissen und ist wider die Lere Gottes: Ir sollt Nyemand richten.*

65) ROO *lib. X. p. 517.* FVGGER *lib. V. cap. XXXVIII. n. 5.*

66) ROO *lib. X. p. 518.* FVGGER *c. l.* CVSPINIANVS *p. 487.* VNRESTVS *Chron. p. 743.*

67) MVLLER *p. VI. cap. XLVI. XLVII. XLIX.* CZECHOROD *lib. VII. c. VI. p. 903.*

68) ROO lib. X. p. 520. *Ipse etiam* (Vladislaus) *nouitate regni, & domesticis negotiis occupatus, fraterno præterea bello implicatus, pacem vrgebat, quæ, post longam disceptationem, ad hunc modum facta est: vti pacta conuenta, quo tempore corona redimebatur, inita, restaurentur. Vladislao sine prole moriente, regnum ad Austriacos deuoluatur. Maximiliano, in belli expensas, centies mille nummûm numerentur. Regis titulus vtrique relinquatur, summi honores, vti sunt duumuiratus, Palatinatus & cætera eiusmodi munia, ex vtriusque consensu tribuantur: eosdem vterque socios amicosque, eosdem inimicos atque hostes habeat; iure societatis vterque alterum iuuet; Germanus ac Hungarus eodem loco habeantur; nemini ex his fraudi sit, ad Maximilianum defecisse.* FVGGER *lib. V. cap. XXXVIII. n. 9.* IAC. VNRESTVS Chron. p. 750. *Mit dem und anndern Stucken ward der Frid beschlossen, und zu Wien berueffi an Sambstag vor Sannd Elspetten Tag, darnach an andern Enndn.* Adde CZECHOROD *lib. VII. c. VI. p. 904.* Ipsæ tabulæ Pacis extant apud du MONT *Tom. III. p. II. p. 263.*

69) Verba sunt GERH. a ROO *lib. X. p. 501.* Sixtus IV. Papa in conuentu Landshutano a. 1478. pro liberando Ruperto, sed frustra egerat, prout Acta

Guilielmo iuniori, Iuliacensis & Bergensis Ducatuum insignia contulit, intercedente Maximiliano, qui & ipse, compositis Leodiensium rebus, eo venerat, magno cum gaudio parentis, iam enim octo anni elapsi erant, ab eo tempore, quo alter alterum viderat. Coloniam inde ambo ascendere initio Ianuarii 1486. vbi ad eos venit, cum celeberrimo comitatu, Cliuiæ Princeps, cui a Cæsare solenni ritu Cliuiæ, Marchiæ & Gennapiæ insignia sunt attributa. 70) Celebratis Coloniæ Regalibus, Francofurtum abiere, quo iam ad Comitia indicta frequentes aderant Principes, 71) inter hos Bertholdus Moguntinus, Hermannus Coloniensis, Iohannes Treuirensis, Philippus Palatinus, Ernestus Saxo, Albertus Brandenburgicus. 72) Et licet superioribus annis, a diuersis Principibus interpellatus, vt Maximilianum filium suum eligi faceret Regem Romanorum, hoc denegauerit, eo quod sciret, ipsum non esse rebus gerendis idoneum, mutauit tamen consilium, partim ob maturiorem ipsius ætatem, partim ob recentem ipsius victoriam. Ideoque per Iohannem, Salisburgensem Archiepiscopum & Hugonem de Werdenberg Maximilianum Electoribus commendabat, atque in Conuentu Francofurtensi eundem Electoribus proponi faciebat. 73) Eam quidem electionem impedire pro virili conabantur Gallorum legati, multis & donis, & promissis animos principum oppugnantes. Maximilianus vero dexteritate quadam & gratia effecit, vt litteræ, ad plerosque ea de re, iussu Regis perscriptæ, sibi traderentur, quas Virodunensi præsuli legationis principi, multa excusanti, ostendit: qua re turbatus ille & attonitus, nihil vlterius mouit, 74) potius Maximiliano de hac electione fuit gratulatus, miratus tamen, quod ipse futurus eius gener, ad solennitatem coronationis inter cæteros Principes non esset vocatus. 75) Matthias etiam Vngariæ Rex hanc Maximiliani electionem studio magno præuenire constituit, vt impediret, sed non præualuit. 76) Itaque ab omnibus simul Electoribus, Maximilianus, die Iouis post Dominicam Inuocauit, consors Imperii declaratus, & d. XVI. Februarii in æde summa D. Bartholomæi, recepto titulo, Romanorum Rex proclamatus est. 77) In his ipsis comitiis, de auxiliis contra Matthiam Vngariæ Regem fuit consultatum, etiam d. 20. Martii 1486. cum Electoribus & Principibus Imperii contra Matthiam, Vngariæ Regem confœderatio fuit facta. 78) Inde die XVII.

Acta testantur apud MVLLERVM *p. V. c. LXXVI.*

70) Verba sunt GERH. a ROO *c. l.* FVGGER *lib. V. c. XXXIII.*

71) Quinam Status & Principes Imperii in dictis Comitiis comparuerint, & quis Imp. Electorum, atque Principum fuerit Comitatus, docet ex Mstis MVLLERVS *p. VI. c. I. §. 4. 5.* & IAC. VNRESTVS *Chron. Austr. p. 754.*

72) KRANTZIVS lib. XIII. Saxoniæ cap. I. *iam Fridericus sententiam, qui superioribus annis ea de re a Principibus interpellatus fertur respondisse: filium nos nostrum propius agnoscimus, scimus non esse rebus gerendis idoneum. Nec valebit vlla de re minus (vt ferunt) audita, quam illa: Id siue ex sententia dixerit, siue quadam simulatione prætulerit, siue etiam magnum onus administrandi Imperii cui [illegible] filio auerterit, incertum est. Poterat tamen illum ad mutandam sententiam inflectere, & maturior nunc ætas filii, & recens de hostibus victoria. Magno enim ore multorum efferebatur, quod sine paternis armis, sine amicorum ope, tantam in Gallos & Flandros rem peregisset; quamuis pro magnitudine hostilium virium satis erat vicisse, dum tantis armis non cederet.*

73) MEZGER Hist. Salisburg. p. 508. *Cum Imperatore non minor, quam antea, Ioanni Archi-Episcopo necessitudo fuit. Illo in magnis negotiis & grauibus legationibus vsus, cum semel in Burgundiam ad filium Maximilianum, & altera vice Francofurtum & Aquisgranum pro electione & coronatione eiusdem Maximiliani fuit. In quibus non solum fidem, sed magnificentiam suam Cæsari Ioannes probauit, vtramque legationem suo ære, sine Cæsaris, & suæ Ecclesiæ adminiculo peregit.* MVLLER *R. T. Theatro inter Maximiliani I. Vorst. c. I. §. III. IV.*

74) Verba sunt GERHARDI a ROO *cit. loc.*

75) KRANTZIVS *Saxonia lib. XII. cap. II.* Qui tamen paullo post sic scribit: *& remissæ sunt Romanorum regi literæ ab Francis contumeliis plenæ, quod se archiducem scriberet, quum non esset viuente adhuc Sigismundo, Austriæ Duce. De Romanorum quoque regno cœpit irrideri, quid inani titulo se iactaret, quum Rex Romæ nihil aut potestatis aut prouentus haberet.*

76) KRANTZIVS *cit. loc.*

77) ROO *p. 502.* ad diem decimum tertium Kl. Martii, siue XVII. Februarii habet. TRITHEMIVS ad a. 1486. XX. Februarii. Ast, FVGGER *lib. V. c. XXXIII. n. 2.* NAVCLERVS *vol. II. Gen. L. p. 1108.* XVI. die Februarii. P. HEVTERVS *rer. Austr. lib. II. c. IX.* CVSPINIANVS *p. 487.* Burcardi Diarium Ceremon. apud RAYNALDVM *Tomo XIX. p. 373. n. 42.* NAVCLERVS *Vol. III. Genen. V. p. 503.* Confirmat hunc diem Historia electionis Maximiliani apud FREHERVM Tomo III. p. 23. *facta fuit hac electio die Iouis, XVI. mensis Februarii.* Eundem confirmat Protocollum electionis apud GOLDASTVM *Polit. Reichshandel p. I. n. 4. & Reichs Sazungen p. II. p. 173. & Politica Imper. p. I. p. 86.* KVLPISIVM inter Documenta ad Historiam Friderici *p. 218.* IO. LINTVRIVS *in app. ad Werneri Rolewinckii fasciculum temporis pag. 91.* P. LANGIVS *Chron. Citic. p. 881.* LEHMANN *lib. VII. c. CXVI.* IAC. VNRESTI *Chron. Austr. p. 754.* MVLLERVS *R. T. Theatro vnter Maximiliano I. Vorst. cap. I. §. V.* vbi Acta Electionis exhibentur. Decretum electionis datum *Donnerstag nach Inuocauit.* Extat de eo HERMOLAI BARBARI Venetorum Legati oratio gratulatoria in Tomo secundo FREHERI. KRANTZIVS c. l. sic de hac electione iudicat: *Igitur volentibus cunctis rex creatur Romanorum Maximilianus anno sexto & octogesimo post mille quadringentos, exemplo Caroli IV. recentiore, qui & ipse viuens filium sibi curauit regem substitui. Sed in hoc gloria Maximiliani maior, quod ibi pater Karolus, vt proficeret, cælum fatigauit & terram: Hic Fridericus vt fieri pateretur, vix potuit inflecti. Ibi nullus rebus præclare gestis Wenzlaus incertum qualis rex futurus assumitur; hic vero multis euectus victoriis inclaruit.*

78) Decreta equidem triginta quatuor militum millia, & dum de communi denario Status conuenire non possent, Imp. quingenta florenorum millia ad interim postulabat, prout singula ex Actis demonstrauit MVLLERVS *p. VI. c. II.* FVGGER *lib. V. c. XXXIII. n. 3.* LEHMANN *lib. VII. c. CXVIII.* Ipsa confœderatio extat apud du MONT *Tom. III. p. II. p. 153.*

79) ROO

XVII. Martii Fridericus pacem & concordiam, per omnes Imperii ditiones, inter principes, reliquosque ordines, ad decennium feruandam, inftituit, vt prohibito armorum vfu, res omnes, æquæ iuris difceptationi committerentur, qui contra faxit, is hoftis reipublicæ profcriberetur, in cuius vitam, bonaque & fortunas omnes, cuique graffari integrum effet. 79) Quare etiam de conftituendo quodam Iudicio Imperii in ciuitate quadam Imperiali fuit actum. 80) His ita conftitutis, Imp. cum Electoribus nauibus Rhenum defcendentes Maximilianum D. XXVIII. Martii Renfæ in thronum regalem collocarunt. Inde Coloniam pergentes, & conftitutis ibidem coronationis folennibus, 81) Aquisgranum, ad fufcipiendam coronam iter funt ingreffi, atque præfentibus multis principibus, IX. Aprilis folenni ritu in Regem coronatus eft Maximilianus. 82)

§. LVIII. Poft hoc, in Comitiis Colonienfibus a. 1487. varia feuda Imperio aperta vindicare ftuduit Imp. inprimis Comitatum Zigenhainenfem, Niddanum & Catimellinbocenfem. 83) Agebatur in iisdem quoque de nouo iudicio Camerali in vrbe quadam Imperiali conftituendo, & auxiliis contra Matthiam mittendis. 84) Eodem anno 1487, Fridericus Noribergæ conuentum Ordinum habuit, in quo multa fuerunt acta, de auxiliis, & in communem Chriftianorum & priuatum ipfius hoftem Matthiam, decernendis. 85) Multæ quoque de pace in Imperio firmanda, omnibusque controuerfiis amice componendis, conftituendo iudicio Camerali, confultationes funt habitæ. Et quamuis adnitente maxime Friderico, pacem feruari debere, omnes decernerent, nihil tamen ad rei fummam tranfigi potuit. quin male farta inter inimicos gratia, iterum diffolueretur. 86) In hifce Comitiis etiam ab Imp. diuerfa contra Innocentium VIII Papam Grauamina fuerunt prolata. 87) In iisdem Comitiis, Fridericus Saxoniæ Elector cum fratre Iohanne, etiam Brandenburgicus Elector, cum Friderico & Sigismundo fratribus folenniter fuerunt intueftiti. 88) In iisdem Conradum Celtem primum inter Germanos folenni ritu poëtam coronauit Imperator. 89)

§. LIX. Poft Mariæ Burgundicæ mortem an. 1483. multas contra Maximilianum turbas mouerant Flandri, Gandauenfium confiliis & fuafu inducti, Maximiliani imperium detrectare incipiunt, cui vitio dabatur, quod rempublicam male adminiftrans. reditus in Germanos, aliosque exteros profunderet, neque ferendum diutius, illum filii rebus tutorio nomine præeffe, qui fuis confulere, feque ipfum regere nefciret. Ex hoc contentiones & bella ciuilia Flandros inter atque Brabantos, qui Archiducem primi omnium filii tutorem declarauerant 90) Interim Philippus Princeps, Maximiliani filius, Gandaui, fub cura Adolphi Rauenfteinii educabatur. 91) Carolus etiam VIII. Gallorum Rex, Cordæum cum milite in Belgium mittebat, qui Flandris effet in auxilio. 92) Bis

79) ROO *pag. 502.* Extat ifta pax apud LEHMANNVM *lib. VII. c. CXVII.* KVLPISIVM *p. 150.* MVLLERVM *p. VI. c. IV.* NAVCLERVS *vol. III. gen. L. p. 1108.* TRITHEMIVS *ad a. 1488.* MVTIVS *lib. XXIX. p. 305.* DATT *lib. I. c. XXIX.* Hæc ipfa pax Fundamenta dedit paci publicæ perpetuæ in Comitiis Wormatienfibus 1495. fub Maximiliano publicatæ.

80) Extant Principum defuper confultationes apud MVLLERVM *p. VI. c. II. § 2.* in quo: *Sein Gnad laffe fol h Gericht befitzen im Reiche in einer treffenlichen Statt, dem Reiche und allen Fürften am gelegeften, wie man fich der vereynt, und das es do bleibe.* Idem exhibet *c. V. Aufsatz einer Cammergerichts Ordnung*, quæ in Comitiis exhibita.

81) De his vberius MVLLER *Maximiliano I. Vorst. cap. III.*

82) ROO *lib. X. p. 502.* habet III. Idus Aprilis X. Menfis Aprilis NAVCLERVS *p. 1108.* HEVTERVS *Rer. Auftr. lib. II. c. IX.* nono Aprilis. Aft, IX. Aprilis confirmat hiftoria coronationis ipfius apud FREHERVM *Tomo III.* & FVGGERVS *lib. V. c. XXXIII. n 4.* Omnes ifti Principes etiam nominant, qui coronationi interfuerint. MVLLER *cit. loc. c. IV.*

83) De iisdem plenius egit MVLLER *p. VI. c. X. XI. XII. XIII.*

84) MVLLER *c. XIV. & XV.* Volebant tunc Imperii Status, *daß das erft Cammergericht uf den erften Gerichtstag nach S. Petri und Pauli tag nechft komt gehalten werde.* DATT *lib. IV. c. I. n. 54.*

85) TRITHEMIVS ad a. 1487. *anno item prænotato, Fridericus Imperator & Maximilianus Rex apud Nurenberg oppidum regni Conuentum indixerunt Principibus, vbi multis conuenientibus inter varios tractatus multa fuerunt propofita, dicta & agitata de bello in Turcas mouendo: fed præter verba, nihil aliud fequebatur, omnibus quæ fua funt quærentibus, non quæ Iefu Chrifti.* LEHMANN *lib. VII. c. CXVIII.* ROO *lib. X. p. 803.* FVGGER *lib. V. c. XXXIV. n. 3.* MVLLER *p. VI. c. XX. XXI.*

86) ROO *p. 504.* MVLLER *p. VI. cap. XXII. XXIII.* LEHMANN *lib. VII. c CXVIII.*

87) Patent ifta ex Handlung auf dem Reichs-Tag zu Nurnberg a. 1487. apud LVNIG *p. Gen. Cont. p. 130. art. V.*

88) FVGGER *n. 9.* MVLLER *c. XXX.*

89) FVGGER *p 975.* MVLLER *c. XXXIII.*

90) GERH. a ROO *lib. IX. p. 398.* FVGGER *lib. V. c. XXXII. n. 1.* TRITHEMIVS Chron. Hirfaug. p. 530. *Enimuero cum Philippus Archi-Dux puer adhuc, non effet ad Regimen Principatuum terræ idoneus, & Patris ordinatione non per incolas terræ, fed extraneos omnia difponerentur, & fierent, indignabantur Flandrenfes, quafi viderentur defpecti.* Alias etiam cauffas adducit MICH. BOIEMVS vita Alberti §. *XXXIV* dicens de Maximiliano: *minori enim erat auctoritate, quod contra aliorum imperatorum morem, nulla infigni pompa confpicuus, nullo comitatu magnifico feptus, nullo exercitu munitus effet. Perftringit enim imperitos, & in oculos vanæ multitudinis incurrit externa magnificentia. Neque vero aliter Maximiliano licebat, fiquidem dum viueret pater, nihil peculii poffidebat, fuftentatus munificentia Sigismundi patruelis. Contemptum augebat præfectorum auara iniuftitia, qui nouis quotidie exactionibus fubditos expilabant: folet autem vulgus, fi quid præfidum culpa fit iniuriofum, in principes exacerbari.*

91) ROO *lib. X. p. 404.* FVGGER *c. l.*

92) ROO lib. IX. p. 401. *inter hæc Cordeus, ad Flandrorum petitionem, a rege miffus, fiue (quod potius*

Bis tamen Flandri profligati, 93) Iulio mense a. 1485. pacis conditiones Maximiliano obtulerunt, quorum hæc erat summa: vt Flandri, principis sui patrem, legitimum eiusdem tutorem agnoscerent, idque ad dictum diem Gandaui iureiurando confirmarent. Ille vetera ipsorum iura, priuilegia, immunitates, institutaque rata haberet, nihil eorum, quæ a Mariæ obitu, Philippi nomine acta erant, rescinderet, recepto ante Gandauii mœnia in potestatem filio, vrbem ingressus, non abducturum se eum, ante pubertatis annos, sancte iuraret, veniam eorum, quæ belli tempore commissa erant, daret, exules postliminio restitui permitteret, exceptis nonnullis, cum quibus iure experiri integrum esset. 94) Maximilianus igitur Gandauum ingressus, vbi pacis conditiones iurisiurandi religione sunt confirmatæ. 95) Galli interea omnia turbant, Cordæus etiam Morinos inuadit, S. Audomari fanum capit. Inter hæc Flandri, & inter hos primi Gandauenses, sua cum Gallis consilia agitabant. 96) Brugenses etiam a Gallo instigati Maximilianum in vrbem suam inuitantes, ad renouandam cum Gallis pacem, Maximilianum, pr. Kl. Febr. a. 1488. captiuum faciunt, ibidemque per IX. menses detinent. 97) Immo, nil Franci libentius vidissent, quam vt Brugenses per seditionem Rom. Regem occidissent, aut indignis modis tractassent, quo Belgæ expositi prædæ, Francis saltim pro parte cederent. 98) Omnes tamen has aduersitates mira animi magnitudine pertulit Maximilianus. 99) Ast, Philippus, Maximiliani filius, habito Mechliniæ conuentu, Patris liberationem sollicitabat, agebatur etiam de eadem in Comitiis prouincialibus Gandaui & Bruxellis institutis. 100) Innocentius Papa missis in Flandriam litteris ac nunciis, Brugensibus eorumque sociis, sacris omnibus interdicturum se minabatur, nisi Romanorum regem libertati restituant. 1) Hæc tamen parui faciebant, quin quod Gandauenses cæteris crudeliores, nunc blanditiis insidiosis, nunc vi regem Brugensibus ereptum moliebantur tradere Gallo. 2) Magis vero eos mouit, quod Fridericum Imperatorem, cum exercitu in Belgium descendere audirent. 3) Pax igitur & concordiæ leges Brugis d. 16. Martii 1488. firmantur, ita, vt obsidibus relictis, Maximilianus liberaretur, Germani ex Belgio abducerentur, pax cum Gallis fieret, eademque a Maximiliano in medio foro Brugensi iuramento confirmantur. 4) Imp. vero ab Imperio auxilia petebat. Elector Moguntinus etiam die Lunæ post Dominicam Quasimodogeniti Herbipoli a. 1488. conuentum celebrabat. 5) Electores quoque & Albertus animosus Dux Saxoniæ ad auxilia ferenda se præpe-

potius credendum) vti inter tumultus illos suam quoque rem ageret, Tornacum propius adueniens, multa machinabatur, vti in ciuitatem admitteretur, quam rem summopere adiuuabant Gandauienses nonnulli, qui obuiam ei processerant. Tornacenses vero admittere eum noluere, literas quasdam excusantes, quibus concessum sibi esse dicebant, vti ab vtriusque partis commercio immunes viuerent. Itaque Cortracum se contulit. Idem *lib. X. pag. 404.* FVGGER *lib. V. cap. XXXII. n. 3.*

93) FVGGER *n. 4.*

94) ROO *p. 407.* FVGGER *n. 10.*

95) ROO *p. 408.* FVGGER *c. l.* Extant ipsæ tabulæ apud du MONT *Tom. III. p. II. p. 145.*

96) ROO *p. 504.* FVGGER *lib. V. c. XXXIII. n. 8. & c. XXXIV. n. 5.*

97) ROO *lib. X. pag. 507.* FVGGER *lib. V. c. XXX. n. 3.* TRITHEMIVS *ad a. 1488.* P. HEVTERVS *rer. Austr. lib. III. c. III. IV.* MICH. BOIEMVS *vita Alberti §. XXXIV. furiose pridie Calendas Ianuarii in custodiam, liberam tamen deposcitur Maximilianus a Brugensibus 1488. & in domo Audientiarii Iohannis de Grossis nouem menses asseruatur, multis nobilibus aulicis in conspectu Maximiliani, spectaculo visu horrendo, trucidatis.* Quid circa hanc captiuitatem acciderit, IO. ROLLIVS ipse in captiuitate præsens, vberius enarrat apud BVELLIVM *Miscell. lib. I. pag. 249.* & IACOBVS VNRESTVS *Chron. Austr. p. 756. sqq.*

98) Verba sunt PONTI HEVTERI *Rer. Austr. lib. III. cap. IV.* Idem Venetus intendisse testatur MVLLERVS *I. Vorst. c. V. §. XXX.*

99) PONTVS HEVTERVS c. l. *In hac rerum aduersitate, solitudine, ac summo vitæ periculo, numquam tamen ab animi magnitudine discessit, nec quicquam se indignum fecit, nec loquutus est. Horrebant eius vultum hostes infestissimi, venerabatur præsentem populus seditiosus, eaque de causa hostes arctissime conclusum, ad populi conspectum raro admittebant. Emergebat enim eius e vultu atque oculis maiestas magno Principe digna, rebellium conscientiam non ficte commouens ac concutiens; inerat grauitas debitam auctoritatem vel refractariis extorquens; vniuersaque adeo corporis lineamenta Imperatoriam Regalemque dignitatem referebant; habitus & incessus decens, motus temperatus, verba pondus habentia, affectus hominum quolibet trahebant.*

100) FVGGER *lib. V. cap. XXXVI. n. 1. & 4.* HEVTERVS *lib. III. c. VI.*

1) ROO *p. 509.* FVGGER *c. l.*

2) ROO *p. 510.* BOIEMVS *cit. loc.* PONTVS HEVTERVS Rer. Austr. lib. III. c. VII. *Eodem tempore littera a Cæsare Friderico ad Ducem Philippum, & Hannoniæ Ordines, eiusdem exempli veniunt, exponentes ea, quæ Rom. Rex vt nomen Burgundicum contra Francorum tyrannidem defenderet, & in antiqua dignitate conseruaret, gessisset, pertulissetque. Eosdem Francos, qui opera Creuecœurii Philippum Austriacum Gandensibus furari, aut astuta persuasione in Franciam abducere erant conati, concitasse Flandros, vt Rom. Regem Francis traderent, aut indignis modis habitum ad mortem adigerent. Proinde Duci Philippo, opera fidelium Belgarum enixe laborandum, vt patrem liberet, rebelles puniat, Francorum impiam astutiam castiget, ac paternos maternosque prædecessores magno animo imitetur. Non ille defuturas Imperii vires nec opes, sed paratos esse Germaniæ proceres, rei indignitate animis consternatos, arma capere ac in Rom. regis auxilium statim prouolare. Animo tantum non deficeret, expeditis armis impios ac contumaces, & rebelles doceret, qui viren, qui amici, Romanorum omnes hostes superessent.*

3) ROO *c. l.* BOIEMVS *c. l.* IAC. VNRESTVS *Chron. Austr. p. 773.* Extat de eo Matricula Statuum ad hanc expeditionem Belgicam apud GOLDASTVM *Reichs-Satzungen p. I. p. 28.*

4) ROO *c. l.* FVGGER *n. 6.* Tabulæ Pacis extant apud MVLLERVM *I. Vorst. cap. VIII.* du MONT *Tom. III. p. II. p. 201.*

5) De hoc MVLLER *Maximiliano I. Vorst. c. V. §. XXXVII.*

præparabant. 6) In Comitiis etiam Coloniensibus XV. militum millia ab Imperio decernebantur. 7) Maximilianus autem cum Imperii auxiliis aduentanti patri obuiam factus, huius animum Flandris infensum delinire conabatur. Hic vero iniurias & contumelias tam insignes, non filio tantum ac nepoti, sed sibi, atque adeo toti Imperio illatas, bello non prosequi infra dignitatem esse contendebat. 8) Habito igitur a. 1488. Mechliniæ Conuentu, conclusum fuit, Imp. Maximiliani promissis haut teneri. 9) In hoc tumultu Philippus Cliuensis, dictus Rauensteinius, qui nomine Maximiliani iurauerat Brugensibus, & quo autore fœdus factum fuerat, ad Gallum Carolum VIII. transiuit, Slusa oppido & arce occupatis & munitis, 10) qui tamen exinde Antwerpiæ a. 1488. banno Imperii fuit notatus. 11) Post varias clades hinc inde illatas, vrbium etiam expugnationes hinc inde factas, Cordæo cum Gallis Flandris accedente, 12) Albertus Saxoniæ Dux regis vices in exercitu curabat, Maximilianus Procuratores in Belgio relinquebat Matthiam Monasteriensem Episcopum, Christophorum Marchionem Badensem, Antonium de Lohenstein, Egelbertum Nassouiensem Comitem, Philippum Hornium, Erasmum Nesselsteinium, Eustachium Wertinensem Abbatem, Iohannem Anhaltinum. 13) Tandem XXII. Iulii a. 1489. Francofurti in Comitiis, quo legati Gallici etiam venerant, mediante nuntio Papali, Raymundo Pegerandi pax cum Gallis fuit conclusa, quibus Galli se pacem cum Belgis procuraturos esse promittunt. De reliquis, vtrosque Reges eo in congressu propediem futuro, reliquas controuersias esse finituros. 14) Instituto igitur Turoni apud Gallos colloquio, cum Flandris Kl. Octobris 1489. fuit transactum, his fere conditionibus. Flandri, Romanorum Regem, legitimum filii tutorem agnoscunto, quingenta ipsi aureorum millia pendunto, captiuos sine precio dimittundo, arces & munimenta manu capta, reddunto. 15) Inde Albertus, Saxoniæ Dux, quem Maximilianus in Belgio rebus præfecerat, cum exercitu quinque millium Flandriam mouit, vt regis vice prouinciæ ciuitates in fidem reciperet. Post hæc, Albertus Batauos rebelles domat, Slusam Flandriæ vrbem, Atrebatum Artesiæ metropolim capit, 16) & Philippum Rauensteinium, qui Flandris accesserat, 12. Octobris 1492. ad æquas pacis conditiones cogit. 17) Dum vero Carolus VIII. nihilominus in dominandi libidine pergeret, ad eandem reprimendam, d. 11. Septembris 1490. inter Maximilianum I. atque Henricum VII. Regem Anglorum fœdus fuit conclusum & de bello Gallis inferendo d. 12. Septembris 1490. Ockingæ certa Conuentio fuit facta. 18)

§. LX. Bauariæ autem Duces admodum potentes ac Austriæ Domus æmuli, Cæsarem contemnebant, & multa quotidie per vim non desinebant perpetrare. 19) Albertus igitur a. 1486. Ratisbonam, ciuibus eam dedentibus occupabat. 20) Georgius vero, qui ditissimus & potentissimus habebatur, vicinas Sueuorum Ciuitates & populos assiduis iniuriis infestabat, eoque insolentiæ deuenerat, vt nec legatos eorum audire vellet. 21) Dum autem Vlmæ iamdum a. 1466. de pace publica esset actum, Francofurti a. 1486. publica pax esset conclusa, quam firmare magis conabatur Fridericus, & magnitudo Imperii obstaret, quo minus Pax ista in vniuersum possit seruari, 22) Berchtoldi potissimum, Archiepiscopi Moguntini 23) suasu, Sueuiæ Prælatos, Comites, Nobiles & Ciuitates Eslingam

6) De hoc FABRICIVS *lib. VII. Origg. Saxon. p. 816. In Conuentu Dresdensi coram omnibus dixit: se malle pauperem viuere, quam illatam Imperio & nomini Germanico iniuriam tantam tolerare: Iturum bonis auspiciis, & gratiam habiturum iis, qui non inuiti sese sequerentur.*

7) MVLLER *Maximiliano I. Vorst. c. VII.*

8) ROO *c. l.* FVGGER *n. 8.* HEVTERVS *lib. III. c. IX.*

9) MVLLER *c. VIII.*

10) Verba sunt BOIEMI *c. l.*

11) MVLLER *cap. IX.*

12) ROO *p. 514.* FVGGER *n. 9.*

13) VNRESTI *Chron. Austr. p. 775.*

14) De hac pace FVGGER *lib. V. c. XXXVII. n. 12.* HEVTERVS *lib. III. c. XVIII.* Extat ista in RECVEIL DES TRAITTES DE PAIX *T. I. p. 743.* apud MVLLERVM *cap. XI. XII. XIII.* du MONT *Tom. III. p. II. p. 237. 262.*

15) ROO *p. 519.* FVGGER *lib. V. c. XXXVII. n. 23.* RECVEIL DES TRAITTES DE PAIX *Tomo I. p. 745.* MVLLER *cap. XIII. §. V.* du MONT *Tomo III. p. II. p. 242.*

16) MICH. BOIEMVS *cit. loc.* ROO *p. 520.* MVLLER *c. XVIII.*

17) ROO *p. 522.* FVGGER *lib. V. c. XXXIX. n. 10.* Ipsæ pacis tabulæ extant apud du MONT *Tom. II. p. II. p. 289.*

18) Extant vtraque pacta apud RYMERVM *Tom. XII. p. 397.* du MONT *Tom. III. p. II. p. 254.*

19) BILIB. PIRCKHEIMER *de bello Heluet. lib. II. pag. 74.*

20) Ciuitas enim oberata spe melioris status Alberto se dedebat, FVGGER *lib. V. cap. XXXIII. n. 5.* De hoc late ADLZREITER *p. II. lib. IX. n. XLV.*

21) PIRCKHEIMER *c. l.* Hoc autem bellum Bauaricum inter potiores caussas Sueuici fœderis reputat CRVSIVS *lib. VIII. p. III. c. XX. p. 471.* FVGGER *lib. V. c. XXXIV.*

22) Patet hoc ex Recessu Vlmensi de a. 1466. apud MVLLERVM *p. IV. c. XXXIII. pag. 199. und nach dem das heilig Reich gros, weit und in treffenliche Glyder ausgetailt ist, auch dorinn Vngelegenheit der Lannd an einander angesehen; so hat sein Kayserl. Gnad wol betrachtet, daz die Ding alle nicht möglich seyn, auf einmal zu handeln, noch fleissiglich in ein Wesen zu bringen &c.*

23) MALLINCKROT de archicancellariis p. 192. *alterum huius viri prudentissimi fidei & sapientiæ documentum fuit, erectio Sueuici federis, in historia illorum temporum celeberrimi, huius etiam suasu initi, quod multis isto anno saluti & terrori fuit.* CRVSIVS lib. IX. p. III. Ann. Sueu. c. I. *An. 1488. Sueui impulsu Regis Maximiliani (quem Moguntinensis Archiepiscopus Berchtoldus impulerat) ob tuendam mutuam pacem & quietem, fœdus quoddam Noribergæ ineunt.*

24) Extant

gam vocat ad diem Iouis post Iacobi 1487. qui tamen 24) Conuentus sine effectu fuit, Sueuiæ Statibus Vlmæ & Reutlingæ diuersimode congregatis, 25) vsque dum die Purificationis, & Dominica Oculi 1488. denuo Eslingæ conuenirent, 26) fœdusque die Valentini ad octo annos inuicem confirmarent, 27) pro tuenda pace publica, quod exinde Sueuicum, siue *die Gesellschafft S, Georgen Schilds*, dum omnes socii clypeo S. Georgii vterentur, siue *der Bund im Landt zu Schwaben* fuit adpellatum, 28) cui postea varii Duces, ecclesiastici & seculares, Prælati, Ciuitates & Nobiles accesserunt. 29) Idemque varie fuit confirmatum. 30) Hoc fœdus Sueuiæ Statibus plurimum profuit, quos cum præfecti Bauarici diuexare non cessarent, Fœderati bellum Georgio, ni cœptis desisteret, inferre cogitauerunt. Qui cum inopinam vim tantam contra se insurrexisse cerneret, non solum innatum deposuit fastum, sed etiam ex superbissimo redditus est humillimus. 31) Maximiliani vero interuentu, Dunckelspühlæ a. 1489. sopitæ fuerunt istæ controuersiæ, ipseque Georgius omnia, quæ per vim ademerat, vi quoque reddere est coactus, ac ingentem insuper pecuniæ summam persoluere fuit adactus. Sed & Albertus Dux Ratisbonam restituere beneficii loco duxit, nam Friderici Gener erat. 32) Recruduit tamen controuersia inter Bauariæ Duces atque societatem S. Georgii atque Leoninam, quam quidem in Co-

24) Extant litteræ conuocationis apud FVGGERVM *lib. V. c. XXXIV. n. 10.*

25) De his conuentibus DATT *lib. II. c. VII.*

26) Diuersa statuuntur fœderis Sueuici initia. Hoc certum, pacem publicam Francofurti a. 1486. conclusam, ansam fœderi dedisse, neque tamen ab eo tempore origo statim est petenda. Sic enim MVTIVS lib. XXIX. p. 957. *pace enim firmata, conuenerunt Sueuiæ Ciuitates & Principes, & fœdus fecerunt se illam pacem seruaturos, & contra quoscunque Pacis huius Violatores se defensuros. Hoc Sueuorum pacis studium vehementer Seni Principi* (Friderico III) *placuisse.* GERH. a ROO *lib. X. p. 503.* hæc initia ad Comitia Noribergensia a. 1487. referre videtur, dicens: *in Germania vero, Fridericus Imperator, iterum hoc anno Norimbergæ conuentum ordinum habuit, in quo multa fuerunt acta de auxiliis, & in communem Christianorum & in priuatum ipsius hostem Mathiam, decernendis. Multa quoque de pace in Imperio firmanda, omnibusque controuersiis amice componendis consultationes sunt habitæ. Et quamuis, adnitente maxime Friderico, pacem seruari debere, omnes decernerent, nihil tamen ad rei summam transigi potuit, quin male sarta inter inimicos gratia, iterum dissolueretur. Soli ex omnibus Sueui, fœdus inter sese iniere, cui principes nonnulli, & vicinæ ciuitates, subscripsere, idque per multos annos in hodiernum diem vsque tenuit, mutuis auxiliis & consiliis adeo firmum, vti & suis præsidio & exteris terrori esset.* WERLICH *in Chron. August. p. II. f. 248.* dicit: *das der Schwæbische Bund anno 1487. um mitten des Hornungs zu Vlm auf 10. Iahr gemacht worden.* CRVSIVS lib. IX. p. III. c. I. *Anno 1488. Sueui fœdus quoddam Noribergæ (alii Augustæ) ineunt inter se decennale (alii octennale) ad imitationem Heluetiorum fœderis.* Sic etiam FVGGER *lib. V. c. XXXVII.* Augustæ a. 1488. hoc fœdus fuisse conclusum, autumat. PONTVS HEVTERVS lib. VII. f. 341. *Sueuicum fœdus Noribergæ a. 1489. initum existimat.* Fontem autem huius fœderis pacem Francofurtensem decennalem anno 1486. esse DATT *p. II. c. IV.* probe demonstrauit. De vtroque conuentu Eslingano vero plenius idem agit *c. VII.* qui etiam iuramenti formulam concluso fœdere a sociis præstiti exhibet, & qua ratione socii in Hegoicum, Cocheranum, Neccaricum & Danubianum tractum fuerint diuisi, quorum singuli Capitaneum supra se habebant, quorum Dux generalis erat Hugo, Comes Werdenbergicus. Vid. & FVGGER *lib. V. cap. XXXVII.* CRVSIVS *p. III. lib. IX. c. I.* MVLLER *p. VII. c. XXXVII.*

37) Extant hæ tabulæ apud DATTIVM *lib. II. cap. VIII.*

28) CRVSIVS c. l. *Anno 1488. Cæsar Fridericus Augustæ fecit communem in Sueuia pacem, omnium ordinum confœderatione: quæ vocabatur, die Gesellschafft Sanct Georgen Schilts.* FVGGER *c. l.* DATT *lib. II. c. IV.*

29) Optime de hoc fœdere TRITHEMIVS ad a. 1487. *eodem anno magna illa ciuium regni Germanici confœderatio, quam Ligam vulgariter Sueuicam nuncupant Imperatoris Friderici, & Regis auspicio Maximiliani sumpsit exordium, ea videlicet ratione & causa, vt sese mutuis auxiliis contra indictæ pacis quoslibet violatores vnanimi firmitate defenderent. Quæ quidem ciuium confœderatio nonnullis Principibus Germaniæ valde displicuit, pluribus etiam placuit, qui & in eorum consortium pari amore transierunt. Breui namque tempore valde creuit ista societas, & multis nimium cœpit esse formidabilis. Quantum vero bonum hæc tanta confœderatio protulerit regno, quantam Ciuibus pepererit pacem, quot contentiones & bella alioquin futura extinxerit atque prauenerit, nemo vel mediocriter expertus poterit ignorare. Omnes enim Principes, Episcopi, Duces, Abbates, Comites, & Ciues regni, quotquot in hanc iurarunt Ligam seu confœderationem, sic sibi mutuo sunt coadunati, vt quidquid vnum concernit, omnes concernere videatur. Multi sunt: iusti sunt: formidabiles sunt: & suorum defensores acerrimi, quod non sine rerum suarum graui dispendio nonnulli fuerunt experti, qui mutire in eos præsumpserunt. Communibus impensis cum opus fuerit, militant, suorum libertatem acriter defensant, iustitiam singulis administrant, neminem nisi prius læsi perturbant, & ideo fortes, constantes, & vnanimes in sua confœderatione perseuerant, annis iam XXVI. vsque ad præsentem diem.* Socios, qui fœderi accesserint DATT *lib. II. c. IX. X. XI.* recenset. IO. PEDIVS TETHINGERVS *Comment. Würtenberg.* apud SCHARDIVM *Tom. II. p. 33.* SLEIDANVS *lib. IV. Comment. de Statu Relig. sub finem*, & ex his GEORGIVS JACOBVS MELLINVS *in dissertatione sua de fœdere Sueuico* §. VII.

30) De his DATT *lib. II. c. XIII. & sqq.*

31) PIRCKHEIMER *c. l.* FVGGER *lib. V. cap. XXXVII. n. 4.*

32) TRITHEMIVS ad a. 1492. *anno item prænotato Fridericus Imperator III. contractis vndique copiis exercitum mouit contra Ducem Bauariæ Albertum, qui morabatur in oppido Monacensi. Et hæc fuit causa dissensionis inter eos. Habebat Cæsar ipse filiam vnam Regis Maximiliani sororem, quam Dux Albertus (quoniam maturior erat) inuito patre sibi accepit vxorem, ipsa tamen consentiente. Nec diu postea quasi propter eam iure posset, Ratisbonam regni Germanici vrbem non vltimam Ciuium consensu dominio suo subiugauit, & contra voluntatem Cæsaris aliquandiu possedit. Cumque sæpius moneretur ab Imperatore, vt abstineret a ciuitate Regni, & non aduerteret, iratus tandem Fridericus ex Liga Sueuorum & aliunde magnum pugnantium conduxit*

exerci-

in Comitiis Noribergensibus a. 1491. componere conabatur Maximilianus, 33) vsque dum a. 1492. Augustæ partim per amicabilem transactionem, partim etiam auctoritate regia omnis controuersia plane componeretur. 34) Ipse vero Albertus Friderico Imp. interuentu Maximiliani, a. 1492. Augustæ iterum fuit conciliatus. 35)

§. LXI. Inter has Germaniæ turbas, Fridericus Imp. a. 1489. Francofurtum Comitia indicebat, quibus Maximilianus præerat. 36) In his Comitiis primum Statuum separationem in tria Collegia fuisse factam, 37) volunt, licet eiusdem iam ante hæc tempora reperiantur vestigia. 38) Præterea sex millia Imp. ad annum promissa, quod vocabant *die eylende Hülffe*, licet vrgente necessitate, etiam matricula ad triginta duo hominum millia fuerit confecta. Decretum etiam fuit de iudicio Camerali constituendo, pace publica promouenda. 39) In iisdem Comitiis pax cum Gallis fuit conclusa. 40) Eodem tempore, composita fuit controuersia Bohemica, dum Vladislaus Rex ad electionem Maximiliani non fuisset vocatus, de quo apud Innocentium VIII. Papam non solum, 41) sed etiam Imp. atque Electores grauiter conquestus, pœnam A. B. statutam satisfactionis loco petebat. Immo, Vladislaus, contracta cum Polonis atque Vngaris societate, vltionem parabat, hostilem irruptionem propediem in Germaniam facturus. Interuentu tamen Alberti Saxoniæ, Georgii atque Alberti Bauariæ Ducum, in Comitiis Electoralibus Francofurti a. 1488. institutis, de hac controuersia fuit actum, quæ tandem a. 1489. ita fuit composita, vt Electores, datis Reuersalibus, se nunquam imposterum Bohemiæ Reges esse præterituros, promitterent, sub pœna quingentarum auri marcarum. 42) Mittebat ad hæc Comitia Io. Basilides, Russorum Dominus legatos suos, qui Imp. dona offerrent, ipsiusque peterent amicitiam. 43)

§. LXII. Initio Ianuarii anno 1491. Romanorum Rex Maximilianus, & Anna minoris Britanniæ Dux, filia natu maior Francisci, postremi Britonum Ducis, qui sine liberis masculis obiit, de ineundo matrimonio inuicem dant fidem, mittitque Romanorum Rex

exercitum, & mouens in Bauariam iuxta Lici fluminis ripas castra locauit. Videns autem Dux Albertus quorsum res tenderet, pacem postulans obtinuit, & Ratisbonam vrbem Regno iterum restituit. FVGGER *lib. V. c. XXXVII. n. 9.* Extant tabulæ apud GOLDASTVM *Reichs-Handlungen p. 30* DATTIVM *lib. II. cap. V. n. 9. 10.* MVLLER *p. VI. c. XXXVIII. & XLVIII.* quæ adhuc controuersiæ reliquæ, istæ per sententiam Maximiliani Augustæ Vindelicorum 1492. fuerunt sopitæ, quæ extat apud DATTIVM *n. 14.* quo etiam anno Ratisbona pristino Imperii iuri per transactionem fuit restituta.

33) Prout Acta docet apud MVLLERVM *Maximiliano I. Vorst. c. XIX.*

34) Extat compositiouis formula apud DATTIVM *lib. II. n. 13.*

35) Extant Acta & formula Compositionis apud MVLLERVM *c. l. c. XXI.*

36) FVGGER *lib. V. c. XXXVII. n. 10.* MVLLER *p. VI. cap. XXXIX.* Litteræ conuocatoriæ ad hæc Comitia extant apud MVLLERVM *Maximiliano I. Vorst. c. X.*

37) Prout LEHMANN docet *lib. VII. c. CXX.* & FVGGER *c. l.*

38) Prout diuersa exempla adlegauit MVLLERVS *p. VI. c. XLII.* Licet hoc certum, curiatim olim vota fuisse collecta, atque ciuitates iam olim a Principibus fuisse separatas, prout iam tempore Caroli IV. factum fuisse, ALBERTVS ARGENTORATENSIS *p. 134.* testatur.

39) De his plenius MVLLER *p. VI. c. XXXIX. XL. & XLI.* vbi etiam Recessus Francofurtensis exhibetur, quem habet GOLDASTVS *Reichs-Satzungen p. I. p. 205.* in cuius §. X. *das sein Keniglich Gnaden auff die Ordnung und Articul, auff vorgehalten Tagen zu Franckfurt und Nürnberg, auff das Kayserlich Cammergericht begriffen, und seiner Keniglichen Gnaden übergeben, das Cammergericht mit Cammer Richter, Beysitzern, auch der Mahlstatt und andern laut derselben Ordnung zwischen hie und Weihnachten nechst, auffrichten und zu besten ordnen und bestellen wollen.* De hoc plenius LEHMANN *lib. VII. c. CXVIII.* & DATT *lib. IV. c. I. n. 50.*

40) Vide supra §. *LVII.*

41) RAYNALDVS ex BVRCARDI Diario Tom. XIX. Annal. Eccles. p. 373. n. 43. *Cæterum Vladislaum Regem Bohemiæ misso ad Innocentium Oratore grauissime conquestum, se ad Comitia Francofurtensia pro creando Rege Romanorum Maximiliano vocatum non fuisse, tradit Burchardus, additque contendisse ab Innocentio, vt Principibus scriberet, ne illum septemuiratus iure defraudarent.*

42) Controuersiam hanc tali modo exponit HARTMANNVS MAVRVS Hist. Coron. Caroli V. apud SCHARDIVM Tom. II. p. 26. *& cum tempore Electionis Diui Maximiliani, eo quod forte non satis conueniebat inter Fridericum Cæsarem, & Regem, præteritus fuisset, adeo non dissimulanter tulit, vt pœnam Aureæ Bullæ, in quam inciderunt Principes, acerrime interpellando, postulare non cessaret, armaque præter hoc se illaturum minaretur, redireque aliquandiu in gratiam, litique renunciare, pertinaciter recusauit, nisi ea conditione, vt remitteretur Regibus Bohemiæ ius illud Imperatorum, quod Reges Bohemiæ, Imperatores in Italiam in personis euntes, sequi coguntur, aut loco eius seruitii octingentos ducatos quoties Imperatorem Alpes transcendere contigerit, exoluere. Illo negato, a Cæsare Friderico tandem sub pacto, atque conuentione, vlterius ipsos nequaquam prætereundi Reges Bohemiæ, sub pœna quingentarum marcarum auri decisum, transactumque fuit & Ladislaus Rex, ratificata Electione Maximiliani, quæsitis liti iurique renunciauit, Principibus hac etiam excusatione vtentibus, Electionem Maximiliani, non ex prædestinato Francofordiæ, sed vrgentibus de causis perceleriter, atque subitarie celebratam.* Agit de hac controuersia etiam MVLLERVS *p. VI. c. XXXVI. & Maximiliano I. Vorst. c. II.* Transactionis tabulas exhibet GOLDASTVS *Reichs-Satzungen Tom. II. p. 178.* Idem *de R. Bohemiæ lib. III. c. VI. n. 20. & lib. IV. c. VI. n. 20. & in Documentis p. 235.* & ex hoc THVLEMARIVS *de Octouiratu c. XIV. §. XIX.*

43) IO. LINTVRIVS App. ad Werneri Rolewincks Fasc. Tom. I. p. 579. *Anno 1491. die sancti Georgii, illustrissimus & nobilissimus Maximilianus, rex Romanorum, conuentum Principum electorum & aliorum multorum in Nürnberg celebrauit. Et fecit illi dux Alborum Ruthenorum obedientiam per legationem suam, & tunc ei multa dona dedit, offerendo pelles hirsutos & similia, suoque dominio se suosque subiugando. Hic Principum conuentus siue conuocatio*

Rex ad Britones Aurantiæ Principem ac Wolfgangum Polheimium cum duobus peditum Germanorum millibus, qui Duci Annæ præsidio essent, 44) decubuitque Aurantius cum ea nomine Romanorum regis armatus, vt erat Principum mos. 45) Erat tum temporis Dux Anna in Ciuitate Renesio, alam centum nobilium Britonum equitum secum habens, & mille ducentos Anglos pedites, resistens Carolo Francorum regi, qui Anglorum cum Britonibus societatem suspectam habens, bellum Duci Annæ intulerat, atque vuiuersum fere

tio ad longum, nimirum vsque ad tempus autumnale, durauit sine concordia. Agit de eo etiam LEHMANN *lib. VII. c. CXX.* MVLLER *Maximiliano I. Vorst. c. XIV. §. XII.*

44) P. HEVTERVS *rer. Austr. lib. IV. c. IV.* FVGGER *lib. V. c. XXXIX. n. 3.* vtrique tamen ad a. 1492. referunt. Ad eundem annum refert PHIL. de COMINES *lib. VII. c. III.* cum Anna iamdum sub finem anni 1491. Carolo fuerit nupta.

45) HEVTERVS *c. l.* POLYD. VERGILIVS *Hist. Angl. lib. XXVI. p. 737. Maximilianus id temporis coelebs, nuptias cum Anna Francisci ducis filia per procuratorem facit, & vt puella quod promisit, seruare religione teneatur, nouo res modo peragitur: nocte enim insequenti, Anna nuda, torum coniugalem matronis nonnullis, ac principibus testibus ingreditur, & procurator mariti vice, cuius in eo negotio vicarius erat, alterum crus genu tenus, intra stragula iniicit, perinde quasi ita puellæ notitia habita, matrimonium pro consummato habeatur. Sed parum valuit ista religio, apud eum, qui hanc prædam alteri eripere auebat.* BACO de VERVLAMIO Hist. Henrici VII. p. 140. *Maximilianus eo vsque, tum apud Principissam ipsam, tum apud Consiliarios eius principales præualuit, vt Matrimonium per Procuratorem consummatum fuerit, cum Cæremonia, tunc temporis, in his partibus noua. Neque enim solum, publice desponsata est, sed etiam tanquam Nupta per omnia tractata, atque in Thalamo collocata: postquam autem decubuisset, ingressus est Legatus Maximiliani cum Literis Procurationis, & astantibus multis, tam Viris, quam Fœminis primariis, Tibiam suam ad Genu vsque nudatam, inter Lintea nuptialia inseruit; vt Cæremonia illa, Consummationi & Cognitioni actuali æquipollere putaretur. Hoc facto, Maximilianus (cuius moribus penitus insitum erat, vt Negotia semper semifecta relinqueret, & reliqua Imaginatione tantum forti consummaret: tanquam Sagittarius malus, qui sagittas ad cuspidem vsque attrahere non solet: Cui etiam tam facile fuisset Sponsam suam præsens amplexari, quam huiusmodi Ludibria instituere) omnia iam pro certis ducens, neglexit ad tempus cogitationem de Nuptiis, & bello totus incubuit.* Sic etiam FVGGER c. l. *alda der Printz, im namen des Rœm. Kœnigs, nach Fürsten sitt halbgeharnischt, mit ihr Beylager gehalten.* Neque tamen noua res erat, sed ipsum Maximiliani cum Maria matrimonium simili modo per procuratores fuit peractum. Verum, de hoc negotio sic iudicat ARGENTRE *Hist. de la Bretagne lib. XII. c. LVIII. p. 791. & faut croire, que la faute de Maximilian de n' avoir fait son devoir & osé de diligence, luy fist perdre c' est advantage: Car c' estoit vn Prince, qui par faute de se haster & par besoing d' argent, perdit depuis de son temps ailleurs en Italie, & Allemagne de belles occasions de s' agrandir aussi fast il nommé des Italiens Pocodenar.* Idem hoc negotium narrat IACOBVS VNRESTVS Chron. Austr. p. 775. *Darnach zu den Zeitn betracht Kunig Maximilian zu dem Stand der heiligen Khanschaft, und erwelt Im zu Gemabel ain hochgeporen Hertzogin, Fraw Anna Hertzog Frantzisken Tochter von Britania, ain lobliche Erbtochter zu dem Land Britania. Nu merckt den grosen Frevel und unkristenlichen Hanndl, der aen dem loblichen Eepruch geschehn ist. Alls man zalt nach Christi Gepurd 1491. als Kunig Maximilian mit Heyrat kertt zu der Hertzogin von Britania ain ainige Erbtochter des Lands, von der wardt geschickt Byschof Raymundus zu Kunig Maximilian, gen Nurnberg mit Briefen und Credentzen, und auf solche brifliche und mundliche Potschaft ward der Ordn der heiligen Kanschafft durch die weisen beslossen nach furstlicher Ordnung und Gewonhait. Do lies Kunig Maximilian ain loblich Ambt von der heiligen Drivaltigkait singn, und drew Ewangelii lesen, und verzog darnach nich lang und schickt seiner Diener ainen gnant Herbolo von Polhaim gen Brittania zu emphahen die Kunigliche Praut: Der war in der Stat Remis erlichn empfangen, und daselbs besluff der von Polhaim die Kunigliche Prawt, als der fursten Gewonhait is, das ire Sendpotten di furstlichen Prawt mit ain gewaptn Man mit den rechtn Arm und mit dem rechten fus blos, und ain plos schwert darschwischen gelegt, beschlaffen. Also habn dy alten Fürsten gethan, und ist noch di Gewonhait. Da das alles geschehen was, war der Kirchgang mit den Gotsdienst nach Ordnung der heiligen Kahnschafft mit guetem Vleis verpracht. Nach sollichen allen wart die Kunigliche Prawt zu rat, wie sy selbs mocht kommen zu ihrem Gemahel Kunig Maximilian in Tewtschland, und schickt den Prinnsen zu dem Kunig von Franckreich, und lies den pittn umb ain sichers Gelait durch sein Land zu zien. Das wart der Hertzogin gegebn durch brief versichert mit kuniglicher anhangner Maiestat, und bey den Hertzog von Orlienntz, und bey Princen von Burgaw geanntwurt, auch durch die zwen zugesagt. Auf sollichs vertrueg sich die hochgebohrn Furstin und beraittet sich mit trewen Lanndslewttn auf die Rais, und erhub sich an sannct Simon und Iudas Abent, und als Sy mit irm Gesind zoch uber ain Wasser gnant die Dua uber ein grosse Stainpruck, do ersach die Herzogin ainen grossen geraysign Zewg gegen ir zien, darab erschrack Sy sere, und rueffi dem von Polhaim, und sprach zu ihm, was mag das bedewttn, das der geraissig Zewg dar um reittet? der von Polhaim sprach, gnedige Fraw, ich hab auch ain Missfallen daran, die Fraw rufet all ir Diner und Hofgesind, und sprach: Ir sollt gegen den Lewtn zuchtig sin und beschaidn, das wir nicht in Schadn komen, wir sein in fremdn Landn. Vnd alspalld der gerasig Zewg zu der Frawn kam, da umbzogn sy sie, und alle die irn, und nahmen die Frau mit Gewalt, und furttn die fur den Kunig von Franckreich; das geschach an sant Niclas Tag. Der Kunig sprach zu der Fraun: Fraw es mag nie anders nit gesein, Ir must mein Gemahl sein, darumb gebt ewrn Willen darzu, wir wolln euch zu Gemahl habn, das Ir ewr Lanndt mugt behalltn. Die Fraw tett der Red vast erschreckn, und sprach mit demutigen Worttn: O durchleuchtiger grosmachtiger Kunig und Herr, ewr Begern und Willn bewegt uns gar sere. Ich pitt Ewr kunigliche Maiestat, solich nit zumuetten, wan wir sein vermanellt und verpundn durch das Sacrament der heiligen Ee dem Durchleuchtign Kunig Maximilian, unnd sunst kaynem andern, und mags uns mit kainem Rechtn behaltn. Solliche guete Wort und Geperd holffn die hochgeporne Fürstin nichts, sunder er ist mit Ir gefarn, das do was wider Got und das heilig Sacrament der Ee, und wieder kunigliche Zucht. Er hat gesmacht mit zwaien Stucken der heiligen Ee. Von erst hat er Vrowen Margarethen von Osterreich Kunig Maximilians Tochter nach aller Ordnung der heil. christlich Kirchen durch den Bischof von Augspurg gemabelt und zu gottlicher und rechter Ee an der hochgepornen Fürstin von Britania, des Romischn*

fere Ducatum occupat. Læta igitur aduentu Aurantii, Polheimii, ac peditum Germanorum, acrius reſiſtebat, maiores a ſponſo exſpectans copias. At Rex Carolus, eaſdem appetens nuptias, copias quoque ſuas augebat, ſumma ope annitens, Ducem Annam cum vrbe Reneſio, antequam iuſtas Romanorum Rex copias ſubmittere poſſet, ſui iuris facere. 46) Exinde Carolus Francorum Rex, occupato Britonum Ducatu, Reneſium, in quo Dux Anna erat, longa obſidione vexatum, in poteſtatem redigit, Britonum proceribus corruptis, & Rom. Regis militibus trium menſium ſtipendio ad deditionem coemptis, per Tractatum in ſuburbiis Renneſii d. 15. Nouembris 1491. concluſum, vrbem ei cum Duce Anna tradentibus: 47) quam poſt paucos dies in vxorem ducit, 48) remiſſa Rom. Regi filia Margaretha, ipſi per Pacem Atrebatenſem a. 1482. deſponſata, intacta, cum renuntiatione iſtius matrimonii, vxoreque legitima ei aſtu erepta. 49) Diſpenſauit etiam Innocentius VIII

Kunigs Maximilians Gottlichn Gemahel zerſtort mit unrechtn Gewalt, das Gott zu klagen iſt, und pillich hie auf Ertreich geſtrafft; das andere Grosmæchtige zu Ebenbild habn ſoltn. Et ſolen auch die Got und Eere lieb haben, und der Gerechtigkeit dienen wellen, und ſchuldig ſein zu tun, ſolche unkriſtenliche Ding helfen ſtrafen. Vonerſt der heilig Vater der Babſt ſolt ſannd Peters Gewalt ſcheinen laſſn, all Kriſtenliche Furſtn das Weltlich Schwert emploſſen, und Gott ſeine Gepot und Ordnung der chriſtlichn Kirchen hellfen beſtattn, das ſolich ubel furo nit mer geſchech. Wann ſolher Handl iſt bey Kunig Karlls von Francksreichs Vorvordern nicht erhort wordn, darumb worden ſy genant die Kriſtenlichſtn Kunig. von Franckreich. Hat nu Kunig Karll ſolhen lob auch behalltn ſo iſt er des Tittels auch werdt. Quiſnam vero ex procuratoribus ſolennitatem peregerit, variant Scriptores. HEVTERVS & FVGGERVS rectius Aurantium Principem nominant, quos ſequitur PHIL. de COMINES *lib. VII. c. III.* LOVIS GOLLVT Memoires *de la Franche Comté p.* 938. METZERAY *abb regé Chron. de l' Hiſt. de France Tom. III. p.* 370. ipſum vocat Comitem de Naſſau & factum dicit anno 1489. CVSPINIANVS *Maximiliano p.* 493. ait: *alteram vxorem accepit Annam, Franciſci Ducis Britanniæ filiam, quam per Wolfgangum de Polhaym Auſtriæ baronem, & deinceps Auſtralium terrarum ſupremum capitaneum, ſuum Oratorem condormiuit: ſed non traduxit.* Hunc ſequitur VARILLAS *Hiſt. de Charles VIII. p.* 121. & ARN. FERRONVS *in Hiſt. Caroli VIII. f.* 3. Cæſaris Procuratorium 20 Martii 1489. Principi Arauſionenſi, Polheimio Marechallo, Iacobo Gondebaldo, Secretario & Lupiano, Magiſtro Aulæ datum, extat apud MVLLERVM *Maximiliano I. Vorſt. c. XVII. §. II.*

46) HEVTERVS *c. l.* P. DANIEL *Hiſt. de France Tom. II. p.* 1528.

47) Multa adhuc eſt controuerſia, qua ratione in manus Caroli venerit Anna Britannica. Hic verbis vtimur PONTI HEVTERI, quem etiam ſequitur FVGGERVS & P. DANIEL, qui addit, ex decreto parlamenti Rennetenſis Annam Carolo VIII fuiſſe collocatam. Extant etiam tabulæ Tractatus apud du MONT *Tom. III. p. II. p.* 269. Addit tamen FVGGERVS, ſe in Msto quodam reperiiſſe, Annam hanc, dum per Hannoniam, in Germaniam iret, per Borbonium & Aurelianenſem Duces ipſi obuiam miſſos, adactam fuiſſe, vt cum ipſis Turonum pergeret ad Regem, ibidemque dimiſſis Germanis, ſuaſionibus, minisque compulſam vt Maximiliano renuntiaret, & Carolo ſe copularet. Idem dicit IAC. VNRESTVS *Chron. Auſtr. p.* 776. CVSPINIANVS *c. l.* ſaltim dicit: *quandoquidem Carolus octauus Rex Franciæ violenter illam ſurripuit, remiſſa eius filia Margarita, quam prius ſponſam aliquot annis in Francia habuit.* ALBERTVS KRANTZIVS Saxonia lib. XIII. c. XV. *incolume iter ab rege Francorum cum puella, & ſecuritatem publicam depoſcerunt: non negatur. Igitur rebus in prouincia conſtitutis ex ſententia, cum puella & honeſto comitatu iter per Franciam inuadunt, freti præſtita ſecuritate. Iam peruenere in locum, qui Franciæ regi ad inſtitutum ſuum viſus eſt idoneus. Aderat rex ipſe cum aliquot ex regno proceribus: puellam ſibi ſiſti iubet.*

48) METZERAY p. 373. dicit: *le Contract de mariage fut paſsé a Langeais en Touraine le 16. de Decembre & le mariage accomply le meſme iour.* Sic etiam P. DANIEL ad annum 1491. reiicit. Tractatus matrimonii a Langeais le XIII. Decembris 1491. *p.* 752. MVLLERVM *Maximiliano I. Vorſt. c. XX. §. XI.* Recueil des TRAITES DE PAIX, *Tom. I. p.* 750. du MONT *Tom. III. p. II. p.* 271. 173.

49) TRITHEMIVS ad a. 1491. *anno prænotato Carolus Rex Gallorum VIII. Margaritham Regis Germanorum Maximiliani filiam ſibi a Patre Ludouico XI. ante IX. annos, vt ſupra diximus, cum magna ſolemnitate deſponſatam, remiſit ad Patrem in Flandriam, opere demonſtrans, ſe vacuum fide, auaritia plenum. Erat autem Margaritha duorum annorum, & Carolus agebat ſextum, quando ſponſalia inter eos fuerunt celebrata. Manſit ergo in Gallia nouem annis, & cum remitteretur ad patrem, annum agebat vndecimum. Quæ autem fuerit cauſa remiſſionis Margarithæ ad patrem dicam paucis, vt nouerit poſteritas omnis, nullam in virgine fuiſſe culpam, nec patrem Gallo, qua remitteretur, præbuiſſe occaſionem, ſed Carolum leuitate motum, ambitione & auaritiæ ſtimulis concitatum, egiſſe quod non debuit, quodque vix iure potuit. Annam Britanniæ Ducis filiam Rex Maximilianus per ſuos legitimos procuratores ſibi futuram deſponſauerat vxorem, cum ea vt vnica herede habiturus, & Britanniæ Ducatum. Quod vbi Gallo innotuit, vt Ducatum potuiſſet habere, Britanniæ rapuit heredem, & vxorem duxit contra Ius & æquitatem, Maximiliano prius legitime deſponſatam non ſine ſcandalo plurimorum. Hæc fuit cauſa non alia.* Idem fere dicit NAVCLERVS *p.* 1109. LEHMANN *lib. VII. c. CXXI.* CVSPINIANVS *p.* 487. Extat *Acte de delivrance de Margarite d' Autriche entre les mains des Ambaſſadeurs du Roi des Romains & de l' Archiduc, & la Renonciation de cette Princeſſe au Mariage entre elle & Charles VIII Roi de France, a Vaudeuille Dioceſe de Cambrai le 12 Iuin* 1493. apud du MONT *Tom. III. p. II. p.* 310. Galli equidem hæc excuſare conantur, prout narrat BACO de VERVLAMIO *Hiſt. Henrici p.* 141. dicens: *Carolus interim, (poſtquam Theologos ſuos conſuluiſſet, atque ab iis edoctus fuiſſet, iſtinsmodi fictitiam Conſummationem, potius Inuentum quoddam Aulicum eſſe, quam apud Eccleſiam receptam) magis ſolide rem aggreſſus eſt, & ſecretis & callidis Inſtrumentis, (tam Matronis ſcilicet, quam Conſiliariis,) primo Conſcientiæ & Honoris ſcrupulum amouere conatus eſt; Qua in re duplex erat labor. Neque enim ſolum Maximilianus cum Britanna, ſed etiam Carolus ipſe cum Filia Maximiliani contraxerat: Ita vt Nuptiæ, ex vtroque pede claudicarent, & ex neutra parte dubitatione carerent. Verum quatenus ad contractum, cum Rege Carolo, exceptio erat iuſta & liquida, eo quod Filia Maximiliani infra Annos conſenſus eſſet, ideoque Lege non teneretur. Sed quoad Contractum Maximiliani ipſius, duriores ſuſtinebat partes Carolus, cum nihil adducere poſſet, niſi quod Contractus* illa

VIII tum ratione sponsaliorum cum Margaretha contractorum, tum ratione consanguinitatis inter vtrosque 18 Kl. Ianuarii 1491 dummodo propter hoc rapta non fuerit. Quare dicta Anna ad verificandam & purificandam hanc clausulam, in puerperio, ex ortu Caroli IX Delphini Viennensis constituta, propria voce dilucidauit, sponte & libere se, nullatenusque coactam aut seductam, sed cum decore & honore Magnificis Illustrisimisque Reginis debitis iacens, proprio iuramento corporaliter præstito attestata fuit, se propter prædictum Matrimonium contrahendum, nullatenus raptam fuisse, verum, Ciuitatem Rædonensem in Ducatu Britanniæ sitam, ipsumque Ducatum libere & sponte exiisse, animo intentioneque & proposito libere dictum Matrimonium contrahendi. 50) Male hæc habebant Maximilianum, 51) qui ob causam hancce a. 1491. Status Imp. Noribergam conuocat, vbi etiam ipsi auxilia fuerunt promissa, & Matricula confecta. 52) Alia Comitia a. 1492. Metim indicebat, 53) auxilia a Statibus Imperii petens, quæ vero non impetrabat, Fœderis Sueuici tamen socii in Conuentu Vlmæ habito auxilia ipsi promittebant, si ab Imperio talia præstarentur. 54) Idem Maximilianus a. 1492. Constantiæ atque Confluentiæ, tentabat, apud Status Imperii grauiter de Caroli regis iniuriis conquestus, auxilia ipsorum flagitabat, quibus contumeliam non sibi tantum, sed Germanis omnibus factam, vltum iret. Principes vero, quod patrem eius viderent minus ad hoc bellum esse animatum, de nouis quæ petebantur, Imperii collectis conquesti, ad pacem cum Gallo faciendam, magis inclinare videbantur, 55) auxilia tamen, quam celerem vocabant expeditionem, promit-

ille, sine consensu Domini Capitalis, Caroli scilicet, (cuius Pupilla & Vasalla erat, atque ipse erga eam Parentis loco, initus esset; Ideoque ob defectum huiusce Consensus prorsus irritus. Qui Defectus (dixerunt) licet Matrimonium ipsum, post Cohabitationem & actualem Consummationem, dirimere non posset, tamen ad Contractum inualidandum sufficiebat. Nam quoad Consummationem illam Ludicram, risu eam excipiebant, inquientes; argumento esse quod Maximilianus Viduus esset, & Procus admodum tepidus, qui Sponsi partes per Deputatum praestare contentus fuerat; neque laborem Itineris parui adire sustineret, vt omnia extra controuersiam statuerentur. Britanna igitur, hisce rationibus permota, artificiose instillatis, ab iis, quos Rex Gallus (qui Pramiis & Promissis non pepercerat) in suas partes traxerat; & illecta procul dubio prasente gloria, & potentia Regis Caroli (prasertim cum in Flore atatis esset, & cælebs, atque Patriam suam, Sedem diuturni & calamitosi belli, constituere verita, secreto in matrimonium Caroli consensit. Quare etiam P. BAYLE *dans reponse aux questions d'un Provincial Tom. III. c. CXXV*, vbi plenius de hoc matrimonio agit, minime concedit, præreptam fuisse Annam Maximiliano. Licet etiam PHIL. de COMINES hoc non deneget *lib. XII. c. III.* dicens: *car il sembloit a tous que grande question en deuoit sourdre, & que le Roy des Romains estoit fort iniurié, & qu' on luy ostoit celle qu'il tenoit pour sa femme, & luy rendoit on sa fille, qui plusieurs années avoit esté Reyne de France.* Idem confirmat Henricus VII, Anglorum Rex in litteris suis ad Imperii Principes VIII. Februarii 1492. apud DATTIVM *lib. III. rer. Germ. c. II. §. 13.* scribens: *putamus, vestras Celsitudines non latere, que a Gallis proxime sunt gesta, & tam Ducatum Britannia in potestatem redegisse, nullo iure, aut iusto titulo, sed sola dominandi & propagandi Imperii cupiditate: quam etiam Illustrissimam Ducissam, Dominam Serenissimo Domino Romanorum Regi solenniter desponsatam, violenter rapuisse, contra omnes Canones, contraque omnia, tam diuina quam humana iura, & praterea omnes Leges ac mandata Ecclesia, in contemptum eiusdem, ac prafati Domini Romanorum Regis, nec non & vestrum, ac totius Imperii Germanici &c.* Idem repetit in litteris ad Innocentium §. 14. Adde ROBERTVM GAGVINVM *Hist. Gall. lib. XII. p. 284.* IO. MARIANA *Hist. Hispan. lib. XXVI. c. IV.* STRAVCH. *Diss. Exoter. I. §. II.* Qua ratione super hoc raptu inter Iacobum Wimphelingium atque Robertum Gaguinum fuerit disputatum, docent illorum Epistolæ apud LINTVRIVM *ad Wern. Rolewincks Fasciculum Temporum* & MVLLERVM *c. l. c. XX. §. XV.*

50) Hæc confessio facta fuit coram Ioanne Brette, Canonico Turonensi, Vicarioque generali in Spiritualibus & temporalibus Roberti Archiepiscopi Turonensis, quam cum ipsa Papæ dispensatione exhibuit LOBINEAV *Histoire de Bretagne dans Preuves col.* 1546. du MONT *Tom. III. p. II. p. 295.*

51) BACO de VERVLAMIO p. 160. *Secuta est paulo post nuptiarum solennizatio, inter Carolum & Annam Britannia Ducissam, cum qua Carolus Ducatum Britannia, nomine Dotis, accepit; Maximiliani filia paulo ante domum remissa. Quod postquam ad aures Maximiliani peruenisset, qui illud nunquam crediderat, antequam peractum esset. Quique in se ipso decipiendo principales semper partes obtinebat: (& si hoc quidem in negotio rex Gallus partes secundas eleganter sustineret) atque cogitationibus suis sursum deorsum agitans & reuoluens; quale hoc esset, vt ipse vno Ictu, duplici autem Ludibrio, tam nuptiis propriis, quam Nuptiis Filia sua deiiceretur (ex quarum vtrisque magna sibi & sublimia auguratus erat) patientiam omnem amisit: atque abiiciens Reuerentiam illam atque decus, quod magni reges (etiam cum sanguis eorum maxime efferuescat mutuo seruare debent, Regis Galli Personam & facta, acerbissimis Conuitiis proscidit. Et quanto Factis minus poterat, tanto Verbis intemperantior, quascunque poterat excogitare contumelias in Regem Carolum effudit; aiens: Eum inter omnes sub sole Homines, esse maxime perfidum: Illumque Monstrum quoddam nuptiarum peperisse ex Raptu Adulterio commistum: Quod iustissimo Dei Iudicio (vt aiebat) decretum erat vt (Nullitate huius Matrimonii toti mundo conspicua) posteri Persona tam indigna in Gallia non regnarent. Et statim legatos ad Regem Anglia quam ad Regem Hispania, expediuit, qui eos ad bellum & Foedus offensiuum ineundum contra Gallum excitarent: Secum magnis copiis in Bellum adfuturum pollicitus.*

52) De quo MVLLER *Maximiliano I. Vorst. c. XVI. §. XIV.*

53) MVLLER *c. XX. §. XIII.*

54) MVLLER *c. l.*

55) TRITHEMIVS ad a. 1492. *anno quoque supra notato, in mense Septembris, Fridericus Imperator mundi tertius, & Maximilianus Rex Germanorum filius eius semper inuictus, Conuentum Regni Principibus apud Confluentiam oppidum Archiepiscopi Treuirorum consensu indixerunt vnanimi, quorum multis in prasentia constitutis Raptus desponsata Maximiliano Anna Ducis Britannia per Carolum*

mittebant. 56) Mittebat ad Comitia Confluentiana Anglorum Rex Henricus VII. legatos, qui status ad bellum contra Gallos inuitarant. 57) Prorogatus hic Imperii conuentus Francofurtum in Luciæ diem 1492, 58) qui tamen eo, quod Henricus VII. cum Gallo pacem fecisset, effectu fuit destitutus. Igitur Maximilianus, cum Heluetiorum legatis Constantiæ a. 1492. hac de re agere cœpit, eosdemque contra Gallos concitare. Hi Pontificis Maximi id esse munus respondent, vti si contra sacros Canones regem fecisse putet, sacris ipsum prohibeat; quod vbi ab illo factum fuerit, & reliqui principes atque ordines arma sumpserint, tum se quoque pro sua parte in officio futuros, solos nihil posse. 59) Petebat inde Carolus VIII. ab Innocentio VIII. Papa, vt prius matrimonium cum Margaretha dissolueret, hoc cum Anna adprobaret, multamque pecuniam offerebat. Licet autem plerisque hoc placeret Cardinalibus, vnus tamen hoc impediebat Cardinalis tituli Senensis, licet nihilominus Papa demum consenserit. 60) Mittebat æque ad Comitia Confluentina a. 1492. legatos suos, qui factum hoc legitimarent, atque continuationem pacis Atrebatensis & renunciationem fœderis Hispanici atque Anglicani vrgerent. Quibus tamen per Cancellarium Carondeletum fuit responsum, magnam omnino iniuriam Carolum fecisse Maxi-

lum Regem Galliæ præsumptus in medium proponitur, & quid fieri decernant Principes, consultatio communis habetur. Erant tum qui bellum Gallo indicendum consulerent, vtpote qui non solum leges temerasset Germanas inferior, sed ius etiam violasset Imperii simul & Christianæ veritatis. In id tandem conuenit pars sanior, tempori concedendum, cum Brittanniæ Ducatus, neque Germaniæ Regno neque Brabantiæ Principatui ea tempestate conduceret. Maximilianus itaque Rex consilio Principum leuigatus animum remisit iratum. Recessum Confluentinum integrum exhibet DATTIVS *lib. V. c. II. n.* 8. Qua ratione Electores & Principes de nouis Collectis in pecunia præstandis fuerint conquesti, docet LEHMANN *lib. VII. c. CXXI.* GERH. a ROO *lib. X. p.* 522. Extant etiam Litteræ Senatus Brabantini super hoc negotio apud GOLDASTVM *Reichs-Handlungen p.* 34. De conuentu Constantiensi atque Confluentino MVLLER *c. l. c. XXII. XXIII.* vbi §. XV Recessus Confluentinus reperitur.

56) Certus etiam contribuendi modus fuit decretus, vt de quauis domo, & Status Imperii de arcibus suis & aulis, & singuli subditi quidpiam solverent, prout docet LEHMANN lib. VII. c. CXXI. *das von Churfürsten, Fürsten und allen Standen des Reichs und ihren Vnterthanen von ieder Fewerstatt ein orts Gülden erlegt, und gereicht werden, Ieder Churfürst von den Fewerstatten in ihren Schlossen und Heusern in Summa* 200. *Gülden, desgleichen die Fürsten, so den Churfursten im Anschlag gleich, die andere Fürsten Geistliche und Weltliche ieder* 100. *Gülden, Graven und Herrn ieder* 10. *Gulden geben sollen.*

57) Extant litteræ *Henrici VII.* apud MVLLERVM *c. l. c. XXIV.* & legati *Anglicani Oratio*, in qua: *vnumquemque scire debere, quod fides vnius Franci est deterius pignus domus sua. Quia quidquid iurant vel promittunt, hoc semper fit in fraude & deceptione; nec aliquid nisi pro arbitrio & placito suo tenent vel obseruant, cum alia Christianorum nationes fidem seruare soleant, imo & Thurci & Saraceni promissa seruent.* Maximiliani & Principum Imperii Litteræ ex Imperiali Conuentu generali Confluentiæ habito apud GOLDASTVM *Tomo vno p.* 412. in quibus: *nos vero tam Imperialis Maiestatis Vices gerentes ea iniuria præfato Domino nostro Regi illata affecti percitique, quam non immerito moleste ferimus, eidem celerem expeditionem tam equitum quam peditum in præsentiarum fecimus, ac propterea omni cura, fide, solertia, omni denique studio apud vniversos & singulos S. Rom. Imperii ac Germanicæ Nationis nostræ subditos pro longe ampliori ac communi per Imperium auxilio ferendo nos laboraturos sollicituros que polliciti sumus: non dubitantes, vestra Serenitatis simul accedentibus copiis, omnipotentem Deum, exercituum Dominum, de tam detestabilibus iniuriis manifestam vindictam iustumque triumphum concessurum: qui vestram Serenitatem indies feliciorem conseruet.* BACO de VERVLAMIO *Hist. Henrici VII. p.* 161. narrat, quam inique Maximilianus fatum suum tulerit, addens: *& statim Legatos, tam ad Regem Angliæ quam ad Regem Hispaniæ expediuit, qui eos ad bellum & Fœdus offensiuum ineundum contra Gallum excitarent: se cum magnis Copiis in Bellum adfuturum pollicitus.*

58) DATT *lib. V. c. II. n.* 10. 11. Acta Comitialia extant apud MVLLERVM *Maximiliano I. Vorst. c. XXV. §. XVI.*

59) STETTLER *Ann. Heluet. ad a.* 1492. *lib. VII. p.* 319. STVMPFENS *Schweitzer. Chronic lib. XIII. c. XXII. p.* 743. *Anno* 1492. *im Iulio beschreib Konig Maximilian viel Fürsten und Herrn zu ihm gen Constentz, dahin kamen auch gemeiner Eydgenossen Botschafften. Gegen denen allen erklagt sich Maximilian der zugefugten Schmach Caroli, mit hohen Vermahnen, ihm solche Vnthat helffen zu rachen &c. Aber es wolt sich das weder Keyser, Fürsten noch Stads mit Ernst annehmen, und sich Niemands vvieder die Franzosen setzen. Also vvarb er an die Eydgenossen, die gaben ihm zur Antvvort: Weil der Kænig von Franckreich hierinnen vvieder Christl. Ordnung gethan hatte, so solte billig der Pabst ihm verbannen, und das Creutz vvieder Ihm predigen, desgleichen Kayser Friedrich, sein leiblicher Vater, das ganze Reich vveider Ihn aufmahnen. Vnd so solche geschehe, alsdenn vvolten sie sich auch behelffen finden lassen, und nit die lezten seyn, &c. Dieser Antvvort vvar Kæn. Maximilian vvohl zu frieden, und fertiget die Botten der Eydgenossen ehrlich von Ihm, und bevvarb sich vveiter bey dem Reich, aber Ihn vvard alle Hülfe entzogen. Desswegen er vvieder an die Eydgenossen und andere Herren vvarb, die sanden ihre Bottschafften zu K. Carolo in Franckreich, und machten einen Frieden und Richtung zvvischen beiden Konigen. Damahls vvurden dieselbigen Botten von K. Carolo gar ehrlich empfangen und fürstlich begabet, und folget also auf dismahl keine vveidere Straf oder Rache auf diese That, biss hernach zu den Neapolitanischen Kriegen.*

60) Sic enim IACOBVS VNRESTVS Chron. Austr. p. 778. *Bey dem Handl ist Als Kunig Karll von Franckreich den unkristenlichen Haandl begangen het tet er als etlich unvernunftig Tier tun, so die Scheden getan habn, so flien si ferst. Er schickt zu Babst Innocentio dem achten des Namens sein Potschafft mit grosen guet, und begun den Babst zu bitten. In der ersten gottlichen Ee mit Frawn Margarethen von Osterreich ledig zu lassen, und die annder unkristenliche zu bestetten. Nun is es laiter in der Wellt gemain worndn, unndter geistlichn und weltlichn, das das zeitlich Guet oft verspere das Thor der Gerechtighait, und das schnot Guet betreugt am maisten die Gaistliche Wurdikait. Want da das Kunigs van Franckreichs Potschaften in den bosen handl vor den Babst Innocentium erschinen da gedach der Babst dem Gut nach, und erfortert ain Capitel mit allen*

Maximiliano, fœderibus vero ipsum nolle renuntiare. 61) Potius eodem anno Mechliniæ manifestum contra ipsum publicabat. 62) Mouebat equidem Henricus VII. cum exercitu in Galliam, Bononiam etiam Picardiæ obsidebat. 63) Sed destitutus a Maximiliano, cui vires deerant, 64) pacem a. 1492. faciebat. 65) Cumque & Galli & Flandri, cæterique Belgæ, longi belli tædio laborarent, de pace inter Cæsarem & Gallum agi cœptum, missique ab Imperatore Friderico, Electore Palatino, & Heluetiis legati, eam procurabant, XXIII. Maii 1493. Syluanecti, vulgo Senlis in Insula Franciæ conclusam, ad quam in Belgii rebus sæpissime prouocatur. Cum his congressi Petrus Borbonius, Princeps Aurantius, Philippi duo, Cordæus & Cominæus, regem promisêre, omnia Artesiæ loca, quæ tenebat, Philippo principi reddíturum. Ea post Odomari fanum & Attrebatum iam recepta erant Hesdinum, Aëria, & Bethunia, ciuitates. Ita, quo tempore atrocius bellum exarsurum multi putabant, pax facta est. 66) Margaretha vero postquam d. XII. Iunii 1493. singulari actu matrimonio Caroli VIII. renuntiasset, in manus legatorum Maximiliani fuit tradita. 67)

§. LXIII. Præter dicta, multa quoque diuersis Germaniæ Procerum familiis accesserunt incrementa. Ipsa quidem Serenissima Domus Austriaca præter alia priuilegia, singulari

allen Cardinalen des römischen Stuels, ausgenommen ainen Cardinal tituli Senensis, den erfodert der Babst nit. Vnd mit den erforderten Cardinalen wart der Babst zu Rat, wie er solchs des Kunigs begeren durch babstlichen Gewalit mocht zugebn, und vergunnen, wan die Romisch Kirchn wurd durch so vast grofs gut machtig und reich. Solichs Rats ward inne der Cardinal, der nicht erfortert was, der was ein prechenhaffter Herr, sunder hoch gelert und Libhaber der Gerechtigkeit, das dan der Babst wol von Im wust. Der lies sich tragen fur die Portn, darinnen der Babst das Capittel het und klockt mit Grimen an, der wart doch mit Vnwilln eingelassen. Vnd da er fur den Babst und das Capitel kham, do sprach er mit hoher und lauter Stim. Heiliger Vater Babst, was wil ewr Heilichkait tun? und hilfet Ir das Vnrecht so erstort Ir die Romische Kirche, schwecht Kristl. Glauben, und vertilgt alle Geistlichkait. Er wart also erzurnet, das der Babst und Cardinal vermayntn, er wer von Sinnen kommen. Derselb gerecht man understund zu disem Mal des Babst und Kunigs Willn, und wer der allain nit gewesen, des Kunigs Pottschafft het von Babst ain guete Antwurt gehabt. Wer es aber nun bester hab, schreib ich hie nicht von.

61) FVGGER Oesterr. Ehren-Spiegel lib. V. c. XXXIX. n. 8. *Wie das Kays. Friedrich und der Ræm. Kœnig zum offtern, nicht allein durch Schreiben an ihren Kœnig, sondern auch mundlich fast bey allen teutschen Fürsten, sich beklaget, als sey die Prinzessin Margaretha, wieder ihrer beider Willen, und aus zwang der Standte von Niederland, K. Carln zur Gemahlin überlassen worden. Weil nun so ungleiche Nachrede ihren Kœnig nicht zu erdulten gewesen, als habe er ihm anderweit eine Gemahlin gesucht und gefunden: Wolle er demnach gedachte Prinzessin, die er seither nach ihren Stand auferziehn und wohl unterhalten lassen, ihren Vatter und Groesvatter wieder zu senden, in fall man Frieden zu halten mit rechten Ernst gesonnen sey. Sie begehrten über dass, dass der Ræm. Kœnig und Ertz Hertzog den A. 1482 aufgerichteten Frieden bey Kræfften lassen, hingegen die mit Hispanien und Engelland getroffene Bündnüss wieder aufkündn solten.* Respondebat ad hæc Cancellarius Carondeletus: *Der Konig in Franckreich, habe weder seines noch des Ræm. Kœnigs, noch des Ertz Hertzogens noch seiner Braut der Prinzessin Margaretha, Ehren ein Genügen gethan, und die Ertzherzoge in Ostereich würden solche erwiesne Schmach, zu seiner Zeit wohl zu anten wissen. Was den Frieden von A. 1482 betreffe, stehe, solchen in Würden zu erhalten, zuværderst denen zu, die demselben erstlich auf die Bahn gebracht, und selber ihres Gefallens eingerichtet, nahmlich den Konig in Franckreich und seinen Geblüts Fürsten: der müste zu solcher Handelung eine Gesandschafft von mehrerer Wurde und Vollmacht abordnen. Was die Aufkündigung der Bündnuss betreffe, habe der Kænig in Frankreich dem Ræm. Konig und seinem Sohn derentwegen keine Ordnung, ziel und mass zu geben, In ubrigen mæge er inner seiner Franzæsischen Grantzen sich halten: oder wiedrigen falls, da er dieselben ferner uberschreiden würde, erwarten, dass etliche tausend seiner Franzosen, wie verdessen geschehn, ihm zu Spott und Schaten auf fremden Boden schlafen geleget werden. Endlich solten die Gesanden wissen, dass die Erzherzogen in Ostereich denen Konigen in Hispanien und Engelland, noch sonsten eingen Fursten oder Stadt, ihrem Konig zu lieb, keine Freundschafft noch Bündnuss aufkunden, hingegen desselben und der Franzosen Feindschafft so wenig als seine Freundschafft achten würden.*

62) Extat apud MVLLERVM *Maximiliano I. Vorst. c. XXII. §. IV.*

63) De hac expeditione BACO de VERVLAMIO *p.* 181.

64) Miserum hunc Maximiliani Statum idem describit p. 180. *Legati Angliæ*, dicens, *cum ad Maximilianum aduentassent, Facultates eius & Pollicitationes, longo interuallo inter se disiunctas repererunt; cum omnino ei deessent pecuniæ, Milites, Arma, quæ tantæ expeditioni sufficerent. Maximilianus enim, cum neutram Alarum suarum integram haberet, (quoniam patrimonium suum Austria ad eum nondum deuenerat, Patre siquidem adhuc viuo; atque ex altera parte, Territoria sua Matrimonialia, partim Ducissæ Viduæ in Dotem cesserant, partim recentibus rebellionibus exhausta erant) Copiis ad bellum necessariis, plane destitutus erat.* Idem p. 183. *primum enim Legati Angli, ad Maximilianum missi, e Flandria redierunt; Regemque certiorem fecerunt, eum a Maximiliano auxilia neutiquam sperare posse, quod ad bellum prorsus imparatus erat.*

65) BACO de VERVLAMIO p. 165. *Verumtamen, etsi magnam Alacritatem, ad Bellum inferendum, non solum Parlamento, & Aulæ suæ, verum etiam Concilio suo sanctiori (exceptis duobus Episcopis, & paucis aliis) ostendisset, nihilominus, in secreto suo, ad bellum Gallicum animum non adiicit.* De hac pace BACO *p.* 185. Extant pacis tabulæ in RECVEIL DE TRAITTES DE PAIX *Tom. I. p.* 758.

66) Hæc verbis GERHARDI a ROO scribo *lib. X. p.* 522. qui sua sumsit ex PHILIPPE de COMINES Commentariis *lib. VII. c. III.* qui ipse negotiationi legatus interfuit. FVGGER *c. l.* P. HEVTERVS *lib. V. c. I.* Tabulæ Pacis extant in RECVEIL DE TRAITTES DE PAIX *Tom. I. p.* 703. MVLLER *Maximiliano I. Vorst. c. XXVI. §. IX.* du MONT *Tom. III. p. II. p.* 302. Vid. BRAVTLACHT *historia Pacif. c. II.* Adde VNRESTI *Chron. Austr. p.* 779.

67) Extat renuntiatio apud MVLLERVM *c. l. §. X.*

gulari diplomate anno 1453. Archiducali titulo in perpetuum fuit honorata. 68) Idem Imp. Trium Regum 1453. omnia Antecessorum priuilegia Austriacis confirmat. 69) Albertus Saxoniæ Dux animosus, ob totidem merita a. 1483. expectatiuam in Iuliacensem & Montensem successionem fuit adeptus. 70) Brandenburgica Domus, præter successionis iura in terras Megapolitanas a. 1437. per pacta fundata, & in Comitiis Francofurtensibus 1442. firmata, 71) in Comitiis a. 1442. expectatiuam in terras Pomeranicas ex pacto adquirit. 72) Domui Brunsuico Luneburgensi a. 1442. omnia iura ac Priuilegia ab Imp. confirmantur. 73) Anno 1454. Fridericus Cæsar Vlricum Frisiæ Orientalis dominum, Comitem Imperii creat, magnifico diplomate impertito, quod Neapoli in Austria ad initium Septembris consignatum, atque populos inter Amasim ac Visurgim eius moderationi subiicit, ipsamque Frisiam Orientalem feudi lege concedit. 74)

§. LXIV. Illustre etiam Regimen Friderici, quod ipso imperante, Typographiæ ars cultior a. 1450. Moguntiæ per Io. Gutenbergium fuerit adinuenta. 75) Anno 1455. Erne-

68) Diuersæ de Archiducis titulo sunt sententiæ. Sunt, qui ab Henrici IV. temporibus eundem ducunt, qui Ernestum Strenuum S. R. I. dixerat Priorem, quod tamen personale saltim erat. Alii a Friderici I. temporibus ducunt, in cuius priuilegio Austriacæ domui concesso dicitur: *si quibusuis Imperii curis publicis Dux Austriæ præsens fuerit, vnus de Palatinis Archiducibus est censendus.* Quo ipso tamen titulus hic minime fuit collatus, verum illud, vt Austriæ Duces æquiparentur Ducibus Officialibus Palatinis, eadem iura, easdem teneant prærogatiuas. WOLFGANGVS LATZIVS in *descriptione Viennæ*, & qui eum sequitur PONTVS HEVTERVS *de Habsburg orig. c. XXI.* Friderico II. tribuit. Fridericus II. quidem regalem huic familiæ dignitatem contulit, qua tamen vsi non fuerunt. Alii, a Rudolphi Habsburgici temporibus hoc ducunt, qui tamen Albertum filium, de Austriæ saltim Ducatu inuestiuit, prout ipsius diploma docet apud FVGGERVM *lib. II. c. IV. p.* 196. Alias aliorum sententias prolixe refert SCHÖNLEBEN *de orig. gentis Habsb. proleg. p. II. c. VII. &* SYNT. IVR. PVBL. *cap. XIX. §. XIV.* Ast, licet non denegemus, sub initium iamdum seculi decimi quarti hunc titulum inualuisse, dum Austriæ Duces eodem passim vterentur, priuilegio vt videtur vsi Friderici Barbarossæ. Neque tamen a temporibus demum Rudolphi IV. hoc factum, dum iste a. 1360. Caroli IV. filiam matrimonio sibi copularet, prout coniectatur SCHÖNLEBEN, cum Leopoldi Austriaci sigillum de anno 1320. adducat FVGGERVS *lib. III. c. III. p.* 285. in quo Archi-Ducis Austriæ titulo vtitur. Quod autem nondum solennis iste titulus fuerit, patet ex eo, quod Austriæ imperantes pro arbitrio modo Ducis, modo Archiducis titulo vterentur. Nec ab Impp. concessum fuisse hunc titulum, ex eo patet, quod nullum adduci possit diploma. Hinc potius ad Friderici III. concessionem hæc referimus, cuius diploma inter alia documenta Friderici a KVLPISIO collecta reperitur *p.* 7. in quo: *vvir vvollen, meinen, und setzen auch, von der obberierten unser Ræmischen Kayserlichen Macht ernstlich und vestiglich gebietend, das die bemelten Fürsten unsers Haus Oesterreich, und unser und ihre Erben und Nachkommen die die Fürstenthumb Steyer, Kerndten und Krain ie zu Zeiten innhaben und regieren vverden, nu hinsühr Ertzhertzogen genent und geheissen, dabey evviglich bleiben und von unsern Nachkommen am Reich und allen andern Churfursten und Fursten also genennet und geheissen und dafur gehalten sollen vverden &c. Geben zu der Neuenstatt an der heiligen dreyen Kænig tag nach Christi unsers Herren Geburth Tausend vierhundert und in dem drey und funfzigsten, unsers Reichs im dreyzehenden, und unsers Kayserthumbs in Ersten Iahren.* Idem reperitur apud SCHÖNLEBEN *c. l. p.* 109. Tanto magis me confirmat Diploma Eiusdem Friderici de anno 1442. apud KVLPISIVM *p.* 5. in quo Duces saltim adpellantur. Idem confirmat TRITHEMIVS, in Chron. Hirsaug. ad a. 1309. *rex igitur* (Henricus VII.) *deliberatione per paucos dies accepta filium suum Ioannem Comitem de consensu Principum creauit in Ducem, & Comitatum Namurcensem olim nuncupatum, id est, Luzenburgensem in Ducatum sublimauit, quemadmodum & Fridericus Imperator tertius, vt suo loco dicemus, Austriæ Ducatum, vnde procreatus fuit, in Archiducatum erexit, qui titulus nescio si ab origine Imperii Romani vnquam fuerit auditus.* Idem dicit HIER. GEBVILERVS *Epit. Ortus Austriaci lib. III. f.* 44. dicens: *Fridericus tercius Romanorum imperator semper augustus, qui austriace domus archiducalem titulum primus sibi vendicauit.*

69) Extat diploma apud du MONT *Tom. III. p. I. p.* 194.

70) Extat diploma desuper concessum apud KVLPISIVM *p.* 96. & MVLLERVM *p. V. c. LXXXV.* §. 7. ex quo fundamenta prætensionum in dictum Ducatum.

71) De hoc supra §. *VI.*

72) Mortuo enim Ottone III. Stettinensium vltimo a. 1464. Fridericus, Brandenburgicus Elector successionem prætendebat, cui Ericus II. & Wratislaus X. Wolgastensis lineæ contradicebant. Ast, Fridericus Albertum, Friderici Brandenburgici Electorem a. 1470. præter Electoratum, etiam de Stettinensi Ducatu inuestit, eidemque in Comitiis Ratisbonensibus a. 1471. eundem adiudicat. Tandem vero Prentzlouiæ 3. Iunii 1471. inter vtrasque partes conuenit, vt præter dominium directum, Brandenburgicis, extincta familia Ducum Pomeraniæ, ius successionis Pomeranicæ integrum esset. Illud equidem Alberti filius & successor, Iohannes remisit, hoc vero per varia pacta denuo fuit confirmatum, MVLLERVS *p. V. c. XVI.*

73) Extat diploma apud Kulpisium p. 251.

74) VBBO EMMIVS rer. Fris. lib. XXV. p. 373. *ipse cum coniuge & posteris Comes declaratus: omnis Frisia regio ab ostio Amasi occiduo in Visurgis ostium secundum litus, & hinc in fines vsque Monasterienses & Oldenburgicos porrecta cum Comitatus titulo in feudum perpetuum ei & heredibus assignata: nominatim vero in assignationis formula expresse feudi partes hæ, Emda, Norda, Gretha, Berumum, Esena, Ieuera, Freburgum, Aurica, Ortha, Stichusa, Lenga, cum præfecturis annexis: totus item ager Transiadanus & Stadlandicus, & Frisica Weda. Sed assignationi certa lex ab Imperatore eadem in formula disertis verbis asscripta, ne quis abuti beneficio eius posset.* Ast enim sic conferri dignitatem Vlrico voluit, ne quid per eam Imperio aut Imperatori decedat. SCHATENIVS *Ann. Paderborn. ad a.* 1454.

75) Hæc equidem inuentio vel Sinensibus tribuitur, vel inter Europæos Laurentio Küstero Harlemensi, vel etiam Io. Mentelio Argentoratensi. Demonstraui tamen in Introductione ad Notitiam Rei Litterariæ, *c. XI.* prolixius, rudia quidem typographiæ fundamenta iecisse Küsterum litteris ligno incisis, veram tamen artem litteris æneis libros impri-

Ernestus atque Albertus Saxoniæ Principes Iuuentutis, Friderici Placidi Electoris filii, ex arce Altenburgensi per Conradum de Kauffungen fuerunt rapti, paullo post parentibus fuerunt restituti. 76) Sic etiam Christophoro Columbo potissimum debetur nouus orbis a. 1492. inuentus. 77) Eiusdem Imp. temporibus, ludi antiquorum equestres, vulgo dicta Torneamenta cesserunt, vltimaque a. 1487. Ratisbonæ atque Wormatiæ dicuntur esse celebrata. Caussæ fuisse videntur nimii sumtus, qui in dictos ludos impendendi, maxime vero inuentio pulueris pyrii, quo ipso pristina exercitia militaria plane desinebant. 78)

§. LXV. Nec præterire hic possum, quæ circa iudicium Vehmicum sub Friderico III. fuerunt gesta. Decreuerat enim in Comitiis Francofurtensibus 1442. Imp. de abusibus huius iudicii tollendis, & nonnisi personis honestis iudicibus constituendis, 79) quam tamen Reformationem Vehmici Iudices adgnoscere nolebant, 80) quo ipso motus Imp. variis Statibus per diploma immunitatem concedit ab hoc iudicio, 81) Friegrauios etiam

primendi Gutenbergio deberi, qui patria licet Argentoratensis, Moguntiæ tamen Io. Fausti, diuitiis adiutus, primum librum impressit.

76) AEN. SYLVIVS de Statu Europæ c. XXIV. *libet hoc loco, audax priuati hominis inserere facinus, Conradus Raufes nobili loco apud Saxones natus, bellicæ rei peritus, manu promptus, & animo imperterritus, cum se patria pulsum & paterna hereditate priuatum per iniuriam Friderici Ducis existimaret, scelus incredibile nostra ætate perpetrauit. Arx est in Misnia in alto monte, & abruptis vndique rupibus sita Altumburgum prouinciales vocant; ad radices montis oppidum egregie munitum, & populo plenum iacet. In arce duo Friderici adolescentes Ernestus & Albertus educabantur, huc Conradus intempesta nocte magnis itineribus cum paucis comitibus contendit: & admotis scalis prodente pædagogo, arcem ingressus, dormientes adolescentulos in cubili comprehendit, interminatusque mortem, si vocem emitterent, funibus colligatos extraxit: haud dubius quin perductos in Bohemiam magno precio venderet, suasque contumelias eo pacto magnifice vltus videretur. Iam siluam Herciniam, quæ Bohemiam a Saxonia diuidit, ingressus erat. Iamque periculum omne transmissum putabat, cum iunior captiuorum labore ac fame deficiens, & quietem simul & cibum poposcit, cuius precibus commotus prædo ad carbonarium diuertit quendam, afferrique panem & ceruisiam iussit. Interea apud Altemburgum, & cognita tanta rei nouitate, clamor exoritur. Attoniti oppidani raptim arma capessunt, & pretiosam vendicaturi prædam præcipiti cursu prædonis vestigia insectantur. Siluam ingressis fortuna blanditur: quæ inter multos tramites eum teneri suasit, qui recta duxit ad carbonarium. Ibi Conradus dum puero cibum ministrat, ex improuiso capitur: & oblatus Principi, audacissimi sceleris capite pœnas soluit. Federicus eodem pene nuncio, quo captos atque abductos filios audiuerat, recuperatos & domum reductos didicit.* PAVLVS LANGIVS Chron. Numburg. ad a. 1455. *eodem anno Principes iuniores, Ernestus videlicet & Albertus fratres, filii Friderici supra memorati Ducis Saxoniæ ex arce Aldenburgensi per Conradum Kauff audacissimum equitem subtracti fuerunt nocte & abducti, sed ab insequentibus (dum in Hercinia silua apud quendam carbonarium pueros lassos & famelicos reficeret) deprehensus, cum ipsa nobilissima præda cum ingenti Friderici Ducis & prouincialium lætitia reductus est & capitali sententia plexus.* TRITHEMIVS *Chr. Hirs. ad a.* 1469. NAVCLERVS *p.* 1097. de hoc raptu plenius FABRICIVS *Origg. Saxon. lib. VII. p.* 770. SPANGENBERG Chron. Mansfeld c. CCCXXXVIII. *Stamm und Ankunfft des Hochlœbl. Hauses Sachsen R. III.* MVLLER *Ann. Saxon. ad a.* 1455. AD. RECHENBERGIVS *de plagio Ernesti atque Alberti.*

77) Diuersa etiam de noui orbis origine dicuntur. PETRVS MARTYR *de rebus Oceanicis lib. III. p.* 29. Salomonis Ophiram putat Hispaniolam fuisse. Alii Platonis Atlanticam in America quærunt, FRANCISCVS LOPETZ de GOMARA *p. II. Hist. Gen. Ind.* HORNIVS *de originibus Americanis lib. I. c. X.* concludunt, Americam antiquis haut fuisse incognitam. GROTIVS *Origg. Americanis* Garcilæ Vegæ Lusitano tribuit. IO. CHRISTOPHORVS WAGENSEIL in Oratione parentali Georgio Friderico Behaimb Patricio Noribergensi a. 1682. dicata, dicit, Martinum Behaimum Patricium Noribergensem, ab Isabella, Ioannis I. Lusitaniæ Regis filia, quæ Belgicis prouinciis imperabat, nauem impetrasse, qua ducem genium suum secutus, ignota maris fuerit scrutatus. De eodem Martino Behaimb, qua ratione a Iohanne II. Portugalliæ rege ad quærendas nouas regiones fuerit emissus, testatur AEN. SYLVIVS *de Statu Europæ c. XLIV.* Ast, IO. a LAËT *Historia noui orbis p. I. p.* 48. & plerique alii Christophoro Columbo tribuunt, cuius elogium inter alios claros Ligures exhibet VBERTVS FOLIETA. Expeditionem eius plenius describit CASPARENS *lib. I. Hist. Occident. Indiæ c. II.* & PETRVS MARTYR *de rebus Oceanicis lib. I. p.* 2. Soluit autem ex Hispania Kl. Septembris 1492, atque XI. Nouembris 1492. in Insula Guanima adpulit. Non diffiteor equidem, fuisse ante Columbum quosdam, in America, sed effectum ipsorum nauigatio non fuit sortita. Dum vero Columbus nauigatione sua Europæis ansam dederit indagandi adquirendique terras Americanas, eidem haut immerito præcipuos inuentionis honores deberi iudicamus.

78) Ita quidem FVGGERVS *lib. V. c. XXXIV. p.* 977. CRVSIVS Ann. Sueu. *lib. VIII. p. III. c. XXI. postquam hæc torneamenta Ratisbonæ & Wormatiæ celebrata descripsisset, addit: quamobrem vero hoc laudabile exercitium, hæc vtilis schola cessauit? forsitan hæ causæ sunt nimii sumptus, nimia magnificentia: quibus multi exhausti nobiles fuerunt. Exiccati itaque coacti sunt vendere decimas, Curias, Pagos, præsertim Monachis, qui interea opibus creuerunt. 2. Quod nonnulli, honore indigni, & pœnas meriti, se munierunt multis propinquis, sodalibus; clientibus: honestasque equestris disciplinæ leges ac Statuta perfregerunt, & sic impune abierunt, 3. addantur dissensiones intestinæ & variæ difficultates temporum. At profecto, sicut quondam in Imperio Græco, & hodie in regno Turcico, Scholæ armorum fuerunt & sunt: ita hodie in Romano quoque Imperio esse prodesset. Fortassis etiam 4. causa sit, cur Hastiludia cessauerint; quod in locum hastarum, magis iam sclopeta bombardæque successerunt.* Crusium sequitur FVGGER *lib. V. c. XXXIV. p.* 977. Vid. & dissertatio GEORGII SCHABARTI *de Ludis equestribus. c. VII.*

79) De hoc supra §. *VII.*

80) Hoc ex Actis demonstrauit MVLLERVS *p. II. c. VI.*

81) Tale erat Priuilegium Argentoratensibus a. 1451. concessum, apud MVLLERVM *p. I. c. IX. p.* 125. quod insequenti anno fuit confirmatum, prout videmus apud MVLLERVM *p. I. c. XXVII.* §. 14.

etiam ad Comitia Francofurtensia 1454. vocat, 82) variasque contra eorum attentata promulgat inhibitiones. Ast, licet multi Status a. 1461. contra hoc iudicium Westphalicum confœderationem inuicem facerent, 83) in tantum tamen audaciæ progressi fuerunt Frigrauii, vt a. 1470. ipsum Imp. vna cum Vlrico Patauiensi Cancellario sub contumaciæ pœna ad iudicium suum citarent. 84) Licet sæpius post hæc ab hoc iudicio Westphalico adpellatum fuerit ad Imp. confœderatio etiam contra hoc iudicium inter Philippum Palatinum Electorem a. 1488. fuerit renouata. 85)

§. LXVI. Pace iam in Austria ac reliqua Germania parta, circa vltima vitæ tempora Lincium abiit, vt quieti melius indulgeret, 86) vbi Astronomiæ, Chymiæ, indagationi rerum naturalium atque Astrologiæ potissimum vacauit; 87) Ibi etiam graui morbo laborare cœpit, quem nimio melonum vsu auctum esse, nonnulli meminêre. 88) Alterum

82) De hoc MVLLERVS *p. II. c. VI.*

83) Reperitur eadem inter KVLPISII *Documenta f.* 136. & apud LEIBNITIVM *in Cod. diplom. p. I. n. CLXXXI.*

84) Reperitur ista in WENCKERI Apparatu & instructu Archiuorum *p.* 383. atque finit his verbis, *birum so dun wir obgenanten Frygreven und geordente Richtere alse uns mit gefurter gewiseten Vrteil und Rechten gewisset ist, und ouch von unsern Ampten und Gericht wegen, so wir von dem heiligen Rœmischen Riche entpfangen habent, darzu gelobt end gesworen und nit zulossen, so uwer Keiserlich Gnode umb Gott und Woldat Willen ussgenommen, wie obigest uwer Keiserlich Gnode sich noch zu bedencken, die vorbenant Sache cassieren und machtloes sprechen, und den von Strasburg und Heinrich Beyer gebietten den Vrteils-Brieffen und Sentencien, so die Inhaltin sint, Steffan und Michel Vernügunge zu tun, und uns obgenanten Frygreven mit diesem gegenvvertigen Botten zu schrieben gescheen sy, und vvan das nit geschee, so benamen und legen vvir uvvern Keiserlichen Gnoden einen Rechtlichen Gerichts Tag uff den Samstag noch Sant Iœrgen Tag nechst kompt noch datum des Brieffs an die egenanten und Keiserlich Dingstat und Frienstul zvvischen den Pforten zu dem Wünnenberge zu verrechtigen nonen zit Tages vor uns oder andern geordeten Richtern an unser Stat, ob das vvurd not sin, sehen und zu hœren die lest Vrteil und Sentencie uber uvver Lip und Ere zu tun und darvvider zu sagen, sovil uvver Keiserlich Gnod mit Recht noch des Frienstuls Recht getun mœge, ir komen auch icht oder nicht, so mus das Gericht sinen Gang haben, vvie sich nach Frienstuls Recht gebüren vvurt. Hirin vvisse sich uvver Keiserlich Gnod zerichten, auch raten vvir uvver Keiserlichen Gnoden getruvvelich es darzu nit komen lassen. Geben under unserm Insiegel uff Zistag noch der heiligen Apostel Tag Simonis & Iudæ Anno Domini M. CCCC. LXX.*

85) De hoc WENCKERVS *p.* 383.

86) IO. GRVNBECK p. 90. *Als er durch das alther angefangen hatt schvvach zue vverden, hat er zue seiner Ruhe das Schloss Lintz an der Thonau ein Theil von lust den andern Theil von des büxschen schiesreichen vvassers, und von lauterheit des lufft vvegen auserkohrn, darinnen hoch Althanen in den freien lufft, und viel Tabernackel in die hœhe bauen lassen, so er dem leib ruhe geben, seinem heimblichen Ratschlegen und geschafften oder der Andacht anliege, oder aber das Aufrurig vvesen, so an der Fursten hœven gemein ist, und den grossen Anlauf der frembden, sich verschliessent abvvenden macht, darumb viel seine Feindt diese geben meussfallen, und die Schalchnarren den Keiser ein Meusfaher geheissen haben, und so geschæfft an den Hoff gehapt, und mit furkhumben seynd, gesagt haben, der Furst lass niemands für sich denn Fliegen und Meuss.*

87) GRVNBECK p. 31. *hat er angefangen sein gemeinschafft mit erfahrnen Mennern in die heimblichen verborgenen Majestet der natur zu haben, Alss mit Sternsehern, Alchamisten, und andern dergleichen, durch vvelche er so gelehrt ist vvorden, dass er nit allein die Planethen und ihren lauf, den Polum, sondern die besten Stern viel mit sambt ihren Bevvegungen und einflüssen vveisslich und fursichtiglich erkenth hat, und viel hohe Ding geurtheilet und angesagt*, Et p. 34. *In andervveg ist er viel mit schmeltzen, golt scheiden, ausbrennung der Wasser und vervvechslung der Metall durch das Feuer umb gangen, und in der Alchimie also erfahren und geubt gevvesen, dass Er aus Kisslingsteinen mit zugebung der farben viel stein allss ob Sie Diamanten, Rubin, Schmaragden oder Saphirn gevvesen, gemacht hat, demnach aus Kochsielber mit etlichen zuesetzen guet goldt kœnnen machen, Aus etlichen gefeilten stückchen Wasser gemacht die zue viel Kranckheiten guet und heilsamb gevvesen seindt.*

88) Hæc verbis GERHARDI A ROO scribo *lib. X. exeunte*, nisi quod XIII. Kl. Septembris diem obitus definiat siue XX. Augusti, cum tamen omnes reliqui mortem Imp. enarrantes XIX. Augusti definiant. IAC. VNRESTVS *Chron. Austr. p.* 752. dicit: *an den Montag vor Sand Bartholomeus Tag.* Sic enim NAVCLERVS *p.* 1110. TRITHEMIVS *ad a.* 1493. FVGGER *lib. V. c. XLI.* qui etiam insimul XVI. Electores & octo Papas numerat, qui Friderici ætate defuncti. LEHMANN *lib. VII. c. CXXI.* GRVNBECK p. 41. *und alls er den fues in die handt genomben het, sagt er zue den Arzten und zu seinen dienern, yzt ist dem Kaiser unnd dem heiligen Reich der ain Fuess abgeschniedten.* CVSPINIANVS *p.* 412. qui etiam Friderici mortem plenius describit, dicens: *ex ætate igitur ac labore tandem, fluxuque veteri, in tibia gangrenam vlcus adquisiuit, vel* [illegible] *Nam pede illo sæpissime claustra foresque ac portas omnes fregit ac disiecit. Cum itaque quatuor mensibus continuis acutissimo torqueretur dolore, medicis salutem, diuturnioremque vitam promittentibus, tibia ferro deponitur. Instabat dies, qui omnium Christianorum voto beatissimæ virgini Mariæ celebrandus est, quam religiosius semper Fridericus consueuerat venerari. Ab omni ergo imprudenter cibo abstinens, octo melones comedit, quibus quatuor occubuerunt Cæsares: aquamque bibens, in stomachi incidit laborem. Qui calore destitutus, & frigore deficiens, resoluit aluum Cæsari. Quod vbi sentiret, acceptis iuxta Christianorum instituta Ecclesiæ sacramentis, deuotissime animam Deo commendauit: pacata iam vniuersa Germania, ac singulis principibus summa in tranquillitate degentibus.* TRITHEMIVS Chr. Hirs. ad a. 1440. *sex & viginti annorum erat cum regnare cæpisset, tribus & quinquaginta annis regnauit in Germania, quorum solus expendit quadraginta sex, cum filio autem Maximiliano 7. annis regnauit. Vndecim annis sine Imperii corona regnauit, & quadragin-*

rum illi crus sphacelo affectum, per eosdem dies ex medicorum consilio resectum erat. Id cum inspexisset, quæsiuisse ferunt, quid inter Cæsarem & quemuis rusticum interesset? mox vero subiecisse, rusticum sanum, ægroto Cæsare, longe esse feliciorem. Non multo post, rebus ex vltima voluntate constitutis, ibidem obiit, decimo nono Augusti, 1493. anno ætatis octauo & septuagesimo, post susceptam Imperii curam tertio & quinquagesimo, quo Cæsarum nemo post Augustum diutius imperauit. Corpus eius Neapolim delatum in monumento ab ipso Imp. condito 89) apud vxorem conditum est, ipsique d. V. Decembris solennes Exequiæ Viennæ fuerunt celebratæ. 90)

§. LXVII. Filios ex vxore Eleonora, 91) in virtutibus suis laudatissima, 92) quæ III. Sept. a. 1467. fuit defuncta 93) quam vnicam habuit, sustulit Christophorum, 1465. natum 94) Ioannem & Barbaram, qui in prima pueritia obiere. 95) Maximilianus ipsi fuit superstes & in Imperio successor 96) Cunigunda, 97) quæ inuito Imp. a. 1487. opitulante

draginta duobus annis imperauit gloriose coronatus.

89) Hoc plenius describit CVSPINIANVS *p.* 412. VNRESTVS tamen *Chron. Austr. p.* 752. ipsum in templo S. Stephani dicit fuisse sepultum. Idem p. 792. addit: *Nachdem beragt man das Grab in ainen kostenlichen Marmelstain, mit schoner zier von Arbait gemacht, und in den Stain gegraben zu ainer ewign Gedachtnus. Kayser Friderichs des dritten Seel mit allen glawbign Seeln rwe in dem ewign Frid, Amen.* adde MVLLERVM *II. Vorst. c. I.* GRVNBECK *p.* 43.

90) Exequiarum solennitates describit IAC. VNRESTVS *Chron. Austr. p.* 782. omnesque personas iisdem præsentes recenset. Eædem describuntur a FVGGERO, & in Msto antiquo, quod inter Documenta KVLPISII *p.* 47. reperitur, vbi etiam ipsius Epitaphium lapidi incisum infertur; *Fridericus Tertius, Romanorum Imperator, Semper Augustus, Austriæ, Stirie, Karinthie, Carnelie, Dux, Dominus Marchie, Slauonie, ac Portunanis, Comes Habspurg, Tirolis, Phitredis & Kyburg, Marchio Burgouie & Landgrauius Alsatie. Obiit anno Domini Millesimo, Quadringentesimo, Nonagesimo Tertio, Augusti decimo nono.*

91) De his nuptiis supra §. *XX. XXI.*

92) IAC. VNRESTI Chron. Austr. p. 542. *Vnd als er gen Rom cham, ward Im auch darbracht sein Gemahel Fraw Leonora, des Kunigs von Portugal Tochter, die was ain tugentliche, diemutige, schone und wolgeperte Fraw, der auch nye Menschn hat muge ubel sprechen, sunder wart sich genannt ein Mueter der Tugent* CZECHOROD *lib. VII. c. VI. p.* 907.

93) ROO *lib. VIII. p.* 268. *sub initium Septembris, obiit Heleonora Augusta Neapoli, pia ac multis exornata virtutibus fæmina.* HIER. GERVILERVS Epit. Ortus Aust. lib. III. f. 44. *Genuerat Fridericus tertius ex dicta coniuge quinque liberos, inter quos Christoferus & Ioannes archiduces cum Helena in cunabulis fere mortem obierunt Neapoli in Austria sepulti Maximiliano & Kunigunda superstitibus.* FVHGER *lib. V. c. XIX. n.* 5. Verum diem obitus ex Inscriptione ipsius Sepulcrali Neapoli Austriæ explicauit P. LAMBECIVS *lib. II. c. VIII. p.* 715. IACOBVS VNRESTVS Chron. Austriaco p. 553. *Item, als man zalt nach Christi Gepuert MCCCCLXIV. in den Monadt Septembri starb die Durchlevvchtigiste Kayserin, und ligt in der Nevvnstat begraben in dem nevven Closter, davon geschryben steet also:*

Portugalenus princeps & filia Regis
Imperii consors Romano Cæsare digna
Mortua iam mundo claudor Leonora sepulchro
Gens mea me lugeat, lugeant & Cæsaris vrbes
Curia condoleat, doleat Portusque Naonis.
His desiderium præsertim, Christe, reliqui.

94) NICOLAVS LANCKMANN Hist. desponf. Friderici, circa finem: anno Domini millesimo quadringentesimo quinto sedecima die mensis Nouembris ante ortum solis natus est serenissimo Domino Imperatori primogenitus filius Dominus Christophorus in Noua ciuitate Saltzburgensis dioecesis. Et idem primogenitus Anno domini millesimo quadringentesimo sexto vicesima prima die mensis Martii in Noua ciuitate mortuus. Et in monasterio nouo ordinis Cisterciensis in choro ante summum altare sepultus est. GRVNBECK p. 13. *sie aber Leonora aus, allss etlich sagen, enthaltung der Keuschheit, etlich von Magenvveh von diesem Iamerthal abgeschieden ist.*

95) ROO *lib. X. exeunte.* CVSPINIANVS *p.* 414. de horum natiuitate & morte plenius NICOLAVS LANCKMANN circa finem: *anno Domini Millesimo quadringentesimo sexagesimo die tertia mensis Nouembris in Wienna Pataniensis Diocesis ante ortum solis nata est Domina Helena prædicti Domini Imperatoris filia, quæ anno Domini millesimo quadringentesimo sexagesimo primo vltima die mensis Februarii in Wienna mortua est. Et in noua ciuitate in monasterio Cistercicum ordinis in choro sepulta est. Anno Domini Millesimo quadringentesimo sexagesimo quinto sedecima die mensis Martii in noua ciuitate Saltzburgensis diocesis nata est Kunegundis, Domina, Domini Imperatoris Vngariæ, Dalmatiæ, Croatiæ &c. regis filia quam Dominus Deus custodiat & cum facunditate suo tempore viuere prospere concedat. Anno Domini Millesimo quadragintesimo sexagesimo sexto in noua ciuitate in Vigilia sancti Laurentii natus est Dominus Iohannes filius Domini Imperatoris, qui sequenti anno quindecima die Februarii mortuus est, & in prædicto monasterio nouo sepultus est.*

96) De hoc insequenti dissertatione.


97) De hoc FVGGER *lib. V. c. XXXIV. p.* 963. ADLZREITER p. II. lib. IX. p. 205. *coelebs adhuc egerat Albertus Sapiens, cum ætatis anno quadragesimo de propaganda stirpe cœpit cogitare. Placuere deliberanti Cunegundis Austriæ Friderici Cæsaris filiæ præcellentia animi corporisque decora, quibus allectus Matthias Rex Vngariæ, sæpius thori sociam, spe irritus & a Friderico Cæsare repulsus, optarat. Non ignorabat Albertus, eundem sibi, ob recuperatam Ratisbonam offensum, vnde prospiciebat ferendæ repulsæ periculum, si nullo interprete filiæ nuptias ambiret. Sigismundo Austrio, qui Cunegundem fratris iussu educabat, intercedebat cum Alberto singularis necessitudo. Hic visus est honestissima causæ impetrabilis Patronus: Ad eum profectus Oenipontum Albertus, sua vota aperit, auditur benigne, experiturque se haud*

lante potiſſimum Sigismundo Auſtriaco, Alberto Bauariæ Duci fuit nupta, mater fuit facta Guilielmi Erneſti ac Ludouici Principum. 98)

haud fruſtra amici beneuolentiam imploraſſe. Vt nouo cum beneficio ſibi demeretur, non neſcius, Sigismundum bello Veneto implicatum, ærarii anguſtiis laborare, offert laboranti praſtabilem vim pecuniæ. Sigismundus nihil moratus Alberto Cunegundem adiecit; Cunegundis lubens volens aſſentit, rata Patruum nihil iniuſſu Cæſaris eſſe auſum. Ergo nuptiarum ſolennia Oeniponti in æde D. Stephani feſtis Cæremoniis, Wilhelmo Epiſcopo Eiſtadiano ſacris operante, peraguntur: initur thorus genialis, & tum primum Imperator de matrimonio fit certior. Monachium exinde ducta eſt Cunegundis paulo poſt feſta regalia, exceptaque pompa honorificentisſima. Imperator, re cognita, mirum quantum excanduit. Auxit iras, quod Sigismundus prolis expers & exſpes: Tirolim Cunegundi dotem, inconſulto Friderico & Maximiliano rege Romanorum Francofurti nuper ad XIII. Cal. Martias renunciato, dixiſſet. CVSPINIANVS *p.* 404. HIER. GEBVILERVS *Epit. Ortus Auſtr. lib. III. f.* 44. *Kunigundis archiducisſa Auſtrie Friderici tercii ceſaris filie nupſit alberto inferioris ac ſuperioris bauarie duci mulier cum pudicicie tum pietatis ſtudio inſignis nam a coniugis ſui morte in mortem veſtalis monaſtice vite ſtuduit in chriſtiparie templo monachi a morte ſepulta.*

98) ROO C. L.

FINIS TOMI PRIMI.



Krugner ſc. Lipſiæ

